

DIVI IOANNIS

CHRYSOSTOMI, ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, IN EPISTOLA AD ROMANOS INTERPRETATIONE PROMERIIUM: GERMANO BRIXIO ALTISSIODORENSI INTERPRETE.



Beati Pauli epistolarum lectionem assidue dum ausculto, perque hebdomadas singulas bis, saepe & ter, & quater, peragenda sanctorum martyrum memoria celebratione, gaudio exulto: interim tuba illa spirituali perfruens, exurgo quidem, & desiderio incalesco, vocem mihi amicam agnoscens: quin & tantum non presentem ipsum imaginatus, differentem audire videor. Idem tamen ego pro dolore discrucior hoc ipso, quod virum hunc non omnes, sic, ut par est, intelligunt: verum ita illum nonnulli ignorant, ut ne epistolarum quidem eius numerum plane norint. Hoc verum non ignorantia facit: sed quod nolint beati huius viri scripta assidue in manibus habere. Neque enim nos quae scimus (si qua scimus) ab ingenij bonitate atque acumine scimus: sed quod illi nos viro impedit affectu ab illius lectione nunquam discedimus: sicut quidem qui amant, in ante omnes eorum facta norunt, quos amant, ut qui de iis ipsis sint solliciti: id quod beatus hic veluti plausum captas, ad Philippenses ait: sicut est mihi iustum, ut hoc de vobis omnibus sentiam, eodem quod habeam vos in corde & in vinculis meis, & in defensione & confirmatione euangelij. Quapropter si & vos quoque in animum induxeritis huius lectioni studiosam ac diligentem operam navare, nihil sane erit, quod aliud requirendum vobis sit. verax est enim Christi sermo dicentis, Querite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. Caeterum quandoquidem coplures ex iis, qui huc nobiscum conuenere, & liberorum educationem, & vxoris curam, & familiae prouidentiam suscipere, ob idque totos sese huic labori dare non sustineant: attamen ipsi vos excitantes comparate ad ea demum capienda, quae alij collegerint, studij tantumdem iis, quae dicta fuerint, auscultatis, quantum pecuniis colligendis impertietes. tamen si enim turpe est a vobis nihilo amplius postulare, tamen vel hoc ipso contenti erimus, tantumdem ergo date. Siquidem hinc infinita exorta sunt mala, ab ipsa videlicet sacrarum scripturarum ignorantia: hinc multa haereson lues pullulauit, hinc vitae in multis neglectus, hinc inutiles ac lucro carentes labores. Nam quae admodum qui luminis huius vsura sunt priuati, nequaquam recte ingredi possint: ita qui ad diuinarum scripturarum radios, oculos non intendunt, necessario in multa frequentes errata incurrunt, perinde ac si in tenebris periculosis ambulant: id quod ut ne eueniat, oculos ad ipsum apostolicorum verborum fulgorem adaperiamus. Etenim huius lingua supra ipsum etiam Solem illuxit, caeteros omnes verbi doctrina exuperans. Nam quod plusquam caeteri laborauit, magna etiam spiritus sibi conciliauit gratiam. Id quod non ex illius epistolis tantum, sed ex actis ipsis ita esse cotenderim. sicut enim concionandi locus se offerret, ei passim concedebant omnes, quo nomine & Mercurius esse cre-

debat ab iis, qui in Christi verba nondum irassent, quod videlicet orationis, eloquentiaeque praeses esset, proinde quum ad hanc nobis epistolam descendendam sit, necesse est & tempus, quo scripta ea fuit monstrare. Neque enim, ut multorum fert opinio, caeteras omnes tempore praecessit. Eas quidem omnes, quae Roma scriptae fuerunt, anteit: caeteras alias, quauis non omnes, subsecuta est. Nam quae ad Corinthios scriptae sunt ambae, ante hanc scriptae fuerunt. argumento sunt verba ea, quae ad huius epistolae finem adscripsit, ita loquens: Nunc autem proficiscor Hierosolymam ministrans sanctis: visum est enim Macedoniae & Achaiae communicationem aliquam facere in pauperes sanctos, qui sunt Hierosolymis. Corinthiis autem scribens, ait: Quod si fuerit operae precium, ut ipse proficiscar, mecum proficiscetur: de iis loquens qui eo pecunias deportandas colligebant. Unde liquet, dum Corinthiis scripsit incertam fuisse tale ipsius peregrinationem: dum autem Romanis, constitutum iam illi fuisse de profectione. Quo confesso, & illud constat, hanc epistolam post illas scriptas fuisse. Quin & ad Thessalonicenses epistola videtur mihi praecessisse epistolam ad Corinthios. Nam illis prius scripsisset, de quoque elemosyna apud illos sermonem mouisset, his verbis: Caeterum de fraterna charitate non necesse habetis, ut scribam vobis: ipsi enim vos a deo didicistis, ut diligatis vos inuicem: etenim hoc facitis erga cunctos fratres, tum demum ad Corinthios scripsit. id quod illius verba haec declarant. Noui enim proutudinem animi vestri, quae de vobis iacto apud Macedones, quod Achaia parata est ab anno superiore, & vestrum exemplum prouocauit complures. Quibus ex verbis declarauit se cum illis prius hac de re differuisse. His igitur epistolis haec ad Romanos scripta posterior est, eas tamen praecedunt quae Roma missae sunt. Nondum enim Roma aduenerat, quo tempore haec scripta epistolae. id quod his verbis indicat: Desidero enim videre vos, ut aliquod vobis impertiar donum spirituale. Roma autem ad Philippenses scripsit. ideo ait, Salutant vos omnes sancti mayimem verum qui sunt ex Caesaris familia. Quo ex loco & ad Hebraeos quoque scripsit. ob quod ait, eos omnes salutari ab iis qui in Italia essent. Iam ad Timotheum epistolam & ipsam de vinculis scriptam Roma misit: quae quidem iudicio meo epistolarum omnium est postrema. id quod eius finis arguit: Ego enim, ait, iam immolor, & tempus resolutionis meae instat. quod autem inibi est viuus decesserit, unde quaque liquet. Sed ad Philemonem epistola inter postremas est & ipsa, eaque sub extremam ipsius senectam scripta. Itaque ait, nepe Paulus senex, nunc autem etiam vincus Iesu Christi: eadem tamen praecessit epistolam ad Colossenses. Id quod ab epistola sine manifestum est. Colossensibus enim scribens, ait: De omnibus rebus meis certiores vos faciet Tychicus, quem misi vna cum Onesimo fido & dilecto fratre. hic autem Onesimus erat, pro quo epistolam ad Philemonem composuit. ac quod non alius esset illi cognominis, patet ab Archippo. quem enim in epistola ad Philemonem socium accepit exhortationis pro Onesimo susceptae, huc & ad Colossenses scribens excitat, his verbis: dicite Archippo, vide ministerium quod accepisti, ut illud impleas. Videtur porro mihi epistola ad Galatas praecessisse epistolam ad Romanos. quod si in bibliis alium obtinent ordinem, mirum esse non debet. Siquidem & duodecim prophetarum cum se inter se deinceps non subsequantur, si tempora inspicias: sed multum inter se ipsi tem-

Philipp. 1. b

Matt. 7. 4

Act. 14.

Infr. 15. f

1. Cor. 16.

1. Thef. 1.

1. Cor. 9.

Infr. 1. b.

Phil. 16.

Heb. 11. d

1. Tim. 4.



ad Philemonem. b.

Coloss. 4. b

ibidem. d



MADRID: IN SPANIA







quum distet, si ipsam tamen bibliorum seriem inspe-  
xeris, inter se ordine sunt collocati. Siquidem & Ag-  
gæus, & Zacharias, & alij aliquot post Ezechielem &  
Danielem prophetias ediderunt, & multi item post  
Ionam, & Sophoniam, cæterosque omnes: sed tamẽ  
cum illis omnibus coniuncti sunt, à quibus tanto tẽ-  
poris interuallo distant. Proinde hunc laborẽ nemo  
extra rem, nève hanc indagatiõẽ superuacaneæ cu-  
riositatis esse putet. Cõfert enim nobis non parũ ad  
quæstiones explicandas ipsum epistolarum tempus.  
Nam cum video Romanis ac Colossensibus Paulũ  
iisdem de rebus scribentem: non eodem tamen mo-  
do iisdem de rebus, sed illis quidem magna cum in-  
dulgentiã, quum ait: Porro cum qui infirmatur fide,  
adsumite, non ad diiudicationes disceptationũ: alius  
quidem credit, vefcendum esse quibuslibet, alius au-  
tẽ, qui infirmus est, oleribus vefcitur. Colossensibus  
autẽ, non perinde iisdem de rebus, sed maiore cum  
libertate ac fiducia: Itaq; si mortui, inquit, estis cum  
Christo ab elementis mundi, quid tanquam viuẽtes  
in mundo decretis tenemini? ne tetigeris, ne gusta-  
ueris, neque contrectaueris, quæ omnia ipso pereunt  
abufu, non per honorem aliquem ad expletionẽ car-  
nis: huius differentia nullam aliam inuenio causam,  
quàm ipsum epistolarum tempus. Initio enim indul-  
gendum erat, postea autem nõ item. Atq; hoc idẽ  
inuenias ipsum multis aliis locis factitantem.  
Hunc morem videre est & medicum & magistrum  
obferuare. neq; enim medicus cum iis qui in morbi  
adhuc sint initio, & iis qui ad valetudinis finem iam  
declinarint: neq; magister cum discipulis ab initio  
pueris, & cum iis qui perfectioris doctrinẽ indigeãt,  
eadem ratione agit. Igitur aliis alia quadam causa  
argumento adductus, scribebat Paulus. Hoc ipsum  
declarat cum Corinthiis scribens, De iis autem quæ  
ad me scripsistis. tum Galatis statim ex prooemio &  
epistola tota hoc manifestas. Romanis verò quo no-  
mine, & quamobrem? Etenim testificari apud ipsos  
videtur, quòd sint pleni bonitatis, pleni omnis sciẽ-  
tia, qui & possint alios admonere. Romanis, inquã,  
quamobrem epistolam misit? Propter gratiã, inquit,  
mihi à deo concessam, vt sim in posterũ minister Iesu  
Christi. ob quod & in epistolę exordio dixit: Debitor  
sum, ita quantum in me est, paratus sum vobis quoq;  
qui Romæ estis, euangelizare. Nam quẽ modò dixi-  
mus, videlicet quòd possint & alios commoneface-

re, & quẽ id genus sunt, ad dationis potius fuerint, &  
exhortationis. Ac necesse est etiam & his erat per epi-  
stolas correctio. Nam quoniam nondum ad eos ve-  
nerat, duplici ratione eo, ac honestæ vitæ normam  
informat, & epistolarum vtilitate, & aduentus sui ex-  
pectatione. Talis enim erat diuina illa anima, vniuer-  
sum terræ orbem circumpleta erat, & in seipso cir-  
cunferrebat omnes: cognatiõem eam maximam ar-  
bitratus, quæ iuxta deũ esset, atq; ad eõs omnes ama-  
bat sic, vt si genuisset: quin potius maiorẽ præ se fe-  
rebat charitatem, quàm quiuis pater. Talis est enim  
gratia spiritus, vincit carnis partus, & feruentius desi-  
derium exhibet. Id in primis videre licet in Pauli ani-  
ma, qui quidẽ veluti volatilis præ charitate effectus,  
omnes assidue circuibat nusquam manens, nusquam  
stans. Posteaquam enim audiuit Christum dicẽtem,  
Petre si amas me, pasce oues meas: atq; hunc maxi-  
mum charitatis terminum pronunciantem, dici non  
potest quàm eximie hunc præ tulerit. Hunc igitur  
& nos æmulati, si minus orbem vniuersum, si minus  
ciuitates totas, ac gentes: at cetè suam quisq; fami-  
liam, vxorem, liberos, amicos, vicinos, ad bonos cõ-  
positosq; mores informemus. neq; verò mihi quisq;  
quã dicat, Rudis sum, & imperitus. Petro nihil indo-  
ctius, Paulo nihil imperitius: & hoc ille profitebatur,  
nec eum hoc fatentem pudebat. Et si imperitus sum  
sermone, non tamen scientia. Sed tamen hic imperi-  
tus, & ille indoctus sexcetos phibosophos superarũt,  
sexcentis rhetoribus os obturarunt, suo ipsorum stu-  
dio, propensaq; voluntate & de gratia omnia per-  
agentes. Quamnam ergo vsurpauimus defensionẽ,  
qui ne viginti quidem nominibus capitibusq; suffi-  
cimus? ac ne iis quidem, quibuscum habitamus, vti-  
les nos præstamus? Causatio hæc & excusatio. neque  
enim inciticia & imperitia dicendi nunus prohibet,  
sed segnicies, ac somnolentia. Hac gigitur somnolen-  
tia excussa, cum omni studio mēbr: domestica curã  
da suscipiamus, enixeq; amplectamur: vt cum hac in  
vita magnam tràquillitatem assequamur, pro nostro  
erga deum timore necessarios nostros ad morum re-  
ctitudinem componentes, tum in fuura infinitorum  
bonorum participes efficiamur, gratia, & summa er-  
ga nos benignitate domini nostri Iesu Christi, per  
quem, & cum quo, patri gloria, vnũcum sancto spi-  
ritu nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

Infr. 14. d

Coloss. 2. d

1. Cor. 7. d

Infr. 15. d

Hic infr. b

Ioan. 21. d

2. Cor. 11. b

b.

PROOEMII FINIS.

DIVI

**DIVI IOANNIS**  
**CHRYSOSTOMI IN EPI-**  
*stolam ad Romanos, homilia prima: Ger-*  
*mano Brixio Altijsiodorensi, ca-*  
*nonico Parisiensi, interprete.*

**P**aulus seruus Iesu Christi vocatus aposto-  
lus, segregatus in euangelium dei, quod ante  
promiserat per prophetas suos in scripturis  
sanctis, Moyses libris quinq; à se scri-  
ptis, nusquam nomen suum addi-  
dit, neq; qui illũ subsecuti, quæ post  
illum gelta lunt, scripsere: sed neq; Matthæus, neque  
Ioãnes, nõ Marcus, nõ Lucas. At beatus Paulus vbiq;  
epistolarum suarũ nomen suũ præponit. Quid ita?  
illi quidem præsentibus scribebant, ac superuacanea  
illis erat præsentia suæ declaratio. Hic autẽ è lĩgin-  
quo literas mittebat, & sub epistolari figura: idcirco  
necessaria erat nominis additio. Quòd si in ea quam  
ad Hebræos scripsit, epistola, secus facit: id suo quo-  
dam proprio consilio facit. Nã quod inimico essent  
Hebræi erga illum animo, vt ne è prooemiis, audito  
eius nomine, sermoni aditum occluderent, illorũ au-  
dientiã occultanda nominis sui declaratione artifi-  
ciosẽ captauit. Quòd si prophetæ nomina sua appo-  
suere, & Salomon: id verò vobis inuestigandũ relin-  
quo, qua de causa alij quidem apposuere, alij autem  
nõ apposuere. Neq; enim vos oportet à nobis om-  
nia discere, sed & ipsos vos elaborare, & exquirere, vt  
ne segiores efficiamini. *Paulus seruus Christi.* Cur eius  
nomen immutauit deus, & Saulus qui esset, Paulum  
vocauit? vt ne hac quidẽ partẽ reliquis apostolis in-  
ferior esset: sed quod selectũ, eximiumq; habuit di-  
scipulorũ antesignanus, hoc & ipse indispiceretur, &  
maioris necessitudinis argumẽtũ obtineret. Christi  
porro seruũ se ipse non temerẽ dixit. etenim seruitu-  
tis modi sunt plures. Alius per creationẽ, atq; opifi-  
cium: vnde ait, Seruũ tibi omnia: & item illud, Ser-  
uus meus Nabuchodonosor. ipsum enim opus au-  
thori suo seruũ est. Alius à fide, de qua ait, Gratia au-  
tem deo, q; serui peccati eratis, obediistis autem ex  
corde in eam doctrinæ formã in quã traditi estis: li-  
beri autẽ à peccato, iusticiæ seruiiistis. Alius à vita,  
ac moribus] iuxta quẽ dictũ est, Moyses seruus meus  
obiit. quanquã & Iudei omnes serui erãt, sed præci-  
pue Moyses] vita ac moribus] elucescens. Paulus itaq;  
q; seruitutis modis omnibus seruus esset, ideo maxi-  
mæ dignitatis loco ponit verbũ hoc, *seruus Iesu Christi.*  
Ac dispensationis nomina obtẽdit, ab inferioribus ad  
superiora conscendẽs. Etenim Iesu nomẽ angelus fe-  
rens venit è cœlis, tũ cũ è virgine natus est. Christus  
autẽ q; vnctus sit, dicitur: qd & carnis erat. dices, quo  
tandẽ vnctus est oleo? oleo certè minimè est vnctus,  
sed spiritu. consueuit autẽ & hos sacra scriptura Chri-  
stos vocare. quod enim in ipsa vnctione principem  
locũ obtinet, spiritus est, & vnguentũ ob id assumi-  
tur. ] vbinam vero oleo minimè vnctos Christos appo-  
pellat? vbi ait, Nolite tangere Christos meos, & in  
prophetis meis ne peruerse quid agatis. tum enim  
ne reperta quidẽ erat sacri olei cõfectio. *Vocatus apo-*  
*stolus.* Vbiq; vocatum se appellat, suã ostendens mo-  
destiam, & q; non ipse quærendo inuenerit, sed vo-  
catus, præsto fuerit, & obediuerit. quin & eos qui in

Christi fidem sunt recepti sic appellat, vocatos sati-  
ctos. Illi quidẽ ad fidẽ vsq; vocati sunt: ipsi autẽ aliud  
quiddã concreditũ est, nimirum apostoli munus, res  
bonis infinitis exundans, gratiis omnibus maius, ac  
dona omnia cõplectens. Quid enim amplius dixerim-  
us, quàm id? videlicet Christũ quod nobiscũ dum  
versaretur fecisset, hoc ipsum illis cõmississe, ac sic de-  
mũ à nobis abiisse? Id quod Paulus exclamãs, aposto-  
lorũq; dignitatẽ extollẽs, ait, pro Christo legatio-  
ne fungimur, tanquã deo exhortate per nos, hoc est,  
Christi vice. *Segregatus in euangelium dei.* Quẽadmodũ  
enim in familia aliqua ad diuersa quisq; opera segre-  
gatũ est, sic & in ecclesia diuersæ sunt administratio-  
num distributiones. mihi porro videtur hic nõ sortiti-  
onẽ modò significare, sed quod iam pridẽ atque è  
supernis ad hoc ordinatus esset. Quod & Hieremias  
ait de se deũ dixisse: Antequã ex vulua egredereris,  
sanctificauit te: prophetã in gentes te cõstitui. Nam q;  
Paulus ad arrogantiẽ ciuitatem scriberet, eandẽq;  
vnde quaq; factu turgidam, modis omnibus ostendit  
dei decretũ hoc esse. etenim ipse est, qui vocauit, ip-  
se est qui segregauit. Hoc autem facit, vt fide dignã  
& plausibilem reddat epistolam. *In euangelũ dei.* Non  
igitur Matthæus euangelista solus, neq; Marcus, quẽ-  
admodum neq; hic solus apostolus, sed & illi. quan-  
quam per excellentiã, hic quidẽ Apostolus, illi ve  
euangelistæ dicuntur. Ipsum autẽ euangelium nõ r-  
pter bona ea tantũ, quæ iã extitissent vocat, sed  
pter ea quæ futura essent. Cæterũ quo pacto  
Paulus ait per ipsum euangelizari? ait enim, se-  
tus in euangelium dei, quum pater ante ipsa etiã  
gelia cognitus esset. verũ quanuis cognitus esse  
datis solis cognitus erat: ac ne his quidẽ omnibus  
decebat. neq; enim patrẽ ipsum esse nouerant, atqu  
adeò multa tum de eo imaginabatur cũ illius digni-  
tate minimè cõuenientia. vnde & dicebat Christus:  
Veniet veri adoratores. & rursus, Pater tales quærit,  
qui ipsum adorent, post autẽ & ipse vnũ cũ Iesu filio  
vniuerso terrarum orbi declaratus est. Quod denun-  
cians Christus dicebat, Vt te solũ verum esse deũ co-  
gnoscat: & quem misisti Iesum Christũ. Dei porro  
euangelium vocat, ab ipsis statim exordiis erigens au-  
ditorem. neq; enim venit triste quiddã renuncians,  
veluti prophetæ, accusationes, crimina, increpatio-  
nes, sed euangelia, & euangelia dei, firmorũ & immu-  
tabiliũ bonorũ thesauros infinitos. *Quod ante promise-*  
*rat per prophetas suos in scripturis sanctis.* Dominus enim,  
ait scriptura, verbum dabit euangelizantibus virtute  
multa: & rursus, Quam pulchri pedes pacẽ euangeli-  
zantium. Vides & præscriptẽ ipsum quoq; euangelij  
nomẽ, & modum in veteri etiam testamento appo-  
situm. non enim per verba tantũ ipsum annuncia-  
tum, inquit, sed per res. neq; enim euangelium id hu-  
manum erat, sed diuinũ, & arcanũ, & omnem tran-  
scẽdens naturã. postea verò, quàm nouitatẽ rei incu-  
sarent, ostendit tũ ipsum gentilibus antiquius esse, tũ  
in Prophetis ante scriptũ. Quòd si id ipsum nõ ab ini-  
tio dedit, in causa sunt, qui id noluerunt admittere.  
Nã quibus voluntas affuit, audiuerunt: Abrahã pater  
vester gestiebat, vt videret diem meũ, vt vidit, & ga-  
uisus est. Quomodo igitur ait, Multi prophetæ ac iu-  
sti desiderauerunt videre quæ vos videtis, nec vide-  
runt? ita sanè intelligito verba hæc, vt vos videtis &  
auditis, ipsam videlicet carnẽ, & ipsa signa: quæ qui-  
dem & in hominũ conspectu facta esse constat. Mihi  
a iij verò

2. Cor. 3. d

Hier. 1. b

104

Ibid.

Ibid. 17. d

Ibidem.

Psal. 67. e

Rom. 10. d

Ioan. 8. g

Mat. 13. b



verò contēplator, quot antè tēporibus prædicta hæc fuerint. Etenim quoties deus magna quædā moliturus est, ea multo antè tēpore denunciat, hominū aures præparans, ad ea quum aduenerint accipienda. *In scripturis sanctis.* Non enim dixerunt propheta tantum, sed & scripserunt quæ dixerunt: nō scripserunt autem solū, sed & per res figurarūt: Veluti Abrahā quum Isaac adducit, & Moses quum serpentē exaltat, quū manus ad Amalec extēdit, quū agnū paschale immolat. *De filio suo, qui genit⁹ fuit ex femine Dauid secundum carnem.* Quid tibi nunc vis o Paule? Animos nostros posteaquā in sublime raptos subuexisti, iudēque magna quædā & arcana intra se vt conciperent, perfecisti, tum autem euangelium vbi nominasti, & quidem dei euāgelium, vbi item prophetarum chorū in mediū adduxisti, omnesq; ostendisti futura multis antè annis prædixisse: quorsum rursus nos ad Dauid reuocas? de homine verba facis. quoniam? dicit quæso. ac patrē illi das Iesse filiū? quī, obsecro, possunt hæc digna esse iis, quæ a te dicta sunt? Nēpe de nudo homine, ait, nobis haudquaquā est sermo: propterea hoc ipsum addidi, Secundum carnē. subindicans, & secundū spiritū eiusdem esse generationem. & quamobrē hinc orsus est, & nō illinc à sublimioribus? quoniam & Matthæus hinc, & Lucas, & Marcus. Eū enim qui ad cælū deducturus sit, ab inferioribus ad superiora deducere necesse est: hac eadem ratione ipsum negociū œconomiam accēsimū igitur nouerunt illū hominem in terra, ac cogitauerunt deū. Qua igitur doctrinā ipse inerat, hac & discipulus ipsius viā in it illuc ferentimū itaq; tangit generationē eam, quæ secundum carnē est. non q̄ prima sit, sed q̄ ab hac ad illam aditorem deducebat. *Qui declaratus fuit filius dei cum potentia secundum spiritum sanctificationis, ex eo quod resurrexit à mortuis Iesus Christus dominus noster.* Obscurum est quod dicit, ob dictionū inuolucrum: ob quod necessaria est illi⁹ distinctio. Quid igitur est quod ait? prædicamus, inquit, eum qui ex Dauid natus est. sed hoc quidē apertum. Vnde autem & filius dei est idem hic è carne constatus? primum à prophetis: ob quod ait, Quod antè promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis, non paruā autē demonstrationis hic tropus. deinde & ex ipso generationis modo, quod & ipse daclarauit, quum dixit. Ex femine Dauid secundum carnē: ipsam enim naturā legem soluit. Tertiū à miraculis, quæ edidit, magnę potentiæ argumentū præbens. hoc enim est, *Cum potentia.* Quartum ab ipso spiritu, quem quidem dedit credentibus in se, & per quem omnes, sanctos reddidit. vnde ait, *Secundum spiritum sanctificationis.* Dei enim solius erat, id genus dona largiri. Quintū à resurrectione domini. primus enim hic & solus seipsum excitauit: quod & ipse ait signum maximè omnium idoneū esse, & quod impudentibus os obstruere posset: Soluite enim, inquit, tēplū hoc, & post tres dies excitabo ipsum. & Quū exaltaueritis me à terra, tum cognoscetis, q̄ ego sim. & rursus: Signū quærīt generatio hæc, & signū nō dabitur ei, nisi signū Ionæ. quid igitur est, declaratio? nēpe ostēsus, demōstratus, iudicatus, cōfessus, ab omnium sententia & calculo, à prophetis, à nec opinata natiuitate, natiuitate in quā secundū carnē: à potētia ea, quæ in signis esset: à spiritu per quē sanctificationē dedit: à resurrectione, per quā mortis tyrānidem sustulit. *Per quem accepimus gratiam ac muneris Apostolici*

*functionem, vt obediatur fidei.* Vide famuli modestū, gratūmq; animum. nihil suum ipse esse vult, sed omnia domino accepta refert. atqui spiritus, id quod diximus, donū est. vnde dixit, Multa habeo, quæ vobis dicitur sum, sed iis ferēdis impares nūc estis: quū autē ille venerit, nēpe spiritus veritatis, dux vobis erit ad omnē veritatem. Et rursus, Segregate mihi Paulū ac Barnabā. & in epistola ad Corinthios ait: Huic quidem per spiritū datur sermo sapientiæ, alij autē sermo scientiæ. Et illud, Omnia ille diuidit, quatenus vult. & Milesius itē dū cōcionatur, ait: In quo posuit vos spiritus sanctus pastores & episcopos. Vides, quæ spiritus sunt, ea filij: & quæ filij sunt, eadē spiritus esse ait: *Gratiam & Apostolici muneris functionē.* Hoc est, nō nos hoc virtute nostra præstitimus, q̄ Apostoli simus. neq; enim nostris multis sudoribus ac laboribus hanc dignitatē sortiti sumus, sed gratiam inuenimus, & superni doni beneficiū id fuit. *Vt obediatur fidei.* Nō igitur Apostoli fuere, qui egregia illa facinora præstitere, sed gratia illos præueniens. Illorū enim erat circunvagari, ac præconium facere: persuadere autē, dei erat in illis vim exerētis. Vnde & Lucas ait, Aperuit cor ipsorū. & rursus, Quib⁹ datū erat auscultare verbū dei. *Vt obediatur.* Non dixit, vt in quæstionē aut trōciferationē trahatur: sed, vt obediatur, neque enim missi sumus, inquit, vt argumenta, vt syllogismos afferamus: sed vt reddamus quod nobis creditum est. quū enim dominus aliquid pronunciauerit, audientes minimè oportet curiose scrutari, sciscitarive, super iis quæ dicta fuerint, sed excipere tantum. Etenim Apostoli propterea missi sunt, vt quæ audiuisent, ea dicerent, non vt de suo aliquid adderent. & nos quoque vt credamus. quid vt credamus? *Super ipsius nomine.* Non quidem, vt eius essentia ac naturam curiose perscrutemur, sed vt in nomen credamus. Illud enim erat, quod signa edebat. In nomine enim Iesu Christi, ait, surge & ambula. hoc ipsum porro fidei indiget, neque fieri villo modo potest, vt harū rerū quicquā animi cogitatione cōprehendas. *Inter omnes gentes, quorum de numero estis & vos vocati Iesu Christi.* Quid igitur? omnib⁹ne gentibus Paulus prædicauit? Certē q̄ ab Hierosolymis vsq; ad Illyricum percucurrit, atq; illinc rursus ad ipsas terræ transiit extremitates, ex iis liquet, quæ scripsit. q̄ si ad omnes nō accessit, ne sic quidē, quod dicit, mēdaciū fuerit. neq; enim de seipse tantum loquitur, sed & de duodecim Apostolis, dēq; omnibus iis, qui post illos verbum annunciarunt. alioqui autē ne de ipso quidem Paulo si intellexeris, dictū ipsum coarguere possis, si modō illius propensum studiū consideres, & q̄ post obitum etiam non cessat vbiq; terrarum prædicare. Considera porro quoniam modo ipsum donum attollit, ostenditq; tum magnum esse, tum priori lōgē excellentius. Si quidem quæ prisca fuere, ad vnā dūtaxat gentem pertinuerunt. hoc autem donū & terram & mare ad se illexit. Mihi autē illud considerato, vt adulatione omni vacet Pauli anima. Cum Romanis enim verba faciens, veluti in vniuersā terræ fastigio quodam constitutis, nihilo tamē amplius illis tribuit, quā reliquis gentibus: neque verò, quoniam tum dominarentur ac regnarent, in spiritualibus illos amplius reliquis habere ait. Sed quemadmodum, ait, gentibus omnibus prædicamus, ita & vobis: cum Scythias ac Thracibus eos recensens. quandoquidē nisi hoc significare voluisset, superuacuum

caneum erat hoc dicere, *Quorum de numero estis & vos.* Hæc autē facit, illorum fastum deiiciens, inanē mētis turgiditate euacuans, eosq; docens æqualitatem erga alios seruare. Vnde hoc adiunxit, *Quorum de numero estis & vos vocati Iesu Christi.* Ac si dicat, cū quibus estis & vos, neq; sanē dixit, alios vobiscum: sed, vos vnā cum aliis vocauit. si enim in Christo Iesu nō est neq; seruus, neq; liber: multo magis neq; rex, neque priuatus. etēn & vos vocati estis, nō per vos ipsi aduenistis. *Omnibus qui Romæ estis dilectis dei vocatis sanctis gratia vobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo.* Vide vt assidue nomē vocati vsurpet. vocatus Apostolus, inquit. quorū de numero estis & vos vocati. omnibus qui Romæ estis, vocatis. hoc autē nō superuacuo sermone facit, sed q̄ eos velit beneficij cōmonefacere. quandoquidē enim verisimile erat inter eos, qui iam in Christū crederent, aliquos esse & cōsules, & magnates, & prouiciā præfides, & pauperes item & priuatos, abiiciens, ac repudiās dignitatū inæqualitatē, omnes vna appellatione ac salutatione dignatur. q̄ si in iis quæ magis necessaria sunt, quæq; ad spiritū pertinent, cōmunia omnia tum seruis, tum liberis proposita sunt: quod genus sunt, charitas in eos qui illuminatur, vocatio à deo, euāgelium, adoptio in dei filios, gratia, pax, sanctificatio, cætera omnia: qui postremā nō fuerit demētia, quos deus copulauerit, & quales in maioribus effectos, hos à terrenis negocijs distinguere: Eapropter ab ipso protin⁹ procemio periculolum hunc illorū morbū expellēs diuus hic, ad bonorū omnium matrē animi humilitatē ipsos subuehit. hoc ipsum & seruos meliores efficiat, dum edocerentur, q̄ è seruitute detrimenti nihil acciperent, vt qui libertatē eam, quæ vera sit, adepti essent. hoc ipsum & dominos ad modestiam componebat, dum discerent, q̄ nihil emolumenti ab ipsa libertate habituri essent, nisi quæ ad fidē spectat, præcessissent. Atq; vt intelligas Paulū dum hoc facit, confusione non vti, neq; omnia miscere, sed optimā diuisionem nouisse, non simpliciter scripsit: *Omnibus qui Romæ estis, Sed cum definitione, Dilectis dei.* Hæc em̄ optima discretio, & declarat vnde sanctificatio. Vnde igitur sanctificatio? à dilectione. quū enim dixisset, dilectis: addidit & illud, vocatis sanctis: ostēdēs q̄ hinc nobis bonorū fons omnium: sanctos autē vocat, fideles omnes. *Gratia vobis & pax.* O salutationē bonorū infinitatē adferentē. Hoc & Christus Apostolis in domos ingredientibus primū enunciare verbum mandauit. propter hoc & Paulus hinc vbiq; exorditur à gratia, & pace. neq; enim paruū bellū Christus confecit, sed variū & omnifariū, & diuturnum: & hoc nō è nostris laboribus, sed per suā ipsius gratiam. Quoniā igitur dilectio gratiā, gratia autē pacē largita est, salutationis loco hæc vbi posuit, adprecat, cōtinua & immota ea vt maneant: vt ne rursus aliud bellum redintegretur. & obsecrat eum qui dedit solida hæc asseruare, sic inquit: *Gratia vobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo.* Ecce hoc loco præpositio hæc, & πρὸς, id est, à, cōmunis est tā patri q̄ filio: quod perinde est, ac si dixisset, & ἑὸν id est, ex quo. nō enim dixit, gratia vobis & pax à deo patre, per dominū nostrum Iesum Christum: sed, à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Papæ, q̄ potēs est dei charitas: inimici & repudiati, sancti & filij repente effecti sunt. quum enim patrem vocauit, illos ostendit: quum autem filios dicit, vniuersum bonorū

Tomus quartus.

thesaurum detexit.

Morale.

Perseueremus igitur vitā quicq; suā dignam tantō dono præstare: tum autem pacem & sanctificationē seruare. Cæteræ quidē dignitates temporaneæ sunt, atq; vnā cum hac vita depereūt, quæ & pecuniis sunt venales, quāsq; haudquaquam quis dignitates dixerit, sed dignitatum nomina duntaxat, in vestium ornatu, & in satellitum adulatione potestatem obtinētia. hoc autem, tanquam à deo datum donum sanctificationis, itēmq; & adoptionis ne morte quidē interciderit, sed hac in vita splendescens vbi effecit, ad futuram vsq; nobiscum peregrinatur. Qui enim adoptionem asseruat, tum autem sanctificationem accuratē custodit: splendidior multo est, & scelicior eo, qui diademate indutus, ac purpura ornatus est, per hanc vitam magna tum tranquillitate tum pace exūdans, vnā cum spe bona educatus, ac nullum tumultus, turbationisq; argumentum habens, sed voluptate perpetua perfruens. Animi enim tranquillitatem, & læticiam non principatus magnitudo, non pecuniarum copia, non potentię tumor, non corporis fortitudo, non mensæ sumptus, non vestium ornatus, non aliud quicquam rerum humanarum adferre cōfucit, præterquā rectē factū solū spirituale, ac conscientia bona: quā certē qui purā habet, vt pannosus sit, vt cū fame luctetur, tamen tranquillior beatiórq; est iis, qui inter delicias magnopere degunt. Quæadmodū & qui sibi malē conscius est, vt omnium bona possideat, omnium est miserimus. quapropter Paulus in assidua fame ac nuditate victitans, tum autē & quotidie flagris cæsus gaudebat, ac deliciabatur supra eos omnes, qui tum regnabant. Ahab autē, rex quū esset, ac deliciis sumptuosus perfrueretur, commisso peccato illo gemebat, animū despōdens, eratque illius facies collabēs, & post peccatū & ante peccatū. Igitur si voluptate frui volum⁹, ante omnia alia fugiamus vicium, virtutēmq; sectemur: aliter enim nobis nō licet voluptatis participibus fieri, vt ad ipsum etiā regiū solū conscēderimus. Quo nomine & Paulus dicebat: Spiritus autem fructus est dilectio, læticia, pax. Hūc fructū apud nos enutriamus, vt & læticia seculi huius perfruamur, & futurū regnū assequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo, patri gloria vnā cū sancto spiritu nunc, & semper, in secula seculorum, Amen.

Homilia secunda.

**R**imū quidē gratias ago deo meo per Iesum Christū super omnibus vobis, quod fides vestra annūciatur in toto mundo. Cōueniens beatæ illi animæ procemium, ac quod satis sit, ad omnes erudiendos, tum operum, tum sermonū bonorū [decimas] deo esse offerēdas, neq; solū pro propriis, sed & pro alienis successibus, ac rectē factis gratias agendas. quod quidē animā ipsam ab inuidentiā ac malignitatis morbo liberat, ac deum magis allicit ad eos amandos, quos grato erga se animo esse cognouerit. quapropter & tias dicit. alibi ait, Benedictus deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nobis in omni benedictione spiritali. gratias porro agere cōuenit nō diuites modō, sed & paupertate oppressos: nō sanos, sed & egrotates: nō eos quibus prospera omnia, sed & eos, quibus aduersa cōtingunt. Deo enim tum gratias agere, quū secundo cursu res feruntur, nihil mirū fuerit. at verò quum ingenti suborta tēpestate, iactata vndiq; nauis periculū incurrerit, tum demum magna existit a iij patientiā,



patientia, & quamimitatisq; probatio. Quo certe nomine & Iob hinc coronā reportauit, & diaboli impudens os obturauit: planū faciēs, se, quum fœlix esset, non ob pecunias, sed ob multā erga deū charitatem, gratias agere. Dispicito autē tum quæ ea sint, ob quæ Paulus gratias agat, nō ob terrena, ac pereūtia: nempe ob principatū, auctoritatem, gloriam. hæc enim nihili æstimāda sunt, sed ob ea quæ verè bona sunt, fidem, libertatē, ac fiduciam: tum autem quāto cum affectu gratias agat. nō enim dixit, deo: sed, deo meo, quod ipsum & prophetā faciāt, quod cōmune est, sibi priuatim vendicantes. & quid mirū si prophetæ? hoc enim deus ipse in seruis quoq; facere idētidē videtur, deū Abrahā & Isaac & Iacob, tanquā peculiaris illorū tantū esset. *Quod fides vestra annunciat in toto mundo.* Quid? omnīs terra Romanorum fidē exaudiuit? omnis ex illo. † ac nihil nō verisimile. neq; em̄ obscura, & ignobilis vrbs erat, verūm tanquā in fastigio quodā sita, vnde quaq; illustis. Mihi ipse porro cōsidera prædicationis euangelicæ vim, vt breui tēpore publicanorum ac piscatorū opera in ipsum vrbium caput inuaserit, vt homines Syri Romanis præceptores, atq; institutores extiterint. duo igitur merita ipsis testificatur, & q̄ crediderunt, & q̄ cum fiducia crediderunt: & quidē tanta, vt quæ de illis fama circumferretur, omnē terrarum orbē occuparet. *Vestra enim, inquit, fides annunciat in toto mundo.* Fides, inquā, non verborum confictus, neq; mutæ disputationes, neq; syllogismi. quanquā multa inibi erant, quæ obstare poterant, ne euangelij doctrina reciperetur. Etenim nuper orbis principatum adepti fastu multo turbabant, in diuitiis ac deliciis vitā agentes. euangelium autē ipsum piscatores Iudæi ferebāt, & quidē ex Iudæis, gente quam omnes oderant, atque abominabantur. quin & crucifixū adorari iubebant, eūmq; in Iudæa educitū. Iam & vnā cū ipso dogmate durā vitam agentē præscribebant magistri hominibus, quibus semper curæ fuerāt deliciæ, quiq; rerum vitæ præsentis admiratione attoniti essent. Adde, q̄ qui hæc nunciabant, pauperes erant & priuati, ignobiles, & ex parentibus ignobilibus orti. sed tamē nihil horū sermonis euangelici cursum impediuit: tāta erat crucifixi potentia, vt ipsum verbū quoquo verbum circumageret. *Annunciat enim, inquit, in vniuerso mundo.* Nec dixit, manifestatur: sed, annunciat: perinde quasi in omnī ore versaretur. Theſſalonicensibus quidē hoc quum testificatur, & aliud quiddam adiungit. nam quum dixisset, *A vobis peritonuit sermo domini: addidit, vt nō sit nobis necesse loqui quicquā, qui enim discipuli fuerāt, ij in doctorū gradu cōsistebant, per suā ipsorum fiduciam omnes instituentes, ad seseq; illicientes. nusquā enim euangelij prædicatio cōstiterat, sed igne vehemētius in omnem terrarum orbē inuaserat. hoc autem loco hoc solū ait, q̄ videlicet annunciat. ac rectē inquit, annunciat: planum faciēs, q̄ dictis nihil quicquam neq; addendum, neq; demendū esset.* \* Angeli enim opus hoc est, quæ dicuntur, ea sola deferre, ob quod & sacerdos angelus vocatur, q̄ non sua ipsius, sed ea tantūm nunciat, quæ ab eo acceperit, à quo delegatur. quanquā Petrus inibi etiā prædicauit. sed illius facta, sua esse ducit. vsq; adeo, quod ante dixim⁹, inuidētia omni supra modū vacabat. *Testis est enim mihi deus: quem colo spiritu meo in euangelio filij ipsius.* Verba hæc ex Apostolicis visceribus expressa, paternum nobis

† d. in Bas.

1. Theſ. 1. c.

\* d. in Bas. id est, angeli vel nunciij. Mala. 2. b.

animum verè representant. Quid autē est quod ait? & quā de causa deum testē citat? Agebatur de animi affectu. ac quandoquidē nondum Romanos viderat Paulus, ob id neminē hominem, sed eum potius, cuius est humana corda perſcrutari, testatur. Nā q̄ dixit, Amo vos (cuius rei argumentū hoc ostendit, q̄ semper in precibus oret, ac velit ad eos accedere) id ipsum quum non innotesceret, cōfugiendum sibi putauit ad testimonium fide dignum. Num poterit quicquā nostrum gloriari q̄ & ipse in priuatis precibus vniuersi ecclesiæ suæ corporis faciat, & c. faciat mentionē? non arbitror, quum tamen Paulus nō pro ciuitate vna, sed pro vniuerso orbe cum deo ageret. Idq; nō semel, nō iterū, non tertiū, sed continenter: Vt autē continenter aliquem in memoria circumferamus, fieri nō potest, nisi à magno quodā amore ac charitate: assidue porro in precibus habere, & indefinenter habere, considera quantū ea res affectū amorēmq; requirat: quum autem dicit, *Quem colo spiritu meo in euangelio filij ipsius.* Simul quidem dei gratiam, simul autem suā nobis modestiam spectatam facit. dei gratiam, q̄ tam arduum negocium cōmisit: suam modestiam, q̄ non suo proprio studio, sed spiritus auxilio rem totā acceptā refert. euangelij porro additio, speciem indicat administrationis. Multi enim ac diuersi sunt administrationis modi, & latræ itidem. Quemadmodū enim apud ipsos reges, omnes quidē vnus regnantis imperiū agnoscunt, subseruiunt autē nō omnes iisdem in rebus: sed illius munus est, exercitibus imperare, huius vrbes regere, ac dispērare: illius rursus, pecunias eas asseruare, quæ in thesauros recōditæ sunt: Ita & in rebus spiritualibus, hic quidē suā in deū seruitutē ac cultū ostendit in fide ipsa, in recta vitæ propriæ dispensatione: Ille autē suscipienda hospitū cura, alius pertractanda indigētium præfectura. quæ admodum & inter ipsos Apostolos, *Stephani* munus erat, viduarū præſidiū, ac patrociniū, atq; hac quidē in parte deo inseruiebat. alius porro euangelici sermonis doctrinā susceperat, cuiusmodi erat Paulus, seruiens in euangelio prædicando, & erat talis seruitutis ipsius modus. ea enim puincia defungebatur. qua de causa non ipsum modō deū testē citat, sed & curā sibi creditā allegat: declarās sese, cui tantū munus concreditū esset, eum in falsarum rerū testem nunquā fuisse vocaturum, qui munus ipsum credidisset. Adde q̄ & illud itē ostendere vult, charitatem ac sollicitudinē pro eis necessariū se suscepisse. nam vt ne dicerent Romani, Tu quisnam, & vnde ciuitatis tam magnæ tamq; regiæ curam suscipere te profiteris? ostendit huiuscemodi curā sibi esse necessariā. siquidem seruitutis modus hic, nempe euangelij annunciatio, ipsi erat cōmissus. cui enim huiusmodi functio delegata fuerit, huic necessariū est perpetua eos cogitatione circūferre, qui verbū ipsum excepturi fuerint. ostendit autem & aliud item per hæc verba, spiritu meo. q̄ videlicet cultus hic & gentili & Iudaico multō est præstantior. gentilis enim & erroneus, & carnalis est. Iudaicus autē, verus quidem, sed tamen & ipse carnalis. At ecclesiæ cultus Gētili quidē aduersatur, Iudaico autē multis modis sublimior est. neq; enim per oues ac vitulos, per fumum, ac nidorem latræ nostræ modus fit, sed per ipsum animū ac spiritum. quod & Christus declarans ait, Spiritus est deus: atq; eos, qui illum adorant, in spiritu & veritate adorare oportet. *In euangelio filij ipsius.* Superius dixit

Hic inf. b.

A. 7. c. 4.

Ioan. 4. 4.

dixit euāgelij patris esse, hic filio attribuit: hac ratione indifferēter & patris & filij esse ait, didicit em̄ ab illa voce sancta, quod quæ patris sunt, ea & filij sunt: quæ rursus filij, ea & patris. Omnia em̄, inquit, mea, tua sunt, & tua mea. *Quod indefinēter mētionē vestri faciā in precibus meis.* Hoc ad germanā charitatem spectat. porro vnū quiddam dicere videtur, quatuor autē hic ponit: & quod memor sit, & quod indefinēter, & quod in precibus, & quod magnis de rebus: *Orās, si quo modo aliquādo prosperū iter cōtingat, volēte deo, vt veniā ad vos.* Vides & summo affectu desideratē eos videre, nec sustinentē tamē id facere præter dei placitū: sed habētem desiderij suum cum dei timore cōiunctū. Amabat quidē illos, ad quos & solcite festinabat: sed tamē etiā si amaret, præter dei voluntatem videre eos nōlebat. quæ ipsa demū germana est charitas. cū tamē nos lōge secus afficiamur, vt qui vtrinque ab ipsis charitatis legibus excidam⁹. Vel em̄ neminē prorsus amamus, vel cū forte amamus, præter dei voluntatem amare consueuimus: vtrinque contra diuinā legem faciūtates, quod si cui inuidiosum videbitur, quod dixi, factū certe ipsum inuidiosū fuerit. Quomodo contra dei voluntatē amam⁹, dixerit aliquis? cum Christum inopia tabescentem despiciamus, liberis autē, amicis, & cognatis supra quā necesse sit, elargimur. Quū. Sed quid attinet oratiōe lōgius progredi? nam si suā quisque cōscientiam examinauerit, pluribus certe in reb⁹ hoc à nobis fieri inuenit. At vero nō talis erat beat⁹ Paulus, qui & nouerat amare, vt oportet, vtq; cōueniens est: tum autē omnes in amore cū exuperaret, ipsum tamē charitatis modū haudquaquam transgrediebatur. Vide ergo vtrinque eximie in eo abūdare: hinc cū dei timorem, hinc Romanorū desiderium. Nam quod indefinenter precaretur, quodq; voti etiā sui minime compos, à precib⁹ tamē haudquaquā desisteret: id vero à summa charitate manabat. q̄ autem amore incensus, sic tamē maneret, dei voluntati cedens, atque obsecundās: id ab intēsa religione, ac circumspectione nascebatur. Alibi quidē ter dominum aduocans non solū nō accepit, sed & cōtra, cum non accepisset, magni beneficij loco duxit, quod nō esset exauditus. sic ille sese ad deū omnibus in rebus conuertebat. hoc loco accepit quidē, nō cum petiuit, sed serò, ac ne sic quidē moleste tulit. Hęc autē dico, vt ne ægrē feramus cū non exaudimur, vel cum serò exaudimur. neque enim sumus Paulo meliores, qui ob vtrūque gratias agit. & id quidē oppidō quā cōuenienter. se enim semel totū manui res omnes vnde quaque gubernāti cum dedidisset, ac cum tāta obediētia submisisset, cū quāta lutum figuli pedibus se supponit, sequebatur quacunq; deus duceret. cū ergo dixisset precari se, vt eos videret, addit & desiderij causam. causa autē quē nā est? *Vt aliquid vobis impertiar gratiæ spiritualis, vt confirmemini.* Non enim temere, nec vt multi nūc superuacaneas ac stultas peregrinationes suscipiūt, ita ille suscipiebat: sed pro necessariis, ac valde vrgētib⁹ rebus, neq; vero apertē suam aperit voluntatē, sed obscure, nō enim dixit, vt doceam vos, vt voce erudiā, vt quod deest, expleā: sed, vt aliquid impertiar, ostēdens se nō sua ipsius dare, sed quæ acceperit cōmunicare. atq; hic rursus orationē temperat, quum ait, vt aliquid, pusillū aliquod, inquit, & iuxta modulum meū, & quodnam hoc est pusillum, quod nobis es impertiturus? hoc autē est, inquit, vt cōfirmemini.

Ioan. 17. b.

Apost. p. 11.

2. Cor. 12. b.

igitur & hoc gratiæ est, nō quassari, nō vacillare, sed firmiter consistere. Porro autē gratiæ nomine auditō, caue putes exclusam esse mercedē eam, quā ob propōsitū voluntatēq; accipimus. Nam gratiam dixit, non vt reprobet, ac contemptui habeat laborem cum, quem quisq; sibi voluntariū proponere debet ad bene agēdum, sed vt succidat, atque adimat fastū eum, ac superbiā, quam insolentia atque arrogancia afferre solet. Vide igitur ne animo concidas, q̄ Paulus gratiā dixerit. Consueuit enim, quæ magna illius est gratitudo, & modestia, recte facta ac merita, gratias ac dona vocare, p̄pterea q̄ & in his multō indigemus superni auxiliij adminiculo. quod em̄ dixit, *Vt confirmemini.* clām indicauit, eos magna correctione indigere. quod em̄ vult dicere, hoc est: A multo iā tēpore desiderauit, & in votis habuit, vos videre, ob nihil certē aliud, q̄ vt cōstanter vos firmem, atque in dei timore consolidē, vt ne assidue vacilletis. Verum sic nō dixit: perstrinxisset enim illorum animos. sed aliter, idq; remisse ipsum hoc significauit. cum enim dicit, vt cōfirmemini, hoc declarat. deinde cū & hoc valde molestū videri posset, vide quomodo orationē mitigat p̄ ea quæ addidit. Nā vt ne dicerēt, quid vacillam⁹? circūagimur, aut lingue tuę auxilio indigemus vt firmiter ipsi cōsistam⁹? ob id anteuertēs, tollit huiusmodi obiectionem, sic inquit: *Hoc est, vt cōmunē capiam consolationem in vobis per mutuam fidē vestrā simul ac meam.* ac si dicat: Ne suspicemini q̄ hoc dixerim vos inculans, ac redarguens. nō hac mente sum locutus: sed quod nā illud est, quod volo dicere? Multas passi estis afflictiones iactati ab iis, qui vos sunt p̄secuti: desidero igitur videre vos, vt aliquā consolationem afferā, seu potius vt nō consolationem tantū vobis afferam, sed vt & ipse à vobis accipiam. Hic tu expende magistri sapientiam. dixerat, vt confirmemini: vidit id dictum graue & inuidiosum discipulis esse, addidit cōsolationis verbū. sed & hoc rur⁹ graue, nō perinde tamē, vt quod pri⁹ dixerat, sed tamen graue & ipsum. eius igitur grauitatē, asperitatēq; succidēs refecat, orationē vndique edulcan, sacceptabilēmq; reddēs. nō em̄ simpliciter dixit, cōsolationem: sed, mutuā cōsolationem, ac ne sic quidem satisfactum sibi putauit, sed & aliam, & quidē maiorē delinitionē adhibuit quum dixit: *Per mutuā fidē vestram simul ac meam.* Papæ, quanta hæc est animi humilitas! ostēdit & se quoq; illis indigere. nō illos solū ipso. ac discipulos ipsos in magistrorū numero habuit, nihil sibi præstatiæ relinquēs, sed æqualitatem magnā ostētās. Cōmunē est, inquit, lucrū, & ego vestra ego cōsolatione, & vos itē mea. qui vero id sit? per mutuā fidem vestram simul & meam. Quemadmodum enim ignis naturam talem esse videmus, vt si quis multas in vnū lampadas cōegerit, splēdidam reddat, & incēdat lucē: sic & in ipsis fidelibus ac credulis vsu venit. Cū em̄ à nobis mutuō auulsi sumus, sit nescio quo pacto, vt mœstiores reddamur. cū autem mutuō nos cōspiciētēs mēbris domesticis hinc inde impliciti, sit vt magnam consolationē accipiamus. Mihi enim hic tēpus præsens ne examinaueris, per quod dei gratia, multi fidelij ordines, & per vicōs, & per vrbes, & in ipsa eremo inhabitant: verum memoriæ tuæ obuersetur tēpus illud, quārū inde bonū existeret, cum & discipuli magistrōs contuerentur, & à fratribus fratres ex alia ciuitate profecti cōspicerētur. Atque vt rem ipsam planius eloquamur, exemplo

exemplo

exemplo vtemur. Nam si forte contingeret ac fieret, quod tamē omen deus auertat, abductos nos in Persarum, vel Scytharū, vel cæterorū Barbarorū regionem binos, ternosve, in illarū gētium vrbibus a nobis mutuò auelli, deinde repēte quēpiā ex hac vrbe aduenientē videre: considera quantā caperemus ex ea re cōsolationē? Nōne videtis eos qui in carcere vitam degūt, si quem familiarium suorum viderint, exurgere, ac prae voluptate exilire? Quod si captiuitati, ac vinculis tēpora illa cōfero, mirū esse nō debet: illi enim multo his grauiora passi sunt, dispersi, ac p̄ffigati, in paupertate ac bellis victitātes, quotidianū interitum timentes, amicos, domesticos, consanguineos suspectos habētes, in ipso terrarū orbe tanquā in terra hōspita, atque extera habitantes. seu vt verius dicam, grauiora longe tolerātes, quā tolerare solent, qui in aliena terra degunt. Quapropter ait, *Vt confirmemini, & mutuā capiam cōsolationē per mutuā fidē.* Hoc autem dixit, non quod illorum auxilio indigeret: absit hoc. quo enim pacto qui ecclesiā columna esset, quicq; idē & ferro & petra firmior, idē spiritua- lis ille adamas, idē infinitis ciuitatib⁹ sufficiens, alieni auxilij indigēs esse posset? sed vt ne orationē molestā, increpationēq; ac rē reddat, fatetur & ipse se illorū indigere cōsolatione. Quod si quis hic cōsolationem, latitiā eā interpretetur, quā fidei illorū incrementū afferebat, ea certe Paulum indigere si dixerit, minime aberrauerit. Dices? Si igit̄ desideras Paule, ac precaris, si & cōsolationē cōmunicaturus es, quid illud tādem est, quod aduentū tuum prohibet? hanc igitur diluens suspitionem, adiicit. *Nolo autē vos ignorare fratres, quod sepe proposuerā venire ad vos, licet praecepit fuerim ad hunc vsque diē.* Vide scruiis obedientiā modum, & simul animi admodum grati argumentum. Quod fuerit prohibitus, dicit: quamobrē autem, nō itē: neq; enim examinat domini mandatum, sed parēt tantū. quāquā par erat hāsitare, quānam de causa vrbē tam splēdidam, tam magnā, & ad quam se totius orbis oculi cōuēterent, prohiberet deus, quo minus talem magistrum, tanto iam tempore assequeretur. Siquidem quisquis inperantem, dominantēque vrbē vicerit, is & subditos paruo negotio adoriatur. At quisquis regaliore vrbe missa, subditis subigēdis incūbit, idē caput se negligere ostēdit. Sed tamen nihil horū Paulus curiosē indagat, quin potius incōprehensibili prouidentia cedit: partim animi sui moderationē spectatam faciens, partim nos omneis erudiens, à deo nunquā exigendam esse eorum quæ facit rationē, etiam si ea multorum animos turbare videantur. Domini enim solius est iubere, famulorū autē parēre. Atque hęc quidem de causa, q̄ prohibitus sit, dicit: nō etiā quare sit prohibitus. Neque em̄ ego id scio, inquit: ne me igitur interrogetis, quānā sit dei voluntas, aut sententia. Nam neq; figmentum opifeci dicit, quid me sic finxisti? qua igitur, obsecro, de causa id & tu scire elaboras? nescis illū omniū curam habere: illū sapiētē esse: illum nihil frustra, nihil temere agere: illū te magis amare, q̄ proprij parēs amēt: illū vehementissime ac longo quidem interuallo, & patris pietatē & matris curā superare: itaque nihil amplius peruestiga, nēve vltēr⁹ progreditor. Erenim ad cōsolationē hęc tibi sufficiunt. Siquidem & tum Romanorū imperium sapiētē regēbatur: q̄ si modum ignoras, nolito egredieris. hoc em̄ maxime fidem arguit, administrationis modū igno-

Infr. 9.d

rantem, prouidentia rationē admittere. Cum igitur ex animi sententia ea confecisset Paulus quē studiose cupiebat (quid autem id erat? nempe vt testatū faceret, se q̄ adhuc ad eos non accessisset, nō id fecisse q̄ illos contēneret, sed quod vel maxime desiderās, prohiberetur) tum autem segniciei crimen cum à se remouisset, illisq; persuasisset, se nihilo minore desiderio illorū videndorum teneri, q̄ illimet ipsi tenerentur: rursus & aliis quidem rationibus charitatem suā ostendit. neque enim quoniam prohibitus sum, inquit, destiti ab incepto semel conatu: sed semper quidē rem attentavi, semper autē prohibitus fui, neque tamē vnquā destiti: volūtati quidē diuinæ non resistēs, charitatē autē cōseruās. quod enim Paulus in proposito perseueraret, ac minime ab eo desisteret, amoris vim probabat, q̄ autem prohiberetur, ac minime resisteret, omnimodā erga deum charitatē ostendebat. *Quod fructū aliquem habeam inter vos quoque. Quāquā & superius desiderij tui causā aperuit, eāq; sibi ipsi cōuenire ostēdit: tamē & hic quoq; eam at- texit, illorū fastū atque insolētiam etiam atque etiā cōtundens.]* Quoniam enim Roma sola vbique cōspicua, atq; illustris siue terra, siue mari, ciuitas esset, cuius peruidēdā desiderij solum multos eo impellebat: vt ne quid tale & de Paulo quoq; Romani opinarentur, nēve suspicārētur, q̄ venditans sese ille solum de ipsorū familiaritate ac cōiunctione, desideraret illuc aduenire, assidue ponit desiderij argumētum & causam. ac suprā quidem ait, vt aliquid vobis impertiar gratiæ spiritualis: hic autē apertius, vt fructum aliquē habeam inter vos quoque. *Quemadmodum & inter reliquas gentes.* Principes in subditorū numerum cogens, post infinitos triūphos, ac victorias, ipsamq; adeo cōsulum claritatē, cum barbaris ipsis cōmittit. & id certe admodū decēter, nam si ad fidei nobilitatē spectes, nullus tibi erit barbar⁹, nullus gētilis, nullus aduena, nullus cuius, sed in vnum idēmq; dignitatū fastigium condescendunt omnes. Vide porro, vt hic quoq; Paulus modeste se habeat: neq; em̄ dixit, vt doceā, vt instituam: sed quid? vt fructum habeam, neq; simpliciter fructum, sed fructū aliquem: rursus corripēs partes suas, quēadmodū superius dixit, vt aliquid impertiar: deinde & ipsos quemadmodum iā dixi, compescens. *Quemadmodum & inter reliquas gentes.* Neq; enim hoc nomine q̄ diuites, quod cæteris præstāiores estis, minus studij erga reliquos præstamus: cū nō ipsos diuites, sed eos tantum, qui fidē suam Christo addixerūt, queram⁹. Vbi, obsecro, nūc sunt quos Græcia sapientes habuit, iidem barbaram submittentes, exomidas amicti, magnopere intumescētes ac turgidi? En tabernaculorū texedorū artifex nō ipsam tātū Græciā, sed & Barbarā terrā omnem cōuertit: cum qui apud illos quā ageretur, quā circūageretur Plato, ter in Siciliam profect⁹, cū verbōrum illorū fastu ac fumo, cum magna illa, quā de eo cōceperāt, opinione, ne vnus quidē tyrāni cōpos euaserit, quin potius ab illo tam infelicitē se explicuerit, vt & ipse libertatē amitteret suā. At tabernaculorum texendorū artifex hic, non Siciliam modo atque Italiā, verum vniuersum terrarum orbem verbum dei prædicans, peragrauit, cum in interim artē nō intermitteret, sed vel tū quoq; pelles cōsueret, officināq; suę p̄ficeret, neq; vero ea res patricos, ac magnates offendeat. idq; iure optimo. Nō em̄ artes ac studia, sed mēdaciū, & conficta dogmata despicabiles reddere.

nimirū ut diligenter illorū suspitionē tollat.]

Hic sup. b

reddere solent præceptores, propterea illum quidē Athenæ irrident, huic autē assiduum operam dāt, & barbari, & rudes, & idiotæ. nam euāgelij prædicatio cōmunis omnibus propofita est, quæ quidē nec dignitatis differentiā, nec generis excellētia, nec aliud quicquā id genus nouit, sola enim fide opus est, non syllogismis. quapropter admiratione digna esse in primis debet, nō solū q̄ & vtilis, & salutaris, sed q̄ & facilis, & p̄cluis, & omnib⁹ susceptu facilis. id quod dei maxime prouidentia arguit sua omnibus cōmunia proponētis. Quod enim in Sole ac Luna, in terra ac mari, cæterisq; deus fecit, non diuitibus quidē ac sapiētibus plus partiens, maioremque copiā faciēs, sed æqualē omnibus vsu fructum proponens: id & in ipsa, quā dico, euāgelij prædicatione fecit. idque tāto etiā magis, quāto ea reb⁹ illis magis est necessaria. quapropter & Paulus assidue ait, omnib⁹ gētib⁹. deinde declarās se nihil illis largiri, sed mandatum domini implere, tum autē illos relegans ad dei vniuersalem œconomiam, ait: *Debitor sum.* Quod & ad Corinthios scribēs ait. hoc autē dicit, vt omnia deo ipsi tribuat. *Ita quantum in me est, paratus sum vobis quoque, qui Roma estis, euangelizare.* O animam generosam, hominis rē tot, tantisq; periculis obnoxia suscipientis. peregrinationem maritimā, tētationes, insidias, defeciones. par enim erat eū qui disputaturus esset cū tāta ciuitate, & ea impietatis tyrānide oppressa, tentationum agmen, ac veluti gradinē perferre: itaque & inibi mortu⁹ est, imperatoris iussu capite trūcat⁹. Sed tamē cū pericula tāta expectaret, nihilo pigrior reddebatur, sed festinabat, ac parturiētis more appetebat, & promptus erat. propterea ait, *Quantum in me est, paratus sum vobis quoque qui Romæ estis euangelizare. non enim me pudet euāgelij Christi.* Quid ais o Paule? Cū cōueniret vt diceres, glorior, ac me ipsum iactito: nō hoc, sed quod hoc minus est, dicis, quod videlicet te mini me pudeat. quā locutionem in rebus non admodum insignib⁹ vsurpare cōsueuimus. quid igitur est quod ait, & quamobrē sic loquitur? cum præsertim alioqui ob id magis Euangeliū, quā vel ob ipsum cœlum gloriatur. Siquidē ad Galatas scribens, Mihi autem ait, absit gloriari, nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi. Cur igitur hic non ait, glorior, potius quā, non me pudet? Romani admodū stupecebant ad res mundi hui⁹, ob diuitias, ob principatū, ob victorias, quin & suos iidē imperatores diis pares existimabant. quos certe etiā eo nomine dignabantur. vnde & templis, & aris, & sacrificiis illos colebant. cū ergo sic illi turgerēt, essetq; Paulus Iesum prædicaturus, Iesū in quā fabri filiū existimatū, eundēmq; in Iudæa educum, idq; in tenuis mulieris domo, satellitibus nullis stipatū, nō opibus abundantē, sed vt reum condemnatū, intērq; latrones mortuū, tum autē eū, qui alias multas ignominias pertulisset: ac verisimile quidē esset, fore, vt Romani pudore suffunderentur, vt qui nihil dum rerū arcanarū ac magnarū caperent, propterea ait, nō me pudet, illos interim erudiēs nō erubescere. nouerat enim, quod si id illi essent affecuti, statim progressi vltērius eoufq; peruenirēt, vt & gloriarentur. Ad eūdem modū, si & tu quoq; quēpiā audieris dicentē, Cruci suffixum adoras? ne te pudeat, neu ad terrā oculos deicias: sed gloriare, ac tibi ipse placeas, liberisque deicias: sed facie erecta cōfessionē admittito. q̄ si rurs⁹ dixerit, Crucifixū adoras? & tu rursus ad illū, adoro quidē, sed nō adulterū, nō parrici-

ad reddēdā deo de omnibus gratiarū actionem: dicit. Græcis simul & barbaris, eruditus pariter ac rudibus.]

Gala. 6.d

dam, nō liberorum propriorum cōforem (tales enim apud illos dei omnes) verum eum qui per crucē demonib⁹ os obstruit, eorumq; infinitas incātationes, imposturasque sustulit. Etenim crux propter nos, ineffabilis humanitatis opus, eadē magnē curæ symbolū. præter hęc autem quæ dixi, quādoquidem & dicēdo valde sibi placerēt Romani, ac peregrina ornatī sapiētia turgidi cōsēt, vestris istis omnib⁹, Iquit Paulus, syllogismis multā salutem dicens, ad vos accedo, crucem prædicans: nec me propterea pudet. *Potentia siquidē est dei ad salutē.* Ad salutem dicit, eo q̄ & dei potentia & ad pœnam quoq; existit, etenim cum Aegyptios puniret, Hęc mea, inquit, magna est potentia, & potentia etiā ad exitiū. Timete, inquit, eum qui & animā & corpus gehēna potest perdere. Propterea ait Paulus, nō hęc ad vos adueniēs afferō, nō quæ ad pœnā, ac supplicium, sed quæ ad salutem faciunt, quid igitur? nōne & hęc nunciabat euāgelii? de gehēna sermonē? de exteriorib⁹ tenebris? de vermine pestifero? ex nullo enim alio loco, q̄ ex euāgelio hęc cognoscim⁹. qui igitur potētia dei ad salutē? sed audi & quæ sequuntur. *Omni credenti Iudæo primum & Græco.* Non enim simpliciter omnib⁹, sed suscipiētibus, quāuis em̄ gentilis fueris, quāuis per omne viciorū genus volutatus, quāuis Scythā, ac barbarus, quāuis mera belua, quāuis omnis rationis expers, & peccatorū sarcinis sexcētis onust⁹, simul atq; de cruce sermonē excepisti, & baptizatus es, sit certe, vt illa omnia deleas. Quare autē hic ait, Iudæo primum & Græco? quid hęc tibi vult differentiā? atqui p̄æpe dixit, q̄ neque circuncisio, neque præputium quicquā faciunt. quomodo igitur hic distinguit, Iudæū Græco antepōnens? quid tandē esse potest? neque enim q̄ primus sit, idcirco maiorem accipit gratiam: idē enim donū & huic & illi datum est. Verum ordinis dūtaxat honos est verbum id, primum, neque em̄ superiores partes in hoc obtinet, quod maiore iustitiā acceperit: sed in hoc solū honoratur, quod primus eam acceperit. quando quidē & in eorum qui illuminātur numero (nostis quid dicā, qui mystē estis) omnes quidē ad baptisima accurrūt, non omnes autem eadē hora: sed hic primus, ille secundus. non tamen primus plus accipit, q̄ secundus: neque hic plus eo, qui post eum accedit: verum eadem omnes assequuntur, igitur hoc loco, primū, verbi honos est, non gratiæ abundantia. deinde cum dixit, ad salutē, rursus auget ipsum donum, ostendens nō ad tempus tantum præsens pertinere, sed & vltēr⁹ progredi. hoc enim declarauit cū dixit, *Iustitia enim dei per illud patet.* Qui igitur iustus effectus est, is non per præsens tantū seculum, sed & per futurū viuēt. Neque vero hoc solū, sed & aliud quiddā subindicat: nempe splendorem, ac claritatē eiuscemodi vitæ. quādoquidem enim licet & cū dedecore seruari (quod in multis nonnunquā vsu venire videmus, qui benignitate regia debitam pœnā euadētes seruātur) vt ne quis tale aliquid suspicetur, audito salutis nomine, addidit & iustitiā: iustitiā, non tuam, sed dei, abūduantiam ipsius ac facilitatem subindicās. Non enim ex sudoribus ac laboribus ipsā assequeris, sed à superno dono accipis, vnū dūtaxat ex te afferens, fidem. deinde quādoquidem quod dixerat, suasibile minime videbatur, si adulter, mollis, sepulchorū compilator, incantator confer- tim, nō modo à pœna liberatur, sed & iust⁹ efficitur, & iustus quidē iustitia superna, à veteri testamento

Matt. 10e

Matt. 8. b Mar. 9. g

Gala. 5. b

sermoni



fermoni fidē astruit: ac primum quidem breui ver-  
bo vastum historiā mare vnicuique intueri valēti  
adaperit. q̄ enim dixit, ex fide in fidem, relegauit au-  
ditorē ad dei ordinationes eas, quas in veteri instrumēto  
factas legimus, quas ipsas ad Hebræos scribēs  
magna cum sapiētia edidit, & iustos, & peccatores  
etiā tum sic iustificatos ostendit. propterea & Raab,  
& Abrahā mentionē fecit. postea autē, (cum hic solū  
illud subindicasset, currebat em̄ ac festinabat ad  
aliā quandā contemplationem) à prophetis rursus  
fermoni fidem cōciliat, Abacuc in mediū adducēs,  
clamantē ac dicentem, quod non licet aliter viuere,  
ei quidē certe qui victurus est, nisi per fidem. Iustus  
em̄, inquit, ex fide viuet, de futura vita loquens. Quā-  
doquidē enim quæ deus largitur, ea omnia humanæ  
cogitationis captū superant, meritō fide nobis opus  
est. Qui enim plus æquo sibi tribuēs præ fastu, atque  
arrogātia, reliquos cōtēnit: is certe nihil quicquam  
proficiet. Audiant miseri hæretici spirituales vocē.  
Talis est enim cogitationū natura. Labyrintho cui-  
piam ac gryphis similis est, nullū vsquam finē habēs,  
neq; cōcedens cogitationē stare supra petram, ori-  
ginē ab arrogantia, ac nimia sui opinione assumens,  
cum enim quosdā pudeat ad fidei susceptionem ac-  
cedere, vt ne videatur cœlestia ignorare, ipsi sese in  
cogitationū veluti quisquilias, ac minutias cōiciūt.  
Itāne vero miser & infœlix, atq; infinitis profequen-  
de lacrymis, si quis te roget, quomodo cœlū sit cō-  
fēctū, quomodo terra: & quid dico cœlum ac terrā?  
quomodo tute formatus: quomodo enutritus, & au-  
ctus, te tuę minime pudet ignorātia: sin vero de vni-  
genito sermo existit, præ pudore te ipse in exitij bara-  
thrū coniciēs: quod te videlicet indignū existimes,  
cui nō omnia cognita sint. Atqui indignitas poti⁹ ea  
cēfenda est, quoties cōtēdis, quoties intempestiue  
ac curiosè nimis, quod tute ignoras, p̄scrutaris. Sed  
quid hic de dogmatib⁹ loquor? A malitia em̄ nobis  
per hęc vitā contracta non aliunde liberamur, quā  
per ipsā fidē. Sic & veteres illi omnes claruere, sic  
Abrahā, sic Isaac, sic Iacob, sic meretrix salutē inue-  
nit & in veteri, & in nouo instrumēto. Fide em̄, ait,  
Raab meretrix speculatoribus ab ea exceptis, nō in-  
terit vnā cū incredulis. neq; secū ipsa dixit, Qui po-  
terūt hi, cū sint captiui, fugitiui, exules, vitāque er-  
ronum agant, ipsos nos vrbis, mœnium, ac turrium  
dominos sub suā victos potestātē cogere: quādoquidē  
si hęc secū elocuta fuisset, & se ipsa, & illos vnā  
perdidisset: quod ipsum & fecerunt maiores illorū,  
qui tum seruati sunt. Illi enim, quandoquidē cōspe-  
ctis viris magnis, ac prægrandibus, victoriæ modum  
disquisiere, oēs nullo bello, nulla instructa acie perie-  
runt. Vides quanta incredulitatis pernicies, quantus  
itē fidei murus sit? Illa em̄ multa milia pessundedit:  
hęc autē vel meretricem mulierem nō seruauit mo-  
do, sed & tam magni item populi præsidem effecit.  
Morale.  
Hæc ipsa igitur, itēq; & his lōge plura cum ita se  
habere cognoscamus, a deo eorū quæ agūtur, ratio-  
nem nunquā exigamus. Verum quicquid ordinauerit,  
id omne admittamus: nihil anxie indagātes, nihil  
curiosè p̄scrutātes, vt etiā in humani animi ratio-  
nē non cadat, quod ille mandauerit. quid enim, quę-  
so, absurdius fuerit, quā parentē, iugulare vnigeni-  
tum suū filiū, eundēq; legitimum sed tamen iustus  
ille id facere iussus, nō curiosè de mādato sciscitatus

est, sed iubētis dignitate p̄p̄cisa, mandatum duntaxat  
admisit. Et alius itē iussus à deo prophetā percu-  
tere, quandoquidē, quod illi res absurda esse videretur,  
curiosius de ea p̄scrutatus est, ac simpliciter nō  
paruit, p̄cnas extremas dedit: percussor autē probatus  
est. Et Saül itē, hominem cum præter dei placitū  
seruasset, regno priuat⁹ est, incurāda mala p̄p̄essus.  
Iam & alia præter hęc permulta exēpla inuenias, per  
quę omnia edocemur, & quidē magnopere, diuinorum  
mādatorū rationem nunquam esse exigēdam, sed  
cedēdam tantum ac parendam. Quod si periculofum  
est quę ille mādauerit, de iis curiosi⁹ indagare,  
extremūq; supplicium curiosi⁹ p̄positū est: quā-  
nam tādē defensionē habituri sunt, qui ea curiosè  
p̄scrutātur, quę sunt his multo & secretiora & horri-  
biliora: Verbi gratia, quomodo deus filii generauit,  
& quānam ratione? quānā porrō in deo substantia?  
His igitur p̄p̄sis bonorū omnium parentē fidem,  
magna cū beneuolentia suscipiamus, vt tanquam in  
tranquillo portu vela explicantes, tū quæ recta sunt  
dogmata obseruemus, tum vitā nostram cū securita-  
te dirigētes, æterna tādē bona assequamur, gratia &  
benignitate domini nostri Iesu Christi, cū quo patri  
gloria, † vnā cum sancto spiritu in secula seculorum,  
Amen.

Homilia tertia.

**B**alam fit enim ira dei de cœlo, aduersus omnē impie-  
ratē, & iniustitiā hominū, qui veritatē in iniustitia  
detinēt. Vide Pauli prudentiam, vt ab iis quę  
mitiora sunt exhortatus, ad ea quę formidinē incu-  
tiunt sermonem vertat. nam cum dixisset euangeliū  
salutis ac vitæ causam esse, tum autē & dei nobis po-  
tentiam ac iustitiā repræsentare: enarrat & ea, quę  
terrere quidē possunt eos, qui illud respicerint. Quā-  
doquidē enim p̄p̄se euenire videm⁹, vt bona ho-  
minum pars nō perinde bonorū promissione, atque  
minarum terrore ad virtutē pertrahantur, vtrinque  
ipsos allicit. propterea & deus ipse nō solū cœlorum  
regnū promisit, sed & gehennam comminatus est: &  
prophetæ itē cum Iudæis hac ratione agebant, mala  
bonis assidue tēperātes. Quapropter & Paulus sic o-  
rationē variegat, haud tamē simpliciter, verum, quæ  
læta ac mitia sunt, ea p̄ponit, deinde & quę molesta:  
ostēdens q̄ illa quidem à dei antegressa & primaria  
sententia obueniunt, hęc autē à negligentium mali-  
tia. Sic & p̄pheta primo loco bona obtēdit, cū ait: Si  
volueritis, ac me exaudieritis, terrę bona comedetis:  
sin nolueritis, ac dicto meo parētes nō fueritis, ma-  
chæra vos absumet. hac ratione & hic Paul⁹ sermonē  
p̄mouet. Cōsidera autē: venit, inquit, domin⁹ afferēs  
remissionē, iustitiā, vitā. nec hęc simpliciter, sed per  
crucē. quod autē maximū, & mirabile, nō quod talia  
largitus sit solū, sed quod & talia passus. Si igitur in-  
iurij fueritis in ipsa dona, tū manent vos quę molesta  
sunt. Vide porrō, quemadmodū orationem attollat:  
Palam fit enim ira dei de cœlo. Vnde hoc liquet? hoc si  
fidelis quispiā dixerit, Christi apophthegmata, ac scē-  
tias allegabimus: sin autē infidelis, & ethnicus, ei  
Paulus os obstruit, per ea quę sequūtur, nepe per ea  
argumēta, quæ dei iudiciū arguūt: ab iis, quæ per il-  
los sūt, irrefutabile argumētū in medium adducēs.  
quod ipsum maxime est ab inexpectato, cum vide-  
licet eos, qui veritati aduersant, per ea quæ quotidie  
& faciūt ipsi, & dicūt, declarat, veritatis dogmata cō-  
mēdare ac probare. Sed hęc quidē in subsequenti-  
bus,

bus. Interim autē propositum sequamur. *Palam fit enim ira dei de cœlo.* Atqui & hac quoq; in vita id p̄p̄e  
vfu venit: videlicet dū pestis, dū fames, dum bel-  
lum ingruunt: etenim priuatim singuli & cōmuniter  
vniuersi puniūtur. Quidnā igitur noui tum erit? Nē-  
pe quod supplicium & maius, & cōmune, & præterea  
nō earundem rerum causa. nunc enim quæ fiunt, ad  
correctionē fiunt: tum autē ad p̄cnā. Id quod Pau-  
lus declarans, dixit, Erudimur nunc, vt ne cū mundo  
condēnemur. ac nūc quidem multi sunt, quibus ad-  
uersa p̄ multa accidere videntur, nō à superna ira, sed  
ab hominū vi atq; iniuria. tum autē palam fiet sup-  
plicium à deo immissum: cū videlicet sedēs iudex pro  
terribili tribunali, alios quidē iubebit in caminos tra-  
hi, alios vero in tenebras exteriores, alios ad alia, &  
ea ineuitabilia, & minime ferēda supplicia. & quā ob-  
rem nō sic aperte enūciauit, videlicet, q̄ filius dei vē-  
turus est cū infinitis angelis, & ab vnoquoq; factorū  
rationē exacturus: poti⁹ quā, palam fit ira dei? Au-  
ditores etiā dum ex neophytorum numero erāt, ob  
quod ipsos primū allecāt, iis quę apud illos valde in  
cōfesso erant: præter hęc autē quæ dicta sunt, & ad-  
uersum gētiles inuehi mihi videtur: quapropter hinc  
exorditur. postea autē & de Christi iudicio sermonē  
inducit. *Aduersus omnē impietatem & iniustitiā hominum,*  
*qui veritatē in iniustitia detinēt.* Hic ostendit multas esse  
impietatis vias, sed veritatis vnā tātum. Etenim va-  
ria, multiformis, & confusa quædā res est impostura.  
Veritas autē, vnā. postea quā vero de dogmatib⁹ dixit,  
dicit & de vita, iniustitiā hominum allegās. Iniustitiā  
em̄, multā. Alia siquidē circa pecunias fit: nē-  
pe cū quis in iis proximū fraudi est, alia ad rem vxoriam  
spectat: cū quis cōiugij fidem fallens, vxore de-  
relicta, alteri⁹ nuptias dirimit. etenim & hoc, fraudē  
Paul⁹ vocat, his verbis, Ne quis opprimat ac fraudet  
in negocio fratrē. Alij rursus vxoris ac pecuniarū lo-  
co, proximi gloriā labefactant, ac denigrant. & hoc  
porrō iniustitia est, etenim meli⁹ nomē bonū, quā  
diuitiē multā, nōnullis autē placet & hoc à Paulo de  
dogmatibus fuisse dictū, sed tamē nihil phibet quin  
de vtroq; dictū intelligas, quid autem illud est? *Qui*  
*veritatē in iniustitia detinēt.* Per subsequētia discito:  
*Propterea quod id quod de deo cognosci potest, manifestū est in*  
*illis, Deus enim illis patefecit.* Verum huiusmodi gloriā li-  
gnis circūposuerūt, & lapidibus. Quemadmodū igitur  
cui regales pecuniæ creditæ fuerint, mādaturūq;  
acceperit, vt eas in regis honorē ac decus infumat: is  
si in prædones, scorta, magos, eas insumpserit, hosq;  
regis pecuniis splendidos reddiderit, tāquā qui ma-  
xime regē offenderit, p̄cnas p̄dit: ita & hi, cū acce-  
pissent notitiā de deo, deq; ei⁹ gloria, deinde idolis  
illā circūposuissent, in iniustitia veritatē detinuerūt,  
ac quod in ipsis quidem fuit, cognitionē iniuria affe-  
cerunt, cum ea ipsa, quatenus decens fuit, vsi nequa-  
quam fuerint. Apertū ne vobis est quod diximus? an  
apertius denuo dicendū illud est? quidnam igitur il-  
lud est, quod dicimus? cognitionē sui de⁹ hominib⁹  
iā inde ab initio indidit. Verum hanc cognitionem  
ethnici lignis ac lapidibus circūponētes, veritatem,  
quod in ipsis fuit, iniuria affecerunt. Illa em̄ immuta-  
bilis manet, vt quæ habeat propriā gloriā immortā,  
at vndē nā liquet, q̄ ipsis indidit deus sui cognitionē  
ô Paule? propterea quod, inquit, quod de eo cogno-  
sci potest, manifestū est in illis. Hoc ipsum vero sentē-  
tia est, nō demōstratio. Tu porrō mihi adstruito, p-

A bato, ac declarato, quod cognitio de deo illis mani-  
festa fuerit, & q̄ sponte sua illam prætermiserint, vnā  
denā igitur manifesta erat? vocē è supernis immisit  
illis deus: nequaquā. sed quod illos voce validius il-  
licere poterat, id fecit, mūdi creatione in mediū pro-  
posita, vt possit sapiēs, rudis, Scythā, barbar⁹, ex ipso  
aspectu, eorū quæ oculis subiecta sunt, pulchritudi-  
nē edoctus, ad deū cōscēdere. *Si quidē quæ sunt inuisi-  
bilia illius, ex creatione mundi dum per opera intelliguntur, per-  
uidētur.* Quēadmodū & Propheta inquit, Cœli enar-  
rant gloriā dei. Quid enim eo die dicent gentiles? te  
ignorauimus? Itāne vero non exaudiistis cœlū, vocē  
ab aspectu emittentē? non exaudiistis cōpositam re-  
rum omniū harmoniā tuba illustrius clamātem? no-  
ctis ac diei leges nō p̄spicitis perpetuo stas, atq;  
immobiles? hyemis, veris, cæterorū que anni tēporū  
cōpositum ordinem, firmum & immotū? maris cle-  
mentiā, idq; in tanta fluctuum conturbatione? deni-  
que omnia ordinē seruantia, eadēq; tum à pulchri-  
tudine, tum à magnitudine ipsū opificē veluti præ-  
conio annūciātia? hęc enim omnia & his etiā plura  
contrahens Paulus, dixit: *Siquidē quæ sunt inuisibilia illius*  
*ex creatione mūdi dum per opera intelliguntur, peruidētur,*  
*ipsaq; æterna eius potētia ac diuinitas in hoc vt sint inexcusabiles.*  
Quāquā nō hoc nomine ea fecit deus, & si hoc vfu  
venit, nō em̄ vt ipsos defensione priuaret, doctrinam  
tātā in mediū proposuit, verum vt ipsum cogno-  
scent. Ingrati autem effecti, se ipsi defensione priua-  
runt. Deinde ostēdēs quomodo defensione sint pri-  
uati, ait: *Propterea quod quæ deum cognouerint, non vt deum*  
*glorificauerunt, neque grati fuerunt.* Vnū hoc crimē maxi-  
mum. Alterū post illud, quod etiam idola coluerint.  
C quod & Hieremias increpās, ait: Duo mala patrauit  
populus iste, me dereliquerūt fontē aquæ viuētis, &  
foderūt sibi cisternas dissipatas: deinde q̄ diei notitiā  
habuerint, neque tamē notitia, vt decuit, vsi fue-  
runt, adducit hoc ipsum, nepe quod deū cognoue-  
runt, ob quod adiecit: Propterea quod cū deum co-  
gnouerint, nō vt deū glorificauerunt, & causam qui-  
dem addit, ob quā in tantam amentiam dilapsi sint.  
quānā igitur ea cogitationibus rem totā cōmiserūt.  
verum non sic dixit, sed quod multo erat terribilius:  
† Frustrati sunt enim per cogitationes suas, & obtenebratū est  
insciēs cor eorū, Quēadmodum enim in nocte illu-  
strati sunt. ]  
ni, si quis peregrina via ingredi conetur, aut mare na-  
uigare, nō solū nō perueniet ad finem destinātū, sed  
peribit protinus: sic & isti iter ad cœlū ferens aggres-  
si, à se lucem cum ademerint, ac pro ea cogitationū  
tenebris sese inuoluerint, in corpore incorporeū, in  
figura infiguratū exquirentes, naufragium infestissi-  
mum fecerūt. Cum iis autē quæ dicta sunt, & aliā er-  
roris illorū causam ponit, cum ait: *Cum se crederēt esse*  
*sapientes, stulti facti sunt.* Magnum enim quiddam de se  
imaginātes, nec sustinentes ea via ingredi, qua deus  
eos ingredi iussit, amētię cogitationib⁹ immerfi sūt.  
deinde ostendēs, atq; ob oculos ponēs ingentē illo-  
rum fluctuationē, vt videlicet infesta, & veniē omnis  
expers esset, addidit: *Et mutauerūt gloriā immortalis dei*  
*in similitudine imaginis corruptibilis hominis, & volucrū,*  
*& quadrupedū, & reptiliū.* Primū crimen, quod deum non  
inueniunt, secundū, quod causas magnas, & apertas  
habent, tertiū, quod dicent se esse sapiētes, quartum,  
quod non solū non inueniunt, sed quod vene-  
rationē illā in demonas, in saxa, ac ligna deflexerūt.  
Deiicit quidē in epistola ad Corinthios illorum fa-  
ctum,

Hebr. 11. b. f.

Abac. 2. 4

thumara

Hebr. 10. f

Num. 14. g.

Gen. 22. 4

3. Re. 20. f  
1. Re. 15. b

imperii, honor & adorat. o cū sancto ritu.

1. Thef. 4. b.

Prou. 22. 4.

Esa. 1. 4

Psal. 18. 4

Hier. 2. 6  
Iudai deū deseruerunt, & cum idolis fornicati sunt.

† Frustrati sunt enim per cogitationes suas, & obtenebratū est  
insciēs cor eorū, Quēadmodum enim in nocte illu-  
strati sunt.]



1. Cor. 1. d

stum, sed nō perinde illic, vt & hic. Illic enim ipſis ex cruce plagā infert, dicens: Quod ſtultitia dei, ſapientior eſt, quā homines. hic vero citra etiam cōparationē, ipſorum ſapientiā per ſe taxat, oſtēdens ſtultitiam eſſe, & arrogantiā dūtaxat oſtentationem. deinde vt intelligas quōd cum haberēt de deo notitiam, ſic eā prodiderūt, hoc verbo, mutauerūt, vſus eſt. qui autē mutat, tanquam aliud habens mutat, voluerunt enim amplius quiddā inuenire, ſiſibus ſibi datis non cōtēti. quapropter & ab iis exciderūt, vt qui nouitatē appetuerint. Etenim huiuscemodi omnia Græcorū fuere, ob quod aduerſum ſemetipſi mutuo ſteterunt. Et Ariſtoteles quidē aduerſus Platonē inſurrexit. Stoici autē in hūc infremuerūt, & alii aliis hoſtis extitit: vt nō tā illos cōueniat ob ſapientiam admirari, quā auerſari, & odiſſe, quoniā quidem ob hoc ipſum & ſtulti fuere. Niſi enim\* ſe ipſi cogitationibus, ſyllogiſmis, ac ſophiſmatis cōmiſiſſēt, illis nō accidiſſet, quod accidit. deinde accuſationē in illos intēdens, taxat omnē illorū idololatriam. mutatio certe qualiſcūq; in primis ridicula, eiufcemodi autē mutatio, in tā abſurda extra omnē eſt excuſationē. In quā igitur mutauerūt, & quibus tādem rebus gloriā circūpoſuerunt? Cōſidera. Cogitare de illo oportebat, quōd deus, q̄ omnium dominus, quōd cum minime eſſem⁹, nos fecerit, quōd prouideret, quōd noſtri curā habet. hęc em̄ dei gloria, quibus igitur hęc acceptā tulerūt? ne hominibus quidē, verū ſimilitudini imaginis corruptibilis hominis: ac ne hic quidē cōſtitere, ſed & ad bruta viq; animātia deuenere: imō verō & ad horū imagines. Mihi porrō Pauli ſapientiā contemplare. quemadmodū duo ſumma poſuerit, deū, ſuperne: & reptilia, inferne, ſeu poti⁹, ne reptilia quidē, verū horū ſimilitudines, vt illorū luculentam inſaniam aperte oſtēdat. Quam enim notitiam habere decebat de eo, qui citra cōparationē, omnīu excellētiſſimus eſt, hęc omnīu ſine contentione viliffimo applicarūt. Dices, quid hęc ad philoſophos? Ad hos maxime omnīu quæ dicta ſunt, pertinēt. Etenim illi rerū harum inuētores Aegyptios præceptores habent. Et Plato, qui cæteris tamen grauior eſſe vidēt, hiſce gloriā: quin & huius præceptor hęc ipſa admiratus, ad ea obſtupescit. hic enim eſt, qui gallū iubet Eſculapio ſacrificari. hinc brutorū horū animātiū, & reptiliū imagines, atque adeo cum his reptilib⁹ & Apollinē & Liberum colī videas. Nōnulli autē philoſophi & in cœlū quoq; ſubuexerūt Tauros, Scorpiones, Dracones, reliquāq; omneis nugas. Vbiq; em̄ diabolus operā nauauit, homines ad reptiliū ſimilitudines ſubmittere, & animātib⁹ minus rationis inter cætera habentibus, eū ſupponere, quē deus ſupra ipſum cœlū ſublatū eſſe voluit. Neq; vero hinc tantum, ſed & aliūde videas eorundem antefignanū iis, quæ diximus, obnoxiiū eſſe. Nā cum poētās in vnum cogit, illiſq; fidē eſſe habendā affirmat, in iis quidē, quæ de diis ſentiūt, tanquā exacte callentibus, nihil aliud, quā nugamētorū congeriem accumulāt. & horum multū riſum quia oportere ait, verum eſſe vt exiſtimemus. *Quamobrē tradidit eos deus per cupiditates corporum ſuorū in immunditiā, vt ignominia afficiant corpora ſua inter ſe mutuo.* Declarat hinc ipſam impietate in cauſa fuiſſe cur leges deprauat ac violatę iuerint, tradidit autē hoc loco, ſignificat, permittit. Quemadmodum em̄ ſi quis exercitus præſect⁹ prælio ingraueſcēte retrocedēs abſceſſerit, hoſtib⁹ milites tradit, haudqua-

\* rā xas⁹ iaur. vs.

A quā ipſos impellens, verum ſuo ipſius auxilio nudās: ſic & de⁹ eos dimiſit, qui admittere ipſius præcepta noluerūt, ſed ſtatim inter primos ab eo deſecerunt, cū ipſe partes ſuas oēs expieuiſſet. cōtēplare porrō, pro doctrina mundū in mediū propoſuit, dedit mētē & cogitationē quæ poſſet, quod cōueniēs erat, intelligere. nulla re eiufmodi ad ſalutē ſi ſunt, qui id tēporis vixerūt homines: quin poti⁹, quod acceperunt, id detorquētes, in contrariū inuertunt. Quid igitur faciendū erat? ad neceſſitatem, ac vniū veniendū? At nō hoc licet fortib⁹ ac virtute prædatis: cæterum reliquū erat, miſſos facere: id quod & fecit, vt vel ſic periculo factō, fugerēt mortales cupiditatum ſuarū turpitudinē. Etenim ſi quis rege nat⁹, patre ignominia affecto, verſari malit cū prædonib⁹, ſicariis, ac ſacrilegis, illorūq; cōiūctui paternā domum poſtponat: hūc dimittit pater, ſic vt tandē experimēto probet propriā demētiā magnitudinē. *Quamobrē porrō nullius alterius peccati meminit: videlicet cædis, avaritiæ, cæterorū id genus, ſed intēperantiā: videtur mihi ſubindicare eos, qui tū audirēt, epiſtolāque acciperent. In immunditiā, vt ignominia afficiant corpora ſua inter ſe mutuo.* Vide emphatiſim maxime præſtringentē. ait enim illos aliis haudquaquam indigere, à quibus contumelia afficiātur: verū eadē aduerſum ſeipſos patrare: ad quē ab inimicis inuitari ac cōponi poſſēt. Poſtea cauſam reſumēs, ruruſ ait. *Qui ipſi cōmutauerūt veritatē dei mendacio: & venerati ſunt, coluerūt que ea, quæ cōdita ſunt, ſupra eū qui condidit.* Quæ valde erāt ac magnopere ridicula p̄ ſpecie ponit: quæ autē vidētur aliis eſſe grauiora, generaliter, atque omnibus modis demōſtrat, earum rerum quæ conditæ ſunt cultū ad Gentiles pertinere. vide porrō quemadmodum orationē apertam reddat. non enim dixit ſimpliciter, coluerunt ea, quæ condita ſunt: ſed, ſupra eum qui condidit, vbiq; hac ratione crimen attollēs, atque adeo ipſa contētionē illos omni venia priuans. *Qui eſt laudandus in ſecula. amen.* Cæterum nō propterea, inquit, ipſe detrimētū accepit: manet enim laudandus ac benediētus in ſecula. hoc loco demonſtrat, quōd deus illos dimiſit, non vt ſibi ipſe auxilio foret, quādoquidem illi nihil incōmodi accidit. nam quanquā illi iniuriam fecerunt, tamē ipſe non accepit, neq; ſanē eius gloria aliqua ex parte la-cera, ac mutila facta eſt, ſed manet ipſe omnino laudandus. Si em̄ ſæpe fit, vt qui philoſophatur, nihil incōmodi ab iis patiat, à quibus in cōtumeliam trahitur: multo magis de deo id ſentiendū nobis eſt, cuius natura neque lædi, neq; verti, cuius gloria neque immutari, neq; moueri poſſet. Etenim homines hac potiſſimū in re ſimiles deo efficiuntur, quoties mali nihil patiūtur ab iis, qui ipſis incommodare volunt: quoties nihil lædūtur ab iis qui lædunt: nihil vapulant ab iis qui verberāt: nihil irridentur ab aliis ipſos irridentibus. Dices, Id vero qui fieri poſſet: fieri fieri admodum poſſet: quum ille videlicet factis non indouerit. qui vero fit, inquis, vt ille minime indoleat? quid datur quidem & nō indolere. Etenim, quæ ego ex te: Si te infantulus tuus contumelia afficeret, ecquid contumeliam exiſtimares? quid autē? doleret tibi nequaquam: ſin autem doleret, tum eſſes riſu dignus.

Morale.

Ad eundem modum erga proximos afficiamur, ſic fiet vt moleſti nihil patiamur. nā qui nos iniuria afficiunt

Romani. o. l. m. incēpe rāria mul. tū obno. xij.

\* hęc di. ctio dei, hęc loco nō habetur, nec infra. Theophyl. tamen eā habet.

Ioan. 16. g

ficiunt, ſunt infantuli dementiores: neq; tamen quæramus, vt iniuria afficiamur, verū vt iniuria affecti, forti ac generoſo animo feramus. hic enim demū eſt ſolidus honor. quid ita? quoniā hoc, nempe iniuriā fortiter ferre, in manu tua poſitū eſt: illud, nempe iniuriam inferre, in alterius. Nōne vides adamantem, dū feritur, percutere? At natura huius, inquis, ita habet. & tibi quoq; ab ipſa voluntate accidere illud idem poſſet, quod à natura illi accidit. quid autē? nōne vides, Infantantes in fornace minimē vri? & Danielē in lacu nihil mali pati? Id ipſum & nunc quoq; exiſtere poſſet. Adſunt & nobis leones, ira, & cupiditas, pernicioſis dēribus armati hoſtes, diſcerpentes quiſquis in illos incidit. Danielē igitur imitare, minimē concedens, vt affectus eiufmodi, dentes animæ tuæ inſigant. At ille gratiā ſuppētiās ſibi afferentem habuit. rectē, quādoquidē hanc gratiā voluntas ipſa præuenit. Quāobrem ſi voluerimus & ipſi, tales nos præſtare, præſtō erit & nunc gratia: atq; vt etiā ferā illā eſuriant, latus tuum haudquaquā cōtingent. Si enim corpus ſeruile conſpectū reuerſe ſunt, mēbris Chriſti cōſpectis (hoc em̄ ſumus, qui fideles ſum⁹) qui fiet, vt minus cōquieſcāt? q̄ ſi non conquieſcēt, in cauſa erunt, qui feris illis obiecti fuerint. Etenim hiſce leonibus multi impenſam ſubminiſtrant, ſcorta nutrientes, alienas nuptias perfringentes, inimicos vlcifcentes: quo fit vt antequam ad ipſum ſolum accedant, diſcerpātur. At hoc in Daniele non accidit, neque in nobis ſi voluerimus, id vſu veniet: ſed & amplius quiddā reportabimus, iis quæ tum euenerunt. Illum em̄ non laſerunt leones. Nobis verō ſi ſapimus, & vſui erūt, qui nos iniuria afficient. Sic certē Paulus inclaruit, nepe ab iis, qui ei incōmodum molirentur, inſidiāq; ſtruerent. Sic Iob, à non paucis plagis illis. Sic Hieremias, à lacu cœni. Sic Noë, à diluuiō. Sic Abel ab inſidiis. Sic Moyſes, à Iudæorū inuidia. Sic Helifæus. Sic vnusquiſq; magnorū illorum virorum, non à requie, non à deliciis, verum ab afflictione, à tētationibus inſignes coronas reportarūt. Quapropter & Chriſtus quum intelligeret, hoc demum eſſe argumentum, per quod quis deo commēdari poſſet, diſcipulos ſic appellabat: In mundo afflictionem habetis, ſed tamē bono animo eſtote. Ego vici mundū, dices, quid? Nōne multi eiecti ſunt, malis, quibus permerentur, fracti? Nequaquam ſanē per tentationū naturā, ſed per ſuā ipſorum ſocordiā. Cæterum qui vnā cum tētatione præſtat etiā modū, quōd ſuſtinere, atq; à malis eluctari poſſis, ille idem manu porrecta, omnibus nobis aderit, vt magna gloria tanquam præconis voce victores declarati, eternas coronas aſſequamur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti: per quem, & cum quo, patri gloria, vnā cum ſancto ſpiritu, in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia quarta.



*Quamobrē tradidit eos deus in affectus ignominioſos. Nā & ſcœmina illorū mutauerūt naturā vſum, in eū, qui eſt præter naturā: ſimilitérque & masculi, relicto naturali vſu ſcœminæ, exarſerunt per concupiſcētiā ſui alius in alium. Animi morbi quidē omnes ignominioſi, ſed maximē in masculos inſania. Etenim ab ipſis delictis anima magis patitur, dedecoratūq; q̄ ab ægritudinibus corpus. Contēplare porrō, vt & hic quoque ipſos venia priuet, quemadmodū & quū de dogmatibus verba faceret, de ſcœminis quidē ſic locutus: M-*

A *tauerūt naturalem vſum, in eum, qui eſt præter naturam.* Neque em̄, inquit, dicere poſſit quiſquā, q̄ à naturali coitione prohibē, ad hoc morbi conſugerint: neq; quod dum non haberent, vnde cupiditatē ſuam cōplerent, ad hanc abſurdā impegerint rabiem. Verbū em̄ hoc, mutare, eorū eſt, qui habent: quo etiam vſus eſt, quum de dogmatibus ageret. Veritatem \* dei mēdacio mutauerūt: aliter autem & ipſum hoc declarauit, de masculis loquens: *Relicto, inquit, ſcœminæ vſu naturali.* Ac iuxta tum illas, tum hos ab omni deſenſione excludit, increpans ipſos non ſolū q̄ fruitionem haberent, eaque, quā haberent, relicta, ad aliā ſe contulerint, ſed q̄ naturali vſu per eos reprobato, ad eū qui eſt præter naturam adcurrerint. Difficiliora autē, atq; inſuauiora ea ſunt, quæ præter naturā ſiunt: quapropter ne voluptatem quidem ſe capere dicere poſſint: vera em̄ ac germana voluptas ea demū eſt, quæ ſecundum naturam eſt. At quum deus deſtituerit, tum omnia ſuſum, ac deorſum ferūtur. Quamobrē non ipſum modō dogma illis ſatanicum erat, ſed & vita diabolica. Proinde de dogmatibus quū loqueretur, mundū ipſū in mediū adduxit, & cogitationem item humanā, dicens, q̄ intellectu dato à deo, per ea, quæ viderentur, poterant ad ipſum opificē, veluti manū præeunte perducī: quod quū in animū ſibi inducere noluiſſent, māſerunt indigni, qui veniam aſſequerentur. Hoc loco pro mundo, voluptatē eam ſubſtituit, quæ eſt ſecundū naturam, qua quidē poterant ipſi maiore cū libertate ac licentia frui, & pleniori læticia ſuſcepta, à dedecore ac turpitudine ſe eximere: id quod tamen noluerūt, vnde & veniā haudquaquā ſunt aſſecuti: quin & ab ea omnino ſunt excluſi in ipſam naturā iniuri: ac quod in his ignominioſum quidem eſt, ipſas etiam mulieres oſtendit, id genus coitiones venari, quas tamen viris oportebat eſſe verecundiores. Pauli porrō prudētia meritō hic nobis admirabilis eſt, vt qui quū in duas res ſibi inuicem aduerſantes incididiſſet, vtraſq; exactē abſoluerit. Volebat em̄ grauitate, ac reuerētia ſeruata loqui, & auditorē tamē interim mordēs percellere. at hęc ambo non dabantur, ſed alterū alteri impedimēto erat. Nam ſi quid reuerēter dicas, haudquaquā poſſis auditorem perſtringere: quod ſi ruruſ vehementer perſtringere volueris, neceſſe tibi eſt aperta ac nuda oratiōe rē deſignare. At prudēs ac beata Pauli anima vtrunque exactē præſtitit, ipſo naturæ nomine & increpationē augens, & hac tanquam parapetaſmate ad enarrationis verecundiā vſus. Deinde mulieribus prius perſtrictis, ad viros progreditur, dicens: *Similitér & masculi relicto naturali vſu ſcœminæ.* Quod ipſum eſt extremæ perditionis indicium, quū ſcilicet vtrūq; gen⁹ corruptū eſt, quūq; tū qui mulieri præceptor eſt ordinatus tum quæ viro auxiliatrix iuſſa eſt eſſe, hoſtium inter ſe officiis funguntur. Cōſidera autem quanta cum emphatiſi diſtiones vſurpet. non em̄ dixit illos amaſſe, ac deſideraſſe inter ſe mutuo, ſed exarſiſſe mutuo per appetentiam ſui: Vides auiditate omne malum exortū, quū ipſum deſiderium videlicet non ſuſtineat intra proprios terminos conſiſtere. Quicquid em̄ terminos à deo ſtatos tranſgreditur, id abſurdarum, ac minimē legitimarum rerum appetēs eſt. Quemadmodum enim fieri ſæpe videmus, vt qui ciborum appetitionem amiſerint, terram, ac lapillos comedant: quique impotenti ſiti correpti fuerint, ij & cœnum quoque nōnunquam ad bibendum appetāt: ita & illi ad huiusmodi amorē illegitimū efferbuerūt. Quod

\* dei, hęc diſtio in ver. non habetur.

Hic ſup. e.

Quod si dixeris, & vnde desiderij huius intetio? à dei destitutione: dei autem destitutio vnde? ab eorū improbitate, qui illum reliquerunt, *Masculi in masculos turpitudinem peragentes.* Ne enim postquam audieris, ait, quod exarserunt, desiderij solius morbum esse putes. Etenim bona mali huius pars ab eorum manat socordia quæ desiderij ipsum incendit: quapropter nō dixit, pertracti, aut occupati, quod quidē alibi ait, quid ergo? *Peragentes.* Opus cōstituerunt peccatū, nec simpliciter opus, sed & studio absolutum: neq; dixit, desiderium: sed, turpitudinem, & quidē propriē. etenim & ipsam naturā dedecorārūt, & leges calcarunt. Vide porrō magnā confusionē vtrāq; ex parte natam. neque enim caput solū infernē, sed & pedes supernē crāt positi. & hostes ipsi inter se extitere, perniciosam quandam & quouis bello intestino iniquiorē pugnā, eandēque variā introducentes. Etenim in quatuor ipsam species novas, & illegitimas diuiserunt. neque enim duplex, aut triplex, sed & quadruplex bellum hoc existerat. Considera porrō, oportebat duos vnū esse, mulierem & virum dico: erunt em̄, inquit, duo in carne vna: præstabat autē hoc consuetudinis desiderium, & copulabat genera ipsa inter se. hoc desiderij diabolus tollens, & in aliū deriuans modū, sic ipsa eadem à se genera diremit, vt quod vnū erat, duas partes faceret, cōtra q̄ lex diuina instituisse: ea enim ait, duo erunt in carne vna, hic autē vnā in duo dissecuit: ecce bellum vnū. rursus ipsas has duas partes, & cōtra se, & inter se ipsas infensas reddidit: ipsæ enim fœmine fœminas cōtumelia afficiebāt rursus, non viros solū: & viri item cōtra se ipsi steterant, & cōtra fœmineū genus, perinde vt si in pugna aliqua nocturna verfarētur. Vides secundū, & tertium bellū, & quartum & quintū: est & aliud. nam vnā cum iis, quæ diximus, & ipsam quoq; naturā legē violārūt. posteaquā em̄ vidit diabolus desiderio genera eadē maximē cōiungi, studuit vinculum discindere, sic vt genus dissoluerit, non ex eo solū, q̄ iuxta legis ordinē semen nō proferret, sed ex eo quod inter sese iidē illi infensi mutua seditione conflictarentur. *Et mercedē quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipientes.* Vide quomodo rursus ad mali fontē se cōfert impietate à dogmatibus natā, & mercedē esse ipsam ait iniquitatis illius: posteaquā enim non visum est illi, impiis, & iis, qui sic vitam instituire malunt, supplicij ac gehennæ fidē facere nunc posse, sed risui se potius fore, ostēdit in ipsamet demū voluptate hoc supplicij residere. q̄ si minimē persentiunt, sed delectantur, ne mirum tibi sit. Etenim qui insaniūt, ac phrenesim patiuntur, ij certē multas, & eas miserandas in femet iniurias dū inferunt, ob quæ facta aliis lachrymas cient, ob ea ridēt quidē ipsi, & insolecunt, nec tamē illos, p̄pterea dixerimus supplicio liberatos, sed hoc nomine pœna grauiori affligi, quod ne ipsi quidē norint, quib; quantisq; in malis versentur miseri. neq; em̄ ab ægrotum, sed à sanorum calculo sentētiā ferre nos oportet: quandoquidem antiquitas & lex esse res ea videbatur. ac legislator quidā apud illos sanxit, vt serui neque in sicco sese vngerent neque puerorū amoribus vacarent, hanc scilicet prerogatiā ingenuis solis concedens, seu vt verius dicā, hanc turpitudinem: quū tamen ne turpitudinem quidē factū eiusmodi esse crederent, sed veluti venerādū, honestū, ac maius q̄ quod seruorū personis cōueniret, liberis ipsi permiserint. Et istud quidem admiserūt sapientissimus Atheniensisū populus, & qui ma-

gnus apud illos habitus est Solon: cum eo quoq; q̄ & multos philosophorū libros hocce morbo refertos inuenias. Nec tamen hinc rem legitimā esse, quin eos potius, qui legem huiusmodi admisere, miserabiles, multisq; lachrymis persequendos dicimus. quæ em̄ dedecora admittunt mulieres eæ, quæ corpora prostituunt sua, eadem atque ad eō iis miserabiliora & hi quoq; patiūtur. Nam illis si minimē legitimus, ac certē naturalis est coitus: hic autē & illegitimus & præter naturam. Vt em̄ nec gehennam, nec supplicium cōminatus esset deus, certē id quouis supplicio deterius fuerit: q̄ si delectantur, pœnæ certē additamentū mihi narras: neq; em̄ si quem videro nudū, currentē, cœno corpus totū, vt colore, sordidantē, tum autē sese minimē præ pudore obtegentem, quin potius sibi hoc nomine placent, huic sanē de eo facto gratulabor, quin eum potius deplorabo, q̄ ne se quidē indecorē agere persentiscat. Vt autē & contumeliā ipsam manifestius declarem, patiamini si placet, & me aliud exemplū vsurpare. Si enim virginem hac pœna multares, vt sola in cubiculo versans cum brutis animantibus rem haberet, postea autē eadē illa huiusmodi coitione delectaretur: nōnne, obsecro, fieret, vt, vel hoc potissimū nomine, lachrymabilis foret, quod morbo liberari ea nequiret, non ob aliud nisi quod morbum ipsa suum ne sentiret quidē? omnino ita liquet. Quod si illud graue, ne hoc quidē minus illo: etenim contumelia à domesticis accepta, ea sanē miserabilior est, quā externi adferunt. Hos equidē iis etiam, qui sibi ipsi mortē cōsciscūt, deteriores esse affirmo: præstiterit enim mori, q̄ tanta contumelia accepta viuere. nam t̄ qui se ipse interimat, is animam à corpore dissociat: at hic animam vnā cū corpore perdit. Quodcumque porrō delictum nominaueris, nullū huic peccato par dixeris: qui si facta sua sentiret, qui patiuntur, sexcentas vtiq; mortes obierint, vt ne hoc paterētur: neque enim est, neq; in quā est hac iniuria alia vlla nec grauior, nec rationis minus habēs. Nam si de scortatione Paulus disserens dixit, peccatū omne, quodcūque commiserit homo, extra corpus esse, qui autem scortatur, eū in propriū corpus delinquere: quid de infania hac dixerimus, quæ ipsa tāto est scortatione deterior, quantum ne verbis quidē exprimere licet? Neq; em̄ hoc solū dico, q̄ fœmina effectus sis, sed quod perdidit ipsum hoc, nimirū virum esse, & q̄ neque in hanc transferis naturā, neque quā haberes asseraueris, sed cōmunis vtriusq; effectus sis, p̄ditor, dignus quem tum viri tum fœminæ lapidibus à se exigant, tanquam qui vtrunque genus iniuria affeceris. Atque vt intelligas, quantum hoc demum sit, si quis ad te adiens p̄mitteret fore, vt te ex viro canem efficeret: nōnne ab eo tanquam exitioso declinares? Tu verò dispicito, te ipse nō ex viro canē effecisti, sed animal hocce animante infamius: id enim ad vsum accōmodum: at catamithus nullibi vsui esse possit. Quid autē? quæso. Si quis profiteatur præstaturum se, vt viri pariant, & à partu in lecto decumbant: nōnne fieret, vt ira atque excandescencia completeremur? At verò vide nunc, certe qui sic rabiūt, perfecerunt ipsi, vt deteriore conditione essent. Neque enim par, idēque fuerit, in muliebrem naturā migrare, & vir interim dum manes, fœminam fieri, quin potius neque hoc, neque illud fuerit. Quod si & aliunde mali enormitate pernoscere vis, interrogato, quam obrem, qui se ipsi eunuchos faciunt, eos legislatores pœna afficiant: & intelliges,

telliges, id non ob aliud esse, nisi quod naturā mutilent: quanquam nō eouſq; illi iniurij sunt. sunt enim vel post mutilationē, multis quidem locis vsui, qui exēti fuerint. At quisquis scortū se facit, hoc nihil esse queat inutillū: neq; enim anima solū, verū & corpus ei, qui hęc patrat, infame est, ac certē dignū quod vnde quaq; exterminetur. quot tandē, obsecro. gehennæ his plectēdis suffecerint? Quod si audito gehennæ nomine, irrides, ac fidem nō habes: illū ignē recordare Sodomorum. Vidimus enim vidimus & in præſenti quoq; vita gehennæ effigiē. quandoquidē enim multi futuri crāt, qui iis fidem minimē habituri esēt, quæ post resurrectionē futura sunt, nunc quum iidem audiāt esse ignem inextinguibile, à rebus præſentibus illos deus erudiuit. tale est igitur Sodomorum incendium, & vastatio illa: id quod sciunt ij, qui ad ea loca profecti, plagam illam diuinam, ac cœlestium fulminum opus oculis subicere. Cogitato quā graue illud sit peccatum, vt quod ipsam gehennam etiam ante tempus existere coegerit. Nā posteaquā permulti verba despicerēt, illis de per ipsa demū opera, gehennæ effigiem ostendit noua quadam ratione: erat enim præter omniū opinionem pluuia illa, quoniam quidē & præter naturā ipsa coitio: atque ea quidē pluuia terram exussit, quoniā & illorum animos desiderium: ob quod pluuia eadē ferebatur cōtra quā solita ista ac quotidiana ferri soleat: neque enim non excitabat modō terrę veterum ad fructuum generationem, sed & ad seminum susceptionem inutilem efficiebat. Talis enim erat ipsa Sodomitarū coitio, eiusmodi corpus inutile reddēs. Quid enim viro corpus suū meretricio more prostituente abominabilius? quid autē scelestius? ô infaniam, ô stupiditatem. vnde, malū, hæc debachata est cōcupiscētia, humanam naturam hostium incommodis, atq; ad eō tantō grauioribus afficiens, quātō anima corpore præſtātor est? ô vos & brutis insipiētiores, & canibus impudētiores: n̄sq; quā enim huiusmodi cōgressus apud illos: sed agnoscat, p̄prios terminos natura. Vos autem genus vestrū infamius brutorū genere effecistis, & in his quæ dico, iniurij, & per vos inuicē iniurij. Vnde igitur mala hæc enata sunt? à deliciis, à dei ignoratione, quum enim excusserit quis dei timorem, protinus bona omnia pessum eunt.

## Morale

Vt ne igitur hoc eueniat, dei exactum timorē ante oculos habeamus. nihil enim ita hominē perdit, quā si illū cōtingat ab hac anchora excidere: quē admodum nihil cōtra ita illum seruat, q̄ assiduus in illum aspectus. Nam si hominem quum præſentem cōtuemur, tum ad peccandum tardiores reddimur, sæpe autē & seruos modestiores subueriti, absurdi nihil admittimus: cōsiderato quantam adepturi simus securitatem, si nos contigerit, deum assiduē in oculis ferre. nusquā enim diabolus nos sic compositos adoriatur, tanquā frustra laboraturus: qui si aberrātes, ac sine freno palātes viderit, sumptō à nobis exordio poterit vbique vt scabiosas oues à grege summotos depellere. Et q̄ ignauis famulis vsuvenire in foro solet, vt ministerijs necessariis posthabitis, ad quæ peragenda à dominis suis dimittuntur, inconsulto ac temerē sibi ocurrentibus affixi, oecium illic absumant: hoc ipsum sanē & nobis quoq; accidat necesse est, quoties à dei mādatis aberramus. Stamus enim admirati diuitias, corporis pulchritudinē, & alia item

ad nos nihil pertinentia, illorum famulorum exemplo qui mendicis, morionibus, ac præſtigias quasdam miracula repræſentātibus intenui, serō domum vbi redierint, extremis plagis cædūtur: multi autem & propositum iter prætereūt, securi alios turpiter & inhonestē in huiusmodi facinoribus sese gerentes. Nos vero caueamus, ne similia patremus. etenim dimissi quidem sumus ad multa, & ea vrgentia, peragenda: qui si omisissis illis steterimus oscitantes ad hæc infructuosa, tēpore omni nobis frustra & incassum absumpto, extremū luturi sumus supplicij. Etenim si te ipse exercere vis, habes quæ admirari, & circa quæ totum tempus ore hianti esse debes, quæ quidem non risu, sed admiratione, multisque laudibus digna sunt: idq; eō magis, quod qui ridicularum rerum admirator est, & ipse quoque sæpe talis euadit, atq; ad eō illo deterior qui risum aliis excitat. Quod vt ne tibi accidat, pedem inde quā primū refero. cur enim quæſo, stas ad diuitias hians, ac veluti attonito similis? quidnam obsecro, mirandum spectas, ac tale, quod oculos tuos morari debeat? equos auro stratos, famulos illos quidem barbaros, illos autē eunuchos, & sumptuosas item vestes, & molliciei deditum in iis animum, & contractum illorum supercilium, & circuitiones, & tumultus: hæc ipsa obsecro, quorum admiratione digna fuerint? Hi autē quid à mendicis differunt in foro tripudiantibus, ac siltula canentibus? Siquidem & ij magna virtutis fame correpti choream agunt quā illi magis ridiculam acti & circumacti, nunc quidem ad lautas extructasque mensas, nunc ad meretricium fornicem, nunc ad adulatorum gregem, & parasitorum turbam. Qui si auro splendescunt, hoc potissimum nomine miserabiles sunt, vt quibus præcipuo studio ea sint, quæ ad ipsos nihil spectāt. Mihi enim ne vestes ipsas intueare, verū ipsorū animam denudatō, ac despicio; num ea vulneribus innumeris abundet: num pannos induta, desolata sit, & à nemine recta. Quid igitur externa infania opus est? etenim longē melius fuerit, pauperem esse cum virtute victitantem, quā regē cum malicia. pauper enim apud se animi deliciis perfruitur, exteriorem non sentiens paupertatem; ob diuitias interiores. At rex deliciatus in iis quæ ad ipsum nihil spectant, in iis sanē quæ ad ipsum in primis pertinent plectitur, nimirum in anima, in cōscientia, in cogitationibus illum vel mortuum comitantibus. His igitur intellectis aureas quidem vestes exuamus, virtutem autem amplexi induamus, tum voluptatem ex ea nascentem: sic enim & hac in vita, & in futura multis deliciis peruemur, ac bona promissa assequemur, gratia & benignitate dñi nostri Iesu Christi: per quem & cum quo patri gloria, vnā cum spiritu sancto, in secula seculorum, Amen.

## Homilia quinta.

**Q**uemadmodum nō probauerūt vt deum agnoscerēt, ita tradidit eos deus in reproba mentē, vt facerēt quæ non cōueniebāt. Vt ne videatur ipsos subindicare, dū nimius est in lasciuo puerorū amore vituperando, transit deinceps ad alias peccati species: quapropter & sub aliis personis orationem totam prosequitur. Ac sicuti cum fidelibus de peccatis verba faciens, & ea volens ostendere fugienda esse, gentes in medium adducit, quum ait: non cum affectu concupiscētiæ; veluti reliquæ gentes, quæ deum nō nouere: ac rursus, Ne doceatis quemadmo-



*Ibidem.* dum & ceteri non habentes spem: sic & hoc loco ostendit peccata ad illos pertinere, eosdemque omnia venia priuat. non enim ea facinora ab ignorantia, sed a meditatione, ac studio orta affirmat. quapropter non dixit, & quemadmodum non cognouerunt, sed non probauerunt, ut deum agnoscerent. peccatum id tale esse significas, ut ad id iudicio corrupto, ac per uicacia potius prolapsi, quam vi pertracti fuerint: unde & ostendere vult, peccata non carnis esse, sicuti haeretici quidam dicunt, sed cogitationis, ac malae concupiscentiae, atque illinc malorum fonte scaturire. Mens enim reproba quum semel facta fuerit, necessario fit, ut omnia distrahat, ac subuertatur, nimirum auriga iam corrupto. *Repleti omni iniusticia, & scortatione, auaricia.* Vide omnia cum intentione dicta. etenim repletos esse ait omni iniusticia. Ipsam porro viciositatem generaliter ubi extulit, & huius quoque partes eximie persequitur: dicens, pleni inuidia, caede: hoc enim ex illo ortum est, quemadmodum de Abel, ac Ioseph ostensum est. Deinde ubi eos dixit contentione, dolo, malis praeditos moribus, suffrones, obrectatores, dei osiores, contumeliosos, & quae multis indifferentia esse peccata videtur, ea criminum loco ubi posuit, ipsam rursus accusationem auget, in ipsam malorum arcem conscendens, quum ait elatos, ac gloriosos: grauius enim peccatum admittit, qui de peccato admissio sese effert, gloriaturque, quam qui simpliciter peccat. ob quod & Corinthiis id ipsum vicio vertit, quum ait: & vos inflati estis. nam si qui ob meritum aliquod suum inflatus est, illius fructum omnem amittit: quam, obsecro, poenam non mereatur, qui ob peccatum a se admissum gloriatur? neque enim qui talis est, poenitentia vnquam cōpungetur. postea ait: *Excogitatores malorum.* Hic ostendit eos haudquaquam peccatis iam natis fuisse contentos, sed & alia quaedam adinuenisse. quod rursus eorum est qui meditantur, ac student, non autem qui vi rapiuntur, ac pertrahuntur. Quum autem viciositate per partes explicasset ostēdisseque, & contra naturam rursus stetit (ait enim parentibus immorigeri) deinceps ad huiusmodi pestis radicem progreditur, eos dicentis a charitatis affectu alienos, ac foederis minimē obseruantes. Hanc enim & Christus maliciae causam esse ait, dicens, quum repleta fuerit iniquitas, tunc frigescet charitas. Hoc igitur & hic Paulus ait, eos appellans peccatorum haudquaquam tenaces, alienos a charitatis affectu, nescios foederis, immisericoordes, & ostendens quod naturae donum prodiderint: ita enim comparatum est ut habeamus genuinam ac naturalem quandam inter nos necessitudinem, quam & ferae quoque bestiae inter se obseruant. Vnumquodque enim animal, ait ille, sui simile amat: & homo item proximum suum. At hi illis extiterunt efferatior. Eum igitur morbum, qui a malis dogmatibus in terrarum orbem inuasit, per hanc nobis representauit, ac planum fecit, laborantium ignauiam ac desidiam vtriusque aegritudinis authorem esse. ostendit praeterea, quod & dum de dogmatibus ageret fecit, & hic quoque illos ipsos venia esse priuatos, propterea ait: *Qui cum dei iusticiam nouerint, nempe quod ij qui talia faciunt, digni sunt morte, non solum ea faciunt, verum etiam iis assentiuntur qui faciunt.* Obiectionibus duabus hic positis, vtraque praecipue sustulit. Quidnam enim, ait, allegare possis? quod nescias quae agenda sint: tu vero ut id maximē igno-

† *propheta, malicia, legisse videtur nos, vna, vtriusque habeatur in vulgari editio, ne, qua vtritur ecclesia.*

1. Cor. 5. 4.

Mat. 24. 4.

Ecc. 13. c.

res in causa sanè es, utpote qui deum id tibi indicantem deserueris. nunc autem & multis quidem rationibus ostendimus, te id nec ignorare, & vltro tamē peccare. At ab ipso traheris affectu? quid igitur & adiuuas, & laudas? non enim solum ea faciunt, inquit, sed & assentiuntur iis qui faciunt. Difficiliore igitur obiectione, & ea quae nullam planè veniam meretur, prius posita, ut aduersarium enuincat. est enim peccante multo deterior qui peccatum commendatione prosequitur, sed hoc ipsum prius quum dixisset, per id quod vehemētius est, rursus in subsequētibus eundem aduersarium mancipat, ita dicens: *Quapropter inexcusabilis es o homo quisquis es, qui iudicas: nam hoc ipso quod iudicas alterum, te ipsum condemnas.* Hec in ipsos principes inuehens, dixit. Nam ea quidem vrbs tum totius orbis principatū tenebat. anteuerteris igitur, ait: tuam tibi defensionē eripis heus tu, quisquis es. quoties enim adulterum cōdemnas, interim autem ipse es adulter, ut te nullus homo iudicet, quod ad rei damnandi iudicium pertinet, contra te sententiam tulisti. *Scimus autem quod iudicium dei est secundum veritatem aduersus eos qui talia agunt.* Ut ne quis enim diceret, interim quidē elapsus sum: territans ait, non perinde esse apud deum, ut & hic. hic enim alius quidem peccati sui poenas luit: alius autē illo eodem peccato admissio supplicium euadit: at illic non perinde se res habet. Iam quod ipse iudex nouerit, quod iustum est, addidit Paulus, non etiam unde nouerit, superuacaneū enim erat. Supra de impietate dum ageret, vtrunque certe ostēdit, & quod deū qui cognouisset, impius tamē esset, & unde cognouisset: nempe à mundi fabrica. quandoquidē enim omnibus non innotescerat, causam addidit. Hoc verò loco quod omnibus veluti confessum est, praeterit. porro ubi ait, *Quisquis es, qui iudicas: non solum cum principibus, sed & cum priuatis ac subditis verba facit.* Siquidē omnes homines, ut thronū non conscendant, ut carnifices, ut fidei culas, ac compedes minimē habeant: attamen & ipsi quoque eos quos peccare intelligunt, iudicant in colloquiis, in communibus caetibus, in conscientiae calculo, ac pronunciare quidem nullus audeat, quod adulter supplicium non mereatur: sed alios, ait, iudicant, non seipos: hanc enim ob causam in eos acriter insurgit, dicens: *Cogitas autem hoc o homo qui iudicas eos qui talia faciunt, & facis eadem, quod tu suffugies iudicium dei?* Posteaquam enim multiplex esse ostendit orbis terrarum peccatum, ab ipsis dogmatibus, ab ipsis rebus, & quod sapientes essent, & ipsam creaturam haberent, a qua veluti porrecta manu ductarentur, quod non ob id solum quod deum reliquissent, sed quod reptilium similitudines elegerent, quod virtutem respuissent, quod oblectate natura ad viciū transfugissent: viciū inquam quod praeter naturam esset: progreditur deinceps, ut ostēdat, quod & qui talia faciunt, poenas luunt. Porro autem ipsam poenam iam declarauit, quum actionē ipsam dixit. Praemium enim, inquit, quod oportuit erroris sui in se recipiunt. Sed tamen quoniam hanc ipsi poenam non persentiscunt, expressit & aliam quam maximē reformidant, quam & ipsam iam demonstrat. quum enim dixit, quod dei iudicium est secundum veritatem, aliud nihil quam id, quod dico, exprimit: veruntamen & hoc idem aliis pluribus probat rursus, sic inuens: *Cogitas autem o homo qui iudicas eos, qui talia faciunt, & facis eadem,*

Cap. II.

¶ *hinc suspensus.*

cis eadem, quod tu suffugies iudicium dei? iudicium ipse tuum non effugisti, & dei iudicium effugies? quis tamē hoc ita esse dixerit? quanquam tute te ipsum iudicasti. Sed posteaquam tanta fuit iudicij exuberantia, ut ne tibi quidem ipse parcere potueris: nonne deus qui peccandi nescius, supra quod dici potest, iustus est, id ipsum multo magis effecturus est? Te ipsum tu temet cōdemnasti, deus autem admitter, probabit, ac laudabit? quid id, obsecro, rationi consentaneum est? quanquam quod ille abs te condemnatur, hoc maiorem tute poenam mereris. Neque enim perinde est si simpliciter pecces, atque si alerū, qui peccauerit, quum punieris, in eadem cum illo peccata rursus plabaris. Vides quo pacto crimē auxit? Etenim si tu, inquit, de eo poenas sumis qui in leuioribus deliquerit, praesertim quum futurum sit, ut tibi interim ignominiae notā sis allaturus: nonne deus praesertim nullam sibi inde dedecoris notam inusturus, te, te inquam a propriis cogitationibus iam damnatū, grauius condemnatur est? Qui si dixeris non nescire te supplicio dignum esse, sed cōtemnere, propter illius lenitatē, atque inde fiducia tibi sumis, quod in praesentia poenas non das: certē hoc ipso nomine cōueniens fuerit ut formides, ac cōtremiscas. Neque enim ille differt ob hoc, ut ne ipse poenas des, sed ut grauiores des: si modō incorrigibilis perseueras: quod tibi nūquā vltimo veniat, quapropter addit: *Aut diuitias bonitatis illius, aut tolerantiae lenitatisque contēnis, ignoras quod bonitas dei ad poenitentiam te inuitat?* Dei ubi lenitatē laudauit, ac declarauit illam maximū afferre lucrum iis qui attentifuerint (hoc ipsum autem erat peccantium ad poenitentiam illecebra) timorem auget, nam quemadmodū iis qui ea lenitate rectē vti fuerint, salutis argumentū est: sic iis qui eam contempserint, grauioris supplicij causa esse solet. Hoc enim quod vulgo circumfertur, nepe quod bonus ac lenis deus quum sit, poenas minimē reposit: sed tritū hoc verbū quum dicis, inquit, aliud sanè nihil dicis, quam supplicij ipsius intētionem: mansuetudinem enim praefert deus, ut a peccatis te eximas, non etiā ut peccata peccatis accumulēs: qui nisi id feceris, terribilius certē iudicium te manet. Quamobrem quandoquidem lenis est ille, danda est in primis opera, ut ne peccemus, neue illius beneficentiam, improbitatis ingratitude nūque argumētum efficiamus. Ut enim lenis ille sit, punire tamen prorsus. Unde hoc nobis liquet? ab iis quae subsequuntur. Nam si viciū maximē regnat, nec mali tamē poenas dedere, prorsus necesse est aliquando ut dent. si enim haec haud negligunt homines, qui deus neglecturus est? Quare & iudicij sermonem induxit: Nam quod ostenderit multos poenae esse obnoxios nisi eos poenituerit, deinde illos eosdē poenas non dedisse, hic iudicium prorsus futurum colligit, idque cum intētionem, quapropter ait: *Sed iuxta diuinitiam tuā & cor poenitere nesciū colligis tibi ipsi irā.* Quum enim neque mansuetudine molliatur, neque terrore flectatur, hoc quid magis induratū esse queat? posteaquam enim dei benignitas quanta sit ostēdit Paulus, tum demum terribilis est ei, qui ne sic quidē ad poenitentiam redierit. Vide porro quam proprie dictionibus vtatur: Colligis enim, inquit, tibi ipsi irā: manifestans quod prorsus reconditū est, ac demonstrans non eum qui iudicat, sed eum qui iudicatur, huius rei authore esse. Tibi enim ipsi, ait, colligis, non tibi deus: etenim ille omnia praestitit, quae oportebat:

perfecit enim ut cognosceres tum quae bona essent, tum quae mala. praeterea & lenitatē exhibuit suā, ad poenitentiam te vocauit, diem cōminatus est terribilem, modis omnibus ad poenitentiam te illiciens. *Qui si inflexus manes, Tibi ipsi colligis iram in die irae & reuelationis, & iusti iudicij dei.* Ut ne enim auditō irae nomine, affectū, animiq; morbum esse putes, addidit, iusti iudicij dei. Rectē autē reuelationis verbum vsurpauit: tum enim hoc reuelatur, quum pro sua quisque dignitate recipit. Nam hac in vita multi saepe, contra quam aequum iustumque est, aliis incommodant, atque insidiantur, at non sic in futura. *Qui redditurus est unicuique iuxta facta sua, iis quidē qui perseuerates in bene agēdo.*

Postquam se terribilem ac grauem ostendit in ferenda iudicij ac futuri supplicij mentione, cōtinuo supplicium ipsum ad id quod auditores expectabant non coniecit, sed orationē ad suauius quiddam vertit, nempe honorum operum retributionem, sic inueniens, *Iis quidem qui perseuerantes in benefaciendo gloriam & honorem & incorruptionem quaerunt, vitam aeternam.* Hoc loco eos qui animū perferendis tentationibus desponderint, erigit: ostenditque non oportere fiduciam omnino suam in ipsa fide sola habere. nam illud praetorium & facta itē examinat. Vide porro vti, quum de futuris bonis loquitur, manifeste ac liquido bonum non ipsa, qualia sint, explicare nequeat, sed & gloriae & honoris nominibus abutatur. nam quadoquidē ea bona humanis omnibus bonis superiora sunt, non habet vnde rerum earum imaginē proferat: sed ea nobis, ab iis quae apud nos splendida, & illustria esse videntur, vtcunque representat, a gloria, ab honore, a vita. haec enim ab hominibus maiore in modum expectantur. Illa autē non eiusmodi sunt, sed his eo etiam praestantiora, quod & incorruptibilia & immortalia sunt. Vides ut & nobis corporū resurrectionis valuas adaperuit, incorruptionis verbo vsus. nā incorruptio de corpore eo quod corruptioni obnoxium est, dicitur. Postea quandoquidem ne hoc quidē satis erat, addidit, gloriam & honorem. Omnes enim incorrupti resurgemus: sed non omnes ad gloriam, verum hi quidem ad poenam, illi vero ad gloriam. *Iis vero qui sunt contentiosi.* Rursus enim venia eos priuat, qui in viciositate viuunt: ostenditque a contentione atque ignauia in maliciam illos prolabi. *Et qui veritati quidem non obtemperant, sed parent iniusticiae.* Ecce & aliam rursus inculpationem: quamnam enim excusationē habeat, quae luce relicta tenebras sequi matulet? nec dixit illos a vi aliqua ac tyrānide cogi, sed iniusticiae parere: ut intelligas voluntatis lapsū esse, non necessitatis crimen. *Afflictio, & anxietas aduersus omnem animam hominis perpetrantis malum.* Hoc est, ut diues, ut consul, ut imperator sis, neminem veretur iudicij ratio: nullus enim hic locus ipsis dignitatibus relictus est. Postquam igitur declarauit morbi enormitatē, causamque addidit, videlicet quod morbus is ab aegrotantium ignauia ortus sit, denique quod perditio illos exceptura est, tum autem ubi correctionis facilitatem ostendit, rursus ludatū in ipso supplicio grauat, nam qui maiorem affectus est doctrinam, is legem transgrediens maiori supplicio dignus fuerit. Quapropter quod prudentiores fuerimus, aut potēiores, eo punimur magis quā delinquimus: etenim si diues es, plures ipse pecunias exigeris, quā qui pauper est: si prudentior, maiorem obedientiam: si principatu ornat, illustriora facinora: breuiter in omnibus



aliis eadē ratione, pro virili, proq; modulo cōferes. Gloria verò & honor & pax omni operanti bonū, Iudæo primū & gentili. Quemnā Iudæum hoc loco dicitur aut de quibus tandē gentilibus verba facit: nempe de iis qui ante Christi aduentū vixere: nondum enim ad gratiæ euāgelicę tempora peruenit authoris sermo. sed adhuc immoratur in superiorib; tēporibus, Iudęi & gentilis differētiā ē longinquo tollens, ac perimens, vt quum hoc idem in gratię tēporibus fecerit, ne quid nouum atq; inuidiosum enūciare videatur. Nam si priscis illis tēporibus, quum nondū tanta effulgeret gratia, quum apud omnes Iudæorū cōditio illustris, cclebris, venerandaq; esset, differētia tamē nulla exitisse censēda est: quam demum rationē afferre potuerunt, post tantā gratię exhibitionē? quāobrē huius rei argumentū accuratissimē ponit. Etenim auditor edoctus id superioribus tēporibus ita valuisse, melius multō fideiā recepta idē ipsum admittet: gētilis autē hic appellat, non eos qui idololatræ essent, sed eos qui deū colerēt, qui naturę legi parētes, exceptis Iudaicis ceremoniis, ea omnia quę ad pietatē cōferrēt, obseruarēt, qualis erat Melchisedec cum suis omnibus, qualis erat Iob, quales erāt Niniuite, qualis erat Cornelius. Iā hinc igitur circūcisionis ac pręputij discrimē pręfodit, atque ē longinquo euiscemodi differētiā anteuerēs destruit, vt postea quum de ea re ager, & hoc quidē facere sine suspitione, & alia quadā necessitate impulsus videatur: quod quidē proprium semper est prudentiæ Apostolicę institutum. Nam si id ita se habere gratię tēporibus ostendisset, eius certē oratio magna suspitione nō caruisset: quum verò enarraret viciositatē ac maliciā orbem occupauisse, atque ab ea demum cōsequētia eō deuenisset, vt de rebus hisce verba faceret, id verò minimē suspectam eius doctrinā reddebat. Quod autē hanc sibi voluntatē pręsumserit Paulus, ac propterea sic epistolę locum hunc cōposuerit, hinc liquet, nam nisi in animū sibi induxisset, hoc quod dico astruere, ac pbare, satis superq; erat illū dixisse, Iuxta duriciā tuam, & cor pœnitere nescium, colligis tibi irā. Quo dicto, ab hoc argumento abstinere poterat. absoluta enim erat oratio, sed quoniā non hoc quærebat ipse, nempe vt de iudicio futuro rātū loqueretur, ostēdere enim pręterea volebat, Iudæum nulla re gentilē eiusmodi, cuiusmodi dixim; pręcellere, vt ne videlicet Iudæus cristas tolleret, ad vltiora progrediret, ordinē seruans. Rcm porrō cōsidera. Auditorē terruit, effecit vt illius aures extremi iudicij tinnitu personarēt, dixit quantū malum sit vitā in malicia transigere, ostendit neminem ignoratione peccare, neminē impunē abiturū, sed vt pœnas nunc minimē det, daturū tamen omnino: hinc autem vult deinceps astruere, q; legis doctrina nō esset rerum admodum vrgentiū. Siquidem in ipsis operibus sita est pœna & honos, non in circuncisione & pręputio. postquam igitur dixit, q; omnino punietur gentilis, hocq; ipsum cōfessum ac minimē cōtrouersum habuit: tum autem ab hoc argumentatus est, quod & ille idem honorabitur, deinceps legē superuacaneam esse ostendit, ac circuncisionē: maximē enim hic cum Iudæis depugnat, nam quoniā illi contentiosiores essent, primū quidem prę fastu, indignos se esse iudicantis, qui cum iis cēferētur, qui à gentilibus ortum ducerēt: deinde q; iriderent, nec iis fidem haberēt, qui dicerēt per fidē

A peccata omnia deleri: propterea prius gētilis accusauit, p quib; verba facit, vt citra omnē suspitionē liberē Iudæos carpat: deinde ad supplicij examē quū deuenisset, ostēdit Iudæū nō solum ab ipsa lege nihil subleuari, sed & aggravari, & hoc à superioribus adstruit. Nā si gētilis ipse hoc nomine inexcusabilis est, q; quum & ipsa creatura, & cogitationes illū inducerēt, melior tamen inde nō euasit: maiori certē ratione Iudęus inexcusabilis futur; est, q; quidē vnā cum his & legis item doctrinā accepit. Illum igitur iam persuasum, facilē in aliorū peccatis admittēdā esse hanc rationē, cogit deinceps vel nolentem, hoc ipsum in suis ppriis facitare: atq; vt plausibilior fiat sermo, & in iis quę leniora sunt ipsum prosequit, ita loquens: Gloria verò, & honor, & pax omni operanti bonū, Iudæo primū & gentili. Etenim hac in vita quęcunq; bona habemus, ea non absq; bello habemus, atq; vt diues, vt princeps, vt rex fuerit quis, is si minus cū altero, certē secum ipse persape diffidet: nec paruū in animi sui cogitationibus bellū sentit: quum in futura vita eiusmodi nihil quicquā, sed omnia tranquilla, omnia à turbatione libera, omnia germana pace pfructū. Igitur vbi ex iis quę supra dixit, id perfecit, vt ostēderet q; qui etiā lege carent, ij eadem tamen assequētur, adiicit & rationem sic loquēs. Non enim est personarū respectus apud deum. Etenim quum dicit tā Iudæum, quā gentilē peccati sui pœnas luere, tum illi id rationibus firmare non opus est: quum autē ostendere vult ne gentili quidem honorē suum deesse, tum sanē id illū probare oportet. Siquidē mirum videbatur, atq; à communi hominum opinione abhorrēs, si qui neq; legem neque prophetas audierit, honorem tamē assequitur, vitam in bonis operibus transigens: quapropter, quod & superius dixi, illorū quidem aures in iis exercet temporibus, quę gratiā euangelicā pręcesserunt, vt minore negocio vnā cū ipsa fide, & in his quoq; assensionem introducat. hic enim suspectus minimē est, vt qui id adstruit, quod ad ipsum minimē spectat. Igitur quū dixisset, gloria, & honor, & pax omni operanti bonū, Iudæo primū ac gentili: addidit, non enim est personarū respectus apud deum. Papæ: quāta cum exuberantia vicit, ostēdit enim, oratione ad absurditatē adducta, non esse etiā in deo, vt ne id ita sese habeat: etenim res ea personarū alioqui respectus fuerit. Deus autē talis minimē est: nec dixit, quod si id nequaquā fiet, personarum respiciens est deus: sed grauius, neque enim personarum respectus est apud deum: hoc est, deus non personarum qualitatem, sed rerum expēdit differētiā: quo dicto ostendit Iudæum à gentili non re, sed persona discrepare. quibus verbis cōsequēbatur vt adderet. non enim quādoquidem hic Iudæus, ille autē gentilis, hoc certē nomine hic quidem honore, ille autē contumelia afficitur: sed ab ipsis rebus vtrunque efficitur. Verū non sic dixit. Iudæi enim stomachum excitasset. sed tamen aliud quiddam, & quidem amplius ponit: inferius illorum spiritus deturbans, ac deiiciens, vt illud exciperēt, quidnā porrō illud est? nempe quod deinceps subsequitur. *Quicunque enim sine lege peccauerunt, sine lege & peribunt: & quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.* Hic enim, vt ante diximus, non solum inter Iudæum ac gentilem æqualitatē indicat: sed & ipsum etiam Iudæum à lege data multum esse grauātū demonstrat. Gentilis enim sine lege iudicatur, hic autem verbū

hoc

hoc *ἀνόμωσ*, id est, sine lege, non seuerius iudiciū, sed remissius denotat: hoc est, non habet ille legē accusantē. Ipsum enim *ἀνόμωσ*, hoc est sine illius damnatione, ab ipsius naturę cogitationibus solum condēnatur. Iudæus autē in lege, hoc est, vnā cum ipsa natura & legem quoq; accusantem habiturus est. quāto enim maiori cura à deo dignatus est, rātō maiores pœnas dabit. Vides vt maiore Iudæis necessitatem ad gratiā accurrendi indixerit. quandoquidē enim dicebat se gratia nō indigere, quod à sola lege iustificaretur: ostēdit illos magis quā Græcos indigere. Siquidē magis puniendi sunt. Deinde rursus adiicit & aliam rationē, quę iam dixit adiuuās ac cōfirmans: *Non enim qui audiunt legem, iusti sunt apud deum.*

Reçtē addidit, apud deum: etenim apud homines fortasse pbi, ac graues, & magnopere se iactitantes videri possint: apud deum autem longē secus. *Qui legē factis exprimit, iusti habebuntur.* Vides quanta exuberantia vitur, orationē suam in contrarium cōuertens. si enim propter legem, inquit, censēs seruatum te iri, tū te pręcedet gentilis, vt qui visus fuerit ea exequi quę scripta sunt: dices, qui verò fieri potest, vt qui legē minimē audierit, eā factis exprimat: fieri quidē potest, Paulus ait, non hoc solū, sed & hoc ipso amplius multō: neq; enim solum absque auditione possis legem factis exprimere, sed & vnā cū auditione factis ipsis discedere. Id quod postea apertū ponit, ac maiore cū exuberantia, qui docēs aliū, te ipsum nō docēs. Hic autē interim quod supra dixit probat. *Nam quum gentes, ait, quę legē non habēt, natura quę legis sunt fecerint, & legem non habentes sibi ipsi sunt lex.* Non excludo, inquit, legē, sed & hinc gētes iustifico. Vides vt suffodiens, ac clām subruens Iudaismi gloriam, nullam prorsus aduersum se ansam largiatur, quod legē vilipendat. sed cōtrā, vt ipse eam attollēs, ac magnificam ostēdēs, totum argumentū probē adstruat, per naturę autē verbum, naturales intelligit cogitationes, ac ratiocinationes. ostēditq; alios illis esse probiores: & quod maius est, hoc ipso probiores, q; legem minimē acceperint, neq; id habeant, per quod vidētur Iudęi ipsos pręstare. propterea enim, inquit, admiratione digni sunt, q; nec lege illis opus fuit, & omnia quę legis erant pręstiterunt, suis ipsorū mētibus opera nō literas insculpētes, hoc enim ait: *Qui ostendūt opus legis scriptū in cordibus suis, simul attestātē ipsorum cōscientiā & cogitationibus inter se accusantib; aut etiā excusantib; in eo die, quū iudicabit dominus occulta hominū iuxta euangeliū meū per Iesum Christum.* Vides vt rursus repręsentauerit diem illū, ac proprius admouerit, illorum mentem cōcutiens? ostēdēs illos [solum] honore dignos, qui citra legem, quę legis essent, factis exprimere curauerint: quod autē in prudētia Apostolica in primis admirari possis, meritō hic dicēdū à nobis est. Nam quum ab ipsa argumentatione ostēdisset gentilem Iudæo esse probiorē: hic in ipsa collectione ac cōclusionē rationum, illud idem nō ponit, vt ne Iudæum exasperet. vt autem apertius quod dixi reddam, ipsa Apostolica verba referam: postea quā enim dixit, Non enim qui audiūt legem, sed qui factis eam exprimit, iusti sunt apud deum: consequens erat vt diceret, Nam quum gentes quę legē non habent, natura quę legis sunt fecerint, iis multō probiores sunt quos lex edocuit. Verū nō hoc ait, sed intra gentilium laudationē consistit, nec orationem interim per cōparationem prosequitur, vt vel

Tomus quartus.

A sic Iudæus, dicta ipsa admittat: quapropter nō sic dixit, vt dixi: qui verò? Quum enim gentes quę legem non habent, natura, quę legis sunt fecerint, eā legē non habētes sibi ipsis lex sunt, qui ostendūt opus legis scriptum in cordibus suis, simul attestātē ipsorū cōscientiā. Sufficit enim loco legis cōscientiā, & cogitatio, per hęc rursus ostēdit deum sic hominē finxisse vt possit per se virtutē eligere ac vicium declinare: ac ne tibi mirū videatur, si semel, bis, ac sapius hoc astruit: hoc enim caput valde erat necessariū, ppter eos, qui dicerēt: Quam tandē ob rem nūc Christus aduenit? & vbinā priscis illis tēporibus ipsa prouidētia erat? Aduersus quos nūc obiter depugnans, ostēdit, quod vel superioribus illis tēporibus, ante quā etiam lex lata esset, hominū natura omnimodam prudētiā afflicta fuerit. Etenim quod de deo cognosci potest, illis manifestū erat: tum autem quid bonū, quid rursus malum esset per ea nouerant, per quę alios iudicabāt, id quod ipsis exprobrans, dixit, Hoc ipso quod alterum iudicas, te ipsum condēnas. Iam quod ad Iudæos spectat, vnā cum his quę dicta sunt, & lex quoq; inerat nō cogitatio solum nec cōscientiā: quamobrē igitur apponit verba hęc, accusantibus aut excusantibus, nam si legē habēt scriptā, & opus exhibent: quid tandē est, quod accusare habeat cogitatio? Verū nō iam de illis solum ait, quū verbo hoc vti, accusantib; sed de vniuersa natura. Tūc enim nostrę cogitationes erectę sunt, alię quidē accusantes, alię autē excusantes, nec indiget homo accusatore alio, illo quidē in iudicio. Postea terrorē augens, hominum peccata nō expressit, postea quā enim dixit, Cogitas o homo, qui eos iudicas, qui talia faciūt, & facis eadem, quod tu effugies iudiciū dei, vt ne talem recipias sententiā qualē & ipse fers? sed intelligas dei sententiā tua longē esse exactiorē: addidit occulta hominum: & adiecit secundū euangeliū meū per Iesum Christum. Homines enim rerum manifestarū tantum iudices sedent. Atqui supra de patre tantū loquutus est: quum autē ipsos terrore molliuit, & de Christo item mentionem intulit: nec id tamē simpliciter, sed & hic quoq; patris mentione facta, ita demū Christū introduxit: quin & euangelicę prędicationis dignitatē per eos attollit. Hęc enim, ait, prędicatio ea denūciat, quę anteuerēs natura demonstrat. Vides vt prudenter tum euāgelio, tam Christo ipsos admouēs illigauerit, tum autē declarauerit, quod nostra hominū facta intra humani iudicij cancellos non cōsistunt, sed vltius progrediuntur: quod & supra argumentatus est, quum dixit, Colligis tibi ipsi irā in die irę: & hic rursus, Iudicabit deus occulta hominum.

Morale

Vnusquisque igitur in suam ipse conscientiā descendēs, peccatis suis diligenter expensis, exactā vitę antea actę rationē sibi reposcat: vt ne tum ipsi dānemur, quum orbis vniuersi iudiciū fiet. Nam illud quidem iudicium terrificum, horrendū tribunal, timoris plenę eiusdē quęstiones ac disquisitiones. Ignem flumē rapitur, trater nō redimit, redimet homo? *Psal. 48.* Eorum enim te meminisse velim, quę in euāgelo dicuntur, angelorū circuncursantium, cōclausi clausi, lampadarū extinguarum, potestātū in fornaces trahentium: & pręterea illud perpendito: Si nostrū cuiusquā occultum crimē aliquod hoc ipso die in medium delatū, huic modō cōfessui innotesceret: nōne fieret vt ille interire, ac terrā sibi potius dehisce-

b iij re, quā

† ad dei ter-  
rore &  
sua ipsius  
condem-  
natione.

1. Cor. 15  
b.

2. Reg. 24  
f.

Mich. 6. 4

re, quàm tā multos peccati sui testes habere mallet? A  
quid igitur tum nobis fiet miseris, quum omnia orbi  
vniuerso palā facta, in tā aperto, tamq; illustri thea-  
tro denudata, hominū nobis partim cognitorū, par-  
tim incognitorū oculis subiiciētur? Enimvero pro  
dolor, vndēnam ipse territare vos cogor? Nempe ab  
hominū opinionē: quum id facere cōueniētius fue-  
rit † ab ipsius dei tum terrore tum cōdemnatione. ]  
Qui enim, obsecro te, tum futuri sumus, quum vincti  
frēdentibus in exteriores tenebras dētibus abduce-  
mur? seu potius quid facturi sumus (quod ipsum om-  
niū terribilissimū est) quum deum offendemus, illiq;  
occurremus? Nā si quis est, qui sensu ac mēte prædi-  
tus sit, is certē gehēnæ pœnā tolerare malit, q̄ aduer-  
so deo stare. hoc verò quū nobis graue non sit, pro-  
pterea ignē ille nobis cōminatus est æternū. Etenim  
oportebat tum demū nos dolore affici, nō quum sup-  
plicio afficimur, sed quum delinquimus. Audi igitur  
Paulū ingemiscētē, ac conuerentē vel pro peccat-  
is iis, ob quē tamē pœnas daturus nō erat. Nō sum,  
inquit, idoneus qui apostoli nomine cēsear, hoc ip-  
so, q̄ dei ecclesiam fuerim persecutus. Audi & ipsum  
David à supplicio quidē iam exemptū: postea quā  
tamē cenferet deū se offendisse, suppliciu aduersum  
semet inuocantē, ac dicentē: Domine vertatur, obse-  
cro, manus tua in me, & in domū patris mei. Nā dei  
offensio nullo nō supplicio grauior est. At nunc tam  
miserē animati, affectiq; sumus, vt nisi gehēnæ timor  
esset, ne propositū quidem nobis sit, bono aliquo o-  
pere defungi. quapropter si nullā aliam ob causam,  
certē ob hanc vnā gehenna digni sumus, q̄ videlicet  
plus gehennam, q̄ ipsum Christum timemus. At nō  
sic beatus Paulus, quin potius obuerso, oppositoq;  
modo. Nos autē ob id, quod diuersum affectū gerim-  
us, gehēnæ supplicio dānamur. qui si Christum sic  
amarem⁹, vt amare certē oportet, iudicarem⁹ vtiq;  
amati offensionē gehenna esse grauiorē. quādoqui-  
dem autem amore nullo capimur, certē supplicij hu-  
ius magnitudo quanta sit nescimus. Atq; hoc ipsum  
quidē est, quod maximē omniū lamentor, ac deplo-  
ro: quanq̄ quid tandē est, quod deus nō fecerit, vt à  
nobis ipse amaretur? quid autē non est commentus?  
quid autē omisit? Illū iniuria affecimus, nihil sanē cō-  
meritū, sed acceptis ab illo infinitis, iisq; arcanis be-  
neficiis. Auerfati sumus vocantē, & vndequa; ille-  
ctantē, ac ne sic quidē de nobis ille pœnas sumpsit:  
sed adcurrat ipse, ac restitātes fugitātesq; inhibuit,  
ipsi tamē ab illius manibus excussi, ad diabolū trā-  
fugimus: ac ne sic quidē destitit ille, sed & fexcetos  
morsus, qui nos hortaretur, misit prophetas, angelos,  
patriarchas. At nos legationē non solum nō admisi-  
mus, sed & legatos nobiscū agētes iniuria affecimus.  
Ille autē ne per hęc quidem nos respuit, sed quod fa-  
cere ij solēt, qui vel vehementissimē quum amāt, ne-  
gliguntur tamē, circumiens ad oēs adiit, tum in cœ-  
lo, tū in terra sese manifestās, congressusq; nunc cum  
Hieremia, nūc cū Michāa, nō vt grauaret, sed vt de-  
fensione vteretur, vel super iis, quæ in ipsum à nobis  
cōmissa fuerant: quin & vnā cum prophetis ad illos  
accesit, qui ipsum auerfarentur, paratus etiā, ac po-  
stulans ad rationis reddēdę calculos descēdere: tum  
autē ad omnia furdos ad colloquium secum trahēs.  
Popule mi, inquit, quid feci tibi, aut quid te attrista-  
ui respōde mihi. Secundū hęc omnia, interfecimus  
prophetas, lapidauimusq; & præterea infinita alia

mala cōmisimus. quid igitur ille horum omnium lo-  
co? nō iam prophetas, non iam angelos, non iam pa-  
triarchas, sed suum ipsius legauit filiū, & hic vbi ac-  
cessit, de medio est sublatus. ac ne sic quidē amorem  
extinxit, sed eō etiā magis incēdit, quin etiam vel fi-  
lio proprio interempto perseuerat exhortans, obse-  
crans, rogās, omnem deniq; lapidem mouens, vt ad  
se cōuertamur. præter hęc & Paulus quoq; his ver-  
bis acclamat, Pro Christo igitur legatione fungimur, 2. Cor. 5. 4  
tanquā deo per nos exhortante, obsecramus Christi  
nomine, cōciliate vos deo. Sed tamē nihil horū nos  
illi cōciliauit. ac ne sic quidem nos ille destituit, sed  
persistit, quā gehennā minitās, quā cœlorum regnū  
promittens, vt vel hac demum ratione ad sese nos il-  
lecter: nos autē adhuc veluti stupidi facti nullum er-  
ga illum affectū exhibemus. Quid hac feritate dete-  
rius? nam si hęc ab homine aliquo in nos meritā col-  
lata fuissent, nōne illi sēpissimē seruitutem addixis-  
semus nostrā? deum autem sic nobiscū agentē auer-  
samur. O deus immortalis, miram nostrā tum igna-  
uiam, tum ingratitude: assidue quidem peccamus,  
nunquā non in peccatis viuimus, qui si quādo vel tā-  
tillum boni officij præstiterimus ingratorū seruo-  
rum more, id certē accurata, ac veluti institoria cum sup-  
putatiōe examinamus, curiosē de ipsa remuneratio-  
ne solliciti, ecquā mercedē res à nobis gesta habere  
debeat. Atqui maior tibi merces, si modō citra mer-  
cedis spē feceris. hęc enim dicitare, & curiosē inda-  
gare, mercenarij potius verba sunt, q̄ grati serui. sunt  
enim omnia propter Christum agēda, non propter  
mercedē. ob hoc & gehennam cōminatus est, & cœ-  
lorum regnū promisit, vt à nobis ametur. amemus  
igitur illū, vt amare quidem par est. hoc enim magna  
certē merces, hoc cœlorum regnum, & voluptas, &  
delicia, & gloria, & honor, hoc lumen, hoc beatitu-  
do infinita, quam ipsam nec oratio repræsentauerit,  
nec mens comprehenderit. Sed nescio quo pacto in  
huiuscemodi sermonem abductus sum, qui iubeā ho-  
mines neq; principatus, neque gloriæ præsentis cō-  
tēptores, propter ipsum Christū regnum cœlorum  
contēnere, quanquam magni illi ac generosi viri vel  
ad hunc charitatis modū peruenerūt. Audi igitur vt  
Petrus illius amore vltus ardeat, & animæ & vitæ &  
omnibus rebus illū anteponēs: quem dum abnegas-  
set, non ob suppliciu luxit, sed quod, quem amabat,  
eū abnegasse se videret. id quod nullo nō supplicio  
amarius illi erat. Et quidē hęc omnia spiritu gratia  
nondū accepta præ se tulit, assidue quidem instans,  
ac dicēs: Quò vadis? & antea, Ad quem nos recipie-  
mus? ac rursus, Sequar te quocunq; pfecturus fueris.  
Omnia enim ipse illis erat, ac neq; cœlum, neq; cœ-  
lorum regnum amato præferēbant: tu enim mihi illa  
omnia, inquit. Enimvero quid miraris, si Petrus ita  
esset erga deū animatus? etenim audi quid propheta  
dicat, Quid em̄ mihi est in cœlo? Et illud, A te quid  
voui in terra: ac si dixisset, nulli⁹ prorsus alterius rei,  
nec cœlestis, nec terrestris, sed tuo vni⁹ desiderio te-  
neor. Hoc sanē amor est, hoc amicitia: hoc modo si  
amauerimus, nec præsentia bona, nec futura quicquā  
esse præ amore eo arbitrābimur. atq; hic cœlestis  
regni fructū decerpemus, copiosa atq; abundāti dei  
charitate affluentes. Dices: At quo id esse queat pa-  
cto? Si cōsiderauerimus, q̄ sæpe in illū iniurij sumus,  
vel post multa ab eo beneficia, & quidem e o interim  
nihilō fecius nos exhortāte: si cōsiderauer imus quo-  
ties

2. Cor. 5. 4

1. Cor. 15  
b.

2. Reg. 24  
f.

Mich. 6. 4

Infr. 8. f.

ties illū prætereamus, ipse autē nos non negligat, sed  
adcurrat, attrahat, ad se alliciat. nā si hęc & his simi-  
lia reputauerimus, poterimus hūc, quem dico, amo-  
rem incēdere. Si enim qui sic quidē amat, vilis quis-  
piam, qui aut sic adamatur, rex esset: nōne ab amo-  
ris magnitudine erubesceret? erubesceret quidē ad-  
modum, nisi fallor, nunc verò vbi prorsus res è con-  
trario se habet, estq; eius, qui nos amat, tanta tamq;  
excellens pulchritudo, gloria, opulentia: nostra autē  
tenuitas, vilitasq; tam ingens: nōne infinitis suppli-  
ciis digni sumus? vt pote qui sic tenues, & abiecti, à  
tāto, tam magno, tamq; admirabili, supra omnē quū  
adamemur modum, delicias tamen facientes, illius  
erga nos amoris sic illudamus? Ille quidem nullius rei  
nostræ indigens est, ac ne sic quidem amare nos de-  
finit. Nos verò illius admodū egemus, ac ne sic qui-  
dem illius amoris adhærescimus. Verum tum fortu-  
næ bona, tum hominū amicitias, tum corporis ociū,  
tum principatū, tum gloriā illi præferimus, qui no-  
bis tamen nihil quicquā anteponendum sibi putat?  
Vnū enim quum haberet filium vnigenitū, ac legiti-  
mum, ne huic quidē propter nos pepercit: nos autē  
quā multa sunt quæ illi præponimus? Nōne igitur  
meritō gehennam nobis ac suppliciu commina-  
tur? quod suppliciu si vel duplicatū, vel triplicatum,  
si vel decies millies grauius foret, essētne quamobré  
meritō conqueri possemus, quū diabolica mandata  
Christi legib⁹ anteponamus, quū vel salutē propriā  
proiciamus, vt maliciæ opera illi præferamus, qui  
nihil non causa nostra perpessus est? Quam tandem  
hęc veniā merētur? quam defensionē? nimirum nul-  
lam prorsus. Stemus igitur in futurū, ac ne per præci-  
pitia feramur: quin poti⁹ respiciamus, omniaq; hęc  
nobiscū reputantes, gloriā illi per ipsa opera redda-  
mus. neq; em̄ satis est per ipsa verba. Vt & nos quo-  
que gloriæ ab illo emanātis fructū capiamus, quā  
gloriā vtinam omnes assequi possimus, gratia domi-  
ni & dei, & seruatois nostri Iesu Christi, per quē &  
cum quo gloria patri, vnā cum sancto spiritu, nūc &  
semper in secula seculorum, Amen.

*Homilia sexta.*

**E**cce tu Iudeus cognominaris, & acquiescis in lege,  
& gloriaris in deo, & nosti voluntatē, ac probas exi-  
mia institutus ex lege. Quum ostendisset, gētili  
ad salutem nihil deesse, si legem factis expresserit, il-  
la admirabili cōtentione adhibita, ponit deinceps  
Iudæorū honestamenta, ob quæ aduersus gētilis ef-  
ferebātur. ac primū quidē ipsorū nomen admodū  
venerabile erat, quemadmodū nūc Christianismus.  
Etenim ab ipsa appellatione magna erat etiā tū dif-  
ferētia: vnde & hinc auspicatur. ac vide, vt ipsum hoc  
nomē eleuat ac deiicit. neq; em̄ dixit, Tu Iudeus es:  
sed, cognominaris, & gloriaris in deo: hoc est tan-  
quā ab eo adamatus, atq; ante alios homines honori  
habitus. Hic autē mihi tacitē videtur illorū insolentiam  
& insanum gloriæ amorem vellicare, quod hoc  
dono non vt salutē suā prospicerent, sed vt in alios  
insurgerent eosq; despicerent, abuterentur. Et nosti  
voluntatē, & probas eximia. Atqui & hoc sine opere, in-  
ferioris est meriti, sed tamen videbatur esse superioris.  
quapropter & exactē verbo vitur: nō enim dixit,  
facis: sed, nosti: &, probas: nō, exequeris: aut, agis. Cō-  
fidisq; te ipsum ducē esse cæcorum. Neque hic item dixit:  
Tu dux es cæcorum: sed cōfidis: vique adeo, ait, glo-  
riaris inturgefcisq;. magna enim erat Iudæorū inso-

lencia, ac fastus. ob quod illa ipsa propemodū verba  
enunciat, quæ illi iactitātes sese, vsurpabāt. Vide igitur  
in ipsis euāgeliis quid dicāt: Torus in peccatis geni-  
tus es, & tu nos doces? atq; aduersum omnes magno-  
pere elati cristas tollebat. id quod Paulus arguēs præ-  
cedit, aliās quidē eos attollēs, aliās autem eleuās, vt  
hac demum ratione magis ipsos perstringat, grauiorē  
efficiat criminationē. propterea progreditur  
augēs id ipsum, ac diuersa appellatione enunciatio-  
neq; multiplicās: *Confidis enim te ipsum ducem esse cæco-  
rum, lumē in tenebris versantium, cruditorē insipientium, docto-  
rem imperitorū, habentē formā cognitionis, ac veritatis in lege.*  
Neque item dixit, in cōscientia, & in operibus, &  
in meritis: sed, in lege. porrò quod de gētilibus quū  
ageret, dixit, id & hic quoq; ait. nam quemadmodū  
inibi dixit: Hoc ipso q̄ iudicas alterum, temet con-  
demnas, sic & hic ait: *Qui igitur alium doces, te ipsum nō  
doces?* Verum illic quidem rigidius, hic autē mollius  
loquit. neq; enim dixit: atqui hoc nomine grauiori  
dignus es supplicio, q̄ quum tibi tot ac tanta à deo  
sint cōcredita, tamen horum nihil quicquam in de-  
centem vsū vertis. sed per interrogationē oratio-  
nem promouet, illos pudore suffundēs, ac dicēs: *Qui  
igitur alium doces, te ipsum nō doces?* Mihi autē &  
aliunde Pauli prudentiā considera. Iudæorum enim  
prærogatiuas præstantiasq; eas enumerat, nō quas il-  
li suo studio parafset, sed quæ superno illis dono ob-  
uenissent, ostēditq; eas non solum superuacaneas iis  
esse, qui neglexerint, sed & supplicij additamentū af-  
ferre. Neque enim q̄ Iudæi vocarentur, ipsorū erat  
benefactum, neque quod legem accepissent, neque  
q̄ cætera ea haberent, quæ modō enumerauit, sed à  
superna gratia ea obuenerāt. ac principio quidē di-  
xit, Igis auditionē nihil quicquam iuuare, nisi opus  
ad fuerit: non enim qui audiunt legē, ait, iusti sunt a-  
Hic super  
quod deū, sed qui legē factis exprimunt. Nunc autem  
multò amplius ostēdit, quod videlicet nō solum au-  
ditio, sed quod auditione maius erat, doctrina, ne ip-  
sa quidē docentē tueri poterit, non ea agentem quæ  
docet: quæ certē doctrina nō modò nō tuebitur, sed  
& plenius puniet. rectē autē dictionibus vsus est. ne-  
que enim dixit, legē accepisti: sed, in lege acquiescis.  
neq; em̄ laborauit Iudeus hac illac circumiēs & con-  
quirens quæ agenda essent, sed nullo negocio legem  
adeptus est, quæ viā ostenderet ad virtutē ferētem.  
Nam vt gentes ipsæ habeant naturæ rationem, vnde  
ipsos superāt Iudæos, quum citra auditionē omnia  
faciāt, tamen ibi maior erat facilitas. qui si ais, te non  
audire solum, sed & docere, certē vel hoc supplicij  
corollarium est: nam q̄ hac re magno opere sibi place-  
rent, hinc maximē illos ridiculos esse ostēdit. quum  
autē dicit, doctorem cæcorum, eruditorē insipientium  
doctore imperitorum, illorū fastum exprimit:  
magno opere enim, pselytis abutebātur, ipsosq; hisce  
nominib⁹ vocabāt. Propterea & Paulus eximie abū-  
dat iis omnibus, quæ illorū encomia esse viderētur,  
vt qui intelligeret dicta hęc maioris accusationis ar-  
gumentum esse. *Habentē formā cognitionis, ac veritatis  
in lege.* Haud aliter quā si quis regiam apud se effi-  
giem quum habeat, nihil tamen ad illius exēplar ef-  
figiare conetur. † qui verò illi nō confidant,] vel sine  
ipso archetypo eam tamē exactē exprimant. Proin-  
de quū ea dixisset, in quibus potiores aliis essent quæ  
ipsi à deo accepissent, ea item dicit, in quibus cæte-  
ris essent inferiores, ea in medium afferens, quæ pro-  
pheta

1. Cor. 9. f.

Hic super

† alij vero  
quibus ef-  
figies illa  
non fuerit  
cōcredita:



pheta incessabant. Qui igitur doces alium, te ipsum non doces: qui predicat non furandum, furaris? qui dicit non adulterandum, adulterium committis? qui execraris simulacra, sacrilegium admittis? Etenim apud eos in primis interdictum erat, ne quis eas contingeret res, quae idolorum cultui dicatae essent: idque propter execrationem: at pecunie tyrannus, ait, vobis persuasit, legem hanc contulcare. Postea, quod grauius multo, attexit dicens: Qui de lege gloriaris, per legis transgressionem deum deonestas? Duo hic posuit crimina, atque ad eum tria, quae videlicet deonestant, tum quod iis rebus deonestant, quibus honestati ipsi fuere, tum quod eum ipsum deonestant, qui honestauit, quae summa illorum erat improbitas atque ingratitude, qui ne ex se ipse increpare illos videatur, prophetam citat illorum accusatorem et aliquoties paucis, ac compendiose, & tanquam summam: post autem per partes, ac nunc quidem Esaiam, postea autem David. In vnde] & plures ostendit in eos coniectas redargutiones, nam quod non ego, inquit, vos conuictis incessens haec profera, audi quid dicat Esaias. Nomen dei propter vos male audit inter gentes. Ecce & duplicem rursus accusationem aliam, neque enim ipsi solum, ait, contumeliosi sunt, sed & alios ad id preparat, quis igitur doctrinae usus, quem vosmetipsos non doceatis? Verum superius quidem hoc solum dixit, hic autem in contrarium detorsit, neque enim solum vos ipsos, sed ne alios quidem docetis, quae agenda sunt: & quod longe grauius est, non solum non docetis ea quae legis sunt, sed iis pugnatia docetis: nempe conuictis deum afficere: quod quidem legi aduersatur. At magnum quiddam est, inquis, circumcisionem habuerit. Considera porro prudentiam, quam opportuno loco de ea mentionem intulerit: neque enim statim ab ea exorsus est, quoniam magna de ea opinio vigeat, sed ubi ostendit illos a maiori re offendisse, authoresque esse coniecti in deum conuicti, tum demum auditoris nactus illos iam condemnantem, eisdemque praesidentiam ubi ademit, in medium affert de circumcisione sermonem, confidens neminem fore, qui illi suffragetur, atque ait: Nam circumcisio quidem prodest, si legem seruaueris. At qui licebat aliter ipsam excludere, ac dicere: quid enim est circumcisio? num illius est meritum qui eam habuerit? num rectae voluntatis demonstratio? etiam in aetate exoleti] sit. Et qui in eremo vixerunt, multos an nos incircumcisi manserunt. & alium de multis argumentis videre possis, illam non admodum necessariam esse, sed tamen non hinc ipsam excludit, sed vnde maximè oportebat, ab ipso Abraham. nam ea demum est victoriae excellentia, perficere ut ostendas, hinc illam despiciabilem esse, vnde ipsis venerabilis erat, quaque dicere poterat, quod & prophetam incircumcisos Iudaeos appellat. Verum non id est circumcissionem eleuare, sed eos potius, qui ea male vtuntur. Pauli porro scopus is est, ut ostendat, ne in optima quidem vita illa robur habere, quod deinceps adstruit. Et hic quidem patriarcham non adducit: sed prius alia ex parte ipsam deiiciens, postea illum obseruat, quum videlicet de fide verba facit, ita loquens: Quo modo igitur imputata est fides Abraham, quum esset in circumcissione, an quum esset in praepotio? Donec enim haec aduersus gentilem & praepotiatum declarat, nihil horum enunciare vult, ut ne nimis molestus sit, at quum ea aduersus fidem depugnat, tum demum aduersum illam accingitur, adhuc quidem aduersus praepotiatum pugna existit: quapropter remissè loquitur, & ait: Circumcisio quidem

prodest, si legem seruaueris, quod si transgressor legis fueris, circumcisio tua in praepotium versa est. Duas enim hic ait circumcisiones, ac duo item praepotia, quemadmodum & leges duas. Est enim lex naturalis, & est lex scripta, sed & harum media, quae per opera fit, ac vide ut tres has leges ostendat, & in medium adducat. Quum enim geres, quae legem non habent, inquit, quamnam obsecro legem? nepe scriptam. Natura quae legis sunt, fecerint. Cuiusnam? cuius quae operibus constat. Hi legem non habentes. Quamnam? scriptam. Sibi ipsis lex sunt. Quo pacto? naturali vsu. Qui ostendunt opus legis. Cuius? illius quae ab operibus est, lex enim ea quae literis constat, exterior est, haec autem interior, videlicet naturalis, quae autem operibus constat, medium tenet, & illam quidem literam dicant, alteram autem naturam, tertiam ipsum opus. Qua sanè tertia opus nobis est, per quam ipsam duce ille, tum quae a natura, tum quae a litera, quae quidem nisi adfuerit, illarum nullus vsus, sed nocumentum maximum, quod ipsum ostendit Paulus, quum de naturali quidem agit, sic dicens: Hoc ipso quod iudicis alterum, te ipsum condemnas, quum autem descripta, qui praedicat non furandum furaris? Sic & praepotia duo, alterum quidem a natura, alterum autem a voluntate, & circumcisio vna quidem in carne, altera a voluntate. Verbi gratia: Circumcisus est quis octavo quo natus est die, haec carnalis circumcisio expressit quis factis quae legis sunt omnia, haec voluntatis circumcisio, quam maximè Paulus querit, immo verò & ipsa lex, vide igitur, ut verbo eam concedens, re sustulerit, non enim dixit, superuacanea res est circumcisio, stulta, inutilis: sed quid? Circumcisio quidem prodest, si legem seruaueris. Admisit interim ipsam dicens, fateor, nec contradico, quod bona quidem circumcisio: sed quado? quum & legem custodieris, qui si legis transgressor fueris, circumcisio tua praepotium facta est, non dixit, amplius non prodest, ut ne ea contumelia afficere videatur: sed Iudaeum ea ubi denudauit, tum demum illum perstringit, quod non iam circumcisionis est contumelia, sed eius qui ipsam ignauia sua amiserit. Quod igitur facere solent iudices ij, qui quos in dignitate constitutos, grauioris alicuius criminis conuictos habent, eos prius honoris sui ornamentis spoliat, quam supplicio multatos abdicant: hoc ipsum & hic quoque Paulus fecit, quum enim dixit, qui si legis transgressor fueris, adiecit, circumcisio tua praepotium facta est, atque incircumcisum ubi ostendit, cum iam intrepidè condemnat. Quum igitur praepotium iustificaciones legis seruaueris, nonne praepotium illius pro circumcissione imputabitur? Vide quid facit, non dicit circumcissionem a praepotio vinci (hoc enim graue, inuidiosumque; valde auditoribus illis futurum erat) sed quod circumcisio praepotiatum facta est,] ac quaerit deinceps, quid sit circumcisio, quid item praepotiatum: aitque circumcissionem, bonum quoddam esse opus, praepotiatum autem malum opus: ac prius in circumcissione transmutans praepotiatum bonis operibus praeditum, & circumcisum corruptum viuicem in praepotiatum intrudens, ita demum praepotiatum victoriam tribuit, nec dicit praepotiatum, sed ad ipsam retransit, sic inquit: Nonne praepotiatum illius pro circumcissione imputatur? Nec dixit, conuertetur: sed, imputabitur: quod quidem significantius erat, quemadmodum nec superius dixit, circumcisio tua praepotiatum reputabitur: sed, facta est, Et indicabit quod est ex natura praepotiatum. Vides, ut duo praepotia statuatur, alterum quidem a natura, alterum autem a voluntate: hoc quidem loco de naturae praepotio loquitur, sed tamen intra hoc non consistit,

nam quidem dem.

Esai. 52. b.

Esai. id est in manu 14.

Infr. 4. b.

45 ficit, sed addit: Si legem seruauerit, te qui per literam & circumcissionem transgressor es legis. Vide subtilissimam eius prudentiam, non dixit, quod naturae praepotium circumcissionem iudicabit. Verum ubi victoria quidem sita erat, huc praepotiatum introducit. Vbi autem rem contra cessuram videt, hic non iam circumcissionem victam esse ostendit, sed Iudaeum, qui illam ipsam habet, veritus per ipsa verba auditoris percellere, nec dixit, te qui habes legem, ac circumcissionem: sed mansuetius, te, qui per literam, & circumcissionem transgressor es legis, hoc est, & circumcissionem tutatur huiusmodi praepotiatum. laesa est enim, & legi opem affert, incommodum enim passa est, vnde illustre statuit trophaeum, nam victoria tum demum insignis est, quum non a Iudaeo Iudaeus, sed a praepotiatum iudicatur. Quemadmodum quum ait: Viri Niniuitae exurgent, ac generationem hanc condemnabunt. Igitur non ipsam legem reprobat (illam enim magnopere veneratur) sed eum qui in lege iniurius est, deinde quum haec liquidò adstruxit, magna tum fiducia definit quidnam sit Iudaeus: ostenditque quod nec eum qui Iudaeus sit, nec ipsam circumcissionem, sed eum, qui minimè Iudaeus, ac minimè circumcisus sit excludit, ac videt quidem illam defenditare, subuertit autem illius opinionem & existimationem ab ipso rei euentu suffragia reportas. Ostendit enim non solum nullum esse delictum Iudaeum inter & praepotiatum, sed & praepotiatum superiorè esse, si modo sibi attenderit, eundemque verè Iudaeum esse, ob quod ait: Non enim qui in manifesto Iudaeus sit, ille Iudaeus est. Hoc loco ipso ferit, ut qui ad ostentationem nihil non factitaret, sed qui in occulto Iudaeus fuerit, is Iudaeus est, & circumcisio cordis, circumcisio est, quae spiritu constat, non litera. Hoc dicto exclusit corporalia omnia. Etenim circumcisio propalata fiebat, & sabbata, & sacrificia, & purgationes, quae omnia vnicò verbo subindicauit, quum videlicet dixit: Neque enim qui in manifesto Iudaeus fuerit, is Iudaeus est. Verum quandoquidem circumcisio in ore hominum multa erat, ubi & sabbatum item illi cedebat, merito plura alia ad ipsam extendunt. Per verbum autem spiritus, viam sternit ecclesiae politicae, ipsamque fidem introducit. Etenim illa corde ac spiritu quum constat, laudem a deo obtinet, proinde quid causetur, cur non ostenderit, quod gentilis vitam rectè instituens, Iudaeo, & eo vitam rectè agente, non sit inferior, sed quod gentilis rectè viuens Iudaeo legem transgrediente potior sit? ut indubitam reddat victoriam, hoc enim confessio, sit necessarium, ut circumcisio a carne excludatur, atque ostendit vitam integram usum necessarium ubique esse, quum enim gentilis contra ea adminicula saluus efficitur, Iudaeus autem vna cum his supplicio afficitur, ipse Iudaismus ignauus atque iners manet, gentilem autem rursus appellat, non eum qui idola colat, sed qui deum reueratur, ac qui virtute praeditus a legalibus obseruationibus ac ceremoniis liber sit. Quid igitur habet in quo praecellat Iudaeus? Posteaquam omnia explosit, auditionem, doctrinam, Iudaei titulum, circumcissionem, caetera omnia, per id videlicet quod dixit, Quod qui in manifesto Iudaeus sit, Iudaeus non est, sed qui in occulto. Videt deinceps obiectionem existere, aduersus quam se firmat. Quenam porro obiectionem ea est? dicit aliquis, Si quae dixit, ea nihil iuuat: quamobrem, quae so, vocata est Iudaeorum gens? quamobrem circumcisio data? quo igitur pacto sese Paulus explicat, ipsam obiectionem soluit? per ea sanè, per quae & superius. Nam quemadmodum illic, non illorum laudes commemorauit, sed dei beneficia, non illorum

hinc supra

Matt. 12. & Luc. 12. d.

hinc supra

in circumcissionem conuertitur.

praepotiatum circumcisio facta sit. Gemmae vnde hic scripta est editione Veronensi: quae sic habet, in circumcissione conuertitur, sed, hinc supra.

cap. 11.

merita (Iudaeum enim vocari, voluntatem dei nosse, probare eximia, haudquaquam ab illorum recte factis, sed a dei gratia obuenerat) Id quod & illis exprobras propheta dixit, Non sic fecit omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis, & Moyses rursus: Interrogate, si tale quidpiam accidit, si audiuit gens vocem dei viuentis in medio ignis, ac vixit. Sic & hoc ipsum hoc loco facit. Quemadmodum enim quum de circumcissione loqueretur, non dixit quod circumcisio sine vita nihil proficit, sed quod prodest vna cum vita, idè certè significans, sed tamen blandius loquens, ac rursus ubi dixit, Sin verò transgressor legis fueris: non addidit, nihil proficis tu qui circumcisus es: sed, circumcisio tua praepotiatum facta est, ac postea, iudicabit, inquit, praepotiatum, non circumcissionem, sed te qui transgressor es legis, legalibus quidem parcens, hostes autem perstringens. Sic & hic item facit, obiectionem enim illi hoc, ac dicens: Quid igitur habet in quo praecellat Iudaeus? non respondit nihil illi habere, sed sermone ipso assensus est, ac per ea quae sequuntur, rursus ipsum hoc sustulit, ostenditque vel ob eiusmodi praesentiam illos supplicio affici, & quo pacto, ego dico, ipsa obiectione in medium adducta. Quid enim est, in quo praecellat Iudaeus, inquit, aut quae vtilitas circumcissionis? Multum per omnem modum, nam primum quidem illud, quod illis commissum sunt oracula dei. Vides quod prius dixi, ut nusquam illorum rectè facta, sed dei beneficia connumeret. Quid autem id verbi sibi vult, commissum sunt? nepe quod ipsis credita lex est, quod tanti illos fecerit deus, ut illis oracula a supernis delata crediderit. Nec me certè preterit quosdam esse qui verbum id, commissum sunt, non de Iudaeis, sed de sanctis interpretentur: hoc est, quod commissum lex est. Verum quod sequitur: non patitur ut ita sentias, primum enim haec dicit, illos increpas, ostendensque eosdem magna a deo beneficia accepisse, sed magna tamen praese ingratitude tulisse: deinde quae sequuntur, hoc ipsum declarat: adiecit enim, Quid enim si quidam fuerint increduli? Sin autem increduli fuerint, quo pacto nonnulli dicunt, quod illis credita sunt oracula? quid igitur ait, Quod deus ipsis ea credidit, non quod ipsi oraculis crediderunt, quandoquidem quamnam rationem habeat quod sequitur? etenim ad didit, Quid si quidam fuerint increduli? hoc etiam declarat id quod sequitur, adiecit enim rursus dicens: Num incredulitas illorum fidem dei faciet irritam? absit. Hoc igitur quod credita illis sunt oracula, ipsius dei donum praedicat. Mihi porro & hic quoque Pauli prudentiam considera, accusationem enim eam, quam in illos detorquet, rursus non ipse a se introducit, sed veluti ex obiectione, tanquam si dixisset: Sed fortasse dicturus es: & quenam circumcissionis huius vtilitas? neque enim vsi ea sunt, ut conueniebat. Illis enim credita lex est, & tamen illi non credidere, atque interim accusator non est admodum vehemens, sed tanquam deum criminacionibus liberans, sic totam accusationem in illos tandem detorquet, quid enim, inquit, vicio vertis, quod non crediderint? & quid ipsum hoc ad deum? num illius beneficiam subuertit illorum ingratitude, de quibus bene ille est meritis? aut honorem concessum mutat, efficitque quod minus ille honos sit? hoc enim verba haec sonant: Num illorum incredulitas fidem dei irritam faciet? absit. Tanquam si quis dixerit: Ego quendam honestaui, ille autem si honorem a me ad se delatum recusauit, hoc nomine inculpandus non sum, neque ea sanè honoris deprecatio benignitatem erga illum meam labefaciat, sed illius stupiditatem arguit, Paulus autem non hoc

Psal. 117. Deut. 5.

Supra. 2. d.

non hoc



non hoc solum ait, sed & multo etiam amplius, quod videlicet illorum incredulitas deo non solum crimen non inuit, sed maiorem etiam illius honorem, maiorem benignitatem declarat, quum eum honestare visus fuerit, qui ipsum tamen de honestaturus sit. Vides quo pacto illos criminum eorum reos facit, quibus sibi ipsi placeant? Siquidem deus tanto illos honore dignatus est, ut ne prouides quidem quod futurum erat, a beneuolentia erga illos abstinerit, quum illi tamen honestati ipsos deum, vel per eam ipsa per quam honestati sunt, contumelia affecerint. deinde ubi dixit, Quid enim si quidam fuerunt increduli? apparet autem omnes fuisse incredulos, ut ne rursus iuxta historiam loquens videatur acer esse accusator tanquam hostis, loco rationis ac syllogismi id quod verum factum fuit

A victoriam reportare, quae utraque supra modum absurda. Id quod declaras & ipse, huiusmodi dogmatum pariter gentiles in medium adduxit, satis esse arbitratus, ad ea quae dicta sunt inculcanda, personarum ea proferentium qualitate. ita enim nos illi taxantes dicebant, faciamus mala, ut bona veniant. propterea hoc ipsum aperte posuit, sic inquit: *Ac non potius (quem admodum de nobis male loquuntur, & sicut quidam aiunt nos dicere) faciamus mala, ut veniant bona, quorum damnatio iusta est.* Quando quidem enim dixerat Paulus, ubi abundauit peccatum, superabundauit gratia: taxantes ipsum, ac longum diuersa sententia dictum detorquentes, dicebant, oportet vicio adhærere, ut bonis fruamur. Paulus verò non sic dixerat. Corrigens igitur illud ait, quid igitur in peccato perseverabimus, ut gratia abundet? Absit. locuti enim sumus de tempore elapso, non ut hoc ad meditationem, exercitationemque trahamus. Ab hac igitur suspitione illos abducens, dixit, illud ipsum impossibile esse. Qui enim, inquit peccato mortui sumus, quo modo adhuc in eo viuemus? Proinde gentiles facile strauit. illorum enim vita admodum corrupta viciataque erat: Iudeorum autem vita tamen si & ea neglecta esse videres, tamen illorum velamenta magna erant, lex, & circumcisio, tum autem & quod deus cum illis versaret, & quod omnium essent doctores: quae obrem & hisce illos denudauit, & eos magis ob ea plecti demonstrauit. in quod & hic orationem ipsam conclusit. Si enim minimè puniuntur, inquit, qui talia committunt, necesse est blasphemum illud prouerbiu circumferri: Faciamus mala ut veniant bona. Sin verò impium illud est, & qui illud proferunt, poenas dabunt, hoc enim significauit quum dixit, Quorum damnatio iusta est: liquet planè quod plectuntur. Si enim supplicio quidem digni sunt qui id dicunt, multo magis qui faciunt: qui si supplicio digni, digni quidem, tanquam qui peccauerint, neque enim homo est qui suppliciu infert, ut ne quis calculum suspectum habeat, sed ipse deus: qui quidem nihil non iuste facit. quod si iuste plectuntur, iniuste ea dixerunt, qui nos cauillantur. Nam deus nihil non tum fecit, tum facit, quod nostra hominum vita elucescat, & vndique recta existat **Morale.**

Itaque omnem operam nauare ipsi debemus, ut ne sordida torpescamus. hac enim demum ratione & ipsos quoque gentiles ab errore submouere poterimus. at verò quoties verbis tantum philosophi, ipsis in operibus decorum minimè seruauerimus: quibus tandem oculis illos contuebimur? quo denique ore de dogmatibus disputabimus? nam qui apud illos rebus in leuioribus deliquerit, ad vnumquemque nostrum dicet, Heus tu, quo tandem modo censeres me à te super grauioribus edocendum, qui nondum didiceris, auaritiam, malum esse? qui fit quæso, ut talis quum sis, de celestibus rebus tractandum, ac disputandum tibi sumas? At auariciam, malum esse nosti? Igitur & ipsum crimen grauius quidem est, quod sciens delinquis. Et quid de gentili verba facio? neque enim leges earum, quibus utimur, nobis permittunt, hanc in dicendo libertatem usurpare, quoties vita nostrauiciata, ac minimè sincera fuerit. Scriptum est enim, Peccatori dixit deus, ut quid iusticias meas enarras? Iudei omnes captiui abducti quum fuisset, Peris institutibus, postulatibusque: ut sibi diuinos illos catus caneret, responderunt: Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? quod si in terra barbara domini oracula canere fas non erat, quomodo minus id animæ barbaræ? Barbara est enim anima, quæ crudelis, immi-

ponit ita dicens: *Imò sit deus verax, omnis autem homo mendax.* Quod autem ait, hoc est: Non dico, inquit, fuisse quosdam, qui non crediderint: sed si ita placet, fac omnes fuisse incredulos: quod verum factum est, per assensionem concedens: ut minimè tum molestus, tum suspectus esse videatur. etenim sic magis iustificat, inquit, deus, quid porro est, iustificatur? Si estimada ea sint, atque examinanda, tum quæ Iudeis vltro beneficia contulit deus, tum quæ Iudeorum in deum facta extiter, ipsa certè victoria à deo stabit, ut quæ iura omnia secum habeat, atque id manifestè declarans ex iis, quæ supra dixit, tum & prophetam in medium attulit his suffragantem, ac dicentem: *Ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas quum iudicaris.* Ipse enim omnia text se fecit. Iulium autem ne sic quidem meliores euasere. deinde ex hoc rursus obiectionem exurgentem in medium adducit, & ait: *Quod si iniusticia nostra dei iusticiam commendat, quid dicemus? Num iniustus deus qui inducat iram? Humano more loquor.* Absit. Absurditatem absurditate soluit. Hoc autem quoniam obscurum, necesse est ipsum apertius reddere. Hoc porro est quod ait: Iudeos deus or nauit ipsum illi contumelia affecerunt. ea res præstat, ut deus vincat, magnamque illius benignitatem arguit, quod vel tales quum essent, honoribus dignatus sit. Igitur quando quidem quod nos in illum iniqui, ac contumeliosi extiterim, hoc ipso deus victoriam reportauit, illiusque iusticia illustris reddita est: quorsum, in quies, supplicio afficior, qui ipse author extiti, cur ille vicerit, per ea etiam, per quæ iniuriis fui? hoc igitur quo modo soluit? nepe alia quadam, quod dixi, absurditate: nam si tu, inquit, author extitisti victorie illius, & post hæc poenas pendis, res ipsa iniusta quidem est. sin autem iniuste te plecteris, non iam illi author victorie extitisti, ac vide circumspicionem apostolicam. quum enim dixisset, Num iniustus deus, qui inducat iram? adiecit. Humano more loquor: tanquam si quis, ait, humana ratione re perpendens, loquatur. Dei enim iusticia vel ea quæ hic apud nos iusta esse videntur, longè exuperat, habetque arcana quaedam, & eas à nostris diuersas rationes. quando quidem autem obscurum erat quod dixerat, id ipsum rursus repetit: *Si enim veritas dei per meum mendacium excelluit: in gloria ipsi, quid posthac & ego veluti peccator iudicor?* Si enim deus, inquit, benignus, iustus, ac bonus visus est ob ea ipsa, in quibus minimè illi obtinuerat, non solum non debes plecti, sed & beneficium reportare. quod si hoc, inuenietur absurdum illud & quod à multis circumfertur, quod videlicet ex malis bona, & quod mala bonorum causa existat. ex duobus autem alterum necessario subsequitur, aut deum dum plectitur, iniustum existere: aut dum non punit, à malis peccatisque nostris

psal. 115. a  
psal. 50. a  
t qua sua  
rum esse  
partium  
præstitit.

forte iuste legendum.

immitis; est. Nam si eosque captiui sunt, quique; exterâ regione serui agunt, lex silere iubet: quomodo magis eos, qui & peccati serui sunt, & exterâ vitam viuunt, obferato, mutoque; ore esse conuenit? Atqui & organa habuere tum illi. In salicibus enim, in medio ipsorum suspendimus organa nostra. Veruntamen ne sic quidem canere illis licebat. igitur ne nobis quidem (etiam si os habeamus, etiam si linguam, quæ ipsa sunt sermonis organa) in dicendo libertatem usurpare fas erit, donec peccato barbaris omnibus crudeliori tyranno seruerimus. Etenim quidnam, obsecro, gentili dicturus es, rapacitati interim atque avaricie operam dans? Ab idolorum cultu recedito? deum agnosco? ne argento, ne auro adhaerescas? hæc si dixeris, nonne ex illo rideat audies? Tibi ipse hæc prius disputato, neque enim perinde est gentilem aliquem idolorum cultui addictum, & Christianum hominem eidem peccato obnoxium esse. qui enim valebimus alios ab ea idololatria submouere, quum nos ipsi ab ea non recedamus? nos enim nobis ipsis propinquiores, quam proximo sumus. quum igitur nobis ipsi non persuademus, aliis qui persuadebimus? nam si qui suam domum minus rectè administrat, is ne ecclesie quidem curam habiturus est: qui fiet, ut qui ne suam quidem ipsius animam tuctur, alios corrigere possit? Mihi porro ne hoc dixeris, te aureum idolum non adorare: quin potius illud mihi probato, te ea non facere, quæ ipsum aurum faciendum iubet. Varij enim sunt idololatriæ modi. & hic quidem Mamonam sibi dominum, alius autem ventrem sibi deum facit, alius aliam concupiscentiam perniciosiorem. at non ipsis sacrificas boues, quæ admodum gentiles? sed quod multo pestilentius est, tuam ipsius animam pro victima offers. at genua non flectis, nec adoras? sed magis audies dicto es si quid præceperint & venter, & aurum, & concupiscentia: id genus alterius tyrannis: quando & gentiles hoc nomine execrabiles sunt, quod hominum affectus, deos effecerunt: concupiscentiam, Venerem: iram, Martem: ebrietatem, Bacchum appellantes. at non idola sculpis illorum exemplo? verum maiore cum animi studio te ipse iisdem illis animi morbis submittis: quæ Christi membra sunt, ea meretricis membra efficiens, ceterisque; sceleribus te coinquinans. ob quod obsecro absurditatis huius magnitudine pensitata, idolorum cultum ut deuitemus: sic enim Paulus auariciam appellat. nec pecuniarum tantum cupiditatem immoderatam, sed & appetentiam omnem malam, tum in vestium, tum in mensæ apparatus, denique rebus in ceteris. Siquidem grauiores certè, quam reliqui poenas luituri sumus, nisi domini legibus obtemperauerimus. Scriptum est enim: Seruus voluntatem domini intelligens, neque illi parens, verberibus multis vapulabit. Ut igitur poenam hanc effugiamus, ac tum aliis, tum nobis ipsis vsui simus, vitio omni ab anima expulso, virtutem sequendam nobis proponamus. Ita fiet, ut & futura quoque bona assequamur: quæ utinam omnibus nobis contingant, gratia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, vna cum sancto spiritu, in secula seculorum, Amen.

Ibidem

Ibid. ca.

Infra. 6.

Luc. 12. f.

psal. 13. a.

**Vid igitur?** præcellim? eos? Nullo modo. Antè enim causis redditis ostendimus tum Iudeos tum gentiles omnes peccato esse obnoxios, sicut scriptum est: Non est iustus, ne vnus quidem: non est qui intelligat, non est qui exquirat deum, omnes deflexerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui

A exerceat bonitatem, non est vsque; ad vnum. Sepulchrum apertum guttur eorum: linguis suis ad dolum vsi sunt, venenum aspidum sub labiis eorum. Quorum os excreatione & amarulenta lingua est: veloces pedes illorum ad effundendum sanguinem: contritio & calumitas in vis eorum, & via pacis non cognouerunt. *Non est timor dei coram oculis eorum.* Insimulauit gentiles, insimulauit Iudeos, sermonis tenor postulabat, ut deinceps iustitiam eam exprimeret, quam fides parit. Nam si neque; naturæ lex adiumento fuit, neque quæ scripto constat, quicquam profecit, sed utraque; eos grauauit, qui illis non sunt rectè ac conuenienter vsi, atque adeo ut grauius supplicium illi mereretur, præstitit: restat, ut necessaria sit per gratiam salus. Igitur hanc tu nobis o Paule exprimito, ac demonstrato. sed quod Iudeorum petulantiam suspectam habeat, id nondum audet, immo rursus orationem Iudeis inculcandis continuat. prius autem introducit accusatorem David, ea multis recentem, quæ omnia per compendium dixit Esaias, durum apparans illis frenum: ut ne auditorum quiscquam restitet, ne ab iis sermonibus resiliat, quod de fide ab eo præparantur, occupatus videlicet, quantum satis est, à prophetarum inculcationibus. tria enim summa ponit propheta, & quod omnes simul mala fecerint, dicens, & quod bona malis non miscuerint, sed vitium duntaxat exercuerint, & quod id omni cum intentione: deinde ut ne diceret, quid igitur, si aduersus alios hæc dicta sint? addidit, *Scimus autem quod quæcumque lex dicit, iis qui in lege sunt, dicit.* Quapropter post Esaiam sine vlla controuersia in illos inuehentem, introduxit David, ut ostendat & hæc quoque eiusdem esse consequentiam. Quid enim, ait, necesse, ut qui ad vos corrigendos missus est propheta, is alios inculcans reprehendat? neque; enim lex aliis data est, sed vobis. Quæ obrem porro non dixit, scimus quod quæcumque propheta dicit: sed, quæcumque lex dicit? nempe quoniam vetus omne instrumentum, legem appellare solet Paulus. etenim alibi ait: Legem non auditis, quod Abraham duos filios habuit? & hic ite ipsos psalmos legis nomine appellauit, quum ait: Scimus quod quæcumque; lex dicit, iis qui in lege sunt, dicit. Deinde ostendit nec simpliciter hæc dici reprehensionis causa, sed ut lex rursus ipsi fidei viam præsternat. tanta sanè est cognatio ac concordia veteris testamenti ad nouum, atque hoc certè nomine reprehensiones ac redargutiones extiterunt, ut relucens fidei valua apud auditores adaperiatur: quando vel hoc ipsum in primis ipsos Iudeos perdidit, quod sibi plus æquo placeret. quod igitur progrediens dixit, nimirum quod dei iusticiam minimè quum agnosceret Iudei, ac propria iusticiam statuere vellent, dei iusticiam non se submitterint, anteuertentes tum lex, tum propheta, ipsorum altos spiritus deiicere, factumque; ac turgiditatem cohibere, ut sua ipsi edocti agnoscentesque; peccata, factu omni exinanito, suoque; periculo, & eo quidem extremo cognito, magna cum alacritate ac propensione ad eum festinabundi accurrat, qui ipsis peccata remittit, gratiamque; eam admittant, quam fides affert. hoc ipsum sanè & hic Paulus subindicat, dixit: *Scimus quod quæcumque; lex dicit, iis qui in lege sunt dicit: ut omne os obturetur, & deo omnis mundus obnoxius fiat.* Hoc enim loco ostendit ipsos ea quidem fiducia ac libertate nudatos esse, quam opera parere solent, verborum autem factum tantum, & impudentiam habere: quapropter & dictione proprie vsus est, ut omne os obturetur: Illorum impudentem, & retineri contumacem iactantiam declarans, tum





concedat omnium esse deum. qui si omnium deus est, & omnibus certe consulit: si autem omnibus consulit, omnes per fidem æquè feruat. ob quod ait: *Iudæorum ne tantum: an non & Gentium: certe & Gentium.* Neque enim singulorum est, quales ii sunt quos Græcorum nobis narrat fabulæ: sed omnium communis, & vnus: ob quod & attexit: *Quandoquidem vnus deus.* Hoc est, Idem & horum & illorum dominus. sin verò vetera mihi allegas, & tum quoque ipsa prouidentia communis erat. quavis diuerso modo. tibi enim lex scripta data est, & illis lex naturalis. qua quidē in parte nihilo illi inferiores fuere, si modò voluere. quū & superiores facti, victoriā reportare potuerunt. quapropter & adiecit, hoc ipsum innuēs: *Qui iustificabit circumcisionem ex fide, & præputiū.* Ea suggerens, quæ supra de præputio & circumcisione dicta sunt, per quæ ipsa nullū planè esse in iis discrimē declarauit. quòd si tū ita se haberet res, multo magis & nunc. quod quidē & apertius nunc adstruens, ostendit vtrunq; pariter fidei indigere. *Legem igitur irritā facimus per fidem: absit. Imò legē stabilimus.* Vides prudentiam variam & immensam. per hoc enim verbū, stabilimus, ostendit non stantē, sed dissolutā. ac vide Pauli prudentiæ excellentiā, quanta cū abundantia, quæ vult, astruit. hinc enim ostendit fidem nō solūm non labefactare legē, sed illi esse auxilio, sicuti & ipsam legē, fidei viam aperientem. Quemadmodum enim lex anteuerteret, fidei testimoniū attulit: cōprobat enim, ait, testimonio legis ac prophetarū: sic & hæc fides ipsam legem inualidā stabiluit. Et quo pacto stabiluit iniquis? quòd nā, obsecro, erat legis opus? & in quo tandē illi erant omnia? nempe vt iustū faceret hominē. verūm illa quidem hoc præstare nō valuit. Omnes enim, ait, peccauerūt, fides autē superueniēs id præstitit. simul enim vt quis credidit, iustificatus est: Igitur legis voluntatē firmauit: atque ipsum illud ad finem deduxit, cuius gratia omnia lex eadem faciebat. non igitur legem fides irritā, sed ratam, absolutamq; fecit. Tria igitur hic demonstrauit: & q̄ sine lege fieri potest vt iustificeris: & quòd hoc non potuit ipsa lex: & q̄ fides cum eadem lege non pugnat. Nam quandoquidem hoc Iudæorū animos maximè turbabat, quòd videlicet videretur fides legi esse contraria: ostendit plus etiam, quàm velit Iudæus, non solūm non esse contrariam, sed valde sociam, auxiliariam & cooperariam: Id quod maximè cupiebant audire. **Morale.**

Enimvero quandoquidem post gratiam hanc per quam iustificati sumus, & rectæ quoque vitæ instituto opus est, age studium tāto dono dignū exhibeamus. Exhibebimus porro, si bonorū matrē charitatē studiose accurateq; seruauerimus. Est autē charitas, nō nuda verba, nō salutationes simpliciter præstitæ. sed præsidium ac patrocinium, operibusq; ipsis coniuncta voluntatis demonstratio. verbi gratia: Si quē paupertatis vinculis soluis, si quibus morbo afflictiſ opitularis, si quē à periculis in quibus versat, asseris, si quibus afflictione ac necessitate pressis ades, si fletū tuū cū alterius fletu, si gaudiū cum gaudio coniungis. nā & hoc quoque charitas est. atqui pusillum quidē hoc videtur esse, videlicet si quis vnā cū gaudētibus gaudeat: sed tamen id permagnū sanè est, ac tale, vt & animū philosophicū postulet: permultosq; inuenias, qui molestius illud officiū quum præsent, leuiori tamen hoc fungi non possint. Nam multi vnā cum flētibus flent quidem & ipsi, iidem tamen non etiā vnā

cum gaudentibus gaudent: quin potius aliis gaudio exiliētibus, illachrymant. quod ipsum sanè est inuidētia, ac malignitas. Itaque nō tenue ego, sed altero illo præstātius meritū arbitror, quoties quis fratre gaudente gaudet: fortasse autem nec illo altero solūm præstātius, quum quis videlicet vnā cum flētibus fleret & ipse, sed & illo, quū quis in periculo versanti proximo adest. quippe multi aliis in periculū adductis, & se quoque vnā in idē periculum coniiciunt: iidē tamen aliis laudatæ vitæ instituto sese cōmendantibus, ac vulgo bene audiētibus, se ipsi mordēt, atq; excruciant. tāta est inuidentię ipsius tyrānis. quanquā hoc quidē non nisi à laboribus sudoribusq; illud autem ab ipsa solū voluntate atq; animi sentētia proficiscitur: nihilo tamen fecius quod molestius est permulti quum ferant, quod procliuius haudquaquam perficiūt: quinimo macerātur, dispereuntq; quoties alios vita cōmendabili sese hominibus probare viderint, quoties dei ecclesiā vel verbo, vel alio quouis modo auctā adiutamq; intellexerint, qua re quid exitiosius esse queat? neque enim qui hæc cōmittit, cū fratre tantū, sed & cū dei voluntate depugnat. hoc ergo cōsiderās, morbū huiusmodi sedato. & si minus proximum, at certè te ipsum à malis infinitis eximito. quid bellū cogitationibus tuis inferis? quid animā perturbatione cōples? quid tempestatē cies? quid cœlum terris, mare cœlo mīsces? quū sic affectus poteris peccatorū veniam postulare? nam si qui aduersum se admissa, aliis nō remittunt, iis deus peccata nō condonat: quā tandem peccatorū condonationē iis largiturus est, qui in eos iniurijs sunt, à quibus nulla ipsi rē-tati sunt iniuria? summę enim maliciæ argumentū hoc est. ac certè id genus hoīes vnā cum diabolo ecclesię bellū inferunt, fortasse etiā & multo pestilētius. Nā diabolus euitare sanè possis. at hi sumpta amicitia persona clam ignē succēdunt, se prius ipsos in caminum cōiicientes, ac morbo laborantes nō solūm misericordia indigno, sed & admodum ridiculo. quid enim, quæso te, impallefcis? quid tremis? quid formidolosus es? quid tandem mali accidit? quòd clarus, quòd splendidus, q̄ bene audiēs frater est? Igitur coronari oportet, ac læticia exilire, deumq; glorificare: quòd videlicet membrum tuum relucens, & illustre. At tibi dolet q̄ deus glorificatur? Vides quò bellum ipsum pertineat? Dices: At nō mihi molesta dei gloria, sed fratris. verūm per hūc fratrem gloria ad deum conscendit: igitur & bellū itidem à te exortū. at non hoc, inquis, mihi dolet, sed velim deū per me glorificari. Igitur fratre bene audiente gaude, ac tum per te etiā iterum deus glorificabit: dicentq; omnes, benedictus deus, qui tales famulos habet, ab omni inuidētia liberos, de alienis bonis inter se cōgratulātes. Sed enim quid hinc de fratre verba facio? Nā vt hostis is sit, atq; inimicus, per quē deus glorificatur, hoc certè nomine cōuenit vt tu illum tibi amicū reddas. At tu qui iam amicus est, eū tibi inimicū reddis, postea quā deus per illius vitā inculpatā glorificatur. Itāne verò qui corpus tuum affectū curauerit, inimicus tibi antea quum esset, hunc protinus amicum tibi in posterū censet: eum autē qui Christi corpus, hoc est ecclesiā exornat, amicus antea quum esset, hunc tu inimicum ducis? quānam alia melius rarione bellum te aduersus deū suscipere ostendas? Ob hoc certè vt signa quis edat, vt virgo permaneat, vt sobrius sit, vt humi etiam decubet, atq; eiusmodi virtutibus vel ad ipsos

Hic supra

Ibidem.

ipso angelos accedat, omnium tamen sceleratissimus fuerit: hoc vicio si laborauerit, & adultero, & scortatore, & prædone, & sacrilego iniquior. Ac ne quis me quòd sermonis modū minime serue infimulet, illud libēs vos interrogauerim. Si quē viderem? ignē manibus, ac ligonē gestantē, hanc eadem vnā cum altari demoliri, euertere, incēdere: nonne fieret, vt ab omnibus iis qui rē fortē spectarēt lapidibus obrueretur, tanquā impius, & exlex? quid igitur? si quis flammam gestet, hoc, quo vtimur, igne edaciorem, inuidētiam dico, non lapidum ædificia demolientē, neq; aureū altare euerterentē, sed, quod longē & lapidib' & altari preciosi' est, præceptorū ædificium subuertentē, ac deuastātem: hic qua tādem venia dignus esse queat? Absit enim vt mihi hinc rei exitū excules, dicaſq; vsu sepe euenisse, vt rem quis aggressus sit, nec perfecit tamē. rei enim cuiusq; iudicium, pro authoris animo pensatur: quandoquidem & Saul, Davidē interfecit, vel voti sui cōpos minimè effectus. An non, obsecro, animo versas, te Christi ouib' isidias struere, quoties cū pastore depugnas? pro quibus ouibus & sanguinē ille effudit, & nihil non nos tū facere, tum pati iussit? non te ipse commonefacit, quòd dominus tuā quidem gloriam, non etiam suam exquisiuit, quū tu tamen non domini, sed tuā vnus gloriam persequaris? quanquā si illius gloriam sequereris, tum demum & tuā quoque assequeris. Vbi illi' gloria posthabita, tuam dū quæris, ne hanc quidem vnquā assecutus es. Quænam ergo morbi huius medela inueniri queat? Coniunctim omnes, preces fundam', vnā eādēque pro ipsis vocem tanquā pro energumenis edentes. hi enim hoc infeliciori sanè cōditione sūt, quàm illi, quòd furor hic non nisi à certo animi proposito ortū habet. prece itaq; ac supplicatiōe multa morbus hic indiget. Nā si qui fratrem nō amat, vt etiam pecuniarū impensæ non parcat, ac martyrio illustretur, is nihilo inde magis proficit: considera, quāto is sit suplicio dignus, qui illi aduersatur, à quo nulla vnquam iniuria est affectus? Certè hic ipse gētilibus deterior est. si enim mutu' inter nos amor, nihilo nos illis meliores, superioresq; efficit: quē tandē, obsecro, gradum obtinebit, qui amorē sibi præstitum inuidētia remuneratur? etenim bello quidē perniciosior est inuidētia. nam qui bellum gerit sublata belli causa inimicicias desinit. At inuidētia morbo qui laborat, amicitia nunquā inierit. & præterea aperto ille marte rē agit, hic autē adumbrato. Ille honesta quadam ratione bellū excusare potest: hic autem aliud nihil q̄ insanit, animo præditus fatanico. Cuiānam igitur huiusmodi animum cōtuleris? cui viperæ, cui serpētī, cui lumbrico, cui cātharo? hoc certè animo neq; deterius, neque sceleratius quicquā. hoc enim malum, hoc, inquā, malum Christianorum cōuentus subuertit, hoc hæreses peperit, hoc fraternam manū armavit, perfecitq; vt iusto sanguine dextra maderet: hoc naturæ leges à suis cōpagibus motas reuellit, hoc mortū valuas adaperit, & execrationem illam ad opus deduxit, ac neq; parturiginū, neq; parentum, neq; alterius cuiusuis rei memorē esse miserum illum pernisit: verūm tali furoris, atq; insanix cœstro extimulauit, vel deo exhortante, ac dicente, & Sub te erit appetit' eius, & tu dominaberis illi': ne sic quidem animū emolliret. atqui & crimine eū absoluat, ac fratrem etiā illi submisit: sed tamē morbus ita erat immedicabilis, vt vel sexcētis pharmacis ad-

furore agitati, aut à demone obsessi.

Mat. 5. g.

Cain inuidia motus fratrem occidit.

Gen. 4. a. ad te cōuersio eius. ita etiam habent lxx. quos hic sequitur.

hibitis pus scaturiret. Quamobrem igitur omnium miſerrime doles? anne q̄ honoratus sit deus? hoc ipsum verò mētis est prorsus fatanica. an poti', quòd frater à vitæ morunq; integritate vulgo meli' te audiret? tibi verò rursum licet illum exuperare. quāobrem si vincere vis, ne iugules, neu interficias: sed finito illū, vt lux etæ subsistat argumentū, ac viuentē vincito. sic enim futurū est, vt honorificā lauream reportes. nunc autē illum quum sustuleris, mereris sanè vt omnibus etiā calculis vis' pronūciaris. Sed scilicet nihil quicquā eorū quæ dixi, inuidētia respicit. quānam autem de causa & glorię appetens es, tali in solitudine? Ipsi enim tum soli terrā inhabitabant. verūm ne hoc quidem illum cohibuit: quin oībus ab animo excussis, à diabolo stās, in acie sese collocabat, animo ad cōsiliendum parato. Etenim diabolus idē tum vna cū Cain belli ducem agebat. nam quandoquidē illi non satis fuit, quòd homo mortalis iā effectus fuisset, ipso etiā mortis genere tragœdiā ipsam amplificare enix' est, sic vt illi persuaserit, fratris parricida vt fieret, vrgebat enim ac desiderabat dei sententiā in opus editā videre, qui ipse nostris mortaliū malis nullo vnquam tempore fatiatur. Nam quemadmodū si quis aduersariū in neruo ac cōpedibus habens, & quidē mortis in eū sententiā iam lata, antequā vrbe egredia-tur, festinet, ac tēpore cōgruo minimè expectato, illum vel intra vrbe trucidatū videre percipiat: sic & tū diabolus fecit. Is enim tamen si audiisset fore, vt homo in terrā reuertetur, cōcupiuit amplius quidam videre: filium videlicet moriētē ante patrem, & fratrem à fratre intereūtem, & intempestiuam & violentā necē. Vides quā multas ad res subseruierit inuidia? vt insatiabilem diaboli animū impleuerit, eidemq; mensam tātam apposuerit, quantā videre ille expetiuerat. Igitur morbū hūc fugiamus. nō enim licet: non, inquam, licet preparatū illū diabolo ignē effugere iis qui hoc morbo liberati nō fuerint, liberati porro erimus, si cogitauerimus quemnā in modū nos tum amauerit, tum inter nos amare iusserit Christus. quo igitur modo nos amauit? sanguinē illū preciosam dedit, p nobis, qui & inimici, & quā grauissimis criminib' affines obnoxiiq; eramus: hoc pacto & te ipse erga fratrem gere. propterea enim, inquit, nouum mandatū vobis do: sic inter vos amate, vt & ego dilexi vos. Immo verò nō intra hos terminos amoris inter nos mutuū modus cōsistit. Ille enim id, quod dixi, inimicorū causa præstitit. At tu recusas tuum sanguinem pro fratre dare? quid igitur illi' sanguinē effundis, præcepto ex diametro repugnās? quanquā quod ille fecit, id nullo debito fecit. tu autem quum id facis, mandatū imple. quādo & ille cui talenta mille condonata fuerant, decem tamen denarios exigens, non ob hoc solūm condēnari meruit, quòd exigeret, sed quòd ne ob beneficentiā quidam sibi factā, melior euassisset, nec domini exemplum secutus, debitū exoluisset. etenim debitū quoque erat, quod ab iio seruo erga conseruū suum, præstitū fuisset, si modò præstitū fuisset. quæcunq; enim facimus, ea debitum implētes facimus. propterea & ipse ait: Omnia quum feceritis, dicite, inutiles serui sumus: quæ enim facere debebam', ea fecimus. Charitatē igitur quū exhibuerimus, indigētibus pecunias quū largiti fuerimus, debitū implemus: non solūm quòd ille prior beneficus in nos fuerit, sed quòd quæ illius sunt distribuimus, si quando damus. quid te igitur iis prius,

Ibidem b.

Mat. 18. a. decem milia talentorum condonata sunt ei.

Luc. 17. b.

priuas, quorū ille dominum esse te voluit? ob hoc enim iussit, vt tu eas pecunias alteri dares, vt tu eas haberes. quādiu enim tu solus eas retines, ne ipse quidē tenes: quum autē & alteri das, tumet ipse eas capis. Num quicquā est, quod amorē hūc exequare queat? Ipse sanguinē pro inimicis effudit, nos autē ne pecunias quidē pro eo qui de nobis bene meritus est ipse sanguinē suum, nos autē ne pecunias quidē ad nos minimē spectantes damus: ipse ante nos, nos autē ne post ipsum quidē: ipse pro nostra salute, nos autē ne pro nostro quidē cōmodo. nihil enim quicquā illi accedit ex nostra benignitate, verū lucrū ipsum totum ad nos ad postremū reuertitur. propterea enim iubemur pecunias dare, vt ne iis excutiamur. quēadmodum enim quum argentū puerulo quis donat, iubet diligēter vt vel asseruet, vel famulo asseruādum credat, vt ne possit quisquis voluerit, illud eripere: sic sane & deus factitat. da enim, inquit, indigentī, vt ne quis abs te auferat, aut calūniator, aut diabolus, aut fur, aut post hos omnes mors. donec eū ipse eas retines, tutō nō retines. q̄ si mihi per pauperes dederis, tibi ego omnia accuratē asseruo, atq; eas tibi in tempore debito magno cū scōnore rependā. nō enim vt auferā capio, sed vt plures quā sint efficiam, vt accuratius custodiā, vt tibi ad illud vsq; tempus asseruem, quū nullus erit qui mutuo det, nullus qui misericordia moueatur. quid igit nobis est immani⁹, qui ne post tot promissiones quidē sustinem⁹ ipsi mutuo dare? p̄pterea enim solitarij, nudi, ac pauperes ad eū discedim⁹, pecuniis iis amissis, quā nobis cōcreditae fuerant, q̄ eas non deponimus apud eum qui accuratissimē omniū asseruare potest: quo nomine extremas p̄enas luituri sumus. quid eū in iudiciū tracti dicere ipsi poterimus pro illarū amissione: quam cusam, quam defensionē prætendere? quam obrē enim non dedisti? diffidis te rursus eas accepturū? quū verō id ratione cōstet? nam qui ei dedit, abs quo nō acceperat: nōne multo magis, quū acceperit, daturus est? At te delectat aspectus? ob hoc igitur multo etiā magis dato, & pecunias spargito, vt illic plen⁹ delecteris, quum nullus eas interuerfurus est: quando quidē si nūc retinueris, mala lues infinita. Diabolus eū diuitibus insilit canis exēplo offulam aut placentā de pueruli manib⁹ auferre volētis. patri ergo eas dem⁹, quod quum à nobis factū diabolus viderit, recedet: is vbi recesserit, tum tibi omnes pater cū securitate redditurus est, quū tibi ostrepere ille nō poterit, futuro scilicet seculo. vsque adeo in p̄sentia diuites nulla re differūt à puerulis iis quib⁹ canes infesti esse solent: quos circū videlicet diuites allatrare omnes solent, quousq; lacerāt ac trahunt nō homines solū, sed & illiberales affectus, gula, ebrietas, adulatio, intēperantia omnis. Iā si quid mutuo dare velimus disquirim⁹ à quibus multū capere possimus: eosq; circūspicimus, quos gratos futuros sperauerim⁹. hic autem secus facimus. deū relinquimus, qui sic grat⁹ esse solet, vt vel centuplū prabeat. interim eos disquirentes, qui ne ipsam quidē sortē reddunt. quid enim nobis venter redditurus est, multa quū absumpserit? sterctus, ac corruptionē. quid autē inanis gloria? inuidentiā ac malignitatē. quid autem parsimonia? curam ac sollicitudinē. quid autem intemperantia? gehennā, ac vermem venenatū. hi enim sunt diuitum debitores, ab ipsa summa ac sorte vsuras id genus pedentes, nimirum hic incōmoda, tum autem & quae

Mat. 6. c. 6. Luca 12. d.

Mat. 19. d.

Mat. 19. d.

expectatur mala. His ergo, obsecro, debitoribus tantū supplicij vsurā loco offerētibus, pecunias nostras mutuas dabimus, ac non potius ipsas Christo credemus, cœlum, vitam immortalem, arcana bona offerēt: quāmnā verò defensionē vsurpabimus? nam quāobrem non das ei qui daturus, ac qui etiā omnino plura daturus est? fortasse ob id quod multo post tempore dat, atqui & hac quoq; in vita dat. Verus est eū sermo ille: Regnū cœlorū querite, & hæc omnia addent⁹ vobis. vides liberalitatis ac munificentię magnitudinē? Illa tibi, inquit, asseruata sunt, nec minuūtur, quū interim seculi huius bona tanquā additamenti ac corollarij loco largior. Adde his quod redditū lōgo post tempore debitū, opes tibi tuas auget. nā scōnus quidē mai⁹ fit. Eteū in scōnerariis pecuniis id vsu venire videm⁹, vt scōneratores libēt⁹ his expensum ferāt, qui quod mutuo acceperit, multo post tempore soluturi sint. nā q̄ p̄tin⁹ resoluit, is scōneris curā sū interrūpit. qui autē in soluēdo ser⁹ est, is questū maiorē efficit. Itā ne verò obarādis hominib⁹ morā nō agrē ferimus, sed & modis oib⁹ maior illa vt fiat excogitam⁹: obarādo autē deo sic nos pusillanimes gerimus, vt hoc nomine cūctemur ac tergiersemur? quāquā ille, quod iā dixi, vel hic dat, atq; vnā cū ea quā dixi causā, & aliud quiddā mai⁹ dispētans in cœlis totū recōdit. nā rerū earū quas ille largit⁹ magnitudo, doniq; illi⁹ pulchritudo, vitæ p̄sentis vilitatē trāscēdit. neq; eū fieri potest vt in corpore mortali ac marcido illas immortales coronas capias, neq; in vita hac tumult⁹ acurbationis plena, tū autē multis mutationibus obnoxia, stabilē illā & immotā quietem recipias. Iā verò si fortē aliena in terra egeres, nullos inibi famulos habēs, t̄neq; te domū tuam recipere valēs, tibi qui aurū deberet, pollicetur id se tibi numeraturū multis vtiq; p̄cib⁹ ab eo cōtenderes, vt tibi illud domi potius, q̄ in externa ea regione persolueret: at verò spiritualia illa & arcana bona hic tibi numerari postulas. quantā, quāso, id dementię fuerit? nā si hic accipis, mortalia profusus accipis: qui si tēpus illud expectaueris, immortalia tibi & integra reddet. si hic accipis, plumbū accipis: sin verò illic, aurū permultum purum purum. veruntamen ne p̄sentibus quidē bonis te priuat. nam & vnā cū illa pollicitatione & aliā adiecit, ita inquit: Quisquis rerū cœlestium amore capietur, centuplum accipiet in hoc seculo, & vitæ æternę hæreditatē assequetur. Quod si cētuplū minimē accipimus, in causā sumus ipsi, qui mutuum nō damus ei qui tantundem dare potest. hi enim omnes qui dederunt, tantundem ipsi receperūt, vt etiā pauca dederint. quid enim, obsecro, magni Petrus dedit? nōne rete cōfractum, & calamum, & hamum solū? sed tamē terræ illi vniuersę domos deus aperuit, & terram & mare expādīt: ac nemo non illum in suas ædes vocauit. atq; adeo omnes bona sua à se diuēdita ad illius pedes deferebāt: neq; enim in manus coniciebāt, vt qui non id sibi audentię sumebant: tantum illi honorē vnā cū munificentia tribuebāt. Dices: At ille Petrus erat. quid tū ō bone? neque enim vni Petro hæc deus promisit, neq; dixit: Tu verò ō Petre centuplū accipies solus: sed, quisquis reliquerit domū aut fratres, centuplum accipiet. neq; enim personarū differentia ille nouit, sed rerum merita. At me, inquit, liberorū chorus circūstitit, atq; ego illos diuites reliquere aucto. quorū

Mat. 6.

neque domum transf. valent.

Mat. 19.

Mat. 19.

igitur illos pauperes efficiamus? nā illis omnia si reliqueris, rursus incertæ custodię tua omnia cōmittis: qui si illis deū relinquis cohēredē ac curatorē, infinitos thesauros relinquis. Quēadmodum enim cū de nobismetipsis vltionē sumimus, nobis tum deus non opitulatur, cū autē illius arbitratū rē permittimus, tum expectationē nostram rei exitus superat: sic & in pecuniarum ratione vsu venit. si nostrā in eis cogitationē fixerimus, desinit ille de illis curam habere: sin illi negocium totum cōmiserimus, fiet, vt & illas, & liberos itē in omni securitate collocet. porro quid admiraris si in ipso deo hoc vsu venit? etēū & id ipsum quoq; in ipsis hominibus euenire videmus. nā si moriens propinquorū neminē ad liberorum tuorū curam suscipiendā vocaueris, pudore ac verecūdia suffunditur persæpe, vel qui admodū tutelæ suscipiendę cupiens est, quo minus vltro ad eā accurrat: qui si in illum curā hęc reieceris, is vt cui honos hic à te habitus fuerit, voluntati tuæ magnopere satisfacere curabit. Itaq; si liberis tuis magnas opes relinquere vis, dei prouidentia relinquito. Nam qui nullū tuū opus cū extaret, tibi] & animā dedit, & corpus formauit, & vitā item largitus est: is vbi te tale tantūmq; studiū pręstare, tum autem liberorum tuorū facultates vnā cum ipsis liberis sibi impertiri viderit, nōne illis diuitias omnes adaperiet? Etenim si Elias tenui farina nutritus, posteaquā vidit mulierculā illam se sic excipere, sic amplecti, vt vel ppriis liberis anteponeret, tantā in viduę domo bonorū abundantia exhibuit, vt inibi & area tritico, & torcular vino exundaret: cogitato quantā Elię dominus benignitatē exhibiturus est. Absit igitur vt hoc consideremus, quēadmodum liberos relicturni simus diuites, sed quemadmodum virtute pręditos. nam si opibus confisi fuerint, nullius rei alterius curā suscipiunt, vt qui habituri sint vnde morum prauitatē adumbrare possint: nēpe à facultatum abundantia. qui si viderint sese illo solatio atq; auxilio destitutos, omnē operam nauabunt, vt virtute ipsa magnū paupertati solatiū acquirāt. Ne igitur opes illis relinquant, vt virtutē relinquant. nam summæ quidē est amentia, illis dum viuimus facultatū omniū nostrarū dominiū non permittere, ab obitu vero nostro magnā iuuentutis leuitati licentiam relinquere. quanquā dū viuimus ipsi, possumus quidē eos ad rationis calculos vocare, facultatibus non recte vtentes emendare, ac cohibere. vita vero functi, si vnā cū orbitate ac iuuentute, & opū quoq; licentiā addiderimus: fiet profectō, vt in infinita p̄cipitia miseros illos ac calamitosos impellamus, ignē igni adiiciētes, & oleum foco instillantes. Quapropter si illos citra periculū vis diuites relinquere, relinquito eis deū debitorē, ipsiq; deo has testamentarias tabulas porrigito. nā pecunię tuę si ad liberos tuos deuenerint, ne hi quidē sciēt cui nā largituri eas sint. quin potius in lycophātarum & quidē ingratorū manus incidēt. qui si anteuertens illas deo mutuas dederis, incolumis in posterū thesaurus manebit, ac nullo certe negocio subsequetur mutui reditio. Nā gratiā habet deus & quum nobis debet, & cum dependit: libentiūsq; scōneratores suos contuetur, quā eos à quibus nihil mutuo accepit: ac quib⁹ maxime ille debet, hos & maxime amat. quāobrem si perpetuā cum illo amicitiam inire vis, perficito multum tibi ille vt debeat, neq; enim perinde delectatur suis debitorib⁹ creditor, vt deus suis creditoribus, ac

illis de liberis enim intellegendum Budæus annotasit 3. Reg. 17.

quibus nihil debet, eos auerfatur: quibus autē debet, ad eos occurrit. Omnē igitur operā nauemus, vt illū in ære nostro habeamus. hoc enim tēpus scōnerationibus maxime accōmodum est, vt quod indigentis constet. Si igitur in p̄sentia deo nihil dederis, tui sanē non egebit, postquā hinc aliō fueris profectus. hic enim sitit, hic esurit. sitit autē quando tuam salutē sitit: ob hoc & mendicat, ob hoc nudus errat, omni ope tibi æternā vitam conquirens. ne igitur illum despicias, neq; enim nutritum iam sese esse vult, sed nutriti: non indutū, sed indui: ] & tibi aureū illud vestimentum pręparare, stolamq; regiā. Nōne vides medicos eos, qui curiosiores quidē sunt, cū ægroti lauuntur, & ipsos quoq; lauari, vt etiam lotionē non egeāt? haud aliter & deus ipse propter te laborātem, nihil nō facit. propterea à te nulla cum violentia postulat, vt tibi copiosius retribuat: vt intelligas, q̄ nulla quidē indigētia pressus postulat, sed salutem tuam nutantem, lapfabundāmq; erigens. ob hoc ad te ille vili in habitu accedit, dextrā porrigēs: cui si obolum modo dederis, haud auerfatur. quē si contempseris, non abscedit, sed rursus ad te adit. amat enim, amat valde nostrā salutē. pecunias, igitur contēnamus, ne contemnamur à Christo: pecunias contēnamus, vt & pecunias assequamur. nā si hic eas asseruauerim⁹, eas omnino tum hic tum illic amittemus. q̄ si liberaliter eas dispertiemur, magna nimirū opulentia in vtraq; vita perfruemur. qui ergo diues fieri vult, fiat pauper vt diues fiat, insumat vt colligat, spargat vt cōgreget, quæ ipsa si tibi noua ac parū credibilia videntur, eū contemplator, qui sementem facit: ac considera, ne illum quidem plura cogere aliter posse, nisi bona sua spargat, nisi quæ parata habet, effundat. sementē igitur & nos faciamus, cœlūmq; tanquam agrum colamus, vti & multa cum abundantia metamus, & perēnia bona assequamur: gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, vnā cū sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

nutriri vult, sed nutriti: non indui, sed induere.

Homilia octaua. Vid igitur dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem? Nam si Abraham ex operibus iustificatus fuit, habet quod gloriatur, sed non apud deum. Vbi dixit, q̄ mundus deo obnoxius factus est, q̄ omnes peccauerunt, q̄ gloriatio exclusa, quod aliunde salutem assequi nō licet, nisi à fide: deinceps ostendere studet, q̄ ne dedecori quidem est hæc salus, sed relucētis glorię causa, ac maioris quā quę operibus constat. Nam q̄ & salus ea, quæ cum dedecore paratur, tristitia quadam coniuncta est, & hæc quoq; suspitionem tollit: quanquam & ipsum hoc iā innuit, cum non salutem modo sed iustitiam appellauit. Iustitia enim dei, ait, in ipso reuelatur. Qui enim sic saluus fit, vt iustus, cum fiducia saluus fit: nec iustitiam solum appellauit, sed dei ostensionem. deus porro rebus in gloriosis, splendidis, ac magnis se ipse veditat. veruntamen & ex iis quæ proposita sunt, ipsum hoc adstruit per interrogationem ipsum sermonem prosequens. quod quidem solenne illi semper est, tum vt perspicuitatem, tum vt fiducia dictis suis afferat. etenim & superius ita fecit, cū diceret: Quid igitur habet in quo præcellat Iudæus? & Quid igitur præcellimus eos? Nullo modo, ac rursus: Vbi gloria? exclusa est. & hic quoque. Quid igitur dicemus Abraham patrē nostrum? Quando quidem enim hunc Iudæi sursum ac deorsum versabant, quod videlicet patriarcha

Cap. IIIII.

Sup. 3. c. d.

Sup. 1. b.

Ibid. 4. a.

Ibidem b.

Ibidem d.



Excludit tres secundum carnem nominavit, hac ratione eum depellens ab ea germana cognatione, quae illi cum eius intercederet, Jac genibus quasi via strata indicans propinquitatem, qua cum illo haberent, deinde ait: Si enim Abraham ex operibus iustificatus fuit, habet quod gloriatur, sed non apud deum. Quum igitur dixisset, quod deus circumcissionem ex fide iustificat, & praeputium item per fidem, atque hoc satis superque adstruxisset iis quae supra posuit: & per ipsum quoque Abraham plenius ipsum idem demonstrat quod promiserit. committitque ipsam fidem cum operibus, quandam veluti pugnam proponens, totumque certamen circa ipsum iustum firmat. nec id simpliciter, unde & gravitatem valde asseruat, patrem illum vocans, eosque ad necessitatem cogens illi in omnibus parendi: Ne enim mihi, ait, Iudaeum adleges, neu vel hunc vel illum in medium adducas. Ego enim ad ipsum demum fastigium, atque unde ipsa circumcisio initium cepit, conscendo. Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, ait, habet quod gloriatur, sed non apud deum. Obscurum quidem dictum hoc: igitur necessarium est manifestius ipsum reddere. Sunt enim gloriationes duae, altera ab operibus, altera a fide. cum igitur diceret, si ex operibus iustificatus est, gloriationem habet, sed non apud deum: ostendit quod & a fide posset gloriationem, & quidem longe maiorem, habere. Magna enim Pauli vis in hoc maxime declaratur, quod in contrarium detorsit quod proposuerat. & quod ipsa operum salus habebat, in quo & gloriaretur, & consideret: hoc ipsum multo magis a fide existere ostendit. Nam qui ob ipsa opera gloriatur, labores proprios habet quos obtineat. at qui ob hoc effertur, & sibi placet, quod deo fidem addiderit suam, multo maiorem gloriandi occasione ostentat, ut qui dominum glorificet, ac magnificet. Quae enim natura minime dictavit (de iis loquor, quae oculis nostris subiecta sunt) haec a fide erga illum praestita admittit, tum germanam charitatem adversus illum praese fert, tum illius potentiam illustri praconio celebrat. Hoc ipsum porro generosissimi est animi, & philosophicae sententiae, & sublimis cogitationis. Etenim nec furem esse, nec parricidam, vel cuiuslibet esse possit. at credere quod impossibilia possit deus, hoc vero magni admodum animi indiget, & magnopere erga illum affecti. etenim germana charitatis hoc signum est. Si quidem & deum quoque honorat quisquis illius mandata implet: multo vero melius hic, qui fide philosophatur. Ille enim ei obedit: hic autem convenienter de eo opinionem accipit, eumque glorificat atque admiratur vehementius ipsa operum demonstratione. Illa ergo gloriatio eius est, qui recte aliquod factum praestiterit. Haec autem deum ipsum glorificat, ac quanta est, tota ipsius est. gloriatur enim ob hoc quod magna quaedam de eo concipiat, quae quidem in illius gloria redundant. unde ait erga deum habere ipsum gloriationem, non ob hoc autem solum, sed ob aliud. gloriatur enim rursus fidelis, non quod deum amat solum germane, sed & quod ab illo magnum honorem

patriarcha cum esset, tum autem deo amicus, circumcissionem primum omnium accepisset: ostendere vult quod & ipse quoque ex fide iustificatus sit. quod quidem magnae victoriae exuberantia erat. nam absque operibus vnum aliquem ex ipsa fide saluum fieri, nihil sane inconueniens fuerit. Eum vero qui meritis ac recte factis emineat, non quidem hinc, sed a fide iustum effici: id vero mirabile erat, ac tale quod fidei vim ac robur maxime declararet. Quapropter aliis omnibus praetermissis, ad hunc orationem reuocat. Ipsum porro patrem secundum carnem nominavit, hac ratione eum depellens ab ea germana cognatione, quae illi cum eius intercederet, Jac genibus quasi via strata indicans propinquitatem, qua cum illo haberent, deinde ait: Si enim Abraham ex operibus iustificatus fuit, habet quod gloriatur, sed non apud deum. Quum igitur dixisset, quod deus circumcissionem ex fide iustificat, & praeputium item per fidem, atque hoc satis superque adstruxisset iis quae supra posuit: & per ipsum quoque Abraham plenius ipsum idem demonstrat quod promiserit. committitque ipsam fidem cum operibus, quandam veluti pugnam proponens, totumque certamen circa ipsum iustum firmat. nec id simpliciter, unde & gravitatem valde asseruat, patrem illum vocans, eosque ad necessitatem cogens illi in omnibus parendi: Ne enim mihi, ait, Iudaeum adleges, neu vel hunc vel illum in medium adducas. Ego enim ad ipsum demum fastigium, atque unde ipsa circumcisio initium cepit, conscendo. Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, ait, habet quod gloriatur, sed non apud deum. Obscurum quidem dictum hoc: igitur necessarium est manifestius ipsum reddere. Sunt enim gloriationes duae, altera ab operibus, altera a fide. cum igitur diceret, si ex operibus iustificatus est, gloriationem habet, sed non apud deum: ostendit quod & a fide posset gloriationem, & quidem longe maiorem, habere. Magna enim Pauli vis in hoc maxime declaratur, quod in contrarium detorsit quod proposuerat. & quod ipsa operum salus habebat, in quo & gloriaretur, & consideret: hoc ipsum multo magis a fide existere ostendit. Nam qui ob ipsa opera gloriatur, labores proprios habet quos obtineat. at qui ob hoc effertur, & sibi placet, quod deo fidem addiderit suam, multo maiorem gloriandi occasione ostentat, ut qui dominum glorificet, ac magnificet. Quae enim natura minime dictavit (de iis loquor, quae oculis nostris subiecta sunt) haec a fide erga illum praestita admittit, tum germanam charitatem adversus illum praese fert, tum illius potentiam illustri praconio celebrat. Hoc ipsum porro generosissimi est animi, & philosophicae sententiae, & sublimis cogitationis. Etenim nec furem esse, nec parricidam, vel cuiuslibet esse possit. at credere quod impossibilia possit deus, hoc vero magni admodum animi indiget, & magnopere erga illum affecti. etenim germana charitatis hoc signum est. Si quidem & deum quoque honorat quisquis illius mandata implet: multo vero melius hic, qui fide philosophatur. Ille enim ei obedit: hic autem convenienter de eo opinionem accipit, eumque glorificat atque admiratur vehementius ipsa operum demonstratione. Illa ergo gloriatio eius est, qui recte aliquod factum praestiterit. Haec autem deum ipsum glorificat, ac quanta est, tota ipsius est. gloriatur enim ob hoc quod magna quaedam de eo concipiat, quae quidem in illius gloria redundant. unde ait erga deum habere ipsum gloriationem, non ob hoc autem solum, sed ob aliud. gloriatur enim rursus fidelis, non quod deum amat solum germane, sed & quod ab illo magnum honorem

affecutus est, magnam item dilectionem. Quae admodum enim ipse illum adamat, magna quaedam de illo imaginatus, hoc enim dilectionis argumentum: sic & deus illum diligit sexcentorum criminum reum, non tantum supplicio liberans, sed & iustum efficiens. Habet igitur quod obrem gloriatur, se magna admodum charitate dignum habitum fuisse. *Ei vero qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum.* Igitur hoc maius, inquit, nequaquam. etenim credenti imputatur. nunquam autem imputaretur, nisi & ipse quidpiam attulisset. Quapropter & hic debitorum debitorum, nec vulgariu rerum debitorum, sed magnarum ac sublimium. Illius porro animi sublimitatem ubi ostendit, & spiritualis cogitationem non simpliciter dixit, *Credenti: sed, credenti in eis qui iustificat impiam.* Cogita enim quantum hoc sit, nempe credere, ac certam persuasionem concipere: quod possit deus, cum qui in impietate vitam transegerit, derepente non modo merito supplicio liberare, sed & iustum efficere, tum autem immortalibus illum honoribus dignari. Ne igitur existimes hunc imminui, quod illi non secundum gratiam imputatur. ipsum enim hoc maxime facit, ut fidelis elucescat, quod videlicet tantam affecutus sit gratiam, tantamque exhibuerit fidem. ac vide & retributionem maiorem: illi enim merces datur, huic autem iustitia. longe autem praestat mercede iustitia. est enim multiplicem mercedem comprehendens remuneratio, ipsa iustitia. Id ergo Abraham exemplo cum declaravit, & ipsum quoque David adducit iis quae dicta sunt suffragantem. Quid igitur ait David? & quem tandem beatum dicit: eum qui operibus turget, an eum qui gratiam affecutus est? nempe qui remissionem ac donum obtinuit, an eum qui fidem ac beatitudinem? beatitudinem porro cum dico, bonorum omnium fastigium dico. sicut enim iustitia amplius quiddam est ipsa mercede, ita beatificatio maius quiddam est ipsa iustitia. cum igitur ostendit iustitiam potior esse, non ob hoc solum, quod eam Abraham accepit, sed ab ipsis etiam cogitationibus. habet enim, ait, quod gloriatur, sed non apud deum: & alio rursus modo ipsam augustior, ac magis reverendam ostendit, adducens David illi suffragantem. etenim hic (ait) eum beatum facit, qui ita fuerit iustificatus, cum dicit: *Beati quorum remissa sunt iniquitates.* Videatur porro non conueniens testimonium adducere. neque enim dixit, beati quorum fides ad iustitiam imputata est. Id quod prudens quidem facit, non etiam ignorans, ut maiorem ostendat hyperbolam. nam si beatus est hic, qui a gratia remissionem accipit: multo magis qui iustificatus est, qui quidem fidem praese fert. porro ubi beatificatio, ibi certe dedecore omni sublato magna gloria existit. est enim ipsa beatificatio mercedis cuiuslibet interitio, incrementum, & gloria. quapropter in quo ille praestat, id non scripto expressum ponit, dicens: *Ei vero qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam.* In quo autem fidelis praecellit, id per testimonium scripto expressum adstruit, dicens, *Sicuti dixit David, Beati quorum remissa sunt iniquitates. Quid enim dicit, inquit, quod non secundum debitum, sed secundum gratiam accipit remissionem: sed ecce, hic est qui beatur. quem utique minime bearet, nisi eundem magnam obtinere gloriam intelligeret. nec ait, remissio igitur haec in circumcissione: sed quid? Beatificatio haec (quod amplius quidem erat) in circumcissione, an in praepotio? Questionis est enim, bonum hoc & magnum cum utro consistat, cum circumcissione, an cum praepotio? ac vide hyperbolen. ostendit enim illud non solum non praepotium auerari, sed libenter cum*

† hae de sunt in Peronij. † desunt haec in Peronij. † desunt haec in Peronij. † desunt haec in Peronij.

Gen. 15. b.

† quatenus et istos praepotio: tis illis ad ductos fuisse ostendit hoc e Budaei codicem mutatium. † al primium.

† praepotio si circumcisos expellunt.

ter cum ea versari, vel ante circumcissionem. quandoquidem enim qui sic beat, & ipse circumcisus erat, David, & circumcisus alloquebatur: vide, ut studuerit Paulus, quod dictum est ad praepotium appellere. Conueniens enim iustitiae beatificationem, ostendensque, utrunque vnum esse, quaerit quo pacto iustificatus fuerit Abraham. Videamus quo pacto iustificatus est, praepotius quum esset, an circumcisus. praepotius inquit: *Dicimus enim quod imputata fuit Abraham fides ad iustitiam.* Superius scriptura cum citauisset, *Quid enim (ait) scriptura dicit? Credidit autem Abraham deo, & imputatum est illi ad iustitiam.* Hic & loquendum quoque sententiam assumit, ostenditque in praepotio iustitiam exitisse: deinde ab his objectionem aliam exurgentem soluit. Si enim qui praepotius erat, inquit, iustificatus est, qua tandem causa circumcisio introgressa est? *Signum accepit, inquit, & signaculum iustitiae fidei, quae inerat illi in praepotio.* Vides, ut ostendat Iudaeos veluti asselarum comitumque loco esse? vel ipsos praepotios illis adiectos adiunctosque fuisse? Si enim iustificatus quidem est tum, cum praepotius esset, ac coronatus est, postea autem circumcissione accepit, certe posteriores introgressi sunt Iudaei: Igitur praepotiorum prius est pater Abraham, eorum, inquam, qui illi per fidem fuerint consanguinei, & tunc qui in circumcissione. duplex enim est pater. Vides fidem splendescere: quousque enim ea accederet, non iustificatus est patriarcha. Vides praepotium impedimentum nullum afferere: etenim praepotius erat, nec prohibitus est iustificari. fide igitur posterior est circumcisio. & quid miraris si fide circumcisio posterior est, quando & praepotio quoque non solum autem fide posterior, sed & ipsa etiam longe inferior: ac tanto certe inferior, quanto signum re ipsa cuius est signum inferius est. Verbi gratia, Quanto militis insigne milite ipso inferius est. dices, & quod obrere signaculo egebat? non ipse egebat. quod obrere ergo illud accepit? *Ut esset ipse pater communis & credentium per praepotium, & eorum qui in circumcissione essent.* Sed non simpliciter eorum qui in circumcissione, idcirco adiecit: *Iis qui non solum genus ducerent a circumcissione.* Si enim praepotiorum ille pater, non quod praepotius est, quamquam in praepotio iustificatus, sed quod ipse fides sunt aemulati: multo minus circumcisorum erit pater, propter circumcissionem, si fides abfuerit. Circumcissionem enim accepit, ut utriusque, ait, ipsum habeamus patrem, nec qui circumcisi fuerint, praepotios expellunt. ] vides ut praepotii hi ipsum priores patrem habuerint? Quod si venerandum quiddam est circumcisio, quod iustitiam videlicet praedicat, non parua & praepotium praestantiam obtinet, ut quod iustitia eam ante circumcissionem accepit. tum ergo tibi licebit patrem illum habere, cum ingressus fueris vestigiis fidei, nec contederis, nec tumultuatus fueris, legem introducens. quamnam, obsecro fidem mihi narras? nempe eam quae fuit in praepotio. Rursus Iudaeam turgiditate ac fastum copenescit, iustitiae tempus in memoria redigens. & recte dixit, *Vestigiis: ut tu aequum atque ille in corporum mortuorum resurrectione credas.* etenim ille circa hoc ipsum fidem exhibuit. Quare si praepotium explodis, aperte discito, ne ipsam quidem circumcissionem tibi prodesse. nisi enim fidei vestigiis institeris, ut sexcenties circumcisus fueris, non eris Abraham filius. quando & circumcissionem hoc nomine accepit, ut ne qui in praepotio esset, te fastidiret ac reuereret, Caue itaque ab illo id exigas: factum enim eiusmodi tibi, non illi auxilio fuit. At illud & iustitiae signum ait. & hoc propter te: quando nunc ne hoc qui-

dem est, tum enim tu corporeorum signorum egebas: nunc autem his minime opus. dicit aliquis: Num a fide licebat animae ipsius virtutem perdiscere? licebat quidem. Verum & hoc item additameto indigebas. quandoquidem enim animae virtutem nequaquam es emulatus, neque videre potuisti, data tibi est sensibilis circumcisio: ut posteaquam te hac in re corporali exercueris, sensim deducaris & ad animi contemplationem: ac studiose ipsam complexus, tanquam dignitatem maximam, imitari ac reuereri patrem edocearis. atque hoc non in circumcissione modo deus instituit, sed & in aliis item omnibus: nimirum in sacrificiis, in sabbatis, in festis. Nam quod causa ille tua circumcissionem acceperit, audi quae sequuntur. cum enim dixisset, quod signum accepit, & signaculum, causam apponit, dicens: *Ut ipse esset pater circumcissionis, iis qui & mentale assumunt.* nam si haec solum habueris, nihil tibi amplius accedit. Signum enim & hoc est, cum ipsa res penes te extiterit, hoc est ipsa fides. quandoquidem si hac carueris, ne ipsum quidem signum, signum esse potest. cuius enim signum erit? cuius signaculum? cum non sit qui job signetur. haud aliter quam si nobis balteum ostenderis, signaculum habens, nulla re intus reposita: quapropter ridicula circumcisio fuerit, nisi fides intus adfuerit. nam si ea iustitiae quidem signum est, iustitia autem carueris, fit, ut ne signum quidem habeas. hac enim de causa signum accepisti, ut rem exquireret cuius signum habes. quandoquidem si ipsam citra hoc exquisiturus esses, huius non indigeres. non hoc autem praedicat solum circumcisio, iustitiam videlicet, sed iniustitiam, quae in praepotio esset. Aliud igitur nihil circumcisio praedicat, nisi quod circumcisioe minime opus. *Etenim si iij qui ad legem pertinent, haeredes sunt, inanis facta est fides, & irrita facta est promissio.* Declaravit quod necessaria esset fides, quod circumcisioe verustior, quod lege fortior, quod legem commendat. nam si omnes peccauere, necessaria: si qui praepotius esse, is iustificatus est. si per legem agnitio peccati, absque autem lege manifestata est, fortior, si legis testimonio probatur, & legem firmat, non aduersaria, sed amica & socia: declarat rursus aliunde fieri non potuisse ut per legem haereditate assequeris. quam fidem cum comparasset circumcissioni, victoriamque reportasset, eadem rursus legi opponit, sic inquit: *Si enim qui ad legem pertinent, haeredes sunt, inanis facta est fides.* Ut ne quis enim diceret fieri posse, ut fidem habeas legemque serues: ostendit id esse impossibile. Nam qui ipsam legem amplectitur, tanquam quae salutem afferat, is fidei vim improbat: ob quod ait, *Inanis facta est fides: hoc est, non opus est salute ea, quae per gratiam fit: neque enim ea potest suum ipsius robur declarare. etenim Iudaeus fortasse dixerit, Quid enim mihi fide opus? Igitur si hoc verum, vna cum fide promissio pessum iit. vide ut in omnibus, ab ipso patriarcha a summo rei totius initio cum ipsis depugnet. nam cum ostendit illinc iustitiam vna cum fide haereditaria factam, ostendit & promissionem similiter. ut ne enim diceret Iudaeus, Quid mihi curae est, si per fidem iustificatus est Abraham? dicit Paulus, Ne id quidem quod ad te maxime pertinet, nempe possessionis promissio, potest sine illa ad opus deduci: quod maxime illos territat. quamnam porro promissionem ait? ut mundi haeres sit. & in eo omnes benedicantur. & quo tandem pacto irrita facta est haec promissio? dixerit aliquis. *Nam lex iram operatur. Cuius enim lex non est, huius nec transgressio.* Quod si iram operatur, & transgressioni obnoxios facit: liquet plane*

† nulla res sit qua, aut pro qui, lege, quod.

quod & execrationi quoq; . porro qui execrationi, supplicio ac transgressioni obnoxij sunt: ne digni quidē sint, qui hereditatem certant, immo & penas dare, & expelli merentur. Quid igitur? Accedit fides gratia illi, ut promissio ad opus deducatur. ubi enim gratia, ibi venia: ubi venia, ibi nullū supplicium: supplicio porro sublato, ac iustitia à fide accedente nihil prohibet heredes nos fieri promissionis eius, quæ à fide datur. *Idcirco igitur ex fide, ait, datur hereditas, ut secundum gratiam firma sit promissio uniuerso semini, non ei quod est ex lege tantum, verum etiam ei quod est ex fide. Abraham, qui est pater omnium nostrum.* Vides quæ non solū legē stabilit fides, sed & ipsam hanc dei promissionē perire nō patitur. Lex autē è diuerso & fidem irritā facit, præter tempus obseruata, & promissionē impedit, propterea ostendit nō solum non superuacaneam esse fidem, sed & sic necessariā, ut sine ea ne seruari quidem possit. Lex enim irā gignit: omnes enim eā transgressi sunt. hæc autem iram prorsus coalescere nō patitur. *Cuius enim nō est lex, ait, huius neque transgressio.* Vides ut nō solum peccatū exortum deleat, sed ne ipsum quidē exoriri sinat. propterea ait: *Per gratiam.* Quāobrem tandem non quidem ut pudeamus, sed *ut firma sit promissio uniuerso semini.* Duo bona hic ponit, quæ videlicet & firma ea sint, quæ datur: & quæ uniuerso semini ea parata sint, eos qui à gentibus oriundi sunt cogens, ludæosque ostēdens exclusos esse, si ad fidei auditum nomen contentionē mouerint. Hoc enim firmius illo, neque enim te fides dāno afficit, ne contentionē cieas, sed te à lege in periculū adductū, seruat. deinde posteaquā dixit, uniuerso semini, diffinit, qualinā semini. *Quod est ex fide, inquit, connectens cognationē quæ ad gētes pertinet, ostēdensque nō posse eos ob ipsum Abraham sibi placere, qui nō perinde crediderint, atque ille. ecce & aliud quiddā tertiū fides operata est, nam cognationē eam, quæ ad iustum pertinet, accuratiorē fecit, tum autē plurimum liberorum patrē declarauit.* Vnde non simpliciter dixit Abraham, sed nostri credentiū patris, deinde testimonio dictum obsequans: *Sicut scriptū est, inquit, patrem multarū gentium constitui te.* Vides hæc iam inde ab initio ordinata? Quid igitur, dixerit aliquis, si de Ismaëlitis, aut Amalecitis, aut Agarenis hæc dicit? Hoc certe ulterius progressus manifestius ostēdit, nō de illis, platū fuisse, sed intem ad aliud festinat, per quod & ipsum hoc declarat, propinquitatis huius modū definiēs, ac tē magno cū cōsilio hoc adstruēs. Quid enim ait? *Ad exemplum dei cui credidit.* Quod porro ait, hoc est: Quemadmodum deus nō est singulariū deus, sed omnium pater: sic & ipse. & rursus, sicuti deus pater est non secundū naturalem cognationē, sed secundū fidei necessitudinē: ita & ipse. obedientia enim patrē facit, ac genitorum omnium nostrū. quādoquidē enim hanc cognationem nihili faciebant, crassiorēque illam retinebant, ostendit hanc esse magis ratā, orationem ad deū deducens, ac vnā cum his & illud demonstrans, quod videlicet fidei retributionē hanc acceperit. quare nisi hoc adfuerit, omniumque extiterit pater terrā inhabitantium, verbū id, ad exemplum, locum non habet, sed mactum factū est dei donū. ad exemplū enim sonat, perinde, quāsi enim mirū fuerit, obsecro te, patrē illū esse suorū, & à se genitorū? hoc enim quiuis homo assequitur. quod enim nec opinatum est, illud quidem est: quod videlicet, quos à natura non habuit, eos ut dei dono acciperet. Quare si credere vis, patriarchā fuisse

se honorē affecutum, credito & illum eundē omnium esse patrē. Vbi autē dixit, ad exemplum dei, cui credidit, nō intra ea verba constitit, sed & addidit: *Qui vitam restituit mortuos, ac vocat ea, quæ non sunt, tanquā sint:* Iā hinc veluti iactis fundamentis, de resurrectione sermonē præparans, ut qui ei ad rē propositā accommodus esset. Si enim possibile illi mortuos vitæ restituere, & ea quæ nō sunt, tanquā ea quæ sunt producere: possibile eidē & eos, qui ab ipso nati nō fuerint, ipsi filios efficere. ob quod nō dixit, qui producit ea quæ nō sunt: sed, qui vocat, maiorem facilitatē ostēdens. quæadmodū enim nobis facile est vocare ea quæ sunt: ita ei facile, ac multo facilius, ea quæ nō sunt, in rerū naturā producere. porro cum dei donū magnū esse dixisset, & immensum, deique illius potestate disseruisset, ostēdit & Abraham fidē dono ipso dignā esse, ut ne putet eū temere honestatū fuisse: excitatōque; audito-re, ut ne Iudæ obturbet, obstrepat, aut animi pēdeat, ac dicat: qui fieri potest, ut qui filij minime sunt, filij tamē fiant? traducit orationē ad patriarchā atque ait, *Qui præter spem sub spe credidit, se fore patrē multarū gentium, iuxta id quod dictū est, sic erit semen tuum.* Quo pacto præter spem sub spe credidit? præter spem humanā, sub spe dei. ostēdit enim & rei magnitudinē, nec finit tamen fidē dicto abrogari, quæ inter se pugnantia sunt, fide ipsa tēperante. Quod si de illis loqueretur qui ab Ismaële ortū habuerūt, superuacanea hæc esset oratio. illi enim non secundū fidē, sed secundum naturā geniti sunt. Sed & Isaac in mediū adducit, non enim p illis gētibus credidit, sed pro eo qui ab vxore sterili edendus esset. si igitur merces est, patrē multarū gentiū fieri: de illis gētibus intellige, pro quibus credidit videlicet, nā ut scias de his illū loqui, audi quæ sequuntur: *Ac nō infirmatus fide, haud cōsiderauit suū ipsi corpus iam emortuum.* Vides ut impedimēta ipsa ponat, & altum iusti animum omnia trāscēdentē. præter spem, inquit, quod promissum erat: primum hoc impedimentum. neque enim ipse alterum Abraham habuit, quæ videret sic suscepisse filiū. nā qui ab illo extiteret, ad illum respexere, ille autē ad nullum, sed ad deū solū. quapropter, præter spem, dixit, deinde, corpus emortuū: hoc secundū. & mortificatio vuluæ Sarre: hoc & tertium & quartū. Verum ad promissionē dei nō hæsitaui ob incredulitatē. Neque enim demonstrationē dedit, neque signum fecit deus, sed verba erāt nuda solū, promittentia ea quæ natura nō pollicebatur. sed tamē nō hæsitaui, inquit, nō dixit illum nō incredulū fuisse: sed, nō hæsitaui, hoc est ne animo quidē suspēlo, ancipiti, ac dubio fuisse. porro autē quod tot ei impedimenta extiterēt, inde edocemur, ut innumera etiā, quæ impossibilia quidē videantur, promittat deus, nec ea admittat qui audierit, eā imbecillitatē nō ab ipsarū rerum nasci ingenio, sed ab eius stulticia, qui non admittit. *Sed robustus factus est fide.* Vide Pauli philosophiā. nam quādoquidē agebatur tum de iis, qui opera præstāt, tum de iis qui credunt, fidemque; exhibēt suā, ostendit eum qui credit, maius opus illo præstare: tum autem maiori fortitudine, maiori robore indigere, nec contentibile ac vulgare laborē sustinere: etenim eleuabant Iudæi, attenuabantque; fidē, tanquā quæ laborem non haberet. Igitur aduersus id sese obfirmans, ostendit non eum solum, qui temperantiā, aut aliud id genus meritum præstat, sed & eum quoque qui fidem credulitatēque; affert, magna admodum virtute ac portia indigere. Quæadmodum enim roboris ille

ille eget ad propellēdos à se adoriētis intēperantiæ infultus, ita & huic quoque; valido ac potēti animo opus est, ad defendēdas, explodēdasque; incredulitatis cogitationes. Quis igitur fortis extitit? Fidei, inquit, nō cogitationibus rē ipsam cōmisit, alioqui futurum erat, ut laboreret, animūque; desponderet. qui porro fidē præstitit? *Tribuens gloriā deo, inquit, certa persuasione* *† id quod concepta quod t is qui promiserat, idem potēs] esset & præstare.* Igitur ipsum hoc, nō curiose indagare scilicet, est deū glorificare, sicut curiose indagare, est peccare. Quod si quoties inferiora hæc curiose nimis perscrutamur, inquirimūque; deū minime glorificam: multo magis quoties domini ortū superuacanea curiositate inquirimus, tanquā qui iniuriā inferamus, extrema patiemur. si enim resurrectionis typum exquirere minime oportet, multo minus arcana illa, & horroris ac reuerentiæ plena, nec dixit, credens, simpliciter: sed, certa persuasione cōcepta. nā tale quiddā fides est, nimirū apertior, manifestiorque; demonstratione ea, quā perpendentis animi ratiocinatio parit, atque adeo maiorē in suadēdo vim obtinet, neque; enim fluctuat, si qua forte alia cogitatio in eā introgressa fuerit, etenim qui pendētis hinc inde animi ratiocinationibus parit, is certē & sententiā mutare possit, at qui fide se obfirmat, auditionē suam cogitationibus iis quæ nocere possunt, veluti vallo munitā occludit. Quum igitur dixisset, quod à fide iustificatus esset, declarat quod & deum à fide glorificauerit: quod ipsum vitæ maxime propriū est. Luceat enim lumen vestrū corā hominibus, ut videant bona opera vestra, & glorificent patrē vestrū qui in cœlis est. ecce hoc fidei esse apparuit. Rursus autē ut opera indigent roboris, ita & fides. In ipsis quidē operibus præstandis vsu sæpe venit, ut sudorē corpus partiatur: in ipsa autē fide, animā simplicis, ac nudā meritū existit. quamobrem maior est labor, cum ea videlicet certaminū socium, participēque; nō habeat. Vides ut omnia, quæ operis erant, ostēdit maiori cum exuberantiā ipsi fidei inesse. Verbi gratia, Gloriarī erga deū, fortitudinis ac laboris egere, deū rursus glorificare, per hæc porro verba. *† Qui promiserat, idem] potēs] esset & facere.* Videtur mihi & de futuris aliquid prædicere. neque; enim præsentia solū promittit, sed & futura. Hæc enim illorū typus erant. Est igitur incredulitas mentis infirmæ, pusillæ, ac miseræ. Quāobrem quoties nobis nonnulli credulitatem vitio vertent, illis cōtra vitio vertamus incredulitatem, ut miseris, pusillanimitibus, insipientibus, infirmis, & asinis nihilo melius habētib. Quæadmodū enim credulitas, animi est magni, ac sublimis, ita incredulitas animi est exilis, ratione maxime carentis, & ad pecudum amentia depressū. Itaque; illis omisissū ipsum patriarcham amulemur, ac deū glorificemus, quæadmodum & ille gloriā illi dedit. Quid porro illud est, gloriā illi dedit: illius iusticiā, illius immensam potentiam considerauit, tum autem conuenientem de eo cogitationem sibi sumpsit, atque ita demum plenam ac certam promissorum persuasione induit.

Morale.

Igitur & nos quoque; illum glorificemus, tum per ipsam fidē, tum per ipsa opera, ut mercedē hanc accipiamus, ab illo scilicet ut glorificemur. Eos enim qui me glorificant, ait, glorificabo, quāquā si nulla etiam proposita esset merces, vel hoc ipsum gloria fuerit, nepe quod digni habiti fuerimus, qui deū glorificemus. Nam si qui regum laudes decantant, celebrantque; ij

Tomus quartus.

ob hoc tantūmodo magnopere sibi placent, ut nullus inde alius fructus existat: cōsidera quā demum gloriæ fuerit, si dominus noster per nos glorificetur? quæadmodū & quanti supplicij, si authores ipsi fuerimus, ut per nos ille blasphemetur, ac male audiat, quāquā hoc ipsum, nempe glorificari, causa ille nostra fieri vult. ipse enim rē ipsa minime indiget. Quātum enim esse putas deū inter & homines discrimen? an quantū inter homines & lumbricos? sed nullum prorsus dixi discrimen vel tanto à me posito, neque; enim id quantū sit verbis exprimere queas. Igitur nū velles ipse à lūbricis gloriā capere magnā ac splendidam? nequaquā. ergo si tute gloriæ sitis, hoc nolles: qui hoc affectu vacat, atque ab eō intantū est remotus, is quo tandē pactæ gloriæ à te manantis indigerit? Sed tamē vel minime egens cū sit, ait se illam cupere propter te. si enim sustinuit, ut propter te seruus fieret, quid demiraris, si hac eadem de causa, & alia quoque; suscipit, amplectiturque; nihil enim se esse indignum existimat, quod quidē saluti nostræ conducat. Hæc ipsa igitur cum ita se habere nouerimus, peccatū id omne effugiamus, per quod deo blasphemiam efficiatur. ait enim scriptura, tanquā ab aspectu serpentis, fuge à peccato. nā si ab illud accesseris, timor *Eccl. 1. 11. &* *† id est. mor* *debit, alij* *legunt. Alij* *† xi. id est,* *† suscipiet.* *† sine excus* *† piet.* *† atque* *† huius ser* *† pens typus* *† erat.* *† Gene. 3. 6* debet, te non enim illud ad nos accedit, verum ipsi ad illud transfugimus. Siquidem & huic quoque rei deus ita prouidit, ut ne videlicet diabolus sua tyrānide superior nobis esset. alioqui enim nullū inueniretur cōtra illius robur stare valēs, propterea habitare illū voluit, tanquā latronem quēpiam, ac tyrannum. qui nisi quē apprehēderit inermem ac solitarium in suas speluncas descendētē, accedere sanē non sustinet: nisi nos per desertū iter facientes viderit, appropinquare nō audeat. desertus autē diaboli locus aliud nihil est, quā ipsum peccatū. opus est ergo nobis fidei scuto, salutis galea, spiritus gladio, nō quidem ut ne malū aliquod patiamur tantū, sed ut illius caput, irruere volētis, obruncemus. opus est itē & assiduis precibus, ut ille sub pedibus nostris cōteratur. impudens est enim & impurus, & quidē ab inferiori loco depugnans: sed tamen vel sic victor euadit, cuius rei causa ea est, quod studiū nullum adhibemus, quo ipsi illius plagis altiores nos colloceamus. neque; enim ille potis est sese admodū sursum attollere, sed deorsum trahitur, serpentis formā gerens, quod si initio sic ordinauit illū deus, multo magis & nunc. qui si ignoras, quid tandem sit ab inferiori loco depugnare, tibi hic ego enitar pugnæ huius modū declarare. Quid igitur est ab inferiori loco depugnare? nepe à reb. quæ infra nos sunt, digladiari, à voluptate & diuitiis, denique; à secularibus quibusuis reb. quapropter si quē ille viderit volatu ad cœlū ferri, primū saltu eoulsque; contingere haudquaquā potest. deinde id aggressus, celeriter concidēt. neque; enim pedes habet, ne formides, non alas, ne terreare. super terrā trahitur, iis quæ in terra sunt adhærescēs. Igitur nihil quicquā sit tibi cū terra cōmune, ac labore nullo egebis. neque; enim pugnā eā nouit, quæ aduerso vtrinque; cornu geritur. sed veluti serpens spinis occultatur, intra diuitiarum imposturā assidue latitans. qui si spinas incideris, facile aufugiet, timidus redditus, si & in illū diuinas incantationes canere noueris, statim vulnerabitur. sunt enim nobis, sunt inquam nobis incantationes spirituales, ipsum nomen domini nostri Iesu Christi, tum ipsius crucis potentia, huiusmodi incantatio non so-

lunij



lum draconem à spelæis abigit, atq; in ignem conicit, sed & vulneribus quoq; medetur. quod si multi extiterent, qui dictis illis carminibus sanati minime fuerint, accusent illi modicam suam fidem, non dicti infirmitatem: quando & ipsum Iesum multi quidem pellebant, ac premebant, ac nihil tam inde lucri reportabant. At quæ sanguinis profluuii laborabat mulier, ne tacto quidem corpore, sed ipso tãtũ vestis limbo, diurnos sanguinis fontes siccit. hoc nomẽ & demonibus terribile, & perturbationibus, & egritudinibus. hoc igitur ornemur ipsi, hoc tãquã muro nos muniamus. sic & Paulus factus est magnus, quãquã & ille eadẽ nobiscũ natura constans, sed illũ ipsum fides sibi immutatum aliũ pro alio effecerat. quin & tãta erat in illo fidei abũdãtia, vt vel eius vestes magna polleret potestate. quo igitur pacto nos ipsi excubim? si illius quidẽ & vmbræ & vestes mortẽ exegerent, ipsos autẽ affectus ne nostræ quidẽ preces cõpescant, quid tandem causã est? nempe ingens animi discrepantia, nam quod ad naturã spectat, ea æqualis quidem est, & cõmunis. Ille enim perinde atque nos natus est, & educatus, tum autem terrã habitauit, & aërem respirauit, at cætera nobis longe maior ac melior, zelũ, fidem, charitatẽ. Ipsum igitur imitemur, præstantes vt per nos Christus loquatur. hoc ille cupidius auct, q̃ ipsi nos, atq; ob id organũ hoc apparauit. quod quidẽ nõ vult infructuosum atq; iners manere, sed assidue id in manibus habere. quĩ igitur illud artificis manui accõmodum apparatus? non etiam remittis chordas, iisq; mollioribus per delicias effectis, citharã rotam illi inutilẽ reddis? cum eam oporteat constringere, & intẽdere cantus, & sale spirituali constipare. nam si eam hac ratione aptatã viderit, per nostram etiã animã resonabit Christus. quod certe cũ à nobis factũ fuerit, & angelos videbis exultãtes, & archãgelos, & Cherubim. Digni igitur inculpatis illis manibus efficiamur, ipsum exhortemur, vt & nostrũ quoq; cor pulset. imò vero ne exhortatiõis quidẽ ille eger. duntaxat eo tactu cor idem dignum cõparato. Sic fiet, vt ille ad te prior accurrat. Nã si imparatis vltro etia accurrat (Paulo enim tali nondum effecto encomij telã orditur) is cum te paratum viderit, quid tandem facturus non est? quod si Christus resonauerit: tũ certe & spiritus omnino præsto aderit, erimusq; cælo meliores, nõ solẽ habẽtes ac lunã corpori impressam, sed solis & lunæ & angelorũ dominũ inhabitãtem, & inambulãtem in nobis. Hęc autẽ dico nõ quod mortuos suscitemus, neq; quod leprosos expurgemus: sed vt horum omniũ signum charitatẽ exhibeamus. Vbi cunq; enim bonũ id affuerit, statim filius præsto est, vnã cum patre, inibi etiã & spiritus gratia frequẽtat. Vbi cunq; enim fuerint (ait) duo vel tres cõgregati in nomine meo, ibi sum in medio ipsorũ. quod quidẽ magni est affectus, pertinẽtq; ad eos qui valde amãt, amatos scilicet vtrinq; habere. Dices, ecquis autẽ ita miser est, vt nolit Christũ ipsum mediũ habere? Certe ipsi nos illi sumus, qui mutuis inter nos seditionibus cõsistamur, ac fortasse me ridebit quispiã, dicẽtque: Quid ais? vides omnes nos intra eosdẽ parietes esse, intra vnũ idẽmq; ecclesiæ claustrũ, sub eadem mandrã vnanimiter coactos, neminẽ depugnãtem, sub vno eodẽmq; pastore communiter acclamãtes, cõmuniter quæ dicta fuerint exaudientes, cõmuniter preces fundẽtes, & tu hic tamẽ pugna ac seditionis mentionẽ inferis. pugna quidẽ mentionẽ infero

neque insanio, aut mente alienata sum. Video enim, quæ video. nec me latet nos sub vnũ stabulũ coactos, vnum pastorẽ habere: propterea autẽ mirũ in modũ lamentor, q̃ cum nos tot res copulauerint, seditione tamẽ agitemur. Et quãnam, inquis, seditionem hic vides? hic seditionẽ quidẽ nullã. Verũ concione hac soluta, hunc ille accusat, alius aperte iniuriam affert: alius inuidet, auariciæ & rapacitati studẽs: alius vim affert, alius perditẽ amat, alius sexcentos confuit dolos: q̃ si nostras animas detegere daretur, tum demũ hæc, quæ dico, omnia exacte perspiceretis, cognosceretisq; me hac in parte nõ delirare. An nõ videtis in exercitiis id vsũ euenire, vt milites pacis tẽpore armis positos nudi & inermes alteri ad alteros commeet? verũ vbi armis sese illi muniũt, vbi & custodiã, & præsidia, & insomnes noctes, vbi & assidui item ignes incẽduntur, iam non pax, factum eiusmodi, sed bellũ. Hoc ipsum & in nobis quoq; videre est. Etenim à nobis ipsi inuicẽ cauentes inter nos timemus, & ad aurẽ proximo vnusquisq; verba facimus: ac si alium accedẽtẽ viderimus, silemus, eõq; sermone medio omnia cõtrahimus: quod quidẽ nequaquã confidẽtium est, sed hominũ sibi admodum cauentium. At hæc, inquis, à nobis fiunt, non quod iniuriã faciamus, sed vt ne patiamur. ob hoc ipse lugco, quod cũ inter fratres viuamus, vt ne tamẽ iniuria afficiamur, custodiã egemus, tot ignes incendimus, tot custodias ac præsidia adhibemus. Cuius rei causã quidẽ est mendacij fraudisq; copia, tum autẽ ingens charitatis extinctæ penuria, vno verbo bellũ irreconciliabile. Ob quod nõ paucos inuenias gentilibus plus fidentes, q̃ Christianis. atqui q̃ hæc indigna, q̃ hæc inuerecũda, q̃ lachrymanda, q̃ deploranda sunt? Dices, quid facias? hic difficilibus atq; incõmodis moribus præditus est. & vbi philosophiã istam didicisti? vbi sunt leges Apostolicæ, quæ ipse iubent, vt onera inter nos nostra feramus: nam si fratris cõsuetudine vti nescis, quando vnquã poteris externi hominis vsũ recte ferre? si mẽbrum nescis contrectare tuũ, quando vnquam alienum illicere, & tibi ipse cooptare poteris? Enimvero quid iam faciã? ad lachrymas effundẽdas natura propensus minime sum. quando quidẽ abundantes ex oculis fontes emitterẽ iuxta prophetã illum, hoc ipso q̃ hoc in capõ bella conspiciã infinita, illis perniciosiora. Ille quidẽ barbaros irruentes intuitus, dicebat, Vterus mihi, vterus mihi dolet: ego vero sub vno imperatore instructos cũ videã, deinde cõtra se mutuo stantes, mordentes, ac sua inuicẽ mẽbra concidentes, hos quidẽ pecuniarũ, illos gloriolę nomine, alios temere, ac nulla causã subsannãtes, atque irridentes, ac vulnera inter se multa infligentes, & mortuos item iis, qui in bello pereũt, grauius eneotos, deniq; fratrũ nomen nudũ duntaxat relictum esse, tum demum ne me habere quidẽ sentio quãnam deplorationẽ hæc tragœdiã dignã excogitem. Vereamini igitur, vereamini mẽsam eam, cuius omnes participes sumus, Christũ ppter nos trucidatũ, sacrificiũ eidem mensã superpositum. Prædones sale eundem simul comedentes, prædones esse designãt, dũtaxat aduersus eos quorũ cõiuctu vsi fuerint, mensã eorũq; illorum mores immutante, vt qui feris immaniores essent, eos ouibus mansuetiores reddat. Ipsi autem eiusmodi mensã ac cibi participes aduersum nos mutuo armamur. cum hoc ipsum aduersus diabolũ hostem communem facere cõueniat, hoc quod

quod nos quidẽ infirmiores, ille autẽ fortior in dies singulos euadit. neq; enim cõiunctis viribus aduersus illũ munimur, sed nobis inuicẽ contrarij stamus, atq; eo duce ad eiusmodi acies conflictũsq; vtimur: cũ conueniat aduersus illũ solũ depugnare, sed quo tamẽ relicto, aduersus fratres sagittas dirigim. quãnam, inquis, sagittas? eas in quã, quæ à lingua, atq; ore exeunt. neq; enim ipsa solũ iacula, ac tela, sed & verba quoq; telis ipsis multo letaliora vulnera inferunt. At quĩ poterimus, inquis, bellũ hoc conficere? Si cogitaueris q̃ fratri tuo dum obtrectas, cõnum ab ore tuo profundis. Si cogitaueris, q̃ Christi mẽbrum calumniaris, q̃ carnem propriã deuoras: q̃ iudiciũ tibi seuerius reddis, iudiciũ in quã illud terribile, & incorruptum: q̃ telum non cum, qui icetus est, sed te qui eiaculat es, occidit. At me, inq; iniqua, iniuria quadã affecit, ac mihi dãno fuit? Suspira, neu maledixeris. Lachrymare non ob tuã iniuriã, sed ob illius exitium. quẽ admodũ & tuus dominus Iudã lachrymatus est, non quãdo quidẽ ipse crucifigebatur, sed quãdo quidẽ ille prodebat. iniuria te, & conuicio affecit? deũ obsecra vt statim propiciũ illi fiat. Frater tuus est, membrum est tuum, idem tecũ nascendi initium cepit, ad eandẽ tecum mensã vocatus est, sed eo magis, inquis, mihi ille insultat. Igitur hac quidẽ ratione, maior tibi merces, hac ratione potissimũ par est, vt iram ponas. quoniã quidẽ letalem accepit plagam, quoniã quidẽ ipsum vulnerauit diabolus. ne igitur & tu præterea ferias, neve ipsum vnã cũ illo deicias. nã tantisper dum supercedes, potes ipse & illũ seruare: qui si iniuriã iniuria retilians, te ipse quoq; deieceris: quis tandem vos humi iacentes tollet? ille vulneratus? certe haudquaquã poterit, humi prostratus, an tu qui vnã cũ illo collapsus es? itã ne vero qui tibi ipse manũ porrigere nequiuisti, alteri poteris? Sta igitur generoso pectore, ac scuto opposito, vel mortuũ illũ è pugna (frater tuus est) per lenitatẽ trahito. Vulnerauit illũ ira: ne vulneraueris & tu, sed prior iaculũ abiicit. nã si ita inter nos vixerimus, è vestigio sani omnes erimus. sin autẽ arma in nosmet inuicẽ sumptserimus, ne diabolo quidẽ opus erit ad nostri interfectionẽ: nã cum omne bellũ perniciosum, tũ in primis intestinũ. hoc porrò bellũ vel intestino tanto est perniciosius, quãto maiora nobis sunt vitæ eius quã viuimus, seu potius cognationis ipsius iura. Quõdam frater interfecit Abel cognato sanguine effuso. Veruntamẽ hæc cædes tanto illa est iniquior, quanto & propinquitatis maior, & mortis grauior conditio. Etenim ille corpore vulnerauit, tu autẽ aduersus ipsam animã ense acuisisti. At tu iniuriam prior passus es? Verũ nõ q̃ passus fueris, sed quod feceris, hoc ipsum est iniuriam passum esse. Cõsidera porrò: trucidauit Cain, trucidatus est Abel. Vter igitur mortuus erat? Is qui post mortẽ clamabat. (Vox enim, inquit, sanguinis Abel fratris tui clamat post me.) an qui dum viueret, timidus, trepidusq; erat. hic enim, hic quouis mortuo miserabilior erat. Vidisti vt melius præstantiũsq; sit iniuria affici, etiã si ad cedẽ vsq; quis procef ferit: disce vt iniuria afficere deterius sit, etiã si ad sanguinem vsq; quis peruenit. percussit ille ac deiecit fratrem. Verum hic coronabatur, ille contrã puniebatur. sublatus trucidatusq; est præter ius Abel, sed tamen hic quidẽ moriens accusabat, dãnabat, ac macti pabat. Ille autem vel viuẽs obmutescibat, & pudore suffundebatur, & reus peragebatur, re ipsa illi contra

animi sententiã cedente. Interficiebat enim, quãdo quidem dilectũ videbat, expectãt à dilectione illum exturbare. extedit autẽ dilectionẽ magis ac magis, & ipsum sanẽ mortuũ deus magis inuestigabat cum diceret, Vbi est Abel frater tuus? non enim inuidentiã amorẽ extinxisti, quin potius incẽdisti magis: honorẽ cæde non imminuisti, sed eò intendisti magis. antea enim illũ tibi subdiderat deus, posteaquam vero illum interemisti, vel mortuus te vlciscetur, tanta est mea erga illũ dilectio. Vter igitur est reus peractus, qui suppliciũ affert, an qui suppliciũ patitur? qui tantum à deo honorẽ affequitur, an qui nouo cuidam & imperato supplicio addicitur? Illũ, inquit, viuẽtem non timuisti, igitur mortuum timeto. nõ territus es gladiũ impacturus: tremore assiduo corripieris, vel sanguine iam effuso. Viuẽs tibi seruiebat, neq; tulisti, ob hoc mortuus tibi factus est territã dominus. Hęc igitur cõsiderantes dilecti, inuidentiã fugiamus, extinguiamus viciofitatẽ, charitatem mutuo retribuẽtes, vt illius fructus tũ in hac, tum in futura quoq; vita decerpamus: gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi: per quem, & cum quo, patri gloria, vnã cum sancto spiritu, in secula seculorum, Amen.

Homilia nona.

**N**on scriptum est autem propter illum tãtum, imputatũ fuisse illi ad iustitiam, sed etiã propter nos, quibus imputabitur creditibus in eum, qui excitauit Iesum dominum nostrum à mortuis. Posteaquam multa magnifice de Abraham locutus est, tum autem & de illius fide, de iustitia, de honore eo, quem est ille à deo affecutus, vt ne auditor diceret, Id vero quid nostra refert? ille enim est qui iustificatus fuit, ipsos nos rursus propter patriarcham collocat: ea est spiritualium verborum vis. Eum enim qui à gentibus ortus fuerit, quiq; nuper ad fidem se contulerit, vel nullis operibus ab eo præstitis, non solum ait nihilo minus reportare, quã Iudeus fidelis, sed quã ipse etiam patriarcha reportauerit, atque adeo, si quid admiratione dignũ proferendũ sit, multo etiam amplius. Tanta est enim nostra nobilitas, vt illius fides nostræ fidei typus existat. nec dixit, sin autem illi imputatum est, verisimile est fore, vt & nobis quoque imputetur, idque vt ne dictum ipsum ad syllogismum trahat. ex diuinarum autẽ legum autoritate loquitur: perficiens vt ipsum hoc totum, sacræ scripturæ sententia sit. quãnam enim, inquit, ob rem scriptum est? nepe vt pernoscamus, q̃ & nos quoque eadem ratione iustificamur: eidem enim deo iisdem de rebus credimus: quanquã non iisdem in personis. nostræ porrò fidei vbi mentionem fecit, & dei item immensam erga humanum genus benignitatem enumerat, quam nunquam non circumfert, crucem in medium afferens. quod & nũc declarauit, inquiens: Qui traditus fuit propter nostrã peccatã, & excitatus est propter iustificationẽ nostrã. Vide vt dicta mortis causã, eandẽ & resurrectionis probationẽ faciat. Cur enim, ait, cruci suffixus fuit? non ob propriũ delictũ. id quod ex resurrectione liquet. si enim peccator erat, quomodo resurrexit? qui si resurrexit, planũ est illum peccatorẽ non fuisse. peccator porrò si minus erat, quĩ crucifixus fuit? aliorũ causã. q̃ si aliorum causã, omnino resurrexit. Nã vt ne diceret, quo tandem pacto tot, tantisq; peccatis affines, obnoxiiq; cum simus, iustificari possumus? ostendit illũ peccata omnia deleuisse: vt tum ex fide Abraham, per quã iustificatus est, tum ex seruatoris morte, per

quam peccatis liberati fuimus, sermonē cōfirmet. Illius autem mortem ubi dixit, dicit & resurrectionē. neq; eīm hoc nomine mortu<sup>9</sup> ille est, vt nos sibi reos factos dānaret, puniretq; nocētes repertos, sed vt de nobis bene mereretur. p̄pterea enim & mortuus est, & resurrexit, vt iustos nos efficeret. *Iustificati igitur ex fide, pacem habeamus erga deū per dominū nostrum Iesum Christum.* Quid hoc sibi vult, pacem habeamus? quidam aiunt Paulū id sentire, vt ne amplius seditionibus inter nos agitemur, contententes videlicet ipsam legē introducere. Mihi autē videtur de vitā nostrē ratione iam disputare: nā cum multis verbis de fide differuisset, eandēq; vel iustitiā ab operibus praeſtitae anteposuisse, vt ne quis existimaret illius verba veluti ſocordiae atq; ignauiā argumentū esse, ait, pacem habeam<sup>9</sup>: hoc est ne ampli<sup>9</sup> peccemus, neq; ad pristina facta nostra reuertamur, hoc eīm est bellū gerere aduersus deū. dices: quī vero fieri potest, vt ne amplius in peccatū prolabamur? quī, obsecro, prius illud fieri potuit? Etenim si tot, tātisq; peccatis obnoxij cū essemus, omnibus tamē per Christum liberati fuimus, quāto magis illi<sup>9</sup> opera fiet, vt in quo sum<sup>9</sup> statu, perseueremus? neq; enim perinde fuerit, pacē quē minime sit, accipere, atq; datā retinere. est eīm ipsū acquirere, q̄ tueri difficilius, sed tamē quod difficilius quidē erat, id factū per facile fuit, atq; in opus exiit. Igitur quod facilius quidē est, nullo negotio à nobis praeſtari poterit, si modo illi assidue adhaerimus, qui nobis illa perfecit. Porro autē hoc loco nō mihi modo tacite significare videt, quod facilitatis, sed & quod rationis est. Nā si ille infensos nos conciliauit, par est, vt in ipsa conciliatione persistamus, hāc q; illi vices reddam<sup>9</sup>, vt ne videlicet videatur ille rudes, imperitos, improbos, & ingratos patri cōciliauisse. *Per ipsum enim, ait, & nobis contigit, vt fide perduceremur.* Nā si nobis p̄cul distātibus accessum praeſtuit, multo magis propinquos iā factos retinebit. Mihi porro cōsidera, vt ubiq; duo ponat, tū illius videlicet facta, tū nostra: sed illius quidē varia, multa, ac diuersa: et eīm causa ille nostra mortuus est, tum autē nos conciliauit, nobis accessum dedit, nobis gratiā immēsam largit<sup>9</sup> est: nos autē fidē tantūmodo attulimus. quapropter ait, *Fide in gratiam hanc.* Quāmnā, obsecro, gratiā mihi narras? nempe q̄ digni habiti simus, qui deū cognosceremus: quod errore liberati, veritatem eādē agnouerimus: q̄ bona ea omnia obtinuerimus, quae per baptismū obtineri solent. Hoc enim ille nomine nobis aditum accessumq; praeſtuit, vt hāc dona assequeremur. neq; enim simpliciter vt peccata nobis nostra cōdonarentur, vt recōciliarem tantū, sed vt infinitis bonis, ac dignitatibus potiremur. nec intra hāc ipsa cōstitit, quin & alia pollicitus est: Illa videlicet arcana bona, & mentē, & orationē excedentia: qua de causa vtrunq; atexuit. nam cū dixit, gratiam: praeſentia, quae accepimus, bona indicauit. cum autē dixit: *Et gloriamur sub spe gloriae dei,* futura omnia detexit: ac recte dixit, in qua stamus. Talis enim ipsa dei gratia: finē nullum habet, terminum non nouit, sed & ad maiora semper propagatur, atq; progreditur. Id quod nō ira in hominibus vsū venit, verbi gratia: *Assecutus est quis magistratū, gloriā, principatum,* tum in eo perpetuus nō manet, sed confestim ab eo excutitur: nam vt honorem illum humana manus nō eripiat, certe superueniens mors omnino ereptura est. At quae deus bona largitur, haudquaquā talia sunt, à

76  
 quibus videlicet nō homo, nō tempus, nō rerum aduersarū vis, non ipse diabolus, nō mors ingruens deturbare nos poterit, quin vel mortui cū sumus, tū demū firmiter ea possidemus, atq; adeo quō progredimur magis, eō pluribus semper, maioribūq; illis effectis fruimur: quapropter si futuris fidē non habes, salutem praeſentia, & quae iā es assecutus, de illis tibi fidē faciant. Idcirco enim ait, *Gloriamur sub spe gloriae dei,* vt intelligas quali animo praeſentū cum esse oportet, qui fidem suā deo obstrinxit: neq; enim illi solū plenam factam esse persuasionē oportet, de iis quae data sunt, sed de futuris, tanquā iam datis. gloriatur enim quis super iis, quae iam in manu habet. Quoniā igitur rerū futurarū spes sic firma est, atq; euidentis, vt & iam datatum, & quae, inquit, & super illis gloriamur: quapropter & gloriae nomine illas designauit. si enim ad dei gloriae cōferunt, omnino euenient: si minus propter nos, attamē propter ipsum. & quid dico, inquit, futura bona idonea esse ob quae gloriamur? certē ipsa etiā praeſentia mala satis esse queāt, ad nos sic honestandos, sic ornados, vt nobis illorū nomine placere debeamus, quapropter & addidit: *Nec id solum, verum etiā gloriamur super afflictionibus.* Cogitato igitur quāta ea sunt, quae nos futura expectamus: cū vel in iis, quae molesta esse videntur, animo attollamur. Tale est dei donum, cuius quidē particula nulla insuauis. Aliis quidē in rebus certamina laboriosa esse solēt, pariuntq; tum dolorem, tum afflictionē: corollae autē ac praemia voluptatē adferunt. At hic non ad eandē rationem se res habet, quin potius luctae, atque certamina iucunditatis haud paulō plus habent, q̄ vel ipsa praemia. Quando quidē enim multae quidē tētationes id temporis essent, caelorum autē regnum in spe situm, & aduersa in manibus, suauia in expectatione, ea autem res infirmiores frāgeret: idcirco vel ante corollas illis praemia largitur, inquit, oportere etiā in afflictionibus gloriarī. nec dixit, oportet vos gloriarī: sed, gloriamur nos, sub propria persona admonitionē introducens. postea quando quidē nouū, inopinatumque id esse videbatur, quod dixerat, q̄ videlicet gloriarī illū oporteret, ac sibi placere, qui cū fame colluctatus, in catenis atq; questionibus versaretur, tum autē & contumelias & opprobria pateretur, ipsum hoc deinceps cōfirmat: ac quod maius est, non illa quidē digna esse ait gloriatione, ob ea tātū, quae futura expectamus, sed ob ipsa etiā praeſentia. etenim vel ipsae per se afflictiones bona quaedā res est: quamobrem? nempe q̄ ad patientiā accingunt, atq; exercent, quapropter cum dixisset, gloriamur in afflictionibus, & causam dein addidit, inquit: *Scientes quod afflictio patientiam parit.* Vide rursus Pauli sollicitum studiū, vt in contrariū circumagat orationē. quando quidē enim enim afflictiones potissimū animū illi despondebāt, in futurorū praemiorum desperationē adacti, ait, ob illas ipsas maxime bono firmoq; animo esse oportere, nec futura desperāda. *Afflictio enim, inquit, patientiam efficit, patientia vero probationem, probatio autem spem, spes porro non pudefacit.* Afflictiones enim spem ipsam non modo non tollunt, sed & praeparāt. habet enim afflictio, vel ante ea quae futura expectantur, maximū fructum, patientiam: cum eo quoque q̄ probatum illum efficit, qui tētationes sustinet. Confert autem aliquid & ad futura: spem enim in nobis vigere facit: cum nihil sit, quod sic nos ad bonorum spem comparat, quā bona conscientia. Itaque illorum nullus, qui vitam

qui vitā rectē atq; sanctē exegere, de futuris diffidit. quēadmodum & plerofq; inuenias ex eorū numero, qui vita negligēter acta mala cōscientiae stimulis fodiūtur, qui in animū inducūt suum, nullū esse nec iudicium, nec retributionem. Quid igitur in spe nobis, bona in spe certē, sed non humana, quae quidem intercudit, atq; identidē pudefacit speratē, eo abs quo praesidiū expectabatur, vel mortuo, vel adhuc viuēte à voluntate deducto. At non talis est rerū nostrarū conditio: imō firma atque immobilis spes. nā qui sponondit, is semper viuit: nos autem ad quos promissorū fruitio pertinet, & moriendū nobis sit, tamē iterū resurgenti: ac nihil prorsus est, quod possit nos pudefacere, tanquā temerē, tanquā frustra, tanquā spe sublatos fragili. ab eorū igitur animis ubi satis superque omnem dubitationem per hāc verba sustulit, orationem non intra praesentia sistit, sed & ad futura rursus adducit: q̄ intelligeret eos qui imbecilliores essent, cū quae praesentis vitae sunt, quarere, tum verò non esse his cōtētos. Fidē porro illis cōciliat ab iis, quae iā data sunt. Vt ne enim quis dicat: Quid igitur fiet, si nobis deus nolit gratificari? nā q̄ ille potest, q̄ manet, quod viuuit, omnes quidem scimus: q̄ autem & volet, id verò vnde sciemus? nempe ab iis quae facta iam sunt, ab ea, quam iam erga nos prae se tulit, dilectione. dices: quid ille iā fecit? spiritū sanctū dedit. Itaque quum dixisset, spes non pudefacit, addidit & demonstrationem, inquit: *Quod dilectio dei effusa est in cordibus nostris.* Nec dixit, data est, sed, effusa est in cordibus nostris: largitatē ostēdens, quod enim maximū erat donum, hoc dedit: nō caelum, nō terrā, non mare, sed quod his omnibus antiquius, preciosiusq; erat, & angelos ex hominibus, & dei filios, & Christi fratres effecit. quid autē hoc est? spiritus sanctus. q̄ si nollet magnis nos coronis post labores donare, nūquā ante ipsos labores tot tātaq; donasset bona. nūc verò dilectionis suae feruorem hinc declarat, q̄ non sensim, ac pedetentim nos honestauit, sed cumulatē ac plena manu bonorū fontē effudit, idq; ante ipsa certamina. Quāobrem vt etiā nō sis admodū dignus, ne desperes, quum magnum in causa patronū habeas, iudicis dilectionem. Idcirco eīm & ipse per hāc verba, Spes non pudefacit: nō ad nostra merita, sed ad dei dilectionē, charitatēq; erga nos totius negocij laudē retulit. spiritum autem ubi datū dixit, trāsit deinceps ad crucē, ita inquit: *Christus enim quū adhuc essemus infirmi iuxta tēporis rationē pro impiis mortuus est, nam vix pro iusto quisquā morietur: si quidem pro bono forsitan aliquis etiā mori sustinet.* Cōmendat autē suam charitatē erga nos deus. Quod autem ait, hunc habet sensū: Si pro viro probo ac virtute praedito nō statim emori quis velit, considera domini charitatē, vt quē nō pro virtute praeditis, sed pro peccatorib<sup>9</sup> & inimicis cruci suffixū fuisse cōstat. Id q̄ & postea ait: *Quod quum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus fuit: multo igitur magis iustificati nunc sanguine eius seruabimur per eū ab ira. nā si inimici quū essemus, reconciliati fuim<sup>9</sup> deo per mortē filij ei<sup>9</sup>: multo magis recōciliati seruabimur per vitā ipsius.* Quod dictū est, eorundē sermonū iteratio esse videtur: diuersus tamē illius sensus est, si quis accuratē attēdat. Cōsidera porro, vult illos in futurorū fide cōfirmare. ac primū quidem à iusti sentētia illos pudefacit: quū ait illum plenam persuasionē concepisse, quōd iis qui promiserat, idem ] potēs esset & praestare, tum à gratia data, deinde ab afflictio-

fid quod promiserat deus.

ne, q̄ idonea quidē sit nos ad spem deducere: praeterea à spiritu, quē accepimus: postremò autem & à morte, atq; à viciositate nostra, euidelicet, quae antē in nobis erat, hoc ipsum adstruit. ac quod iā dixi, videtur quod dictū est, vnum idēmq; esse. Duo autem & tria & multò etiā plura esse inueniemus. primum quidē, quod mortuus est: secundum, quod pro impiis: tertium, quod recōciliauit, quod seruauit, quod iustificauit, quod immortales reddidit: quod filios effecit, & haeredes, nō igitur à morte solū corroborari hoc ait, sed & à dono nobis per mortem dato. quāquā si vel mortuus tātū pro nobis, qui tales eramus, fuisset, fuisset factū eiusmodi magnum dilectionis argumentum. Quū autem cōstet illū morientem dona largitum tot, ac tanta nobis, qui tales eramus: certē id genus facta omnē hyperbolē excedunt, cumque, qui etiā magnopere stupidus sit, ad fidē traducūt. nemo est eīm alius qui sit nos seruatur<sup>9</sup>, quā illemet ipse, qui sic peccatores nos amauit, vt & seipsum dediderit. Vides quātum locus hic fundamentum habeat ad adstruendam futurorū spem. ante hūc enim, duo quidem erāt ad salutē nostrā difficilia: & q̄ peccatores essemus, & q̄ salus per domini mortem necessaria. quod ipsum minus persuasibile erat, antequā fieret, ac magnā adeò charitatē requirebat, vt fieret: nunc verò posteaquā hāc euenerit, reliqua faciliora sunt. Etenim amici facti sumus: nec morte ampli<sup>9</sup> op<sup>9</sup> est. Qui igitur inimicis sic pepercit, vt ne filio quidē pepercerit: nūc amicis nobis factis nō aderit? quū videlicet iam nulla dedendi filij necessitas imminet. vel enim quis salutē nō affert, q̄ nolit: vel quod, etiam si velit, non possit: quorum neutrum in deo dicere possis. nā quod ille voluerit, hinc declarauit, quod filiū dederit: q̄ autem potuerit, aequē hinc demonstrauit, q̄ peccatores quum essemus, iustificauit. Quid igitur iam prohibet, quominus futura praemia assequamur? nihil. Deinde rursus vt ne audito & peccatorū, & inimicorū, & infirmorū, & impiorum nomine, pudore & erubescētia suffundaris, audi quid dicat: *Non solum autē hoc, verū etiam gloriantes in deo per dominū nostrū Iesum Christum, per quem nunc reconciliationē assecuti sumus.* Quid hoc sibi vult, non solum autem hoc? non solū, inquit, salui facti sumus, sed & gloriamur ob id ipsū, vnde existimat quis nos pudore suffundi, nam q̄ seruati fuerimus vel tāta in malitia vicēitates, hoc verò summū est argumentum eius, qui seruauit, erga nos beneuolētia: nō enim per angelos aut archangelos, sed per ipsum vnigenitū seruauit: quo fit vt ipsū hoc quod salui effecti fuerimus, & q̄ tales quū essemus, salui tamē fuērim<sup>9</sup> effecti, tum autem quod ea nobis salus p̄ vnigenitū obuenerit, nec simpliciter per vnigenitū, sed per ipsius vnigeniti sanguinem, infinitas nobis gloriationis corollas necitat. Nihil est eīm quod te sic ad gloriā ac fiducia excitare queat, quā si te cōtingat tum à deo amari, tum illum vicissim amantē tui redamare. Hoc ipsum angelos splendidos reddidit. hoc ipsum principat<sup>9</sup>, & potestates: hoc ipsū caelorum regno maius. Idcirco & Paulo regnū caelorum hoc vno posterius erat: p̄pterea & ir̄ corporeas potestates beatas dico, quod & deū am̄ it, & illius dicto ubiq; parēt. Hinc igitur illas & p̄r̄ heta admirabat, quum diceret, Potentes virtute, iacentes verbum eius. Hinc & Seraphin Esaias praedicabat, magnā illorū virtutem ostendens, hoc ipso quod propter imensam illam gloriam assisterent. Id quod maxima dilectionis

Inf. 8. vj

1. al. 10. 1

Es. 6. 1



dilectionis argumentū fuerit. **Morale.**  
 Aemulemur igitur & nos quoq; cœlestes illas virtutes: nec studeam<sup>us</sup> modò, locum throno proximū, sed & eū, qui ipso in throno sedet, in nobis habitantem habere. Ille em̄ sui osores etiā amavit, nec amare quidē cessat. nā Solem super bonos ac malos expromit, pluitq; super iustos & iniustos. Itaq; tute bene tibi cupiētem amato: amat enim. Dices, qui fit, vt qui amet: gehēnam, supplicium, pœnam minitetur? Certē idcirco minitatur, quòd amet. nā malitiā rescindēs, & terrore, tanquā frāno quodam, tuum ad deteriora impetū compefcēs, nihil non agit, ac molitur, vt tū per blāda ac lenia, tū per molesta, ac graua, tuū ad res terrestres motū reprimat, & ad se traductū à scelere (qua nulla gehēna grauior est) abducatur. qui si ad hęc rides, milliesq; in peccato vitā trāfigere, q̄ diem vnū supplicio affligi mauis, nihil mirū. hoc enim signum est animi tui minus perfecti, & ebrietatis, & morbi immedicabilis. quādo & infantuli ipsi medicū dum vident, vel ignem, vel sectionem apparere, fugitāt ac resistāt, eiulātes, ac sese lacerantes: malūntq; perpetuē corporis vomica, ac purulētīā immori, quā tēporarium laborem perpeffi, fanitatem in posterū assequi. At qui mentis compotes sunt, probē intelligūt, & gritudinē sectione esse perniciosiorem: quemadmodū & sceleratū esse: at illud perire, atq; perpetuo in morbo esse. q̄ porrò fanitas morbo melior sit, vndiq; liquet: quando & p̄redones nō tum, quū illorum latera perfodiuntur, sed quum parietes ipsi perfodiūt, aliūque mortem adferunt, lachrymis ac misericordia digni sunt. Nā si anima corpore melior est, vt omnino est, hac certē pereūte lamentandū potius ac gemendū: q̄ si ea minimē sentiat, tanto magis ob id lugeuda ea est. nam & qui impudico amore capti sunt, grauius febricitātib; & qui vino se obruunt, quāstionē tolerantibus miserabiliores sunt. Dices, hac si perniciosiora sunt, qui fit, vt ea potius eligam<sup>us</sup>? quādo quidē pleriq; omnibus, quod est in proverbio, quæ deteriora sunt, arridēt: & ea illi, repudiatis meliorib; malunt. Id qđ videre est tum in cibi genere, tū in vitæ instituto, atque amulatione, tū in voluptatis fruitione, tū in mulieribus, tū in domibus, tum in mācipiis, tū in agris, tum aliis itē in omnibus. Etenim quæro ex te, vtrum suauius, scēminarū, an marium commixtio: scēminarum, an mulorū: sed tamē multos comperimus, relicto scēminarū cōsortio, cum brutis sese commiscere, ac masculorū corporibus cōtumeliam afferre. ac tametsi quæ secundū naturā sunt, iis sunt suauiora quæ aduersante natura: tamē pleriq; existūt, qui quæ execrāda sunt, atq; insuauia, quæq; supplicio nō carent, ea vt suauia persequātur. Dices, illis quidē suauia ea esse vidētur. Verū hoc sanē nomine infœlices illi fuerint, quòd quæ insuauia sunt, ea suauia esse putant: sic iidem supplicium viciositate deteri<sup>us</sup> ducūt, res autē prorsus sese fecus habet. Nam si delinquentibus additum supplicium malum esset, nunquam deus malis mala addidisset, neq; illos deteriores fieri voluisset, qui em̄ pro viribus omnibus annititur, vt ipsa viciositas extingatur, vtiq; eam nunquam auget. nō igitur delinquenti malum est, quum plectitur, sed quū in peccādi statu permanens nō plectitur: quemadmodū & ægrotanti malum est, quum nō curatur. homini enim nihil perniciosius q̄ absurda appetitio.

**A** absurdum autem quum dico, & deliciarnm, & glorię intempestiuar; & principatus, vno verbo rerum earū omnium, quarum necessitas nulla impendit, appetitionem intelligo. nam qui talis est, quiq; mollem, & solutam vitam agit, is omnium quidem fortunatissimus esse videtur, omnium autem est miserrim<sup>us</sup>, dominas permolestas ac tyrannos in animam suam introducens. itaq; deus nobis vitam præsentem laboriosam reddidit, vt nos scilicet illa feruitute liberaret, tū autē ad synceram libertatē traduceret. qua de causa & supplicium minatus est, & vitā nostram laborum cōsortē fecit, stultam osteurationē, ineptāq; de nobis persuasionē cōercens ac reprimens. Sic igitur & Iudæi, dū & luto, & latericio operi adstricti, addicti, colligatiq; essent, comes erant & faciles, deūmque assiduē inuocabāt: at cū libertati restituti, tum murmurare, deū irritare, ac sese malis infinitis conficere. **B** Quid igitur, inquit aliquis, de iis dicas, quos sepe nūmero afflictio trāsueros egit, atq; in errorem induxit: nēpe quod erroris inductio nō ab afflictione, sed ab illorum imbecillitate profecta sit. neque enim si quis stomacho laboras medicamē acre, quo purgari ipse queat, nō admittat, sed illud atterat, medicamē incusabimus, sed mēbri valetudinē: quemadmodū & hic animi infirmitatē. nam qui ab afflictione perculsus in diuersum agitur, id multò facilius à laborū relaxatione patietur. Si em̄ ligatus cadit ( hoc enim afflictio) multò facilius solutus, si construct<sup>us</sup>, ac cōercitus in diuersum agitur, facilius multò in stultā sui persuasionē adduct<sup>us</sup>. Dices, qui verò fiet, vt afflictio euertere me nequeat: si cogitaueris, velis, nolis, ferēdū esse, quod tibi incōmodū illatū est. sed si interim gratias agis, te maximum facere lucrū: sin autē ægrē fers, mœres, ac cōuicia in deū iacis, te nō solū p̄sentem leuare calamitatē, sed tēpestatē maiore ac ruinā tibi adsciscere. Hęc igitur animo versātes, quod necessitatis esse viderimus, ita nos comparemus, vt volūtatis ac propositi nostri esse incipiat. verbi gratia: Filium quis legitimum amisit, alius facultates omnes, si cogitaueris fieri non posse, vt quod factū est, infectum fiat, fieri verò posse, vt casum generoso animo ferēs, fructum etiam aliquem ex irreparabili illa calamitate reportes, tū autē si pro maledictis ac cōuiciis laudē domino referas: ita fiet, vt quæ tibi incōmoda minimē volēti allata erūt, in volūtatis ac propositi merita vertātur. filiū tibi ante tempus ereptū vides: dicit<sup>is</sup>: Dominus dedit, domin<sup>us</sup> abstulit. Vides exhaustas tibi esse facultates: dic, Nudus ē materna aluo egress<sup>us</sup> sū, nud<sup>us</sup> & reuertar. Vides impuros, improbosq; homines fortunatos agere, iustos autē infortunatos esse, multiq; affligari incōmodis, nec tibi tamē facti hui<sup>us</sup> ratio cōstat: dic, vt iumētū factus sum apud te, verūtamen ego semper tecū. quòd si & causam quæris: cogitato, deū diē cōstituisse, in quo vniuersum orbē iudicaturus est: Ita fiet vt ab animo omnem excutias dubitationē, tum enim pro meritis quisque suis mercedem recipiet, ad Lazari ac diuitis exemplum. In mentē tibi veniat Apostolorū: etenim illi dum flagellāretur, dū exagitarentur, dum infinita tolerarent mala, gaudebant se dignos habitos, qui p̄ dei nomine cōtumeliam ferrent. Hac igitur ratione & tu quoque si fortē ægritudine aliqua laboraueris, generoso fer animo, deo gratias agēs: sic fiet, vt qualē Apostoli, talē & tu mercedē recipias. quiverò media in ægritudine, ipsis in doloribus, deo gratiam habere

habere possis: si ipsum verē atq; ex animo amaueris. **Danie. 3. c.** Nam si tres illi pueri in fornacē cōiecti, si & alij item in vinculis malisq; infinitis cōstituti, à gratis deo agendis nō intermiserūt: multò sanē magis q̄ morbis affligantur, hoc ipsum p̄stare poterūt. Nihil enim, nihil, inquam, quicquam est, quod non vincat amor: quum autem & dei amor extiterit, tum demū omnia infra se posita habet: quo quidē amore quisquis incensus fuerit, huic certē neque ignis, neque ferrum, neq; paupertas, neq; morbus, ac ne ipsa quidē mors, aut quiduis aliud id genus graue, molestūmq; videbitur: quin is potius omnia ea deridēs, cœlū versus volitabit, nihilo fecius affectus, animatūsq; q̄ animati sunt, qui inibi vitam transigunt, oculos nō aliò intēdens, nō cœlū, nō terram, non mare contuens, sed ita animo compositus, vt ipsius oculis diuinæ illius gloriæ pulchritudo vna obuerfetur: quem neque vitæ præsentis incōmoda deprimere, neque blāda, ac voluptatem in se habentia attollere, inflarēve poterūt. Huic igitur amorī adhærescamus (neque enim quicquam est, quod cū hoc conferri possit) tum ob præsentia, tū ob futura, atq; adeò vel in primis, ob ipsam amoris naturā. per cum enim amorē à supplicii vitæ tum præsentis, tum futuræ liberabimur, ac tādē cœlorū regno potiemur. Imò verò neque à gehēna liberatio, neq; cœlorum regni assecutio quicquā esse debet p̄ eo quod diciturus sum, omnium enim horum maximū, si Christum vnā & abs te amatū, & tui amantem nactus fueris. nam si hoc inter homines dum contingit, nullam nō voluptatē exuperat, quū in ipso deo amādo hæc vtraq; euenerint: quæ tandē oratio, quæ imò cogitatio animæ sic affectē fœlicitatem repræsentare poterit? Certē nec oratione nec cogitatione vlla, sed ipso solū periculo facto, quam dico fœlicitatem, comprehendere possis. Nos igitur, vt spiritualem huiusmodi lætitiā, beatam vitā, infinitorum bonorum thesaurum experiamur, cæteris omnibus posthabitis, vnum hunc amorem amplectamur, tum in nostram lætitiā, tum in amati dei gloriā: quoniam quidem ipsi gloria cum vni genito eius filio domino nostro Iesu Christo, ac sancto spiritu, nūc & semper, in secula seculorū. Amen.

Homilia decima.

**P**ropterea quæadmodum per vnum hominē peccatū in mundum introiit, ac per peccatum mors: sic & in omnes homines mors peruasit, & quatenus omnes peccauerunt. Quemadmodum qui præstātissimi sunt medici, ægritudinum radicem curiosius semper indagant, atque ad ipsum mali fontem ante omnia accedunt: sic & beatus Paulus. Nam quum dixisset, quòd iustificati sumus, idque ostendisset tum à patriarcha, tum à spiritu, tum ex eo, quòd mortuus esset Christ<sup>us</sup> (neq; euim obiiisset ille, nisi iustificatus fuisset) adstruit deinceps & aliunde quæ per hæc demonstrata sunt, propositum vel à contrariis fulciens: hoc est, tū à morte, tum à peccato. quū id, & quomodo? exquirat & vnde introierit mors, & quo dominata fuerit peccato. Quo igit<sup>ur</sup> pacto mors introiit, ac dominata fuit? per peccatū vnus. quid porrò sibi illud vult, & Quatenus omnes peccauim<sup>us</sup>? Illo laps<sup>o</sup> & ij item, qui de ligno non comederunt, effecti sunt ex illo tempore omnes mortales. ] Vsq; ad legem enim peccatum erat in mundo, porrò peccatum non imputatur, quum nō est lex. Verbum id, vsque ad legem, nonnulli Paulum existimāt derisus. fa tempus illud significasse, quod legis promulgationē

præcessit: veluti tempus quo Abel, quo Noë, quo Abraham vixerūt. denique illud omne tempus, donec Moses genitus est. quòd nam igitur tum peccatū extitit: sunt qui velint ipsum loqui de eo peccato, quod in paradiso admissum est: nondum enim id extinctū erat, inquit, sed ipsius fructus florebat. Illud em̄ peccatum mortem attulit communem, quæ dominabatur, ac tyrānidem exercebat. quamobrem igitur adiungit, Peccatū autem non imputatur, quum non est lex: Qui nobiscū sentientes dogma nostrum sūlcire volunt, ex eo, quòd Iudæi obiiciebāt, ipsum aiūt hoc posuisse, dicētē, quòd si peccatum non est sine lege, quo pacto mors omnes eos absumpsit, qui ante legē fuerunt? mihi verò videtur quod dicituri sumus, rationi magis consentaneū esse, & Apostolicæ menti cōuenire. Quid porrò illud est? quū dicit, quòd vsque ad legem peccatū erat in mūdo: vtiq; hoc mihi videtur dicere, videlicet q̄ lege lata, peccatū dominabatur: peccatum, inquit, quod ex transgressione ortum est: ac tātisper dominabatur donec lex esset. neq; enim, ait, cōsistere potest peccatū, quū nō est lex. si igitur hoc peccatū, inquit, ex legis transgressione mortem peperit, quo pacto qui ante legē fuerunt, omnes interiere? Si em̄ ex peccato mors radicem egit, lex autē quum non est, peccatum non imputatur: quomodo mors dominabatur? vnde liquet, q̄ nō ipsum peccatū, quod à legis trāsgressione ortū est, sed illud, quod ab Adam inobedientia: ipsum illud, inquam, peccatum erat, quod omnia perdebat. & quæ nā rei huius probatio fuerit? nēpe q̄ omnes ante legem interirēt. Regnavit enim mors, ait, ab Adam vsque ad Moysen, in eos quoque qui non peccauerant. Quomodo regnavit? Ad similitudinem transgressionis Adam, qui typū gerit illius futuri. Propterea enim & typus est Iesu Christi Adam. quo modo typus, dixerit aliquis? quoniā quemadmodū ille omnibus à se (etiā si de ligno nō comedissent) author mortis extitit, eius quæ ob cibū illum introducta est: sic & Christus omnibus à se, quāuis iustē non agentibus, iustitiæ tamen cōciliator extitit, eius, quæ omnibus nobis per crucē largitus est. ob id sursum ac deorsum voci huius vnus, inhiitēs, eā assiduē in medium affert, quum dicit: Quæadmodū vnus hominis causa peccatū in mundū introiit: & si vnus peccato multi mortui sunt: & non sicut per vnū qui peccauerat venerat mors, ita donū: & iudiciū ex vnus delicto ad cōdēnationē. & rursus, si enim per vni<sup>us</sup> delictū mors regnavit per vnū: & itaq; sicut per vni<sup>us</sup> delictū: & rursus, quæadmodū enim per inobedientiā vni<sup>us</sup> hominis peccatores effecti sunt multi: nec desistit: vt quū tibi Iudæus dixerit, Quo pacto vno rectē agēte Christo vniuersus orbis saluus fact<sup>us</sup> est? possis illi respondere, Quo pacto vno non obediente Adā, vniuersus orbis cōdemnatus est? quanquā nihil simile inter se habēt peccatum, & gratia: mors, & vita: diabolus, & deus: sed horū discrimen infinitum. Ergo quum & à rei natura, & ab agētis, exercentisq; potestate, & ab ipso decreto (deo enim lōgē decētius, seruare, quā supplicio afficere) quū igitur in his excellētia, ac victoria, qua tādē, quæso, ratione incredulitatē tueri tuā possis? Certē quòd ratione nitatur id quod factum est, demonstrat, quum dicit: At non vt peccatum, ita & donū. Nā si vnus delicto multi mortui sunt, multò magis gratia dei & donū per gratiā, quæ fuit vni<sup>us</sup> hominis Iesu Christi, in multos exuberauit. Quod enim ait, sensum hūc habet: Si tātum valuit peccatū, & hominis vnus peccatū gratia, & ea dei gratia, nec patris solum, sed & filij, quo

Matt. 5. g

Exod. 1. 7. seq.

Iob. 1. 1. Ibidem.

Psal. 7. 1.

Luc. 1. 1.

Act. 1. 1.

fin quo omnes peccauerunt.

fin quo omnes peccauerunt? illo lapsu etiam qui de ligno non comederunt. fa tempus illud significasse, quod legis promulgationē

illi sunt et illo omnes mortales ] ut hæc par rictula, ab ex illo, ad Adam re ferri possint ex Chrysosto mi etiam verbis, quod ex Theophylactus a parte dicitur.

flij, quomodo non superabit magis? Hoc em̄ multò rationabilius. alterū enim alterius peccato puniri nō admodū æquum atque cōueniens esse viderur: at alterum propter alterū seruari, & decentius multò, & rationi magis cōsentaneū. Igitur si illud factum fuit, multò magis hoc. Proinde quod hoc verisimile, tum autē rationi conforme, ex his ostendit. ctenim illo probato, relinquatur, vt & hoc admissibile fieret: quod autē & necessariū, ex iis que sequuntur, adstruit. *Non sicut per vnum qui peccauerat, ita & donū, ait. Nam iudiciū quidem ex vno in cōdemnationem: donū autē ex multis delictis ad iustificationē.* Quid tandem hoc dictum sibi vult? Nempe quod & mortem, & cōdemnationem vnum quidē peccatum afferre potuit: gratia autem nō illud modò peccatū sustulit, sed & quæ post illud superuenere. Nam vt ne voces hæ, sicut & ita, positæ, æqualē inducāt mensuram bonorum ad mala: neq; putes, dum Adam nominari audis, illud solū peccatum sublatū esse, quod ille introduxit, dicit multorū delictorū interitū factum esse. vnde hoc liquet? quoniam post infinita peccata, quæ peccatū illud in paradiso perpetratū subsecuta sunt, res ipsa denique in iustificationē exiit. Vbi autem iustitia, necessariò & vita omnino consequitur, tum autem bona infinita: quemadmodū & vbi peccatum, mors. Nam iustitia plus est q̄ vita: quandoquidem & vitæ radix est. Proinde quod plura sint aduecta bona, nec sublatū tantūmodo peccatū illud, sed & cætera omnia, his verbis ostēdit: *Donū autem ex multis delictis ad iustificationē.* Vnde necessariò simul & illud ostensum est, mortem videlicet radicis cōuulsam. Superest autem vt necessariò & hoc quoq; adstruat (quādoquidē maius esse dixit secundū factum priore illo) Antē enim dixit: Si vnus peccatū peremit omnes, multò certē magis vnus gratia seruare poterit, postea ostēdit non illud modò peccatū per gratiā extinctū, sed & reliqua omnia: nec ipsa tantum peccata esse extincta, sed & iustitiam datam: aque adēo Christum non modò tantū inuuisse, quantū læserat Adā, sed & multò magis ac multò plenius. Postquam igitur tot ac tanta pronunciauit, opus habet & hic rursus argumēto, fundamentoq; maiore. Quo igitur modo id adstruit? *Nam si per vnus delictū, inquit, regnauit mors, multò magis, ij qui exuberantiā gratiæ, & domi iustitiæ accipiunt, in vita regnaturi sunt per vnū Iesum Christū.* Quod autē ait, hoc tādā est: Si hominē vnū de ligno solū comedisse, mortem per vniuersum terrarū orbem armauit, si mors tantū robur accepit ab vnus delicto, quando inuenti sunt quidam multò maiorem peccato illo gratiam & iustitiam accepisse: quo tādē pacto poterūt posthac morti obnoxij esse? propterea nō hic dixit, gratiam: sed, gratiæ exuberantiā, non enim quātum indigebamus ad peccati interitū, tantum accepimus modò ex ipsa gratia, sed & multò amplius, nam & supplicio liberati sumus, & viciositatē omnē deposuimus, & de integro regnerati sumus, & resurreximus sepulto vere homine, & redempti sumus & sanctificati, & in adoptionē adducti, & præterea iustificati, & fratres effecti vnigeniti, & coheredes, & in eandē corporis vnitatē redacti, & in ipsius carnē ensemur, atque vt corpus capiti, sic illi vniti sumus. Hæc igitur omnia gratiæ exuberantiā appellauit Paulus, interim declarās nos nō medicamē vulneri par accepisse solū, sed & sanitatē, & pulchritudinem, & honorē, & gloriam, & dignitatem longē naturā nostrā superātem, atque

Hic sup. e

A horū vnumquodq; per se ad mortem soluendā suffecerit, quū autem omnia in vnum simul concurrere apparuerit, relinquitur, vt nevestigū quidem vllum, aut vmbra illius prorsus deletæ apparere vsquā possit. Quemadmodū enim si quis cū, qui obolos decē sibi debeat, in carcerem cōiciat, nec eum tamen solum, sed eius causā tum vxorē, tum liberos, tū famulos, atque hic superueniens vnus aliquis decē quos dixi obolos nō numeret modò, sed cū infinita item auri talenta largiatur, tū verò in aulis regias vincitū illū introducat, in principatus altissimi thronū imponat, cum eo summū honorem, reliquūq; principalem splendorem cōmunicet, non possint vti que postea oboli illi decē illius memoriæ obuersari, qui eos numerauerit, mutuaueritq; sic & in nobis euenit, multò enim plura iis quæ debebamus depēdit Christus, atque adēo tāto plura, quanto mare immēsum ad pusillam guttam collatum, maius esse possit. Nolito ergo ambigere homo, quum tantā bonorum opulentia videas: neque interrogato, quī id fieri potuerit, vt illa mortis ac peccati scintilla, tanto donorū veluti mari restincta, soluta sit. Hoc enim & Paulus clam significauit, quū dixit, exuberantiā gratiæ & iustitiæ qui acceperint, in vita regnaturi sunt. atq; vbi id liquidò cōmonstrauit, rursus primo vtitur syllogismo, colligans illū ac cōstringēs repetitione ac dicēs: q̄ si propter illius peccatū in omnes animaduersum fuit, possint vtiq; vel hinc iustificari, propterea ait: *Igitur sicut per vnus delictū in omnes homines in cōdemnationē, sic & per vnus iusticiam in omnes homines ad iusticiā vitæ.* Et patrociniatur rursus sibi, in eodēq; persiluit argumento, ita dicens: *Sicut enim per inobediētiā vnus hominis peccatores multi effecti sunt, sic per vnus obedientiā multi efficiēt iusti.* Ac videtur quidem quæstionē non pusillam habere quod dictū est, sed si quis accuratē attenderit, & hoc quoque perfacile soluetur, quānā igitur quæstio fuerit? dicere videlicet, multos ob vnus inobediētiā peccatores extitisse. Illo em̄ peccate ac mortali effecto, & qui ex eo orti sint, eos tales esse, nihil absurdū. at ex illius inobediētia alterum peccatorē extitisse, id verò quam (obsecro) cōgruentiā cōsequentiāq; habeat? Inuenietur enim sic ne pœnas quidem debere, qui talis fuerit, siquidē nō ex se ipse peccator extiterit. Quid igitur hoc loco verbū hoc, peccatores, significat? mihi videtur tantundē significare, quantum illud, supplicio obnoxij ac mortis rei. Quod porrò Adā mortuo, oēs sim⁹ mortales effecti, apertē ac multis demonstrauit. Quod autē in quæstionem cadit, est qua id de causa factū est? sed nondū hoc addit. neq; enim ipsi ad præsens conducit. nā aduersum Iudæum constituta pugna est, ambigentem, ac deridentē quē per vnum iustitiā factam esse vult. Idcirco quum ostendit & supplicium ex vno in omnes deriuatū fuisse, qua id de causa acciderit, nondum addidit. neq; enim superuacaneus est, sed ea tantū persequitur, quæ necessaria sunt. Hoc enim iam non ipsum magis, q̄ Iudæum cogebat certaminū lex dicere: quapropter insolūtū relinquit. Quod si quis vestrū quærat discere, id dicemus. Quod nō solum nihil nocumēti accepimus à morte huiusmodi & cōdemnatione, si sapuerimus, sed mortales effecti lucrū etiam fecimus: primū hoc videlicet, vt mortali in corpore nō peccemus,] deinde vt infinita habeam⁹ philosophiæ argumenta. Nā & modū vt seruemus, & temperantes, compositi, ac sedati simus, itēq; viciositatē omni liberati,

† vt nō corpore mortali peccemus.]

† vt nō corpore mortali peccemus.]

berati, & præsentanea & expectata mors suadet. Cū hisce autem seu potius ante hæc ipsa, & plura alia attulit bona. Hinc em̄ tum martyriū coronæ, tum Apostolorū præmia. Ita Abel iustificatus est, Ita Abrahamæ factus filio, Ita Ioannes propter Christū interemptus, Ita pueri tres, ita Daniel. Si enim voluerim⁹ nō mors modò, sed ne ipse quidē diabolus nocumēto esse nobis potuerit, extra hæc autē & illud itē dicendum est, q̄ & immortalitas nos excipiet, atq; ad modicum admoniti tempus, cum securitate, ac libertate futuris bonis potiemur, tāquā in schola aliqua vita præsentis per morbū, per afflictionem, per tētationes, per paupertatē, per cætera itē, quæ mala esse vidētur, eruditi, vt apti efficiamur ad futurorū bonorum perceptionem. *Lex autem obiter subiit, vt abundaret delictum.* Posteaquam enim ostēdit ab ipso quidem Adam vniuersum terrarū orbem cōdemnatum, ab ipso autē Christo saluum effectum, & à cōdemnatione liberatū: opportunē & de ipsa deinceps lege querit rursus, opinionē eam, quam de ipsa haberēt, succidēs atque adimens. neque enim solū, ait, ea iuuat, auxiliatq; est nihil: sed, & ea obiter quū subiisset, recludit, auctūque est morbus. Hic autē vox hæc vt, non causam dicit, sed rei euentū denotat. neq; enim lata lex est, vt abūdaret, sed lata quidē, vt minueret, & tolleret peccatū: tūc enim autem secus, nō à legis natura, sed ab eorū ignauiā ac sordidia qui legem acceperunt. Quāobrem porrò nō dixit: lex autem data est, potius, q̄ lex autem obiter subiit? Temporariū illius vsum fuisse ostendit, non autem ipsam magistrā, aut principalem. Quod quidem & in ea, quam ad Galatas scripsit, epistola ait, aliter hoc idē declarās: Antequam enim accederet fides, sub legē, inquit, inclusi custodiebamur: Quare nō alteri, sed sibi fidē seruabat. Quoniam enim mechanici quidā erant Iudæi & dissoluti & ad ipsa dona supini, Idcirco lex data est, vt illos videlicet vehemētius coargueret, apertēque doceret, quo in statu esēt, atq; accusationē augens, ipsos magis constringeret. Tu verò ne terreare, non em̄ vt maius existeret suppliciu, id factum est, sed vt maior appareret gratia. Quapropter adiecit: *Vbi autem exuberauit delictum, ibi magis exuberauit gratia.* Nō dixit, exuberauit: sed, magis exuberauit. nō em̄ supplicio liberauit solū, sed & peccatorū cōdonationē, ac vitā largita est, & alia itē quæ sæpenumero diximus. Haud secus ac si quis febriētē non morbo solū liberet, sed & formosum & fortē & honoratū efficiat: aut esurientē non aliat solum, sed efficiat multarum possessionū dominum, deniq; & ad maximum promoveat principatū. Et quo pacto, inquis, abundauit delictū? Infinita mādāta lex dedit. Posteaquam igitur omnia prætergressi sunt, tum abūdauit peccatum. Intelligis quantū intersit inter gratiam & legem. Hæc enim & additamentū cōdemnationis facta est: Illa autē doni abundantia, porrò vbi dixit, quā immensum fuerit dei erga nos studiū, exquirat rursus initū ac radicē mortis atq; vitæ. quæ igitur mortis radix? peccatum, propterea ait, *Vt sicut regnauerat peccatum in morte, ita & gratia regnaret per iusticiam ad vitā æternā per Iesum Christū dominū nostrum.* Hæc autem dixit, ostendens peccatū quidē loco regis fuisse, mortē autē loco militis sub peccato in acie stantem, & ab illo armatam. Ergo si peccatū idem mortem armauit, perspicuum quidē est, quod iustitia per gratiā aduecta, quæ ipsa peccatū idē tollit, nō modo mortem ar-

Galat. 3. d. † sub lege inquit, cu studiēbamur, con- clusi in eā fidē quæ erat reuelanda.

† vt nō corpore mortali peccemus.]

A mis spoliat, sed & illam de medio tollit, illiusque regnum omne dissoluit. quatenus eadem iustitia regno hoc maior præstantiorq; est, nō illa quidem per homines ac diabolū, sed per deum & gratiam inducta, & ad melius vitā traducens nostram, atque adēo ad bonū infinitum, nondum enim ipse erit finis, vt & hinc discas quod amplius est. Illud quidē à præsentī vita eiecit, gratia autē vbi aduenit, non præsentē tantum, sed immortalem ac sempiternā nobis largita est vitam. Horum autem omnium cōciliator nobis Christ⁹. Ne igit de vita dubita, quū iustitiā habeas. Etenim iustitia melior est vita, quādoquidē & illius parens est. *Quid ergo? manebimus in peccato, vt gratia abūdet? Absit.* Rursus ad moralem sermonem digreditur, nō præcipuo loco illū inducens, vt ne grauis ac molestus multis esse videatur, sed ex dogmatū cōgruentia ac cōsequentiā, si em̄ vel sic variegans orationē, cauebat, ne fortē ægrè ferrēt illi, ob ea quæ diceret, vnde & alicubi dixit, Audaci⁹ autem scripsi vobis à parte: multò magis nisi id fecisset, asperior illis visus esset. Igitur postquā ostendit ingētē esse gratiā, hoc ipso q̄ ingētia sanasset vulnera, ex eo autē videbatur dictum hoc insipientibus esse inuitamentum ad peccatum: si enim, aiebāt, ob id maior apparuit gratia; q̄ magna peccauimus, peccare ne desinamus, vt amplior gratia ostēdatur: vt ne igitur talia dicerent, cogitarētve, vide vt obiectionē subuertat. Primū quidem interdictione, dicens, absit, quod quidē facere ipse cōsuevit iis in rebus, quæ sine vlla controuersia valde esēt absurde, deinde & ratiocinationē adiecit irrefragabilē, quānam autē eā? *Qui mortui, inquit, peccato sumus, quomodo posthac viuemus in illo? Quid hoc est, mortui sumus? an quod, quantum quidē ad illud spectat, sententiā accepimus omnes. an quod mortui sumus illi, fide accepta, & illuminatione. quod quidē potius dicēdū est. Hoc em̄ & quod deinceps positū est, declarat. Quid autē est, mortuos illi esse? nēpe nulla re posthac illius dicto parēs esse. Hoc em̄ semel baptisina effecit. Conuenit itaq; vt omni nostro conatu ac studio hoc rectē factum assiduē præstem⁹ sic, vt, licet millies imperauerit, ne ampli⁹ illi pareas, sed immotē mortui in morē permanes: atqui alibi ait, *† ipsum peccatum mortuum est.* Verūm illic ostendere volēs virtutē quæstiu facilē, hoc ponit. Hic verò quoniā excitare auditorem accelerat, ad ipsum transfert mortē, postea quādo obscurum erat quod dictū est, id rursus interpretatur eo sermone vtens, qui acriter feriat. Ait em̄, *An ignoratis fratres, quod quicumque baptizati sumus in Christū, in mortē ipsius baptizati sumus? Sepulti igitur sumus vna cū ipso per baptismum in mortē.* Quid ea sibi verba volunt, In mortē ipsius baptizati sum⁹? ad hoc vt & ipsi moriamur, sicut ille. Crux em̄ est baptisina. Quod igitur Christi crux & sepulchrū, hoc nobis baptisina fuit, quauis non iisdē in rebus. Ille enim carni & mortuus & sepultus est, nos autem peccato vtrunq; Quapropter nō dixit, in iustitiā facti sum⁹ mortui: sed, similitudini mortis. mors etenim & hoc & illud, sed nō eiusedē subiecti: illa enim carnis, Christi videlicet: hæc autē peccati, nostra scilicet: vt igitur vera illa, sic & hæc. Verū quāuis vera, oportet & partes quoque nostras simul ad eam adferri, vt quæadmodū Christus excitatus est à mortuis per patris gloriam, sic & nos in vitæ nouitate ambulemus. Hoc loco vna cū vitæ cura, & resurrectionis quoq; meminisse clā videtur, quo pacto? *Credidisti, inquit, quod Christ⁹ & mortuus**

Cap. vi.

Infr. 15. d

Infr. 7. b

† sciamus



mortuus fuerit, & resurrexerit? Igitur & quod ad te pertinet, credito. Hoc enim illi ad simile: nam & ad te quoque spectat tum crux tum sepulchrum. Si enim communio nem es adeptus in morte atque sepultura, multo certe magis in resurrectione, atque vita: nam quum id quod maius est, nimirum peccatum, solutum sit: iam non oportet de eo, quod minus est, dubitare, nimirum de mortis exitio.

Verum hæc Paulus ad præfens auditorum conscientiam consideranda relinquit. Ipse autem resurrectione, quæ de nobis futura est, proposita, aliam à nobis resurrectionem postulat: nempe nouum vite præsentis genus, atque institutum, à morum immutatione factum. Nam ubi scortator fit castus: ubi auarus, misericors: ubi asper, mansuetus: & hic quoque existit resurrectio, quæ tantquam illius alterius procerium est. Et quo pacto resurrectio peccato quidem mortificato, iustitia autem exurgente: ac vita quidem pristina deleta, noua autem hac & angelica regnate. Porro autem quum audis nouam vitam, magnam varietatem, magnam mutationem quære. Enimvero iam mihi in mentem venit, ut illachrymer, ac magnopere ingemiscam, cogitanti, quam magnam à nobis moderationem atque constantiam Paulus exigat, quæ magnæ autem nos ignauitæ dediderimus, à baptismo ad priorē senectutem reuersi, atque in Aegyptum reflectentes, & alia post ipsum manna memoria recolentes: decem enim & viginti diebus ab ipso statim baptismo immutati, pristina de integro studia aggredimur. At verò Paulus non ad præscriptum dierum numerum, sed ad omnem nostram vitam huiusmodi politiam requirit. Nos autem ad priorem vomitum redimus, post iuuentutem à gratia acceptam, senectutem à peccatis exorientem excitantes. Siquidem pecuniarum amor, absurdarum appetitionum seruitus, denique quoduis peccatum senem efficere eum solet, qui illud commiserit: quod autem inueterascit iam ac confenescit, interitui proximum est. neque enim sic ipsum corpus tempore dissoluitur, ut anima per peccatorum multitudinem marcescat, flaccescat, ac de gradu deiiciatur, etenim ad summam iam ea educitur nugationem, verba nihil significatia enunciat, ut facere solent, qui senectute confecti delirant: eadem mucro ac pituita referta, stupida interim atque obliuiosa, lippitudinem in oculis gestans, hominibus abominabilis, ac talis, ut eam diabolus non ita magno negotio capere queat. Sunt enim tales peccatoribus animæ: è diuerso autem iustorum animæ iuuenescunt, vigent, in ipso ætatis flore semper consistunt, ad quamuis pugnam ac luctum nullo non tempore comparatæ, quum interim peccatrices animæ vel ad paruam irruentis aciei impressionem statim prosternuntur, ac pereunt: id quod propheta declarans, ait, quasi puluis à vento eiaculari à terræ facie, ita sunt increduli & infideles. Adde quod qui in peccatis vitam degunt, insidiis obiecti, contumelie obnoxij sunt, neque enim sano aspectu, neque sincero auditu, neque loquela distincta valent, sed multo singultu abundat, ingentem ab ore profluentem spumam circumferentes, atque vitinam spumam tantummodo: nihil enim absurdi esset, nunc autem quouis cœno putidiora verba euomunt, ac quod grauius est, ne verborum quidem eiusmodi sputum expuere queunt, sed manu excipientes magna cum excreatione de integro ipsum atterunt crassum quidem illud, ac non facile fecile. Fortasse nauisatis ad narrationem hanc, magis ergo ad ipsam actionem hoc facturi sitis, nam si corpori quum insunt, insauia qui-

dem sunt, quæto magis quam ipsi animæ? Talis erat filius ille, qui sua omnia bona obligauerat, ad summam nequitiam perductus, quouis nugate, aut ægrotate deterius habes: qui tamē ut voluit, statim nouus factus est totus, ab ipsa solū animi animaduersione, ac mutatione. Posteaquæ enim dixit, Reuertar ad patrem meum: verbū hoc, illi bona omnia attulit: seu potius non verbū simpliciter, sed opus verbo additū. Vbi primum enim dixit, Reuertar, reuersus quidem est, & totū illud iter rediens confecit. Sic & ipsi nos faciamus, ac si vel extra ipsos patriæ fines abducti fuerimus, ad patriam tamen domū reuertamur, neque nos longioris viæ pigeat: nam volentibus nobis facilis ac celerrimus reditus fit, hospitium modò & alienam terram deseramus: hoc enim ipsum est peccatum, procul nos à domo paterna abducens, illud ergo relinquamus, quò mox domū paternam reuertamur. Est enim pater propitius erga nos affectu, qui si nos de sententia priore deductos esse senserit, nihilo certè minoris, sed & pluris estimabit, quæ qui perpetua vita integri, inculpataque vixere. Nam & illū, cuius paulò antè meminim, tum pater pluris fecit, recuperato enim quæ amiserat filio, magis gauisus est. Et quo, inquires, reuertar modo? Rem tantū aggreditor, & totū copleueris. Sistito, ac peccare desinito, vterius non progressus: ac tibi iam in manu res tota aderit. Nam quæadmodum vsum venire videmus in iis, qui morbo laborant, ut quum morbus non ingrauescit, tum sanitatis initium fiat: sic & in ipsa viciolitate vterius ne pecceris, & tibi malitia finem habuerit, qui si id duos dies feceris, tertio facilius abstinueris, ac si post dies tres decem addideris, fiet, ut viginti deinceps addas, ac deinceps centum, tum autem vitam totam, quæto enim magis progressus fueris, eò magis facile viam offendes, ad postremum in ipso constitutus fastigio bonorum multorum fructum simul decerpes, quando & tum, quum prodigus ille reuertit, & citharæ, & chori, & liberalitates, & publici conuētus extitere: ac qui pro perdita impensa, pro tam longa peregrinatione à filio pœnas reposcere debebat, vsque adeo nihil horum fecit, ut & illū tanquam vita proba, tanquam fama esset incolumi, conspexerit, ac ne verbo quidem quicquam illi exprobrauerit, atque adeo ne leuiter quidem res illi præteritas in memoriā redigere sustinuerit: sed & illum complexus atque exosculatus, vitulum sacrificauerit, stolam induerit, multo ornatu composuerit. Id genus igitur exempla nobis proponentes bono animo simus, nihil prorsus desperantes. neque enim si cille lætatur, quum dominus, ut quum pater, audit: neque quum seruū, ut quum filium habet, atque adeo hoc mauult quæ illud. Propterea omnia ille fecit, quæ fecit, ac ne vnigenito quidem filio pepercit, ut adoptionem reciperemus, ut non tantquam dominum solum, sed tantquam patrem se amaremus. quod quum à nobis assecutus est, ita sibi placet, ut qui glorificatur, idque apud omnes præ se fert, qui tamē nullius rei nostræ indigens est. Hoc igitur in ipso Abraham, hoc in Isaac, hoc in Iacob fecit: ubique dicens, ego deus Abraham, & Isaac, & Iacob. Atqui seruos oportebat in hoc sibi placere: nunc verò, ut appareret, dominum habemus hoc facitantes. Idcirco & Petro ait, Amas me plusquam omnes hi ostendēs se id à nobis primo loco querere. Itaque & Abraham ut filium sacrificaret iussit, ut omnibus palam faceret, quod à patriarcha magnopere amaretur. Velle autem magnopere amari ex eo nascitur, quod & magnopere amet. Propterea

Propterea & Apostolis dicebat, Qui patrem matremque plusquam me amat, non est me dignus. quo nomine animam ipsam, rem nobis ante omnia propriam, iubet ut charitati erga se nostræ postponam. nam ille maiore in modum vult à nobis amari. Etenim & nos quoque quum non admodum erga aliquem afficimur, illius amore non magnopere indigemus, ut præpotēs ille atque illustris sit. Sin vero feruido aliquem, ac vero amore prosequimur, ut tenuis atque humilis ille sit, qui à nobis amatur, illius erga nos amorem magnæ gloriæ loco ponimus. qua de causa & ipse non solū à nobis amari, sed & pro nobis probrosa illa perpeti, gloriā vocabat. Illa porro ob charitatem tantum gloria erant. Quæ autem nos pro ipso passi fuimus, ea non propter charitatem tantum, sed & propter amati magnitudinem ac dignitatem, gloria meritò tum vocetur, tum fuerint. Tanquam igitur ad magnas coronas accurramus, sic pericula illius nomine obeamus: ac neque paupertatem, neque morbum, neque vexationem, neque calumniā, neque ipsam etiam mortem molestam, grauēque existimemus, quoties ea nobis pro toleranda fuerint. nam si sapuerimus, summum ab iis, quæ dixi, omnibus lucrū faciemus: quemadmodum nisi sapuerimus, à rebus contrariis boni nihil decerpemus. Agere itaque rem ita considera. Incommodat tibi aliquis, atque aduersatur. Author tibi ille est, ut experrecto animo sis, ac tibi occasione affert, unde deo similis existas. nam si illū tibi vel insidias struem amaueris, illi similis fueris, quo authore sol super bonos iuxta ac malos exoritur. Alii pecunias tuas interuertit, id si generoso animo pertuleris, mercedem eandem feres cum iis qui omnia sua pauperibus erogant: Etenim facultatum rapinam nobis præcepit deus cum lætitia excipiendam, meliorem in cœlis substantiam, eamque permanentem habiturus. ] Maledicta in te ac probra alius coniecit: sint ea vel vera, vel falsa, ingentem tibi lauream ille contexit, si conuicium æquo animo tuleris. nam quisquis in nos sycophantem agit, is mercedem non paruam nobis conciliat. Gaudete enim, ait, & exultate quum malum verbum dixerint aduersum vos metientes, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Rursus qui, quod verum est, nobis exprobrat, is magno vsui est: si modò æquo animo tulerimus, quæ in nos dicta fuerint. Etenim Phariseus quæ vera essent proferebat tū quum Publicano malediceret: sed tamē pro publicano iustum effecit. Quid porro me attinet singulatim de omnibus loqui? Licet enim nobis Iob certa mina percensentibus, omnia hæc accuratè pdiscere. Propterea & Paulus dicebat: Si deo pro nobis, quis contra nos? Quemadmodum igitur si studium adhibuerimus, lucrū etiam ab iis reportabimus qui nobis molesti fuerint, ita recordiæ dediti, ne ab iis quidem qui nobis presidio fuerint, meliores euademus. Quid enim obsecro, Christi consuetudo Iudæ profuit? quid autem Iudæis lex? quid autem Adamo paradus? quid autem iis qui in cremo erant Moses? Quæ ob prætermis omnibus vnū nobis tantum videndum est, nimirum quemadmodum rerum ad eos pertinentium statum rectè administrabimus. Hoc enim si præstiterimus, ne ipse quidem diabolus vnquam nobis superior euadet, quin & magno etiā vsui erit, ad vigilantiam, ad sobrietatem, ad castimoniam nos præparas. Sic sanè & Ephesios Paulus excitauit, illius feritate enarranda. Sed nos nimirum altum dormientes stertimus, quum tamen hostem vsque adeo improbum

habeamus. Atqui, si serpentem ad lectum nostrum latitare sciremus, hic magno admodum studio ad illum perimendum ferremur: diabolo autem in nostris ipsorum animis latitate, nihil aduersi nos pati arbitramur, sed supini, ac desides, animisque concidentes, malis nostris indormim. Cuius rei causam hæc esse arbitror, quod illum corporeis oculis non contuemur, quoniam quæ potissimum nomine vigilantes nos ac sobrios esse oportebat, nam sensibilem quidem hostem facile declines: at inuisibilem, nisi vndique armati fuerimus, difficile euitare possumus: & quidem ob id potissimum, quod recta ille depugnare non nouit: alioqui enim euestigio à nobis victus caperetur. Verum amicitie identidem specie, crudelitatis venenum eiacularur. Ita sanè Iob vxorē induxit induta pietatis persona perniciosum consiliū adferre: sic & cum Adam verba faciens, orationem simulat, qua ostendat se illorum curam ac patrocinium suscipere: quum dixerit, adaperientur oculi vestri quacunque die de ligno comederitis. Sic & Iepthe pietatis ac religionis specie persuasit, filiā ut immolaret, illegitimumque sacrificiū offerret. Vides insidiosas illius vias? vides bellū multiforme? Caueto igitur, te vndique spiritualibus armis sepiens, illius comenta atque artes exactè perdiscito, ut cum te ille capere nequeat, tum verò non magno illum negotio capias, quando & hac quidem ratione Paulus illo superior euasit, hæcce diligenter perdiscēs. Quamobrem & dicebat, Neque enim illius cogitationes ignoramus. Itaque & nos quoque illius insidias tum sentire, tum declinare studeamus, ut reportata nobis de illo victoria, & in hac vita & in futuro seculo victores prædicemur, immortalique bona assequamur, gratia ac clemētia dñi nostri Iesu Christi, per quæ & cum quo patri vnā cum sancto spiritu gloria, imperiū, honor, nunc & semper, in secula seculorum, Amen.

Homilia vndecima.

Enim coplantati sumus similitudini mortis eius, nimirum & resurrectionis erimus. Quod prius diximus, id nunc quodque dicemus: quod videlicet in moralem orationem assidue digreditur, non sicut aliis in epistolis, quas quidem in duo diuidit. ac priorem illarum partem dogmatibus, posteriorem morum curæ partitur, quam tamen hic rationem non sequitur, sed per totam ipsam epistolam mixtim hoc facit, ut plausibilis, acceptabilisque sit oratio. Duas igitur hic ait mortificationes, & mortes ite duas: alteram quidem à Christo factam in baptismo, alteram autem à nobis fieri debere per subsequens studium: Etenim quod priora quidem peccata sepulta fuerint, illius dono tribuendum est: quod autem à baptismo mortui peccato maneamus, studij nostri opus existat oportet. quanquam videmus deum & hic quoque multas ad res vel maximè nobis presidio esse, neque enim istud baptisma valet tantum ad priora peccata delenda, sed & aduersum futura confirmat. Itaque quemadmodum in illis fidem contulisti tuam, ut ea delerentur: sic & in subsequentibus studij mutationem exhibe, ut ne te ipse rursus fordides. Hæc enim & his similia consulens ait: Si enim coplantati sumus similitudini mortis eius, nimirum & resurrectionis erimus. Vides ut auditorem crexerit, ad suum statim dominum illum subuehens, ac multam ostendere conatus similitudinem? Propterea non dixit morti, ut ne contradicatur: sed, similitudini mortis. neque enim hæc substantia mortua est, sed homo is, quæ peccata genuerant, hoc est viciostas.

Psal. 1. b.

Luc. 11.

Matt. 5. g.

† Etenim rapinam bonorum vestrorum, inquit, cum gaudio accepistis: scietes potiorum vos habere substantiam in cœlis ac manentem. hic dormi rasse videtur interpres in euangelio esse putans quod est apud Paulum ad Hebraeos cap. 10. g. Matt. 5. a Luc. 18. b Rom. 8. f

Eph. 6. b. c.

tas. nec dixit, Si enim participes facti sumus similitudinis mortis: sed quid? Si coplantati sumus. Plata quidem nomine, & fructum ex ea nascentem nobis clam significans. Nam quemadmodum illius corpus sepultum in terra, fructum vniuersi orbis salutem tulit: ita & nostrum sepultum in baptismate, fructum tulit, iustitiam, sanctificationem, adoptionem, bona infinita, feret autem & resurrectionis postea donum. Quandoquidem igitur nos quidem in aqua, ille autem in terra, nos per peccati rationem, ille per corporis, sepultus est: ob id non dixit, coplantati morti: sed, similitudini mortis. mors siquidem tam hoc quam illud, sed non eiusdem suppositi. Si igitur, ait, in morte sumus complantati, & resurrectionis erimus: de ea resurrectione hic agens, quae futura est. Nam superius quum de morte disputauisset, dixissetque: An ignoratis fratres, quod quicumque baptizati in Christum sumus, in ipsius mortem baptizati sumus? nihil de resurrectione aperte egit, sed de eo vitae genere, quod baptismum sequitur, iubens in vitae nouitate ambulare. Propterea hoc loci eundem resumens sermonem, illam demum resurrectionem denunciat. atque ut intelligas non eum sentire de ea resurrectione, quae a baptismate existit, sed de illa futura, aduertit. Nam quum dixisset, Si coplantati sumus similitudini mortis eius: non dixit, quod & similitudini resurrectionis erimus: sed, & resurrectionis, non addito similitudinis verbo. ut ne enim diceret: Quomodo, nisi sic mortui fuerimus, ut mortuus ille est, resurgemus, ut resurrexit? Mortis quidem mentionem ubi fecit, non dixit, complantati morti: sed, similitudini mortis. quum autem resurrectionis, non iam dixit, similitudini resurrectionis: sed, ipsius resurrectionis erimus. nec dixit, iam sumus: sed, erimus. & hoc rursus verbo indicans, eam resurrectionem quae nondum facta est, sed ea quae futura est. Postea volens sermoni fide conciliare, ostendit alteram resurrectionem hic factam ante illam, ut a praesenti resurrectione ei fidem habeas, quae futura est. quum enim dixisset, complantati erimus resurrectioni, addidit: *Hoc cognoscetes, quod vetus homo noster simul crucifixus est, ut aboleretur corpus peccati. Cōiunctim & causam, & probationem futurae resurrectionis ponēs. nec dixit, crucifixus est: sed, simul crucifixus est, proximè admoēs baptismata cruci. ob quod & superius dixit: Cōplantati similitudini mortis eius sumus, ut deleatur corpus peccati. non corpus hoc sic vocans, sed malitiam omnem, quemadmodum & veterem hominem appellat totam viciositatem: ac quod non id coniectamus, ab ipso Paulo hoc ipsum per ea quae deinceps sequuntur interpretante, audi. nam quum dixisset, ut deleatur corpus peccati, tum addidit: *Ut ne amplius peccato seruiamus.* Huic enim ipsum volo esse mortuum, non quidem ut deleatur & moriatur, sed ut ne peccet. ac progressus, manifestius adhuc illud reddidit: *Qui enim mortuus est, iustificatus est a peccato.* De quolibet homine hoc ait. Quod quemadmodum qui est vita decessit, in posterum peccato liberatur, mortuus quum iaceat: sic & is, qui a baptismo descendit. quandoquidem enim illic semel mortuus est, peccato omnino mortuus manere oportet. Si igitur in baptismo mortuus es, mane mortuus. etenim vnusquisque mortuus quum est, amplius peccare nequeat. qui si peccat, labefactas dei donum. Tantam ergo a nobis philosophiam ubi exegit, & coronam statim adiecit, dicens: *Si autem mortui sumus cum Christo. Atqui & hoc ante coronam: magna quidem corona,**

A cōmunionem habere cum domino. Veruntamen & aliud tibi praemium, ait, largior. quodnam id? vitam aeternam. *Credimus enim, ait, fore ut cum illo viuamus.* Et vnde id liquet? *Quod Christus qui a mortuis resurrexit, non amplius moritur.* Ac rursus ipsius contemplare cōtentionem, utque a rebus inter se pugnantibus illud adstruat. Quandoquidem enim verisimile erat nonnullos turbati audito & crucis & mortis nomine, ostendit ob hoc ipsum potissimum posthac oportere nos bono animo esse. Caue enim, inquit, putes, quod semel mortuus sit, illum mortale esse. nam hac ipsa de causa immortalis manet. nam mors mortis, eius mors extitit. ac quoniam mortuus est, ob id non moritur. etenim illam mortem peccato mortuus est. Quid est, peccato? hoc est, ne illi quidem morti obnoxius erat, sed propter peccatum nostrum. nam ut illud tolleret, ipsiusque neruos, ac vim omnem rescinderet, ob id mortuus est. Vides quo pacto terruerit. Si enim non iterum moritur, nec iterum lauacrum est. quod si lauacrum non est iterum, caue & tu ad peccatum inclines. Hanc enim omnia dicit contra illud stans sequi; obfirmas, videlicet, faciamus mala, ut veniat bona: & iterum contra illud, maneamus in peccato, ut gratia abundet. huiusmodi igitur suspicionem radicis tollens, omnia haec ponit. *Quod autem viuit, viuit deo:* Hoc est, indissolubiler, ut nullum amplius in id dominatum mors habeat. Si enim mortem priorē, obnoxius quum non esset, mortuus est, sed propter nostrum peccatum: multo magis nunc non morietur, quum illud pessunderit. Quod & ad Hebraeos ait: Semel in cōsummatione seculorum ad abrogationem peccati per hostiam suam apparuit. Et quatenus statutum est hominibus semel mori, sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata: secundum sine peccato apparebit omnibus expectantibus ipsum in salutem. Ostendit autem & vitam secundum deum actam vim, & peccati item potentiam. Vitae quidem secundum deum actae, quod non ultra morietur: peccati autem, quod, si hoc ad mortem obeundam illum praeparauit, qui minimè peccauerat, quomodo non eos perimet, qui obnoxij sunt? deinde quoniam de ipsius verba fecit, ut ne quis diceret: quid verò ad nos dictum hoc? addidit: *Ita & ipsi existimate vos mortuos quidem esse peccato, viuētes autem deo.* Recte dixit, existimate, quandoquidem aspectu ipso repraesentare quod dictum est nunc non licet. & quid existimabimur, inquit, mortuos quidem esse peccato, viuētes autem deo, in Christo Iesu domino nostro. nam qui ita viuit, omnem complectetur virtutem ipsum Iesum habēs. hoc enim est, in Christo. Si enim qui mortui essent, eos excitauit, multo magis viuos retinere poterit. *Ne igitur regnet peccatum in mortali vestro corpore, ut illi obediatis per cupiditates eius.* Non dixit, ne igitur viuat caro, neque operetur: sed, peccatum ne regnet. neque enim venit, ut naturam destrueret, sed ut voluntatem corrigeret. Postea ostendens non vi ac necessitate, sed voluntate nos nostra a malitia possideri, non dixit, ne tyrannidem agat, quod ipsum necessitatis est: sed, ne regnet. Etenim absurdum planè, atque indecens ad caelorum regnum vocatos, pro regina peccatum habere: vocatos ut cum Christo regnent, peccati captiuos esse malle, perinde ac si quis diademate a capite abiecto, intemperius actae mulieri, mendicæ ac pannosae seruitutem seruire velit. Porro quandoquidem graue quidem illud ac difficile, ne peccatum superare, videtur id leue esse ostendat, utque laborè ipsum molliat atque leniat, per haec verba. *In mortali vestro corpore:*

Hoc

Hoc enim declarat certamina ipsa temporaria quidem esse, statimque finem habere. simul autem & priora nobis mala in memoriam reducit, atque adeo ipsius mortis radicem. Hinc enim vel ab ipso initio mortale illud effectum est: sed tamen fieri etiam potest, ut qui mortale corpus habet, non peccet. Vides Christi gratiae adundantiam? Adam enim corpus nondum mortale quum haberet, lapsus est: tu autem morti obnoxium quum acceperis, coronam ferre poteris. Et quomodo regnat peccatum, inquires? non a propria virtute, sed a tua socordia atque ignauia. Itaque quum dixisset, Ne regnet: & modum quoque regni huiusce ostendit, addens, ac dicens, Ut illi per eius cupiditates parētes dicto sitis. non enim honos fuerit corpori licentiosè omnia gratificari, atque indulgere, sed summa plenè seruitus, & ignominiae intentio. quum enim quae vult facit, tum demum omni libertate orbatum est. quum autem distinetur, prohibeturque, tum vel maxime propriam dignitatem tuetur. *Ne autem exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed arma iusticiae.* Consequitur ergo ut corpus medium sit, vicium inter & virtutem, quemadmodum & ipsa arma. Vtracunque autem opera fiat, ea ad eos referuntur, qui eisdem armis vtuntur: ut si tam miles pro patria decertas, quod siarius contra domesticos armatus, eisdem armis muniantur. neque enim armatura crimen id sustinebit, sed ipse potius, qui illam in malum conuertunt vsuum. quod & in ipsa carne dicere possumus, vel hoc, vel illud effecta pro ipsius animi sententia, non pro propria natura. Etenim si alienam pulchritudinem curiosus perscrutatus fueris, hic arma iniquitatis effectus est oculus, non a propria efficiētia: oculi enim est videre, non impudicè videre, sed a iubeatis cogitationis malicia. qui si illum continueris atque refrāneris, tum iusticiae arma effectus est. eadem ratione & in lingua, in manibus, in reliquis aliis. recte autem peccatum iniquitatis nomine designauit. vel enim semet quis vel proximum, peccans, iniuria afficit: seu potius se ipsum prius, quam proximum. abducens igitur a malicia, ad virtutem ducit, dicens: *Sed exhibete vos ipsos deo, tanquam qui ex mortuis viuatis.* Vide ut a nudis nominibus exhortetur. Illic quidem peccati verbo vsus, hic autem dei, ostendens enim quāto inter se interuallo ipsi regnantes dissideant, omni venia militem eum priuauit, qui dei desertor, sub peccati regno nomē dare, merere, atque in acie stare concupierit. non hac autem solum ratione, sed & per subsequētia hoc adstruit, dicens: *Tantum quā qui ex mortuis viuatis. per haec enim tum peccati eiusdem perniciem, tum doni dei magnitudinem ostendit. Cogitatore enim, inquit, cum qui essetis, tum quid facti fueritis: quina ergo eratis? mortui, & perditionem perditum nulliunde emendabilem (neque enim quisquam erat qui opem ferre posset) & qui tandem ex mortuis illis redditi estis? viuētes vitam immortalē: & per quem per eum qui potest omnia deum. Ergo sub hoc ipso par est militare, & quidem tanta cum alacritate, cum quanta cōuenit eos qui ex mortuis viui sunt effecti. *Et membra vestra arma iusticiae.* Igitur non malum est per se corpus: siquidem fieri etiam potest, ut arma iusticiae effici illud queat. armorum autem verbo vsus, ostendit & bellum quoque graue imminere: qua de causa armatura nobis forti opus est, generoso ite animo, quique belli eiusdem naturam probe calleat: tum verò ante omnia duce. Ac dux quidem praesto est, ad ferendas suppetias semper paratus. Idem inexpugnabilis manens, for-*

Tomus quartus.

A tibus ab eo armis nobis apparatis. superest autem, ut ea voluntate praediti sumus, quae decenter atque ex vsu arma pertractet, sic ut ducis dicto parens, arma pro patria sumat. Nos igitur ubi ad tam magna hortatus est, in memoriamque reuocauit & arma, & pugnam & bella: vide ut rursus militi animos addat, ut inungat ac praeparet alacritatem, dicens: *Peccatum enim vobis non amplius dominabitur: non enim sub lege estis, sed sub gratia.* Si igitur non amplius nobis dominaturum est peccatum, quia tandem causa tot tantaque praecipit atque interdicit: dicens, Ne regnet peccatum in mortali vestro corpore: & Ne exhibeatis membra vestra, arma iniquitatis peccato. Quid igitur dictum hoc sibi vult orationis cuiusdam seminariae fundamenta hic iacit, quae postea explicaturus est, ac diligenter adstruatur. Quamnam igitur est ista oratio? Corpus nostrum ante Christi aduentum facile expugnabatur: vna enim cum morte magnum etiam effectum veluti examen introierat. Itaque corpus idem non valde agile erat ad eum cursum, qui ad virtutem ferret. neque enim spiritus aderat, qui opem afferret: neque baptismata, quod motificare posset. Sed effraenis equi ritu currebat quidem, aberabat autem identidem, lege tum quae agenda, tum quae vitanda essent, dictitante quidem, nihil tamen amplius extra verborum admonitionem iis qui dimicarent, adferente. At posteaquam Christus aduenit, faciliora certe certamina sunt effecta. Propterea maiores & nobis certaminum capi, maiora theatra propostita sunt, tanquam maioris auxiliij participibus effectis. vnde & Christus dicebat: *Nisi abundauerit iusticia vestra supra scribarum ac Pharisaeorum iusticiam, non intrabitis in caelorum regnum.* Sed hoc ipsum quidem in subsequētibz apertius dicit. Interim autem hic breuibus illud clam indicat, ostendens peccatum, nisi magnopere succubuerimus, neququam nobis superius euasurum. neque enim lex adest, quae tantum iubet, sed gratia: ea inquam gratia, quae quum priora cōdonat, tum verò ad futura nos munit, ac cōfirmat. Etenim illa post susceptos labores, coronas pollicebatur. Hanc autem prius coronauit, ac tum demum ad certamina traxit. Mihi porro videtur Paulus non omnem hominis fidelis vitam hic significare, sed cōparationem facere baptismatis ac legis. Id quod & alibi ait, his verbis: *Litera quidem occidit, spiritus autem viuificat.* Nam ipsa quidem lex redarguit praetergressionem, gratia autem soluit praetergressionem. Quemadmodum igitur illa redarguens constituit peccatum, sic haec cōcedens non finit esse sub peccato. Quo fit, ut duplici ratione sis hac tyrannide liberatus, partim quod sub lege non amplius sis, partim quod gratia potitus sis. Atque ubi per haec fecit ut auditor respiraret, illum rursus confirmat, ex obiectione admonitionem inducens, ac sic locutus: *Quid ergo peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit.* Primum quidem interdictionem vsurpat, quod videlicet valde absurdum id dictum sit: post autem & orationem ad admonitionem educit, ostenditque certaminum magnam esse facilitatem, sic inquiens: *Nescitis quod cui exhibuistis vos seruos ab obediendum, serui estis eius, cui obediistis, siue peccati ad mortem, siue obedientiae ad iusticiam?* Nondum, inquit, de gehēna disputo, nec de vehemēti illo supplicio: sed de praesenti probro ac turpitudine, quum vos serui efficiamini, & serui voluntarij, & serui peccati: & quidem tali eum mercede, ut moriendum vobis rursus sit. Si enim ante ipsum



ante ipsum baptisma mortē effecit corporalem, vulnūq; tāta curatione indiguit, vt qui omniū esset dominus, ad mortem vsque deuenerit, atq; ita demum malū soluerit, post tantum donum, post tantā libertatem, hoc ipsum rursus peccatū te vltro sibi succubentē ac manus dantem si fortē deprehēderit: quid tandem effecturum nō fuerit? Ne ergo ad tantū bathrū accurras, neu vltro te ipse prodas. Nā in bellis quidē vel nolentes & inuiti produntur saepe milites: hic autē nisi ipse vltro transfugeris, superabit te nemo. Illos igitur vbi a decoro pudefecit, terret & a prāmiis, ac ponit vtriusq; mercedē, iusticiā ac mortem, mortē non quidē talem, sed multo quidem pestilentiorē. Si enim Christus nō vltra est moriturus, ecquis illā soluet mortem? certē nullus. Igitur aeternum supplicium, ac poena sempiterna necessario subeunda, neq; enim amplius mors adest sensibilis, vt hic, ipsum corpus cōsopiens, atq; ab anima separās. Postremus enim hostis aboletur, mors, vnde immortale futurū est supplicium. At verò deo obediētibus nō sic cōtinget, vt quibus iusticia, & quae ex ea germinat bona, prāmia sunt futura. *Gratia est autem deo, quod serui peccati eratis, obediistis autē ex corde in eū doctrinā typum, in quē traditi estis.* Vbi pudefecit a seruitute, vbi terruit a prāmiis, & adhortatus quidē est, illos corrigit, emēdatq; rursus a beneficiorum memoria, per hanc enim ostendit, q̄ ingentibus malis liberati sunt, & quod nō propriis laboribus, & quod quae futura sunt, ea faciliora erūt. Nam quemadmodum quum quis crudelis tyrāni alicuius captiuū captiuitate ea a se liberaū, hortatur posthac ad tyrannum ne reuertatur, tum illi memoriā refricat grauissimā durissimēq; illi tyrānidis: ita & Paulus quae prēteriere mala, per eas quas deo agit gratias, manifestissima ac significantissima reddit. neq; enim humanā, ait, potētia fuit, q̄ ab illis malis erepti erutiq; fuerimus: sed deo & habēdā & agendē gratiā, qui id & voluerit, & potuerit. ac rectē dixit obediistis ex corde. neq; enim vi coacti aut necessitate adacti estis, sed voluntate vestra, studio, atq; alacritate coniuncta vos ab illis malis subtraxistis. Hoc porro & laudantis est simul, & morsu illos attingētis. qui enim vltro accessistis nullam vim perpessi, quam tandem habere veniam, quam defensionē obtendere possitis, ad pristina reuersi? Deinde vt intelligas negocij totius laudē non tam ad illorum gratum beneuolumq; animum, quam ad dei gratiam ac beneficentiam referendam, quum dixisset, obediistis ex corde: addidit, in eum doctrinā typum, in quem traditi estis. nam obediētia ex corde profecta, liberū arbitrium denotat: traditos autē illos esse, dei auxilium significat. quis porro doctrinā typus hic? nempe vita recta, vita optimē & honestissimē instituta. *Ceterum liberi a peccato, serui facti estis iusticiae.* Hoc loco Paulus dei ostēdit dona duo: alterum, q̄ nos ille peccato liberauerit: alterū, quod iusticiā mācipauerit. Id quod omni etiam libertate antiquius praestantiūq; est. Nobiscum enim ille similiter agit, atque si quis puerum orphanū natus, a barbaris raptum, inq; illorum regionē abductum, ipsum nō solum captiuitate liberet, sed & patrem sese illi officiosum studiosumq; praebat, tum praecellēti aliqua dignitate cohonestet. Quod sanē in causā nostra effectum est. neque enim pristinis peccatis solum liberauit nos deus, sed & ad angelicā vitam deductis, optimi instituti ac regiminis viam no-

bis muniuit: eodē nos iusticiē tutelē, ac praesidio tradens, vetera omnia mala perimens, veterem hominem mortificās, deniq; ad immortalem vitam praetator deducens. **Morale.**

In hac igitur vita perseueremus ipsi. Nam multos sanē inuenias, qui quanquā tibi & spirare, & pedibus ingredi videantur, tamen infeliciores sunt cōditionis, iis quos mortuos esse cōstat. Etenim varij sunt mortis modi. Alius est corporis: iuxta quē Abrahā mortuus quum esset, haudquaquā mortuus erat. ait enim scriptura, Deus nō est mortuorum, sed viuorū deus. Alius animae: quem Christus significare nobis quū voluit, dixit: Sine vt mortui suos mortuos sepe-liant. Alius qui per sapientiam fit, qui idem cōmendabilis laudabilisq; est: de quo Paulus, Mortificate, ait, mēbra vestra, ea dico quae in terra sunt. Alius qui in baptisate fit, eius quidem auctor quē postremū posui. Nam vetus, inquit, noster homo crucifixus est: hoc est, mortificatus. His ergo intellectis, illā quidē mortificationē fugiamus, per quam vel viuētes morimur. hanc verò ne exhorrescamus, per quā mors ea quae omnium cōmunis est, oboritur. duas porro alias (quarum altera beata est, eadē a deo data: altera cōmendabilis, eadem partim a nobis, partim a deo effecta) deligamus, & amulemur. Atque harum duarū alterā quidem Dauid beatā affirmat, quum ait, Beati quorum remissa sunt peccata, alterā Paulus admiratur, sic ad Galatas scribēs: Qui Christi sunt, ij carnē crucifixērūt. Ex duabus autē illis quas paulo antē veno veluti iugo copulauimus, alteram quidē contemendā esse ait Christus, dicēs: Nolite timere ab iis qui corpus quidē occidūt, animā verò occidere nō possunt. alteram autem timēdam: Eum enim, ait, timete, cuius in manu est animā ac corpus in gehennā perdere. Itaque hac morte euitata, illā mortificationem deligamus, quā & beatam & admirabilem diximus, vt aliarū duarū alteram deuitemus, alteram extimescamus. nihil enim nobis profuerit Solē intueri, comedere, bibere, nisi vita bonis operib; cōstās adfuerit. Quid enim obsecro prodest regi ei qui cōchyliatus purpuratusq; est, qui que bellicorum armorū instructū nō caret, si idē subditos nullos habeat, sed omnibus obiectus sit insultare iniuriāq; afferre volentibus? Eadem ratione nullū Christiano ei lucrum accedet, qui fidem habuerit, suūque ad credendū deo animū induxerit, tum donum id acceperit quod baptisma ipsum cōsequitur: affectibus autem obiectus obnoxiusq; interim fuerit. sic enim maior illi cōtumelia, maius dedecus inuretur. Nam quemadmodum ille diademate redimitus, purpurea veste amictus, ab eo quidem ornatu nō solum nihil quicquam lucri ad domesticā dignitatem tuendam assequitur, sed & illam quoq; per priuatum dedecus contumelia afficit: ita & fidelis corruptē ac perditē viuēs, nō solum non veneratione dignus, sed vel magis ludibrio habēdus. Quicumque enim, inquit, sine lege peccauerit, ij & sine lege peribūt: & quicumq; in lege peccauerit, ij per legē iudicabunt. & ad Hebrēos scribēs: Qui Moysi, ait, legem aspernatus fuerit, absque misericordia sub duobus aut tribus testibus moritur. Quāto putatis grauioribus illum affligendū suppliciis, qui filiū dei cōculcarit? Et id quidem iure optimo. Supposui subieciq; tibi, inquit, p baptisum omnes affectus, quid igitur causae est, cur tute in tantum donū iniurius extiteris, alius pro alio effectus?

Interemi-

Interemi ac sepeliui pristina tua peccata, tāquā lubricos. quid igitur alia peperisti? Sunt enim lubricis peccata deteriora: nam hi corpus, at illa animā labefaciunt, ac maiorē sanē putorem pariunt. id nos tamen minus sentimus: inde fit, vt animā expurgare negligamus. Neq; em̄ qui se vino obruit, sentit quātra sit vini putrefacti abominatio: qui verò sobrius est, id probē nouit. Idē & in peccatis vsu venit. Qui tēperatē, qui castē viuuit, huic ignota nō est illorū execratio, cōenum, macula: qui verò se totum ad maliciā dedit, quadā tanquam ebrietate oppressus, ne ipsum hoc quidem nouit, q̄ a grotet: habētque ipsa in primis viciōsitas malum hoc grauissimum, quod qui in illā collapsi fuerint, eos ne dignoscere quidem sinit perniciose propriē magnitudinē: quin potius sic affectos illos reddit, vt in ceno quū volutentur, vnguētis tamē se delibutos putēt, quā illi de causa eximere sese inde nō queūt, sed vermiculis referti, tanquā lapillis p̄ciosis ornati, ita sibi placēt, vt eos vermes interimere nolint, sed intra se enutriāt, adolefcere sinēt donec illos ad futuri seculi vermes reiiciant. nā hi illorum sunt cōciliatores, nec cōciliatores tantū, sed & parentes nunquā intereuntium. Ipsorum enim vermīs, ait, non morietur. hi vermes gehennā incendunt eā, quae nunquā extinguitur. vt ne igitur id fiat, malorum fontē exsiccemus, fornacē extinguiamus, maliciē radicē ab imo extirpemus. nā malā arborē si a summo excideris, nihil quicquā profeceris, radice infernē adhuc manente, atq; de integro germē idē producēte. Quānam igitur malorum radix est? Disceito a bono plantatore, talia probē callente, vitem spiritualem veram curante, vniuersum terrarum orbem colente. quānam ergo hic esse ait malorū omnium causam? pecuniarum cōcupiscentiam. Radix enim, inquit, malorum omniū est auaritia: hinc pugna, hinc inimicitia, hinc bella, hinc cōtentiones, conuicia, suspiciones, cōtumelia, hinc caedes, furta, sacrilegia, propter hanc nō ciuitates, ac regiones modo, sed & viae ipse, & qui habitatur, & qui minimē habitatur orbis, tum mōtes, saltus, colles, vnoq; verbo omnia sanguinis ac cordis plena sunt, ac ne a mari quidē malum hoc temperauit, sed & illorūq; insanē admodū debacchās certa cum perniciose irrepsit, piratis illud vndiq; obsidentibus, ac nouum quendā depradationis modum comminiscētib; propter hanc & naturē leges subuersas, & cogitationis instituta sedibus suis cōuulsa, & substantiā ipsius iura corrupta sunt. pecuniarum enim tyrannus non cōtra viuos modō, sed & cōtra vitam iam defunctorū, tales tamque impias armavit dextras. [suntq; qui ne cū morre quidem foedus illos cōtingens feriunt] quinimo sepulchris perfractis contra demortua corpora scelestas impurasq; manus intendunt: ne eum quidē qui a vitē huius molestiis exēptus iam sit, sinentes a suis ipsorū insidiis eximi. Iam quotquot inuenias siue in domo, siue in foro, siue in iudiciis, siue in curiis, siue in regiis, siue vbicunq; vis indidē mala omnia pullulare videbis. hoc enim, hoc inquā malū est, quod omnia tum sanguine, tum caede cōpleuit: hoc gehennā flammā incendit: hoc perfecit, vt ciuitates ipsae nihilo melius, imō multo deterius haberēt, q̄ loca vasta, ac deserta, nam qui obsessis viis insidias nobis strunt, ab iis cauere perfacile, vt pote qui non cōtinent nos adoriantur: qui verò mediis in vrbibus illorum exemplum imitantur, tantō sunt illis pestilēti-

† ac ne morte quidē interueniente ipse recedant.

res, quāto difficilior fuerit ab his q̄ ab illis cauere. quod em̄ illi scelus clam & obscure audēt, hi palam ac fidētes aggrediūtur. Nam quae leges hac de causa latae sunt, vt illorū tollatur malicia, eas illi leges ad sui auxiliū quū pertraxerint, huiusmodi caedibus ac sceleribus ciuitates cōplent. An non, obsecro, caedes ac caede etiā deterius, eferuēt pauperem addicere, in carcerē conicere, atq; adeo vnā cum fame, qua tū illum cōfeceris, & tormētis item dedere, infinitisq; verberibus caedere? quāuis em̄ hęc tu nō facias, tamē si causa a te fuerit, qua causa ea fiat, facinoris auctor potius cenferi debes, q̄ quibus ministris facinus idē peragitur. Etenim parricida mucrone statim impacto, ad breue tēpus dolorem inurēs, tormentū vltērius nō intendit. At tu scycophantiis, vexationibus, insidiis, lumē illi tenebras reddēs, eo fraudis ac calamitatis illum adigens, vt millies mortem sibi adfore precetur: cogitato quēso, quot mortes pro vna adferas? Et quod omnium grauissimum est, rapinē atq; auaritiā incūbis, interim non paupertate pressus, non fame te ad id impellente, sed quō equi tui frānū, domus tectum, columnarum capita copiose inaurētur, hoc ipsum verò quantam gehennam meretur? quum tute fratē tuum, qui videlicet bonorum arcanorū tecū particeps effectus, atque eouſque a domino honoratus est tuo, in infinitas calamitates praecipitem agis, vt lapides, vt domus tuae pauimentū, vt animātium ratione carentiū, ornatūq; huiusmodi minimē sententiū corpora exornes? Tē ne tam sollicitā alendi canis curā gerere, hominem autē, seu verius dicam Christum ipsum, propter canē, & ea quae modo diximus omnia, ad summā famē adigi? quid hac cōfusione pestilēti? quid hac iniquitate letali? quot tandē ignei fluuij ad huiusmodi animā depascendā, satis esse possint? Hem qui ad dei similitudinē expressus est, p̄nosus, indecorusq; iacet per tuam inhumanitātē, muli autem vxorem tuā portantes, tum autē pelles, & ligna, quibus tectū illud texitur, multo auro splendescūt. ac si sedile, si scabellū cōficiendū est, vbiq; aurum, vbiq; argentū: Christi autē membrū, & is quē propter cōelo ad nos deus descēdit, sanguinēq; preciosum effudit, auaritia tua ne necessariū quidē cibum habet. & lectuli quidem argento vndique cincti, vndiq; ornati sunt: sanctorū verò corpora vel necessario operculo carēt. ac tibi minoris fit ipse Christus, q̄ famulorū grex, quā muli, q̄ lectus, q̄ sedile, quā scabellum. Omitto enim vasa his etiam viliora, quae ipsa quānam esse possint, vobis cogitandum relinquo. Qui si horrescis ad harū rerum auditionem, ab his peragendis manus abstineto, ita fiet, vt tibi nihil nocēant quae diximus, abstineto inquā, atque eiusmodi insanā desinito. manifestaria enim insania est, adhibētū tantum in iis quae diximus, studium. Quamobrē illis praetermissis in cōelum vel sero tadē intueamur. diem illū qui necessario futurus est, in memoriā redigamus: animo versemus terribile illud iudiciū: tum autē exactas illas disquisitiones, incorruptūq; suffragiū. Consideremus deū hac omnia videre, nec tamē fulmina in nos cōelo vibrare: etiā si nō fulmē modō id genus facta mereatur. sed neq; hoc facitāt tamē ille. nō mare in nos immittit, non terrā mediam perrumpit, non Solem extinguit; nō cōelū vnā cum astris eiacularat: deniq; nō omnia de medio tollit. Verū in suo ordine esse, nobisque subseruire creaturam vniuersam permittit. Hęc igitur

Tomus quartus.

d ij tū

tur expendetes, clementie eius magnitudinē exhorrescamus, ad propriam nobilitatē reuerſi: quandoquidē vt animatōs nos video, certē nihilo meliore sed deteriore cōditiōe sumus, quāque ratione carent animalia. Illis enim consanguineorum amore captis naturæ cōmuniō satis est ad mutuum inter se affectum atq; amorē. Tu verō vnā cum naturæ vinculo, infinitas causas quum habeas, te mēbris cū propriis cōstringētes, atq; connectētes, rationem, qua ornatus præditusq; es, pietatis ac religionis cōfortiū, infinitorum bonorum cōmunionem: nihilominus tamen brutis eisdē inhumanior es effectus, vt qui cū erga ea, quæ sensu omnino carent, studium impensum præ te feras, tum verō dei tēpla fame ac nuditate perire negligas, illa eadē persæpe mala in infinita obtudēs. Qui si ea facis gloriæ amore captus, fratris certē tui multō maiore cūram te habere cōueniebat. Quæ equi, quod enim melior is fuerit, qui liberalitatē sensit tuā: hoc tibi splendidior ab illius cura ac studio laurea texit. neq; sanē intelligere te puto in cōtraria te incurrere, scilicet cōtrariū aduersum te accusatoris cōparare, quis enim nō de te oblocutus sit? quis te nō insimulet summæ crudelitatis, atque inhumanitatis, quum videat humanū te genus vilipēdere, bruta autem hominibus antepone, atq; vnā cum brutis domesticis vasa ac supellectilē maiore te in precio quā homines ipsos haberi? An nō audiisti, Apostolis dicentibus, eos qui primi verbū exceperunt, & domos & prædia diuendidisse, quo fratres enutrirēt? Tu verō tum domos diripis, tum prædia interuertis, vt equū, vt ligna, vt pelles, vt parietes, vt pauimēta exornes. & quod grauius quidē est, hanc ad eō infamiam non viri tantum, sed & scēmæ quoq; infantiūt: quæ sanē maritos suos ad stultum hūc, infrugiferūq; laborem cōponentes, illos vbique potius, quā vbi opus est, sumptum facere cogunt: quas tamē si quis fortē hoc nomine improbauerit, ac reprehēderit, meditatam ac cogitatam audiet defensionē, criminatio nis plenam. Et hæc enim, aiunt, & illa itē sunt. Quid ais? te non pudet hæc proloqui? te non pudet vnā cū equis, mulis, lecis, scabellis esurientē Christum annumerare, seu verius dicam, ne cum his quidem illum, sed maiorem partem hisce, illi autem vix modicam impertiri? an verō nescis tum tui, tum tuarum fortunarū, rerumq; omnium dominium penes illū vnum esse? an nescis illum corpus tuum finxisse, animam tibi gratuito contulisse, mundum vniuersum fuisse largitum? quum tu interim ne pusillā quidem horum remunerationē repēdis. Iam si paruam domunculam certa pensione locaueris, pensionem ipsam seuerus rigidūque exigis, creaturæ autem illius fructū percipiens, orbem tam latum inhabitans, ne tantillum quidem mercedulę pensitare sustines: sed inani gloriæ tū te ipsum, tum tua omnia dedis. Illinc enim omnia hæc veluti appensa sunt. nam neque equus melior, quantū ad ipsius virtutem, euaserit, huiusmodi ornatu ac phaleris superbus, neq; illius itē fessor: qui & hoc nomine nonnunquam vilior, contemptibiliōrque redditur. multi enim sessore præterito, ad vnus equi faleras oculos traduccunt suos, tū autē ad famulos hinc insequentes, hinc antecedentes, eosdemq; subnixis alis ingredientes, atq; obuios quosq; cubito propulsantes: eum verō qui huiusmodi satellitio cinctus incedit, & oderūt, & tanquā publicum auersantur hostem. At vero animū quum ex-

que inuulsa sunt.

Acto. 2. g

ornas, nō hoc euenire solet. tum enim & homines, & angeli, & angelorū dominus, deniq; omnes laureā tibi intexūt. Quapropter si glorię sities es, faceſſe ab iis quæ tibi in manibus sunt, animumq; non domū exornato, quō splēdidus sis & illustris. nam vt nunc quidem animatum te video, nihil quicquā te vilius esse queat, qui animā defolatam quum habeas, aliud nihil quā domus tuæ pulchritudinē ostentes. Qui si quæ hic à me dicta sunt, ferre nō potes, audi quid olim peregrinus quidā ac prophanus homo fecisse dicatur: pudeatq; tandem te vel extere philosophię. Ferunt quendā ex eorum, quē dixi, numero hominum, in domū quampiam splēdidam, multo quidē auro radiantem, magna adeo lapillorū ac columnarum pulchritudine fulgurantem ingressum fuisse. quum autē domus eiusdē solum variis tapetibus ac peristromatis stratū vidisset, in domini os cōspuisse: deinde ob hoc increpitū, hoc colore se excusasse, quæ tota in domo nihil videret ad excipiendū oris recrementū opportunius, ob idq; coactum se illius os eacōtumelia afficere. Vides vt ridicul⁹ omnibusq; despicabilis sit, iis quidē certē qui mētis cōpotes sunt, quisquis externo sese ornatu venditat. & quidē iure optimo, neq; enim si quis vxore tua posthabita, in pannis, in vili ac lacero habitu relicta, illius ancillas sumptuosis vestibus induat, factū hoc æquanimitè feras, verū & excandescas, & inexpiabilē tibi iniuriam factā interpreteris. Hoc ipsum igitur in animæ causa expēdito. Nā quoties parietes, ipsamq; domū tuę supellectilē exornas, elemosynam autem abundantē non præbes, neq; te reliqua colenda philosophia exeres: profecto aliud nihil, quā id, quod dixi, quodq; eo etiā pestilentius est, facis. Nam seruam inter ac dominam discrimen nullum. at animam inter & carnem ingens differentia. quod si ita est: multo certē magis animam inter & domum, animam inter & lectum, & scamnum. quānam igitur defensionem, quæ idonea quidem sit, obtendere possis? qui hæc omnia argente contingas, includasque: illam autem pannosā, squalentem, esurientem, vulneribus refertam, infinitorum canum dentibus diuelli negligas, tum autem censeas magnam ab hocce rerum externarū ornatu gloriā tibi esse cōquisitam. Id quod sanē summæ amentię est: ab iis videlicet rebus tibi placere, vnde & ludibrium, & probrium, & dedecus, & infamiam, vnōque verbo extremum tibi accerfas supplicium. Quamobrem exhortor, omnibus iis perpensis vel fero raudem vt respiscamus, nōsque nobis ipsis asseramus: tum rerum externarum ornatum hunc ad animam deriuemus. Hoc pacto & incolumis ornatus idem manebit, & nos angelis pares efficiet, & immortalia item bona conciliabit, quæ vtinam assequi omnes possimus, gratia & clementia domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia duodecima.

**H**umanum quiddā dico, propter infirmitatē carnis vestra. Sicut enim præbuisſis mēbra vestra serua immūdicie & iniquitati ad iniquitatē, ita & nunc præbete mēbra vestra serua iustitię ad sanctificationē. Posteaquā magnam vitæ curam, diligentiamque postulauit, iubens mundo ac maliciæ mortui vt simus, atque ad peccatorum opus immobiles maneamus: visusq; est magnum quiddam atque onerosum dixisse, ac tale, quod humanū transcenderet ingenium, ostendere volens,

volēs, nullū se postulare onus, quod humeris nostris impar sit, neq; quātū oporteat eum ferre, qui tantū à deo donū sit consecutus, sed admodum moderatū & leue id ipsum à cōtrariis argumētatus adstruit. itaque inquit: Humanū quiddā dico, ac si diceret ab humanis cogitationibus, ab iis quæ in consuetudinē cadunt: nam modū nobis, moderationēq; verbi huius, humanū, appellatione denorat. etenim & alibi quoq; ait, Tentatio in vos non inuasit, nisi humana: hoc est, moderata & pusilla. Sicut enim præbuisſis mēbra vestra serua immūdicie & iniquitati ad iniquitatē, ita nūc præbete mēbra vestra serua iustitię ad sanctificationē. Quamquā magno inter se domini ipsi interuallo distidēt, tamē parem, inquit, seruitutis modū flagito. Oportebat quidem multo etiam amplius adferre, ac tantō etiā amplius, quātō ipsa hæc seruitus dominatu illo tū maior tum melior est: sed tamē nihil ego amplius depesco, propter infirmitatē. nec dixit infirmitatē vestræ vel volūtatis, vel propēſionis atq; alacritatis, sed carnis orationē min⁹ inuidiosam ita reddēs. atqui illud quidē immūdicia, hoc autē sanctificatio: illud iniquitas, hoc autē iusticia. Dices, Quis tādē eousq; miser, eousq; infelici sydere natus esse queat, vt ne studij quidē tātundē, Christi, quātū peccati ac diaboli seruituti impēdat? Igitur audi quæ sequūtur, atq; apertē intelliges, ne istud quidē pusillū nos impēdere. quādoquidē enim prolatum hoc sic simpliciter nec credibile esse, nec acceptabile videbat, nec audire quilibet sustinisset, se Christo tantundē non deseruire, quātū diabolo deseruisset, per ea quæ insequūtur ipsum hoc adstruit, ac credibile facit, illā seruitutē in medium afferens, ac dicens quo pacto illi seruire. Quum enim essetis, inquit, serui peccati, liberi eratis iustitię. Quod autē ait, hunc habet sensum: Dū in malitia viueretis, i in iusticia, in summis malis, tāta cū obedientia viuebatis, vt prorsus boni nihil ageretis. Hoc em̄ significāt verba hæc, liberi eratis iustitię: hoc est, nō eratis illi subditi, sed alienati ab ea prorsus: neq; em̄ seruitutis modū distribuebatis partim iusticię, partim peccato, sed ipsos vos totos dedebatis malicię. Igit̄ & nūc quosq; posteaquā ad iusticię cultū vos traduxistis, ipse vos totos ad virtutē date, nullū prorsus vicio locū relinquetis, vt in eo vel æqualē saltē modū seruare vos ostēdatis: quāquā nō ipsius dominij solum, sed & seruitutis quoq; magnū adeo sit discrimen. Id quod liquidō admodū explicat demonstrās quibus in rebus tum seruirēt, quibus autē nunc seruiant. necdum tamen exprimit damnū ē re nascēs. sed erubescentiā interim. Quem enim, inquit, fructū habuistis tūc in illis, in quibus nūc erubescitis? Talis enim erat seruitus, vt illorū etiā recordatio, pudorem vel nūc pariat, quod si recordatio sola pudore afficit, quātō magis ipsa actio: quāobrē duplici nomine nūc lucrificastis: tum erubescētia liberati, tum edocti, quibus i sordib⁹ versaremini, quē admodū id tēporis quoq; dupliciter, ledēbamini tū ea perpetrātes quæ erubescentiā mererentur, tum ne erubescere quidē scientes, quod priore mai⁹ erat: sed tamē vel sic in seruitute perseuerabatis. Quū igitur plus satis ostēdit, quale fuerit facinorum tum perpetratorū nocumētū, ab ipsa videlicet erubescētia exortū, ad ipsam rem progreditur. res verō quæ tandem erat? Nam finis illorum mors est. Quandoquidem enim erubescētia, nō admodū graue malū esse videbatur, ad id quod valde terrificū est, accedit, mortē dico: quāuis & quod pri⁹

1. Cor. 10. 6.

dictū fuerat, sufficeret. Cogita em̄, quousq; vicioſitas ipsa pgressa esset, quū vel supplicio liberati, erubescētia liberari nequirēt. ecquā igit̄ mercedē, ait, ab actione expectas, quū præsertim supplicio liberat⁹, vel ab ipsa sola memoria erubescis, ac pudore suffunderis? quāuis in tāta etiā gratia cōsistas. At nō perinde se habēt quæ dei sunt. Nunc verō manumissi à peccato, serui autē facti deo habetis fructū vestrum in sanctificationē, finē autē vitā æternam. Illorū enim operū erubescētia vel post manumissionē, horū autē fructus sanctificatio. Vbi autē sanctificatio, ibi fiducia ingēs. Illorū finis, mors: horū autē, vita æterna. Vides vt horū partim iā data esse ostēdat, partim in spe reposita? atq; ab iis quæ iā data sunt illa confirmat, à sanctificatione vitā æternā. vt ne enim dicas omnia in spe esse posita, ostendit & te iam fructū percepisse, primum q; malicia liberatus sis, malisq; huiusmodi, quorū vel recordatio in animū influens, pudorē parit: deinde q; sis iusticię seruus effectus, tum q; sanctificationē sis affecutus, tum q; vitā adeptus sis, & quidē non temporariā, sed æternā. Quæ ipsa omnia quū sic se habeāt: tamē vel ex equo, inquit, seruite. Tametsi em̄ ipse domi⁹ valde præcellēs est, estq; seruitutis & premiorū pro quibus vos in seruitutē datis, ingens discrimē, tamen amplius nihil hīc postulo. deinde quoniā armorum ac regis mentionē fecit, in metaphora perseuerat, dicens: Stipendia enim peccati, mors: gratia autē dei, vita æterna in Christo Iesu domino nostro. Peccati stipēdia quū nominasset, de bonis verba faciēs, nō eūdē seruauit ordinē. neq; em̄ dixit, merces rectē factorū vestrorū: sed, gratia autē dei, ostēdēs illos suo Marte liberatos nō esse, neq; quod debitū esset accepisse, nec id quod datū illis est, esse aut retributionē, aut remunerationē laborū, sed oīa gratia obuēnisse. Quapropter & hīc excellētia existit: nō q; deus liberauerit, neq; q; ad meliora illos traduxerit: sed q; ne liberātes quidē aut suadātes, nō liberauerit solum, sed & multo maiora illis dederit, & ea itē per filii dederit. Hæc porrō interseruit omnia, quoniā quidē & de gratia verba fecerat, & legē iā dieicturus est. vt ne em̄ hæc vtraque seigniores illos redderēt, media interposuit, quæ ad exactā vitæ rationē pertinet, auditorē ad virtutis summā curā vbiq; excitās. Quum autē peccati stipēdia mortē appellat, terret rursus, & aduersum futura confirmat. nam per quæ illis priorū memoriā refriecat, per ea eisdē præparat ad gratias deo agēdas, simul cōfirmatiores ad omnia quæ imminere possent reddit. Hoc igitur loco institutū de moribus sermonem absoluēs, ad dogmata rursus trāsit, ita inquit: An ignoratis fratres, scientibus enim legem loquor. Postea- Cap. VII. quā enim dixit, q; mortui peccato sumus, ostēdit hoc loco quod nō solū illis peccatū non dominatur, sed ne lex quidē. q; si lex non dominatur, multo minus peccatū. Orationē porrō cōdulcās, leniensq; ab exemplo ad homines ptinēte hoc ipsum apertū facit, ac videtur quidē vnū dicere, duo autē ponit propositi argumenta ac fundamenta. alterum quidē, quod mortuo viro, non subdita est mulier legi viri: nec est qui eam prohibeat, quō minus alterius fiat vxor. alterum, q; hic non solum vir mortuus est, sed & mulier, sic vt duplicē nacta sit libertatem. Si enim mortuo viro liberata ea est mariti imperio, quum & illā mortuā constiterit, multo magis liberata est. nam si res vna illā mariti potestate liberat, multo magis due cōcurrentes. Descensus igitur ad harū rerum pro-



† homini sic mox viro, & mulieri, sine præpositione in.

bationem, cum auditorum laude incipit, dicens: An ignoratis fratres, sciētibus enim legē loquor: hoc est, quod admodū ab omnibus confessum est, & apertū profero: & eos alloquor, quibus hæc omnia accuratē nota sunt. *Quod lex tantisper in homine dominetur, quoad vixerit.* Non dixit, in viro, neq; in muliere: sed, in homine, quod ipsum cōmune animantis vtriusq; nomē est. Qui enim mortuus est, inquit, iustificatur à peccato. Igitur viuis lex lata est: mortuis autē non item. Vides vt duplicē libertatē aperuit. deinde in processibus hoc clām significās in muliere, in ipso argumēto & fundamēto prosequitur orationem, sic dicens: *Nam quæ sub viro est mulier, viuēti viro alligata est per legē. Si autē mortuū fuerit vir eius, liberata est à lege viri.* Proinde viuēte viro iudicabitur adultera, si se iuxerit alteri viro. Sin autē mortuus fuerit vir, liberata est à iure viri, vt nō sit adultera, si iuxta fuerit alteri viro. Assiduē hoc ipfū versat, in oreq; habet, & id magna, exactaq; cū cura, quoniā admodū cōfidit argumētationi, p̄bationiq; quā adstruit. ac ponit quidē in viri ordine ac loco ipsam legem: in mulieris autē loco eos omnes, qui credidere. deinde cōclusionē adducit nō iuxta propositionē, cōsequēbatur enim vt diceret: Itaq; fratres mei, nō dominabit vobis lex: mortua em̄ est. sed nō sic dixit, sed in ipsa quidē p̄positione hoc clām significauit. In ipsa autē inductione, vt ne videlicet Iudeos oratio offenderet, mulierē inducit mortuam, dicens: *Itaque fratres & vos mortui estis legi.* Posteaquā em̄ & hoc & illud factū eandē afferret libertatē, quid prohibebat quominus legi hac in parte gratificaret re ipsa incolumi manēte: *Nam quæ obnoxia viro est mulier, viuēti viro alligata est, lege.* Vbi nūc sunt, qui legē calumniātes sugillant? Audiant illi, vt Paulus vel in necessariū incidēs locū, illius dignitatē non deiiciat, sed magnificē etiā de illi<sup>o</sup> potestate loquatur. siquidē ea superstitē, vincētis est Iudæus, & adulteri audiunt, qui illā prætergrediūtur, ac viuētē relinquūt. Sin autē mortuā dimiserūt, nihil inde læsionis afferens. *Viuentē enim viro*, ait, *adultera iudicatur mulier, si fuerit cū altero viro.* Itaq; fratres mei & vos, cōsequēs erat dicere, lege mortua adulterij nō damnamini, si cū altero viro fueritis. Verūm nō sic dixit, sed quo pacto mortificati estis legi. Si ergo mortui estis, iā non estis sub lege: nam si mortuo viro nō est obnoxia mulier, multo magis hæc eadē mortua vbi est, eo liberata est. Vides Pauli sapientiā, vt legē ostēderit hoc etiā velle, vt à se deficiās, & cū altero viro sis: neq; enim prohibet, inquit, quo min<sup>o</sup> cū altero viro te cōiungas mortuo priore. quidni enim? quū etiā à viuo marito permittat diuortij libellū capere? Verūm & hoc nō addit, quod quidē mulierū crimē pot<sup>o</sup> erat: tamen em̄ id cōcederetur, tamē à crimine non vacabat. Quum enim Paulus à necessariis iisdēq; probatis rebus vitoria ferat, nō querit quæ superuacanea sunt: neq; enim est exactor petax. quod igitur admirari debemus, illud est, q̄ ipsa etiā lex criminibus nos liberat, à se deficiēs: vt voluntatis eius sit, q̄ nos Christi effi-

audire pro dicuntur sine iudicantur.

ciamur: etenim & ipsa mortua est: & nos itē mortui sumus, & duplici nomine potestas sublata. Hic autē ne his quidē solis cōtentus est, sed & ipsum authorē addit. neq; enim simpliciter mortē posuit, sed crucē q̄ hæc effecerit, introduxit, illi nos obnoxios faciēs, nō enim simpliciter, inquit, liberati estis, sed per mortē domini. *Mortificati enim, inquit, estis legi, per corp<sup>o</sup> Christi.* Neq; verò hinc tantū adhortatur, sed & à secūdi viri excellētia. Ideo addidit, *Vt sitis vos alterius, qui ex mortuis resurrexit.* Deinde vt ne dicerent, *Quid igitur nobis fiet, nisi alterius viri cōsuetudine vti velimus?* lex enim quæ vidua sit, hanc adulterā esse non vult nuptiis iteratis: non tamē illam iterare cogit. Vt ne igitur hoc illi dicant, ostēdit vel ab iis beneficiis, quæ priores ipsi accepim<sup>o</sup>, oportere ita nos velle: quapropter & alibi rē apertius ponit, inquit: *Nō estis iuris vestri, & p̄cio empti estis, & ne hominū serui efficiamini, & rursus: Vnus pro omnib<sup>o</sup> mortuus est, vt qui viuūt, amplius sibi nō viuāt, sed ei qui pro ipsis mortuus est.* Hoc igitur & hīc clām significauit, quū dixit, per corpus. deīde & per bonā spē cohortatur, dicens: *Vt fructificem<sup>o</sup> deo. tūc enim fructificabatis morti, inquit, nūc autē deo. Quū enim essemus in carne, affectiones peccatorū quæ per legem, vigeant in mēbris nostris ad fructificandū morti.* Vides prioris viri lucrū. nec dixit, quū essemus in lege, vbiq; cauēs hereticis anam præbere: sed, quū essem<sup>o</sup> in carne: hoc est, in malis actionib<sup>o</sup>, in vita carnali. neq; em̄ hoc ait, illos antea quidē in carne fuisse, nūc autē incorporeos effectos circūire. Hoc porro quū dicit, neq; legē peccatorū causam existere dicit, neq; illā tamē inuidia liberat. amari em̄ accusatoris locū obtinebat, peccata denudās. nā qui plura ei iniungit, qui nusquā parēre velit, is delicta multiplicat. Ideo nō dixit, affectiones peccatorū, quæ sub lege fierēt: sed, affectiones quæ per legē, nec addidit, fierent, sed simpliciter, quæ per legē, hoc est, quæ per legē apparerēt, aut dinoscerētur. deīde vt ne carnē accusaret, nō dixit, quas mēbra facerēt, sed quæ in mēbris nostris vigebāt, ostendēs aliunde maliciæ initiū existere, à cogitationibus videlicet opus suū edentibus, non à mēbris † peragentibus. ] anima enim artificis locum obtinebat, citharæ autē, carnis natura, ita resonās, vt citharista cogeret. igitur nō huic absona cantio, sed illi potius imputanda est. *Nunc autem liberati sumus à lege.* Vides vt rursus & hīc quoq; carni parcat, ac legi: neq; enim dicit, legē esse liberatā] neque carnē: sed, nos ipso liberatos esse. & quonā ipsi pacto sumus liberati? detento à peccato homine vetere mortuo, eodēq; sepulto. hoc enim his declarauit verbis, *Mortui ei, in qua detinebamur.* Ac si diceret Vinculū id per quod detinebamur, mortuū est atq; dissolutū, sic vt quod detineret, iā nihil detineat, hoc est, peccatū. Sed tu ne animo cōcidas, neu legnior efficiare. liberatus enim es, vt rursus seruias, nō perinde tamē, sed per nouitatem spiritus. Quid autē est quod ait? Necessē enim nobis est idipsum iā detegere, vt quū in locū inciderimus, ne pertubemur. quum enim ait, peccauit Adam, tum & illius corpus mortale effectū est, ac patibile, receptis naturę viciis permultis, equo præterea grauiore atq; effrēni reddito. at Christ<sup>o</sup> vbi aduenit, per baptisimū nobis illum leuiorē fecit, alis spiritus eundē excitās. Hanc sanē ob causam nobis non eadem cum p̄scis hominibus stadia sunt constituta: quandoquidē ne tum quidem vsque adeo facilis erat cursus. Idcirco & ille nō postulat tātū, vt à cæde

Matt. 5. c. & seq.

Matt. 5. c.

Supr. 6. c.

Ibidem. Ibid. 4. c. Ibid. 5. d. Ibid. 4. c.

2. cor. 2. 0. c. & Deur. 5. b.

à cæde mūdi simus, quomodo & ab antiquis postulabat, sed & ab ira: neq; adulterio solū, sed impudico aspectu abstinere nos iubet: neq; à periurio tātū, sed à iureiurādo alienos esse: adde q̄ vnā cū amicis & inimicos quoq; diligēdos præcipit. deniq; omnibus aliis in rebus lōgiora nobis stadia esse voluit: qui nisi paruerimus, & gehennam minitatus est: ostendēs supra dicta nō à decertantiū liberalitate nasci, sicut virginitas & inopia, sed omnino perfici illa oportere, vt quæ ex corū sint numero, quæ vrgentia ac necessaria sunt: estq; extremas ille p̄nas luitur<sup>o</sup>, qui ea nō præstiterit. p̄pterea dicebat: Nisi abūdauerit iusticia vestra supra Phariseorum & Scribarū iusticiam, nō intrabitis in regnū cœlorū. Quisquis porro cœlorū regnū nō videt, is omnino in gehēnā collabebit. quāobrē & Paulus dixit: Peccatum enim vobis non dominabitur: nō enim estis sub lege, sed sub gratia. neq; enim est litera quæ cōdēnet, hoc est lex illa vetus, sed ipse spiritus qui opē auxiliumq; adfert. quo nomine sicubi quis p̄scō illo seculo visus esset virginitatē colere, vehemētē admiratione digna ea res erat: nūc autē vbiq; terrarū disseminata eadē res est. ac mortem id tēporis homines vix pauci cōtemnebant: nūc autē & in vicis, & in vrbibus martyrū populi innumeri, non ex viris tantū, sed ex mulieribus cōflati. Deinde posteaq; hæc dixit, obiectionē rursus emergentē soluit, in ipsa solutione id adstruēs, quod vult. quāobrē solutionē principaliter nō inducit, sed ex contradictione, vt à solutionis necessitate occasionē capiat ea dicēdi quæ vult, minusq; inuidiosam reddat accusationē. nam vbi dixit, per nouitatem spiritus, & non per vestutatem literæ, attexit: *Quid ergo dicemus? lex peccatum est? absit.* Etenim prius dixerat q̄ affectiones peccatorū quæ per legem vigeant in mēbris nostris, & peccatū vobis non dominabitur: non enim estis sub lege, sed sub gratia. & vbi enim nō est lex, ibi neq; trāsgressio. & lex obiter subiit, vt abūderet peccatum. & lex iram efficit: postquā igitur hæc omnia viderentur legi calumniā adferre, tanquā corrigens suspicionē eam quæ ab his nasceretur, adfert & oppositionē, atq; ait: *Quid igitur? lex peccatum est? absit.* Antequam dictū adstruat, prohibitionē atque interdictionē vsus est, hac ratione auditorē sibi cōciliās, offensumq; deliniēs. Nā quū iā audiuiisset, & de illi<sup>o</sup> affectu plenissimē certior redditus esset, interrogat vnā cū eo id, quod dubium esse videtur, nec suspectū habet dicentē. quare & obiectionē illā anteuertēs posuit. neq; enim dixit, quid igit dicā ego? sed, quid dicemus nos? quasi cōsiliū ac sentētia, p̄poneretur, essetq; cōmunis ecclesia in vnū coacta, nec ab ipso, sed à legū cōsequētia, rerumq; veritate ipsa obiectio existeret. Nam q̄ litera occidit, nemo, inquit, contradicatur est: & q̄ spiritus viuificat, & hoc quoq; liquet, ac nemo cōtenderit. Si igitur hæc cōfessa sunt, quid dixerim<sup>o</sup> de ipsa lege? q̄ peccatū sit? absit. Solue igitur dubitationē. Vides vt secū aduersarium statuit, & docētis dignitate in se recepta, ad solutionem pergat. quānam igitur solutio? Peccatum certē non est, inquit: *Sed peccatum non cognouissē, nisi per legem.* Vide sapientiæ intentionem. Quod enim nō est lex, id ex obiectione posuit: vt hoc sublato, & hac q̄dem in parte gratificat<sup>o</sup> Iudæo, persuadeat illi quod minus est admittere, quod videlicet peccatū nō cognouissē, nisi per legē. *Et concupiscentiam, inquit, nesciussē nisi lex dixisset, Nō concupisces.* Vides vt paulatim

nō solū ipsam legē ostēdit peccati esse accusatricē, sed & sensim appartricē: haud tamē ab ipsi<sup>o</sup> culpa, sed à Iudæis ingratis demōstrat istud euenire. Etenim Manichæorū ora conatus est obserare legē accusantium. quū enim dixisset, peccatū nō cognouissē, nisi per legē: & cōcupiscentiā nesciuissem, nisi lex dixisset, Non concupisces: subdidit, *Occasione autē accepta peccatū per præceptum genuit in me omnē concupiscentiā.* Vides vt ipsam legē criminationibus liberet. occasione enim, inquit, accepta peccatū, non lex, auxit cōcupiscentiam, factumq; est cōtra q̄ lex veller. quod infirmitatis quidē erat, non maliciæ. quum enim quidpiam cōcupisimus, deinde prohibemur, cōcupiscentiæ flamma magis attollitur. Verūm non id per legē: illa enim phibuit, vt te ab eo abducat. Peccatū verò, hoc est, segnities tua, & mala mēs, bono in cōtrariū vsa est. Verūm nō id medici crimē, sed ægroti, qui quod accepit medicamen, eo non rectē vsus est. nō enim ob id legem dedit, vt concupiscentiā accēderet, sed vt restingeret. Secus autē euenit. at non illa insimulanda, sed nos. Neq; enim in ius ille meritō vocādus, inculandusq; fuerit, qui q̄ febrienti alicui, & frigidā intempestiue concupiscenti, minimē potestātē fecerit, ea se potione ad satietatē vsq; implēdi, perniciosē eiusmodi voluptatis appetentiā auxisse visus est. Medici enim est monere tantū, abstinere autem eius qui æger sit. Quid enim si peccatū occasionē ab ipsa lege accepit? Plerique enim ex malorū etiā numero quum sint, à bonis præceptis suam augment maliciā: quādo & hac ratione diabolus Iudam perdidit, illum ad auaritiā impellēs, furem<sup>o</sup>; rerū ad inopes pertinētū efficiēs. neq; enim credita marsupij cura id effecit, sed animi malicia. Et Heuq; item Adam cōponens vt de ligno comederet, è paradiso exclusit. neq; illic tamē arbor causa fuit, quāuis per ipsam occasio extiterit. Quod si vehemētius sermone eo vtitur, qui ad legē pertinet, ne demiretis. ad id enim quod vrget Paulus se firmat, nō permittēs ne iis quidem qui aliter suspiciātur, dicta hæc occasionē præbere, studium autem permagnum adhibens rem præsentē corrigere. Caue igitur nuda examines, quæ hīc dicuntur, sed eam tibi suppositionē proponito, propter quā hæc vt dicat, adducitur: ac Iudaicā insaniam cōsidera, & vehementem illorum contentionem, quam cōuellere studebat. Videtur autē multus aduersus legē spirare, non vt illam calumnietur, sed vt horū cōtentionē vehementiāq; obruat ac dissoluat. Si em̄ in hoc legis crimē est, quod ab illa peccatum occasionē nactum sit, inuenietur & in nouo instrumēto hoc ita euenire, vtpote in quo infinitæ leges, & quidē multo maiorib<sup>o</sup> de rebus constitutę sunt: atq; idem hoc tamē videas & inibi quoq; accidere, nō in ipsa modò cōcupiscentia, sed in omni demum viciositate. Si enim nō venissem, ait, & ipsis locutus non fuissē, peccatum non haberēt. num igitur hinc peccatum & p̄na grauior suppositionē accepit? Ac rursus de gratia Paulus disputans ait, quantò putatis maiori dignū supplico futurum eum, qui dei filium conculcarit? num igitur & maius supplicij occasio nē hinc habet, à maiori videlicet beneficētia? Et gētiles itē em̄ ait esse inexcusabiles, q̄ & ratione præditi, atq; ornatī, & creaturę pulchritudinē perdocti, atq; ab ea valētes ad ipsum opificē deduci, dei cōpitiā in vsu decentem non verterunt. Vides vbiq; iis qui mali quidē sint, occasiones maioris supplicij

Luc. 11. 4

Gen. 3. 4

1. cor. 15. d.

Heb. 10. f.

à bonis rebus existeret: Verum non ob id certe accusabimus dei beneficentiam, quin eas potius maiori admiratione prosequemur: illorum autem consilium criminabimur, qui bonis rebus patrie in contrariam vis fuerint. Hoc igitur & in legis causa faciamus. Sed hoc quidem facile & proclivius, quod autem dubium, illud est. Quo tandem modo, ait, concupiscentiam nesciuissem, nisi lex dixisset, non concupisces? Si enim concupiscentiam nesciuisset homo antequam legem acciperet: unde diluuii extitit? unde Sodoma exusta? quid igitur ait? nempe concupiscentiam intelligit auctam & intentam. quapropter non ait, genuit in me concupiscentiam: sed, omnem concupiscentiam, rei vehementiam hoc loco significas. Dixerit aliquis, quod dominam verò legis lucrum, si affectionem adauxit: nimirum nullum, quin potius fraus, detrimētumque; ingens. Verum non id legis fuerit crimen, sed ignavia eorum qui illam acceperat, peccatum enim hoc ipsum effecit, sed per legem. Verum lege non ad id laborē ac studiū afferente suum, sed secus agente, peccatum igitur, inquis, vehementius atque adeo fortius extitit, sed ne hoc quidem crimen rursus legis fuerit, sed illorum improbi, ingrati; animi. *Abque lege enim peccatum mortuum erat:* hoc est, non sic notum. Cognouerant enim & qui ante legem vixerat, se peccauisse: exactius verò id didicere lege data, quo quidem nomine maiori reprehensionem se illi obnoxios reddidere. Neque enim perinde fuerit, naturam habere que accuset, atque vna cum natura legem etiam aperte omnia distitantem. *Ego autem vivebam sine lege quondam.* Quando, obsecro? ante Moysen, vide ut enitatur ostendere legem tum ab iis que fecit, tum ab iis que non fecit, humanam grauauisse naturam. quum enim absque lege viverem, ait, non sic condempnabar. *Vbi autem accessit preceptum, peccatum reuixit, ego autem mortuus sum.* Hoc videtur quidem esse legis accusatio. Sin verò exacte perpederis, & illius quoque laus apparebit. non enim peccatum, quod nullum esset, in rerum naturam produxit, sed, occultum quod esset, patefecit. Id quod legis laus fuerit, siquidem ante hanc quidem nullo sensu peccabatur: ea autem vbi accessit, si alium fructum nullum illi tulere, hoc ipsum certe exacte sunt edocti, & videlicet peccarent, quod quidem non parum contulerit ad hoc, ut te à vicio eximas. & si à malicia se illi minimè exemere, nihil hoc ad ipsam legem, omnia hoc nomine factitant: sed quecumque esse possit accusatio, ea omnis in illorum consilium recidit, præter omnem spem corruptum. neque enim ratione nitebatur quod ab illis fieret, ab iis videlicet ledi que iuuaret. Idcirco ait: *Et repertum est mihi mandatum, quod institutum erat ad vitam, mihi cedere ad mortem.* Non dixit, mors extitit, neque peperit mortem: sed, repertum est, hac ratione interpretas nouam atque inopinatam rei absurditatem, ac totum in illorum caput deflectit. nam si mandati scopum inspicere velis, ad vitam ducebat, inquit, ac propterea traditum est: quod si mors hinc euenit, eorum fuerit crimē, qui mandatum accepere, non mandati, quod ad vitam ducit. Apertius porro hoc ipsum & per ea de quibus deinceps agit, declarauit. *Nam peccatum occasione accepta per preceptum decept me, & per illud occidit.* Vides ut vbi que peccati verbo adhærescat? legem omni accusatione liberās. quare & addidit: *Itaque lex quidem sancta, & preceptum sanctum, & iustum & bonum.* Sed si ita videris, & delirantiū super hisce enarrationes in medium hunc sermonem afferamus: ita enim clariora dicta à nobis erunt. Hoc enim loco nonnulli volūt, que dicit Paulus, ea non dicere de Moysi lege, sed alij quidem de naturali

illū lege loqui, alij de mandato in paradiso tradito: atqui vbi que; huc respicit Paulus, ut legem hanc consopiat, abrogetque; illarum autem nullam habeat rationem, & quidem iure optimo. Hanc enim legem Iudæi extimescetes, exhorrescentesque; gratia obstrepebant. mandatum porro in paradiso traditum ne legem quidem vocasse vnquam videtur neque; Paulus, neque; alius quisquam. Atque; ut ab iis etiam que dicta iam sunt, hoc magis innotescat, verbis digrediamur, paulo altius oratione puecti. De vitæ enim recto instituto magna adeo diligentia cum illis verba dum fecisset, addidit: An ignoratis fratres, quod lex tantisper in homine dominatur quoad ea vixerit? Itaque; vos mortificati estis legi. Igitur si de naturali lege hæc dicta sunt, inueniemur naturalem legem non habere. quod si hoc verum est, brutis ipsis insipientiores stupidioresque; erimus. Sed non est ita, non est ita: nam de ea lege que in paradiso data est, ne necessarium quidem fuerit contendere, ut ne superuacaneū laborē subeamus, componentes, ac contingentesque; nos ad ea que confessi, ac minimè controuersa sunt. Quo igitur pacto, ait, peccatum non cognouissem, nisi per legem? de ea non loquitur ignorantia, qua fit nihil porro rerum omnium ut cognoscamus, sed exactiorem cognitionem intelligit: nam si hoc de naturali dictum sit, quomodo rationi consentanea esse queat, que insequitur? Ego enim, inquit, vivebam absque lege quondam. Neque; enim Adā, neque; alius cuiusvis homo visus est vnquam absque lege vixisse naturali, nam simul atque; illū finxit deus, ei indidit illam legem, quam legem veluti constantem ac fidum cōiutorē apud vnumquemque; deponit, ac committit: extra hæc autem nusquam videre est, mandatum à Paulo legis naturalis nomine fuisse designatum. Hanc autem & mandatum sanctum, & iustum, & bonum vocat, & legem item spirituale: quum naturalis non à spiritu nobis data sit. nam & barbari & Græci, & omnes mortales hac lege vtuntur. Vnde liquet ipsum de lege Moisaica supra & infra & vbi que verba facere. Idcirco & sanctam illam vocat, dicens: *Itaque lex quidem sancta, & iusta, & bona.* Nam ut Iudæi impuri atque immundi fuerint etiam lege accepta, & iniusti atque; auari, hoc tamen legis virtutem nequaquam facit irritam, quomodo dei fidem non tollit, non subuertit illorum incredulitas. quamobrem ex iis omnibus liquet de Moisaica lege hæc illū disputare. *Quod ergo bonum erat, ait, mihi factum est mors? Absit, imò peccatum, ut appareat peccatum.* hoc est, ut ostendatur quantum sit malum, ipsum peccatum, ignaua voluntas, & in deterius ruēs imperus, & ipsa ite actio, & mens corrupta. Hoc enim demum malorum omnium causa est, auget autem id peccatum, quum declarata Christi gratia magnitudine, aperit ac docet quāto ille malo humanū genus liberauerit, quod quidem malum vel per medicorum] remedia deterius euadebat, in crudelescebatque, vel per eos qui illud arcebat, atque; phibebat. Idcirco addidit: *Ut fieret maiorē in modum peccans peccatum per mandatum.* Vides vbi que; ut se eidem peccato cōplicet & cōnectat, ac per que illud accusat, per ea demum rursus legis virtutem magis ac magis ostendat, neque enim parum præstitit, utque ostēderit quāto ingens malum sit peccatum, illiusque; virus omne in medium prolatum detexerit. Hoc enim declarauit per hæc verba, Ut fieret maiorē in modum peccans peccatum per mandatum: hoc est, ut appateret quantum malum, quanta perniciēs sit peccatum. hoc autem per mandatum ostensum est. Ex his & excellentiam ostendit gratiæ ad legem,

legem, non pugnam. Ne enim hoc spectes, illos videlicet qui legem accepere, deteriores euasisse: sed illud potius considera, legem non solum noluisse vicium ad intentionem, incrementumque; perducere: sed studuisse etiam, operamque; nauasse, ut si quod antea esset, cōuelleret, rescinderetque; & si huic rei præstandæ par non fuit, coronato quidem illam ab animi sententia, adorato autem magis ac magis Christi virtutem: quod ea tam multiforme malum, tamque; expugnatum difficile deleuit, & funditus excisum reuellit. Peccati porro nomen quum audis, caue putes potestiam aliquam esse stabilem ac firmam, sed actionem malam succedentem semper ac decedentem, quæque; nec antequam existat, sit, & postquam extiterit, rursus extinguatur. propterea enim lex data est. Lex porro nunquam ad naturalium interitum datur, sed ad correctionem emendationemque; peruersæ secundum voluntatem actionis. Idque; non nesciunt profani etiam iudices, tum vniuersa hominum natura. ea enim tantum cōercent mala, que ab ignauia proficiuntur: que naturæ coheretia sunt, ea non profitentur se cōuellerent, neque; enim licet. naturalia enim que sunt, ea immota manent: quod me sæpenumero apud vos aliis in disputationibus dicere memini.

## Morale.

Quamobrem causis exercitamentisque; his prætermittis orationem rursus mores spectantem exerceam: quin potius & hæc illorum exercitamentorum pars est. Nam si viciositatem excluderimus, & virtutem introduxerimus, & per hæc docuerimus viciositatem natura non esse malum: certe eos qui quarunt unde mala eueniant, non verbis ipsis tantum, sed rebus etiam facile conuincere poterimus, illisque; os obturare, eiusdem quidem naturæ cōmunionem cum illis habentes, ipsorum autem malicia liberati. Ne enim hoc spectemus ipsi, virtutem non nisi labore comparari: quin illud potius, virtutis opera perfici à nobis posse, eaque; facilia & sub manu esse, laborare quidem, ac studere volentibus. qui si mihi inhærentem viciositati voluptatem allegas, allegato ite & illius exitum. Ea enim in mortem denique erumpit. quemadmodum contra, virtus ipsa, dux nobis vitæ, & author est, quin potius, si ita videtur, horum vtrumque; vel ante exitum cuiusque; suum, expēdamus: ita fiet, ut percipiamus vicium quidem magno dolore, virtutem autem magna adeo voluptate constare. Quid enim, quæso, magis tristis, quid minus lætum esse queat, vitæ malè actæ cōscientia? Quid rursus minus mortuum, magis suauē spe bona? certe nihil sic animos nostros ferire, nihil sic premere consuevit, ut mala expectatio: rursus nihil sic illos sustetare, erigere, ac veluti volatiles reddere, ut cōscientia bona. Atque; hoc sanè vel ab iis rebus, que in nostrum hominum usum cadunt, per noscere licet. Nam qui carcere clausi tenentur, sententiam contra se expectantes, ij vt deliciis infinitis, ac voluptatibus interim perfruatur, maiori sanè cum animi mœsticia viciant, quæ inopes ij, qui per vrbium angiportus quum mendicent, nullius tamen sceleris sibi conscij sunt, supplicij enim expectatio illos non finit presentium voluptatum sensum capere. Et quid hic de custodiis loquor? quum videamus ipsos etiam cædones diurno nocturnoque; labore vitam sibi vel egrè comparantes, longè meliorem esse conditionem, iis qui liberi ac diuites quum sint, sceleris tamen alicuius conscientia sollicitantur. Quamobrem gladiatores miseros ducimur, ut eos etiam videas in cauponis ac popinis vino se obruere, voluptati operam dare, veteri deseruire,

et eisdemque; omnium infelicitissimos hoc nomine dictitamus, quod voluptate illa multo vberior sit eius quem expectat, exitus calamitas. Quæ si tamē illis vita suauis esse videtur: in mentem vobis veniat, sermonis eius que ego assidue apud vos vsurpare soleo, nihil mirum esse, si minus fugiat viciositatis amaritudinem, mœsticiamque; in viciositate. Ecce enim, res eouisque; inamabilis, amabilis iis esse videtur, qui illam pertractant. sed non propterea tamē illos beatos esse affirmamus. Verum vel hoc ipso infelices pronunciamus, quod nesciat ipsi, quibus, quantisque; in malis versentur miseri. Iam quid de scortatoribus dicas? qui modicam ob voluptatem tantam seruitutis turpitudinem, tantum pecuniarum sustinent sumptum, tum verò terrorem assiduum, breuiter vitam Cain viuunt, seu verius dicam, illa etiam vita multo duriorē: hinc præsentia pertimescetes, illinc futura formidantes, & amicos, & inimicos, & conscios, & minimè conscios suspectos habentes: à qua quidem solitudine atque anxietate ne somnum quidem dum capiunt, eximuntur: somnia diuersis timoribus plena identidem illis alternante ac renouante cōscientia, sicque; illos territate. At non eadem est hominis castè temperateque; viuentis conditio, ut qui ociosa in libertate, libero in ocio vitam transigit. Opponito igitur paruæ illi voluptati magnos terrorum huiusmodi fluctus, tum autem breui continentis labori, vitæ perpetuo duraturæ tranquillitatem: ac tum demum intelliges hanc illa esse longè suauiore. Atque; vt hic exemplum desumamus, qui rapere & alienis rebus manus iniicere instituit: huic, obsecro, nonne infiniti necessarij labores sunt perferendi, circuncursanti, adulati, seruos, liberos, ædituos territati, munitanti, impudenter agenti, vigilanti, trementi, anxio, suspecta habenti omnia? At non talis quidem est, cui pecunie contemptui sunt, quin hic è diuerso magna fruitur voluptate, liber idem, atque; rerum omnium securus vitam agens. Quod si quis reliquas viciositatis partes percēuerit, magnam certè tumultuationem, plerisque; scopulos inibi reperiet: ac quod maius est, in virtute que antecedit, laboriosa quidem sunt, que insequuntur, suauia: vt hac demum ratione ille labos leuē, molliatur, leniat. In viciositate autem secus, post voluptatem dolores, atque; supplicia, ita vt hinc prorsus si qua inest voluptas, pereat. Nam quemadmodum fit, ut qui lauream expectat, is labores eos, in quibus versatur, nullo modo sentiat: sic qui voluptate peracta supplicia sibi parata intelligit, fieri non potest, ut iusta læticia perfruat, timore oia conturbate, seu vt verius loquamur, si quis diligentia adhibita examinet, vel ante eam penam que voluptatem consequitur, magnos item dolores in ipsa vicij perpetracione inesse cōperiet: ac si placet, eorum qui alienarum rerum rapina ditescunt, vel qui quauis ratione diuites euadunt, timoribus, periculis, terroribus, solitudinibus, curis, reliquisque; id genus angustiis omissis, demum aliquem esse qui facile, nulloque; negotio ditescat, quique; de facultatum suarum custodia animi securus viuatur, quod reperire quidem haud exquiritur: quanta igitur voluptate hic perfruetur? quod opibus multis abundet? sed scilicet ea res non patitur delectatione illum capi, nam tantisperdum aliarum rerum; & earum maiorum, cupiditate tenetur, intēditur cruciatus: stante enim appetitione, tum denique; voluptas percipitur. nam & siti quum laboramus, tum ipsi nos recreamus, quum quantum volumus, tantumdem bibimus;



mus: quandiu sitimus, vt omnes etiam fontes exantlemus, maius nobis tormentū existit. Eadē ratione si res mūdanas fueris affectus, nec tamē cupiditate tuā modū imposueris: certē quod plura gustaueris, hoc tibi maius supplicium adsciscis. Absit ergo vt existimes voluptatem tibi eō adforē, q̄ multis opibus abundes, sed eō potius, q̄ maiorum diuitiarū ambitione non traharis. nam si ditescendi desiderio tenebere, nunquā non cruciaberis. hic enim amor finem nullum habet, ac quod plus sis viē progressus, eō remotior à fine fueris. Nonne igitur enigma hoc est, & dementia & summa insania? Abstineamus igitur à prima quaque viciorum libidine, seu potius nulla ex parte libidini eiusmodi hæreamus, statim ipso in exordio pedē ab ea referētes. quod quidē Prouerborum author admonet, de meretrice verba faciens: **Abscedito, ne morā feceris, neu accedas ad ianuā domus ipsius. Hoc tibi à me & de pecuniis monitū sit. nā si sensim in huius insaniā pelagus illapsus fueris, semel ingressus, difficilē regredi poteris: ac quē admodū vsuuenire solet in vorricib⁹, à quibus vel milles periculo euadendi factō, haud facilē tamen euadere possis: sic & multo itē molestius in huius libidinis altitudinē demersus, te ipse vnā cū rebus omnibus perditū ibis.** Propterea exhortor, initiō vt caueamus, vel pusilla fugiētes mala. nā magna ab his nascunt. Etenim qui in vnoquoq; peccato dicere edoctus est, nō in hoc positum est salutis momentum, is pedetētim omnia pessundabit. Hoc igitur viciositatem ipsam attraxit, hoc ianuas referauit p̄doni, hoc vrbis mœnia deiecit. nimirū quoties ad vnamquodq; peccatum dicis, Non hoc ad rem magnopere pertinet: sic & in ipsis corporibus vsuuenire videmus, vt magnę ægritudines augeātur, quoties paruas negligimus. **Esau nisi primogenita prodidisset, nunquā benedicentiis indignus habitus fuisset: nisi se ipse benedicentiis indignū reddidisset, non concupiuisset ad fraternā necem progredi. Cain si primigenia non amasset, sed dei arbitrio illa permisisset, secundas non habuisset: secundas habēs, si admonitioni auscultasset, cædē non parturisset: rursus cæde patrata, si deo ipsum vocante, ad pœnitentiā rediisset, ac non impudenter respōdisset, mala ea non tolerasset quæ postea tolerauit. Quod si qui ante legem vixerunt, ij per hęc pigriciam sensim ad ipsam viciositatis radicem deueneri: cōsidera quid nobis euēniri possit ad maiora stadia vocatis, nisi diligēter nobis attēderimus, ac malorū scintillas nondum taccensas anteuertentes restinxerimus. verbi gratia: Peieras assidue, ne ad hoc solum te obfirmaueris, sed & iusurandum rolle, ac tibi res citra laborē succedet. multo enim difficilius est iuramentum nō peierare, q̄ prorsus à iureiurando abstinere. Iniuriarum illator es, conuiciator, percussor: legē tibi p̄scribit, nec succensurum te, nec quouis clamaturū modo: sic fiet, vt vnā cum radice fructus intereat. Lasciuus es, nepos, luxu perditus, te ipse rursus ad iusurandum hoc adigito. vt neq; munitū hūc hierem aspicias, neq; in theatrum ascendas, neque in foro formę alienę pulchritudinē curiosē perscruteris. Minus em̄ laboriosum fuerit, prorsus abstinere à formosæ mulieris aspectu, q̄ ea conspecta, ac desiderio semel admisso, animi motū ab eo desiderio proficiscentem repudiare. Sunt enim certamina ipsis in exordiis leuiora: immo verò ne cōcertationis quidē indigemus, nisi aduersario valuas adaperuerimus, vi-**

ciositatisq; semina admiserimus. Propterea & Christus eū supplicio multauit, qui mulierem impudico aspectu fuerat cōtuitus, vt maiore labore nos liberaret, iubēs aduersariū antē domo expellendum, q̄ vires capiat, quū videlicet extrudi facilē potest. Quid enim, quęso, te tibi cogit superuacancum negociū facessere, manuq; cum aduersariis conferere, in manu tua quum sit, citra omnē consilium, trophæum statuere, & vel ante lucrā primum ferre? nō enim tantus homini labor, à formosæ mulieris aspectu omnino abstinenti, quātus illi esse solet, qui post aspectum se cōtinet. Atq; adeo prius illud ne labor quidem fuerit, quin potius post ipsum aspectū multus sudor ac labor ingeneratur. Ergo dum labor leuior, seu verius dicam, dum omnino ne labor quidem, aut sudor, sed lucrū etiā maius existit: quid causæ esse debet, vt studeamus in tam multorum malorum mare p̄cipites ferri? nam qui mulierem ne aspicit quidem, is non solum facilius, sed & purius quoq; concupiscentiam eiusmodi superat: quemadmodū qui aspicit, is & maiore cum labore, & præterea cum macula quadā inde se eximit, siquādo fortē se eximit. nā qui pulchrā speciē non est intuitus, is & ab appetētia quoq; inde enascente purus castusq; euadit: at qui videndi desiderio paruit, victa deiectaq; prius animi ratiocinatione, eademq; identidem conscelerata, tum demum notā à desiderio inustā eluit, si modo eluit. propterea & Christus, vt ne id nobis vsuueniat, non cædem modō prohibet, sed & iram: non adulterium, sed & aspectus intemperantiā: non periurium, sed & iusurandū omne. Neque verò intra hūc virtutis modum cōsistit, sed legibus his sancitis, vltius etiā progreditur. Cædē enim vbi sustulit, iustiq; ab ira purū vacuumq; esse, tū iubet paratus vt sis ad malū sufferendum, nec tantum quidē, quantum qui tibi insidiatur in animū sibi induxit, sed vt vltius progressus, insaniā illius magnitudinē, constantiā tuā abundantia exuperes. Neq; enim ait, si quis te in genam dextrā percusserit, generoso fer animo & quieto: sed & alterā illi voluit esse offerendā. Verte em̄ illi, inquit, & alteram. nam hęc demū splendida est victoria, si illi plus indulgeas, q̄ velit, atq; adeo si lenitudinis patientiāq; tuā prolixitate, improbi illius desiderij terminos transilieris. sic em̄ simul illius insaniā sedabis, simul prioris facti mercedē ex posteriore capies, simul irā, quā propter illū concepisti, depones. Vides in nostra omnino manu esse, ne quid mali patiamur, nō in eorum qui iniuriā inferunt: atq; adeo & in nobis quoq; sitū, non modō vt ne incōmodo, sed etiam vt beneficio afficiamur. Et quidē id in primis admirandum est, q̄ videlicet iniuria nequaquam afficiemur si sapiemus, sed vel ab iis iniuriis, quas nobis intulerint alij, beneficiū feremus. Rem porro cōsidera. Iniuria te quispiā affecit? potes ipse p̄stare, vt ea iniuria laudi tibi cedat. si enim iniuria iniuriā remēsus fueris, probrū per te accrescet: at si iniurię illatorem laudaueris, tum videbis eos omnes qui aderunt, & laureā tibi imponere, & præconio laudes ad cœlum tuas efferre. Etiā ne intelligis, quemadmodū à quibus rebus iniuria afficiemur, ab iis si sapuerimus, etiā beneficiū accipimus? Hoc ipsum & in pecuniis, hoc & in plagis, hoc & in reliquis itē omnibus vsuuenire videmus. Nam si cōtraria illis rependerimus, fiet vt duplicem nobis lauream contexamus, alteram ab iis malis quæ perpeffi fuimus: alterā ab iis bonis quæ

malorum

malorū loco reposuerimus. Quum igitur ad te adies quispiam tibi dixerit, quidā te iniuria affecit, neque finem facit de te apud quosuis obloquēdi: tū demū laudato obloquentē, apud eos qui tibi recitant quæ ex illo audierit. hac certē ratione, si illū vlcisci volueris, poteris de eo pœnas sumere. etenim qui rē exaudiēt, vt sensu etiam maximē careāt, te solum collaudabūt: illū contrā, vtpote quauis noxia fera deterio-rem, odio habebūt, quod ille quidē nulla prouocatus iniuria, molest⁹ tibi fuit, tu ē diuerso vel malē ab illo habitus, beneficiū pro iniuria reposuisti: sic fiet, vt perficias sanē, quæ in te ille maledicta coniecerit, ea omnia vt futilia esse videātur. Siquidē qui suggillatur, mordeturq; is quū propterea dolet, palām facit criminationis obiectę consciū se esse: qui verò ridet, is profectō risu ipso apud eos qui rei testes consciūq; sunt, seipsum omni suspitione liberat. Expedito ergo quot, quātāq; inde bona decerpis. Primum eximis te à tumultuatione, ac cōmōtione: deīde (sed hoc ipsum poti⁹ primas obtineat) licet criminib⁹ obiectis nō careas, & hęc tamē eluis, ad publicani exēplū Pharisęi criminationē æquanimitē ferētis. His adde quod hac exercitatione philosophicū tibi, ac constantē animū comparas: tum autē mirificē à circūstantiū corona collaudaris, postremō omnē amoues à te criminationis suspitionē. Qui si illū vlcisci cupis, & hoc quoq; plus satis subsequet, partim deo criminationis in te intentatę pœnas ab eo exigente, partim constantiā tuā, vel ante eas pœnas, illi tanquā letale vulnus infligente. Nihil enim tam eos à quibus lædimur, vrere solet, quām iniurię illatio risu excepta. Quemadmodū igitur per eā quam dico constantiā, tot tātaq; tibi aderunt bona: sic à pusillanimitate cōtraria omnia contingēt. nā & ipsi nos infamamus, & obnoxij affinesq; criminationi apud eos qui audiunt, videmur, & animū tumultuatione implemus, & aduersarium delectam⁹, & deum ipsum irritamus, & peccatis prioribus veluti corollariū addimus. Hęc ergo omnia perpendentes, pusillanimitatis barathrū euitemus, atque ad lenitudinis portum cōfugiamus, vt tum hic animis nostris requiem inueniamus, sicut Christus pronūciauit, tum futura bona assequamur: gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia xiiij.

**S**ciamus enim, quod lex spiritualis est, at ego carnalis sum venditus sub peccatum. Quū dixisset ingētia fuisse exorta mala, & peccatum vehementius impotentiusq; redditum mandato accepto, omniaq; euēnisse cōtra legis voluntatē, ac studiū, quumq; auditorem in dubitationē non paruum coniecisset: adfert deinceps ratiocinationē, per quam hęc euēnere, prius legem praua suspitione liberans. nam vt ne quum audias, q̄ peccatū occasionē per mandatū accepit, quod eodē accedente mandato, peccatum referbuit, q̄ per illud decepit, atq; interfecit: vt ne igitur legē malorum eiusmodi authorē esse putes, prius illius defensionē & eam vberimā adhibet, illam acufatione nō solum liberans, sed & maximam illi laudē texens: idq; non tanquā ipse gratificetur, sed tanquam cōmune proferat suffragium. Scimus enim, inquit, quod lex spiritualis est: ac si diceret, Cōfessum hoc est, & apertum, quod spiritualis est: tantum abest vt peccati author sit, & malorum perpetratorum crimen sustinere debeat. Ac vide vt non illā modō ac-

ufatione liberet, sed & summē laudet. spiritualement enim quum appellat, magistrā illam virtutis esse declarat, & viciositatis aduersariam: nam hoc demū est spiritualement esse, ab omnibus abducere peccatis: id quod lex factitabat, territans, commonefaciens, animaduertens, corrigens, denique omnia ea consulēs, quæ ad virtutis studiū facerent. Dicit aliquis, Vnde ergo peccatum extitit, si tam admirabilis, tamq; eximius p̄ceptor? à discipulorum ignauia. Itaq; addit: At ego carnalis sum, exprimens nobis hominem tam eū qui sub lege, q̄ eum qui ante legem vixerit. *Venditus sub peccatum.* Vnā enim cum morte, ait, & affectuum turba introiit. quum enim corpus mortale effectum est, tum deniq; necessariō admisit & concupiscentiā, & iracundiam, & dolorem, & cætera omnia, quæ magnæ admodū constantiæ ac sapientię indigebant, vt ne inundantis æstus vis ac tempestas rationē in nobis obrueret, in peccati voraginē demersam. Illi enim affectus, peccatū haudquaquam erant, sed illorū immoderatio effrenata hoc efficiebat. Verbi gratia, vt exemplo vnū aliquem illorum affectuū perractemus. Concupiscentia, peccatū quidem nō est: at quum ea modū non seruat, non sustinens se intra nuptiarū leges cōtinere, sed ad alienas vxores defultoria se transferens, tum res ea in adulteriū deniq; erumpit: non ab ipsa quidē concupiscentia, sed ab illius immodica cupiditate. Ac vide Pauli sapientiam. nā legē vbi laudibus extulit, continuō accucurrit ad tempus illud superius, vt declarata prius cōditione, qua in conditione esset genus nostrum, vel quo tempore legem accepit, tum demū ostenderet necessariā fuisse gratiā abundantia: quod ipsum vbique adstruere enixus est. Nā quum dicit, Venditus sub peccatum, id dicit non modō de iis qui sub lege, sed & de iis quoq; qui ante legē, atque adeo qui iam inde ab initio vixere. deinde & veditōnis, deditōnisq; modum docet. *Quod enim ago, non intelligo.* Quid hoc verbi sibi vult, non intelligo? Ignoro. Id verò quando fuit? nemo enim homo vnquā p̄ ignorantia peccauit. Vides, nisi cum decenti circūsp̄ctione dictiones ipsas deligamus, & ad apostoli scopū mentemq; attentius respiciamus, fore, vt hinc absurditates infinitæ consequantur. nam si ignorātes illi peccauere, indigni quidem erant qui pœnas darent. Itaq; quemadmodū superius dixit: Sine lege enim peccatū erat mortuum, nō hoc indicās, qui peccassent, eos se peccauisse nesciisse, sed sciuisse quidē, non tamen vsquē adeo exactē. Itaque peccati pœnas quidem luebat, sed non tam graues. ac rursus: Concupiscentiam nesciuissem, non in genere ignorantiam indicās, sed apertissimā cognitionem significās. Dixit porro, genuit in me omnem concupiscentiam, nō hoc professus, mandatū cōcupiscentiam effecisse, sed concupiscentiē intentionem atque incrementum peccatū per mandatū induxisse: Ita & hoc loco non rerum prorsus omnium ignorantia indicat, quum ait: Quod enim ago, non intelligo. quo modo enim illum dei lex delectaret secundum internum hominem? quid igitur id verbi est, non intelligo? tenebris obducor, ait, corripior, vim atq; iniuriam sustineo, nescio quo modo supplantor. qui loquendi modus nobis solennis est, quum dicimus, nescio quo pacto talis res meas diripuit: non ignorantiam obtendentes, sed imposturam quandam, circūuentionem, insidias significantes. *Non enim quod volo, id facio. Qui igitur nō id co-*

Hic sup. b

Ibidem.

Prou. 5. b

Gen. 25. d

Gen. 4. a

† p̄p̄ra acens.

† tibi ipsi rursus ter minū hūc p̄figito.

Mat. 1. d

id cognoscis quod facis? Si enim bonum expectas, & malum odisti, cognitionis hoc perfecta est. Unde liquet, illud hoc verbum, non volo, videri, non tollens liberum arbitrium, neque necessitate quandam coactam inducens. Nam si non voluntarij, sed coacti peccamus, rursum illa supplicia superioribus seculis illata, ratione non niterentur: sed quemadmodum quum dicit, non cognosco, non ignorantiam indicauit, sed quae diximus: sic & quum id verbi addit, non volo, necessitatem non denotauit, sed quod rem non laudaret, quandoquidem nisi hoc ita esse declarasset per haec verba, quod non volo facio, quo modo non addidit, sed quod cogor & compellor hoc facio? Hoc enim ipsum voluntati & libertati opponitur. nunc autem non hoc dixit, sed loco huius, verbum hoc, odi, posuit: ut intelligeres illud usurpando verbum hoc, non volo, non sustulisse libertatem. Quid igitur est illud, quod non volo? nepe quod non laudo, quod non admitto, quod non amo: ad cuius oppositam distinctionem & quae sequuntur addidit, dicens: *sed quod odi, hoc ago: si autem quod non volo, hoc facio, consentio legi quod bona sit.* Vides interim mentem non corruptam, sed in ipsa actione propriam seruam nobilitatem? etsi enim viciositatem pertractat, tamen illam odio habes pertractat. quod legis tam naturalis, quam scripturae maxima laus fuerit. nam quod lex bona sit, ait, constat ex iis, ob quae me ipse accuso, dum legi non auscultas, id ipsum odi, quod feci. atqui si lex peccati auctor foret, quoniam pacto ipsi consentiens, quod fieri illa iubet, odio haberet? *Consentio enim legi, quod bona sit. Nunc autem iam non ego perpetuo illud, sed quod inhabitat in me peccatum. Novi enim, quod non inhabitat in me, hoc est, in carne mea bonum.* Hoc loco irruunt, qui carnem calumniantes, illam a dei officio abalienant. Quid ergo dixerimus? ea scilicet quae paulo ante de lege quum disputaremus diximus: quod quemadmodum illic rem totam ad peccatum refert, sic & hic, neque enim dixit, quod caro illud efficit, sed contrarium: quod scilicet, non iam ego perpetuo illud, sed quod inhabitat in me peccatum. quod si dicit, quod non inhabitat in ipsa bonum, non dum hoc carnis crimen est: non enim non in ea habitare bonum, malam ipsam esse declarat. Nos porro carnem quidem animam inferiorem atque imbecilliohem esse fatemur, non tamen illi aduersantem, aut cum ea depugnantem, malamve: sed eandem sic animam esse subditam, ut citharista citharam, ut gubernatori nauem: quae quidem aduersaria non sunt agentibus, ut et tibibus, sed vel maximam conuenientiam: haud tamen honore cum artifice adaequata. Quae admodum igitur quisquis affirmat, nec in ipsa cithara, nec in ipsa nauis arte residere, sed in gubernatore, atque in citharcedo, is instrumenta ipsa minimam calumniatur, sed declarat quantum intersit artem inter & artificem: ita & Paulus quum ait, non habitat in carne mea bonum, ipsum sane corpus non fuggillauit, sed animam excellentiam declarauit. ea enim est, cui gubernationis, atque cantus negotium totum concreditum est. quod & Paulus hic declarat animam auctoritatem ponens: hominemque in ista duo diuides, animam, & corpus, ait ipsam carnem magis quidem brutam esse, & prudentiam nudatam, denique eas inter res annumerandam, quae agantur, non quae agant. ipsam vero animam sapientiohem, ac valentem intelligere, quid agendum, a quibus abstinendum, non sufficientem tamen ad equum pro suo arbitratu regendum. Id quod non carnis modo, sed & animae quoque crimen fuerit, intelligentis videlicet quae facere oporteat, non etiam

† condole-  
tans.

ad opus proferatis, quae visa ipsi fuerint. *Nam velle adest mihi: at ut faciam bonum, non reperio.* Hic rursus quum dixit, non reperio, ignorantiam non fatetur, neque dubitationem, sed molestiam quandam & insidias peccati, quod & apertius declarans, addit: *Non enim quod volo facio bonum, sed quod non volo malum, hoc ago. Porro si quod non volo ego, hoc facio, non iam ego perpetuo illud, sed inhabitans in me peccatum.* Vides ut tum animam, tum carnis naturam criminibus liberans, omnem culpam in sceleratam transmittit actionem. nam si anima a malo abhorret, liberata illa est. & si id minimam perpetrat, liberatur & corpus: ac quaecumque culpa esse potest, ea omnis voluntatis est. Neque enim vnum idemque sunt animae natura, & corporis, & voluntatis: sed illa quidem sunt dei opera, hoc autem ex nobis ipsis exoriens motus, quocumque deducere illum voluerimus. Voluntas enim res est a deo insita: at huiusmodi voluntas, nostrum, & mentis <sup>legem</sup> nostram opus est. *Reperio igitur per legem volenti mihi facere bonum, quod mihi malum adiunctum sit.* Obscurum hoc dictum. quid igitur sibi hoc vult? Laudo, inquit, legem iuxta conscientiam, & illam mihi bonum volenti reperio patroni partes agentem, mihique voluntatem intendentem. nam sicuti illa me delectat, sic & illa sententiam meam laudat. Vides ut declarat rerum tum bonarum tum malorum cognitionem nobis ab initio quasi fundamentum quoddam praestructam constitutamque fuisse, Mosis autem legem laudare illam, & ab illa laudari. neque enim supra dixit, a lege erudior: sed, consentio legi. neque hic dixit, erudior ab ipsa: sed, ipsa me delectat. quid autem est, illa me delectat? assentior illi tanquam recte habenti, sicut & illa mihi volenti bonum facere. Quae obrem & id velle quod bonum sit, & nolle quod malum, iam inde ab initio quasi fundamentum praestructum constitutumque erat. lex autem accedens, & in iis quae mala essent, accusatrix rerum multarum extitit, & in iis quae bona essent, plurimarum laudatrix. Vides ubique intentionem quandam & additamentum legi suo testimonio tantummodo tribuere Paulum, praeterea nihil. illa enim laudate, & me delectante, ac volente bonum, malum adhuc adest, & illius actio sublata non est. Quare lex ei qui iam proposuerit bonum aliquod facere, ea quidem parte auxiliatrix tantum existit, quatenus & ille idem eisdem in rebus cum illa conspirat & consentit. deinde posteaquam ipsum hoc obscure posuit, progressus, id interpretat ac manifestius reddit, declarans quo pacto malum adest, & quo pacto volenti bonum facere, lex simul praesto adest. *Delectat enim me, inquit, lex dei secundum internum hominem.* Noueram enim & antea, ait, bonum: illo autem reperto & in literis laudo. *Sed video aliam legem in membris meis, rebellantem legi mentis meae.* Legem hic rursus peccatum repugnans vocauit, non ob illius dignitatem, sed ob vehementem obedientiam eorum, qui illi parent. Quo modo igitur dominum Mammonam vocat, & deum ventrem, non ob propriam dignitatem, sed ob magnam subditorum seruitutem: sic & hic legem vocauit peccatum, propter illos qui ita illi seruiunt, vereturque ab eo discedere, ut vereatur qui legem accepere, legem deserere. Hoc igitur peccatum, ait, opponit legi naturali. id enim est quod ait, legi mentis meae. quin & acie introducit, & pugnam, certamenque: totum opponit naturali legi. Nam Mosis lex ex abundantia postea addita fuit: sed tamen & haec & illa, haec quidem docet, illa autem laudas honesta, nihil magni facinoris hac in pugna praestitere, talis tantaque: erat peccati tyrannis, vincens videlicet,

† τὴν πρῶτην  
σὴν, id est  
praesentiam  
sive aduer-  
sum.

videlicet, & superior effecta. Id quod Paulus palam facies, ac per vim cladem factam declarans, ait: *Video autem aliam legem repugnantem legi mentis meae, & captiuum reddentem me.* Neque enim dixit, vincentem, simpliciter: sed, captiuum reddentem me legi peccati. Non dixit, impetui carnis, neque naturae carnis: sed, legi peccati: hoc est, tyrannidi ac potentiae. quo modo igitur ait, quae est in membris meis? & quid hoc est? neque enim verbum hoc facit, ut membra ipsa peccatum sint, quin potius vel maximam a peccato separat. diuersum est enim id quod in aliquo est, ab eo in quo aliud aliud est. Quemadmodum igitur mandatum non est malum, postquam per ipsum occasionem accepit peccatum: sic nec carnis natura mala, etiam si per ipsam peccatum nos debellet. quandoquidem eadem ratione & anima mala fuerit, idque eodem magis, quod rerum agendarum auctoritatem habet. Sed non est ita, non est ita. neque enim si admirandas aliquas aedes & regalia palatia tyrannus quispiam ac latro capiat, propterea culpamque, & in calumnia vocanda sint aedes: sed omne illud crimen illorum fuerit, qui aedibus insidias huiusmodi struxerint. At verum hoc veritatis hostes, vna cum impietate in magna etiam amentiam dum reuoluuntur, non sentiunt. neque enim carnem solum insinuat, sed & legem calumniatur: quanquam si caro, malum est, lex ipsa, bonum fuerit: repugnat enim & aduersatur. si autem lex, bonum non est, caro ipsa, bonum fuerit: depugnat enim iuxta illos, & cum illa bellum gerit. Qui igitur utrunque, diaboli esse dicunt, inducentes quae inter se sunt pugnantia, atque contraria? Vides quanta ista sit amentia, cum impietate etiam coniuncta? Sed non ea sunt ecclesiae dogmata, quinimo peccatum solum damnat: & legem utranque tum naturam, tum Mosis a deo datam, eidem peccato aduersaria esse volunt, non carni: neque enim carnem peccatum esse, sed dei opus ac virtutem vel maximam nobis accommodum, si sapuerimus. *Miser ego homo, quis me eripiet ex hoc corpore morti obnoxio?* Vides quanta sit peccati tyrannis, quae videlicet mentem vel legi congratulantem, atque in ea delectantem vincat? neque enim, ait, dicere habeas, me, qui legem oderim & auersem, a peccato macipari. ea enim me delectat, & illi ipse assentior, & ad illam profugio: sed tamen illa ne sic quidem ad se fugientem salutem efficere potuit. at Christus vel a se fugientem salutem effecit. Vides quanta gratiae magnitudo? Veruntamen non sic locutus est ipse apostolus. deplorans autem solum & alte lamentatus, quasi qui auxilio destitutus esset, per dubitationem ostendit Christi potentiam, atque ait: *Miser ego homo, quis me eripiet ex hoc corpore morti obnoxio?* lex nequiuit. *Conscientia non suffecit, etiam si quae bona essent laudare, nec laudare modo, sed etiam aduersantibus obfisterem, depugnaremque: quod enim dixit, rebellantem declarauit, & se aduersa acie stantem dimicare. unde igitur erit salutis spes? Gratias, inquit, ago deo meo per Iesum Christum dominum nostrum.* Vide ut necessariam fuisse ostendat gratiae abundantiam] communiamque: esse patris ac filij beneficia? nam ut patri gratias agat, huiusmodi tamen gratiarum actionis auctor est filius. Porro autem quum Paulum audis dicentem, *Quis me eripiet ex hoc corpore mortis? caue putes illum carnem ipsam incusare.* neque enim dixit, corpus peccati: sed, corpus mortis, hoc est, mortale corpus: a morte scilicet mancipatum, non autem quod morte generauerit. quod non est maliciae carnis, sed violentiae eius, quam sustinebat, signum. Quae admodum si quis captiuus a barbaris, barbarus vocatus, non quod barbarus sit, sed quod ab illis detinetur: sic &

corpus mortis dicit, quod ab ea detentum sit, non quod ipsam procurauerit. Itaque non ipse a corpore eripi vult, sed a mortali corpore, significans quod sepe dixi, corpus, ex eo quod patibile effectum sit, a peccato etiam facile expugnari posse. Dicit aliquis: Et quae obrum si talis, tantaque peccati tyrannis ante gratiam fuit, animaduersum est in eos, qui deliquissent? Nempe quae earum ordinata & constituta, quae etiam dominante peccato perficere, & exequi illi possent. neque enim ad summam illos deus pertraxit politiam: sed & permisit pecuniis illos frui, pluribus vxoribus uti non prohibes, & irae gratificari quoad iustum esset, & voluptatum moderatarum usum habere. denique tanta erat indulgentia, ut scripta lex minora etiam exigeret, quam naturalis lex diceret. Nam naturae lex virum vnum mulieris vnus consuetudine contentum esse iussit. quod & Christus indicans, ait, *Qui ab initio fecit, mare & foemina eos fecit.* At Mosis lex neque hanc repudiari, neque illam repudiatam in locum admitti prohibuit, neque duae quo minus eodem haberent tempore interdixit, praeter id autem videas, qui ante Mosis legem vixere, sub naturali lege eruditi, eos pluram praestitisse, quam Mosis lege contenta essent. Quas ob res qui in veteri lege versabantur, in vim non patiebantur, ut quorum in remp. legislatio admodum moderata introducta esset. quod si ne sic quidem vincere potuere, illorum ignauiae crimen esto. Idcirco & Paulus gratias agit quod Christus his omnibus nulla ex parte excussis, non solum ad delictorum nostrorum calculos nos non vocauit, sed aptos etiam ad maiorem cursum conficiendum reddidit. Itaque ait: *Gratias ago deo meo per Iesum Christum. ac praetermissa salute, tanquam ab omnibus confessa, ex iis quae iam illi adstructa fundataque essent, ad aliud maius transiit, dicens, nos non pristinis tantum periculis liberatos, sed tales effectos ut in futurum capi, ac macipari nequeamus.* *Nulla enim, inquit, nunc condemnatio iis, qui sunt in Christo, qui non iuxta carnem ambulauerunt.* sed non id prius dixit, donec comonefaceret rursus pristini status, prius enim dixit: *Igitur ego seruo legi dei, carne autem legi peccati.* deinde adiunxit, *Nulla ergo nunc condemnatio iis qui in Christo sunt, postea quoniam obfistebat illi, multos esse, quod vel a baptismo peccarent, propterea ad illud vrges proferat: nec simpliciter ait, iis qui in Christo sunt: sed, iis qui non iuxta carnem ambulauerunt: declarans quicquid id est, nostrae ignauiae opus esse. licet enim nunc non iuxta carnem ambulare: tum autem difficile erat, atque hoc & alia ratione adstruit, per ea quae deinceps, sic inquit: *Lex enim spiritus vitae liberauit me.* legem spiritus hoc loco ipsum spiritum appellans. Quemadmodum enim legem peccati, peccatum: sic legem spiritus, spiritum dicit, atque & Mosis legem sic vocauit. scimus enim, ait, quod lex spiritualis est. *ecquodnam igitur discrimen? certe magnam & immensum. illa enim lex, spiritualis lex: haec autem lex, spiritus lex. & quid hoc ab illo differt? quod illa quidem a spiritu tantum data est: haec autem & spiritum prolixum atque abundantem se suscipientibus suppeditabat. Itaque & ipsam vitae legem appellauit, ut illam secernat atque distinguat a lege illa peccati, non Mosaica. quum enim ait, *hic liberauit me] a lege peccati & mortis.* Non hic Mosis legem intelligit, nusquam enim illam appellat peccati esse se vitae legem. quid enim? ut quae iustam ac sanctam saepe nominauit, & peccatum extinguentem? sed legem illam significat, quam mentis legi aduersantem dixit. Hoc enim peccatissimum bellum spiritus gratia sustulit, quae & incolumi peccatum mortificauit, & certam nobis leuius reddidit.**

Mat. 10. 6

Cap. 7. 11

Supr. 7. 6

† hic habe  
liberauit me] a lege peccati & mortis. Non hic Mosis legem intelligit, nusquam enim illam appellat peccati esse se vitae legem. quid enim? ut quae iustam ac sanctam saepe nominauit, & peccatum extinguentem? sed legem illam significat, quam mentis legi aduersantem dixit. Hoc enim peccatissimum bellum spiritus gratia sustulit, quae & incolumi peccatum mortificauit, & certam nobis leuius reddidit.



dit, & prius coronā imposuit, ac tum demum magno cū præsidio ad certamina vocavit. Quod autē nunquā non facit à filio ad spiritum transiēs, à spiritu ad filium & patrem, ac trinitati nostra omnia imputās: *ibidem d.* hoc ipsum & hic facit, nam vbi dixit, Quis me eripiet de hoc corpore mortis? ostēdit patrē per filium hoc facere, post autē & spiritum sanctum per filium. lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu liberavit me, ait. deinde rursus patrē & filium. *Nam quod lex prestare minimè poterat, ea parte qua imbecillis erat per carnē, hoc deus filio proprio misso sub specie carnis peccato obnoxie prestavit, ac de peccato condemnauit peccatū per carnem.* Rursus videtur quidē legē calūniari. sin verò quis diligēter attēdat, vel maximè illā laudat, cōuenisse eā cū Christo ostēdens, & res eadē cū illo voluisse. neque enim dixit, quod in lege malū erat, sed quod illa minimè poterat: & rursus, quaten⁹ imbecillis erat, nō quaten⁹ male agebat, aut insidiabatur: nec imbecillitatē illi adscribit, sed carnē, dicens, quatenus imbecilla erat per carnē. Carnē hic rursus nō substātiā ipsā, & subiectū, sed carnaliorē sensum vocās, quibus verbis tū corp⁹ tū legē criminatione liberat: nō per hęc autē solum sed per subsequētia. Nam si lex contraria fuisset, quī Christus in illius auxiliū aduenit? & illius iustificationem impleuit? & manū præbuit, cōdemnās peccatū in carne? hoc enim restabat: quoniā quidē in animā iam olim lex peccatū idē condēnabat. Quid ergo? lex quod maius quidē erat fecit, quod autē min⁹, id dei vnigenitus? nequaquam. maximè enim & illud deus fecit: vt qui cū naturalē legē dedit, tū verò scriptā addidit. alioqui autē nihil profuisset, quod maius erat nisi id etiā fuisset propositum. Quod minus erat, quid enim profuerit quæ agenda sint scire, ei qui ea ad op⁹ nō perducit? Certē nihil, imò maior inde cōdemnatio existit. quare qui animā seruauit, hic idem est, qui & carnē fræno parentē effecit. Siquidē docere quidē, facile: cæterum viam mōstrare, qua via nullo negotio hęc facta sint, hoc demum mirum est. Propterea sanè venit vnigenitus: nec prius abscēssit, donec illa nos difficultate explicauerit. Quod autē maius censendū, id victoriæ modus est. neque enim aliā assumpsit carnē, sed ipsam hanc afflicta, laboribusq; cōfectam. Quemadmodum enim si quis vilē ac circūforaneam mulierem in rerū venaliū foro vapulātem intuitus, se illius esse filium profiteretur, reuera regis filius quī esset, atque hac ratione illam è manibus eorū à quibus malè haberetur, eriperet: ita & ipse fecit, fassus se esse hominis filiū, patrociniū auxiliūq; illi afferens, ac peccatum damnans. nō ergo ausus est postea illā verberare: seu potius illā quidē verberavit mortis plaga. Inde effectū est, vt non ipsa caro verberata, sed ipsum peccatū verberans dānatū sit, ac perierit: id quod omnīū est maximè admirandum. nisi enim in carne victoria parta fuisset, non tā mirandum foret, quando & lex hoc efficiebat. mirū autē id est, quod vnā cum carne trophēū erectum est. & quæ millies à peccato deiecta fuerat, hęc eadē splēdidam contra illud victoriam tulit. Vide enim quot noua atque inopinata extiterint. Vnum quidē, quod peccatum carnē non vicit, alterū quod victū est peccatum, & à carne victū. neque enim simile fuerit, nō vinci, & vincere quod antea semper deiiciebat. tertium, quod nō modò vicit, sed & puniuit, nā minimè peccando, non victus est: moriendo autē vicit & dānavit illud, terribilem illi carnē efficiens, quæ prius

despicibilis esset. Sic igitur & illius potētia fregit, & mortē per illud introductā sustulit. donec cū peccatores offēderet, iure optimo obitū assererat. posteaquā verò corpus minimè peccans reperit, illudq; morti tradidit: condēnatū illud est tanquā quod iniuriam attulisset. Vides quā diuersē victoriæ partē sint? quod nō victa sit caro à peccato: quod ea peccatū vicerit ac dānarit: quod nō simpliciter dānarit, sed dānarit tanquā quod peccauisset. prius enim illud coarguit iniuriā fecisse, sicq; ipsum dānavit, nō simpliciter fortitudine ac potestate, sed iure ac ratione. hoc enim patefecit dicens, De peccato dānavit peccatū in carne. ac si dixisset, quod cōiucit illud magno admodū de peccato, ac tū demū illud dānavit. Vides vbiq; peccatū dānari, nō carnē: sed hanc & coronā accipere, & sententiam contra illud reportare? Quod si in specie carnis ait misisse filiū, nō propterea existimes aliā esse carnē. quoniā enim dixit, peccati, idcirco & speciei verbo vtus est. neq; enim peccatrici carnem habuit Christus, sed similem quidem nostræ peccatrici, minimè autē peccatricē, & natura eandē nobiscum. quare & hinc videlicet nō erat mala carnis ipsius natura. neq; enim alia prioris loco accepta, neq; hac ipsa mutata secundum substātiā, ipsā Christus expugnare molitus est, sed illā manere sinēs in eadē natura, fecit vt coronā contra peccatū reportaret, & tunc ipsam post victoriā excitauit, & immortalē effecit. Dices, Quid hoc ad me, si hęc in illam carnē euenerē? ad te certē maximè. iccirco addidit: *Vt iustificatio legis impleatur in nobis, qui non secundū carnem ambulamus.* Quid est iustificatio? finis destinatio, ipsa operis perfectio. quid em̄ illa lex volebat? quid autē imperabat? sine peccato vt esēs. hoc igit nobis per Christū præsistū est, atq; ipsum quidē obstitisse, & superauisse, illi⁹ fuit: victoriæ autē fructū cepisse, nostrum. Itaq; nō amplius peccabimus: non, inquam, amplius peccabimus, nisi admodum fracti animis cōciderim⁹. iccirco addidit, Qui nō secundū carnē ambulam⁹. Vt ne enim, quod audieris Christū peccati bello te liberasse, atque in te impletā esse legis iustificationē, damnato in carne peccato, apparatus omnem euertas: ob hanc causam illic quum dixisset, Nulla igitur condēnatio, addidit, his qui nō secundū carnem ambulant: & hic item quum dicit, Vt impleatur in nobis iustificatio legis, ipsum hoc attexuit, seu potius nō hoc ipsum solum, sed multo amplius. posteaquam enim dixit, Vt iustificatio legis in nobis impleatur, qui nō secundū carnem ambulamus, addidit, sed secundum spiritum: ostēdens nō oportere modò à malis abstinere, sed & in bono florescere. nam tibi coronam donasse, illius: donatam autē retinere, tuū. etenim, quæ legis erat iustificatio non esse execrationi obnoxiiū, id tibi perfecit Christus. ne igitur tantū donum prodas, sed perpetuo asseruato pulchrū hunc thesaurum. tibi enim hic cōmonstrat lauacrum nobis nō sufficere ad salutē: nisi & lauacro accepto, vitam dono dignā exhibeamus. Itaq; rursus legi patrocinator hęc dicens. nam posteaquā in Christum crediderimus, sunt omnia faciēda ac præsistanda, vt illius iustificatio, quod impleuit Christus, in nobis hæreat, non etiam corrumpatur. *Qui enim secundū carnem sunt, ait, quæ carnis sunt sapiunt: qui verò secundū spiritum, quæ sunt spiritus. Nam sensus carnis mors est: sensus autē spiritus, vita, & pax: quoniā sensus carnis inimicitia est in deū. legi enim dei non subditur, neq; enim potest.*

*ibidem d.*

*† non profuerit  
fortē legē  
dum, nisi  
vbi, id est,  
nisi etiam  
adiectum  
fuisse.*

*hic inf.*

*† fornicatio  
sine scortatio.  
est in  
Theophylasto.  
Mat. 7. c.  
& Luca  
6. f.*

*Mat. 13. d*

At ne hoc quidem carnis calumnia fuerit. donec enim suum ordinem seruat, absurdi nihil fit. at quum illi omnia cōcedimus, ac proprios transiliens terminos contra animam insurgit, tū omnia perdit, ac corrumpit, nō à propria natura, sed ab immoderatione ac confusione inde nata. *Qui vero secundum spiritū, quæ sunt spiritus. Nam sensus carnis, mors.* non dixit: nam carnis natura, neque, nam substātia corporis: sed, sensus, qui ipse corrigi quidem queat, ac tolli. Hoc autē ait, non ipsi carni propriam cogitationē tribuēs, abfit, sed crassiorē mētis interpretationem ostētans, & à peiori illā vocans: sicuti & carnem sæpenumero totum hominem & animā habētem appellare assuevit. *Sensus autem spiritus.* & hic rursus spiritualem cogitationem dicit. Quemadmodum & progressus vltim⁹ ait: Qui autē scrutatur corda, nouit qui sit spirit⁹ sensus. ac declarat multa ex hac spirituali cogitatione bona proficisci cū in præsenti vita, tū in futura. malis enim iis, quæ sensus carnalis affert, multo plura bona exhibet spiritualis sensus. quod palām fecit his verbis, vita, & pax. quorū alterū oppositū est priori illo. Nam sensus carnis, mors. alterū autē, huic quod sequitur, pacem enim vbi dixit, subiunxit, quoniā sensus carnis inimicitia est in deū. quod quidē morte deterius est. Deinde ostēdit quemadmodū & mors & inimicitia eueniant. *Legi enim dei non subditur, neque enim potest.* sed tu ne commoueat tamen, dum id verbi audis, Neque enim potest. Hęc enim dubitatio facilem habet solutionem. Nam hoc quidē loco, carnis sensum appellat terrestrem cogitationem, crassam, secularib⁹ rebus malisq; actionibus intētam atq; affixam. Hanc adeo cogitationem non posse ait deo subditā esse. Et quæ tandē salutis spes, si fieri nō potest, vt qui mal⁹ est, is bonus fiat? nō hoc est quod ait. alioqui, qui paul⁹ talis euasit? qui latro? qui Mannasses? qui Niniuitæ? qui David lapsus se ipsū sibi recepit? qui Petr⁹ Christū inficiatus, se ipsum collegit? qui stuprator, rursus in Christi gregē annumeratus est? qui Galatæ gratia lapsi, ad priorē rediere cogitationē? Nō ergo hoc dicit, fieri nō posse, vt qui malus est, bonus fiat: sed fieri nō posse, vt qui malus esse perseuerat, deo subdat. facile tamen esse factū, vt si animum mutet suū, bonus euadat, ac deo subdatur. neq; enim dixit, hominē non posse deo subdi, sed malam actionē non posse bonam esse. ac si diceret: Imalicia nō potest esse modestia. neq; scelus, virt⁹. Quemadmodū & in euangelio ait dominus: Nō potest arbor putris & viciosa fructus bonos facere: nō prohibens vicij mutationē in virtutem, sed dicēs ipsam in vicio perseuerantiā bonos fructus haudquaquā ferre posse. nō enim dixit, non posse arborem malam bonam fieri: sed, fructus bonos illā ferre non posse tantisper dū mala esse perseuerat. quandoquidē fieri posse, vt immutetur quis, id certē tum hinc, tum ex alia declarauit parabola, quum inducit zizania triticū esse facta. Itaq; & extirpare illa vetat. nequādo em̄, inquit, vnā cū illis & frumētum reuellatis: hoc est, id frumētum, quod futurū est ex illis. Solum igitur carnis viciū ait: & sensum spiritus, gratiā datam, opusq; bona voluntate temperatū: nusquam hic neq; de hypostasi, nec de substātia loquēs, sed de virtute, ac viciositate. Quod enim nequiuisti in lege, ait, hoc nūc poteris, recta scilicet ingredi, ac nulla pedū offensione, si spiritus auxiliū apprehenderis. non enim sufficit nō ambulare secundū carnem, sed oportet & secun-

dum spiritū ingredi. quandoquidem nō satis est nobis ad salutē à malo declinare, sed & bonis operibus operā dare oportet. Hoc porro erit, si spiritui animā dediderimus, tum carni persuaserimus propriū ordinem seruare, locumq; agnoscere suū. nam ita demū & illā efficiemus spiritualem: quemadmodum si nos ipsos ad fœcordiam ignauiamq; dederimus, animam etiā carnalem efficiemus. Posteaquā enim non naturæ necessitatē dei donum imposuit, sed volūtatis libertatē prębuit, in te positum est & hoc fias & illud. quæ em̄ illius officia erāt, ea omnia sunt peracta. neq; enim veluti aduersa in acie stans, mentis nostræ legi peccatū repugnat, nec captiuā illam sicut antea abducit: sed cūcta illa submota & abrogata cōquiescere, suntq; animi affectus ipsi repressi, timētes ac perhorrescētes spiritus gratiā. Quod tu si lumē restinguis, aurigā excutis, gubernatorē exigis: tibi ipsē fluctuationem tempestatemq; adscribit. Nam q; hoc quidem tempore virtus minoris negocij egeat, vnde & cōstantiē, tolerantia, continentia incrementū ingens, expendito quēmnā in modum quo tēpore dōminare lex, mortaliū res sese haberent, quemadmodum rursus nūc se eadē illæ habeāt, posteaquā gratia illuxit. Quæ enim nemo videbat pręstare posse, virginitas, & mortis contēptus, compluresq; alij affectus, ea ipsa vbiq; iam terrarū nunc pręstatur: neq; apud nos solū, sed & apud Scythas, apud Thracas, apud Indos, apud Persas, reliquosq; q̄ plurimos barbaros, & virginū chori, & martyrum populi, & monachorū sodalitates, qui omnes iā plures iis esse cœperūt, qui vxores habent. Adde huc & ieiunij & paupertatis intentū atque ingens studium. Quæ tamen ipsa extra vnū aut duos, ne in somniis quidem imaginari qui legis tempore vixerūt homines potuerunt. Quum igitur videas rerum veritatē tuba clarius clamitantē, ne mollem, ne dissolutum, ne remissum tēgeras, neu tantā gratiam prodas. neq; enim licet, ne fide quidem iam accepta, pigrescentē saluū fieri. facilia enim proposita sunt certamina, vt tu media in palęstra vincas, nō vt obdormias, neq; vt gratiæ magnitudine ad ignauia argumentū abutare, priori in cœno rursus volutatus. quapropter & adiungit, *Qui autē in carne sunt, deo placere non possunt.* Dicit aliquis, quid? Nū corp⁹ nostrū discernem⁹, nū è carne excēdem⁹, deo vt placeam⁹? quid? homicidias fieri nos censēs ad virtutis studiū à te deductos? Vides quot absurditates enascātur, si simpliciter exceperim⁹ quæ ab authore dicūtur? Carnē enim hic non corpus appellat, neq; corporis substātiā, sed vitam carnalē, mundanam, voluptate & luxu dissulentē, quæ hominem ipsum, quantuscunq; est, carnē esse facit. Quæ admodum enim qui spiritu erecti, ac veluti volatiles viuunt, ij & corpus quoq; spirituale efficiūt: sic qui à spiritu sunt auersi, ventri autē ac voluptati seruiunt, ij & animam carnem efficiūt, non substātiā quidem immutantes, sed illius nobilitatē perdentes. Atque huiusmodi dictionis tropus identidē & in veteri quoq; extat instrumēto, carnis nomine significas crassam & terrestre vitā, & eam quæ impuris atque absurdis voluptatibus implicata sit, & irretita. Nā ad Noē ita loquitur deus, Nō permancebit spirit⁹ meus in hominib⁹ istis, quia caro sunt. quāquā & ipse Noē carne obductus erat. sed hoc ipsum in crimē nō vocabat, quod videlicet carne esset obducti: hoc enim naturę erat, sed quod carnalem sibi vitam delegissēt.

*Gene. 6. 3.*

*Itaque*

Itaque & Paulus ait, Qui autē in carne sunt, deo placere non possunt. atque addidit, Vos autē in carne non estis, sed in spiritu: rursus non simpliciter carnē dicēs, sed eiusmodi, quam modō dixim⁹ carnē, quā videlicet ab affectib⁹ animiq; morbis tracta, veluti tyrānide oppressa, seruiat. Dices: Et quāobrē nō ad hūc modū locutus est Paulus? quamobrem differentiam hanc nō adhibuit? attollere volebat auditorem, atq; ostēdere, qui rectē & sanctē viuūt, hūc ne in corpore quidē esse. Nam quōd planē cōstaret spirituale hominē in peccato minimē esse, iccirco hic, quod maius quidem erat, ponendū sibi duxit, quōd videlicet nō solum in peccato, sed ne in carne quidē amplius esset spiritualis homo. nimirū hinc iam angelus effectus, ad cōlū euectus, corpūsq; simpliciter circūferens. Quōd si tute carnē calumniaris, quōd illius nomine carnalem vitam appellites: & mūdum item calūniaris, quōd hinc sepe numero malicia designetur: ita enim ad discipulos ait Christus, Vos non estis ex mūdo hoc. & rursus ad fratres idem suos, Nō potest mūdus vos odisse, me autem odit. Iā & anima à deo aliena esse dicitur, quōd qui in errore viuūt, animales vocauit. Sed non est ita, nō est ita. Necessē enī est non ad voces simpliciter, sed ad loquentis mentē v-bique aduertamus, exactamq; dictorū discretionem pernoscam⁹. Alia enim sunt bona, alia mala, alia media, verbi gratia. Aīa & caro, ex corū numero sunt, quę media vocātur: possuntq; & hoc & illud fieri. at spiritus ex corū semper est numero, quę bona sunt, nec aliud vnquā efficitur. Rursus, carnis sensus, hoc est, scelerata actio, ex corū semper est numero q̄ mala sunt. legi enim dei non subditur. Si igitur parti ei quę melior sit, animā & corpus tradideris, ea illius partis fient: si peiori rursus, exitij eius quod inibi est particeps efficeris, nō ab animę & corporis natura, sed ab ipsa\* mēte ac sententia, q̄ domina est, potestq; vtrunq; hoc eligere. Ac q̄ hęc ita sese habeant, nec sint, quę diximus, carnis calūnia: rursus dictionē ipsam pertractantes, accuratius examinemus. Vos autē non in carne estis, sed in spiritu, ait. Quid? in carne illi non erāt, sed incorporei obambulabant? Quī id & quānā ratione? Vides vt vitam carnalem significauerit? & quamobrem non dixit, Vos autē non estis in peccato? vt intelligas, Christū nō solum extinxisse peccati incendiū, ac tyrannidem oppressisse, sed & carnē leuiorē ac spiritualiorē reddidisse, natura nō mutata, sed velociore atq; agiliore effecta. Nā quemadmodum ferrum ab ignis assiduo vsu, & ipsum quoq; in ignē euadit, propria in natura remanēs: sic fidelium, spiritumq; habentiū caro, in illā demum efficiētiam trāsmutatur, tota spiritualis, vndiq; cruci suffixa, atq; vnā cū anima & ipsa volatilis reddita: quale quidem erat eius corpus, qui hęc ipsa profert. Qua de causa omneis ille quidē delicias voluptatēq; ridebat: fame autē, flagellis, ergastulis delectabat, nec dolebat illa dum toleraret, atq; hoc declarās dicebat: \* Afflictio enī præsens leuis est. Vsq̄ eadeo ille carnē edoleuitas afcuerat cū spiritu cōsentire atq; cōspirare. Si modō spiritus dei habitat in vobis. Verbū id, si modō, identidem nō ambigens addit, sed vel maximē credens: & loco huius vocis, quandoquidē: vt quum ait: Si modō iustum est apud deū, reddere iis qui affligūt vos, afflictionē, rursus: Tot ac tanta passi estis frustra, si modō & frustra. Si quis verō spiritū Christi non habet. Nō dixit, si autem vos nō habetis: sed sub aliis personis, quod

molestum erat, prosequitur. Hic non est eius, ait. Si autē Christus in vobis est. rursus Christū in illis esse ait: atq; quod molestū quidem erat & dictum inuidiosum, id breue, & mediū posuit: quod autē optabile, vtrinq; & multis, verbis vt illud inumbraret. Hoc autē ait nō spiritū Christum esse dicēs, absit hoc: sed ostendens quōd qui spiritū habet, nō solum Christi appellatur, sed & ipsum habet Christū. neque enim datur spiritu præsente nō & Christum adesse. Nam vbicumque spiritus, vna triadis substātia, adfuerit, adest & ipsa trias: à se enī ipsa diuelli nō potest: estq; ea exactissimē sibi vnita. Et quid nobis, inquires, futurum est, si Christ⁹ in nobis fuerit? Corpus quidē mortuū propter peccatū, spiritus verō vita propter iustitiā. Vides quot mala ex eo quōd quis sanctū spiritum non habeat? Mors, inimicia erga deum, non posse illius legibus placere, quod Christi est, id nō vt Christi esse, ipsum non habere inquilinū. Considera igitur & quot bona ex eo quōd quis spiritū habeat, Christi esse. ipsum Christū habere, cū angelis de dignitate certare. hoc enim est carnē mortificauisse, vitā immortalē viuere, iā hinc resurrectionis pignora habere, facilitate magnavirtutis cursū currere. neque enim dixit corpus iam à peccato retardari, sed & mortuum esse, cursuum facilitatē intendens. Nam qui talis est, is demum nulla iam molestia, nullo iam labore coronatur. Itaq; & peccati verbum addidit, vt inteligas illum corporis semel maliciam, non naturam sustulisse. Hoc enim si eueniat, multa etiā ex iis quę animę cōducere possunt, sublata fuerint. Nō hoc ergo ait, sed corpus ipsum viuū ac manens mortuum esse vult. Nā hoc demū signum est, Christum nos habere, spiritumq; in nobis esse, quū corpora quidē nostra ab iis corporibus nihil differūt, quę tumulis recōdita iacet, dūtaxat quod ad corporis op⁹ pertinet. Sed tu ne terrea re audito mortificationis nomine. habes enim verā vitam, quā nulla mors est exceptura. Talis est enim spiritus vita: non iam morti cōcedit, sed illam atterit atque absumit, quod semel ceperit, illud immortale conseruās. Quapropter vbi dixit, corpus mortuum, non dixit, spiritum viuentem: sed, spiritum vitam, vt ostēdat illū & aliis quoq; prębere hoc posse. postea rursus constringens auditorē, & vitę quoq; causam probationemq; dicit: Hęc autē est iusticia, peccatū enim si abest, ne mors quidem cōparet: morte porrō non cōparente, vita indissolubilis est. Quōd si spiritus eius qui excitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis: is qui excitauit Christum ex mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter ipsius spiritum inhabitantem in vobis. Rursus Paulus sermonē ad resurrectionē pertinentem mouet: quoniā hęc potissimū spes auditorem cepit: atq; illū ab iis confirmat, quę in Christū euenerunt. Cautē enī, inquit, eo terreat, quōd mortuū corpus induisti: spiritum habeto: & omnino resurget. quid igitur? quę spiritu caret corpora nō resurgunt? quī verō somnia oportet ad Christi suggestū representari? quī porrō is verax ac fide dignus erit sermo, qui de gehēna circumfertur? Nam si qui spiritū non habēt, ij nequaquā resurgunt, ne gehenna quidem existet. quid igit sibi vult dictum hoc? Certe omnes quidem resurgent, nō omnes autem ad vitam: sed alij quidē ad pœnā, alij autem ad vitā. Itaq; Paulus nō est hoc verbo vsus, excitabit: sed, viuificabit, quod amplius quidē erat, quām excitatio: quodq; solis iustis darū est. Cuiusmodi honoris causam quū posuisset, addidit &

16. 15. 17. c. ibidē 7. a. \* vbi m. i. consilium, sententia, voluntas. 2. Cor. 4. d. \* Nā momentanea afflictio enī præsens leuis est. Vsq̄ eadeo ille carnē edoleuitas afcuerat cū spiritu cōsentire atq; cōspirare. Si modō spiritus dei habitat in vobis. 1. Thef. 3. b. Gala. 3. a.

dit & hoc, propter inhabitātem in vobis spiritū: quare si viuens adhuc, spiritus gratiā exegisti, atq; ea penes te minimē salua, decessisti, peribis omnino, vel si resurrexeris. Nam quē admodum deus non sustinet, supplicio te tradere, quum spiritū suum in te lucere videret: sic extinētū vbi viderit spiritū, te nō recipit, nec in nuptialē thalamum introducit: quemadmodum ne illas quidem virgines. Morale. Ne igitur corpus nūc viuere sinas, vt tū viuat: fac, illud vt moriatur, vt ne moriatur. nam si viuum manserit, nequaquā viuēt: sin verō mortuum fuerit, tum deniq; viuēt. Hoc ipsum & in vniuersa resurrectione fit. prius enim illud moriatur oportet ac sepeliatur, ac tum demū immortale fiet. Hoc idē & in lauacro vsu venit, prius enim crucifixū est ac sepultū, & tum demū excitatū. hoc & in corpore dominico. illud enī cruce suffixum, mortuū, sepultūq; est, ac tum demū resurrexit. Itaq; & hoc quoq; in illius operibus factitemus. assidue illud mortificemus, non essentiā dico, absit hoc: sed impetus motūq; eos, qui ad prauas actiones ferit. Nā hoc demū vita, seu potius hoc solū vita est, nimirū nihil quicquā tolerare, quod humanum sit, nec voluptatibus additū seruire quibus sanē quisq; sese subdiderit, huic ne viuere quidē postea licet, idq; propter iniusta ab illis, pbra, ac dedecora, ppter eos quos afferūt terrores ac pericula, ppter infinitarū turbationum agmē. si enim mors expectata voluptuario illi fuerit, is profectō ante ipsam etiā mortē timore emoritur, si morbum, si iniuriā, si paupertatē, si aliud quid piā nec opinatū suspicatus fuerit, perit iā & absumpt⁹ est miser. Hęc ergo vita quid tandē miserabilius esse queat? At non talis quidē est, qui spiritu viuūt. quī & terrore, & dolore, & periculis & quauis mutatione superior existit: non quod nihil sit tolerandū, sed quia multō (id est, maius) ea, dum impēdēt, mala despiciat. Quī verō id fieri queat? Nimirum si nunquā non spiritus in nobis habitauerit. neq; enim simpliciter vult Paulus, vt spiritus idem in nobis ad breue aliquod tēpus, sed vt assidue inhabitet. Idcirco nō dixit, propter spiritū qui inhabitauerit: sed, qui inhabitat, ostendens morā, mansionemq; eam perpetuā esse debere. Ergo viuere is maxime dicitur, qui vita mortificatus est. Itaq; dixit, spiritū vitam esse, propter iustificationē. Atque vt euidentius nobis res ipsa ante oculos verferet: homines duos exēpli gratia in mediū proferamus. Alterū luxui, voluptatibus, vitę pellacię deditū: alterū iis, quę dixi, mortuū: tū dispiciamus, vter horū magis viuat. Horum porrō duorū alter prędiues, in primisq; illustri, parasitos adulatorēsq; pascat, iis se oblectās. Idem totos dies in lustris ac popinis vinolētus ac cōmessa bundus cōsumat. Alter rursus paupertatē colens, ieiunia exercēs, in educatione dura, in austerā vitę tolerantia victitās, sub vesperū, cibum, duntaxat necessariū, capiat: atque adeo, si ita vis, duos etiam trēsve dies ieiun⁹ maneat. Ex his, obsecro. duob⁹ vter nobis magis viuēt? pleriq; omnes, fat scio, eū magis viuere arbitrābūtur, qui deliciis affluens, bona sua oīa gurges deuorat, profundit, ac dissipat: at nos eū, qui vīcā moderatione, modestiāq; delectatur ac perfruit. Itaq; quādoquidem in præsētia, hac de re lis nobis quodāmodo & controuersia mota est, in vtriusque ædes introeamus: ac tū demum, quum tibi ille diues maximē viuere videtur, dico, in ipso deliciarum illi puncto. Ingressi porrō dispiciamus vtriusque studiū,

ac statum. nam ab ipsis demū operibus liquet, tum qui viuat, tū qui mortuus sit. Agē itaq; Alterū quidem inueniemus seu libris, seu precibus, seu ieiunio, seu cuipiā alij rei pernecessarię operā dantē, vigilentem, sobriū, cum deo disputātem: Alterum autē cam nimio vino madentem, obrutūmq; tum verō nihilo melius habētē, quām quiuis mortuus. qui si & ad vesperā vsq; expectauerim⁹, licebit nobis spectare mortem eam, quam dico, in eo abundantiorē esse, atque inde rursus somnū succedere, quum interim ille alter noctem in sobrietate in somnū agat. Vtrum igitur dixerim⁹ magis viuere: eum qui stupidus ac sensū carēs quum iaceat, risum omnib⁹ mouet: an eū potius, qui opere aliquo delectatus cū deo verba facit? Etenim ad illum si adieris, dixerisq; necessarium quidpiam, eundē sanē haud aliter loquentē auditurus es; quām si cū homine mortuo colloquaris. At cum hoc si vel luce, vel in tenebris congreddi libebit, angelum cernes potius, q̄ hominem, quem eundē & de rebus quoq; cœlestibus disputantem audies. Vides, vt hic quidē vel supra eos omneis qui viuunt, viuat: ille autē vel mortuis miserabilior prostratus iaceat? qui si quod fortē opus in manibus habere visus fuerit, alia certē pro aliis cernit, eorū similis, quos animi furor, atq; infania vexat, ac potius illis miserior. Nam illos quidē si quādo quis iniuria afficit, iniuria affectos miseramur, iniurię autē illatorē increpamus. At huic si quē insultare viderimus, nō solum nō ad misericordiā flectimur, sed & iacentē prostratūq; calculo etiam nostro condēnamus. Hoccine igitur, obsecro te, vita est? ac non potius quiddā mille mortibus grauius? Etiāne vides eū qui in deliciis vitam sibi cōstituit, non solum mortuum esse, sed & mortuo deterius habentē, & intemperis actō miseriorē: illum enim homines misericordia, hunc odio prosequūtur. Ille veniā impetrat; hic egritudinis suę pœnas pēdit. Quōd si foris sese hic sic ridiculū prębet, computrefactum sputum ac magnopere vinū redolens ore fœdo eructans, eiusedē miseram animam considera, huiusmodi in corpore, quodam tanquā in sepulchro, in fossam, quem tādē in modum par sit illam se habere. Tale enim hocce spectaculū est, quale esse possit, si quis ex cōposito moliat, vt puellę honoratę, castę, ingenuę, nobili, pulchrę, ancilla quępiā barbara, deformis, impura, magna adeo cū licentia, iniuria pari insultet. Nam tale quiddā est ebrietas. Ecquies igitur, de iis loquor qui mentis cōpotes sunt, sexcentis emori nō malit, q̄ sic vel diē vnum victitare? Nam vt postridie, vbi diluxit, videatur ille ab ea comœdia experrectus, vinolentiā edormiisse, atq; exhalasse suam, tamen ne tum quidem syncerę temperantię restitutus est, nebula ab ebrietatis tēpestare suffusa, ante oculos adhuc oberrante. qui si & illum dederimus syncerā iam sobrietatē affecutū, quid illi ea res profuerit? ea enim sobrietas in nullum illi vsūm aliūm cedit, quām vt eos cōtueatur, qui sibi vinolentiā obiiciunt. quū enim vinom adens turpe sui spectaculum exhibet, id lucri facit, vt ne eos quidē sentiat, quibus ridiculus est: die autē insequenti exorto & solatio hoc priuat, tum sentiens & famulos murmurātes, & vxorem erubescētē, & amicos suggillantes, & inimicos irridentes. Quid tandē vitā hac miserabilis? de die risui omnibus esse, vesperi in eandem turpitudinem de integro recidere? Sed quid? placētne auaros ī mediū proferamus? & hęc enim rursus alia est, & quidem eā



quam modò diximus, pestilètio ebrietas, q̄ si ebrietas, certè & mors omnino, ea etiã quam paulò antè posuimus, multò deterior, quãdo & ebrietas letalior. Neq; enim tam detrimentosa fuerit ebrietas, quàm pecuniarum cõcupiscentia. Illic enim detrimentum intra perturbationè, atq; afflictionè, consistit, terminaturq; sensus stupore, atq; ebrij exitio. At hic damnũ ipsum infinitas animas peruadit, varia vnde quaq; bella succendens. Agè itaq; & hunc cum illo cõponentes videamus, quas tandè causas cum illo cõmunes habeat, quibus porrò in rebus plus illo abundet. Rursus & ebriorum inter se hodie cõtentionè faciamus. Nã cum illo, què beatum esse, ac spiritu viuere diximus, ne isti quidè iam componantur, sed inter se ipsi examinentur. Itaq; & hic quoq; mensam rursus in medium proferamus, mēsam dico cædibus mille refertam. Quarum igitur rerum inter hos cõmunitas esse potest? & in quo tandè vterq; alterius similis est? Nimirum in ipsa morbi natura, nam ægritudinis genus differens est, alterũ enim à vino, alterum à pecuniis existit: at affectus ipse consimilis. vterq; enim absurdæ ex æquo concupiscentiæ seruit. Nã & qui vino ebrius est, is quò plures vini calices hauserit, eò plures appetit: qui autè pecuniarũ amorì seruit, quò magis ditescèdi desiderio capitur, eò maiorem concupiscentiæ flammam incendit, pestilentiorèmq; sibi desiderij sitim accersit. In hoc igitur vno ad similes sibi inuicè sunt. At in altero rursus auarus superiora omnia habet. Quonã quæso hoc? nempe q̄ ille quidem rem cam patitur, quæ iuxta naturam est. Vinum enim natura quum sit calidum, insitãmq; ficitatem intendat, facit qui eo poti ebriusq; sint, ij vt sitiant adhuc. Auarus verò ille vnde plura semper cõcupiscit? vnde? Certè quũ magnopere ditescit, tum maximè pauper est, est porrò morb⁹ hic talis, vt cognitu sit difficilis, ænigmati potius similis. Sed tamè illos dispiciamus, si placet, vel ipsam post ebrietatè. quanquam auarũ, verè vt loquamur, post ebrietatem nullo videre tẽpore licet: vsq; adeo in ipsa semper est ille ebrietas. Quamobrè vtrunq; tãtis per dum ebrietate occupatur dispiciamus, considerem⁹q; vter eorum risu dignior: quin & eos effingamus exactè rursus exprimètes. Videbimus igitur eũ, qui vino nimio pot⁹ delirat, desipitq; sub vesperã oculis apertis neminè tamen videre, sed temerè huc illuc circumferri, atque ad vnum quenq; sibi obuium pedibus offendere, eũdèmq; euomere, dilacerari, indecorè denudari, ac si vel vxor adfuerit, si filia, si ancilla, si quouis alius, maiorè in modum ludibrio haberi. Agè itaq; & ipsum quoq; auarum in medium proferamus, hic enim nõ iam ad risum res pertinet, sed ad execrationè, ad ingentè excandescenciam, vnòq; verbo ad infinita fulmina: risum tamè in præsencia spectemus. Etenim hic vt ille omneis ignoras, & amicos, & inimicos, similiter oculis quidè apertis occæcatus est: ac quomodo illius oculis omnia vinum, sic huius omnia pecuniæ sunt. & præterea vomitus ipse lögè letalior. neq; eũ cibum eructat: sed cõuicij, sed contumeliæ, sed belli, sed mortis verba, infinita cœlitus in ipsius caput fulmina attrahètia. ac quẽadmodũ ebrij corpus liuidũ esse solet, ac diffuès: sic & huius anima, atq; adeo ne huius quidè corpus ab hoc morbo vacat: sed magis etiã eo detinetur, cura, sollicitudine, iracundia, vigilantia totũ illud sic arrodente, ac sensim absumente, vt à vino celerius letaliũve absumi nequeat. Adde

quòd qui à vinolentia possidetur, transacta noctè ad sobrietatè redire potest. Hic autè continèter ebrius est, & interdium & noctu, & euigilans & dormiès, maiori in cruciamento cõstitutus, quàm cõstituatur vel qui vincus in custodia degit, vel qui ad effodienda metalla relegatus est, vel si quis est qui grauiori supplicio addictus sit. Hoccinè igitur, quæso, vita, ac nõ potius mors est, atq; adeo quiddã quauis morte miserabilius? Siquidè mors corpus quidè cõsopit, illud tum ludibrio, tum indecentia, ac turpitudine, tum peccatis liberàs: at ebrietates huiusmodi in ista omnia illud præceps agunt, aures obturãdo, oculos occæcãdo, menti deniq; ipsi multam offundèdo caliginem: neq; enim audire, neq; prorsus eloqui aliud quicquã auarus potest, q̄ scœnora, q̄ ex scœnorib⁹ scœnora parata, q̄ lucra turpia, q̄ quæstus inuidiosos, q̄ negotiationes seruiles ac minimè liberales, canis in motem ad omnes adlatrans, omnes exofus, omnes auersatus, cum omnibus bellum gerens, & quidem nulla causa. L. pauperes insurgēs, diuitibus inuidens, neminè benignè salutans, appellans comiter neminem. Nam vt vxorè habeat, vt liberos, vt amicos, nisi vnde quaque aliquid corradat, vndiq; lucrũ aliquod faciat, hos ille omnes sibi magis hostes ducit, q̄ qui natura hostes sunt. Hac igitur insania ecquidnam perniciosius esse queat: quid porrò miserius? quũ tibi ipse nusquã nõ scopulos, nusquã non saxa latètia, nusquã non præcipitia, fossas, infinita barathra cõparas? & quidè corpus vnũ interim quum habeas, atq; vni tantũ ventri seruias, ac si te quis fortè ad reipublicæ obeunda munia adleget, fugites, sumptui parcens, tibi autem ipse asciscas sexceta munia, omnib⁹ illis nõ sumptuosiora solũ, sed & molestiora, & periculosiora, Mamonæ initiatus, nec pecunias modò scelesto huic tyranno, neq; corporis tui sudorè, animæ tormentũ ac dolores, sed & ipsum sanguinè offerens, vt tu amplius nescio quid ex hac barbarica seruitute miser & infœlix acquiras. An nõ vides, qui in singulos dies ad monumenta efferuntur, ij vt nudi rebũsq; omnibus destituti ad ea sepulchra rapiantur, adeo nihil quicquã rerũ domesticarũ capere valètes, vt vel ea quibus succinguntur, ad lùbricos ipsos cõportent. Hos quos dico mortuos quotidiana animi cogitatione, lustrato, ac tibi fortasse auariciæ morbus iste quiescet, nisi si tute, quod nolim, maiori insania corripièd⁹ es, ab eo sumptu què immodicũ in extruendis sepulchris fieri videmus. affectus enim hic pestilèns, morbus periculosus. ob quod sanè & nos singulis concionibus apud vos hac de re verba facim⁹, assiduè id auribus vestris inculcãtes, vt vel ipsa assiduitate profici à nobis aliquid queat. Vos porrò ne contendatis: neq; enim in illo tantũ die què futurũ expectamus, sed & ante illi⁹ aduentũ multiformis morbus hic varia importat supplicia: qui si eos cõmmeorauero, q̄ perpetuis in vinculis vitæ degũt, si vel eũ qui lögè, diuturnaq; ægritudini affixus adhærescit, vel qui cũ fame colluctatur, deniq; si vel aliũ quenuis: haud vllũ sanè inuenire possim tot tantãq; tolerantè supplicia, quot quantãq; ij tolerãt, in quorũ animos pecuniæ amor inuasit. Quid enim esse pestilentius queat, q̄ ab omnibus passim odio haberi, q̄ omnes odisse, q̄ semper ringi, nemini se comẽ, nemini suauè præbere? q̄ nunquam satiari: nunquã non sitire? famè perpetuã, & quidem ea, qua omnes assuevere, grauiorè pati, cumq; ea colluctari? angoribus quotidianis affligi? nõ quã sano ac tranquillo

trãquillo esse animo? assiduè in tumultuationib⁹, perturbationib⁹q; versari? Hæc enim omnia, & his itè plura auari sustinent. etenim lucrũ, capturãmq; aliquã dum faciunt, vt omniũ etiam bona habeãt, nullã inde voluptatè capiunt, plura semper appetètes. iidè iacturã dum faciunt, vt vel obolum perdant, grauiussemè omniũ se affligi, ac vel vitam amississe arbitrantur. Quenã ergo oratio hisce calamitatib⁹ repræsentiandis par esse queat? Quòd si quæ hic illos pati videmus, eiusmodi sunt, expendiro vitæ alterius mala quæ sint futura: regni cœlorum priuationè, à gehenna inustum dolorè, vincula perpetua, exteriores tenebras, vermem venenatũ, dentium fremitum, presurã, loci angustia, igneos fluuios, fornaces nõquam restinguèdas, atq; omnia hæc simul vbi cõpuleris pecuniarũ voluptati oppositar, adicitus morbũ hunc extirpato, vt veras tandè opes adeptus, pestifera hac paupertate liberatus, bona tũ præsentia, tum futura assequaris, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi: per quem, & cum quo, patri gloria, vnã cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

Homilia xiiij.

**R**oinde fratres debitores sumus non carni, vt secundũ carnẽ viuamus. Nam si secundũ carnẽ vixeritis, moriemini: at si spiritu facta corporis mortificetis, viuētis. Vbi ostendit quantũ sit vitæ spiritualis præmium, quòdque ea vita præstat, vt Christũ intra te inhabitantem habeas, tũ quæ mortalia sunt corpora viuificat, eadè ad cœlum veluti alis additis subuehēs, & simul virtutis viã faciliorè reddit, necessario deinceps admonitionè affert, dicens: Itaq; secundũ carnẽ viuere nõ debemus. nec tamè sic dixit, sed acrius multò, ac fortius eos feriens, his verbis: Debitores sumus spiritui. Nam dicendo, q̄ non sumus debitores carni, hoc planũ fecit. atq; id vbiq; adstruit, ostendens, q̄ ea quæ à deo erga nos collata fuere beneficia, nõ debiti fuerunt, sed meræ ac nuda gratiæ: quæ autè nostra subsecuta sunt facta, nõ iam ea studiose voluntatis, sed debiti. Etenim quum ait, Precio empti estis, nolite fieri serui hominũ. id ipsum significat, & quum scribit, Nõ estis vestri ipsorum, idem illud declarat. & alibi rursus hæc eadè in memoriã redigit, ita inquiens: Si vnus pro omnibus mortuus est, igitur omnes mortui sunt, vt viuentes non amplius sibi ipsis viuant. Hoc itaq; & hic quoq; agens, ait, debitores sumus, deinde vbi dixit, Nõ sumus debitores carni: vt ne rursus illi⁹ dicta interpreteris in carnis naturam dici, nõ conticuit, sed atroxuit, Vt secundũ carnẽ viuamus, multa enim sunt, quæ nos illi debemus. Nã illam educare, fouere, reficere, curare laborantè, induere, & infinita alia illi suppeditare debemus. Vt ne igitur existimes illũ eiusmodi ministeriũ tollere per hæc verba, Non sumus debitores carni: illud interpretatur, dicens: Vt secundũ carnẽ viuamus, illud enim, inquit, studium tollo, quod ad peccatũ ducit. nam quæ ad illius curã faciunt, fieri nõ prohibeo, id quod & progressus declarauit. nam quũ dixisset, Carnis curã ne habeatis: nõ in eo subicit, sed addidit, Ad concupiscentias, quod quidè & hic docet, dicens, illã vt curemus, debemus enim illi hoc, absit tamen vt secundum carnẽ viuamus, hoc est, ne ad illam deferamus vitæ nostræ dominiũ. illam enim necesse est sequi, non prærire, neq; illam oportet vitæ nostræ normam dare, immo spiritus leges accipere. Hoc ergo vbi definiuit, atque adstruxit, ostendit debitorum sumus spiritui, tũ autem

Tomus quartus.

tem vbi ostendit, quorũ beneficiorum debitores sumus, non ea in mediũ affert, quæ iam præteriere (vnde nobis admiranda est illius prudentia) sed quæ futura sunt, atqui sufficiebant & illa, sed tamen nõ allegat illa nunc, neq; mentionè facit immètorum illorum beneficiorũ iam acceptorum, sed futurorũ. neq; enim sic donatũ semel beneficiũ, vt expectatum ac futurũ illicere multos solet. atq; hoc vbi proposuit, primũ ab iis terret molestiis, malisq; quæ eueniunt ex ea vita quæ est secundũ carnẽ, ita dicens: *Nam si secundum carnẽ vixeritis, moriemini*: Illã nobis inuēs mortem immortalè, in gehenna videlicet pœnã, ac suppliciu: seu poti⁹ si quis exactè hoc examinauerit, & in hac quoq; vita mortuus est ille talis, quod sanè ea quæ hanc præcessit disputatione planũ vobis fecimus. Quòd si spiritu facta corporis mortificetis, viuētis. Vides vt nõ de corporis natura loquatur, sed de actionibus carnalibus? neq; enim dixit, q̄ si spiritu naturã carnis mortificetis, viuētis, sed actiões, ac ne has quidem omnes, sed prauas: atq; hoc liquet in subsequētibus. si enim hoc feceritis, viuētis, inquit, & quo id fieri liceat modo? si illi de omnibus ratio habetur. Etenim & ipsum videre, & ipsum audire, & ipsum loqui, & ipsum ingredi, & quæ sunt eiusmodi, corporis actiones sunt, ac si eas mortificemus, tantũ aberit vt viuamus, vt & homicidij rei pœnas daturi sim⁹. quãnam igitur actiones mortificare nos vult? nempe eas, quæ ad maliciã mouentur, eas quæ ad viciositatem pergunt, quas ne aliter quidè mortificare licet, q̄ per spiritũ, illas enim alias interficere, se ipsum est perimere, quod fas minimè fuerit. Has autè per spiritum tantũ. Si enĩ hoc adfuerit, fluctus omnes cõpescuntur, affectus ipsi sunt repressi, ac nihil omnino cõtra nos insurgit. vides vt à futuris nos, quod prius dixi, hortetur, & ostèdat debitores, nõ ab iis solũ, quæ iam facta sunt? nõ enim hoc solũ est, inquit, beneficiũ spiritus, q̄ præteritis nos peccatis liberauit, sed q̄ & ad futura inexpugnabiles reddit, & vita dignatur immortalis, postea & aliã mercedè proponēs, addidit: *Etenim quicumque spiritu dei ducuntur, hi sunt filij dei*. Hæc enim rursus corona, priore multò est maior, quapropter neq; simpliciter dixit, Quicumq; enim spiritu dei viuunt: sed, quicumq; spiritu dei ducuntur: ostendens, q̄ sic vult illum vitæ nostræ dominũ esse, vt gubernatorè nauigij, & aurigã currus equorũ. nec corpus solũ, sed ipsam etiã animã habentis huiusmodi subicit, neq; enim illã vult dominari, suòq; quodã insti-tuto viuere, sed & illius autoritatè spiritus potestati suppositus, vt ne enim lauari dono cõfisi, vitã subsequentè negligenter, ait: Quauis baptisima acceperis, nisi spiritu postea ducaris, dignitatè datã perdidisti, & adoptionis prærogatiã. Propterea nõ dixit, quicumq; spiritũ acceperunt: sed, quicumq; spiritu ducuntur. Hoc est, quicumq; omnem vitã ita viuunt, hi sunt filij dei, deinde quando quidè hæc dignitas & Iudæis quoq; data erat, Ego enim dixi, inquit, dij estis, & filij altissimi omnes, ac rursus, Filios genui, & exaltaui, & Primogenitus meus Israël, quin & Paulus ait, quorũ est ipsa adoptio, adstruit deinceps quantũ sit honorũ inter illũ & hunc discrimen, quanquã enim nõ mina eadè sunt, inquit, tamè res ipsæ non eadè. quorũ quidè apertã exhibet probationè, cõparationè quidem inducta tum ab iis qui testè agunt, tum à rebus iam datis, tum à futuris, ac prius ostendit, quenã ea essent quæ illis data fuissent, quænam ergo ea erãt?

e ij Spiritus

Spiritus seruitutis . idcirco addidit, dicens: *Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum ad timorem.* Deinde prætermittens dicere id quod oppositum, contrariumq; seruituti est, hoc est, spiritum libertatis, quod maius multo est, posuit, nepe adoptionis spiritum, per quæ libertatis spiritus ille constabatur, sic dicens: *Sed accepistis spiritum adoptionis.* Et hic quidæ spiritus quis sit, liquet. at seruitutis spiritus quisnã sit, non liquet. necesse igitur fuerit ipsum id quid sit, manifesti reddere. neq; enim obscurum solû, sed & valde ambiguum ancepsq; dictum id . spiritum enim nequaquam accepit Iudeorû populus. quid igitur est quodhic ait? certe literas ita vocauit, quandoquidæ spirituales erant. sicuti & legem spiritualem, & aquã à petra emanantem, & ipsum item mãna. omnes enim, inquit, eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes poculû idem spirituale biberunt. petram porro sic vocat, dicens: Bibebant autem ex spiritali sequenti petra. quãdoquidæ enim naturã excedebant omnia ea, quæ fierent, spiritalia ipsa vocauit. non q; spiritum accepissent ij, qui rerum illarum tum participes erant. & quomodo literæ illæ seruitutis erant literæ? omnem vitæ illorû formã profert, ac tum demum id apertè intelliges. etenim supplicia illos euestigiò excipiebant, & merces statim sequebatur, mēsurã tuã habēs, quotidiani frumēti ritu famulis admēsi ac traditi. & magnus vndiq; timor ob oculos vigēs, & circa corpora purgationes, & intra actiones continentia. apud nos verò nõ ita, sed cogitatio, & consciētia expurgatur. neq; enim dicit deus, ne occidas tantû, sed ne irascaris. neq; ne mœcheris, sed ne aspicias lasciuē, vt ne amplius videlicet ob præsentaneæ pœnæ timorē, sed ob ipsius amorē, tum virtutis habitus, tû reliqua officia, ac rectè facta in nobis existant. neq; promittit terram melle lacteq; affluentē, sed vnigenito cohæredes efficit, à rebus nos præsentibus, modis omnib; arcens, tum illa potissimû daturum se pollicitus, quæ illos capere oportet, qui filij dei effecti fuerint, sensibile quidæ ac corporale nihil, verû spiritalia omnia. quamobrem illi quidem quãquam filij vocabantur, tamen tanquam serui, nos autem vt liberi facti, adoptionē accepimus, tum verò cœlû expectamus. adde his q; cum illis verba per alios facit, nobiscû autem per seipsum . illi pœnæ formidine adducti oĩa agebant, hi autem spiritus desiderio & amore. & ipsum hoc argumentò est, q; iussa prætergrederentur illi, vt mercenarij & ingrati, nunquã non murmurantes, hi autem q; spiritui placeant. atq; illi quidæ vel beneficiis dum afficerentur, blasphemabant, nos autem vel inter ipsa pericula gratias agimus. atq; adeò si de delinquentiû pœna ratio ineunda est, & hic quoq; discrimen ingens. neq; enim vt illi lapidati, vsti, manus, pedesve à sacerdotibus truncati, sic & nos cõuertimur: sed sufficit à paterna mensa eiecctos, & à cõspectu, certû dierum numerû submotos esse. Iã & apud Iudæos verbi honos erat adoptio tantû: hic autem & res consecrata est: nepe per baptismum purgatio, spiritus datio, aliorum bonorû suppeditatio. quibus ipsis alia plura afferri possunt, ex iis quæ nostrã nobilitatem, illorû autem tenuitatē arguunt. quæ omnia per spiritû, per timorē, per adoptionē vbi significauit, & aliud item argumentû adfert, quò dignoscas spiritus ipsius adoptionē nos habere. Quòdnam id, obsecro? *Per quem clamamus, abba pater.* Hoc autem quale, quantûmq; sit, sciunt mystæ ipsi, qui ritè iubētur hoc primû in pre-

Supr. 7. c. Exo. 17. b. Ibid. 16. c. 1. Cor. 10. 4. Ibidem.

Matth. 5. c. d.

ce mystica verbû effari. Quid igitur, inquit, deû illi etiã non vocabat patrē? Non audis Mosē, dicentē, Deû qui te genuit, reliquisti? non audis Malachiã exprobratē ac dicentem: Deus vnus est & pater omnium nostrum? sed vt hæc, & his item plura dicta sint, nusquam inuenire est illos hoc verbo vocare deû, aut sic preces fundere. at nos omnes & sacerdotes, & priuati, principes, & subditi, ita precari iussi sumus, & hanc primam vocē edimus, post admirabiles illas parturigines, post nouã, ac mirificã enitendi legem. alioqui vt demus illos aliquando deû ita vocauisse, tamē id illi à propria cogitatione, quû qui in gratia viuunt, à spiritali efficientia idem agant. Quemadmodum enim sapientiæ spiritus est, per quem qui insipientes erant, ij sapientes efficiantur, & hic à doctrina manifestus sit, & spiritus item est potentia, per quē infirmi mortuos suscitantur, & dæmones exegerunt, & spiritus est doni medicinarû, & spiritus prophetiæ, & spiritus linguarû, ita sanè & spiritus est adoptionis. Ac sicuti cognoscimus prophetiæ spiritû ab iis reb; vnde qui ipsum habet, futura prædicit, non propria mente loquens, sed à gratia motus: sic sanè & spiritû adoptionis cognoscimus ab iis, vnde qui spiritû eundem accepit, patris nomine deû appellat, ab ipso videlicet spiritu motus. Hic autem ostēdere volens germanam legitimamq; cognationem, & Hebræorum quoq; vsus est lingua. neq; enim solum dixit, pater: sed, abba pater. quæ potissimum vox est germanorû ac legitimorû ad patrem liberorum. Itaq; quum differētiam eã posuisset, quæ est tum à vitã, & moribus, tum à gratia data, tum à libertate, & fiducia: adducit & aliud argumentum excellentiæ eius, quæ per huiusmodi adoptionē existit. quòdnam id quæto? *Idē spiritus testatur vnã cû spiritu nostro,* inquit, *quòd simus filij dei.* Neq; enim ab ipsa tantum voce id affirmo, ait, sed & à causã, à qua vox ipsa nata est. spiritu enim dictante atq; in verba præeunte hæc dicimus. Quod quidem alibi apertius declaras dixit: Misit deus spiritû suum in corda nostra, clamantem, abba pater. Quid porro sibi vult, Spiritus vnã cum spiritu testatur? paracletus, inquit, cum dono nobis dato. non enim doni solum vox hæc est, sed & paracleti, qui donum largitus est. nam hic ipse nos per donum docuit sic loqui. quum autem spiritus testatur, quæ tandē restat ambiguitas? Nam si vel homo, vel angelus, vel archangelus, vel alia huiusmodi potestas hoc polliceretur, par cõueniēsq; esset nonnullos hæsitare. quum autem summa essentia, & ea quidæ, quæ hoc largita sit donum, t vel ab iis, vnde] preces fundere iussit, nobis testimoniû afferat: quis tandē de dignitate ambiget? neq; enim rege suffragio suo aliquē eligente, aut honorem alicui apud omnes præconio suo decernente, sustinebit subditorû quisquam contradicere. *Quòd si filij, igitur & hæredes.* Vides vt pedetentim donû augeat? quandoquidem enim licet & filius esse, ac non hæredibus fieri, neq; enim qui filij, ij omnes hæredes sunt: atexit & hoc, q; videlicet & hæredes. Iudæi autem cum eo q; adoptionē talem non habuerint, ab ipsã etiam hæreditate eieccti, abdicatiq; sunt. malos enim male perdet, & vitē tradet agricolis aliis. & ante hoc dixerat, Multi ab Oriēte & Occidēte venient, & recumbent cû Abrahã: filij autē regni foras eiciētur. neq; tamē intra hos fines se ipse cõtinuit: sed & quod hoc maius est, ponit. quòdnam id? q; videlicet dei hæredes, idcirco & addidit: *Hæredes dei.* Et quod etiã amplius,

Deut. Malachi

Galat.

1. Cor. 4. d.

Matth. Ibid.

Hic sup. c.

Id est. Christo propinquum.

plius, q; non simpliciter hæredes, *Sed cohæredes Christi.* Vides vt contendant nos prope dominû sistere? quoniam enim non omnes filij, hæredes, ostēdit nos tum filios, tum hæredes. quoniã porro non omnes hæredes, magnificarû rerum hæredes sunt, ostendit nos id esse affectuos, quum dei hæredes simus. Rursus quãdoquidem hæredes quidæ dei esse contigit, nõ omnino autē vnigenito cohæredes, ostendit nos & hoc affectuos. ac cõsidera sapientiam. nam quæ molesta quidæ sunt corripient, in pauculãq; contrahens, quû dixit, quidnã iis accider, qui secundû carnem viuunt, nempe q; morientur: vbi ea attingit, quæ leniora, dulcioraq; sunt, orationem educit in latiorē campum, illã extendens declaranda mercedis retributione, ostenditq; & diuersã, & magna esse dona. nam si filium esse immēla sit gratia, cogitato quã magnum sit, & hæredem esse. q; si hoc magnum, multò magis & illud, cohæredem. deinde ostendens q; non gratiæ solum donum est, simul dictis suis fidem arrogans, addidit: *Siquidem simul cum eo patimur, vt & vnã cû illo glorificemur.* Nam si rebus in molestis, ait, cõmunionem cum eo habuimus, multò magis in iocundis id erit. qui enim tot tantisq; bonis eos donauit, qui nihil boni operis fecerant, is vbi viderit nos laborem impendisse, ac tam multa esse perpeffos: quò pacto non remunerabitur magis? Quum enim ostēdisset rē ipsam esse retributionē, vt fides dicto arrogetur, ac nullus hæsitet: ostendit rursus illã & gratiæ vim habere partim quidæ vt & apud eos qui dubitant, dicta fidē faciant, & eos qui gratiã eam accipiunt nõ pudeat, tãquam qui dono salui sint effecti. partim autē vt intel ligas deum retributionibus labores nostros vincere. & hoc quidem tum declarauit quum dixit, Siquidem simul cum eo patimur, vt & vnã glorificemur: tum autem quum adiunxit & addidit, *Quòd non sunt pares afflictiones præsentis temporis, ad gloriam quæ reuelabitur erga nos.* In præcedentibus quidæ morum correctionem exigit ab eo, qui spiritalis sit: quum dicit, Nõ debetis secundû carnem viuere, nempe vt qui talis fuerit, concupiscentiã, iram, auariciã, vanam gloriam, inuidiam vincat. Hic autē posteaquã illum vniuersi muneris cõmonefecit, tum dati, tum futuri, & extulit, & exaltauit spe, & t propter Christû stitit, tum verò vnigeniti cohæredē pronunciauit, bono illû animo esse iubēs: educit deinceps & ad pericula. neq; enim perinde fuerit, affectus, qui intra nos sunt, vincere, atque tentationes illas tolerare, flagella, famem, exilia, vincula, catenas, pellacias, & inductiones. Hæc enim admodum indigent animo generosiore ac iuueniliore. ac vide vt simul deprimat, atq; attollat concertantiû sensum. quum enim ostendit, maiora esse præmia laboribus, tum magis inuitat, nec sinit cristas illos tollere, vtpote qui vincantur coronatû retributione. & alibi quidem ait: Nam momentanea leuitas afflictionis nostræ, mirè supra modum æternum pondus gloriæ parit nobis. ad eos enim tum illi sermo erat, qui in philosophia præcellabant. hoc autem loco leuia quidem illa non patitur esse: mitigat autem ipsa futurorum retributione, dicens: Reputo autem non esse pares afflictiones præsentis temporis: nec dixit, ad futuram quietem, sed quod maius erat, ad futurã gloriam. etenim vbi requies, ibi non omnino gloria: vbi autem gloria, ibi omnino requies. deinde posteaquã futuram illã dixit, ostendit ipsam iam esse. neq; enim dixit, ad gloriam, quæ futura est: sed, quæ reuelabi-

tur, tanquã quæ nunc quidæ sit, occultetur tamē adhuc. quod & alibi manifestius ait, Vita nostra occultata est cû Christo in deo. Bonû ergo animû de ipsa suscipito. præparata enim iam est, labores tuos manens. Quòd si dolet tibi rē in futuro esse positã, illud ipsum saltè te delectet. nam q; magna quãdam, atq; ineffabilis sit ea gloria, & præsentiu rerum conditionem superet: illic recõdita, repositaq; est. neq; enim simpliciter posuit verba hæc, afflictiones præsentis temporis, sed vt ostenderet nõ qualitate tantû, sed & quantitate illã superiorē esse. Siquidem afflictiones eę, quales quales sunt, vitæ præsentis cohærentes sunt. Futura autem bona ad immortalia vsq; prorogantur secula. quæ quandoquidæ sigillatim dicere non habuit, neq; oratione repræsentare, ab eo, quod apud nos maximè amabile esse videtur, nepe à gloria, ipsa nominauit, bonorû autē fastigium & caput hoc esse videtur. attollēs porro & aliunde auditorē, & ab ipsã creatura orationem auget, duo adstruens per ea quæ dicturus est, & præsentiu contemptû, & futurorû desideriu, atq; vnã cû his tertium, seu potius primû: dū videlicet ostēdit, quanto deus studio humanû genus amplectatur, quantòq; in honore ac precio naturam nostrã habeat. adde q; & philosophorû dogmata omnia de mundo hoc meditata, tanquã aranæ telam, & puerorû delectamēta hoc vno dogmate disturbat, ac deiicit. sed vt nobis apertiora hæc fiant, ipsam Apostolicã dictionem exaudiamus. *Etenim sollicita creatura expectatio,* ait, *expectat, vt palam fiant filij dei, quippe Vanitati creatura subiacet, non volens, sed propter illum, qui subiecit eam sub spe.* Quòd enim ait, huc habet sensum: Hæc creatura vehemēter dolet, hæc, quæ modò diximus, bona expectans. nam *Vanitas expectatio* vehemens expectatio est. vt autē oratio significantior fieret, & mû dum hunc vniuersum loquentem inducit, id quod & prophetæ facit, inducentes tum fluuios manibus plaudentes, tum colles saltantes, tum montes subsultantes, non vt hæc animata esse putemus, neq; vt illis cogitationem aliquã attribuamus, sed vt bonorû amplitudinem intelligamus, vt quæ vel ea etiã, quæ sensu carent, pertingat. Hoc ipsum autē & in rebus molestis persape faciunt, inducentes & vitem lamentantem, & vinum, & montes, & templi laquearia eiulantia, vt & hinc rursus malorum grauitatē reputemus. Hos itaq; Apóstolus imitatus hoc loco veluti personam, creaturam inducit, eãmq; ait suspirare, ac dolere. non q; suspirium aliquod à terra & cœlo editum audierit ipse, sed vt futurorum bonorû declaret imensitatem, & desiderium quod habet, vt malis præsentibus liberetur. *Quippe Vanitati creatura subiacet, non volens, sed propter illum, qui subiecit illam.* Quid hoc sibi vult, Vanitati creatura subiacet? corruptibilis effecta est. quo nomine, & quamobrè? propter te hominem. quãdoquidæ enim corpus accepisti mortale, & patibile, idcirco & terra execrationem accepit, & spinas tulit, ac tribulos. Quòd porro cœlum vnã cum terra veterascens, in melius desinens mutabitur, audi prophetam dicentem: Initio tu domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli: ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes tanquam vestimentû veterascant, & quasi amictum conuolues ipsos, & immutabuntur. Et Esaias item hæc plana faciens, dixit: Inspicite in cœlum sursum, atq; in terram deorsum, quòd cœlum tanquam fumus firmatum est, terra autem tanquam vestimentum veterascet, illiufque in-

Coloss. 3. d.

Gen. 3. d.

Ps. 101. d.

Esai. 24. d.



colæ tanquã hæc peribunt. Vides vt vanitati seruiuit creatura? & quo pacto liberatur à corruptione? ille enim ait, quasi amictû cõuolues ipsos, & immutabuntur. Eiaias autẽ, illius incolæ tanquã hæc peribunt, nõ omnimodũ dicẽs interitũ. neq; em̄ illius incolę, hoc est homines ipsi talem interitũ patientur, sed temporalem, ac per illũ ad immortalitatem transmūtantur, quemadmodum & creatura. quæ omnia his verbis, tanquã hæc, significauit: sicuti & Paulus in progressu ait. Nũc verò de ipsius seruitute disputat, ostẽditq; qua causa talis effecta est. causam autẽ ipsos nos ponit. quid igitur, iniuriã illi illata est, quõ ob alterum hæc passa sit? nequaquã. etenim propter me facta est. quæ igitur propter me facta est, ea quo pacto iniuria afficiatur, si hæc illã pari cõtingat in mei correctionẽ? ¶ alioqui autẽ quoties iusti & iniusti ratio habetur, nõ debet me mouere, si quis mihi obstrepat de inanimatis ac sensu carentibus. ¶ sed Paulus quandoquidẽ ipsam per prosopopœiam induxit, nulla rationũ harum, quas dixi, vsus est, sed alia quadam auditorem supra modũ consolari studens. quali quẽso? quid ais, inquit, malẽ affecta, ppter te, & corruptibilis facta est? verũ nullam illa ne sic quidem iniuriam accepit. Etenim propter eundẽ te rursus immortalis futura est. Hoc enim sonat verbũ id, sub spe. quum autẽ dicit, non volens subiaceret, id non dicit, vt illam ostẽdat sententiã dominã esse, sed vt intelligas negociũ totum, Christi curã fuisse, non creaturã eiũdẽ beneficium. Hoc verò dicito, & quãnam spe? *Quoniam & ipsa creatura liberabitur.* Quid id verbi est, & ipsa? nõ tu solũ, sed & quod te inferius est, quodq; particeps nõ est nec cogitationis, nec sensus, vel hoc ipsum bonorum tecũ communionẽ habiturum est. *Liberabitur enim,* ait, *à seruitute corruptionis.* Hoc est, non amplius erit corruptibilis, sed corporis tui venustatem sequetur. nam quemadmodũ corruptibili te effecto, & ea quoq; corruptibilis est effecta: sic incorruptibili effecto te, & ipsa quoq; subsequetur, comẽsq; tibi erit. quod declarans, addidit: *In libertatẽ filiorum dei.* Hoc est, propter libertatẽ. Nam quemadmodũ nutrix ea quæ infantem alit regiũ, illo ad paternũ principatum euecto, & ipsa quoq; bonorum fructũ percipit: ita & creatura, inquit. Vides hominẽ nusquam non pcedere, ac propter illum omnia fieri? Vides vt leniat ac mitiget concertantẽ, tum autẽ dei immẽsam ostẽdat benignitatẽ? quid enim doles, inquit, ob tẽtationes? tute propter temet pateris: creatura propter te. non solũ autem lenit, sed & dictis fidẽ adstruit. Si enim creatura sperat, propter te modis omnib; facta: multò magis tu, quẽ propter creatura bonis illis omnib; fruituta est. Nã veluti homines ipsi, dũ filius dignitate aliqua adepta proditurus est, & seruos quoq; splẽdidiore veste ad filij gloriã exornãt: ita & deus creaturã incorruptione vestit, in libertatẽ gloriã filiorũ. *Scimus enim quod omnis creatura congemiscit, simulque nobiscum parturit vsque ad hoc tempus.* Vides vt auditorẽ pdefaciat? tantum non hoc proferens, ne creatura efficiare deterior, neu tu præsensib; rebus acquiescas. nõ enim illas solũ non amplecti oportet, sed ingemiscere, ob retardationẽ nostrẽ ab hoc orbe profectiois. si enim creatura hoc facit: multò magis conuenit te, qui ratione prãditus ornatũsq; es, hoc ostendere. sed nondũ hoc magnopere facit, ad pudorẽ inurendũ, idcirco addidit: *Non solum autem illa, sed & ipsi, qui primitias spiritus habemus, & nos ipsi in nobis ipsis gemimus.*

¶ alioqui autẽ quoties iusti & iniusti ratio habetur, nõ debet me mouere, si quis mihi obstrepat de inanimatis ac sensu carentibus. ¶ sed Paulus quandoquidẽ ipsam per prosopopœiam induxit, nulla rationũ harum, quas dixi, vsus est, sed alia quadam auditorem supra modũ consolari studens. quali quẽso? quid ais, inquit, malẽ affecta, ppter te, & corruptibilis facta est? verũ nullam illa ne sic quidem iniuriam accepit. Etenim propter eundẽ te rursus immortalis futura est. Hoc enim sonat verbũ id, sub spe. quum autẽ dicit, non volens subiaceret, id non dicit, vt illam ostẽdat sententiã dominã esse, sed vt intelligas negociũ totum, Christi curã fuisse, non creaturã eiũdẽ beneficium. Hoc verò dicito, & quãnam spe? *Quoniam & ipsa creatura liberabitur.* Quid id verbi est, & ipsa? nõ tu solũ, sed & quod te inferius est, quodq; particeps nõ est nec cogitationis, nec sensus, vel hoc ipsum bonorum tecũ communionẽ habiturum est. *Liberabitur enim,* ait, *à seruitute corruptionis.* Hoc est, non amplius erit corruptibilis, sed corporis tui venustatem sequetur. nam quemadmodũ corruptibili te effecto, & ea quoq; corruptibilis est effecta: sic incorruptibili effecto te, & ipsa quoq; subsequetur, comẽsq; tibi erit. quod declarans, addidit: *In libertatẽ filiorum dei.* Hoc est, propter libertatẽ. Nam quemadmodũ nutrix ea quæ infantem alit regiũ, illo ad paternũ principatum euecto, & ipsa quoq; bonorum fructũ percipit: ita & creatura, inquit. Vides hominẽ nusquam non pcedere, ac propter illum omnia fieri? Vides vt leniat ac mitiget concertantẽ, tum autẽ dei immẽsam ostẽdat benignitatẽ? quid enim doles, inquit, ob tẽtationes? tute propter temet pateris: creatura propter te. non solũ autem lenit, sed & dictis fidẽ adstruit. Si enim creatura sperat, propter te modis omnib; facta: multò magis tu, quẽ propter creatura bonis illis omnib; fruituta est. Nã veluti homines ipsi, dũ filius dignitate aliqua adepta proditurus est, & seruos quoq; splẽdidiore veste ad filij gloriã exornãt: ita & deus creaturã incorruptione vestit, in libertatẽ gloriã filiorũ. *Scimus enim quod omnis creatura congemiscit, simulque nobiscum parturit vsque ad hoc tempus.* Vides vt auditorẽ pdefaciat? tantum non hoc proferens, ne creatura efficiare deterior, neu tu præsensib; rebus acquiescas. nõ enim illas solũ non amplecti oportet, sed ingemiscere, ob retardationẽ nostrẽ ab hoc orbe profectiois. si enim creatura hoc facit: multò magis conuenit te, qui ratione prãditus ornatũsq; es, hoc ostendere. sed nondũ hoc magnopere facit, ad pudorẽ inurendũ, idcirco addidit: *Non solum autem illa, sed & ipsi, qui primitias spiritus habemus, & nos ipsi in nobis ipsis gemimus.*

Hoc est, futura qui iam gustauimus. Vt enim saxeus admodũ quis sit, quæ data iã sunt, ea vel idonea fuerint quæ illũ excitent, & à præsensibus abducant, tũ autẽ ad futura, duplici quidẽ de causa, veluti alis subnixum traducant: partim q; magna ea sint, quæ data sunt, partim q; vel tot, tantãq; ea, primitiã sint. Si em̄ primitiã tales ac tantæ, vt per eas & peccatis fuerimus liberati, tum iustitiã, ac sanctificationẽ affecuti: qui autẽ id tẽporis fuere, ij & dæmones exegerint, & mortuos per vmbrã, per vestimenta suscitarent, cogitato, ipsa tota res quãta esse possit? Et si creatura mētis, rationis ac sermonis expertis, rerum harum ignara gemit: multò magis nos. Deinde vt ne hæreticis animam det, visus quæ præsens vitæ sunt, suggillare: gemimus, inquit, nõ præsens inaccesses, sed maiora expectetes. Hoc enim declarauit, quũ ait: *Adoptionem expectantes.* Quid ais, obsecro? sursum ac deorsum assidue versauisti, atq; acclamaisti, quum diceres, Filios nos iã esse effectos, nũc verò bonũ hoc in spe reponis, qui scribas adoptionẽ ipsam expectari oportere? Hoc igitur inductione corrigẽs, ait: *Redemptionẽ corporis nostri.* Hoc est, numeris omnibus absolutã gloriã. nunc enim rerũ nostrarũ status in obscuro est collocatus, quoad extremũ emiserimus spiritũ. nam multi ex filiis, canes effecti sunt, & captiui. q; si bona cũ spe deceñerimus, tum donũ ipsum immotũ, & apertius, & maius, non amplius exhorrescens mutationẽ eam, quã mors, peccatũq; afferunt. tum demũ ergo firma erit gratia, quũ corpus nostrũ morte, & affectiõnibus mille, quas patimur, liberatũ fuerit. Hoc enim est redẽptio, nõ simpliciter solutio, sed vt ne amplius rursus ad priorẽ reuertamur captiuitatẽ. Nam vt ne hæsites, animiq; pendeas, dum assidue gloriã nomẽ audis, interim de ea nihil, quod apertũ quidẽ sit, intelligens, fã particula subaperit, quẽ futura sunt, corpus tibi immutans, & cum illo creaturam vniuersam cõmutans. quod & alibi apertius declarauit per hæc verba: *Qui trãfigurabit corpus humilitatis nostræ, vt conformetur corpori gloriã ipsius.* & alibi rursus ita scribit: *Quum autẽ mortale hoc induerit immortalitatẽ, tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in victoriã.* Porro autẽ quum ostenderet fore, vt vnã cum corporis interitu, & rerum item humanarum status euanescat, intereatque, scripsit rursus alio quodam loco: *Præterit figura huius mundi.* *Spe enim,* ait, *seruari sumus.* Nam quãdoquidẽ in futurorũ pollicitatione cõmoratus est, videbatur autẽ id imbecilliorẽ auditorẽ molestẽ habere, si in spe bonorũ adoptio cõsisteret, prius adstruẽs illa apertiora iis esse, quæ & præsensia sunt, & oculis cõspiciuntur: tum autem multa disputans de donis iam datis, atq; ostendens nos bonorũ eorundẽ primitias accepisse, vt ne omnia hic quæramus, nobilitatẽque nostram prodamus, eam videlicet, quam à fide habemus, ait: *Spe enim seruari sumus.* quod autem ait, hunc habet sensum: *Hic non omnia quære, sed & sperare oportet.* Hoc autẽ solũ donum deo contulimus, nempe datã illi futura promittẽti fidem, hæc q; vnã seruari sumus via. si igitur illam amiserim, collationis nostræ summam totam amiserimus. Interrogo enim te, ait, non sexcentis malis obnoxius eras? non deploratus? non sententiã subiaccens? non omnes salutem tibi restituere minimẽ valentes? quid igitur te saluum fecit? quod in deo spem tuam solũ collocaueris, illique credideris super iis quæ promisit, ac dedit. nec aliud amplius

¶ id est, quia ex parte phil. 3.1  
1. Cor. 15. 54  
1. Cor. 15. 51

amplius cõferre habuisti. Hæc igitur fides si te saluũ fecit, hanc magnopere etiã nunc retineto. quæ enim iam tibi tot, tantãq; bona est largita, liquet planẽ eã ne de futuris quidẽ ementitam esse. Vbi enim mortuum, perdirũ, captiuũ, inimicũ nacta, amicũ effecit, & filiũ, & liberũ, & iustũ, & cohẽredẽ: deniq; vbi tot, ac tãta largita est, quot quantãq; ne expectauit quidem vnquã quisquã: qui fieri queat, vt post tantã liberalitatẽ atq; necessitudinẽ te in subsequẽtib; nõ excipiat? ne igitur dicas, rursus spes, rursus expectationes, rursus fides: ita enim ab initio saluus es effectus, & hanc dotem spõso solã attulisti. retineto igitur ipsam, & asseruato. Si enim hic omnia exigis, officiũ meritũq; omne tuũ perdidisti, per quod splendidus effectus es: propterea inducit dicens: *Spes autem si videatur nõ est spes, quod enim quis cernit, cur idẽ speret? si verò quod non videmus, speramus, id per patientiam expectamus.* Hoc est, si omnia hic quæsiturus es, quid spe opus? quid igitur est spes? de futuris fiducia? quid enim magnũ à te deus postulat, qui ex se ipse perfecta tibi largitus est dona? Vnũ à te postulat solũ, ¶ fidem. vt habeas & tu aliquid, quod ad tuã conferas salutẽ. id quẽ significare volẽs, addidit: *Si verò quod videmus speramus, id per patientiam expectamus.* Nam deus sic sperantẽ coronat, vt qui se ipse laboribus infinitis afficit, affligit, excruciat. Patientiã enim nomẽ sudorũ est, & tolerantia multæ: sed tamen largitus est & hoc speranti, vt animũ laboribus exercitũ cõsoletur: deinde declarat nos ad leue, modicũq; hoc, magnã etiã affequi auxiliũ, dicens, *Consimiliter autẽ & spiritus auxiliatur infirmitatibus nostris.* Patiẽtiã enim pars altera tua quidẽ sit, altera autẽ ad spiritus ipsius supplicationem spectat, vt qui te ad spem cõponat, exerceatq;, & per eandẽ item spẽ labores tuos leuet. postea vt intelligas, q; non in tuis solũ laboribus, ac periculis hæc gratia præsto adest: sed in iis quoque, quæ facillima esse videntur, opitulatur, suũ vbiq; conferens auxiliũ, addidit: *Si quidem hoc ipsum quod oraturi sumus, vt oportet, non nouimus.* Hæc autem dixit, tum ostendens, magnopere nos spiritui curæ esse, tum illos docens, nõ omnino existimare debere, ea vtilia esse, quæ humanis cogitationibus vtilia videntur. nam quandoquidẽ verisimile erat, illos inter flagella, inter exilia, inter sexcenta, quæ pateretur mala, requiẽ quærere, existimareq; sibi eam esse vtilẽ: tum autẽ hanc à deo gratiam postulare, ait: *Ne quæ vobis vtilia videtur, ea omnino esse existimetis.* etem̄ ad id dei auxiliũ egemus, vñ que ad id imbecillus est homo, ac per se nihil. itaque dixit: *Si quidẽ hoc ipsum, quid oraturi simus, vt oportet, nõ nouimus.* Vt ne enim amplius discipulũ ignorantia pudeat suã, palã facit & magistros in eadem ignorantia versari. neq; enim dixit, non nouistis: sed, nõ nouimus. ac q; ea non dixerit modestiã præ se ferens, per alia indicauit. nam indefinenter in precibus suis Romã videre orabat, nec quũ precaretur id affectus est, præterea & pro stimulo, sibi in carne dato: hoc est, pro periculis, sæpnumero preces fudit, ac omnino voti incõpos euasit, quin & Moses in veteri lege obsecrãs Palestinã vt videret, & Hieremias pro Iudæis supplicans, & Abrahã pro Sodomitis. *Verũ ipse spiritus intercedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Obscurum est hoc dictũ, propterea q; multa ex iis miracula, quæ tum fierent, fieri nunc desierint: ea propter necesse nobis est rerũ illarum statũ vos docere, atq; ita demũ apertior erit sermo: quis igitur tum rerum

¶ spem.

Supr. 1. f.  
2. Cor. 12. b.  
Hier. 9. 4  
Gene. 18. 6. d.

status erat? diuersã iis omnibus dona deus largiebatur, qui baptisimũ suscipere, quæ quidẽ & spiritus vocabantur. Prophetarũ enim spiritus, ait, prophetis subiecti sunt. & hic quidẽ obtinebat prophetiã, donum, ac futura prædicebat. ille autẽ sapientiẽ ac plebem docebat. ille autẽ sanitatum, & ægrotares curabat. ille autẽ potestatu, ac mortuos excitabat. ille autẽ linguarũ, & variis loquebatur vocibus. porro autem vnã cũ his omnibus erat & precũ donum, quod & ipsum, spiritus dicebatur: quo qui prãditus erat, p plebe vniuersã preces fundebat. quandoquidẽ enim permulta quum ignoremus eorũ quæ nobis conducunt, quæ minimẽ cõducunt postulamus: accessit donum precum ad vnũ aliquẽ eorum, qui tũ viueret, qui quod cõmuniter vniuersitati ecclesiã conducebat, id tum ipse pro omnibus postulas staret, tum autem alios edoceret. Spiritũ igitur hic vocat tum donum tale, tum animã eam, quæ donum id susciperet, quæq; apud deũ intercederet, ac gerneret. Qui enim huiusmodi gratia dignus est habitus, is magna cũ animi compũctione stans, multis item cũ gemitibus, iis dico, qui ipsa quidẽ mente, deo se prosternunt, quæ omnib; vsui sunt, postulat. cuius & nũc signũ diaconus est p populo preces deo offerẽs. Hoc igitur Paulus sentiens, dixit, ipse spiritus intercedit p nobis gemitibus inenarrabilibus. *At ille qui scrutatur corda.* Vides nõ de paraceto verba fieri, sed de corde spirituali? quoniã nisi hoc esset, dicere oportebat: *At ille qui scrutatur spiritum.* Verũ vt intelligas hic agi de homine spirituali, & eo qui precum donũ habet, addidit: *At qui scrutatur corda, nouit quis sit sensus spiritus.* Hoc est, hominis spiritualis. *Quoniam secundũ deum intercedit pro sanctis.* Neq; enim ait, ignorantẽ deum docet: verum hoc fit, vt nos discamus ea precari, quẽ oportet, atq; à deo postulare, quæ placita illi fuerint. hoc em̄ sonat verbũ id, secundũ deũ. Itaq; & hoc fiebat consolationis eorũ, & doctrinã optimã causa, qui accederent. Etenim paracetus is erat, qui dona largiebatur, quiq; infinita iam bona dederat. Hæc enim omnia ait, operatur vnus & idẽ spiritus. firq; hoc ipsum nostrã institutionis gratia, atque vt spiritus charitas declaretur, q; videlicet eouq; se submittat, nobiscũ se accommodã: vnde & fiebat, vt qui preces fundebat, exaudiretur, hoc ipso quod secũdum deum preces ipse fierent. *Morale.* Vides quantopere illos doceat amorẽ pro ipsis susceptum, tum honorem erga ipsos exhibitum? *Quid enim tandẽ est, quod p nobis deus nõ effecerit? corruptibile mundũ propter nos, & eundẽ incorruptibile fecit propter nos. Vexari propter nos & affigi prophetas permisit, misit in captiuitatẽ propter nos, in fornacẽ incidere propter nos fuit: infinitãq; tolerare mala & pphetas ppter nos ipsos fecit, & Apostolos propter nos. vnigenitũ propter nos dedit: diabolu ppter nos punit. nos in dextra sedere voluit: probris affectus est ppter nos. probra enim, inquit, eorũ, qui te probris afficiunt, super me deciderunt. Sed tamẽ post tot, tantãque nos vel à se deficiẽs nõ dimittit: sed & hortatur rursus, & alios cõponit, vt pro nobis obsecrẽt, vt nobis gratificetur, quod in Mose effecit est. Etenim illi dicit: *Mitte me, & illos delebo.* illũ adducat ad suscipiendam pro illis supplicationẽ, & nunc idẽ facit: propterea & precũ donum dedit, id quod fecit nõ ipse obsecrationis indigens, sed vt ne ipsi dũ simpliciter salui simus, deteriorẽ reddamur.*

1. Co. 14. f  
1. Co. 12. b

1. Co. 12. 6

ps. 68. b

Exo. 32. 6.

1. Co. 12. 6

minus tamē ad praesentia inhiamus, nec diaboli astū intelligim⁹, qui per parua magnis nos priuat, qui largitur lutū, vt aurum rapiat, atq; adeo vt cœlū eripiat, qui vmbra obiectat, vt a veritate deturbet, qui in somniis illudit (hoc em̄ sunt mūdi huius diuitiæ) vt cū dies illuxerit, omniū pauperrimos ostēdat. Hæc igitur animo versantes tādē aliquādo, vel serō, dolū fugiamus, & ad futura traducamur. neque enim hac nos ratione tueri possimus, quod videlicet praesentis vitæ fragilitatē ignorauerimus, reb⁹ ipsis in dies singulos tuba clarius clamitātibus praesentiu rerum tenuitatē, risum, dedecus, pericula, barathra. Quam igitur defensionē vsurpaturi sumus, qui quæ periculosa quidem sunt, & turpitudinis plena, toto studio persequamur, quæ vero minus periculosa cū sint, nobis tū gloriā tum nominis claritatem afferunt, fugitemus: deniq; nos ipsos totos pecuniarum tyrannidi dedam⁹: harū enim rerum seruitus quavis tyrānide pestilentior est. atq; id certe sciunt, qui vt ea tyrānide liberarētur, digni inuēti sunt. vt igitur & vos quoq; pulchrā hanc libertatem ediscatis, vincula abrūpate, a laqueo resiliite, neu vobis aurum domi iaceat: sed quod vel immēsis opib⁹ preciosius est, misericordia, & benignitas auri loco. Ea enim fiduciā erga deum nobis praestat, illud autem magnam in nos infamiam infundit, praepotentē aduersum nos reddens diabolū. Quid igitur hostē contra te armas, virēsq; illius auges? dextrā potius cōtra illū tuam armato, vniuersamque domus pulchritudinē in animā introducto, omnē porro opulētiam in cogitationem reponito, ac tibi cœlum pro arca ac domo opes aurūque

† nobis ip-  
sis circum-  
iecta ha-  
beamus.

Ad. 9. g

asseruet: deniq; nostra omnia ipsi nos circūiecti sumus. ] muris em̄ multo praestāiores, ac solo honestiores sumus. quid igitur nobismet neglectis, in iis studium omne nostrū reponimus, quæ tantum abest vt hinc decedētes capiamus, vt ne hic manentes quidē retinere possimus, cū tamē sic nobis ditescere liceat, vt nō hic solū, sed & illic quoq; opulentissimi appareamus. Nā qui agros, qui ædes, qui aurum in animo circūfert, is vbicunq; gētium apparuerit, cū his ipsis diuitiis apparet. Et quo id, inquis, fieri potest modo? potest quidē, idq; nō ita magno negotio. nam si eas opes per pauperū manus in cœlū trāstuleris, vniuersas in tuā ipsius animā trāstuleris, sic vt vel morte ingruēte eripere eas tibi possit nemo: verū sic hinc decedas, vt vel illic diues sis. Id genus thesaurū habuit Fabitha: itaq; illā domus sua celebrē non reddidit, nōn muri, nō lapilli, non colūnae, sed induta viduarū corpora, sed lachrymae effusa, sed mors fugitās, sed vita reuersa. Eiusmodi & nos quoq; nobis ipsis apothecas cōparemus, eiusmodi ædes extruam⁹: sic fiet, vt & deum focium operis habeamus, & nos illi operis cōsortes simus. Ille enim pauperes in rerū natura cū non extarent, perfecit tamē vt extarēt, a se in medium adducti: tu autem illos in mediū adductos, nō sūisti fame, reliquāq; afflictione deperire, eos curās, & reficiens, atque vndique dei templum excitās, cui rei quæ tandem alia par esse queat, si officij, auxiliijq; praestiti, si famæ, existimationisque ratio habēda est? quā necdū edoctus es, quāto te deus mūdo ornauerit, dum tibi paupertatis curam ac studiū iniunxit, illud tecū sic reputato. Si tātā tibi potestātē faceret, vt collabēs cœlū erigere, ac restituere posses: nōne hoc factō interpretarēris, honore te eo honestatum, qui cōditionē maxime superaret tuam? Ecce igitur

maiori te honore dignatus ille est. Nā quod illi vel cœlis ipsis honoratius est, huius tibi erigendi, restituedique curam credidit. deus enim, ea inter omnia quæ vidētur, homine nihil maioris æstimat: propter quem videlicet & cœlum & terram, & mare fecit. In quo ipso sanē inhabitare magis gaudet, quā in cœlo. Nos tamen vel hæc cum intelligamus, nullā planē curam, prouidētiamve dei templorū suscipimus: sed illis relictis, neglectisque, nobis ipsis ingentes & splēndidas ædes extruimus. propterea bonis omnibus orbi sumus, atq; admodum in opibus pauperiores, quod ædes eas ornamus, quas nō possumus nobiscum hinc discedentes asportare, illis relictis, quas liceret aliō vnā nobiscum transferre. Nam pauperū corpora demortua omnino resurgent, ac tum deus qui hæc iniunxit, illis in medium productis, eos collaudabit, qui illorū curā susceperint, admirabiturq; quod illos collapsuros nūc præ fame, nunc præ nuditate, & algore modis omnibus sustētarint. Sed tamen cum nobis tot, tantāq; sint laudes propositæ, cunctamur adhuc, pulchrā hanc curam detrectantes. Atque ipse quidē Christus nō habet quod diuersetur, sed circumit peregrinus, nudus, eluriens: tu autem suburbana, tu balnea, tu pergulas, tu ambulacra, deniq; tu mille cubicula extruis temere, ac frustra, ac Christo ne parū quidē tectū impertiris, coruis autē ac vulturibus cœnacula exornas. quid hac amētia deterius? quid hac insania pestilētius? Nā summā pfectō insaniæ argumēta hæc sunt. Imō verō quodcū que quis huic furori nomē indiderit, nullū sanē satis idoneū indiderit. Sed tamē si volumus, poterim⁹ sanē morbū hunc, licet admodum pestilētum, a nobis arcere: nec poterimus solum, sed nobis facile, nec facile simpliciter, sed & multo facili⁹ hac liberari pernicie, q̄ corporalibus morbis, idq; eo magis, q̄ medicus ipse praestātor est. Eū igitur medicū adsciscamus, obsecrem⁹q; nobiscum negocium capeffere, partēsq; ad id nostras conferamus. Voluntatē dico, alacritatē, studiū, nulla enim re alia illi opus erit. verum si hæc tātum a nobis acceperit, suas ille omnes partes cōferet. nostras igitur cōferamus, vt & hic pura sanitate fruamur, & futura item bona assequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria, & imperium, in secula seculorum, Amen.

#### Homilia xv.

**S**imus autē quod iis qui diligunt deum, omnia simul adiumento sunt in bonum. Videtur mihi hic omnem hunc locum ad eos mouisse, qui in periculis versantur, seu verius dicam, nō hūc solum, sed & qui paulō antē explicati sunt. Nam & illud, non sunt pares afflictiones praesentis temporis ad gloriā quæ reuelabitur: & illud, omnis creatura gemit. & quod dixit, Spe seruati sum⁹: & per patiētīā expectamus: & illud, quod oraturi sim⁹, vt oportet, nō nouimus: hæc in quā omnia ad illos eosdē dicta sunt. docet em̄ illos non ea omnino eligere debere quæ ipsi vtilia sibi esse existimauerūt, sed quæ ipse spirit⁹ suggesserit. Accidit em̄ nōnunquā, vt quæ ipsis cōducere, ac prodesse viderētur, ea detrimentū ingens importarēt. Itaque laborū relaxatio, & periculorū liberatio, & vita in libertate, ac securitate acta, illis cōducere videbat. & quid mirū si illis? quādo & ipsi quoque beato Paulo id ita se habere videbat. verū tamē postea didicit, quod quæ his sunt cōtraria, ea cōducibilia sunt: edoctusq; boni æqui ea cōsultuit, in eisq; acquieuit.

acquieuit. Ter itaq; Christū cum obsecrasset, vt periculis defungeretur, vbi illius vocē hanc exaudiuit, **2. Cor. 12.** Sufficit tibi gratia mea: virtus em̄ mea in infirmitate perficitur: exultabat persecutionē sustinēs, iniūria affect⁹, mala incurabilia perferēs. mihi em̄ placeo, ait, in persecutionibus, in cōtumeliis, in necessitatibus. quapropter dicebat: Siquidē hoc ipsum, quod oraturi simus, vt oportet, nō nouimus: & oēs admonebat, spiritui huic cōcedere. etenim ipse spirit⁹ sanct⁹ nostri curā admodū habet, idq; deo est placitū. modis ergo omnibus illos cōponens, atq; exercens, inducit & quæ hodie dicta sūt, ratiocinationē mouēs, quæ idonea sit ad illos refocillādos. Scimus em̄, inquit, q̄ iis qui diligunt deum, omnia simul adiumento sunt in bonum. cum autē dicit, omnia, & ea itē, quæ molesta esse vidētur, dicit: Nā vt afflictio, vt inopia, vt carcer, vt fames, vt mors, vt quoduis aliud igruat: potest deus hæc omnia in contrariū cōmutare, quādoquidē & hoc immensæ potētīæ eius est, quæ graua esse videntur, ea nobis leuia reddere, & ad auxiliū nostri cōuertere. Quapropter, nō ait, quod iis qui deū diligunt, nulla accedit res, quæ aduersa sit, sed quæ ea adiumento est ad bonum. Hoc est, deus malis, aduersisq; rebus vitur ad eorū existimationē, probationēq; quibus insidiæ strūuntur: quod multo mai⁹ est, q̄ si prohibeas, aduersa ne accedat, aut vbi accesserint, tollas. Hoc igit & in Babylonica fornacē praestitit. Neq; em̄ prohibuit quominus in illā sancti incederēt, neq; illi cū incidissent, flammā restinxit, sed ardere sinēs, per hāc ipsam admirabiliores illos effecit: & in ipsis itē Apostolis id gen⁹ alia miracula modis omnibus edidit. Si enim homines philosophiæ gnari, natura rerū in contrarium abuti possunt, & qui in paupertate victitāt, ditescitibus opulētiores apparere, & per obscuritatē lucere: multo magis deus in iis, qui ipsum diligūt, & hæc & multo his maiora praestat. vna em̄ solū re opus est, vt illū videlicet germano amore prosequare, & omnia alia subsequitur. Quemadmodū ergo his auxilio sunt ea etiā, quæ nocumentum afferre videntur: sic iis, qui illū nō amāt, vel ea nocēt, quæ auxiliū afferūt. Iudæis igitur dāno erāt & signorū ostensio, & dogmatum recitudo, & philosophiæ doctrina, ac propter illa quidem intēperitiis Christum agi dicitabant: propter hæc autem antitheum, hoc est deo aduersantem esse aiebant: ob signa porro edita, & extinguere illū aggressi sunt. Latio vero in crucē sublatus, clauis affixus, cōuiciis affectus, mala infinita tolerās, hinc non solū nocumentū nullum accepit, sed vel lucrum maiorem in modum tulit. Vides vt iis, qui deum diligunt, omnia auxilio sunt in bonū? Quom igitur magnū hoc bonū expressit, & quod valde humanā transcenderet naturam, quoniā multis incredibile esse videretur, a preteritis hinc fidem conciliat, sic dicens: *Iis qui iuxta propositum vocati sunt.* Considera enim statim ab ipsa vocatione dictum. Cur enim non ab initio omnes vocauit? neq; ipsum Paulū post alios statim? cuius dilatio videbat dānosa esse, sed tamen a rebus, operibusq; declarata est vtilis fuisse. Propositū porō hic dicit, vt ne totum vocationi tribuat. Ita enim cōtradiēturi erāt & Græci & Iudæi. Nā si vocatio solum sufficeret, qua tandem causa non omnes salui facti sunt? Propterea ait non vocationē tantū, sed & ipsum propositū vocatorum salutē effecisse. neque enim coacta aut violenta facta est vocatio. omnes igitur sunt vocati, at non

Danie. 3.  
b.c

omnes obediere. *Quoniā quos praesciuerat, eosdē & praesciuit, cōformes imaginis filij sui.* Vides honoris cumulum? Quod em̄ vnigenitus natura fuit, id etiā illi per gratiā sunt effecti. Nec tamē hoc cōtentus fuit, q̄ videlicet dixerit, conformes, sed & aliud addidit, *Vt ipse sit primogenitus.* Nec hic substitit, quin & vnā cū hoc rursus aliud adiūgit, dicens: *Inter multos fratres, modis omnibus manifestā ostēdere volens cōgnationem.* Hæc porro omnia dicta esse de dispensatione existimato. secundū em̄ diuinitatē, vnigenit⁹. vides quorū quantāq; nobis largitus est? ne igitur de futuris dubita. Etenim & aliū de illius curā ostēdit, dicendo iam inde ab initio illa ita esse praefigurata. homines enim a rebus sentētias de ipsis cōcipiunt, deo autē iā olim hæc visa sunt, & a summo initio erga nos affect⁹ est, ait igitur: *Et quos vocauit, hos & iustificauit; iustificauit per regenerationis lauacrum. Quos autem iustificauit, hos & glorificauit.* glorificauit per dona, per adoptionē. Quid igitur dicemus ad hæc? ac si dicat: Ne igitur posthac ipsa mihi pericula alleges, & quas ab omnibus insidias patimur, nā vt nōnulli sint qui futuris fidem nō habeant, certe ad ea bona quæ iā facta sunt, adferre nihil possint. verbi gratia, ad eā amicitia quæ deus iam inde ab initio erga te habuit, ad iustitiā, ad gloriā. Hæc enim tibi per ea quæ in amœna esse videntur, largitus est. Atque adeo quæ tu dedecus esse existimaueris, crucē, flagella, vincula, hæc sunt quæ orbi vniuerso suū ordinē addidere. Quemadmodū ergo, quæ passus ipse est, etiam si ea austera, atq; in amœna videantur, iis ad libertatē, ad vniuersæ naturæ salutē abusus est: ita & in iis, quæ tute sustines, facere assuevit, malis afflictionibusq; tuis ad tuā tum gloriā, tum existimationē abutēs. *Si deus pro nobis, quis contra nos?* Quis enim nō cōtra nos, ait? Etenim terrarum orbis cōtra nos, & tyranni, & populi, & cognati, & ciues, sed tamē hi cōtra nos cū stent, tātū abest vt nobis incōmodent, vt vel nolentes coronarū nobis authores existant, & bonorum infinitorum procuratores, ipsa dei sapiētia illorum insidias in nostrā salutem ac gloriā vertente. Vides vt nullus contra nos? Etenim Iob hoc ipsum splendendum reddidit, q̄ videlicet diabolus contra eum armatus esset. Nā & amicos contra illum, & vxorem contra illum, & vulnera, & seruos, & mille alias diabol⁹ suscitauit artes; ac nihil omnino cōtra illū extitit, ac nōdum hoc illi magnū, quanquā admodū magnū, sed quod multo erat maius, id demū erat, q̄ videlicet res illaz omnes exitū illi fœlicem attulere. quādoquidē enim deus ab illo stabat, certe & quæ contra illum stare viderētur, ea omnia ab illo steterūt. Hoc & in Apostolis itē vsu venit. Nā & Iudæi, & qui è gentibus essent, & falsi fratres, & principes, & populi, & mortes, & pauperates, & infinita cōtra illos erāt, & nihil tamē cōtra illos. Hæc em̄ ipsa sunt, quæ illos cū maxime splēndidos, atq; illustres, tum vero apud deū hominēque laudatos effecerūt. Cōsidera igitur quale, quantūq; verbū protulerit Paulus de fidelib⁹, & exacte crucifixis, quod ne diademate quidē ornat⁹ qui sit, assequi possit. Cōtra illū enim stāt multi, & barbari armati, & hostes adorientes, & corporis custodes insidias struētēs, & ex subditis plures idēdē insurgētēs, & alia id genus infinita: at cōtra fidelem & eū, qui diligenter dei legibus attētus est, nō homo, nō dæmon, non aliud quicquam stare poterit. Si enim pecūnias ademeris, mercedem ipsi procuraueris: si maledi-

xeris;



xeris; per cōiūcium illustriorē illum apud deum red-  
 dideris: si ad famē adegeris, maior illi & gloria, & re-  
 tributio. Præterea si quod omnium grauiſſimū esse vi-  
 detur, morti tradideris, martyrij coronā texueris. qd  
 igitur cū hac vita cōferri queat? cum nihil contra il-  
 lum esse possit, sed & qui insidiari videtur, ij ipsi illis  
 non minori sint adiūcto, q̄ qui de illis bene mere-  
 ri studēt. propterea ait, Si deus pro nobis, quis cōtra  
 nos? deinde non contentus iis, quæ dixerat, maximū  
 charitatis erga nos signū, & quod assidue circūuer-  
 fat, ac semper celebrat: id & hoc itē loco ponit, nati-  
 cadē. nō enim iustificauit solū, ait, & glorificauit, &  
 cōformes fecit imaginis illius: sed ne filio quidē pe-  
 percit, propter te. propterea & attexuit, dicens: *Qui  
 proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.*  
*qui fieri potest, ut nō eodē omnia nobis donet?* Ac cum hy-  
 perbole multaq; feruiditate dictiones vsurpat, ut il-  
 li<sup>o</sup> declaret charitatē. quomodo ergo nos destituit,  
 pro quibus pprio filio nō pepercit, sed pro omnib<sup>o</sup>  
 nobis illū tradidit? Cōsidera em̄ quātā id fuit boni-  
 tatis, ne proprio quidē parcere filio, sed illū dedere,  
 & p̄ omnib<sup>o</sup> dedere, & vilib<sup>o</sup>, & ingratib<sup>o</sup>, & inimicis.  
 qui igitur fieri potest, ut nō cum eodē omnia nobis  
 donet? Quod porro ait, sensum hūc habet: Si filium  
 suū largitus est, nec simpliciter largit<sup>o</sup>, sed cædi tradi-  
 dit: quid iam super aliis rebus addubitas, dominum  
 eū acceperis? quid hæſitas super possessionibus, herū  
 cū habeas? nam qui quod maius erat, inimicis dedit:  
 qui fiet, ut quæ minora sunt, amicis nō det? *Quis inten-  
 tabit crimina aduersus electos dei?* Hic aduersus eos qui di-  
 cunt, fidē nihil prodesse: quique densæ ac cumulatae  
 mutationi diffidūt. acvide ut illis repēte os obstruat,  
 ab illius dignitate, qui elegit. nec dixit, quis intētabit  
 crimina aduersus seruos dei, neque aduersus fideles  
 dei? sed, aduersus electos dei. nā electio virtutis signū  
 est. si em̄ postea quā equorum domitor equos elegit  
 ad cursum idoneos, null<sup>o</sup> est qui insimulare possit, sed  
 ridicul<sup>o</sup> habetur quisquis vicio id verterit: multo mag-  
 is cū deus animas elegerit, maxime ridiculi ij fue-  
 rint qui electionē eā incusauerint. *De<sup>o</sup> est qui iustificat.*  
*Quis ille qui condēnet?* Nō dixit, deus est, qui remisit pec-  
 cata: sed quod mai<sup>o</sup> multo, de<sup>o</sup> est qui iustificat. quū  
 enim iudicis calculus iustū aliquē pronunciauerit, &  
 iudicis talis, quātī æstimādus fuerit, qui accuset? Igi-  
 tur neque tētationes exhorrescere cōuenit. est enim  
 deus pro nobis, idq; demonstrauit per ea quæ edidit,  
 opera: neq; nugas formidare Iudaicas. etenim & ele-  
 git nos & iustificauit. & quod admirādū est, vel per  
 filij cædē iustificauit, quis igitur nos cōdēnabit, cum  
 deus coronet? cū propter nos Christus cæsus sit? nec  
 cæsus tantū, sed cum idem ille postea pro nobis in-  
 tercedat? *Christus, inquit, qui mortuus est, imō qui & susci-  
 tatus est à mortuis, qui est ad dexterā dei, qui & intercedit pro  
 nobis.* Etenim in ppria dignitate qui apparuit, nostri  
 curā nō deposuit, sed & p̄ nobis intercedit, & adhuc  
 eandē charitatē cōstanter seruat. neque enim contē-  
 tus est occisione solū. quod quidē maximi est amo-  
 ris argumentū, officiis iis quæ ad ipsum pertinet, nō  
 fungi modo, sed & aliū quoq; obsecrare. Hoc enim  
 solū per id verbi, intercedit, demonstrare voluit, mo-  
 te hominū loquēs, ac nostræ sese imbecillitati attē-  
 perās, ut charitatē declaret: Nam verbum id, nō pe-  
 percit, nisi cū hoc sensu acceperimus, multa absurda  
 subsequētur. Atque ut intelligas hoc esse quod ad-  
 struere vult, prius vbi dixit illum esse ad dexterā: tū

A addidit, illū pro nobis intercedere: quod æqualitatē  
 ac paritatē declarauit, ut iā ipsa intercessio nō immi-  
 nutionis, sed charitatis solius esse videatur. Si enim  
 ipse vita cum sit, & fons bonorū omnium, & parem  
 cum patre autoritatē obtineat, mortuos suscitās, ac  
 viuificās, omniāq; alia faciēs: quomodo intercessio-  
 nis egeat, ut nobis adiumento sit? qui desperatos &  
 condēnatos, propria autoritate ab illa condemna-  
 tione liberauit, & iustos & filios fecit, & ad honores  
 supremos subuexit, & quæ nūquā sperata fuerant, ea  
 ad opus deduxit: is quo tādē modo post omnia à se  
 perfecta, post naturā nostram in throno regio ostē-  
 sam, ac collocatā, ad ea quæ faciliora sunt, interces-  
 sionis indigeat? Vides ut vndiq; ostēdat, se alia nulla  
 de causa verbi id, intercedit, dixisse, q̄ ut feruorē ac  
 vigorem illius erga nos charitatis declaret? quando  
 & pater item videtur homines adhortari, ut sibi cō-  
 ciliētur. Pro Christo enim, ait, legati sumus, tāquam  
 deo exhortāte per nos. Verūtāem & deo exhortāte,  
 & hominibus pro Christo legatione apud homines  
 fungētibus, nihil hinc animaduertim<sup>o</sup> quod dignita-  
 te illa sit indignū: sed vnū solum ex iis omnibus, quæ  
 dicta sunt, colligimus, nempe dilectionis intentionē.  
 Hoc itaque & hic faciamus. Si igitur spiritus interce-  
 dit gemitibus inenarrabilibus, & Christus mortuus  
 est, & pro nobis intercedit, & pater proprio filio nō  
 pepercit propter te, & elegit te, & iustificauit: quid  
 restat quod timeas? quid exhorrescis? tātā charitatē,  
 tantā adeptus tui curā? Quapropter vbi ostēdit ma-  
 gnam cœlitus erga nos providentiā: iam cum fidu-  
 cia quæ sequitur inducit. nec dicit, debetis & vos ita  
 illum amare, sed tanquā numine afflatus esset de im-  
 mensa hac providētia, ait: *Quis nos separabit à dilectione  
 Christi?* nec dixit, dei, sic illi indifferens est, & Christū,  
 & deum nominare. *num afflictio? num angustia? num perse-  
 cutio? num fames? num nuditas? num periculum? num gladius?*  
 Vide beati Pauli prudentiā. neque enim ea protulit,  
 quib<sup>o</sup> quotidie capimur, pecuniarum amorē, gloriæ  
 appetitionē, iræ tyrannidem: sed quæ multo sunt his  
 truculentiora, atque impotentiora, & talia, ut possint  
 ipsi naturæ viri adferre, & cogitationis firmitudinē  
 loco diuellerē se penumero, vel nobis nolētibus: hæc  
 ponit, afflictiones videlicet & angustias. Et si em̄ nu-  
 mero cōstent, quæ dicta sunt, tamen habet vnaquæ-  
 que dictio infinita tētationū tāquā agmina. nam cū  
 dicit, afflictionem, & carcerē dicit, & vincula, & ca-  
 lūnias, & exilia, & alias omnes calamitates, vno ver-  
 bo immēsum periculorū pelagus prætercurrēs: deni-  
 q; ea omnia, quæ hominibus aduersa eueniūt, per  
 vnā significās dictionē. sed tamen cōtra hæc omnia  
 audax insurgit. Idcirco & per interrogationē id pro-  
 fert, quasi tale sit, quod contradici minime possit. q̄  
 cum qui sic amatus, quique tantā sui providētiā sit  
 affectus, nihil prorsus inueniri queat, quod separare  
 ac dirimere possit. deinde ut ne videantur hæc desti-  
 tutionis signa esse, & pp̄herā inducit multo antē tē-  
 pore hæc denunciantē, ac dicentem: *Propter te morti  
 tradimur tota die. Habiti sumus velut oves destinatae ma-  
 ctationi.* Hoc est, omnib<sup>o</sup> sumus obiecti, atq; expositi, ut  
 mala toleremus: sed tamē cōtra tot, tantāq; periculā,  
 contra nouas hæc tragœdias sufficiens consolatio,  
 certaminum nobis suppositio] data est. seu veri<sup>o</sup> di-  
 cam, non sufficiens solum, sed abundātor multo. ne-  
 que enim propter homines, aut aliud seculare quic-  
 quā hæc patimur, sed propter vniuersarum rerū ait  
 dominum:

dominū: nec hac solum illos, sed alia rursus, & ea va-  
 ria, & multiformi, corona reuinxit. quādoquidē em̄  
 fieri minime poterat, ut qui homines essent, ij infini-  
 tas mortes tolerarēt, ostēdit, ne hac quidem ratione  
 præmia esse imminuta. nā ut natura fortiti id sim<sup>o</sup>, se-  
 mel tātū ut moriamur: tamē volūtate id quotidie p̄-  
 peti, si id in animū induxerimus, dedit deus. vnde li-  
 quet fore, ut cum tot hinc coronis decedamus, quot  
 dies hic vixerim<sup>o</sup>, imō vero multo pluribus: licet em̄  
 die vno, & semel, & bis, & sæpe mori. qui igitur ad id  
 cōparat<sup>o</sup> fuerit, is semper mercedē absolutā recipit.  
 Hoc igitur & pp̄hera significās, dixit: Tota die, qua-  
 propter & illū Apostolus introduxit, illos vehemen-  
 tius excitās. Si em̄ qui in veteri lege, ait, vixerūt ho-  
 mines, terrā laborum suorum præmium cum habe-  
 rent, & alia itē vnā cum præſenti vita finem capien-  
 tia, ij vsque adeo præſentē vitam, tum autē tētatio-  
 nes ac pericula despexerunt: quā tādē nos veniam  
 habituri sumus, si post cœlū ipsum, post regnū super-  
 nū, post arcana bona, molles adhuc, ac legnes effecti,  
 ne ad parem quidē cum illis virtutis mēsuram acce-  
 damus? ita tamen orationē nō extulit: sed hoc ipsum  
 auditorū cōscientiæ relinquens, testimonio solo cō-  
 tentus est: ostenditq; illorū corpora victinam fieri,  
 nec tumultuari, aut turbari oportet, cū deus sic dispē-  
 sauerit. porro autē & aliū de eos hortatur: Ut ne em̄  
 diceret aliquis, quod hæc simpliciter philosophatur,  
 nondum factō rerū periculo, addidit: Habiti sumus  
 tanquā oves destinatae maetationi: quotidianas apo-  
 stolorū mortes significās. Vides fortitudinē, ac co-  
 mitatem. quē admodum enim illa, inquit, dum ma-  
 ctantur, nō resistunt: ita neque nos. sed quandoqui-  
 dē humana cōgitationis imbecillitas post tot, tātā-  
 que aduersa, tētationum multitudinē exhorruisset,  
 vide ut rursus auditorē excitet, sublimemque ac su-  
 perbum efficiat, inquiens: *Sed in his omnibus plusquam su-  
 peramus, per eum qui nos dilexit.* Quod enim mirabile est,  
 hoc est: Quod non superamus solū, sed quod per ea  
 ipsa superam<sup>o</sup>, per quæ insidias patimur: nec simpli-  
 citer superam<sup>o</sup>, sed plusquā superam<sup>o</sup>. hæc est, omni  
 cū facilitate, citra sudores, ac labores. non enim mo-  
 lestias tolerantes, sed animū modo præparantes, sic  
 vbiq; trophæa contra hostes statuimus. & cid iusta de  
 causa. Deus est enim, qui nobiscū decertat: ne igitur  
 diffidas. si qui flagellamur, flagellātes superam<sup>o</sup>: si qui  
 exigimur, persequētes vincim<sup>o</sup>: si qui morimur, viuē-  
 tes vertimus. Cum enim dei tum virtutē, tum cha-  
 ritatē adhibueris, nihil erit quod prohibeat miracu-  
 la hæc, & incredibilia euenire, tū autē victoriā supra  
 omnem modū elucere. neque enim simpliciter vin-  
 cebāt, sed magno cū miraculo, sicq; ut facile intelli-  
 gerēt omnes, non esse insidiatoribus illis bellum cō-  
 tra homines susceptū, sed cōtra inexpugnabilem illā  
 potentiam. Iudæos igitur dispice, in manu illos sua  
 dū haberēt, addubitantes tamen ac dicentes, Quid  
 his faciemus hominibus? Nam quod mirū est, id de-  
 mum est, quod illos dum detinerēt, dum reos habe-  
 rent, dū vincirēt, dum caderent, mentis, consiliūque  
 inopes hæſitabant adhuc, per hæc ipsa manus dātes,  
 ac victos sese agnoscentes, per quæ tamē victoriā re-  
 portaturos se sperabāt, ac neque tyrānos, neque ear-  
 nifices, neque dæmonū phalanges, neque ipse diabo-  
 lus superare illos valebat: sed longe exuperabātur om-  
 nes, aperte intuiti, quas in illos artes intēdebāt, eas  
 illis iisdē auxilio cedere. Propterea dixit, plusquam

A superamus, noua em̄ victoriæ lex hæc erat, per ipsa  
 demū aduersantia superare, ac nūquam superari, sed  
 illos ipsos ita ad certamina descendere, quasi exitus  
 domini iā essent. *Nā mihi persuasum habeo neque mortē, ne-  
 que vitā, neque angelos, neque principatus, neque potestates, ne-  
 que instātia, neq; futūra, neque altitudinē, neque profunditatē,  
 neq; vllam creaturā aliā posse nos separare à dilectione dei, quæ  
 est in Christo Iesu domino nostro.* Magna quidē sunt dicta  
 hæc, sed nobis incognita, hoc ipso, quod tātam ipsi  
 charitatē nō habemus. veruntamen ut magna sint,  
 volēs Paulus ostēdere, nihil ea esse præ ea charitate,  
 ac dilectione, qua esset à deo dilectus, post dei dile-  
 ctionē tum demū suā attexit, ut de se nihil, quod ma-  
 gnum esset, prædicare videretur. quod autē ait sen-  
 sum hūc haberi: Quid tandē hæc præſentia, & quæ  
 vitæ huic cohærēt, incōmoda allegare opus est? nā  
 vt res etiā mihi futuras alleges, ac potestates, res qui-  
 dem, vt mortē ac vitam: potestates autē, vt angelos,  
 archangelos, vniuersamq; quæ supra nos est, creatu-  
 ram, certē vel ea ipsa animo quidē meo pusilla fue-  
 rint, si ad Christi charitatē conferantur, neque enim  
 si quis mihi mortē illam perpetuā, ac nullo vnquam  
 sine destitūā minitaretur, vt à Christo separaret, neq;  
 si promitteret fore, ut vitā nullo sine terminandam  
 producerē, ne hancce quidem conditionem admit-  
 terē. iam quid reges mundi huius ac cōsules allega-  
 re cōuenit? quid illum, aut illum? Nam si vel angelos  
 mihi allegaueris, si vel cœlestes omnes potestates, si  
 vel ea omnia, quæ in rerū naturā prodita, prodēdave  
 sunt: profectō mihi omnia perparua, tū quæ in terra,  
 tum quæ in cœlis, tum quæ sub terrā, tum quæ supra  
 cœlos, præ eo, quæ dico, amore. deinde petinde quasi  
 ne ea quidē satis esse possent, ad eum amorē, quo  
 captus erat, repræſentādum: totidē alia rursus in re-  
 rum naturā producens, ait, Neque vllam creaturam  
 aliā. Quod porro ait, eiusmodi est: Si vel aliud tale ac  
 tantū mundi opificium existeret, quale quantumq;  
 vel hoc ipsum quod spectamus, vel quod in mentis  
 humanæ cogitationē cadere possit: nulla tamē res ef-  
 fet, quæ me ab eo amore submoueret. Hæc autē di-  
 cebat Paulus, nō q̄ vel angeli ipsi, vel reliquæ potestā-  
 tes id tētare, aggredique vellēt, absit hoc, sed quod  
 quem amorē erga Christū præferret, cum omni cū  
 excellētia ostētare vellet. Neque enim Christū pro-  
 pter Christi opera, sed propter illū, illius opera ama-  
 bat, atque ad illū vnū respiciebat, vnū tantum veri-  
 tus, ne ab eo amore excideret. Hoc enim vel gehēna  
 illi terribilius erat. quē admodum & in eo amorē  
 persistere, vel cœlorum regno desiderabilius.

Morale:

Quanti igitur æstimandi ipsi fuerimus, cum ille itē  
 ea quidē quæ in cœlis sunt, præ Christi amore admī-  
 retur: nobis vero quæ in cœno, ac luto sita sunt, cā  
 Christo antiquiora sint? Et ille quidē ob Christi amorē  
 vel in gehēnā decidere libēs admittit, paratūq;  
 est vel à cœlorū regno excidere, si vtrunq; hoc pro-  
 ponatur: nos autē ne præſentem quidem vitam de-  
 spicim<sup>o</sup>. Digni ne igitur sum<sup>o</sup> vel illius calceamētis,  
 qui couſq; distam<sup>o</sup> ab illius animi præſtātia? Etenim  
 ille ne cœlorum quidem regnum quicquam esse cē-  
 set, propter Christū. Nos cōtra, ipsum Christum de-  
 spicimus: res autē, quæ illius sunt, permagni facim<sup>o</sup>:  
 atque vtinā illius saltē res magnificeremus. Nunc  
 vero ne id quidē est: sed vel cœlorum regnum nobis  
 palām quum offeratur, eo à nobis relicto, ymbras ac  
 somnia

trēm-  
 bu peruer-  
 timus, si-  
 ue in su-  
 gam ver-  
 timus.

Act. 4.

psal. 111.  
 nobis me-  
 rita, ne  
 vobis vobis  
 est.

somnia quotidie sectamur. Atqui deus benignus quum sit, admodumque mansuetus, perinde egit, ut si pater liberorum amans, filio male ferente assiduam ipsius consuetudinem, alia ratione ac solertia illum sibi coniungat. Nam quandoquidem nos illum, ut par est, minime amamus: quam multa sunt, quae nobis ille palam offert, ut nos ad sese illiciat: quum tamen ne sic quidem persistamus, sed ad puerilia delectamenta transuolemus. At non sic Paulus: quin tanquam ingenuus quispiam, ac patris amans filius, paternam consuetudinem ac congressum solum expetit, exquiratque, ceterarum rerum non perinde curam habens: seu verius dicam, hac quidem in parte & filij quoque eius, quem dixi, erga patrem affectum longe exuperans. Neque enim vna & patrem, & res paternas aestimat. Verum quoties ad patrem respicit, res eas nihili facit, sed maluerit vel inter flagella, ac supplicia cum patre esse, quam ab eo diruptus deliciis frui. Horreamus ergo quicumque ne pecunias quidem propter deum contemnimus, seu dicam verius, quicumque ne pecunias quidem propter nos ipsos contemnimus. Paulus enim solus erat, qui propter Christum ingenue omnia ferret, non propter caelorum regnum, non propter illius precium, sed propter eam, qua erga illum afficiebatur benevolentiam: cum nos neque ipse Christus, neque quae Christi sunt, a rebus abducant secularibus, sed veluti serpens, aut vipera, aut porci, aut haec simul omnes bestiae, sic & nos in limo reptamus. quid enim, feris illis meliores nos sumus? quibus tot ac tanta cum exempla suppetant, oculos tamen in terram etiamnum deiicimus, ac ne tantillum quidem illos in caelum attollere sustinemus? Et quidem deus filium dedit, tu vero ne panem quidem illi propter te tum dedito, tum trucidato impertiris. Illi pater, etiam si filius esset legitimus, propter te haudquaquam peperit: tu vero vel fame tabescentem despicias, praesertim cum sumptum factum sis ab iis quae illius sunt, tum autem tua ipsius causa. Quid hac iniquitate deterius fuerit? propter te ille deditus est, propter te trucidatus, propter te esuriens circumsurat: da ex iis quae ad illum spectant, ut ipse inde commodum adiumentumque desumas: at vero ne sic quidem erogas. Nonne vel lapidibus quibuslibet stupidiore, minusque sensibiles si fuerint, qui tot inter res, quibus moueri, pertrahi, debent, in hac adhuc diabolica crudelitate sese obfirmant? Neque enim illi mors, cruxque ipsa satis fuit, quin & pauper fieri libens admisit, & hospes, & erro, & nudus. adde his carcerem, in quem coniectus: adde aegritudinem, quam perpeffus est, ut vel hac demum ratione te ad se pertraheret. Si enim, ait, mihi tanquam pro te mortuo, in amore non respondes, nec benefacta benefactis mutuis repedis: at paupertatis te miserescat, quem si vel paupertas ad misericordiam commouere non potest, certe ipsa aegritudine flectaris, ipso carcere fragaris. In vero ne haecce quidem animu tuum emolliunt, atque ad humanitatem pertrahunt, saltem ob petitionis tenuitate annuito. Nihil enim a te, quod sumptuosum sit, postulo, sed panem, sed tectum, sed verborum consolationem. qui si vel post haecce omnia agrestem adhuc inhumanumque animu geris: certe vel propter ipsum caelorum regnum, vel propter ea quae pollicitus sum praemia, melior euadas. At nullo illa apud te loco ac precio sunt? Ipsus ergo naturae vi frangaris, nudum me cum videas: ac nuditatis illius in mentem tibi veniat, quam ipse propter te in cruce sustinuit. quod si ne ea quidem nuditas te mouet, moueat

† suis ipsi honorem.

A ipsa haec, qua per pauperes denudor. Egēs fui tū propter te, quin & nūc itē propter te, quod siue hinc siue illinc adductus, persuasusque, aliqua tandē misericordia capiaris: ieiuniis me maceraui propter te, rursus propter te esurio: sitiui in cruce suspensus, per pauperes itē sitio, ut tū ab illis, tū ab his te ad meipsum illiciam, neque non benignū salutis tuae causa efficiam. qua de re mihi infinitorū benefactorum remunerationē cum debeas, non ipse tanquam a debitore reposco, sed te tanquā gratis largientem corona orno, ac caelorum regnum pro pusillis his tibi largior, neque enim hac te ego oratione compello. paupertate me soluit, neque hac diuitias mihi largitor, quāuis te propter pauper fuerim, sed panem solum, ac palliū postulo, tenuemque famis delinitionē. qui si & in carcerē coniectus fuero, non cogo ut tu vincula soluas, eaque abiicias: verū vnū tantū requiro, ut tu propter te vincitū aspicias: qua me gratia dignat' si fueris, mihi satisfacere: tibi; hoc solo nonine caelum largiar. te ego grauissimis vinculis exolui, mihi tamē duntaxat sufficit me vincitū cōtueri, si tibi collibuerit. possum equidem & citra haec coronam tibi imponere, sed tamen tibi debitor esse non recuso, ut tibi etiā fiducia aliqua corona afferat. ob hoc qui me ipse educare possum, circunuaigor mendicans, pro foribus tuis dextrā porrigens: a te enim educari concupisco. tui enim maiorē in modum amans sum: quo nomine & meam tuā appeto, qui amantium mos esse solet. mihi haec quidem in re placeo, teque in ipso totius orbis theatrovictorē pronuncio, atque adeo cūctis exaudientibus me venditans altorem te meum declaro. At qui nos quoties alicuius impensa educamur, erubescimus sanē, remque adumbrantes dissimulamus. Verum ille, qui summus est eius erga nos amor, ut taceamus ipsi, rem ipsam deprecatur, magnis cum laudibus ad caelum tollens: nec eum fateri pudet, quod cum nudus esset, se veste induerimus: cū esuriret, se aluerimus. Haec omnia igitur animo lustrates, non intra ipsas tantum laudes consistamus, sed & quae dicta quidem sunt perficiamus. quid enim profuerint id genus plausus, ac clamores? Vnū a vobis quero tantū, nimirū per ipsa opera probationē, per ipsas res obedientiā. hoc ipsum laus mea. hoc ipsum lucrū vestrū. hoc ipsum diademate mihi splendidius. Itaque vbi ab hac concione discesseritis, hanc per pauperū manus, tum vobis, tum mihi lauream apparate: ut & per praesentem vitam bona cum spe educemur, & ad futuram cum peruenerimus, infinita assequamur bona: quae vtinā assequi omnes possimus, gratia & clementia domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo, patri gloria, vna cum sancto spiritu, in secula seculorum, Amen.

Homilia xvj.

**V**eritatem dico in Christo, non melior, attestate mihi simul conscientia mea, per spiritum sanctum. Nonne magna quaedam, & quae supra naturam captum essent, hesternum die de Pauli erga Christum dilectione, vobis dixisse visus sum? Etenim natura ingentia, & omnem excedentia oratione fuere: At quae hodie dicta sunt, tantam habent ad illa hyperbolen, quanta illa ad rerum nostrarum conditionem. quanquam non existimabam illa habere hyperbolē, sed tamē superuenientia ea, quae hodie sunt lectitata, multo illis omnibus illustriora visa sunt. Id quod & ille cū intelligeret, ab ipso statim exordio palam fecit, tanquam qui ad maiora progressu-

Cap. II.

progressu, a multis minime credendus esset. prius autem ea confirmat, de quibus dicturus est, quod facere multi consuevere, quoties dicturi aliquid sunt, quod multis fide non faciat, sed quod tamē verū esse magnopere sibi persuaserint. ait enim, veritate dico: & non melior: & mihi conscientia simul attestatur. Quod dolor mihi est magnus, & assiduum cruciat' cordi meo. optarim enim ego ipse anathema esse a Christo. Quid ais o Paule, a Christo, illo inquam Christo, qui a te desideratur? a quo te nec caelorum regnum, nec gehēna separabat, neque ea quae videri, neque ea quae cogitari possunt, neque alia totidē, ab hoc nūc precaris anathema esse? quid accidit? num desiderium illud excussisti, ac deposuisti? Haudquaquam, inquit, ne vereare. nam & illud intēdi magis, qui igitur sit, ut preceris anathema esse, & alienationem queras, ac diuortium tantū, post quod inueniri aliud non queat? quoniam, inquit, etiā atque etiam vehementer illū amo. Qui id, obsecro, & quonam pacto? etenim aenigmati simile hoc est. Imō vero si ita videtur, primū intelligam, quid sit anathema, ac tum demū illū interrogem. super his: sic fiet, ut arcanā hanc & nouam dilectionem perdiscamus. Quid igitur est anathema? audi ipsum ita loquentē: Si quis non amat dominū nostrum Iesum Christum, is anathema sit: hoc est, ab omnium commercio segregetur, alienus ab omnibus sit. Nā quēadmodum anathema, donumque id quod deo oblatū dedicatur, nemo est qui temere nanibus cōtingere audeat, neque ad id propius accedere: sic & eū qui ab ecclesia separatur, ab omnibus abscindēs, ac tāquā longissime abducēs, hoc nomine, a contrario scilicet appellat, magno cū terrore omnibus interminatus, ab eo ut separētur, ac pedē referant. Anathemati enim honoris gratia appropinquare nemo audebat, ab eo autē qui ab ecclesia abscissus erat, ex opposita omnes sententia separabant. quapropter separatio quidem, tum haec, tum illa, ex aequo a vulgo abalienatio erat: separationis vero modus non vnus, sed illi cōtrarius, ab illo enim abstinebāt, tāquā deo dicato: ab hoc autē decedebāt, tanquā a deo alienato, & ab ecclesia abscisso. Hoc ipsum igitur & Paulus sentiens dixit: Optarim anathema esse a Christo. nec simpliciter dixit, velim: sed id intēdens, ait, optarim. Quod si dicta haecce tāquā infirmiora te cōturbant, rem considera, non solum quod separatū se esse vellet, sed & causam propter quā vellet: ac tum demū, quasi ea quae oculis cernuntur, videbis illius magnitudinem dilectionis, quandoquidem & circumcidit, nec ipsum factū attendimus, sed facti ipsius consilium, & causam, ac propterea ipsum magis admiramur, nec vero circumcidit modo, sed raris, ac sacrificauit: nec sanē ob id Iudaeū illū esse dicimus, sed hoc ipso nomine a Iudaismo maxime exēptum, purumque esse, tū Christi germanū, verumque cultorem. Quemadmodum igitur circumcidentem illum cum vides, ac sacrificatē: non propterea condēnas tanquam Iudaizatē, sed ob id ipsum maxime coronas, ut a Iudaismo alienum: Ita quū vides desiderantem anathema esse, ne propterea turberis, sed ob hoc ipsum illū maxime predicato, causam perdoctus, ob quā id vult. Nam nisi causas examinauerimus, & Heliam homicidā dicemus, & Abrahā non homicidam solum, sed filij percussorē. Itēque & Phinees, & Petrus cædis rursus accusabimus. nec de ipsis solū sanctis, sed & de ipso reum vniuersarū deo, quisquis regulam hanc minime obserauerit, multa absurda suspicabitur. ut ne igitur

1. Co. 16. d Anathema.

Act. 16. d

3. Re. 18. d Gen. 22. b Num. 25. b Act. 5. d

A hoc accidat, hisce in omnibus & causam, & consilium & occasionē, & omnia, factorum defensione a nobis suscepta, in vnum componentes, ita demum res ipsas examinemus. quod & nūc de beata hac anima faciendum nobis est. Quānam ergo causa? rursus ipse amatus Ies' . atqui, non ob ipsum inquires. optatim enim, ait, ab ipso anathema esse pro fratribus meis: & hoc humilitatis eius est. neque enim videri ipse vult tāquā magnum quiddā id dicere, ac Christo gratificari. propterea dixit, pro fratribus: ut nimirū affectū occultet: nā quod, quicquid id est, propter Christū vellet, aucti quae sequuntur. cū enim dixisset, cognatis meis secundū carnem, addidit, Quorum est adoptio, & gloria, & testamenta, & legum constitutio, & cultus, & promissiones, quorum sunt patres, & ij, ex quibus est Christus, quantum attinet ad carnem, qui est in omnibus deus laudandus in secula, Amen. Et quid hoc, inquis? nā si ut alij crederēt, anathema fieri vellet: si autē & pro Iudaeis praecatur solis, declarat non propter Christū id velle, sed propter eam, qua illos cōtingebat, necessitudinē, atqui si pro gentibus solis precatus fuisset, non perinde id visum fuisset. quoniam autē pro Iudaeis solis, declarat purē se id propter Christi gloriā studiose velle. nec me sanē fugit, quae a me dicuntur, ea vobis & noua, & incredibilia videri. Veruntamen, nisi obturbaueritis, ea statim enitar aperta reddere. neque enim simpliciter haec dixit, quae dixit, sed quoniam omnes dicebāt, deumque incusabant, quod qui digni habiti essent dei filij vocari, legē accipere, ante omnes illum nouisse, tali tātaque gloria frui, illum eundē ante vniuersum orbē colere, tum autem promissiones accipere, patresque eandem tribuū, quodque omnium maximū, ipsius Christi maiores esse (hoc enim est, ex quibus est Christus, quantum attinet ad carnem) eiectioni, atque inhonorati essent: pro illis autē introducti, qui nunquā illū agnouissent homines, ij videlicet qui a gentibus ortum duxissent: hoc igitur dicebant, quoniam deum conuicium afficerent, audiens haec Paulus, aegre ferēs, ac pro dei gloria dolēs, praecarus est anathema esse (si modo fieri posset) ut illi salui fierēt, & cōuicium eiusmodi cessaret, nec videretur deus illorū maiores decepisse, quibus dona pollicitus est, atque ut intelligas, illum ob id angī, excruciarique, ne videlicet dei promissio intercideret videretur, quae Abrahā dictum est, Tibi dabo terram hanc, & semini tuo: haecce precatus est, nam cum haec dixisset, addidit: Non autem haec loquor, quod exciderit sermo dei. Declarans quod haec omnia propter dei sermonē perferre sustinebat, hoc est propter promissionē ad Abrahā factā. Quemadmodum enim Moyses videbatur quidem pro Iudaeis legatione fungi, tem vero totā pro dei gloria agebat: (Dei enim iram sedaturus ait, ut ne dicant, propterea quod seruare eos non posset, eosdē eduxit in eremo perdendosta) ita sanē & Paulus, ut ne, inquit, dicat, quod dei promissio excidit, & quae promissit, falso promissit, illiusque sermo ad opus non exiit, velim anathema fieri. Quapropter non pro gentibus ait: neque enim ad illos promissum illud erat, neque illi erant, qui ipsum coluissent, propterea neque ipsum per illos conuicio afficiebāt, sed pro Iudaeis, qui videlicet promissionē suscepissent, quique ante alios necessitudine cū ipso cōiuncti erant, haec precabatur: vides quēadmodum, si pro gentibus precatus fuisset, non sic visus fuisset purē propter Christi gloriā hoc facitare. quādoquidem autē pro Iudaeis voluit anathema fieri, tum maxime cōstitit, illū propter Christi-

Gen. 12. d



stum hæc desiderare. propterea dixit, Quorū est ad-  
 optio, & gloria, & cultus, & promissio. Etenim inde  
 lex, ait, existit: lex, inquā, de Christo loquēs. inde &  
 pacta, inquā, ea omnia, quæ ad illos pertinet. tū autē  
 & ipse ex iis natus, & patres ij, qui promissa acceperunt,  
 ex iisdē omnes. sed tamen contrā accidit, bonis  
 que omnibus lapsi sunt. propterea discrucior, ait:  
 tac si diceret, vellē ab eo choro separari, atque alienari,  
 qui Christū circūdat, nō ab ipsius amore. absit  
 hoc. quando quidē propter amorē hæc faciebat. sed  
 & illa fructioe & gloria priuari sustinuerim, vt ne  
 minus meus cōuicio afficiatur, malē que audiat, vt ne  
 exaudiā eos, qui dicūt, quōd res ipsæ veluti scena factę  
 sunt. aliis promisit, & aliis dedit. ex aliis genit<sup>o</sup> est,  
 & alios saluos fecit. Iudæorum maioribus pollicitus  
 est, illorū autē prole derelicta, eos, qui ipsū nūquā  
 agnouerāt, in illorū bona introduxit. illi in legis  
 meditatione, in prophetarū lectione laborarunt: & qui  
 ab aris, & ab idōlis nuperrime rediere, ij facti sunt il-  
 lis superiores. vbi hæc puidētię vt ne igitur hæc, ait,  
 de dño deo efferatur, quāquā iniuste efferuntur, & à  
 cælōrū regno libens exciderē, & ab illa arcana gloria,  
 tum aduersa omnia tolerarē, maximam omnium  
 existimans consolationem mihi adfore, si amplius  
 non audiam conuiciis eum affici, cuius amore tanto  
 pere ardeo. Quod si nondum accipis, quod dictum  
 est, cogitato, q̄ parētes multi pro liberis hæc admifere,  
 nō recusantes ab illis separari, vt illos magis in-  
 clarescere viderent, illorū existimationem reputantes  
 cōsuetudine sua suauiorē. sed quoniā prōcul ab  
 hoc amore abstimus, ne animi quidē cogitatione dicta  
 hæc cōplecti possumus. Sic enim quidam Pauli  
 appellationē ne digni quidē sunt qui audiāt, suntq;  
 ab illius vehementia tam longe, tñ q; procul distātes,  
 vt illum sentiant, hæc de temporaria morte dicere.  
 quos equidē tātū ndē Pauli ignorare dixerim, quantum  
 cæcos radium solarem, seu verius dicam, multo etiam  
 plus. Qui enim per dies singulos moretur, ac periculorum  
 veluti grandinibus suppositis, dixisset: Quis nos  
 separabit à dilectione dei? nū affli-  
 ctio? num angustia? nū fames? nū persecutio? nec cō-  
 tētus seculi huius rebus, sed supergressus cælū, & cœ-  
 lū cœli, & angelos & archāgelos, & omnia superiora  
 circuncurrens, tum cōprehendens simul præsentia,  
 futura, ea quę videri, ea quę cogitari possunt, itē-  
 que & molesta, & suauia, & q̄ in vtriusq; nihilq; prorsus  
 omittens, ac ne sic quidē m̄ satiatus, sed & aliā talem  
 ac tantam creaturam nō existentem supponens: is,  
 obsecro, quo tandem modo, tanquā magnū quiddam  
 post illa omnia proferēs, mortis tēporarię mētionē  
 faceret? non est ita, nō est ita, quin potius lumbricorum  
 in fimo latitātium eiusmodi opinio fuerit. nā si id  
 diceret, quomodo anathema se ipsum à Christo esse  
 precaret? mors enim eiusmodi illū magis choro ei  
 coniungebat, cooptabātque, qui Christū circūdat,  
 tū efficiebat, vt gloria illa perfrueretur. Sed enim  
 sunt nōnulli, qui & quæ hęc ridicula sunt magis,  
 dicere sustinent, non enim mortē aiunt, sed donū  
 Christi reconditū esse precabatur, & quis hoc vel  
 hominū admodum tenuium, ac supinorum non precatus  
 fuerit? Quomodo autē pro suis ille cognatis hoc fieret?  
 Itaq; fabulis ac nugis omissis, neque enim ad hæc  
 contradicere dignum fuerit, quæ admodum ne ad  
 pueros quidem balbutiētes, ad ipsam rursus dictionem  
 redeam<sup>o</sup>, oblectati pelago dilectionis

† q̄ dicitur  
 et. vt in-  
 finitui,  
 separari,  
 alienari,  
 ad verbū  
 sustinuerim,  
 referantur.

sup 8. g.  
 † Christi  
 habet re-  
 nentis  
 editio.

illius, ac libere vbique natātes, tum amoris eiusdem  
 flammā immēsam animo versantes: seu poti<sup>o</sup> quod-  
 cunque quis dixerit, nihil quod idoneū quidē fuerit,  
 dixerit. etenim omni pelago latior, omni flāma ve-  
 hementior erat hæc dilectio, ac nulla illā pro digni-  
 tate dictabit oratio, sed ille solus eam nouerit, qui  
 quis eadē exacte præditus fuerit. Agē itaq; rursus ip-  
 sa verba in mediū adducamus. *Opt. vim anathema esse  
 ipse ego.* Quid est, ipse ego? qui omnīū magister sum  
 effecit<sup>o</sup>, qui officia, meritq; infinita cōgē, qui cor-  
 nas infinitas expecto, qui sic illū amo, vt me<sup>o</sup> erga il-  
 lū amor mihi sit rebus omnib<sup>o</sup> antiquior, qui quoti-  
 die propter illū vrōr, qui omnia ducōt secunda esse,  
 præ amore quem erga illū habeo. neq; enim curā  
 illi erat à Christo solum amari, sed & illū magnopere  
 amare. hocq; in primis curabat, propter hoc enim  
 ad hoc respiciebat solū, atque omnia facile ferebat.  
 Vnū enim per omnia considerabat, nempe quomodo  
 pulchrū hunc amorem exleret. & precatur quidē  
 hæc. Cum vero res non sic se habitura esset, neq;  
 futurū erat, vt anathema fieret: de reliquo tentat,  
 & ad criminationū defensionem descēdere, & quæ ru-  
 more omnium iacūtata essēt, ea in medium prolata  
 subuertere. atque antequam ad apertā horum defen-  
 sionem descendat, ipsius semina ac fundamēta iam  
 hinc iacit. nam cum dicit, *Quorum adoptio & gloria, &  
 legis constitutio, & cultus, & promissiones:* aliud ait  
 nihil, q̄ deū voluisse illos quidē seruare. atq; hoc palam  
 fecit per ea, quæ antea fecit, per ea per quæ Christ<sup>o</sup> ex  
 illis exitit, per ea, quæ patribus promisit. illi autē à  
 propria ingratitude, atq; improbitate beneficētia re-  
 pulerūt. Itaq; & illa ponit, non quæ illorum laudes  
 sunt, sed quæ dei donū solūmodo arguunt. Etenim  
 ipsa adoptio ab eadē gratia manauit, & gloria, & p-  
 missiones, & lex. quæ ipsa omnia dū excogitasset,  
 cūmq; reputasset, quale, quātūq; deus vnā cum filio  
 suo studiū pro illorum salute impendisset, inclama-  
 uit magnū, ac dixit: *Qui est benedictus in secula seculorum,  
 Amen.* vnigenito dei filio referens pro omnibus gra-  
 tiarum actionē. Quid enim si & alij blasphemāt, ait?  
 cū nos qui illius arcana nouimus, & immēsam sapiē-  
 tiā, & prouidentia multam, aperte sciamus, illum di-  
 gnū esse, nō qui blasphemetur, sed qui glorificetur.  
 Non cōtētus autē conscientia ipse sua Paulus, tērat  
 & deinceps ratiocinationē adhibere, ac vehemētiore  
 vti cōtra illos oratione. nec pri<sup>o</sup> in illos inuehitur,  
 q̄ illorū suspiciōne circūciderit, ademeritq; vt ne  
 eum videatur tāquā cū hostibus verba facere, pro-  
 gressus ait: Fratres volūtas quidē cordis mei, & obse-  
 cratio apud deū pro ipsis est ad salutem. Et hic item  
 vnā cū aliis, quæ dixit, ita orationē præparauit, atq;  
 adstruxit, quæ cōtra illos dictur<sup>o</sup> erat, vt ne ea hostili  
 animo dicere videatur. Idcirco ne cognatos quidem  
 illos ac fratres appellare recusat. Etsi enim quę dixit,  
 ea propter Christū dixit, tamē illorū animū sibi cō-  
 ciliat. & verbis suis viā munit, scq; omni suspiciōe li-  
 berat, propter ea quæ cōtra illos dicēda sunt, ac tum  
 demū ad eum sermonē descēdit, qui ab omnibus in  
 quæstionē vertebatur. Etenim quærebant permulti  
 (quæ admodū prius dixi) quā obrem qui promissionē  
 accepissent, ij ab ea excidissent: qui autē eā nūquam  
 audiūssēt, ij ante illos salui effecti essēt. Hęc igit  
 soluēs dubitationē, ante obiectionē solutionē adducit.  
 vt ne em̄ quis dicat, quid tibi maiori curæ est dei glo-  
 ria, quā illi sua ipsius? nū ille tuo subsidio indiget,  
 vt ne

† posthu-  
 benda est  
 amori.

ibid. 12. b

† non qui  
 filij sunt  
 carnis, ij  
 filij  
 abrahæ, sed  
 filij dei.

\* forte  
 Idumeos  
 legēdū ab  
 Edom qui  
 & Esau.  
 & regio  
 etiā quæ  
 Edom he-  
 braice,  
 id est  
 gracē di-  
 citur. Idu-  
 meorum  
 autem ter-  
 ra, repro-  
 missionis  
 terræ ad-  
 uersaria  
 erat. Hier.  
 in præcip.  
 Abdiæ.

vt ne ipsius sermo excidat? contra hæc stans ait: Hęc  
 dixi, non scilicet, q̄ sermo dei exciderit, sed vt ostē-  
 dam amorem erga deum. Etenim quum sic res eue-  
 nerint, † dubij nobis non sunt, ait, sermones ij, qui de  
 deo circumferuntur, nec hēsitamus ostendere, q̄ ipsa  
 dei promissio firma est. quo pacto igitur firma est? Di-  
 xit Deus Abrahæ: Tibi & semini tuo terram dabo, &  
 in semine tuo benedicentur omnes gētes. Videamus  
 igitur quale sit semen. ait, non enim omnes qui ex eo  
 sunt, ij semen ipsius sunt. Itaq; ait: *Non enim omnes qui  
 sunt ex Israel, ij sunt Israel. neque quia sunt semē  
 Abrahæ, omnes filij.* Si igitur cognoueris, quōdnam sit semē  
 Abrahæ, videbis datam esse promissionem semini ipsius,  
 & cognosces, quōd nō exciderit sermo. Quōdnam igitur  
 est, obsecro, semen? non ego, inquit, dico, sed ipsa  
 lex vetus exponit, ita dicens: In Isaac vocabitur tibi  
 semen. quid est, in Isaac? exponito, hoc est, *Non filij  
 carnis, ij filij dei: sed qui sunt filij promissionis, ij  
 recensentur in semen.* Ac vide Pauli prudētiā, animiq; magnitudi-  
 nem. nam dum exponit, non ait, † quod qui filij sunt  
 carnis, ij filij sint Abrahæ, sed qui dei filij sunt, ] vetera  
 cum præsentī connectens, ostendēsq; q̄ ne Isaac  
 quidem simpliciter Abrahæ filius fuerit. Quod por-  
 rō ait, eiusmodi est, Quicunq; secundum Isaac geniti  
 sunt, ij filij dei sunt, & semē Abrahæ. propterea enim  
 dixit: In Isaac vocabitur tibi semē: vt intelligas q̄ qui  
 hoc modo generantur, videlicet secundum quem ip-  
 se Isaac, ij maximē sunt semen Abrahæ. quo igitur  
 Isaac generatus est modo? non secundum legem natu-  
 ræ, neque secundum potestatem carnis, sed secundum  
 potestatem promissionis. Quid sibi vult, secundum  
 potestatem promissionis? *In tempore hoc veniā ad-  
 te, & erit Sarra filius.* Hęc igitur promissio, & dei ver-  
 bum hoc, ipsum Isaac effinxit, & genuit. quid enim si  
 & vulua suberat, & matrix mulieris? sed ipsum pro-  
 missionis robur filium peperit. sic & nos generamur  
 per verba dei. nam in ipso aquarū lauacro verba dei  
 sunt, quæ nos generant atq; effingunt. In patris enim  
 nomen, & filij, & spiritus sancti baptizati generamur.  
 Hęc porro non naturæ generatio, sed promissionis  
 dei. Quemadmodum enim Isaac generationē dum  
 prædixit, tum ipsam expleuit: sic & nostram multis  
 antē temporibus prædixit, per prophetas omnes, ac  
 postea ad opus eduxit. Vides quantam rem demon-  
 strauerit, & vt magnum quiddam dum promississet,  
 illud ipsum omni cum facilitate adstruxerit? Quōd  
 si Iudæi dicent verba hæc, In Isaac vocabitur tibi se-  
 men, id ipsum esse, omnes videlicet, qui ex Isaac ge-  
 nerantur, ipsi Abrahæ imputari semen, oportebat &  
 Iudæos, & Enes qui ab illo descenderunt, filios il-  
 lius vocari. nam Esau illorum progenitor, filius fuit  
 Isaac. nunc verō non solum non vocantur filij, sed &  
 valde sunt alieni. vides vt non qui carnis filij sunt,  
 ij dei filij sint, sed in ipsa etiam natura generatio, quæ  
 par baptisma existit, iam inde ab initio expressa sit? q̄  
 si mihi matricem allegas, possum & ego aquam alle-  
 gare. sed quemadmodum hic res tota spiritus est, sic  
 & illic promissionis. nam matrix, vnda frigidior fuit,  
 propter sterilitatem, ac senectutem. Exactissimē igitur  
 perdiscamus quænam nostra sit nobilitas, vitam-  
 que exhibeamus illa dignam. neq; enim habet quic-  
 quā quod carnale sit, ac terrestre. Igitur ne ipsi qui-  
 dem nos quicquam, quod tale sit, habeamus. neque  
 enim somnus, neque volūtas carnis, neque comple-  
 xus, neque desiderij stimulus, sed dei benignitas rem

totam peregit. ac quemadmodum illic atas despe-  
 rata quum iam esset, sic & hic peccatorum senectus,  
 quum ingruisset, repentē nouus rediit homo, omnes-  
 que filij dei effecti sumus, & semen Abrahæ. *Non so-  
 lum autem hoc, sed & Rebecca ex vno conceperat Isaac patre  
 nostro.* Magnum quiddam erat, quod in quæstionem  
 veniebat. Itaque & multas mouet rationes, vndique  
 dubitationem soluere conatus. Nam si mirabile ac  
 nouum, illos post tot tantāq; promissiones excidisse:  
 multō certē mirabilius, nos in illorum bona in-  
 gressos fuisse, qui videlicet tale expectauissemus ni-  
 hil, ac similiter euenit, vt si regis alicuius filius, cui  
 principatus successio promissa foret, in obscurorum  
 viliūque hominum ordinem cogerebatur, atque il-  
 lius loco quispiam iudicio damnatus, scelerum in-  
 finitorum lordibus refertus, è carcere exactus, prin-  
 cipatum accipiat ad illum pertinētē. quid enim, in-  
 quit, allegare possis? quōd ille filius principatu indi-  
 gnus? sed & hic quoq; indignus, & multō magis. igitur  
 cōueniens erat, aut simul pœna affligi, aut simul  
 honoris affici. Talis sanē res & in Gentibus & in Iu-  
 dæis accidit, atque adeo multō etiam hac incredibili-  
 or. ac quōd omnes quidē indigni, declarauit in su-  
 perioribus, quum dixit: Omnes quidem peccauerūt,  
 & priuantur gloria dei. Quod autem nouum, id est,  
 quod omnes indigni quum essent, Gētes solæ serua-  
 tæ sint. Cum his porro & aliud rursus, inquit, dubita-  
 uerit quispiā: Si enim deus promissiones illis suas ex-  
 pleturus non erat, quamobrē promittebat? Etenim  
 homines, vt qui videlicet quid futurū sit, non norunt:  
 errore aliquo ducti identidem vel indignis munera  
 promittūt sua. at vero qui & præsentia & futura pro-  
 uidit, probēq; nouit fore, vt quibus promittit, ij sese  
 promissionibus indignos reddēt, ac propterea nihil  
 prorsus capiēt eorū, quæ promissa fuerint: quā tan-  
 dē ob rem is promittit? Quo igitur modo hæc soluit  
 Paulus? ostendendo videlicet, quisnam sit Israël, cui  
 promiserit. hoc enim ostenso, & illud itē simul ostē-  
 sum est: q̄ videlicet impletæ sint promissiones om-  
 nes. quod sanē sentiens dixit: *Non enim omnes, qui sunt  
 ex Israel, sunt Israel.* propterea ne Iacob quidem nomē  
 posuit, sed Israël. quod quidem signum erat virtutis  
 iusti, & doni cœlitus dati, tum autē dei coram ab illo  
 visi. quanquam ait, omnes peccauerunt, & priuantur  
 gloria dei. si igitur omnes peccauerunt, quo tandem  
 pacto alij quidem seruati sunt, alij autē perditī? nēpe  
 q̄ non omnes accedere voluerunt. nam quod quidē  
 ad illū spectat, salui omnes effecti sunt, etenim vocati  
 sunt omnes. Veruntamen hoc nunc nō ponit, sed ex  
 abundāri illud soluit, atq; aliis ad exemplis aliā quæ-  
 sitionem proponens, & quæ admodum in superioribus,  
 maximā dubitationem per aliā soluit dubitatio-  
 nem. Quum enim hæc quæstio mota esset, quī sit vt  
 Christo iusto effecto, omnes eandem illam iustitiam  
 adepti sint? Adæ factū introduxit, dicens: Si enim v-  
 nius peccato mors regnauit, multō magis qui gratiæ  
 exuberantiā accepere, in vita regnabunt: atq; argu-  
 mentū ad Adam spectans non soluit, suum autem ex  
 illo soluit, ostenditq; maiorem in se rationē habere,  
 q̄ qui pro illis mortuus sit, illorum potestatem pro-  
 libito habeat. Nam q̄ omnes puniantur ob id, q̄ vnus  
 peccauerit, multis non admodū rationi esse consen-  
 taneum videtur: q̄ autem vnō rectē faciente omnes  
 iustificentur, id verō & rationi consentaneum fuerit,  
 & deo conueniens magis. Veruntamen dubiū illud  
 f non

non soluit. nam id quantum obscurius manebat, eo Iudæus ipse os obseruabatur magis. atque huius dubitatio ad illud transibat, & apertius hoc illinc redditur. Sic itaque & hoc loco, ex aliis quæ in dubitatione veniunt, soluit quæstiones. aduersus enim Iudæos certamen illi erat, quamobrem ea quidem exempla, quæ proposuit, non admodum soluit. neque enim iis obnoxius erat, ut in pugna aduersus Iudæos suscepta: quæ autem sua sunt, ea omnia ex illis apertiora facit. Quid enim admiraris, ait, quod ex Iudæis alij seruati quidem sunt, alij autem non seruati sunt? Etenim ab initio hoc in patriarchis factum videre quis possit. Cur enim Isaac solus semen vocatur, quamquam hic & Ismaël, & aliorum plurium pater fuit? at à serua matre fuit, inquit. & quid hoc ad patrem? Veruntamen nihil contendo, euiciatur hic propter matrem, quid dixerimus de iis, qui à Chettura geniti sunt, num liberi, & ex libera? Quamobrem non eisdem cum Isaac prærogatiuas, non eisdem sunt honores sortiti? Et quid de his loquor? Rebecca enim vel sola Isaac mulier fuit, duobusque filios enixa, vtrunque ex Isaac peperit. sed tamen qui vno, eodemque patre geniti fuere, ab eadem item matre nati, eisdem parturigenes soluere: simul eundem patrem, simul eandem matrem sortiti, adde etiã gemelli iudæ qui fuere, ij non eandem sortem adepti sunt. quamquam hoc loco matris seruitutem incusare non potes, ut in ipso Ismaël. neque hunc quidem ex hac, illum autem ex alia matrice natum esse, quemadmodum in Chettura, & in Sarra, quando & eandem parturigenum horam communem inter se habuere. Propterea & Paulus tanquam ad manifestius egressus exemplum: non solum autem, ait, in Isaac hoc euenit, sed in Rebecca, quæ ex vno conceperat Isaac patre nostro. *Nondum enim geniti quum essent, nullo dum ab illis vel bono, vel malo opere facto, ut iuxta electionem dei propositio maneret, Gen. 25. c non ab operibus, sed à vocante, dictum est illi, Maior seruiet minori. quemadmodum scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Qua igitur de causa hic quidem amori, ille autem odio habitus erat? qua de causa hic seruiebat, ille autem imperabat? quoniam quidem hic malus, ille autem bonus erat. quamquam illis nondum natis, alter quidem honorabatur, alter autem condénabatur, adhuc enim nati quum non essent, dixerat deus, maior seruiet minori. Cur igitur hoc dixit deus? quod non expectat, quemadmodum homo, à rerum exitu videre, quisnam bonus sit, quisnam item non talis, sed etiam antea nouit quisnam malus, & quis non talis: & hoc in Israëlitis vsu venit, maiori cum miraculo. Quid enim loquor, ait, de Esau, & de Iacob: quorum ille malus erat, hic autem bonus? Nam in Israëlitis comune erat peccatum. omnes enim vitulum adorauerunt, sed tamen alij quidam misericordiam affecuti sunt, alij non. *Miserebor enim cuiuscunque misereor, & commiserabor quemcunque commiseror.* hoc ipsum & in iis, qui puniuntur, videas. Quid enim dixeris de Pharaone, qui punitus est, ac tantas luit pœnas? quod durus erat, & inflexus, num igitur solus ipse, alius autem nemo? quo igitur pacto tam acerbè punitus est? quidnam autem & in ipsis Iudæis, eum, qui populus non esset, vocauit populum? & rursus, non omnes eodem honore dignatus est? Si enim fuerint, inquit, ut arena maris, reliquæ saluæ erunt. & quamobrem reliquæ solum? vides quanta dubitatione cõpleuit quæ proposita sunt? & id quidem iure ac merito, quum enim aduersarium in dubitationem conuicere licet, non statim solutionem adducito. nam si

& ille visus fuerit eidem ignorantia obnoxius, quid ipse pericula sustines superuacanea? quid illum audaciorum reddis, negocij totius molem in te attrahens? Dico enim mihi o Iudæe, qui ipse tot, tantaque ad dubitas, & nihil tamen eorum potes soluere: quo tandem pacto super gentium vocatione nobis negocia faceffis? at qui possum equidem iustam causam dicere, propter quam gentes iustificatae sunt, vos autem excidistis. quænam igitur causa? Quod illi quidem à fide, vos autem tanquam ex operibus legis: & hac ratione in contentionem acti, proditi vndique estis. Ignorantes enim dei iustitiam, & propriam iustitiam quærentes stabilire, iustitiæ dei non subditi sunt. Loci igitur totius solutio, ut summam rem totam comprehendam, sic à beata illa anima profertur. ut autem apertiora hæc fiant, examen per singula dicta faciamus, illud edocti, beati eiusdem Pauli studium in hoc potissimum versari, ut per ea quæ dicit omnia, doceat, deum vnum esse, qui dignos nouerit: hominum autem neminem, ut etiam valde nosse videatur: nam sæpenumero intercidit ac fallitur humanum iudicium. qui enim cogitationis arcana solus nouit, is apertè nouit, quinam digni sunt, qui coronas reportent, qui rursus pœnam, ac supplicium mereantur. quo sanè nomine complures ille coarguit, puniuitque, qui hominum opinione boni esse putabantur: rursus idem ille permultos coronauit, malos ab hominibus existimatos, hac ratione declarans, illos minimè tales fuisse, non à vulgi sententia, sed ab exacto, incorruptoque iudicio calculum ferens: neque expectans à rerum ipsarum exitu dignoscere, quis bonus, quis item non talis sit. veruntamen ut ne rursus obscuriorem reddamus orationem, ad ipsa verba Apostolica accedamus. *Non solum autem hoc, sed & Rebecca ex vno conceperat.* Poteram quidem, ait, & de Chettura filiis loqui, sed de his minimè loquor. Verum ut tanquam ex abundanti ratione victoriam reportemus, ex vno patre, ex vna item matre natos in medium produco. Etenim à Rebecca vterque natus erat, & ab Isaac legitimo filio, probato, eodemque ante alios omnes honorato, de quo dixit: In Isaac vocabitur tibi semen, qui noster omnium pater fuit. quod si ille noster pater, & eos item, qui ab illo orti sunt, patres oportebat esse: sed non fuerunt. Vides ut non in Abraham hoc solum contingit, sed & in ipsius filio? & vbiq; fides, vbiq; virtus est, quæ elucet, quæque exactam exprimit cognationem? hinc enim cognoscimus, quod non modò ob genituræ modum, sed ob id demum, quod digni sint virtute patris, filij vocantur illius filij, nam si genituræ modus spectaretur tantum, conueniens erat, ut & Esau eadem illa assequeretur, quæ est assecutus Iacob. etenim & hic quoque à vulua effœta erat, & sterilis erat illius mater, sed non hoc solum est, quod in quæstionem venit, sed ipsa voluntas, quæ quidem non vulgariter nobis ad vitæ institutionem conducit. nec dicit, quando quidem hic bonus, ille autem malus, idcirco in honoribus assequendis præpositus est, ut ne illi statim hoc obstitere. Quid? boni ij fuere, qui à gentibus potius, quam qui à circumsione? etsi enim ita habebat rei ipsius veritas, tamen nondum hoc ponit. inuidiosus enim videbatur. sed in dei cognitionem rem totam reiecit, cum qua depugnare nullus audeat, ne si valde quidem insanat. nondum enim genitis illis ait, dictum est illi, Maior seruiet minori: ac declarat nobilitatem eam, quam caro affert, nihil prodesse, sed animæ virtutem

tutem quærendam esse, quam vel ante ipsa opera deus nouit. nondum enim natis pueris, ait, cum neque boni quippiam fecissent, neque mali, ut secundum electionem propositum dei maneret, dictum est illi, Maior seruiet minori. hoc enim præscientia est, ab ipsorum videlicet partu electionem facere. ut appareat, inquit, dei electio secundum præscientiam facta. à primo enim die bonum, & eum item qui talis non est, & nouit, & pronunciauit. Ne igitur mihi dixeris, legem te legisse, ac prophetas, & tam multum temporis seruiuisse. qui enim animam probare nouit, is nouit etiã, quis dignus sit saluus fieri. Cede igitur incomprensibili electionis iudicio: etenim solus ille exactè nouit coronare. Quam multi ergo Mattheo meliores esse videbatur, ab apparati operum argumento? Verum qui arcana nouit, quique cogitationis aptitudinem probare potest, is & in cœno margaritam iacentem nouit, omisitque aliis, admiratus huius pulchritudinem, illum elegit. voluntatisque nobilitati suam quum adiunxisset gratiam, probatum illum esse pronunciauit. Si enim artibus his in fragilibus, ceterisque omnibus in rebus, qui iudicare valent, ij non ab iis argumentis, per quæ imperiti calculum ferunt, quæ proposita sibi sunt, eligunt: sed ab iis quæ probè ipsi norunt, quodque imperiti probantur, identidem improbant, quod improbarunt, sua probant sententia. Et equorum item domitores hoc idè persæpe in equis faciunt, & qui lapidum preciosorum iudices sunt, & qui ceterarum artium opifices: multo magis benignus deus, ipsa immensa sapientia, qui solus omnia apertè nouit, non sustinebit hominum opiniones, sed à propria sapientia, & ea exacta, atque incorrupta de omnibus calculum feret. propterea sanè publicanum elegit, & latronem, & meretricem: sacerdotes autem, & senes, & magistratus improbavit & eiecit. Hoc & in martyribus vsu venire videas. Multi igitur ex iis, qui valde abiecti erant, certaminum tempore corona sunt donati. è diuerso, qui magnorum virorum apud multos opinionem habuerunt, supplantati, prolapsique sunt. Ne igitur ad reddendam rationis calculos opificem aduoces, neque dicas, Quamobrem hic corona donatus, ille autem supplicio affectus est? nouit enim exactè hæc præstare. Itaque dixit: *Iacob dilexi, Esau verò odio habui.* Nam quod id iuste ac merito, tu quidem ab ipso exitu nouisti, ille autem & ante exitum apertè nouerat. neque enim operum probationem quærit solum deus, sed & voluntatis nobilitatem, ac probam gratiamque mentem, quisquis enim talis fuerit, quantum casu, circumuentumque aliquo peccauerit, actutum ad se rediens, se sibi restituet. quauis in vicio fortè aliquo commoratus fuerit, non negligetur, sed illud euestigio reuocabit, qui omnia nouit deus. quemadmodum qui mète corrupta præditus est, ut etiam visus sit bonum aliquid facere, in ipso opere vna cum mala sua mète peribit. quando & ipse Dauid vel cæde, adulterioque admisso, quod videlicet ea patrasset, à casu aliquo circumuentus, non à meditatione, exercitationeque viciofitatis correptus, confestim peccata ea absterfit. At Phariseus nihil horum scelerum quum perpetrasset, sed aliis sese bonis venditans insolesceret, praua voluntate omnia perdidit. *Quid igitur dicemus? num iniustitia apud deum? absit.* Igitur neque in nobis, & in Iudæis. Deinde inducit aliud hoc ipso obscurius, & quodnam? Nam Mosi dicit: *Miserebor cuiuscunque misereor, & commiserabor quemcunque commiseror.* Ac rursus auget obiectionem, illam mediam abrumpens, ac soluens, & aliam rursus dubitationem mouens. ut autem quod

dicimus apertius fiat, explanare illud necessarium est. Dixit deus, inquit, Maior seruiet minori, ante ipsum partum. Quid igitur? num iniustus deus? nequaquam. igitur audi & quæ deinceps sequuntur. illic enim tum virtus, tum vicium, rei discrimen fecerint: hic autem vnum erat peccatum cunctorum Iudæorum, peccatum inquam, vituli factitij, & tamè alij quidem puniti, alij autem non puniti sunt. Itaque dixit: Miserebor cuiuscunque misereor, & commiserabor quemcunque commiseror. neque enim tuum est scire o Moses, qui potissimum digni sint benignitate, sed mihi hoc cõcedito. Quod si Mosi non erat scire, multo minus nostrum fuerit. propterea enim simpliciter non posuit quod dictum est, sed ad quem verba faceret, meminit: ait enim, Mosi dicit, ut ipsa personæ dignitate contradicentem pudefaciat. dicta igitur dubitationum solutione, orationem mediã abrumpit, rursus aliam obiectionem introducens, ac dicens: *Itaque non volentis est, neque currentis, sed miserentis dei. Dicit enim scriptura Pharaoni, In hoc ipsum te excitauit, ut ostendam in te potentiam meam, & ut annuncietur nomen meum in vniuersa terra.* Quemadmodum enim illic ait, alij quidem salui effecti sunt, alij autem puniti: sic & hoc loco, idem hic in ipso hoc asseruabatur. deinde rursus obiectionem inducit: *Itaque cui vult, miseretur: quem autem vult, indurat. dices ergo mihi, Quid adhuc conqueritur? Nam voluntati illius quis resistit?* Vides ut studuerit illud omnibus modis dubium reddere, nec statim solutionem affert, ex vsu & hoc faciēs, sed sciscitanti os primum obturat, his verbis: *Atqui o homo, tu quis es, qui ex aduerso respondes deo?* Hoc autem facit intempestiuam, nimiamque illius curiositatem compescens, frænòque adhibito eundem docens, scire, quid deus, quid autem homo, ut incomprehensibilis illius sit prouidentia, ut nostram exuperans cogitationem, ut omnes parère illi oporteat. ut quum hoc adstruxerit apud auditorem, & cõpescuerit, mollieritque animum, tum demum magna cum facilitate solutionem afferēs, illi plausibile atque acceptabile dictum suum reddat. Nec dicit, fieri non posse, ut quæ sunt eiusmodi, soluuntur, sed quid? iniquum esse eiusmodi sciscitari. parère enim dei dictis oportet, non curiosè de illis sciscitari, ut etiam illorum rationem ignoremus. Idcirco ait, Tu quis es, qui ex aduerso respondes deo? Vides ut attenuauerit, ut deiecerit factum? tu quis es? participes ne es principatus? immo verò iudex deo assides? nam ad illum collatus ne esse quidem aliquid potes. non hoc, aut illud: sed esse quidem quicquam. quum enim dicit, quis es, te multo ostendit minus esse, quam si diceret, nihil es. & alioqui maiorem declarat indignationem ab ipsa interrogatione, nec dixit: Tu quis es, qui deo respondes? sed, qui ex aduerso respondes? hoc est, qui contradicis, qui resistis. dicere enim, sic oportebat, & non sic oportebat, eius est, qui ex aduerso respondet. vides ut terruerit, ut perstrinxerit, ut illos eo adduxerit, ut tremerent potius, quam sciscitareretur, & curiosè indagareretur? Hoc ipsum optimi preceptoris officium est, discipulorum appetitionem ac desiderium non vbiq; sequi: sed illos ad id quod ipse vult deducere, spinasque reuellere, ac tum sementem facere, neque statim ad interrogata vbiq; respondere. *Num dicit frumentum ei, qui finxit, cur me finxisti ad hunc modum? An non habet potestatem figulus lutum, ut ex eadem massa fingat aliud quidem vas in honorem, aliud verò in ignominiam?* Hoc loco non liberum arbitrium tollens hoc dicit. Verum ostendit quousque deo parendum sit. Nam in



exigenda à deo ratione perinde affici oportet, vt ip- sum lutum. neq; enim solùm te non oportet contra- dicere, aut querere, sed ne loqui quidē prorsus, aut cogitare, sed similit̄ esse rei illi inanimi, quæ figuli ma- nus subsequitur, quæq; circumagitur quacunq; ille voluerit. ad hoc enim solū, exemplū sumpsit, non ad vitæ probationē, sed ad subditā obedientiam, ac ta- citurnitatem: est que id vbiq; obseruandum, q̄ ipsa exempla nō omnia oporteat in vniuersum assumere, sed selecto eo, quod in illis vtile est, ac cuius gratia v- surpata ea sunt, quod reliquū fuerit, id totū missum facere nos oportet. Quemadmodū igitur quum ait,

Num. 24. b.

Osee. 13. b. <sup>†</sup> *quæ in cibo indigens.* Deut. 4. d.

Collapsus vt leo sopitus est: quod inexpugnabile ac terribile est, excerpimus, nō quod ferinū, aut si quid aliud leoni cōuenit. ac rursus quum ait, Occurrā illis tanquam vrsā <sup>†</sup> addubitans: ] quod ad vltionē pertinet. & quū ait, Deus noster ignis absumens: quod cō- sumit, à supplicio videlicet manans: Ita & hic lutum, & figulū, & vasa desumere necesse est. ac quū inducit ac dicit: An nō habet potestātē figulus luti, vt ex eadē massa fingat aliud quidē vas in honorē, aliud ve- rō in ignominia? Caue ad opificij rationē existimes hęc à Paulo dicta fuisse, aut sententiæ necessitatem, sed ad œconomiarū potestātē, ac differentiam. nam nisi ita acceperimus, multa absurda sequētur. Etenim si de animi sententia hoc loco sermo habetur, & bonorū, & non bonorū erit ille opifex, videbiturq; tum homo extra omnē culpam esse, tum Paulus ipse, qui vbiq; ipsam voluntatē coronat, hac ratione fecū ipse depugnare. hic igitur aliud nihil agere vult, q̄ vt per- suadeat auditori, vt maximopere, ac supra quā dici possit, deo pareat, nullāq; de re ab eo rationē exigat. Quemadmodū enim figulus, ait, ex eadē massa, quæ vult vasa facit, ac nullus contradicit: ita & hic eodē ex hominum genere alios quidē supplicio, alios au- tem honore dū afficit, ne curiosus sollicitusq; sis cau- sę peruestigator, sed hūc adorato tantū, & lutū imi- tare. ac quemadmodū illud figuli manus sequitur: sic & tu sententiā eius, qui hęc dispenfat. nihil enim temerē, nec fortuitō facit, vt etiā ignores sapientiæ ar- canum. Tu porrō figulo permittis, vt massa ex eadē, dissimilia ac differētia vasa fingat, nec vicio vertis. A deo autem rationē exigit tum suppliciorum, tum ho- norū? nec cōcedis, vt sciat ipse, quis dignus, quis rur- sus indignus sit? sed quoniā eadem massa eiusdē sub- stantiæ est, tute scias eadē volūtates censes dignas esse? ]

Trās autē cū Budao rūs autus legēdū pu- ro: vt sen- sus sit, tute vo- luntates eiusdē cen- ses, digni- tatiū esse?

quantam, quæso, hęc infaniā arguunt? Atqui ne in fi- gulo quidem est vt ex eadem massa prodeat & quod honoratum, & quod ignominiosum est, sed ab eorū est vsu, qui vasa pertractāt: quemadmodum & hic, à voluntate. Veruntamen quod prius dixi, in vnū hoc solū accipiendum est ipsū exemplum, q̄ videli- cet non oportet deo cōtradicerē: quin potius incō- prehensibili illius sapientiæ cōcedere. nam exempla oportet maiora esse propositis, iisq; pro quibus ea in medium adducuntur, & quidem vt auditorem magis afficiāt. nam nisi maiora essent, maioremq; haberent hyperbolen, ea nō quemadmodum oportet, contra- dicentē perstringere, ac pudefacere possent. Proinde importunā illorum contentionē ita obturauit cō- uenienti cum hyperbole. adducit autem deinceps & solutionem. quæ igitur solutio? Quod si deus volens ostē- dere iram, & notam facere potentiam suam, tulit multa animi lenitate vasa iræ apparatus in interitum, & vt notas faceret di- uicias gloriæ suæ erga vasa misericordiæ, quæ preparauerat in

afficere

gloriam, quos & vocauit, nimirum nos, non solū ex Iudæis, ve- rum etiam ex gentibus. Quod autē ait, eiusmodi est: Vas iræ erat Pharaō, hoc est homo, dei iram accēdēs per suam duriciam. dei enim lenitatem ingentem nactus, melior nequaquā euadebat, sed incorrectus manebat: itaq; illum non solū iræ vas vocauit, sed & ad perditionem pręparatum, hoc est apparatus, à se quidem, & suo pte ingenio. neque enim deus quicquam prętermisit eorum, quæ ad illius correctionē, emen- dationēmq; facerent: neq; ille quicquam omisit eor- um, quæ ipsum perderent, omniq; venia priuarent, sed tamen hęc deus quum probē nosset, tulit multa cum lenitate, volēs ipsum ad pœnitentiā adducere. si enim hoc noluisset, ne lenitatem quidem tantam exhibuisset: vbi autem noluit ille lenitate ad pœniten- tiam vtī, sed se ipse ad irā pręparauit, vsus est illo de- ad aliorum correctionē, per supplicij genus, quo illū affecit, cūm alios ad virtutis studia addictiores, intē- tiorēsq; reddens, tum suam ipsius potentiam hac ra- tione spectatā faciens. Quod enim non vult deus sic suum robur innotescere, sed aliter, nēpe per benefi- centiam, liberalitatēmq; erga nos suā: id verō modis omnibus iam inde ab initio declarauit. Nā si Paulus non sic vult apparere potēs, nō enim, ait, vt nos pro- 2. d. bati videamur, sed vt vos bonum faciatis: multō mi- nus deus. At verō posteaquam proluxa vteretur leni- tate, vt illum ad pœnitentiā adduceret, illum autem non pœniteret: tulit illum ad multum tempus, simul quidem suam declarans bonitatem, simul autem & potentiam, nisi vellet ille lucrū aliquod facere à mul- ta hac lenitate, ac tolerantia. Ergo quemadmodum sumpto de eo qui incorrectus permāserat supplicio, potentiam ostendit suam: ita plerōsq; peccatores ad pœnitentiā reuersos miseratus, benignitatē no- bis suam spectatam, probatāque reddidit. nec dixit, benignitatem: sed, gloriam, ostendens videlicet, quod hoc ipsum maximē gloria dei est, quodque ea curæ ac studio illi in primis est. quum autem ait, Quę pręparauit in gloriam, non dei rem totam esse ait, quandoquidem si hoc esset, nihil esset, quod omnes saluos fieri prohiberet. sed rursus illius prædictam declarat, Iudæorūque ac gentium differētiā tol- lit. neque verō paruam hinc sermoni suo rursus de- fensionem adstruit. neque enim solū in Iudæorum gente alij quidem perire, alij autem salui sunt effe- cti, sed & in ipsis item gentibus id vsu venit. itaq; nō dicit, omnes gentes: sed, ex gentibus. neque Iudæos omnes: sed, ex Iudæis. Quemadmodum igitur Pha- rao vas iræ effectus est, à sua iniquitate: ita & hi vasa misericordiæ à sua probitate, gratōque erga deum animo. quanquam enim quod plus est in re, ipsius dei est: tamen & ipsi etiam paruulū quiddam attulerunt. quapropter non dixit, vasa rectē factorum, neque vasa fiduciæ: sed, vasa misericordiæ, ostendens rem totam dei esse. nam illud, Non volentis, neque cur- rentis, etsi in obiectionis ordine, ac loco dictum est, tamen à Paulo dictum, nullam affert dubitationem. quum enim dicit, non volentis, neq; currentis, liber- tatem nō tollit: sed ostendit rem totā non illius esse, sed superna indigere gratia. opus est enim & velle, & currere: confidere autem non propriis laboribus, sed dei benignitati. quod & alibi ait: Nō ego autem, sed dei gratia, quę mecum est. ac rectē dixit: Quæ prępa- rauerat in gloriam. quandoquidē enim id exprobra- bant, q̄ gratia salui essent effecti, sicque pudore illos

afficere

afficere putabāt, ex rationibus, quæ illi permultæ su- pererāt, tollit suspiciōē. Si enim deo res ipsa gloriā attulit, multo magis illis, per quos deus glorificatus est. Cōsidera porro illius probitatē ac sapientiā infi- nitam. nam quū posset, de iis, qui supplicio adficiun- tur agēs, nō Pharaonē, sed eos, qui ex Iudæis pecca- uissent, proferre, atq; hac ratione orationē apertiorē reddere, tū ostendere, quod vbi iidē parētēs, vbi eadē peccata, alij quidē perierint, alij autē misericor- dia donati fuerint, sicq; persuadere non amplius du- bitandū esse, si ex gentibus quoq; nōnulli salui effe- cti essent, Iudæis perditis: sed id Paulus quū posset, ta- men vt ne orationem inuidiosam redderet, supplicij quidē argumentū ac probationē à barbaro profert, vt ne illos videlicet iræ vasa appellare cogatur: eos autem qui misericordiā affecuti sunt, à Iudæorū po- pulo assumit, quanquā, quod satis est, pro deo defen- sione vtitur. q̄ is videlicet quum intellexisset illū ad- modum seipsum pręparantē vas perditionis, tamen sua officia contulerit: tolerantia, lenitatem, nec sim- pliciter lenitatē, sed multam lenitatem, nec in Iudæis quidem id argumēti voluit exercere. vnde ergo alij quidē vasa iræ, alij autē misericordiæ? à propria vo- luntate. Deus autē admodū bonus quū sit, in vtriusq; eandem ostendit bonitatem. etenim non eos modo, quos seruabat, miseratus est, sed & Pharaonē ipsum, quantū quidem in ipso fuit. eandē enim lenitatem & illi & hic sunt affecuti. qui si seruatus minimē fuit, rei totius culpa ab illius animo accidit: nā dei partes at- que officia nihilomin⁹ accepit, q̄ qui seruati sunt. So- lutione igitur ad propositam quæstionē reddita, & quidem per res ipsas, vt & aliunde fidē sermoni mag- is conciliat, prophetas introducit, eadē multo ante tēpore prædicētis. Etenim Osee inquit iam inde ab initio hęc scripsit, sic dicēs: Vocabo populū, qui meus non erat, populū meum: & eam, quæ dilecta non erat, dilectā. Vt ne enim dicerēt, Imponis nobis per hęc verba Pau- le, Osee testē citauit, clamantē, ac dicentem, Vocabo populū, qui meus non erat, populū meum. quis enim non populus? gētes videlicet. & quæ nō dilecta: eadē rursus, sed tamē illos dixit & populū, & dilectam, & filios dei fore. Ibi enim vocabuntur, inquit, filij dei viuen- tis. Quod si dixerint de Iudæis iis, qui credidere, hoc dictum fuisse, & ita quoq; sermonis ratio constat. Si enim tanta in iis mutatio facta est, qui sese post tot, tantāq; beneficia accepta, ingratos exhibuerunt, ab- alienarūt, ac populus esse amiserūt: quid impedimē- to fuit, quō minus ij, qui non post acceptā necessitu- dinē, ac familiaritatē sese abalienassent, sed qui iam inde ab initio alieni, extranei q; essent, vocarentur, & obediētes effecti, iisdē honoribus, ac præmiis digni haberētur? Quū igitur Osee protulisset, hoc solo con- tentus nō est, sed & Esaiam post illū introducit con- sentanea huic loquentē. Esaias enim clamat, inquit, su- per Israel. Hoc est, cum fiducia vociferatur, nec reformidat, dissimulāve. Quid igitur nos insimulatis, quū illi tuba clarius, hęc multo antē tēpore clamātes de- nunciant? Quid igitur illud est quod Esaias clamat? Si fuerit numerus filiorum Israel, vt arena maris, reliquæ saluæ erunt. Vides vt ille etiam non omnes ait saluos fieri, sed eos qui salute digni sunt? Neq; enim multitudi- nem, ait, moror, neq; vereor genus sic effusum: sed il- los salute dono tantū, qui se ipsi dignos præstant: nec verō temerē arenæ maris mētionē fecit, sed illos ve- teris promissi cōmonefaciens, quo quidem sese indi-

Osee. 2. d.

Esai. 10. f. & Osee 1. d.

gnos reddiderant. Quid ergo tumultū cietis, tanquā promissio exciderit, quū prophetæ omnes declarēt; nō omnes saluos fieri? Deinde & salutis modū dicit. Vides diligentia prophetica & prudentia apostoli- cam, quale testimoniū induxit? q̄ valde aptum? non enim solū nobis declarat, q̄ nonnulli sint, qui salui fi- ant, & nō omnes: sed & vt salui erunt, addit. quo igitur pacto salui erunt? & quomodo illos deus benefi- centia dignabitur? Sermonem perficiens, & abbreviās cum iustitia, quoniam sermonē abbreviatū faciet dominus in terra.

Quod autem ait, hunc habet sensum: Non opus est circuitione, nō laboribus, non afflictione ea, quæ ab operibus legalibus existit, sed magnō cū cōpendio salus præsto erit. Tale enim est fides, in paucis verbis habet salutem. Si enim cōfessus fueris, ait, in ore tuo dominum Iesum, & credideris in corde tuo, q̄ deus illum excitauerit è mortuis, saluus eris. Vides quid sit, sermonem abbreviatū faciet dominus in terra: & quod sane mirū, id est, q̄ videlicet breuis hic sermo non salutē modo, sed & iustitiā attulit. Et quemadmo- dum prius dixit Esaias: Nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, vt Sodoma facti fuisset, & Gomorrhæ assimilati fu- issent. Rursus hoc loco aliud quiddā declarat, q̄ vi- delicet ne pauci quidē illi ex se ipsi salui effecti fue- rint. Etenim & hi quoq; periissent, & Sodoma casus illis accidisset, hoc est interuentionem perpeffi essent (etenim illi omnes radicitus perierunt, nec ex se se- men quoduis reliquerunt) & hi igitur ait, vt illi facti fuissent, nisi multa deus bonitate vsus per fidem illos asseruasset. Hoc autē & in ea, quā senserūt, expertiq; sunt, captiuitate factū est. plures enim qui erāt, addu- cti sunt ac perierunt: qui autē pauci, salui effecti sunt soli. Quid igitur dicemus, inquit? Quod gentes quæ non secta- bantur iustitiā, apprehenderunt iustitiā. Manifestissima iā hic solutio: iustitiā autē eam, quæ est ex fide. Contra, Israel qui sectabatur legē iustitiæ, ad legē iustitiæ non peruenit. Post- eaquā enim & ab operibus ostēdit (non enim omnes qui sunt ex Israel, sunt Israël) & à maioribus Iacob, & Esaiū, & à Prophetis Osee, & Esaiā validissimā indu- cit solutionē, prius dubitatione per eum adaucta. Et- enim duo sunt, quæ in quæstionē veniunt: Quod vi- delicet & gentes affecutæ sint, & non sectando asse- cutæ: hoc est, studiū impendentes nullū. ac rursus in Iudæorum causa cōsimiliter dubia duo: q̄ videlicet Israel non est affecutus, & studiū impēdentes non asse- cutus est. Itaq; dictionibus ipsis significātius, expres- sūsq; vsus est. neq; enim dixit, iustitiā habuerūt: sed, apprehēderunt. Quod enim maximē nouū, nec opi- natūmq; est, id demum est, q̄ qui sectabatur, non ap- prehēdit: qui verō minimē sectabatur, is apprehen- dit. Et quidē gratificari illis videtur dicendo, qui se- ctabatur. postea tamen letalē infert plagam. postea- quam enim fortem potest inducere solutionē, nihil reformidat grauiorē obiectionem facere. propterea ne de fide quidē disputat, nec de ea iustitia, quæ inde manat: sed ostēdit ante ipsam fidē, vel in ppiis factis victos illos, atq; condēnatos. Tu siquidem, o Iudæe, ait, ne eam quidē iustitiā, quæ ex lege esset, inuenisti: legē enim trāsgressus, & execrationi factus es obno- xius. Hi autē, qui non per legem, sed per aliā ingressi essent viā, maiorem hac inuenere iustitiā, eam sci- licet, quæ est à fide: quod & superi⁹ dixit. Si enim A- brahā ex operibus iustificatus est, habet gloriatiōē, sed non apud deum, declarans q̄ hęc iustitia maior est illa. Proinde supra dicebam duo esse, quæ dubita-

Inf. 10. b

Esai. 1. c

Hic. sup. b

tionem afferrent, nunc autē & tres sunt effectæ qua-  
 rationes: quæ videlicet gentes & iustitiam inuenerunt, &  
 non sectantes inuenerunt, & maiorem inuenerunt ea,  
 quæ à lege esset. quæ sanè eadem & in Iudæorū cau-  
 sa è contrario rursus in dubitationem cadunt, quæ vi-  
 delicet Israël non inuenit, & studium impendens non  
 inuenit, & minorem non inuenit. Coniecto igitur in  
 dubitationē auditore, inducit deinceps breuē solu-  
 tionē, causamque dicit eorū omnium, quæ dicta sunt.  
 Quanam igitur est causa? Nempe quod non à fide, sed tan-  
 quam ab operibus. Hæc manifestissima loci totius solu-  
 tio, quam statim in proœmiis si dixisset, non ita acce-  
 ptabilis fuisset. posteaquā autem illā post multas du-  
 bitationes, post argumenta, ac probationes posuit, in-  
 finitis prius correctionibus vsus, tū demū intelligibili-  
 liorem, ac magis plausibile reddidit. Hanc enim ait  
 illorū exitij causam esse. Quia non ex fide, sed tanquā  
 ex operibus legis iustificari voluerūt. Et non dixit, ex  
 operibus, sed tanquā ex operibus legis. ostendens quæ  
 ne hanc quidem habuerint iustitiam. *Impegerunt enim  
 in lapidē offendiculi, quem admodū scriptū est: Ecce pono in Sio  
 lapidē offendiculi, & petra offendionis, & omnis qui credit in eū,  
 non pudebit.* Vides rursus ut à fide existat fiducia, & vni-  
 uersum donū? neque enim de Iudæis dictum est solū,  
 sed de vniuerso hominū genere. quisquis enim, ait, sit  
 ille vel Iudæus, vel Græcus, vel Scytha, vel Thrax, vel  
 quiuis alius, qui crediderit, magna perfruetur fidu-  
 cia. Quod autē in propheta mirum, quæ non quæ credūt  
 solū dixit, sed quæ & diffidunt: nam verbum id, impingo,  
 diffido significat. Quem admodū igitur superius, quū  
 eos qui & perirent, & salui fierēt declarasset, dixit: Si  
 fuerit numerus filiorū Israël, ut arena maris, reliquæ  
 saluæ fient. & Nisi dominus Sabaoth reliquisset no-  
 bis semen, ut Sodoma facti fuissetus, & Gomorrhæ  
 assimilati fuissetus. & Vocauit non solū ex Iudæis, sed  
 & ex Gætibus. sic sanè & hic dicit, quæ alij quidem cre-  
 dent, alij autē impingēt. impingit porrò quisquis non  
 attendit, quisquis ad alias res hianti ore fertur. quo-  
 niam igitur & hi legi attenderent, impegerunt in la-  
 pidem, offendiculi autē lapidem, & petra offendionis  
 dicit, ab ipsa mēte & ab exitu eorū, qui non credide-  
 runt. Num vobis aperta sunt, quæ diximus? an ea ma-  
 iori indigent perspicuitate? Equidem ea facile ab iis  
 capi posse puto, qui animū attenderint. quæ si nonnullos  
 latent, licet illis priuatim mecum congressis interro-  
 gare, sicque discere: propterea enim longiore vsus sum  
 sermonis enarratione, ut ne tenoris cōtinatione in-  
 terrupta, dictorū claritatem obfascare cogerer. Ita-  
 que & hic orationē finiam, nihil de iis apud vos dif-  
 ferens, quæ magis ad mores faciunt: quod alioqui cō-  
 suetudinis est nostræ, ut ne rursus dictorum copia  
 meorum, memoriæ vestræ luminibus obstruat. Tem-  
 pus itaque iam fuerit in conuenientem finem desi-  
 nere, orationem claudentes, referenda illi gloria, qui  
 vniuersarum rerum deus est. Cōmuniter ergo con-  
 quiescentes, tū nos, qui loquimur: tum vos, qui audi-  
 tis: reddamus illi gloriam, quod illius regnum, & po-  
 tentia, & gloria, in secula, Amen.

#### HACTENVS GERMANVS BRIXIUS.

Reliquæ sedecim per Musculum quidem prius versa fuerāt.  
 Sed nunc multis in locis per Philippum Montanū aucta sunt  
 & emendata ad exemplar Veronenſe, quod Brixius plerisque  
 in locis correxerat à manu scripto codice, quem ab Erasmo ac-  
 ceperat. Homilia xvij.

**R**atres, propensa quidem voluntas cordis mei, & de-  
 precatio quæ fit ad deum, pro ipsis est ad salutē. Quo-  
 niam illos iterū est reprehensurus, idque ve-  
 hementius quæ antea, iterū quoque; omnis inimicitie su-  
 spicionē tollit, multaque; virtus præparatione. Non est,  
 inquit, quæ verbis meis, & reprehensionibus simplici-  
 ter intendatis: sed obseruandum, quæ ista non hostili  
 mēte dico. Neque enim eiusdem est animi, salutē illo-  
 rum desiderare, immo & precari, & rursus ex odio  
 auersari. Propensam quippe voluntatē hic vehemēs  
 desiderij vocat. Et vide quo pacto ipsa etiam preca-  
 tio ab hoc animo fiat. Non enim ad hoc tantū, ut sup-  
 plicij euaderent, sed ut & saluarētur, multū impen-  
 debat & studij, & precationis. Non autem hinc solū,  
 sed & in sequentibus ostēdit, quā propensa in illos  
 volūate fuerit. Ab illis enim, quæ Iudæis cōcedi po-  
 terant, quantū possibile erat vmbra saltem quandam  
 defensionis & excusationis inuenire instāter & con-  
 tentiosē quærit quidē, verū ab ipsa rerū natura vi-  
 ctus non valet. *Testimonium enim, inquit, illis perhibeo quod  
 æglum dei habent, sed non secundū scientiam.* Hæc itaque; non  
 accusatione, sed venia digna sunt. Si enim non propter  
 hominem Christum, sed propter zelum auulli sunt:  
 oportebat ut misericordia illis impenderetur, magis  
 quā ut punirētur. Sed vide quæ cautē verbo quidem  
 illis gratificetur, & tamē interea simul ostendat intē-  
 pestiuam illorum esse contentionem. *Nam ignorantes,  
 inquit, dei iustitiam.* Rursus & hoc veniam exigere vi-  
 detur: sed quod sequitur, & vehementē habet repre-  
 hensionē, & omnē tollit apologiā. *Et propriam, inquit,  
 iustitiā statuere quærentes; iustitiæ dei non fuerūt subditi.* Hoc  
 autem dicens, ostendit quæ per cōtentionem & prima-  
 tus ambitum, magis quā per ignorantiam erraue-  
 rint, & quæ neque; eam iustitiam, quæ ex legalibus est ob-  
 seruationibus statuerint. Quod enim dicit, quæretes  
 statuere, hoc ipsum ostēdētis est, licet apertē quidē  
 illud non posuerit. Non enim dicit, quæ ab vtraque; iusti-  
 tia exciderint. Hoc ipsum tamē admodum scitē, de-  
 centique; sapientia subindicat. Nam qui illā adhuc sta-  
 tuere quærent, satis ostendūt se nondum statuisse: &  
 si huic non fuerūt subditi, patet, quæ & ab ea exciderint.  
 Propriā vero iustitiā illam vocat, vel ob id quod lex  
 antiquata amplius non vigeat, vel quod laborū esset  
 ac sudorū. Hanc vero iustitiā dei vocat, nimirū quæ  
 ex fide est, propterea quod omnino ea ex superna gra-  
 tia sit, nec laboribus, sed dei dono iustificamur. Verū  
 quoniam illi perpetuo spiritui sancto resistētes, per legem  
 iustificari cōtendebant, ad fidē non accedebāt.  
**D** Ad fidē vero non accedentes, neque; iustitiā quæ ex illa  
 est, apprehēdentes, deinde per legē etiā iustificari non  
 valentes, vndique; exciderunt. *Finis enim legis Christus est,  
 ad iustitiā omni credenti.* Vide Pauli prudentiā. Quoniam  
 enim & hic iustitiā, & illic quoque; iustitiā dixerat, ne  
 putarēt ex Iudæis credentes, hanc se habere quidē,  
 illa vero priuatos esse, atque; ideo iniquitatis damnari  
 (credibile enim erat quod illi non minus timuerint,  
 utpote in fide adhuc recentes) neve Iudæi rursus illā  
 se præstare posse putantes, dicant etiā si illam nondū  
 impleuimus, implebimus tamen omnino, vide quid  
 agat. Ostendit vnam esse iustitiam, illamque in ista  
 consummari, & quod qui istam acceperit, quæ per  
 fidem est, illam quoque impleuerit: qui vero eam re-  
 pudiauerit, quod is ab vtraque; exciderit. Si enim legis  
 finis est Christus: sequitur, quod qui Christum non ha-  
 bet, etiam si legis iustitiam habere videatur, eam ta-  
 men

men non habeat: qui verò Christū habeat, etiam si legem non præstiterit, totū tamē acceperit. Etenim medicina finis est sanitas. Quæ admodū igitur qui sanū facere potest, etiā si medendi artē non habuerit, totū tamē habet. Qui verò curare non nouit, etiā si videatur artē exercere, profusus tamen excidit, ita quoque; in negotio legis habet & fidei: fidē enim si quis habet, is etiā legis finē habet. Extra fidē si quis fuerit, vtrique; alienus est. Quid enim lex vult? Hominē iustū facere? sed non potest, nemo siquidē illā impleuit. Hic itaque legis quidē erat finis, atque; huc respiciebant omnia, ad hoc omnia fiebāt, siue solēnitates festiuæ, siue mādāta, siue oblationes, & si qua sunt reliqua, ut homo iustus redderetur: sed hunc finē Christus magis per fidem assequutus est. Non est itaque; quod timeas, inquit, velut legis transgressor, posteaquā ad fidē accessisti. Tūc enim legē transgredieris, quādo Christo propter illā non credis. Quod si illi credideris, & hanc implesti, & multo plura quæ ea præceperat: multo siquidem maiorē iam accepisti iustitiā. Quoniam verò ista à Iudæis negabātur, ex scripturis deinceps ea denuo firmat. *Moses, inquit, iustitiā quæ ex lege est, scribit. Quod autem dicit, hoc est: Moses ostendit nobis eam quæ ex lege est iustitiā, qualis illa sit, & vnde cōstet: nimirū, ut quæ mādāta sunt, adimpleātur. Qui fecerit ea, inquit, viuet in illis.* Neque; enim aliās licet in lege iustificari, nisi eum qui cūcta adimpleuerit. Id verò neminidū possibile factū est. Intercidit itaque; iustitia illa, sed dic nobis o Paule alterā quoque; iustitiam quæ ex gratia est. Quæ est igitur ista, & in quo cōsistit? Audi quæ clarē eā describat. Posteaquā enim illam perstrinxit, deinceps & ad istam transit, dicens: *Quæ verò ex fide est iustitia, sic dicit, Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in cælū? hoc est, Christum deducere. aut, Quis descendet in abyssum? hoc est, Christum ex mortuis reducere. Sed quid dicit? Propē est verbum in ore tuo, & in corde tuo. Hoc est verbum fidei quod prædicamus. Nempe, si confessus fueris ore tuo dominum Iesum, & credideris in corde tuo, quod deus illum excitauerit à mortuis, saluus eris. Ne Iudæi dicant, quomodo maiorem iustitiam inuenerunt, qui minorē non reppererunt? rationem adducit cui contradici nequeat, nimirū quæ hæc via illa sit leuior. Illa siquidē omnium exigit adimplerionem: nam quādo cūcta feceris, tum primū viues. Quæ verò ex fide est iustitia, istud non loquitur. Sed quid? Si cōfessus fueris ore tuo dominū Iesum, & credideris in corde tuo, quæ deus illū excitauerit à mortuis, saluus eris. Deinde ne rursus illā cōtēptibile reddat, ob id quæ facile & simplicem esse demonstrat, vide quo pacto sermonē, de illa differēs, dilatet. Non enim subito huc accessit, quæ admodū diximus. Sed quid dicit? Ea verò iustitia quæ ex fide est sic loquitur: Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in cælum? hoc est, Christū deducere: aut, Quis descendet in abyssum? hoc est, Christū ex mortuis reducere. Quem admodū enim virtuti, quæ per opera est, socordia, laborēque; remittēs animi dissolutio, resistit, ita ut admodū vigilāti mēte sit opus, ne illi cedatur: ita & quādo credendū est, occurrūt rationes, multorum animos & inturbātes, & vastātes, ut viridiorē animo opus sit, quatenus propulserunt. Atque ideo illas etiam in medium adducit. Et quod in Abrahamo fecit, idē & hic facit. Nam & illic, cū ostendisset illum ex fide iustificatū esse, ne quasi frustra videretur, & præter causam tantam accepisse coronā, ut apud quem si res ad fidem referatur nihil esset operis, fidei naturā extol-*

Tomus quartus:

lens, dicit: Qui præter spem in spem credidit, in hoc ut fieret pater multarum Gætium. Neque; infirmatus fide, cōsiderauit suū ipsius mortuū iam corpus, & mortuum verum Saræ: verum ad promissionem dei non hæsitabat ob incredulitatē, dans gloriā deo, certoque; persuasus, quæ qui promiserat, idem potens esset & præstare. Atque; ita ostendit quæ fortitudine sit opus animoque; sublimi, ea quæ præter spem sunt amplectēte, atque; in visibilibus non offendente. Hoc igitur & hic facit, ostenditque; quæ philosophi mente, animoque; cœlesti quadā sublimitate excelso ac magnifico sit opus. Et non dicit, ne dixeris simpliciter: sed, ne dixeris in corde tuo: hoc est, neque; cogites etiā ut dubites dicāque apud te ipsum: Et quo pacto poterit hoc fieri? Vides quæ hoc potissimū peculiare sit fidei, ut omni infra nos relicta rationis sequela, quod supra naturam virtutē & potentiā eiecta, promissa dei cūcta complectamur? Quamquam non ista solū dicebant Iudæi, sed quæ impossibile sit etiā ex fide iustificari. Paulus verò istud ad aliud factum ducit, ut posteaquā ostenderit illud vsque; adeo magnū esse, ut fide etiam postquam fuerit factū, opus habeat, meritō videatur creditibus coronā texere. Virtus autē verbis in veteri testamēto positis, perpetuō studens, nouitatis inimicæque; impugnationis cōiucia effugere. Quod enim hic de fide dicit, istud & Moses illis de mandato dicit, ostendens quæ multa essent potiti dei beneficētia. Non enim est, inquit, quæ dicas, quæ in cælum conscendere oporteat, magnūque; transire pelagus, atque; inde mādāta desumere, sed quæ tā magna sunt & graua, leuia vobis fecit deus. Quid verò est quod dicit, propē est tibi verbum? Hoc est, facile est: in mēte siquidem linguæque; tua salus est. Non opus est, ut aut lōgo emenso itinere, aut per nauigato mari, aut superatis mōtib⁹ salueris: sed si ipsum etiam limen transgredi nolueris, licet tibi domi quoque; sedenti salutē consequi. In ore nanque; tuo, & in corde tuo salutis est causa. Deinde ut & aliunde facile faciat fidei sermonem, dicit, quæ deus illum excitauerit à mortuis. Considera siquidē excitantis dignitatē, & videbis nullam amplius in hac re difficultatē esse. Quod autem Christus sit dominus, ex resurrectione manifestū est: id quod & cū epistolā hanc ordiretur, dixit: Qui declaratus est, in quibus filiis dei ex resurrectione mortuorū. Quod autem & ipsa resurrectio facilis sit, ex ipsa suscitātis fortitudine ostēsum est, & quāuis incredulis probatū. Cū itaque & maior sit fidei iustitia, & leuis ac susceptu facilis, sitque; impossibile aliunde iustificari: an non extremæ fuerit cōtentionis, relicta quæ leuia sunt, & facilia, ad impossibilia cōtendere? Neque; enim dicere, quæ hæc re, velut grauē & onerosam deuitauerint. Vides quomodo omni illos venia priuet: Quā nāque; poterūt excusatione digni haberi, qui quod grauius est & inefficax acceptantes, id negligunt, quæ præterquam quod leue est, saluare etiā illos poterat, eaque; præstare quæ lex dare non valuit? Nihil itaque; aliud in causa est, quæ cōtentiosus animus, deoque; seditiosē repugnans: lex enim grauis est, gratia verò facilis. Deinde lex etiam si innumeris modis contenderint, non saluat: gratia verò & suam, & quæ legis est, iustitiam præstat. Quis itaque; sermo hinc illos eximet, cū tam contentiosi sunt aduersus gratiam: legē verò frustra & inaniter quidem, mordicus tamen complectātur? Deinde quoniam magnū quid dixerat, id ipsum rursus ex scriptura cōfir-

f iij mat:



mat. Dicit enim scriptura, inquit, Omnis qui credit in illum, non pudebit. Non enim est distinctio vel Iudei, vel Græci. Nam idem dominus omnium, diues in omnia, & in omnes inuocantes se. Quisquis enim inuocauerit nomen domini, saluus erit. Vides quomodo & fidei & confessionis testimonia adducat? Cū enim dicit: Omnis qui credit in illum, fidē declarat: cū verò dicit, Quisquis enim inuocauerit, confessionem manifestat. Deinde rursus cōmunionē & æqualitatem gratiæ prædicans, Iudæorumq; fastū constringens, quæ multis antea declarauerat, ea iā breuibus admonet, iterū ostendēs nihil inter Iudæū & præputiatum esse differentiæ. Nō enim est distinctio, inquit, Iudæi & Græci. Et quod in horum probatione de patre dixerat, illud hoc loco & de Christo dicit: Quē admodū enim in præcedentibus, cum idem ageret, dixit: Num Iudæorū deus tantū? Nunquid & Gentium? Quoniam quidē vnus est deus: ita & hic inquit, nam idē dominus omnium, diues in omnia & in omnes inuocātes se. Vides quomodo deū salutis nostræ vehementer cupidū ostēdat, siquidem illam diuitias suas peculiāres æstimat, ita vt illi iā nihil habeāt ea uis, qua vel desperēt, vel si respiscere voluerint, nullā se reperturos veniā arbitrētur? Qui enim peculiāres suas putat esse diuitias, si nos saluet, ditescere vtique nō cessabit. Nam & istæ sunt diuitiæ, q̄ donum suum in omnes effundit. Quoniā verò illos & hoc maxime disturbabat, q̄ cū præminētia totius orbis essent potiri, nūc per fidem ab illis thronis deiiciēbātur, ita vt nihil reliquis haberēt amplius, cōtinuō prophetas qui eam honoris æqualitatē illis præcinuerant, inducit. Omnis enim, inquit, qui credit in illum, nō pudebit. Et quisquis inuocauerit nomen domini, saluus erit. Vbiq; autē vniuersale illud, omnis, aut quisquis, posuit, ne quid haberent quod contradicerent.

Morale.

Sed nihil est inani gloria peius, ipsa quippe, ipsa, inquam, omnium maxime illos perdidit. Vnde & Christus illis dicebat: Quomodo potestis credere, qui gloriam à vobis inuicē captatis, & gloriā quē à solo deo est, non queritis? Hæc scilicet inanis gloria cū perditione multā simul & irrisionem inducit, & ante supplicium illud futurū innumeris hic quoque malis inuoluit. Itaq; si placet, vt hoc intelligas, relictis iterea cœlis è quib' nos excludit, præteritaq; gehēna in quā nos deiicit, rē omnē, vt hic geritur, scrutemur. Quid igitur illa sumptuosius? Quid illa turpius? quidnā poterit esse difficilius? Quod enim hic morbus quē sumptuosior sit, ex iis patet, quē theatris, quē equorū certaminibus, alijsq; eiusmodi intempestiuis ambitionib' frustra & inaniter insumuntur, vt sunt eorum etiā qui splendidas & preciosas domos edificant, aliāque oīa quæ ad abundantiam inutilem faciūt, studiosē comparāt, quæ quidē singula sermone iam cōplecti propositum nō est. Quod autem oporteat eum qui adeo sumptuosus, pdigoq; morbo laborat, rapacē simul & auarū esse, omnibus modis clarū est: vt enim habeat vnde venatorem alat, in aliorū substantias manus iniicit. Et quid dico substātiās? Neq; enim pecunias solum, sed & animas hic ignis deuorat, nō solū præsentem, sed & futurā mortē parans. Mater enim gehēna est inanis gloria, ignemq; illum vehemēter accēdit, vermemq; pestiferum confouet. Videre est illā & in mortuis vires obtinere, qua re quid poterit fieri peius? Alię siquidem passiones morte finiuntur: ista verò & post mortem violēter instat, naturamq; suā, etiam

Supr. 3. a

Ioan. 5. g

in emortuo iam corpore, ostēdere contendit. Quum enim splendida sepulchra omnemq; ipsorū substantiam cōsumētia morientes sibi erigi curent, atq; vt in sepultura multus antea luxus adhibeatur, affectēt: quimq; viuentes quidē pauperes ipsos pro obolo & pane vno accedētes contumelia adficiāt, morientes verò tam sumptuosam mensam vermibus præbeant: quā, quæso, aliā quæres in hoc morbo tyrānidis excellentiā? Ab hoc etiā malo absurdū nascuntur amores. Multos siquidē, neque faciei venustas, neque cōmixtionis cōcupiscentia, sed quod habeāt vnde glorientur, & dicāt, hanc & hanc ego decepi, in adulteriū cōieci: & quid opus est reliqua mala quāta hinc pululent recēdere? Elegerim potius innumerorum barbarorum seruitutē, quā semel vnus inanis gloriæ. Neq; em̄ captiuus illi suis talia præcipiūt, qualia subditis suis ista iubendo mandat. Omniū, inquit, seruus esto, siue fuerint te splendidiore, siue etiā viliores. Animam contemnit, virtutem negligit, libertatē rido, salutem tuā destruit: & si bonum quid feceris, nō ad hoc facito vt deo placeas, sed vt multis ostētes, & coronā quē benefaciētes manet, perdas. Et si elemosinā dederis, aut ieiunaueris, laborē quidem sustinet, lucrū verò perdere studet. Quid quæso, poterit hīcæ præceptis crudelius fieri? Hinc & inuidia initiū suum habet. Hinc quoq; malorū omnium mater, pecunię cupido oritur. Multitudo q̄ppe famulorū, aurigeri barbari, parasiti, adulatores, vehicula argenti cōspicua, aliāq; istis vaniora, neq; voluptatis, neq; necessitatis cuiuspiā, sed solius vanæ gloriæ gratia sūt. Ista profectō sic habēt, inquit: verūm quod malus quidē sit hic morbus planē manifestū est, quomodo autē illum effugiamus, necesse erit vt dicatur: Maxime sanē. quod si tibi hoc potissimū persuaseris, nempe hunc morbum esse grauem, optimū iam correctionis initiū feceris. Tum enim ægrotus cōfestim de medico cogitat, cū ante omnia primū ægrotare se cognouerit. Quod si & aliā viā, qua morbū hūc effugias, quæsieris, respice ad deū continuō, & ea quā ab illo expectas gloria cōtentus sis. Si quādo te morbus hic titillauerit incitaueritq; vt conseruis tuis quę rectē facta gesseris gloriando narres, rursus cogitās, quod nihil inde fructus, etiā cū dixeris, sis accepturus, absurdam hāc cōcupiscentiam extinguas, animæ tuæ ad hūc modū immurmurās: ecce tātum temporis parturiēdo laborasti, vt quę rectē gesseras aliis inuulgares, & cū tantum tēperantiæ non haberes, vt silentium seruares, omnibus ea obrustisti: iā dic, quęso, quid vtilitatis ampli' inde ceperis? Nihil planē, nisi extremū damnum, nimirum irrita facta sunt omnia quę magno labore cōgesseras. Post hæc & illud perpendas, q̄ multorū sententia sit corrupta, corruptūq; iudicium: imò non solū corruptum, sed & quod subito marcescat. Nam etiā si ad horam admirentur, puncto tamen tēporis vix præterito, omnium obliuiscuntur. Atq; ita fit, vt à deo tibi datā coronam eripiant, & eam quam ab ipsis expectabas, conseruare tibi nequeant. Quanquā etiam si manserit, multæ tamē miseræ fuerit, diuinā illam ista commutasse. Cū verò nec ista maneat, sed prorsus diffuat: quam habebimus excusationem, qui propter instabilem perpetuā illam prodimus, propter paucorum præconia tanta bona perdentes? Quanquam etiam si multi fuerint laudatores, & ipsi tamen quoq; digni sunt, qui velut miseri non æstimentur. Idque tum magis, quum plu-

res


res sunt qui hoc faciunt. Si verò mirū videtur quod dico, audi Christum ipsum idē censentem: Væ enim vobis, inquit, quādo laudauerint vos oēs homines: & valde meritō. Si em̄ cuiuis arti, nō quousis, sed ipsos opifices iudices requiris, quomodo virtutis probationē multis cōmittis, & nō præ omnibus vni illi: qui quū omnia sciat, solus etiā vel exturbare, vel coronare potest? Hoc itaq; Christi verbū inscribamus & parietib', & ianuis, & mēti, dicamúsq; cōtinuē nobis: Væ nobis, si quādo laudauerint nos omnes homines. Nā ipsi etiā laudatores te postremò velut vanæ gloriæ, vani honoris, præconiq; quod ab ipsis sit, stultē amātem vituperabūt. Deus autē nō ita, sed quū viderit te eius, quæ ab ipso sit, gloriæ cupidum, tum te potissimū laudabit, celebrabit, prædicabit, homo verò aliter: nā is postquā pro libero seruū te acceperit, nudo plerunq; verbulo tibi falsam laudem gratificatur verā abs te mercedē aufert, & sibi magis quā quæuis empticiū, subiicit: habent enim illos præceptis suis obediētes qui illorū dominantur, tu verò etiā sine præceptis seruis. Neq; em̄ expectas vt quicquā præcepti ab illis audias, sed quāprimū cognoueris tantū, quo pacto gratificari queas, omnia facis, ipsis etiā nihil præcipiētibus. Quāta igitur gehēna digni nō erimus, qui cū flagitiosis hominibus vsq; adeo delectamur, vt etiā quū nihil præceperint, seruiamus: deū tamē nullo nō die præcipientē, & adhortantē, neq; sic etiā audiētes colimus? Quod si omnino gloriæ, laudūq; factus es amator, fac laudē quæ ab hominib' est fugias, atq; tūc verē innumeris laudib' & apud deū, & apud homines fruēris. Nihil enim solēt æquē admirari, atq; eū qui nec celebrari, nec laudari sustinēs, oīa ista cōtēnit. Quod si nos ita solem', multo magis qui omnium deus est. Quādo verò is te glorificauerit, ac laudauerit: quis, quæso, te fuerit beator? Quantū enim inter gloriā, & ignominiam: tantū inter cœlestem illam gloriā, & hāc humanā est differentiā. Imò multo ac infinito plus. Si enim ista nulli collata, turpis est ac deformis: cogita quāta futura sit turpitudine, si quādo eā ad alteri' collationē exquisierimus. Quemadmodū enim prophana mulier in prostibulo cōsistens, t̄ quibusuis] sui copiam facit: sic & qui vanæ gloriæ dediti sunt. Imò turpius etiā q̄ istiusmodi mulieres. Illæ siquidē quosdā amatores suos cōtēnere sapennero solent, tu verò te ipsum quibusuis, & fugitiuis, & latronibus, & furibus exponis. Ex illis quippe & eiusmodi theatra, vnde laudemini cōstituta sūt. Et quos seorsim t̄ seipsis, ne tātillo quidē dignos æstimas, illos collectos tuæ ipsius salutis præponis, tēq; ipsum omnib' istis viliorē esse decernis. Quomodo em̄ nō es vilior qui illorū opus habes præconio, quicq; tibi te ipsum sufficere nō putas, nisi gloriā aliunde capias? Non cōsideras, dic quęso, præter ea quæ dicta sunt, & istud, q̄ cū illustis fueris, omnib'q; cōspicu', si peccaueris innumeros habitur' sis accusatores, ignobilis verò si fuisses, superior multo māsurus. Verū est, inquit, sed vicissim si rectē fecero, innumeros quoq; habebo, qui admirētur. Atqui istud vtiq; graue est, q̄ hic vanæ glorię morbus te nō solū quū peccaueris, sed & quū rectē quid gesseris, dāno afficit: illic quidē t̄ mille ludibriis exponēs, hīc verò omni prorsus virtutū mercede spoliāns. Graue quidē fuerit omniq; ignominia plēnū, in politicis rebus gloriā sectari. Cæterū quum in spiritalibus quoq; hoc idē feceris, quis veniæ locus tibi

† ad quæstum.

† quāto plurimos subuertēs.

erit relictus, si ne tātum quidem honoris deo tribuere velis, quantū ipse à domesticis habes? Seruus quippe ad oculos heri sui respicit: mercenarius operator ad operis sui dominū præmia daturū; discipulus ad præceptorē. Tu verò omnino contrarium facis, deū qui remunerat, dominūq; relinquēs ad cōseruos respicis, etiam si scias quod deus rectē factorū tuorū etiam in futurum recordetur, homo tamen ad præsens tantū, & quum habeas in cœlo theatrū cōstitutum, spectatores tamē in terra tibi colligis. Athleta quidē vbi certat ibi & probari cupit, tu quū in superioribus certes, in inferioribus coronari quæris. Et quidnā poterit hac amētia peius fieri? Videam' autē, si placet, & coronas. Illa quidē ex arrogātia constat, ista verò ex inuidia quæ aduersus alterū est cōcepta, quædam ex ironia & adulatione, propter pecunias alia, nōnulla etiā ex seruili ministerio. Et quæ admodum pueri ludentes ex sæpno coronas inuicē imponunt, coronatū autē sæpenumero eius rei ignarum, post tergū irident: ita sanē & nunc qui te in faciem prædicāt, apud seipos clanculum subannāt, atq; ita quid aliud fit, quā quod & nobis inuicē sænū coronantes imponimus? Et vtinam nihil aliud q̄ sænū. Nunc autem multo etiā nocumento plena est hæc nostra corona: nam omnia nostra rectē facta perdit. cōsiderata itaq; ipsius vilitate, damnum istud effugito. Sed dic quæso, quot velis habere laudatores, cētum? seu bis, seu ter, seu etiam quater totidem? imò si volueris, pone vel decies, vel vigesies totidem: quin sint duo milia, aut etiā quatuor, vel si ita placuerit, innumeri qui applaudāt, nihil tamē illi omnes à graculis desuper garriētib' differēt. Imò si angelorū theatrum perpederis, apparebūt illi vermibus etiā viliores, illorūq; præconiū araneorū textura fumōq; & somniis infirmius. Audi verò quomodo Paulus ista diligēter cōfirmet, nō solū inania hæc nō querēs, sed & deprecās, quum dicit: Mihi verò absit gloriari, nisi in cruce domini. Hanc itaq; gloriationem tu quoq; æmulare, ne dominū exacerbes. Ista quippe faciens, nō solum tibi ipsi, sed & deo cōtumeliosus es. Neque enim si pictor existēs discipulū aliquē habuisses, qui quæ artis sunt tibi ostēdere cōtemnēs, tabellā foras simpliciter obseruātibus, & imperitē ostēdendi gratia proposuisset, mansuetē tulisses. Quod si istud in conseruis cōtumeliæ loco est, multo magis erga dominum. Si verò rem hanc cōtēnere, aliunde quoq; discere voles, fac mēte sublimi sis, irride quæ visibilia sunt. Auge verā gloriæ amorē. Plenus esto gratuitatis spiritualis. Dic ad animā tuam quemadmodum Paulus dixit: Ignoras q̄ angelos iudicaturi sumus? atque ab hoc cœno excitatā increpato deinceps ac dicit: Angelos iudicatura es, & vis ab immūdis iudicari, cūq; saltatoribus, mimis, bestiaris, atq; aurigis laudari? Eadē enim & illi præconia sectantur. Tu vero horū clamore sublimiores alas tibi para, æmulatēq; illū solitudinis ciuem, inhabitatorem Ioannem, ac discē, quomodo ille multitudinē contēpserit, adulatoresq; videre nō curauerit, neq; quū videret totius Palæstinæ habitatores circum se fusos, admirari stupereq; vel tantillū tamē eiusmodi fuerit inflatus honore: sed ipsis nō aliter quā adolescentulo cuiquam ex aduerso institerit, cū tātō populo differēs, obiurganter diceret, t̄ Gēnemata] viperarū, & quæ sequuntur. Et tamen propter illū relictis ciuitatibus, cōcurrant, quatenus sacrū illud caput viderent. Verū-

tamē



tamen ipsum nihil horum emolliuit. Procul enim erat à gloria studio, & ab omni fastu liber. Sic & Stephanus, quum populum videret non se honorantem, sed infanum, dentibusque frementem, ira illorum superior factus, dicebat, Dura ceruice & incircunciso corde. Ad eum modum & Helias presentibus militum castris, regemque & populo cuncto, dicebat: Vtique quo utroque poplite claudicatis? Nos vero seruili ministerio quibusuis adulamur, quatenus honorem ab illis emamus. Atque ideo sursum ac deorsum turbantur omnia, ob eamque gratiam produntur quaecunque Christianismi sunt, negligunturque; omnia propter eam quae à multis est, acquirenda laudem. Exterminemus itaque morbum istum, & tunc verè sciemus quae sit animi libertas, qui portus, quae tranquillitas. Vanæ siquidem gloriae cupidus, similis illis est qui tempestates ferunt, semper tremens, semper timens, innumerisque dominos obferuas. Qui verò extra illam est tyrannidem, rectè comparatur iis qui in portu constituti, integra iam libertate potiuntur. Alius verò non itè, sed quam multis est cognitus, tam multos, habet dominos, omnibus seruire coactus. Quomodo ergo ab hac dura seruitute liberabimur? Si aliam gloriam adamauerimus, nempe eam quae vera est gloria. Quæadmodum enim eos qui corpora amant, alia splendidiore facies visa à priore separata: sic & eos qui gloriam hanc depereunt, splendida illa caelestis gloria cõspecta si fuerit, ab ista abducere poterit. Videamus igitur illam, diligenterque perdiscamus, quatenus illius admirati pulchritudinem, huius turpitudinem fugiamus, multaque voluptate freti, in illa sine intermissione deliciemur: quam ut omnes adsequamur, gratia fiat & benignitate &c.

Homilia XVIII

*Quomodo igitur inuocabunt eum, in quem non crediderunt? Quomodo autem credent in eum, de quo non audierunt? Quomodo verò audient sine predicatore? Quomodo autem predicabunt nisi mittantur? sicut scriptum est.*

Hic sup. a

Ibidem.

argumētum vel reprehensionem.

Hic sup. a.

Esai. 52. b

Nau. 2. d

eos venia priuat: quoniam enim dixerat, Quia testimonium illis perhibeo quod zelum dei habeant, sed non secundum scientiam: & Ignorantes dei iustitiam, iustitiae dei non sunt subditi: iam deinceps ostendit, quod huius etiam ignorantiae poenas deo debeant. Hoc autem licet aperte ad eum modum non dicat, huc tamen conatur per interrogationem sermonem instituentem, argumentumque; clarius facit, dum per obiectionem ac solutionem omnem hunc locum texit. Obserua verò: supra inquit, dixit propheta, quod quisquis inuocauerit nomen domini, saluus sit futurus. Sed dicet forte quisquam, & quomodo poterunt inuocare eum in quem non crediderunt? Deinde & post hanc obiectionem sequitur ipsius interrogatio, nimirum, quare non crediderint? post hanc & alia obiectione: poterit enim omnino dici, & quomodo credent, cum non audierint? At qui audierunt, inquit. Deinde & alia rursus obiectione: Et quomodo potuissent audire absque predicatore? Cui iterum solutio subiugitur. At qui predicauerunt multi ad hoc missi scilicet. & vnde manifestum quod isti sint missi illi? Tum rectè prophetam inducit, dicentem: Quam speciosi pedes annunciantium pacem, annunciantium bona? Vides quomodo à predicationis modo ipsos predicatores declarat? Circuibat enim nihil dicentes aliud, quam ineffabilia illa bona, pacemque; quae inter deum & homines facta erat. Itaque dum increduli persistitis, non nobis, inquit, diffiditis, sed Esaiam qui ante multos etiam annos praedixit quod mittendi essemus, quod

prædicaturi, & quod illud quod diximus, dicturi. Salus itaque; cum in eo sit ut inuocetur nomen domini, inuocatio verò fidem exigat, fides autem ut auditum sit, audire verò ut prædicetur, prædicatio ut mittatur, missi autem sint ac prædicauerint, circueunte cum illis etiam propheta, qui de illis prædicet ac dicat: Hi sunt illi quos ante multa tempora manifestavi, quorumque; pedes laudauimus: manifestum relinquitur propter ipsum prædicationis apostolicæ modum, Iudaeorum tantummodo culpa factum esse, quod non crediderunt. Omnia siquidem à deo impleta sunt. At non omnes obedierunt euangelio: Esaias enim dicit: Domine, quis credidit sermonibus nostris? Ergo fides ex auditu est, auditus autem per verbum dei. Quonia rursus & aliam obiectionem induxerant, dicentes: Quod si hi sunt qui missi, atque; à deo missi sunt, oportebat ut omnes illis obedirent. vide Pauli prudentiam, quomodo hoc ipsum quod turbas dabat, tale esse ostendat, quod turbas illas tumultuationemque; etiam prorsus tollat. Quid enim te, inquit, o Iudae, post tale ac tantum testimonium rerumque; declarationem offendit, quod euangelio non omnes obedierunt? Hoc enim ipsum, nimirum quod non omnes obediunt, simul cum aliis, poterat tibi eorum quae dicuntur, fidem facere. Nam & illud iam antea propheta futurum praedixit. & vide ineffabilem sapientiam, quomodo plus probet, quam illi expectauerint, aut contradicentibus se sperauerint. Quid enim dicitis, inquit? quod euangelio non omnes crediderunt? Quin hoc ipsum est quod Esaias olim praedixit. Imò non solum istud, sed & multo plus. Vos quidem obiicitis, quod non omnes obediuerint: Esaias verò plus etiam quam hoc sit. Quid autem dicit? Domine, inquit, quis credidit sermonibus nostris? Deinde postquam tumultuariam hanc obiectionem per interpositum prophetae testimonium excussit, rursus priori sequelae adheret. Quonia enim dixerat, quod inuocare oporteat, inuocatos verò credere, creditos autem audire primum, audituros verò prædicatores opus habere, prædicatores autem mitti oportere, ostendatque; & missos esse & prædicasse, essetque; rursus & aliam quandam obiectionem inducturus, occasione primam ab alio quoque; prophetæ testimonio sumpta, vnde & obiectionem quae hac paulo antecessit, soluerat, prioribus illam connectit. Quonia enim prophetam subinduxerat, dicitur: Domine, quis credidit sermonibus nostris? opportunè illius apprehenso testimonio, dicit: Ergo fides ex auditu. Hoc verò non simpliciter posuit, sed quonia nullo non tempore signa Iudaei, ipsumque; resurrectionis aspectum quae rebat, & multi ad huiusmodi inhiarēt, dicit: At qui propheta pronunciauit, quod ex auditu nos credere oporteat. Idcirco prius id adstruit, & dicit: Igitur fides ex auditu. Deinde quia hoc humiliter videbatur, vide quo pacto ipsum, ut solidius reddat, reducat. Non enim simpliciter, inquit, auditum dixi, neque; quod humana verba audire oporteat & credere, sed sublimis est hic auditus, de quo loquor: est enim auditus per verbum dei. Neque; enim quae sua essent, sed quae à deo didicerunt, annunciarunt, hoc scilicet excellenter est signum. Deo siquidem tam loquenti, quam mirabiliter operanti, & quae credere & obedire oportet, quadoquidè & opera illi & mirabilia ex verbis illius sunt. Hinc enim & caelum, & reliqua persunt omnia. Ostendit itaque; quod oporteat prophetis, nunquam non quae dei sunt loquentibus, credere, nihilque; præter verbi dei auditum quærèdum esse amplius, obiectionem deinceps quam dixi inducit, dicens: Sed dico, an non audierunt? Quid

Esai. 18. a

Esai. 54. a

Deut. 32. c

Ibidem.

Innumer.

Esai. 65. d

Quid enim, dicit quis, si prædicatores missi quidem sunt, missique; quae in mandatis acceperant prædicarunt, illi verò non audierunt? Iam scilicet cum omni deinceps excellentia obiectionis solutione inducit. At qui in omnem terram exiit sermo eorum, & in fines orbis terrarum verba eorum. Quid dicitis, inquit? non audierunt? Ipse terrarum orbis, ipsique; terrae fines audierunt: & vos cum quibus prædicatores isti tantum temporis comorati sunt, ex quibus & prodierunt, non audistis? Quam poterit istud ratione fieri? Si enim fines orbis terrarum audierunt, multo magis vos. Deinde rursus & alia obiectione. Sed dico, Nunquid non cognouit Israël? Quid enim si audierunt quidè, dicta tamen non perpenderunt, neque; intellexerunt quod hi illi à deo missi essent? An non ob hanc ignorantiam venia digni erunt? Nequaquam. Esaias enim diligenter illos notauit, & expressit dicens. Quam speciosi pedes annunciantium pacem, & ante hunc ipse etiam legislator, vnde & subiungit: Primus Moyses dicit: Ego ad emulationem prouocabo vos per gentem quae non est gens, per gentem stultam ad iram commouebo vos. Itaque; & hinc oportebat prædicatores istos agnoscere, non solum ex eo quod hi non crediderunt, quod pacem illi prædicarunt, quod bona illa annunciarunt, quod vbiq; terrarum verbum dei seminatum iam esset, sed ex eo quod inferiores se nimirum eos qui ex gentibus erant, videbant in maiore honore constitutos esse. Quae enim nunquam vel ipsi vel progenitores ipsorum audierant, illa confestim philosophabatur, id quod auctoris erat bonoris Iudaeos irritatis, inque; zelum perducentis, ac in Moisaicæ huius prophetiae memoria, dicentis, Ad emulationem prouocabo vos per gentem quae non est gens. Neque; enim honoris huius magnitudo ea erat, ut sola illos in emulationem concitare potuisset: sed quod hæc gens quae illo potiebatur adeo vilis esset, ut neque; digna haberetur, quae pro gente aestimaretur. Ego enim ad emulationem, inquit, prouocabo vos per gentem quae non est gens, per gentem stultam ad iram commouebo vos. Graecis enim quid erat stultius? quid itè vilius? Vide quomodo per omnes vndique; notificationes temporum quoque; illorum manifesta desuper signa deo illis dedit, quatenus ipsorum illustraret caecitatem. Non istud in modico quodam angulo, sed & terra & mari atque; vbiq; orbis terrarum factum erat, videbantque; innumeris frui bonis, quos antea penes se contempserant. Cogitare itaque; debebat quod hæc esset gens illa, de qua dixerat Moyses: Ad emulationem prouocabo vos, per gentem quae non est gens. Moyses igitur solus hoc dixit? Nequaquam, sed & Esaias post illum. Vnde & Paulus dicit: Primum Moyses, ostendens quod & secundus testis sit accessurus, eadem manifestius ac clarius exprimes. Quæadmodum igitur supra dixit, clamat Esaias, ita & hic: Esaias autem audet ac dicit. Quod autem dicit, tale est: Potenter institit & contendit, nihil adumbratum dicere, sed res ipsas nudas ob oculos exponere, magis eligens, ob manifestam loquutionem periclitari, quam propriae salutis respectu, umbram vobis ac pretextum vestre relinqueris perfidia, quanquam prophetia non esset tamen clarè hoc eloqui. Sed ut copiosè ora vestra obseraret, admodum clarè ac palam omnia prædicat. Quae omnia: Et vestrum scilicet excidium, & illorum introductionem, sic autem dicit: Inuentus sum his qui me non querebant, conspicuus factus sum his qui de me non interrogabant. Qui sunt non quærentes? qui non interrogantes? Apertum satis quod non Iudaei, sed ex gentibus sint, qui deum nunquam cognouerant. Quemadmodum igitur Moyses

illos signanter expresserat dicens, quae non est gens, & per gentem stultam: ita & hic ex eodem singulari vehementerque; ignorantiae argumento illos declarat propheta. Maxima verò Iudaeorum erat accusatio, quod qui non quæsierant, inuenerunt: & qui quæsierant, perierunt. Ad Israël autem dicit: Toto die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem. Vide quomodo illud quod à multis dubitabatur, atque in quaestione vocabatur, reperitur olim & in prophetis verbis positum, clarèque; solutum. Quid verò illud est? Audisti Paulum aliquantò antè dicentem: Quid ergo dicemus? Quod Gentes quae iustitiam non sectabantur, iustitiam apprehenderunt. Israël verò sectatus legem iustitiae, ad legem iustitiae non pertigit. Hoc & Esaias hoc loco dicit: illud enim, Inuentus sum his qui me non quærent, conspicuus factus sum his qui de me non interrogant: idem est, ac si dicat, quoniam gentes quae iustitiam non sectabantur, iustitiam apprehenderunt. Deinde ut ostendat non solum diuinæ gratiae opus esse hoc factum, sed & voluntatis eorum qui accesserunt, quæadmodum & quod illi exciderunt, ex contentione est immoderorum, audi quid subiungat: Ad Israël autem dicit: Toto die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem. Diem hinc vniuersum vocat retro tempus, quod iam præterierat. Illud verò quod manus suas extēdisse dicit, vocasse, attraxisse, adhortatumque; esse declarat. Deinde ostendens quod vniuersa huius inobedientiae culpa illorum fuerit, dicit: Ad populum non credentem & contradicentem. Vides quanta illorum sit accusatio. Ipsi quippe neque; adhortanti quidem obediuerunt, sed & contradixerunt: id quod non semel, non bis, non ter, sed per vniuersum tempus eadem perseveranter facientem viderent. Alteri verò qui deum nunquam cognouerant, ipsum tamē attrahere potuerunt. Attamen non dicit, quod ipsi deum per se attrahere potuerint, sed & eorum qui ex Gentibus credebant fastus deiiciens, ostendensque; quod totum hoc dei gratia profecerit, dicit: Ego conspicuus factus sum, & ego inuentus sum. Omnium ergo illi vacui sunt, dices? Nequaquam. Sed quod inuenta apprehenderunt, conspicuamque; facta agnouerunt, hoc scilicet de suo attulerunt. Deinde ne Iudaei dicant: Quare non & nobis quoque; conspicuus es factus? plus quam hoc sit, posuit. Nimirum, quasi dicat, non solum conspicuus illis factus sum, sed & extēdis manibus vique; perstiti, & adhortatus, & paternam benevolentiam, qualēque; erga suam prolem mater habet curam ostendens. Vide quomodo omnium eorum quae supra posuerat, dubiorum apertissimam solutionem adduxerit, probans perditionem illorum ab ipsorum obstinata voluntate profectam esse, ita ut omnino iam venia indigni sint. Licet enim & audierint, & quae dicebantur intellexerint, neque sic tamen accedere voluerunt: & quod adhuc multo plus est, non solum audire illos fecit, neque intelligere solum, sed & adiecit, quod tales habebat ad erigendum excitandumque; vires, ut & contentiosos & contradicentes attrahere debuisset. Quodnam hoc est? Quod eos concitabat, atque; ad emulationem prouocabat. Scitis enim passionis huius tyrannidem, quatasque; vires ad omnem contentionem dissolendam, & ad erigendum languidos ac remissos habeat zelotypiae natura. Et quid opus est de hominibus istud dicere, quado & in iis quae ratione non admodum valent, & in puerorum ætate adhuc immatura, multam potentiam ostendat zelotypia? Fit enim sæpenumero, ut puer qui ad

Supr. 2. g

qui ad



qui ad patrē vocatus nō accedebat, sed contentioſe abnuebat, quamprimū viderit alium quēpiam puerū patri obsequi, vltro iam ad paternos sinus accurrat, ita vt quod sedula nō potuit aduocatio, id æmulatio efficiat: hoc igitur & deus fecit. Non em̄ aduocauit solūm, manūsq; expandit, sed & zelotypiæ passionē in ipsis excitauit, dum eos, qui multo viliores erant (id quod potissimum æmulationē facit) non in ipsorum bona introduxit, sed quod multo maius est, ac violentiorē facit passionem hanc, in ea quæ multo sunt bonis illorum maiora necessariorāq; & quæ illi ne in somnis quidē imaginari potuissēt, introduxit. Verūm neq; sic accesserūt. Quæ ergo venia digni essent, qui cū tanta excellentia vehementiāq; contentionem vsq; seruarūt & exhibuerūt? Nulla sanē. Sed hoc quidē ipse non dicit, relinquit verò auditorum cōscientiæ, vt illud ex dictōrū cōclusionē sua spē colligant. Rursus autē idem & per ea quæ sequūtur, pro sua cōsuetā sapiētia probat. Quod enim in præcedentibus retro fecit, obiectiones inducens quæ tā legis quā populū accusatiōnē, re ipsa existētī maiore continerēt: deinde & in ipsa solutione qua obiectionē subuertit, tanta concedens quanta volebat, t̄ eaq; cōdonans, vnde] sermonē acceptabiliorem faceret: illud scilicet & hīc facit, sic scribēs: *Dico igitur, Num repulit deus populum suum quē ante cognouerat? Absit.* Personā habitūmq; dubitantis assumit, tāquam ex his quæ dicta sunt, occasione nactus: & postea quā id addita responsione planū reddidisset, quod deinde sequitur acceptabile facit: hic quoq; adstruēs quod passim per superius dicta demōstrare studuit. Quōdnam est hoc? Nimirū, q̄ etiā si pauci sunt qui saluantur, nihilominus tamē firmum sit quicquid ad diuinam illā promissionem attinet. Propterea nō simpliciter dicit, nū repulit deus populū, sed addit, quē antē cognouerat. Deinde vt & probationē inducat, q̄ populū suū deus non repulerit, dicit: *Nam & ego Israëlita sum, ex semine Abraham, de tribu Benjamin.* Ego, inquit, doctor & prædicator. Quoniam igitur istud iis quæ antea dixerat, contrarium videbatur, nimirum: *Quis credidit auditui nostro? & Toto die expandi manus ad populū nō credentē, & contradicentē: & ad æmulationem prouocabo vos per gentē, quæ nō est gens, nō cōtentus abnegasse simpliciter ac dixisse, Absit: resumendo illud probat, dicēs: Nō repulit deus populū suum. Sed dices: Atqui istud nondū est probare, sed simpliciter negare. Vide ergo probationē, tam priorē, quā posteriorem. Prior siquidē est, quod se quoq; ex Israëlitis esse ostendit. Neque enim si populū suū deus repulsurus fuisset, hūc sibi ex Israëlitis elegisset, cui omnē prædicationē, cui res orbis, mysteria cūcta, vniuersamq; dispēfationē cōcrederet. Hæc ergo vna est probatio: post illam est altera, quum dicit, Populū suum, quē antea cognouerat: hoc est, quem clarē cognouerat aptum fore, si demque receptorū. Nam & tria milia, & quinq; milia, alij quoq; innumeri credētū ex illis erāt. Etenim ne quis dicat: Num tu populus es? Num ideo statim ipsa gens vocata est, q̄ tu vocatus es? subiungit: *Non repulit deus populum suum quem antea cognouerat.* Quasi dicat, Habeo mecum tria milia, habeo innumeros. Quid igitur? Num in tribus illis, aut quinq; milibus, aut in illis etiā innumeris, stabit semen illud, quod multitudine sua astra cœli, arenāmq; maris imitari debeat? An ita nos decipis, falsisq; rationibus circū-*

† ac res ipse pateretur, ut. Cap. XI. Emendatū exemplar quæsiōnē habet pro q̄o b̄ p̄v.

Esā. 53. 4 Ibid. 65. 4

Vide quid Chrysoſto. Paulo tribuat.

uenis, dum teipsum cum paucis hisce, quos tecū habes, pro vniuerso populo ponis, dūmq; vanis nos spēbus inflas, vt putemus impletā esse promissionē, quasi perditis omnibus in modicos illos deriuata sit salus illa? Superbiā & fastū habēt ista, nos tamē huiusmodi sophismatis nequaquā cedemus. Ne ergo ista dicāt, vide quomodo in sequētib' solutionē inducat. Obiectionē quidē nō posuit, ante illam tamē solutionē ipsius ex veteri historia probat. Quæ ergo solutio est? *An nescitis de Helia quid dicat scriptura? Quomodo interpellat apud deū aduersus Israël: Domine, Prophetas tuos occiderunt, altaria tua subruerunt, & ego relictus sum solus, & querūt animā meā. Sed quid dicit ei diuinū responsum? Reliqui mihi ipsi septē milia virorū, qui nō inflexerūt genu ante Baal. Sic igitur & in hoc tempore reliquæ secundum electionem gratiæ fuerunt.* Quod autem dicit, tale est: Non repulit deus populum suum: si enim repulisset, neminē vtiq; ex illo suscepisset. Si verò quosdā suscepit, manifestum est, q̄ illum nō repulerit. Atqui dices, si nō repulit, omnes ergo suscepit? Nequaquā. Nam & tēpore Helix cōsultebant, quæ salutis erant, in septem milibus. Iam verò negari non potest multos esse qui crediderūt. Hoc si vos ignoratis, nihil est quod admiri remini, quando & propheta ille tātus ac talis vir, idē suo tēpore ignorauerit. Nihilominus tamē sua opera dispensabat deus, propheta etiam ignorante. Obserua verò Apostoli prudentiam, quomodo dum in eo est, vt propositū suum probet, Iudæorum accusatiōnem latenter augeat. Propterea quippe & rotius testimonij integrē meminit, quatenus ipsorū quōdāmodo perfidiam ostentui exponat, ostēdatque iam ab antiquo tales esse. Quod si enim nō istud, sed vnū hoc ostendere fatigisset, q̄ in paucis esset comprehensus populus: dixisset vtiq; tantūmodo, quomodo & tempore Helix septem milia relicta sint, nunc verò ab initio totum testimonium recenſet. Nusquam enim nō studet ostendere, nihil illos noui erga Christum & Apostolos fecisse, sed consueta & exercitata. Etenim ne dicāt, Christū vt impostorē morte sustulimus, & Apostolos velut deceptores psequimur, inducit testimoniū quod ita loquitur: *Domine, prophetas tuos occiderūt, & altaria tua subruerūt. Deinde ne grauē reddat sermonem, aliam adſingit adducto testimonio causam. Neq; enim principaliter ad hoc illud adduxit, vt accuset, sed velut alia quædam probare instituens, omni tamen ipsos venia etiā per ea quæ retro sunt facta, priuat. Vide verò quā vehementēs sit illorum accusatiō & à Prophetæ persona. Neque enim qui accusat, Paulus est, neq; Petrus, neque Iacobus, aut Ioānes: sed qui apud illos potissimū præ omnib' erat in precio & admiratione, Prophetarum caput, dei amicus, qui in illos tanto erat zelo, vt & fami traderet,] qui necdum in hodiernum vsq; diem mortuus est. Quid igitur ille dicit? *Domine, Prophetas tuos occiderūt, & altaria tua subruerūt, & relictus sum ego solus, & quærunt animam meam.* Quidnam poterit hac feritate crudelius fieri? Debebant magis pro commissis iam criminibus orare. At illi etiam hunc interficere volebant, quæ quidē omnia omni illos venia priuabant. Neq; enim dum adhuc obtineret omnia fames, sed reddita iā fertilitate, sublato pudore, dæmonibusq; cōfusis, ac dei ostēsa potētia, rege etiam succumbente, ista ausi sunt, de cædibus in cædes transeuntes, doctorēque & eos qui mentē eorum corrigere nitēbātur, è medio tol-*

lentes.

1 Thes. 2.

sup. 9. f

† in invidiā, habet emē datus co-dex, id est insulit.

lentes. Quidnam hīc causari poterūt? Num quod & illi seductores fuerint? Num q̄ & illos vnde essent, nō cognouerint? Sed tristitiā vobis intulerūt? Quin & bona simul obtulerūt, sed esto. Quid verò altaria? An & illa cōtristatūr? An & illa ad indignationē prouocarūt? vide q̄ obstinata contentiōnis, quantāque cōtumeliæ signa perpetuo protulerint. Propterea & alibi Paulus Theſſalonicensibus scribēs, dicit: *Eadē passi estis & vos à propriis contribulibus, quæ admodum & ipsi à Iudæis, qui & dominū ac proprios suos prophetas occiderunt, qui nos etiā persecuti sunt, & deo nō placent, omnibusq; hominibus aduersantur, id quod & hīc dicit: Et altaria tua subruerūt, & prophetas occiderūt. Sed quid dicit illi diuinum respōsum? Reliqui mihi ipsi septem milia virorum, qui genu ante Baal nō incuruauerunt. Sed dices, quid illa ad nostrū institutū? Plurimum sanē. Nam hinc probat quod perpetuo deus, licet ad vniuersam gentem lata sit promissio, nō nisi dignos tamē saluare cōsueuerit. Atq; id etiam suprā ostendit, quū dixit: Si fuerit numerus filiorum Israël velut arena maris, reliquæ saluabūtur: & nisi domin' Sabaoth reliquisset nobis semē, velut Sodoma facti fuisset. Ex quo sanē loco idē quoque ostēdit, vnde & subiūgit, dicēs: Sic & in præſenti isto tempore reliquæ secundum electionē gratiæ factæ sunt. Vide quomodo quæq; dictio cuiq; suā seruet nobilitatem, nimirū & dei gratiam, & saluatorū beneuolentiam manifestās. Dicēdo siquidem, secundum electionem, illorū probationem: addendo verò gratiæ, donū dei exprimit. *Quod si per gratiam, non iam ex operibus. Alioqui gratia iam nō esset gratia. Si verò ex operibus, non iā est gratia. Alioquin opus iam non esset opus.* Quoniam] rursus & hīc Iudæorum cōtentioni, simul cū illis quæ dicta sunt, obuiat, omni venia illos pariter & hinc spoliāt. Non enim, inquit, potestis dicere: Prophetæ quidē nos vocarunt, adhortatūsq; deus est, ac res ipsæ clamauerunt, ad hæc & ipsa æmulationis prouocatio ad attrahēdum nos satis magna fuit: verūm quæ præcipiebātur, erāt æquo grauiora, vnde factū est vt vocati accedere non potuerimus. Operum nāque exhibitionem, ac quæ rectē facta laboriose præstātur, exigebamur. Hoc, inquit, causari nō potestis. Nā quo pacto istud à vobis exegisset deus, quādo suā ipsius gratiā coipso magis obscuratur' fuisset? Ista verò ideo dicit, vt ostēdat q̄ vehementer voluerit illos saluos. Neque enim hoc pacto salus illis facile tantūmodo obtigisset, sed & deo maximæ gloriæ fuisset, vtpote quo suam ipsius beneuolentiā demōstrasset. Quid ergo vereris accedere, quū nihil operum postulatis sis? Quid proposita gratia tumultuando contendis, legēmq; mihi temere & inaniter obiicis? Neq; enim ex illa saluaberis, sed & hoc dei donū inde tibi ipsi perdis. Nam si ex illa saluari cōtenderis, gratiā hāc dei è medio tolles. Deinde, ne nouū & peregrinum istud esse putēt, præueniendo, septem quoque milia illa per dei gratiam saluata esse dixit. Quum enim diceret, quod & in hoc tēpore nunc quoque reliquæ ad eum modū secundum electionem gratiæ factæ sint, ostendit & olim septē illa milia per gratiam esse salutē adepta. Istud autē non solūm ex hoc, sed & ex eo ostendit quod dicit, reliqui mihi ipsi. Nam & ipsum ostendētis est, quod potiorē partem ad salutē attulerit ipse. At dices, si ex gratia salus est, cur non omnes saluamur? Quia noluitis. Gratia siquidē, licet gratuita sit,*

volentes tamen tantummodo saluat, nō eos qui nolunt, qui continuo auersantur, qui contradicunt. Vides quomodo omnino hoc probet, quod scilicet impossibile sit sermonem dei excidisse, ostēdens quod promissio ad eos pertigerit qui digni fuerunt, & q̄ illi vt pauci sint, populus tamen queant esse dei? Quanquā ab initio epistolæ maiore vehementia idē posuit dicēs: *Quid enim si quidam non crediderūt? Et neque hæc tenus consistens, sed subiungens: sit verò, inquit, deus verax, omnis autem homo mendax.* Nunc autem rursus alia via idem quoque probauit, ostenditque gratiæ vires, semper inculcans, hos quidem saluatos, istos verò perditos.

Morale.

Gratias itaq; deo agamus, quod de saluatis sumus, quodq; quum ex operib' saluari nequiverimus, dono dei gratis saluati sumus. Gratias verò agentes, nō verbis tantū, sed & operib', sed vera gratitudine, sed rebus ipsis grati sumus. Ea quippe diligēs ac vera demum erit gratiarū actio, si ea per quæ deus glorificari poterit, fecerim', eaq; fugerim' à quib' liberati sumus. Etenim si quū regem cōtumelia adfecerimus, loco pœnarū, quas dare debueram', honore adfecti sumus, deinde rursus cōtumelia regem adſciamus, tanquā extremā ingratitudinis rei meritō extremas pœnas dederimus, ac priorib' multo maiores. Neq; em̄ nos ad eō ingratos prior contumelia declarauit, quemadmodū ea quæ ad honorem illum & magnā medelā sequuta est. Fugiamus ergo illa, à quib' liberati sumus, & non ore tantū gratias agamus, ne & de nobis dicatur: *Popul' hic labiis me honorat, corde*

supr. 3. 4

uai 7. p. 7.

Esā. 19. d

psa. 18. 4

verò lōge distat à me. Nam quomodo non esset absurdum, q̄ quum cœli gloriam dei enarent: tu cuius gratia cœli deum laudātes facti sunt, talia facis, vnde blasphematur propter te qui fecit te deus? Atq; ideo nō solum is qui deum blasphematur, sed & tu ipse supplicio redderis obnoxius. Neque enim cœli deū per vocē aliquam emissam laudāt, sed per eos quos aspectu suo ad laudandū deum permouet, & tamen ipsi narrare gloriam dei dicuntur. Sic & qui vitam exhibent suspiciendā, etiam si taceant: deum tamē glorificent, dum propter eos alij ipsum glorificant. Non enim tantum t̄ habent vnde admiratione digni sint cœli, quantum vita pura ac munda. ] Si quando ergo Gentibus differuerimus, non cœlum adducamus in medium, sed homines, quos perſuaſit Apostolus, quū bestiis essent peiores, tales fieri qui & cū angelis vitæ puritate decertent: atque per istam hominū imutationem ora illorum obstruamus. Est enim homo ipso cœlo melior multo, qui & animā possidere potest pulchritudine cœli splendidiore. Cœlum nāque, licet tāto sit tempore visum, non tamen admodum permouit. Paulus verò exiguo concionatus tēpore, totum orbem attraxit. Mentē quippe possidebat nō minus ipso cœlo quosuis attrahere valentem. Nostra quidē, terra etiā indigna est: illius verò cœlos ipsos dignitate adæquat. Cœlum siquidē suū seruans terminū & canonem, eadem statione consistit: mētis verò Paulinæ sublimitas omnes cœlos trāscēdit, ipsiq; Christo cōuersatur. Est autē eius tāta pulchritudo, vt & deus illā deprædicet. Astra quidem quum fierent, admirabantur angeli. Hunc verò deus ipse admiratus est, dicēs: *Vae electionis iste mihi est.* Cœlū istud sæpenumero nubes obtegit: Pauli verò mentē nulla obnubilauit tētatio, sed in mediis quo-

† admirandus ac suspiciendus est per cœlum quādam vitam peruenit.

At. 9. 4

que

quæ tēpestatib⁹ ipsam meridiei claritudinē suo splē-  
dore superavit, non minus illustris, q̄ ante tētationū  
nubila. Sol enim iste, qui in Paulo luxit, tales radios  
non emittebat, qui tētationum cōkursu potuerint  
obumbrari, sed & tum potissimum illucescēbat. Vn-  
de & dicebat: Sufficiat tibi gratia mea. Nam virtus  
mea in infirmitate perficitur. Aemulemur itaq; illū,  
& nihil erit etiā nobis collatum cœlum istud si vo-  
luerimus, neq; Sol, neq; vniuersus iste mundus. hæc  
enim omnia propter nos facta sunt, nō nos propter  
illa. Re ipsa ostēdam⁹ dignos nos esse, propter quos  
ista fierēt. Si nanq; istis apparuerimus indigni, quo  
pacto ipso regno digni erimus? Etenim si Solis indi-  
gni sunt aspectu, qui ad blasphemādū deū viuūt: in-  
digni vtiq; sunt blasphematores dei, qui operibus  
deū glorificātib⁹ fruātur. Nā & filius patrē cōtume-  
lia adficiēs, indignus est, qui famulorum probatorū  
ministerio fruatur. Propterea opera quidē dei multa  
potientur gloria, nos verò supplicium pœnāsque  
dabimus. Quātā fuerit ergo miserē, creaturam dei,  
quæ propter te facta est, in libertatē gloriæ filiorum  
dei cōplantari cōfigurariq; nos verò, qui filij dei facti  
sumus, propter multam nostrā fœcordiam in per-  
ditionem & gehennā immitti, cū creatura dei pro-  
pter nos magna illa fœlicitate potitura sit? Ne hoc  
ergo fiat, quicunq; mentē possidemus purā ac munda-  
m, talem eā diligenter custodiamus: imò splendorē  
ipsius intendamus etiā, auctiorēmq; reddamus.  
Qui verò squalidam habemus ac sordidam, nō ideo  
statim desperemus. Si enim, inquit, fuerint peccata  
vestra rubicunda velut color phœniceus, tanquā nix  
albescent: & si fuerint velut coccinū, quasi lana alba  
erunt. Quū deus itaque promittat, nō erit quod du-  
bites, sed ea potius facias, quibus quæ promissa sunt  
in te quoq; accersere queas. Innumera tibi sunt per-  
petrata mala delictaq;: Quid hoc? Nōdū enim ad in-  
fernū vsq; deuenisti, in quo nemo confitebitur. Nō-  
dum solutū est theatrum, sed adhuc intus in ipsa stas  
cauea, potēs q; vel in extrema lucta omnes reuocare  
conscitū. Nōdū es eō loci vbi diues ille est, vt au-  
diendū tibi sit illud, Quoniā magnū chaos inter nos  
ac vos est. Nondum aduenit sponus, vt timendū sit,  
quis tibi de suo daturus sit oleo. Adhuc licet vt emas  
ac recondas. Neque enim dum est qui dicat, Ne nō  
sufficiat nobis ac vobis: sed adhuc multi sunt qui vē-  
dunt, nudi scilicet, esuriētes, ægroti, quiq; in carce-  
ribus sunt. Pasce illos, istos vestibus indue, iacentes  
visita: quæ si feceris, adurret oleū vberiore copia, q̄  
soleāt aquarū fontes. Nōdū aduenit dies, quo red-  
denda sit ratio. Tēporis cōmoditate, vt oportet, vte-  
re, debitāque amputando, dic ei qui centum batos  
olei debet, accipe cautionē tuam, & scribe quinquaginta.  
Idem fac & in pecuniis, & in verbis, aliisq; simi-  
liter omnibus, imitatus œconomū illum euange-  
licū. Atq; ista tibi ipsi cognatīq; tuis admonēdo in-  
culca. Nam adhuc in tua potestate est vt ista dicas.  
Nōdum enim in ea cōstitutus es necessitate, vt alius  
tibi sit super ista cōstitutus, sed potestātē habes tā  
tibi ipsi, quā aliis cōsulēdi. Quamprimū verò hinc  
decesseris, nihil horum, vt oportebat, facere poteris.  
Idq; non immeritō. Quum enim tantū p̄finitū tem-  
poris ac spacij acceperis, & tamen in illo neque tibi  
ipsi, neque aliis profue: quomodo deinceps pote-  
ris in iudicis potestate constitutus, istā consequi gra-  
tiam? His itaq; collectis omnibus, incumbamus dili-

2. Co. 12. b

Supr. c. 8. d

Esai. 1. e

Inc. 16. g

Mat. 25. a

Inc. 16. b

genter salutē nostrā, presentīq; vitæ opportunita-  
tem non prodamus: licet enim, licet, inquā, vt ad ex-  
trema vsq; suspiria deo gratias agas: licet vt & ab  
ipso testamēto cōmenderis, etsi non quēadmodum,  
si dum viuis, bene ageres, licet tamē. Quo pacto? Si  
Christū in ipso cū hæredibus tuis conscripseris, par-  
tēque illi totius sortis tradideris. Nō pavisti Chri-  
stum dū viueres? Saltē abiturus hinc, quando iā non  
amplius eorū quæ possidebas, vsū ac potestātē ha-  
bes, tua illi contribuc, non erit, quēadmodum beni-  
gnus est, curiosus aut difficilis erga te. Maioris quidē  
amoris signum fuerit, maiorēq; dignū mercede, si  
Christum dum viuis, paueris: si verò istud nō fecisti,  
vel quod secūdo loco licet aggredere, nimirum, re-  
linque illum filiis tuis cohæredē. Quod si istud quo-  
que negligētē facis, cogita quod illius cohæredē te  
pater effecerit, atque ita vel hac ratione inhumanita-  
tem istam tuam abiice. Quam enim habiturus es ex-  
cusationem, si neque filiorum tuorum cohæredem  
Christū feceris, quum is te cœlorū ipsorum cōsortē  
reddiderit, imò & mortē propter te subierit? At qui  
ipse quæcunq; fecit, non velut debitum persoluens,  
sed gratiam ostendēs fecit. Tu verò licet post tanta  
beneficia debitor etiā constitutus sis, rebus tamē sic  
quoque habentibus, nō aliter te propter ea quæ red-  
dideris coronat, quā si gratiam quandam non de-  
bitum exactum abs te tulerit, tametsi nihil, nisi quæ  
sua ipsius sunt bona, recipere queat. Contribue ergo  
illi pecunias tuas tibi iam deinceps inutiles, & quarū  
dominus esse in posterum non poteris: dabitq; is tibi  
regnum illud, quod perpetuo vsu tibi futurum est,  
quin & cum illo ea quoque quæ hic sunt, simul do-  
nabit. Nā si factus fuerit filiorū tuorū cohæres, & or-  
phaniā illorū alleuiabit, & violētias illatas dissoluet,  
ac insidias repellet, sycophātārumq; cra obturabit:  
& si ipsi testamento legatis præesse nequiterint, præ-  
erit ipse, neque feret vt perripantur. Si verò & istud  
fieri permiserit, adimplebit per seipsum quæ scripta  
sunt omnia, idque multa cū liberalitate, eo quod se-  
mel abs te testamēto inscriptus honoratus sit. Relin-  
que ergo ipsum hæredē. Ad ipsum quippe abiturus  
es. Ipse quæcunq; in hac vita cōmiseris, in iudiciū vo-  
cabit omnia. Sed sunt quidā adeo miseri ac deplora-  
randi, qui quū neq; filios habeant, istud tamē facere  
nō sustineant: sed parasitis potius, adulatorib⁹que,  
aut similibus sua distribuenda curent, q̄ Christo, qui  
tot illos beneficiis adfecit. Quare quæto quid pote-  
rit fieri incōsideratius? Nam etiam si asinis tales, aut  
lapidibus comparaueris, nihil tamen adhuc ista illo-  
rum amentia stupiditatēque dignum dixeris. Neque  
enim similitudinem quis facilē inuenit, qua vesania  
iporum ac desipientiam repræsentare queat.  
Quam igitur sibi veniam parant, qui vltra id quod  
Christū dum viuerent, non pauerunt: neque etiam  
quum ad ipsum iam abituri sunt, vel de pecuniis illis  
quarum vltra domini nō sunt, aliquid illi vel modicum  
largiri volunt: sed adeo inimicē adeoq; hostiliter  
se habent, vt nec de iis rebus quarū vsu iam destitu-  
tūtur, ei cōtribuunt? Non vides quomodo plerique  
hominum huiusmodi morte donati non sint, sed su-  
bitaneo raptu decesserint? Te verò deus tuorum do-  
minū ita fecit, vt quibus quæque conueniant dispici-  
as, edicās q; de bonis tuis, ac quæ domum tuā con-  
cernunt disponas. Quam igitur excusationem habe-  
bis, si quādo post hanc acceptam ab eo gratiam, be-

Act. 4. g

† ut in- vs, id est, cū illo, sed codex eme- datus ha- bet, ut in- vs, id est, post illos.

Esai. 6. c

neficientiam istā prodideris, & velut ex diametro fi-  
dei tuæ maioribus cōtrarius fueris? Illi quippe viuē-  
tes etiā vēdiderunt omnia, atque ad pedes Apосто-  
lorum detulerunt. Tu verò nec moriens aliquā tuo-  
rum bonorū partem pauperib⁹ tradis. Melius quidē  
fuerit, multūmq; adferens fiducię, dum adhuc viuis,  
paupertati egentū succurrere. Si verò istud nolue-  
ris, vel moriēdo generosum quid facias. Id enim li-  
cet nō multum habeat dilectionis erga Christum, a-  
liqua tamen est dilectio. Nam etiam si nō habiturus  
sis priores partes cum agnis, nō tamen parū erit, vel  
hoc pacto [cum Christo] esse, & neque cum hædis,  
neque à sinistris stare. Quod si istud quoq; non fece-  
ris, qua quæso ratione poteris, ne pereas, excipi, quā-  
do te neque timor dei, neq; quod pecuniæ inutiles  
tibi deinceps sunt, neque quod posses hoc pacto se-  
curitatē relinquere liberis tuis, nec quod multū tibi  
venia res ista præcondere posset, benignū & huma-  
num facit? Propterea maximē quidē hoc vos obse-  
cro, vt viuentes bonorū vestrōrum pauperibus po-  
tiorē offeratis partē. Si verò quidam adeo sunt pu-  
sillanimes, vt hoc facere non sustineāt, illi vel cogē-  
te necessitate reddentur benigni. Quando enim vita  
eras incolumi, nō aliter, q̄ immortalis, ita tuis obni-  
xe adhærebas bonis. Nunc verò quum te mortalem  
esse cognoueris: nunc saltē dogma illud excute, & vt  
mortalis de bonis tuis statue, vel potius tanquā qui  
vita immortalī perpetuo frui debeas. Nā tametsi di-  
ctu graue sit quod dicturus sum, plenūmq; horroris:  
neesse tamen est vt dicā: Numera dominum cum  
seruis tuis. Liberas seruos? Libera Christū fame,  
necessitate, carceribus, nuditate. Horres audiendo? At-  
qui isto horrēdū magis est, q̄ nec hoc facis. Et si hic  
verbo tantum obstupescas, quando illō abieris,  
multoq; his grauiora audieris, viderisq; tormenta  
immedicabilia, quid dices? Ad quē confugies? quem  
implorabis auxiliatorē ac adiutorem? Abrahamum?  
Sed non audiet. Virgines illas? Sed neq; ipsæ tibi de  
oleo suo dabunt. Patrem implorabis aut auum? Sed  
neque horum quisquā, etiam si vehementer sanctus  
fuerit, sententiā illam iudicis soluere poterit. His ita-  
que cōsideratis omnibus, eum, qui solus chirogra-  
phum tuum delere, flammāque illam extinguere  
potest, suppliciter venerare & obsecra, propitiūmq;  
redde, iam scilicet illum continuo & pascens, & ves-  
tiens, vt & hinc bona spe abeas, & illic constitutus  
æternis bonis perfruaris: quæ nos liceat omnes ap-  
prehendere, gratia & benignitate &c.

Homilia XIX.

**V**id igitur? Quod quærit Israël, hoc non assequutus  
est, sed electio assequuta est: reliqui verò excæcati  
sunt. Dixerat deum non repulisse populum  
suum, ostendit quomodo non repulerit, ad pro-  
phetarum testimonia confugerat, per quæ illa maio-  
rem illius partem periisse declarauerat. Sed ne vide-  
retur Iudæos ex seipso reprehendere, grauique facto  
sermone hostiliter ac inimicē taxare, ad Davidis &  
Esaie testimonia confugit, dicens: Quomodo modum scri-  
ptum est, Dedit eis deus spiritum cōpunctionis. Quin magis  
ex superioribus sermonibus exordia nobis ducenda  
sunt. Nam quū dixisset ea quæ ad Heliam pertinet,  
ostendissetq; quidnam sit gratia, subdit: Quid igitur?  
Quod quærit Israël, hoc non est assequutus. Hoc au-  
tem non magis interrogantis est quā accusantis.  
Nam sibi ipsi repugnat, inquit, Iudæus: dum iustitiā,

quam quærit, non sustinet accipere. Deinde rursus  
venia illos priuans, ab acceptis perfidiam atque in-  
gratitudinem illorum demonstrat, quum dicit: Ele-  
ctio autem assequuta est. Consequuti ergo iustitiam,  
non consequutos condemnant, id quod & Chri-  
stus dixit: Si autē ego, inquiēs, i Beelzebub eiicio de-  
monia, filij vestri in quo eiiciūt? Propterea ipsi iudice-  
ces vestri erūt. Etenim ne quis culpā ipsi rei naturæ  
adscribat, sed potius peruersā illorū mēti, quosdam  
adeptos esse iustitiā ostēdit. Propterea significāter  
quoq; eiusmodi dictione vtitur, qua tā supernā gra-  
tiam, quā ipsorū studiū exprimat. Neq; enim ideo  
cōsequutos esse dicit, q̄ liberā arbitrij potestātē sub-  
latam velit, sed vt bonorum magnitudinē declaret,  
& quod potior quidē pars gratiæ sit, nō tamē totū.  
Nam & nos subinde dicere solemus: iste cōsequutus  
est, iste inuenit, quando videlicet quod factum est,  
multū adferre lucrividetur. Nō enim humanis labo-  
ribus, sed diuino dono fit potior hæc pars. Reliqui ve-  
rò excæcati sunt. Vide quādo tandē ex seipso reliquorū  
eiectionē proferre ausus sit. Dixerat iam quidē illā,  
sed ita vt prophetas induceret illos accusantes: hic  
verò deinceps illā & ipse definit. Veruntamē neque  
hic sua contens est sententia, sed rursus prophetam  
Esaia inducit: Quū em̄ dixisset, reliqui verò excæcati  
sunt, subiūgit: Quēadmodum scriptum est: Dedit  
eis deus spiritū cōpunctionis. Et vndēnam est ista ex-  
cæcatio? Causas illius & suprā quidē dixit, totūmq;  
in eorū ipsorū caput deduxit, ostendēs quod istud  
ex intēpestiua cōtentione passi sint. Idē verò & nūc  
dicit, quando subiūgit: Oculos, vt non videant: Graues,  
vt non audiant. Nihil calumniatur aliud, quā animū  
illorū nimis cōtētiosum. Nam quū oculos haberēt,  
quibus videbant admiranda, aurēs q; quibus mirabi-  
lem illam doctrinā audiebāt: nihilo tamē horū, quē-  
admodum oportebat, vsi sunt. Illud verò quod dicit,  
dedit eis: nō operationē quandam dei, sed cōcessio-  
nem hoc loco significare putabis. Compunctionē  
autē hic dicit habitum quandam animæ ad id quod  
peius est immedicabiliter & immutabiliter se habē-  
tē. Quādoquidē & David alibi dicit, Vt psallat tibi  
gloria mea, & nō cōpungar: hoc est, nō immutabor,  
nō desistā. Quēadmodum enim is qui in pietate cō-  
pūgitur, nō facilē in aliud trāsfertur: sic & qui in ma-  
litia compungitur, non facilē immutatur. Cōpungi  
siquidē nihil est aliud, quā quasi incusso clauo ad  
aliquid insigi solidēq; compingi. Vt igitur immedicabilem  
mētis illorū morbum immutabilēque si-  
gnificāter exprimeret, spiritū cōpunctionis posuit.  
Deinde vt ostēderet illos incredulitatis huius extre-  
mas pœnas daturus, prophetā rursus inducit eadem  
minitantē, quæ quidē euenerūt etiam, finēmq; cepe-  
runt. Fiat enim, inquit, mensa ipsorum in laqueū, & in cap-  
tionem, & in offendiculū. Hoc est, omnes illorū deliciae,  
omniāq; bona, immutētur ac perdātur, reddanturq;  
prehēsibiles quibusuis. Et vt declaret, q̄ ista patiētes  
pœnas peccatorum luant, subiūgit: Et in retaliationē  
ipsis, obscurantur oculi eorum, ne videant, & tērum illorū sem-  
per incurua. An ista aliquam expositionē desiderant?  
An nō clara sunt etiā vehementer stupidis? Etiā an-  
te nostra verba ipse rerum euentus præueniendo de  
his quæ dicūtur, testimoniū exhibet. Quando enim  
vsque adeo facti sunt prehēsibiles? Quādo captiuitati  
expositi? Quādo tergū illorū ita incuruauit? Quā-  
do talē seruitutem tulerūt? Et quod maius est, quod  
finis

Luc. 11. c

Psal. 29. e

\* κατηνύθη το υβίον παρηναι, πρησθησθησθαι.

psa. 68. e



finis etiā malorum horum non erit: quod & ipsum propheta subindicauit. Non enim simpliciter dixit, Tergum illorū incurua, sed, semper incurua. Si verò de fine cōtēderis, o Iudæe, disce vel ex præteritis præsentia. In Aegyptū descēdisti, sed ab ista seruitute statim ducētis annis elapsis liberauit te de°, idq; impiē agētē, fornicationēq; grauissimā cōmittētē. Liberatus ab Aegypto, vitulū adorasti, filios tuos Beelphegor immolasti, templum violasti, omnē malitiā speciem attētaisti, naturam ipsam ignorasti, montes, saltus, colles, fontes, fluuios, ortos, nefandis hostiis implesti, prophetas trucidasti, altaria subruisti, omnem nequitia & impietatis excessum ostendisti. Attamē quū septuaginta annos te Babyloniis tradidisset, pristina rursus libertati restituit, tēplum ac patriā reddidit, simulq; vetus vitūdi institutum, rursus & prophete, & spiritus gratia: imò in ipso quoq; captiuitatis tēpore derelictus nō fuisti, sed illic dati sunt tibi & Daniel, & Ezechiel, & in Aegypto Hieremias, & in solitudine Moyses. Post illa rursus ad priorē deuolut° malitiā, & debacchat°, & ad Gētiliū cōuersationē sub Antiocho impio auersus es. Sed tunc quoq; trib° tātū annis & paulo ampli° in manus Antiochi traditi, splēdida rursus trophæa per Maccabæos statuitis. Nunc verò nihil horū est, sed cōtrariū euentū habēt omnia: & quod potissimū admiratione dignū est, quæ ad malitiā pertinent, cessarunt quidem: quæ verò ad supplicium, crescūt adhuc, nec vllā immutatio nis spē habent. Non enim septuaginta tantūmodo præterierunt anni, neq; etiā centum solū, aut duplo totidem, sed recenti iam ac multò plures: & tamen ne vmbra quidē alicuius spei adhuc inuenire datur, idq; quū neque idololatriam committatis, neq; alia faciatis quæ olim ausi estis. Quenā ergo huius supplicij causa est? Typū excepit veritas, legemq; exclusit gratia. Hæc itaq; olim prædixit propheta, quū inquit: Et tergum ipsorū semper incurua. Vides prophetiæ certitudinē ac diligētiam, quomodo & illorū incredulitatē prædixerit, & conditionē ostenderit, & subsequētē pœnā manifestauerit, infinitūque supplicium patefecerit? Quoniam enim multi ex crasioribus non credentes futuris, ex præsentibus volebant futura cognoscere: vtrinque iam Christus potentia suæ specimē exhibuit, dum ex Gētib⁹ quidē credētes supra cœlos extulit, incredulos verò ex Iudæis in extremā vastitatē deducens, insolubilibus malis tradidit. Vehementer itaque illos quū taxasset, tum ob eorū incredulitatē, tū ob ea quæ & passi sunt, & passuri essent: rursus quæ dicta sunt, consolādi gratia mitigat, sic scribens: *Dico igitur, Nū ideo impegunt vt conciderent? Absit.* Quando ostenderat illos innumeris malis obnoxios, tunc & cōsolationē meditat. Et obserua Pauli prudentiā. Accusationē quidē à prophetis sumptam induxit, cōsolationē verò à seipso ponit. Quod enim magna, inquit, ab ipsis peccata sint, nemo est qui contradicat. Videamus autē, num talis illorum ruina, quæ nec sit curabilis, nec vllam habeat correctionem. Sed non est talis. Vides quomodo illos denuò reprehendat, atque in ipsa etiam cōsolationis expectatione cōfessorum delictorum reos faciat? Sed videamus quāmnā illis cōsolationē meditetur. Quæ est igitur illa? Quādo verò plenitudo Gētium intrauerit, inquit, tunc omnis Israël saluus erit, circa tēpus videlicet secundi aduentus Christi, mūdiq; cōsummationem. Sed istud non statim dicit.

Postquā verò diligenter illis per aduersum occurrendo restitisset, accusationibus accusationes subiūxisset, Prophetas super prophetas aduersum illos clamitantes induxisset, vtpote Esaiā, Heliam, Dauidem, Moysē, Oseā, idq; semel, bis ac sapius, ne vehemētī hac occlusionē ac veluti segregatione & illos de regressu ad suscipiendā fidem desperabundos faceret: & eos qui ex Gentibus crediderāt, è regione in arrogantia extolleret: atq; ita etiam ipsi arrogātī inflatione aduersus fidei sermonem noxi redderētur, rursus illos cōsolatur, dicens: *Sed per lapsum illorum, salus contigit gentibus.* Oportet verò, vt quæ dicuntur, non audiamus simpliciter, sed dicentis cognoscamus & mētem & scopū, quidq; corrigere vel instituere conetur, cuius perpetuò vestram admoneo charitatē. Nā si tali intellectu dicta apostolica perceperitis, in nullo illorū aliquam difficultatem inesse videbitis. Conatus autē Apostoli hoc loco est, vt arrogantiam quā ex dictis sibi, qui ex Gentibus erāt, cōcepisse poterāt, demoliatur. Sic enim & ipsi prius ac manifestius in fide māsuri erant. siquidē modestiam didicissent, & iis qui ex Iudæis erāt, à desperatione liberatis, ad gratiā alacrius accedēdi ansa dabatur. Ad hūc itaq; scopū spectantes, quicquid hoc loco dicitur, audiamus. Quid ergo dicit? Et vnde probat, q̄ nō incurabiliter ceciderint Iudæi, neq; finaliter prorsus eiecti sint? Ex Gentibus scilicet, sic dicens: *Per lapsum illorum salus contigit Gentibus, vt eos ad æmulandum prouocaret.* Hic autē sermo, nō Apostoli tantum est, sed & in euāgelii idem volunt Christi parabola. Nam & qui filio suo nuptias parauerat, quādo qui vocati erāt, venire nolēbāt: tunc videlicet eos qui in triuuis erant, vocauit. Et qui vineam plātauerat, quum hæredem occidissent agricolę, tūc vineam suam aliis elocauit. Sine parabola verò dicebat: Non sum missus nisi ad oues domus Israël perditas. Syrophœnicissæ autē perseverāter instanti amplius, quid denuo dicebat, nimirum, Non est bonū sumere panem filiorum, & dare canibus. Et Paulus in aduersum tumultuātib⁹ Iudæis: Vobis, inquit, primum oportuit annunciari regni dei sermonem. Quoniam verò illo vos ipsos iudicatis indignos, ecce conuertimur ad Gentes. Atq; ita vndique patescit, quod iuxta rerū quidam feriem ac consequentiam oportuerit eos priores ad fidem accedere, deinde qui ex Gentibus sunt: verum quoniam increduli fuerunt, factū est, vt inuenteret hic ordo. Iudæorum itaque incredulitas atque delictum effecit, vt Gentes introductæ sint priores. Propterea dicit: *Per lapsum illorū salus contigit Gentibus, vt eos ad æmulandū prouocaret.* Si verò de eo quod contingēter ex cōsequētia euenit, tanquam si præmeditato factum sit loquitur, nō est quod mireris. Vult enim percussos illorū animos consolari. Quod autē dicit, tale est: Venit ad eos Christus Iesus, hunc non solum nō receperūt innumera mirabilia operantē, sed & crucifixerunt: quo facto attraxit ad se Gentes, vt illarū honor istorum stupiditatem mordens ac irritans, vel ex contentione aduersum alios accedere eos persuaderet. Oportebat quidē eos gratiam hanc cōplecti primū, deinde tādē & nos. Vnde & dixit: Virtus quippe dei est ad salutem, Iudæo primū & Græco. Quoniam verò resiliērūt, qui posteriores fueramus, facti sumus primi. Vides ergo quantū honoris illis etiā hinc adscribat, primū quidē, quod tunc demū vocatos nos dicit, quādo ipsi venire noluerunt:

luerunt: deinde q̄ propterea nos esse vocatos dicit, non vt saluemur tantūmodo, sed vt & ipsi per nostram salutē ad æmulationem inducti, meliores redderētur. Quid igitur dicit? An nō nisi p̄pter Iudæos nos vocati saluatiq; fuissē? Certe ante illos nequaquā, sed conuenienti post ordine. Atque ideo cū discipulis præciperet, nō dicebat simpliciter, ite ad perditas oues domus Israël, sed ite potius, ostendēs q̄ & ad eas postea quæ ex Gētib⁹ erāt, oporteret illos abire. Et Paulus rursus nō dicebat, necessariū est annūciari vobis sermonē, sed vobis oportuit primum annunciari, significans q̄ & nobis secundo loco annūciari oportuerit. Hæc autē & facta sunt & dicta, vt ne impudentē quidem haberēt excusationē Iudæi tanquam qui merito non crederēt, q̄ fuissent contēpti. Atque ob id Christus omnium præsci⁹, primū ad ipsos accessit. *Quod si lapsus illorū diuitia sunt mundi, & diminutio illorū diuitia Gētium: quanto maior plenitudo illorū?* Ad gratiā illis hic differit. Nam etiā si milles illi cecidissent, saluata tamē non fuissent Gentes, nisi fidē recepissent, quemadmodū & Iudæi vtiq; nō periissent, nisi increduli contentiosiq; fuissent. Sed quæ admodū dixi, cōsolatur illos abiectos, copiose satagēs, vt cōfidenter de sua ipsorū salute faciat, siquidē immutarētur. Si enim, quādo expulsi sunt, inquit, tam multi salute potiti sunt, atque ex eo q̄ eiecti sunt illi, tam multi vocati sunt, perpēde quid futurū sit, quādo conuersi fuerint. Non enim dicit, quāto magis cōuersio ipsorū, aut immutatio ipsorum, aut correctio ipsorū: sed quāto magis plenitudo ipsorum, hoc est, quando vniuersi ad fidē accessuri sunt. Hoc vero dicens, ostēdit tūc plus fore gratiæ doniq; dei, ac prope totum. *Vobis autem dico Gentibus, quatenus ego quidem sum apostolus Gētium, ministeriū meū illustro, si quo pacto ad æmulandum prouocē carnem meam, & saluem nōnullos ex illis.* Rursus mala suspicione seipsum liberare satagit. Videtur autē eos quidē qui ex Gētib⁹ erant, obiurgare, mentēsq; illorum humiliare: sensim tamē Iudæū vellicat. Circumquaque quidē quærīt, quomodo tātā illorū perditionem cōponat, ac mitiget: sed nihil inuenit, propter rerū ipsarum naturā. Nam & ex iis ipsis quæ dixit, maiore reddebātur accusatione digni, quādo quæ illis apparata fuerāt, cæteri, qui longe ab illorū forte deficiebāt, receperūt. Propterea relictis Iudæis ad Gētes trāsit, dēq; hīc mediū interponit sermonem, ostendere volens, q̄ hæc omnia in hoc dicat, vt ad modestiā eas instruat. Nā duplici nomine, inquit, vos laudo: Primum, q̄ necessitas hoc exigat, vt cui vestrū cōcreditum est ministeriū. Deinde vt per vos alios quoq; saluos reddā. Et non dicit, fratres meos cognatos meos, sed carnē meā. Et post vt contentionē Iudæorum demonstrat, non dicit, vt persuadeam, sed vt ad æmulandū prouocē, saluolūque reddam. Et neq; hic dicit omnes, sed aliquos ex eis, adeo scilicet duri erant. In hac autē ipsa increpatione rursus splendida esse, quæ ad Gentes pertinet, ostēdit. licet enim vtrinq; alteris alteri salutis causam dederint, nō tamen eisdē rationibus ac mediis. Iudæi siquidē istis sua incredulitate, isti vero Iudæis fide sua bonorū facti sunt, pcuratores: vnde vidētur, quæ Gētium sunt, adæquare, imò exuperare Iudæos. Quid ergo dices o Iudæe? Nisi nos eiecti fuissē, vos nō adeo statim vocati fuissetis? Sed hoc quoq; qui ex Gētib⁹ est, nō minore ratione dicit. Nisi saluatus essem ego, tu sanē æmulādi causam nō habuisses. Si venissetis, Tomus quartus, g

ro voles cognoscere vnde excellamus etiā, accipe: Ego quidē te credulitate mea saluo: tu vero lapsus, priorē nobis ingressum ad salutē tradidisti. Deinde cognito q̄ illos denuo reprehendisset, priora resumat, dicens, *Nam si reiectio illorū, reconciliatio mundi est, quæ erit assūptio, nisi vita ex mortuis?* Sed & hoc rursus illos cōdēnat. Siquidē alij ex corū peccatis lucrū tulerūt, ipsi vero neq; ex aliorū benefactis adiuti sunt. Si vero illud quod ex necessitate contigit, illorū esse dicit, non est quod mireris. Vt enim & istos, id quod sæpenumero dixi, cōtrahat, & illos adhortetur, ad eū modum sermonē format. Quemadmodum enim dicebā, etiā si innumeris modis reiecti fuissent Iudæi: non tamē ideo saluata fuissent Gentes, nisi fidē suscepissent. Sed egrotātī parti adhsit, opitulaturq; laborātī. Verū vide in quibus gratificetur verbis illos cōsolans. Nā si reiectio illorū, inquit, recōciliatio est mūdi. Et quid hoc ad Iudæos? Quæ erit assūptio, nisi vita ex mortuis? Sed neq; hoc ad illos, nisi ipsi quoq; assūpti fuerit. Quod vero dicit, tale est: Si Iudæis iratus, tātā largitus est Gentibus: quādo illis recōciliatus aliquādo fuerit, quid nō largietur? Sed quemadmodū resurrectio mortuorū non est propter illorū assumptionem, ita neq; salus nostra propter illos est. Eiecti sunt quidē propter eorum demētiam, nos vero per nostram fidē cœlestēmq; gratiam saluari sumus. Horū vero nihil illis prodesse poterit, nisi & ipsi conuenientē fidem ostēderint. Verūtamen pro sua cōsuetudine faciens, in aliud encomiū sermonē inducit, tale tamē, quod encomium re vera nō sit, sed esse tantūmodo videatur, imitatus in hoc medicorū optimos, qui tantum largiuntur ægrotis, quantū ipsa infirmitatis natura cōcesserit aut exegerit. Quid autē dicit? *Quod si primitiæ sanctæ, sancta est & cōspersio. Et si radix sancta, sancti sunt & rami.* Primitias hic atq; radicē vocat Abrahā, Isaac, & Iacob, pphetas, ac patriarchas, cōsq; oēs qui i veteri testamēto celebris habitus sunt: ramos vero, q̄ ex illis sunt credētes. Deinde quoniam occurrebat, multos nō credidisse, vide quo pacto illud rursus abscindat dicens: *Si vero quidā ex ramis defracti sunt.* Atqui suprā dicebas plures esse pditos, paucos vero saluatos: quomodo igitur hic de perditis ponis illud quidā, qua dictione vtiq; non multitudo, sed paucitas significatur? Nō cōtrari⁹, inquit; inhiipsum sum, sed laborātes curare recuperareq; studeo. Vides quomodo p omnē hūc locū vñ hoc fatagat, vt illos cōsoleat: Hoc si detraxeris, multa sequetur cōtraria. Tu vero mihi velim sapientiā ipsius cōsideres, quomodo cū videatur pro ipsis dicere, cōsolationēq; meditari, occulte interea illos feriat, omni nīq; excusatione priuatos ostēdat, idq; ab ipsa radice, ab ipsis suis ipsorū primitiis. Perpēde siquidē in hoc ramorum maliciam, quod cum radicē habeant dulcē, ipsam tamen nullo pacto imitētur: & cōspersionis maliciā, q̄ neq; ab ipsis primitiis immutetur. Si vero quidā ex ramis defracti sunt. Atqui potior illorū pars defracta est. Sed quemadmodū dicebā, vult illos cōsolari. Atque ideo sermonem nō de seipso, sed de ipsis inducit, in eo etiā ipso clanculū illos taxans, ostendēsque q̄ ex Abrahæ cognatione exciderint. Hoc enim erat quod dicere studebat, nimirū q̄ nihil cōmune haberent cum illo. Licet enim sancta sit radix, ipsi tamē non sancti, atq; ideo pcul à radice sunt: Deinde cum visus esset Iudæum cōsolatus esse, rursus eos qui ex Gētib⁹ erant, per reprehensionem

hensionē percutit. Cum enim dixisset, si vero quidā ex ramis defraēti sunt, subiūxit: Tu vero cum esses obestiter, insitus fuisti illis. Quanto enim vilior est Gētilis, tāto magis dolet Iudæus videns illum in iis quæ se cōcernūt, deliciantem. Gentili vero tantū nō est ex sua vilitate pudoris, quantū ex immutatione honoris: & vide sapiētiam. Non dicit, insertus es, sed arboris in mediū insitus es, hoc ipso iterum Iudæum mordēs, ostendēsq; Gentilem in ipsius arbore stantē, cum interim ipse humi iaceat. Propterea neq; hic pedē figit etiā cum dixisset, insitus fuisti illis: non tamē vel sic illum dimittit, quanquā totam rem hoc dicto declarauerit, sed fœlicitati huius immoratur, celebratēque eius dilatat, dicēs: Et cōfors radicis ac pinguedinis oleæ factus. Videtur quidē Gentilem in ordinē secundariæ cuiusdā additionis & appēdicis posuisse: ostēdit vero nihil istud illi nocere, sed habere eum quicquid habuerit ramus ipse de radice ascēdēs. Etenim ne cum audis, tu vero insitus fuisti illis, naturali illū ramo cōferens, putes imminutum inferiorēmq; esse: vide quomodo eum illi adæquet dicens, & cōfors radicis ac pinguedinis oleæ factus: hoc est, in eādē positus es nobilitatem, in eandem naturam. Deinde increpans ac dicens: Ne gloriaris aduersus ramos. Videtur quidem cōsolari Iudæum, sed ostēdit magis multam illius vilitatē & ignominiam. Propterea non dicit, ne gloriaris, sed ne gloriaris aduersus ramos: hoc est, ne gloriaris aduersum Iudæos, quasi abrupti sint. Nā in illis stas quæ eorū sunt, illisq; fruēris. Vides quomodo videatur quidē increpare Gētiles, mordeat autē Iudæos. Quod si gloriaris, inquit, nō tu radicē portas, sed radicē te. Quid hoc ad ramos illos, qui excisi sunt? Nihil. Quemadmodum enim dicebam, vmbra quandā cōsolationis modicam ac tenuem meditari quidem videtur: in eo tamen ipso quod aduersus Gentilem inuehitur, tēpestiuam Iudæis plagā incutit. Cum enim dicit, ne gloriaris aduersum ramos: & quod si gloriaris, nō tu radicē portas, satis ostendit Iudæo digna esse quæ Gentibus obtigerunt vnde gloriētur: licet non oporteat eas aduersum Iudæos gloriari: atq; ita ad fidē illum incitat, seq; cōiicit in locum patroni ostendēs illi quid dāni sustinuerit, ac quomodo quæ ipsius sunt, obtineāt alij. Dices igitur, defraēti sunt rami ut ego misererem? Rursus per modum obiectionis instituit quod priori contrariū est, ostendēs quod quæ paulo ante dixerat, nō principaliter, sed ad hoc dixerit, ut Iudæos attraheret. Non enim delicto illorū salus cōstat Gentium: neque delictum illorū diuitiæ sunt mundi: nec ideo saluati sumus, quod illi ceciderunt, sed potius contrariū est. Ostendit autem & eam quæ de Gētilibus est prouidentia principalē esse, licet quæ dicta sunt, aliter finxerit. Totū etiam locum per obiectionē texit, ut se ab inimicitia suspicione liberās, acceptabilem reddat sermonem. Bene. Laudat obiectum. Deinde rursus territat, dicēs: Per incredulitatem defraēti sunt, tu vero fide insitus es. Ecce rursus aliud creditum ex Gētilibus encomiū, simul & Iudæorū accusatio. Sed iterum ipsorum fastū contrahit, subiungēs ac dicēs: Ne efferaris animo, sed timeas. Non enim naturæ negociū est istud, sed fidei & incredulitatis. Videtur autē rursus eius qui ex Gētilibus est, os obstruere, sed potius Iudæū docet quod non oporteat naturali attēdere cognationi. Vnde & subdit, ne efferaris animo: & nō dicit, humiliare, sed, time. Arrogatia siquidē contemptum ac fœcordiam parit. Deinde de-

in epistola  
ad romanos  
capitulum xi

ad fidē illum incitat

ut ego misererem

ne efferaris animo

sed timeas

ad hoc dixerit

ploraturus ipsorū calamitatem, ut tolerabiliore faciat sermonē, per modū increpādi illum qui ex Gētilibus est illud facit, sic dicēs: Nam si deus naturalibus ramis non peperit. Non dicit, neq; tibi parcat: sed, Vide ne qua fiat, ut nec tibi parcat. Abscindēs quod grauitate sua poterat offendere, credentēmq; sollicitū ac vigilantem faciens, & illos attrahit, & istos astringit. Vide igitur bonitatem ac seueritatem dei, in eos quidē qui ceciderūt, seueritatem in te vero bonitatem, si permāseris in bonitate, alioquin & tu excideris. Non dicit, vide igitur virtutē tuam, aut labores tuos, sed dei bonitatem: ostendēs quod vniuersum ex superna sit gratia factū, instituēsq; que credētē, ut tremat. Abusus quippe gratiæ dei, tremere facit. Nam ob ipsū, inquit, quod bonus factus est erga te dominus, timendū tibi fuerit. Non enim immota tibi bona manebūt, si torpescere volueris, quæ admodū nec illis mala, siquidem immutati fuerint. Nā & tu, inquit, nisi in fide persistiteris, excideris. Illi autē si non permāserint in incredulitate, inserentur. Nō enim illos amputauit deus, sed per se ipsos defraēti exciderūt. Et bene dicit, defraēti sunt. Nunquā enim ad eū modū illos eiecit, tametsi multa se penumero peccarint. Vides quātū sit liberi propositi domini? quātā mētis potestas? Nihil enim hic siue illorū malum, siue tuum bonum, fixū est aut immobile. Vides quomodo Iudæum propē desuperantē restituerit, eū vero qui ex Gentibus est, æquo cōfidētiorem cōtraxerit? Sed neq; tu Iudæe cum amputationem audis, desperes: neque tu qui ex Gētilibus es, cum bonitatem dei audis, æquo cōfidentior reddaris. Propterea quippe trūcatim te Iudæe abscecidit, ut reuerti desideres. Erga te vero, qui ex Gētilibus es, ideo bonitatem suā ostēdit, ut in illa maneat. Et non dicit, si permāseris in fide: sed, si permāseris in bonitate: hoc est, si feceris quæ diuinę bonitati digne correspondēat. Nō enim sola fide opus est. Vides quomodo neq; illos humi iacere permittat, neq; istos nimium sibi arrogare, imō & ad æmulationē illos prouocet? Rursus per ea quæ dicit, Iudæo tribuit in huius stare loco, quæ admodū & iste locū illius præoccupauerat. Et eum quidē qui ex Gētilibus est, per Iudæos, perq; ea quæ Iudæis cōtigerūt terret, ne aduersum illos infletur: Iudæū vero, per ea quæ Græco cōcessa sunt & exhibita, cōfidentē facere conatur. Nā & tu, inquit, si obtorpueris, excideris. Iudæus etenim licet sit amputatus, denuo tamē inseret, si quidē diligenter operā impēderit. Etenim & tu insitus es. Valde vero prudēter omnē sermonē hic ad eū vertit, qui ex gentibus est: id quod perpetuo cōsuevit, dum per firmiorū increpationē, imbecilles restituere laborat. Hoc & in fine epistolæ facit, vbi de ciborū obseruātia differit. Deinde non solū ex futuris, sed & ex præteritis illud pbat: id quod auditorē maxime persuasit. Obseruaturus vero ineuicibilē rationum cōsequētiam, primū à potentia dei probationem ponit. Nā etiā si amputati sunt & abiecti, aliūq; quæ illorū sunt præoccuparūt, neq; sic tamē desperes. Potest enim, inquit, deus denuo illos inserere. Qui & quæ sperari non poterāt, facit. Si vero rerū quoq; ordinem ac seriem quæris, rationūmq; cōsequētiam: subsidiū huius apud te ipsum maiore copia habes. Etenim si tu, inquit, ex naturali exectus es oleastro, ac præter naturā insitus es in verā oliuā: quāto magis hi, qui naturales sunt, inserentur propriæ oliuæ? Si em̄ quod præter naturā est potuit fides: multo magis poterit quod naturā est. Si em̄ iste qui iuxta naturā patrū ipsius exectus est, præter naturā ad Abrahamum

in epistola ad romanos

ad hoc dixerit

ut ego misererem

ne efferaris animo

sed timeas

ad hoc dixerit

ut ego misererem

ne efferaris animo

sed timeas

ad hoc dixerit

ut ego misererem

ne efferaris animo

sed timeas

ad hoc dixerit

ut ego misererem

Abrahamū venit, multo magis tu quod cognatū tibi ac ppiū est recipere poteris. Ipsius quippe Gētilis malū iuxta naturā est. Oleaster etenim iuxta naturam erat, bonū vero illius præter naturā est. Præter naturā siquidē Abraham insitus est. Cōtrario vero modo bonū tuum secundum naturā est. Non enim in alienam radicē, quemadmodū Ethnicus, sed in ppiā ac domesticā, si redire volueris, insereris. Itaq; qua venia dignus eris, quod cum Ethnicus quod præter illius est naturā, poterit, tu quod iuxta naturā tuā est, non potes, imō & prodis? Deinde quoniā dixerat, præter naturā, & insitus es, ne putes ampli quid habere Iudæū, rursus hoc ipsum corrigit, dicēs & ipsum inferi. Quāto magis, inquit, & ipsi inserentur propriæ oliuæ? Potēs est enim deus denuo inserere illos. Et antē hoc dixerat, quod nisi in incredulitate permanserint, inserentur. Quod vero cōtinuo dicentem audis illa præter naturā, & iuxta naturā: non putabis immobile quiddā illum dicere, naturā hāc esse, sed deens quid & cōsequens, ac rursus indecēs, nominibus istis manifestare velle. Nō enim naturæ sunt, quæ bona vel mala sunt: sed mentis tantūmodo ac ppositi. Obserua vero quod odium & inuidiam vitet. Cum em̄ dixisset, & tu amputaberis, nisi in fide māseris, & illi inserentur, si in incredulitate nō persistierint: relicto quod tristius erat, quod iucūdi est ponit. Adhęc & in eo ipso finē huius loci facit, magnificas spes, si ita voluissent, Iudæis texens. Vnde & subiūgit, dicēs: Non enim volo vos ignorare fratres mysteriū hoc, ne sitis penes vosmetipsos arrogātes. Mysterium hic dicit, quod incognitū est atq; ineffabile, & multum habens quod mirabile sit & præter opinionē. Quemadmodum & alibi dicit. Ecce mysteriū vobis dico, Non omnes quidem dormiē, omnes tamē immutabimur. Quid ergo mysterium hoc est? Quod excæcatio ex parte accidit Israeli. Et hic rursus Iudæū percutit, licet videatur perstringere eum qui ex Gentibus est. Quod vero dicit tale est, quod & antea dixit, nimirum quod incredulitas Iudæorum non sit omniū per vniuersum, sed ex parte. Quemadmodū & cum alibi dicit, Si vero quis cōtristauit, non me cōtristauit, nisi ex parte, ne aggrauē omneis vos: & si primū vestra cōsuetudine ex parte fuero expletus: ita & hic dicit idē quod & supra: Nū repulit deus populū suum, quæ antē cognouerat? Et iterum, Quid igitur? Num impegerrunt ut cōciderēt? Absit. Hoc sanē & hic dicit, nimirū quod nō tota sit in vniuersum Iudæorum gens euulsa, sed quod & nunc multi crediderint, multiq; rursus credituri sint. Deinde quoniā magnum quid promiserat, prophetam eius rei testem sic dicentē inducit: quod quidē cæcitas illis obtigerit, nullo testimonio probat: Manifestum enim illud erat omnibus. Quod vero credituri saluādiq; sint, Esaiam prophetam inducit rursus clamantem ac dicentem: Aduenit ex Sion qui liberat, & auertet impietates à Iacob. Deinde insigne quoq; salutis huius ponēs, ne quis hoc dictū prophetæ ad anteriora tēpora trahat, præteritisq; adaptet dicit: Et istud erit illis à me testamentum, quādo peccata illorū abstulero. Non quādo circuncisi fuerint, nō quando obtulerint, nō quādo alia legalia fecerint, sed quādo peccatorū remissione potiti fuerint. Cum ergo istud pmissū sit quidem, illis vero nondum obtigerit, neq; per baptismū peccatorū remissionem adepti sint, omnino necesse est ut adhuc futurum sit. Vnde & subdit: Nam dona quidē & vocatio dei talia sunt, ut eorū illū pœnitere non possit.

Et neque isto solū illos cōsolatur, sed & eo quod iam cōtigerat: quodque ex consequentia cōtigerat, illud quasi principale ponit, cum dicit: Secundum euangeliū quidem inimici propter vos, secundum electionē autem dilecti propter patres. Ne qui ex Gentibus est infletur, dicens: Ego sto, ne mihi dicas, quidnam fieri possit, sed quid factum sit. & hinc quoque illum cōtrahit dicens, secundum euangelium quidē inimici propter vos. Nā posteaquā vocati estis vos, cōtentiosiores facti sunt illi. Veruntamen neque sic vestram vocationē abscecidit deus, sed expectat, donec quotquot ex Gētilibus crederent, ingressi fuerint, atque tunc demum & illi venient. Deinde & aliam quandam gratiā illis largitur, dicens: Secundum electionem autem dilecti propter patres. Et quid hoc? Nā vbi inimici sunt, ipsorū est supplicium: vbi vero dilecti, nihil ad eos progenitorū virtus attinet, nisi crediderint. Veruntamē, quæ admodum dicebam, non cessat illos verbis consolari, ut attrahat: Atque ideo aliunde etiam quod antea dictum est adstruēs dicit: Quemadmodum enim & vos quondā increduli fuistis deo, nunc autē per illorū incredulitatem misericordiā adepti estis: sic & isti nunc increduli facti sunt, ob id quod vos misericordiā cōsecuti estis, ut & ipsi misericordiā consequantur. Conclufit enim deus omnes sub incredulitatem, ut omnium misereatur. Ostēdit hic primū eos qui ex Gentibus sunt, vocatos fuisse, deinde quoniā noluerūt credere, Iudæos electos esse, id quod & ipsū post ista vicissim istis quoq; cōtigerit. Posteaquam enim Iudæi credere noluerūt, rursus adductæ cōciliatæq; sunt Gentes. Sed gradum hic nō figit, neq; totū in illorum eiectionē vertit: sed magis hūc, quod rursus & ipsi misericordiā sint adepturi. Vide quantū dat illis qui sunt ex Gentibus, nimirū quātum antea dederat Iudæis. Posteaquam enim vos, inquit, qui ex Gentibus estis, aliquādo nō credidissetis, accesserūt Iudæi: Rursus postquam & illi non crediderunt, accessistis vos. Non enim in finē vsq; pereunt. Nam sub incredulitate deus omnes conclufit: hoc est, arguit, ac demonstrat incredulos esse, non ut increduli persistenter, sed ut per aliorum cōtentionem saluaret alios; istos per illorū, illos per istorū. Obserua vero: Increduli fuistis vos, & saluati sunt illi: rursus increduli facti sunt illi, & saluati estis vos. Nō quidē ita saluati estis, ut denuo, quæ admodū Iudæi, exire debeatis: sed ut illos manēdo per æmulationē attrahatis. O profunditate diuitiarū & sapientiæ & cognitionis dei, quā in inscrutabilia sunt iudicia eius. Ad priora tempora hoc loco reuerfus, prouidentēmq; dei dispensationem ab initio quo mūdus ipse factus est, adhęc vsque tempora cōtrēplatus, perpenso videlicet quod prudēter ac varie cūcta instituerit deus, obstupuit & exclamauit, ut ceteros faceret auditores, oīno quæ dixerat, ita fore. Nā nō exclamasset vtique, neq; obstupescitū fuisset, nisi istud omnino futurum esset. Quod quidē hac in re p̄funditas sit cognouit: quanta vero sit, non item. Admirantis quippe est hic sermo, nō omnia sciētis, in admirationē vero stuporēmq; propter hāc dei bonitatem raptus, quantum licuit, duobus nominibus excellentiam habētibus, illam deprædicauit, nimirū diuitiarū & profunditatis. Atq; ob hoc potissimum obstupuit, quod ista deus & voluerit & potuerit, quod cōtraria per contraria curauerit, ac perfecit, ita ut sint illius iudicia inscrutabilia. Non enim incōprehensibilia tantummodo sunt, sed & inscrutabilia. Et imperuestigabiles viæ illius. Hoc est dispensationes. Nam



Phil. 3. c.

& ipsa nō solum cognosci nequeunt, sed nec quæri. Neque enim ego, inquit, omnia inueni, sed modicā tantūmodo partem, non totum. Ipse quippe solus instituta sua clare cognouit. Vnde & subiūgit: *Quis enim nouit mentē domini? aut quis illi fuit à cōsiliis? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* Quod autē dicit, tale est: Quod adeo sapiēs est, nō hoc ab alio quopiā habet, sed ipse per se fons est bonorū. Et q̄ tāta perfecit, nobisq; cōtribuit, nō ab alio mutuatus est, sed de suo copiose effudit. Neq; aliquid retributionis cuiquā dabet, quasi quid ab illo acceperit, sed ipse perpetuo in beneficiis prior est. Nam illa verē demū sunt diuitiæ, in omnibus exuberare, neq; alteri⁹ cuiusquā opera indigere. Vnde & subdit: *Quoniam ex illo, & per illum, & in illum omnia.* Ipse fecit, ipse cōseruat. Nam & diues est, non opus habens vt à quoquā accipiat: & sapiens, nullius indigēs consilio. Quid dico cōsilio? Neq; cognoscere quē illius sunt opera quis poterit, nisi ipse qui sol⁹ est & diues & sapiens. Multarum siquidē diuitiarum est, q̄ eos qui ex Gentibus sunt, adeo diuites, & multē sapiētia, quōd eos qui Iudæis erāt inferiores, Iudeorū magistros fecit. Posteaquam itaq; obstupisser, laudē quoq; ac gratiarum actiōnē deo refert, dicēs: *Ipsi gloria in secula, Amen.* Quādocunq; tale quid magnū atq; ineffabile dicit, in gloriā dei admirando sermonem terminat: id quod & de filio loquēs facit. Nam & illic in admirationē raptus, idē ipsum quod hic subiunxit, dicēs: Ex quibus est Christus secundū carnē, qui in omnibus est deus laudandus in secula, Amen. **Morale.**

sup. 9. b.

Hunc itaq; imitemur, & nos vbique deum per vitā diligenter ac piē institutā glorificantes, neq; progenitorum virtutibus cōfidamus, Iudæorum exemplū scientes. Non enim nobis cadē est, non est, inquam, cognatio, nisi ea quē iuxta spiritū est. Sic autē & Scythia fit Abrahæ filius, & illius fili⁹ rursus quouis Scythia ab hac cognatione alienior cōstituitur. Nō fidamus ergo patrū virtutibus, sed etiā si celebrē habeas parentē, ne putes illud tibi ad salutē sufficere, aut ad honorē & gloriā, nisi & moribus illi cognatus sis. Quē admodum & si vilem habueris, nō putādum q̄ ex eo vel cōdemnandus sis, vel dedecore adficiendus, siquidē quē ad te attinet probē institueris. Quid enim Gētib⁹ ignominiosus? Attamen per fidē subito facti sunt sanctorū cognati. Rursus quid Iudæis erat deo familiari? Et tamē per incredulitatē abalienati sunt. Illa quippe cognatio, naturæ est, & necessaria, iuxta quā cognati sumus oēs. Ab Adā enim sum⁹ omnes. Neq; em̄ alius alio plus cognatiōis hic habet, siue eā quē atinet ad Adamū, siue quē ad Noah, seu quē atinet ad terrā cōmunem omniū matrem, rationē spectēs. Ea vero cognatio quæ præmiis digna est, à malis nos separat. Nō em̄ possunt omnes hic esse cognati, nisi qui moribus sunt eisdē. Neq; fratres hic vocamus, qui ex eodē nobiscum vtero prodierūt, sed qui eundē zelum ostendūt. Sic & filios dei vocat Christus, sic quoq; ex contrario filios diaboli: ita & filij dicitur incredulitatis, ita gehēnæ, ita pditionis. Ad eū modū & Timotheus Pauli ab initio filij⁹ erat, genuinusq; illi fili⁹ vocabatur. Filij vero sororis illius ne nomen quidē scimus. Quāquam etiā si iuxta naturā illi propinquus vel affinis fuisset, nihil tamē lucri tulisset. Iā vero qui & natura & loco nihil habebat cū illo propinquitatis, (erat enim ex Lystris ciuis) omniū nihilomin⁹ factus est proximus. Simus itaq; & nos sancto.

Emēd. co dex. i. d virtute.

Acto. 16.

rū filij, imō & dei filij. Quod enim liceat & dei filios fieri, audi quid dicat: Estote igit̄ perfecti, inquit, sicut pater vester qui in cœlis est. Propterea illū & orātes patrem vocamus, nō solum factā nobis rememorātes gratiā, sed & nos ipsos ad virtutem admonentes, ne quid tali cognatione indignum cōmittamus. Et quomodo poterit quis, inquit, fili⁹ dei fieri? Si omnib⁹ fuerit affectuū passionibus liberatus, si māsuetudinē erga cōuiciatores atq; iniuriā facientes ostenderit. Nam & pater tu⁹ talis est erga blasphematores suos: atq; ideo licet multa sēpenumero dixerit, nunquā tamē dixit, Vt sitis similes patri vestro, sed quando dicebat: Orate pro calūniātib⁹ vos, benefacite iis qui vos oderūt: tūc istud etiā præmiij subiūgebat. Nihil enim adeo vicinū deo cōformemq; facit, quē admodū ista virtus. Propterea & Paulus cū dicit, Imitatores estote dei, ad hoc dicit, vt isti studeat̄ virtuti. Nam omnibus quidē virtutibus opus habemus, maxime tamē benignitate & māsuetudine, quādoquidē & nos benignitate, quæ nobis cōtingat, indigemus: multa siquidē singulis diebus delinquimus. Vnde & multa nobis opus est misericordia. Multum vero aut minutū, non datorū mensura, sed iuxta facultatē cōtributiū pōderatur. Itaque neq; qui diues est, infletur: neq; pauper, tāquā qui modica det, deiiciatur. fit em̄ sēpenumero vt plus diuite det pauper. Nō oportet ergo vos ipsos ppter paupertatē miseros æstimare. faciliore enim vobis elemosynā illa facit. Nam qui multa possidet, maiore detinetur vel arrogancia vel cupidine, q̄ ea sint quæ habet. Qui vero parū habet, ab vtraq; ista tyrannide liber est: vnde & plures inuenit benefaciēdi occasiones. Is enim & in carcerē ad captiuos facile ingreditur, & egrotos visitat, & potum aque frigidę præstat. Diues vero nihil horū amplectitur diuitiis suis inflatus. Nō ergo despōdeas animū propter paupertatem. Cœli quippe opulentia faciliore tibi facit paupertas. Quod si nihil otium habeas, habeas autē animum cōdolentem, opponetur tibi merces vel huius quoq; gratia. Atque ob eam rē & Paulus præcepit flere cū flentibus, & erga vincitos esse tanquā ipsi quoq; vinciti simus. Non em̄ solis flētibus cōsolationem quandā adfert, si pleriq; fuerint qui cōdoleant, adfert & his qui aliis premūt̄ afflictionibus. Fit enim subinde vt cōpatientis sermo iacentē & afflictum non minus refocillet, q̄ data pecunie. Propter hoc enim & pecunias egenis dare iussit deus, non solum vt illorū succurratur paupertati, sed vt & nos doceat cōdolere proximi malis. Atque ideo auarus non solū ob id odibilis est, quōd eos qui in paupertate sunt, cōtemnit: sed q̄ & ipse ad crudelitatem, multāq; inhumanitatem instituitur. Quē admodū & is qui pauperū gratia pecunias contēnit, propterea amabilis est, q̄ misericors est & humanus. Et Christus quādo beatos vocat misericordes, non eos solos intelligit, qui datis pecuniis misericordiā exhibēt: sed & eos beatificat & laudat, qui animi proposito id faciūt. Hanc itaque cōmoditatem animiq; habitū ad misericordiam præstandā exhibeamus, & omnia bona sequentur. Qui nanq; animū habet benignum ac misericordē, si pecunias habuerit, profert: & si in calamitatibus quempia viderit, flebit & lamentabitur: & si inciderit in aliquē cui facta sit iniuria, patrocinabitur: & si calūniis pressum cōspicatus fuerit, manum porriget. Thesaurum enim bonorum habens, animum scilicet benignum ac misericordē, omnia

cap. XII.



*B*secro igitur vos fratres, per miserationes dei, vt præbeatis corpora vestra hostiam viuēte, sanctā, acceptā deo, rationalem cultum vestrum.

Posteaquam Apostolus multa iam de benignitate dei differuisset, ineffabilēq; illius curam pro nobis ac prouidentia simul & bonitatem, quam nemo scrutari queat, ostēdit: eandē deinceps ipsam proponit ad hoc, vt iis quibus tanta cōtigerunt beneficia, persuadeat cōuersationem etiā vitæ diuino dono dignam ostendere. Et cum tātus sit ac talis, nihil tamē dubitat eos obsecrare. Idq; non earū rerū gratia quibus ipse fruere tur aliquādo, sed quarum ipsi potius fructū ac lucrū haberent. Quid autem miraris, q̄ obsecrare non dubitat, quādo & miserationes dei proponit: Cum sint enim, inquit, innumera vobis per miserationes dei in hac etiā vita collata bona, vel illas reuereamini, vel illę sint quę moueant. Nā & illę suppliciter obsecrāt, ne quid se indignum designent. Per illas igitur ipsas, inquit, obsecro, per quas saluati estis. Quemadmodū si quis eum cui magna sint præstita beneficia, pudore suffundi volēs, benefactorē ipsum supplicē inducat. Et quid obsecras, dic quęso? vt præbeatis corpora vestra hostiā viuētem, sanctam, acceptam deo, rationalem cultū vestrum. Cum enim hostiam dixisset, ne quis putet q̄ præcipiat mactari corpora, statim subiunxit, viuētem. Deinde hostiā hanc à Iudaica discernens, sanctam dicit, acceptam deo, rationālē cultum vestrum: Corporalis enim est Iudaica illa, & nō admodum accepta. Quis enim, inquit, quęsivit ista è manibus vestris? Et aliās sēpenumero illas repellere deprehēditur, istam vero nequaquā, sed cum daretur Iudaica, hanc nostrā quærebat. Vnde & dicebat. Hostia laudis glorificabit me. Et iterū, Laudabo nomen dei cum cantico, & placebit deo plus q̄ vitulus nouellus, cornua producēs & vngulas. Et alibi quoq; illam reiiciens ac dicēs: Num manduco carnē tauro- rum, aut sanguinem hireorum bibo? subdit, Sacrifica deo sacrificiū laudis, & redde altissimo vota tua. Ita & Paulus hic iubet: Præbete corpora vestra hostiā viuēte. Et quomodo corpus, inquit, hostia fiet? Nihil mali respiciat oculus, & factus est hostia. Nihil turpe loquatur lingua, & facta est oblatio. Nihil iniqui cōmittat manus, & facta est holocaustoma. Imò non sufficiunt ista, sed vt bona etiā faciamus opus est: nimirum vt elemosynā faciat manus, calumnias inferētibus benedicat os, auditus diuinis cōtinuo sermonibus vacet. Nihil enim habet immundi hæc hostia. Aliorum primitias cōplectitur hæc hostia. Et nos igitur tam manū quā pedum, tam oris quā omniū aliorū primitias deo reddamus. Talis hostia deo placet, cum interea Iudeorū immunda etiā fuerit. Sacrificia enim eorū, inquit, panis sunt luctus ipsi: sed nostra hostia non item. Illa quod cōsecratum est & oblatū, mortuum: ista vero viuū facit. Quando enim mēbra nostra mortificauerimus, tūc demum viuere poterimus. Noua siquidē ista huius sacrificij nostri lex est. Atque ideo mirabile etiā est hoc ignis ge-  
**Tomus quartus.**

Isaia 1. d.

Psal. 49. d

Ibid. 68. g

Ibid. 49. c

nus. Neq; enim lignis opus habet, aut alia eiusmodi materia subiecta: sed in seipso noster ignis viuut, nec victimā cōburit, sed magis viuificat. Hęc scilicet victimā iam olim deus querebat. Vnde & propheta dicebat. Sacrificium deo spiritus cōtritus. Hęc ipsam tres etiā pueri illi offerre bnt, dicētes: Non est princeps, neque propheta, neque locus quo misericordiā liceat acquirere & inuenire, sed in animo cōtrito & spiritu humilitatis suscipiamur. Obserua vero quomodo singulis dictionib⁹ multa vtatur diligētia. Nō enim dicit, facite corpora vestra hostiā, sed præbete, ac si diceret: Nihil deinceps cōmune vobis sit cum ipsis, alij siquidē ea elocatis. Nā & illi qui equos bellicosos aliis elocāt, nihil deinceps commune in illis habēt. Et tu igitur membra tua ad bellum, quod cōtra diabolu est, præliūmq; illud terribile exhibuisti, nō erit vt ad pprias operas illa tibi retrahas. Et aliud quoq; ex hoc nobis ostēdit, nimirum q̄ oporteat illa probata facere, siquidē ea exhibituri fuerimus. Nō enim illa cuipiā terrestriū hominum, sed ipsi omniū deo exhibituri sumus: nō vt in illis prælietur tātummodo, sed vt & ipsum regem sefforem habeāt. Neq; enim detrectat insidere mēbris nostris, sed & vehementer vult hoc ipsum. Et quod rex qui cōseruus est noster non vult, hoc elegit etiā ille qui dominus est angelorum. Quoniam igitur mēbra tua deo sunt sistenda, quoniam hostia sunt, omnem ab illis maculā aufero. Nam si maculam habuerint, hostia iam vtique nō erūt. Neq; enim offerri poterit oculus scortationi seruiēs, neque manus rapiēs ac defraudās, nec pedes claudicantes, theatraq; visitantes, nec venter delicis seruiēs, voluptatūmq; desideria inflāmans, nec cor iram aut amorē fornicarium fouēs, neq; lingua turpia loquēs. Opus fuerit propterea corpus nostrū diligētē à mēdis eiusmodi curandū cōsiderare. Nā si qui veteres hostias offerebāt, iubebātur omnia pri⁹ cōsiderare, nec quod auribus esset incisus, aut cauda mutilata, aut scabiosum, aut impetiginē habēs, permittebatur offerre: multo magis nos, qui nō irracionales oues, sed nos ipsos offerimus, maiore oportebit impēdere diligentiā, atq; ex omni parte mūdus esse, vt & nos cū Paulo dicere queamus: Ego enim iā immolor, & tempus resolutionis meæ imminet. Erat enim quauis hostia purior, vnde & libamē seipsum vocauit. Erit autē hoc, si veterem hominem sustulerimus, si mēbra nostra quæ sunt super terram mortificauerimus, si mundū nobis ipsi crucifixerimus. Ita neq; machæra deinceps, neque altari, neq; igne opus habebimus. Imò istis omnibus opus habebim⁹, verū tamē nō manufactis, sed desursum nobis omnia dābūtur. Desursum est ignis, desursum machæra, altare nostrū erit ipsa cæli latitudo. Si enim Heliæ sensibilem ac corporalem hostiam offerētī delata desuper flamma omnia consumpsit, & aquam, & ligna, & lapides: multo magis hoc in tua oblatione erit. Et si habueris fluxū quid ac rēporale, obtuleris autē hostiā tuā mente recta: adueniens spiritus sancti ignis & rēporale illud consumet, & oblationem omnem perficiet. Quid vero est rationalis cult⁹? Spiritalis seruit⁹, conuersatio vitæ iuxta Christi institutā. Quemadmodū igitur qui in domo dei seruit, ac sacris addict⁹ est, qualiscunq; is fuerit, cōtrahitur, & feruus magis castiorq; redditur: ita & nos oportet omnem vitam dispositam habere quemadmodū cultores dei ac sacerdotes. Erit autē hoc, si pecunias tuas illi singulis diebus

Psal. 50. d Dani. 3. d

1. Tim. 4. b

Reg. 18. b

diebus obtuleris, si proprii corporis sacerdos fueris, eiusque; quæ iuxta mentem est virtutis. vtpote quando modestiam, quâdo eleemosynam, quando mansuetudinem ac patientiam obtuleris. Hæc enim faciēs, rationalē cultum offers: hoc est, nihil habentem corporei, nihil crassi, nihil quod sit sensibile. Quum itaq; auditorē ipso cultus nomine excitasset atque declarasset vnūquenque per suam ipsius carnē, vitæq; cōuersationem sacerdotē esse: nondum etiam dicit per quē omnia ista institui poterūt. Quis autē ille? Ne cōformemini, inquit, huic seculo, sed transformemini per renouationem mentis vestræ. Est enim huius seculi figura humili depressa, vilis, temporalis, nihil habēs sublimē, nihil stabile, nihil recti, sed omnia peruersa. Itaque si rectā incedere voles, ne adaptes teipsum ad præsentis vitæ figuram. Nihil enim in illa est quod maneat, firmūq; sit. Vnde & figurā appellat. Et alibi rursus: Præterit enim figura huius mūdi. Nihil enim habet quod duret, aut quod fixū sit: sed omnia illius tēporalia sunt. Vnde & dicit, huic seculo. Per hoc siquidē marcidū esse: per figuram vero, nullā habere subsistētiam declarat. Nam etiam si diuitias obieceris, si gloriā, si delicias, siue aliud quodcunq; ex iis quæ magna esse vidētur, figura tantummodo sunt, nō ipsius quæ in rebus est, veritatis demōstratio: persona quædā scenica, nō consistēs rerū substantia. Sed tu vide ne illi cōfigurēris, quin magis trāsformeris, inquit, per renouationem mentis. Non dicit transfigurēris: sed trāsformeris, ostendens, quæ mundi sunt, figurā: quæ vero virtutis, nō figuram, sed verā quandā esse formā, naturalē pulchritudinem habētē, quæ non habeat opus externis illis cultibus ac figuris, quæ simul atq; cōparuerint, intereunt. Omnia enim illa, antequā appareant etiam, dissoluuntur. Figuram itaque si proieceris, confestim ad formam venies. Nihil enim malicia infirmius est. Nihil adeo facile inueterascit. Dein de quoniā homines cum essent, cōsequens simul erat, vt & quotidie peccarent, consolatur auditorem, dicens: quotidie teipsum quoque renoua. Quemadmodum in ædibus facimus, inueteratas perpetuo restituetes: ita & in teipso facias. Peccasti hodie? inueterasti mentē tuam? Ne desperes, neque decidas, sed renoua ipsam respicientia, lachrymis, confessione, bonorūq; operum studio. Hoc autē facere nūquam intermittas. Et quomodo poterimus istud facere? Vt probetis vos quæ sint potiora, quæ sit voluntas dei bona, accepta & perfecta. Aut hoc dicit, renouemini, vt discatis quæ sint vtilia, & quæ sit voluntas dei: aut, sic poteritis renouari, si quæ vtilia sunt, didiceritis, quidque deus velit. Nā si hoc cognoueris, rerūq; naturas cognoscere didiceris, omnē iam ad virtutē viam apprehēdisti. Et quis, inquit, quæ vtilia, quæq; voluntas dei sit, non agnoscit? Qui præsentibus rebus afficiuntur, qui diuitias beatas existimant, qui paupertatē vilipēdunt, qui potentatus scētantur, qui ad externā gloriā anhelant, qui seipsos magnificiūt, si quando splēdidas domos ædificauerint, sepulchra preciosa cōparauerint, mācipiorū greges habuerint, multāq; eunuchorū copiā circuntulerint. Illi scilicet ignorāt & quæ sibi vtilia, & quæ dei sit volūtas. Sunt autē vtraque ista vnū quiddam. Nam quæ vtilia nobis sunt, illa vult deus: & quæ deus vult, illa demū & vtilia nobis sunt. Quæ sunt ergo quæ deus vult: vt in paupertate viuamus, in humilitate, in cōtemptu gloriæ: in tēperantia, non in deliciis: in tribulatione, nō in quiete: in

Configur-  
remini.

1. Cor. 7. f.

† in  
pigmetis,  
fuit.

† in  
vultu  
vultu  
vultu

†

luētū, non in cachinno ac risu, inq; aliis quæ singulis decreuit. Sed multi sunt qui ista tanquam malū omē auersantur: tantum abest vt putēt esse & vtilia, & dei voluntatem. Atque ob eam rationem nunquā probē poterūt ad eos qui virtutis gratia obeūdi sunt labores accedere. Illi enim, qui ne sustinēt quidē vnquā in virtutē attendere, quidnā sit, sed pro illa maliciā admirātes, pro casta cōiuge meretricē sibi ipsis inclūdūt, quo pacto à præsentī seculo abstinere poterunt? Propterea ante omnia rerum firmū & rectum oportet nobis esse iudicium, vt etiam si virtutē non exerceamus, laudemus tamē: & si maliciam nō fugiamus, improbemus saltē, calculōsq; interea seruemus incorruptos. Nam si ita viā hanc procedendo teneremus, possemus ipsa quoq; opera aliquādo apprehēdere. Propterea & ipse Paulus iubet renouari, vt probetis quæ sit volūtas dei. Videtur autē mihi hoc loco & Iudæos legi adhærētes taxare. Erat enim & volūtas dei, verus illa cōuersationis institutio, verūm non principalis, sed propter infirmitatē illorum cōcessa. Perfecta vero & accepta dei volūtas, est noua illa vitæ cōuersatio. Cum enim rationalē cultū dicit, vt illū distinguat ac separet ab illorū cultū, hoc nomine vtitur. Dico enim per gratiā quæ data est mihi, cuiuslibet versanti inter vos, ne quis arrogāter de se sentiat, præterquam oporteat de se sentire: sed ita sentiat, vt modestus sit: quemadmodum vniciq; partitus est deus mensurā fidei. Suprà dixerat, Per miserationes dei obsecro vos: hoc loco rursus dicit, Dico em̄ per gratiā. Vide doctoris humilitatē, vide animū depressum. Nusquā seipsum dignū dicit cui ad eiusmodi adhortationē ac cōsiliū credatur: sed nūc quidē miserationes dei, nūc autē gratiā dei secū adsumit. Nō enim meum, inquit, sermonē vobis adfero, sed dei. Et nō dicit: Dico enim vobis per sapiētiam dei, dico enim vobis per legis diuinę positionē: sed per gratiā, cōtinuo illos beneficiorū dei admonens, vt illos eo reddat sceliciores, ostendatq; vel ob eaipta dictorū obediētē & admonitioni obnoxios esse. Cuiuslibet versanti inter vos. Non illi vel isti tātummodo, sed & primati & subdito, seruo & libero, idiote ac sapiēti, mulieri ac viro, iuueni ac seni. Cōmunis enim hæc lex est, quandoquidē dominica est. Facit autē hoc pacto tolerabiliorem sermonem, q; doctrinam hanc omnibus proponit, illis etiam qui rei non sunt, vt qui rei sunt, increpationē hanc & correctionem eō facilius amplectantur. Et quid, quæso, dicis? Ne quis arrogāter de se sentiat, præterquam oporteat de se sentire. Matrem hinc bonorū inducit, humilitatē videlicet, præceptorē suum imitatus. Quemadmodum enim ille cōscenso monte moralē illum sermonem cōtexturus, hinc primum ordiebatur, eadēq; fundamētā iaciebat dicens: Beati pauperes spiritu: ita & ipse Paulus hic à dogmatis ad moralē magis sermonē digressus, summam quidē vniuersalē illam virtutē docuit, cum admirabilē illam hostiam à nobis exegit: descripturus autē illā per partes, velut ab ipso capite, ab humilitate orditur, ac dicit: ne quis arroganter de se sentiat, præterquam oporteat de se sentire. Est enim istud voluntas dei, sed ita sentiat vt modestus sit. tale est: Non vt ad arrogantiā oporteat de se sentire, sed ad modestiā. Et nō dicit, vt humilis sit, sed vt modestus sit modestiam hic dicēs. non eam virtutē quæ petulantia ac lasciuia cōtraria est, neq; ab intemperantia liberū esse, sed sobriū mētēq; sanum: σωφροσύνη si- quidē dicit, ἀπὸ τῆς σώας τὰς φρένας ἔχει, hoc est, ab eo quod

eo quod

eo quod mētes habeantur sanæ. Ostendens igitur quod is qui modestus non est, neq; mēte valere queat, hoc est firmū consistere ac sanū esse, sed desipiat exorbitatque qui eiusmodi est, quouisq; demēte furiosior sit, modestiā vocat humilitatē. Quemadmodum vniciq; mensurā fidei partitus est deus. Donorum enim clarigatio ad arrogantiā multos & apud istos & apud Corinthios extulerat. Vide quomodo morbi illi causam clarā faciat, & prope submoueat. Cū enim dixisset, quod ad modestiā sapere oporteat, subiūgit: quemadmodum vniciq; deus mensurā fidei partitus est, fidem hic donū vocans. Dicens vero partitus est deus, & eū qui minus acceperat, cōsolatur: & eū qui plurib; potiebatur, cōtrahit. Si enim partitus est deus, & quod habes, nō ex tua virtute est, quid superbis? Quod si quis fidē hic non donū vocari dixerit, & hoc ipsum rursus magis ostēdit Apostolū superbos humiliantē. Si enim doni causa est fides, iuxta quā miracula sūt, atque ea ipsa à deo est, vnde superbis? Nā nisi venisset, incarnatūsq; fuisset: vtique quæ fidei sunt, non cōcessisset. Itaque quicquid vspici est bonorū, hinc suū habet initium. Si vero ipse partitus est, nō ignorauit certe quo pacto partiretur. Omnes quippe ipse fecit, omnēq; pariter curat. Et quemadmodū quod tribuit, per illius factum est benignitatem: ita & quod tantū vel tantum tribuit. Nam qui in eo quod summariū est, bonitatem suam demonstrat, dona videlicet largiendo: tēne in distribuendo proditorum est? Etenim si ignominia adficere voluisset, τὴν ἀρχὴν vtiq; nō dedisset. Si vero seruare honorareq; studuit, (propterea em̄ & venit & tāta partit' est bona) quid tumultuaris ac turbaris, atq; ad stultitiam sapientia abuteris, maiori q̄ qui natura talis est dedecore teipsum afficiens? Natura siquidem stultū esse nihil habet criminis: magnifice vero de se sentiedo stultum fieri, venia caret, & maius adfert supplicium. Morale de arrogantia. Tales sunt, qui in sapiētia superbiunt, inque extremam incidunt arrogantiam. Nihil enim adeo stultū facit, quemadmodū arrogantiā. Vnde & propheta Barbarū ita vocabat, dicēs: Stultus stulta loquetur. Vt autem & ab ipsis verbis stultitiā illius dicas, audi quid dicat: Supra astra cœli, inquit, ponam thronū meū, erōq; similis altissimo. Apprehendam manū meā orbem sicut auiculæ pullū, & sicut oua relicta tollā illum. His itaque verbis quidnā poterit fieri stultius? vniciq; verò iactantiæ faciliē incumbit hoc probrū. Et si singula arrogantium verba in mediū adduxero, cognosci nō poterit, verbane sint arrogātis, an stulti: ita vnum est atq; idem in vtroque vicium. Nam & alius iterū barbarus dicit, Ego sum, & nō homo. Rursum & alius: Nū poterit deus eripere ex manib; meis? Et Aegyptius ille: Dominū, inquit, nō noui, & Israēlem non dimittam. Et stultus ille apud prophetā talis est, ductus in corde suo, nō est deus. Cain etiā, Nūc quid dignos ego sum, inquit, fratris mei? Non potest ergo cognosci, vtrū hæc verba arrogantiū sint, an stultorum. Arrogantia siquidē, quæ extra modestiā decidit, atq; à mēte fit, (nam & ideo ἀπὸ νοῦα dicitur) & stultos facit & superbos. Et si principiū sapiētie est timor domini, principiū ergo stultitiæ erit, nō cognoscere dominum. Extrema igitur stultitia est superbia. Talis erat & Nabal, tæcti non erga deū, sed erga hominē ex arrogantiā stultus factus sit: postremo tamen præ timore mortu' est. Quādo enim extra mēsuram

† locū non  
habuisset.

† in  
vultu  
vultu  
vultu

† in  
vultu  
vultu  
vultu

† in  
vultu  
vultu  
vultu

† in  
vultu  
vultu  
vultu

† in  
vultu  
vultu  
vultu

prudentiæ quis decidit: & timidus simul redditur ac temerarius, animo iam infirmo factus. Quemadmodū enim corpus cōmensurata cōplexione amissa, interperatūq; factū, quibusuis passionibus est obnoxiiū: ita & animus posteaquā prudentiam humilitatēq; perdidit, habitum quendam nactus diuersum, infirmus, timidus, temerarius ac stultus redditur, scq; ipsum deinceps ignorabit: qui autem seipsum ignorat: quomodo quæ supra se sunt, cognoscat? Quemadmodum em̄ qui phrenesi laborat, cum seipsum nō agnoscat: neq; quæ ante pedes sunt, nouit, & oculus cū ipse cæc' est, omnia reliqua mēbra in tenebris sunt: ita & cū arrogantiā se habet. Vnde & insanis, iisq; qui natura stulti sunt, miseres sunt arrogātes. Aequē siquidē cū his risum mouēt, atq; quæ cū illis molestia laborant: & exorbitant quidem non aliter q̄ illi, eorum tamen nemo miseretur, quemadmodū illorum. Desipiunt autē similiter vt hi, veniā tamen quemadmodū hi non merētur, sed solum exosi sunt. Et cum vtrorūq; vicia habeant, veniā tamen vtrorumq; priuantur, nō solū propter verba, sed & ipsam corporis figurā ridiculi. Quid enim dic quæso, ceruicē in altum extēdis? Quid summis pedum articulis incedis? Quid supercilia extollis? Quid pectus inflas? Capillū capitis tui nō potes vel albū vel nigrū facere, & non aliter q̄ si dominus esses omnīū, elatus quasi in aere incedis. Forfan optares tibi & pēnas innasci, ne super terrā incederes: forsan & prodigiū esse desideras. Iā vero num prodigiū ac mōstrum ex teipso fecisti, qui cū homo sis, volare conaris? imō & ab intus volas, & vndiq; accēsus furis: Quid te vocabo? Quomodo arrogantia tuā deiiciam? Si cinerē te dixerō, & puluerem, & fumū, & cœnum, vilitatē quidē dixerō: nondum tamē satis exacte similitudinē eam quam volebam, cōsecutus fuero. Nam & inflammationē ipsam, omnēq; simul ipsorū vanitatē repræsentare volo. Quam ergo similitudinē reperiemus, quæ cōueniat illis? Mihi vidētur accēse stupe similes esse. Nam & illa post incēdium tumidū quid esse, & in nescio quid præcipui immutata videtur: modicū verò passa cōtactum totū amisit, omni cinere vilior apparens. Tales sunt & illorum animi. Nam & illorum inanē inflationē si facilis quidā cōtactus apprehenderit, humiliare deiicereq; poterit. Oporter enim omnino vt infirmus sit, qui arrogās est. Altitudo siquidē valida nō est: sed quemadmodū aquaticę ampullę facile rūpūt, ita & illi facile pereūt. Quod si dubitas, da mihi temerariū quendā & arrogantem, & videbis illū quouis elanguido timidiore factum, idq; qualicūq; apprehensum incōmodo. Quemadmodū enim flamma illa quæ in stupis aridis sursum fert, simul atq; cōtacta fuerit, in cinerē vertitur, solidorū vero lignorum ea natura est, vt neq; facile incēdantur, neq; cū accensa fuerint, ardentē flammā facile dimittāt: ita & illi quidem animi, qui solidi sunt ac firmi, neq; facile incenduntur, neq; facile extinguuntur, isti vero vtraq; illa vnico tēporis momento patiuntur. Hæc itaque scientes, humilitatē exerceamus. Nihil enim illa potentius, sed & petra est fortior, & adamāte solidior, & in maiore nos securitatem collocat, quam queant vel turres, vel vrbes, vel muri: omnib;q; diaboli machinamētis sublimior facta, cōtingere volentibus insuperabiles facit: quemadmodū vicissim arrogantiā etiam quibuslibet captu faciles reddit, ampulla quauis, vt dixi, facilius rumpitur, aranearū tex-

† in  
vultu  
vultu  
vultu

† in  
vultu  
vultu  
vultu

† in  
vultu  
vultu  
vultu



tura citius scinditur, fumo leuius dissoluitur. Vt igitur in solida simus petra firmati, relicta arrogantia humilitatem eligamus. Ita siquidem & in presentia vita quietem inueniemus, & futuris seculis omnibus fruemur bonis, gratia & benignitate, &c.

*Homilia xxi.*



**Q**uemadmodum enim in vno corpore membra habemus multa, omnia vero membra non eundem habent actum: sic multi vnum corpus sumus in Christo, singulati autem alij aliorum membra. Eodem rursus utitur exemplo, quo & ad Corinthios vsus fuerat, cum eundem quoque morbum & apud illos sedaret. Multum quippe potestatem habet hoc pharmacum, multaque est huius exempli virtus ad corrigendum arrogantiam morbum. Cuiusnam, inquit, gratia superbis? Aut quamobrem alius quispianam seipsum extenuat? Nunquid omnes vnum corpus sumus, siue magni siue parui? Quando ergo iuxta caput nostrum vnum sumus, atque inuicem membra cura concordia teipsum abscindis? Quid erubescis de fratre? Quemadmodum enim ille membrum tuum est, ita & tu vicissim illius. Est autem & ob hanc rem multa honoris æqualitas. Duo siquidem posuit, quæ ad deiicendam illorum arrogantiam sufficiunt: nimirum quod alij aliorum membra sumus, non quod qui minor est maioris tantummodo, sed quod & is qui maior est, minoris quoque sit membrum, & quod omnes vnum corpus sumus. imò & tria posuit. Nam & donum quod datum est, vnum esse ostendit. Ne igitur superbas. A deo quippe tibi datum est, si quid habes, per teipsum non es adeptus, neque tuopte ingenio illud inuenisti. Propterea & donorum mentionem faciens, non dicit quod hic quidem plus, iste vero minus, sed discretum quid acceperit. Habentes enim, inquit, dona: non addit, maiora, vel minora, sed varia. Quid enim quod non eadem tibi commissa sunt, dummodo corpus idem sit? Incipiens vero à donis, in recte factis terminat. Cum enim posuisset prophetiam, ministerium, & quicquid eiusmodi est: ad eleemosynam, diligentiam, & subsidium sermone delatus desinit. Quoniam enim ita contingebat, ut quidam essent virtute quidem præditi, prophetiam vero donum non haberent: ostendit quod & illis donum dei isto etiam multo maius datum sit, (quemadmodum illud & in epistola ad Corinthios ostendit) tantoque maius, quod huic destinata sit merces, prophetiam vero dono non ite. Illud enim in vniuersum nihil est, nisi donum & gratia. Vnde & dicit: *Habentes vero dona iuxta gratiam nobis datam varia, siue prophetiam, iuxta portionem fidei.* Quoniam iam sufficenter illos consolatus est, vult eos deinceps permouere, ut incitatores diligentioresque sint, ostendens quod ipsi potissimum sint, qui causas præstent vel plus vel minus donorum dei accipiendi. Dicit quidem ipsum & à deo dari, ut cum inquit, *Quemadmodum vnicique partitus est mensuram fidei: & iterum, iuxta datam nobis gratiam, ut hoc pacto contrahat arrogantes. Et tamen & ab ipsis principia fieri dicit, ut pigros excitet: id quod & in ea que ad Corinthios est, facit, vtraque ista mouens. Cum enim dicit, *Aemulamini dona, ostendit ipsos in causa esse eius quæ in datis donis erat differentia.* Dicēs vero, *Omnia ista operatur vnus & idem spiritus, diuidens vnicique sicut vult: huc tedit, ut qui dona acceperunt, nihil efferantur, vndique morbum illorum curans. Hoc sane & hic facit, deinde rursus laquidios ac remissos erigēs dicit, siue prophetiam, iuxta portionem fidei. Tamen enim gratia sit & ipsa, non tamen simpliciter effunditur, sed mensuram à recipiendi-**

1. Cor. 12. d. *ibidem b.*

**A**bus se accipiens, tatum influit, quantum inuenit oblatum sibi fidei vasculum. *Siue ministerium in administratione.* Rem hic generaliter ponit. Nam & Apostolus ministerium dicitur, & quoduis spirituale bonumque opus, ministerium est. Est quidem & priuatæ æconomiae hoc nomen, hic vero generaliter dicitur. *Siue qui docet in doctrina.* Vide quomodo ista indifferenter ponat, quod minutum est primo: quod magnum, posteriore loco: iterum idem docens, ut neque inflectur, neque superbiat. *Siue qui exhortatur in exhortatione.* Est & hoc doctrina quoddam genus. Si enim in vobis est, inquit, exhortationis sermo ad populum, dicite. Deinde ut ostendat non multum fructus ex virtute prodire, nisi cum competente lege ac ratione fiat, subiungit: *Qui impertit, in simplicitate.* Non enim sufficit dare, sed oportet & largiter istud facere. Simplicitatem enim istud esse nouit vnicuique: fiat, quando quidem & virgines illæ oleum quidem habebant, quoniam vero quod sufficeret non habebat, in vniuersum exciderunt. *Qui præest in diligentia.* Non enim satis est præesse. *Qui miseretur in hilaritate.* Neque enim sufficit misereri, sed oportet id & largiter & animo non tristi facere: imò non solum non tristi, sed & alacri & læto. Non enim par est, non tristari, & gaudere. Hoc autem ipsum & ad Corinthios scribens, multa diligentia agit. Ad largitatem enim excitat dicit: *Qui parce seminat, parce & metet: & qui seminabit in benedictionibus, in benedictionibus & metet.* Animum vero dirigēs, addit, non ex tristitia, aut ex necessitate. Nam vtrūque oportet misertum adesse, & quod abunde & quod cum voluptate det. Quanam gratia cum eleemosynam das, ploras? Quid doles, omnem boni operis fructum prodens? Si nanque doles, non misereris vtrique, sed crudelis es & inhumanus. Quomodo enim cum qui in tristitia est refocillabis, si tu doles? Satis enim fuerit si ille mali nihil suspicetur, etiam si cum gaudio dederis. Nam quoniam nihil adeo videtur hominibus turpe, atque ab aliis accipere, nisi excellenti hilaritate suspicionem illam sustuleris, ostēderisque quod magis accipias quam des, magis deiicias accipientem, quod refocillabis. Propterea dicit, qui miseretur in hilaritate. *Quis enim regnum accipiens mæstus est? Quis peccatorum remissionem recipiens, in mœrore manet? Noli itaque pecuniarum respicere sumptum, sed magis eum qui ex illo sumptu est prouentum. Si enim qui seminat, gaudet, tamen si in incertum seminat: multo magis qui coelum quasi agrum colit. Nam sic etiam si modica dederis, multa tamen dedisti: quemadmodum & si cum mæstitia dederis, licet multa dederis, ex multis tamen pauca fecisti. Sic & vidua illa multa talenta duobus obolis superauit: larga siquidem mente dedit. Et quomodo poterit illud, inquit, pro parte facere, qui in extrema paupertate omnibus bonis carens viuuit? Interroga viduam, & audies modum ac rationem, sciēsque mentis angustiam non ex paupertate, sed ex voluntate & illa & quicquid illi contrarium est fieri. Potest enim quis & in paupertate magni, & in diuitiis pusilli animi esse. Propterea & in dādo simplicitatem, & in misericordia hilaritatem, & in presentia diligentiam requirit. Neque enim pecuniis tantummodo, sed & verbis, & rebus, & corpore, & aliis omnibus vult nos iuuare egenos. Commemorata vero precipua presentia, ea que per doctrinam est, atque ea que per adhortationem (tāto enim illa necessarios est, quāto animi cibus corporeo presentia) ad eā deinceps trāsit, quæ per pecunias atque res alias fit. Deinde ut ostēdat*

quo pacto

quo pacto illa dispensari debeant, matrem ipsorum dilectione inducit. *Dilectio enim, inquit, sine simulatione fit.* Hanc si habueris, neque pecuniarum senties sumptum, neque corporis laborem, neque molestiam verborum, neque ministerii sudorem, sed omnia generose ferēs, siue corpore, siue pecuniis, seu sermone, seu quouis alio proximo succurrendum sit. Quemadmodum igitur non solum largitionem exigit, sed eam quæ sit in simplicitate: neque solum presentiam, sed simul & diligentiam: neque solum misericordiam, sed & adiunctam hilaritatem: ita & dilectionem non simpliciter exigit, sed eam quæ sit sine simulatione: nam ea demum vera dilectio est. Quod si sic fuerit, omnia sequentur. Nam qui miseretur, hilariter miseretur: sibi enim ipse dabit. Et qui præerit, diligenter præerit: sibi enim ipsi præerit. Et qui dabit, largiter ac copiose dabit: sibi enim ipsi dabit. Deinde quoniam & dilectio quædam in malis rebus est, qualis est lasciuorum, eorumque qui in pecuniis & rapinis eiusdem sunt animi, eorum etiam qui ebrietati ac symposiis studēt, ab illa hanc, de qua loquitur, auellens, dicit: *Sitis odio prosequentes quod malum est.* Non dicit, abstinētes à malo: sed, odio quod malum est, prosequentes. Neque simpliciter odiētes, sed vehementer odientes. Intentionem habet passim apud Apostolum illud dicitur: ut quando dicit, *ἢ γὰρ διπλοῦς ἡ καρδία τῆς κλισησας,* hoc est, etenim sollicita creaturæ expectatio: &, *ἡ ὀφθῆσιν ἀπεκδὲς χυδνοί,* hoc est, adoptionem cupidē expectantes, *τὴν ἀπολύτρωσιν τῶ σώματος ἡμῶν,* hoc est, exactā corporis nostri redemptionem. Quoniam enim multi sunt, qui licet mala opere ipso non faciant, malorum tamen interea concupiscentiam habent: propterea dicit, odio prosequentes quod malum est. Mentem quoque nostram purgatam vult, multamque nos aduersum maliciam habere inimiciciam, multum odij, multum belli. Non enim putandum, inquit, cum iubeo ut inuicem diligatis, quod velim vos & in malis mutuam alterum alteri operam exhibere. Nam omnino contrarium præcipio, nimirum ut non solum ab opere, sed & ab affectu qui ad maliciam fit, alieni sitis: & non solum ab affectu, sed ut & vehementer illam auersemini, odioque prosequamini. Et non contentus hoc solo, virtutis etiam studium ac lucrum inducit, dicens: *Adherentes ei quod bonum est.* Non dicit, facientes solum, sed & animo erga bonum appositi. Hoc enim declarat, quod adherere bono iubet. Ita & deus mulieri virum coniungens dixit: *Adheret enim vxori suæ.* Deinde & causas dicit, propter quas debeamus alius alium diligere. *Per fraternam dilectionem alius in alium propens.* Fratres, inquit, estis, eisdem partus dolores soluisistis. Igitur & propterea, si quidem iusti fueritis, diligetis vos inuicem. Hoc & Moses altercantibus in Aegypto dicebat, *Fratres estis, ut quid alter alteri iniuriā facitis? Quando de externis quidem dicit, Si fieri potest, inquit, quantum in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habetote. Quādo verò de domesticis differit, Per fraternam, inquit, dilectionem alius in alium propens.* Illic quidem exigit ut non impugnemus, non odiamus, non auersemur: hic verò ut & diligamus, neque simpliciter diligamus, sed & deamemus. Non enim dilectionem tantummodo sine simulatione esse oportet, inquit, sed & auctam & feruentem & ignitam. Quæ nanque fuerit utilitas, si præter dolorem quidem dilexeris, non dilexeris autem feruenter? Vnde & dicit: *alius in alium dilectione propens: hoc est, & feruenter dilige. Noli in hoc consistere, ut diligaris ab alio, sed tu potius erga alium prior diligendo profili-*

2. Cor. 13. d.

Sup. 8. d.

Mat. 23. d.

Gene. 2. d.

Justi sue rit ut inuicē diligatis. Exod. 2. c.

Hic 17. d.

1. Cor. 13. d.

**A** Ita quippe & eius qua ipse te diligit dilectionis mercedem recipies. Posita itaque causa qua debeamus nos inuicem diligere, subiungit etiam quo modo fiat ut immotē persistat nostra dilectio: vnde & subdit, *Honore alius alium præcedentes.* Hac quippe ratione & nascitur dilectio, & nata perdurat. Nihil enim ita facit amicos, ut studium illud proximum honorando vincendi. Non autem dilectio solum hinc nascitur, sed & maior honor. Nam ex dilectione quidem, quæ supra dicta sunt, oriuntur: ipsa verò dilectio ex honoris exhibitione, quemadmodum & honorandi studium vicissim ex dilectione est. Deinde ne solum honorem fratres, aliud quoque maius quiddam requirit, dicens: *Studio non pigri.* Nam & istud dilectionem parit, quando adiuncto honore presentiam beneficium exhibuerimus. Nihil enim ita diligi facit, ut iuncta honorandi studio prouidentia. Neque enim satis est ut diligas, sed oportet ut & prouidentiam studio ferueas: immo & ipsum ex dilectione nascitur, quemadmodum & dilectio ab illo acceditur: atque ideo vtraque inuicem vtrinque astruuntur. Sunt enim multi, qui licet mente diligant: manus tamen adiutrices non porrigunt. Propterea dilectionem vndique instituit. Et quo pacto fieri poterit, ut studio non reddamur pigri? *Spiritu feruentes.* Vide quo modo vbiq; vehementiam requirat. Non enim dicit, date tantummodo, sed date largiter: neque presentiam solum, sed cum solitudine: neque simpliciter, misereamini, sed cum hilaritate: neque presentiam tantummodo, sed sine simulatione: neque simpliciter, abstinete à malo, sed odio prosequamini: neque adherete solum bonis, sed coglutinemini illis: neque tantum diligite, sed propensè amico affectu diligite: neque studere tantummodo, sed non pigre: Ita & hic non simpliciter dicit spiritum habetote, sed feruentem exigit spiritum: hoc est, ut sitis feruentes ac concitati. Nam si quæ dicta sunt, habueris, spiritum attrahes. Si enim hic penes te fuerit, faciet ad prædicta diligentem, reddenturque per illum & per dilectionem omnia facilia, si quidem vtrinque fueris incensus. Non vides quo modo tauri illi flammam in tergo ferentes, omnibus sint intolerabiles? Non aliter tu quoque diabolo eris intolerabilis, si vtranque hanc flammam adeptus fueris. *Domino seruientes.* Per ista siquidem omnia deo seruire potes. Quicquid enim in fratrem feceris, in dominum tuum pertingit: & quasi beneficium abs te accepisset, ita tibi & mercedem rependet. Vides quo modo constantiam animi ista operantis refocillarit? Deinde ut ostendat quo modo flamma illa spiritus accendatur, dicit: *Spe gaudentes, in afflictione patientes, preceationi instantes.* Omnia siquidem ista ignis huius incitamenta sunt. Quoniam enim & pecuniarum exegit sumptum, & corporum laborem, & presentiam prouidentem, & diligentiam, & doctrinam, & reliqua laboriosa: athletam Christi rursus inungit dilectione, spiritu, & spe. Nihil enim mentem hominis adeo virilem facit, & ad omnia audentem, ut spes bona: deinde & ante illa bona quæ sperantur, aliud iterum præmium dat. Quoniam enim spes futurorum erat, dicit, in afflictione patientes. Et ante futura quippe bona in presentia etiam vita magnam bonum, inquit, ex afflictione capies, nimirum quod tolerans ac probatus redderis. Præter hoc & aliud quoque auxilium præbet, dicens: *preceationi instantes.* Cum ergo & dilectio facilitatem præstet, & spiritus adiuuet, & spes alleuet, & afflictio probatum reddat, & ad cuncta generose ferenda aptum & idoneum:

Simile.

1. Cor. 13. d.

neum: habeatq; præter hæc & aliam armaturam, nimirum precationē, & quod per precationem venit, auxiliū: quidnā erit in præceptis istis quod sit laboriosum? Nihil. Vides quo modo athletā Christi vndique firmū reddat, & quæ iubentur, plurimum facilia esse ostēdat? Obserua rursus quo modo eleemosynæ inhæreat, immo nō simpliciter eleemosynæ, sed ei eleemosynæ, quæ fit in sanctos. Suprà quidē cum dixit, in hilaritate, erga omnes aperiendā esse manum docuit: hinc verò de credētibus loquitur. Vnde & subiungens dicit: *Neceſſitatibus sanctorū communicantes.* Nō dicit, Neceſſitatibus illorū subuenite, sed, neceſſitatibus illorū communicantes: ostēdens quod plus accipiāt, quā præstent: & quod res ista negotiatio sit: cōmunicatio siquidem est. Tu pecuniā adfers? Illi fiducia tibi erga deum adferunt. *Hospitalitatē ſeſcantes.* Nō dicit faciētes, sed, ſeſcantes: inſtrūēs nos, vt non expectem⁹ egenos donec ad nos veniāt, sed ad ipsos curramus & ſeſtemur. Sic Loth fecit, sic Abraham. Totum nanq; diem in hoc consumebat, bonam expectans venationē: & si quando quempiā videbat, insilliebat, occurrebat, ad terrā supplicando ꝑcidebat, dicens: Si gratiam inueni in cōspectu tuo, ne tranſeas feruum tuū. Non quemadmodū nos, qui cum peregrinū aut pauperē viderimus, supercilia attollimus, neq; dignos æſtimamus quos alloquamur. Et si quādo innumeris supplicationib⁹ vix tandē molliti, modicū argenti per famulos dari iuſſerimus: vniuerſum quod ad beneficiā attineat, probē nos præstitiſſe putamus. Abraham verò non ita, sed ſumptam famuli perſonā induit, tamenſi ignoraret quōſnam ſuſcepturus eſſet. Nos aut licet manifeſtē ſciamus, quod in pauperib⁹ Chriſtū ſuſcipiamus, neq; ſic tamē manſueti reddimur: ſed cū ille cōtrariō & obſecret & ſupplicet, & ꝑcīdat, nos nihilominus accedētes cōuiciis obruimus. Et Abraham quidem omnia per ſcriptura & vxorē adimplebat obſequia, nos verò neque per famulos. Si verò & menſam cognoſcere voles, quā ille peregrinis parabat: multā & illic liberalitatem videbis, nō quam exhibebat ipſa cibariorum copia, ſed potius abundans animi promptitudo.

Morale de hospitalitate.

Quam multi tum tēporis diuites erāt in Iſraēl? & tamen nemo illorū Eliam hoſpitiō ſuſcepit. Quam multi diuites erant tēporibus prophete Elizæi, & tamen ſola Sunamitis hoſpitalitatis fructū vindemiavit. Quemadmodū & Abraham ſuo tēpore largiter ac promptē fecit. Et proſeſtō potiffimum eſt quod quis admireſ, quod iſta fecerit cū ignoraret qui eſſent qui aduenerāt peregrini. Itaq; neque tu pauperes curioſē inquire. Propter Chriſtū em illos ſuſcipiſ. Quod ſi perpetuō curioſē ſcrutaturus es pauperes, fiet, vt ſepenumero probatū coram deo virū prætergrediare, mercedemq; quā ex eo habiturus eras, perdas. Atqui etiā iſi, qui reprobū recipit, ſine culpa erit, immo & mercedē habebit. Prophetam enim in nomine prophete recipiēs, mercedē prophete accipiet. Qui verò intēpeſtiua ſua curioſitate ꝑcipuum quenquā neglexerit, ꝑcenas etiā dabit. Ne ſcruteris igitur curioſē pauperū vitam atq; negocia: nam extremæ illud inſolentiæ eſt, pro vno panē totā hominis miſeri vitā curioſē inquirere. Nam etiam ſi homicida, ſi latro, aut aliud huiuſmodi fuerit: an nō videtur tibi vel panē, vel modico argēto dignus? Et tamē dominus tuus Solē ſuum illi producit: tu verò quoti-

Gen. 18. a.

Gen. 18. a.

Gen. 18. a.

4. Re. 4. b.

Matt. 10. d.

diano cibo indignū iudicas? Ego verò quod adhuc maius eſt, pono: nimirum, quod etiā ſi manifeſtē cognoueris, innumeris illum reſertum eſſe malis: neq; ſic tamen excuſationē habeas, ſi quotidiano cibo illum priuaueris. Seruus em illius es, qui dicit: *Nescitis cuius ſpiritus ſitis. famulus es illius q. lapidates ſe curare laborabat, imò qui & crucifixus eſt ꝑ eis.* Nō eſt quod mihi dicas, q. alium interfecerit. Nam etiam ſi teipſum interempturus eſſet, neq; ſic tamen fame laborantē contemnere deberes. Diſcipulus enim illius es, qui crucifigentiū ſe ſalutē cupiebat, quiq; in ipſa cruce dicebat: Pater remitte illis, neſciūt em quid faciūt. Illius es ſeruus, qui percipientē ſe curauit, q. latronē in ipſa cruce coronauit. Cui, queſo, quid poterit adæquari? Nā & vtriq; Chriſtum à principio cōuiciis aſſecerāt, & tamen alteri illorū paradīſum aperuit, interfecturo ſe deplorauit. Sup cōſpicato proditore ſuo turbatus eſt & contriſtatus, nō ideo quod crucifigēdus ipſe, ſed q. ille perierat. Turbatur itaq; quod præſcīret illius & ſtrangulationē, & poſt ſtrangulationē ſupplicium. Et licet nō ignoraret illius maliciam, ad extremam tamen vſque horam illum tulit, nō repellens, ſed &, tamenſi proditorē, diligens. Dominus tuus diligit, labiisq; oſculando excipit eū, qui ſtatim ſanguinē illum ſuum ꝑcioſum ſuſcepit: tu verò pauperē neque panē dignaris, neque legem quā Chriſtus dedit reuereris? Per hæc enim, quæ recensui, ſatis oſtendit, q. non ſolū pauperes, ſed & eos qui nos ad mortē vſq; impellunt, auerſari nō oporteat. Ne dicas igitur mihi, q. vel hoc vel illud operatus ſit mali, ſed perpende quid Chriſtus fecerit, qui ad crucem vſq; proditorē ſuum oſculo, quo tradendus erat, emendare ſtudebat. Et vide quā modeſte & ad verecundiā mouendā appoſitē, Iuda ſiquidē, inquit, oſculo filiū hominis tradis: Quem nō deliniuiſſet, quem non flexiſſet ipſa vox? Quam beſtiam? Quē adamanta? Infelicem tamē illum nō flexit. Ne dicas igitur, quoniam illum vel illum interfecit, atq; ideo ipſum auerſor. Nā etiā ſi teipſum enſe impetiturus, dexteramq; ſuam in tuum ipſius guttur immerſurus eſſet, nihilominus tamen ipſam eandē dexterā oſculari: quoniā & Chriſtus os illud quod mortem operatum erat, oſculatus eſt. Et tu itaq; inſidiantem tibi nō odio, ſed lachrymis ac miſericordia proſequere. Dign⁹ enim eſt huiuſmodi cuius miſereamur, quemque deploremus. Sumus em illius famuli qui proditorē ſuum exoſculatus eſt (neq; enim ceſſabo quin factum illud cōtinuō verſem) quiq; teneriora etiā verba, q. oſculum ſit, erga illū loquutus eſt. Neque enim dicebat, o ſceleſte, o perdite, o proditor, hanc nobis pro tāto beneficiō gratiā rependis? Sed quo modo? Iuda, inquit, propriū illius nomen ponens: id quod magis erat miſerantis & reuocantis q. indignantis. Neq; dixit, ꝑceptorem tuum, dominum tuum, benefactorē tuum, ſed filium hominis: quaſi dicat, etiā ſi nō eſſet ꝑceptor tuus, nō eſſet dominus tuus: eſt tamen, qui tā manſuetē, tam cādidē erga te affectus eſt, vt & in ipſo ꝑditionis articulo te oſculetur, idq; cū ꝑditionis ipſius ſymbolū ſit oſculum, tradere potes? Benedic⁹ ſis domine, quātē humilitatis, quātē nobis patientiæ exemplū tradidiſti? Sed ad iſtū quidē ita ſe habuit, ad eos verò qui cū ſuſtibus ac lapidibus irruerāt, non ita. Et quid, queſo, manſuetius verbis illis quæ ad eos loquutus eſt? Cū enim ſimul omnes perdere poſſet, nihil quidē horū fecit, ſed mo-

ſed modeſtē illos alloquutus: quid, inquit, exiſtis, tamquam ad latronē, cum gladiis & ſuſtibus? Et cū illos ad terrā ſupinos ꝑieciſſet, & tamē vel ſic nihil permoti eſſent: volūtariē ſeipſum illis tradidit, ſuſtinuitq; videre vincula ſanctis manibus iniicientes, cū tamen poſſet omnia rūpere ac ꝑiicere. Sed tu poſt iſta omnia ferocis erga pauperē. Atqui ſi innumeris etiā malis eſſet obnoxius, ipſa tamē indigētia, ipſaq; fames ſufficerent ad animū, niſi vehemēter ſit obduratus, emolliendū. Tu verò efferatus, leonumq; imitatus furorē, ꝑſtas. Quanquā illi mortuorū corpora nunquā deguſtant. Tu, licet videas tantis attenuatum malis, iacenti tamē inſultas, corpūq; illius conuiciis laceras, atq; adſiſtionē adſiſtionī, velut tēpeſtatem tēpeſtati ſuperaddis: fugiētēq; ad portum, in ſcopulū incidere, ac naufragiū marino grauius ꝑti facis. Et quo modo ad deum dicis, miſerere mei? Quo modo peccatorū tuorum veniam ꝑtis, qui cū conuiciaris, qui tibi nihil ꝑccauit, ꝑenamq; ꝑ fame tantaq; neceſſitate exigis, quaſi beſtias crudelitate exuperās? Illæ ſiquidē cogente ventre deputatum ſibi cibū attingunt: tu verò nemine impellente, nemine cogente, fratrem tuum deuoras, mordes, laceras, licet nō dentibus, verbis tamē morſibus quibuſuis grauioribus. Quo modo ergo ſacrā oblationē ſumes, qui linguam humano ſanguine rubeſeciſti? Quo modo pacē das, ore bellis adeo reſerto? Quo modo ſenſibili etiā cibo fruieris, cū tātam rubiginem tibi concilies? Non ſuccurris pauperati? Quid & conteris, non erigis iacentē: vt quid & deiicis? Non tollis pauperis triſtitiā? Quid & auges? Nō das pecuniam? Cur verbis etiam conuiciaris? Non audiſti quantam daturi ſint ꝑcēnā, qui pauperes non paſcunt? Quibus ſuppliciiſ cōdemnandi ſint? Ite, inquit, in ignē ꝑparatū diabolo, & angelis illius. Si ergo nō paſcentes ita condemnabuntur, quam putas ꝑcēnā dabunt, qui nō ſolū non paſcūt, ſed & cōuiciantur? Quantum patientur ſupplicium? quantā gehennā? Ne itaq; tanta mala erga nos ipſos incendamus, donec facultas eſt, malum hunc morbum corrigamus, linguāq; frænum imponamus, non ſolū non conuiciantes, ſed & conſolantes tam verbis quā factis, quatenus multa nobis recōdita in futurum miſericordia, ꝑmiſſa bona apprehēdamus, quorum omnes nos ꝑticipes fore contingat gratia & benignitate, &c.

Homilia xxij.

**B**ene loquamini de iis qui vos inſeſtātur. Bene loquamini, inquam, & ne malē ꝑccemini. Tradito iā quo modo inuicē aliū erga aliū affecti eſſe debeāt, membrīſq; mutuō diligenter adglutinatis, educit eos deinceps ad externi ꝑælij aciem, quā & hinc faciliore facit. Quemadmodū enim, qui que ad domesticos ſuos pertinent, nō probē inſtituit, diſſicilius quæ ad alienos ſpectant diſpenſabit: ita qui ſe in his quæ dicta ſunt bene exercet, externa quoq; eō facilius exuperabit. Propterea & Paulus viam quaſi ꝑſtruens, poſt illud iſta ponit, dicens: Bene loquamini de iis qui vos inſeſtātur. Non dicit, iniuriarū ne reminiſcamini, neq; vlcīſcamini. Sed quod his multo plus eſt, exigit. Illa ſiquidē philoſophici viri, iſtud verò angeli eſt. Et cū dixiſſet: Bene loquamini, ſubiūgit: & ne malē ꝑccemini, vt ne & hoc & illud, ſed illud ſolū faciamus. Præmiorū quippe ꝑcuratores nobis ſunt, qui nos inſeſtant. Si verò ſobrius fueris] aliam etiā ꝑæter iſtā tibi ipſi mercedē comparabis.

quæſo, vi glaueris, attētus fueris.

A Perſeꝑutor ſiquidē mercedē tibi quæ ꝑpter toleratā ꝑſeꝑutionem dabitur, ꝑcurabit. Tu verò illam, quæ ex eo eſt q. de illo bene loqueris, referes, magnū videlicet ſignū dilectionis eius quæ in Chriſtū eſt. Quemadmodū enim qui ꝑſeꝑutori malē ꝑccatur, hoc ipſo declarat q. non vehemēter gaudet q. ꝑ Chriſto iſta ꝑtitur: ita qui bene loquit, multū erga Chriſtum amorē demōſtrat. Ne vituperes ergo inſeſtantē te, vt & tu maiorē recipias mercedē, & illum doceas, q. alacritatis negociū iſtud tibi ſit, nō coactōnis, feſtiuæ iucunditatis, nō calamitatis aut triſtitiæ. Propterea & Chriſt⁹ dicebat: *Gaudete ſi quādo dixerint omne malū verbū aduerſum vos, mentientes.* Propterea & Apoſtoli gaudentes ad ſuos reuertebātur, non ſolū quod malē audiſſent, ſed quod & flagellati eſſent. Præter iſta & aliud non modicum lucrū acquires, nimirū quod aduerſarios ſtupefacies, atq; re ipſa docebis, quod ad aliā vitam tēdas. Cū enim viderit te aduerſarius in eo ipſo q. malē aſſiceris, gaudentē atq; alacrem: rebus ipſis apertē cognosceſt, quod ſpes habeas alias ꝑſentibus maiores. Quod ſi iſtud non feceris, ſed & ſcueris, & lamētatus fueris: vnde poterit ille diſcere, quod aliā vitam expectes? Et cū hoc & aliud lucraberis. Nā ſi te viderit nihil ꝑpter conuicia ſua dolere, ſed magis bene loqui etiā, ab inſeſtādo ceſſabit. Vide ergo quot hinc bona naſcātur. Tibi maior merces, & minor ſit tentatio. Ille à ꝑſeꝑutione abſtinebit, deus glorificabit, delinquenti doctrina philoſophiāq; ꝑietatis ꝑæſtatur. Propterea nō ſolū conuiciantibus, ſed & inſeſtātibus, reuſq; ipſis nocētibus contraria rependere iuſſit. Et nunc quidem bene de illis loqui ꝑæcepit: *progrediēs verò ipſis etiā operibus benefacere adhortatur. Gaudete cum gaudentibus, & ſtete cum ſtentibus.* Quoniam fieri poteſt vt & bene quis loquatur, & nō malē ꝑccetur, cū tamen vtrunq; ex dilectione nō faciat, vult vt & dilectione ardeamus. Propterea & illud ſubiunxit, vt non ſolū bene loquamur, ſed & cōdoleamus, & cōꝑatiamur, ſiquando calamitate ꝑſſos illos viderim⁹. Sed bene eſt, in quies, quod lamentātibus condoleamus, meritō ꝑæcepit: aliud verò, cū nihil magni ſit, vt quid iuſſit? Atqui illud ipſum maiore philoſophia opus habet, nimirū gaudere cum gaudentibus, quā quod ſtēdum dicit cum ſtentibus. Iſtud enim & ipſa natura vltro facit. Nemo ſiquidē adeo lapideus eſt, vt eum qui in calamitatibus eſt nō deſceat. Illud verò valde generoſam mentē requirit, vt non ſolū non inuideat ei qui clarus eſt ac celebris, ſed & cōgaudeat. Vnde & priore loco illud ꝑſuit. Nihil enim ita dilectionem conciliat, q. quod & in gaudio & in triſtitiā alterutrū ꝑmunicamus. Noli ergo ſiquando ꝑrocul eſ ab aduerſis, ꝑpterea extra cōꝑaſſionem quoque conſiſtere. Nam ꝑximo tuo malē adſeſtō, cōmunem tibi calamitatē illius facere debes. Communica ergo ꝑlorantibus, vt triſtitiā illorū alleues: cōmunica gaudentibus, vt & leticiā illorū radices, & dilectionem cōſolides, & ante illos teipſum iuues. Lachrymando ſiquidē miſericordē te facis: congratulando verò, liuore & inuidia teipſum liberat. Vide verò, quā nō ſit moleſtum & odioſum quod tradit Paulus. Non enim dicit, ſolue ꝑximi calamitatem, ne ſæpenu-mero dicas, impoſſibile eſt: ſed quod facilius eſt ꝑcipit, & quod facere potes. Nam ſi quod ꝑximum vrit, tollere non potes; ꝑduc lachrymas, & maiorem

Matt. 5. a.

Matt. 5. a.

enim dicit.



io rem partē sustulisti. Et si prosperitatē illius augere non vales, congaude, & multum augmenti attulisti. Propterea non solum hortatur ut non inuideas: sed quod multo plus est, cogaudeas etiam. Longe enim maius est illud, quod si non inuideas. *Eodem animo alij in alios affecti, non arroganter de vobis ipsis sentientes, sed humilibus vos accommodantes.* Multam rursus de humilitate inculcanda diligentiam impendit, unde & sermonem inceperat. Cosequens enim est, plenos arrogantia fastuque; illos fuisse, cum propter verbum, tum multis aliis causis. Propterea & sine intermissione morbum illum submouet, & tumorem constringit. Nihil enim adeo corpus ecclesie scindit, atque superbia. Quid verò est quod dicit, idē inuicem sentientes? Aduenit tibi pauper in aedes tuas, fac ut affectu te illi accommodes, non maiore propter diuitias tuas animi tumorem concipias. In Christo neque diues, neque pauper est. Ne ergo pudore afficiaris propter externam amictus vilitatem, sed suscipe propter internam fidem. Neque si lugentem videris, indignum putes quem consolers. Nec si prosperem habentem conspicias fueris, gaudio ipsius communicare congratularique; pudeat: sed quemadmodum erga te ipsum affectus es, ita sis & erga illum. Eodem enim, inquit, animo alius in alium affecti: ut, magnam te putas esse? igitur & illum. Humilem & exilem illum suspicaris? itaque & de te ipso illud decerne, & omnem inaequalitatem abiice. Quo modo verò fiet istud? Si arrogantiam reieceris. Unde & subiunxit, Non arroganter de vobis ipsis sentientes, sed humilibus vos accommodantes. hoc est, in illorum vilitate descende, simul huc illuc cōgredere: nec animo tantum humiliare: sed & adiua, & manum porrige, non per alium, sed per te ipsum, quemadmodum pater solet filio prouidus, quemadmodum caput corpori, id quod & alibi dicit: Erga vincitos tanquam & ipsi vinciti. Humiles verò hic non simpliciter eos qui humili sunt affectu, sed humili sorte & contemptibiles dicit: *Ne sitis arrogantes apud vosmetipsos.* Hoc est, ne putetis vos sufficere vobis ipsis. Nam & alibi dicit scriptura: *Vae prudentibus apud semetipsos, & in oculis suis sapiētibus.* Et propterea rursus arrogantiam & fastum amolitur, tumoremque istum constringit. Nihil enim ita à reliquis auellit & abscidit, quemadmodum si quis se sufficere sibi ipsi putauerit. Unde & ita nos deo constituit, ut alter alterius opera indigeat. Vt enim prudens sis, altero tamen opus habes. Quod si te nullius opera indigere putaueris, omnino factus es stultior & imbecillior. Talis enim nudum se omni auxilio reddit, & in delictis suis neque correctionem neque veniam recipiet, sed & deum arrogantia sua irritabit, & omnino multum peccabit. Fit enim sepulture ro, fit inquam, ut prudens, quod oportebat, non videat, & stultior aliquid eorum quae conueniunt, inueniat: id quod in Moise & focero suo factum est, in Saule & puer suo, in Isaac & Rebecca. Ne putes ergo ideo te deprimi, quod alio indigeas. Nam hoc ipsum est, quod te exaltat magis, quod validum facit, quod splendidior est, quod securior reddit. *Nemini malum pro malo reddentes.* Si enim alium qui tibi insidiat, vituperas: quid te ipsum accusationi reddis obnoxium? Si male is fecit, cur emulationem non fugis? Et vide quo modo hic nihil discuerit, sed communem legem posuerit. Non enim dicit, fideli malum non reddas, sed nemini, etiam si Graecus, si scelestus, aut quisquis alius fuerit. *Prouide parantes bona coram omnibus hominibus: si fieri potest, quantum in vobis est, cum omnibus hominibus in pace viuentes.* Hoc est, Lu-

ceat lux vestra coram hominibus, non ut ad vanam gloriam studiū viuam, sed ne demus animum iis qui cuperent, aduersum nos ipsos. Unde & alibi dicit: *Inoffensum estote & Iudeis, & Graecis, & ecclesie dei.* Bene verò consequenter quid velit declarat, dicens: si fieri potest, quantum in vobis est. Cōtingit enim subinde, ut possibile non sit. Nimirum, quando de pietate sermo est, quando certatur de iniuria adfectis. Et quid miraris si inter alienos homines hoc non ubique fieri possit, quandoquidem etiam inter virum & uxorem necessitate illam & vinculum pacis dissoluat, cum dicit: *Si verò infidelis abscedit, abscedat? Quod autem dicit, tale est: Quae tui sunt officij, presta, nemini das animum seu belli, seu dissidij, siue Iudaeo siue Graeco.* Si verò alicubi pietate labefactari videris, ne proponas concordiam veritati, sed generose persistas ad mortem usque. Et tamen neque sic animo eris erga aduersarium hostili, neque mente illum auerfaberis, sed in rebus tantummodo pugnabis. Hoc enim est quod dicit, quantum in vobis est, cum omnibus hominibus in pace viuentes. Quod si ille pacem non seruauerit, tu vide ne animum tuum inimicicia quasi tempestate oppleas, sed voluntate sis amicus: ita tamen, quemadmodum dixi, ut veritatem non prodas. *Neque vos ipsos vlciscentes dilecti: quin potius date locum irae. Scriptum est enim. Mihi ultio, ego rependam, dicit dominus.* Cui irae? Dei. Quandoquidem hoc potissimum, qui iniuriis adfectus est, videre cupit, ut ultione fruatur, hoc ipsum decipiosum & abunde dabit. Nam si te ipsum non fueris ultus, deus erit qui te iuuando vlciscetur. Permite itaque, inquit, illi, ut aduersarium tuum in ius vocet. Hoc enim est quod dicit, date locum irae. Deinde ut plus consolaretur, & testimonium induxit, quo cum auditorē non nihil refocillasset, maiore rursus philosophia ab eo exegit dicens: *Si igitur esuruit inimicus tuus, pascere illum: si sitit, potum da illi. Hoc enim si feceris, carbones ignis coaceruabis in caput illius. Ne vincaris à malo, sed vince in bono malum.* Quid enim dico, inquit, quod in pace sit viuendum? Nam & benefaciendum inimico praecipio. Pascere enim illum, & potum da, inquit. Deinde quoniam valde laboriosam rem praeeperat & magnam, subiungit: *Hoc enim si feceris, carbones ignis coaceruabis in caput illius.* Haec autem dicens, & timore illum contrahit, & istum spe retributionis promptiore facit. Nam qui iniuriam passus est, si quando debilitatus fuerit, non ita propriis suis bonis afficietur, ut supplicio eius per quem contristatus fuerat. Nihil enim adeo iucundum est, atque de inimico sumptum videre supplicium. Quod igitur cupit, id ipsi primum largitur. Deinde postquam venenum illud abstulit, tum deinceps ad altiora hortatur, dicens: *Ne vincaris à malo.* Sciebat enim, etiam si bestia sit inimicus, inimicum tamen, si pascens sit, non mansurum. Et si saepenumero qui iniuriis est adfectus, pusillanimis fuerit, inimicum & pascens & potans, neque tamen ipse supplicium illius deinceps concupiscet. Atque ideo concepta fiducia de rei ipsius exitu, non simpliciter interminatus est, sed affatim supplicio indulget. Non enim, inquit, vindictam sumes, sed carbones ignis congeres super caput illius. Deinde & declaras illi quid velit, dicit, ne vincaris à malo, sed vince in bono malum. Atque ita sensum subindicat, quo modo non oporteat illud tali animo facere. Iniuriam siquidem memoriam adhuc retinere, à malo vinci est. Sed istud primo loco non dicit. Neque enim dum tempus erat. Postquam verò ira illius euacuauit, tum subiungit dicens: *Sed vince in bono malum.* Quandoquidem & istud vincere est.

Pugnans

Pugnans enim tum potissimum vincit, non quando suum ipsum corpus pugnae exponit, ut plagas excipiat: sed quando seipsum eruens, efficit ut omnem suam potentiam aduersari in aera frustra & inaniter effundat. Sic enim nec ipse plagas excipit, & omnes aduersarij vires dissoluit: id quod & in concuicis fit. Nam quando vicissim concuicia regeris, vinceris non ab homine, sed quod turpius est, ab illibero illo irae affectu permotus exuperaris. Si verò tacueris: & vincis, & trophaum figis, & innumeros acquiris qui te coronent, quique concuicium ipsum, mendaciam condemnent. Qui enim contradicit, ut qui concuicij morsum senserit, contra luctari videtur. Morsum verò sentiens suspicionem de se praebet, dicitur se concuicium esse. Si verò deriseris, risu statim sententiam & iudicium quod qui audierant, contra te latari erant, exoluisti. Et si volueris apertum dictorum argumentum accipere, ipsum tuum inimicum interroga, quando magis doleat, an cum profus accensus vicissim concuiciaris, an cum conuiciante derides. Atque hoc postremum magis audies. Neque enim tantum iuuat conuiciis non impeti, quantum mordet, quod te ad iram permouere & accendere nequit. Non vides ira percitorum ingenium, quo modo plagarum suarum non adeo multam rationem habentes, magno impetu irruant, proximique vulnera peius quam soleant agrestes sues quarant, & ad hoc vnum respiciant, inquit: eo magis sint quam ut quid patiantur obseruent? Quando ergo eum qui huiusmodi est, ea potissimum re priuas, quam ipse potissimum concupiscit: omni iam illum proposito euacuasti, spoliasti, contempibilemque; puerum magis quam virum, ostendisti. Et tu quidem interea philosophi calculum adeptus es, illum verò malae bestiae difformia & opinione induisti. Illud & cum verberamur, faciamus, & quando verberare voluerimus, non reuerberemus. Sed letalem plagam infligere velles. Obuerte illi & alteram maxillam, & hoc ipso innumeris ipsum vulneribus confecisti. Facilius quippe qui se lapidarent, ferret, quam eos qui patientiam tuam plaudentes admiratur. Ante illos etiam conscientia ipsum condemnabit, & maximas ab eo poenas exiget, ac veluti extrema passus, sic pudore offusus abscedet. Si verò & gloriam apud multos quaeris, eandem quoque hac via magis acquires. Nam & alias quidem compassionem quamdam erga eos qui male adficiuntur, habemus. Quando verò viderimus eos non solum non reuerberare, sed & seipsum improborum iniuriam patientes exponere, non tantum miseremur, sed & admiramur.

Morale.

Propterea mihi iam suspiria suboriuntur, quod cum possemus & habere praesentia, si leges Christi quemadmodum oportebat audissemus, & acquirere futura: ab utriusque excidimus, dum quae dicta sunt, negligentes in vanis ac superfluis philosophamur. Nam & vtiliter ille praecipit omnia, & ostendit, quid nos vel celebres faciat vel dedecoret. Quod si istud discipulos suos ridiculos facturum fuisset, utique non praecipisset. Verum quoniam illustriores facit omnibus, quod cum male audiat, vicissim non maledicunt: quod cum male adficiantur, vicissim non malefaciunt: propterea ista illis tradidit. Quod si hoc est, multo magis gloriosum erit, si cum male audieris, bene vicissim dixeris: si conuiciis impetitus, encomium repederis: si insidias passus, e contra benefeceris. Unde & ista quoque decreuit. Partem enim discipulis suis, optime sciens, quid paruum faciat, quid magnam. Si ergo illis rerum non ignarus par-

cit: quid, quaeso, illi reniteris, aliam viam ingredi volens? Ex diabolicis quippe legibus est, malefaciendo vincere. Propterea & in Olympiacis certaminibus diabolico consecratis, ad eum modum vincunt, quotquot illic decertant. In stadio verò Christi, non est ea certandi lex, sed omnino contraria. Hic enim non eum qui percutit, sed qui percutitur, coronari decretum est. Tale siquidem illius est stadium, ut contrario modo habeant quaecunque hic ordinata statutaque sunt: ita ut non solum ipsa victoria, sed ipso etiam victoriae modo fiat, quod maius habeat miraculum. Quando enim, quae alibi fragilia, deuictaque videntur, talia redduntur, ut ea ipsa victoriam parare deprehendantur, illud demum diuinam virtutis, illud caeleste stadium, angelorum illud theatrum fuerit. Scio vos nunc accensos, ceraque quavis molliores esse factos: verum discedentes, omnia effunditis. Atque ideo doleo, quod quae dicuntur, opere non ostendimus: cum tamen maximos inde fructus collecturi essemus. Nam si mansuetudinem ostenderemus, insuperabiles essemus omnibus, neque esset quisquam hominum siue paruus siue magnus, qui vel tantillum nocere posset. Siue enim quis malediceret, te nullo, seipsum verò maximo damno afficeret: siue iniuriam inferret, incommodum in illius sinu redundaret, qui iniuriam fecisset. Non vides quo modo in foro qui iniuriam passi sunt, splendidi appareant, multaque fiducia liberè loquatur: qui verò iniuriam intulerunt, cum pudore ac timore demisso sint capite? Et quid de accusatione & iniuria dico? Etiam si gladium aduersus te acuerit inimicus, dexteramque suam in guttur tuum immerferit: te quidem neque sic aliquid laesit, seipsum verò occidit. Atque huic sermone testimonium feret, qui primus fraternam dextera interfecit. Nam ipse quidem ad tranquillam sedis portum, immortalem adeptus gloriam, concessit: alter verò vitam quavis morte miseriore vixit, suspirans ac tremens, inquit: suo ipsius corpore facti reprehensione circumferens. Non itaque istud, sed illud persequamur. Qui enim male adficitur, non habet stabile domus suae malum. Non enim ipse malum peperit, sed aliunde acceptum, in bonum patientia sua mutauit: malum verò faciens, in seipso maliciae plagam habet. An non in carcere erat Ioseph, qui verò insidias illi tetenderat, adultera illa, in edibus splendidis & illustribus? Vtrius ergo loco haberi velles? Nequidem volo retributionem mihi utriusque dicas: sed ipsa utrinque facta per se perpendas. Nam & sic millies carcerem cum Iosepho, & edibus illis in quibus moecha erat, praeferes. Etenim si utrorumque animum inspexeris, videbis istum in summa latitudine, multa fretum fiducia: Aegyptiacae verò, in angustia, pudore, mœrore, turbatione, multaque tristitia. Tametsi enim videretur illa vicisse, non tamen erat vera victoria. His itaque cognitis, ad malam patientiam nos ipsos praeparamus, ut & à malis liberemur, & futura bona apprehedamus, quae ut omnes acquiramus, gratia fiat & benignitate, &c.

Homilia xxiiij.



*M*nus anima potestatis supereminetibus subdita Cap. viij.

Huius rei plurimum & in aliis epistolis meminit, quemadmodum famulos heris suis, ita & subditos principibus subiiciens. Facit autem hoc ideo, ut ostendat Christum leges suas non ad hoc induxisse, ut politias euertat: sed ut ad melius instituat, & ut pariter doceat superflua & inutilia bella non esse suscipienda. Sufficiunt enim insidiae quae veritatis gratia nobis

Vnde sunt felle.

Heb. 13. a.

Esai. 56.

Mat. 5. b.

tia nobis intēduntur, vt non sit opus, vanas & inutilēs tētationes superaddere. Cōsidera verò quo modo nō simpliciter, sed opportunē de his reb' sermo- nem instituat. Postquā enim magnam illam philoso- phiā exegit, instituitq; vt & amicis & inimicis com- modi: & iis qui prosperē & iis q; infeliciter haberēt, egenis simul atq; simpliciter omnibus vtilēs essent: politiamq; talem plantauit, quā & angelos deceret, irā affectū euacuauit, arrogantia sedauit, omninoq; mentē eorum explanauit: tūc scilicet & de his rebus adhortationem inducit. Si enim eos qui iniuriam fa- ciūt, cōtrario modo benignē suscipere oportet: mul- tō magis illis qui benefaciūt obaudire cōuenit. Sed istud in fine adhortationis ponit. Interea verò eas ra- tiones quas cōmemorauit, non mouet: sed eas quę po- testatibus ex debito obedire iubent, ostendens q; ista imperent omnibus, & sacerdotibus & monachis, nō solū secularibus: id quod statim in ipso exordio de- clarat, cū dicit: omnis anima potestatibus superemi- nentibus subdita sit, etiā si Apostolus sis, si euangeli- sta, si ppheta, siue quisquis tandē fueris. Neq; enim pietatē subuertit ista subiectio. Et nō simpliciter di- cit, obediat, sed, subdita sit. Est autē prima cōstitutio- nis huius iusticia, quā & fidelib' cogitationibus ac mentibus satis & decora est & honesta, nimirum q; a deo ordinata sint ista. *Non enim est potestas, nisi à deo.* Quid dicis? Omnis ergo p̄iceps a deo cōstitutus est? Istud, inquit, non dico. Neq; enim de quouis princi- pum sermo mihi nunc est, sed de ipsa re. Quod enim principatus sunt, q; hi quidē imperāt, isti verò subie- cti sunt, quodq; non simpliciter ac temerē cuncta fe- runtur, nec fluctuum instar populi huc atq; illuc cir- cumagunt, diuinā sapiētīę opus esse dico. Propterea non dicit: Nō enim princeps est, nisi à deo, sed de re ipsa differit, dicens: non enim potestas est, nisi à deo. *Quę verò sunt potestates, à deo ordinatę sunt.* Ita cū sapien- tū quis dicit, q; a deo conglutinatur mulier viro: non aliud dicit, q; deum instituisse nuptias: nō quod quis- quis mulieri vtcunq; cohabitatur, a deo illi sit coniun- ctus. (Videmus em̄ multos in malo, nō iuxta nuptia- rū leges, simul commemorantes: quod tamen deo vtiq; non imputamus.) Sed q; Christus ipse dixit, qui hominē ab initio fecit, masculū & fœminam fecit eos: propterea relinquet masculo patrē suum ac matrē, & aglutinabit v̄xori suę. Idē & sapiēs ille dixit. Quo- niā enim honoris ac cōditionis æqualitas pugnas ac diffidia plerūq; inducit, multos fecit p̄cipatus, mul- tasq; subiectiones: vtpote viri & vxoris suę, filij & pa- tris, senis & adoleſcētis, serui & liberi, p̄cipis & sub- diti, p̄ceptorisq; ac discipuli. Et quid miraris q; in hominib' istud fecit, quādo idem & in corpore no- stro fecerit? Neque enim hic paris honoris omnia fe- cit, sed hoc quidē minus, istud verò meli' & hęc qui- dē reliquis mēbris imperantia, ista verò subdita. Idē & in bestiis videre est, vt in apibus, in gruibus, in gregibus ouīū agrestīū. Quin & mare ab ista disciplina destitutū non est, sed illic quoq; multa p̄ciū genera sub vno regūt ac militant, longaq; ita peregrina- tiones exequūtur. Libertas enim illa dissoluta ac mo- deramine carēs, vbiq; mala, confusioisq; causa est. Postquā itaq; dixit, vnde sint principatus, subiungit: *Itaque quisquis resistit potestati, dei ordinationi resistit.* Vide quo rē deduxerit, vnde terruerit, & quo modo istud iuxta debitū factum esse ostēderit. Etenim ne dice- rēt fideles, attenuas nos contrēptibileq; facis, q; cō-

lorum regno potituri sumus, dū principibus subdis: ostendit q; hoc faciens, nō principibus illos, sed deo subiiciat. Illi siquidē obedit, qui principatib' subdi- tus est. Sed ita nō loquitur, nimirum quod deo obe- diat, qui principibus morem gerit, sed per contrariū terret, atq; idem diligiētius probat, & exactius, dicēs: q; qui potestati obediens non fuerit, deo aduersetur, qui ista ita constituerit. Atq; hoc vbiq; probare sara- git, nimirum, q; non gratiam illis, sed debitū obediē- do p̄stemus. Qui enim ita se habuerit, is & incre- dulos magistratus magis ad pietatē attrahet, & fide- les ad obedientiā. Plurima quippe tum temporis cir- cūferabatur fama traducēs Apostolos veluti sedi- tiosos, rerumq; nouatores, qui omnia ad euertēdum leges cōmunes & facerēt & dicerent. Cū itaq; ostendit cōmunē nostrum dominū istud suis omnib' p̄cipientem, & eorū qui Christianos innouationis crimine traducebant, obstruit ora, & maiore fiducia cū veritate sua dogmata tradit. Noli itaq; talem, in- quit, subiectionē turpem tibi putare. Deus em̄ istud constituit, qui & vehemens ista contemnentīū vltor est. Neq; enim vulgares pœnas reposcet, si non obe- dieris, sed q; maximas. Nec quicquā erit quod con- tradicentē eximat, quo minus & ab hominib' grauif- simū feras supplicium. Et nemo siquidē tutabitur, & deū ipsum magis irritabis. Quę quidē omnia subin- dicans, dicit: *Qui autē resistit, sibi ipse iudiciū accipiet.* Deinde vt & posteaquā terruit, rei quoq; vtilitatem ostēdat, rationibus illos instruit, cū dicit: *P̄incipes enim bene agentibus terrori nō sunt: sed male.* Postquā enim profundam plagā infixerat, atq; perterruerat, rursus illos refocillat, quemadmodū sapiens medicus, blan- da imponens phar̄maca, consolantq; ac dicēs: *Quid times? Quid horres? Nūquid de bene agente pœnas sumit magistratus? Nūquid timendus est virtutis studioso? Vnde & subdit: Vis autē nō timere potestatem? Quod bonum est facito, & feres laudē ab ea.* Vides quo modo ip- sum magistratui familiarē & amicum faciat, dum ostendit eum illius etiā laudatorem, si bene egerit, cō- stitutum? Vides quo modo fastum euacuauerit? *Dei enim minister est tibi in bonum.* Tantū abest quod terrori tibi sit, vt & laudet. Tātum abest, q; in bono te remo- retur, vt & magis adiuuet. Cū igitur magistratum habeas & laudatōrē & adiutorem, cur non subdere- ris? Nā & aliās faciliorem tibi virtutē facit, quod & malos quidem punit, & bonos verò beneficiis afficit & honore, voluntatiq; dei cooperatur, vnde & mini- strum dei illum vocat. Obserua verò: Ego, inquit, vt modesti sitis cōsulo: atque is eadē legibus suis dicit: Adhortor ne quis aliū circūueniat, ne quis rapiat, atq; is super ista iudex sedet. Cooperarius itaque no- ster est & adiutor, atq; a deo ad hoc missus. Est ergo vtroq; nomine suspiciēdus: cū quod a Deo missus, tum quod ad tale ministerium missus est. *Quod si ma- lum feceris, time.* Timorem enim nō facit princeps, sed vestra malicia. *Non enim frustra gladium portat.* Vides quo modo ora illius obstruat, dum magistratū velut militē armatum, delinquētibus terribilem p̄sticit. *Nā dei minister est, vltor ei qui malefacit.* Ne rursus pœ- nam, supplicium, & gladium audiens reſilias, iterum memorat principē legem dei implere. Quid enim si istud etiā ignorauerit princeps? Sed deus ita forma- uit atq; instituit. Si ergo, siue puniat, siue honore adhi- ciat, minister dei est, virtutē vindicās, maliciam abi- gens, id quod deus ita vult: qua ratione illi tanta bo- na adferenti,

Prouer. 19  
Mat. 19. 4  
Eclē. 3. d

delinquētibus terri- lem p̄sticit?

na adferenti, rebusq; tuis p̄eunti, ac vitam paranti, contendendo repugnas? Multi siquidē sunt, qui cū virtutem primū respectu magistratus exercuerint, postea etiā illam propter dei timorem amplectūtur. Craſsiores enim non ad eō futura tangunt atq; p̄s- entia. Qui itaq; multorum animos & timore & ho- nore p̄parat, vt doctrinā sermoni reddātur accō- modatiores, is meritō minister dei vocatur. *Quapro- pter oportet esse subditos, non solum propter iram: verum etiam propter conscientiam.* Quid est, non solū propter irā? Non solū, inquit, quod deo non subditus aduersaris, ne- que quod maxima tibi ipsi mala & a deo & ab homi- nibus cōcitas: sed quod & in maximis tibi benefacit magistratus, dum & pacem, & administrationē poli- ticā procurat. Nam innumera bona ciuitatibus per magistratus proueniūt, quę si sustuleris, omnia simul pessum ibūt: ita vt neque vrbes, neque agri, neq; do- mus, neque forum, aut aliquid aliud, cōsistere queāt, sed omnia simul subuertantur, potērioribus imbecilli- ores impunē deuorātibus. Itaque etiā inobediē- tem nulla ira cōsequeretur, sic quoque tamē subiici te oportebat, ne cōscientia carere videreris, atq; erga beneficū ingrat'. *Propter hoc enim & uectigalia solui- tis: Siquidē ministri dei sunt, in hoc ipsum incubentes.* Omis- sis quę singulatim recēdere poterat beneficiis per ma- gistratū vrbib' exhibitis, vt pote ordinata disciplina, pacifico cōiuctu, reliquisque ministeriis, vt sunt mili- tum, eorūque qui cōmunia quę ad rempublicam pertinet, administrāt, ex hoc vno probat vniuersum: quasi dicat, quod bene tibi magistratus faciat, tu ipse testaris, mercedem illi persoluens. Vide sapientiam ac prudentiam beati Pauli: *Quod in uectigalium re- petitionibus graue videbatur & onerosum, signum istud facit prouidentia ipsoꝝ.* Cur enim, inquit, ue- ctigalia regi damus? Nūquid tāquā p̄cipiētī? Nū- quid tanquā p̄sidiētī curę tuitionisq; mercedem soluētes? Atqui nihil illi soluissemus, nisi ab initio vi- tilem nobis talē fuisse p̄fecturam cognouissemus. Verum propterea ab antiquis temporibus commu- ni omnium sententia principes a nobis sustētari de- bere visum est, ob id quod sua ipsoꝝ negligētēs, cō- munes res curant: vniuersumque suum ocium ad ea impendunt, quibus non solum ipsi, sed & quę nostra sunt, saluantur. Cōnumeratis itaque quę ad externa pertinent, sermonem denuo ad priora reducit. Nam fidelē hoc pacto attrahere magis potuit. Rursus autē ostendit, quod istud deo ita probetur. qua in re con- silium etiam suum concludit, dicēs: *Siquidem ministri dei sunt.* Deinde vt & laborē miseriamque magistra- tū ostendat, subdit: *In hoc ipsum incubentes.* Hęc enim illis est vita, hoc studium, vt tu quoque modo pace fruaris. Propterea & in alia Epistola nō solūm exigit vt illis subdamur, sed & vt oremus pro illis, commu- nē hęc quoque & illic vtilitatē ostēdens ac dicēs, vt placidam & quietam vitā degamus. Neque enim pa- rum nobis ad p̄sentis vitā statum conducūt, muni- menta ponentes, hostes propellētes, seditiosos in vr- bibus cohibētēs, quasuis vbiq; calamitates dissol- uētēs. Nolo siquidē mihi obicias, quod subīde quis potestate hac abutitur: sed cōstitutionis ipsius deco- rum inspicere. & multā eius qui ista ab initio instituit sapientiam videbis. *Reddite igitur omnibus quod debetur, cui tributū, tributū: cui uectigal, uectigal: cui timorem, timorē: cui honorē, honorē.* Nemini quicquā debetis, nisi hoc, vt inui- tid est, debe- cem diligatis. Eisdem adhuc inhæret, non solūm pecu-

vel, ab a- tiquo.  
Aerogno.  
1. Tim. 2. 2

nias magistratibus pendere iubēs, sed & honorem & timorem. Et quomodo, cū sup̄a dixerit, Vis nō timere potestātē? fac quod bonum est: hic dicit, reddite timorē? Imperialē honorem dicit, non eum timo- rem qui ex mala conscētia est, quē sup̄a significaue- rat. Et nō dicit, date, sed, reddite: & adiecit, quod de- beſ. Nihil enim gratuitō dat, qui hoc fecerit. Debitū: nā dabis. Neq; sanē putes Christianę philosophię di- gnitatē extenuari ac lædi, si p̄sente principe hono- ris gratia exurrexeris, siue caput detexeris. Si em̄ ista Paulus tū cū Gētiles adhuc essent principes, p̄s- cepit: multō magis oportet ea fidelibus exhibere. Quod si maiora tibi cōcredita esse dixeris, disce non nūc honoris tui tēpus esse. Peregrinus em̄ hic es, & aduena. Tempus erit quo omnibus apparebis illu- strior. Nunc verò vita tua abscondita est cū Chriſto: in deo. Quādo Christus cōparuerit, tunc & vos com- parebitis in gloria. Ne quæras ergo in p̄sente hac fragili vita retributionē. Sed etiā si cū timore vt te principi sitas opus sit, nō putes ex cō cognitionem tuā dehoneſtari. Deus em̄ ita exigit, vt creatur ab eo princeps vires suas habeat. Quod si em̄ qui nihil mali sibi cōsciū est, cū timore apud iudicē cōparet, mul- to magis q; malē facit, ab eo terrebit: tu vero eo ei is illustrior. Neq; enim extenuatio ex eo est, q; principi honorē suum reddis, sed magis ex eo, q; illum negli- gendo cōtemnis. Et ipse princeps eo te magis susci- piet: dominumq; tuum, etiā si incredulus fuerit, hoc nomine glorificabit. *Nemini quicquam debetis, nisi ut inuicē diligatis.* Rursus ad honorū matrem, magistrā eor- um quę dicta sunt, omnīq; virtutis effectricē, con- fugit, eamq; ipsam dicit esse debitū, non quidē talē quale est tributū, quale uectigal, sed quod continuō sine intermissione sit p̄standū. Nunquā enim illam reddi vult. Immo semper quidē reddi vult, nō tamē impleri, sed semper deberi. Tale quippe debitū est, vt & reddatur, & semper debeatur. Cū ergo dixisset quo modo diligere oporteat, illius etiā vtilitatem manifestat, dicens: *Nam qui diligit alterū, legem implet.* Neq; enim istud gratiā esse putes. Nam & ipsum ve- rē debitū est. Debes enim fratri dilectionē, propter cognitionē spiritualem. Neq; verò solum hac ratio- ne, sed & ob id q; membra sumus inuicem. Et si dile- ctio ista nos destituerit, omnia disceptata sunt. Dilige ergo fratē. Si enim ex dilectione ipsius tāta lucraris, vt totā legem impleas: debes illi eam dilectionem, vt qui tali beneficio ab eo affectus es. *Si quidē illa: Non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, & si quod aliud p̄ceptū, in hoc sermone summam cōpre- henditur, nepe, Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Non di- cit simpliciter, impletur, sed summam cōprehendi- tur: hoc est, cōcisē ac breuiter vniuersum p̄cepto- rum opus perficitur. Virtutis enim principū ac finis est dilectio. Hęc habet radicem, hanc materiā, hunc verticē. Si itaque illa & principium est & plenitudo, quid illi poterit adæquari? Sed nō simplicē dilectio- nem requirit, verū etiā vehementem. Non enim sim- pliciter dicit: Diliges proximum tuum, sed addit, si- cut teipsum. Propterea & Christus legē ac Prophe- tas ab hac dilectione pēdere dixit, Et vide, cū duo posuerit dilectionis genera, istam tamen quo euexerit. Cū enim dixisset: Primum p̄ceptum est, dili- ges dominum deum tuum, (neq; enim obticuit, sed addidit) simile est huic, & proximū tuum sicut teip- sum.

debeti- ne debe- ris.  
Hic sup̄. b  
in vni- uersis.  
Coloss. 3. d  
vbi dicit.  
Exo. 20. 6  
Deute.  
1. b.  
vbi dicit.  
1. Tim. 2. 2



sum. Quidnā poterit huic benignitati cōferri? Quid huic mansuetudini? Cū infinitis modis ab illo distemus, eam tamen dilectionē qua vicissim nos diligimus, iuxta eā constituit, quā in ipsum tendit, similemque eā illi esse dicit: atque ideo & mensurā vtrique propē eandem ponens, de illa quidem dicit, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua: de ista verò qua proxim⁹ diligitur, sicut te ipsum, inquit. Paulus verò, si ista non fuerit, nō multum vtilitatis ab illa fore dicit. Quemadmodum enim & nos si quando quempiam dilexerimus, dicere solemus, si hūc diligis, me ipsum diligis: ita & Christus hoc ipsum declarans dicit, secundum simile est huic. Et ad Petrum, si diligis me, pasce oves meas. *Dilectio proximi malū non operatur. Cōsummatio itaq; legis est dilectio.* Vides quomodo vtrāque virtutem habeat dilectio? nimirum ex vno latere abstinentiam a malo. Malū enim, inquit, non operatur, ex alio, bonorum efficacem operationē: cōsummatio enim, inquit, legis est dilectio, non solum faciendorum nobis doctrinam breuiter inducens, sed & ipsorum exhibitionem facilem faciens. Nō enim solum hoc studiosē sategim⁹ quomodo quæ præstare debem⁹, addiscamus, id quod legis est opus, sed & vt illa præstemus etiam, multam nobis opē adfert dilectio, non aliquam tantummodo mandatorū partē, sed omnem in nobis virtutem perficiens.

Morale.

Diligamus itaque nos inuicē, tanquam & eadem dilectione diligētem nos deum dilecturi. Apud homines quidē si eū quē aliquis alius diligit, dilexeris, repugnabit illius amator: hic verò dignatur te deus amoris sui communionē, ac nō communicantem odit. Humanus quidē amor zelo & inuidia plenus est, diuin⁹ verò ab omni huiusmodi affect⁹ morbo liber est. Propterea & querit qui secū in amore cōmunicēt. Dilige siquidē, inquit, mecū, atq; tum potissimū te magis diligam & ego. Vides verba vehementis amoris? Si dilectos meos dilexeris, arbitrabor & me ipsum plurimum abs te diligi. Vehementer quippe salutem nostrā desiderat, atque hoc ab initio declarauit. Cū enim hominē formatur⁹ esset, audi quid dixerit: Faciamus hominem, inquit, ad imaginē nostram. Et iterum, Faciamus ei adiutoriū: neque enim bonum est eum esse solum. deinde cū trāsgressum increparet, vide quā mansuetē. Nō enim illi dicebat: Sceleste, cū tanta beneficia per me receperis, post illa omnia fidē habuisti diabolo, benefactorēque tuum relinquens, attendisti malo dæmoni? Sed quid dicebat? Quis tibi dixit qd nudus sis, nisi quod de ligno, de quo solo ne comederes tibi præceperam, comedisti? Quemadmodum si pater cum filiolo ne machæram contingeret præcepisset, deinde cū non obediisset, vulnerat⁹q; iam esset, diceret, vnde vulneratus es? Hinc scilicet, quod me non audisti. Agnoscis verba plus amici quā domini, amici, inquam, contempti quidem: neque sic tamē ab amore cessantis? imitemur ergo illum & nos, & si quādo delinquetē increpauerimus, eādē seruemus māsfuetudinem. Nam & mulierem eadē mansuetudine increpauit. Imò ne increpatio quidē erāt quæ dicebat, sed magis admonitio, & correctio, atque ad futurū præmunitionis. Propterea sanē ad serpētem nihil dicebat. Erat enim is malorum istorū fabricator: neque habebat cui facti causam imputaret, vnde & vehementer illum puniuit. Et neque hic metā fixit, sed & terrā de

Joan. 21. f. *adimpletio.*

vñ κατὰ θεοῦ αὐτοῦ.

Gene. 1. 1.

Ibidē. 2. c.

A maledicto cōmunicare fecit. Quod verò paradiso illos eiecit, laboriq; adiudicauit, eò magis illū adorare & admirari oportet. Quoniā enim ad istam sordidiā delicię illos deduxerāt, abscissa letitia tristitiā veluti murū sordidię propullandæ præstruxit, quatenus ad dilectionē suā reuerteret. Quid verò erga Cain? Nūquid & erga illū eodē vsus māsfuetudinis modo? Nā cū esset contumelia ab illo affectus, contumeliam non retulit, sed obsecrans dixit, Vt qui concidit vultus tuus? Atqui factū illud nullā habet veniā, ostēdit hoc & frater iunior, sed neq; sic increpat. Verū quid dicit? Peccasti, inquit, quiesce, nihil amplius addas. Ad te cōuersio ipsius erit, & tu dominaberis ipsius, fratrem intelligens. Si enim times ne quando propter fratris hostiam immolatā primogeniturę dignitatem tibi auferam, bono sis animo. Omnem siquidē principatum in illum, in manus tuas pono. Tantummodo sis melior, & eum qui tibi nihil malē fecit, diligas. Nam vtrosque curo. Neque quicquā libentius videro, quā nihil inter vos esse disidij. Et quemadmodum mater filiorū amans: ita nihil non facit deus, nihil non molit, ne quo pacto alter ab altero diuellatur. Vt autē per exemplū manifestius. quod dico cognoscas, Rebeccā mihi perpendas, quomodo turbata nusquam nō circūcursitet, dum erga iuniorem filiū inimicicias senior cōceperat. Licet enim Iacobū diligeret, Esau tamē nō auerfabatur. Propterea dicebat etiā, ne quo pacto duob⁹ filiis orber vno die. Atq; ita & tūc dicebat deus, peccasti, quiesce, ad te erit cōuersio illius, vt vel sic cedē præueniēdo cohiberet, atque vtrinque pacē institueret. Posteaquā verò fratrem occidisset Cain, neque sic tamen prouidentia sua illos destituit, sed rursus mansuetē ad fratricidam respōdēs, vbi est, inquit, Abel frater tuus? vt vel hoc pacto factum cōfiteretur. Is verò priorib⁹ plura & grauiora cōtendendo impudenter loquebatur. Neq; sic tamen indignitate rei percitus incandescit deus, sed rursus cōtumeliis & contēptu affecti amatoris verba loquit, dicēs: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Atq; iterū simul cū occisore terrā ipsam pstringens, aduersusq; illā indignationem suam effundens, dicit: Maledicta terra, quę hiauit ad suscipiendū sanguinē fratris tui. imitat⁹ eos qui suorū casus & calamitates deplorant, id quod & Dauid ad casum Saulis faciebat. Nam & ille malum imprecabatur montibus, qui occisionem illius susceperant, dicens: Mōtes Gelboē nec ros nec pluuia cadat super vos, quoniā in vobis proiecta sunt scuta fortium. Ita & deus luctum quendā agēs dicebat, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me: & nūc maledict⁹ eris a terra, quæ hiauit ad suscipiendū sanguinē fratris tui. Hęc verò dicebat, vt vuidā adhuc illius iram sedaret, persuaderetq; ad diligendū fratrem etiam iā morte sublatū. vitam, inquit, fratris extinxisti, vt quid non inimiciciam quoque iam deinceps extinguis? Quid ergo faciet hic deus? Vtrunq; diligit: nam vtrūque plasmauerat. Quid ergo? Impunitum ne interēptorē relinquet? Atqui hoc pacto peior euadet. Puniet ergo? Sed benignior est quouis patre. Vide itaq; quomodo & puniat, & in eo tamen ipso dilectionem suā exprimat. Imò ne puniat quidē, sed magis corrigat. Neq; eū occidit illū, sed tremore cōstringit ad exuendū culpam, vt vel sic ad illius amorē reuersus, ad amandū etiam sublatū fratrem induceret. Neq; enim volebat illū mortuo fratri adhuc inimicū ex hoc seculo migrare. Tale quippe

amantium

amantium est ingenium, vt quādo beneficientes nō diliguntur, cogantur vehementes fieri, & minari, non quidem volētes, sed amoris violētia ad hoc impulsī, vt vel sic contēptores suos ad se pertrahant. Tametsi enim talis dilectio coactionē habeat, attamen ipsos etiā per hoc solatur, quod vehementer amet, adeo vt & supplicii ex amore progrediatur. Nam qui nō dolent qd odio habeātur, illi neque punire cupiunt. Obferua verò quomodo & Paulus ista dicat ad Corinthios: Quis enim est, inquit, qui me exhilaret, nisi qui tristatur ex me? Quando itaq; fortius supplicium intendit qui diligit, tum potissimū amorem suū ostendit. Sic & Aegyptia ex eo qd vehementer amabat, vehementer etiam Iosephū adflegebat, sed illa in malo quidē, lasciuus enim amor erat, deus verò bono illud amore facit. Nam castā hanc esse dilectionem ex ipso diligente cognoscitur. Propterea non detrectat etiā ad crassiora verba descēdere, humanorūmq; affectuū sermonibus vti, atq; æmulatorē seipsum vocare. Deus enim, inquit, æmulator ego sum. quatenus dilectionis vehemētiā addiscas. Diligamus ergo ipsum quemadmodum desiderat. Pro magno siquidē habet, si diligitur a nobis. Quod si auerfamur, manet obsecrans: & si conuerti noluerimus, punit, quia diligit, non simpliciter vt pœnas sumat. Vide ergo quid in Ezechiēle ad dilectam quidē, sed contemptricem urbem dicat: Agam post te amatores tuos, tradamq; te in manus illorum, illi lapidabunt te & occidēt, atque ita liberabitur de te æmulatio mea, requiescāq; & nō ero sollicitus pro te amplius. Quid potuit maius dicere vehemens amator ab amata contēptus? Et tamē post ista omnia rursus amore illi⁹ accēditur. Omnia quippe facit deus, vt a nobis diligitur. Propterea neq; filio suo pepercit. Nos verò immites sumus & crudeles. Reddamur vel tandē aliquādo māsfueti, diligamusq; deum, quemadmodū oportet, vt cum voluptate virtute fruamur. Si eū quī mulierē habet dilectam, nihil sentit eorū quæ quotidie cōtristant, qui diuinum illū ac mundū amorem amauerit, perpēde quāta voluptate fruatur. Istud quippe, istud inquā regnū cœlorū est, istud bonorū fruitio, istud vera voluptas, vera letitia, verū gaudiū, istud demū ipsa beatitudo est: imò vtvt magna dixerō, nihil tamē adferre potuero, quo amoris huius dignitatē repræsentē, sed sola experientia quantū hoc bonū sit, docere poterit. Vnde & ppheta dixit: Delectare in dño: & Gustate & videte, quoniā suauis est domin⁹. Persuadeamus ergo, deliciamq; in illius dilectione. Sic enim regnum exinde videbimus, angelicamq; vitam viuemus: & licet in terra cōmoremur, nihil tamen minus habebimus ab illis qui cœlos inhabitāt, atq; post eā peregrinationem quam ex hoc seculo faciemus, omnibus illustriores tribunali Christi representabimur, ineffabilique glōria fruemur: cuius nos omnes fore participes, gratia fiat & benignitate, &c.

Homilia XXIIII.

**R**esertim cū sciamus tēpus, quod tēpestiuum sit nos iam a somno expergisci. Posteaquā omnia, quæ necessaria fuerāt, præcepit: rursus illos ad bonorum operū exhibitionē, ab eo quod vrget impellit. Præ forib⁹ enim, inquit, iudicij tēpus adstat. Quē admodum & Corinthiis scripsit, qd tempus deinceps cōtractum sit. Et rursus ad Hebræos, Adhuc perpillum temporis, qui venturus est veniet, & non tardabit. Sed illic quidem ista dicens laborantes erigit,

Tomus quartus.

A cōsq; qui cateruatim alternis tentationibus ad ob: u: ti sudabant, cōsolatur: hic verò dormientes excitat. Est enim nobis sermō ad vtrāq; vtilis. Quid autē est quod dicit, hora est vt a somno iam expergiscamur? Hoc est, propē est resurrectio: propē est terribile iudiciū: propē est dies illa velut clibanus accēsa. Oportet ergo vt deinceps pigricia nostra liberemur. *Nunc enim propius adest nobis salus, quā tum cū credebamus.* Vides quomodo resurrectionē illis iam sistat & adplicet? Tempore quippe procedente præsentis quidem vitæ momenta, inquit, cōsumuntur: futuri verò seculi propius accēdit. Itaq; si paratus iam fueris, quæque præcepi diligēter præstiteris, salutē tibi adferet dies ille. Si verò contrariū feceris, omnino illā non expectabis amplius. Verū nō tristibus, sed iucundis interea adhortatur, vt hac ratione præsentium rerum cōpassione fruatur. Deinde quoniam possibile erat, vt in ipsis principiis quidem diligētiores essent, vt potēte vigente abhuc illorū desiderio, verū longiore temporum tractu fatigatis omne studiū marcidum redderetur & elanguidum, ostendit qd contrarium fieri oporteat: nimirum, qd temporū tractu non solum nō dissolui, sed viuaciores ac fortiores magis fieri debeant. Quanto siquidē propius regis imminet aduentus, tanto paratiores esse oportet. Quāto ad brabium propius pertigeris, tāto ad certandū fortius excitari conuenit. Nam & cursōres id faciunt, cū ad cursus finē, brabiiq; captationē in propinquo iam sitā deuenerunt, nimirum tum magis excitantur. Propterea dicit: Nunc enim propius adest nobis salus, qd tum cum credebamus. *Nox progressa est, dies autem appropinquauit.* Illa igitur finitur, ista verò aduenit. Exerceamus quæ huius, non quæ illius sunt. Nam & in temporalibus istud fit. Quando enim noctē ad diluculū vsq; properare videmus, garricetamq; hirundinē audim⁹, p̄ximam sibi quisq; excitamus: & licet nōdum proflus nocturnæ solutę sint tenebræ, quoniā tamē quod reliquū est transit, sollicitando alius ad alium diem factū esse dicimus: & quicquid diurni est tēporis induiti, a somniis liberati, excusso proflus sopore, facimus, ne nō paratos orta dies inueniat. Atq; ita nondū Solis exorto iubare exurgere, & ad faciēda cōtēdere incipimus. Quod igitur in tēporalibus, vt cōmemorātū est, facimus: istud & hic faciamus. Exuamus phantasias, liberemur ab hui⁹ vitæ somniis, excutiamus p̄fundū mētis soporē, induam⁹q; loco vestimētī virtutē. Hęc enim omnia significans Apostolus, dicit: *Abiciamus igitur opera tenebrarum, & induamur arma lucis.* Ad aciē quippe nos dies, & ad pugnā vocat. Pugnā verò audiens & arma, nō est quod timeas. Insensibili quidē armatura durū est & exosum armari: hic verò iucundū, & dignū quod expetatur etiā. Lucis quippe sunt arma, vnde radiis solaribus illustriorē te faciūt, multū emittentia fulgorē, atq; in tuto etiam optimē munitū constituūt. arma siquidē sunt, deinde & splendidū faciunt: sunt enim arma lucis. Quid igitur? an nō est necesse vt prælieris? necesse quidē vt prælieris, nō tamē vt fatigeris, aut laboris molestiam subeas: neq; enim bellū hoc est, sed chorea & panegyris. Talis est videlicet armorū istorū natura, talis ducis huius potestas. Et quē admodū è thalamo suo sponfus gloriabundus progreditur: ita & is, qui armis istis munitus est. Simul enim & sponfus est & miles. Diem verò ap propinquasse dicens, non in propinquo illā esse permittit, sed planē iam iam illuxisse facit. Dicit enim:

h Tanquam

Tāquam in die cum decoro ambulemus. Iā enim adest dies. Et obserua, quomodo illos iis rebus attrahat, quibus potissimum pleriq; permouentur, nimirū decoro & honesto. Multā quippe gloriae, quā a plurimis est, rationē habebant. Et non dicit, ambulate: sed, ambulem<sup>us</sup>, vt & adhortationē inuidia liberet, & increpationē eo tolerabiliorē reddat. *Non comessationibus & ebrietatibus.* Bibere non prohibet, sed praeter mensuram bibere: neque vino simpliciter vti, sed cum ebrietate vti verat. Quemadmodū & quod sequitur, eadem ratione mensuratū ponit, dicens: *Nō cubilibus ac lasciuis.* Neq; enim hic mulieribus commiseri prohibet, sed scortatione. *Non contentione & emulatione.* Passionū enim occasiones extinguit, cōcupiscentiā videlicet & irā: propterea non illas solū, sed & illarum fontes aufert. Nihil enim adeo & concupiscentiā & iram inflāmat, atq; ebrietas & vinolentia. Atq; ideo cū primū dixisset, nō comessationibus & ebrietatibus: tunc subiunxit, nō cubilibus ac lasciuis, nō contentione & emulatione. Et neq; hic gradū fixit, sed malis vestibus exuens, audi quo deinceps ornatu nos vestiatur, dicens: *Sed induamini dominū nostrum Iesum Christū.* Nihil adhuc de operibus dixit, sed magis illos excitauit. Quando de malicia quidem dixit, operum meminit. Quando verò de virtute, nō iam opera, sed arma cōmemorat, ostendens virtute, eū qui illā habeat, in omni securitate omniq; splendore munitū & clarū constitui. Et neq; hic consistit, sed ad maiora sublatō sermone, do minū ipsum nobis, ipsum regē, quod sanē multo horribilius est, vestimēti loco tradit. Hūc enim indutus, omnē simul in vniuersum virtutē habet. Quādo verò dicit, induamini, vndique nos illo circumdari iubet.

*Rom. 8. f. Eph. 3. d.* Quemadmodū & alibi dicit: Si verò Christus in nobis: & iterum, In interiore nostro homine habitare Christū. Vult enim animā nostrā illi domū esse, illōque nos veluti vestimēto circumdari, vt is omnia nobis sit, siue interna siue externa respicias. Est enim plenitudo omnia in omnibus adimplētis, est via, est vir, est spūs: Despōdi enim, inquit, vos vni viro, virginē castā, est radix, potus, cib<sup>us</sup> & vita. Viuo enim, inquit, nō iā ego: sed viuūt in me Christ<sup>us</sup>. Est Apostol<sup>us</sup>, summ<sup>us</sup> sacerdos, p̄ceptor, pater, frater, coheres, & sepultura nobiscū & cruce cōmunicās. Cōsepulti siquidē, inquit, illi sim<sup>us</sup>, & institij facti simul cū illo per similitudinē mortis eius. Est etiā supplex nobis fact<sup>us</sup>: Pro Christo enim legatione, inquit, fungimur tāquā deo vos obsecrāte per nos, rogamus pro Christo, reconciliemini deo. Et ad patrē aduocatus noster est: etem̄ *supr. 8. g.* interpellat, inquit, pro nobis. Domus etiam simul & hospes. Ille enim, inquit, in me manet, & ego in illo. *Ioan. 6. f. Ibid. 15. b. 1. Cor. 3. c. Eph. 2. g. Ibid. 5. f. 1. Cor. 3. b. Ibidem. Ioan. 15. a.* Et amic<sup>us</sup>: Vos siquidē, inquit, amici mei estis. Et fundamentū est & lapis angularis, & nos ipsius sumus & mēbra, & agricultura, & aedificatio, & palmites, & cooperarij. Quid enim nobis esse nō vult, omnibus modis nos sibi cōglutinans & cōiungens: id quod vehementer amātis est. Obtepera igitur, atq; ē somno exurgens, ipsum induere, indutūq; morigerā illi carnē exhibe. Hoc enim subindicat dicens: *Et carnīs curam ne agatis ad cōcupiscentias.* Quemadmodū enim nō bibere, sed inebriari: nō nubere, sed lasciuire: ita neq; carnīs curā agere simpliciter prohibuit, sed ad cōcupiscentias addidit, quale est, dū necessarius vsus excedit. Alioqui q̄ curā illius agere praecipiat etiā, audi quid *Tim. 5. d.* motheo scribat: Modico vino vtete, inquit, propter stomachū tuū, & crebras infirmitates tuas. Ita & hic

curam illius habet quidē, sed ad sanitatē, nō ad lasciuiam. Neq; enim ea vera demū fuerit carnīs cura, si quando flammā accēderis, caminū grauē & intolerabile feceris. Quatenus verò & clarius perdiscatis, quidnam sit carnīs curā ad concupiscentiā agere, & eā quā talis est, fugiatis, ebrios, ventricolas, delicatulos, eos videlicet, qui vitā viuunt mollē & laxā, cōsiderate, & intelligetis quid sit quod dicitur. Illi siquidē nihil nō faciunt, nō vt sani sint, sed vt lasciuiant, vt concupiscentiā inflammēt. Christum verò indutus, vniuersis istis amputatis, vnū hoc tātūmodo quærit, vt sana sit carne: eō videlicet vsq; curam illius habet, vltra verò nequaquā, sed reliquam omnē diligētiam ad spiritualia curāda sumit. Hoc quippe pacto somno illo poteris exurgere, nihil variis istis cōcupiscentiis grauatus. Sōnus enim est praesens vita, nihilq; ab insomniis differūt quā in illa geruntur. Et quemadmodū qui dormiunt, & delirant saepenumero, & nihil sani vident: ita & nos. Imò verò multo etiā peius. Nā qui turpe quid in somno vel fecit vel dixit, quāprimum a somno liberatur, protinus & ab ipsa turpitudine liber, nullas dat pœnas: hic verò nō ita, sed & turpitudine & supplicium perpetuo durāt. Rursus qui somniādo diuites sunt, orto die, frustra diuites se factos apparuisse sibi deprehēdūt: hic verò & ante diē saepe deprehēso illa incidit, & antequam hinc abeat, vana huiusmodi somnia iam auolarunt.

Morale.

Excuiamus itaq; malū hunc somnū. Si enim dormientes nos dies ille deprehēderit, mors simul excipiet immortalis. Et ante diē illū, omnib<sup>us</sup> erimus hac occasione expositi inimicis, & hominib<sup>us</sup> & demōnibus, qui etiā si occidere voluerint, nemo erit qui prohibeat. Quod si em̄ multi nobis essent vigiles, tantū non esset periculi: nunc verò cū vnus & alter alicubi accenso lychno, nō aliter quā profundissima nocte reliquis obdormientibus, vigiliā teneat, propterea multa nobis op<sup>us</sup> fuerit vigilātia, multaq; tutela, ne patiamur quod curari rursus nequeat. An nō splēdidus videtur nunc esse dies? Nūquid omnes vigilātes nos & sobrios esse putamus? verūtamē fortē ridebitis qđ diciturus sum, dicā tamē. Profunda nocte dormientibus ac stertētib<sup>us</sup> similes sum<sup>us</sup> omnes. Quod si incorporalem nostrā substantiā videre liceret, ostēderem vtiq; quomodo interea dum hi quidē stertunt, diabolus & parietes subfodiāt, & iacētes iugulet, quāq; intus sunt furripiat, omnia non aliter, qđ in profundis tenebris intrepidē perpetrās: veruntamen licet oculis istud videri nequeat, describamus tamē sermone, consideremusq; quot illorum sint, qui malis concupiscentiis grauati, quot eorū qui graui lasciuia petulantēq; infātia, quasi quadā ebrietate detēti, spiritus sancti lumen extinguant, atq; ideo aliud pro alio audiāt, nihilq; eorū quā hic dicuntur, obseruent. Si verò istud dicēs mentior, & tu vigil perstas: dic quāso, quid hic hodie sit factum, si non tanquā somnia quā dicta sunt audisti? Scio equidē quosdam esse qui dicere queāt. Neq; enim ista aduersus quosuis dico. Tu verò qui horū reus, frustra huc ingressus es, respōde, quis hodie Propheta, quis Apostolus nobis, deque quibus rebus lectus sit? Sed non potes. Multa siquidē hic veracium rerum de quibus differui, velut somno pressus non audisti. Ista verò mihi & ad mulieres dicta sunt. nam & in illis plurimus est somnus, atque vtinā somnus esset. dormiens etenim, neque malum

quid

τὰ φιλικὰ  
συνηγορῶ  
συσυμπέ-  
σις.

Græci pro  
Ethnico  
πᾶσι μὲν ἀ-  
κούειν.  
Psal. 2. c.

ὁ γὰρ ἐπιπορευ-  
σάμενος  
1. Cor. 10.  
g.

quid neq; bonū loquitur: qui verò ad eum modū vigilat, quo vos: multa verba in malū sui ipsius capitis profundit, vsuras numerans, mutuiq; rationes cōponēs, impudētis cauponā memor densē spinas in suā ipsius animā infigens, neq; permittens vt iniectū semen modicū quid vel per transfennā aliquādo aspici queat. Expergiscere itaque, spinasq; illas radicitus euelle, ebrietatēq; hāc excute. Hinc enim ille somn<sup>us</sup> est. Ebrietatē verò nō vini tantūmodo dico, sed & teporalium curarū, dein & eam quā a somno est. Horum verò nō solū diuites, sed & pauperes admoneo, & maximē eos qui symposia socialia celebrant. Neq; em̄ istud verē deliciari est, neq; quiescere, sed magis pœna ac supplicio adfici. Delicię quippe sunt, nō turpiter quid loqui, sed quod honestū, pro naturę captu fatiari, non disrumpi. Si verò voluptatē istud esse putaueris, ostende mihi voluptatem illam vesperi: sed vtiq; non poteris. Atqui nondum quid inde damni sequatur cōmemoro, sed de voluptate interea disputo, quā facile adeo marcescit. Nā simul atq; dissolutum est conuiuium, omnis etiam læticia confestim auolauit. Quod si & ebrietatem dixero, & capitis ex vinolentia grauamen, atq; alios innumeros morbos, mentisq; captiuitatē: quid, quāso, ad ista dices? Nūquid ideo q̄ pauperes sumus, turpiter etiā agere debemus? Hæc autem dicens, non prohibeo conuētus quosuis, neq; conuiuia quę in communi fiunt: sed ne praeter decorē quid agatur, delicias volēs verē delicias esse, nō pœnā, non suppliciū, non ebrietatē, neq; immodestam comessationē. Discāt Græci Christianos maximē esse, qui deliciari sciāt, ordinēq; & cum decoro deliciari. Exultate, inquit, dño cum tremore. Quomodo verò exultandū est? Si hymnos dixeritis, preces & vota feceritis, psalmos pro illiberalib<sup>us</sup> illis cāticis induxeritis. Ita & Christus mensæ vestrę aderit, benedictionēq; sua totum cōuiuium adimplebit, quando oraueris, quādo spiritualia cecineris, quādo pauperes ad eorum quę apposita sunt cōmunionem vocaueris, quando multā symposio disciplinā & modestiā procuraueris. Hoc pacto ex eo etiā loco ecclesiā facies, pro importunis clamoribus libidinib<sup>us</sup>q;, omniū dominū collaudans. Neq; mihi dicas, qđ consuetudo diuersum, velut lex obtinuit, sed quā malē habeat corrige. Siue comederitis, inquit, siue biberitis, siue quid feceritis, oīa in gloriā dei facite. Etenim a malis istis cōuiuuiis malā vobis sunt libidines, hinc lasciuia, hinc vxores quidē contēptæ, scorta verò apud vos in precio: hinc domorū euerfiones, innumerāq; mala sunt, hinc sursum ac deorsum voluūt omnia. Puro siquidē ac liquido relicto fonte ad immūdi cœni cloacā curritis. Cœnum nāq; scorti corpus esse neminē alium in testē aduoco, qđ te ipsum, qui volutatus in cœno illo es: pro qua re, quāso, an nō penes te ipsum erubescas, an non impurū te post perpetrātū peccatū existimes? Obscuro itaq; fugite fornicationē, matrēq; ipsius ebrietatē. Quid feminas, qđ metere nō licet: imò si messueris, multū tibi dedecoris ipse fructus adferet? Nā si puerū pepererit, & tibi dedecus attulit, & puero magnā iniuriā, qui propter te nothus & ignobilis natus est. Cui etiā si innumeras pecunias reliqueris, hoc tamē adherēbit, vt ignominiosus sit in domo, ignominiosus in vrbe, ignominiosus in foro, siue ex scorto sit, siue ex ancilla. Quin & tu quoq; ignominiosus eris, nō solū in vita, sed & post mortē. Nam etiā si hinc abfcesseris, manent ta-

Tomus quartus.

mē post te turpitudinis tuæ monumēta. Quid igitur oīa dedecore afficis? Quid feminas, vbi aruū ipsum fructū corrūpere studet, vbi multa sunt sterilitatem & caufantia, vbi ante generationē cædes? Scortū enim non permittis vt scortum tantūmodo maneat, sed & homicidiū patrare facis. Vides quomodo ex ebrietate sit scortario, ex scortatione adulteriū, ex adulterio cædes, imò cæde etiā peius quid? Neq; enim habeo quo flagitiū istud enorme exprimā. Nā nō solū quod natum est, occidit: sed & ne nascatur, prohibet. Quid ergo & donū dei ignominia adfici? Quid ipsi<sup>us</sup> legibili repugnas, & quod execrandū est velut laudabile persequeris, generationisq; p̄optuarium, p̄optuarium facis occisionis, & mulierē quā ad puerorū generationē data est, ad necis artificium instruis? vt em̄ & amatoribus perpetuō sit accōmoda & amabilis, & plus interea pecunię corradat, neq; hoc, vt vt facinorosum cōtabitur facere, multū ignis inde in tuum ipsius caput accumulās. Licet enim res ista muliebri agatur audacia, causa tamē tibi imputabitur. Hic sunt & idololatriæ. Multa siquidē ad hoc vt amentur, & incātationes, & libamina, & philtrea, innumerāq; alia machinātur: & tamē post tantā turpitudinē, post cæ-  
*philtrea, amatoria.*  
des, post idololatrias, multis res ista differens esse videtur: multis, inquā, vxores quosq; habētibus. Vbi etiā plurimum malorū cumulus est. Nā hic & venena parātur, idq; non fornicario vtero, sed vxori iniuriā passæ, & innumeræ insidiæ, & demōnum inuocationes, & mortuorū incantamēta, & bella quotidiana, & irrecōciliabiles pugnæ, & affluetæ cōtētiones. Vnde  
*di inuocantur, Rom. 13. d.*  
& Paulus cū dixisset, nō cubilibus ac lasciuis, subiunxit: non contentione & emulatione: non ignarus quā hinc nascatur bella, quā domorū subuersiones, quę pueris genuinis iniuria, innumerāq; mala. Vt itaque omnia ista fugiamus, Christū induamur, cūmq; illo perpetuo simus, quādoquidē istud demū est indutū esse, nunquam ab ipso deserui, ipsumq; vndiq; in nobis per nostrā sanctimoniā mansuetudinēq; conspicuū esse. Ad eū modū & de amicis dicimus. Is illū prorsus induit, multā dilectionē irremissūque conuictū significātes. Indutus siquidē id esse videtur quod indutus est. Appareat itaque in nobis vndique Christ<sup>us</sup>: & quomodo apparebit? Si quę illius sunt, feceris. Quid verò ille fecit? Filius, inquit, hominis non habet vbi caput suū reclinet. Istud tu quoq; emula-  
*Luc. 9. g.*  
re. Si quādo cibus sumēdus fuit, ordeaceis panib<sup>us</sup> vsus est. Si peregrinandū illi fuit, nusquā equi, nusquā iumēta, sed tantū itineris pedestris cōfecit, vt fatigaretur etiā. Dormiendū si quādo fuit, super puluinari in prora nauigij iacuit. Accumbendū fuit, in scœno prosterni iussit, vestimenta verò erāt tenuia. Sepenumero & solus cōuerfatus est, neminem secum ducēs. Deinde & quantū ad crucem, quantūmq; ad conuicia pertinet, & omnia illius in summa perdiscēs, emulare. Ita scilicet Christū indutus es, si carnīs curā ad concupiscentias nō feceris. Neq; enim voluptatem habet res ista, ipsæ quippe cōcupiscentiæ alias rursus grauiores pariunt. Atq; ita nunquā illarum satietatē capies, sed magnum tibi ipsi tormētum comparabis. Quēadmodum enim qui continuus in hoc est, vt fitiat, etiā si innumeros fontes ad manum habeat: nihil tamen inde iuuatur, eō qđ morbum hunc infatigabilem extingueri nequeat: ita habet & qui perpetuo in concupiscentiis viuūt. Si verò necessariū vsum seruaueris, nunquā hanc febrim patieris, sed omnia il-

h ij la, &



la, & ebrietates & lasciuia simul abibunt. Tantū itaq; comedere, quantū ad tollendā famē faciet: ita inducere, vt nihil queras q̄ tegumentū. Non est vestibus ornāda caro, ne ornatu illā perdas. Nā & molliorē inde facies, & bonā ipsius valetudinē corrūpes, dū nimia illā mollitie dissoluis. Vt itaq; illā, loco boni vehiculi spiritus habeas, vt gubernator securus nauigij clauos teneas, vt miles arma bellica facilē tractes, fac oīa ista instituas vt opportuna sint & accōmoda. Nō enim qui multa habet, sed qui modicis eget, in expugnabilis est. Ille quippe etiā si nihil patiatur iniuriarū, timet tamen: iste verō etiā quum lāditur, melius tamē habet, maiorēq; animi iucūditate est, q̄ quibus nihil incōmodatum est. Ne quāramus igitur, vt nemo sit qui calumniā inferat, sed vt nocere non possit, etiā si quam maximē quis velit. Istud verō nequaquā aliūde erit, quā si necessarium rerum vsum tantūmodo sequamur, nihil vltra concupiscentes. Ita videlicet & hīc deliciari poterimus, & futura bona cōparabimus, gratia & benignitate, &c.

Homilia XXV.

Cap. xiii.



**N**firmum autem in fide suscipite, nō ad diiudicationes disceptationū. Alius quidē credit vscendū esse quibuslibet: alius autē qui infirmus est, oleribus vescitur. Nō ignoro q̄ multis intellectu difficile sit, quod hīc dicitur. Propterea opus fuerit primū totius huius loci argumētum exponere, ostenderēq; quid corrigere volens ista scribat apostolus. Quid igitur emendare vult? Erant q̄ plurimi credentiū Iudaeorum, qui cum legis consciētia, etiā postea q̄ crediderant detinerentur, ciborū adhuc custodiebant obseruantiam, nondū planē in vniuersum legis audentes excutere iugū. Illi ne à reliquis Christianis veluti reprehensibiles notarētur, vt qui à suilla carne abstinerent, omnem omnino carnis esum vitantes, oleribus tantummodo vescēbātur, vt quod faciebant, nō legalis obseruatio, sed ieiuniū magis videretur. Rursus alij quidā erāt, qui quū perfectiores essent, ne vnā quidē legis obseruatiunculam custodiētes, infirmis istis legis obseruātibus, vituperādo, accusando, inq; fociordā cōiiciendo, molesti erāt & graues. Veritus itaq; Apostolus, ne perfectiores illi, quod minutū erat, emendare volentes, totū subuerterent: & dum infirmos in ciborū indifferentiā subducere conarētur, efficerēt vt prorsus ex fide deciderēt: dūmq; ante cōuenientis tēporis maturitatē omnia in vniuersum quā tēporaria cōcernunt corrigere studerēt, damnū inferrent: nimirū q̄ continua illa inreparatione obtusi à Christi confessione resilirent, atq; ita vtrobique inemendati persisterēt: vide qua vsus sit prudentia, & quo pacto cōsuetā sua sapiētia vtrisq; medeatur partibus. Neq; enim legalē obseruantia carpentibus audebat dicere q̄ malefacerent, ne in legis obseruatione obfirmaret infirmos, neq; rursus q̄ benefacerent, ne vehementiores illos in accusando redderet, cōmensuratam itaq; increpationē influit. Et videtur quidē fortiores increpare, verū quicquid in illos dicit, eo sermone quo infirmos alloquitur, rursus euacuat. Ea siquidē tolerabilior potissimū est correctio, qua ad alium verso sermone, alius percellitur. Neq; enim permittitur, vt qui correptus est, excandescat: & tamen interea correctionis pharmacum latenter insinuādo admittitur. Vide igitur q̄ prudenter, & q̄ opportunē, quod dico faciat. Cū enim dixisset, & carnis curā ne agatis ad concupiscentias, tunc in eum sermonem qui de his

rebus esset, egressus est, ne videlicet pro illis dicere videretur, qui infirmos increpabant, indifferentēq; quibusuis vesci iubebāt. Infirma quippe pars maiore perpetuo cura opus habet: vnde & ad valentē & fortē cōuersus dicit, Infirmitas autē in fide. Vides cōfestim plagā vnā datā? quū enim dicit, infirmitas, ostēdit illi q̄ sit infirmus. Deinde & secundā addit dicēs, assumite. Rursus enim hoc ipso significat, q̄ multa cura opus habeat, id quod extremē infirmitatis signum est. Nō ad diiudicationes disceptationū, ecce & tertiam plagā subiūgit: hinc enim manifestat tale ipsius esse delictū, vt & qui eadē cum ipso nō delinquant, amicitia verō simul cōmunicant, curationiq; ipsius obstitunt, diiudicētur. Vides quomodo ad firmiores quidē differere videatur, occultē verō & tolerabiliter infirmos increpet? Deinde vtroscq; inuicem cōferendo, hunc quidem cum encomiis, istū verō cum accusatione ponit. Subiungit enim dicēs. Hic quidē credit vescēdum esse quibuslibet, fide illum cōmendans. Qui verō infirmus est, oleribus vescitur, ab infirmitate istum improbens. Posteaquā autem tempestiuam plagam infixit, rursus subinde solatur dicens: Qui vescitur, non vescentem ne despiciat. Non dicit, ne accuset, non dicit, ne corrigat: sed, ne vituperet, ne aueretur, ostendens q̄ qui talis est, rem cōmittat multo risu dignam: de vescente verō non ita praecepit. Sed quomodo? Et qui non vescitur, vescentem ne iudicet. Quemadmodum enim perfectiores, infirmos, velut qui modicā fidei, suppuridi degenerēsque essent, & adhuc Iudaismum saperent, contemnēdo attenuabant: ita & illos isti vicissim, veluti legis violatores, aut qui toti voracitati dediti, iudicabāt & condemnabant, quorū verisimile est multos fuisse ex Gētibus, vnde & subiicit: Deus enim illum assumpsit. De non vescente istud non dicit: atqui despici quidē vescentis erat tanquam helluonis: iudicari verō non vescentis, tanquā qui modicā erat fidei: sed permittit ista, ostendens q̄ qui vescēbatur, non solum contemni non deberet, sed & contemnere posset. An & ego illum cōdemno, inquit? nequaquam. Propterea & subdit, Deus enim illum assumpsit. Quid ergo de lege illi, velut transgressori differis? deus enim illum assumpsit, hoc est, ineffabilem suam gratiam erga illū ostendit, atq; ab omni crimine liberauit. Deinde rursus ad sanum & robustum conuersus subdit: Tu quis es, qui iudicas alienum seruū? Hinc clarum est, q̄ non solum despexerit infirmum, sed & iudicari. Proprio domino stat aut cadit. Ecce aliam rursus plagam, & videtur quidē indignari aduersus sanum, verū infirmū interea reprehendit, quum dicit: Imō fulciatur vt stet. Ostendit illum adhuc esse fluctuantem, multaq; attentione opus habere, tantāq; cura, vt & deus ipse sit implorandus, qui medeatur. Potens enim est deus efficere, vt stet. Ita de illis qui vehementer desperati sunt dicimus: deinde ne desperet, seruū vocat infirmū, dicēs: Tu quis es, qui iudicas alienū seruū? Hīc verō rursus illum occultē taxat. Nō enim ideo, inquit, nolo illum iudicari, q̄ talia cōmittat quā iudicari non debeant: sed quia alienus est seruus, hoc est, non tuus, sed dei. Deinde rursus illū consolans, non dicit, proprio domino cadit: sed quid? Stat aut cadit. Siue autē illud, siue istud fuerit: dominū concernet vtrunq;. Ad illū quippe tendit cadentis damnū, quemadmodum & stantis lucrū. Ista verō nisi rursus scopum Pauli, quē ille petit obseruauerimus, nimirum, q̄ infirmos ante iustam

as vruce

uui pntas ex 941 v81

† 2ππ0- giv0. Colof. 2 b.

Gal. 1. b.

2. Cor. 11.

4.

Phil. 3. 4.

du ππp, τδ καί p: α τδ π p21, 14x 2ij.

Gal. 5. 4.

dux basc- 5a.

te iustam temporis maturitatē vehementer increpari nō vult, indigna erūt ea cura, quā Christianos deceat. Verū, quemadmodū perpetuo inculco, oportet inquirere, qua sententia quāq; dicantur, de qua materia seu argumēto agatur, quidq; corrigere instituat qui loquitur. Nō mediocriter autē rubore illū suffundit, cū istud dicit: Si enim deus, inquit, cū damnū ferat, nihil interea facit: quomodo nō importunū, prae- terq; modum curiosus es, qui infirmū & strāgulas, & improbē turbas? Videtur autē mihi hoc loco sensim, & de ieiunio nō nihil clanculū notare. Siquidē verisimile erat q̄ essent ex ieiunantibus quidam, qui non ieiunantes continuō iudicarent: quemadmodū & in obseruationibus quidā statos dies abstinebāt, prōq; statis & ordinatis habebant: vnde & dicit, Vnicuique mens sua satisfaciāt. Hoc enim pacto & obseruantū timorem fregit rem esse indifferentem dicens, & eorū qui vehementer illos adoriebātur, contentione sustulit, ostēdens rem hanc tanti momēti nō esse, quā digna sit tā acri continuōq; certamine, quo infirmi turbati debeāt. Tanti verō non esse momenti, non ideo dicit q̄ natura sua sit leuicula, sed propter tēporis immaturitatem, & q̄ Romani recentes adhuc & nuperi essent in fide. Ad Colossenses scribens magno studio obseruationē huiusmodi prohibet, quum dicit: Videte ne quis sit qui vos deprædetur per philosophiā & inanē deceptionem, iuxta constitutionē hominū, iuxta elemēta mundi, & nō iuxta Christū. Et iterum: Ne quis igitur vos iudicet in cibo aut potu. Et ne quis vobis brabiū intercipiat. Et ad Galatas scribēs multa diligētia repetit ab eis in his rebus & philosophiā & perfectionē. Hic verō nō vitur contētionis vigore, q̄ nouella esset adhuc Romanorum fides. Non erit igitur ad quāuis rapiendū, quod dicit: Vnicuiq; mēs sua satisfaciāt. Quando enim de dogmatis illi sermo est, audi quid dicat: Si quis vobis euāgelizauerit, prae- ter q̄ quod accepistis, etiam si angelus fuerit, anathema esto. Et iterū: Metuo verō ne quēadmodum serpens Euam seduxit, ita corrūpantur sensus vestri. Et Philippensibus scribens dicit: Cauete malos operarios, cauete concisionē. Quoniā verō apud Romanos talia corrigendi tēpus nōdum erat, vnicuiq; inquit, mēs sua satisfaciāt. Nam de ieiunio sermo illi est, & illorum itaq; arrogantiam deprimens, & horum timorem dissoluens, ista dicit: Qui curat diem, domino curat: & qui non curat diem, domino non curat: & qui vescitur, domino vescitur: gratias enim agit deo: & qui nō vescitur, domino nō vescitur, & gratias agit deo. Adhuc eisdem inheret. Quod autē dicit, tale est: Res ista non versat circa necessariō agēda. Hoc enim queritur, An ppter deū & hic & ille quod facit faciat, an vtrique in gratiarum actionē desinant. Agunt autem & hic & ille deo gratias. Itaq; si vtriq; gratias agunt, non multum erit inter illos differētia. Tu verō mihi consideres, quomodo & hīc occultē feriat Iudaizatē. Si enim hoc est quod queritur, vt gratia videlicet agatur: manifestū vtiq; erit, non eum qui nō vescitur agere gratias, sed eum qui vescitur. Quomodo enim ageret, quum legi adhuc adhæreat? Quod quidē & ad Galatas dicit: Qui i lege iustificamini, à gratia excidistis. Verū istud hīc quidē non tam apertē declarat, subobscurē tamē notat. Nondum enim tempus erat, atq; ideo interea patiēter illos tolerat, & in sequētibus hoc ipsum magis hortādo agit, dicit enim: Nullus enim nostrum sibiipso viuunt, & nullus sibiipso moritur: nā siue viuimus, domino viuimus. Tomus quartus.

**A**mus: siue morimur, domino morimur. Et per ista clari facit quod dixi. Nā qui legi viuunt, quomodo poterit Christo viuere? Nō autē hoc solū hīc agit, sed & ad horū correctionē anhelantē ac pperantē cohibet, lōganimitatēmq; suadet, ostēdens q̄ impossibile sit q̄ deus illos contemnat, & q̄ conuenienti tēpore ista quoq; correcturus sit. Quid igitur? Nemo nostrū sibiipso viuunt, liberi non sumus: dominum habemus qui nos & viuere vult, & mori non vult, & quē vtraq; ista magis concernunt q̄ nos. Per hęc enim demonstrat, q̄ maiorem nostri curā habeat deus, q̄ nos ipsi: & q̄ vitam nostrā diuitias suas, & mortē damnū æstimet. Non enim nobisipsis tantūmodo morimur, sed & si morimur, domino morimur. Mortem verō hīc eam quā ex fide est, vocat. Suffecerit quidē & istud ad persuadendū, q̄ curam nostri habeat, q̄ illi videlicet & viuimus & morimur. Veruntamen nō contentus isto, aliud quoq; adducit. Cū enim dixisset, siue viuimus, siue morimur, domini sumus, & ab illa fidei morte ad naturalē transmigrasset, ne videretur asperiorē facere sermonē, aliud diuinæ prouidentia signū, idq; maximum subiungit. Quōd nā illud est? In hoc enim Christus & mortuus est, & resurrexit, & reuixit, vt & mortuis simul & viuētibz dominetur. Itaq; & istud fidē tibi faciat, q̄ nunquā non & salutis & correctionis nostrae curā habeat. Nisi enim tantā erga nos prouidentiam impēdisset, quē fuisse dispensationis istius necessitas? Itaq; qui tantā sedulitatē quō nos sibi acquireret impenderit, vt & serui formā acceperit, & mortuus sit, iste nos, posteaquā ipsius facti sumus, cōtēnet? Nō est istud, non est inquā: neq; enim facilē tantū negocij prodere voluisset. In hoc enim, inquit, & mortuus est: quasi quis dicat, Ille vel ille seruū suū contēnere nō sustinebit, domesticam quippe crumenā curat. Nos enim non ita pecuniā amamus, quēadmodū salutē nostrā Christus: atq; ideo nō pecunias, sed suum ipsius sanguinē pro nobis dedit. Non feret igitur, vt eos perdat pro quibus tantum precij deposuit. Vide autē & ipsius potentia, quomodo ineffabilē esse ostēdat: in hoc enim mortuus est, inquit, vt & mortuis & viuētibz dominetur. Et supra: Siue enim viuimus, siue morimur, ipsius sumus. Vides autē dominium? vides inexpugnabilē fortitudinē? vides diligētē institutā prouidentia? Non est enim, inquit, quod mihi de viuētibz dicas, & mortuis qui hinc decesserunt, prospicit. Si mortuis, manifestū est q̄ & viuētibz: nihil enim omisit quod ad istud dominium attineat, maiore sibiipso iurisdictionē, quā q̄ in homines tantum sit, cōparans, in hoc vt seorsim à reliquis omnibus nostri curā habeat. Homo quippe argentū quidem soluit, atq; ob id in propriū suū seruū vehementer vsurpat dominū: Christus verō & mortem, & quē tanto precio redemit, in quē sibi dominū tantō studio negociōq; acquisiuit, huius salutem nihili faciet? Ista verō quum dicit, Iudaizatē pudefacit, persuadetq; vt beneficij magnitudinem recolat, q̄ quum mortuus esset, reuixit, quōdq; nihil emolumenti ex lege cepit, & q̄ extremā sit ingratitude, relicto eo qui tanta in sui gratiā designauit, ad legē recurrere. Sufficenter itaq; taxatū rursus remittit dicens: Tu verō, cur iudicas fratrem tuum? aut etiam tu, cur despicias fratrem tuum? Videtur autē ista quidē velut vtrinque adæquata ponere, verū ex dictis ostendit non parum inter se discrepare. Primū appellatione fratris cōtentionem dirimit, deinde & terribilis illius dici cōmemoratio: h ij ne,





instar habere videtur, aliud tamen erunt, quando res ipsa fide tibi, nolis velis, facient. Non vides quid & hic fecerit Christus? Quomodo duos adeptos latrones, non eisdem dignatus sit vtrunq; sed hunc quidem in regnum induxerit, illum vero in gehennam demiserit? Et quid latrone & homicida dico? Neque apostolo percipit, postquam esset proditor factus. Sed licet videret & ad laqueum impetuose prorurentem, & angustiarum, & mediū disruptum, (nam medius crepuit, effusaque sunt omnia illius viscera) istaque omnia praevideret: ista nihilominus omnia pati permisit, ut a praesentibus tibi futurorum etiam omnium fide faceret. Ne itaque vobis ipsis imponatis diabolo more gerentes: illi enim haec omnia consilia sunt. Nam si & iudices, & domini, & praecipites, etiam si barbari sint, bonos quidem honorant, malos vero puniunt: qua ratione putas a deo contraria debere fieri, cisdemque afficiendos & bonum simul & malum? Quando vero & malicia futura est liberatio? Si enim qui supplicium nunc expectantes, interque tantos timores & iudicium & legum veritates, nunquam tamen a malicia desistunt: quum eo abierint, & timore illum deposuerint: ut non solum in gehennam non incidant, sed & regnum assequatur, quando male agere desistat? An hoc benignitatis sit, dic oro, malicia scalpēdo alere, nequicia praemium ponere, eadem vtrunq; mercede aestimare modestum & lasciuum, fidelē & impium, Paulum & diabolum? Sed quousque & nos nugamur? Hortor itaque ut ab ista liberati infamia vobisque ipsis redditi, timore ac tremore animabus vestris persuadeatis, quatenus & a futura gehenna liberi, & modestē praesentem vitam viuentes, futura bona apprehendatis gratia & benignitate, &c.

Homilia xxvj.

**N**oui & persuasum habeo in domino Iesu, nihil esse commune per se: nisi ei qui existimat aliquid commune esse, illi commune est. Posteaquam eum qui fratrem suum iudicabat, corripuit, atque hunc ab increpandi vehementia dehortatus est: consequenter deinceps & de ipso dogmate decernit, atque infirmo placidē instruit, non modicā hic quoque mansuetudinē ostendens. Non enim dicit, quod daturus sit poenas aut aliud quicquā eiusmodi: sed illius conscientiam a vano tantummodo eius rei metu liberat, ut eo facilius dicitis suis credat, atque ideo dicit: Noui & persuasum habeo. Deinde ne incredulorum quispiam dicat: & quid ad nos, quod tu persuasus es? Neque enim ita fide dignus es, ut contra tantā dei legem, atque oracula diuinitus allata tibi credatur, subiungit, in domino: hoc est, ab illo doctus sum, ab illo certus factus sum. Non est igitur humana cogitationis ista sententia. Quid ergo persuasus es & quid nosti? Quod nihil per se commune sit. Natura, inquit, nihil est immundum: sed ex voluntate ventis immundum redditur. Illi ergo soli immundum est, non omnibus: nam ei, inquit, qui existimat aliquid commune esse, illi commune est. Quid igitur non corrigis fratrem, ne putet aliquid immundum esse? ut quid non illum ab ista consuetudine ac suspitione omnibus viribus abducis, ne quid commune sibi faciat? Vereor, inquit, ne mœrore illum adficiā, vnde & subdit: Verum si propter cibum frater tuus contristatur, non iam secundum charitatem ambulat. Vides quomodo familiarem interea sibi faciat infirmum auditorem, ostendens tantam illius rationem habere se, ut ne mœstum reddat, etiam quae vehementer erant necessaria, praecipere non audeat, sed indulgentiam illum magis ac dilectione attrahat? Ne-

que enim posteaquam vanum exemerat metum, potenter illum trahit aut cogit, sed suipius dominum esse perimit. Nam non conueniebat, ut ita abduceretur a ciborum abstinentia, ut mœrore circūdaretur. Vides quantum diligentiae dilectioni impedit? Sciebat enim quod illa omnia corrigere posset. Vnde & maius quid ab eis hic exigit. Nam non solum, inquit, non oportet illos tanquam ad rem necessariā violenter adducere: sed & si opus sit, ut cōdescendatis illis, neque istud detestare. Propterea & subiungit dicens: Ne cibo tuo illum perdas, pro quo Christus est mortuus. An ne tanti quidem aestimas fratrem tuum, ut salutem illius neque ciborum abstinentia redimendam ducas? Et Christus quidem neque seruitutem neque mortē illius gratia recusauit: tu vero nec cibos cōtempseris, ad hoc ut illum conserues? Atqui Christus tamen non esset lucraturus omnes, nihilominus tamen pro omnibus mortuus est, quod suum erat adimplens: tu vero quum scias quod propter cibum illum subuertas in potioribus, adhuc tamē contēdes, & eum qui Christo tanti es, tu ad eō cōtempibilem putabis? Et Christus non solum pro infirmo, sed & pro inimico mortuus est: tu vero neque pro infirmo vel cibo abstinēbis? Ipse quidem quod maximū erat, fecit: tu vero neque quod minutū est. Atque hoc cum sit ipse dominus, tu vero frater. Sufficiunt autē ista ad perstringendum illum: ostendit enim ipsum pusillanimitatem esse, & quā magna nactus sit a deo, modica tamen non rependere. Ne vestrum igitur bonum blasphemetur: non est enim regnum dei esca & potus. Bonum hic aut fidem dicit, aut futurā praemiorū spem, aut perfectā pietatem. Non solum enim, inquit, fratrem non iuas, sed & ipsam doctrinā & gratiā ac donū dei blasphemari facis. Quando enim litigas, quando contendis, quando contristas, quando ecclesiā scindis, quando fratrem cōiucis imperis, proque inimico habes: facis, ut qui foris sunt, blasphement: atque ita non solum nihil inde corrigitur, sed contrarium omnino cōtingit. Bonum enim vestrum est dilectio, fraterna charitas, unitas, colligatio, cum pace & mansuetudine viuere. Deinde rursus & illius metum, & huius contentione cōtrahens: Non enim est, inquit, regnum dei esca & potus: nam ex illis deo non probabimur, id quod & alibi dicit: Neque si comederimus, abundabimus, neque si non comederimus, destituemur. Probatione vero hic non est opus, sed sententiam suam dixisse satis habet. Quod autem dicit, tale est: Non enim si comederis, in regnum caelorum istud te inducet. Atque ideo ut illos tanquam ea in re magnificē de se sentientes carpat & deiiciat, non cibum solum dicit, sed & potum. Quae sunt ergo in regnum caelorum introducentia? Iustitia, pax, gaudium, vita virtutis studio cōmendata, & pacificus cum fratre conuictus, cui contraria est contentio: & gaudium illud ex concordia, quod ipsa auferit increpatio. Ista vero non alterutro, sed vtriusque dicit: Habet enim iam vtriusque; alloquēdi opportunitatem. Deinde quoniam dixerat pacem & gaudium, pax verō & gaudium etiā in malis rebus est, subiungit: In spiritu sancto. Itaque qui fratrem perdit, & pacem is & gaudium euertit, maioremque intulit iniuriā, quā qui pecuniam rapuit: & hoc sanē peius, quoniam quod alius seruauerit, ipse iniuria afficit ac perdit. Quum itaque cibis, & quae videtur esse perfectio, in regnum caelorum non inducant, inducant autem quae istis subuertuntur: quomodo non modica illa contēnere oporteat, ut quae magna sunt firmentur? Deinde quoniam

studium

studium illud increpandi ex vana gloria tacite suboritur, subiungit dicens: Nam qui per ista seruit Christo, acceptus est deo, & probatus est hominibus. Non enim ita tu perfectionis gratia, quae admodum pacis & concordiae omnibus admirandus eris. Nam hoc bono fruētur omnes, illo vero ne vnus quidem. Itaque quae pacis aedificationisque mutuae sunt, seētēmur. Aliud ad illum infirmum pertinet, ut pacificus sit: aliud ad hunc, ne fratrem suum destruat. Veruntamen rursus vtraque illa cōmunia facit, dum aedificationis mutuae meminit, ostēditque simul, quod sine pace difficile sit aedificare mutuum. Ne cibi causa destruas opus dei. Salutem fratris ita vocans, timorem auget, atque ostendit quod contrarium facere studeat. Nam non solum non aedificas, inquit, quod putabas, sed & destruis: idque non humanum sed diuinum aedificium, atque ad hoc non eximiae cuiuspiam, sed exilis rei gratia: nam cibi gratia, inquit. Deinde ne infirmum in mala ista opinione tot indulgentiae confirmet, rursus dogmatizat, dicens: Omnia quidem munda, sed malū homini est per offendiculum vescenti. Qui mala scilicet conscientia vescitur: itaque etiam si coegeris ut is vescatur, nulla tamē suberit utilitas. Non enim immundū cibis facit, sed animū quo quis vescitur. Hinc itaque nisi correxeris, omnia frustra feceris, quin magis nocueris. Nam non parum differt, immundum putare cibum, & eum qui ita putat immundū, nihilominus degustare. Igitur dupliciter hic peccas, primū, quod falsam opinionem cōtentione tua auges: alterū, quod gustare facis, quod immundū putat. Itaque donec persuaseris, non cogas. Bonū est non vesci carnibus, neque bibere vinū, neque quicquā per quod frater tuus impingit, aut offenditur, aut infirmatur. Rursus plus exigit, nimirū, ut non solum cogat, sed & illi cōdescendat. Istud nanque & ipse saepenumero fecit, ut quādo circumcidit, quādo tōsus est, quādo Iudaicā illam oblationem obtulit. Et non dicit illi quod hoc faciat, sed per modum generalis sententiae loquitur, ne infirmiorē illum rursus socordē magis reddat. Et quid dicit? Bonū est non vesci carnibus. Et quid dico de carnibus & vino? etiā si aliud quidpiam tale sit quod scandalum praebet, abstineto. nihil enim tanti est, quod salutem fratris adaequari debeat: atque hoc Christus ipse manifestat ē caelis adueniēs; & omnia quaecumque passus est, propter nos ferēs. Obserua vero mihi quomodo & istū tāgat, quū dicit: Per quod frater impingit, aut offenditur, aut infirmatur. Nam non erit, inquit, ut mihi dicas, quod praeter rationē faciat: sed quod corrigere queas. Sufficientē etenim iustitiā habet, qua poterit infirmitati illius succurri, atque interim tibi nihil accedit dāni: neque enim hypocrisis est res ista, sed edificatio & dispensatio. Nam si coegeris illum, quasi definito bello aduerfabitur tibi, cōdemnabitque, & aedificabitur magis ad hoc ut non comedat: si vero cōdescēderis, tādē te diliget, neque pro eo habebit, qui suspiciose doceas, potestatemque deiceps accipies sensim in illo recta seminare dogmata. Quod si semel illi exesus fueris, omnē simul accessū futuro sermone obsepiuisti. Itaque ne cogas illum, sed & tu ipse abstinēas propter illum, non tanquam ab immundo abstinēs: sed quoniam ille si comederet, scandalū pateretur, & eō magis te diligeret. ita & ipse Paulus fieri praecipit, quum dicit: Bonū est non vesci carnibus, non quod immundae sint, sed quoniam ex eo frater offenditur & infirmatur. Tu fidem habes? apud te metipsum habe. Videtur mihi hoc loco & vanae gloriae tacite arguere perfectiorem.

Quod verò dicit, tale est: Vis mihi ostendere quod sis perfectus & cōsummatus? Non mihi ostentes, sed tua ipsius conscientia cōtentus esto. fidē verò hic non eam dicit, quae ad dogmata pertinet, sed quae propositi est argumēti. De illa siquidē dicit: Ore verò cōfessio fit ad salutē: & qui negauerit me coram hominibus, negabo ipsum & ego. Nam illa tuum subuertit, quādo cōfessa non fuerit, ista verò quando intēpestiue. Beatus qui seipsum in eo quod probat, non iudicat. Infirmiorem rursus percutit, istique conscientiae sufficere coronam ostēdit: nam etsi homo non viderit, tu tamen tibi ipsi satis eris ad hoc ut beatus sis. Postquā enim dixerat, Apud te metipsum habeto, ne modicū & exile tibi videatur istud propriae conscientiae forū, dicit illud tibi ipso orbe melius esse. Et si te accusauerint omēs, tū verò te ipsum non cōdēnaueris, neque ipsa conscientia reprehēderit, beatus es. Verum non simpliciter de omnibus loquēs hoc posuit. Sūt enim multi qui seipsum non iudicant, tamen vehementer delinquāt, qui omnes eō sunt miseres. Sed proposito interea argumento inhæret. At qui diiudicat, si egerit, condemnatus est. Rursus ad parcendū infirmiori adhortās, hoc dicit: Quid enim utilitatis fuerit, si seipsum iudicans & cōdemnās egerit? Ego quippe illum probo qui & vescitur, & cū nulla hēlitatione vescitur. Vide quomodo illum inducat non solum ut edat, sed & munda conscientia edat. Deinde & causam ponit, propter quam cōdemnatus sit, subdens ac dicens: Quoniam non ex fide. Non quod immundus sit cibus, sed quod non ex fide: non enim mundum esse credidit, sed tanquam immundum attigit. Per ista verò ostendit quantum damni dent, qui non persuasos attingere cogunt quae ipsis immunda videtur, quatenus vel hoc pacto moti desinant obiurgare infirmos. Quicquid verò ex fide non est, peccatū est. Cū enim quod edit, mundum esse nec cōfidat nec credat, quomodo non peccasse credetur? Haec autē omnia de proposito tantum argumēto a Paulo dicuntur, non de quibusuis. Et obserua quantā curā habeat vitādi scandali. Nam & supra dixerat: Si verò propter cibum frater tuus contristatur, non iam secundum charitatem ambulat. Quod si cōtristandus non est, multo minus scādalizandus. Et rursus, Ne cibi causa destruas opus dei. Si enim ecclesiā suffodere graue est & scelestū, multo magis si hoc tēplo spiritali fiat. Augustior quippe est homo magisque venerandus, quā ecclesia. Non enim propter parietes mortuus est Christus, sed propter ista spiritus sancti exempla.

Morale.

D Circūspectis itaque singulis, quae ad nos pertinent, videamus ne cuiquā vel modicā mali aniam praestemus. Stadiū quippe praesens haec vita est, & innumeros oculos quos circūquaque dirigamus habere oportet, neque putandū ad apologiā sufficere ignorantiam: erit enim, erit iniquā, quando & ignorantia poenas dabimus; quando scilicet & ipsa ignorantia veniam non habebit. Nam & Iudaei ignorarunt, sed ea ignorarunt, quorum ignorantia veniam non meretur: & Graeci ignorarunt, sed excusationē non habēt. Quod si ea ignoraueris, quae sciri non possunt, praeter culpā erit: si verò quae scitu & possibilis sunt & facilia, extremas poenas merito dabis. Nisi enim vehementer pigri negligētēque fuerimus, sed quaecumque ad nos pertinent, simul attulerimus, & in his quae ignoramus, manū porriget deus: id quod & Philippensibus scribit Paulus: Et si quid aliter, inquit, sentitis, hoc quoque vobis

sup. 10. b  
Luc. 9. d  
nat. 1. p.  
qu. habet  
emendatus  
codex.

Hic sup. e

ibidem.

καταλυ-  
ταίος.

Philip. 3. b  
bis

Mat. 13 b

Ibid. 12 b

Ivan. 8 f

Græcum passim pro Genti sine Ethnico ponitur.

Baruc. 1 a

Intra muros

¶ prope nā si Bācōn- rai, apud oēs celebre factū est.

bis deus reuelabit. Si verò nihil eorū que nostrę sunt potestatis, expedire voluerimus, neq; illius potiemur auxilio. Idē & Iudęis vsu venit: nam in parabolis, inquit, illis propterea loquor, quòd vidētes nō vidēt. Quomodo vidētes nō videbāt? videntes expelli dæmones, dicebant, dæmoniū habet: mortuos excitari cōspicientes nō adorabāt, sed interficere ipsum tentabāt. Sed Cornelius nō ita: atq; ideo quoniā diligēter quicquid poterat, faciebat: quod reliquū adhuc deerat, adiecit deus. Ne dicas itaq; quomodo hunc vel illum simplicem & bonū contempsit deus, eò qd Græcus sit? Nam primū quidē quis simplex sit ab hominibus cognosci nequit, sed ab eo solo qui singula corda formauit. Deinde & hoc dici potest, qd plerunq; qui talis videtur, veritatis nullam habeat vel curā vel diligentiam. Sed dicis: & quomodo poterit, quum sit homo vehementer simplex & idiota? Simplicē itaq; hunc & idiotam in rebus terrenis mihi cōsideres, ac discas videāsq; quā multam illic ostēdat diligentia, quā si & spiritalibus impendere voluisset, contēptus utique non fuisset. Sole quippe clariora sunt quę veritatis sunt, & vbiq; quis intenderit, facillē suā ipsius salutē apprehendet: si quidem advertere voluerit, illamq; nō velut obiter quęrendā putauerit. An in Palæstina occlusa sunt salutis negotia? An in modico orbis angulo? Nō audisti prophetā dicentē: Quoniā omnes cognoscēt me à paruo vsq; ad magnū? Nō vides rem ipsam loqui? Quomodo ergo veniam habebunt isti, cum veritatis doctrinam expositam videant, & manifestam: & tamen nec satagūt, nec curant, quòd illam discant? Et ista, inquit, ab eo exigit qui agrum incolit, & à barbaro? Nō solū ab agricola & barbaro, sed & si quis barbaris istis, qui nūc sunt, barbarior fuerit. Quā ratione, dic quæso, in rebus secularibus qui talis est, & cōtradidicere nouit iniuria adfectus, & resistere violētia passus, omniāq; facere ac moliri, vt neq; calumniam aliquādo ferat, cum in rebus spiritalib; eadē prudentia nō vtatur? Et quando lapidē adorat, deum ratus, festiuitatēq; celebrās pecunias insumit, multāque religionē ostēdit, per simplicitatem socors ac negligens nō redditur: quādo verò qui verē est, quęrdus est Christus, tum mihi simplicitatē & stupiditatē memoras? Nihil est itaq; quod dicis, nihil est in quā, sed solius negligentia focordiaq; culpa perit. Nā quos simplicitates agrestioresq; putas, an qui tēporib; Abrahamę, an qui nūc viuūt? Manifestū, quòd qui tēporibus Abrahamę vixerūt. Quādo verò facilius fuit verā inuenire pietatē, an nunc, an Abrahamę tēporibus manifestum quòd nūc. Nam nūc quidem & dei nomen inuocatum est ab omnibus, & prophetę præconizando prædixerunt, & res in effectū abiit, & Gentiū nūgā cōiūctę sunt. Tunc verò rudes adhuc erāt plebique, peccatūmq; regnabat. Adhęc neque lex erat quę instrueret, neq; ppheta, neq; miracula, nec doctrina, nec multitudo deū agnoscentiū, nec aliud tale quippiā: sed velut tenebris profundis noctēq; dēsa & hyemali adoperta erāt omnia. Verūtāme admirabilis hic & generosus vir, licet tot essent impedimēta, nihilominus & deum agnouit, & virtutē exercuit, aliōsq; multos in eūdē zelū induxit: idque tamērsi neq; externę sapiētia aliquid haberet neq; experientia. Quomodo enim habuisset, quū nusquādam inuētę essent literę: verū quoniā quod suum erat, ad hanc rē contulit, contulit simul & deus quòd &

A reliquū & sui muneris erat. Neq; em̄ dicere potes, qd pietatem suam ex patribus acceperit Abraham. Idolatra quippe erat pater. Nihilō tamē min⁹, licet talibus esset progenitoribus, homo barbarus in medio barbarorū educatus, nullū habēs pietatis præceptorem: & deū tamē agnouit, & nepotibus suis vniuersis, quibus & lege frui datū est & prophetis, ad eò factus est clarior, vt exprimi nequeat: vnde quæso? Quòd in tēporalibus quidē nō admodum sollicitus fuit, in spiritalibus verò sese totū intendit. Quid verò Melchisedek? Nunquid & ipse eisdē temporibus vixit, tātūmq; emicuit, vt & sacerdos dei appellaretur? Etenim impossibile, vehemēter, inquam, impossibile fuerit, eū qui aduigilauerit, aliquādo contēptum iri. Ne verò nos istud turbet, sed sciētes quod vbiq; mētis præualet dominū, quę nostra ipsorū sunt cōsideremus, si quo pacto meliores reddamur. Ne vocem⁹ deum in iudiciū, neque scrutemur, cur hunc reliquerit, istū vocauerit. Hoc etenim nihil aliud fuerit, qd si feruus suo pte vicio reiectus curiosē excutiat heri economiam. Miser ac ærumnose, quum te rationum tuarū te sollicitū esse oporteret, & quomodo dominū tibi conciliare, à domino rationem exigis tanquam rationem non redditurus? eaq; prætercurris quorū pœnas vt tu luas necesse est: Quid igitur ad Græcum, inquis, dicam? Hęc ipsa scilicet. vide autē ne solū dicas ad Græcum, sed & quomodo ipsum emendes. Quando vitam tuam exquirens scandalū ab illa patitur, hic cura quid dicas. Pro illo siquidem etiam si scandalizetur, rationē nō dabis: verū si ex vita tua nocumēti quicquā acceperit, extremū subibis periculum. Quādo de regno dei philosophatē te viderit, & tamen interim præsentia admirantē & gehennam metuentē, & ad ea mala quę hic sunt tremētē, tūc quid dicas vide. Quādo scilicet ista vidēs reprehēdet ac dicet: Si regnū dei amas, quā ratione præsentia nō despicias? Si tribunal quoddam terribile expectas, quid præsentis molestias nō contēnis? Si immortalitatē speras, cur mortē non floccipēdis? cum ista, inquam, dixerit: tum cura quo pacto te excuses. Si quando te pecuniarum iacturam formidare viderit qui cœlos expectas, próq; vnico obolo impēdio gaudere, ac rursus modici argēti gratia quasi venalē exponere animā, tūc sollicitus esto. Ista quippe sunt: ista sunt, in quā, vnde Græci scandalizātur. Itaq; si tuę ipsius salutis curam habes, pro istis respōde, verū nō verbis, sed factis. Nam propter illā quidem quęstionem, deum nemo blasphemauit vnquā, propter malā verò vitā innumerę sunt vbiq; blasphemia. Hoc igitur corrige: alioqui rursus dicet tibi Græcus, vnde discā, quòd possibilis præceperit deus? Nam ecce, tu quū ex ipsis progenitoribus Christianus atq; in bona ista religione enutritus sis: nihil tamen quòd huc pertineat, facis. Quid dicis? Omnino respōdebis, ostendā tibi alios qui faciant, nimirū monachos eremum incolētes. Nō erubescēs, quòd cū Christianū te fatearis, ad alios mittas, vt qui quę Christianorū sunt, designasse te demonstrare nō valeas? Ille siquidē cōfestim dicet: Quam ergo mihi necessitatem facis eūdi ad mōtes, solitudinēsq; persequēdi? Si em̄ possibile nō est huic incubere philosophia eum qui in mediis versatur vrbibus, magna vtiq; fuerit cōuersationis vestrę reprehensio, siquidē relictis vrbibus ad solitudines currendum sit. Sed ostende mihi hominem, qui & vxorem habēs & pueros simul ac domū philoso-

¶ hanc co- roridem vulgata editio ad sine adiecit episto- la.

philosophetur. Quid igitur ad ista dicem⁹? An nō necessario decidemus & cōfundemur? Neq; em̄ Christus ita præcepit. Sed quomodo? Luceat lux vestra, inquit, coram hominib; nō corā mōtibus, neque corā solitudine, aut recessibus auis. Atq; hęc dicēs, nō illis detraho, qui montes occupant: sed habitatores vrbium deploro, eo quòd ex illis virtutem exegerint. Horror itaque, vt philosophiā ex montibus in vrbes reducamus, vt ciuitates sint verē ciuitates. Ista sunt quę Græcū emēdare, ista quę ab innumeris scādalis liberare nos possunt. Itaq; si voles & illum à scandalo liberare, tibiq; innumera nancisci præmia, tuā ipsius corrige vitā, vndique illam illustrem reddens, vt videāt homines bona opera tua, glorificentq; patrem qui in cœlis est. Ad hunc quippe modū nos ineffabili illa magnificāque gloria potiemur, & nunc & semper & in infinita seculorum secula, Amen.

Homilia xxvij.

**E**I autē qui potēs est confirmare vos secundū euangeliū meū, & secundū predicationē Iesu Christi, iuxta reuelationē mysterij tēporibus æternis taciti, manifestati vero nūc per scripturas propheticas iuxta præceptū æterni dei, ad obedientia fidei in omnes Gentes patefacti, soli sapienti deo, per Iesum Christum cui gloria in secula, Amen. Isthęc perpetua Pauli consuetudo est, precatione & glorificatione adhortationem claudere. Sciebat enim rem hanc non leuis esse momētū. Consueuerat autem istud ex magno amoris, nimirū paterno, affectu simul ac pietate facere. Ad præceptorem quippe, qui & puerorū & dei sit amans, pertinet, non tantū sermone instruire, sed & precationibus diuinum auxilium instructis impetrare, id quod sanē & hoc loco facit. Lectiois verò & sensus hęc est consequentia: Ei autē qui potēs est confirmare vos, sit gloria in secula, Amen. Rursus etenim infirmis illis immoratur, sermonēq; ad eos dirigit. Cū enim increparet, communi vt batur increpatione. Nunc verò facta precatione, supplicationem pro istis ponit. Postquā autem dixerat, Qui potēs est confirmare vos, adiecit etiā iuxta quem modum: Secundum euangelium meum. Hoc verò dicens, ostendit illos nondum fuisse confirmatos. Nam steterāt quidem, verū rursus fluctuabāt. Deinde vt fide dignum faciat sermonem, subiungit, & secundum predicationem Iesu Christi: hoc est, quam ipse prædicauit. Si verò Christus ista prædicauit, iā non nostra sunt dogmata: sed illius leges. Subinde & de illa Christi predicatione philosophās donum istud & magni esse beneficij simul & magni honoris ostendit. Et primum quidem ab ipso prædicatē probat, deinde & ab ipsis prædicatis: euangelia siquidē erant: præterea & ab eo quòd nihil horū ante nos cognoscebatur: id quod significat cū dicit: Iuxta reuelationē mysterij, quod quidē maxime philosophia signū est, quod mysteriorū participes illos facit. Tēporibus æternis taciti, manifestati verò nunc. Olim quidē præfinitū erat, nūc autē apparuit. Quomodo apparuit? per scripturas propheticas. Rursus & hic infirmi timorē exoluit. Quid enim times, inquit? Ne deficias à lege? Atqui hoc ipsum exigit lex, hoc ipsum iā antea prædixit. Si verò quæsieris, quā ratione nūc tandē apparuerit, periculosam rē facis, mysteria dei curiosē examinās, rationēq; illorū exigens. Neq; enim talia curiosē inquirenda, sed diligēda sunt & amplectēda. Vnde & ad obstruēda huiusmodi animi sententiā, subinfert: Iuxta præceptū æter-

A ni dei, ad obedientia fidei. Obedientiam quippe fides exigit, non curiositatē: & quādo deus præcipit, morem oportet gerere, nō curiosē inquirere: deinde & aliūde confidētiore illos facit, cūm dicit, In omnes Gētes patefacti. Nō enim solus, inquit, ita credes, sed tecum vniuersus etiā orbis: non hominem, sed deum ipsum adeptus doctorē, vnde & subiūgit: Per Iesum Christū. Nō est autē mysterium hoc patefactum solū, sed & confirmatū. Vtrunq; verò ipsius est opus. Propterea & ita legēdū est: Ei autē qui potēs est cōfirmare vos per Iesum Christū, vtrunq; siquidē illi, quemadmodum dixi, acceptum fert. Imò nō solū vtrunq;, sed & gloriam illam quę patrē cōcernit illi adscribit. Propter quod & subdit: Cui gloria in secula, Amen. Glorificat autē illum ad incōprehensibilia illa mysteria denuò stupefactus. Neque enim etiam nūc posteaquā apparuerūt, cogitationibus illa quicquam cōprehēdere potest, sed oportet vt fide agnoscat. Aliter autē nō licet, bene verò dixit, Soli sapienti deo. Quādo enim perpēderis, quomodo Gētes adduxerit, illisq; qui iā olim rectē vixerūt, cōmiscuerit, quomodo deploratos saluauerit, quomodo tellure idignos ad cœlos euexerit, & eos qui ex præfenti hac vita exciderāt in immortalē illam & inefabilem induxerit, & à dæmonibus pessundatos angelis pares fecerit, paradisūmq; aperuerit, ac vetera mala in vniuersum sustulerit, idq; breui tēpore, viāq; & facillima & cōpendiosissima: hęc, inquam, si perpēderis, tūc cognosces illius sapiētia, quādo videlicet videris, quod neq; angeli neque archāgeli viderūt, id cōfestim eos qui ex Gentibus sunt, per Iesum Christum edoctos esse. Oportebat itaq; illius admirari sapiētiam, ipsūmq; glorificare. Tu verò circa modicā versatus vmbra adhuc immoraris, id quod non est valde Christū glorificātis. Qui enim illi nō fidit, neq; fide persuasus est: factorū illius magnificentia testimoniū non præbet. Verū pro illis gloriam Christo refert Paulus, vt & eos ad æmulādū prouocet. cū verò audis dicentē apostolū, Soli sapiēti deo, ne putes ad improbationē filij dici. Si enim omnia ista, vnde ipsius sapientia demonstratur, per Christum facta sunt, sinēq; illo factum est illorum ne vnū quidem, facillē liquet, qd & quę sapiētia ipsam concernunt, vtrinq; paria sunt. Quāobrē igitur, soli, dixit? Ad discretionē scilicet vniuersę creaturę. Reddita itaque glorificatione, rursus à precatione in adhortationē desinit, versōq; ad firmiores sermone subsequenter dicit: Debemus autem nos qui potentes sumus. Debemus, non donamus. Quid debemus? Infirmitates impotentū portare. Vides quomodo illos encomiis extulerit, nō solū quod potentes vocauit, sed & quòd in suum ipsius ordinem illos secum collocauit? Neq; hoc solū, sed & vtilitatis argumēto vitatāq; omniū inuidia rursus illos attrahit. Nam tu quidē, inquit, potēs es, & si cōdescēderis, nihil dāni feres: ille verò extrema periclitatur, nisi portatus fuerit. Et nō dicit infirmos, sed infirmitates impotentū, vt ipsorū misereatur attrahens & inuitās, quēadmodum & alibi dicit: Vos qui spiritales estis, instaurate eum qui huiusmodi est. Potens factus est? Respōde deo mercedē qui talem te fecit. Tum autē repēdes, quādo infirmitatē ægroti correxeris. Erasmus enim & nos infirmi, gratia vero dei potētes facti sumus. Istud autem non solum hic oportet facere, sed & circa eos qui alio infirmitatis genere laborant: vt pote si iracundus quis autē conuis-



cōuiciator fuerit, aut aliud quippiam vitij habuerit, portato: quomodo vero fiet istud? Audi sequētia. Cū enim dixisset, portare debemus, subiunxit: *Ac nō placere nobis ipsis. Vnusquisq; vestrū proximo placeat in bonū, ad edificationē.* Quod vero dicit, tale est: Potēs es? Experimentū potētīe tuæ sumat infirmus. ille robur tuum discat. Illi placeas, sed in bonū: & neq; simpliciter in bonū, ne dicat perfectus, ecce ad bonū illū traho, sed adiicit, ad edificationē. Itaque siue diues fueris siue potēs, nō tibi ipsi, sed pauperi & egeno placeas. Hoc pacto siquidē & vera poteris gloria, & multū ferēs fructus & emolumētī. Tēporaliū quippe rerū gloria cōfestim auolat, spiritaliū vero manet, siquidē ad edificationem hoc feceris. Propterea ab omnibus istud exigit. Non enim ille vel ille, sed vnusquisq; inquit, vestrū. Deinde quoniam magnū quid praeceperat, propriamq; demittere perfectionem ad alterius instaurandā infirmitatem iusserat, Christum rursus in medium adducit, dicens: *Nam & Christus sibi ipsi non placuit.* Quod quidē & semper facit. Nam quū & de

2. Cor. 8. b. elemosyna loqueretur, ipsum adducebat dicens: Cognoscite gratiā domini, quoniā cū diues esset, propter vos pauper factus est: & cū ad dilectionē adhortaretur, hinc quoq; adhortabatur dicens: *Quēadmodum & Christus dilexit nos.* De ferēda etiā cōfusione & periculis cōsulens, ad eundē confugit, dicens:

Heb. 12. d. Qui pro gaudio sibi proposito, crucem iustiniuit, cōfusione cōtēpta. Ita & hic Christum quoq; idem fecisse ostēdit, Prophetamq; qui hoc iam olim prae-dixit, inducit. Vnde & subdit: *Quēadmodū scriptum est,*

Psal. 68. b. *Opprobria opprobiantiū tibi ceciderūt super me.* Quid est autē, nō placuit sibi ipsi? Poterat nulla ferre opprobria, poterat quā passus est nō pati, siquidē quē sua erant spectare voluisset. Verū noluit, sed quod nostrū erat respiciēs, quod suū neglexit. Et cui gratia nō dixit, seipsum euacuauit? Quoniā nō solum ostendere voluit, quod homo factus est, sed quod & conuiciis impetitus est, & malā à multis adeptus est opinionē, ob id quod infirmus putaretur. Dicebāt enim, Si filius dei es, descēde de cruce: & alios saluauit, seipsum saluare nō potest? Rem ideo cōmemorat talem, quē ad praesentis argumētī propositū faceret, multoq; plus ostēdit ac probat, quā promiserat. Nō enim Christum tantummodo opprobriis adfectum ostendit, sed & patrē: opprobria siquidem, inquit, opprobriū tibi inciderunt in me. Quod verò dicit, tale est: Nihil cōtigit noui, nihil peregrini. Qui em̄ in veteri testamēto studio opprobriū deo laborarūt, iidē & aduersus filiū insanierūt. Hæc autē ideo scripta sunt, ne & nos illos hic imitemur. Deinde & ad tentationum tolerantiam munit. *Nam quaecumque prescripta sunt, ad nostram doctrinā, inquit, prescripta sunt, vt per patientiā & consolationem scripturarum spem habeamus.* Hoc est, ne excidam. Multi siquidē sunt agones à foris & ab intus, vt & corroborati per scripturas & cōsolati tolerantia ostēdamus, inq; tolerantia viuētes, in spe maneamus. Nam vicissim hæc duæ alterā parit altera, tolerantia spem, spes tolerantia: vtraq; verò ex scripturis nascitur. Deinde rursus ad precationē verso sermone, dicit: *Deus autē tolerantia & consolationis det vobis vt eodem alius in alium situ affectu secundum Christū Iesum.*

Mat. 27. e. *Ibidem.* Nam dilectionis hoc proprium est, vt quod pro se quisq; curat, idē faciat & pro altero. Deinde vt ostēdat q; non simpliciter dilectionem quærat, subiungit, secūdū Christū Iesum: id quod vbiq; facit, eō

A quod & alia quædā dilectio est. Et quænam est concordia huius utilitas? *Vt unanimiter, inquit, vno ore glorificetis deū & patrē domini nostri Iesu Christi.* Nō dicit simpliciter, vno ore, sed & vna anima fieri hoc præcipit. Vides quomodo totū corp⁹ coadunauerit? Quomodo sermonē rursus in glorificationē cōcluserit? Vnde & potissimū ad cōsentum & cōcordiā hortatur & allicit. Deinde rursus hinc eidē adhortationi immoratur dicens: *Propterea assumite vos mutuo, quēadmodum & Christus assumpsit vos ad gloriā dei.* Rursus exemplum è supernis, & lucrū simul ineffabile. Nā ex hoc potissima gloria deo accedit, quod in vnū cōplicamur & cōcludimur. Itaq; si quando tui gratia nō nihil dolens à fratre dissentis, animo perpendēs quod iram dimittens dominū tuum hoc pacto glorificas: et si non propter fratrem, propter hoc tamen ipsum recōciliare, imò verò propter hoc præcipuē. Nā & Christus hoc sursum ac deorsum versans, & ad patrē differens, dicebat: In hoc cognoscent omnes quod tu me miseris, si vnum fuerint.

Morale.

Perfuadeamur itaq; coaptemus nos ipsos inuicē. Nā hoc loco nō iā solos infirmos, sed simul omnes excitat. Quod si quis abs te seipsum auellere cupiat, tu vide ne quantū in te est auellaris ab ipso. Neq; frigidū istud & imbecilli animi verbū proferas, Si me dilexerit, diligā. Si me dexter quoq; nō dilexerit oculus, effodiā illū. Satanica sunt ista, publicanorūq; & Græcorū pusillanimitati cōueniētia. Tu verò quū sis ad potiorē ciuitatē & cōuersationē vocatus, inq; ipsum cælū inscriptus, maioribus quoq; legibus obnoxius es. Ne dicas itaq; talia, sed si quādo amare te noluerit, tum maiorem etiā dilectionem ostendito, quaten⁹ ipsum attrahas. Mēbrū siquidē est. Mēbrum verò si necessitate quapiā à reliquo fuerit corpore abscindendū, nihil nō molimur, quod illud vniamus iterū, ita vt nunquā maiorem curam impēdamus: ita tibi quoque faciendū. Nā tum demū maior expectāda tibi merces est, quādo diligere recusantē attraxeris. Si enim eos potissimū ad prædium vocare iubet, qui vicem rependere nequeunt, quod aucta nos maneat retributio: multo magis circa dilectionē hoc facere oportet. Qui em̄ dilectus diligit, mercedē tibi eo ipso iā reddidit. Qui verò dilectus nō diligit, deū pro seipso debitorē tibi cōstituit. Præterea si te dilexerit, nō multa cura opus habebit: si verò nō dilexerit, tum potissimū tua cura & adiutorio iuuāndus erit. Causam itaq; curæ ac diligētia: ne causam facias concordia: ac negligētia: neq; dicas, quoniā morbo laborat, ideo ipsum negligā. Morbus siquidem est ista dilectionis frigiditas. Tu verò, quod frigidum est, calefacito. Quid autē si calefieri nō sustinet, inquires? Perdura quod tuū est faciēs. Quid si eo magis peruertetur? Rursus maiorē tibi retributionē procurabit. Eoq; te magis imitatorē esse Christi declarabis. Si em̄ dilectio mutua discipulorū insigne est (in hoc enim cognoscēt omnes, inquit, q; discipuli mei estis, si vos inuicē dilexeritis) perpēde quātū sit, odio prosequantē diligere. Nā & domin⁹ tuus osoros suos dilexit & prouocauit. Et quātō erāt infirmiores, eō maiore curā impēdit, clamauitq; dicens: Non opus habēt medico qui sani sunt, sed qui malē habent. Mēsa quoq; sua & publicanos & peccatores dignatus est. Et quāta à Iudæis afficiebarur ignominia, tātū vicissim erga illos & honoris ostēdit & curę. Imò multo plus

1. Co. 13. b. plus etiā, hunc æmulaberis & tu. Neq; enim modici momēti virtutē habet hoc factū. Tale siquidē est, vt sine eo martyr etiā deo placere nequeat, quēadmodum Paulus dicit. Ne dicas itaq; quoniam odio habeor, propterea non diligā: propter hoc enim ipsum potissimū diligere debes. Alioqui nō facillē fit vt qui diligit, odio habeatur. Nam etiā si bestia quis sit, diligētes tamē diligit: hoc enim, inquit, & Ethnici faciūt & publicani. Si verò diligētes se quisq; diligit, quis nō eos diligit, qui tamet si odio habeantur, nihilominus diligūt: Hoc itaq; declara, neq; cesses quin perpetuō dicas, quoniam quantūuis exofus tibi sim, nō quiescā tamē, quo minus te diligā. Hoc si feceris, nullam nō contentionē sedabis, nullam nō animam emollies. Morbus enim iste aut ex inflāmatione fit, aut ex frigiditate. Verū vtriq; dilectionis virtus suo calore mederi cōsueuit. Nō vides turpes illos amatores, alapas, sputa, opprobria, innumerāq; alia incōmoda, quē fornicariē ille mulieres infligūt, patienter ferre? Quid igitur amorē hūc eximet? Illata cōuicia? Nequaquā. Imò magis inde accēditur. Et quāquam ista faciētes mulierculę præterquā quod fornicatur, obscuro etiā ac vili genere sint, qui vero talia ab illis patiūtur, illustres se penumero pgenitores cōnumerare, multāq; maiorū possent prætere dere celebratē: neque hoc tamē illos liberat, aut ab amata cohibet. An nō erubescim⁹ quod tantā erga deū dilectionē, quātam habet potentiā diabolicus ille ac dæmoniacus amor, ostēdere nequimus? Non cōsideras quod aduersus diabolū maximū sit hoc munimentū? Nō intelligis, quod malus ille dæmon instet, quatenus exofus ad se trahat membrū tuū circumuenire satagens? Tu vero neglecto illo trāsīs, pugnaq; præmiū prodīs. Nam veluti præmiū in mediū ponitur frater: qd si viceris, coronā adeptus es. Si vero neglexeris, sine corona discedes. Cessa itaq; à sathanico illo verbo: Quoniā si odit me frater meus, ne visu quidē illū dignabor. Nihil em̄ turpius dici poterit, tamet si generosa mētis indicia multi hoc esse velint. Sed nihil illis est ignobilius, nihil stultius, nihil crudelius. Propterea quoq; potissimū lugeo, quod quē malitia sūt, virtutis esse multi putāt, & fratres cōtēnere & despiciere splendidū videtur & honestū: quod quidē fortissimus est diaboli laque⁹, nimirū quod & bona opinione malitia circūdatur, vnde & difficile adeo vel tollitur vel relinquitur. Ego quidem multos audiui hoc ipsum gloriātes, quod auersos à se non accēserint: atqui dominus tuus in eo gloriatur etiā. Quoties illū conspēserūt homines? quoties auersati sunt? Ipse vero nō quiescit, quin adcurrat. Ne dicas igitur quoniam odientes me nō possum accedere: sed dic, quoniā auersantes me auersari nequeo. Hoc demum fuerit discipuli Christi verbū, quēadmodum & alterū diaboli. Hoc illustres fecit & celebres, alterū vero turpes ac ridiculos. Admiramur ob id Mosē, quod

Ab ex- plo turpis amoris. quū diceret illi deus, Dimitte me, & ira percitus cōterā & delebo illos, auersari nō potuit eos, qui iā toties illū auersati fuerāt: sed dixit, Si quidē peccatum hoc illis dimittis, dimitte, sin minus, me quoq; cū illis dele. Erat em̄ & amicus & imitator dei. Ne glorie mur itaque in eo, quod magis occultare oportebat. Neq; dicamus quæ forēsium sunt & dissolutorū hominū, nimirū: Innumeros auersari scio, sed etiam si alius quispiā hoc dixerit, irrideamus illū potius, atq; os illius obstruamus, gloriantis illic, vnde magis cō-

Exo. 32. b. *Ibidem. g.* fundi oportebat. Quid quæso dicis? Auersaris hominem fidelem, quē Christus, cū infidelis adhuc esset, nō est auersatus? Quid dico, nō est auersatus? Ita quippe illū adhuc inimicū ac turpē dilexit, vt mortuus etiā pro illo sit. Deinde ipse quidē illū adeo fortiter, ac talē dilexit: tu verò formosum iam & admiratione dignū, membrūmq; Christi, imò dominicū corpus factū, dic quæso contemnis atque auersaris? Nō obseruas quid dicas? Nō sentis quid temere audeas? Caput habet ipsum Christū, & mensam, & vestimētum, & vitā, & lumen & spōsum. Nā omnia illi Christus est, & audes dicere, auersor illū? Et nō solū illum, sed & cū illo innumeros alios? Cōpescere ac cohibe insanā istam: agnosce fratrem: discere verba ista stultitiæ esse atq; insanie, dic cōtraria. Etiā si me milites fueris auersatus, nō tamen deficiā. Atq; hoc pacto & fratrem lucraberis, & ad gloriā dei coges, bonaque futura adipisceris gratia & benignitate, &c.

Homilia xxviii. **D**ico autē Christū Iesum ministrū circumcisionis fuisse pro veritate dei, ad cōfirmandas promissiones patrum. Rursus de Christi pro nobis cura & sollicitudine disserit, eidem adhuc capiti inhærens, ac ostēdens, quanta pro nobis fecerit, & quomodo sibi ipsi non placuerit. Adhæc simul & illud probat, quod Gentes videlicet maiorum ac pluriū debitores deo sint. Si maiorū debitores sunt, tenētur vtiq; patiēter ferre eos qui ex Iudæis infirmi sunt. Nā posteaquā illos vehemēter reprehēderat, ne isti sibi ex eo plus æquo placerēt, rursus eorū cōtrahit arrogatiā. Iudæis quidē bona illa ex promissione patrib⁹ facta, data esse ostēdit, Gētib⁹ verò ex sola misericordia & benignitate. Vnde & dicit: Gētes verò pro misericordia glorificēt deū. Vt autē clarius fiat quod dicit, audi ipsa denuō verba, vt discas quid sit Christum pro veritate dei ministrū circumcisionis fuisse, in hoc, vt cōfirmētur promissiones patrū. Quid igitur est quod dicit? Abrahæ facta erat pmissio, ita sonās: Tibi dabo terrā & semini tuo, & in semine tuo benedicētur omnes Gētes. Verū post istā promissionē supplicio facti erāt obnoxij, quotquot erant de semine Abrahæ. Lex em̄ quā transgressi fuerāt, iram illis operata erat, promissionēq; illa patrū cōsequenter priuauerat. Adueniēs verò filius apud patrē egit, vt promissiones illę re vera præstaretur, & in effectū abirēt. Omni siquidē lege adimpleta, simūlq; cū lege & circūcisione, deinde & per crucē maledictione quæ legis trāsgressionē cōcernebat, sublata, promissionē hanc intercidere nō est passus. Cū itaq; Christum ministrum circūcisionis fuisse scribit, hoc dicit, nimirum quod aduenerit, quod totam legem adimpleuerit, q; circūcisus, semēnq; Abrahæ factus, & maledictionē soluerit, & irā dei sedauerit, aptosq; deinceps eos qui futuri erāt, ad suscipiēdā promissionē fecerit, semel ab eo, quod deū offenderāt, absolutos. Itaq; ne ob legis obseruantia reprehēsi Iudæi dicāt: Et quomodo Christus circūcisus est, totamq; legē custodiuit? in contrarium istud inuertit. Nō enim legem, inquit, ideo seruauit Christum, vt maneret, sed vt illam solueret, tēq; ab imminēte maledictione liberaret, & ab omni in vnuersum illius dominio. Quoniā enim tu legē trāsgressus es, ideo illā ipse adimpleuit: nō vt tu illā adimpleas, sed vt promissiones patrib⁹ factas tibi confirmaret, quas lex intercidere fecerat, ostēdens

dens te deū offendisse, atq; ideo hæreditate quoque indignum esse. Itaq; & tu mediāte gratia saluatus es. Reiectus em̄ eras. Noli itaq; diffidere, aut intempestiuè legi adhærere cōtēdere, quādo illa te ex promissione ista reieccisset, nisi tāta p te passus esset Christus. Passus est autē ista, nō ideo q̄ salute dign⁹ esses, sed vt deus verax esset. Deinde ne ex isto qui ex Gētib⁹ est, occasione inflādi sumat, dicit: *Gentes verò super misericordia glorificent deum.* Quod autem dicit, tale est: Iudæi quidem, licet indigni essent, promissione tamē habebāt. Tu verò neq; hāc habebas, sed ex sola diuina benignitate saluatus es. Tametsi, quod potissimū est, nihil illis ampli⁹ ex promissione accessisset, nisi Christus aduenisset. Veruntamen vt illos in vnū cōmifceat, phibeatq; ne aduersus infirmiores à fortioribus insurgatur, mentionē facit promissionū. De istis verò dicit, quod sola misericordia saluati sunt. Vnde & æquū erat, vt potissimū deum glorificarent. Gloria verò dei est, quādo coadunamur, quādo vnimur, quādo vnanimiter illū laudamus, quādo infirmum portamus, quādo abruptū etiā membrum nō contemnimus. Deinde & testimonia inducit, quibus probet, quod illis, qui ex Gētib⁹ sunt, credentes ex Iudæis coaptari oporteat, sic dicēs: *Sicut scriptum est:*

*Psal. 17. d. Propterea confitebor tibi in Gentibus domine, & nomini tuo & 4. Re. psallā. & Gaudete gētes cū populo eius. & Laudate dominū omnes Gētes, & collaudate ipsum omnes populi. & Erit radix Isse, & qui exurgēt imperare Gētib⁹, in eo Gentes sperabunt.*

Hæc autē omnia ideo adduxit, vt ostēdat, quod vniri vtrosq; populos oportuerit, simūlq; deum glorificare: interim & eū qui ex Iudæis erat, cōtrahens, ne aduersum istum erigeretur, vidēs ab omnibus prophetis vocari Gētes: & eū qui ex Gētib⁹ erat, ad modestiā reuocans, dum ostendit illum maiori gratiæ obnoxium esse. Deinde sermonē rursus precatione cōcludit, dicens: *Deus verò spei impleat vos omni gaudio in credēdo, in hoc, vt exuberetis in spe, per potentia spiritus sancti.* Hoc est; vt liberemini ab illa mœstitia quā erga vos inuicē habetis, vt non deiiciamini aliquando, vincaminive ab istis tētationibus. Istud autē erit quādo in spe exuberabitis, id quod bonorum omnium causa est. Erat autē hoc ex spiritu sancto: verum nō simpliciter ex spiritu sancto, sed si que nostra quoque sunt, simul attulerimus. Propterea dicit, in credendo. Ita siquidē gaudio poteritis adimpleri, si credideritis, si speraueritis. Verū nō dicit, si credideritis, sed si exuberaueritis in spe, vt nō solum consolationē malorū reperiatis, sed & gaudium habeatis propter fidei ac spei exuberantiam, atq; ita & spiritū sanctū attrahetis, sicq; illo p̄sente omnia bona cōseruabitis. Quēadmodum enim vitam vestrā esca cōtinet, atq; istā vita vicissim dispensat: ita si bona opera habuerimus, spiritum sanctum habebimus: & si spiritum sanctum habuerimus, bona etiam opera habebimus. Quēadmodum & è contratio, si opera nō habuerimus, spiritus sanctus auolabit: si verò à spiritu sancto vacui fuerimus, etiā circa opera claudicabimus. Abeunte siquidē illo, accedit spiritus immundus, id quod in Saule liquet. Quid enim quod non æquē nos agitat & suffocet quēadmodum illum? Verū alio modo nos strangulat, nimirū malis actibus. Cithara itaque Dauidica nobis opus fuerit, vt animæ oppressę diuina canam⁹ carmina, & ea quæ Dauidicæ sunt citharæ, & quæ ex bonis sunt operibus. Nam si alterū horū solū fecerimus, Dauidicamq; cantionē audiētes,

*Psal. 17. d. Propterea confitebor tibi in Gentibus domine, & nomini tuo & 4. Re. psallā. & Gaudete gētes cū populo eius. & Laudate dominū omnes Gētes, & collaudate ipsum omnes populi. & Erit radix Isse, & qui exurgēt imperare Gētib⁹, in eo Gentes sperabunt.*

*Suspicio legi debere in d. m. i. s. i. d. est: si speraueritis.*

A psallēti malis operibus repugnauerimus, quēadmodum & ipse Saül tū faciebat: & ad iudiciū nobis seruiet hoc pharmacū, & immanior erit nostra infania. Nam antequam carmina illa audiamus, timet quidē malus ille dæmon, ne quādo postquā audiuerimus, vitam nostrā rectē instituiamus: quando verò audita sacra cantione eosdem nos manere videt qui fueramus antea, etiam isto protinus timore exiit.

Morale.

Psallamus itaq; operum cantionem, vt peccatum demone peius eiiciamus. Demō siquidē nō omnino spoliat regno cœlorū: sed subinde fit, vt & profito mesto ac vigilāti: peccatum verò omnino excludit. Voluntarius quippe dæmon est peccatū, spōtaneaq; infania. Atque ideo neque misericordiā, neq; veniā meretur. Incātemus igitur animæ peccatis obsessæ, & ex aliis scripturis, & ex beato Dauid. Psallat autē os, & imbuatur animus. Non est autē vel hoc ipsum modici momēti. Nam si linguā psallere docuerim⁹, psallēte illa pudefiet anima, cōtraria ab eo quod psallitur volēs. Nō autem hoc solum bonū ex eo capiemus, sed & multa sciemus quæ ad nos pertinent. Nā & de futuris differet tibi Dauidica carmina, & de visibilibus, & de inuisibili creatione, ac de ipso cœlo. Vis discere num in hac statione cœlū sit māsūrū, aut aliquādo inmutandū? Apertē tibi respōdebit, ac dicit: Quoniā cœli sicut vestimētū inueterascēt, & velut amictū inuolues eos, & mutabūtur. Et de figura formaq; cœli si velis audire, audies omnia: Qui extendit cœlū, inquit, sicut pellē. Et si de superioribus ac superficie illius ampli⁹ quid cognoscere volueris, dicit tibi rursus: Qui tegit aquis superiora ei⁹. Et neque hic cōsistit, sed & de latitudine atq; altitudine illius differit, ostēdēs vtrobiq; eandē & æquā esse mēsurā. Quantū distat ortus, inquit, ab occidēte, tātum elōgavit à nobis iniquitates nostras, secundū altitudinē cœli à terra corroborauit misericordiā suā dominus erga timētes se. Quod si telluris quoq; fundamenta scrutari volueris, neq; ista celabūtur, sed audies prophetā psallentē, ac dicentē: Quoniā super maria fundauit eam. Et si de terræ motibus discere cupieris, vnde causentur, ab omni te dubio liberabit, sic dicēs: Qui respicit ad terrā, & facit eā tremere. Quod si noctis vsum quæsieris, & hūc cognosces ab illo edoctus, q̄ in illa pertrāseant omnes bestię syluæ. Et mōtes q̄ sint vtiles respōdet: Mōtes excelsi ceruis. Et ad quid petræ? Petra, inquit, refugiū Chærogrylliū & Erinaciū. Quo vsu sunt infrugifera arbores? Illuc struthia pullos suos collocāt. Quo pertinet in solitudinibus fontes? Hic habitāt bestię agri (extinguūtq; onagri sitim suā. Ad quid vinū?) Nō solum vt bibas, quoniam quidē ad hoc suffecerat aquæ natura, sed vt & delecteris. Vinū enim, inquit, letificat cor hominis. Istud edoctus cognosces etiā quousq; vino debeat vti. Vnde pascūtur volucres & agrestes ferę. Audi quid dicat: Omnia, inquit, ad te suspiciūt expectātes, vt des illis esca suo cuiq; tempore. Si dixeris: Ad quid sunt iumētā? Respōdebit tibi, q̄ & ista propter videntē seruituti hominū. Quæ tibi necessitas Lunæ? Audi ipsum dicentē: Lunam fecit propter tēpora. Et quod omnia fecerit, siue visibilia, siue inuisibilia: & hoc clare docuit, dicens: Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Quod mors etiam aliquādo soluenda sit, etiam hoc docet, dicens: Deus

redimet

*Ibi. 102. d. Ibi. 103. d. Ibi. 8. b.*

*Ibidem.*

*Psal. 114. b.*

*Psal. 18. a.*

*Ibidem.*

*Ibi. 103. a.*

*Psal. 43. d.*

*Ibidem. c.*

*Ibi. 94. b.*

*Ibi. 32. b.*

*Ibid. 48. b.*

*Ibi. 102. c.*

*Ibi. 41. b.*

*Ibi. 36. a.*

*Ibi. 31. c.*

*Ibi. 33. d.*

*Ibidem.*

*Ibi. 115. a.*

redimet animā meā de manu inferi, quādo susceperit me. Vnde nobis corp⁹ est factū: Et hoc dicit: Recordatus est quidē, quoniā puluis sum⁹. Quō rursus abit? Reuertetur in puluere suū. Ad quid hæc omnia? Propter te: Gloria enim & honore coronasti eū, & cōstituiisti eū super opera manū tuarū. Habem⁹ne cōmune aliquid cū angelis homines? Et hoc dicit, ita canēs: Minuisti eum modicū quid ab angelis. De dilectione dei? Quēadmodum miseretur, inquit, filiorum pater, ita misertus est dominus timētū se. De iis quæ nos post ista excipiēt, deq; trāquilla illa sorte? Cōuertere, inquit, anima mea, in requiē tuā. Quāobrem adeo magnum est cœlum? Hoc quoq; dicit: Quoniā cœli enarrant gloriam dei. Ad quid facta est nox ac dies? Nō vt ista luceat solū, & illa refocillet, sed vt & nos imbuāt. Non em̄ sunt loquelæ neq; sermones, quorū nō audiantur voces illorū. Quomodo tellurē circūdat mare? Abyssus velut vestimentū, amictus eius est. Ita siquidē Hebraicū habet. Ex iis autē quæ dicta sūt capto principio, alia simul omnia cognoscetis, de Christo, de resurrectione, de futura vita, de requiē, de supplicio, deq; illis quæ ad mores attinēt, quæcunq; pertinet ad dogmata, deq; innumeris aliis bonis, quib⁹ plen⁹ est scripturę liber, inuenietis. Quōd si in tētationes incidieris, plurimū hinc cōsolationis accipies. Si in peccata, innumera pharmaca hinc inuenies: si occurrerit paupertas, si tribulatio, multos hic videbis port⁹. Iustus si fueris, multā securitatē isthinc capies: si peccator, multā consolationē. Si em̄ cū iustus sis, mala nihilomin⁹ passus fueris, audies prophetā dicentē: Quoniā propter te mortificamur tota die, æstimati sumus velut oves occisionis. Hæc omnia venerūt super nos, & tamē tui nō sumus obliti. Et si rectē facta animū tibi erigere tenterint, audies canentē. Ne intres in iudiciū cū seruo tuo, quoniā nō iustificabitur in cōspectu tuo omnis viuēs, & cōfestim humiliaberis. Si peccator existēs de teipso desperaueris, audies cōtinuō psallētē: Hodie si vocē eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, & recreaberis subito. Quōd si capite diadema gestaueris, magnāq; præsumpseris, disces hic: Quoniā nō saluatur rex propter multā potētia, nec gigas in multitudine roboris sui: atq; ita modestē poteris agere. Diues si fueris ac celebris, audies rursus psallentē: Væ cōfidētibus in potētia sua, & in multitudine diuitiarū suarū gloriātib⁹. & Quoniā homo sicut scœnū dies eius, & nō descēdet simul post ipsum gloria eius, nihilq; magnificies omnium eorū quæ sunt super terram. Quando enim quod omnibus est splendidius, nimirū gloria & potētatus, adeo vilescit: quid in omni terra relinquetur dignū, cuius habēnda sit ratio? Sed ī mœrore es? Audi quid dicat: Vt quid tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in deū, quoniā cōfitebor illi. Vides quosdā præter dignitatē celebres haberi? Dic: Noli æmulari in malignantibus, quoniā sicut scœnū velociter exarescent, & sicut olera virētia cito decidēt. Vides & iustos & peccatores suppliciis adfici? Audi quod nō eadē sit vtrobiq; causa. Multa siquidē, inquit, sunt peccatoris flagella: De iustis verò nō dicit, flagella: sed, Multę sunt, inquit, tribulationes iustorū, & ex omnibus eripiet illos dominus. Et rursus: Mors peccatorū mala. & Preciosa in cōspectu domini mors sanctorū eius. Ista cōtinuō dicito, hinc crudire. Vnumquodq; em̄ istorum verborum immensum habet cogitationum

A pelagus. Nos enim simpliciter illa percurrim⁹. Si verò quæ dicta sunt diligētē perscrutari volueritis, multas videbitis diuitias. Verum interea & ex dictis imminentes passiones supprimi poterunt. Quando enim neque inuidere permittunt, neque dolere, aut mœrere intempestiuè, neque diuitias reputare, neq; tribulationē, neq; paupertatē, neq; ipsam etiā vitam alicuius facere, omnibus tē passionibus liberāt. Pro his autem gratias agamus deo, thesaurūmq; hunc ita vsurpemus, vt per patientiam ac cōsolationem scripturarum, spem habeamus, futurisq; bonis perfruamur: quę nos omnes adipisci contingat, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, &c.

Homilia XXXIX.

**E**rsuasum enim & ipse ego de vobis habeo fratres mei, quod & ipsi pleni estis bonitate, impleti omni sciētia, potentes etiam ad admonēdum ⁊ vos inuicem. ] Dixerat: Quoniā quandiu sum Gētium Apostolus, ministerium meum glorificabo. Dixerat: Ne quo pacto fiat, vt neque tibi parcat. Dixerat: Ne sitis prudentes apud vosmetipsos. Et rursus: Tu verò quid iudicas fratrem tuum? Et quis es, qui seruum alienum iudicas? Et reliqua his multo plura. Quoniā igitur sermonē multis locis asperiosem fecerat, rursus deinceps medetur, nō aliter finiens quā quemadmodum inceperat. Exorsus quippe dixit: Gratias ago deo meo pro omnibus ob id quod fides vestra annunciat in vniverso mūdo. Hic verò dicit: Quoniā pleni estis bonitate, potētes ad admonēdum ⁊ vos inuicem. ] Quod quidem priore illo plus etiam est. Et nō dicit, audiui, sed persuasus sum, & nō opus habeo, vt istud ab alio discā, sed ipse ego, hoc est, qui vos ita increpo, qui accuso. Et quod pleni estis bonitate. Hoc ad eam paranesim, quam paulo antē fecerat, respicit, quasi dicat: Quod admonui, vt infirmos suscipiatis, vt dimittatis, opūsq; dei nō dissoluatis: non ideo feci, q̄ crudeles vos & fratru ofores putē. Noui siquidē, quod pleni estis bonitate. Videtur autē mihi hoc loco vniversalem ita vocare virtutē. Et nō dicit, habetis, sed pleni estis bonitate: & quod sequitur, eadē auxesim habet, impleti omni sciētia. Quid em̄ si benigni quidē fuissent, quo pacto verò benignitate sit vtēdū, ignorassent? Propterea adiecit, impleti omni sciētia, potentes ad admonēdū vos inuicem. Non solum ad discendū, sed & ad docendū. Audacius verò scripsi vobis ex parte. Vide humilem animū Pauli, vide sapientiam, quomodo & profundā fecerit incisionē, per ea quæ iā antea dixit, & postquā quæ voluit correxit, multo rursus vtatur remedio. Ad remittēdū quippe cōtentionē illorū, vnū hoc sufficit, etiā præter illa quæ dicta sunt, quod audacius scripsisse se fatetur. Hoc & ad Hebræos scribit dicēs: Persuasi sumus autē meliora devobis dilecti, salutiq; propiora, tametsi ad eū modū loquamur. Et ad Corinthios iterū eodē modo scribit: Laudovos, inquit, q̄ in omnibus mei memores estis, & traditiones ita seruatis, quēadmodū vobis illas tradidi. Galatis verò scribēs dicit: Cōfido de vobis, q̄ nihil aliud sc̄furi sitis. Vbi licet inuenire, hic autē plus etiā q̄ alibi. Erāt siquidē Romani maiore dignitate præditi, vnde oportebat tumidā illorū mentē sedare, nō solum stringendo, sed & remittendo. Nam diuersimodē hoc facit. Vnde & hic dicit: Audacius scripsi vobis. Et neque hoc contentus, adiecit, ex parte: hoc est, paulatim: Nec hic

*† 2. ad. i. alios. non ad. ad. ad. vos inuicem. vt in Paulo. legit Eras. m. etia. magis dicit. Supr. 11. b. Ibidem. c. Ibid. 12. d. Supr. 14. b. Supr. 1. d. † 2. ad. ss. i. alios.*

*2. ad. ss.*

*Hebr. 6. b.*

*1. Co. 11. a.*

*Gal. 5. b.*



hic consistit, sed quid dicit? *Veluti submonefaciens* † vos. *comonesciens.* Nō dicit, veluti docēs vos, neq; veluti admonēs vos? sed, veluti submonefaciēs vos, hoc est, modicū quid admonēs. Vides quomodo finis epistolæ proœmio cōueniat: Quēadmodū em̄ dixerat: Quoniā fides vestra annūciatur in vniuerso mūdo, ita & in fine epistolæ. Nā fides, inquit, vestra ad omnes peruenit. Et quēadmodum exorsus scripserat, Desidero enim videre vos, vt aliquā vobis spiritalē gratiā impertiar, ad cōfirmādos vos, hoc est, vt cōmunem capiam cōsolationē: ita & hic veluti submonefaciēs vos, inquit. De throno quippe præceptorio & hic & illic descēdēs, tāquā fratribus, amicis, & æqualibus differit, id quē utiq; potissimū doctōris est, nimirū sermonem iuxta auditorū captum & cōmodum variē subinde tractare. Vide itaq; quomodo cum dixisset, audacius verō scripsi vobis, & ex parte, & veluti submonefaciens vos: neq; istis cōtētus sit, sed vt humiliore adhuc faciat sermonē, subiūxit: *Propter gratiā quæ data est mihi à deo.* Quod & in principio dixit: Debitor sum. Quasi dicat: Honorē hūc ab illo nō rapui, neq; prior in illā prorupi, sed deus hoc ita mādauit, idq; iuxta gratiā, nō tanquā dignū ad hoc decernēs. Nolite igitur exasperari. Nō em̄ ego in vos exurgo. Deus est, qui hoc præcepit. Et quēadmodum illic, cui seruiō, inquit, in euāgelio filij ipsius: ita & hic cū dixisset: Propter gratiā quæ data est mihi à deo, subiungit: *In hoc vt sim minister Iesu Christi in v̄tes sancte ministrans euāgelium dei.* Post multam enim dictōrum probationē, ad id quod grauius est, sermonē ducit: nō simpliciter latrā, id est, seruitutē ponēs, quēadmodū in initio fecit. Sed *λειτεργίαν & ιερουργίαν*, hoc est, sacrorum administrationē. Ipsum enim mihi sacerdotiū est, prædicare, & euāgelizare. Hāc offero hostiā, sacerdoti verō nemo vicio vertit, q̄ immaculatā hostiam offerre satagit. Hāc autē dicens, † & simul illorū mētes erigit, q̄ hostia sint ostendēs, & quæ ad se pertinet defendit, eō q̄ ista in mādati diuinitus habeat. Machera siquidē mea, inquit, euāgelii est, prædicationis videlicet sermo. Causa verō nō est, vt ego glorificer, vt ego illustri appaream, sed: *Vt fiat oblatio Gētium acceptabilis sanctificata per spiritū sanctum.* Hoc est, vt animæ illorū quos instruo, acceptētur. Non enim huc me deus adduxit tā honoris mei quā salutis vestre gratia. Et quomodo fit acceptabilis Gentiū hostia? Per spiritū sanctum. Non sola siquidē fide opus est, sed & cōuersatione spiritali, vt semel datū spiritū cōtineamus. Neq; enim lignis, neq; igne, neque altari, neq; gladio opus est, sed spiritalia sunt apud nos omnia. Propterea omnia facio, ne ignis iste extingatur. Hoc etenim & in mādati habeo. Quid igitur illis loqueris, quibus nō est opus? Propter hoc ipsum, inquit, nō doceo, sed submonefacio. Quēadmodum sacerdos, vt ignē accendat, instat: ita & ego, vestram oblationem excitans. Et vide, nō dicit, vt fiat vestra oblatio: sed, vt fiat oblatio Gentiū acceptabilis. Quū autē Gētium dicit, ipsum orbē, terrā, & mare, in vniuersum intelligit, cōtrahens illorū animos, ne videlicet dedignētur eum habere doctōrē, cuius doctrina ad fines vsq; totius orbis extēditur, id quod & principio dixit. Quēadmodum & in reliquis Gētibus, Græcis, & Barbaris, sapiētibus, & insipiētibus debitor sum. *Habeo igitur quod glorier per Christum Iesum in his quæ ad deum pertinent.* Quoniā quidem seipsum vehementer deiecerat, rursus sermonem erigit, atq; id il-

† iuxta  
id est, mi  
hi ipsi, co  
emend.  
Supr. i. b  
† iuxta  
id est, mi  
hi ipsi, co  
emend.  
† Cod. em̄  
dat⁹ habet  
περιεργίαν  
i. simul et  
illorum a  
nimos cō  
trahit, &  
quod ho  
stia sint  
ostendit.  
4. 5. d.  
4. 11. b.  
4. 12. d.  
Supr. i. a

lorum gratia faciēs, ne contemptibilis videatur esse deus. Erigēdo verō sermonē, moris sui nō obliuiscitur, cū dicit: Habeo igitur quod glorier. Glorior, inquit, nō in me ipso, neq; in nostra diligētia, sed ī gratia dei. *Non enim ausim quicquā loqui corū, quæ Christus per me in obedientiam Gentiū non effecit, verbo & facto, per potentiam signorum ac prodigiorū, per potentia spiritus dei.* Neq; enim poterit quisquā dicere q̄ factus meus sint ista verba. Nā sacerdotij mei symbola, electionisq; multa possum ostēdere signa, nō tunicas talarēs, & tintinnabula, quēadmodum habebāt veteres: neq; mitram, & cidarim, sed illis multo horribiliora, † signa & miracula. Neq; enim dici potest, quod ordinatus quidem sim, mandatū verō munus non præstiterim: imō neq; ego feci, sed Christus, vnde & in ipso glorior, nō pro rebus fortuitis, sed pro spiritalibus. Hoc em̄ est, quod dixit, in his quæ ad deū pertinet. Quod enim ea quorū gratia missus sum perfecim, verbæque mea nō sint factus, declarat miracula & Gentiū obediētia. Nō enim ausim quicquā loqui corū quæ Christus per me, in obediētia Gentiū, nō effecit, verbo & facto per potentia signorū ac prodigiorū, per potentiam spiritus dei. Vide quomodo instet: vt omnia dei esse ostēdat, nihil sui ipsius: siue enim loquutus quid fuero, inquit, siue fecero, siue miraculū perpetrauerō: omnia ipse, omnia spiritus sanctus. Hęc verō dicens, auctoritatē ostēdit spiritus sancti. Vides quomodo veterū ista sint insignis mirabiliora, & horribiliora, siue hostiā, siue oblationē, siue symbola inspicias: Cū enim dicit, in sermone & facto, per potentia signorū & prodigiorum: hoc dicit, doctrinā scilicet, regni dei philosophiā, operū ac ipsius cōuersationis ostensionē, excitatos mortuos, demōnas expulsos, curatos cecos, salientes claudos, aliāq; id genus prodigia: quæ quidē omnia in nobis spiritus sanctus effecit. Deinde istorū probationē, quoniam hæc nudam quandā habebāt interea sententiā, adiungit, nimirum discipulorū multitudinem. Propterea subdit: *Vt ab Hierusalem, & in circūiacentibus regionibus ad Illyricum vsque impleuerim euāgelium Christi.* Numera itaq; & vrbes, & regiones, & gentes, & populos, & non solum qui sub Romanis, sed & qui sub Barbaris sunt. Non enim mihi per solam Phœniciā, & Syriam, & Ciliciam, & Cappadociam ibis: sed & quæ retro illas sunt colliges omnia, & Sarracenos, & Persas, & Armenios, reliquosq; Barbaros. Propter hoc enim dixit, & in circūiacentibus regionibus, ne rectā viam solum publicā, sed & omnē etiam Australem Asiam mente percurras. Et quemadmodū aceros miraculorū vno sermone percurrrens dixit, per potentia signorum & prodigiorū, ita & infinitas vrbes, & gentes, & populos, & regiones vno rursus cōplectitur verbo, cū dicit, τὸ πᾶν κόσμος, id est, per circuitū, siue in circūiacentibus regionibus. Procul enim erat ab omni fastu, atq; ista propter ipsos loquitur, ne magna videlicet de seipsis sentiāt. Et exorsus quidē dixit: Vt aliquem fructum & in vobis habeā, quemadmodum & in reliquis Gētibus: hic verō sacerdotij administrandi necessitatē ponit. Nam quoniā asperius aliquātō loquutus erat, potestātē quoq; suā eō clarius ostendit. Propterea illic quidem simpliciter quēadmodū & in reliquis Gētibus inquit, hic verō omnē quoq; laborem suum adducit, vt illorū vndiq; factum succidat. Et nō simpliciter dicit, prædicauerim euāgelium, sed impleuerim euāgelii Christi.

† signa  
supr.  
Esā. 52. d  
supr. i. b

*Ita verō certās euāgelizare, vbi non est nominatus Christus.* A Vide rursus aliam hyperbolē, q̄ non solum tot populis euāgelium prædicauit ac persuasit: sed q̄ neq; ad eos abiit, qui prius fuerant edocti, vsq; adeo scilicet abstinuit, quō minus alienis se discipulis ingereret, gloriæq; gratia quod faciebat faceret, vt & studio voluerit eos maximē docere, qui nōdum audierant de Christo. Non enim dicit, vbi nondum crederant: sed, vbi nondum nominatus est Christus, id quod plus est. Et quamobrem hoc ita certauit: *Ne super alienū fundamentum edificarem,* inquit. Hęc verō dicens, ostendit se quā alienissimū esse ab inanīs gloriæ studio, illōsq; instruit, q̄ non gloriæ desiderio, aut honoris ab ipsis acquirēdi studio, scribere ad eos, p̄posuerit: sed vt ministerium suum impleat, sacerdotiūq; suum perficiat, tanquam qui salutem illorum amet. Alienū autem Apostolorum fundamentum dicit, non iuxta personæ qualitatem, neq; iuxta prædicationis naturā, sed secūdum mercedis rationem. Alioqui prædicationes ipsæ alienæ nō erāt, nisi quātum ad mercedem pertinebat. Merces enim laborū qui ab aliis defudati sunt, aliena erat Paulo. Deinde ostendit & prophetiā hoc pacto adimpleri, cū dicit: *Quemadmodum scriptum est, Quibus non est annunciatum de eo, videbunt: & qui non audierant, intelligent.* Vides illuc adcurrentem vbi plus erat laboris, vbi plus sudoris? *Quapropter & præpeditus sum sepe, quō minus venire ad vos.* Vide rursus quomodo finem proœmio conformem texat. Nam & principio epistolæ dixit: Quoniā sepe numero proposueram venire ad vos, verū prohibitus sum ad hunc vsq; diem. Hic verō & causam ponit propter quam sit prohibitus: idq; nō semel, sed & secundo, & sæpenumero. Quēadmodum illic dicit, Sæpenumero proposuerā venire ad vos: ita & hic, Præpeditus sum sæpe, quō minus venire ad vos. Quod quidem & desiderium illius potissimū exprimit, q̄ videlicet sæpenumero tentauerit. *Nunc verō quum nō habeam amplius locum in his regionibus.* Vide, ostēdit q̄ non gloriæ, quā ex ipsis haberet, desiderio ad eos & scriberet & accedebat. *Desiderium autē habeam veniendi ad vos, multis iam annis, quādocunq; in Hispaniam perrexero, spero fore, vt in itinere videā vos, & à vobis producar illic, si vestra cōsuetudine prius satiatus ex parte fuero.* Ne siquidē nō multi illos facere videatur, quasi dicat: Quoniam nihil habeo quod agam, propterea venio ad vos, rursus dilectionis rationē mouet, dicēs: Desideriū veniendi ad vos multis iam annis habeo. Non ideo venire cupiui, q̄ ocium agam, sed vt desiderium quod iam olim parturio, tandem pariam. deinde ne & istud eos rursus inflaret, obserua quomodo illos obstrigat, dicens: quādocunq; in Hispaniam perrexero, spero fore, vt in itinere videam vos. Propterea siquidē istud posuit, ne sibi nimum placeant. Simul enim & dilectionem suam ostendere vult, & prohibere ne nimum gloriantur. Propter quod & continuò idem ponit, & subinde ea quibus vtraq; confirmantur & probantur conciliat. Vnde & rursus, ne dicant, ergo itineris sui parergon nos facit, subiungit, vt à vobis producar illic: hoc est, vt vos ipsi mihi testes sitis, q̄ non propter vestri cōtemptum, sed ipsa necessitate tractus, transcurram. Quoniam verō etiam hoc non nihil adhuc videbatur illos contristare, plenius medetur, dicens: *Si vestra cōsuetudine prius satiatus ex parte fuero.* Eo enim quod dicit, vt in itinere vos videam, ostendit q̄ gloriam ab illis nullam quærat. Quod verō dicit, si

prius vestra cōsuetudine satiatus fuero: ostendit q̄ amet illorum dilectionem, & non simpliciter amet, sed vehementer: vnde non simpliciter dicit, satiatus fuero, sed ex parte. Nullo quippe tēpore impleri poterō, aut conuictus vestri fatietate adfici. Vides quomodo dilectionē ostendat, quando ab illis ad perficiendum iter suū, licet plurimum festinet, non tamē exurrecturū se scribit, donec fuerit expletus: Est autē hoc magni amoris paterniq; affectus signum, q̄ verbis adeo feruentibus vtitur. Neq; enim solū dicit, do nec vos videro, sed & donec expletus vestra cōsuetudine fuero, parentum verba imitās. & in initio quidē dicebat, vt fructum aliquem habeam, hic autem, vt explear, quæ quidem vtraque attrahentis sunt. Maximum enim erat illorum encomiō, siquidem fructum illi ex obediētia daturi erant. Istud autem genuinum erat amicitia illius indicium. Et Corinthiis scribēs, ita dixit, Vt vos me deducatis, quocūq; proficiscar. vbi-que dilectionem ostēdens quam erga discipulos habebat, cui nihil adæquari poterit. Propterea & epistolæ exordies, perpetuò illinc proœmia ducit: & finiens, in hoc ipsum desinit. Quēadmodum enim liberorū amans pater, vnigenitū & genuinū filiū diligit: ita hic fideles omnes. Vnde & dixit: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scādalizatur, & ego non vror?* **Morale.** Oportet autem, vt ante reliqua omnia hoc in se habeat doctor. Vnde & Petro dicebat Christus: Si diligis me, pasce oves meas. Christum enim diligens, & gregē illius utiq; diligit. Et Mosem tum primū super populū Iudæorum posuit, quando qua esset in illum beneuolētia, re ipsa iā declarauerat. Dauid quoque simili modo regno inaugurat⁹ est, posteaquā apparuerat q̄ amico esset in populum affectu. Ita quippe iuuenis adhuc, populū causa doluit ac zelauit, vt & animam suā exponeret, quum videlicet Barbarum illū ē medio tollebat. Quod verō dicebat: *Quid dabitur ei, qui alienigenam hunc interfecerit? nō ideo dicebat, q̄ mercedē exigeret, sed quo sibi crederetur, & in pugnam cum illo cōmitteretur.* Nam quū adepta iam victoria ad regē esset ingressus, nihil de mercede meminit. Et Samuel quoq; benign⁹ erat, & amator populū. Vnde & dicebat: Absit autē hoc à me peccatum, vt cessem pro vobis orare dominū. Ita & Paulus, imō nō ita, sed multo plus omnibus ardebat erga subditos, vnde & discipulos ita erga se animauit, vt diceret: Si possibile fuisset, oculos vestros eruissetis, mihiq; dedissetis. Propterea & Iudæorū doctōribus istud ante oīa exprobat deus, cū dicit: O pastores Israel. Num pascent pastores seipos? Nūquid oves pascut? Isti verō contrariū fecerūt. Lac enim, inquit, comeditis, & lana vos tegitis, & quod pingue mactastis, oves verō non pauistis. Et Christus optimi pastoris canonē ferēs dixit: Bonus pastor animā suā ponit ouibus. Hoc Dauid sæpenumero multis quidē alibi locis fecit, tum verō maximē quādo aduersus omnē populū terribilis illa ira diuinitus demissa sauebat. Vniuersis enim iā propè occisis dicebat: Ego qui pastor sum, peccaui: ego qui pastor sum, malignē egi: illi vero q̄ grex sunt, quid fecerūt? Propterea & in optione suppliciorū illorum, non famem elegit, non hostilem persequutionē, sed immisam à domino mortē, per quam sperabat alios quidem bene fore securos, se verō ante reliquos omnes ē medio tollēdū. Hoc verō quum nō fieret, lamentandō dicebat, in me sit ma-

hinc tua. Si verò ad expiandū facinus non sufficio, sit & aduersum domū patris mei. Ego enim, inquit, qui pastor sum, peccavi: quasi diceret, Etia si illi peccassent, ego tamē qui illos non correxī, supplicij reus essem. Quādo verò meum est hoc peccatum, ego vtiq; dignus sum qui pœnas luam. Amplificare siquidē crimen suū volens, pastoris posuit nomē. Ita igitur iram dei sistit: ita sententiā diuinā reuocauit. Tātum scilicet valet confessio: iustus enim primū accusator est sui ipsius. Tantum valet cura & compassio optimi pastoris: vellicabatur quippe viscera ipsius cadētibus illis, tanquā si genuini necarētur filij. Propterea & precabatur, vt in se verteretur ira dei. Et in occisionis ipsius principio idem vtiq; fecisset, nisi sperasset illā via sua gradiētē ad se quoq; venturam. Cū verò videret istud nō fieri, istos verò iā depastos, calamitatem illā non tulit amplius, sed magis accensus est, q̄ super Ammon primogenito suo: tum etenim mortē sibi non precabatur, nunc autem orat, vt prae aliis cadat. Talē oportet esse principē, & ob aliorum magis q̄ ob proprias dolere calamitates. Tale etiā quid super puero patiebatur, vt discas illū puerum non plus dilexisse q̄ subditos. Tametsi enim & scelestus fuerit adolescens & parricida, nihilominus tamē dicebat: **Quis dabit mihi vt moriar pro te? Quis dicis o beate, omniūq; hominum mitissime? Occidere te iam studiose conatus est, innumerisq; malis circumdedit, & quando sublatus est ē medio, trophæūq; iam erectum est, tum tu tibi mortē optas? Certē, inquit. Mihi quippe victoriā nō est cōsequutus exercitus, sed adhuc impugnor vehementius q̄ antea, & viscera mihi dirūpuntur nunc multo amplius. Isti itaq; de quibus iam dixi, eos quidē qui sibi cōmissi fuerāt, curarunt: beatus verò Abraham, multā rationem etiam eorum habuit, qui sibi concrediti non erant, tantā videlicet vt & grauibus sese periculis inuolueret. Quod enim non fratris tantū gratia quod faciebat fecerit, sed & Sodomitarum: in hoc apparet, q̄ non destitit ab insequutione Perfarum illorū, donec Sodomitas omnes ab illis liberasset. Alioqui licebat erepto fratre secedere: verū nolebat. Nam omniū pariter cura tenebatur: id quod & per ea quæ post ista fecit, clarum reddidit. Quum enim non iam futurū esset, vt Barbarorum illos obsideret exercitus, sed diuinitus impulsā vindicta vrbes illorū funditus subuerteret, atq; nō esset amplius vel armorū, vel pugnae, vel aciei, sed supplicationis tempus: tantum diligentē pro liberandis illis impendit, quantū si ipse interiturus fuisset. Propterea & semel atq; iterum, & tertio, imò & sepius ad deum accedit, & ad ipsam naturam confugit dicens: **Ego autē terra sum & cinis, & quoniā non ignorabat illos per se iræ dei traditos, ac proditos, propter alios saluari orat, vnde & deus dicebat: Non abscondam à seruo meo Abraham. vt discamus, q̄ hominū sit amās iustus, quāmq; ab obsecrando vtiq; non destiterit, nisi deus prior destitisset. Et videtur quidē pro iustis orare, verū omnia pro reliquis iniustis facit. Sunt enī sanctorū animæ vehementer mites, & hominum amantes, non solū erga domesticos, sed & alienos, ita vt hanc suam mansuetudinē etiam ad animantia bruta extendant. Propterea & sapiēs quispiam dixit: Iustus miseretur animarū iumentorū suorum: si iumentorum, multo magis hominum. Verū quoniam pecorum memini, perpēdamus & ouium pastores illos qui in Cappadocum regione sunt, qualia & quanta****

Prin. 18. c

Abfalomum in telluris.

2. Reg. 18. g.

Gen. 18. d

Prin. 12. b

De pasto-

**A** pro pecorū suorū custodia patiantur. Illi sapenuntur vniuersum triduū niue adobrutū perdurat. Dicuntur autē & qui in Libya sunt, non minora mala ferendum integros menses difficilē illā solitudinem, pessimarūq; bestiarū plenā vagādo circumeunt. Si tantum erga pecora diligentē impendunt pastores illi, quā quæso, excusationē habebimus, quibus rationales animæ cōcreditæ sunt, q̄ profundū hūc somnum dormimus? Respirare enim omnino oportebat: quiescere autē omnino, & nō circunqua; percurrere, innumerisq; etiā mortibus seipfos pro ouibus istis exponere, id demū nō est boni pastoris. An ignoras gregis huius dignitatē? An illius gratia dominus tuus innumera nō fecit? An nō postremo & sanguinē suū fudit? Tu verò requiē queris? Et quid poterit peius esse pastoribus istis? An nō perpendis q̄ oues istas circumstant lupi multo amariciores ac sæuiores? An apud temetipsum nō reputas, qua mēte sit opus ei, qui talē præfecturā sit administraturus? Et homines quidem qui populis præsumunt, si quādo de reb; fortuitis cōsulturi sunt, diebus non contenti, noctes etiā vigilando adhibēt: nos verò qui pro ipso cœlo certamen habemus, ipso quoq; die dormim; Quis, quæso, ab eo nos supplicio eripiet, q̄ istis debetur? Si enim corp; trucidādū exponere, si innumeras mortes ferre oportebat: nūquid ad hoc munus tāquam ad nundinas curandum erat? Hæc autē non solū pastores, sed & oues audiant, vt alacriores faciāt pastores, aliud quidē nihil, verum omnē obediētiam animūq; cui persuaderi queat, exhibentes. Ita & Paulus præcepit dicēs: **Obedite ducib; vestris, & subditi estote: nā ipsi vigilant pro animabus vestris, tāquam rationem daturi.** Quādo verò dicit, nā ipsi vigilant, innumeros labores, curas & pericula cōplectitur. Bonus enī pastor & talis qualē Christus vult, cum innumeris cōponi potest martyribus, siquidē martyr semel propter ipsum moritur: hic verò millies propter gregē, si modo talis sit pastor, qualē esse oportet. Talis enī pastor singulis dieb; mori potest. Propterea & vos cognito isto labore, & precibus, & diligētia, & animi alacritate, & dilectione nos iuuate: vt & nos vestra, & vos vicissim nostra gloriatio sitis. Nā ideo Christus istud apostolorū coryphæo, & plus ipsum q̄ reliqui diligenti, cōmendās & iniungens primū rogabat, an ab ipso diligeretur, vt discas, q̄ istud sit ante omnia reliqua dilectionis in Christū positū signū. Strenuo siquidē animo hic opus est. Hæc verò mihi de optimis pastoribus dicūtur, nō de meipso & mei similib;: sed si quis talis sit, qualis erat Paulus, qualis Petrus, qualis Moses. Istos itaq; imitemur, & superiores, & subditi. Licet enim & subdito pro parte pastorē agere: nempe, domus suæ, amicorum, domesticorum, vxoris, liberorum. Et si ita quæ nos concernunt bene disposuerimus, omnia bona lucrabimur: quæ nos omnes acquirere contingat, gratia & benignitate, &c.

Homilia xxx.

**N**unc autē proficiscor Hierosolymā, ministrās sanctis. Placuit enim Macedonia & Achaia communicatiōne aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt Hierosolymis: nam ita visum est ipsis, & debitorum illorū sunt. Quoniam dixerat, locum in his regionibus amplius non habeo: & desiderū iam multos annos habeo veniendi ad vos: esset autē adhuc aliquantulum tardaturus, ne putaretur velut irridere eos, causam etiā adiungit, propter quam aduentū suum differat, & dicit: **Nunc**

Etenim si de spiritalibus illorū participarunt Geres, debet & in carnalibus ministrare illis.

2. Cor. 8. a

Ibid. 9. a

1. Cor. 16. a.

Ibid. 14. c. a. i. Cor. 14. f.

Ibid. 4. d.

Coloss. 2. c

1. Cor. 4. e

Nunc

**257** Nunc autem proficiscor Hierosolymam. Et videtur quidem cūctationis suæ causam dicere, verū per ista & aliud quiddam agit: nimirum, incitat & illos ad faciendam eleemosynā, diligentiorēque in ea re facit. Nam nisi hoc disponere voluisset: suffecisset vtiq; dicere, Nūc autē proficiscor Hierosolymā: iam verò & peregrinationis huius causam adiicit. Proficiscor enim, inquit, ministrās sanctis: deinde & sermoni huic immoratus, cogitationes etiā mouet dicens: & debitores illorū sunt. **Etenim si spiritalia sua cōmunicauerunt Gentibus, debet & hæc in carnalibus ministrare illis.** Vt discat Romani æmulari istos. Propterea & sapientiā Pauli potissimū admirari oportet, q̄ hunc consulēdi persuadēdiq; modum excogitauit. Hoc siquidē pacto plus effecit, q̄ si per adhortationis modū dixisset. Putassent enim cōtumeliosē fieri, si ad sui incitationem Corinthios & Macedonas in medium adduxisset. Propterea sanē illos quidem ita illic hortatur, dicēs: **Certiores autē vos facio fratres de gratia dei, quæ data est ecclesiis Macedoniae. Rursus & Macedonas per istos stimulat: Zelus enī, inquit, qui ex vobis est, plures excitauit. Per Galatas quoq; similiter hoc facit, cū dicit: Quēadmodū percepi ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite: cū Romanis verò nō ita, sed dissimulanter magis ac verecūdius. Facit autem hoc & in causā prædicationis, vt cū dicit: An ex vobis egressus est sermo dei, siue in solos vos deuenit? Nihil enī tā est forte, quēadmodū zelus. Propterea multis in locis hoc ponit: nam & alibi dicit: Quēadmodū in omnibus ecclesiis ordino. Et iterum: Quēadmodū vbiq; in oī ecclesia doceo. Ad Colossenses verò dixit: Quoniam frugiferum factū est, & augmentatum euangelium dei in vniuerso mūdo. Hoc sanē & hic circa eleemosynam facit: & vide q̄ magnificē dictionibus vtatur. Nō enim dicit: Proficiscor eleemosynā deferēs, sed ministrās. Si verò Paulus ministrat, cogita quantum sit quod sit, nimirum, q̄ doctor orbis deferendū recipit, & q̄ ad Romanos peregrinaturus, quodq; illos vsq; adeo videre desiderans, hoc tamen illi præfert. Placuit enim Macedoniae & Achaia, hoc est, p-barunt & desiderarunt cōmunicatiōne quandā facere. Rursus non dicit, eleemosynā, sed cōmunicatiōnem. Illud autē aliquam aut quandā, non simpliciter ponit, sed ne videatur illis impropere. Et non simpliciter dicit in pauperes, sed in pauperes sanctorum, duplicē faciēs cōmendationem: vnā à virtute, à paupertate alterā. Et neq; isto contentus, adiicit: & debitores illorū sunt. deinde ostēdit quomodo sint debitores. Etenim, inquit, si spiritalia sua cōmunicauerūt Gentibus, debet & hæc in carnalibus ministrare illis. Quod autē dicit, hoc est, propter Iudeos venit Christus. Illis qui ex Iudæis sunt, omnia erāt promissa, ex ipsis est Christus, vnde & dixit: Ex Iudeis est salus. Ex illis sunt Apostoli, ex illis prophete, ex illis omnia bona de quibus omnibus participauit orbis. Itaq; si de maioribus participasti, inquit, cœnāq; quæ illis erat instructa accedēs, propositis eduliis iuxta euāgelij parabolā freti estis: debetis & carnalia cōmunicare, traderēq; illis. Et non dixit communicare, sed ministrare, in locum ministrorum illos ponens, eorūq; qui regibus tributa persoluunt. Neq; dixit, in carnalibus vestris, quemadmodum de spiritalibus illorū. Spiritalia quippe illorū sunt, carnalia verò non horum solū, sed cōmunia omnium. Pecunias enim omnium esse iussit, non solū possidentium. **Hoc igitur vbi****

Tomus quartus:

**258** **A** perfecero, & ob signa uero illis fructum hunc. Hoc est, velut in regia promptuaria detulero, tanquā in asylum, locumq; securum. Et non dicit, eleemosynā, sed rursus fructū, vt ostendat lucrum acquirere contributores. **Reuertar per vos in Hispaniam.** Hispaniæ rursus meminit, vt ostendat q̄ impiger, quāmq; feruidus sit erga illos. **Scio nanque quod vbi venero ad vos, cum plenitudine benedictionis euāgelij Christi venturus sim.** Quid est, in plenitudine benedictionis? De pecuniis videlicet dicit, aut de omnibus simpliciter virtutibus. Benedictionē siquidem vt plurimum eleemosynā consuevit dicere, vt cū dicit, tanquam benedictionem, non velut auariciam. Erat autē mos vetus rem hāc ita vocare: quoniam nam verò hic adiecit, euāgelij, propterea dicimus, nō de pecuniis solū hic dici, sed & de omnibus, quasi dicat: Scio autem q̄ vbi venero, videbo vos in omnibus probatos bonisq; frugibus fœcundos, & innumeris laudibus dignos iuxta euāgelium. Est autem hoc admirandi consilij genus, q̄ encomiis eos præoccupat. Quādo siquidem per modum adhortationis hoc facere detrectat, ad hunc correctionis modum confugit. **Obsecro autem vos per dominum nostrū Iesum Christum, & per dilectionem spiritus.** Iterum hic Christum & spiritum proponit, patris autem nequaquam meminit. Hæc verò in hoc dico, vt quādo videris ipsum patrem & filiū, aut patrem solum sine filio, sinēq; spiritu cōmemorare, nihil mouearis. Et non dixit spiritum, sed, dilectionem spiritus. Quemadmodū enim mundū dilexit Christus, & pater, ita & spiritus. Quid verò est quod obsecras? dic quæso. **Vt me laborantem adiuetis precationibus pro me ad deum, vt liberer ab incredulis in Iudæa.** Magnum illi certamen propositum erat, vnde & illorum preces implorat: non dicit autem vt ad conflictum cōmittar, sed vt liberer, quemadmodum Christus iussit: **Orate, ne intretis in tentationem.** Hæc verò dicens, significat malos quosdam esse lupos molestos sibi & insidiantes, magisq; feras rabidas, quā homines. Ex hoc verò & aliud struit, nimirum vt ostendat, q̄ iuste ministeriū hoc sanctis præstandum susceperit, siquidem tot adhuc & tanti erant in Iudæa increduli, vt pro se orari velit, quo ab illis liberetur. Igitur qui in medio tantorum hostium viuēbant, quid aliud erant q̄ fame perituri, nisi aliunde iuuarentur? Necessariō igitur aliunde illis adferebatur. **Vtque ministerium hoc meum acceptum sit sanctis.** Hoc est, vt grata sit victima mea, vt cum alacritate quæ data sunt, suscipiantur. Vides quomodo rursus dignitatē suscipientium extollat, siquidem tantis precibus agendum, vt quæ mittuntur suscipiant? Ex hoc verò & aliud quiddam ostendit, nempe, q̄ non sufficiat eleemosynā dedisse, ad hoc vt accepta sit. Quando enim ex necessitate quis & coactē, quando ex iniustitia, quando ex vanæ gloriæ studio eleemosynam tribuit, perit omnis fructus. **Vt cum gaudio veniam ad vos per voluntatem dei.** Quemadmodū & in ipso principio dixit: Si quō modo tandem aliquando prosperum iter contingat in voluntate dei, vt veniam ad vos: ita & hic ad eandem voluntatē confugit, & dicit: Quoniā ad hoc festino. & inde liberari opto, vt confestim vos videam, videāmq; cum voluptate, ne vnā quidē inde mœsticiam contrahens. **Vnāque vobiscum refociller.** Vide quomodo rursus modestiam ostēdat. Non enim dicit, vt vos doceam & instruam, sed, vt vnā vobiscum refociller. **Iam cū talis fuerit certator ille, ac pugnatō: quomodo dicit, vt vnā vobiscū refociller? Gratificatur**

i ij



Cap. xvi. tificatur eis etiam hoc pacto, alacriorēsq; reddit, dū prāmiorū participes facit, ostendens eos quoq; certare & laborare. Deinde quod nunquam nō facit, & precationē parānesi subiungit, dicens: *Deus autem pax sit cum omnibus vobis, Amen. Commendo autē vobis Phœben sororem, quæ ministra est ecclesiæ Cenchrensīs.* Vide quā- tum illam honoret: nam illā & ante reliquos omnes cōmemorat, & sororem vocat. Nō est autem modici momenti, Pauli sororem vocari. Dignitatem quoq; adiicit, ministrā illam vocans. *Vt illam suscipiatis in domino, ita vt decet sanctos.* Hoc est, propter dominum, vt honore potiatur apud vos. Nam qui propter dominum suscipit, etiā si non magnū quempiam suscipiat, diligenter tamen suscipit. Cū autē illa sancta etiā esset, perpende quanta fuerit habēda sollicitudine & cura. Propterea & adiicit, ita vt decet sanctos, vt decet eos qui tales sunt suscipi, nam duplici nomine à vobis curari debet, primò q̄ Christi est, vt Christus in ea suscipiatur: deinde quod & sancta est. *Et adscitis ei, quacunque in re opera vestra cogerit.* Vides q̄ caueat, ne odiosum quid loquatur? Non enim dicit, vt liberetis illā, sed vt quod poteritis illi adferatis, manūq; porrigatis, vbicunq; vobis opus habuerit: non in quibuscunq; illa sit, sed in quib⁹ opera vestra egerit. Egebit autem illic, vbi vos domini estis. Deinde laudem rursus ineffabilem adiungit: *Ipsa siquidem multis adfuit, & mihi ipsi.* Vides prudentiam? Primū quidem encomia, deinde mediā immiscet quam exigit consolatio- nem: post rursus encomia ponit, vtrinq; necessitatem beatæ illius mulieris laudibus ornās. Quomodo enim beata non esset, quæ tantis potitur à Paulo testimo- niis, quæ etiam illi auxilio potuit esse, qui ipsum orbē instruebat & corripbat? Hoc enim colophonis vice est honorū illius, vnde & postremo loco ab Aposto- lo ponitur, cū dicit, & mihi ipsi. Quid est autē illud, & mihi ipsi? Orbis prædicatori tanta patienti, innume- ros adiuuanti. Imitemur igitur sanctā istam & viri, & mulieres, & eam quoq; quæ cum viro suo, post istam ponitur. *Qui sunt illi? Salutate Priscillam, & Aquilam coadiutores meos in Christo Iesu.* Horum virtuti & Lucas te- stimoniū dedit, nimirū quando dixit, & mansit apud eos Paulus. Erant enim artis scenofactoriæ. Ad hæc quādo ostēdit quomodo Apollo discipulum mulier ad se susceperit, viamque domini instruxerit. Magna quidē & ista sunt, verum multò maiora sunt quæ Pau- lus dicit. Quid dicit? Primū cooperarios suos vocat, ostendēs illos in laboribus illis & periculis ineffabi- libus cōmunicare secum: deinde dicit, *Quoniā pro anima mea suam ipsorum cervicem supposuerunt.* Vides cōsum- matos martyres? Verisimile siquidem est q̄ innume- ra fuerint sub Nerone pericula, quando & præcipie- batur, vt omnes Iudæi vrbe Roma pellerētur. *Quibus non ego solus gratias ago, sed & omnes ecclesiæ Gentium.* Hos- pitalitatem hic, pecuniarūmq; ministerium signifi- cat: celebrans eos q̄ & sanguinem suum effuderint, & omnem suam substantiam communē proposuerint. Vides generosas mulieres, quas in virtutis cursu nihil impediuit naturæ imbecillitas? Et valde meritò: In Christo Iesu siquidē non est masculus, non est fœmi- na. Et quod de priore dixit, hoc & de ista ponit: nā & de illa dixerat: ipsa quippe multis adfuit, & mihi ipsi: & de ista rursus, *Quoniā nō ego sol⁹ gratias ago, sed & omnes ecclesiæ Gētium:* nam ne videatur adulan- do ista dicere, alios quoq; testes mulierib⁹ istis mul- tō plures, adducit, dicens: *Item, quæ in domo illorū est eccle-*

*siam.* Ita quippe probati erāt, vt & domum suam eccle- siam facerēt, tum quia quosuis fideles facerent, tū quia peregrinis ipsam quibusuis aperirēt. Neq; enim simpliciter domos consuevit vocare ecclesias, nisi multa pietas, multūq; timor dei in illis radicans es- set. Propterea & Corinthiis dicebat: Salutate Aquilā, & Priscillā cū ecclesia, quæ est in illorū domo. Et de Onesimo scribēs dicit: Paulus Philemoni, & Am- phiæ dilectæ, & quæ est in domo tua ecclesiæ. Licet enim & ei qui in matrimonio est celebrē esse & ge- nerosum: ecce & illi in matrimonio erāt, & vehemē- ter illuxerūt, tamen si exercitium ipsorū splendidū nō esset. Erāt enim ipsi scenofactoriæ artis, verū omnia illa virtus obscurauit, supraq; Solē illustres effecit, vt neq; artificii obscurum, neq; cōiugium aliquo esset damno: verū dilectionem quam Christus exquisiuit, præstiterunt. Maiorem enim dilectionem nemo habet, inquit, quā vt animam suā ponat quis pro ami- cis suis: & quod signum est discipuli Christi, hoc ha- buerunt: acceperunt enim crucē, & secuti sunt Chri- stum. Si enim pro Paulo ista fecerunt, multo magis pro Christo eam ostenderunt fortitudinem.

Morale.

Ista audiāt & diuites, & pauperes. Si enim qui ma- nibus suis victū quærebant, officinæq; præerant, tan- tam ostēderunt largitatem, & multis ecclesiis essent vtilis: quā veniam habebunt diuites, & pauperes de- spicientes? Nam illi quidem neq; sanguini suo peper- cerūt, vt deo placerēt: tu verò modicis pecuniis par- ces, tuam ipsius animā sæpenumero cōtemnens? Ve- rùm erga doctorem quidem tales illi fortē fuerūt, er- ga discipulos verò non item? sed non est q̄ hoc dica- tur. Nam & ecclesiæ Gentium, inquit, illis gratias a- gunt: tamen si enim essent ex Iudæis, ita tamē sincere credebāt, vt & Gentibus ad fidē conuersis omni ala- critate ministrarēt. Tales oportet esse mulieres nō in tortis crinib⁹, aut auro, aut vestimēto sumptuoso: sed in talibus factis adornatas & conspicuas. Quænam quæzō, regina adeo splenduit, quænam ita venerāda fuit, quæ admodū ipsa tabernaculorū textoris vxor? Illa in ore est omniū, non decem, non viginti annos, sed vsq; ad Christi aduētum. Et hanc in talibus præ- dicant omnes, quæ illi plus adferūt ornamentū q̄ dia- dema regium posset. Quid enim maius, quid par esse poterit, q̄ mulier illa Paulo fuerit adiumento? Quod propriis periculis doctore orbis conseruarit? Obser- ua itaq; quot & quantæ reginæ in obscuro sint silen- tio, dū interea tabernaculorū textoris vxor vbiq; cū suo tabernaculorū textore circumfertur, mulierisque illius gloria quatenus terrā Sol iste cōtuetur, eatenus discurrit. Totus siquidē orbis, & Persæ, & Scythæ, & Thraces, & qui in extremis habitant, mulieris huius philosophiā venerantur, beatāq; dicunt. Quantas di- uitias, quot diademata, quot vestes purpureas cū gau- dio non proiiceres, quatenus tale testimoniū acqui- reres? Neq; enim est q̄ quis dicat: in periculis quidē illi fuerunt & in pecuniis largi, prædicationem verò neglexerunt: nā propterea cooperatores & coadiu- tores suos illos vocat. Nec veretur vas illud benedi- ctionis, mulierē coadiutricē suam vocare, sed & glo- riatur in eo. Naturā quippe fœminei sexus non aspici- cit, sed voluntatē coronat. Quid splendori huic ad- quari poterit? vbi nūc vestræ sunt diuitiæ, quas vbiq; diffunditis? Vbi nūc facierum ornatus? Vbi vana glo- ria? Disce mulieris huius ornatum, non corpori cir- cundatum,

261 cundatum, sed animam ornantem, nunquam deposti- tum, non in arca, sed in ipso cœlo reconditum. Vide illorū circa prædicationē laborem, in martyrio cor- onam, in habitibus honestatis studiū, dilectionē er- ga Paulum, erga Christum amorē. Confer nunc istis tua, studiū pecuniarum, certamē scortorum, contem- tionem pro vili gramine: & tunc videbis quinā illi, quis verò tu sis: imò non solū confer, sed & æmulare mulierē, depositōq; vilis sceni onere, (hoc enim est vestimentorū sumptus) ornatum accipe cœlestem, & discet vnde tales facti sint, qui circa Priscillam erāt. Vnde facti sunt? Biennium Paulum habuerūt hospiti- o. Quid ergo itaq; faciam, q̄ Paulum non habeo? Si volueris, plenius illū habebis, q̄ illi. Neq; enim aspe- ctus Pauli tales illos fecit, sed verba. Itaq; si volueris, & Paulum, & Petrū, & Ioānem, & prophetarum om- nium chorum cum Apostolis continuo tibi loquen- tem, tecūmq; cōuersantem habebis: Accipe beatorū illorum libros, scriptaq; eorum cōtinuò interpella: illa quippe efficere poterūt, vt sis instar vxoris sceno- factoris. Et quid dico Paulū? Si quidē volueris, habebis & ipsum Pauli dominū. Per Pauli quippe linguā & ipse tibi loquetur. Rursus illū & aliter suscipere po- teris, nempe quādo eorum curā habueris, qui in illū credūt: ita poteris abeūtibus illis multa habere pieta- tis monumēta. Poterit enim & mēsa in qua comedit sanct⁹, & cathedra in qua sedit, & lect⁹ in quo iacuit, etiā digresso illo susceptore illius compūgere. Quo- modo putas [Somanitum] illā compungi in concla- ue illud superius, vbi māferat Elizeus, ingressam, mē- samq; & lectū, in quo sanctus ille iacuerat, vidētem? Quantā inde pietatem concipit? Neq; enim nisi hoc fuisset, puerū proiecisset mortuum, si non multū vti- litatis inde tulisset. Si enim nos post tātum temporis illuc ingressi, vbi Paulus māsit aliquādo, vbi vincētus fuit, vbi confedit & differuit, alacres quodammodo reddimur, & ad memoriam diei ab ipsis locis mitti- mur: quid nō patiētur rebus adhuc recētibus, qui cū pietate sanctos hospitio suscipiūt? His itaq; cognitis suscipiamus sanctos, vt splēdeat domus, vt liberetur à spinis, vt portus fiat domiciliū. Et suscipiamus itaq;, & pedes illorū lauemus. Non es Sarrha melior, neq; generosior, aut ditior, etiā si regina fueris. Trecentos illa & decem & octo vernaculos habebat, quando & duos pueros habere, diuitiæ erant. Et quid dico tre- centos ac decē & octo famulos? Vniuersum orbē in femine & diuinis promissionibus possidebat, amicū dei habebat virū, deum ipsum tutorem, id quod om- ni regno maius erat. Veruntamen licet in tanto esset splēdore tantāq; gloria: ipsa tamē & farinam misce- bat, & reliqua ministrabat omnia, vescētib⁹q; rur- sus instar famulæ seruitura adstabat. Tu quoq; nō es generosior ipso Abraham, qui post trophæa illa, post victorias, post honorē quem illi detulerat rex Aegy- pti, post insequutionē regum Persarū, postq; illustria illa erecta trophæa, quæ famulorū erāt faciebat. Ne- que respicias, q̄ viles appareāt sancti illi, & pauperes, & pannosi, qui sæpenumero ad te deferūtur, sed vo- cis istius memēto, quæ dicit: *Quandiu fecistis vni ex minimis istis, mihi fecistis.* & Ne cōtemnatis vnū ex pusillis istis, quoniā angeli illorum semper vident faci- em patris nostri qui in cœlis est. Suscipe ergo illos cum alacritate, qui innumera tibi bona per salutatio- nes pacis adferunt. Cum Sarrha etiā Rebeccam, quæ

A & adauauit, & potū dedit, & hospite intro vocauit omni calcato fastu: propterea & magna est hospitali- tatis adepta præmia. Tu verò si volueris, maiora etiā accipies: nō enim campi fructum tantummodo dabit deus, sed & ipsum cœlū, & quæ illic bona sunt, & ge- henne liberationē, & peccatorū veniam. Magnus est enim, vehemēter magnus hospitalitatis fructus: sic & Iothor, tamen si Barbarus esset, generum adeptus est tanta potestate mari imperantē. Bonā enim hęc ve- nationē filia illius reti suo ceperāt. His itaq; perpen- sis, mulierūq; istarū considerata & virilitate, & philo- sophia, præsentē fastū supprime, vestimentorū orna- tum, deauratorū vavorū sumptū, odoramentorum vn- ctionem, infractiorem illam & delicatiorem modu- latūmq; gressum relinque, omnēmq; eam curam ad animam transfer, accenso in mente tua cœlorū desi- derio. Nam si te cœli ceperit amor, videbis & cœnū esse & lutum hæc omnia, ridebisq; quæ nūc admira- ris. Nequit enim mulier spiritualibus adornata virtu- tibus, ridiculū istum ornatum quærere. Proiectis igitur his omnibus, quæ & forensiū mulieres, & saltatri- ces, & tibicinæ, multa ambitione sectantur: philoso- phiam ambi, hospitalitatem, & cōtinuas preces. Me- liora sunt ista vestibus deauratis, lapidibus preciosis, inaurib⁹q; honestiora. Hæc & apud homines, pb- tum faciūt, & à deo magnā tibi adferunt mercedem. Hic est ecclesiæ ornatus, ille theatrorū: hic cœlis di- gnus, ille ecclesiæ multis. Ille & mortuorū corporibus circumdatur, hic verò in sola splendet anima, in qua Christus habitat. Hanc itaque mundiciem possideam- us, vt vbiq; venerandi simus & nos, & Christo pla- ceamus in secula seculorum, Amen.

Homilia xxxi.



*Alutate Epænctum dilectum meum, qui est primitiæ Achais in Christo.* Multos putamus etiam eo- rum qui de vehementer diligentibus esse vi- dentur, hanc epistolæ partem tanquā superflūā nihil- que magni momenti habētem, prætercurrere, atque hoc ipsum in genealogia quæ in euāgelio cōrinetur, ipsis euenire arbitror. Quoniam enim nominū quo- rundā est catalogus, nihil arbitratū se magni ex hoc loco lucrifacturos. Et aurifusorum quidem pueri, mi- nuta etiā fragmenta curiosē cōquirunt, isti verò tan- tas auri massas negligūt. Ne hoc itaq; patientur, suffi- ciunt quidē quæ dicta sunt ab ista socordia illos ab- ducere. Quod enim etiam hinc non parum sit lucrī, ostendimus & ex iis quæ iam dicta sunt, quibus allo- quutionib⁹ scilicet animas vestras excitauimus. Ten- tabimus autem & hodie eundem hunc ipsum locum diligenter scrutando rimari. Est enim & in nudis his- ce nominibus magnum inuenire thesaurum: nam si didiceris qua ratione Abraham ita vocatus sit, qua ratione Sarrha, qua ratione Israhel, qua Samuël, mul- tarum rerum historias & hinc inuenies. Poteris autē & à temporibus, & à locis hoc ipsum congerere. Di- ligēs quippe lector & hinc ditescet, remissus verò ac negligens etiam à vehementer manifestis nihil lucrī capiet. Nam Adæ nomen non modica philosophia nos imbuet: idem faciet & filij ipsius, & vxoris, & aliorum plurium. Multarum siquidem rerum monu- menta sunt nomina, & diuinam beneficentiam, & mulierum [constantiam] ostendentia. Nam quæ ex dono dei conceperant, ipsæ & pueris natis nomina imponebant. Sed quid nunc de nominibus philoso- phamur tātis reb⁹ cogitādīs neglectis, multis etiā ne- *librorum*

† unde facta sit Priscilla, unde igitur facta est? & c. in sin- gulari nu- mero pon- possunt.

† sumami- tidē latini dicere so- lent, sicuti & hic prius fecit homi. xxi.

Sarrha.

Gen. 18. 4.

Mat. 25. d. ibid. 18. 4.

Terhor a- pud se- puaginta qui nobis tebro, so- cer Mofi. Exod. 2. 3.

† inueni- vel iro- niam. i. fr- cūditate.

librorum quidē nomina tenētibus: Veruntamē neq; sic intermittenda nobis fuerit talium diligentia. Debeas enim, inquit, argentū deposuisse ad nummularios. Quapropter etiā si nemo sit qui recipiat, qđ nostrū est faciamus, ostēdentes nihil in scripturis superfluum, nihil frustra prolatū esse. Nam siquidem nihil haberēt ista quod prodesset, epistolæ vtiq; nō essent adiectæ, neq; Paulus ea scripsisset, quæ quidē scripsit: sed sunt quidam ita rudes mechanici & dissoluti, cœlisque indigni, vt non solum nomina, sed & integros libros superfluos esse ducant, vt Leuiticū, vt Iesum, & reliquos plures. Ita & vetus testamētum multi rudiū reiecerunt, & ab hac praua cōsuetudine vltius progressi, multa etiā ex nouo abscederūt. Verū horum tanquā ebriosorum & carni viuentiū, non multa nobis erit ratio. Si verò quis philosophiæ amator, spiritalisq; auscultationis amicus, audiat, qđ non sint frustra & inaniter posita quæ in scripturis videntur esse minuta, quāmq; & vetera multū frugis adferāt. Omnia enim illa typi sunt, & ad nostrā admonitionem, inquit, conscripta. Propterea & ad Timotheum scripsit: Attēde lectiōni, adhortationi, in omniū librorū lectiōnem iniiciens hominē, tantum habentem spiritus, vt & dēmonia expulerit, & mortuos excitauerit. Persequamur itaq; proposita. Salutate Epānetum dilectum meum. Licet ex hoc loco videre, qđ discretim suas vnicuiq; laudes admeriatur. Neq; enim modica est laus ista, sed & vehemēt magna, & multæ virtutis declaratiua, qđ Paulum habet dilectū, qui non temerario gratiæ affectu, sed iudicio diligere nouit. Deinde & aliud encomiū adiungens, qui est, inquit, primitiæ Achaiæ. Aut enim hoc ideo dicit, quod is reliquos omnes credendo p̄uenerit, ac veluti p̄siliit: id quod nō modicæ laudis fuerit: aut qđ plus pietatis ostenderit, qđ reliqui omnes. Propterea cū dixisset, qui est primitiæ Achaiæ, nō quieuit: sed ne mūdanam suspiceris gloriā, adiecit: in Christo. Si enim in ciuilibus negociis priores obtinēs magnus esse videtur & illustis: multo magis in istis. Itaq; quoniam verisimile erat ipsum humili esse genere: verā ponit nobilitatē & p̄minentiam, hinc istum ornās. Et nō solum Corinthiorū, sed & vniuersæ gentis eum primitias esse dicit, tanquā qui porta sit & introitus aliorum factus. Talium autē merces nō est modica: nam & ex aliorum benefactis multā retributionem capiet qui eiusmodi est, vtpote qui & ipsi suo p̄cipio multum cōtulerit. Salutate Mariam, quæ multum laborauit erga vos. Quid hoc? Rursus coronatur mulier & p̄dicatur. Rursus cōfundimur viri, imò nō solum confundimur, sed & honestamur. Honestamur siquidē qđ tales apud nos sunt mulieres: cōfundimur autē qđ adeo longē ab illis post terga relinquitur viri: verū si didicerimus vnde illæ ornentur, mox & nos illas assequemur. Vnde itaq; ornatur? Audiāt & viri & mulieres nō ab armillis, nec à monilibus, neq; ab eunuchis & ancillis, nec à vestibus auro intertextis: sed à perpeffis pro veritate sudoribus. Nam dicit, Quæ multū laborauit erga vos. Non erga seipsam solū, neq; erga propriā virtutē: id quod multæ mulieres nunc quoq; faciunt, & ieiunantes, & humi iacentes, sed & erga alios, Apostolorum & euangelistarum suscepto cursu. Quomodo ergo alibi dicit: Mulieri verò docere nō permittit? p̄sidentiam quæ sit in medio ecclesiæ illi prohibet, sed emq; in pulpito, non doctrinæ verbum. Nisi enim hoc esset, quomodo virum infidelē habēti

diceret: Qui enim nosti mulier, num virum saluaturā sis? Quomodo commisit vt pueros admoneret, dices: Saluabitur autem per liberorum generationem, si manserit in fide, & dilectione, & sanctificatione cū castitate? Quomodo Apollo Priscilla instruxit? Non itaq; eam disputationem doctrinæ quæ ad priuatū vsum pertinet amputando hoc dicit, sed eam quæ in medio sit & in cōmuni theatro, quæ ipsis cōgruit doctoribus. Et rursus si vir fidelis fuerit, ac valde absolutus, qui docere vxorem possit, si ipsa sapiētior fuerit, docere & corrigere nō phibet. Et nō dicit, quæ multa docuit, sed quæ multū laborauit: ostendens qđ cum sermone & alia quæ exiguntur, administrauerit, nimirum quæ attinēt ad pericula, pecunias, peregrinationes. Erāt enim mulieres illę leonibus feruētiores, participantēs & cū Apostolis in laboribus p̄dicationis gratia subcūdis. Vnde & simul peregrinabātur cum illis, & reliqua administrabant: & Christū quoque sequebātur mulieres, quæ ex sua substantia ministrabant, adiuuentōq; erant p̄ceptorum. Salutate Andronicum & Iuniam cognatos meos. Videtur quidē & hoc encomij vice dici, verū qđ sequitur maius est. Quod est autem illud? Et concaptiuos meos. Hoc demum magnificentissima corona, hoc magnifica de p̄dicatione est: & vbi captus fuit Paulus, vt hic dicat, cōcaptiuos meos: Captiuus quidē non fuit, captiuus tamen multo grauiora passus est: nō solum ab alienatus à patria & domo, sed & cū fame, continua morte, innumerisque aliis decertans. Nam istud in captiuo solū est graue: qđ à domesticis ab alienatus pro libero sēpenumero sit seruus. Nemo autem verbis consequi valeat syluas illas tentationū quas sustinuit beatus iste, iactatus & circūactus, flagellatus, ligatus, lapidatus, submersus, innumeros habēs insidiatores. Et captiuus quidē posteaquā abducti sunt, neminē amplius hostē habēt: sed & subinde multa curatione potiūtur ab eis ipsis à quibus capti sunt. Hic verò in mediis hostibus cōtinuò circumquaque versatus, vbi que iacula, hastas acutas, acies, & pugnas vidit. Quoniā igitur verisimile est & istos in multis illi periculis communicasse, cōcaptiuos suos eos vocat. Quæ admodum & alibi dicit: Aristarchus cōcaptiuus meus. Deinde & alia laus: Qui sum insignes inter Apostolos. Atqui & Apostolos esse hoc ipsum magnū est: Inter illos verò & insignes esse, pendere quantū sit encomiū. Ab operibus autē & rebus bene gestis insignes erant. Papæ, quanta fuit mulieris huius philosophia, vt & Apostolica appellatione digna sit habita: & neq; hic consistit, sed & aliud rursus encomiū adiicit, dicens: Qui etiā ante me fuerunt in Christo. Nam & hæc maxima est commēdatio p̄siliisse, & ante alios venisse. Contemplare verò mihi sanctā hanc animam, qđ pura sit ab omni vanæ gloriæ desiderio. Post tantā enim ac talem gloriā, alios sibi p̄ponit: non dissimulans qđ post illos venerit, neq; erubescens hoc apertē cōfiteri. Et quid miraris qđ in hoc non confunditur, quando & priorē vitam suam manifestare & diffamare non detrectat, blasphemū ac persecutorē seipsam vocans: Quoniā igitur non habebat quibus aliis illos hinc p̄poneret, quæ fuit qui post alios venisset, nimirū seipsam, & reperit etiā quam hinc eis laudem contexeret, dicens: Qui etiam ante me fuerunt in Christo. Salutate Ampliam dilectum meum. Rursus & istum à dilectione commendat. Erat enim dilectio Pauli propter deum, innumera habens bona. Si enim magnum est à rege diligere, à Paulo diligere

diligere quātinam est encomij? neq; enim nisi multam virtutem possedisset, in amorē sui ipsum attraxisset. Sciebat enim in malicia & iniquitatibus viuētēs, nō solū nō diligere, sed & anathematizare, vt quādo dicit: Si quis non diligit dominū Iesum Christum, anathema esto. Et si quis vobis euangelizauerit p̄ter quā quod accepistis, anathema esto. Et Vrbanū cooperarium meū in Christo. Maius est illo istud encomiū: nam & p̄cedens in se completitur. Et Stachyn dilectum meum. Rursus & hunc ab eisdem coronat. Salutate Apellam probatū in Christo. Huius laudi nihil par est, nimirum irreprehensibile esse, nihilq; prorsus in rebus ad deū pertinentibus damni dare. Cum enim dicit, probatum in Christo, omnem virtutem recenset. Et cuius gratia nusquā dicit, herum meum, hunc vel illum, & dominū meum? Quoniam ea encomia quæ ponit, illis maiora sunt. Illa siquidē honoris tantummodo sunt, hæc verò virtutis. Deinde & hoc ipso illos honorauit, qđ nō quasi contingēter aut obiter posuit, quemadmodū multos inferiorum cum sublimibus & magnis salutauit. Salutando siquidem, & cum aliis salutando, idq; in eadem epistola, omnes similiter honorauit. Quod verò quæ cuiusq; separatim sunt, ponit, cuiusq; nobis virtutem separatim etiā ob oculos exhibet: ne videlicet & inuidiam pareret, si illos quidē honoraret, istos autē non itē: neve socordiam & confusionem generaret, si omnes eodem honore, non eodē dignos afficeret. Vide ergo quomodo rursus ad celebres mulieres cōuertatur. quū enim dixisset: Salutate eos qui sunt ex Aristobuli familiaribus, & Herodionem cognatum meū, & qui sunt ex Narcissi familiaribus. Quos fortē verisimile est, nō tales fuisse, quales priores. Propterea neq; omnium nomina commemorat, competens illis encomium p̄bēs, nimirum qđ fideles sint. Hoc enim est quod adiungit: Qui sunt in domino. Rursus ad mulieres conuersa salutatione, dicit: Salutate Tryphenam & Tryphosam, quæ laborant in domino. De illa quidē dixerat, quæ multū laborauit erga vos: de istis autem, qđ adhuc laborent. Non est autē modicum hoc encomium, nēpe in operibus copiose versari: & non solū operari, sed & laborare. Persidem verò dilectā quoq; vocat, ostendens istis maiorem esse. Salutate enim, inquit, Persidem dilectam. Deq; multo labore testimonium illi fert, cū addit: Quæ multum laborauit in domino. Ita nouit vnumquemq; pro dignitate compellare, istos alacriores reddens, qđ eos nihilo eorum quæ habent, priuat: sed & minutissimā etiā excellentiam de p̄dicat, alios verò diligentiores faciens, atq; hisce istorum encomiis in eundem zelum inducens. Salutate Rufum, electū in domino, & matrē illius ac meam. Item & hic vniuersa bona, quādo & filius talis est, & mater talis, & domus plena benedictione, ac radix fructui cōueniens. Neq; enim simpliciter dicit, matrē illius: sed, & meā. An non multæ virtutis testimonium mulieri huic exhibet? Salutate Asyncritum, Phlegontē, Herman, Patrobā, Mercurium, & qui cum his sunt fratres. Hic non respicias, qđ istos sine encomiis ponit, sed qđ eos qui omnibus sunt inferiores, salutatione sua non dedignatur. Imò neq; istud modicæ laudis est, qđ & fratres eos vocat: quemadmodū & qui istos sequuntur, sanctos appellat. Salutate enim, inquit, Philologum, & Iuliā, & Neræum, & sororem eius, & Olympam, & qui cum his sunt omnes sanctos. Quod quidē maximæ dignitatis est, honorisq; ineffabilem magnificentiam habens. Deinde ne prorsus quicquā contētionis p̄paret

ret, qđ istos quidē hoc, illos autē isto pacto appellat: & hos quidem nominatim, istos verò p̄ter omnem definitionē: ad hæc illos quidē cum maioribus encomiis, hos verò cū minoribus, per dilectionis æqualē honorem sanctūmq; osculum rursus eos cōmifcet & coniungit, dicens: Salutate vos inuicem cum osculo sancto. Per hæc pacem omnē cogitationem qua possent turbari, omnemq; pusillanimitatis occasionē reicit, ne vel magnus contemnat minorē, nec minor inuideat maiori: sed pellatur, & contēptus, & inuidētia, osculo isto omnia mitigatē & adæquante. Propterea non solum salutare illos ad hunc modū iubet, sed & omnium ecclesiarū salutem illis mittit. Salutant enim, inquit, vos. Nō amplius illum vel illum seorsum, sed in communi omnes Ecclesiæ Christi. Vides quomodo nō modicum fructū & ex salutationibus istis tulerimus? Vides quantos thesauros neglecturi fuiffemus, nisi & hanc epistolæ huius partem, quantū pro viribus nostris, licuit, scrutati essemus? Quod si sapiēs quispiā & spiritalis fuerit inuētus, is & p̄fundius introspeciet, & plures margaritas videbit. Verū quoniā sapenumero quæsitum est à nonnullis, quānā ratione Apostolus tot fideles in hac epistola salutauerit, quod tamē in nulla epistolarū alia fecerit, hoc vtiq; dicem: nimirum ideo factū esse, qđ Romanos nequaquā dum viderat. Atqui dices: neq; Colossenses cognouerat, & tamen nihil tale erga illos fecit. Verū: sed Romani celebriores erant aliis, & ex aliis ciuitatibus plurimi illuc sese transfulerant, tanquā in tutiorem quandam & regaliorem urbem. Illos igitur quoniam inter aduenas degebant, multaq; tuitione opus habebant, ac quidam illorum Paulo cogniti erant: nonnulli verò multa & magna, cū p̄sentes essent, pro ipso ministrauerant, nō immerito ipsos per literas commēdat. Pauli quippe tum tēporis nō modica erat gloria, sed tanta, vt qui epistolas ipsius adepti essent, per solas literas multū haberent p̄rogatiuæ. Neq; enim illū agnoscebāt solū, sed & reuerabantur: nisi enim istud fuisset vtiq; nō dixisset: Ipsa quippe multis adfuit, & mihi ipsi. Et rursus: Oprobā ego ipse anathema esse. Et Phlemoni scribens dixit: Cū talis sim, nempe Paulus fenex, nūc verò & vincus in Christo Iesu. Et ad Galatas: Ecce ego Paulus dico vobis, & Tanquā Christum Iesum suscepistis me. Corinthiis autē scribens dixit: Tanquā non sim venturus ad vos, inflati sunt quidam. Et iterū: Hæc autē transfigurauit in meipsum & Apollo, vt in nobis discatis, nihil de vobis ipsis sentire vltra qđ scriptum sit. Ex quibus omnibus manifestū est qđ magnam gloriam ex illius cōmendatione habuerint, quotquot ab illo cōmendabantur. Volens igitur eos in securitate esse & honore, salutauit vnumquemq; iuxta quod conueniebat, ornans illos, hunc vocans dilectum, istum cognatum, alium verò vtrunque: deinde illum cōcaptiuum, istum cooperarium, hunc probatum, alium electum, & hanc quidem à sua dignitate. Neq; enim simpliciter dicit, quæ ministravit, licet hoc fecerit. Et eas quæ circa Tryphenā & Persidem positæ sunt: ita sanē appellauit: sed hanc quidē munus & vocationē habentem diaconi, istam verò cooperariā, & in sacris ministram: illā matrē, aliam verò à laboribus quos sustinuit. Et hos quidē à p̄dicatione sanctorū: & illos hoc ipso honorat qđ primitias appellans, illos autē à temporis senio cōmēdans;

Mat. 25. 6  
Supr. 15. 4  
1. Tim. 4. d.  
1. Tim. 2. d.

1. Cor. 16. d.  
Gala. 1. b

† uenerabatur solū, sed & reuerabantur: nisi enim istud fuisset vtiq; nō dixisset: Ipsa quippe multis adfuit, & mihi ipsi. Et rursus: Oprobā ego ipse anathema esse. Et Phlemoni scribens dixit: Cū talis sim, nempe Paulus fenex, nūc verò & vincus in Christo Iesu. Et ad Galatas: Ecce ego Paulus dico vobis, & Tanquā Christum Iesum suscepistis me. Corinthiis autē scribens dixit: Tanquā non sim venturus ad vos, inflati sunt quidam. Et iterū: Hæc autē transfigurauit in meipsum & Apollo, vt in nobis discatis, nihil de vobis ipsis sentire vltra qđ scriptum sit. Ex quibus omnibus manifestū est qđ magnam gloriam ex illius cōmendatione habuerint, quotquot ab illo cōmendabantur. Volens igitur eos in securitate esse & honore, salutauit vnumquemq; iuxta quod conueniebat, ornans illos, hunc vocans dilectum, istum cognatum, alium verò vtrunque: deinde illum cōcaptiuum, istum cooperarium, hunc probatum, alium electum, & hanc quidem à sua dignitate. Neq; enim simpliciter dicit, quæ ministravit, licet hoc fecerit. Et eas quæ circa Tryphenā & Persidem positæ sunt: ita sanē appellauit: sed hanc quidē munus & vocationē habentem diaconi, istam verò cooperariā, & in sacris ministram: illā matrē, aliam verò à laboribus quos sustinuit. Et hos quidē à p̄dicatione sanctorū: & illos hoc ipso honorat qđ primitias appellans, illos autē à temporis senio cōmēdans;



mendans. Verū plus omnibus Priscillam & Aquilā. Licet enim omnes fuerint fideles, pares tamē nō fuerūt, sed praxiis diuersi. Propterea sanē vt ad maiora excitaret vniuersos, nulli<sup>o</sup> obsecrauit encomia: si em̄ qui plura praxisterūt, plus mercedis accepturi nō essent, multi redderētur segniores. Vnde neq; in regno par honor, neq; in discipulis pares oēs, sed praxstantiores reliquis tres erāt, & in ipsis tribus multum rursus differentia reperit. Multa quippe diligentia apud deum est etiam vsq; ad extremos: nam & astrū ab astro differt, inquit, in gloria. Quāquā omnes fuerint Apostoli, oēs super sedes duodecim sessuri sint, omnes sua reliquerint, oēs simul cū ipso versati fuerint: tamen tres ex illis accepit. Rursus & horum triū quosdā eminere & excellere dixit. Sedere enim, inquit, à dextris & à sinistris, non est meū dare, nisi quibus paratū est. Petrum verō reliquis praxponēs, dicit: Diligis me plus his? Et Ioānes plus est dilect<sup>o</sup> ab ipso, q̄ reliquis: erit enim diligens omnium inquisitio, & si modicē superaueris proximum, minimum etiam & vtcunq; neq; hoc tamen negliget deus. Et istud antiquitus etiā apud veteres videre est: nam & Loth iustus quidē erat, verum nō ita quemadmodum Abraham: rursus & Ezechias, at nō sicut Dauid, & propheta omnes, sed non vt Ioannes. **Morale.**

Vbi sunt igitur, qui post tam exactam diligentiam gehennam esse nolunt? Si enim nō eidem potientur iusti omnes, sicubi vel modicē alij alios excelluerint: differt enim stella à stella, inquit, in gloria: quomodo cū iustis eadem gloria fruētur peccatores? Hanc etenim cōfusionem ne homo quidem quisquam faciet, multo min<sup>o</sup> deus. Si verō volueritis, & in his qui peccauerunt, & que iam facta sunt, istā vobis differentiā, exactamq; iuris executionem ostēdam. obserua autem: Peccauit Adā, peccauit & Heua, transgressi sunt vtrique: verū ex æquo non peccarunt. Igitur neq; puniti sunt æqualiter. Tantū enim hic differentie est, vt Paulus dixerit: Quoniā Adam nō est deceptus, mulier verō seducta, trāsgressioni facta est obnoxia. atque seductio vna erat. Verū diligens inquisitio dei tantū differentia ostēdit, vt Paulus hoc dixerit. Rursus Cain quidem punitus est: Lamech verō post illū occidēs, nihil tale passus est, tametsi & illic cedes fuerit & isthic, grauior etiam multo q̄ illic, eo quod iste neq; ex praxcedenti exemplo factus sit melior. Verū quoniam hic quidem neq; fratrem post admonitionē occidit, neq; accusatore opus habuit, neque interrogante deo impudēter respōdit: sed nemine arguēte seipsum & reprehendit, & condēnauit, veniam adeptus est. Ille verō quoniam contraria commisit, supplicio affectus est. Vide quāta diligentia deus vtriusque facta inquisierit. Propterea & eos qui in diluuiio fuerunt, & qui in Sodomis, aliter atq; aliter puniuit. Rursus aliter Israēlitas, aliter qui in Babylone, aliter qui sub Antiocho fuerunt, ostendens q̄ multā habeat actorum nostrorum rationem. Et illi quidem septuaginta seruierunt annos, isti verō quadringentos: illi & liberos suos comederūt, & innumeras alias grauiores perpeffi sunt calamitates: & neq; sic tamē liberati sunt siue illi, siue adhuc viuentes, Sodomitis etiā misēriores. Tolerabilius enim, inquit, terrē Sodomorum erit & Gomorrhæorū, quā ciuitati isti. Nam si nulla illi cura est, siue peccemus, siue probē agamus: merito poterit quispiā dicere nō esse supplicium. Si verō tantū impendit studij, quō minus peccemus, &

1. Cor. 15. e

Marc. 10. f

Ioan. 21. d  
Ibid. 19. e

1. Cor. 15. e

1. Tim. 2. d

d

D

Marc. 10. d

tanta molitur quō rectē viuamus: manifestū q̄ & peccantes puniat, & rectē agētes coronet. Tu verō mihi multorū iniquitatē perpēde. Nam hic quidem vicio vertunt deo, q̄ longanimiter plerunq; expectat, multosq; scelestos, lasciuos, violentos ita negligit, vt non statim pœnas de illis sumat. Illic verō rursus si quando supplicium ipsis minatur, acerbi sunt, molesti, ac queruli. Atqui si hoc tristitiam adfert, recipiendum erat alterū & celebrandum. Sed o dementiam, o stultam & asinā sentētiam, o mentē peccatorum amatricem, & ad maliciam respicientem. Nam hinc omnia illa dogmata nascuntur, ita vt si virtuti vellent inhærere qui ista dicunt, mox & de gehenna persuaderētur, omniq; dubitatione leuarētur. Et vbi, inquit, & in quo loco erit ipsa gehenna? vt quid istud curas? Quæstio siquidē est, vt ostendatur q̄ sit, non vbi recondita sit, & in quo loco. Nonnulli quidē fabulantes dicunt q̄ in valle Josaphat, quod de bello quodā præterito dictū est, ad gehennam trahentes: scriptura verō hoc non dicit. Sed in quo loco, inquit, erit? Alicubi quantū ego puto extra omnē hunc mūdum. Quemadmodū enim regū carceres & metalla porō distant: ita alicubi extra hunc orbem erit gehenna. Ne queramus igitur vbi sit, sed quomodo illam sanē fugiamus: neq; propterea de futuris fidem deus non seruabit, q̄ hic non omnes punit. Benignus enim est, & longanimiter agit. Propterea minatur, & non statim in gehennā coniiicit. Nolo enim, inquit, mortem peccatoris. Quod si mors peccatorū non est, superfluum est q̄ dicit illam se nolle. Et noui quidem q̄ his sermonibus nihil vobis molestius sit, mihi verō nihil iucundius. Et vtinam in prandiis & cœnis, & balneis, imō & vbiq; de gehēna disputatum esset. Neq; enim mœrore affecti essemus in vitā huius malis, nec in bonis illius deliciai letatiq; fuissēmus. Quid enim mihi poteris obiicere incōmodi? Paupertatem? morbos? captiuitatem? carceratē corporis? Sed hæc omnia cōparatione supplicij futuri ridicula sunt, siue obicias omnimoda fame tortos, siue à prima ætate cœcos, cibūmq; emendicantes, ridicula, inquam, ista ad futura mala sunt. Continuos itaq; sermones de illis versemus: non enim sinet in gehennam incidere, gehennæ meminisse. Non audis Paulū dicentem: Qui quidem pœnam sustinebunt perpetuam à facie domini? Non audis qualis factus sit Nero, quē & mysterium Antichristi vocat Paulus? Mysterium enim iniquitatis, inquit, iā inoperatur. Quid igitur? Nihil patietur Nero? Nihil Antichristus? Nihil diabolus? Sēper igitur Antichristus erit. Sēper diabolus. Neq; enim nisi puniti fuerint, à malicia sua desistent. vtrique dices: sed q̄ gehēna quidem sit, vndiq; manifestum est, soli verō infideles patiētur. Quamobrē, dic quæso? Quoniam fideles dominū suū agnouerunt. Et quid istud? Quando enim vita illorum immunda fuerit, maiores etiam pœnas propterea dabunt quā infideles. Quicunq; enim sine lege peccauerunt, sine lege quoq; peribūt: & quotquot in lege peccauerūt, per legē iudicabuntur. & Seruus sciens voluntatē domini sui, & non faciēs, vapulabit multis. Si verō nulla vitē dāda erit ratio, sed inaniter ista dicūtur, neq; diabolus punietur. Etenim deū agnouit, magis etiā multis hominibus & dæmones vniuersi & sciunt illū & horrent, & iudicem consententur. Itaq; si non erit reddēda vitē ratio, neq; malarū actionum, euadent etiam isti. Non sunt ista, non sunt inquam, ne decipiamus nos ipsos dilecti. Si enim

Si enim

1. Cor. 6. a  
Marc. 12. d

1. Cor. 10. d  
Eccl. 9. b

Marc. 8. d

1. Cor. 10. d  
Ibidem. d

1. Cor. 10. d

cti. Si enim gehēna nō est, quomodo iudicabunt Apostoli duodecim trib<sup>o</sup> Israēl? Quomodo dicit Paulus: An ignoratis q̄ angelos iudicaturi sumus, multo magis secularia? Quomodo Christus dixit: Viri Niniuitæ exurgēt, & iudicabunt generationē istam: & tolerabili<sup>o</sup> erit terræ Sodomorū in die iudicij? Quid igitur ludis in rebus nō ludicris? Quid te ipsum seducis, ac decipis? Quid benignitatē dei expungas? Propter hoc ipsum quippe illā & parauit, & minat<sup>o</sup> est, ne in illā incidamus, timore illius meliores facti. Itaque qui sermonem de istis è medio tollit, nihil aliud facit, quā quod hac deceptione in eam ipsam gehennam impellit & coniiicit. Ne dissoluas itaq; manus illorum, qui pro virtute laborant: neq; socordiā illorum qui obdormiunt adaugeas. Si enim multi crediderint gehennam non esse, quando malitiā relinquēt: vbi vero iustitia apparebit? Nō dico de peccatoribus, & iustis, sed de peccatoribus & peccatoribus. Quamobrē alius quidem hic punitus est: alius vero, licet eadem aut certe maiora quoque deliquerit, punitus non est? Si enim gehenna nō est, nihil poterit ista reprehendentibus respōderi. Hortor igitur vt ab istis ridiculis cessantes, obturemus ora illorū qui nobis in huiusmodi cōtradictum. Erit enim tam in peccatis quā in rectē factis, etiam minutissimorum exacta inquisitio. Oculorū quoq; impudicorum pœnas dabimus, & verbi ociosi, & simplicis cōuicij, ebrietatis quoque supplicia patiemur, atq; poculi aquæ frigidæ mercedē accipiemus, imō & solius gemitus. Pone siquidem, inquit, signum in faciebus gementium & lugentium. Quomodo igitur audes dicere q̄ simpliciter & frustra gehennā minatus sit, qui nostras actiones tanta diligentia exquirat? Noli, obsecro, noli & te ipsum, & eos qui tibi credūt vanis spebus perdere: si nostris sermonibus diffidis, inquirere Iudæos, Græcos, hereticos omnes. Omnes veluti vno ore respōdebunt, & iudiciū, & retributionem fore. Sed non sufficient homines: interroga vel demonas ipsos, & audies clamātes: Quid venisti huc ante tempus torquere nos? Collectis his omnibus mentem tuam persuade, ne vane nugetur, ne per experientiam discas esse gehennā, sed hinc & respiscere valeas, & tormenta illa effugere, bonaque futura acquirere, gratia & benignitate, &c.

**Homilia xxxij.**  
**O**bscuro autē vos fratres, vt obseruetis eos qui diffidia & offendicula contra doctrinā, quam vos didicistis, gignunt, & declinetis ab illis. Nā qui tales sunt, domino nostro Iesu Christo non seruiunt, sed suo ventri, & per blandiloquentiā decipiunt corda innocentū. Parænesis iterū, & post parænesim precatio. cū enim dixisset, vt eos qui diffidia gignunt, obseruent, illisq; nō obtemperēt, adiiicit: Deus autē pacis conteret satanam sub pedes vestros: & Gratia domini sit vobiscū. Obserua vero q̄ placide adhortetur, nō in persona consiliarij, sed in persona domestici istud, multoq; honore faciēs. Nā & fratres illos vocat, & supplicat: Obscuro quippe vos, inquit, fratres. Deinde vt & cautos eos & sollicitos faciat, calūniantū dolū ostēdit: tanquā em̄ ex seipsis manifesti nō sint, dicit: Obscuro autem vos vt obseruetis: hoc est, diligēter satagite, vt cognoscatis & perscrutemini. quōsmā, dic quæso? eos qui diffidia & offendicula cōtra doctrinā quā vos didicistis, gignunt. Ista siquidē potissimū est ecclesiæ subuersio, in partes scilicet diuisam esse. Hæc diaboli sunt

arma, hoc pacto omnia sursum ac deorsum voluntur. Donec enim vnitū fuerit ecclesiæ corpus, nullū valet habere introitū satanas: verū à diffidiis nascitur offendiculū. Vnde autē diffidia? Ab eo q̄ ventri, aliisq; affectibus seruitur: nam qui tales sunt, inquit, deo nō seruiūt, sed suo ventri. Itaq; nō erūt offendicula, nō erūt diffidia, nisi dogma quoddā excogitatum fuerit quod sit cōtra Apostolicā doctrinā: id quod & hic manifestans dicit, cōtra doctrinā. Et nō dicit, quam docuimus: sed, quam vos didicistis, anticipans illos, & ostendens persuasos vtrique esse, audisq; & suscepisse. Et quid faciemus illis qui ista deprauāt? Non dixit, aggredimini, & manus cōferētes pugnis decertate, sed declinate ab illis. si em̄ ex stultitia quidē aut errore hoc facerēt, oportebat corrigere. Quoniā vero sciētes peccāt, resillite aliō: & alibi hoc dicit: Subducite vos, inquit, ab omni fratre qui inordinate se gerit. Et Timotheo de fabro ærario differēs, talia adhortat dicens, Quē & tu obserua. Deinde & talia audētes obiurgās ac mordēs, causam dicit, ex qua diffidiū istud excogitauerint. Tales em̄, inquit, dño nostro Iesu Christo nō seruiūt, sed suo ventri. Hoc & Philippēsis scribēs, dixit: Quorū deus vter est. Vide autē mihi eos hic notare, qui ex Iudæis erāt, quos potissimū perpetuo solet velut gulosos notare: nā & ad Titū scribēs de illis, dixit: Malæ bestia, ventres pigri. Et Christus eosdē eriminando dixit: Comeditis domos viduarū. Et prophetae quoque eadē in illis reprehēderūt: Impinguatus est em̄, inquit, in crassatus & recalcitrauit dilect<sup>o</sup>. Propterea & Moses hortatur dicens: Cū comederis ac biberis, impletusq; fueris, recordaberis dñi dei tui. Et in Euāgeliis Christo dicētes, Quod signū ostēdis nobis, aliaq; omnia prætercurrētes, ac negligētes, māna cōmemorat. Hoc pacto vbiq; huic passioni dediti apparēt. Quomodo itaq; te nō pudebit si seruos vētris pro doctorib<sup>o</sup> habeas, qui frater es Christi? Et seductionis quidē causa hæc est: infidiarum verō modus alium rursus morbum habet, nimirū adulationē: per blandiloquentiā enim, inquit, seducūt corda innocentū. Recte autem dicit per blandiloquentiam: obsequium quippe illorū in verbis hæret, mens vero talis nō est, sed dolo referta. Et nō dicit, vos decipiūt: sed, corda innocentū. Et neque hoc cōtentus est, sed ne grauius reddatur quod dicit, subiungit: Nam obedientia vestra ad omnes permanuit. Hoc vero faciens, nō patitur illos impudētes fieri, sed encomiis praxoccupat, testiūq; multitudinem cōtinet. Neq; em̄ ego sol<sup>o</sup>, inquit, testimoniū de vobis fero, sed & vniuersus orbis. Et nō dicit prudētia vestra, sed, obediētia vestra: hoc est, fidelis persuasio, id quod illis est multæ mansuetudinis testimoniū dātis. Gaudeo igitur de vobis. Nō modicū & istud est encomiū, deinde & post laudem admonitio: nā ne pigriores eos occulte faciat, dū à culpis liberat, rursus illis insinuat] dicens: Sed volo vos sapientes esse ad bonū, sinceros ad malū. Vides quomodo illos rursus tangat, licet occulte? Est em̄ illud obsequium significātis, q̄ nonnulli iam ex illis decepti & seducti fuerint. Deus vero pacis conteret satanā sub pedes vestros, breui. Quoniam enim dixerat, eos qui diffidia & offendicula gignūt, obseruare: dicit iā deum pacis, vt cōfidat se liberādos aliquādē ab illis. Qui enim pacē amat, vtrique dissoluet quæ illam lædunt. Et nō dicit, subdet: sed quod maius est, conteret, & nō solum deceptores illos, sed & qui ad ista ducē illis agit, nē-

2. The. 3. b

1. Ti. 4. c

Phil. 3. d

1. Ti. 1. c

Marc. 23. b  
Deu. 32. b

Ibid. c. e

Ioan. 2. b

1. Cor. 10. d  
Ibidem. d

1. Cor. 10. d

pe satanam. Et nō solum conteret, sed sub pedes vestros, vt & ipsi victoriā auferret, & adepto trophæo illustres redderetur. Deinde rursus & ab ipso tēpore cōsolatio, subiūgit enim: Breui. Hoc vero simul erat & precatio, & prophetia. *Gratia domini nostri Iesu Christi sit vobiscū.* Tutissima arma, murus infractus, turris inquassata: admonet em illos gratiæ, vt alacriores reddat. Si em à multo grauiorib⁹ liberati, solāq; gratia liberati estis: multo magis liberabimini & à minoribus: siquidē & amici facti estis, & quod vestrū erat, simul attulistis. Vide quomodo neq; precationē sine operibus ponat, nec opera sine precatione. Dato em illis obediētē testimonio, precatus est, ostēdēs vtrifque nobis opus esse, & quæ diuinitus datur, & quæ à nobis sūt, siquidē diligēter & exacte saluādi fuerim⁹, idq; nō solū antea, sed & nūc quoq; etiam si magni, celebrēsque fuerimus, diuina gratia opus habemus. *Salutat vos Timotheus cooperarius meus.* vides rursus confucta encomia? *Et Lucius, & Iafon, & Sosipater cognati mei.* Iafonis huius & Lucas meminit, fortitudinēq; illius nobis cōmendat, dicēs: & duxerūt illū ad magistrat⁹ vrbis clamātes. Et alios quoq; credibile est de insignibus fuisse, non enim simpliciter cognatos cōmemoraret, nisi iuxta pietatem similes illi fuissent. *Saluto vos ego Tertius qui scripsi epistolam.* Non modicū & istud encomiū, scribā esse Pauli. Verum hoc nō ideo dicit, vt seipsum laudet, sed vt feruētē apud illos dilectionē ministerij gratia attrahat. *Salutat vos Gaius hospes meus & totius ecclesie.* Vides qualem illi coronā texat, de tāta illius hospitalitate testificans, integrāq; ecclesiam in domū illius cōgregans? Hospitē enim hic, pro hospitio suscipientem dicit. Audiēs vero qd Pauli fuerit hospes, nō solum liberalitatis gratia ipsum celebrabis, sed & eius diligētia, qua vitā pie in-sistit. Nisi enim dign⁹ virtute Pauli fuisset, apud eū vtriq; ille minime hospitatus fuisset. Qui enim multa præceptorū Christi trāscendere etiā studuit, vtique hanc illius legē trāsgressus nō est, qua iussi sunt apostoli exquirere hęc pites dignos ad quos diuerterēt. *Salutat vos Erastus, quæstor ærarius ciuitatis, & Quartus frater.* Nō simpliciter adiecit, quæstor ærarius ciuitatis, sed quēadmodū Philippēsis scripsit: *Salutant vos qui sunt ex Cæsaris familia, vt ostendat euāgelij prædicationē magnos etiā terigisse: ita & hic dignitatis huius meminit, idem quod illic agens, & ostendens, neque diuitias ei qui attēderit, neq; principatus curas, neque aliud horum quicquā impedimento esse. Gratia domini nostri Iesu Christi sit vobiscum, Amen.* Vides vnde exordiēda, & quo termināda sint omnia: nā & hinc fundamentū iecit epistolæ, & hinc quoq; fastigium illi imposuit, simul illis matrem bonorum omnium imprecans, atq; omnis beneficentiæ diuinitus acceptæ admonēs. Istud quippe potissimū est generosi doctoris: non solū sermone quos imbuit, ac docet, sed & precibus iuuare, vnde & dicebat ille: Nos vero precationi & ministerio verbi adhærebimus.

Morale.

Quis igitur & nobis bene precabitur, posteaquam Paulus hinc migravit? Aemulatores illi Pauli, tantūmodo dignos nos tali patrociniō exhibeam⁹, ne hic solū vocē Pauli audiamus, sed & illic postquā discesserimus, athletā hūc Christi videre mereamur. Imō si hic audiuerim⁹, & illic ipsum omnino videbimus, licet nō ē propinquo stātes: videbimus tamē prorsus propē apud regalē thronū splēdentē. Vbi Cherubin

deū glorificant, vbi Seraphin volāt, illic Paulum videbimus cum Petro in sanctorū choro coryphæum existentē & præsidem, genuināq; illic dilectione fruemur. Si em cū hic esset, viquea deo dilexit homines, vt cū dissolui ex animi proposito, & cū Christo esse cuperet, elegerit hic esse: multo magis illic feruētiorē amorē ostēdet. Ego & Romam propterea diligo, tamen & aliunde quæ illā laudare, nē pe à magnificētia, ab antiquitate, à pulchritudine, à multitudine, à potētate, à diuitiis, & à rebus in bello fortiter gestis: Sed relictis istis omnib⁹, ob id illā beatam deprædico, qd erga illos Paulus dū viueret, adeo fuit beneuol⁹, adeo illos amauit, corā differuit, & postremo vitā apud eos finiuit. Vnde & ciuitas ista hinc facta est insignis plus q̄ à reliquis omnibus. Et quēadmodum corpus magnū ac validum, duos habet oculos illustres, sanctorū videlicet illorum corpora: Nō ita cœlū splendescit, quādo radios suos Sol ex sese dimittit, quēadmodum Romanorū vrbs duas illas lapades vbiq; terrarū effundēs. Hinc rapietur Paulus, hinc Petrus. Cōsiderate & horrete, quale spectaculū visura sit Roma, Paulū videlicet repēte ex theca illa cū Petro resurgētē in occursum domini furum ferri. Qualē rosam Christo mittet Roma? qualib⁹ coronis duab⁹ ornatur vrbs ista? Qualibus catenis aureis cincta est? Quales habet fontes? Propterea celeberrimā hanc vrbē, nō propter copiā auri, nō propter columnas, neq; propter aliā phantasiā: sed propter columnas illas ecclesie. Quis mihi nūc dabit circumfundi corpori Pauli, affigi sepulchro, videre puluere corporis illius, quæ adhuc in Christo decrat adimplentis, stigmata illius gestātis, prædicationē euāgelij vbiq; feminātis? puluere inquā oris illius, per quod Christus locut⁹ est, p quod lux emicuit quouis fulgore clarior, & vox exiit dēmonib⁹ quouis tonitru terribior, per quod beatū illud verbū locutus est: Optabā anathema esse pro fratribus meis. per quod locutus est corā regibus, & nō est cōfusus, per quod Paulum didicimus, per quod Pauli dominū. Tonitru ita terribile nobis nō est, quēadmodum vox illa dēmonibus. Si em vestimēta ipsius horruerūt, multo magis vocē: Ipsa vincos illos & captiuos egit, hæc orbem terrarū expurgauit, hæc morbos dissoluit, viciū expulit, veritatē superinduxit, Christū habuit inhabitatorem. Is vbiq; cū illo profectus est: & quod erāt Cherubin, hoc erat & vox Pauli. Quēadmodū in potentatibus illis sedit deus: ita & in lingua Pauli. Digna quippe facta est quæ Christū receperit, ea tātūmodo loquēs, quæ Christo grata erāt, & ad ineffabilē vīq; volans altitudinē, quēadmodū Seraphin. Quid enim sublimius voce illa qua dicebat: Peruasus sum quod neq; angeli, neq; principatus, neq; potentatus, neque instātia, neq; futura, neq; sublimitas, neq; profundū, neque alia creatura poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu? Quot videtur tibi alas, quot oculos habere vox ista? Propterea dixit: Non em ignoro cogitationes ipsius. hinc fugiūt dēmones, nō solū loquentē audientes, sed & vestimentum procul cōstituti videntes. Oris huius puluere videre vellē, per quod Christus magna & ineffabilia locutus est, & maiora etiā quā per seipsum, (Quēadmodū enim maiora per discipulos suos opetat⁹ est, ita & maiora locutus est) per quod admiranda illa oracula orbi protulit spirit⁹ sanct⁹. Quid em os illud sanctū nō effecit? Dæmonas expulit, peccata absoluit,

uit, tyrānos cōpescuit, philosophorū linguas obserauit, orbem deo adduxit, Barbaros ad philosophiam persuasit, oīa coaptauit, quæ in terra, & quæ in cœlis, ad quem modū voluit disposuit, ligās illic & soluens iuxta datā sibi potētiam, quos volebat. Nō solū autē oris, sed & cordis illius puluere videre vellem: quod si quis totius orbis cor dixerit, innumerorūq; bonorum fontem, & principū, & elemētum primariū nostræ salutis, certe nō errauerit. Hinc em spiritus vitæ in omnia suppeditatus est, mēbrisq; Christi dat⁹, nō per arterias emissus, sed per bonorū voluntatem ac propositū. Cor istud adeo fuit latū, vt in se suscepit & integras vrbes, & populos, & Gentes. Cor enim meū, inquit, dilatātū est: verūtamē vt vt latum fuerit, tamen sæpenumero occupauit & pressit illud, quæ ipsū dilatabat dilectio. Ex multa quippe tribulatione, inquit, & anxietate cordis scripsi vobis. Et dissolutū etiā vellē videre cor istud, ergavnūqueq; percutiū accēsum, & ignitū secūdō parturiēs filiorū abortus, deū vidēs: (mūdi enim corde deū videbunt, inquit) hostiā factum. (Hostia siquidē deo est, inquit, spiritus cōtritus) cœlis ipsis sublimi⁹, orbe latius, radiis solaribus exhilaratus, igne feruentius, adamāte solidius, fluuios emittēs (fluuij siquidē fluēt ex vētre eius, inquit, aquæ viuæ) vbi erat fons exiliēs, & rigās, nō terræ superficiē, sed animas hominū: vnde nō solū fluuij, sed & fontes lachrymarum noctes atq; dies emanarūt. Cor, inquā, quod nouā vitam, nō hanc nostram vixit. Viuo enim, inquit, iam nō ego, viuit vero in me Christus. Cor itaq; Christi erat, cor Pauli, tabulāq; spiritus sancti, atq; charitatis volumē. Cor illud quod propter aliena quidē peccata tremebat. (metuo siquidē, inquit, ne quo pacto frustra laborauerim in vobis, & Ne quomodo Heuā seduxit serpēs: & Ne cū venero, nō quales volo inueniā vos.) Super seipso vero & timebat, & confidebat. Metuo, inquit, ne quo pacto aliis prædicās, ipse reprobos efficiar: & Peruasus sum qd neq; angeli, neq; principatus poterūt nos separare: cor illud qd Christū adeo diligere meruit, vt illū nemo alius ita dilexerit, quod mortē & gehēnā cōtempserit, quod ex lachrymis illis fraternis cōtērebatur. Quid em facitis, inquit, flētes & adfligētes cor meum: quod licet fuerit toleratissimum, ferre tamē non potuit præcognitū tēpus, quo defecturi erāt Theſſalonicēs. Videre rursus vellem puluere manū illi⁹ quæ in vinculis fuerūt, per quarū impositionē spiritus sanctus suppeditabatur, per quas hæc literæ scriptæ sunt. Ecce, inquit, qualibus literis scripserim vobis mea manu. Et iterū: Salutio mea, Pauli manu. Manū, inquā, illarū, quas cū vidisset vipera, in rogū ardentē decidit. Puluerem videre vellē oculorū bene excæcatorum primò, deinde vero ad orbis salutē respicientiū, qui & Christū in corpore videre meruerūt, qui terrena viderunt, & nō viderūt: qui, quæ nō vidētur, viderūt: qui somnū ignorarūt, qui mediis noctibus vigilarūt: qui, quæ solent ferre oculi inuidorū, passi nō sunt. Vellem & pedum illorum videre puluerem, qui per orbē currētes non laborarūt, qui ligati erāt in ligno quādo noctu conquatiebatur carcer, qui orbem inhabitabilē etiā circumierūt, qui sæpenumero fuerūt in itinere. Et quid opus est singula recētere? Vellē videre sepulchrum, quo recōdita sunt arma illa iustitiæ, arma lucis, mēbra nūc viuētia, tū vero cū in hac vita essent emortua, in quibus omnibus viuebat Christus, quæ mūdo

fuerūt crucifixa, mēbra Christi, quæ Christū induerāt, quæ tēplū spirit⁹ sancti, sanctaq; fuerūt adificatio, quæ ligata erāt spiritu, cōfixa timore dei, habentia stigmata Christi. Hoc corpus vrbem hanc munit, quod quāuis turri, innumerisq; mœnib⁹ ac vallis est tutius, & cū isto corpus etiā Petri. Nā & viuētē honorauit: Ascēdi enim, inquit, videre Petrū. Propterea est hæc emigrantē istū cōtubernalē sibi dignata esse facere illius charitas: vellem videre leonē illū spiritualem. Quemadmodū enim leo ignē in vulpium greges demisit, ita iste in dæmonum & philosophorum globum & exercitū irruit, & velut fulminis solet impetus: ita in diaboli phalāgas delatus est. Neq; em is iusta acie Paulo restitit, sed illū ita est veritus, ita ante illū tremuit, vt & vel illius vmbra videns, vel vocem audiēs procul fugerit. Ita & eū qui fornicat⁹ fuerat, Satanæ, etiā lōge diffitus, tradidit, ac rursus ex illius manibus eripuit. Ita & alios, vt discerēt nō blasphemare. Vide vero, quomodo eos quos ordinauerat, stimulet excitans & muniēs. Et iam quidē Ephesus dicit: Nō est nobis colluctatio aduersus sanguinē & carnē, sed aduersus principatus & potestates. Deinde & præmiū certaminis ponit in cœlestibus, dicēs: Nō enim nobis certamen, inquit, circa terrenas res, sed circa cœlos, & quæ in cœlis sunt. Iā vero aliis: An ignoratis, inquit, quod angelos iudicabimus, multo magis secularia? His itaq; consideratis omnibus, stemus generose & fortiter: nā & Paulus homo fuit ex eadē nobiscum natura participans, aliāq; cōmunia nobiscum habens. Verum quoniam multū dilectionis erga Christum ostendit, cœlos ipsos transcendit cum angelis constitutus. Itaque si voluerimus & nos vel modicum excitari, ignēm illum in nobis accendere, æmulari poterimus hunc sanctum. Neque enim si impossibile hoc esset, clamasset, dicēs: Imitatores mei estote, quemadmodum ego Christi. Non solum ergo admiremur ipsum, neque tantummodo stupeamus, sed & imitemur: vt mereamur hinc migrantes, & ipsum videre, & ineffabilis ipsius gloriæ participes esse: id quod nos omnes assequi contingat gratia & benignitate, &c.

Finis commentariorum D. Ioannis Chrysostomi in epistolam ad Romanos.

**DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI IN LOcum Pauli, Salute Priscam & Aquilam, & de colendis sacerdotibus.**

Rom. 16. A  
1. Co. 16. C  
& Act. 18. A. E



Onne docti estis, nihil in sacris literis inter superuacanea habendū? Nōne didicistis & inscriptiones, & nomina, & cognomina diligenter in arcanis scripturis excutienda? Ego sanē studiosos arbitror ne laturos quidem, vt verbum aliquod in sacris libris contemptim prætereatur, etiam si tantum nominā recenseatur, vel tempus numeretur, vel breuis cuiuspiam cognominatio contingat. Attamen vt adhuc certior hæc sententia fiat: agē, hodie ad ea quæ nuper in salutatione Priscillæ & Aquilæ relicta sunt, accedamus;



cedamus: tametsi nō parū profuerint & præcedē-  
 tia. Docuit enim nos, quātum bonum sit, operari, &  
 quātum malum, ignauia deditum esse. Et qualis ani-  
 ma Pauli? Quā vigil, quā sollicita? Non tātum ci-  
 uitatum & populorum, & gentium, sed & singulorū  
 fidelium magnam curam gerit. Ostenditq; quomo-  
 do hospitalitas nec inopia præpediatur. Et quod vir-  
 tute ac pia voluntate vbiq; opus sit, non itē diuitiis  
 & facultatibus. Et quod clarissimi omnium sunt, qui  
 dei timorem habent, etiam si in extrema paupertate  
 degant. Vnde Priscilla & Aquila opifices, nēpe pel-  
 liones, pauperem & honestam agētes vitam, præ om-  
 nibus beati prædicantur. Et cum alij dignitatibus  
 & potentia inflati, silentio prætereuntur, pellio ille  
 vnā cum vxore toto orbe decantatur. Quod si tanta  
 eorū in præsentī vita est gloria, cogita quanti eorum  
 futuri sunt fructus post illum diem, quando tempus  
 erit coronarū & retributionum, qui ante illum diem  
 nō paruā voluptatē, vtilitatē, & gloriam acceperūt,  
 quibus tantilli tēporis consuetudo cum Paulo fuit?  
 Enimvero sicut prius dicebā, neque nunc dicere de-  
 finam, quod nō solum doctrina, & admonitio, & cō-  
 silium, sed & sanctorū aspectus, atq; vestīū amictus,  
 & calceorum mos, multū habet vtilitatis ac volupta-  
 tis. Et inde nō exigua vitæ nostræ cōmoditas ac-  
 cidit, cum discimus quatenus hi necessarij vsi fuerint.  
 Non enim solū vtendi modū nō sunt trāsgressi, sed  
 & vsui fermē necessario nonnunquam renunciarūt:  
 quin & in fame, & in siti, & nuditate versati sunt. Et  
 1. Tim. 5. b Paulus quidē imperabat discipulis, dicēs: Habentes  
 autē alimenta & tegumētā, his cōtenti simus. Et cla-  
 rum est quod de seipso dicit: Vsq; in hāc horam &  
 1. Cor. 4. c esurim⁹, & sitim⁹, & nudi agimus, & colaphis cedimur.  
 Operæ precīū hic fuerit in mediū aliquid afferre,  
 de quo frequēs est quæstio. Et quidnā hoc? Dice-  
 bam, morem apostolicorū calceorū nonnihil nobis  
 cōferre vtilitatis. Sed cū hoc dico, incidit mihi lex,  
 Mat. 10. a quā Christus posuit, dicēs: Nō possidete aurū, neque  
 argētū, neq; aliud quid in zonis vestris, neq; calceos,  
 neque virgā in via. Manifestum autē est, Petrum ha-  
 buisse sandalia. Vnde cū angelus eum dormientem  
 Mat. 12. b excitaret, & è carcere eduxeret, ait: Calcea te sanda-  
 libus tuis, & circumda vestimentū tuū, & sequere me.  
 2. Tim. 4. c Et Paulus Timotheo scribit: Penulam quam reliqui  
 Troade apud Carpū, cū venies, affer, & libros, præfer  
 tim mēbranas. Quid dicis Paule? Christus iubet non  
 habere calceos, tu autē penulā habes, & alius sanda-  
 lia? Quod si hi tenues quidā essent, magistro nō per  
 omnia obtēperātes, nulla erat hic faciēda quæstio:  
 sed cū ipsi præcipui sint, ac primates Apostolorū, &  
 animas suas impēderūt, Christōq; p omnia obedie-  
 rūt, & Paulus nō solū imperata fecit, sed & supra se-  
 1. Cor. 4. b pta totus saltauit: cūmq; præciperet ex Euāgelio vi-  
 uendū, victū ipse manibus suis quæsiuit, plus, quā  
 Mat. 20. g imperatū erat, faciēs: idcirco dignū est, vt quæram⁹,  
 quare qui in omnibus Christo parebāt, legē eius vi-  
 dēt trāsgredi? Nā re ipsa trāsgrediūtur. Hic sermo  
 non in hoc solum vtilis erit, vt excusentur sancti illi,  
 sed vt & Gentiliū obstruantur ora. Quandoquidem  
 multi, viduarū domos subuertētes, orphanos nudā-  
 tes, ipsiq; omnibus abūdātes, & lupis nihil meliores,  
 ex alienāq; miseria viuētes, cum vidēt interdum fi-  
 delium aliquos pluribus vestiri amictis, cōtinuo eis  
 legem Christi obiiciūt, & dicūt: nōne præcepit vo-  
 Luc. 9. a bis Christus, ne habeatis duas tunicas, vel calceamē-

ta? quomodo ergo vos legem illam præuaricaminis?  
 Et post hæc, cum abunde fratrem riserint, & probris  
 affecerint, discedunt. Igitur ne talia fiant, agē & illo-  
 rum obturemus impudētiam. Et possemus quidem  
 ab eis facile liberari, si hoc vnū eis diceremus. Quale  
 hoc? Si Christū vt fide dignum probas, Ethnice me-  
 rito hæc obiicis, & à nobis quæris: sin ei non credis,  
 quare legem eius opponis? Aut quādo accusare nos  
 vis, dignus tibi videretur fide Christus? quādo autē eū  
 admirari oportet & adorare, nullius est apud te mo-  
 mēti, toti⁹ orbis dominus? Verūm ne hæc inopia de-  
 fensionis dicere nos putent, ad solutionē eius quod  
 quærebatur, veniamus. Quenam ergo solutio? Vidē-  
 dum est in huiusmodi, quibus, & quādo ea Christus  
 imperauerit. Nō em̄ obiter, & nudē inquirenda sunt  
 hæc: sed operæ precīū fuerit simul & personā, & tem-  
 pus, & omnia hæc diligētē perferuari. Itaque quū  
 hæc diligenter consideramus, inuenimus quod ipsa  
 non sint omnibus imperata, sed solis Apostolis: &  
 neque illis in omne, sed ad præscriptum & determi-  
 natum tempus. Et vnde hoc manifestum? Ex dictis  
 1. Mat. 23. a ipsis: dicit enim, Vocatis duodecim discipulis, dixit  
 eis: In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Sa-  
 maritanorū ne intraueritis. Ite potius ad oues dom⁹  
 Israël quæ perierūt: infirmos curate, dæmonia eiici-  
 te: gratis accepistis, gratis date: ne possideatis aurum  
 vel argētū, vel æs in zonis vestris. Attēde quāta ma-  
 gistri sapiētia. Quomodo leue hoc præceptū fuerit.  
 Nā cū pri⁹ dixisset: Infirmitas curate, leproso mūda-  
 1. Mat. 23. a te, dæmones eiicite, magnāq; eis gratiam liberaliter  
 dedisset, tūc tandē hæc imperauit, nimirū pauperta-  
 tem, signorū potestate leuē & facile reddens: neque  
 C ex his solū, sed & ex multis aliis manifestum est solis  
 discipulis esse imperatū. Nā & virgines quia oleū in  
 lāpadibus suis nō habebāt, puniuit: & alios quoq; ar-  
 guit & increpat, quia esuriētē ipsum viderūt, & nō  
 1. Mat. 23. a pauerūt, & sitientē non potarunt. Porro is cui nō est  
 æs neq; calceamentum, sed vna tantū vestis, quomo-  
 do absq; his aliū pascere, quomodo nudum vestire,  
 quomodo alium in domum inducere poterit? Sed &  
 aliunde clarum esse poterat. Nam accedēte, & dicē-  
 te quodam: Quid faciendo vitæ æternæ hæreditatē  
 assequar? Cū recēsitā essent omnia, quæ in lege præ-  
 cepta, & ille curiosus percōtaretur, & diceret: Hæc  
 omnia seruauī ab adolescētia mea, quid adhuc mihi  
 deest? dicit ad ipsum, Si vis perfectus esse, vade, vēde  
 facultates tuas, & da pauperibus, & veni sequere me.  
 Hic si præcipere voluisset, oportebat hoc principio  
 D dicere, & legē in ordine præceptorū ponere, & non  
 tanquā consilium & exhortationē narrare. Enimue-  
 ro cum dicit, Non possidete aurū, vel argentū: impe-  
 rando dicit. Cum vero dicit, Si vis perfectus esse: cō-  
 sulendo & admonēdo dicit. Non est autē idem cō-  
 sulere, & legē ponere. Nam qui legem statuit, modis  
 omnibus fieri vult quod præcipit. Qui vero consulit  
 & adhortatur, sentētiæ & arbitrio auditoris permit-  
 tit, vt ex dictis quod voluerit eligat, sicq; faciēdorū  
 dominus auditor relinquitur. Propterea non simpli-  
 citer dixit, Vade, vēde facultates tuas: sed vt discas q  
 in arbitrio audientium res sitæ sint. Vnde manifestū,  
 Apostolis solis hæc fuisse præcepta. Verum quæstio  
 nondum soluta est. Nam si præcepta sunt hæc solis  
 Apostolis, quid in causa est, q licet præceptū fuerit  
 ne haberent calceos, vel geminas vestes, inuenti sunt  
 eos possidentes: nā alius possedit penulā, alius vero  
 sandalia?

sandalia? Quid igitur ad hæc dicemus? Christus neq; A  
 Apostolos semper huius legis necessitate obstringi  
 voluit, sed eos absoluit ab hac lege, cū iā ad salutarē  
 crucē iturus esset. Et vnde hoc liquet? Ex saluatoris  
 sermonibus. Nā passionē aggressor⁹, vocatis illis di-  
 xit, Cum vos mittere sine marsupio & pera, aliquid  
 ne deerat? At hi respōdentes dixerūt: Nihil. Ipse au-  
 tem dicebat eis: Sed nūc qui habet marsupiu, tollat  
 & peram: & qui non habet, vendat vestem suam, &  
 mercetur gladiū. Iam forte dicet aliquis, Apostolos  
 quidē his dictis à crimine absolutos. Sed vltra quæ-  
 ritur: Quare Christus cōtraria præcepit? nā inter-  
 dum dicit, Ne possideatis perā: interdū autē, qui nō  
 habet marsupium, tollat & peram. Quare hoc fecit?  
 Sanē hæc admodū digne fecit, pro sua sapientia: cū-  
 ráque, quam pro discipulis gerebat. Ab initio enim  
 vocationis hoc faciebat, vt discipuli periculū virtu-  
 tis suæ facerēt: & posthac in orbē terrarū exituri, hoc  
 exēplo animati, se magis fiderēt. Verū, vbi iam po-  
 tentiā suā agnoscere cōeperunt, voluit vt & ipsi do-  
 mi virtutis specimen aliquod præberēt, permisitque  
 ipsofmet suas ferre tentationes, ne scilicet perpetuo  
 ociosi residerēt, & ad finem vsque in omnibus quasi  
 pueri gestarētur. Et quēadmodū qui artem natandi  
 docent, principio multa diligētia discipulos gestāt:  
 post vnum autem & alterum, & tertium diem subtra-  
 cta dextera illis præcipiūt, vt seipfos iuuet, & nōnū-  
 quam illos parūper mergi sinunt, ita vt & multū sal-  
 suginis forbeant: Ita sanē & cum discipulis suis Chris-  
 tus faciebat. Nam initio nihil eos pari sinebat vel  
 paruū vel magnum, sed vbiq; aderat muniens, &  
 circunvallans eos, faciēnsque vt omnia vbertim eis  
 affluerent: cum vero tempus esset, vt virilitatem suā  
 C ipsi declararēt, subtraxit aliquādiu beneficium, præ-  
 cipiēns eis, vt etiam per seipfos multa perficerēt. At-  
 que hanc ob causam, cum nō habebant calceos, vel  
 zonā, vel baculū, vel æs, nihil eis deerat. Dicit enim,  
 Num aliquid vobis deerat? Et respōdentes dixerūt:  
 Nihil. Cæterū quo tēpore permisit eis, vt marsupiu  
 haberēt & perā, & calceos, inueniebātur & esurien-  
 tes, & sitiētēs, & nudi incedētes. Vnde liquidum, cur  
 passim eos periclitari & affligi sinit: nēpe, vt merce-  
 dem aliquā habeāt. Et quēadmodū aues pullos suos  
 fouētes, tandiu in nido sedēt, donec illorum plumæ  
 increſcant: quas dum increuisse viderint, eos primū  
 circa nidum volitare docent, dein adminiculo suo  
 totos destituūt: Ita faciebat & Christ⁹. In Palæstina  
 enim, quasi in nido nutrabat discipulos, & exin eos  
 volare docuit præsens, & gestans: tandē permisit eos  
 D volare in totum orbem, dato eis mādātō, ne sibi ipsis  
 deessent. Et quod ideo omnino eos nudos, & vna tā-  
 tum veste amictos misit, & absque calceis ambulare  
 iussit, vt suam virtutem & potentiam cognoscerent:  
 sciemus verum esse, si & aliud dictum audiamus. Nō  
 enim simpliciter dixit eis, Tollite marsupiu & perā:  
 sed priorum memoriam reficando sic dicebat, Cū  
 mittere vos sine marsupio & pera, aliquid ne deerat?  
 hoc est, nōne omnia vbertim vobis affluebāt, mul-  
 tāque largitate fruebamini? sed nūc volo vos & pau-  
 pertatem experiri, & eapropter ad legem priorem  
 obstrictos nolo, neq; à vobis idem quod antea exi-  
 go, vt ne quasi per inanima organa per vos operari  
 existimer. Adhibete & vos vestrā diligentiam & in-  
 dustriā. Quod si adhuc dicis: An nō maius fuisset be-  
 neficiū, si semper ita securē versari eos voluisset? Ve-

rum nō ita probati fuissent, si nullam vel afflictionē,  
 vel persecutionē, vel inopiam, vel angustia degustas-  
 sent: sed mansissent ignaui & pigri. Cæterum oportet  
 bar relucere, non solum beneficium & gratiā Christi,  
 sed & subditorum probationē, vt ne sint postea, qui  
 dicere possint: Apostolos nihil à seipsis attulisse, sed  
 facta omnia opere Christi. Nō em̄ difficile erat deo  
 vsque ad finē in eo successu custodire: sed noluit ob  
 varias, necessariāq; causas, quas sepe charitati vestre  
 diximus. Vna quidem hæc quædam diximus. Alia autē  
 hac nō minor, nēpe vt modestia affueficerent. Tertia  
 vero, vt ne maior illis, quā hominib⁹ debetur, ho-  
 nor exhiberetur. Itaq; ppter hæc, & his multo plu-  
 ra, cū permissur⁹ esset eis multa inexpectata accide-  
 re, noluit priorē legem tam arctam manere, sed eius  
 scueritatē nō nihil relaxauit. Vt & ita nō esset eis gra-  
 uis & intolerabilis vita, si vbiq; derelinquerentur, &  
 simul duram hāc legē seruare cogerētur. Quoniam  
 autē oportebat obscure propositū clarius docere:  
 idcirco postquā dixit, Qui habet marsupiu, tollat & Lue. 22. d  
 perā: subiicit, Et qui non habet, vendat vestem suam,  
 & emat gladium. Quidnā hoc? Armātne discipulos  
 qui dicit: Si quis te percussit in dexteram maxillā, Mar. 5. f  
 obuerte ei & alteram? Qui præcepit, vt benedicam⁹  
 6. d. his, qui nos cōiiciis laceſsunt, feramus inuadētes,  
 oremus pro persecutibus, nunc armat armātq; vno  
 tantū gladio? Et quomodo hæc rationi cōsona sunt?  
 Nam si omnino armis opus erat, nō solo gladio, sed  
 & scuto, & galea, & cruralibus armare oportebat. Et  
 profecto si humano more hæc dispensare, & agere  
 voluisset, ridiculū erat hoc præceptum. Quandoquidē  
 licet sexcēta id genus arma possedissent, aduer-  
 sus insidias, & imperus populorū, tyrannorum, ciui-  
 tatum, gentiū, quomodo potentiores habiti fuissent  
 vndecim? Nō potuissent præ timore spectare faciē  
 exercitū, & audire vocem hinnientium equorum,  
 viri nō nisi in stagnis & fluminibus & lembis versati.  
 Quare ergo hoc dicit? Iudgorū insidias indicare vo-  
 lebat, idq; manifeste, & nō per ænigmata, ne iterum  
 secū confunderentur. Itaq; sicut cum audis Christū  
 dicentem: Quod audistis in aurem, prædicate super Mat. 10. e  
 recta: & quod audistis in tenebris, dicite in luce. Nō  
 6. d. intelligitis, quasi præcipiat relictis foris & triuijs, eos  
 12. a super recta debere prædicare: sed cū dicit, Super re-  
 cta, & in luce: fiducia & libertatē publice prædicādi  
 insinuat. Cū vero dicit, In aurē & in tenebris: signifi-  
 cat, vt vbiq; terrarum narrent, quod in parua mūdi  
 parte, & in vno Palæstinæ loco audierant. Neq; em̄  
 in tenebris & in aurem eis dicta erant, sed sepe in al-  
 tis mōtib⁹, in cōuentibus & synagogis. Ita & hic in-  
 tellige. Nā sicut ibi audim⁹ recta, ita & hic arma. Nō  
 igitur sentimus, quod talibus verbis iusserit haberi  
 gladios: sed quod per gladios insinuarit imminere  
 insidias, & passurū se à Iudæis quæ & passus est: atq;  
 hoc ex sequētibus manifestū est. Nam vt dixit emē-  
 dum gladium, mox adiecit: quia oportet adimpleri  
 ea quæ de me sunt scripta, Quod cum iniquis repu-  
 1. Esz. 53. d tatus sum. Discipulis autem dicētibus, Hic sunt duo  
 Luc. 22. e gladij: & nō intelligētibus dictū, ait: Satis est. Tæt si  
 nō suffecissent vel duo, vel tres, vel centum, si huma-  
 no auxilio eos vt voluisset. Quod si noluit eos huma-  
 no præsidio vt, sunt vtique & hi duo superflui. Pro-  
 inde hic doctrinā suam non exposuit, id quod vbiq;  
 facere videtur, vt quoties dicta minus intelligunt di-  
 scipuli, euentui rerū dictorum intelligentiam expla-  
 nandam

2. ad

ibidem. 20. c.

1. Tim. 5. b

Rem. 16. a

mandā relinquens pratercat. Ita & alibi facit. De resurrectione em differens, sic alicubi dicebat: Soluite tēplum hoc, & in tribus diebus excitabo illud: & nō intelligebant discipuli quid diceret, sicut & euangelista testatur, dicēs: Quādo autē surrexit Iesus, crediderūt verbo eius, & scripturā. Et iterum alibi: Nondum em scierāt scripturā, q̄ oportebat ipsum ē mortuis resurgere. Sed quāstio satis soluta est. Nos nunc ad reliquā salutatiōis partē sermonē flectam. Quidnam ergo est, quod dicēdū? & vnde digressi sumus? Priscilla & Aquilā beatos diximus, quōd Paulo cohabitauerūt, diligēter addicētes morē habitus & calceamentorū atque omniū, quā agebat. Hinc nobis enata est quāstio, & quēstio: cuius gratia Christo p̄hibēte aliquid prater vnā vestem haberi, visi sunt hi habere sandalia, & penulam? sermone demonstratum est, q̄ Apostoli his vtendō legem nō transgressi sunt, sed diligenter obseruarūt. Hāc autem dicimus, non vt vos ad coaceruandas diuitias exhortemur, & prouocemus, vt plus quā necessitas postulat, possideatis: sed vt in promptu sint, quā infidelibus nostra carpentibus, responderi debēt. Etenim Christus superiorem legem soluēs, non propterea iussit nos habere domos, seruos, lectos, vasa argētea, vel quippiā horū: sed liberauit nos, ne prius dictorū necessitate vrgeremur. Vnde & Paulus sic admonet, dicens: Habentes victū & tegumētā, his cōtenti simus. Tribuēdum enim egentibus, si quid vsui nostro superet. Id quod Priscilla & Aquilas perquā studiose faciebāt. Et idcirco eos laudat & admiratur Apostolus, in signe illorū praconium apponens. Nam vt dixit, Salute Priscillam & Aquilā cooperarios meos in domino: etiam causam ponit tantę charitatis. Qualē? Qui pro mea, ait, anima ceruicē suā supposuere. Igitur, dicit fortasse aliquis, hac de causa eos diligis & amas? Maxime. Quia & si id vnū egissent, ingenti laude digni erant. Qui enim ducem exercitus saluū fecit, & milites fecit saluos: qui medicū liberauit periculis, & laborātes morbis ad sanitatē reduxit: qui gubernatorē fluctibus eripuit, nauē totā ex vndis liberauit: sic vtiq; qui magistrū orbis saluarūt, & pro eo illiusque salute sanguinē suum effuderunt, orbis quoq; totius fuerūt benefactores, vtpote sua erga p̄ceptorē beneuolētia discipulos omnes seruātes. Vt autē discas, quōd non solum in magistrum fuerint tales, sed & fratribus eandē curā impenderūt, audi sequētia. Nā cum dixit, quōd pro anima mea ceruicē supposuerunt, adiecit dicēs: Quibus nō ego solus gratias ago, sed & omnes ecclesiā gentium. Iam quid tantū duo illi tantis prodesse potuerunt ecclesiis? Quā opum abūdantia, quā pōtētia magnitudine, quo erga principes fauore claruerūt? Opū quidē abūdantia, & potentia, & gratia apud potētes nihil valuerūt neq; talia habebant: sed erat eis, qui his omnibus maior est, animus ad pericula prōptus & alacer, magnūque benefaciendi studiū. Hinc est q̄ de multis bene meruerūt, multosq; saluarunt. Neq; enim ecclesiis tam prodesse valēt diuites illi pōpatici, vt pauperes magnanimi. Nemo dictū hoc miretur: nam multę sunt diuitis molestiā & negocia. Timet pro domo, pro famulis, pro agris, pro opibus, ne quis aliquid ex his auferat. Et qui multorū est dominus, idē multorum seruus esse cogitur. Pauper autē nummis parū valēs, & curis his omnibus carēs, leo est, ignem spirat, generoso & forti animo aduersus omnes insurgit, faci-

le omnia agit, quā p̄desse possunt ecclesiis, siue op̄ sit vt arguātur aliqui, siue vt increpētur, siue vt Christi nomine ferantur pericula & inimicitia. Quoniam qui semel vitā despexit præsentiem, magna facilitate cōficit oīa. Quid em timeret, dic obsecro? Num ne opes eius auferatur? Hoc nemo dicere poterit. Num ne quis imminuat ei ministeria & delicias? sed ī omnibus illis gaudere se dicit. Caeli municeps est, & ad futurā festinat vitā. Non deprecabitur item si anima impēdēda sit, & effundēdus sanguis. Hinc est, quōd talis etiā & tyrānis, & regibus, & populis, & omnib⁹ potentior est ac ditior. Et vt discas, quōd vere hęc, & non adulāter sint dicta: & q̄ qui nihil possidet, hic omniū liberrimus est, & maxime libere loqui audeat. Quot diuites erāt tēpore Herodis, quot potentes? & quis in mediū prorupit? quis tyrannum increpauit? quis contemptas leges dei vltus est? Diuitum quidē nullus, sed pauper ille & inops, qui neque lectū, neq; mensam, neque tectum habebat: ille, in quā solitudinis inquilinus Ioannes, ille solus & primus omnib⁹ libertate tyrannū arguit, & adulterinas nuptias detexit, & præsentiibus omnib⁹ ac audiētibus pronūciata sentētia eum condēnauit. Et ante hūc magnus quoque Helias, qui nihil prater melotem possidebat, impiū & prauaricatorē illū Achab, solus viriliter corripuit. Nihil enim, nihil omnino sic libere loqui, & in rerū discrimine fiduciā habere, & contra captiuitatē satis munitū & fortē facit, vt nihil possidere, & nullis secularib⁹ adobruui negociis. Atque adeo, si quis virtutum, libertatisq; multū possidere cupit, paupertatem amplexetur, præsentiem vitā despiciat, nihil esse putet mortem. Hic non solum plusquam diuites & principes, sed & plusquā reges ipsi ecclesiis prodesse poterit. Nā regnātes illi & abūdantes, quācunq; faciunt ex opibus faciunt: hic autem magna plerunque operatur ē periculis & mortibus. Quāto autem auro omni preciosior est sanguis, tāto paupertas q̄ abūdantia melior. Tales quidam erant illi Pauli hospites Priscilla & Aquilas, qui opū carebāt abūdantia, & omnibus diuitibus locupletiorē animum possidebāt, expectātes quotidie vt morerētur: testificantēsq; que omni tēpore cædebāt, & sanguinē effundebāt. Sic discipuli magistris, & magistris discipulis colligati erāt. Nam Paulus hoc nō solū de his, sed & de multis aliis testatur. Nā Hebræis, & Thessalonicis, & Galatis scribēs, asserit omnes multis tentationibus afflictos. Et indicat, quare scripserit, nempe q̄ patria excidebāt, substātiā perdebat, ad sanguinē vsq; periclitabātur, tota eorū vita in grauib⁹ certaminib⁹ erat, & præcidi mēbrorū summa pro p̄ceptorib⁹ non detrectabāt. Vnde Galatis scribēs, dicit: Testor enim, quōd si possibile, oculos vestros effossos mihi dedissetis. Et Epaphrā in Colossis iterū accepit suū. Nam vt dixit, quōd aegrotarit vsq; ad mortē, & deus eius misertus fuerit, subdit, non solum autem eius, sed & mei, vt ne tristitiā super tristitiā haberem. Vbi clare demōstrat se habiturum fuisse dolorē in mortem discipuli. Cuius virtutem alicubi omnibus iterum detegit dicens, quōd appropiauit vsq; ad mortē, neglecta animæ suæ salute, vt impleat, quod in vobis erga me deerat ministeriū. Quid illis fuerit beatus, quid autē nobis miserius? Quādoquidē illi sanguinem, & animā pro p̄ceptoribus præmittebāt, nos autē neq; breue verbum pro communibus patribus emittere audeamus, cū audiamus eis maledici,

Ps. 49. c.

Exo. 21. b

Num. 12. c.

1. Cor. 1. c.

Luc. 18. b

Mat. 7. a

281 SALVATE PRISCAM ET AQUILAM, HOMILIA. & cōuiciis eos proscindi, & blasphemari, & a suis, & ab alienis. Nam maledicentes neque compescimus, neque reprehendimus, neque prohibemus. Vtinam ne ipsi primi accusatorum simus. Sanē non tanta ab infidelibus conuicia & probra, quāta in principes ab his, qui nobis iuncti religione vidētur, fidelibus, iaci videbit aliquis. Vltra hic quærimus, vnde hęc ignauia, & vnde hic pietatis contemptus euenit, quōd sic hostiliter erga patres nostros sumus affecti: Nihil est quod ecclesiā dei ita destruere, & dissoluere potest: vt quādo discipuli magistris, & patribus filij, & principibus subditi, non magno studio coherent. Diuina voce, si quis fratrum cuiquam maledicit, a sacrarum scripturarum lectione excluditur. Vt quid enim accipis, ait, testamentum meum per os tuum? & causa posita dicit: Sedens contra fratrem tuum, obloqueris. Patrem accusans dignum te putas, qui diuina vestibula accedas? Quomodo hoc congruet? Nā si maledicentes patri vel matri, morte moriūtur iuxta legem: quali iudicio dignus eris, qui maledicere audes ei, qui parētibus illis magis necessarius est, & melior? An non times, ne aperiat se terra, & totum te absorbeat, vel fulmen supernē in te adigatur, & maledicā illam linguam comburat? Non audisti, quid passa sit Mosi soror, principi maledicens? Quomodo facta sit immunda, incidit in lepram, summam sustinuerit ignominiam, fratre deum orante veniam non obtinuerit: tamen illa ipsa esset, quā sanctum illum olim exposuerat, & pro eius educatione multa excogitauerat, vt eius mater in alumnam & nutricem assumeretur, & ne puellam in barbarico sinu enutrireretur, & ab initio tanta fecerat, vt fœminarum dux fieret, sicut Moses virorum, vtpote omnes antecellens, vere soror Mosi existens. Verūtamen cum maledixit, nihil ei profuerunt hęc omnia ad effugandā iram dei: sed nec Moses, qui tantum populum, post recentem illam impietatē, precibus obtinuerat, pro sorore supplicans, & veniam petens, placare deum potuit, sed ab eo valde increpatur: quo discamus & nos, quantum malum sit, principibus maledicere, & aliorū iudicare vitam. Etenim in die illo magno, nō solum de his quæ nos peccauimus, sed & de his ob quæ in alios sententiam tulimus, omnino iudicabit nos deus. Et quod sæpe natura leue peccatū est, hoc graue & incondonabile fit, dum peccans alium iudicat. Forte non satis claret, quod diximus, igitur clarius dicem⁹. Peccauit aliquis, & alium idem committentem peccatum condēnauit: is in die illo valde amaro non eam pœnam luet, quam peccati natura exposcit, sed maiorem quā duplicem, & triplicem: non propter id, quōd ipse peccauit, sed quōd alium iudicauit. Et ideo in eum sententiam feret deus. Et quōd hoc verum sit, ex his quæ iam facta sunt, & contigerunt, demonstrabo. Nam pharisæus, quāuis ipse nihil peccauerat, sed & iuste vixerat, & multa de se prædicare poterat: quia tamē publicanum vt raptorem, auarū, & iniquissimum condēnauit, iustificatus non est, & ad maiorem quā ille pœnam, seruatus. Quōd si is, qui nihil peccauit, & peccantem alium (qui manifestatus erat omnibus) verbo breui condēnauit, tantū iacturæ fecit, & intantum est punitus: qui multum quotidie peccant, aliorūque vitam condēnant, etiam ignotorum, cogita quātam sustinebunt pœnā, quomodo omni venia excidēt: In quo enim iudicio iudicatis, inquit, & vos iudicabimini. Propter hęc

vtique & supplico, & precor, & exhortor, vt ab hac mala consuetudine desistatis. Nihil enim nocebim⁹ sacerdotibus, quibus maledicimus, siue mentita, siue vera sint, quæ de eis dicimus. Quoniam & pharisæus publicano nihil nocuit, sed & profuit, licet vera de eo diceret. Cæterū nobis ipsis mala extrema ipsi accersimus, sicut & pharisæus in seipsum gladium intrusit, & accepta plaga abiit. Vt igitur ne & nos idē patiamur, imperemus indomitæ linguæ. Nam si is, qui publicano maledixit, pœnam nō effugit, nos qui patribus maledicere solemus, qua nos apologia tuebimur? Si Maria, quæ fratrem blasphemauit semel, tantam dedit pœnam: cuius nobis salutis spes, cum nos cotidie principes infinitis conuiciis, vt aiunt, abluimus? An mihi hoc quis dicet, Ille Moses erat? Potero & ego dicere, Illa Maria erat. Cæterum, vt & alia ratione hoc manifeste cognoscas, quōd nec si criminum rei sint, illorum tibi vitam iudicare fas sit, audi quid dicat de principibus Iudæorum Christus: Super cathedram Mosi sederunt scribæ & pharisæi: omnia igitur quæcūque dixerint vobis, vt faciatis, facite: iuxta opera autem eorum ne faciatis. Iam, quid illis erat peius, quorum zelus futuros discipulos corrupit? Attamen neque sic eos deposuit a dignitate, neq; subditis contēptibiles fecit. Quōd si semel hęc potestatem arripuerint subditi, statim hi qui alios ordinant, a gradu & dignitate deturbari videbuntur. Eapropter Paulus cum principem Iudæorum notasset, ac dixisset: Percutiet te deus paries dealbate: & tu iudicans me, sedes? Postquam autem alios audiuit sibi resistentes, & dicentes: Pontificem dei conuiciis incessis: monstrare volens, quāto oportet sacerdotibus dei exhibere honorem, & reuerentiam: Nesciebam, inquit, quōd pontifex esset. Propterea & Dauid, cum Saulem apprehendisset p̄uaricatore, & spirantem homicidium, & multis pœnis dignum: nō solum eius vitā pepercit, sed neque vt verbum asperum in eum iaceretur, sustinuit, causamque ponens, dicit: Christus domini est. Neque hinc solum, sed & aliunde videre licet copiose, quomodo subditū procul a sacerdotum correptione abesse oportet. Nam cum aliquando arca reduceretur, & subditorum aliqui ad lapsum declinantem videntes erigerēt, eo ipso in loco pœnam dederūt, & a domino percussi, mortui manserunt, tamen nihil agerent absurdum. Non enim subuertebāt, sed lapsuram erigebant. Et vt adhuc copiosioribus testimoniis sacerdotū dignitatē discas, & quomodo non sit fas subditum, & in ordine laicorū existentem talia erigere: (nam illos in media multitudine occidit, cæteros omnes hoc prodigio terrens, & persuadens, ne adyta sacerdotij accedat.) Enimuero, si quoties indigne aliqua a sacerdotibus fiunt, singuli ad corrigendū profiliat: ad hoc vt sacerdotij dignitas honestetur, nunquā deerit corrigēdi occasio, & cōfusis inter se omnibus, inter principem & subditum non discernemus. Nemo hęc maledicere opinetur, quasi a sacerdotib⁹ sim subornatus. Scitis ipsi quā sint mansueti per gratiam dei, & neminem vnquam, vt scitis, offenderūt. Quōd si & malos haberetis patres, & molestos magistrōs, neq; sic eis maledicere, vobis securum, & absque graui periculo. De corporalibus enim parētibus dicit: Si sensu deficiat, veniam da. Quid enim illis dabis, quale ipsi tibi? Multo magis in spiritualib⁹ hęc lex obseruāda, Præterea vniuscuiusq; officium est, vt suam ipsius vitam

Num. 12.

Mat. 23. a

1. Reg. 23. a

ibidem.

1. Reg. 6. b

Ecl. 3. b

tam



Mat. 7. a  
Luc. 6. f.

tam diligenter consideret, ne videlicet audiamus in die illo: Hypocrita, quid vides festucam in oculo fratris tui, in tuo autem oculo trabem non consideras? Etenim hypocritarum opus est, publice quidem & omnibus videtibus, osculari manus sacerdotum, genua tangere, supplicare ut pro se orent, & baptizandos ad illorum ianuas deducere: domi autem & in conuentibus, tantorum bonorum auctores & ministros multis abluere probris, vel opprobriatorum illorum ferre. Quod si vere malus est pater, quomodo fidelem putas tam terribilium sacramentorum ministrum? Si autem fidelis tibi minister esse videtur, quare fers alios ei maledicentes, & non concludis eorum ora, neque stomacharis, neque ægrefers, ut & mercedem accipias à deo, & laudem ab illis? Nā licet valde illudant, omnes tamen te laudabunt, & amplexbuntur ob egregiam in parentes curam: sicut si hoc non facitis, omnes vos cōdemnabunt, etiam illi ipsi qui maledicunt. Ad hæc omnia accedit illud multo grauius, quod grauem illic dabimus pœnam. Quia nihil, nihil planè sic offendit ecclesias atque morbus ille, & sicut corpus neruorum debita habitudine carens, multas gignit ægrotudines, & vitam facit non diuturnam: ita ecclesia nō circumdata forti, & vehementer vrgente catena, plurima parturit bella, iram dei auget, & multarum tentationum est occasio. Ne igitur hæc cōtingant, neve deum exacerbemus, nostraque augeamus mala, & pœnam certam indeclihabilemque cōparemus, vitam hanc multis implentes doloribus: nostram ad bene loquendum linguam assuefaciamus: nostram ipsorum vitam singulis diebus diligenter scrutemur: aliorum autem vitam, ei qui etiam incognita nouit, iudicandam relinquamus, ipsi nostra peccata interim indicantes. Ita nobis gehennalem ignem licebit effugere. Nam sicut, qui in alienis curiosius explorandis occupati sunt, suorum peccatorum nullam habent rationem: ita qui ab aliena vita discutienda abhorrēt, magnam suorum delictorum habebunt curam: & quia sua considerant mala, illaque quotidie iudicant, à seipsis exposcentes pœnas, mitem habituri sunt iudicē. Id quod Paulus declarans dicebat: Nam si nos ipsos iudicamus, non utique iudicabimur. Ut autem hanc sententiam effugiamus, relictis omnibus aliis, magno studio vita & cōscientia nostra exquirenda, puniendæ cogitationes ad peccandū irritantes, subinde de factis nostris reddenda ratio. Sic poterimus facile à peccatorum exonerari sarcina, multa venia frui, præsentemque simul vitam cum voluptate transmittere, & assequi bona futura: gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre simul & spiritu sancto sit gloria, & honor, & imperium in seculum seculi, Amen.

FINIS.

A **DIVI IOANNIS**  
**CHRYSOSTOMI IN EPI-**

stolam Pauli ad Corinthios primam, Francisco Aretino interprete,

ARGUMENTVM.

LECTORI.

*Homilia ista in utraque ad Corinthios epistolam ad exemplar Graecum Veronense per Philip pum Montanum ad hunc modum sunt recognite: Quod in Veronensi plus erat, hoc illinc adiectum huiusmodi notis [] includitur. Diuersa vero lectio, ea præsertim que magis ad Chrysostomi germanum sensum facere videbatur, ad marginem adiungitur: remanente quidem prioris versione, si quis forte eam desideret, sed talibus signis [] intercepta. Hoc modo enim tum quid Basiliensis editio habuerit, tum qui nunc additum sit, facile cognosces, Bene vale.*



Orinthus vrbs prima Græciæ, multa quondam rerum omnium abundantia, maxime vero pecuniarum florebatur. Quamobrem quidam scriptorum illorum diuites eam regionem appellauit. In Isthmo enim Peloponesi sita negotiationibusque opportunissima est. Erant præterea in hac ciuitate plurimi oratores atque philosophi, quorum vnus ex septem sapientium numero fuit. Hæc autem nobis non iactationis gratia, neque ut periremur multarum videremur, dicta sunt. Quid enim huiusmodi scire opus est? Verum ad subiectam epistolæ materiam facit. Multa vero in hac ciuitate Paulus perpeffus est. In hac Christus ei apparuit, dicens: Noli tacere, sed loquere: quoniam populus est mihi multus in hac ciuitate. Idcirco mansit hic duos annos. In hac dæmon egressus est, quem cum Iudæi ad iurarent, passi sunt molestissima. In hac coactos magorum libros pœnitentia ducti cremauerunt ad milia quinquaginta. In hac ante tribunal coram Gallione proconsule Paulus virgiscæsus est. Cum igitur diabolus ciuitatem magnam, populosam, veritati inhærentem, diuitiarum & sapientiæ nomine admirabilem, Græciæ caput (Atheniense enim & Lacedæmoniorum res amisso iam principatu defecerant) maxime autem promptissimo animo verbum dei suscipientem videret, inter ciues discordiam disseminauit. Norat enim regna quoque firmissima inter se diuisa desolari. Ad hæc autem insidias, occasione ei fuere diuitiarum, sapientiarum, & inde incolarum factiones. Siquidem multitudo sponte sua quosdam principes constituerat: alij alios tanquam diuites, alios tanquam sapientes secuti, à quibus persuasi homines maius quiddam hos, quam Apostolum & dicere

dicere & docere posse contēdebatur: quod Paulus significas, Non potui, inquit, vobis loqui tamquam spiritualibus: quibus verbis ostēdebat, non sua ipsius, sed aliorum imbecillitate eos audire multa non potuisse. Quod etiā his verbis ostēdit, Sine nobis diuites facti estis. Neque hoc paruum erat, sed omnium maxime exitiosum, quod laceraretur ecclesia. Aliud item peccatum audebatur, ut qui nouerant coiret, non modò non flecteretur, sed alios quoque traheret, & socios alliceret in superbiam. Idcirco, inquit, & vos inflati estis, & non magis luctum habuistis. Præterea quidam fortasse ex melioribus, in glorie sua idolorum sacrificia gustantes, & sacris penitus dediti omnia polluebant. Alij rursus pugna & contentione pecuniarum gratia susceptis, externis iudiciis res suas permittebant. Et comati multum apud illos versabatur, quos tōderi iubet. Neque parum errabat, cum in ecclesiis [separatim] comederet, neque indigentibus quicquam elargiretur. Accedebat ad hoc in acceptis donis superbia, & per eam inuicem æmulatione, quod maxime perturbabat ecclesiam, & in resurrectionis ratione infirma apud eos fides. Nonnulli enim corporum suorum resurrectionem non credebant, cum adhuc Ethnica illa insania agerentur. Siquidem huiusmodi omnia ab illius Ethnicæ philosophiæ amentia oriebantur, quæ malorum mater est, cuius causa diuersa sentiebant, quæ admodum à philosophis docebantur. Illi enim pro se quisque & principatus & inanis gloriæ studio contrariis semper opinionibus se inuicem oppugnare, & inuicem aliquid addere contēdebant. Hæc autem eis contingebant, quod ratio cinio suo sua omnia commisissent. Literas igitur ad Paulum Fortunato & Softheni] & Achaico dederunt. Quibus & ipse suas ad illos dedit, quod in calce epistolæ significauit, non tamē de omnibus, sed de matrimonio & virginitate. Quare, inquit, de quibus autem scripsistis mihi: ipse autem & eorum petitionibus respondet, & alia plura addit, quibus eorum errata diligenter profertur. Cæterum & Timotheum cum literis mittit. Nam cum satis virum literas habere cognosceret, non paruum eis incrementum futurum arbitrabatur presentia discipuli. Cum autem vereretur diuisores ecclesiæ, ne contentione gratia hæc fecisse videretur, ut suos tegerent affectus, perfectiores docere & sapientiores esse excogitarunt. Contra hoc crimen primum Paulus instat, & radicem malorum, & ortam dissensionem corripit, & multa loquitur cum libertate. Siquidem inter omnes Corinthij maxime Pauli erant

A discipuli. Idcirco ad eos locutus est, Si alius non sum Apostolus, sed tamen vobis sum. Nam signaculum apostolatus mei vos estis in domino. & cum aliis essent imbecilliores, inquit, Non potui fratres, vobis loqui quasi spiritualibus, nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis. Hoc autem dicit, ne de præterito loqui putaretur. Quamobrem subdidit, Sed ne nunc quidem potestis: verum tamen non est credibile omnes coinquinatos, sed nonnullos adhuc sanctos superfuisset. Quod etiam circa mediam epistolam his verbis significat: Hæc autem fratres per figuram transtuli in meipsum, & in Apollo. Cui igitur ex arrogantiâ & amplioris scientiæ opinione, omnia orta sunt mala, hanc primum euertere annititur.

Homilia prima.

**P**aulus vocatus Apostolus Iesu Christi per voluntatem dei, & Softhenes frater, ecclesiæ dei quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi in omni loco ipsorum & nostro, [gratia vobis & pax a deo patre nostro & domino Iesu Christo,] Intuere quo pacto ab ipso statim principio animi tollit elationem, & omnem eorum arrogantiam humi deicit, cum se vocatum memorat. Non enim ego, inquit, inueni, quod didici, neque sapientia mea hoc affecutus sum, sed cum persequeretur ecclesiam dei atque euerterem, sum vocatus. Sic enim omnis laus vocantis est, vocati verò, ut sic dicam, nulla, præter obsequium tantum. Iesu Christi. Magister vester Christus est, vos doctrinæ authores homines ducitis. Per voluntatem dei, Deus, inquit, hoc voluit, ut ita salutem assequeremur; Nihil enim nostrum recte faciemus, sed dei voluntate salutem inuenimus: & cum ei placitum est, nullo nostro merito nos vocauit. Et Softhenes frater. Rursus cohibet superbiam, cum longè inferiorem sibi ipsi æquiparet. Etenim multum intererat inter Paulum & Softhenem. Quod cum ita sit, quidnam de illis dicendum est, qui pares contemunt? Ecclesiæ dei. Non huius aut illius, sed dei. quæ est Corinthi. Vide quo pacto singulis verbis superbiam eorum mentem humilitatem docet, & in omnibus eos ad cœlestem erigit consuetudinem. Ecclesiam autem di appellat, ut ostendat in vnum eam redigi oportere. Nam si dei est, vna est, non Corinthi solum, sed vniuersi orbis ecclesia. Cuius quidem non solum non ambitum, sed vniorem] & consonantiam significat. Sanctificatis in Christo Iesu. Iterum Iesu nomen non hominum meminit. Quid autem est sanctificationem non per lauacrum purgatio. Commemorat enim eis propriam immundiciam, qua liberati sunt: & simul admonet, ne superbia efferantur. Non enim suis meritis, sed benignitate dei sanctificati sunt. Vocatis sanctis. & hoc ipsum, quod scilicet fide salutem consecuti estis, non vestri, inquit, meriti est. Non enim primi vos accessistis, sed estis vocati. Itaque neque hoc exiguum totum vestrum est. Neque sic vobis gratia adhibenda est, sed deo. Idcirco ad Ephesios, Gratia, inquit, estis etiam si

Tomus quartus.

k saluati

saluati per fidem, & hoc non ex vobis: hoc est, fides vestra non integra est. Quippe qui non primi credidistis, sed parvifit vocati. Cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi. Non huius aut illius nomen inquit, sed domini nostri Iesu Christi. In omni loco ipse scribitur epistola: non tamen eorum duntaxat, sed omnium qui in orbe sunt fidelium meminit. Ostendit enim in vniuerso orbe vnã oportere esse ecclesiam, quã locis diuisam pluribus, & longè magis quã est Corinthi. Quã & si locis separatur, deus tamen eã coniungit, cum omnibus sit cõmunis. Quamobrem cum in vnum ipsam cõtrahat, has addidit particulas, ipsoꝝ & nostro: longè autè magis hoc, quã illud proprium. Quemadmodum enim qui eodem in loco sunt, si diuersos habeat dominos, ipsi quoq; differunt, nihilq; locorum similitudine ad concordiam dominorum differentia proficiunt. Non potestis, inquit, deo seruire & mamonæ: sic qui diuersis locis absunt, si eundem habeant dominum, nihil eis locorum diuersitas obest, cû ab vno in concordiam trahantur. Non igitur dico, inquit, quod Corinthij cum Corinthiis modò cõcordatis, sed & cum vniuersi orbis hominibus, cû cõmunem dominum habeatis. Idcirco in secundo loco addidit, nostro. Nam cum dixerit, Nomen domini nostri Iesu Christi, ne apud stultiores eũ separare videretur, addidit rursum, ipsoꝝ & nostro. Quod vt apertius appareat, secundum sententiã textũ in hunc modum repetam: Paulus & Sosthenes ecclesiæ dei quæ est Corinthi, & omnibus qui inuocant nomen domini nostri & ipsoꝝ, in omni loco, vel Romæ, vel vbiq; sint, Gratia vobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Vel sic rursum, quod ego verius puto: Paulus & Sosthenes his qui Corinthi sunt sanctificati, & vocati sancti, cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi in omni loco ipsoꝝ & nostro. Hoc est, gratia vobis & pax qui Corinthi sanctificati & vocati estis, neq; vobis duntaxat, sed etiam omnibus, qui vbiq; inuocant nomen domini nostri Iesu Christi & ipsoꝝ. Quod si à gratia pax est, quid intumescis, cum per gratiam salutè affectus sis? Si pacem porro cum deo habes, quid te aliis addicis? Hoc nanq; argumētum est quod à deo dissentis. Quidnam cum hoc & illo pacem initis? quid aliis gratiam habetis? ego vtraq; hæc deum efflagidæ peto, to, vt nobis & ab eo, & per eum elargiantur. Neque enim firma permanēt, nisi superno fruamur munere: neq; nisi à deo proueniāt, quicquam amplius consequi possumus. Siquidem nulla nobis utilitas, si cum omnibus pacem, cum deo autè bellum habeamus: quemadmodum nihil nobis detrimenti alioꝝ omnium bellum affert, modò cum deo pacem conciliemus. Et rursum, nihil nobis aliorum laudes proficiunt, si deum offendimus: sicut nihil periclitamur, si omnes homines nos recusent, & odio habent, modò deus & probet nos & diligat, & profectò gratia & pax à deo est. Quippe qui diuinam gratiã habet, etsi innumera mala perpetiatur, nõ modò hominum neminem, sed ne diabolus quidem formidat. Verũ qui deum offendit, etsi securus videatur, omnes tamè veretur. Instabile nanq; est humanum genus: neque amici duntaxat & fratres, sed parentes nonnunquam leui causa mutatis animis, filios, & filij parentes inuicem omni hoste grauius persecuti sunt. **Morale.** Considera quæso, habuit gratiã Dauid apud deũ:

æcessisse... ræ infini... ris obno... ræ malis... me sic qui... dem vobis... gratiã de... sorum & nostro... beretur... Ephē. 2. 4... & neque fi... des tota... vobis de... betur... Mat. 6. d... & uoꝝ... 3oꝝ... & ad cõcor... diã profi... cium, quis... domini di... uersa prae... cipiat, &... ad sese tra... hant... & ego autē... à deo peto... ut hæc vo... bis vtra... que cõrin... gant, &... ab ipso &... ad ipsum... & ad deum... referatur... & Nã qua... vere est... gratiã... qua vere... pax, à deo... est...

habuit Absalon apud homines. Quis vtriusq; exitus? Vter maiorem laudem affecutus est? nemini obscuro. Abraham corã deo, Pharao coram hominibus acceptus. Homines enim vt ei rem gratam facerent, iusti vxorem tradiderunt. Vter clarior euasit? vter beatus? Nemo sanè ignorat. Et quid de iustis opus est dicere? habebat gratiam Israëlitarum apud deum, odio ab Aegyptiis habebantur: eos tamen deuictos in suam redegerunt potestatem: quod planissimè constat. Hoc igitur omni conatu contendamus, & si quispiam feruus sit, apud deum potius quã apud herum suum gratiã inuenire annitatur. Si mulier posthabito viro saluatoris nostri gratiam quærat: si dux exercitus, superna potius quã regis, aut principis sibi beneuolentiam efflagitet: hoc pacto hominum etiam tibi amorem conciliabis. Quanam autem ratione quispiã coram deo inuenire gratiam poterit, nisi per humilitatem? Deus, inquit, superbis resistit, humilibus autem dat gratiã: & Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non despiciet. Quod si apud homines gratum quiddam vir humilis est, longè magis apud deum. Sic Ethnici gratiam inuenerunt, sic Iudæi eam amiserunt. Iustitiæ enim dei nõ sunt subiecti. Qui verò ita humilis est, & gratus omnibus, & iucundus, & perpetuæ pacis socius, nullam bellorum habet materiã. Quippe qui si iniuria & contumeliis afficitur, tacitè omnia equo animo perferet, & incredibile in omnes pace vtetur [etiam erga deum.] Præceptorum nanq; dei cum hominibus pax est: omnis autem vita sic nobis præscribitur, vt pacem inuicem habeamus. Nemo enim deum ledere poterit, cuius natura incorruptibilis est, & omni affectu superior. Sed nihil tam admirabilem Christianum, quã humilitas efficit. Audi Abraham, Ego autem sum puluis & cinis. Audi deũ quid de Mose loquatur, quod humilior, qui tanti populi dux, & rege, & innumero Aegyptiorum exercitu mulcarum more demersis, tanta in Aegypto, tanta in rubro mari & in deserto operatus, tanto de se testimonio talem se gerebat, ac si vnus esset à multitudine, & socero humilior, cuius accepta sententia nunquam id ægrè tulit: neq; quippiam tale locutus est, Tun nobis cõsiliu des? quale solent qui etsi quispiam rectè eis consuluerit, personarum tamen humilitatem contemnunt. Verum non ille eiusmodi, sed humilitate sua omnia rectè operatus est. Ille regias aulas neglexit, quod profectò imense est humilitatis argumentum: veram enim animi magnitudinem atq; præstantiam humilitas facit. Quanta putas magnanimitatis esse & regias & regiã mensam despicere? Siquidem tanquam dij apud Aegyptios, reges venerantur, & diuitiis & thesauris fruuntur innumeri: omnibus tamen neglectis, & Aegypti regno contempto, captiuis & calamitosi in luto & argilla absumptis, quos serui abominabatur, (abominabatur enim Aegyptij, inquit) auxilium præstitit, & dominis eos prætulit: ex quo satis constat propter humilitatem suam sublimis & magnanimitas euasisse. Stultitia nanque ex animi imbecillitate, mansuetudo autè ex magnanimitate atq; præstantia proficiscitur. Quod si placet, vtrunque exemplis disquiramus. Dic quæso, fuit ne quispiam vniquã animi quã Abraham præstantioris? Veruntamen is est qui inquit, Ego sum puluis, & cinis. & rursum, Ne quæso sit iurgium inter me & te. Atqui hic adeo humilis

B... R... C... D... & ad cõcor... diã profi... cium, quis... domini di... uersa prae... cipiat, &... ad sese tra... hant...

humilis Perficis prædas & Barbara trophæa cõtempserit. Quod incredibile animi magnitudine, & mentis præstantia faciebat. Ille enim magnanimus est, qui vere est humilis, nullius adulator, nullius contẽptor: alterum enim magnanimitatis, alterũ stultiциæ est argumentũ. Quod hinc maximè constat: Sit quispiã qui lutum, lutum esse arbitretur, & tanquam lutum contemnat: alter lutum tanquam aurum & admiretur, & plurimi faciat: vter magnanimus est, nunquid qui lutum nulla admiratione prosequitur? Vter humilis & abiectus, nunquid qui id admiratur? Eadem ratione hoc in loco considera, quod qui se puluerem & cinerem appellat, magni animi est: quod ex humilitate proficiscitur. Qui autem neq; terram se, neq; cinerem esse intelligit, sed intumescit, & maximam de se concipit opinionem: nõne hic omnium est vilissimus, cû minima magna esse sibi persuadeat? Ex quo patet magnanimitate incredibile, non stulticia locutum patriarcham, cum inquit, Ego sum puluis & cinis. Nã quemadmodum in corporibus aliud est viuudum & vigēs, aliud tumidum: vtrunq; tamen carnis habet plenitudinem: sed alterum corruptæ, alterum verò sanæ: Itidem hoc in loco, aliud est stultum esse, quod est tumidum, aliud altũ & sublime, quod viuudum. est item alius statura corporis altiore, alius breui, qui acceptis soleis illo maior apparet. Vtrum magnum dicemus? Nunquid dubiũ est, qui sua ipsius magnitudine excedit, eum maiore appellandum? Ille enim non sua natura magnus est, & soleis breui statura homines vtuntur, qui his acceptis maiores videntur. Quod multis vñ venit, cû in pecuniis & gloria intumescunt. Verũ in his nihil altum, nihil egregium inuenitur. Is nãq; excelsi animi est qui nulla eiusmodi re indiget: sed qui ea omnia contemnit, & in seipso suam feruat magnanimitatem. Efficiamur igitur humiles, vt hanc animi præstantiam assequamur. Quippe qui se humiliat, exaltabitur. Stultus autem, non huiusmodi, sed omnium abiectissimus apparet. Etenim bulla inflatur, non tamen inflatio illa fatis est: & propterea inflatos appellamus: verum grauis & modestus, in paruis rebus non multum intumescit, cum suã non ignoret imbecillitatem: vilis autem & temerarius in paruis quoq; rebus maximam sibi de se opinionem effingit. Comparemus igitur nobis per humilitatẽ animi magnitudinẽ. Consideremus humanarum rerum naturam, vt futuræ vitæ flagremus desiderio: Siquidẽ nemo alia ratione humilis effici potest, nisi diuinarum rerum amore, & præsentium contẽptu. Quemadmodum enim qui regno inhiat, & si purpuræ loco aliũ quẽuis honorem assequatur, nihil se adeptum arbitratur: sic & nos omnia despiciemus presentia, si honorem illud desiderabimus. Nõne animaduertitis ludentes pueros, cum aciem struunt, & milites, præcones, lictores præcedunt, medius puer principis loco incedit? Huicemodi res humanae sunt, neq; puerilibus differunt ludis, vel etiã abiectiores, quæ hodie existũt, cras nullam apparent. Altius igitur erigamur, neque solum nullum horum desiderium nos moueat, sed erubescamus, si quis ea nobis proposuerit: hoc enim pacto his cõtemptis diuinũ amorem cõplectemur, & immortalis fruamur gloria, quã vtinam omnes assequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & sancto benignoq; spiritui gloria, & imperium, in secula, Amen.

& ad cõcor... diã profi... cium, quis... domini di... uersa prae... cipiat, &... ad sese tra... hant... & ego autē... à deo peto... ut hæc vo... bis vtra... que cõrin... gant, &... ab ipso &... ad ipsum... & ad deum... referatur... & Nã qua... vere est... gratiã... qua vere... pax, à deo... est...

Ratio ago deo meo semper pro vobis de gratiã dei, quæ data est vobis in Christo Iesu, quia in omnibus diuites facti estis in illo. Quod alios docet vt faciãt, cum inquit. In gratiarũ actione petitiones vestrarum notescant apud deũ: idem ipse quoq; facit, monens vt ab orationibus semper incipiamus, & ante omnia deo gratias agamus, cui nihil gratius, nihil acceptius est quã & sibi & aliis gratũ esse beneficiorum. Quã obrem in omni ferè epistola hoc vtitur principio. Hoc autè in loco longè etiã maiori quã in aliis necessitate hoc facit. Quippe qui gratiã agit, & tanquã beneficiũ acciperit, eam agit, & in gratia agit. Gratia autè non debitum, non meritum, non vicè reddere. Quod quidè licet vbiq; necessariũ dicere, longè tamen magis Corinthiis, qui erga scindentis ecclesiã oscitabant. Ex nimio affectu deũ, qui communis est, suũ appellat. Qui mos prophetarũ frequentissimus est, deus meus. & eos hortatur, vt idè loquantur. His enim verbis ab humanis omnibus rebus secedit ad eum, quẽ tato studio appellat: hoc ingenuè dicere potest, quicumq; à secularibus ad deum erectus, & rebus omnibus eũ semper præfert, & gratiam agit perpetuò, nõ solum pro iam data gratia, sed si quando aliquod post hoc acceperit beneficiũ, pro hoc etiã ipso eandem laudẽ reddit. Quare non simpliciter inquit, Gratias ago: sed, semper pro vobis. Quibus verbis ostendit, semper habendas gratias, & nemini alteri præter soli deo. In gratia dei. Animaduerte quo pacto vbiq; eos corrigit. Vbi enim gratia est, non sunt opera: vbi opera, nõ amplius gratia. Si igitur gratia est, quæ superbitis? qua ratione inflati estis? Quæ data est vobis. Et per quem data est? Nunquid per me, vel per alium apostolũ? minimè, sed per Iesum Christũ: hoc est cũ inquit, in Christo Iesu. Vides vt sæpe, in quo: pro, per quem, ponatur: non tamen minus illud significat quã hoc. Quia in omnibus diuites facti estis in illo. In, rursum loco, per, accipitur. Per illũ enim intelligit. Neq; solum diuites facti estis, sed etiã in omnibus. cũ igitur diuitiæ sint, & dei diuitiæ, & in omnibus, & per vniuersum, inenarrabilem thesaurũ existimare oportet. In omni verbo, & omni scientia. Verbo non externo, inquit, sed dei: est enim scientia sine verbo, & cũ verbo. Sunt multi, qui scientiam quidem habent, sermonẽ autè minimè: quemadmodum rudiores, qui quæ sentiunt, manifestè eloqui non possunt: sed nos, inquit, tales nõ sumus, sed & intelligere & dicere sufficimus. Sicut testimonium Christi cõfirmatum est in vobis. In ordine laudum & actionis gratiarũ vehementer eos tangit. Non enim exteriore inquit philosophia, sed dei gratia, diuitiis, scientia, & dato à deo verbo veritatis doctrinam discere, & in domini testimoniũ, hoc est, in prædicationẽ confirmari potuistis. Quippe qui multa signa, multa ineffabilis gratiæ accepistis miracula, vt prædicationẽ acciperetis. Si igitur per signa confirmati estis & gratiam, quã obrem errore ducimini? Hæc autè & tangentis simul, & præoccupantis eos, verba sunt: Ita vt nihil vobis desit in vlla gratia. Magnæ hic inquisitionis locus, vtrum scilicet qui diuites facti sunt in omni sermone, vt nihil eis desit in vlla gratia, hi carnales sint? Nam si principio tales erant, longè magis in præsentia. Quã igitur ratione eos carnales appellat? Non potui, inquit, vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Quid ergo ad hoc dicendum est? Quod scilicet à principio crediderat, & gratiam omnẽ erant affecuti, quippe qui tum desi-

B... C... D... & ad cõcor... diã profi... cium, quis... domini di... uersa prae... cipiat, &... ad sese tra... hant...



derio complectebantur: postmodum pigriores facti sunt. Vel si hoc non placet, q; neq; hoc, neq; illud ad omnes loquitur: sed partim ad eos, qui criminibus erant obnoxii: partim ad eos qui se laudibus efferebant. Quod autē adhuc gratiam habent, Psalmum vnusquisq; habet, inquit, doctrinam habet, apocalypsim habet, linguā habet, interpretationē habet, omnia ad edificationē fiant. Et prophetæ autē duo vel tres loquantur. Potest autem alia afferri sententia. Quod quædam modum nobis moris est, omnia maiora facere: itidem hoc in loco locutus est. Præterea arbitrator rem suā cum significare, quoniā ipse signa ostendit, quemadmodū in secunda ad eosdē epistola: Signa tamen apostoli peracta fuerunt inter vos in omni patientia. & rursum: Quid est, in quo fuistis inferiores cæteris ecclesiis? Vel quemadmodum dixi, sua cōmémorat, & ad eos qui adhuc probati erant, hæc loquitur. Multi nanq; illic sancti erant, qui seipos in sanctorū ordinauerant ministerium: & Achaia facti sunt primitiæ, quemadmodū in calce epistolæ significatur. Præterea verō & si nō multū veritatis laudes habeāt, præparant tamen audientiam, & benevolentiam cōciliant. Quippe qui quamprimū asperius exorditur, imbecilliorū aures claudit. Siue enim pares sint auditores, læsi irascuntur: siue multo inferiores, tristitia afficiuntur. Ne igitur hoc eueniat, ab his quæ laudem habere vidētur, facit exordium. Neq; enim eorum laudi, sed diuinæ gratiæ hoc erat adscribendum. Siquidē abstinere se à peccatis & iustos esse, superni id erat muneris: & propterea his immoratur, quæ dei ostendunt benignitatē, vt maximè eorū purget peccatum. *Expectatibus reuelationem domini nostri Iesu Christi.* Quid perturbamini, inquit, quid ægrè fertis? Nunquid quoniam nō adest Christus? Adest profectō, & propē dies adest. Et animaduerte Pauli sapiētia, quo pacto eos ab humanis rebus abducens, formidolosi tribunalis memoria perterret, ostēditq; nō tantū bono opus esse principio, verū etiam & fine. Siquidem cum his beneficiis, alia quoq; virtus est necessaria, vt scilicet diei illi recordemur. Et multis opus est laboribus, vt ad finem peruenire possimus. Reuelationem autem dicit, vt significet, q; si nō videatur, est tamē: atq; adest etiā in præsentia, & tunc apparebit. Perpetri igitur oportet. Idcirco enim accepistis miracula, vt confirmaremini. *Qui & confirmabit vos vsque ad finem sine crimine.* Hoc in loco ad gratiam eos alloqui videtur. Verū hęc particula omni vacat adulatione. Et enim ab se reprehētos intellexit quemadmodū quū inquit: Tanquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidā. & rursum: Quid vultis, in virga veniā ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? vel experimentum quæritis loquentis in me Christi? Latēter autē eos reprehendit. Nam quum cōfirmabit, & sine crimine dicat, lasciuientes adhuc & criminibus obnoxios significat. Tu autem considera, quo pacto Christi nomē frequenter eorū cordibus affigat: non hominis, non apostoli, non magistri, sed semper eius quē desiderat meminit, & tanquā ebrietate quadam oppressos erigere annititur. Neq; enim in altera epistola tam frequenter Christi mentionē facit. Hic verō paucis versibus se penumero, quo nomine totū ferē intexit exordiū. Considera ab ipso principio: Paulus vocatus apostolus Iesu Christi per voluntatem dei, & Sophemes frater ecclesiæ dei, quæ est Corinthi, Sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis cum omnibus qui inuocant nomē domini

† laudibus erant obnoxii.

† Infr. 14. f. ibidem.

2. Cor. 12. d. ibidem.

† vel etiā.

Infr. 16.

† ipsos reprehendere nouit.

Infr. 4. d. ibidem.

† fluctuantes.

nostri Iesu Christi: Gratia vobis & pax à deo patre nostro & dño Iesu Christo. Gratias ago deo meo de gratia dei, quæ data est nobis in Christo Iesu, sicut testimoniū Christi confirmatū est in vobis, expectantibus reuelationē domini nostri Iesu, qui confirmabit vos sine crimine in die domini nostri Iesu Christi. Fidelis deus, per quem vocati estis in societatem filij eius Iesu Christi domini nostri. Obsecro autē vos per nomē domini nostri Iesu Christi. Vides Christi nominis frequentiam? Vnde stultissimis quoq; perspicuū est, non frustra, neq; temerè ita vsū esse apostolū, sed bona & crebra Christi appellatione ipsorū tumorē exhaurit, & morbi rābem expurgat. Fidelis deus, per quē vocati estis in societate filij eius. Papæ quantū his verbis significat, q; immensum dei beneficiū ostenditur. In vnigeniti, inquit, vocati estis societate: & vos ipsos hominibus adixistis. Quid hoc miserū? quid peius? Et quomodo vocati estis: per patrē. Nā quū per eū & in eo frequēter de filio verba faceret, ne arbitrarentur illius tantū minoris meminisse, attribuit id patri. Siquidem non per hunc vel illum, inquit, sed per patrem vocati, & diuites facti estis. & rursum, Vocati estis, inquit, nō ipsi spōte vestra accessistis. Quid autē illa verba significāt, In societate filij eius? Audi ipsum alio in loco manifestius id ostendentē: Nā & si cōmortui sumus, & cōuiuemus: si sustinemus, & conregnabimus. Præterea quū magnū quiddā dixisset, certā etiā addidit rationē, cui contradici non potest: Fidelis, inquit, deus: hoc est, verus: q; si verus, quæ pollicitus est, proculdubio faciet. Pollicitus autē est se vos vnigeniti filij socios facturū. Ob hoc enim vos vocauit. Siquidem diuina dona atq; vocatio nulla pœnitentia ducuntur. Verū hæc primū in rationibus suis adducit, ne magnitudo scelerū eos in desperationem trahat. Profectō enim, inquit, dei beneficia sequentur, nisi iam maiore in modū illa reiciamus: quemadmodum iudæi, qui vocati, proposita bona cōplecti noluerunt. In quo non amplius vocantis, sed illorū stultitiæ crimē erat accusandū. Ipse enim largiri voluit, illi autē quum accipere nollent, sibiipsis repulsæ auctores fuerūt. Quod si ad laboriosum aliquod opus atq; difficile eos vocasset, nō tamē idcirco vlla venia digni fuissent, quanuis hanc potuissent afferre excusationē. Verum quū ad piaculū, iustitiam, sanctificationē, redemptionē, gratiam, beneficiū, & præparata nobis munera, quæ oculus nō vidit, & auris non audiuit, aduocētur, & ipse deus hæc nobis spōte sua polliceatur: quānam digni sunt venia, si eū totis viribus proiequi nō contēdunt? Nemo igitur deum accuset, quū nulla vocatis culpa perstet increduli, sed sua, qui resiliunt. Sed oportet, dicit quispiā, etiā inuitos reuocare. Absit. Nō enim cogitur neq; cogit. Et quisnā ad præmia, coronas, conuiuia, festos dies nō volentes atq; inuitos trahat? Nemo, inquit. Iniurius nanq; esset. In gehēnam inuitos mittit deus: in regnū spontē properates aduocat. In ignem ligatos eiicit & gemebundos: non autē in perpetua bona itidē. Nam [hoc] & ipsa bona iniuria afficeret, nisi eiusmodi esset natura, vt volētibus & his qui plurimā se gratiā habituros sciant, sese offerat. Et quānam ratione non omnes ea diligunt? ex propria imbecillitate. & quamobrem eos deus non corroborat? Et quo pacto faciendum sit, mihi respondeas velim. Nōne creaturam operatus est deus, quæ & benignitatem suam & virtutem edoceat? Cœli, inquit, enarrant gloriam dei. Nōne & prophetas misit? nōne & vocauit nos, & honoribus

† Matt. 5. g. f. 5. b.

† à proinde vobis. de suis generis.

† Nam tu fortasse qui uxore habes, non reperauerit viuis: alius vero uxore carens, castitatem seruauit illibatam. † propter voluntatem non facit.

† Tomus quartus.

noribus profectus est? nōne tot res plurima dignas admiratione condidit? nōne legem tulit, & scriptā & naturalem? num filium misit? num signa fecit? num gehennam minatus est? num cœli regnum pollicitus? num singulis diebus facit oriri solē suū? num præcepta eius adeo facilia sunt, adeo leuia, vt multi philosophica tātū ratione ea excesserint? Quid oportuit, inquit, fieri vineæ, quod nō fecerim? Sed dicit, Quāobrem nō dedit nobis naturalem cogitationem atq; virtutē? Quis hoc dicit? Ethnicus ne an Christianus? Ambo quidē. Verū non iisdem de causis, sed alter pro rerum cognitione, alter pro vita contendit. Primū igitur ad nostrum respōdebimus: Siquidem non tanti apud me valet externorum, quàm priorum membrorum ratio. Quid igitur dicit Christianus? Oportuit ipsam virtutis cognitionē nobis insitam esse. Sed profectō insita est: quod nisi esset, vnde & faciēda & vitāda possemus cognoscere, vnde leges nobis & iudicia? Verū nō cognitionem, sed operationem ipsam insitam haberemus. Et quo nostro merito præmium nobis accipiēdum esset, si omnia futura essent à deo? dic quæso mihi, nunquid te & Ethnicū hominem eodē deus punit supplicio? Nequaquam. Habes enim iam à cognitione fiduciam. Quid igitur, si quis tibi nūc diceret, q; pro cognitione & tu & Ethnicus eodem digni eritis præmio: nunquid egrè ferres? Sic equidē arbitrator. diceret enim Ethnicū per se cognitionem inuenire potuisse, sed noluisse. q; si ille diceret, q; oportuit deum indidisse nobis naturalē cognitionem, nunquid rideres, & eū his verbis alloquereris, Cur non inquisisti? Cur diligētiam non adhibuisti, quemadmodum ego: & tibi maiore in modū confideres, dicerēs q; vltimam esse dementiā, deum accusare, q; non natura cognitionem indiderit. Huiusmodi diceret, cum recto animi iudicio sentires. Sic si vita nostra rectē ageretur, talia profectō non inquireres: sed quum ad virtutem afficiare, idcirco insanas has rationes adducis. Quo autem pacto facere oportuit? Nunquid necesse est bonū fieri? Debuerunt igitur bruta nobiscū de virtute contendere, vtputa quū nonnulla nobis sint continentiora. Sed malle, inquit, esse necessitate bonus, & omni priuari mercede, q; sponte malus, & pœnis cruciatibusq; absumi. Verū neminē necessitas bonum esse compellit. At si quid faciendū sit ignoras, id palam profiteare: tunc quæ te deceant, edocebimus. Si verō luxuriā malam esse intelligis, quid malum non fugis? Nō possum, inquit. Sed cæteri qui longē maiora rectē operantur te accusant, & tibi silentiū multis argumentis indicūt. Tu fortassis mulieris consuetudini continentia posthabuisti, alius autē procul à muliebri labe integrē, & pudicē vixit. Qua igitur te excusatione tueberis, nisi modum serues, quū alius fossas strenuē trāsiliat? Sed non sum talis, inquit, corporis potius natura, q; voluntate. Quod non vis, non quod nequeas: ostendā enim omnes ad virtutem idoneos. Nam quod quis facere nequit, ne necessitate quidem compellente consequi poterit. Si autem accedente necessitate fieri quid potest, qui id non facit, † præter voluntatē facit,] vt extempli gratia: Nullo quidem pacto fieri posset, vt homo volaret, & corpus in cœlum tolleret. Quid igitur si rex id facere imperaret, & mortem hoc edicto minaretur: Quicumq; non volauerint homines, moriantur, crementur, & alia huiusmodi patiantur supplicia: nūquid esset qui pareret? Nequaquam. Natura enim

id negat. Quod si idem de continentia iuberet, vt scilicet impudicus vapularet, cremaretur, innumeris afficeretur suppliciiis: nōne permulti parerent edicto? Minimè, inquit. Nam & lege etiam nūc sancitur, Nō mœchaberis: non tamē omnes ei parent, non q; metus remittatur, sed q; latere crimen multi existimant. Quod si eis, quum impudicē quid facere volunt, legum lator & iudex adesset, proculdubio longē plus metus posset ad libidinem illam comprimendā, quū etiam si minorem adducerem necessitatē, comprehensumq; ab amata muliere abducerem, & vinculis coërcerem, se continere, & nihil molestum perpeti possit. † Nolumus igitur dicere quempiam natum bonum esse. Siquidē natura bonus, nunquā malus fieri posset: & natura malus, nunquam bonus. Nūc autem varias mutationes, & alterū in alterum transferri videmus. Neq; hoc in scripturis duntaxat videre licet, quemadmodū quum publicani, apostoli euaserunt: & discipuli, proditores: & incestæ mulieres, pudicæ: & latrones probati facti sunt, & Magi adorauerūt, & impij pietatē induerunt, & in veteri & in nouo testamento: sed in singulis quoq; diebus multa huiuscemodi euenire quiuis viderit. Quæ si naturalia essent, nequaquā possent permutari: nam quū passibiles natura simus, nulla ratione impassibiles fieri possemus. Quod enim natura est, nunquā ab ea recesserit, neq; quispiam quum natura dormiat, in somnis esse, neq; à corruptione in incorruptionē, neq; à siti, vt nūquam sitiari, mutari perpetuō potuisset. Idcirco peccata nō sunt, neq; exprobramus hæc cuiquam, neq; quis vnquam aliquem huiuscemodi verbis accusaret, corruptæ & passibilis: sed aut adulteriū, aut fornicationē, aut alia id genus noxiis vicio damus, eosq; & iudicibus, qui eos damnent, & supplicio afficiant, & pœnis prosequantur, adducimus. Quū igitur ex his, quæ inuicē facimus, & iudicati perpetimur, & quorū leges scripsimus, & nos ipsos, quāuis nemo nos accuset, reprehēdimus, & desidia quidē peiores, timiditate autē meliores efficimur, & alios rectē facere, & summū philosophiæ attingere videmus: planē constet in nostra esse potestate, benefacere: quid multi temerè frigidis nos ipsos excusationibus decipimus? quæ non modò nobis afferūt veniā, sed supplicii grauius, quū formidolosa illa die ante oculos nobis proposita virtuti vacare liceret, & paruo labore immortales coronas accipere. Nihil sanē nobis huiusmodi pdest excusatio, sed & conserui vestri, & qui vestris operibus contraria operantur, nos omnes peccatis obnoxios accusant, crudelem misericors, malum bonus, audacem mitis, inuidū benignus, gloriosum philosophus, studiosus segnem, pudicus incōtinentē. Sic nos deus iudicabit: vtranq; struet aciem, hos quidē laudibus, illos supplicio prosequēs. Sed absit, vt ex hac cōcione quispiā eorū ex numero sit, qui & pœna & ignominia sunt afficiendi, sed coronati omnes cœlesti regnū vtinā assequamur, Gratia & benignitate vnigeniti domini nostri Iesu Christi, cū quo patri gloria, cū spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

† Ne igitur dicamus quempiam naturam naturam bonam aut malam esse.

Homilia tertia.

Obsecro vos fratres per nomē domini nostri Iesu Christi, vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Sitis autē perfecti in eodē sensu, & in eadem sententia. Quod semper dicebam, paulatim & modicè in iurgia descendere oportere, id Paulus hoc in loco facit: quū enim rem longē periculosa aggref-

† ne illi impudentes fiant. Impudentes.] † immitte & impudentem.

surus sit, & que faciliē ecclesiā posset euertere, clemē-  
tiori verbo vſus est. inquit enim, se obsecrare eos, &  
obsecrare per Christū, ac si solus nō sufficeret, hoc &  
præponere, & persuadere: quasi dicat, Accipio mihi  
Christum socium, & eius nomen iniuria & cōtume-  
lia affectū auxiliū imploro. Peruerecundē sanē, † ne  
eos pudeat. Temerarios] enim peccatum facit: pro-  
pterea q; si quamprimū vehementius insectareris,  
† frustra & impudēt] faceres: sed quum hortatus sis  
cervicem deiicere, confidentiam ponere, humilitatē  
amplecti docuisti. Quod vt Paulus in præsentia asse-  
quatur, obsecrat iam per nomen domini nostri Iesu  
Christi. Sed quid tandē obsecras Paule? Vt idipsum di-  
catis omnes, & non sint in vobis schismata. Schismatis si-  
gnificantia satis eos arguit, vel potius satis est eius ap-  
pellatio, quæ vehemētē eos tangat. Nō enim plures  
integræ partes factæ sunt, sed vna periit. Siquidē in-  
tegris ecclesiis, multas eas constituerent. Per schisma  
autem & dissensiones id etiam vnum aboletur. Integ-  
rum enim si in multa diuiditur, nō modō non multa  
fiūt, sed vnum absimitur. Huiusmodi est schisma-  
tum natura. Quū verō acrius eos schismatis appella-  
tione tetigisset, rursus eos his verbis lenit & mulcet:  
Sitis autē perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Nam  
quū dixisset, Vt idipsum dicatis: Nolite arbitrari, in-  
quit, ad verba vsq; debere esse concordiam. Animi  
nanq; cōcordiam inquirō. Verūm quum idem quo-  
que ex animi sententia dici possit, quoniam id nō in  
omnibus vsu venit, idcirco addidit: Sitis autē perfe-  
cti. Qui enim partim cōuenit, partim dissentit, adhuc  
non est perfectus, neq; in consensum adducitur. Fieri  
autē potest, vt qui intellectu consentit, voluntate dis-  
crepet: quemadmodum quum idem de fide sentiamus,  
discrepamus tamē in dilectione. Sic notione v-  
num sumus, quū idē cognoscimus: sed nō voluntate  
& studio, quod tūc euenit, quū aliud eligit. Pro-  
pterea, inquit, quod notitia & voluntate cōcordare  
oportet. † Non enim à fidei dissensionē, sed sententię  
humanis cōtentionibus fiunt schismata.] Sed quū so-  
la accusatione, nullo adhibito testimonio minus eru-  
bescat: vide quo pacto, ne id negare possint, testes ad-  
ducit: Significatū est enim mihi de vobis fratres mei à fami-  
liaribus Chloes. Non tamen hoc prius locutus est, q̄ eos  
reprehēderet, quod credētis est testib⁹. Siquidē nisi  
id sibi relatū esset, non sanē accusasset: neq; omnino  
Paulus credidit, neq; primo statim principio inquit,  
significatum est, ne illorum tantū verbis eos accusa-  
re videretur: neq; tacuit, ne ex se dūtaxat dicere cre-  
deretur. Præterea eos fratres appellat: nā licet mani-  
festum peccatum sit, nihil tamē prohibet, adhuc eos  
fratrum appellationibus nūcupare. Et animaduerte,  
quæso, Pauli prudentiā, q; propriæ personæ non ad-  
duxit testimonium, sed familiam, ne in simultates ad-  
uersus huiusmodi nunciū auctorem cōcicaret. Idcirco  
& illū subicit, & impavidus in eos accusationē  
vertit: non enim illius tantū, sed Corinthiorum vti-  
litate prospexit. Propterea nō inquit, Significatū est  
mihi à quibusdā. sed etiam familiam ostendit, ne id  
finxisse ex se videretur. Et quidnam significatum est?  
Quod contentiones inter vos sunt. Quādoquidem eos cor-  
ripit: Non sint, inquit, in vobis schismata: quādo au-  
tem aliorum verba adnūciat, clemētius eos alloqui-  
tur. Hoc significatum est mihi, q; contentiones inter  
vos sunt. Quare nolite, qui nobis hoc adnunciarunt,  
lædere: deinde contentiones genus ostendit, Quod

† Non enim à dissensione quæ circa fidem est, sunt schismata: sed quod iuxta humana contentiones diuersæ sint sententia.

vnusquisque vestrum dicit, Ego sum Pauli, ego autem Apollo,  
ego verò Cephæ. Contentiones non enarrat de verbis  
propriis: sed quæ grauiores sunt. Et ex eo verbo, v-  
nusquisq; vestrum, non partem, sed vniuersam eccle-  
siam morbū populari significat. Atqui neq; de Pau-  
lo, neq; de Petro, neq; de Apollo dicebant, sed ostē-  
dit, q; si in his non est insistendum, longē minus in a-  
liis: q; autem nihil de his dicerent, in sequentibus his  
verbis demonstrat: Hæc autem transtuli per figuram  
in me & Apollo propter vos, vt in nobis discatis, ne  
suprà quàm scriptum est, sapere. Nam si Pauli & A-  
pollo, & Cephæ non licebat ipsis nomina laudare,  
multò magis neq; aliorum: si magistrum & principē  
apostolorum, & tanti populi admonitorem sibi arro-  
gare non debebant, quantò magis qui † nusquam] esse  
sent. A maiori igitur morbo eos sanare festinans, his  
vtitur nominibus. Aliter autē intelligi potest, vt quo  
oratio eius tolerantius accipiatur, non vero nomine  
seditiosos in ecclesia meminerit, sed tanquam laruis  
quibusdam sub apostolorum appellationibus eos o-  
stenderet. Hinc ego sum Pauli, inquit, ego autem A-  
pollo, ego verò Cephæ. Neq; q; se Petro prætulit,  
in vltimo loco eum posuit, imò etiam sibi Petrū præ-  
fert. Augēt enim orationem suam, ne putaretur inui-  
dia id facere, vt honorem illis auferret. Idcirco pri-  
mo in loco se constituit, nullo honoris desiderio, sed  
contemptu potius. Primum igitur impetum in se ac-  
cipit, & tunc Apollo, inde Cephæ subdit. Non igitur  
vt seipsum laudibus efferat, se præponit: sed in re-  
bus friuolis, & nullius momenti propriæ personæ ap-  
pellatione eos corripit. Verūm q; huic & illi seipſos  
attribuentes peccarent, planē constat: & meritò eos  
reprehendit, quum inquit, Non bene facitis dicētes,  
Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò  
Cephæ. Quia autem ratione addidit, Ego autē sum Chri-  
sti? Si enim qui seipſos hominibus attribuunt, pecca-  
uerunt: nunquid illi qui Christo? Sed non id repre-  
hendit, q; sibi Christum vindicarent, sed q; non om-  
nes solūm. Existimo autem Paulum hoc ex seipſo ad  
eorū crimen augendū addidisse, vt ostenderet Chri-  
stum in partem vnam datum: quauis illi non sic fa-  
cerent. Quod enim hoc significaret, ex sequentibus  
manifestauit, quum inquit, Diuisus est Christus? Hoc est,  
in partes Christum, & eius corpus secuistis. Vidēsne  
furorem? Vides verbū indignationis plenum. Quo-  
tiescunq; enim confirmatione non vtitur, sed solūm  
interrogat: ideo facit, q; res ipsa sine contradictione  
absurda est. Quidam autem aliud quoq; Paulum si-  
gnificasse asserunt, quum inquit, Diuisus est Christus:  
quasi dicat, distribuit ad homines, & partitus est ec-  
clesiā, & partem alteram ipse accepit, alterā illis de-  
dit. Deinde conatur † Paulū iam abolere] quum dicit. † Paulus  
Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli rei abso-  
luti? Intuere vtilem sententiā, quo pacto in  
proprio nomine omnia huiusmodi superuacanea o-  
stendit, quodq; talis honor decet neminē. Nēve his  
verbis inuidia vsus videatur, frequēter de seipſo ver-  
ba facit. Et animaduerte eius prudentiam. Non enim  
dixit, nūquid mundū Paulus cōdidit? Nunquid Pau-  
lus vos ex nihilo vt essetis, effecit? Sed ea tantū, quæ  
eximia erant fidelium, & multæ beneuolentiæ opera  
meminit, crucē scilicet & baptisma, & que ex his p-  
uenerunt bona. Mundi nanq; opificium, sed maximē  
dei in crucem consensus, eius ostendunt benignita-  
tem: & nō dixit, Nūquid Paulus mortuus est pro vo-  
bis:

Ioan. 1. d  
Rom. 8. f  
† donabit.  
Rom. 5. b

bis: sed, nūquid Paulus crucifixus est? In quo etiā mor-  
tis genus affert. Aut in nomine Pauli baptizati estis? & nō  
inquit, Nunquid Paulus baptizauit vos? Baptizauit  
enim multos. Neq; hoc querebatur, à quo, sed in cui⁹  
nomine baptizati essent. Siquidē quum dissensionū  
causa & hæc esset, q; scilicet eorum se esse dicebant,  
à quibus baptizabātur, hunc errorem his verbis cor-  
ripit: Nunquid in nomine Pauli baptizati estis? Ac si  
diceret, Noli mihi dicere, quis baptizauit, sed in cui⁹  
nomine. Neq; enim qui baptizat, sed quem in bap-  
tismate inuocamus, inquiritur. Hic em̄ est qui dimittit  
peccata. Et his cōtentus nō vterius in his euagatur.  
Neq; quicquam tale inquit. Nunquid Paulus vobis  
futura bona pollicitus est, nūquid regnum cœli pro-  
misit? Quia igitur gratia nō hæc addidit? Quoniā non  
est consentaneū regnum polliceri, & crucifixum esse.  
Illud enim neq; periculum subiit, neq; ignominiam  
pertulit. Hoc autē ea omnia, & aliter illa ex his con-  
firmat. Nam quum alibi dixisset, Qui etiā proprio fi-  
lio non pepercit: subdidit, quomodo nō etiam cum  
illo omnia nobis donauit? & rursus, Si enim quū ini-  
mici essemus, recōciliati sumus deo per mortem filij  
eius, multò magis reconciliati salui erimus in vita ip-  
sius. Huius gratia illa non addidit, & quoniā alia qui-  
dem nōdum habebant, aliorum autem [experiētiam  
acceperunt, & alia quidem promissa erant, alia verò]  
iam perfecta. Gratias ago deo, quod neminem vestrum bap-  
tizauit, nisi Crispum & Gaium. Quid vos insolenter in bap-  
tizando extollitis, quando ego gratias ago deo, q; non  
fecerim. Quibus verbis animi in ea re elationem  
suadendo tollit. Nūquid & baptismatis virtutē? Ab-  
sit, sed eorū stultitiam, qui in baptizando nimium se  
iactabant: & primū quidem quum ostendat, non eorū  
id esse beneficium: deinde quū propter hoc deo  
gratias agat. Et profectò magnū quiddam baptisma  
est, sed eius magnitudinē nō qui baptizat, sed qui in-  
uocatur, in baptismate efficit. Nā baptizare nihil est,  
si humanus labor cōsideretur, sed lōgē minus quàm  
euangelizare. Magnū item est, † inquit,] baptisma, si-  
ne quo minimē fieri potest, vt quispiam cœli regnū  
assequatur, † quādo] vir nō omnino strenuus hoc mu-  
nere fungī potest. Euāgelizare autē plurimum requi-  
rit laboris. Affert autē causam propter quā deo gra-  
tias agit, q; neminem baptizauerit. Quānam igitur ea  
est? Ne quis dicat, inquit, quod in nomine meo baptizati estis.  
De illis enim hoc dicebat? Nequaquam. Sed timui,  
inquit, ne in tantū mali morbus procederet. Nam si  
abiectis & nulla re bona dignis hominib⁹ bap-  
tizantibus hæresis orta est: † si ergo baptismatis adnūcia-  
tione multos baptizauit, credibile erat, qui per me cō-  
firmati essent,] non modō in nomine meo vocari, sed  
mihi ipsius baptismatis laudē attribuere. Si em̄ à mi-  
noribus tantū mali exortum est, nō immeritò vehe-  
mētius à maioribus processurum poterat existimari.  
Quū igitur hoc in loco corruptos reprehēdat, & eos  
alloquatur, Baptizauit, inquit, Stephanæ domum. Et rur-  
sum eorū deiiciens tumorem, inquit, Iam nescio si quem  
alium baptizauit. Hinc autem iam ostēdit non maximē  
laudi sibi fuisse, q; ex baptismate à multis honorem  
assequeretur. Neq; gloriæ causa id se aggressum asse-  
rit: neq; his duntaxat verbis, sed in sequentibus quo-  
que vehementer eorū sedat tumorem: quum inquit,  
Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare. Gra-  
uius enim & quod multum labore & ferreum ani-  
mum exigat, hoc est, † Sed quāobrem hoc munus ag-  
Tomus quartus.

† inquam.  
† sed.  
† si ego qui baptisma adnūciauerim, multos baptizasse. credibile erat q; in vnum consistantes.

gressus est Paulus? Et quānā gratia quum nō missus  
esset ad baptizandū, baptizauit tamen? Sed non id-  
circo eius qui se miserat, repugnauit volūtati, sed ex  
abundātia hoc operatus est. Nō enim dixit, prohibi-  
tus sum: sed non missus sum ad hoc, verūm ad illud  
quod maximē erat necessariū: euāgelizare enim per-  
paucorū est, baptizare autem cuiuslibet, modō fun-  
gatur sacerdotio: quippe qui hominē catechumenū  
& ad suscipiendū baptisma persuasum nacti sunt, eorū  
quilibet baptizandi subire munus poterit. Voluntas  
enim præsentis & diuina gratia iam omnia operatur.  
Quū autē incredulos instituire oportet, multo opus  
est labore & sapientia. Tunc periculum de se facien-  
dum est. Illic enim omnia perfecta sunt, & persuasus  
est qui est † crudendus,] & nullus labor est credentē  
baptizare. Hic verò plurimum laboris est, vt ad tuam  
adducatur voluntatem, & suam abiiciat sententiam,  
errorem euertat, veritatem † conferat. Atqui nō ita  
loquitur, neq; ita confirmat, vt nullum laborem bap-  
tisma habere dicat. Modestia nanq; vti nouit, sed in  
cōparatione ciuili prudētia valde vtitur, quoties ser-  
monem reddere clariorem potest. Non igitur q; mit-  
tenti se cōtradiceret, baptizauit. Sed quemadmodū  
quoq; dixerunt Apostoli super viduis, Nō est placitū,  
vt prætermisso verbo dei, ministremus mensis: Sic  
in hoc loco ministrat, illis non contradicēs, sed ex  
abundantia operatus. Siquidem nūc senioribus qui-  
dē, qui inutiliores sunt, hoc munus tradimus. Verbū  
autē quod doceat, sapientioribus: hic enim & labor  
& sudor est. Quamobrem alibi inquit, Qui bene præ-  
sunt presbyteri, duplici honore digni habeātur, ma-  
ximē qui laborāt verbo & doctrina. Quemadmodū  
enim instituire certates hominis est strenui, & sapi-  
entia & exercitatione probati: imponere autem victori  
coronā, illius etiā esse potest, qui certamina ignorat,  
quauis corona clariorē reddit victorem: Itidem in  
baptismate vsu venit. Nullo em̄ pacto sine eo salutē  
quispiam assequi potest, nihil autem magnum qui ba-  
ptizat, operatur, confirmatā modō nactus sit volun-  
tatem. Non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi,  
Quum eorum elationem, qui per baptismata superbia  
efferebātur, compescuerit, transit iam ad eos qui ex-  
teriori sapiētia efferuntur, & contra eos armatur ve-  
hementius. Ad illos enim qui in baptizādo inflari e-  
rant, inquit, gratias ago deo, q; neminem baptizauit,  
& q; non misit me Christus baptizare, in quo neq; ve-  
hementia, neq; nimia vtitur confirmatione, sed bre-  
uibus quæ vult significans, ad alia se trāsfert. Hic au-  
tem ab ipſo principio grauitē eos his verbis tangit:  
Non in sapientia verbi, vt nō euacuetur crux Christi.  
Quid igitur superbis, in quo abscondi oporteret? Nā  
si cruci hostis est, & cū euangelis pugnat hæc sapien-  
tia, minimē in ea gloriandū esset, sed potius erube-  
scendū. Hęc enim causa fuit, ne apostoli sapiētes fie-  
rēt, nō gratiæ imbecillitate, sed ne prædicatio offen-  
deretur. Siquidem illi verbum dei nō corroborarūt,  
sed imbecillius reddiderunt, Rudes autem & indocti  
id cōfirmarunt. Hoc fecit, vt puniretur superbia, hoc  
compressit tumorem, hoc persuasit modestiā. At in-  
quis, si nō in sapiētia verbi, qua causa Apollo qui di-  
fertus erat, miserūt? Non q; in verborum potentia cō-  
siderent, sed potens erat in scripturis, & reprehendit  
Iudæos: præterea propositum erat, patronos, & qui  
primi verbum dei disseminarūt, non esse disertos. Hi  
enim erant qui multa indigebant virtute, vt à princi-  
pio

† ad sacra adducen- dus.  
† inserat.  
1. Tim. 5. 4



pio errorem expellerent. Siquidē tūc maximē viri-  
 bus opus erat, vt aditus pateferet. Qui igitur primū  
 nō indiguit viris eruditis, si postmodū eloquētes su-  
 scēpit, nō ideo suscepit, quōd his indigeret, sed quo-  
 niam noluit vllam facere differētiā: quemadmodū e-  
 nim non opus fuit sapientibus ad dirigendā dei volū-  
 tatē, sic neq; qui postea inuēti sunt, eicere oportuit.  
 Tu autē illud mihi ostēdas velim, an Petrus & Paulus  
 sapientes fuerint, sed nō posses. Rudes enim & illite-  
 rati fuerūt. Vt igitur Christus quum discipulos suos  
 in orbē terrarum mitteret, etq; potentiā suā primū  
 in Palæstina ostenderet, dicens, Quando misi vos si-  
 ne sacco, & pera, & calciamentis, nunquid aliquid  
 defuit vobis? iam tum permisit vt peram & sacculum  
 haberent: sic hoc in loco fecit. Propositū em erat vt  
 Christi potentia ostenderetur, non tamen exterioris  
 sapientiæ gratia, qui ad fidem accedebant, erant ei-  
 ciendi. Quum igitur Ethnici Christi discipulos tan-  
 quam indoctos accusant, longē magis ipsi, q̄ discipu-  
 li sunt accusandi. Neque quisquam sapientem fuisse  
 Paulum contendat. Sed apud illos & claros sapiētia  
 & faciundia admirabiles viros extollimus. Nostros  
 autē omnes & rudes & illiteratos fuisse profite-  
 mur. Neq; enim parum illos hac assertione euertimus, sed  
 gloriosam nobis comparamus victoriā. Hæc autē  
 locutus sum, quoniā Christianum quendā iam audi-  
 uī aduersum Ethnicum ridiculē disputantem, quum  
 ambo in certamine inuicē sua ipsorum soluerent ar-  
 gumēta. Siquidem quæ oportebat Christianū dice-  
 re, ea Gentilis afferebat: & quæ Gētilis partes erant,  
 eas Christianus adducebat in mediū. De Paulo em  
 & Platone inquirebant. In qua disputatione Gētilis  
 conabatur ostendere Paulum & rudem & indoctum  
 fuisse: Christianus verō temerē contrā, cōfirmare an-  
 nitebatur, Platone Paulum fuisse eloquentiorē: hoc  
 pacto Gētilis victor euasit, quū ita iudicaretur. Nam  
 si Platone disertior Paulus fuisset, multi nō immeritō  
 asserere potuissent, nō gratia vicisse Paulū, sed facun-  
 dia. Quamobrem Gētilis causam tuebatur Christia-  
 ni, Christianus verō Gētilis: nam si Paulus ineruditus  
 fuit, vicit autē Platonē, profectō, vt dicimus, clarissi-  
 ma fuit eius victoria, qui indoctus illius discipulos al-  
 liciens, in se & ad se omnes cōuertit. Ex quo satis cō-  
 stat, non in sapientia humana prædicationem factam  
 esse, sed in diuina gratia. Vt igitur hæc nobis non eue-  
 niant, neq; huiuscemodi aduersus Gentiles discepta-  
 tionibus irrideamur, quū in id ceramen venerimus,  
 apostolos vt indoctos accusemus. Hoc eis & laudi e-  
 rit, & ornamento. Et quum illi dixerint rusticos fuisse  
 apostolos, adiciamus, itē indoctos & illiteratos, pau-  
 peres, abiectos, imprudētes, obscuros. Non sunt hæc  
 maledicta in apostolos, sed gloria, q̄ tales viri toto  
 orbe clariore apparuerint. Siquidē hi ineruditi, ru-  
 stici, indocti, viros & sapiētia & virtute præditos, ty-  
 rannos diuitiis, gloria, & omnibus deniq; externis re-  
 bus se iactantes, ac si viri non fuissent superauerunt.  
 Quocirca constat magnā esse crucis potentiam, ne-  
 que hæc humanis viribus facta esse. Nō enim secun-  
 dum naturā sunt, sed naturā longē excedunt. Quan-  
 do autem aliquid longē præter naturā accidit, idq; &  
 decorum est & vtile: profectō cōstat diuinam quan-  
 dam virtutem, atq; auxiliū in eo operatum. Vide ve-  
 rō, piscator, tētoriorū opifex, publican⁹: indocti, illi-  
 terati, è lōginqua Palæstinæ regione profecti, philo-  
 sophos, rhetores, viros in dicēdo grauissimos à pro-

priis eiiciētes, omnes breui superauerunt: quū tot im-  
 minerēt pericula, populi & reges infestissimi, natura  
 ipsa repugnans, tēporis vetustas longa, & vehemen-  
 tior cōsuetudinis pugna, armati dæmones, diabolus  
 infestus & vniuersa cōmouens, reges scilicet, princi-  
 pes, populos, gētes, ciuitates, barbaros, Græcos, philo-  
 sophos, rhetores, sophistas, oratores, leges, iudicia, va-  
 ria supplicia, varias mortes atq; innumeras. Verūta-  
 men omnia hæc sic deuicta sunt, & piscatorū verbis  
 cesserunt, tanquā pulvis qui spirantiū ventorū impet-  
 tus ferre nō potest. Discamus igitur sic aduersus Gē-  
 tiles disputare, nec tāquā pecora inueniamur, sed spe  
 nostra cōfirmemur, & hoc dūtaxat vel maximē cu-  
 remus quod nō est paruū, & eos his verbis rogemus:  
 Et quoniam pacto imbecilli, fortes, duodecim, orbē  
 terræ, nullo armorū præsidio; sed nudi aduersus ar-  
 matos pugnantes fortiores inuenti sunt? Dic quæso,  
 duodecim tātum viri rerum bellicarum penitus ex-  
 pertes, in innumerum militum armatorum exercitū  
 irruētes, non inermi modō, sed imbecilli corpore ab  
 illis nihil perpeffi sunt: neq; innumeris petiti sagittis,  
 vulnus acceperunt, quibus cōfixi essent, nudo corpo-  
 re omnes prostrauerunt? non armis, sed manu impel-  
 lentes, quorum alios quidē perdiderunt, alios autem  
 captos adduxerūt. Nunquid hoc humani quisquam  
 diceret? At qui apostolorū trophæum longē illo ad-  
 mirabilius. Siquidem q̄ rudis & illiteratus piscator  
 tāta grauitatis homines vinceret, lōgē admirabilius  
 est, t̄quā nudus non vulneraretur. Ille enim neque  
 paucitate, neq; paupertate, neque periculis, neque ea  
 quæ præualuerat consuetudine, neque calamitatum,  
 quas patiebatur acerbitate, nō quotidianis mortib⁹  
 non errantiū multitudine, non decipientiū dignita-  
 te prohibitus est. Hoc igitur pacto p̄sternemus eos,  
 si pugnabimus, & longē magis q̄ verbis, vitæ recti-  
 tudine eorū animos percellimus, hoc maximum cer-  
 tamē est, hic syllogismus certissimus qui per opera ef-  
 ficitur. Nam & si frequēter verbis philosopharemur,  
 non tamē propterea vitā exhiberemus meliorē, nul-  
 lum nobis lucrum accederet. Nō enim verbis atten-  
 dūt homines, sed opera perscrutātur: & inquirunt, Tu  
 prior verbis tuis obtēpera, deinde alios admoneas.  
 Quod si dixeris, innumera esse in futuro seculo bona,  
 & tamen tanquam nō sint, præsentibus rebus affixus  
 videberis, opera tua q̄ verba magis mihi persuade-  
 bunt. Siquidem quum alienarum rerum raptorem a-  
 missa immodicē deplorantē, multis aliis obnoxium  
 criminib⁹ animaduerto, qua ratione tibi resurrectionem  
 credā? Et licet hoc non dicant, cogitant tamen  
 & animo versant, & hoc est quod prohibet, vt infide-  
 les Christiani fiāt. Reuocemus igitur eos vitæ nostræ  
 exemplo. Multi etiā indocti viri, hoc pacto philoso-  
 phorum mentes perculerunt, tanquam re ipsa philo-  
 sophiam ostenderēt, vocem tuba clariorem bonita-  
 te vitæ philosophia emittentes. Ipsa enim q̄ lingua  
 vehementior est. Quum ergo dicam, q̄ non licet suc-  
 censere cuiquam, deinde Gentilem innumeris malis  
 afficio: quo pacto verbis ipsum allicere poterō, eum  
 operibus abigam? Quamobrem eos vitæ integritate  
 alliciamus, & per eorum animas ædificemus eccle-  
 siam, & huiusmodi cōparemus diuitias, nihil est enim  
 quod animæ possit æquiparari, ne vniuersus quidem  
 mundus. Itaque & si immensas pecunias pauperibus  
 eroges, plus tamē effeceris, si vnā conuerteris ani-  
 mam. Qui enim educit preciosum ex indigno, tan-  
 quam

quā os meū erit, inquit. Magnum sanē & laudabi-  
 le est miserere pauperibus, sed magis errantem ab er-  
 rore reuocare. Quippe qui hoc facit, Petrum, Pau-  
 lumq; imitatur: licet enim vt illorum prædicationē  
 accipiamus, nō vt eorum exemplo periclitemur, fa-  
 mem & pestem & alia huiusmodi tolerant: (paci-  
 nanque præsens tēpus est) sed vt voluntate pro prio-  
 res efficiamur. Siquidem & domi sedētes ita piscari  
 possumus. Si quis amicum, si quis consanguineum, si  
 quis vicinū habet, ita faciat: sic Petri & Pauli secta-  
 tor euadet. Sed quid ego hos commemoro: os erit  
 Christi? Qui enim educit preciosum ex indigno, tā-  
 quam os meū erit. Quod si hodie nemini persuaseris,  
 persuadebis postredie, & si nunquā persuaseris, mer-  
 cedē tamen integram habes. Et si non omnibus, pau-  
 cis tamen ex multis persuadeere poteris. Nam nequē  
 apostoli vniuerso orbi persuaserūt: licet cum omni-  
 bus disputarint, & mercedē in omnibus assecuti sint.  
 Siquidem deus non secūdem bonorum operū eue-  
 tum, sed iuxta factorum propositum coronas elargi-  
 ri solet, etiā si duos obolos cōferas, & quod vidua  
 fecit, idem in docētibus operabitur. Noli igitur quū  
 orbem terræ saluum facere nō possis, etiā parua cō-  
 temnere. Neq; maiorum desiderio à paruis te abstra-  
 has. Si centū nequis, decem curā suscipias: si decē nō  
 possis, noli quinque despiciere: si quinque vires tuas  
 excedunt, vnū ne contemnās. Quod si ne hoc quo-  
 que possis: noli desperare, noli labori cedere. Nonne  
 vides in negotiationibus, nō auro dūtaxat, sed & ar-  
 gento mercatores negotiantur? Nā si parua nil con-  
 temperimus, assequemur & magna. Sin autē negle-  
 ctui nobis illa essent, neq; hæc facile assequi posse-  
 mus. Sic singuli diuites euadūt, quū magna simul &  
 parua colligūt. Sic & nos faciamus, vt in omnib⁹ di-  
 tati cœlorū regno perfruamur, gratia & benignitate  
 domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo pa-  
 tri & spiritui sancto gloria, honor, imperium in secu-  
 la seculorū, Amen.

Homilia iij.

**V**erbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia: his  
 autē qui salui fiunt, id est nobis virtus dei est: Scriptū  
 est enim, Perdā sapientiā sapientū, & prudentiā pru-  
 dentum reprobo. Vbi sapiens? Vbi scriba? Vbi disputator ha-  
 ius seculi? Laborātibus & morbo affectis hominibus etiā  
 salubres cibi sunt iniucūdi, & amici & cōsanguine-  
 nei graues, vt sæpenumero nō modo nō cognoscāt  
 sed videātur esse molesti. Haud aliter his quorū ani-  
 mæ perierunt euenire solet. Siquidē quæ ad salutem  
 conferunt, ignorāt: & qui sui curā suscipiūt, molestos  
 arbitrātur. Quod nō rerum natura fit, sed illorū mor-  
 bo: & quemadmodū insanientes amicorū cura &  
 admonitionibus offenduntur, itidē infideles: sed ve-  
 luti, qui læduntur ab illis, nō cōtra ipsi lædūt, sed tūc  
 maximē & misericordia, & lacrymis eos prosequū-  
 tur, quū inde vehementioris morbi cōiecturā faciāt,  
 si amicissimos ignorant: itidem & nos erga Ethnicos  
 faciamus, & eos inuliebrī, vel maiori etiā vlulatu de-  
 ploremus, quoniā communē salutē non intelligunt.  
 Neque enim ad eō vxorē virū suū amare oportet, vt  
 nos vniuersum genus humanū, idq; ad salutem allie-  
 cere, siue Ethnicus sit, siue quiuis alius. Eos igitur de-  
 ploremus, quoniā verbū crucis stultitia eis est, quum  
 sit & sapientia, & virtus. Verbū enim crucis pereūtibus  
 quidē stultitia est, inquit. Nam credibile erat il-  
 los, quum crux à Gētilibus derisui haberetur, huic

† suā sapiētiā] resistere & certare perturbatos ab his  
 quæ a gentibus dicerētur. Quos consolatus Paulus,  
 Nolite arbitrari, inquit, alienū hoc esse, & dignū ad-  
 miratione. Sic secūdem naturā se re habet, vt à pe-  
 reuntibus eius potentia minime cognoscatur. Mōte  
 enim commoti sunt & insaniunt. Propterea maledi-  
 cunt & iniquo animo ferunt salubria medicamenta.  
 Quid dicis homo? propter te Christus seruus factus  
 est, propter te formā serui accepit, propter te & cru-  
 cifixus est, & resurrexit. Propterea opus est, & resur-  
 gentem adorare, & eius admirari humanitatē. Quo-  
 niam quod neq; pater, neq; amicus, neq; filius pro te  
 fecit, id omne dominus pro te & inimico & infesto  
 operatus est. Decet igitur vt eum horum beneficio-  
 rum gratia veneremur, tū autē reū tāta sapiētia præ-  
 ditam, stultitiā appellas. Sed nihil mirum: siquidem  
 pereuntium est, quæ salutē suā cōferant, minimē co-  
 gnoscere. Nolite igitur perturbari, neq; em̄ res nouā  
 est neq; admirabilis, q̄ quispiam à perditis maximē  
 hominibus irrideatur. Neque qui ita affecti sunt, hu-  
 mana possunt persuaderi sapiētia, qua si persuadere  
 volueris, cōtra efficiēs. Quæ enim humanā excedūt  
 rationē, fide duntaxat indigēt. Atq; si rationibus vt  
 velimus ad persuadendum, quo pacto homo factus  
 est deus, & aluum virginis subiit, neq; fide hoc cōfir-  
 maremus, magis nos illi irrideret. Nōne qui rationi-  
 bus omnia inquitūt, hi perditī sunt: & quid de deo lō-  
 quimur? Si in ipsis creaturis hoc faceremus, multus  
 sequeretur risus. Si quispiam qui omnia rationibus  
 perscrutetur, & sibi abs te persuaderi conetur, quo-  
 modo lucē videmus, tu autē id experiare: sed nō pos-  
 ses. Nā si diceres satis esse ad videndū, vt oculi ape-  
 riātur, nō t̄ causam adduxisti, sed rei effectū. Quā ob-  
 rem autem neq; auditu videmus, neque oculis audi-  
 mus, quamobrem non audimus paribus, & auribus  
 olfacimus? Si igitur quum de his dubitet, quoniā eorū  
 rationē reddere nō possim⁹, ille nos ridere debe-  
 ret, longē magis nos illos ridebimus. Nā si vtraq; ex  
 vno cerebro principū habēt, & vtraq; inuicem vici-  
 na sunt membra, quānam ratione nō possunt eadem  
 facere? sed neq; causam neque modum inenarrabi-  
 lis, & variæ operationis cōiectari possumus. Quod si  
 anniteremur, derisui sanē essemus: quā obrem diuinę  
 hoc virtuti & infinitæ scientiæ tribuentes silentium  
 agamus. Nam si dei opera, exteriori sapiētia cōfir-  
 mare voluerimus, maiorē in modū deridebimur, nō  
 propter rerum imbecillitatem, sed propter humanā  
 insipientiam. Magnæ enim res nullā possunt ratione  
 manifestari. Considera autē, si dixero, crucifixus  
 est: Gentilis inquit, & quānam ratione hoc esse potest?  
 sibi ipsi opitulatus non est, quum & crucifixus esset,  
 & tentatus in tēpore crucis, & quomodo postmodū  
 resurrexit, & aliis præstitit auxiliū? Hoc & Iudæi di-  
 cebāt, Qui se nō iuuat, quomodo alios iuuerit? Absur-  
 dū profectō est, inquit: nec immeritō. Etenim o ho-  
 mo supra rationē est, & inenarrabilis virtutis crux.  
 Siquidē quod in rebus difficillimis sit, ipsis difficul-  
 tatibus grauius videtur. Immēse nanque virtutis est,  
 qui ligatus quum sit vineat. Quomodo igitur  
 in tribus pueris lōgē admirabilius fuit, q̄ ingressi in  
 taminum ignis per eum deambularent, quam si nū-  
 quā eō ingressi essent: Et in Iōna q̄ in cete deciderit,  
 & ab eo nihil mali perpeffus sit, multo magis fuit,  
 si absorptus nunquam fuisset: sic & in Christo maio-  
 rem attulit admirationem, quod mortuus mortem  
 solueret;

Mar. 12. d  
Luce. 21.

Mat. 27. e  
Ite qui in  
reb⁹ diffi-  
cilib⁹ ver-  
tebat, Qui se nō iuuat, quomodo alios iuuerit? Absur-  
dū profectō est, inquit: nec immeritō. Etenim o ho-  
mo supra rationē est, & inenarrabilis virtutis crux.  
Siquidē quod in rebus difficillimis sit, ipsis difficul-  
tatibus grauius videtur. Immēse nanque virtutis est,  
qui ligatus quum sit vineat. Quomodo igitur  
in tribus pueris lōgē admirabilius fuit, q̄ ingressi in  
taminum ignis per eum deambularent, quam si nū-  
quā eō ingressi essent: Et in Iōna q̄ in cete deciderit,  
& ab eo nihil mali perpeffus sit, multo magis fuit,  
si absorptus nunquam fuisset: sic & in Christo maio-  
rem attulit admirationem, quod mortuus mortem  
solueret;

solueret, quam si mortuus non fuisset. Noli igitur percontari, quamobrem non iuuit seipsum in cruce deus: ad ipsam enim mortem properauit. Neque idcirco non descendit de cruce, quod nequiret, sed quod noluit. Quippe qui non est mortis tyrannide superatus, quo pacto clauis crucis superare potuerunt: sed hec nobis nota sunt, incredulis autem minimè, idcirco inquit: Verbum crucis pereuntibus quid est stultitia est, his autem qui salui sunt, id est, nobis virtus dei est. Scriptum est enim, Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobo. Nihil ex se grauius ponit, sed quamprimum ad scripturam venit testimonium, qua fretus vehementioribus iam verbis vitur, atque inquit, *Vbi sapiens, vbi scriba, vbi disputator huius seculi? Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi?* Nam quia in dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam deum, placuit deo per stultitiam predicationis saluos facere credentes. Quum dixisset, Scriptum est: Perdam sapientiam sapientum, & re ipsa id probat inquit: Vbi sapiens? vbi scriba? quibus verbis & Gentiles simul & Iudaeos reprehendit. Quisnam philosophus? quis syllogismorum studiosus? quis Iudeorum doctrinam eruditus salutem dedit, & docuit veritatem? Nullus profecto, sed à piscatoribus hæc omnia facta sunt. Cocludens igitur quod proposuit, & his verbis eorum cohibens insolentiam, Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? affert causam quamobrem hæc ita facta sunt. Nam quia in sapientia dei, inquit, non cognouit mundus per sapientiam deum, crux apparuit: hoc est, in sapientia dei, quæ per opera apparuit: per ea enim cognosci voluit. Idcirco hæc & huiusmodi fabricatus est, vt ex visibili rerum similitudine, earum conditor esset admirabilis. Immensum cælum, infinita terra, admirare igitur eorum conditor. Siquidem quum magnū sit & immensum cælum, non modò ab eo conditū est, sed cum facilitate: & quum infinita sit terra, etiā ipsa vt nihil condita est. Propter hoc de illo inquit, quod opera manuum tuarum sunt cæli: de terra autem, Qui fecit terram, vt nihil. Quoniam igitur per hæc sapientiam deus cognosci voluit, per eam, quæ predicationis stultitia esse videtur, persuasit, non rationibus sed fide. Vbi ergo dei sapientia est, non amplius humana indigemus. Et profecto humanæ erat sapientia, dicere tantū & tantū immensū mundi deū conditorē, & tantæ & tam incredibilis potentia: eā considerare, & hac gratia ipsum accipere nos oportebat. Nunc autem non amplius rationibus, sed sola fide opus est. Præterea quæ in crucifixū & sepultum credatur, neque dubitatio vlla relinquatur, quoniam resurrexit, & supernè sedeat, neque sapientia indiget, neque rationibus, sed fide: qua muniti apostoli, nulla sapientia ad deū se cōtulerunt, & facti sunt externis sapientibus sapientiores atque præstantiores, eò magis quò maius est, res diuinas fide acciperē, quam earum rationes perscrutari: id enim humanā excedit naturā. Sed quānam ratione sapientiam perdidit? per Paulum & alios huiusmodi viros nobis cognitum deus ostendit, ipsam stultam esse: ad euangelicam enim predicationem accipiendam, neque sapiens per sapientiam quicquam proficeret, neque indoctus ingenij hebetudine quicquam afferret nocuenti. Quod si res admiratione digna dicenda sit, ineruditio, quæ sapientia, ad hæc susceptionem & aptior est & faciliior. Pastor enim & rusticus citius eam suscipit, & cogitationes penitus cohibet, & seipsum domino tradit: sic igitur sapientiam perdidit. Nam quum prior seipsum deiecit, nulli iam rei utilis est. Siquidem quum ipsam viri-

bus suis vti, & per opera deū cognoscere oporteret, id noluit. Quamobrem etiam in præsentia se eò conferre vellent, non tamē potest. Non enim eiusmodi res sunt. Via namque theologiae profectò longè est, quæ illa maior. Propterea fide & simplicitate opus est, & ea vbi que perquirēda, & exteriori præferēda sapientia. Stultam, inquit, enim fecit deus sapientiam. Sed quidnam, stultam fecit, significat? hoc est, stultam ostendit ad fidei comprehensionem. Nam quum maiorē in modū se in sapientia iactaret, eam primū arguit. Quæ enim sapientia est, nisi fontem ipsum bonorum inueniat? fecit igitur vt stultitia appareret, quum primū suum deprehendit errorē. Nam si cum rationibus inuenire poterat, nihil tamen inuenit: nunc quum omnia maiora videatur, qua ratione quicquam assequi poterit? Siquidem sola fide opus est, non grauitate. Stultam igitur sapientiam ostendit deus, & per predicationis stultitiam saluos nos facere voluit. Stultitiam autē dicit, non quod stultitia sit, sed quæ stultitia esse videatur. Et hoc sanè maius est, quod non aliam quandam sapientiam illa maiorem induxit, sed quæuis sit esse stultitia, hoc pacto superior fuit. Etenim Platonem non per alium sapientiorum philosophum superauit, sed per indoctum piscatorē: hoc pacto maior & clarior fuit victoria. Deinde ad crucis virtutē ostendendam, inquit, Quoniam Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam querunt. Nos autem predicamus Christum crucifixum: Iudæi quidem scandalum, Gentibus autē stultitiam. Ipsis autē vocatis Iudæis atque Græcis, Christum dei virtutē & dei sapientiam. Multa in his verbis prudentia, vult enim significare, quomodo ex contrariis videtur deus, & quod non est humana predicationis. Est autē quod dicit huiusmodi: Quum dicimus Iudæis, credite: respōdet, resuscitate mortuos, sanos facite qui demonibus vexantur, ostēdite nobis signa. Nos autē pro his quid respōdemus? Quod crucifixus & mortuus est, quæ predicamus: hoc verò sufficiens est, vt non solum nolentes non alliciat, sed vt volentes auertat. Non auertit tamē, sed allexit, vicit, superauit. Rursum Græci orationis ornatū, & sophismatum grauitatē à nobis expectūt. Nos verò his quoque crucē adnunciamus, & quæ in Iudæis videtur imbecillitatis esse, id in Græcis stultitia est. Quum igitur non solū quæ petunt non præbeamus, sed contraria. Crux enim non modò non videtur signum esse secundum rationem inquisitum, sed signi abolitio, neque virtutis significatio, sed imbecillitatis argumentum, non sapientia, sed stultitia videtur opinio. Quum igitur qui signa & sapientiam querunt, eorum loco contraria accipiant, quàm desiderant, & per contraria persuasi sint: quo pacto non ineffabilis est eius, de quo hæc prædicatur, virtus? Quemadmodum enim si cuius eorum qui iactantur in mari, & portum percontantur, alter non portum, sed aliā pelagi partem turbulentiorē ostenderet, & cum gratia persuadere posset, vt eò se sequeretur: & medicus quum sanarium hominem, & qui medicinam exposceret, non per medicinam, sed per vitionem rursum sanum reddere polliceretur, id ad habendam fidem alliceret, magnæ profectò virtutis esset: itidem apostoli, non per signum, sed per id quod signis contrarium esse videbatur, vicerunt: quod & in cæco operatus est Christus, quem quum sanare vellet, per rem oculis contraria cæcitate liberauit, quippe qui lutū oculis imposuit. Vt igitur per lutū cæcum curauit, sic orbem terrarum per crucē ad se allexit, quod scādali incrementum non abolitio videbatur. Eodem modo in creatura fecit, contraria per

4. Reg. 6. b

ria per contraria constituens. Arena igitur mare muniuit, vt eius vis illius imbecillitate cohiberetur. Aquæ terrā imposuit, vt soluta & diffluenti, graue & densum insidere faceret. Per prophetas rursum ligno paruo ferrū suspendit, eodem modo cruce orbem terræ allexit: vt enim aqua terrā, sic crux orbem terræ sustinet. Magnæ igitur virtutis atque sapientia argumentū est, à contrariis persuasio. Siquidem scādalo videtur esse crux. Veruntamen non solum non est scādalo, sed scādalum abducit. Ergo quum hæc Paulus intelligeret, & admiraretur, inquit: Quia quod stultū est dei, sapientius est hominibus: [et quod infirmum est dei, fortius est hominibus.] Stultum autē & infirmum de cruce loquitur, non quod stulta aut infirma sit, sed ita videatur. Ad illorum enim opinionem responderet, quod quæ non potuerunt philosophi syllogismis facere, id quæ videbatur stultitia esse, perfecit. Quis igitur sapientior est? qui multis, an qui paucis, vel nemini potius persuasit; & qui maximus de rebus, an qui de his, quæ non sunt, loquitur? Quantū Plato, quantū eius sectatores de linea, angulo, puncto: de paribus & disparibus numeris, & æqualibus inter se & inæqualibus, & huiusmodi araneis nobiscū disputantes, laborarunt? Illarum nanque telis hæc vitæ nostræ sunt inutiliora, quibus ille neque multū neque parū profecit, & sic vita excessit. Quot modis ostēdere conatus est, immortalē esse animā? Nihil tamē manifestum attulit, nihil cuius audientium persuasit, sed ita functus est vita: crux autem per indoctos persuadēdo vniuersum orbem allexit, non de quibuslibet rebus, sed de deo, veritate, pietate, vita euāgelica, & futurorum iudicio disputas: sic omnes & rusticos & indoctos philosophos reddidit. Intuere quo pacto stultum dei sapientius sit hominibus, & infirmū fortius: quod orbem terræ percurrit, & cunctos potenter occupauit. Et quum innumera hominum multitudo, crucifixi nomē extinguere conaretur, contrā tamen euenit. Nam idcirco & floruit, & longè magis auctū est. Illi autē & perditū & corruptū sunt, & viui cum mortuis certantes nihil habuerunt viriū. Itaque si Ethnicus me stultū appellauerit, tūc stultitiam suam maiorē in modū significat. Quo pacto? quoniam ego apud eum stultus existimatus, sapienter sapientior appareo. Et quum me infirmum vocauerit, tunc se longè infirmiorē ostendit. Quæ enim diuino munere publicani, & pisces dirigere potuerunt: ea philosophi & rhetores & tyranni, & simpliciter vniuersus orbis innumera percurrens, ne imaginari quidē potuerunt. Et quidnam crux non aggressa est? de animæ immortalitate disputationē, [de corporum resurrectione,] de præsentium rerum contemptu, de futurorum desiderio. Et homines angelos reddidit, & omnes vbi que philosophantur, & omnē præ se ferunt fortitudinē. Sed & apud illos, inquit, multi etiā mortem contempserunt. Quinā? dic quæso. Nūquid qui venenū hausit? Quod si ab ecclesia huiusmodi homines volueris, innumeros adducā. Nam si orta perfectione veneni haustu mori potuisset, oēs illo fuisset clariores. Præterea non in illius erat potestate bibere aut non bibere, sed vellet nollet, bibere eum oportebat: quod non iam fortitudinis erat, sed necessitatis. Etenim latrones & homicidæ in iudicium vocati grauiora passi sunt, apud nos autē omnia contrā. Siquidem non inuiti martyres passi sunt, sed sponte sua. In eorum enim erat potestate, ne paterentur, quouis tamen adamante firmius perstiterunt. Non igitur admirabile est, si ille

venenum hausit, quum id recusare non posset, & in vltima esset senectute. Etenim septuagesimum se annū agere asserbat, quum vitam contempserit, si quidem id contemnere est. Neque enim ego id dicerem, imò neque alius quispiam. Sed profer aliquem in mediū qui pro tenenda pietate tormenta passi sunt, quæ admodum ego innumeros vbi que terrarum. Quis diuelli sibi vngues vnquam generoso animo pertulit? Quis incisos articulos? Quis sectum corporis? quis caput, quis ossa abscissa? quis in sartagine frequenter positus est? quis in lebetem iniectus? Huiusmodi mihi ostēdas. Quippe qui veneno interiit, non absimilis fuit dormienti, etenim somno dulcior huiusmodi mors esse dicitur. Si autem tormenta aliqui passi sunt, eorum tamen laus perit, pro turpi enim causa perierunt. Alij quidem tanquam infanda locuti, alij tyrannide oppressi, alij in turpissimis rebus deprehensi, alij frustra stultē & sine causa aliqua spe deciderunt. Verū aliter apud nos: propterea res illorum tacentur. Hæc autem florent, & singulis diebus maiorem in modū propagantur. Hoc quum Paulus intelligeret, inquit: Quod infirmum est dei, fortius est hominibus. Quoniam diuina est predicationis. Quod hæc planè constat. Vnde enim homines duodecim, & indocti tātas res aggressi sunt? Quum in lacubus, fluminibus, eremis versati, nunquam in ciuitatem liberè, nunquam in forum proficiscerentur, vnde in vniuersum orbem dispersi sunt? Quod enim timidi essent & imbecilles, qui de his scripsit significat. Siquidem neque eos excusat, neque eorum vitia oculere patitur, quod maximū est veritatis argumentū. Quid igitur hæc de illis scribit? quod post captū Christum, post innumera miracula alij quidē fugerunt, aliorum autem princeps qui remanserat, illum negauit. Quomodo igitur qui dum Christus viueret, Iudæorum impetum ferre non potuerunt, post eius mortem & sepulturam, si non resurrexit, vt vos dicitis, neque eos post alloquutus est, neque fiduciam præbuit, vniuerso orbi obstitit? Nonne inter se dixissent, Quid hoc est? seipsum saluū facere non potuit, & nobis auxiliū præstabit: sibi ipsi non opitulatus est; dum viueret, & nobis mortuus manum porrigeret? Ipse viuus ne gentē quidem vnam subegit, & non vniuerso orbi terrarū illius nomen asserentes persuadebim? Et quānam ratione hoc non tantum facere, sed saltē in animum inducere quispiam posset? Hinc sanè constat, quod nisi resurgentem vidissent, & virtutis eius certissimum cepissent argumentum, nunquam se tātis periculis exposuissent. Nam si innumeros amicos habuissent: nonne quam primum omnium subissent inimicitias, nec veteres permutassent mores, nec legem patriam transulissent? Nunc autem omnes sibi res permixtas hostes, & proprios & alienos comparant. Quod si externorum bonorum gratia in honore habiti fuissent, nonne omnes eos qui nouam institutionem induceret, abominati essent? Verum quum omnibus indigni, & ab omnibus deserti fuerint, par erat hac quod causa inuisos esse omnibus & contemptos. Et quoniam illis beneuolos dixeris: Iudæos ne? verum hi incredibili illos odio persequerentur, eorum scilicet gratia, quæ magister operatus erat. Aut Ethnicos? verū ipsi hoc ignorant Ethnici. Plato enim nouā quandā rempublicam, vel potius reipublicæ partē constituit, sed simpliciter aliis pro aliis rebus inductis, in Sicilia vitæ

Esai. 29. &amp; 33. Abd. 1. c

† Quid autem est.

Psal. 101. d.

† deum cognoscere voluit.

† etenim.

† mortuo.

Socrates.

† cū verè res permixtas tarent mores, ac legem patriam transulissent?

† rempublicam ipsi hoc ignorant Ethnici. Plato enim nouā quandā rempublicam, vel potius reipublicæ partē constituit.



lia vitæ periculum subiit, & id non affecutus, ipsam amisit libertatē. Et nisi barbarus quidā Siciliæ tyrāno clemētor fuisset, nihil prohibuerat philosophū in alienis terris perpetuo seruiturū. Atqui non idem est, & regnū nouum instituire, & nouā religionem. Hoc em̄ maximē humanos animos mouet atq; perturbat. Nam si dicatur, q̄ hic vel ille illā ducat vxorem, & custodes hoc modo cōstituantur: nō satis digna sunt, quæ possint animos perturbare. Et maximē quoniam hæc libris adnotatur, neque nimīa legislator diligentiā adhibet ad ea exequēda. Quod autem dicatur non esse deos, † qui rerum curam habeant, sed eos quidem dæmones, crucifixum autē deū esse: quantā iram excitet, quantum supplicium, quantum bellum mouerit non ignoratis. Etenim Protagoras apud eos, quū aueret dicere se deos ignorare, non vniuersum orbē prædicationibus peragravit, sed in vna ciuitate vltimum subiit periculum. Et Diagoras Milesius, & Theodoros Atheos appellatus, quauis & amicos & vim dicēdi haberent, & in philosophia in omnī essent admiratione, veruntamen nihil horū eis profuit. Et magnus Socrates, qui omnes apud eos in philosophia superauit, propter hoc venenum hausit, quoniā in diūputationib⁹ de his parū quiddā alienasse animos creditus est. Quod si sola innouationis suspicio tātū philosophis viris, & sapiētib⁹, & his qui multa habebāt auxilia, periculū attulit, & nō solū nō affecuti sunt quæ voluerunt, sed & vitam & patriam amiserūt: quid non admiraris, quid nō obstupescis, quum piscatorē in terrarū orbe tam admirabilia operatū, & vota sua consecutū, & Barbaros & Græcos superantem intuearis? Sed hi, inquires, nō induxerunt deos novos, quemadmodum illi. Rem igitur mihi maxima dignam admiratione narras, quoniā duplex innouatio est, vt & qui ferebātur dij, tollerētur, & crucifix⁹ adnūciaretur. Vnde eis huiusmodi prædicatio, vnde hui⁹ exitus fiducia? Quosnā maiorū suorū aliquid tale operatos videre poterāt? Nōnne omnes dæmones adorabant? nōnne omnes elementa deos faciebāt: nōnne in cultu differabant? Verūtamen quū hæc omnia sic se haberēt, ea dissoluerūt apostoli, & breui vniuersum orbem, tanquam alites quidā percurrerūt, non pericula, non mortes, nō rei difficultatē, nō humilitatem suam, non aduersariorum multitudinem, potentiā, facultatem, nō contra se certantium sapientiā reputarunt. Habebāt enim his omnibus longē maius auxilium, crucifixi scilicet, & eius qui resurrexerat, potentiam. Neque aded admiratione dignū fuisset, si ferro certare in orbem terrarū elegissent, quā quæadmodū fecerūt. Lege enim pugnæ contra hostes stare, & ex aduerso locum occupare, & ita in aduersarios disponi, & tēpus insidiarū & congressionis institui oportuit. In apostolis autē nō ita, quippe qui neq; exercitum habebant, sed ipsis se hostibus conferentes, superiores euadebāt, & in mediis inimicis versati, eorū captiōnibus cōfutatissimā cōsecuti sunt victoriā, quæ simplorata est per prophetam] dicentem: Et tu dominaberis in medio inimicorū tuorū. Et quod maximē stupendum fuit, qui illos ceperant, qui in carcerem intruserant, non modo eos non superarūt, sed & flagellantes, & persequentes, ab his quos flagellis & persecutionibus agebāt, victi tandē succubuerūt. His nos ad Ethnicos argumētis vtamur, imō & aliis plurib⁹: Magna enim veritatis vis est, & si audire vul-

† qui colantur.

† suorū paucitatē.

† implorabat prophetiam. Esa. 109.

tis, omnē aduersum illos pugnā vos edocebim⁹. Primum autē hoc in loco duo maximē animaduertamus: & quonā pacto imbecilli fortes vicerint: & quæ spe quū tales essēt, ausi sunt talia instituire, nisi diuino freti essent auxilio. Sed res nostræ sic se habent. Nos autē operibus vitæ officia exhibeamus, & vberimū virtutis ignē excitem⁹. Luminaria em̄ estis, inquit, in medio mūdi lucētia, & maiorē singulis nostrū vsum, q̄ Soli, cælo, terræ & mari tribuit deus, & eō maiorē quo spiritalia potiora sunt sensibilibus. Quum igitur ad Solarē orbem suspicimus, & eius sideris pulchritudinē, & corpus admiramur: reputemus rursum maiorē & meliorē in nobis lucem esse, quemadmodū & tenebras grauiores nisi attenderimus. Etenim profunda nox vniuersum orbem occupat, eā nos abiiciamus, dissoluam⁹q; . Nox non in hæreticis dūtaxat est, atq; Gentilibus, sed in multis nostrorum hominum doctrinā & vitæ gratia. Multi enim resurrectioni diffidūt, multi geniturā sibi pollicentur. Multi obseruationibus se astringūt. Nōnulli fortibus, auspiciis, signis, [alij autem amuletis, & ] magicis carminibus vtūt. Sed aduersus hoc postmodum dicemus, quādo Gētilibus, vt oportet, respōdebimus. Primū autem quæ dicta sunt memoria mandetis velim, & in pugna mihi succurrite, & per vitæ actiones eos ad nos trahatis, & cōuertatis. Quod em̄ semper dico, qui philosophiam docet, primum de seipso id docere, & se auditoribus cōciliare oportet. Conciliemus igitur nobis Gentilium beneuolentiā: hoc autē consequemur, si non malē facere, sed malē pati parati erimus. Nōne pueros videm⁹, quū gestati à parētibus, gestantis se maxillas percutiunt, quāmlibēt illa filio se percutiendū exhibet, vt ira exatureretur, quā quū posuisse videt, letatur. Itidem & nos faciamus, & quemadmodū patres erga filios, ita nos cum Gentilibus disputemus. Pueri nanq; sunt omnes Gentiles. Et hoc eorū quidam dixerunt, quod semper pueri illi, & nemo illorum senex. Vt igitur pueri nullius vtilitatis curam suscipiūt, non secus Gentiles omni tēpore lusu vacare volunt, & humi abiecti iacent, & humiliū rerū desiderio tenētur. Pueri nō nunquā quū de necessariis rebus verba facimus, quæ dicūtur, nō intelligunt, sed rident semper. Eiusmodi Gētilis sunt, quū de cælesti regno disputamus, risibus cōcutiūt. Et veluti ex ore pueri multa manat salua, quæ interdū & cibum & potum corrumpit: sic quæ à Gentiliū ore verba effluūt, & inania & turpia, etsi necessariū cibū præbueris, maledictis te dolore semper afficiūt, & amoueri precātur. Pueri præterea quū furē domum ingressum, & quæ domi sunt, auferentē cōspiciantur, nō modò eū non vlciscuntur, sed insidiant arrident. Si autē calathum eis, vel sistrum, vel quiduis aliud ludicrū abstuleris, molestē id ferūt animo, angūtur, se lacerāt, calcibus pavimentū pulfant: Itidē Gentiles quū diabolū omnia & patrimonium, & quæ ad vitā necessaria sunt, surripierem videāt, ridēt, & tanquā ad amicū obuiā proficiscūt. Verum si quis possessiones, diuitias & alia huiusmodi auferat: lamētantur, & se lacerāt. Et quæadmodū pueri nudi non id sentiunt, neq; erubescūt: nō aliter Gentiles cū meretricibus & mœchis versati naturæ leges nudantes, & scelestos inducentes concubitus, non aduertunt. Plaudite igitur maiorē in modum, & dominum laudate, sed cum plausu annitami, ne de nobis ea dicantur. Quare hortor omnes, vt viri effici-

† Dignum Synon.

† Quod enim doctrinam adeo sapientem, & quæ sapientia aliis omnes excederet, indocti susceperunt. Act. 13. b. 17. g.

ri efficiamini: nā si pueri essem⁹, quæ ratione illos viros esse docebimus, quo pacto à puerili stultitia auocabimus? Efficiamur ergo viri, vt perueniamus ad ætatis nostræ terminū, qui à deo nobis institutus est, & futurorum bonorum fiamus participes, gratia domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula.

Homilia quinta.

**V**idete enim vocationē vestram fratres: quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, nō multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi, elegit deus, [vt confundat sapientes.] Quum dixisset, stultum dei sapientius esse hominibus, ostēdit humanam eiectam esse sapientiam & scripturarum testimonio, & rerum exitu. A testimonio quidem quum inquit: Perdam sapientiam sapientum. Ab exitu autem per interrogationem his verbis sermonem inferens: Vbi sapiens? vbi scriba? Item ostendit nō nouam rem esse, sed veterē, tanquā antiquitas & præfigurata & prædicta. Scriptum est enim, inquit, Perdam sapientiam sapientum. Præterea demonstrat cum vtilitate & ratione hæc ita instituta esse. Nam quia in sapientia dei, inquit, nō cognouit mundus deum, placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credētes. Et quod crux ineffabilis virtutis & sapientiæ est argumentum, & quod multo maius stultum dei est, quā humana sapientia: & hoc rursum nō per magistros, sed per ipsos discipulos palām fecit. Videte enim, inquit, vocationē vestram. Nō enim indoctos solum magistros, sed indoctos discipulos elegit: quia non multi sapiētes secundum carnem. Hoc pacto & vehemētius id & sapientius ostenditur, quū & multis & non sapientib⁹ persuaserit. Difficilius enim indoctis persuademus, maximē quum de rebus necessariis & magnis sermo habetur. Persuaserunt tamen, & ad hanc rem eorum adducit testimoniū. Videte enim vocationē vestrā fratres: hoc est, considerate & perscrutamini. † Quod enim tanta præditi sapientia viri vt omnes excederent, doctrinam indoctorum susciperent, ] maximā magistri testatur sapientiam. Sed quid significat, Secundum carnem: hoc est, secundum quod in præsentī vita videtur, & secundum exteriorem eruditionē. Deinde ne sibi ipsi contradicere videretur: persuasit enim proconsuli, persuasit Areopagitæ, persuasit Apollini, & alios item vidimus sapiētes prædicationē secutos: idcirco nō dixit, nemo sapiens: sed, nō multi sapientes. Siquidem non per sortē indoctos vocauit, dimisit autem sapientes, sed & hos accepit, & illos longē magis. Quid tandem? Quoniam qui secundum carnem sapiēs est, is in multa versatur demētia. Et is maximē stultus est, quum corruptā doctrinam nolit abiicere. Quemadmodū igitur medicus quispīam, si medicā artē eos docere vellet, qui pauca in ea malē & perperam cognoscerēt, non facilē doceri paterētur: qui autē nihil scirent, hi maximē quæ dicerētur, acciperēt: sic hoc in loco vsu venit. Indocti magis crediderūt, quippe qui in vltimā demētia nō venerāt, vt seipos sapiētes arbitrarētur. Hi nāq; maximē stulti sunt, qui cogitationibus suis, quæ nisi per fidem inueniri nequeūt, se inuētuos pollicētur. Etenim quū faber forcipe ignitum ferrum accipiat, si alius id digitis accipere cōtendat, vltimam illius amentia cōiectabimur: itidē & philosophi per seipos huiusmodi inuenire conati, fidē coinquinarūt. Propterea nihil, quod quærerent, inuenire potuerūt. Nō multi potentes, nō multi nobiles. Quippe qui superbia ple-

ni sunt. Nihil enim ad diligētē dei cognitionē adeo inutile est, vt [stulticia] & diuitiarum cupiditas. Nam & in præsentī rerum admiratione animum confirmat, & nullā futurorū rationē fieri sinit, & curarum multitudine aures obstruit. Sed quæ stulta sunt mūdi, elegit deus. Quod est maximū victoriæ argumentū, quū per indoctos superauerit. Neq; enim tantopere Gētilis erubescerēt, si à sapiētibus vincerētur. Verū tūc cōfundūtur, quū artificem quendam & vulgare hominē melius quā seipos philosophantem intueātur. Quare inquit, Vt sapientes † pudeat. ] Et nō solum in hoc id effecit, sed in aliis quoq; vitæ rebus. Nam in firmamundi elegit deus, vt cōfunderet fortia. Nō enim indoctos dūtaxat, sed & pauperes & cōtēptibiles & ignobiles vocauit deus, vt potētes cōfunderētur. Et ignobilia mundi, & contēptibilia elegit deus, & quæ non sunt, vt ea quæ sunt, destrueret. Et quidnam quæ nō sunt, appellat? Eos scilicet qui nihil se esse arbitrātur, ppter nimīā eorū exiguitatē. Sic incredibile significauit potētia, quum per eos, qui nihil esse videbātur, magnos subigeret. Quod & alio in loco inquit, Quod virtus mea in infirmitate perficitur. Magna siquidē virtus est, vt homines abiecti, & nulla vnquā doctrina imbuti, repentē in supercælesti doctrina philosophari erudiantur. Nam & medicū, & oratorē, & alios omnes tūc maximē admiramur, quū admodū indoctos persuadendo erudiant. Quod si maximā cōcitat admirationē, si quis de arte rationibus rudē instituat, longē admirabili⁹ est, tantā philosophiā edocere. Verū nō admirationis tantū, neq; ostentadæ virtutis gratia hoc fecit, sed vt superbos cōprimeret. Quare superius dixit, vt sapiētes pudefaciat, & fortia quæ sūt destrueret: & hoc rursum in loco, Vt nō gloriatur omnis caro in cōspectu dei. Omnia em̄ deus propter hoc facit, vt superbiā, atq; animi elationē cōprimat, & iactantiā deiiciat. Et vos in hoc, inquit, versamini. Omnia molitur vt nihil nobis, sed deo tantū attribuamus. Et vos huic & illi homini vosipos addicitis. Et quāmnā vobis veniā cōparabitis? Etenim ostēdit deus impossibile esse quēpiā per seipsum dūtaxat salutē cōsequi: Quod in principio fecit. Non enim tūc per se tātum saluari poterant, sed oportuit, cæli pulchritudine & magnitudine terræ, & cæterarū creaturarū corporibus cōsideratis, sic erigi ad tatorū operū conditorē. Fecit autē hoc vt primū futurā sapientiæ opinionē amoueret: quæadmodū si magister discipulū se sequi præcipiēs, quocunq; duxerit, cum deinde præoccupantem eū & ex se omnia discere volentem intueretur, errare eū permetteret, & sibi ipsum ad doctrinā nō suffecurū ostēdens, tunc præcepta sua induceret: itidē deus præcepit, vt principio per creaturæ cōprehensionē, se homines sequeretur. Quod cū nollēt, experientiā sibi eos nō satis esse ostēdēs, tūc ad se aliter allexit, † dedit pro libro mūdū. Nō tamē in hoc philosophi curā illā adhibuerūt, neq; ei obtēperare voluerūt, neque quā præceperat vti ingredi, passi sunt. Idcirco alterā iduxit priore certiorē, quæ suadebat, nō satis sibi per seipsum hominē esse. Tūc em̄ cogitationes excitare, & per creaturā erectos animos exteriori vti sapiētia oportuit. Nūc autē nisi quis stultus efficiatur, hoc est, nisi omnē ratiocinationē & omnem euacuet sapientiā, & fidei totus inhæreat, impossibile est quempiam saluari. Non paruum igitur, ex quo viam facilem reddidit, morbum inde diuulsi: ne scilicet homo gloriaretur, neve magnam de se

† Dederat pro libro mundum nō samē.

de se opinionē excitaret. *Ne gloriatur, inquit, omnis caro.* Hinc em̄ peccatū proficiscitur, quoniam sapientiores dei legibus esse contēderunt, nolētes ita discere, quēadmodū ipse sancit. Propterea omnino nō dicerūt, ita & in principio factū est. Dixit deus Adē, hoc facito, hoc autē caucto. Ille ac si ampli⁹ quiddā inuētūrū se arbitraretur, mādatū prauaricauit: id cōque quod habebat, perdidit. dixit inde successorib⁹ eius, Nolite in creatura permanere, sed per eā cōditorē cōsiderate. Illi autē tanquā sapiētius quiddā, quā praeicipiebantur assecuturi, innumeros labyrinthos mouerūt, quibus & fecū ipsi, & inuicē cōtēderunt. Nō tamē deū inuenire, neq; de creatura manifestū aliquid inuestigare, & verā de ea gloriā assequi potuerūt. Idcirco rursū maiorē in modū opinionem eorū auferens, indoctos primū inducit, ostēditque omnes superna indigere sapiētia: nō solum autē in cognitionis ratione, sed & in aliis omnibus, & homines & ceteras creaturas, vt se plurimū indigerēt, instituit: vt hac gratia maximā haberēt & subiectionis & familiaritatis occasionē, ne resiliētia perderēt. Propterea non permisit satis eos sibi esse. Nam si nunc in necessitate constituti multi deum contēnūt, quid futurū esset, nisi hęc vrgeret necessitas? Itaque nō inuidia eis hęc gloriā sustulit: sed vt à perditione, quā illic erat, eos abstraheret. *Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio.* Ex ipso, hoc in loco non de deductione in esse, Paulū dicere arbitror: sed de fide filios dei fieri, nō ex sanguinibus, neque ex volūtate carnis. Nolite igitur opinari, quā ablata nobis gloria, sic nos dimitteret, verum aliā longē maiorē largitus est. Coram illo enim gloriari non oportet, cuius filij estis per Christū huic facti. Et quum dixit, *Quae stulta sunt mūdi, elegit deus, & ignobilia: his verbis ostēdit, qui deum patrē habet, eum esse omnib⁹ nobiliorē.* Huius autē nobilitatis non hic, & ille, sed Christus nobis author est: qui nos & sapiētes, & iustos, & sanctos reddidit. Hoc enim nobis per ea verba significatur: *Factus est nobis sapientia.* Quis igitur nostrū sapientior est? Nō hi qui Platonis habēt sapientiam, sed qui ipsum Christū deo sic volēte. Quid autem significat quod inquit, à deo? Quum magna de vnigenito locutus esset, tunc patrē attigit, ne quis ingenitū filium existimaret. Quū igitur dixisset, quā tāta potuit, & omnia filio largitus est, sapiētiam ipsum nobis factum esse dicens, & iustitiam, & sanctificationem, & redēptionem: per filium rursū omnia ad patrē referens, dixit, à deo. Sed quomobrem non inquit, sapientes nos fecit, sed factus est nobis sapiētia? vt scilicet muneris liberalitatē significaret, ac si dicat: Se ipsum nobis exhibuit. Et animaduerte quomodo ordine procedit. Primū enim nos sapientes fecit, quū sustulit errorē, & tum demū iustos & sanctos reddidit, spiritū nobis elargitus, & sic omnibus nos malis liberauit. Itaq; nō essentia, nō substantia significatiuum est, sed fidei. Alio igitur in loco inquit, quā nos facti sumus iustitia in ipso. ait em̄, *Qui nō cognouit peccatum, peccatū pro nobis fecit, vt nos fieremus iustitia dei in ipso.* Hoc autē in loco ipsum inquit iustitiam nobis factū esse, vt liceret volēti liberaliter eius fieri participē. Nō enim hic vel ille sapiētes nos fecit, sed Christus. Qui igitur gloriatur, in domino gloriatur nō in hoc vel illo. A Christo facta sunt omnia. Quāobrē quū dixisset, *qui factus est nobis sapientia, &*

A iustitia, & sanctificatio, & redemptio, adiecit: *Vt quēadmodum scriptum est, qui gloriatur, in domino gloriatur.* Idem admodum vchemētius cōtra Gentiliū sapientiā inuectus est, vt hoc ipsum hominib⁹ persuaderet quod decēs est, vt in domino gloriētur. Siquidē quū à nobis ipsis quā naturā nostram excedunt, disquirimus, nihil nobis stultius fit, nihil imbecillius. Fieri enim potest, vt quis acutā linguā habeat: quā autē doctrina sit constans, impossibile est. Verum humanae cogitationes aranearū telis aequiparantur. In tantum enim insanie nōnulli processerūt, vt nihil in rebus verum esse contēdāt, sed cōtraria omnia quā videātur: nihil igitur tuū dixeris, sed in omnibus in deo gloriare. Nulli vnquam hominū quidpiam tribuas. Nam si Paulo nihil tribuendū est, longē minus aliis. *Ego enim, inquit, plantauit, Apollo autem rigauit, sed deus incrementum dedit.* Qui in domino gloriari didicit, nunquam in superbiam efferetur, sed semper cum moderatione viuet, & in omnibus deo gratiam aget. Non autem Gentilium opera huiusmodi, sed omnia sibi ipsis vendicāt. Idcirco ex hominibus sibi deos constituerūt, sic eos stultitia suffocauit. **Morale.**

Sed iam tēpus est, vt cōtra eos pugnam incamus. Vbi igitur in hesternō sermone nostram reliquimus orationē, dicebamus nullo pacto secundū humanā rationē fieri potuisse, vt piscatores philosophos superaret. Verūtāmē possibile factū est: quamobrem planē cōstat, id à gratia factū. Dicebam⁹ eos nequaquam intelligere eiusmodi mysteria potuisse, & ostēdimus nos non solum ea intellexisse, verum & ad finē perduxisse facillimē. Eandē hodierna die orationis summam experiamur. Et vndēnam eis cōtigit, vt orbem terrā superare cōsiderent, si nō viderūt Christū resurrexisse? Nōne desperassent, vt tale quiddā temerē & frustra auderēt? Etenim omnē excedit insaniam, si quisquā sine diuina gratia tantam rem aggredi cōsideret. Quā autē ratione insani & temerarij id essent assecuti? quā si sani erāt, quemadmodū re ipsa ostēditur, quo pacto, nisi firmissima è caelis pignora accepissent, è superno muniti essent fauore, tantum bellum sustinere, & audacter se terrā & mari credere, & duodecim homines gētes tāto tēpore suis inhārētes opinionib⁹, toto orbe cōmutato, ita exuere & cōfirmare potuerūt? maximē quum ad caelum & supernas sedes eas aduocarēt, vnde auditoribus id persuadere cōfidebāt? Nam si in gloria, diuitiis, potētia & doctrina educati fuissent, nihilomin⁹ ad tārā rei ausus efferri eos nō decebat, maiori tamē fiducia id aggredi potuissent, verum horū alij in stagnis, alij in coriaria, alij in publicana arte versabātur. Quibus artibus nihil philosophiē, nihil persuasiōnib⁹, vt magna quispiā aggrediatur, inutilius maximē quū nullum haberent exēplum: vel potius nō modo nullum vt assequerentur, quā moliebātur, sed vt nō assequerentur habebant: & hęc omnibus manifesta sunt. Multi enim quum vitā consuetudines innouare aggressi essent, extincti sunt: neque hęc apud Gentiles dico, siquidē illa nō planē constabant: sed apud Iudaeos, & in eodē tēpore, nō cum duodecim hominibus, sed cum magna hominum multitudine rebus incubentes. Etenim Theudas & Iudas cum plurimos haberēt, cū discipulis suis perierūt, quorū formidine satis admoneri poterāt, nisi maximē persuasi essent, sine diuina virtute non posse vincere. Quod si posse cōfidebant, quā spe tāta subierunt pericula, nisi quā futura

futura erant, conspexissent? Concedamus igitur, quā obtinere id speraret: quid inde expectabāt utilitatis, si ad eū qui nō resurrexerat, vt dicitis, omnes allexissent? Si enim in praesentia, qui caelorum regnū & innumera illa bona credunt, nō facillē subeunt pericula, quomodo illi frustra tanta in malo maximē perpeffi essent? Quod si nō facta sunt, quā facta sunt, neq; in caelū Christus ascēdit: quare hęc fingere, & hominibus persuadere cōtendebāt, & deum offendere, & innumera supernē fulmina expectare nō verebātur? Præterea si viuēte Christo tata ausi essent, post mortē sanē ausus illi extincti fuissent: visus nāq; eis esset fallax, & derisor, nisi resurrexisset. An ignoratis exercitū imperatore & rege superstitē, quāuis imbecillior sit, cōfirmari tamē: illis verō amissis, etsi firmissimus sit dissolui? Quibus igitur verbis ad persuadendū vsi sunt, cū aggressuri essent praedicationē, & in vniuersum orbē egredierentur? Quibus autem impedimētis vnquā cohiberi potuerunt? nā si insani erāt, nō enim idem repetere desistam, nihil omnino proficere eos oportuit. Nemo enim inspicitibus parer. Sin autem profecerūt, vt planē apparet, & exitu ipso ostēditur, omnibus fuerūt sapientiores. Quod si ita est, satis cōstat, nō simpliciter ad praedicationē processisse. Si enim non viderunt ipsum resurrexisse, quidnam satis causā erat, quā eos ad bellum excitare potuisset? **Mat. 27.** Quid nō eis id dissuasisset? dixerat Christus: Post tres dies resurgam, & caelorum regnū promiserat: dixerat quod accepto spiritu sancto, orbem terrā essent superaturi. Dixerat & alia multa, omnē excedētia naturam. Itaq; si nihil horū fuit, viuētē secuti, mortuo nō credidissent, nisi eius vidissent resurrectionē. Dixissent enim, Post tres dies inquit resurgā, & nō resurrexit. Spiritū sanctū pollicitus est se nobis missurum, & nō misit. Quo igitur pacto cū praesentia eum arguāt, futura credemus? Quā autē gratia nisi resurrexisset, resurrexisse praedicabāt? Quoniam, inquit, ipsum diligebāt. Atqui odio iā haberi credibile erat deceptorē, & proditorē, qui eos plurima spe excitasset, & domo, parētibus, & omnib⁹ deniq; rebus spoliasset? & cum vniuersam Iudaeorū gēte eis hostes cōparasset, deinceps tradiderit, etsi ex imbecillitate id factum esse cognouissent. Nūc autē & nimia reputasent malignitatē: oportet nanq; verum dicere, neq; mortalē hominē caelū polliceri. Quomobrem contra illos facere decuit, vt scilicet illius fraudes praedica- rent, & mendacē & magum dicerent. Sic enim se & periculis & bello liberassent. Nam si militibus argentum dederunt Iudaei, vt dicerēt discipulos Iesu corpus furatos esse, si ipsi accedētes discipuli dixisset id se furripuisse, neq; surrexisse: quoniam eos honore Iudaei dignati fuissent? Itaq; & premiis & honorib⁹ ornari potuerūt. Quā igitur ratione & contumeliis & periculis ea bona cōmutarūt? nisi diuina quaedā virtus sic eis persuasisset, quā his omnib⁹ erat potētior. Quod si nodū persuadere possumus, reputa & illud quā nisi hoc esset, etsi maiorē in modū essent cōfirmati, nō tamen Christū praedicassent, sed eū hac, quam dico, causa abieciissent. Nostis enim quā neque nomina volum⁹ eorū qui ita nos seducūt audire. Et quāobrē eius nomē praedicabant, per id mundum subigere expectantes? Atqui cōtra omnino sperandum erat, quoniam etsi superaturi fuissent, periissent tamen deceptoris nomen ferētes in mediū. Quod si occulte priora voluerūt, tacere oportebat: quoniam certa-

men hoc longē maius & bellū excitauit, & risum. Vnde autē eis huiusmodi cōmentum? Etenim quā audierant, exciderūt. Nā si nullo metu perturbati multa obliuioni mādarunt, & multa ignorarunt, quēadmodū inquit euāgelista, cū tantū deinde immineret periculū, quo pacto nō omnia penitus obliuī sunt? & quid dico verba, cum ipsis discipulis desiderū paulatim futurorū formidine languerit? quod ipsis etiam exprobrauit. Siquidē cū antea eius spe penderēt, & frequēter interrogarēt, quō vadis? post cū longo sermone dinumerasset, quā post ipsam crucē eis erant euētura, & idcirco formidine perturbati essent, audi quomodo hoc ipso eis obicit: Nemo, inquit, ex vobis interrogat me, quō vadis? Sed quia hęc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrū. Si igitur qui eū & mori & resurgere expectabāt, tāto afficiebātur dolore: si eū resurrexisse nō vidissent, quomodo & perire & terrē se cōdere totis viribus nō cōtēdisset, & fraudis ignominia, & futurorū metu perterriti? Vnde verō preclara illa dogmata didicerūt? Preclariora em̄ in posterū audituros pollicirus est: Multa em̄, inquit, habeo vobis dicere, sed non potestis portare modō. Itaq; de quibus loquebatur, ea praecleariora erāt. Vnus autē discipulorū nec in Iudaeā aequo animo cū eo proficisci patiebat, cū periculū intelligeret. Sed, inquit, eam⁹ & nos, & moriamur cū eo. aegre ferēs mortis expectationē. Si autē Christi comes tāti faciebat mortē, vt idcirco effugeret, cū & Christus & reliqui abessent apostoli: quā mēte eū fuisse credēdū est? Magnū sanē argumentū erat impudentiā. Quid autē dicere poterāt ad praedicandū egressi? Passionē Christi vniuersus orbis norat. Etenim in alto ligno pepēderat, & in meridie & in metropoli & ī die maximē solēni, ī qua impossibile erat vt à quoquā igno- raretur. Resurrectionē autem exterorū nouit nemo: quod nō paruū eis ad persuadēdū erat impedimētū. Quod em̄ sepultus esset, omnī ore ferebatur. Et quā furati essent corpus eius discipuli, & milites & Iudaei omnes afferēbāt. Quod autē resurrexerit, exterorū inquā nouit nemo. Vnde igitur vniuerso orbi id persuadere cōnisi sunt? Nā si inter miracula milites persuasi sunt cōtraria testimonia perhibere, vnde hi sine miraculis praedicare sperabāt? Neq; obolū quidē habebāt, vt mari & terrā resurrectionē persuaderēt. Quod si gloriē cupiditate hoc machinabatur, multo magis singuli sibi ipsis, & non mortuo dogmata illa vēdicassent: sed nūquid adhibita esset eis fides? Et de quonam potius auditores credidisset, an de illo qui & captus & crucifixus fuerat, an de discipulis qui Iudaeorū manus effugerāt? Et quānā ratione dic quāso, quum hoc facturi erāt, nō statim Iudaeā relicta in externas profecti sunt ciuitates, sed in ea remorati sunt? Quonam pacto, nisi signa fecissent, persuadere potuissent? & si signa faciebāt, faciebāt enim: dei virt⁹ id operabatur. Si autē nullis signis persuadebāt, multo erat admirabilius, vt ita contingeret. Nōne, quāso, & Iudaeos norāt, & prauū eorū & inuidia tumentē animum? Etenim Moysem post deambulatum pelagus, post victoriam & trophaeum illud admirabile, quod sine sanguine per illius manus constitutū est contra Aegyptios qui se eis seruos fecerāt, post māna, post petras, & inde scaturientes fluuiorum fontes, post innumera admiratione digna, in Aegypto, in rubro mari, in deserto opera, lapidauerunt: Hieremiam in lacū proiecerunt: multos prophetas inter-



emerūt. Audi igitur quid locutus est Helias post tremendam illam famem & admirabilem pluuiam & ignē, quē de cœlis eduxit, & inopinatum holocaustū, postquā lōgissimē à regionib⁹ illis profugit: Domine prophetas tuos interemerūt. Altaria tua destruxerunt, & derelictus sum ego solus, & quærūt animā meam. Atqui nullas hi leges abrogabāt. Horū igitur exemplo quid, quæso, sperare poterant apostoli: Et enim omnib⁹ illis erāt abiectiones, & illa innouabāt, quorum gratia magistrum suum Iudæi crucifixerāt. Præterea non adeo toleratu graue videbatur, Christum illa asseruisse, siquidem fortasse ad gloriam sibi comparandam eum ita fecisse arbitrābatur. Apostolos autē vehemēiori odio persecuturi erant, vtrupta qui alterius gratia certassent. Sed nūquid eis Romanorum leges opitulabantur? Verum hæ maiori erāt impedimēto, quippe quib⁹ sancitū erat, Omnis qui se regem facit, non est amicus Cæsari. Itaq; vel hoc duntaxat satis poterat impedire, quod scilicet quū rex existimatus esset Christus, eius discipuli erāt, & illius doctrinā seruare testabatur. Quid autem eos in tāta penitus traxit pericula? Quid de Christo locuti persuasione dignū intelligebāt? Num quod crucifixus esset, num quod ex muliere Iudæa genitus, & ea quidem paupere & Iudæo fabro nupta? Num quod ex gēte esset vniuerso orbi exosa? Verū hæc omnia nō modō nō persuadere & allicere auditores, sed obstare facile poterāt, & maximē quū à tentoriorū opifice & piscatore dicerētur. Nunquid hæc omnia intelligebāt discipuli? etenim timida ingenia plura quā sint sibi possunt effingere. Talia autem discipulorum erāt: vnde igitur id se consecuturos sperabant? vel potius omnis spes aberat, quū innumeræ eos causæ abducerent, nisi Christus surrexisset. Nōne etiā stultissimis planē cōstat, quod nisi vberriam & maximā essent gratiam cōsecuti, & resurrectionis certa pignora accepissent, non modo nihil operari, nihil assequi, sed ne hæc quidē excogitare potuissent. Nam si inter tot impedimēta nō ad perficiendū tātum, sed ad excogitandū, tanta operati sunt, & omnīū opinionē superarunt, sanē vbiq; cōstat nō humanis viribus, sed diuina gratia ea omnia effecisse. Has igitur rationes nō aduersus illos dūtaxat, sed inuicem adducamus. Hoc enim eo pacto facilius fiet nobis reliquorū inuestigatio. Neq; quoniā faber sis, idcirco hāc à te curam alienā existima. Siquidē & Paulus tētoria faciebat. Sed dices, quod ex gratiæ plenitudine omnia loquebatur. Veruntamen ante gratiā ad pedes Gamalielis se contulit, & propterea gratiā consecutus est, quoniam mentē gratia dignā exhibuit. Et postmodum rursus artē suam exercuit. Neminem igitur artis suæ pudeat, sed eos tantum qui ociofam vitam agūt, qui magna ministrorū copia, qui incredibili cultu fruuntur. Quod enim homo ad cōparādū sibi victū semper se exerceat, philosophiæ id genus est, eorū animæ mūdiores sunt, & mētes firmiores. Piger enim multa incassum facili⁹ loquitur, multa perperā agit, & per totā diē nihil operatur. Torpet plurimū. Qui autē in negociis occupat, nō facile quicquā superfluū neq; verbis, neq; re, nec cogitationib⁹ suscipiet. Tota nanq; omnino anima ad laboriosam vitā instituta est. Nolimus igitur eos despiciere, qui manuum suarū labore victū sibi quærunt, sed ea potius gratia laudibus profequamur. Et quānam tibi gratia, dic quæso, cū relicta à patre hæreditatē, nihil ipse opera-

us inutiliter omnia consumis? Non animaduertis, quod non omnes eandem reddemus rationē? Sed qui maiore in hac vita vsi sunt licentia, hi grauius: qui vero laboribus, paupertate, vel aliis huiuscemodi calamitatibus afflicti sunt, hi mansuetius iudicabuntur. Hęc autē ex Lazaro & diuite satis manifesta. Tu enim in nulla re necessaria ocio tuo vsus meritō argueris. Pauper autem post negocia reliquū temporis in necessariis rebus cōsumens, magna cōsequitur præmia. Sed militiam mihi adduxeris, & in ea exercuisse te causaberis, non tamen id dignū est excusatione cōmentum. Etenim Cornelius centurio erat, non tamē illius dignitatis gratia, vitæ diligentia cōtempnit. Tu autē cum saltatoribus & histrionibus vacas, & totā in scena vitam cōsumas, minimē militia opus esse arbitraris. Non principū adducis formidinem. Quum verō ad ecclesiam te vocamus, innumera affers impedimenta. Et quid in die illa dices, cum flammam, & igneos fluuios, & vincula insolubilia intueberis, & dentū stridorē audies? Quis te eo tēpore defendent, quū cerdonem quempiam rectē vixisse, & omnī fruētē gloria cōspicaberis, te autē in præsentiam mollibus vestibus conspicuum, & vnguētum olentē grauius affici calamitatibus? Quānam tibi diuitiarū & copiæ erit vtilitas? Quod cerdoni paupertatis damnum? Ne igitur ea perpetiamur, quæ in præsentia dicuntur, formidemus: & quicquid nobis temporis datur, in necessariis reb⁹ impēdamus. Hac enim ratione pro cōmissis sceleribus deum placantes, in posterum bonis operibus cœlorum regnum consequi poterimus, gratia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorū, Amen.

Homilia vi.

**E**t ego quum venissem ad vos fratres, veni non per sublimitatē sermonis aut sapientiæ, adnūcians vobis testimonium dei. Non enim iudicauī scire me aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixū. Nihil animo Pauli in certamine audētius, vel, vt melius dicā, nō eius animo. Nō enim Paulus hæc inuenit, sed nihil gratiæ operati in eo & omnia vincētī æquale. Satis igitur superius dictū est, vt eorum qui se in sapientia iactabant, superbia deiiceretur, imō & dictorum pars suffecisset. Itaq; clarissima facta est victoria, & cū his quæ dicta sunt, iterū certamē aggrediū, & positus contrariis rursus cōtra insurgit. Animaduerte autem. Adduxit Paulus prophetiā dicentē: Perdam sapientiā sapientum. Ostēdit dei sapientiā, quod per ea quæ videntur esse stultitia, exteriorem confudit philosophiā. Ostendit quod stultū dei sapientius est hominibus, & quod non solum per indoctos docuit, sed indoctos vocauit. Nunc verō quod ipsa prædicatio, & prædicationis mod⁹ poterat facile auditores perturbare, non tamen perturbauit. Non enim discipuli, inquit, duntaxat fuerūt indocti, sed & ego qui prædico. Idcirco ait: Et ego fratres. Iterum fratrum nomine eos appellat, quo orationis lenit asperitatem. Veni nō per sublimitatē sermonis, adnūcians vobis testimonium dei. Quid enim, dic quæso, si per sermonis sublimitatem venire voluisses, nunquid poteras? Ego quidē si voluissē, nullo pacto potuissē. Potuisset autē Christus modo si voluisset, sed noluit, vt clarior apparet victoria. Quare quum superius significaret, quod eius opus & voluntas facta est, vt ita indoctē dei verbum prædicaretur, ait: Non enim misit me Christus baptizare, sed euāgelizare, nō in sapientiā verbi. Longē autem

gē autē maius, & sine cōparatione quidē, in hoc dei voluntas fuit quā Pauli. Non igitur eloquentiā ostentans, inquit, neq; exterioribus munitus verbis dei vobis adnūcio testimonium. Neq; prædicationē sed dei testimonium appellauit, quod ipsum satis dissuadere poterat. Mortē enim in orbe terrarū prædicabat: idcirco addidit: Nō enim iudicauī scire me aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Quo verbo significauit omnino externā se expertē sapientiā, quæ admodū & superius cū inquit: Veni nō per sublimitatē sermonis. Quod autē ipse eā habere potuisset plane constat. Cuius enim vestimēta mortuos suscitauerunt, & vmbra morbos expulerūt, longe magis illius anima pollere faciūda potuisset. Siquidē hoc discipuli est, illud autē artē omnē excedit. Quippe qui omni arte maiora exuperat, longe facilius minora assequeretur. Sed noluit ita deus, quoniā nullā attulisset vtilitatē. Non immerito igitur inquit: Nō iudicauī scire me aliquid. hoc est, eadē mea est, quæ Christi voluntas. Mihi autē videtur Paulus humilior cum iis quā cū aliis disputare, vt corū amoueat insolentiā. Illud igitur, Non iudicauī scire me aliquid, ad peregrinæ sapientiæ distinctionē dictum est. Non enim veni syllogismorū captiones, nō sophismata, nō aliud quiddā huiusmodi vobis afferens, præter Christum crucifixum. Illi quidē multa, & de multis loquuntur, & longas orationū ambages & ratiocinationes, & syllogismos cōplexi, innumera cōponunt sophismata. Ego autē nihil aliud vobis adnūciatū venio, quā quod Christus crucifixus est, quo omnes illos superauī. Quod inenarrabilis eius qui prædicatur, potentiæ signū est. Et ego in infirmitate & timore & tremore multo fui apud vos. Hoc rursus alia pars principalis. Nō enim credētes dūtaxat indocti, nō modo qui loquūt indoct⁹, nō modo doctrinæ ratio simplicitatis plena est, non modo ipsa prædicatio satis erat ad perturbandū sufficiens, siquidē crux & mors adnūciabatur. Verum & cum his alia accedebāt impedimēta, pericula scilicet, insidiæ, exilia, mer⁹ quotidianus. Etenim persecutiones multis in locis infirmitatē appellat, quæ admodum illud: Infirmitatē in carne mea nō aspēnarūt. Et rursus: Si gloriari oportet, in infirmitate mea gloriabor. Quæ? quod Damasci præpositus gentis Aretæ regis custodiebat ciuitatē Damascenorū, vt me cōprehenderet. Item: Quapropter placeo mihi in infirmitatibus. Inde ostēdēs quibus, addidit. In iniuriis, in necessitatibus, in angustiis. Et itidē hoc in loco cū dixisset, Et ego in infirmitate. Nō hic acquiescit, sed vt significaret quod infirmitatē pericula appellat, subdidit, In timore & tremore multo fui apud vos. Quid dices? etiam Paulus pericula formidauit? Et maiore quidē in modū. Nā licet Paulus esset, homo nihilomin⁹ erat. Hoc autē nō est Pauli peccatū, sed naturæ infirmitas. Laus autē voluntatis est, quod cum mortē & plagas formidaret, in nihil tamē se indignum metus causa prolapsus est. Quamobrem qui dicunt quod plagas nō timuit, nō modo nullo eum honore profequitur, sed multū ex illius laudibus auferūt. Nā si nō timuisset, quæ fortitudo, aut quæ philosophia fuisset perferre pericula? ego enim idcirco eum admiror, quod in timore: neq; in timore dūtaxat, sed & tremore periculorū semper cū victoria clarissimus euasit. Et nulli cessit periculo, vt terrarum orbem purgaret, & per terras & maria dei disseminaret prædicationē. Et sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasibilibus sapientiæ verbis. Hoc est, nō ha-

bet exteriorē sapiētiam. Si igitur prædicatio nihil cōmenticiū habuit, & vocati & ipse prædicator indocti erāt, & psecutio & timor & tremor vrgebat, quonā quæso pacto sine diuina virtute superauerūt? Quare cū dixisset, Et sermo meus, & prædicatio mea, nō in persuasibilib⁹ sapiētiae verbis, subdidit, sed in ostēsiōne spiritus & virtutis. Vidēsne quomodo stultū dei sapientius sit hominib⁹, & infirmū fortius? Indocti enim huiuscemodi dogmata prædicātes, ligati & expulsi, iis qui se expulerāt, superiores tandē euaserūt. Vndēnā? Nūquid quod fidem per spiritū præstitere? Etenim hoc firmissimā habet certitudinem. Quisnam dic quæso, cū videret mortuos surrexisse, fugatos dæmones, id nō admitteret? sed cum sint potentiæ quædā, quibus homines nō nunquā decipi facile possūt, quales sunt magorū, hanc amouet suspiciō. Non enim simpliciter virtutis inquit, sed primū spiritus posuit, inde virtutis, vt ostēdat spiritalia esse opera. Non igitur quod nō per sapientiā adnūciata sit prædicatio, idcirco laus minuitur, sed ornatur maxime. Siquidē maiorē in modū diuinā esse, & radices superne è cœlis diffudisse ostēdit. Quamobrem subdidit, Vt fides vestra nō sit in sapientia hominū, sed in virtute dei. Animaduertis quod manifeste maximū simplicitatis lucrum & magnū sapiētiae damnū in omnibus demonstrat? Siquidē hæc cruce euacuauit, illa autem dei manifestauit virtutē. Hęc nihil necessariū inuenire, & in vanis tamē inuētis gloriari nō destitit. Illa ad veritatē suscipiendā, & in deo gloriandū prōptissimā se exhibuit. Hęc item sapiētiam humanā esse doctrinā multis opinari distuasit. Illa diuinam & è cœlo descendisse aperte ostēdit. Cum igitur in sapientia sermonum demonstratio sit, sapenūmero viciosi homines quā mansuetiores habētur, cum grauius dicere possint, & mēdaciū veritatē expellat. Hic autē non itidem, neq; enim immundam animā spiritus sanctus ingreditur. Neq; si accesserit, superari vnquā potest, quāuis maxima sermonū insit grauitas. Nam si per opera & signa hæc demonstratio est, longe quā per verba est certior. Verum illud fortasse quippiā dixerit, quod si prædicationē superare oporteat, & non opus sit verbis ne crux euacuetur: quānam ratione in præsentia signa prohibētur? Quæ ratione, inquit, aut quod nō credis hoc loqueris, neq; in apostolis ea facta assentiris: aut sanē discēdi causa interrogas? Quod si nō credis, ad hoc primū accingar. Nā si tūc signa non fecerāt discipuli, quonā pacto expulsi, fugati, tremētēs, deuincti, & cōmunes orbis terrarū inimici, & omnib⁹ calamitatibus expositi, nihil ex se habētes quib⁹ animos possēt allicere, nō sermonē, nō nobilitatē, non diuitias, nō ciuitatē, nō gentē, nō genus, non stūdia, nō gloriā, nihil deniq; aliud huiusmodi, sed omnia cōtra, simplicitatē, ignobilitatē, paupertatē, odiū, abominationē: adde, cōmunem omnīū populorum oppugnationē, adde eiuscemodi eorū prædicationem: vnde, in quā, persuaserūt? Atqui ea præcepta laboriosissimasunt, & periculis plena doctrina. Et qui audituri erāt: in deliciis, vino, & multa educati malicia lasciuiebāt. Vnde igit quæso persuaserūt, vnde sibi autoritarē cōpararunt? Et, vt iā dixi, si nullis adhibitis signis persuaserunt, lōge maiori admiratione dignū est. Nō ergo quod in præsentia signa nō fiāt, idcirco cōiecturā accipias quod tunc nō fuerint. Tunc enim vtile fuit vt fierēt, nūc vero minime. Non autē sola verbi persuasio hoc tēpore in sapientia prædicationē esse cogit. Qui enim

à principio dei verbū disseminarunt, rudes erant & indocti, & nihil ex se loquebatur, sed quæ à deo acceperant, ea in terrarū orbem diffundebant. Et nos in præsentia nihil ex nobis afferimus, sed accepta ab illis omnibus adnūciamus. Neq; nūc syllogismis persuademus, sed diuinarū scripturarum & signorū quæ illo tēpore facta sunt, testimonio fidem verbis nostris facimus. Illi autē tunc nō solis signis, sed disputationibus quoq; persuaserūt, quas certiores videri faciebāt & signa & veteris scripturæ testimonia, nō id pfitentiū autoritas. Et quo pacto, inquis, vtilia tūc signa erant, & nūc inutilia? Rationi hoc subiiciamus. Aduersum nanq; gentilem mihi iam certamē est: idcirco secūdum positionem sanē futurū dico. Subiiciamus igitur rationi, & patiat̄ Gētilis verbis meis saltē cōsentiētibus acquiescere. Hoc est, q; Christus veniet. † qui quādoq; veniet,] & omnes angeli eius cū eo: & deus apparebit, & omnia ei subiecta cōspiciet. Nunquid credet Gētilis: plane constat q; & adorabit, & deū dicet, quāuis sæpenumero id oppugnauerit. Quisnā si cœlestiū virtutū populū ei circumstantē, & omnem cœlestiū virtutū populū ei circumstantē, & fluuios igneos diffuētēs, & vniuersum hominū genus adesse & contremiscere intuebitur: nōne & venerabitur, & deū existimabit? Nunquid reputabitur Gētili ad fidē adoratio illa & cognitio? minime. Quid tandem? Quoniā hoc fides nō est. Siquidē necessitate, & eorū quæ visa sunt certitudine cogitur. Neq; electionis est, sed visa reū magnitudine animus trahitur ad credendū. Igitur quanto certiores, & magis necessariae res sunt: tātō fides est minor. Idcirco signa in præsentia non sunt, & q; res ita se habeat, audi quid ad Thomā dixerit: Beati qui nō vident, & crediderūt. Quāto itaq; certius demonstratur argumētum, tātō fidei præmio detrahitur. Quāobrē si nunc signa fierent, idē cōtingeret. Quod enim tūc

† *per fidē* tēporis † homines non adhuc per fidē deum cognoscere,] Paulus his verbis significauit: Nūc enim per fidē ambulamus, & nō per speciē. Quomodo igitur si tūc credidisses,] tibi ppter certitudinē nō reputaretur: itidē neq; nūc si superiora illa signa intuereris. Siquidē ea demum fides est, qua quæ nulla possunt ratione inueniri, receperimus. Propterea gehēna ad terrorē proponitur, nō autē apparet. Nā si videretur, idē ferme cōtingisset. Præterea si signa queris, etiā nūc signa cōspicaberis, licet nō talia. Prophetias scilicet innumeras, & innumeris de rebus: orbis terrarū conuersionē, barbarorum philosophiā, ferorum morū mutationem, pietatis propagationem. Et quāsnā prophetias inquis? Siquidē post ipsarū rerū euentū omnes scriptę sunt prophetię. Quādo, vbi, & quo authore, dic quæso, & quot antē tēporibus? Vis quinquaginta annos, an cētum? Igitur ante cētēsimū annū nihil scriptum habebāt. Et qua ratione mūdus & dogmata, & alia rerum monumēta memoria non sufficiente retinuit? Vnde igitur nouerūt Petrū crucifixū: Vnde, exēpli gratia, futuris hominibus prædictū est, euāgelium vbiq; terrarum prædicatū iri, Iudęorū statū cessaturum, neq; aliās recuperandum: Qui autē animas suas prædicationis gratia tradiderāt, quomodo tulissent, si mēdacē vidissent prædicationē: Quomodo credidisset scriptores, si signa cessassent? Quomodo scripturę & ad barbaros, & ad Indos, & ad ipsos Oceani fines puenisset, nisi pfitentiū intercessisset autoritas? Qui vero scriptores, & quādo, & vbi, &

qua gratia & literis mādārūt? Nūquid gloriā sibi ipsi aucupabatur? Qua igitur ratione aliis libros inscriberūt? Verū nunquid doctrinā hāc voluerūt, vtrūmne vt verā, an vt falsā? Nam si vt falsā vacauerunt, minime credibile est q; ei adhaesissent. si tāquā verę, nō opus erat fictionibus, vt tu inquis. Præterea & pphetię eiusmodi sunt, vt vsq; ad hoc tēpus reprehēdi dicta nequeant. Siquidē Hierosolyma excindi cōtingit iādudum. Sunt item & alię prophetiæ, quæ ab illo tēpore ad Christi vsq; aduentū differūt, quas arbitratur tuo reputa: vt exēpli gratia, Semper vobiscū sum vsq; ad cōsummationē seculi. Item: Super hāc petra ædificabo ecclesiā meam, & portā inferi non præualebunt aduersus eam. Et rursum, Vbiq; prædicatū fuerit hoc euāgelium in toto mundo, dicetur qđ hęc mulier fecit. Et alię præterea multę. Vnde igitur huius prophetiæ veritas? Nam si cōmentū fuit, quomodo nō præualuerūt portę inferi aduersus ecclesiā? Quomodo semper vobiscū est Christus? Neq; enim nisi vobiscū esset, supresset ecclesiā. Quomodo euāgelium propagatū est in vniuersam terram? Sufficiētes autē testes sunt ad probandam librorū vetustatem, qui cōtra nos inuecti sunt, Celsus scilicet, & post illū Bataneotes. Neq; em̄ cōtra posteriores inuecti sunt scriptores. Accedit ad hoc, q; vniuersus orbis cōcordi sententia hoc accepit. Nā nullo pacto, nisi spiritus sancti gratia affuisset, tanta cōcordia vniuersos terre fines cōprehendisset. Sed quamprimum deprehēsis mendaciis, tanta & tam magna opera nunquā commentis & fraudibus adeo essent cōfirmata. Et nō vides vniuersi orbis cōcursum, errorē extinctum, monachorū philosophiam Sole clariorē, virginū choros, Barbarorū pietatē, omnes sub vno iugo seruientes? Neq; enim hęc à nobis duntaxat dicūt, sed antiquitus à prophetis. Nā profectō illo tū non reprehēdentes pphetias. Apud inimicos enim ij libri habentur, & à studiosis Græcis in Græcam linguā traducti sunt. Multa in iis prædicuntur quibus venturus deus ostēditur. Quomobrē igitur nō omnes nunc credūt? Quod in pei omnia prolapsa sunt, quorū nos ipsi auctores sumus. Iā enim aduersum nos oratio vertitur. Siquidē non signis duntaxat tunc fidē adhibebāt, sed à vita quoq; multi allecti sunt ad credendum: Sic luceat lux vestra, inquit, corā hominibus, vt videāt vestra bona opera, & glorificent patrem vestrū, qui est in cœlis. Tūc igitur & vnū omnium cor erat, & anima vna, & nemo quicquā sibi propriū vindicabat, sed omnia erant cōmunia. Et pro singulorū necessitate sua cuiq; pars cōferēbatur, & vitā viuebāt angelorū. Quod si in præsentia fieret, vniuersum sanē orbem & sine signis cōuerteremus. Primū igitur, qui salutē consequi volūt, scripturis vacēt. Inueniēt enim ibi & hęc & his plura officia. Etenim hi magistri illorū vitā excefferunt, in fame, siti, nuditate vitā agētes: nos autē deliciis plurimis, quiete, licentia frui volumus: illi vero minime, sed clamabāt, vsq; in hęc horā esurimus, sitimus, nudi sumus, alapis cædimur, incertis sedibus erramus. Et alij quidē à Hierusalē ad Illyricos vsq; cucurrerunt, alius ad Indos, alius ad Mauros, alius item ad alias orbis terrarū partes. Verum nos neq; patria egredi audemus, sed delicias, magnificas domos, & omnium rerum copiā disquirimus. Et quisnam nostrum vnquā verbi dei gratia esuriuit? quis in desertum se contulit? quis peregrinationem lōginquam metitus est? quis manuum suarum labore victum

re victū quærentiū aliis auxiliū præstitit, quis quotidianas mortes passus est? ex quo socij nostri negligētiore sunt. Etenim si milites quipiā, & imperatores fame, siti, morte, & omnibus difficultatibus laborātes & gelu, pericula aduersa omnia more leonū summa perseuerantia tolerantes atq; superantes: deinde illa neglecta philosophia, mollicie, pecuniarū cupiditatibus, negociationibus, ganeis eos vacare, & ab hostibus superari viderit, vltimæ esset stultitiæ horū causas inuestigare. Hoc nos & in nobis, & pgenitioribus nostris reputem. Etenim omnib; feramus] infirmiores, nimirū præsentis vitę addicti, quāuis in aliquo veteris philosophiæ vestigiū inueniatur, & nōnulli ciuitates, fora, hominum cōsuetudines, & aliorū eruditiones reliquerint, mōtēque petierint. Quod si quispiam secessus causam dixerit, inueniet omni carentē venia excusationē. Siquidem ne pereā, inquiet, neve in virtute siā obtusior, secedo. At quāto melius obtusior te fieri, & alios lucrari, quā morantē in solitudine pereūtes fratres despiciere? Nam cum homines partim virtutē negligant, partim longe à multitudine secedere festinēt, quomodo inimicos superabimus? Quod et si in præsentia signa viderēt, quis tamē persuaderet, quis externorū aures nobis accommodaret, cum tātōpere increbrescat malitia? Etenim probata Christianorū vita maiorē apud multos auctoritatē sibi vendicabit, quā signa. Siquidem hęc apud impudētes & malos homines malam cōcitant opinionem. Vita autē pura etiā ipsū diaboli os maiorem in modū obstruere poterit. Hęc ego ad principes verba habeo, & ad subditos, & anre alios ad me ipsum, vt vitā admirabilem præ nobis feramus, & nobis reb; nostris dispositis, præsentia omnia despiciamus. Despiciamus, inquam, pecunias, non gehennā: despiciamus gloriā, nō salutem. Perpetiamur in hac vita & æstus, & labores, ne in futuro supplicio torqueamur. Hoc nos cōtra Gētilis vtamur certamine. Sic eos captiuos ducam; ea captiuitate quæ libertate potior est. Verū hęc nobis frequēter dicūt, sūt autē raro. Tamen siue operemur, siue nō, æquū est horū frequenter meminisse. Nam si bonis verbis nōnulli decipiunt, longe magis qui alios veritatē erudiunt, decens est, vt in rebus vtilibus elaborent. Quod si deceptores tot vtuntur artibus: pecunias enim absumunt, verba componunt, pericula perpetiuntur, patrocina ostentant: longe magis nos, qui fraudes propulsamus, & pericula, & mortem, & omnes tolerare decet calamitates, vt & nos ipsos & alios lucrati, hostibus nostris inexpugnabiles appareamus, & quæ nobis promissa sunt bona consequamur, in Christo Iesu domino nostro, cui gloria & imperium nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

## Homilia septima.

**S**apientiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiam vero non huius seculi, neque principū huius seculi qui destruantur, sed loquimur dei sapientiam in mysterio quæ abscondita est. Tenebræ quæ splendor lippitibus oculis cōmodiores sunt. Quomobrē quibus infirmata sunt oculorum lumina, ij in domū se obscuriorem cōferunt. Neque aliter in spirituali sapientia vsuenerit: dei nanq; sapientia stultitia esse videtur iis qui exteriorē sectantur, quorum sapientia vere stultitia est. Ac idem euenit, ac si quispiā gubernādī peritiā habēs, sine nauī & velo immēsum pelagus trāsire se polliceretur, idq; fieri posse rationib; cōtenderet.

Alius autē nauiculariē penitus expers, nauī gubernatore & nautis adhibitis, horum præsidio tutē mari se crederet. Etenim quæ videtur huius esse stultitia, illi est sapiētia sapiētiore. Et profectō bona est nauicularia. Verū cum maiora adnūciantur: stultitia quædā apparet. Et omnis ars suis terminis nō cōtenta, stultitia esset. Sed exterior sapiētia tūc sanē esset sapiētia, cū spiritu vteretur. Verū cū omnia sibi pmitterat, & nihil illi egere auxilio arbitretur, iā in stultitiā vertitur, quāuis sapiētia sibi esse videatur. Quare cū prius eam ex operibus reprehēderit, tunc ipsam stultitiā appellauit: & dei sapiētiā, quam superius stultitiā dixit, vt illi sentiebant, tandē sapientiam esse ostēdit. Siquidem post rei demōstrationē maxime possunt cōtradictōes confutari. Inquit igitur: Sapientiam autē loquimur inter perfectos. Cū ergo stultus & stulta prædicare existimatus sapientē vincam, nō per stultitiam sapiētiā, sed per perfectiorē sapientiam vinco, & per eā quæ tanto maior est, vt illa stultitia videatur. Idcirco prius sic ipsam vocās quemadmodū illi nominabāt, tum à rebus ipsis victoriā & nimiam eorū stultitiam ostēdens, debitam iam ei reddit appellationē iis verbis: Sapiētiā autē loquimur inter perfectos. Sapiētiā autē prædicationem, & salutis modum, hoc est, per crucē salutem, perfectos vero credētes appellat. Quippe qui quāta humana sit imbecillitas, nō ignorāt, & se ipsos contemnūt, & se sibi nihil cōferre posse persuadent, ij vere perfecti sunt. tales sunt fideles. Sapientiam vero non huius seculi, neque principū huius seculi. Et quid vtilitatis affert externa sapiētia, quæ hic duntaxat versata, vltius nō p̄greditur, neq; quicquā in hac vita possessorib; proficere potest? Principes autē huius seculi hoc in loco nō dæmones quosdā dicit, vt nōnulli suspiciantur: sed qui in dignitatib; sunt atq; potentiis, qui humana summa cōtentione expetēda arbitrant, philosophos scilicet, rhetores, & oratores. Etenim ij interdū alios superant, & ciuitatum principes euaserūt. Seculi autē principes appellauit, quoniam vltra præsens seculū eorum non extēditur principatus. Idcirco subdidit: Qui destruantur, ex sua ipsius natura: & eorū qui eo fungūt, principatū accusat. Ostendit enim & fallacem esse, & stultū, & quod nihil possit per se inuenire, quod imbecillis, q; breuis. Sed loquimur dei sapientiam in mysterio. Quoniam mysterio? Atqui inquit Christus: Quod in aure locuti estis, & audistis, prædicabitur] in tectis. curnā igitur mysteriū ipsam appellat: Quod neq; angelus, neq; archāgelus, neq; alia creata potētia id nouerit priusquā fieret, idcirco inquit: Vt innotescat principatibus & potestatib; in cœlestibus per ecclesiā multiformis sapiētia dei. Hoc autem fecit deus, vt nos honore psequeretur, vt vobiscū mysteria illi acciperēt. Etenim nos cum nobis amicos recōciliamus, hoc eis amicitie argumētū exhibemus, vt illis ante omnes arcana nostra cōmunicemus. Audiāt hoc qui dei prædicationē cōmuniter omnib; palām faciūt, & margaritas, & dei doctrinā passim cōmunicāt, & sancta canibus & porcis superfluis rationibus proiciētēs. Mysteriū enim cōfirmatione nō indiget, sed quod est, id solum adnūciatur. Siquidem diuinū & integrū non esset mysterium, si quicquā ex te adderes. Accedit ad hoc, q; mysterium appellatur: quoniā nō id quod credimus, intuemur, sed quod alia videmus, alia credimus. Huiusmodi est mysteriorum nostrorum natura. Aliter igitur ego, & aliter incredulus disponitur. Audio ego q; crucifi-



xus est Christus, & eius benignitate quamprimū admiror. Audit ille, & imbecillitate arbitratur. Audio quod seruus factus est, & eius admiror charitate. Audit ille, & ignominiam id ducit. Audio q̄ mortuus est, & eius potentia obstupescit, quod mortuus vincti nō potuerit, sed morte dissoluit. Audit ille, & impotentia existimat, & resurrectionē fabulam opinatur. Ego autē per opera certitudine accepta, adoro dei dispensationē. Ille cū baptismatis lauacrū audit, simpliciter aquā sibi esse persuadet. Ego vero non simpliciter video quod video, sed animē per spiritū purgationem. Ille lotū mihi corpus dūtaxat, ego animā & puram, & sanctā factam credidi: nec non sepulturam, resurrectionem, sanctificationem, iustitiam, redemptionē, adoptionem, hereditatē, regnum cœlorum, spiritus satietatem cōsidero. Non enim aspectu iudico quē videtur, sed mentis oculis. Audio corpus Christi: aliter ego hoc, aliter incredulus accipit. Et quēadmodū expers literarū cū etiā libros intuetur, scripturā vim nō intelligit, neq; nouit quod oculorū sensu percipit: qui autē in literis eruditus est, multam in iis cōditam vim, & totas vitas & historias, & epistolas inueniet: verum harū ignarus, chartā duntaxat & atramentū putabit: expertus & voces accipiet, & alloquetur absentē, & quodcūq; voluerit per literas rursū rogabit: Eodē modo in mysterio vsuuenit. Increduli enim quāuis audiāt, non tamē videtur audire: fideles autē per spiritum experiētiam affecti, in absconditis virtutem intuentur. Hoc ipsum Paulus significās inquit, *Quod nunc predicatio abscondita est.* Pereuntibus enim, inquit, est abscondita. Præterea prædicationis excellētia per mysteriū apparet. Sic enim cōsuevit appellare scriptura, quē præter spē & præter humanā sunt opinionem. Quare & alio in loco: Mysteriū meū mihi & meis. Et rursū Paulus: Ecce mysteriū vobis dico, † Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Quod si vbiq; prædicatur, & sic mysteriū est. Etenim quēadmodū iussi sumus, quæ in aure audiui: dicere in tectis: ita iubemur nō dare sancta canibus, neq; proicere margaritas inter porcos. Alij nāque sunt animales, & nō intelligūt. Alij autē velum habent in cordibus eorū, & non vident. Ergo mysteriū hoc maxime est quod vbiq; prædicatur, nō autē cognoscitur apud eos qui non rectam habent sententiā. Reuelatur enim nō à sapientia, sed à spiritu sancto quantū à nobis accipi potest. Quare nemo peccaret, secundū hoc ipsum ministeriū, si ipsum arcanū prædicaret. Neq; enim nobis fidelib⁹ omnis data est [euidētia, &] certitudo. idcirco Paulus inquit: Ex parte cognoscimus, & ex parte pphetamus. Videmus enim nūc per speculū & in ænigmate, tunc autē à facie ad faciē, idcirco inquit: *Loquimur sapientiam in mysterio quæ recondita est, quā prædestinavit deus ante secula in gloriam nostram.* Reconditā, hoc est, q̄ nulla cœlestium virtutū ante nos didicit, vel quod neq; in præsentia multi norūt. Hoc autē significat, Prædestinavit in gloriā nostram. [quāquam alibi dicat in gloriā suam: suam enim gloriā nostrā] arbitratur salutem: quemadmodū & diuitias suas appellat, quāuis istę diuitiē sint bonorum, & nullius indigeat vt sit diues. Prædestinavit, inquit, vt quā erga nos curam habet, ostendat. Etenim illi maxime & honorare & amare nos putantur, qui diu antea parati sunt vt nobis beneficiant, quemadmodū patres erga filios solēt. licet enim post dent illis pecunias, à prin-

cipio tamē id animo decreuerūt. Hoc Paulus in præsentia ostēdere annititur, q̄ scilicet semper nos dilexit à principio deus, etiam nondū editos. Nullo nāq; pacto nisi nos dilexisset, diuitias suas nobis prædestinasset. Noli igitur reputare, quē interea subortę sunt inimicitia, cū longe antiquior amicitia fuerit. Quod autē ante secula inquit, æternum significat. Etenim alio in loco his verbis vitur, Qui est ante secula. Inuenietur igitur & filius sic æternus. Quippe de quo ait, q̄ per eum fecit & secula, quod est ante secula esse: creatorem nanque ante creaturas esse constat. *Quam nemo principum huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquā dominum gloriæ crucifixissent.* Igitur non sunt criminis rei, sed incognitū crucifixerunt. Et si nō cognouerūt, quāobrē dixit, Et me nouistis, & nouistis vnde sum? De Pilato enim inquit scriptura, quod nō nouit. Credibile autē neque Herodem nouisse. Hos diceret qui spiā vocari principes huius seculi. Si quis autem & de Iudeis, & de sacerdotibus hoc dictū intelligeret, nō sanē erraret. Siquidē illis ait: Neq; me nouistis, neq; patrē meum. Quamobrē igit superius dixit, Et me nouistis, & nouistis vnde sum? Sed alius & alius in euāgelica lectione sensus intelligi licet. Et ne frequēt idē repetamus, illuc legētes remittim⁹. Cū inquit Iesus in cruce, Dimitte eis: nūquid dimissum est Iudæis peccatū? Si eos pœnituisset, dimissum esset. Siquidē & Paulus, qui totis viribus Stephanum percutiebat, & persequebat ecclesiā, ecclesiæ patronus factus est: Sic illis dimissum esset, si pœnitentiam agere voluissent. Quod & Paulus clamās, inquit: Nūquid peccauerūt vt caderēt? Absit. Nunquid repulit deus populū suū quē prædestinavit? Absit. Inde ostēdens, q̄ nō exclusa est ipsorū pœnitētia, vt hoc argumento probet, cōuersionē suam iis verbis adducit: Nam & ego Iſraēlita sum. Quod autem inquit, Non cognouerūt: mihi videtur non de Christo intelligi, sed de rei dispensatione ipsa: vt exēpli gratia quid significasset Christi mors & crux, non nouerunt. Etenim eo in loco nō dixit, me nesciūt: sed, nesciūt quid faciūt. Hoc est, perfectam dispensationē & mysteriū ignorant. Non enim q̄ tam clara futura esset crux, quod mundi salus & dei ad homines reconciliatio fieret, & ciuitatē eorum captum iri, & vltimas passuros calamitates cognouerant. Sapientiam autem & Christum appellat, & crucem, & prædicationē, verū opportune dominū gloriæ vocauit. Etenim quoniā crux ignominie esse videtur, maximē glorię eam esse ostendit. Sed magna opus est sapientia non solum ad deum cognoscendum, sed & hanc dei intelligendam dispensationem. Exterior autem sapientia non priori duntaxat cognitioni, sed & huic sicut impedimēto. *Sed sicut scriptum est. † Quod] oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit,] quæ præparauit deus iis qui diligunt illum.* Et quoniam in loco hæc scripta sunt? Dicitur aliquid scriptū esse, etiam cū non verbis, sed re ipsa positū sit, quemadmodū in historiis: vel cum eadem scripta sit sententia, quamuis non iisdem verbis, vt in hoc loco. siquidem cum dicitur: Quibus nō adnuntiatum est de eo, videbunt: & qui non audierunt, intelligēt: hoc ipsum significat. Et illud,] Quæ oculus nō vidit, nec auris audiuit. Aut igitur hoc intelligēdum, aut credibile est alicubi scriptum fuisse. Siquidem magna librorum copia periit, & pauca ex priori captiuitate volumina extiterunt, quod ex reliquis captiuitatib⁹ plane constat. Etenim inquit Apostolus

Infr. 15. g. † Omnes quidē non dormimus, sed omnes immutabimur. Mat. 7. d.

Infr. 13. e.

Ephe. 1. c.

stolus, q̄ à Samuēle & qui secuti sunt prophete, omnes locuti sunt de eo: quæ tamen nō certo feruntur, Paulū autē vt potest legislatorē,] & à spiritu locutum credibile est omnia proculdubio cognouisse. Et quid ego captiuitatē memoro? Nam etiā ante captiuitatē multa abolita sunt librorum volumina, cum Iudęi in vltimā prolapsi sunt impietatē. Quod in calce quarti Regū manifeste deprehēditur. Liber enim Deuteronomij vix maiorū nostrorū temporibus inuentus est in luto obrutus. Præterea multis in locis duplices sunt prophetiæ, quæ facile ab assuetioribus cōprehēdi possunt, ex quibus multa incerta inuenire possumus. Quid igitur? Nūquid vidit ocul⁹ quē præparauit deus? Minime. Et quis nā hominū nouit futuram dei dispensationem? Nunquid igitur neq; auris audiuit, neq; in cor hominis ascendit? Et quoniam modo? Nā si prophete id locuti sunt, quomodo inquit, neq; auris audiuit, neq; in cor hominis ascendit? Quod autē inquit, Non ascendit: nō de teo] duntaxat, sed de vniuersa hominū natura loquitur. Quid ergo? prophete nō audierunt? Audierunt quidem, sed nō erat hominis auris, auris prophetarum. Non enim tanquā homines, sed tāquā prophetæ audierūt, idcirco inquit: Dedit mihi aurē ad audiendū: cum de incremento spiritus loqueretur. Ex quo manifestū est, q̄ priusquā audirent, neq; in cor hominis ascendit. post enim spiritus donationē non erat cor hominis, sed spirituale cor prophetarum. Quemadmodū ipse inquit: Solum Christi habemus. Hoc autē dictum ita intelligendū est, ante acceptum spiritum, & secretorū dei disciplinā, neq; nostrum neq; prophetarum quispiā hæc intellexit. Et quānam ratione, vbi neq; angeli hæc nouerunt? Quānam dicendū est, inquit, de principibus huius seculi, vbi nemo hominū, nulla cœlestiū virtutum hæc nouit? Quorum] autem hæc: Quoniam per eam quæ videtur esse stulticia prædicationis, orbem terrę superabit, & gētes alliciētur, & dei ad homines erit recōciliatio, & tanta nobis accedēt bona. Quomodo igitur cognouimus, inquit? per spiritū. hoc ipse iis verbis testatur, cum addit: *Nobis autem reuelauit deus per spiritū eius.* Non ergo per exteriorē sapientiā, ea enim tanquā serua quædā absq; honore, non permilla est vt intus admittatur, & domini præsit mysteriis. Vides quārum inter hanc & illā intersit sapientiā. Quæ angeli non nouerunt, ea nos hæc docuit. Exterior autē contrā, nō solum nihil nobis aperuit, sed & occultit, & nobis fuit impedimēto, & post perfectā rem tenebras intulit, crucē euacuauit. Nō igitur per disciplinā habitum erga nos honorē ostendit, neq; per cōmunicatam cum angelis, sed per disciplinam spiritus sancti. Cuius magnitudinē significās asserit q̄ nisi spiritus qui dei arcana omnia nouit, id nobis reuelasset, nullā sanē habuissēmus cognitionē, adeo preciosum erat deo. Itaq; in arcanis habebat. Quāobrem illo nobis opus fuit magistro, qui hæc aperte intelligit. *Spiritus enim omnia, inquit, scrutatur, etiā profunda dei. [Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita & quæ dei sunt nemo cognouit, nisi spiritus dei. Nos autē non spiritū huius mundi accepimus, sed spiritū qui ex deo est, vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis.]* Scrutatur autē non inscitiā, sed certā hoc in loco significat cognitionem. Hac itē voce in deo vsus est, inquit: Qui scrutatur corda, nouit quid sit elatio spiritus. ] Deinde de spiritus cognitione diligēter locutus, cum docuerit q̄ ita ad dei cognitionē per-

Acto. 3. d. Tomia. † legisperitium. † ipse. Prou. 20. b. Hic sup. d. † Qualia.

uenitur, quemadmodū ad hominis cognitionē per seipsam: & quod omnia hinc & necessario quidē didicimus, subdidit: *Quæ loquimur non in doctis humane sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus] spiritualibus spiritualia cōparantes.* Animaduertis quo nos] à magistri auctoritate adducit. ] Siquidē tanto nos Gētilibus sapientiores sumus, quāto inter Platonē interest, & spiritum sanctum. Gētilis enim magistros rhetores habēt, nos autē spiritum sanctum. Verum quidnam significat, Spiritualibus spiritualia cōparates? hoc est, cum spirituale dubiū sit, à spiritualib⁹ testimonia adducimus: vt exēpli gratia: Dico Christū resurrexisse, & ex virgine natum. Adduco testimonia, figuras, demonstrationes, Ionę scilicet in cete morā, & eius postmodum liberationem. Steriliū partus, Sarræ scilicet & Rebeccæ, & aliarum. In paradiso arborū surculū productū, nō ex feminibus pullulantibus, nō pluuiarum moratione, non subactis sulcis. Futura enim facta sunt, & tanquā in vmbra scripta maioribus nostris, vt cū venerint, credātur. Et rursū ostēdo, quo pacto ex terra homo, & ex solo homine femina nullo coitu facti sunt, quemadmodū ipsa terra à nullo, cū cōditoris virtus ad omnia vbiq; satisfecisset. Sic ego spiritualibus spiritualia cōparo, & minime mihi opus est externa sapientia, neq; ratiocinationibus, neque cōfirmationibus. Illa enim imbecillas mētes cōmouēt atq; perturbant, & nihil manifeste eorū quę profitētur possunt ostēdere, sed cōtrā profus efficiūt. Perturbant magis animos, eosq; & caligine, & pluribus perfundūt ambagibus. Quare inquit, spiritualib⁹ spiritualia cōparantes. Vides quomodo superuacaneā exteriorē sapientiam ostendit: neq; superuacaneam tātum, sed cōtrariam & damnosam. Etenim cum dixit, Ne euacuetur crux Christi: & iterū, Vt nō sit in sapientiā hominū fides vestra, hoc idē significauit: hic autē impossibile esse ostēdit, vt qui in sapientia hac confidunt, & per eam omnia sibi pollicētur, quicquā vtile perdiscāt. *Animalis autem homo, inquit, nō percipit ea quæ sunt spiritus dei.* Oportet igitur hanc prius sapientiā eiicere. Quid igitur? Nōne calumnia afficitur externa sapientia? atqui opus dei est. Vnde hoc cōstat? Nō enim ipse eā fecit, sed tu inuenisti. Nā sapientiā hoc in loco curiosam appellat inquisitionē, & superfluam eloquētiam. Quod si de humana prudētia diceret quispiā Paulum intelligere, etiā sic tuum crimē est. Tu enim ipsam calumniaris, cum male vteris ad damnū & dei oppugnationē, cum eā quæ nō habet, efflagitas. Siquidē quoniam in ea gloriaris, & per eā cōtra deum bellum geris, merito Paulus eius reprehēdit imbecillitatē. Bonum robur corporis, sed cum non opportune eo vsus est Cain, imbecillē eum deus & tremētē reddidit. Bonum itē vinum, sed cum immodice eo vterētur Iudęi, omnino sacerdotib⁹ deus eius vsus prohibuit. Cū igitur & tu in dei præuaricationē sapientiā abusus sis, & maius quiddā q̄ vires sufficerēt, ab ea exegeris, idcirco ab humana spe te abducēs, eius ostēdit imbecillitatem. Animalis est, qui omnia animę cogitationib⁹ tribuit, & nullo superno egere arbitratū auxilio: quod demētię est. Etenim eā deus largitus est, quo discerēt homines, & à se acciperēt, non vt sibi eā sufficere arbitrarētur. Boni oculi sunt, & vsui necessarij: sed cum cōtempto lumine aspicere nolūt, nihil eis species proficit, nihil ppria ne videre vis, sed affert nocumētū. Itidē & anima, si intueri sine spiritu voluerit, impedimētū sibi ipsa efficitur. Quo-

† propter magistri dignitatē extollit. Ione. 2. a. Gen. 11. d. & 25. e. Supr. 1. c. Hic sup. b. Gene. 4. c. Deu. 28. d. sine lumine volunt.

modo igitur superi<sup>9</sup> inquit, à seipsa [omnia videbat? Nunquā à seipsa,] sed habuit naturā pro libro in medio positā. Verum cum omiſſa via quā eis præcepit, vt scilicet per eorū quæ videtur pulchritudinē conditorē suum cognoscerēt, mentis cogitationibus habenas laxātes, in impietatis pelagus infirmi se immerſerūt. Et quamprimū malorum superaddiderūt profunditatē, cum dicerēt, nihil ex nihilo fieri, sed ex materia increata. Vnde innumera hereses pullularūt, & in rebus quidē absurdissimis delati sunt. In quibus autem sanū aliquid imaginati sunt, quāuis tanquam in umbra & somniis id intuerentur, inuicē dissenserūt, vt vtrinq; irriderētur. Quod em̄ ex nihilo nihil fiat, omnes ferme vno cōsensu & dixerūt, & literis mandarūt, & quidē accuratissime: in absurdas itaq; opinioniones impulit eos diabolus. In feriis vero, in quib<sup>9</sup> visi sunt inuestigādo quāuis in ænigmate aliquid inuenisse, in iis alter alteri bellum indixerūt: vt exēpli gratia, Quod immortalis sit anima, q; virtus nulla exteriori re indigeat, quod non necessario neq; fato homines aut boni fiunt, aut mali. Intueris diaboli malitiā. Sicubi corruptū aliquid intuitus est, effecit, vt qui id dicerēt, omnes vno ore assererēt: si quid sanū locuti sunt, alios in alios excitauit. Itaque neq; absurda abolerentur cōsensu omnium confirmata, & vtilia omnibus vndiq; insultātibus prosternūtur. Ecce quo pacto imbecillis anima sibi ipsi nō satis est. Et merito sanē. Nā cum huiusmodi sit, nullius se indigere cōtendat, & à deo resiliat, nisi talis fuisset, in quā nō prurperet infaniā? Et si cū mortale corpus accepisset, falsa diaboli pollicitatione longe maiora animo cōcepit: Eritis enim, inquit, sicut dii: si immortale id à principio assecuta esset, quid sibi nō persuasisset? Siquidē post illud quoq; ingenitā se & essentīe dei esse obſcœno Manichæorū ore professā est, & deos apud Gentiles hoc positionis errore effinxit. Idcirco mihi videtur deus laboriosam fecisse virtutē, cogēs eam, & in mediocritatē redigēs. Quod vt verū esse intelligas, tanquā si quis à paruis maiora coniectetur, ab Israëlitis edificamus: qui cum sine labore vitā agerēt, & quiete fruerentur, sc̄licitatē suam non reputātes, in impietatē prolapsi sunt. Quid igitur deus in posterum? Leges multas instituit, quibus eorū cōpesceretur licentia. Et vt plane intuearis ad nullam perfectā virtutē huiusmodi leges, sed pro frāno quodam eis datas, quæ [impediendi] materiā præberēt, audi quid de iis ppheta loquatur: Dedi eis præcepta nō bona. Non bona, hoc est, nihil magnū ad virtutem perficiētia. Idcirco subdidit, Iustificaciones in quibus nō viuunt. *Animalis autē homo nō percipit ea quæ sunt spiritus.* Et merito quidē. quemadmodū enim iis oculis nemo cœlestia intelligeret, sic neq; sola anima spiritualia. Et quid cœlestia dico? Sed ne terrena quidē omnia. Siquidem cum ē longinquo turrim aliquā quadrangulārē intuemur, rotundam arbitramur: oculi nanq; in eiusmodi apprehensione decipiūtur. Eodē modo cum eminus res nostras sola mēte quispiā videre autumat, ridiculus sanē euadit. Nō enim dūtaxat qualia sunt non videbit, sed q̄ sint, cōtrā prorsus opinabitur, idcirco prosequitur: *Stultitia enim est illi.* Hoc autem nō rei natura, sed illius imbecillitate, qui nequit ad eorum magnitudinem per animæ intuitum peruenire. Inde causam affert, inquiens: *Et nō potest intelligere, quia spiritualiter examinatur.* Hoc est, quod fide indigent quæ dicuntur, & rationibus deprehēdi

nequeunt. Ipsorum nanq; magnitudo mentis nostrę imbecillitatē maiorem in modū exuperat. Propterea inquit: *Spiritualis autē iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur.* Etenim qui videt, quicquid in cæco est, dispicit. Cæcus autē nihil in eo qui videt. Ita & nūc: nos quidē & infidelīū dogmata omnia planē cognoscimus, nostra illi non itidem. Etenim quę sit præsentīū rerū natura, quæ futurorū dignitas, quid futurus sit mūdus, qua peccatores pœna afficiētur, quibus bonis fruētur iusti, q; nullius momēti sint res seculares, intelligimus & scimus, & earum arguimus vilitatē. Iudicare enim reprehēdere est. Intelligimus itē futura & immortalia esse & immobilia. Hęc omnia spirituali nota sunt, & quidnā patietur animalis, quibusve fruetur fidelis, cū hinc ambo cōmigrauerint. Ea, inquam, quorū nihil animalis nouit. Quamobrē manifeste ea quę dicta sunt, ostendēs, ita subdidit: *Quis enim cognouit sensum dei? quis instruit illum? Nos autē sensum Christi habemus.* Hoc est, quæ in mente dei sunt, nos scimus: & quæ ipse vult, etiā reuelauit. Nā cū dixisset q; spirit<sup>9</sup> reuelauit, ne quis filiū amoueret, hoc addit. Ex quo significat Christū quoq; hęc nobis ostēdisse. Neq; dicit omnia quę nouit scimus: sed quæcūq; nouim<sup>9</sup>, nō humana, sed ex illius sensu, & spiritualia esse existimāda. Sensum enim quē de iis rebus habemus, à deo Christo habemus: hoc est, quę nobis circa fidē cognitio est, eam à spiritu accipimus. Itaque nō immerito à nemine iudicamur. Neq; enim possibile est, vt diuina intelligat homo animalis. Idcirco inquit: *Quis cognouit sensum dei? Nostrū de diuinis rebus sensum, illi<sup>9</sup> sensum appellat.* Et cū sequitur, *Quis instruit illū?* non simpliciter addidit, sed ad illud respexit, q; spirituale nemo iudicat. Quod si dei sensum nemo cognoscere potest, multo min<sup>9</sup> & docere, & corrigere. Hoc enim significat, *Quis instruit illū?* Intueris quo pacto vndiq; exteriorē propulset sapientiā, & longe plura & maiora intelligere spiritualem ostēdat. Nā cū illā causę: hoc est, ne gloriatur omnis caro: & itē, propterea quę stulta sunt mūdi, elegit deus, vt cōfundat sapientes: Et rursum, ne euacuetur crux Christi: non nimiū infidelibus credibiles viderētur, non persuasibiles, nō necessaria, nō vtilis: iam in sequētibus propriissimā causam affert, qua & profunda, & arcana, & quę naturā nostrā excedūt, intelligere poterimus. Etenim explosa est ratio, vt per externam sapiētīā, quę supra nos sunt, cōprehēdere valeamus. Vides quāto spiritualis doctrina maiore attulerit vtilitatē? Etenim facillima & manifesta doctrina est. Nos autē sensum Christi habemus: hoc est, spiritualē, diuinū, nihil habentē cum humanitate cōmune. Nō enim Platonis est, neq; Pythagorę, sed Christi, qui sua ipsius dogmata mētibus nostris infudit. Horum nos pudore dilectissimi irreprensibilē vitā amplectamur, cum ipse nobis immēse dilectionis argumentū præbuerit, vt scilicet sua nobiscū arcana cōmunicaret. Inquit enim, *Iam non dicam vos seruos, quia seru<sup>9</sup> nescit quid faciat dominus eius.* Vos autē dixi amicos, quia omnia quæcūque audiui à patre meo, nota feci vobis: hoc est, credidi vobis. Quod si vel hoc solū amicitīę cōiectura est, cum verba cuiuspiam credimus: si non modo verborū mysteria credere, verum eadē re ipsa nobis elargiri apparuerit, quātā hoc dilectionis argumentū sit, animaduertas licet. Pudeat igitur. Et si non tanti gehennam fecerimus, id nobis gehenna formidabilius sit, vt in talem & in tam be-

Gene. 3 b.

† occupacionis. Ex ec. 20. d.

† sunt.

† examinantur.

supra. d. ibidem.

1. cor. 14.

tam be-

329 tam beneficū amicū ingrati videamur & perfidi, neq; tanquā mercenarij serui, sed tanquā filij & liberi patris nostri amore omnia efficiamus, & mūdo addicti esse aliquādo desistamus, vt Gētilēs pudeat. Siquidē cum iam aduersus eos orationē me habiturū instituerim, impediō, ne quādo rationib<sup>9</sup> eos, & dogmatū veritate vincētes, multū in nos risus facta vitæ cōparatione referamus. † *Quid enim non ridiculi sint,] cū in errore perseuerātes, & nihil tale persuasi, philosophiam tamen amplectuntur: nos autē cōtrā? Veruntamen dicā forsitan hoc aduersus eos certādi studio, meliores iis fieri etiā in ipsa vita cōtendemus. Superiori cōcione dixim<sup>9</sup> nullo pacto potuisse Apostolos prædicare quæ prædicarūt, nisi diuinā essent gratiā assecuti: quodque nō modo prædicatione sua nihil perfecissēt, sed ne voluissent quidē. Agitē & hodierna die hoc ipsum ratione trāfigamus, & ostēdamus impossibile fuisse id vel capere, vel intelligere, nisi Christum secū habuissent adiutorē: nō modo q; imbecilles aduersus fortes, pauci aduersus plurimos, pauperes aduersus diuites, indocti aduersus sapiētes cōgrediebātur; sed q; præoccupatæ cōsuetudinis maxima vis est. Scitis nāq; in humana societate nihil cōsuetudine firmiter, nihil cōstantius. Itaq; si non duodecim tantū fuissent, neq; adeo abiecti, & tales homines & non in vniuerso orbe nostro, sed in alio tā magno prædicassent,] & parem habuissent in præsidīū suū multitudinē, vel etiam lōge maiore, sic quoq; difficilime obtinere potuissent: illis enim consuetudo opitulabatur, his autē nouitas cōtraria erat. Nihil enim adeo animos perturbat, etiam si de vilitate agatur, quā in nouare aliquid, & à consuetudine alienum facere, & maxime cum de cultu & dei gloria agitur. Quanta autem sit diuinitatis virtus, iam aperiam, illud primum adducens, q; etiā alia difficultas erat aduersus Iudæos. Siquidē & Gentilium deos & omnem deorū doctrinam euerterunt. Cum Iudæis autē alius erat disputationis modus. † *Nam multa inuicem dogmata cōueniebant, deum nanq; legislatores adorare iubebāt.] Et cum eū necessario colendū profiterētur, non tamen in omnibus illius legi parēdum dicebant, vt exempli gratia, q; sabbatum seruaretur, & circuncisio, q; hostia adduceretur, vel aliud quippiā eiusmodi fieret. Itaque non tantū sacrificium impedimēto erat, sed illud quoq; vt scilicet qui deū adorare præciperēt, idē multas illius leges abolerē profiterētur. In Gētilibus autē magna erat cōsuetudinis vis: etenim si decē tantum annis, nō dico tā diuturno tēpore: & si ad paucos homines, nō dico vniuersum terrarū orbem in cōsuetudinē inueteratam Apostoli venissent, etiā sic difficilis fuisset religionis mutatio. Nunc autē philosophi, rhetores, patres, aui, proauj, & iis antiquiores, terra, mare, mōtes, saltus, omnes Barbarorū nationes, [Gētilium populi omnes, sapiētes & indocti, principes & subditi, mulieres,] viri, iuuenes, senes, domini, serui, agricolę, opifices, ciuitatū & villarum incolę, omnes deniq; errore inueterati erant. Et verisimile est eos qui sic instituebātur, sic dixisse, *Quid hoc rei est? Nūquid vniuersus orbis terrarū decipitur, sophistę, rhetores, philosophi, historici, q; sunt, qui fuerūt, Pythagorici, Platonici, imperatores, cōsules, reges, indigenę, serui, Barbari, Gręci? His ne omnib<sup>9</sup> duodecim piscatores, & tentoriorū opifices, & publicani sapiētiores sunt? Et quis nā hęc pateretur? Veruntamen nemo hoc dixit;***

† deest in Veron.

† sed alter huic aqualis orbis terrarum pro ipsis stetit.

† Nā multa quidem dogmata iam cessante docebat deum tamen legistatorem adorare iubebant.

A nemo excogitauit, sed oēs passi sunt, & cognouerūt eos omnib<sup>9</sup> sapiētiores. Idcirco vniuersos superarūt, & nihil iis impedimēto fuit cōsuetudo, quæ diuturnitate tēporis ita corroborata erat, vt nullo pacto superari posse videretur. Et vt cōsuetudinis vires intelligas, illud cōsidera. Siquidē ipsa dei præcepta non nūquā superauit. Et quid præcepta cōmemoro? nōne ipsa quoq; beneficia? Nā & Iudæi cum māna haberent, allium quærebāt: & cum libertate fruerētur, seruitutis recordabātur, & Aegyptū sepenumero expetebāt, propter cōsuetudinē: adeo violenta res est. Quod si ab externis, quātū possit, cognoscere placeat: fert Plato, quanuis certō eorū intelligeret errorē, qui deos colerēt, solēnitatib<sup>9</sup> tamē & aliis deorū ceremoniis cōdescēdisse, vt puta qui cōsuetudini repugnare non posset. Quod re ipsa à magistro edidit, qui suspectus quædā circa religionē innouasse, tantum abfuit vt quod vellet assequerēt, vt & vita, quāuis defensus excideret. Quot autē & in præsentia videmus homines à priori sua opinione in impietate perseuerātes, qui Gētilitatis accusati, cū nulla se possint ratione defendere, patres, auos, & proauos in suā adducūt excusationē? Propterea quidā scriptorū secundā naturam cōsuetudinē appellarūt. Quæ cū in dogmatibus est, longe firmiter efficitur. Nam facilius omnia mutare quispiā posset, quā religionē, & cōsuetudinis reuerentiam. Illud sanē erat ad impediendum sufficiens, q; in vltima senectute aliud quiddā & ab indoctoribus doceri viderētur. Et quid admiraris, si in animo hęc vsuueniūt, cum & in corpore magnam habeat vim cōsuetudo? Ceterum in Apostolis & aliud erat iis vehementius impedimētū. Quōdnā? Quod non modo consuetudinē adeo antiquā, adeo vetustate confirmatam mutabant, verum & cum periculis huiusmodi mutationē aggrediebantur. Neq; simpliciter à consuetudine in consuetudinem trahebāt, sed ab ea cui multa esset licētia, in eā cui multū impendebat periculum. Credentem enim quamprimum patria exulare, expelli, vltimas perpeti calamitates, ab omnibus odio haberi, cōmunem esse & suis & alienis hostem oportebat. Itaque si à nouitate quadā in cōsuetudinē vocati essent, hoc etiā pacto difficillima fuisset persuasio. Vbi autē à cōsuetudine in nouitatē, & præsertim cum tot calamitosa proponerētur, quantū fuerit impedimentū intelligas: Accedit ad hęc & aliud non minorē faciēs mutationis difficultatē. Siquidem cum cōsuetudine & periculis ipsa quoq; præcepta grauiā erāt, & iis à quibus abducebātur, & difficiliora & grauiora. A luxuria enim ad cōtinentiā, ab ebrietate ad ieiuniū, à risu ad lachrymas & cōpunctionem, à cupiditate ad inopiā, à vitæ amore ad mortes, à licētia ad pericula vocabātur. In quibus omnibus exacta expetebatur diligētia. Turpido enim, inquit, & stultiloquiū, & scurrilitas nō veniāt in os vestrum. Et hęc illis prædicabantur, qui nihil aliud norāt, quā vino & epulis ventrē distendere, qui festos dies curabant nullā aliam ob rē infestitos, q; turpitudinis, risus, & omniſariam obscœnitatū gratia. Itaque in philosophica vita non adeo hęc præcepta grauiā fuisset, sed illud q; difficillimū, vt hoies libertati, turpitudini, stultiloquio, risui, cōmessationib<sup>9</sup> assueti, sint persuasi. Quis nā qui huiusmodi vitā viueret, audies: *Qui nō accipit crucē suā, & sequitur me, nō est me dignus.* Et, *Non veni pacē mittere, sed gladiū, & separare hominē aduersus patrem*

Num. 11. b.

Eph. 5. 4.

Luc. 9. e. Mar. 10. d.



Luce. 14. g.   
 † neq; recusatunt huiusmodi audientes, sed.   
 Mar. 12. c.   
 Ibid. 5. b.   
 Ibidem.

trem suum, & filia aduersus matrem sua, non sane torpesceret? Quis ite cum audiret, Qui non renunciauerit domui, patrie, & pecuniis, non est me dignus, non aegrefceret, non id renunciarer? Veruntamen non solum in iis non torpuerunt, sed relictis vestibus huiusmodi audientes, imadate exequi festinarunt, eaq; arripietes contra calamitates insiluerunt. Sed & illud etiam, quod de omni verbo ocioso reddituri sumus ratione: & quod omnis qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mechatus est ea in corde suo: & qui frustra irascitur, in gehennam intrudetur: quem illius seculi hominum non auertisset? Omnes tam en proprio animo accurrerunt, multi fossas trasilierunt. Quid igitur eos cogebat? Nonne plane constat, illius qui predicabatur potentia? Aliter enim contra euenisset. Illi quidem ij, ij autem illi fuissent. Nunquid facile futurum erat, & tenere & trahere oppugnates? Nunquid dubium est? Quamobrem ubiq; ostenditur, hoc a diuina virtute perfectum. Nam vnde, queso, lasciuus & procacibus hominibus persuasissent ad dura & asperam vitam eos allicientes? Sed precepta quidem huiusmodi. Ceterum videamus, nunquid tandem doctrina hec esset facile persuasibilis. Atqui hac quoque in parte satis abduci increduli potuissent. Quid enim predicacionibus suis profitebatur? crucifixum adorandum, deum illum habendum, qui ex muliere Iudaea esset genitus. Et quisnam iis credidisset, nisi diuina praeueniente virtute? Quod enim crucifixus esset & sepultus, omnes sane norant: quod autem resurrexerit, & ad caelum ascenderit, praeter Apostolos conspicatus fuerat nemo. Sed promissionibus eos allexerunt, dixerit quispiam, & verborum strepitu decepti sunt. Hoc ipsum igitur praeter ea quae dicta sunt maxime ostendit, nullam in nostra dignitate esse fallaciam. Siquidem omnia in hac vita difficilia, vtilia autem post resurrectionem promittuntur. Hoc ipsum igitur, iterum enim dicam, diuinum nostrum dogma plane ostendit. Et quamobrem nemo creditum dixit: Non accedam, neque patiar, difficilia in hac vita minaris, vtilia autem post resurrectionem polliceris? Vnde constat resurrectionem futuram: Quis vita functus vnquam reuersus est? Quis sepultus resurrexit? Quis eorum dixit vllum praemium post huius vitae migrationem futurum? Sed cum nihil huiusmodi nossent, pro crucifixo tamen vitam posuerunt. Idcirco hoc vel maxime fuit potentie, vt tam magnis de rebus, quas nunquam antea audissent, certatim omnes fide adhererent, & persuaderi possent, vt re ipsa maximas subiret calamitates: praemia autem in posterum expectarent. Nam si deceptionibus vti voluissent, contra potius fecissent. Praemia quidem hic essent polliciti, terribilia vero haec siluissent. Hoc nanque pacto deceptores & adultores faciunt, nihil asperum, nihil molestum, nihil graue proponentes, sed est regione: haec enim fallacia est. Sed multitudinis, inquit, stultitia hoc effecit, vt his predicacionibus crederetur.   
 † contraria omnia:   
 † non   
 † si meliori cum ratione ea obseruabatur, in quibus tamen

iecta, in noua dogmata commigrarunt, vtpote quod haec secundum naturam, illa praeter naturam erant. Sed serui, inquit, fuerunt credentes, mulieres, nutrices, obfetrices, eunuchi: imo neque; ab his solum ecclesia nobis confirmata est, & hoc plane constat omnibus. Quod si ab his confirmata contederis, hoc vel maxime admirabilem facit eorum praedicationem: quae dogmata neque Plato, neque Platonici aperte intelligere valuerunt, ea repetere piscatores omnium indoctissimum hominum genus persuadere potuerunt vt susciperetur. Neque enim si sapientioribus tantum persuasissent, tantopere fuisset admirandum. Ex quo autem seruos, nutrices, eunuchos in tantam allexerunt philosophiam, vt angelis emulos faceret, maximum diuinae inspirationis praebuit argumentum. Etenim si vilia & abiecta precepisset, fortasse non sine ratione persuasionem illam in abiectione praedicationis argumentum referri potuisset. Quod si magna & profunda, & humana ferere naturam excedentia, & quae perspicaci mente indigebant, philosophabatur: quanto eos [qui persuasi sunt] stultiores ostendit, tanto eos sapientiores, & diuinae gratiae pleniores qui persuaserunt ostendit. Sed promissionis magnitudine persuasisse quis dixerit. Num enim hoc, quaso, admiraris, quo pacto post mortem meritorum praemia expectanda persuaserunt? Ego quidem hoc ipsum obstupesco. Sed & hoc ex stultitia, inquires. Qua queso stultitia? An ne vt discamus animam immortalem esse, iudicium incorruptum post presentem vitam nos subituros, verborum, operum, cogitationum poenas videnti arcana omnia deo daturos, malos in suppliciis torqueri, bonos praemiis coronari nos visuros? Haec profecto non stultitiae sunt, sed maxime philosophiae. Sed his contraria animo voluerit, ea demum stultitia est. Ipse igitur presentium rerum despectus, & magna virtutis opinio, & nulla praemiorum in hac vita expectatio, sed nostrae spei vltimus progressio, & tanta animi constantia, tanta fides, vt nullo praesentium calamitatum incursum ad futuras spes impediamur, quate, queso, haec sunt philosophiae? Sed nunquid vis ab ipsis promissionibus & prophetiis ex preteritis futurorum veritatem dignoscere? Intuere catenam aut ream varie a principio contextam, dixit aliqua eis de seipso & de ecclesiis & futuris rebus: & inter dicendum miracula faciebat. Igitur a dictorum euentu constat vera esse miracula quae faciebat, sed & ex miraculorum operatione constat ea vera fuisse quae dixit, & quae futura sunt, & quae promittuntur. Vt autem apertius fiat quod dicimus, ex ipsis rebus manifestum faciam. Suscitauit Iesus Lazarum solo verbo, & viuere eum ostendit. Dixit rursum, quod portae inferi non praeualebunt aduersus ecclesiam: & qui reliquerit patrem vel matrem, ceterum accipiet in hoc seculo, & vitam aeternam possidebit. Igitur miraculum quidem Lazari vnum est, prophetiae autem duae, altera in hac vita, altera in futura demonstrata. Considera ergo quo pacto omnia inuicem confirmantur. Quod si Lazarum suscitatum quispiam negaret, ex prophetia quae de ecclesia dicta est, credat miraculo. Quod enim tor ante temporibus praedictum est, tunc re ipsa euenit, & in fine deductum est. Portae namque inferi contra ecclesiam non praeualuerunt. Qui igitur verum in prophetia locutus est, eum proculdubio constat miracula operatum, qui autem miracula operatus est, & quae locutus est effecit, constat eundem in prophetia de futuris rebus verum dixisse cum dixit, quod ceterum accipiet, & vitam aeternam possidebit, qui praesentia contempserit. Quae enim superiori tempore & fa-

† si meliori cum ratione ea obseruabatur, in quibus tamen

cta & dicta sunt, ea maxime futurorum pignora, quod ventura sint, dedit. Haec itaque omnia, & his similia ex euangeliis colligentes, contra aduersarios adducamus, & eorum ori imponamus silentium. Si quis autem diceret, qua ratione non extinctus est tandem error: illud responderemus, quod nos causa sumus omnium, qui contra salutem nostram certamus. Siquidem deus ita res instituit, vt ne reliquiae quidem vllae impietatis relinquerentur. Breui igitur quae dicta sunt repetamus, & quoniam pacto se res natura habeat, perspicimus. An ea est, vt infirmi a potentibus vincantur, an contra vt qui facilia loquuntur, an qui difficilia? vt qui cum periculis trahunt, an qui cum licentia? vt qui res nouas sanctiunt, an qui consuetudinem obtinent? vt qui in asperam, an qui in facilem viam aduocant: vt qui a patriis legibus discedunt, an qui peregrinas non instituunt? vt qui post huius seculi commigrationem omnia permittunt optima, an qui in presenti vita adulantur: vt multi a paucis, an pauci a multis superentur? Verum & vos in hac quoque vita pollicemini, dixeris. Et quidnam hic pollicemur? peccatorum veniam, & lauacrum regenerationis. Et quidem potissimum baptismum in futuris plenitudinem habet. Et proclamatur Paulus in quiens: Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Cum enim Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Quod si in hac etiam vita bona habent, quemadmodum habent: etiam hoc maxime est admirationis, quod his qui innumera commiserant scelera, & quanta nemo alius, persuadere potuerunt omnia peritura, & nullius peccatorum suorum rationem reddituros. Itaque vel hac ipsa causa admirari maiorem in modum oportet, quod hominibus Barbaris talem persuaserint fidem accipere, & bonas de futuris rebus spes habere, & prius peccatorum onere cum multa alacritate abiectio, in posterum virtutum se laboribus subiecerint, & ad ea quae sensu percipiuntur, nihil inhiauerint, omnibus autem corporeis rebus superiores, intelligibilia dona complexi sint, & Persa, Sauromata, Maurus, Indus piaculum animae, dei virtutem atque incredibilem humanitatem, fidei philosophiam, spiritus sancti aduentum, corporum resurrectionem, immortalis vitae dogmata intellexerint. [Haec enim omnia & alias plures] Barbarorum nationes piscatores initiantes, in baptisate philotophari eis persuaserunt. His igitur omnibus diligenter seruatis, contra Gentes adducamus in medium, & item a vita argumentum eis exhibeamus, vt vtrinq; & salutem consequamur, & illos ad dei regiam alliciamus, cui gloria in secula, Amen.

Coloss. 3. a

† Haec enim omnia & alias plures his plura.

Homilia viij.

Cap. III.

**E**t ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: tanquam paruulus in Christo, lac vobis potum dedi, non escam. Nondum enim poteratis, sed ne nunc quidem potestis: adhuc enim estis carnales. Cum exteriorem philosophiam euerterit Paulus, & omnem eius deiecerit insolentiam, aliam iam materiam aggreditur. Etenim non temere respondere poterant, si Platonem, Pythagoram & cuiusuis aliorum philosophorum dogmata annunciareremus, meritum contra nos tam longo vsus esset sermone: sed cum spiritus profiteamur doctrinam, quamobrem huc illuc exteriori sapientiam distrahis? Quoniam autem pacto hoc oppugnet, accipias: Et ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus: hoc est, si spiritualia, inquit, annunciaueris, non tamen idcirco in superbiam efferri oportet. Non enim vestra annunciaueris, neque ipsi ex vo-

bis inuenistis, neque in presentia haec scitis vt oportet, sed discipuli estis, & omnium vltimi. Itaque si in exteriori sapientia magna de vobis opinionem concipitis, ea non modo nihil est, sed contra vos ipsa coarguit. Si vero in spiritualibus: in his ite minus habetis, & in vltimo loco adnumeramini. Idcirco inquit, non sum locutus, ne inuidiae gratia id dixisse viderer. Sed duplici ratione eorum tollit elationem: prima quidem, cum ostendit eos optima ignorare: altera autem, quod ipsi ignorantia eos posse significat. Nam quod quispiam a principio nequeat, fortasse a rei natura proficitur. Atqui neque haec eis permittit excusationem: non enim quod profunda accipere non potuerint, eos inquit non accepisse, sed quoniam carnales sint. Veruntamen in ipsis primordiis non adeo hoc erat accusandum. Quod autem tanto decurso temporis spacio nondum perfectiores euaserint, hoc vltimae erat foecordiae. Hoc etiam in Iudeis reprehendit, licet non tam vehementer: illos namque aduersa fortunae gratia tales esse dicit, hos autem maliciae cupiditate. Non igitur simile est hoc & illud, & ostendit eos se verum alloqui vt castiget, illos autem vt maxime excitet. his enim inquit, Sed ne nunc quidem potestis. Illis vero, Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem feramur. Et rursum: Confidimus autem de vobis dilectissimi meliora & viciniora salutis, tamen ita loquamur. Et quoniam pacto qui tantum assecuti sunt spiritum, eos carnales appellat, & quo principio tantas praeteriit laudes: Nam & illi carnales erant, ad quos inquit dominus, Discedite a me, non noui vos, qui operamini iniquitatem. Atqui & daemones eiecerunt, & mortuos suscitauerunt, & prophetias locuti sunt. Itaque potest etiam qui signa facit, carnalis esse. Etenim in Baalam operatus est deus, & Pharaoni futura reuelauit, & Nabuchodonosor: & Caiphas prophetauit, nescius tamen quid diceret: & alij quidem daemones eius nomine a quo longum aberant, expulerunt. Hoc enim non eorum duntaxat gratia qui operatur fit, sed aliorum quoque, & sepe ab indignis hominibus haec fiunt. Et quidnam admiraris, si indigni homines aliorum gratia huiusmodi faciunt, vbi & sanctorum? etenim Paulus inquit: omnia vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephias, siue mundus, siue vita, siue mors. Et rursum: Quod ipse dedit alios quidem Apostolos, alios autem prophetas, alios vero magistros & pastores, ad purificationem sanctorum in opus ministerij. Nam nisi sic se res haberet, nihil prohibuisset quin omnia corrumperentur. Contingit enim principes quidem malos esse & sceleribus coinquinos, subditos autem mansuetos & modestos: & laicos religiosum viuere, sacerdotes vero impii. Neque debuisset aut baptismum esse, aut corpus Christi, aut oblatio, quae per eos administraretur, si ubiq; gratia meritum exquiret. Nunc autem per indignos consuevit deus operari: & nihil propter sacerdotis vitam baptismatis gratia leditur. Debuisset enim qui accipit, minui. Itaque etsi rarius haec fiunt, sunt tamen. Haec dico, ne quis presentium sacerdotis vitam penfisculando circa religionis nostrae doctrinam scandalizetur. Nihil enim homo his quae sibi proponuntur, ex se addit: sed id omne diuinae virtutis opus est, & ipse deus qui nos erudit. Et ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: tanquam paruulus in Christo, lac vobis potum dedi, non escam: nondum

Hebr. 6. a   
 Ibidem. b

† quoru raras laudes in iis nar ruit?

Num. 24. c.   
 Gen. 41. a   
 Daniel. 2.   
 4. a   
 Ioan. 11. g   
 Mar. 9. f

Hic inf. d   
 Esai. 4. d

Sup. 2. d  
Ibidem.

Quis ne  
que tanta  
nobis ad-  
sit gratia  
Ivan. 3. e

Act. 10.

Philip. 3. b  
† secundum  
iusticiam  
quae in lege  
est.  
2. Tim. 1. a

nondū enim poteratis. Hęc ita in figura loquitur, ne emulationis gratia dixisse videat quæ locutus est, quæ scilicet spiritualis iudicat oīa, & ipse à nemine iudicatur. & itē illud, Nos sensum Christi habem⁹. Simul autē & eorū cohibet insolentiā. Quib⁹ verbis id significatur, Nō propterea tacui, quod nihil amplius vos alloqui potuissē, sed quoniā carnales estis. Sed ne nūc quidē potestis. Quamobrē non inquit, nō vultis, sed nō potestis? quoniā hoc pro illo posuit. Nam quod non potuistis, à volūtate profectū est. Quod eis quidē accusationē, magistro autem veniam affert. Nam si natura nō potuissent, non immeritō venia dari potuisset. Cū autē ex industria nolint, omni priuātur excusatione. Deinde psequitur, quidnam eos carnales faciat, adducens: Cū enim sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundū hominē ambulatis? Atqui cū posset & eorū adulteria & luxurias reprehēdere, illud potius meminit peccatū, quod primū corripere volebat. Quod si zelus carnales facit, iā tēpus est vt omnes maiorē in modum vlulemus, faccū induamus, perfundamur cinere. Quis enim ab hoc affectu liber est? Nisi fortē ex meipso aliorū animos cōiicio. Si zelus carnales facit, neq; finit (spirituales esse, quāuis prophetātes & alia faciētes miracula, t̄ quāuis tāta eis gratia sit: ] quoniam in loco opera nostrā cōstituemus, cū nō in isto duntaxat, sed longē grauiorib⁹ viciis deprehēdamur? Hinc intelligimus nō immeritō Christū dixisse, quod mala operatur, non venit ad lucē, & quod vita immunda profundis dogmatibus impedimēto est, nec finit perspicacitatē mentis purā existere. Quemadmodū igitur qui rectē viuit, in errore permanere impossibile est: ita nō facillē qui in malicia educatur, respicere quamprimū ad nostrorum dogmatum altitudinem potest, sed oportet vt qui in veritate permāsurus sit, omnib⁹ exutus affectibus liber euadat. Quib⁹ propulsatis, etiā se erroribus liberabit, & veritatē assequetur. Neq; enim si nō cupid⁹ sum, si nō adulter, hoc mihi fati esse arbitreris. Siquidē non horū fuga tantū ad perfectionem consequendam homo satagat, sed omnia percurrat oportet, qui veritatē perscrutat. Idcirco Petrus Apostolorū princeps inquit, In veritate cōperi, quoniam nō est personarum acceptor deus, sed in omni gente qui timet eū, & operatur iusticiā, accept⁹ est illi: hoc est, vocat & allicit eū ad veritatē. Nonne vides Paulum qui omnibus vehemēti⁹ erat & in certādo, & persequēdo? Veruntamē postquā vitam irreprehensibilem induit, neq; humanis affectib⁹ se subiecit, & acceptus est, & omnes exuperavit. Si quis autē percontaretur, quānā ratione Gētilis ille pbatus, bonus, benignus, in errore persistit? Illud responderē, quod aliis superatur affectib⁹, inani scilicet gloria, aut animi socordia, aut propriē salutis negligētia, sed temerē & frustra res suas agi arbitrat. Petrus autē eū qui in omnibus iusticiā operatur, irreprehensibilē appellat, t̄ secundū iusticiā & in lege factus irreprehensibilis: ] & gratias habeo deo cui seruo à pgenitoribus in pura cōscientia. Quo modo igit, inquit, immundi digni facti sunt p̄dicatione? Quoniā & voluerūt & desiderarunt. Etenim errātes quidē trahit, si affectibus purgantur: qui autē sponte sua accedunt, eos nō expellit: multi verō & à progenitoribus pietatē acceperunt. Siquidem quum in vobis emulatio sit & contentio. Iam in subditos accingitur. Siquidē in superioribus principes euertit, cū asseruisset nullius momenti esse

fapientiā sermonis: hoc autē in loco subditos tāgit, inquit: Cū enim quis dicit, Ego quidem sum Pauli: alius autem, ego Apollo, nonne carnales estis? Quib⁹ verbis significat, hoc nō solū eis nihil vtilitatis afferre, nihil cōparare, sed maiorib⁹ in rebus impedimēto esse. Hoc nanq; zelum peperit, zelus autē carnales fecit. Quod verō carnales facti sunt, effecit ne possent quę altiora sunt audire. Quis igitur est Paulus? Quis verō Apollo? Post rerum cōfirmationem atq; demonstrationem, apertius iam accusationē aggreditur, & suum ipsius nomen ponit, & omnē aufert asperitatem, neq; patitur vt quisquā suā succenseat orationi. Nā si Paulus nihil est, neq; indignat, multo minus illos indignari oportet. Duplici igit ratione eos cōsolatur, & quod seipsum subiicit, & quod nō omnino eos priuat ac si nihil perfecerint, sed tribuit eis quiddā exiguū. Tribuit enim. nam cum diceret, Quis igitur est Paulus? Quis verō Apollo? addidit, Nisi ministri t̄ eius cui cre- didistis. Hoc autē ipsum per se quidē magnum est, & multis dignū p̄miis, ad originē verō & radicē bonorū nihil. Nō enim qui ministrat bonis, sed qui bona exhibet, is demū beneficus est. Et nō dixit, euāgelistē, sed ministri: quod maius est. Quippe qui nō solum euāgelizarunt, sed ministrarūt nobis. Etenim alterum quidem solo verbo, alterum autem etiā opere continetur. Itaq; quanquā Christus minister sit, non tamē minister solus est, sed & fons atq; radix bonorum, & tanquā filius. Vide tamen quō rem adducit. Quo modo ergo dicit ipsum ministrū fuisse circuncisionis? De carnis generatione illic loquit, non hoc modo quē in præsentiā diximus: siquidem illic ministrū impletorem appellat, non ex seipso præsente bona. Et nō dixit, qui vos fidem erudiūt, sed t̄ cuius opera credidistis] rursū illis quiddam amplius tribuēs, & ministros etiā hoc in loco eos manifestat. Si igitur in alterius ipsi ministeriū venerunt, quoniam pacto hi dignitatē sibi vindicāt? Tu autem cōsidera quod minimē eos accusat, tanquam rapiant, sed tanquā p̄beant. Materia enim erroris in multitudine erat. siquidē nisi illi essent, hi absoluerentur. Duo igitur sapienter cōfirmavit, & vnde oportebat peccatū destruere, inde euertit, & in illos odiū nō seruat, neque magis eorū excitat contentionem. Ait enim, Et vnicuique sicut dominus dedit. Neq; enim hoc ipsum est paruum sit, à se, sed à dei benignitate acceperunt. Nā ne dicerēt, Quid igitur? qui nobis ministrāt, nō amabimus? Sanē inquit. Sed sciamus oportet, quousq; in amore progrediendum sit. Siquidem hoc ipsum nō à se, sed ab exhibitore deo acceperunt. Ego plantauit, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Hoc est, ego primus verbū dei disseminavi: vt autē semina non aufererēt tentationibus, à seipso Apollo ea rigauit, totū autē dei opus est. Itaque neque qui plantauit est aliquid, neque qui rigauit, sed deus qui dedit incrementum. Animaduertis quo pacto eos consolatur, neq; asperiores fierent audiēdo, Quis hic est aut ille? Vtrunq; enim graue: & cū dicitur, & quis hic est, & quis est ille: & cū dicitur, Neq; qui plantauit, neque qui rigauit, est aliquid. Qua igitur ratione hæc leniuit? Primū ex propriæ personæ contemptu, cū inquit: Quis est Paulus? Quis Apollo? Inde ex omnium ad datorem deum relatione. nam cū dixisset, quod hic plantauit, & addidisset nihil eū esse, subdidit: Sed qui incrementū dedit deus. Sed neq; hoc in loco cōsistit, verū alia item adiectione hoc molitur his verbis: Qui autem plantat & rigat, vnum

gat, vnum sunt. Et quo aliud quoq; confirmat, ne inuicem superbia efferat. Vnum autē esse eos inquit, quoniā nihil possunt sine deo qui dat incrementum. Quibus verbis neq; qui multū laborant, aduersus pigriores effert, neq; alios his inuidere p̄mittit. Deinde cum ea opinione, vt scilicet omnes vnū sint, negligentiores efficiantur, & hi qui multū, & hi qui remissius operat: animaduerte, quæso, quib⁹ hoc verbis corrigat: Vnusquisq; propriam mercedem accipiet secundum suum laborē. Ac si diceret, noli timere quod dixerim, vnum sunt. Sunt nanq; vnum ad dei opus cōparati, nō autem ad labores: sed vnusquisq; propriam accipiet mercedē. Inde rursū hoc auget, vt quod vult efficiat, & gratificatur quantum licet ambitiosē: [Dei enim sumus adiutores: ] dei cultura, dei ædificatio est. Intuere quo pacto opus eis attribuit, nec quidē exiguū, quāquam omnia prius dei esse cōfirmauerit. Nam cū semper admoneat parendū esse principib⁹, propterea nō multum magistros extenuat, dei cultura estis: cū dixisset, plātaui, in similitudine perstitit. Si autem dei cultura sumus, nō ab his qui nos genuerūt, sed à deo appellari decēs est. Nō em̄ ager agricolę est, sed patrisfamilias. Dei ædificatio estis. Rursū ædificatio nō artificis, sed domini est. Quod si ædificatio estis, nō oportet dissipari: siquidem nō esset ædificatio. Si cultura estis, separari nō opus est, sed vnā cōcordiæ sepe muniri. Secundum gratiam dei quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui. Sapientem seipsum hoc in loco appellauit, nō elationis gratia, sed vt figurā eis præberet, & vt ostēderet sapiētis esse vnum iacere fundamentū. Intuere tamē quo pacto modestiā seruat. Nā cū se sapientē diceret, nō id sibi tribui voluit: sed cū se ad deum referret, hinc se sapientis nomine appellauit. Secundum gratiā dei quę mihi data est, inquit. Simul nanq; ostēdit & totum dei esse, & hoc maximē esse gratiā dei, ne scilicet dissentiant, sed in vno permanēat fundamēto. Alius superædificat. Vnusquisque autem videat quomodo superædificet. Hoc in loco mihi videt in vitæ certamen eos trahere, ex quo eos cōiunxit, & vnum fecit. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Nō potest, donec fuerit architectus. Quod si ab alio ponat, non amplius est architectus. Ecce quo pacto à cōmunibus sentētiis omne propositum cōfirmat, cuius sentētia huiusmodi est: Annunciaui Christū, tradidi vobis fundamētū. Videte quo modo superædificetis, an inani gloria, an ad hoīes trahētes discipulos. Nolimus igit hæresibus inherere. fundamētum em̄ aliud nemo potest ponere, præter id quod positū est. Super hoc ergo ædificem⁹, & pro fundamento habeamus tanquā palmitē vitis, & nullū sit medium inter nos & Christū. Quod si medium aliquod intercederet, fid quamprimū aboleamus. ] Etenim palmes per continuationē vitis naturā trahit, & ædificiū cōglutinatione cōsistit, vt si fathiscat, totū corruat, neq; vbi innitatur habeat. Nō igitur simpliciter Christū teneamus, sed ei cōglutinemur. Nā si quicquā secesserimus, peribimus. Qui em̄ lōgē abeunt à te, peribūt, inquit. Cōglutinemur igitur ei, & cōglutinemur per opera. Qui em̄ seruat præcepta mea, ipse in me manet, inquit. Et p̄fectō multis nos inuicē exēplis cōiungit. Animaduerte, quæso. Ipse caput, nos corpus. Nūquid potest vlla media esse inter caput & corpus distātia, quę vacet? Ipse fundamentū, nos ædificiū: ipse vitis, nos palmites: ipse

A sponfus, nos spōsa: ipse pastor, nos oues: via ille, nos viatores: nos itē templū, ille inhabitator: ipse primogenitus, nos fratres: ille heres, nos cohēredes: ipse vita, nos viuētes: ipse resurrectio, nos qui resurrexim⁹: ipse lux, nos illuminati. Hęc oīa cōglutinationē demonstrāt, & nihil vacui in medio relinquit, ne minimum quidē: quippe qui parū abest, cū processerit, aberit lōgius. Etenim corpus si parū ab ense diuidatur, corrūpitur: & ædificiū si parū fathiscat, dissoluitur: & si vel minimū palmes à radice absindatur, inutilis redditur. Itaq; id parū non est, sed ferē totū existimandū. Cū igitur parum peccauerimus, vel desidia torpuerimus, nolim⁹ vt exiguum despicerē. Siquidē id neglectum quamprimū in immensum euadet: sic & vestis quę scindi cœperit, neglecta tota discinditur: & tēctū paucarum tegularū casu cōtempo, totā domum diruit. Hęc nos reputātes, nunquā paruū contēnamus, ne p̄cidamus in maiora. Quod si eo contēpto in grauissima scelera deciderimus, nō tamē nobis desperandū est, ne in infaniā prorua⁹. Etenim difficile est inde emergere, nisi quis maximē sobrius sit, nō lōgitudinis tātum, sed ipsius situs gratia. Profundū nanq; peccatū est, & deorsum trahit. Et quemadmodū qui in puteum decidit, nō facillē euadunt, sed aliorū opus est auxilio, qui eum eripiāt: sic qui in profundum peccatorū immerfus est. Demittam⁹ igitur ad hos funes, eosq; educamus: vel potius nullo alio indigem⁹ quā nobis ipsis, vt p̄siliere & ascēdere possimus, non tantum quantum descendimus, sed multo magis, modō voluntas adsit. deus enim nobis opitulatur, neq; vult mortē peccatoris, sed vt cōuertatur. Nemo igitur desperet, nemo impiorum affectu torqueatur. Illorū nanq; est hoc peccatum: Impius, inquit, cū in profundū venerit peccatorū, contemnit. Itaq; nō peccatorū copia in desperationē trahit, sed impij animus. Itaq; etsi omnē excesseris maliciā, tecum ipse loquere, Benignus est deus, & salutem nostrā desiderat, nam si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi niuē dealbabo: quasi nix dealbabuntur, inquit, & ad diuersum habitū cōuertā. Quamobrem ne desperemus: neq; enim casus tam grauis est, quā post casum iacēre: neque tam graue vulnus accipere, quā nolle acceptū curare. Quis gloriabitur cor castū habere, vel quis cōfidet purum esse à peccatis? Hoc dico nō vt pigriores vos faciā, sed vt in desperationē prohibeā incidere. Vis intelligere quā benignus sit dominus noster? Ascendit publicanus in templū tantis vitis incoinquinatus, & qui tantū dicebat, Deus propiti⁹ esto mihi peccatori, descēdit iustificatus. Et per prophetā inquit deus: Propter peccatum parum cum dolore affeci, vidi quod tristat⁹ est, ambulauit tristis, & sanauit vias eius. Quid nam benignitati huic comparandum? vt tantū doleas, inquit, dimisi tibi peccata. Nos autē neque hoc quidē facimus. Qua re maximē deum prouocamus? Qui enim minimo reconciliatur, cū id non consequitur, nō immeritō indignatur, & vltimum à nobis exigit suppliciū. Et sanē quā maximi hoc contemptus est. Quisnam igitur vnquam peccatorū gratia dolore affectus est? Quis ingemuit? Quis pectus percussit? Quis sollicitudinē vllam suscepit? Nemo, vt arbitror. Verū innumeros dies desēt hominēs familiarium obitus, pecuniarum damnum. Quod autem animam singulis diebus amittamus, ne cogitamus quidem. Quo igitur pacto deus placari poterit, cū neq; peccatū

† Protinus perirem⁹.

Psal. 72. d

1. Io. 3. d

Luca. 18. e

Prove. 28

Prove. 18

Esai. 1. e

Ecce. 18.



catu tuu intelligas? Certu inquis, peccau. Certu lin-  
gua tantu profiteris. Dic, quaso, nunquid & animo  
etiā cum verbo? Ingemiscas, vt perpetuo lēteris. Ete-  
nim si super peccatis nostris doleremus, si plangere-  
mus super errorib°, nihil amplius nos dolore affice-  
ret. hac nanq; egritudine omnis animi anxietas pro-  
pulsaretur. Itaq; & aliud nostro quoq; iudicio lucra-  
remur, q; neque immergeremur præsenti vitæ cala-  
mitatibus, neq; prosperis reb° animus intumesceret:  
& hoc pacto maiore in modū nobis deum placare-  
mus, nō aliter ac in præsentiā operibus nostris irrita-  
mus. Dic, queso, si quem haberes seruū, qui cū mul-  
ta à cōseruis suis mala pateretur, nihil tamē aliud cu-  
raret, q̄ ne dominum ad irā prouocaret, nunquid vel  
hac vna re satis possēt irā tuam mitigare? Quid autē  
si ex his quæ in te cōmitteret, nihil sollicitaretur, sed  
caueret ne cōseruos offēderet: nōne maiori suppli-  
cio eū afficeret? Hoc pacto deus facit, quandoquidē  
eius irā contemnimus, vehemētius irascitur: quādo  
vero eius curā habemus, remissius, vel potius nō am-  
plius irascitur. Vult enim vt à nobis ipsis peccatorū  
suppliciu exigamus, nec amplius ipse id exigit: idcir-  
co minatur vltionē, vt metu contēptum tollat. Cū  
verō solis minis formidamus, non vltius in suppli-  
cium progreditur. Vide igitur quid ad Hieremiā lo-  
quatur, Patres eorū accendunt ignem, filij colligunt  
ligna, mulieres eorum conspergunt adipem. Vereor  
ne de nobis hoc dictū sit. Non vides quid hi faciūt?  
Nemo Christi doctrinā inquirat, sed vniuersi ppriis  
rebus incumbūt. Filij eorum in luxurias, patres eorū  
in auariciā, in rapinam præcipites feruntur. Vxores  
circa huius seculi cogitationes, non solū viros abdu-  
cunt, sed irritāt. In foro, quaso, consistas, percontare  
prætereuntes, neminē videbis ad spiritualē prædica-  
tionē, sed omnes ad carnalia festinantes. Quoad igitur  
sobrij erimus? quousque in profundum somnum  
deferemur? Nūquid satiati sumus in scelerib°? Atqui  
& nemine loquente, satis ipsa rerum experientia do-  
cere nos potest, quāta sit præsentiū rerū vilitas, quā-  
ta miseria. Homines igit qui externæ vacarūt philo-  
sophiæ, neq; quicquā futurarū rerum intellexerunt,  
cū præsentiū vilitatē reprehenderent, hac solū  
causā his se amouerūt. Quod cū ita sit, quam tu ve-  
niā assequeris, cū humi prostratus iaceas, neq; despi-  
cias hæc quæ parua sunt, & breui dilabuntur, eorum  
gratia quæ maxima sunt, & perennia, cū deum hæc  
tibi ostendentē atque reuelantē audias, & tantā tibi  
ipse polliceatur? Quod autē hæc non sufficientia sint  
quæ possideamus, indicio fuerunt, qui sine maiorum  
promissionibus ab his abstinerunt. Quarū enim di-  
uitiarū expectatiōe paupertatē expetiuerunt? Nul-  
larum, sed quoniā certō cognouerāt huiusmodi pau-  
pertatē diuitiis meliorē esse. Cuius vitæ spe deliciis  
contemptis asperrimæ vitæ se deuouerunt? Nullius,  
sed ipsam rerum naturā secuti, intellexerunt id & ad  
animę philosophiā & bonam corporis valetudinem  
accommodatus. Hæc itaq; & nos reputantes, & futu-  
ra bona frequenter animo versantes, præsentiā abii-  
ciamus, vt cōsequamur futura: gratia & benignitate  
domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul &  
spiritui sancto gloria, in secula seculorum, Amen.

Homilia nona.

**I** quis autem superædificat super fundamentum hoc,  
aurum, argentū, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipu-  
lam, vniuscuiusq; opus manifestum erit. Dies enim de-

**A** clarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusq; opus quale  
sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superædificat, mer-  
cedē accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentū patietur: ipse au-  
tem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Nō parua nobis  
ex hac particula quæstio incūbit: verūm admodum  
necessaria, & eorū ē numero, quæ ab omnib° inqui-  
runtur, an finē habeat gehennę ignis. Quōd enim nō  
habeat, Christus his verbis ostēdit, Ignis ille non ex-  
tinguetur, & vermis eorū non morietur. Nec ignora-  
mus, quin his verbis torpore contrahimini. Verūm  
quid faciā? Etenim deus præcepit frequēter hæc in-  
stillāda auribus, quippe qui inquit, Præcipe populo  
huic. & nos in ministeriū sermonis ordinati sum°, &  
necesse est nō spontē, sed coactum grauē me esse au-  
ditoribus. Vel potius, modō velitis, nō erim° graues.  
Si em̄, inquit, bonū feceris, noli timere. Itaq; licet vo-  
bis nō solū sine odio, sed cum voluptate verbis no-  
stris aures accommodare. Quoniā igitur gehenna nul-  
lo sine cōprehenditur, & Christus id demonstrat, &  
item Paulus, ait enim q; peccatores pœnas supplicij  
dabūt in interitu æternas. Et rursus, Nolite errare,  
neq; fornicarij, neq; adulteri, neque molles regnum  
dei hereditabunt. & ad Hebręos, Pacē sequimini cū  
omnib°, & sanctificationē custodite, sine qua nemo  
videbit dominū. Et Christus ad eos qui dixerunt: In  
noīe tuo virtutes multas fecimus. Discedite, inquit, a  
me qui operamini iniquitatē, non noui vos. Et virgi-  
nes exclusæ, nō adhuc admixtæ sunt, & de his qui vi-  
ctum ei nō dederunt, q; abibunt in suppliciu æternū.  
Nec mihi dicas, vbi iustitiæ ratio seruā, si nō habet  
finē supplicium? Cū enim deus quicquā operatur,  
eius sententię pareas, neq; velis humanis rationibus,  
quæ ab eo dicuntur perscrutari. Veruntamē qua  
ratione iniustū dixeris, vt is qui innumera à principio  
bona sit assecutus, inde flagitiis coinquinē, & neq;  
minis, neq; beneficio factus sit melior, puniatur? Nā  
si iustū inuestigaueris, ipso statim p̄cipio perdi vos  
oportuisset, vel potius neq; tunc sola iustitiæ ratioē.  
Etenim etiā humanitate quis esset, si supplicio nos af-  
fecisset. Siquidem cū quispiā nihil iniurianti iniu-  
riā infert, iure ipso puniendus est. Quando autem &  
beneficū & eū qui nihil antē acceperit, sed qui spon-  
te sua innumera cōtulerit beneficia, quive vt essemus  
effecerit, qui deus sit, qui animā inspirauerit, qui vo-  
lentē in cœlum erigit: post tanta beneficia non tan-  
tū lædit, sed singulis diebus malē operando cōtume-  
liis afficit: hunc, in quā, quānam venia dignum duxe-  
ris? Nōne vides quo pacto Adā vno tārū peccato  
punitus est? Certē, inquit, paradysum ei de° & immē.  
Sē benevolentia fructū largitus est. Atqui non idem  
est, vt qui multo fruā ocio, & qui multis in malis cō-  
stitutus sit, peccet. Verūm graue hoc est, q; non in pa-  
radiso, sed inter innumeras præsenti vitæ calamita-  
tes in peccata incidis. quemadmodū si quis ligatus  
perstet in malicia, neq; ipsa miseria fiat cōtinentior.  
Tibi autē paradiso etiā maiora promittuntur. Neq;  
adhuc dedit, ne certaminum tēpore distrahas: ne-  
que cōticit, ne te laboribus prosterneret: & ille qui-  
dem vno peccato omnino mortē secum traxit: nos  
autē quotidie innumera scelera cōmittimus. Quōd  
si ille vno duntaxat peccato tantum mali & mortem  
induxit: quidnā perpeti nos oportet, qui semper in  
peccatis versamur, qui pro paradiso cœlū expecta-  
mus? Grauis sanē oratio, & q; auditoris animū percel-  
lat. Hoc ego ex meipso intelligo, cor enim meū con-

turbatur

**A** turbatur atq; concutitur. Et quantō magis gehennæ  
rationem confirmari video, tantō magis cōtremisco  
& timore dissoluor. Verūm necessariū est hæc habe-  
re orationē, ne in gehennam incidamus. Non acce-  
pisti tu paradysum, non ligna, non plāras, sed cœlum  
& quæ in cœlis sunt bona. Quōd si qui min° accepit,  
damnatus est, & nulla eū ratio exemit: longē magis  
nos qui plura cōmittimus, & ad maiora vocati sum°,  
gravius puniemur. Cōsidera quanto tēpore propter  
id vnū peccatum in morte humanum genus perman-  
et. Quinque milia annorū & amplius præterierunt,  
neq; mors adhuc soluta est: neque dicere possumus,  
Adam prophetas audisse, neq; alios quōd peccato-  
rum suorū pœnas dederint, cōspicātū esse, vnde me-  
ritō perterrerī potuisset, & ipso exēplo fieri continen-  
tior. Primus enim tunc erat & solus, veruntamen puni-  
tus est. Tu autē nihil horum in tuam adducere po-  
tes excusationē, qui post tanta exempla factus es pe-  
ior, qui tanto spiritu dignus habitus es, neq; vno aut  
altero, sed innumeris peccatis es coinquinatus. Neq;  
etenim quōd brcui momento cōmittuntur, idcirco  
breue fore suppliciu arbitreris. Nōne vides homi-  
nes vno interdū furto, & vno adulterio minimo tem-  
poris spacio cōmissō, in carcere & catenis totam vi-  
tam consumere, fame perpetua, & innumeris morti-  
bus torqueri, & à nemine inde eximūtur, neq; dicūt  
breui se id fecisse, & pœnā parem tempori esse opor-  
tere? Verūm dixeris: homines id faciunt, deus autem  
benignus est. Primū igitur homines non crudelitate  
id agunt, sed humanitate. Et deus quemadmodū be-  
nignus est, ita & vlciscitur. Secundū enim misericor-  
diam suam multa reprehensio eius. Cū igitur beni-  
gnū deum appellaueris, tunc maiore mihi supplicij  
adducis occasionē, quōd in talem peccemus. Quare  
Paulus inquit, Horrendū est incidere in manus dei  
viuentis. Patiamini, quaso, hanc verborū vehemen-  
tiam, fortasse aliqua nobis hinc consolatio venerit.  
Quisnam hominū ita punire potest, quemadmodū  
puniuit de°? Diluio vniuersum hominū genus per-  
didit, & nō multo pōst tempore cœlitus ignē demi-  
sit, & omnia funditus euertit. Quānam humana pœ-  
nā tāta esse potest? Nō vides immortalē ferre hinc  
pœnam existerē? Quatuor millia annorum præterie-  
rūt, & Sodomitarū pœna adhuc viget. Quemadmo-  
dum enim dei benignitas magna est, sic & suppliciu.  
Etenim si grauiā quædā & factū impossibilia præce-  
pisset, fortasse posset quispiā dogmatum afferre diffi-  
cultatem. Quōd si quā facillima sunt: quid dicere  
possumus, nisi horum rationem habeamus? Ieiunare  
non potes, neque virginitatem seruare? Atqui potes,  
modō velis: & qui possunt, nos arguunt. Veruntamē  
nō vsus est erga nos deus hac seueritate, neq; præce-  
pit hæc, neq; sanxit, sed in auditorum sentētia dimi-  
sit optionē. Potes in matrimonio continentiam ser-  
uare, potes nō inebriari. Nō potes oēs abiicere pecu-  
nias? Atqui potes. Quod qui faciūt, abs te quoq; fieri  
posse contendunt. Non tamē id deus præcipit: sed  
ne diripias, & ex facultatib° tuis subuenias indigēti-  
bus. Quōd si quispiam dicat, † à muliere duntaxat fe-  
cōtinere non posse: † seipsum decipit, & à ratione ab-  
errat, & ab his qui sine muliere in continentia viuūt,  
arguitur. Quid autē, queso, nō potes non ledere, non  
execrari? Verū id facere graue est, nō abstinere. Quā-  
nam igitur habemus excusationē, si tam leuia, tam fa-  
cilia præcepta nō seruauerimus? Nullam sanē. Quo-

† muliere  
solum cō-  
tinere esse  
nō posse.

**A** niam igit ex prædictis immortale suppliciu esse ma-  
nifestū est, cū videatur nōnullis Pauli verbum con-  
trariam habere sententiam, agitē & hoc exponamus,  
quid Paulus sentiat in mediū afferētes. Siquidē quo-  
que cū dixisset, Si cuius opus manserit, quod † superædifi-  
cat, mercedē accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentū patietur: † edificauit.  
Addidit, Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem.  
Quid igitur ad hoc respōdere possumus? Cōsideremus  
primū quōdnam sit fundamentum, & quid sit  
aurū, qui lapides preciosi, quid fœnum, quæ stipula.  
Fundamentū igitur manifestē ipse significauit Chri-  
stum esse, cū inquit, fundamentum eq̄m aliud nemo po-  
nere potest, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus.  
Ædificatio autē operationes mihi esse vident. Atqui  
nōnulli inquirunt, hoc ipsum de magistris, discipulis  
& corruptis scētis dictū esse. Verūm id ratio nō con-  
sentit. Nā si ita intelligeret, quo pacto opus peribit,  
architectus autē saluus erit, & per ignem? authorem  
nanq; potius perire oportuit. Nunc autem inuenitur  
maiore pœnam dedisse, qui ædificatus est. Nā si ma-  
gister author factus est malicię, maius merebatur sup-  
pliciu: quo modo igitur saluus erit? Sin autē non est  
ipse causa, sed peruersis suis moribus eiusmodi disci-  
puli euaserūt, nullas omnino dare pœnas promere-  
tur. Sed neq; damno afficiēdus esset, qui bene ædifi-  
cauerit. Quānam igitur ratione, inquit, detrimentum  
patietur? Quamobrē planē cōstat de operationib° id  
verbū intelligendū. Cū enim iam inuēcturus sit in  
adulteriū, altius iacit principia. Nouit enim cū de al-  
tero disputet, in ipsa disputatione alterū, de quo ver-  
ba facturus est, cōfirmare. Etenim cū increparet † op-  
timates, q; non peristerēt, † mysteriorū rationem cō-  
firmavit. Quōd autē nunc in fornicatorem properat,  
de fundamentō locutus, subdidit: Nescitis quia templum  
dei estis, & spiritus dei habitat in vobis? Si quis autem templū  
dei violauerit, disperdet illum deus. Hæc autē locutus est,  
vt fornicariā animam metu percelleret. Si quis superæ-  
dificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pre-  
ciosos, ligna, fœnum, stipulam. Post fidē enim ædificatio-  
ne opus est. Quare alio in loco ait, Ædificate inuicē  
in his sermonibus. Etenim faber & discipulus simul  
ædificationi cōserunt. Idcirco inquit, Vniuscuiusque autē  
videat, quo modo superædificet. Quōd si de fide hæc dicta  
essent, nulla possent ratione cōfirmari. In fide enim  
pares omnes esse oportet, quoniā vna est fides: in vi-  
tę autē virtute nō omnes eoldem esse requirunt. Si-  
quidē fides altera non est altera maior, sed eadem in  
omnibus qui verē credūt. In vita autē hos quidē ma-  
gis studiosos, illos pigriores, diligentiores alios, alios  
non itidē videre licet. & hos rursus magis, illos mi-  
nus proficere: alios grauius, alios leuius peccare con-  
spicamur. Propterea inquit, Aurum, argentum, lapides  
preciosos, ligna, fœnum, stipulam, vniuscuiusq; opus manifestū  
erit. Operationes hoc in loco significat. Si cuius opus  
manserit quod † superædificat, mercedem accipiet. Si cuius opus  
arserit, detrimentū patietur. Atqui si de discipulis & præ-  
ceptoribus hoc dictū esset, nō oportuisset detrimen-  
tum pati. Quid em̄ si non audierunt discipuli? idcirco  
inquit, vniuscuiusq; propriā mercedem accipiet secū-  
dum suum laborem, non secundum fidem, sed secundum  
laborem. Quid enim si non attenderunt audi-  
tores? Quare & hinc planē constat de operationibus  
dictū esse, cuius hæc est sententia: Si quis malē viuūt  
cum fide recta, auxiliū ei fides non præstabit, vt non  
puniatur opere perduto. Quōd autem inquit, arserit:  
hoc est,

hoc est,

hoc est, nō feret ignis impetū. Sed quemadmodum si quis aureis armis igneū fluuium traiecerit, splendidus egreditur. Si autē fœno onustus, non modò nihil lucratur, sed & ipsū perdit. Itidem in operibus vsuuenit: non enim tanquam personarum substantia ardeat, hoc dicit, sed formidinē magis augere vult, & ostendere eū, qui in malicia viuūt, omni carere securitate. Idcirco inquit, *Detrimentum patietur*. Ecce vnū supplicium. *Ipsē autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem*. Ecce alterum. Hoc autē significat, quòd ipse non ita peribit, quemadmodū opera in nihilum rediens, sed manebit in igne. Salutē igitur rē appellat, inquit, nō simpliciter. Propterea addidit: Quasi per ignem. Etenim nobis cōsuetudo dicendi est, in igne salua esse, quæ nō comburuntur, neq; in cinerē conuertuntur. Noli igitur cūm ignē audis, in nihilum redire ardentē arbitrari. Quòd si salutē tale supplicium appellat, noli admirari. Solet enim in malē significanti bus rebus bonis vti nominib; & in bene malis. Vt exēpli gratia, captiuitatis nomen, malæ significatio nis nomē videtur, sed in bona eo Paulus his verbis vtitur, In captiuitatē redigentes omnem intellectū in obsequiū Christi. Contrā, in re mala preclaro vtitur verbo, Regnauit peccatū. Atqui regni nomē laudabilius est. Itidē hoc in loco cū inquit, Saluus erit: nihil aliud q̄ supplicij incrementum significat: quasi dicat, ipse perpetuo in supplicio permanebit. Deīde profequitur, *Nescitis quia templum dei estis?* Cūm de seditionis in ecclesia superius disputauerit, iā fornicatorē aggreditur, nondū autem manifestē. Indefinitē enim corruptā eius vitam significans, & peccatum à iam dato ei munere tollit, & alios ab ipsis iā rebus cōfutat. Aut enim à futuris rebus, aut à preteritis, aut à tristib; aut vtilib; semp hoc facit. A futuris quidē, *Dies declarabit, quia in igne reuelabitur*. A preteritis, *Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis? Si quis autem templum dei violauerit, disperdet illū deus*. Vides quo pacto inuehitur? Sed hæc tenet ut incertā tangat personā, non ad eò molestia afficit, cūm reprehensionis metus in omnes distribuatur. *Disperdet illum deus*. Hoc est, consumet, non autem hoc imprecantis est, sed prophetātis. *Templum enim dei sanctum est*. Ergo fornicator profanus. Deinde ne in illū inuehi arbitraris, cum templum dei sanctum dixisset, subdidit: *Quod estis vos. Nemo se seducat*. Et hoc ad illū, ac si aliquid se esse existimaret, & in sapiētia gloriaretur. Et ne videatur superuacaneē iā diu aduersum illū se inuectū, in certamen trahit, & iam ei metum incutiēs, rursum ad commune crimē suum vertit sermonem, inquiens: *Si quis videtur inter vos sapiens esse, in hoc seculo stultus fiat, vt sit sapiens*. Facit autē hoc iam admodum licēter, vtputa qui satis eos exuperauit. Quāuis enim quispiā locuples sit, quanuis generosus, est tamē inter abiectos abiectissimus cū à peccato vincit. Quē admodū enim si rex quispiā barbarorum seruus fiat, omniū est miserrim;: sic qui in peccato viuūt, barbarum nanq; peccatum est: quòd cum animam semel captā, ita vt cōtrā persuaderi nesciat, in suis fordibus demerferit, sub tyrannidē redigit. Nihil enim tā preter rationē est, q̄ peccatum: nihil tam stultum, nihil tam fatuū, nihil tam vehemens: omnia euertit, cōfundit, perdit. Quocunq; inciderit, visu iniucūdam est, graue, onerosum. Quòd si quis pictor effingeret, non sanē mihi errare videtur, si in hūc modū id pingere, fœminam quandā in feræ similitudinē, barba-

ram, ignem efflantem, horrendā, nigram, quales externi poētę Scyllas effingūt. Innumeris enī manibus nostris insidiā cogitationibus, & inopinātes aggreditur, omnia dilacerat more canum clāculum mordentiū. Vel potius quid vobis pictura opus est, cūm liceat eos qui in peccatis viuūt, in apertū adducere? Quē igitur vultis priori loco pingamus? Num cupidum & rapacē hominem? Et quidnam illorum oculis impudētius? Quid peruiacius? Quid cani simili? Neque enim tam impudēs canis visus est, quā hic cūm vndiq; omnia diripit. Quid huius manibus sceleratius? Quid huius ore magis temerariū, cūm omnia deuorat neq; satiatur? Noli faciem & oculos cōsiderare, quòd hominis sint. Nō enim [vt] humani oculi aspiciunt, non aspiciunt] homines vt homines, non cœlū vt cœlū. Non conuertitur ad dominū, sed omnia pecunias esse arbitrat. Hominū oculi egenos inueneri solēt, cūm inopia laborāt, & de his ingemisere. Raptores autē cōspectis pauperib; magis sequūt. Hominū oculi non tanquā sua aliena conspiciuntur, sed sua tanquā aliena: neque quæ alienis dātur, desiderāt, sed sua in alienos effundunt. Hi non desunt nisi omniū auferāt facultates, quippe qui nō humanos, sed ferinos habent oculos. Hominū oculi nudū suum corpus videre nō patiuntur: suum nanq; est, licet secundū personam sit alterius. Hi autem nisi omnia populētur, omnia domum conferant, nunquam satiātur. Imò nullo vnquā tempore expleri possunt. Quamobrē non ferinas tantū horum manus quispiam dixerit, sed feris lōgē sœuiore, immaniorēq;. Vrsi nanq; & lupi cūm ad satietatem ederunt, cibo abstinent: hi autem nunquā satiantur. Atqui idcirco nobis manus deus dedit, vt aliis opē ferremus, nō vt insidiemur. Quibus si ita vsuri essemus, satius esset eas abscindere, & manibus carere. Tu verò si pecudē fera lacerat, ægrē fers: cūm autē in proximū tuū id tu facis, nihil mali te facere arbitraris. Et quānam ratione homo es? Nōne vides q̄ eum humanum appellamus, qui misericordiæ plen; est & humanitatis: quando verò quispiā crudeliter aliquid & immaniter operatur, inhumanū eum dicimus? Igitur figurā quidē hominis à misericordia: feræ autē ab immanitate describimus, dicētes semper: Nūquid homo, fera vel canis: siquidē homines paupertati subueniunt, non eam augent. Horū ora, ferarum ora sunt, vel potius q̄ ferarum sœuiora: verba enim proferūt, que filiorū dentibus graue] dimittunt venenum, & eadem machinātur. Quòd si quispiā omnia enumerauerit, tūc verē cōspiciabitur, quo pacto feras ex hominib; qui se ei dēdūt inhumanitas faciat. Si quis autē eiusmodi hominum mentem inuestigaret, nō iam feras dūtaxat, sed & demones appellādos duceret. Quippe q̄ incredibilis pleni sunt immanitatis, pleni in cōseruos odij, neq; in illis cœlestis regni amor est, neq; gehennæ metus, nullus hominū pudor, nulla misericordia, nulla humanitas: sed impudētia, temeritas, furorū omnium contēptus, & quę de futuro iudicio dicta sunt, fabulas arbitrātur, & minas illas risu ducunt. Talis auari mens. Cū igitur intrinsecus demones, extrinsecus ferę, & feris sœuiores sint, vbinā, quę so, tales cōstituemus? Quòd enī feris peiores sint, inde planē constat, q̄ feræ natura tales sunt, hi autem naturalē mansuetudinem habentes, præter naturam in immanitatē se vertere conātur. Verūm demones qui sibi in tērationibus cōsentiunt, eos tantūm exuperant.

perāt. Qui verò iugum detrectāt, in eos nihil insidiarum copia proficit: [hi verò etiā obnixē repugnantes, eos quibus calūnias struūt, superare cōtendunt.] Rursum demō cum hominibus, nō cum eiusdem generis demōnibus certat: hic autē consanguineum & familiarē pro viribus malo afficere conatur, neq; naturæ eum pudet. Noui multos horū verborū gratia in nos odium cōcitasse: ego autem nullo in eos odio moueor, sed & misereor & desleo, qui ita afficiuntur. Quòd si me cedere velint, libēter id pateremur, modò ab eiusmodi immanitate cessarēt. Neq; enim ego solus, sed & propheta nobiscū huiusmodi homines ab hominū cōsanguinitate expellit, cūm inquit: Homo cūm in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus. Fiamus igitur homines aliquando, & in cœlū erigamur, & quā habemus imaginem, ea fruamur, vt futurorū bonorum fiamus participes, gratia & benignitate dñi nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia decima.

**N**emo se seducat, si quis videtur inter vos sapiens esse, in hoc seculo stultus fiat, vt sit sapiens. Sapia enim huius mundi stultitia est apud deum. Quod iam dixi, cū ante congruum tempus Paulus in fornicatoris accusationem delatus sit, & significanter ipsam breuib; attingēs eius pupugerit conscientia: rursus in exterioris sapientiæ bellū, & eorum qui in ea gloriabātur, quive ecclesiā scinderēt, crimina properat, vt quod reliquū erat adiecto, & principali parte cōfirmata, diligentiori iam & vehementiori impetu in fornicatorē inuehitur. Et prius eminus in eum pugnā cōmisit: cūm superius inquit, Nemo se seducat, quod ad illū maximē refertur, & timore delinit. Et cūm de stipula locutus est, ipsū quoq; præcipuē significat: atq; etiā cūm inquit, Nescitis quòd templū dei estis, & spiritus dei habitat in vobis? Duo enī hac in parte abducere nos à peccatis cōsueuerunt, & cū posita peccatis pœnā intelligimus, & cū nostram reputamus dignitatē. Nam cum fœni & stipulę meminuit, metū incussit: cūm dignitatis, propriā appellat nobilitatē. Coarguit & jillo quidē verbo ignauiores, hoc autē modestiores ad meliorem frugem allicit. Nemo se seducat: si quis videtur inter vos sapiēs esse, in hoc seculo stultus fiat. Quemadmodū mortuum fieri mundo præcipit, & ipsa mors nullū affert detrimentum, sed vtilitatē, cūm vitæ causa sit: sic & stultū fieri iubet in hoc seculo, sapientiā inde nobis veram afferens. Stultus autem mundo ille est, qui exteriori cōtempta sapiētia, sibi persuadet nihil ei ad fidei susceptionem profuturā. Quemadmodum igitur paupertas secundū deum, diuitiarum causa est, & humilitas altitudinis, & gloriæ, contemptus gloriæ, sic & stultū fieri omnibus sapientiorē facit. A rebus enim quæ apud cōtraria sunt, plenitudinē accipit. Et quānā gratia non dixit, abiiciat sapientiā, sed fiat stultus: vt maiorē in modum exteriorum contemnat eruditionē, neq; enim tæquam] eret dicere, abiicias tuā sapientiā, & fias stultus: præterea nos docet nō esse nobis erubescendū, si rudes fuerimus. Valde nāq; exteriores deridet, quamobrē nomina non formidauit, quoniam rerum virtuti confidit. Quemadmodū igitur crux etsi opprobrio esse visa sit, innumerorū tamen bonorum causam præbuit, & inenarrabilis gloriæ materiam & principium: sic quæ videbatur stul-

titia esse, sapientiæ nobis causa fuit. Siquidem vt illē qui malē aliquid docetur, nisi totum abiiciat, & præparet animū, & purum reddat, vt in posterum inscribi possit, nihil pfectō sanū didicerit: Sic in exteriori sapientia, nisi omnia abiicias, nisi mentē tuā purges, & æquo iure cum idiota teipsum fidei præbeas: nihil sanē generosum intelliges. Etenim strabōnes nisi cōnuentibus oculis aliis se credāt, sed viciato oculorū suorum aspectū se cōmiserint, lōgē magis quā qui nihil penitus vident, aberrant. Et quoniam pacto, inquit, posset hæc abiici sapientia? Si sua homines nō vtentur sententia. Deinde cūm tantopere eam abiiciendam iusserit, etiā causam affert, inquit, *Sapientia enim huius mundi stultitia est apud deum*. Non enim tantū nihil confert, sed impedimento est. Oportet igitur vt eam abiiciamus, vtputa quę detrimentum afferat. Vides quanta vehemētia victoriam retulit, cū ostendat non solū nobis nulli vtilitati, sed nocumento esse. Neque suis ipse copiis sibi sufficit, sed testimoniu item his verbis affert: *Scriptum est enim, cōprehendam] sapientes in astutia eorum*. In astutia, hoc est, suis ipsorum armis eos cōnuincam. Cū enim sapientia vsi sint, ac si deo minimē indigeant, per hanc ipsam eos arguit q̄ maximē deo indigent. Et quānā ratione? Quoniā per eam stulti facti sunt, merito per eam cōnuincuntur. Quippe qui minimē se deo egere arbitrabantur, in tantam adducti sunt necessitatē, vt piscatorib; & indoctis inferiores apparuerint, & ipsis iam indiguerint. Idcirco, inquit, in astutia eorum cōprehendit eos. Illud igitur quod superius, inquit, perdam sapientiam, ac si nullam afferat vtilitatem: hoc verò, cōprehendam sapientes in astutia eorum, vt ostēdat dei virtutem, dictum est: deinde quā ratione comprehendit, affert alio adducto testimonio: *Dominus, inquit, nouit cogitationes sapientum, quoniam vanæ sunt*. Verūm cum immensa sapientia hæc de illis iudicet, & tales ostendat: quānam aliam summę eorum stultitiæ quæris demonstrationem? Iudicia nanque hominum sæpe falluntur: dei autem sapientia irreprehensibilis est, & nunquam coargui potest. Cū igitur tam illustre superni iudicij trophæū cōstituerit, iam aduersus subditos inuehitur. inquit enī, *Itaque nemo gloriatur in hominibus, omnia enim vestra sunt*. Rursum ad priora reuertitur, ostendens quòd neque in spiritualibus multum se iactare debeant, quippe qui nihil per se consecuti sint. Cū igitur externa quidem sapientia damnosa sit: spiritualia autē à vobis non largiātur, vnde gloriari potes? Et in externa quidem sapientia nemo se seducat, inquit, quoniā in damnosa re se iactat. Hoc autē in loco cūm res vtilitatem habeat, nemo gloriatur, ait. Et mansuetiori vtitur verbo: *Omnia enim vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue presentia, siue futura, omnia vestra sunt: vos autem Christi, Christus autē dei*. Cū asperius eos tetigisset, rursum allicit, & superius quidem dixit: dei enim sumus adiutores, & aliis pluribus verbis eos cōsolatus est. Hoc autē in loco, omnia, inquit, vestra sunt: quo verbo magistrorū tollit insolentiam, ostenditq; non modò nullā illis discipulos gratiā, sed illos discipulis debere. Propter hos enim tales facti sunt, sed & gratiā acceperunt. verum cum futurū esset vt gloriarentur, propterea id primū abscidit: cūm inquit, vniciq; sicut dominus dedit. Et quòd deus incrementum dedit, vt neque illi tantum ipsi præbuerint, intumescerent: neq; contrā ij audientes

2. Cor. 10. b. Roma. 5. d. Tatrolles. Deide

Psal. 48. d.

propria nobilitas dignitate profert. pudore afficit. Et

qui cōprehendit. lob. 5. c. apprehendit.

quæ com-prehendit.

Hic sup. b.

ibidem.



audiētes, omnia vestra sunt, superbia efferrētur. Etenim quāuis propter vos, à deo tamen facta sunt omnia. Tu autem cōsidera, quo pacto ad finē vsque perseverauerit subiciēs & nomen suū & Petri. Quid autē significat, siue mors? Quod quāuis moriātur, propter vos moriunt, pro salute nostra periclitātes. Vide contrā qua ratione discipulorū tollit insolentiā, magistrorū autem excitat. Ita enim disputat, tāquam cū generosis pueris, qui pædagogos habent, & ad quos omnis hereditas peruertura sit. Potest & aliter intelligi, q̄ mors Adæ propter nos fuit, vt cōtinentiores essemus, [ & mors Christi vt seruaremur. ] *Vos autē Christi, Christus autē dei.* Alia ratione nos Christi, alia Christus dei est, alia mundus noster. Nos enim Christi sumus, vt opus. Christus autem dei, vt filius dilectissimus. Noster verò mundus, nō vt opus, sed vt propter nos factus. Itaq; licet vnū sit verbū, differt tamē sententia. Noster nanq; mundus est, tanquā propter nos factus: Christus autē dei, tanquā ipsum authorem habēs, vt à patre sit. Nos verò Christi sumus, vt ab eo facti. Quod si illi vestri sunt, inquit, quid perperam perpetimini, vt ab his, & nō à Christo & deo cognominemini? *Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorū dei.* Cum eorū contudisset insolentiā, intueri quo rursus pacto eos allicit, dicēs: vt ministros Christi. Nō igitur prætermisso domino, à seruis & ministris te appelles. Ministros autē, inquit: quoniā non omnibus ea danda sunt, sed indigentibus, & iis quibus dispensari oportet. *Hic iam queritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.* Hoc est, ne res domini sibi vēdicet, neve tanquā dominus sibi vsurpet, sed tanquā dispensator distribuat. Dispensatoris em̄ est, quę suę fidei cōmissa sunt, ea fideliter dispensare, nō res domini suas facere, sed contrā suas domini. Vnusquisq; qui hæc intelligit, qui rationē habet, qui pecunias possidet, tanquā sibi domini diuitiē creditæ sint, & nō suæ, eas apud se nō retineat, neq; sibi vēdicet, sed datori deo omnia tribuat. *Dispensatores fideles intueri? Audi quid dicat Petrus: Quid admiramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut pietate fecerimus hunc ambulare? Et Cornelio: Er nos, inquit, quemadmodū tu, homines sumus. Et ad Christum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Et Paulus cū dixisset omnium se maximē laborasse, subdidit: Non ego, sed gratia dei, quæ in me est. & alio in loco ad hos sermonem dirigens: Quid autem habes, inquit, quod nō accepisti? Nihil enim habes tuū, non diuitias, non rationē, non animā ipsam, quippe quę domini est. Cū igitur necessitas te vocauerit, eā dimitte. Quod si viuendi cupiditate iussus dimittere cōtradiciis, iam fidelis dispensator non es. Et quoniam pacto potest quispiam vocātī deo resistere? Hoc & ego loquor, & hac ipsa causa maximē admiror dei benignitatem, q̄ quæ potest te inuito à te accipere, ea spōte tua vult, vt [mercedē habere,] exēpli gratia. Potest animā velis nolis, abs te auferre, sed spōte tua vult, vt cū Paulo dicas: quoniam si in teipsum affatim prodegeris, quæ tua sunt, fient aliena. Siquidem cū crudeliter his vsus sis, cū tua esse & iure ipso in tuum duntaxat vsum omnia consumenda dicas, aliena ipsa appello. Communia enim sunt & tibi & conferuo: quemadmodum sol, & aer, & terra, & alia oīa: & vt corporis ministerium & totius corporis est, & singulorū membrorum, & cū vnus tantum est membri, etiā propriam operationē amittit;*

quæ nō decent, neque inferis, neque tui iuris facias, sed pauperē teipsum ducas & inglorium. Non enim si purpurā regiam iussus es seruare, oportet vt abutaris stola, eamq; coinquines: sed multa cum diligētia ei serues, qui tibi cōmiserit. Dicēdi gratiā accepisti: noli te iactare, noli superbia efferrī, nō enim tuum est meritū. Noli circa domini tui diuitias perfidus inueniri, sed cōseruis distribue: neq; tanquam in propriis rebus efferaris, neq; parce, vt distribuas. Si filios habes, dei habes, si huius effes sentētię, & in fruēdo gratias ageres, & his priuatus nullo dolore torquereris. Talis erat Iob cū diceret: Dominus dedit, dominus abstulit. Omnia nanq; à Christo habem⁹, & quod sumus, per ipsum sumus: & vitā, spiritū, lucem, aērem, terram per ipsum habemus. Et si quid horū à nobis abstulerit, peribimus, corrūpemur, habitatores enim sumus, & incolæ. Meum enim & tuum verba tantū inania sunt, re autē non existunt. licet domum tuam esse dixeris, inaniter loqueris. Siquidē & aer & terra & materia conditoris est, & tu ipse qui eam effingis: Item & alia omnia. Quod si vsus tuus est, incertus tamen est, non tantū in morte, sed ante mortē quoque ppter rerū instabilitatem. Hæc igitur omnia frequēter apud nos ipsos tractantes philosophemur, & duplici maximē ratione lucrabimur. Erimus enim grati & cū his fruemur, & cū carebimus, neque fluxis & caducis, & quæ nostræ non sunt rebus seruiemus. Quauis pecunias tibi auferat, sua aufert: quāuis honorem & gloriam, quauis corpus, quauis ipsam animam, erit filiū tuum, nō tuum, sed seruū suū tibi aufert. Non enim tu eum, sed ille fecit. Tu autē minister tantū in productione fuisti, ipse omnia operatus est. Gratias igitur agamus, quod dignos nos duxit, qui ei ministraremus. Sed quid volebas? Num ea perpetuò habere? Hoc rursus finiqui est, & ignari q̄t nōt aliene & nō nostra habemus. Quemadmodū igitur qui sponte sua migrant, sua se non habere sciunt: sic qui frigent, regias vsurpant diuitias. Nam si nos nōt nōt stri non sumus, quo pacto illi nostri? Duplici nanque ratione dei sumus, & creationis, & fidei. Idcirco inquit David, Substantia mea à te est. & Paulus, Quod in eo viuimus, & mouemur, & sumus. & cū de fide verba facit, Nō estis vestri, inquit, sed empti estis precio, omnia enim dei. Quamobrē cū nos vocat, & suum repetit, nolimus iniquorū seruorum more rationem perturbare, neque quæ dei sunt vsurpemus. Anima tua nō est tua, quo pacto pecuniarū tuarū erunt? Quo pacto in nullam vtilitatē, quę tua non sunt consumis? Nescis quæ nos accusatio maneat, q̄ his male vsi simus? Cū verò non sunt nostra, sed domini, in conferuos ea te erogare oportet. Hoc & diuiti illi & his qui domino cibum non dederunt, datū est cri mini. Quamobrē noli dicere, q̄ rem tuam consumas, & ex tuo in deliciis viuas. Non sanē de tuo, sed de alienis. Alienū autem appello, quoniam in ita vis. Nā de tua esse vult, si in fratres tuos ea erogaueris. Tūc enim aliena tua fiunt, si in alios cōsumpseris. Verūm si in teipsum affatim prodegeris, quæ tua sunt, fient aliena. Siquidem cū crudeliter his vsus sis, cū tua esse & iure ipso in tuum duntaxat vsum omnia consumenda dicas, aliena ipsa appello. Communia enim sunt & tibi & conferuo: quemadmodum sol, & aer, & terra, & alia oīa: & vt corporis ministerium & totius corporis est, & singulorū membrorum, & cū vnus tantum est membri, etiā propriam operationē amittit;

amittit. Itidem in pecuniis vsu venit. Et vt manifestius, quod dico, ostendam: cibus corporis membris communiter distributus, si in vnum mēbrum venerit, ab illo quoq; alienus fit, cum digeri nequeat, neque præbeat nutrimentum: si autem cum aliis cōmunicauerit, & illius & omnium proprius erit: Sic in pecuniis. Si tu solus his frueris, etiam tu eas amittes, nō enim earum fructum accipies: si cum aliis possederis, tunc longē magis tuæ erunt, tunc accipies vtilitatē. Nōne vides, quod manus ministrat, os mandit, venter accipit? Nunquid venter dicit, postquam ego accipi, omnia mihi seruare debeo? Noli igitur & tu hoc de pecuniis dicere. Accipientis nanq; est, vt in alios conferat. Quemadmodū igitur ventris vitio fit, vt cibi in eo desideant, neq; digerantur in membra, siquidem toto corpore corrumpuntur: sic suo ipsorū vitio diuites, quæ habēt, sibi seruant, quod & se & alios perdit. Oculus item totā lucem accipit, nō tamen ob hoc in suum dūtaxat vsū, sed totum illuminat corpus: neq; enim natura suam lucē in se retinet, quatenus oculus est. Nares præterea odoris sensu mouentur, sed non solā detinent, verū ad cerebrum mittūt, & stomachum in odoris partem admittūt, & totum ex se hominē recreant. Soli pedes ambulant, non tamen seiplos tantū mouent, sed & vniuersum corpus: Sic & tu quęcūq; habes, noli in tuū vsū recondere, quoniam totum corrumpis, & te primū. Neq; solum in mēbris videre hoc licet, sed in artibus. Etenim si faber nulli tradere vellet artis suæ opera, & se ipsum & reliquas artes euertret. Itidē corarius, agricola, pictor, & singuli qui necessarias artes exercēt: si noluerint cū aliis artis suæ vtilitatē cōmunicare, non alios tantū, sed & seiplos cū aliis vnā perdūt. Et quid ego diuites memoro? Siquidē & pauperes, si qua in vos cupidi & diuites malicia vterētur, maximē vobis nocerent, & quāprimum vos in paupertatē redigerent, vel perderent potius, nisi indigentibus res suas tradere voluissent: vt exempli gratia, agricola quæ manuum suarum labore sibi comparat, nauta quas ex nauigatione merces cōportauit, miles belli cōmoditates. Quamobrē si nihil aliud, hoc saltem vobis pudorem incutiat, & illorum imitemini humanitatē. Non vis cum aliquo tuas cōmunicare diuitias? Igitur neq; à quoquam quicquā accipias. Quod si fieret, omnia euertentur. † Vtiq; enim locum] & dare & accipere, multorum est bonorū principium, in seminibus, in disciplinis, in artibus. Nam si quis sibi soli artē exercuerit, & se & vitā omnem perdet. Et agricola si femina domi defossa recondiderit, famē inferet grauissimam: Sic & diues, si idem in pecuniis faciet, citius q̄ pauperes interibit, flammam gehēna grauiorē, contra caput suum accumulans. Quemadmodum igitur magistri, etsi multos habeant discipulos vniciq; artē tradūt: sic & tu multos tibi beneficio tuo obnoxios reddito, & omnes dicent, q̄ huius paupertatem leuasti, & illū periculis. Et ille perisset, nisi diuina gratia & tua ope fretus esset. Et hunc morbo, illū calumnia liberaasti. Peregrinū hospitio accepisti, alium nudū vestisti. Innumeris diuitiis & thesauris hæc verba meliora sunt, quæ longē magis, q̄ vestes, q̄ equi, quàm mācipia omnes in se conuertunt. Illa quidem & grauem se videri faciunt, & tanquam communem inimi cum odio haberi. Hæc autem & commnem patrem & beneficium prædicant. Et quod omnium maximū est, dilectio dei quocunq; locorum te propter opera

tua sequitur. Dicat igitur ille, meam filiatā nuptui tradidit, alius filium meū virum euadere fecit, alius verò calamitate me, alius periculis liberauit. Hæc autē aureis coronis præstantiora sunt verba, longē satius est hos propria benignitatis in ciuitate præcones habere, q̄ innumeros qui te præcedant satellites. Hæc voces præconū principes, præcedētū vocibus suauiores sunt & dulciores, cū scilicet & saluator, & beneficus, & patronus, quæ dei nomina sunt, appellaris, nō cupidus, non superbus, non infanabilis, & pusilli animi. Nolumus, quęso, vllam harum appellationū desiderare, sed contrā. Nā si in hac vita hæc verba adeo clarum hominem reddunt & conspicuum, cū in cœlo scribentur, & deus ea in venturum diem prædicet, intelligas velim, quanta frueris gloria, cum regno cœlorum dignus iudicaberis: quod vtinam omnes consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesū Christi, cum quo patri gloria, simul & sancto benignoque spiritui in secula seculorum, Amen.

## Homilia vndecima.

**M**ibi autē pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Sed neq; meipsum iudico. Nihil enim mihi ipsi cōscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Cū ceteris malis nescio qua ratione & curiositatis & † nimis. minime] inuestigationis morbus naturam hominum aggressurus est. Quod & Christus his verbis prohibuit: Nolite iudicare, & nō iudicabimini. Quod voluptatē quidē nullā habet, quę admodū reliqua peccata, sed pœnā tantū atq; supplicii. Etenim cum victoriorum ipsi pleni † sint, & trabes in oculis † ferāt, proximi peccatorū nihil à festuca differentiū diligentes † sumus. sumus inuestigatores. Quod Corinthi tunc cōtingebat. Pios nanq; viros, & deo dilectos, ppter stultitiā vituperabāt, eiiciebantq;. Qui autem innumeris erāt vitis obnoxii, hos propter facundia cōmprobabāt. Præterea tanquā iudices assidentes, huiusmodi temerē ferebāt sententiam. Ille dignus est, hic illo melior, hoc ille inferior, hic illo præstatiō: & peccatorū suorum dolore abiecto aliorum facti sunt iudices: & hac causa graues disseminabant discordias. Paulus igitur hunc morbū tollens, eos prudenter corripit, & vide quo pacto. Cum enim dixisset: *Hoc iam queritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur:* Videtur eis & iudicandi & inquirendi singulorum vitam dedisse materiā, quod seditionis causa erat: ne id paterētur, ab hac eos contentione abducit, dicens: *Mihi autē pro minimo est, vt à vobis iudicer.* rursus in propria locutus per sona. Quid autē significat, mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, [aut ab humano die? indignum, inquit, iudico vt ego à vobis iudicer.] Et quid, à vobis, dico: verum, & à quocunq; alio? Nemō tamen Paulū vt stultum] reprehendat, q̄ neminem dignum dicit, qui de se ferat sententiam. Primum enim nō propter se hoc dicit, sed alios ab illorum odio vult abducere. Præterea neq; Corinthios tantū, sed seipsum quoq; hoc priuat iudicio, quod cognitione sua maius esse attestatur. Subdidit enim: *Sed neque meipsum iudico.* Ad hæc causam inquiri oportet, cur hæc dicta sint. Nouit Paulus nonnunquā etiam magnificē loqui, hoc autē nō est superbiæ neq; stultitiæ, sed optime dispensationis. Nā hoc in loco non superbia elatus, sed alios cōercēs, ita locutus est. Addo etiam q̄ meritum honorem sanctis tribuere festinat. Quod enim ipse humillimus sit, audi quid dicat de hoc inimicorum suorū testimonio in medium adducto, Præsentia autē cor-

poris infirma, & sermo contēptibilis: & rursus, No-  
 1. Cor. 17. uissimē autem omnium tanquā abortiuo uisus est mi-  
 4. hi. Veruntamen considera, quomodo humilis hic,  
 quum tēpus expeteret, discipulorum mentes extulit.  
 Neq; superbiā docet, sed generosam erudit elationē.  
 Ibid. 6. a. Eosdē nāq; allocutus, inquit, Et si in uobis iudicatur  
 mūdus, idigni estis qui de minimis iudicetis? Quem-  
 admōdū enim à superbia longe abesse Christianum  
 oportet, sic & ab adulatione, & degeneri elatione a-  
 nimi. Neq; enim si quis diceret, nihil se arbitrari esse  
 pecunias, sed p̄sentia oīa & umbrā & somnia & pue-  
 rorum ludos, superbiā ei ascriberemus. Nā & Salo-  
 monē hac ratione superbiā accusaremus. Qui de his  
 huiusmodi uerbis philosophatur: Vanitas uanitatū,  
 & omnia uanitas. Sed absit, ut superbiā nomine phi-  
 1. Eccl. 1. a. losophiā appellemus. Nō enim [stultitiā] est hęc cō-  
 tēnere, sed magnanimitas. Atqui & reges, & princi-  
 pes, & potentes ea sibi arrogare uidentur: sed pauper  
 philosophatus se penumero cōtēnit, nec p̄pterea su-  
 perbum, sed magnanimū dicemus: quemadmodum  
 neq; eum, qui uelocitius his inuigilat, humilem aut  
 modestū, sed imbecillum, pusilli animi, illiberalē. Et  
 enim si quis filius res patri necessarias contēneret, ser-  
 uilia uerō curaret, nō ut humilem laudaremus, sed ut  
 degenerem & seruilē reprehenderemus. Verum eum  
 laudibus prosequeremur, si hoc contēneret, illius au-  
 tem diligentem haberet rationem. [Stultitiā] nanq;  
 1. 1. a. ¶ *arrogan-  
tia.* est, ut se quispiā conferuis meliorem existimet: q̄ au-  
 tem sententiam fert quemadmodū res iubet, non su-  
 perbiā est, sed philosophiā. Idcirco Paulus non ut se  
 laudet, sed ceteros qui in humiles viros inuehantur,  
 cohibeat, & modestiā peruadeat, inquit: *Mihi autē pro  
 minimo sit, ut à uobis iudicet, aut ab humano die.* Intueris  
 quo pacto illorū quoq; curā suscepit? Qui enim au-  
 dit, q̄ omnes cōmuniter despicit, & à nullo se censet  
 iudicandū: iam non amplius ægrē feret, ac si solus ip-  
 se contemnatur. Nam si ut à uobis iudicet, duntaxat  
 dixisset, nimis eos fortasse tanquā contemptos offen-  
 disse, sed adiectione illa, aut ab humano die, remediū  
 plagæ attulit, cū alios se ostenderet contemnere: ue-  
 rum & hoc rursus curat, cum inquit: *Sed neque me ip-  
 sum iudico.* Ecce quomodo non est [stultitiā] quod di-  
 1. 1. a. ¶ *Hic autē  
non ait se  
iustifica-  
tum esse.  
Nos igitur  
qui in nu-  
meris uul-  
neribus cō-  
sum.* xit. Neq; enim se sufficere inquit ad huiusmodi inue-  
 stigatiōem. Deinde quum hoc quoq; nimium elati  
 animi uerbum uideretur, his uerbis corrigit: *Sed non  
 in hoc iustificatus sum.* Quid igitur, nō oportet ut homi-  
 nes & se & peccatores iudicent? Sanē quidē. Et ma-  
 iorem profecto in modum quum peccamus. Verum  
 Paulus nihil peccarat. *Nihil enim,* inquit, *michi conscius  
 sum.* Quōdnam igitur iudicandum erat peccatum,  
 quum nihil sibi conscius esset? Non hi se iustificatos  
 esse dicunt, qui innumeris uiceribus conscientiā con-  
 1. 1. a. ¶ *Hic autē  
non ait se  
iustifica-  
tum esse.  
Nos igitur  
qui in nu-  
meris uul-  
neribus cō-  
sum.* fectā habent, & qui nullius sibi boni conscij sunt. Sed  
 contra. Et quid tandem, si nihil sibi conscij sunt, non  
 iudicantur? Quid igitur dicemus? Quōd accidit ho-  
 minem in quibusdam peccare, quę peccata esse igno-  
 rat: hinc cōsidera, quanta sit futuri iudicij diligentia.  
 Non igitur quasi irreprehensibilem se arbitratus est,  
 sicq; indignum esse, qui ab illis iudicetur inquit, sed  
 eorū os obstruit, qui sine ratione hoc faciūt. Alio ta-  
 mē in loco neq; in manifestis peccatis eis permittit,  
 ut iudicent, quum tempus id exigat. Quid enim iudi-  
 cas fratrem tuum, inquit, aut quid cōtemnis fratrem  
 tuū? non enim id tibi p̄cipitur homo, ut de aliis iu-  
 dicium feras, sed rem tuā examines. Quid igitur do-

mini institutū eueritis? Illius iudicia sunt, non tua. Id-  
 circo subdidit: *Itaque, nolite ante tēpus iudicare, quousque  
 ueniat dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarū, & ma-  
 nifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique à deo.*  
 Quid igitur, nōne & magistros hoc facere oportet?  
 Oportet quidē, uerū in manifestis criminibus & con-  
 fessis, & hoc si tēporis commoditas exostulabit. Et  
 hoc ipsum ut doleamus, nō ut inuehamur, quēadmo-  
 dū illi tunc ob inanē gloriā & [stultitiā] faciebāt. Et  
 em hoc in loco nō de manifestis criminib; locut; est,  
 sed de p̄lacione & uitæ inuicē cōparationib;: hęc  
 ipse sol; nouit certa ratione iudicare, qui occulta no-  
 stra iudicaturus est, quę uel maiori, & quę minori sup-  
 plicio & honore digna sunt. Nos autē secundū faciē  
 iudicamus. Quōd si in quib; ipse peccauit, inquit, ni-  
 hil certo mihi conscius sum: quo pacto dignus fuero  
 qui de aliis ferā sententiā? Qua autem ratione si res  
 meas non satis exploratas habeo, aliena potero diu-  
 dicare? Quōd si Paulo hęc cōtingebāt, lōgē magis &  
 nobis. Etem ita loquebatur, nō ut se ipsum irrephe-  
 sibilem diceret. Sed si quispiā apud eos inueniretur, qui  
 nihil peccasset, neq; hūc dignū fore, qui ceterorum  
 uitā examinaret, ostēderet, quōd q; si hunc nihil sibi  
 cōsciū reū esse inquit, multo magis qui multorū sibi  
 conscij sunt. Sic igitur silērio his imposito, qui huius-  
 modi faciūt iudicia, in fornicatorem iā toto impetu  
 ferri desiderat. Et quemadmodū tēpestate aduentā-  
 te nubes quādā caliginosā occurrūt, inde quum to-  
 nitruū fragore cœlum vna nubes operit, tunc repēte  
 in terrā pluuia diffluit: Sic Paulus quum posset multa  
 cū indignatione in fornicatōrē ferri, non tamen fe-  
 cit: sed horrendis uerbis primū hominis factum con-  
 1. 1. a. ¶ *Hic autē  
non ait se  
iustifica-  
tum esse.  
Nos igitur  
qui in nu-  
meris uul-  
neribus cō-  
sum.* tundit, quum duplex inde peccatū oriatur. [Fornica-  
 tio scilicet, & quod fornicatione grauius est, cōmis-  
 sionem indolentia. Non enim ita simpliciter peccator  
 desendus est, ut peccator quem nō pœnitet. Et luceā  
 multos, inquit, ex his qui antea peccauerunt, & non  
 egerunt pœnitentiā de immundicia & fornicatione,  
 & impudicitia, quā gesserūt. quippe qui postquā pec-  
 cauerit, pœnitentiā agit, non lachrymis, sed laude di-  
 gnus est: in beatorū chorū translatus, profiteri tu pri-  
 mus peccata tua ut iustificeris. Quia autē post pecca-  
 tū in eo impudēs perseuerat, nō tam in cadēdo miser  
 est, q̄ in iacendo post casum. Quōd si impœnitētia in  
 peccatis grauis est: certē in peccatis gloriari, quānā  
 pœna dignū est? Nā si ille, qui in bonis operibus glo-  
 riatur, immundus est: quam ueniam cōsequetur, qui  
 hoc in peccatis faciet? Quū igitur talis sit fornicator,  
 & animo tam temerario, tam intractabili in peccato,  
 necessariō eius cōtundit insolentiam: neq; simpliciter  
 primū ponit peccatū, ut non in impudentia per-  
 flet, tanquā ante alios accusatus: neq; posterius, ut nō  
 superuacaneā suam putaret accusationē. Sed primū  
 multū ei metum incutit, ex fiducia in ceteros, tūc ad  
 ipsum uenit, in aliorum reprehensione eius deiiciens  
 [stultitiā]. Hęc enim ipsa uerba, Nihil mihi conscius  
 sum, & qui iudicat me dominus est, qui illuminabit  
 abscondita tenebrarū, & manifestabit consilia cor-  
 1. 1. a. ¶ *Hic autē  
non ait se  
iustifica-  
tum esse.  
Nos igitur  
qui in nu-  
meris uul-  
neribus cō-  
sum.* dium: non temerē & illū, & qui illum quidem cōfir-  
 mant, sanctos autē aspēnātur, tangunt. Quid enim,  
 inquit, si extrinsecus boni uidētur quidam, & admi-  
 rabiles? Nō enim exteriorum iudex ille duntaxat est,  
 sed & abscondita palām facit. Duabus igitur rationi-  
 bus, uel tribus potius incertum est nostrum iudiciū.  
 Prima quidem, q̄ etsi nihil nobis ipsis conscij sumus,  
 eius

eius tamē indigem; qui peccata nostra certa ratione  
 corrigat. Altera, q̄ multa opera nostra nos latēt. Ter-  
 tia p̄terea, q̄ multa aliorū opera nobis bona uide-  
 tur, quę nō recta fiunt sententia. Quid igitur dicitis, q̄  
 neq; ab illo peccator, neq; hic illo melior? Hoc em  
 ostendi nō potest neq; de illo, qui nihil sibi conscius  
 est: sed qui abscondita iudicat, ille certo iudicat. Ecce  
 igitur, Neq; ego aliquid mihi cōsciū sum, sed neque  
 sic iustificatus sum, hoc est, nō sum propterea liber à  
 crimine, quin reddurus sim rationē. Nō enim dicit,  
 q̄ iustis adnumeratus sum, sed q̄ non sum mundus à  
 peccatis. Etenim alio in loco inquit: Qui autē mori-  
 tur, iustificatus est peccato, hoc est, liberatus. Multa  
 quoq; facimus bona, nō tamē recta sentētia. Et mul-  
 tos laudamus, non eorū laudis gratia, sed ut alios per  
 illos mordeam. Et quod facimus bonū est: laudatur  
 enim [quod] rectē operatur, mens autem corrupta à  
 satanā sit sententia, siquidē non ut congratuletur fra-  
 tri, sed ut aliū lēdat, hoc se penumero quispiam facit.  
 Contra peccauit quis grauior. Alter ut eū decipiat,  
 nihil cōmisisse ait, & consolatur peccantē ad naturā  
 communitatē refugiēs, neq; q̄ illi ignoscere uelit, sed  
 ut pigriore faciat. Rursus castigat interdum, non re-  
 prehendi gratia, sed ut diffamet & vituperet pro-  
 ximi peccatū. Hęc autē consilia ab hominibus igno-  
 rantur. Qui uerō corda hominū perscrutatur, ipse no-  
 uit, & omnia profert in mediū. Quamobrem inquit:  
 Qui illuminabit abscondita tenebrarū, & manifestabit  
 consilia cordium. Quū igitur etsi nobis cōsciū nihil sumus,  
 non possumus tamē à criminib; mūdi esse, & in qui-  
 bus bonum aliquid, nō tamē recta sententia facimus,  
 pœnā sumus obnoxij, intelligas uelim quantū homi-  
 nes in iudiciō decipiuntur. Hęc enim omnia homi-  
 nibus quidem impossibilia sunt, soli autem in omni  
 oculo possibilia: & licet homines, illū tamen nunquā  
 decipiemus. Noli igitur dicere, in tenebris sum, pa-  
 rietibus claudor, quis me uidet? Qui enim omnia no-  
 1. 1. a. ¶ *Hic autē  
non ait se  
iustifica-  
tum esse.  
Nos igitur  
qui in nu-  
meris uul-  
neribus cō-  
sum.* stra corda effinxit, ipse omnia nouit. Quoniam tene-  
 bræ apud eum nihil obscurius reddunt. Rectē autem  
 inquit peccator: Tenebræ circūdāt me & parietes: nisi  
 enim in tenebris animus esset, nō sanē dei timore ab-  
 iecto, tanta duceretur licentia. Nā nisi prius rationalis  
 pars caligaret, non tam licenter peccata in nos im-  
 petum facere potuissent. Quamobrē ne dicas, nemo  
 me uidet: est nanq; qui ad animā vsq; & spiritū, arti-  
 culos & medullas penetrat. Te autē ipsum nō uidet,  
 neq; potes nebulas expellere: sed tāquā muro vndiq;  
 circūdaris, & sic nequis cœlū suspicere. Quōd nā vis  
 pri; peccatū reputem; & tale id esse inueniemus. Nā  
 quemadmodū latrones, & parietū perfossores, quum  
 quid preciosum rapere uolūt, extincto lumine id ag-  
 grediūtur: sic in peccatoribus corrupta ratio. Etenim  
 in nobis rationis lumē est semper ardēs. Quōd si spi-  
 ritus iniquitatis uelocitiori impetu aggressus extin-  
 xerit, quā primū animā obscurauit, expugnauitq;, &  
 quicquid in ea conditū est, cōpilar. Quippe quā quū  
 à libidinib; cupiditate capta est, sicut nebula & caligi-  
 ne corporei oculi: sic ab illo mētis p̄uidētia p̄tē oc-  
 cupata, nihil intueri potest ulterius, nō p̄cipitium,  
 nō gehēnā, nō formidinē, sed insidiis illius obnoxia,  
 facilē à peccato expugnatur. Et tanquam paries sine  
 ostio oculis obiectus, nō sinit iustitiæ radiū mētis no-  
 1. 1. a. ¶ *Hic autē  
non ait se  
iustifica-  
tum esse.  
Nos igitur  
qui in nu-  
meris uul-  
neribus cō-  
sum.* stras illustrare, quū absurda cupiditatis cogitationes  
 vndiq; eas obscurent, & fornicaria ei mulier mentis  
 oculis obiciatur, & animo infideat, atq; appareat. Et

quēadmodū cæci licēt in ipso meridie, sub dio uer-  
 sentur, nullā tamen lucem accipiunt, quū clausos ha-  
 beant oculos: itidem & hi quauis innumera vndiq;  
 dogmata eorum insonēt auribus, animo hoc affectu  
 p̄occupato, his omnibus rationibus obstruunt au-  
 ditum. Quod qui experti sunt probē intelligunt. Sed  
 absit, ut experiētia hęc nobis cognita sint. Neq; istud  
 tantū peccatum hoc facit, sed omnis absurdus amor.  
 Trāseramus si uideretur, à fornicaria muliere ad pecu-  
 nias, & cōsideremus in his quoq; densas & frequētes  
 tenebras. Illic enim utputa quū vna sit amata, & in  
 uo loco, nō tā uehemens affectus est: In pecuniis au-  
 tē quum ubiq; appareant, in aurificina, in numulario-  
 rum mensis, in diuitum domibus, uehementē earum  
 amor adspirat. Quum enim pueros in foro auratos  
 equos agitantēs, homines preciosis indutos uerbis  
 quis uideat, qui cupiditatis morbo tenetur, multis te-  
 nebris circūfunditur. Et quid opus est domos & au-  
 rificinas memorare? Ego em huiusmodi homines  
 arbitror, etiā siue scriptas, siue pictas diuitias uideāt,  
 distrahī, exasperari, furere. Itaq; vndiq; eos tenebræ  
 cōprehēdunt. Quāuis enim regiā intueantur imagi-  
 nem, non admirantur lapidū pulchritudinē, non au-  
 rum, non purpureū uestitū, sed cōsumuntur. Et quē-  
 admodum uehēmēs ille amator si amicæ suæ effigē  
 cōspicitur, licēt anima careat, eius tamen amore tor-  
 quetur: itidē hic si inanimē uideat pecuniarum ima-  
 ginem, ea maiore in modū afficitur, utputa uehēmē-  
 tiori correptus morbo, & iā oportet, ut aut domi mā-  
 neat, aut egressus in forū innumeris percussus plagis  
 domū repetat. Multa enim ei; oculos torquēt. Et ut  
 ille nihil p̄tē mulierē aspiciat: sic & iste pauperibus  
 quidē & ceteris omissis, ne remedium aliquod acci-  
 1. 1. a. ¶ *Hic autē  
non ait se  
iustifica-  
tum esse.  
Nos igitur  
qui in nu-  
meris uul-  
neribus cō-  
sum.* p̄iat, ad diuites oculos conuertit, quorū aspectu mul-  
 to & uehementi igne animū suum exurit. Ignis nanq;  
 est, qui misere in se decidentē consumit. Quōd si ne-  
 que gehenna, neq; supplicium timeretur: ipsa tamen,  
 quæ semper eius animo insident, supplicium essent,  
 perpetua scilicet anxietas, & morb; qui nullo vnquā  
 sine cōprehenditur. Et profecto hęc sola satis essent  
 ad persuadēdum, ut hunc morbum effugiamus. Ve-  
 rum nihil stultitiā peius, quæ facit, ut rebus anxii &  
 nullum lucrum ferentibus inhæreamus. Quamobrē  
 vos hortor, ut hunc primum absconditum morbum,  
 quemadmodum enim febris in ipsis principijs non  
 nimia siti egrotos torquet, aucta autem eius flamma,  
 intolerabili iam siti cōficit, & quauis ad fatietatem  
 uinum quis p̄beat, nō extinguitur tamē, sed incen-  
 ditur uehementius: sic & in hoc affectu uis uenit. Nā  
 si à principio nostram aggressum animam non pro-  
 pulsabimus, non clauerimus ostia, iam aditu patefa-  
 cto, insanabili morbo, qui eū admiserint, conficiun-  
 tur. Siquidem & mala & bona quàm diutius in nobis  
 immorantur, uehementiora fiunt, quōd in ceteris re-  
 bus omnibus euenire quiuis uiderit. Etenim plāta nu-  
 per insita facilius euellit, diuturniore autem mora  
 profundius actis radicibus, multo labore opus est uē-  
 euellatur. Et ædificium nuper cōpactum faciliē, tem-  
 pore autē consolidatū difficilē diruitur. Et fera quæ  
 diutius alicubi moram traxerit, egrē capitur. Igitur  
 qui nondum uitiis se subdiderūt, his ego ne capian-  
 tur suadeo, facilius nanque casum cauere possumus,  
 quàm post casum resurgere. Illis autē qui sub pecca-  
 to cōprehēsi sunt, & ceciderunt, si medico, hoc est,  
 rationi se subiicere uelint, multā salutis spem dei be-



nignitate pollicemur. Nā si eos qui hoc morbo affecti, & consternati tandē se eius vinculis dissoluerunt, homines [scirent,] bonam spem ad se eo liberandum cōciperent. Quis igitur in hunc morbum incidit, qui facile sit in valetudinē restitutus? Zachæus ille. Quid enim publicano pecuniarū cupidius esse possit? Verū repētē factus est philosophus, & omnem cupiditatis ignem extinxit. Itidē & Matthæus. Siquidē & hic publicanus erat, & in rapinis semper vixerat, sed & hic quāprimum eum exiit morbu, & sitim extinxit, & ad spiritualia opera cōuersus est. Hos igitur & huiusmodi alios considerās noli desperare. Nā si volueris, poteris mox emergere. Et si vis, secūndum medicorū legem, quæ tibi faciēda sunt, diligēter ostendemus. Oportet igitur primum ne diffidamus, neve nostrā desperemus salutē, deinde non modo rectē operatium exēpla, sed eorum etiā qui in talibus perstiterunt affectibus, inspiciamus. Quēadmodum enim Zachæū & Matthæum, sic & Iudā considerare oportet, & Giezi, & Achar, & Achab, & Ananiā, & Sapphirā: vt per illos quidē desperationē abiciamus, per hos autē abscondamur desidiā, neve supina fiat anima nostra ad admonitiones, & nos ipsos erudiamus, vt idē quod ad Petrū Iudæi accedētes, dicamus. Quid oportet facere vt salui simus: & audiāt, quæ facere oporteat. Quid igitur? Intelligere rerū miserā, & quomodo fugitiuus serū & perfidus diuitiæ sunt, & innumeris implicant malis quos assequūtur, & huiusmodi frequenter verba decātemus. Et vt medici egrotos frigidā petētes consolantur, & se daturos dicunt, sed fontē causantur & vas, & tēpus, & multa huiusmodi: nam si repētē negarēt, eos in infaniā verterēt: Sic & nos erga pecuniarū amatores faciamus: & quum dicunt, diuites esse volumus, nolimus quāprimum dicere malū esse pecunias, sed assentiamur, dicamūque q̄ & nos quoq; id volumus, sed in debito tēpore, sed diuitias veras, quæ immortalē habent voluptatē, quæ tibi & non aliis conferunt, sēpenumero autē & inimicis. Et philosophicos sermones in mediū adducam, dicamūq; q̄ nō prohibemus ditescere, sed malē ditescere. Licitum enim est vt diuites fiamus, verū sine cupiditate, sine rapina, sine vi, ne ab omnibus nobis maledici audiamus, & his eos placemus sermonib, nō dum de gehēna mētionē facta. Nondū enim patitur huiusmodi verba, qui hoc morbo afficitur. Quamobrem à rebus presentibus omnia eius verba faciamus, dicamūq;: Quid vis: à cupiditate ditescere, vt ceteris quidē aurū argentūq; congeratur: tibi autē execrationes, accusationes inumeras cōpares? Et cui auferatur, necessarij cibi egestate torqueatur, luceat, & innumeros tibi accusatores cōparet, & nocte aduertante forū circūeat, & in angiportis oēs adeat destitutus, & neq; noctu sibi confidat? Quo enim pacto ventris morfu agitatus dormiet? In somnis, fame obfessus, gelu & pluuia sæpe confectus. Tu verò ex balneo lotus mollib, in vestimētis lasciuies reuerteris, & lætus ad paratā & preciosam cœnā festinas. Ille autē vbiq; per forū gelu & fame frequenter incitatus, incuruus obambulat, & porrectis manibus, neq; sibi cōfidens vix diuitē & delicatū pro necessario victu rogat, & nonnunquā cōtumeliis affectus discedit. Quū igitur domū reuerteris, quū in lecto procumbis, quum domus claris splendet luminibus, quū mensa sumptuosē apparatus est, tūc miser illius & infelicis recordare cū canib, vitā agētis in angiportis, tenebris, luto. Atqui

† confide-  
rarent.  
Luc. 19. 4.

Act. 2. f.

quū sæpe inde discedat, non domū, non vxorem, nō lectū petit, sed in scēni cubile more canū tota nocte latrantium videmus. Tu verò si paruā à tecto guttam decidētē videas, totā euertis domum, seruos aduocas, & omnia moues. Ille autē in pannis, scēno, & luto iacens, frigore absumitur. Quēnā fera has non desferet miserias? Quis ad eō crudelis, ad eō inhuman, qui his nō mifereretur? Verum quidam in tantā venerunt immanitatē, vt dicāt merito eos id perpeti. Decet em̄ misereri, lachrymari, & partiri calamitates. Qui autē crudeliter & inhumanē illos accusant, eos ego libenter interrogarem, quānā ratione merito id patiātur, dic quæso? Nā quid? victum sibi quærūt, ne fame absumātur. Nō, inquit, sed quoniā desides sunt. Tu autem nunquid in desidia, & deliciis viuis? Quid verò? Nōne sēpenumero omni desidia grauius operaris? Quum rapis, quū vim inferis, quum cupidus es, longē meli, & tu ita ociosus effes: hæc nāq; desidia, q̄ cupiditas melior est. Nūc autē & alienæ insultas calamitati, neq; solū desidiosus es, neq; desidia grauius operaris, sed miseros quoq; accusas. Narrem, autē eis alienas calamitates, orbitates immaturas, hos carcere inclusos, illos iudiciis disceptos, alios vitæ suæ timētes, insperatas vxorū mortes, repētinas diuitiarū mutationes, & timore hoc ipsorū mētes demulcebimus. In aliorum autē narrationibus suadebimus eis, vt eadem sibi timeant. Quum enim audient, q̄ huius cupidi & raptoris filius, illius vxor, qui multā vim intulerit, post cōiugis sui mortē innumeras passa est calamitates, his qui iniuria ab illo mortuo affecti sunt, & vxori, & filiis insultātibus, in eius domum cōmuni bello indicto: licet quis omnium impudētissimus sit, quū eadē pati expectet, & suis timeat, ne quando idē patiātur, modestior erit, neq; dubitamus quin corrigatur. Multarum autē huiusmodi narrationum vita nostra plena est. Verū hæc non vt admonitores, neq; vt cōsultores dicamus, ne grauius oratio nostra accipiatur: sed vt inter loquendum ex alia in aliā incidamus disputationē, & frequēter eos in huiusmodi trahamus sermonē, neq; aliud in buccam nostram venire permittamus, q̄ quo pacto splendida illius domus & cōspicua corrui, quo pacto ita deserta est, vt in aliorum manus omnes eius venerint facultates, quot singulis diebus iudicia pro huius substātia constituta sint, quot perturbationes, quot illius serui, hi quidem mendicātes, illi autē carcere intrusi obierint. Et hæc omnia tanquā mortuū miserati, & presentia aspernātes referamus, vt & formidine, & misericordia immanes animos molliamus. Et quū coercitos his sermonibus viderimus, tunc iā gehēnā meminisse poterimus, nō vt hos terream, sed misereamur ceteros, dicamūq;: Quid opus est presentia memorare? neque enim hætenus cōsistūt res nostre, sed grauius supplicii huiuscemodi homines torq̄bit, igneus scilicet fluiuis, vermis venenosus, tenebræ perpetuæ, immortales cruciatus. Quod si eos verbis mouerimus, etiā nos ipsos & illos corrigemus, & mox ægritudine liberabimus, & in die illa laudatorem nobis cōparabimus deū. Quemadmodū Paulus inquit, *Et tunc laus vnicuique erit à deo*. Nā laus quæ aliquādo ab hominib, venit, à recta sentētia sēpenumero nō proficiscitur: quæ autem à deo est, & manet perpetuo, & palām effulget. Quū autē, qui omnia videt priusquam fiāt, qui nullo affectu tangitur, laudarit quempiam: tūc virtutis illius probatio nullā habet dubitationem. Quæ

† vos au-  
tem.

supr. 3. b

Matth. 7.  
& Luc.  
6. f.  
Matt. 7. d.

† qui e-  
nim seip-  
sum humili-  
liat, exal-  
tabitur.  
Luc. 18. c

Matth. 30.  
d.

quum

quum intelligamus, operemur, vt à deo laudē & maxima bona consequamur, quorum vtinā fiamus participes, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & sancto benignoq; spiritui in secula seculorum, Amen.

Homilia duodecima.

**H**æc autē fratres transfigurauit in me & Apollo propter vos, vt in nobis discatis, ne supra quā scriptum est, sapiatis. Quoad grauius ei verbis fuit opus, sub persona latuit. Sed tanquā ipse esset auditor, ita locutus est, vt accusatarū personarum dignitatem accusantibus obiectam, ob crimina irasci nō sineret: verū quum dimitti iam oporteret, detecta persona, quæ sub Pauli & Apollinis appellatione latebant, palām fecit. Idcirco inquit: *Hæc autem fratres transfigurauit in me & Apollo propter vos*. Et quēadmodum in morbo laborātibus, quum egrotus puer calcitrādo oblatos à medicis cibos recusat, patre vel pædagogo aduocato, acceptos à medico cibos illi dari iubēt, vt illorū metu & accipiat & acquiescat: Itidē Paulus quū p̄ aliis accusaturus sit, partim vt iniuria affectis, partim vt maiore in modum honoratis, ipsas quidē non posuit personas, sed in suā & Apollinis appellationē locutus est, vt hos reueriti medicinā acciperēt. Quæ accepta, iam aperit, quorū gratia hæc locutus sit. Nec simulatio hæc fuit, sed ædificatio. Nā si apertē dixisset, [nos] sanctos & admirabiles viros iudicatis, saltē id ægrē tulissent & resiliissent. Nūc verò quū dixerit: *Mihi autē pro minimo est, vt à vobis iudicer*, & rursum, *Quis igitur est Paulus? Quis verò Apollo? Tolerabilem suā reddit orationem. Quare persecutus est: Hæc transfigurauit in me & Apollo propter vos, vt in nobis discatis, ne supra quā scriptū est, sapiatis*. Quibus ostēdit, q̄ si in illos verba fecisset, non accepissent quæ accipere eos oportuerat, neque correctione essent admoniti, quum eius verba iniquo animo tulerint. Nunc verò Paulum reueriti, facillē reprehensionem pertulerunt. Sed quid significat, *Ne supra quā scriptum est, sapiatis?* Scriptum est, *Quid autem vides festucā in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? & Nolite iudicare, vt non iudicemini*. Nam si vnum sumus, & deuincti inuicem, contra inuicē insurgere non oportet: humilis enim seipsum exaltabit, inquit, & quicū que voluerit inter vos maior fieri, sit omnium minister, hæc scripta sunt, *Ne vnus aduersus alium inflatur pro alio*. Rursum omissis magistris, discipulos arguit. Illi enim hos superbia efferebant. Præterea & principes non facillē huiusmodi orationem susceperunt, eō q̄ exteriorē desiderabant gloriam: erat enim affectu cæci. Ipsi autem, qui gloria non fruebantur, sed alios laudibus prosequēbantur, facillius ferre poterant admonitionem, & melius q̄ principes morbum propulsare. Ergo hoc tumoris est, vt quispiā pro alio superbiat, quāuis in suis ipse rebus eo affectu non tægatur. Quēadmodum enim qui in alienis diuitiis intumescit, stultē facit: sic qui in alterius gloria. Et rectē quidem inflationem appellauit. Quum enim membrum aliquod insurgit, nihil aliud est, q̄ inflatio & morbus. Neq; aliter aliud membrum excederet, nisi inflatione: Sic igitur in corpore ecclesiæ qui tumidus & inflatus est, ipse egrotus sit oportet. Inflatur enim supra cōmunē modū: Sic & in corpore vsu venit, quū alienus quis, & malus humor abundat, & cibus, quo non sumus assueti. Sic oritur superbia, quū alienæ nos cogitationes egrediuntur: & vide q̄ propriē locutus sit,

**N**e inflatur. Inflatio enim tumorem habet spiritus corrupti humoris plenum: hoc autē dicit, non vt medicinam tollat, sed vt malo medeat. Vis curare aliquē? Non prohibeo. Sed noli in alterius detrimentū. Non enim vt cōtra inuicē insurgamus, magistri nobis dati sunt, sed vt cōiugamur inuicē omnes. Siquidē imperator idcirco exercitui præponitur, vt separatos vnū faciat corpus. Quod si dissipatur esset exercitū, hostis magis, q̄ imperatoris munus impleret. *Quis enim te discernit? Quid autem habes, quod non accepisti?* Iam omissis subditis, ad principes conuertitur. Quod autē dicit hoc est, vnde constat te dignū esse, qui lauderis? Iudicatū est, inquisitio præcessit, & probatio, & quæstio diligens? Nō tamen id dicere posses. Quod si homines iudicant, non rectum est eorū iudiciū. Sed esto sis laudandus, & certē habeas gratiā, & hominū iudicium non corrumpatur: sed neq; sic oportet superbia efferi, quippe qui non ex te habes, sed à deo accepisti. Quid igitur tibi simulandū est, quod nō habes? Sed & tu hoc habes, & alij tecū. Igitur quod accepisti habes, neq; hoc tantū & illud, sed quicquid habes. Nō em̄ merita tua hæc sunt, sed dei gratia. Quāuis fidē adducas, à vocatione eā accepisti: quāuis peccatorū veniam adducas, quāuis gratias, quāuis doctrinæ sermonē, quāuis virtutes, omnia inde tibi prouenerunt. Quid igitur habes, quæso, quod non acceptū habeas? Num ipse per te rectē operatus es? Nō sane, sed accepisti, & idcirco magni te facis? Propterea cohibearis oportet: non enim tuum id munus est, sed largiētis. Nam si accepisti, ab illo accepisti. Si ab illo, non tuū accepisti. Si non tuum, quid insolescis, ac si tuum habeas? Quare subdidit, *Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* Confirmata igitur, vt oportuit, ratione sua, ostēdit q̄ multis indigent: ait enim, si omnia quidē accepissetis, non tamen gloriari vos oportuit: nihil enim vestrū est. Nunc autem multis indigetis. Quod in principio significauit, quū inquit: *Nō potui vobis loqui, quasi spiritualibus, & nō iudicauim* scire aliquid inter vos nisi Iesum Christū, & hūc crucifixum. Nunc autem reprehensione vtitur, dicens: *Iam saturati estis: iam diuites facti estis*. Hoc est, *Nulla iam re indigetis, perfecti euasistis, ipsum tenetis apicem*. Nullius necessitatē vos habere arbitramini, nō apostolorū. Iā saturati estis, & rectē hoc verbo vsus est, à tempore ostendens, non verisimilē, atq; rationabilē eorū esse opinionem. Quare eis exprobrans, inquit: *Tam cito finē attigistis*. Quod impossibile erat fieri propter tēporis breuitatem. Perfectiora nanq; in futuro seculo manēt. Paucis enim satiari, imbecillis est anima: à paucis verò putare ditescere, stomachantis est & miseris, siquidem pietas insatiabilis est. Sed sanē puerilis est ingenij, à principio oīa se accepisse arbitrari, & nondū ipsis cōtactis initiis, ac si finē attigerit superbiere. Inde ex sequētib, vehemētius eos arguit. Nam quū dixisset: *Iam saturati estis: iam diuites facti estis, subdidit: Sine nobis regnatis, & vtinā regnetis, vt & nos vobiscū regnemus*. Multæ plen' est grauitatis hic sermo. Quare in vltimo loco post multū terrorē posuit. Sic enim honesta sit admonitio & tolerabilis, quādo post accusationes reprehēsiua verba inferūtur. Etenim impudentē animum longē magis hæc, quā manifestā reprehensio perterere potuissent, & futurū dolorem, & impudentiam accusatione corrigere. Admirabile enim in reprehēforiis verbis [ pudorem adducuntibus] hoc maxime est, q̄ duo habet contraria, corrigere,

† sed curā,  
quæ cū al-  
terius ma-  
lo fit.

supr. 3. d

† & futū  
rū ex ac-  
cusationē  
dolorē, at-  
que impu-  
dentiam

† stultitiam.

Nam & magis lædit, q̄ manifesta accusatio, & reprehensum, quamuis grauius lædatur, disponit tamen ut magis perpetiatur. *Sine nobis regnatis.* Multa hic significantia & ad magistros & ad discipulos, & eorū iustitiā] & mereritatis hinc ostendit. Dicit autē in laboribus quidē multis omnia & nobis & vobis esse communia, in præmiis verō & coronis vos primi. Sed nō egre fero, quum hæc loquor. Idcirco subdidit: *Et vnam regnetis.* Quod ne videretur per derisionē dicere, etiā subdidit: *Vt & nos vobiscum regnemus.* Etenim inquit, & nos ipsa bona cōsequi possumus. Vides quo pacto simul & grauitatē, & curā, & philosophi mentem ostēdit. Intuere quomodo superbiam tollit. Quamobrem ita profecit: *Puto enim quod deus nos apostolos nouissimos ostendit, tanquā morti destinatos.* Multā rursus & significantiā, & grauitatē ostēdit, quam dicit, nos. Sed neq; hoc satis fuit. Nā & dignitatē addidit, valde eos significans: *Nos, inquit, apostolos:* hoc est, qui innumera passi sumus mala, qui pietatis præconiū difsemuimus, qui vos hanc erudiuimus philosophiā. Quare hoc quoq; significās, adiecit: *Nouissimos ostendit tanquā morti destinatos:* hoc est, tanquam reos. Nam quū dixisset, vt & nos vobiscū regnemus, & remisisset orationis suæ vehemētiā, ne eos absolueret, eadē rursus maiori indignatione repetit. *Puto autem quod deus nos apostolos nouissimos ostendit, tanquā morti destinatos.* Vt enim video, inquit, & vt vestra est oratio, omniū nos despectissimi sumus, omnes nos damnant. Nā ad calamitates perpetiēdas semper obicimur. Vos autē iā regna, & honores, & præmia mente cōcipitis. Quū autē vellet in maiore absurditatē sermonē abducere, & maximē incredibilē ostēdere, nō simpliciter dixit, Nos sumus nouissimi: sed, de nos nouissimos fecit. neq; satis fuit nouissimos dicere, sed subdidit, tanquā morti destinatos: vt & stultissimus quoq; q̄ absurdū sit, intelligeret, quōd; dolentis verba erant, atq; eos maximē increpantis. Et intuere Pauli prudentiā. Iisdem de rebus, quibus seipsum quū tēpus fuerat, extulit, & clarū & magnū fecit: eos in præsentia coarguit, & reum se appellat. Tāti est debito tēpore omnia facere. Morti em̄ destinatos, hoc loco reos, & innumeris mortibus dignos appellat. *Quoniam spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominib.* Quid significat, spectaculū facti sumus mundo? Non in angulo quodā, non in parua orbis terrarū parte hæc patimur inquit, sed vbiq; locorū & in omnibus. Quid autē significat, & angelis? Quod scilicet licet quidē hominibus spectaculū esse, non angelis, quādo vilia sunt opera. Nostra autē certamina talia sunt, vt etiā angelorū digna sint aspectu. Intuere à quib; seipsum extenuat, & quomodo rursus magnificū se ostēdit: in his autē quib; illi efferebatur, quo pacto viles demōstrat. Quū em̄ stultos esse q̄ sapientes videri, & infirmos q̄ fortes, & neglectos q̄ gloriosos & claros, vilis esse videretur, & alia quidē illi abiicere curaret, alia autē ipse acciperet: hæc illis meliora ostendit. Siquidē propter hæc non hominū tantū, sed & ipsam angelorū multitudinē, ad suū conuertit spectaculū. Non enim aduersus homines duntaxat nobis certamen est, sed aduersus incorporeas virtutes. Propterea & magnū spectaculum constitutum est. *Nos stulti propter Christum, vos autē prudentes in Christo.* Rursus & hoc verecūdē dictū est, ostendēs impossibile hæc accidere cōtraria. Etenim in eis] non est in ipsis,] quæ tantū inter se differunt, vt conueniāt. Quomodo igitur est, inquit, vt vos prudentes

fitis, nos stulti in diuinis rebus? Quoniam ipsi quidē vularunt despecti, & ignominia affecti sunt: illi autē honorati, & sapiētes & prudētes à multis habiti sunt. Propterea hæc ait, significās quomodo esse possit, vt qui huiusmodi prædicāt, in cōtrariis esse existimantur. *Nos infirmi, vos autem fortes:* hoc est, Nos exagimur, persecutiones patimur. Vos autē fiducia fruimini & salute multa. Sed non patitur euangelij natura. *Nos ignobiles, vos autē nobiles.* Hoc in loco aduersus generosos, & in externis reb; superbos vertit sermonē. *Vsq; in hanc horā & esurimus, sitimus, & nudi sumus, & colaphis cedimur, & instabiles sumus, & laboramus operātes manibus nostris.* Hoc est, non ego antiquas res enarro, sed quæ præfens mihi tēpus testatur. Neq; em̄ humanarū rerum, neq; exterioris nobilitatis vlla nobis ratio est, sed ad solū deū oculos cōuertimus. Quod nos vbiq; facere necesse est. Nō enim angeli soli intuētur, sed & ante illos certaminū auctor. Nolumus igitur aliorum laudibus indigere. Hoc em̄ illi iniuria est, si tāquā nō sufficiat ad nos laudandū, eo omisso ad conferuendū stinemus. Quemadmodū enim qui in paruo theatro certant, magnū sibi inquirunt, ac si illud non satis sit ad præbendū de se spectaculū: sic qui in dei cōspectu certant, inde hominū sibi famam quærunt, maiori omisso theatro minoris cupiditate, magnū sibi supplicium hauriunt. Hoc igitur omnia peruertit, hoc vniuersum orbē terrarū perturbauit, quoniam hominum respectu oīa facimus, & in bonis operibus nulla nobis cura est, vt laudatorē deum habeamus, sed laudē nobis à cōseruis nostris inquirimus. In sceleribus rursus, deo cōtempo, homines formidamus. Atqui illi nobiscū ante illi tribunal cōstituētur, neq; quicquā nobis profuerint: deus autē, quē nūc despiciō, ipse nos iudicabit. Veruntamen quū hæc nobis nota sint, ad homines tamen adhuc inhiamus, quod est primū peccatū. Et homine præfente nemo scortaretur, sed licet maiorē in modū libidine flagraret, affect; tamē violentia pudore hominū vinceretur. Quum autem deus videat, nō modò adulterantur, non modo scortantur, verū & alia longē grauiora & ausi sunt & audēt. Nōne hoc vel solū satis esset, quò cœlitus innumeris peteremur fulminib;? Sed quid ego adulteriū, quid fornicationē cōmemoro? Multo nanq; his minora in hominū cōspectu facere formidamus, dei autem minimē. Hinc omnia orta sunt mala, q̄ scilicet in rebus turpibus non deū sed homines timeamus. Propterea quæ verē bona sunt, sed multitudini bona nō vidētur, ea fugimus, nō inuestigata rerū natura multitudinis opinionē respiciētes. Itidē rursus in malis afficimur. Quæ mala sunt, videntur tamen multis bona, ipsa cōsuetudine lætamur. Itaq; vtriq; corruptio est. Fortasse multis quodāmodo obscurum videtur quod diximus, igitur necesse est manifesti ostēdere. Omnes quū scortamur (oportet enim à prædicatis incipere, homines magis q̄ deū timeamus. Et hoc pacto nos ipsos illis subiicimus, & dominos nobis facimus. Multa autem huiusmodi dominis videntur esse mala quæ nō sunt, & ea nos similiter fugimus, vt exēpli gratia: In paupertate viuere multi turpe esse arbitrantur. Et nos fugimus paupertatem, non q̄ turpis sit, neq; q̄ turpē esse nobis persuadeamus, sed q̄ domini nostri ita de ea sentiunt, & illos formidamus. Item & contemptum, & spretum, & extra omnē dignitatem esse, videtur multis simpliciter res pudenda & vilis. Hoc rursus fugimus, non nostra, sed dominorū nostrorum

† ipsi.

Eclē. 17. d.

† dicitur. i. gloria vel opinionē siue sententiam.

rum sententia. Contra autē eodē morbo laboramus. Siquidē ditescere bonū videtur, & elatio, & gloria, & fama item bona. Hæc nos itidē prosequimur, neq; hac in parte rerū cōsideramus naturā, quæ bona est, sed ex dominorū nostrorum opinione nobis persuademus. Dominus enim noster populus est, & nimia turba, dominus crudelis, & tyrānus grauis. Nam neq; nobis] præcepto opus est, vt audiat à nobis: sed tantū satis est, vt intelligamus, quid velit, & quāprimum sine præcepto paremus, tanta in eum beneuolētia afficimur: & deus quidē quum singulis diebus nobis mīnetur, vt nos moneat, nō auditur. Turba autem seditiosa & vilis, neq; præcepto opus habet, sed sufficit tantū ostēdere quibus delectatur, & ei mox paremus. Et quānam ratione hos quispiā effugeret dominos? Si maiorem q̄ hi animi elationē acciperet, si rerū naturam intueretur, si dāmnaret multitudinis sententiā, si præ ceteris omnibus, in his quæ verē turpia sunt, sibi ipsi persuaderet: nō homines, sed in omnem oculum esse formidandū, & in bonis cōtrā ab illo præmium quærendū. Sic enim neq; in aliis ipsos patiemur. Qui enim in bonis operib; indignos homines iudicat qui ea sciant, sed dei sentētia contētus est, is neq; in malis vllam ipsorum rationem faciet. Et quo pacto hoc erit, inquis? Cōtemplare quid homo sit, quid deus, & quo omisso cui inhæres, & quāprimum omnia correxeris. Homo eidem tecū peccato subiectus est, itē iudicio, & supplicio. Homo vanitati assimilatur, & nō habet rectum iudiciū, & superna indiget correctione. Homo terra & cinis, etsi sæpe laudauerit, omnino laus illa erit vel ad gratiam, vel ad odium: & si quem calumniatus fuerit, & accusauerit, eadem rursus sententia hoc fiet. Verū nōn ita deus, sed irreprehensibilis eius sentētia & purum iudiciū. Et idcirco opus est semper ad eum confugere, non propter hoc solū, sed q̄ & ipse nos fecit, & parcat tibi maximē, & q̄ tu te, maiore te amore prosequitur. Quid igitur tam mirabilem habere laudatorem cōtemnimus? Quid ad hominem confugimus, qui frustra & temerē malum te & scelestū appellat, quum nō sis? Hac causa ei potius miserere & lachrymare, q̄ corruptus est: & contemne eius gloriam, q̄ eius mētis oculi cæci facti sunt. Nam & apostoli hæc audierūt, & contēpserunt calumniātes. Verum & bonū te & benignū dicit. Quod si talis es, noli omnino gloria diffundi. Sin autē non es eiusmodi, magis illum contemnas, & illusionem id arbitrare. Vis multitudinis iudicia cognoscere, quā sint corrupta, inutilia, ridicula, & partim furiosorum & insanorum, partim puerorum lætētium? Audi, altius tibi iudicia repetam nō vulgi tantum, sed eorum qui à principio legumlatorum sapientissimi habiti sunt. Quis enim videretur multitudini esse sapientior, q̄ qui dignus existimatus est qui ciuitatibus & populis leges imponeret? Veruntamen his sapientibus scortari, neq; malū, neq; flagitiosum videtur. Nemo igitur externorū legumlatorū hoc puniuit, neque in iudicium traxit: sed si quispiam hac causa in iudicium aliquē vocaret, riderent multi: & tamē patitur iudex. Alea item ludus ab illis nō punitur, & nemo eorū ab hac aliquo cohibuit supplicio. Ebrietas & ventris indulgentia non modo nō videtur peccatū, sed virtutis loco apud multos existimatur. Et in militaribus cœnis magnū in hoc certamē est: & cui maximē constanti animo & robusto corpore opus est, hi maximē ebrietatis seruitio traduntur, & corpus dissoluunt, &

Tomus quartus.

animū tenebris obducūt. Et nemo legumlatorum in hoc peccatum animaduertit. Quid hac insania peius est? Eorū igitur laudē, qui hac sententia sunt, hominū desideras, & te ipsum terræ nō suffodis? Quod si huiusmodi homines omnes te admiraretur, nōne pudore te abscondi oporteret, vt à tam corruptis hominibus iudicareris? Rursus blasphemā legūlatores nihil graue existimāt. Nemo igitur qui deo maledixerit, in iudiciū tractus est, nemo pœnā luit: sed si quis vestē furatus est, vel crumenā inciderit, iis lat; perforditur, & morte nōnunquā mulctantur. Qui autē deo maledicit, apud externos legūlatores nulla in culpa est. Et si seruā quispiā vxore posthabita corruerit, is nihil exterib; legib; nihil multitudini peccasse videbitur. Vis & alia præterea audire, quæ ipsorū stultitiam ostendant? Hæc quidē non puniūt, verū & alia sanciant. Quæna ea sunt? Spectacula cogunt, & scortorū illuc choros, & pueros cinædos, qui naturā suā cōtumelia afficiunt, vniuersum populum superiori in parte cōstituunt: sic ciuitatē alliciunt, sic magnos reges, quos semper admirantur, in trophæis, & victoriis coronāt. Atqui quid hoc honore frigidū? Quid voluptate illa iniucundius? Ex his operū tuorū laudatorē inquiris, & cū saltatorib; effœminatis mimis, & scortis tali vis frui laude: & quānam ratione nō sunt hæc vltimæ amētiae? Dic quæso, libēter enim eos interrogare, malū ne sit naturæ leges euertere, & in illicitos inducere cōcubitus? omnes malū esse respondebunt, Existimabūt igitur hanc puniendā iniquitatē. Quid ergo cinædos illos inducis, neq; inducis solū, sed veneraris innumeris & immēsis muneribus: & alibi qui hæc audēt, punis? Hoc autē in loco tanquā cōmuniter bene de republica mereātur, in eos pecuniā cōsumis, & publico sumptu alis. Sed infames sunt, inquis. Quid igitur eos erudis? Quid per infames regib; exhibes reuerētiā? Quid ciuitates strāgulas? Quid in eos tantā facis impēsam? Si infames sunt, expellendi essent. Quā tu gratia infames eos facis, vt laudib; eos, an vt reprehensione prosequaris? Certē vt reprehensione. Præterea tanquā reprehēdendi sint, eos vituperas: tanquā autē honorandi, rursus visurus curris, admiraris, laudas, plaudis. Et quid dicere oportet in hippodromiis, & ferarū venationibus varietates? Quippe quæ omnis amētiae plena sunt. Edocēt enim frequēter populū vt immitis sit & crudelis in humanis reb;, & exerceēt vt homines laceratos, & stillāt eorū sanguinē videāt, ferarū crudelitate in oēs vtantur. Et hos oēs morbos sapiētes legūlatores à principio induxerunt, & plaudūt ciuitates, & admirātur. Sed si placet iis omissis, quæ pculdubio absurda sunt, sed exterioribus legūlatoribus absurda nō vidētur, ad honesta præcepta veniamus, & videbis hæc multorū opinione corrupta. Siquidē nuptiæ res preciosa & nobis, & externis videtur. Verū perfectis nuptiis tot ridicula sequuntur, quot mox audietis. Nōnulli em̄ cōsuetudine oppressi & deprauati, errorē suū nequeunt cognoscere, sed aliis indigēt, qui se doceāt. Etenim choreæ, cymbala, tibia, verba & turpes cātlenæ, ebrietates, bacchanalia, & multa diaboli moles inducitur. Et certē quidē scio, q̄ videbor ridiculus esse hæc aggressus, & multæ à nōnullis stultitiæ arguar, q̄ in antiquas leges verba facio. Quod enim iā dixi, multus cōsuetudinis error est. Verūtamen non cessabo hæc dicere, fortasse enim, licet nō omnes, pauci tamē nos suscipient, & nobiscum derideri: † vel rident nos] cum illis risum nos]

† præferēs quam de-ridere

m iij lachrymis,



lachrymis & multa poena & supplicio dignū. Et quānam ratione nō sit maximē reprehendendum, virginem semper clausam, & à teneris annis pudorē edoctam, repētē coactam omnē effundere verecūdiam, & à principio nuptiarū impudēciam ediscere? Et cū luxuriosis & impudicis hominib⁹, & scortis effemīnatis consuetudinē conciliare? Quod enim sponsæ malum in die illa non inferitur, impudentia, temeritas, inuerecundia, inanis gloria, cupiditas? Etenim singulos dies tales habere vellēt. Inde magnificæ mulieres fiūt & sumptuosæ, inde impudētes, inde eis innumera proueniūt mala. Et noli mihi adducere consuetudinē. Nam si malum est, ne semel quidē faciendum: si bonū, semper faciendum est. Dic mihi, quæso, nūquid scortari malum est? Nunquid igitur cōcedemus saltē semel fieri? minimē. Quamobrem? Quoniā licēt semel tantum fiat, malum nihilominus est. Itaq; sic exornāda sponsa est, vt si malum est, ne semel quidē fiat: sin autem nō malum, semper fiat. Quid igitur, inquis, accusas nuptias? dic quæso. Absit. Non ita insanio, sed quæ turpiter nuptias sequūtur, confricationes scilicet, & vultus pigmēta, & tantā ornatus curā. Etenim multos ab illo die amatores accepit, antequam coniugē. Verū multi mulieris pulchritudinem admirātur. Et quidnā hoc? Nam si pudica sit, vix malam effugiet suspiciōnē: sin minus, incontinentiæ occasione illa die accepta fortasse capietur. Verum quū tot mala hinc oriuntur, nisi ea fiant, cōtumeliā appellāt, qui pecudib⁹ nihilo meliores sunt: & sibi ignominiosum ducunt, nisi à multis vxor cōspiciatur, nisi cōmune omnibus spectaculū proponatur. Atqui quæ fiunt, risum & turpitudinē existimari oporteret. Nā & nunc noui, q̄ multam nostrā reprehendent amentiam, sed risum perferā, modo quid lucri fiat: etenim ridiculus essem, si multitudinis gloriam contemnendam esse admonens, ipse ante alios affectu superarer. Vide quæ hinc iam oriuntur, non die tantū, sed noctu ebriij, & ebrietate attoniti, & deliciis fracti, in virginei aspect⁹ pulchritudinē oculos dirigere festināt: & neq; in domo duntaxat, sed per forum publicē eā ostendūt: & in obscura nocte cū funalibus ipsam ducunt, vt omnibus ostēdatur. Quibus rebus nihil aliud faciunt, quā quod admonent omnē iam pudorem exuendū. Neq; hætenus cōtenti, turpissimis sermonibus ipsam ducunt. Et hæc multitudini lex est, fugitiui, verberones innumeri & perditii homines, licēt iā omnia quæcunq; volunt & in illā, & in illius coniugē loquūtur. Nihil sanē honesti, omnia turpia, omnia ignominia plena. Pulchrā quidem habebit continentia doctrinam sponsa, quum talia & videt & audit. Etenim certamen quoddā illic diabolicū est eorum, qui hæc loquūtur, vti obscenōrū & turpiū verborum contētionē excellant, quibus ruborē presentibus incutiūt. Et illi superiores habētur, qui plura opprobria, & turpia verba effundunt. Equidem scio me grauem esse & molestū, tanquam voluptatē quandā vitæ obsequendā. Sed propterea desceo, q̄ quæ iniucūda sunt, ea voluptas quæ dā putātur. Et quōnam pacto non iniucūdū est, quæso, contumeliis & maledictis affici, & ab omnibus cum sponsa tua infamē ferri? Et si vel vnus ex fori hominibus cōiugi maledixerit, omnia perturbas, & acerbā vitā viuere arbitraris. Omni autē præfente ciuitate impudenter cū coniuge gaudes & exultas. Et quānam hæc insania? Sed cōsuetudo rē facit, inquis. Propter hoc maximē de-

flendum est, q̄ in cōsuetudinē id traxit diabolus. Nā quum nuptiæ res honesta sit, & quæ genus nostrū cōtinet, & multorū bonorū causa, quum ægrē id ferret dæmonis iniquitas, viderētq; contra fornicationem munimenta fieri, alia ratione omnē induxit fornicationē. Multæ igitur in huiusmodi consuetudinibus erubuerūt virgines. Quod si non vbiq; satis tamen est dæmoni primū verbis & obscenīs illis cantibus in formare] [sponsam, & sponsum per forum diffamare. Præterea quū vesperi hæc fiāt, ne tenebræ hæc mala abscondant, plurima funalia afferūtur, ne turpitudinē latere sināt. Quid em̄ immēsa turba vult? quid ebrietas? quid fistulæ? Nōne satis cōstat, ne scilicet, ij qui in domibus pfundo somno tenētur, hæc ignorent, sed à fistula excitati, & supernē fenestris incubētes, testes fiāt obscenitatis illius? Quidnā enarrare posset quispia ipsas cantilenas, quæ omnis incontinentiæ plenæ sunt, quæ proteruos amatores, cōcubitus illegitimos, domorū euerfiones, & innumeras inducūt miseras, in quibus plurima amici & amatoris, amica & amatæ appellatio versatur. Et quod grauius est, virgines his adsunt omnem exuētes pudorem in nuptiæ honorē, vel potius contumeliā, & suam proicientes salutē, & cū impudicis adolescentibus, impudicis cantilenis, turpibus verbis, fatanē cōcordia ignominia afficiuntur. Adhuc me, quæso, interrogas, vnde adulteria, vnde fornicationes, vnde nuptiarū corruptiones? Verū generosi & honesti hæc nō faciūt, inquis. Quomodo igitur me derides, quū prior me legē ipsam videas? Nam si bona sunt quæ fiūt, mitte & illas hæc facere. Nunquid si pauperē vitam agant, non sunt virgines, neq; pudicitia curā habere eas oportet? Nunc verō saltat virgo in communi incontinentium iuuenū spectaculo turpiter, & nō videtur tibi scorto cōtemptibilior. Quod si dicis, ancilla hæc faciūt: neq; sic accusatione te absoluā, neq; em̄ his permitti oportet. Ab his enim omnia oriuntur, q̄ familia nullam facimus rationem, sed satis est cōtemptim dicere, q̄ seruus est & ancilla. Atq; quū singulis diebus audiamus, q̄ in Christo Iesu nemo seruus, nemo liber: tu neque equū neq; mulū contēnis, sed omnia facis ne viciosi euadant. Seruos autē eiusdem tecum naturæ despicias: & quid ego seruos cōmemoro, vbi & filios & filias? Sed quid post hæc? Neceffe est, vt dolores mox exoriātur, quū oēs corrupti fuerint. Sape autē & maxima damnā proueniunt in multitudine & tumultu, magna pecuniarū vi erogata. Post nuptias præterea si quando nascatur filius, hoc item in loco eandem videbimus amentia, & multa ridicula. Siquidem quum nomē filio imponēdū sit, omīssa sanctorū appellatione, quæ admodum maiores faciebant, accēsis lucernis, & his nominibus impositis, quæ plurimū durauerint, eius nomine filiiū appellat, hinc eum diuturnius victurū coniectati. Deinde quū nōnunquā accidat, vt immatura morte moriantur: accidit enim saepe: multo id diabolus risu prosequitur, q̄ tanquā insipientes pueros eos delusit. Quid si quis dixerit, quæ circūponuntur ornāmēta, & bractea manibus pendētia, & cocineum stamen, & alia omnis stultitiæ plenā? Verum nihil aliud afferri puero oporteret q̄ crucis custodiā, quæ in præfentia contēnitur, quum vniuersum orbē conuerterit, & grauissimā diabolo plagam dederit, & omnem eius euerterit potentia. Subtegmē autem & stamen, & alia huiusmodi, quæ puero alligantur, pueri incolumitatem seruare creduntur. Dicam & aliud magis

magis ridiculū, sed nemo importunitatē nostrā accuset, si hætenus procedit oratio. Qui enim saniem purgare vult, prius man⁹ suas maculare nō recusabit. Quod tandē hoc est ridiculū? Quod quidem multis nihil mali videtur. Verum est infidelitatis principiū, & maximæ demētiæ: luto mulieres in balneis accepto, & nutrices item & ancillæ digito pueri frontem vngentes signāt. Quod si quis eas interrogaret quid sibi lutū illud velit, quid cœnū: malum oculum auertit, inquit, & fascino, & inuidiā. Papæ quantum lutum potest, vniuersam diaboli aciē euertit. Nō abscondimini? dic quæso. Nō cognoscis tandē diaboli retia? Et quo pacto à prima ætate paulatim tendit machinas suas diabolus? Quod si lutū hoc facit, quāobrē tu quoque nō idē in fronte tua facis, quū vir sis, & in ætate perfecta magis q̄ puer inuidos habeas? Quamobrem non vniuersum corpus luto illinis? Nā si in fronte tantā habet vim, qua causa nō totū te luto vngis? Risus hæc, & fatanæ ignominia, nō in derisum dūtaxat, sed in gehēnam cōuertens, quos decipit. Et quod apud Gentiles hæc fiāt, nihil mirū. Verum quod apud eos, qui crucē adorāt, & arcana mysteria cōmunicant, & huiusmodi philosophātur, hæc ignominia præualeat: hoc sanē maxime est deplorandū. De⁹ te vnguēto honorauit spirituali, & tu luto coinquinas filiū. Deus te honorauit, tu te ipsum dehonestas. Oporteret vt fronti crucē inscriberes, quæ tibi certissimā præberet cautionē. Tu autē iis omīssis, in fatanē amentia procidis. Quod si cui hæc parua esse videātur, intelligant velim, quā magnorū ea malorum causa sint, & q̄ ne ipsi Paulo visum est, vt parua contemnerentur. Quid enim quæso, minus est, q̄ quod homo caput operiat? Sed vide quantum in hoc contemdat, & quā vehementer prohibeat, & inter alia, ne vir deturpet caput suum: quod si operuerit, deturpabit. Qui verō id luto illinit, quomodo nō abominabilē facit filium? Quomodo enim sacerdotis manibus adducit? Quomodo cēses presbyteri manu frontē signandam, vbi luto inunxisti? Nolite hæc fratres, sed à primis annis filios vestros spiritualibus armis muniatis, & [cruce] frōtem sibi signandam erudiatis, & priusquā ipsi per se facere possint, vos id facite. Quid si quis cæteras fatanæ obseruationes memoraret in dolorib⁹ & partibus, quas obfetrices in capitis sui damnum moliantur? Quid in morte & singulorū funeribus vlulatus, & stultos gemitus dicā? Quid in sepulchris demētiā? Quid circa monumēta studiū intempestiuum, & ridiculum? Quid plorantiū mulierum examen, & dierum & ingressus, & exitus obseruantia: horum tu, quæso, gloriam venaris? Et quomodo nō vltimā est stultitiæ in tā corrupta hominū sententia: & omnia temerē facientiū gloriā quærere: quū oporteret ad insomniem semper oculum confugere, & ad eius sententiā aspiciētes, omnia & facere & dicere. Nam & si homines nos laudibus prosequerentur, nullam tamē nobis afferre poterunt vtilitatē. Ille autē si opera nostra accipiet: & in hac vita claros, & in die venturo arcanorū bonorum nos participēs faciet. Quæ vtinam omnes cōsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia XIII.

**N**os stulti propter Christum, vos autem prudentes. Nos infirmi, vos autem fortes. Vos nobiles, nos autem ignobiles. Multa in iis verbis grauitate vtitur Paul⁹

Quod enim omni accusatione grauius perculerat, hoc in loco cum debita sibi dignitate pertractat. Et quū dixisset, Sine nobis regnatis: & quod nos deus nouissimos ostendit tanquā morti destinatos, ex sequētib⁹ ostēdit quomodo morti destinati sint, cum dicit: *Nos stulti, infirmi, ignobiles, & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cedimur, & instabiles sumus, & laboramus, operātes manibus nostris: quæ erāt magistrorū, & verorū apostolorum idogmata.* Verum illi in contrariis superbi erant, in sapientia, gloria, diuitiis, honoribus. Quū igitur velit eorū sedare insolentiam, & ostēdere in iis nō modō gloriari eos, sed confundi oportere, primū quidē eos iis verbis vituperat, Sine nobis regnatis: Ego enim dico, inquit, q̄ præfens tēpus non honoris est, non gloriæ, quibus vos fruamini: sed vt persecutiones, & cōtumelias, quemadmodum nos perpetiamini. Sin autē non sic se res habet, sed remunerationis tēpus hoc, vt video (hoc autē per ironiam dicit) vos quidē discipuli, & iā regnatis: nos autē magistri & apostoli, qui quum ante alios præmiū accepturi essemus, non modō vestrum nouissimū facti sum⁹, sed tanquā morti destinati, hoc est, rei. Nos omnino in contumeliis, periculis, fame, viuim⁹, ignominia affecti tanquā stulti, fugati, & intolerabilia perpeffi. Hæc autem dicebat, vt eos ex iis monitos faceret, vt apostolica exoptaret præcepta, pericula scilicet & cōtumelias, nō honores, nō gloriā. Nō em̄ illa, sed hæc præconiū exigūt. Verum nō sic ex directo loquitur, ne grauis videatur, sed sicut se decebat, sic hæc exequitur reprehensionē. Nā hūc in modū ex directo locutus esset: Erratis, & decipimini, & lōgē ab apostolica institutione abestis. Apostolum enim & ministrū Christi stultū videri, & afflictum inglorium viuere oportet, quæ admodum nos. Vos autem contra facitis. Verum huiusmodi verbis magis eos tetigisset, ac si apostolos laudaret, & illos asperiores reddidisset, tanquam desidia & inanis gloriæ, & deliciarū accusatos. Propterea in hūc modum dici nō cōuenisset. Alio autē modo mordacius quidem locutus est, verū tolerabilius. Quare sic per ironiam loquitur: *Vos autem fortes, vos nobiles.* Quod nisi ironia vltus esset, sic dixisset: Fieri non potest, vt hic quidē stultus, ille prudēs: hic fortis, ille infirmus existimetur, quū prædicatio alterū exigat. Si enim alij hoc, alij illud esse potuissent, fortasse verba vestra ratione nō caruissent. Nunc autē non est prudentē videri, nō nobilē, nō liberatum esse periculis. Quod si est, necesse est vt apud deū nobis præferamini: nobis, inquit, præceptorib⁹ vestris, qui innumeras passi sumus calamitates. Quod si neq; hoc quispiam diceret, relinquitur, q̄ vos nostra sectamini. Et ne quis me putet, inquit, de præteritis tantū dicere, *Vt in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus.* Vide qualē esse oporteat omnem Christianorum vitam, nō vnā vel alterā diem. Et meritō, neque enim si athleta vna victoria coronatus est, inde alio certamine succubuerit, coronabitur. *Et esurimus.* Cōtra eos qui in deliciis viuunt. *Et colaphis cedimur.* Contra inflatos. *Et instabiles sumus.* Contra eos, qui desident. *Et nudi sumus.* Aduersum diuites. *Et laboramus.* Hoc aduersum falsos apostolos, qui neq; operantur, neque periculum patiuntur, sed fructus accipiunt. Verum nos non tales, inquit, sed cum exteriorib⁹ periculis, in cōtinuis versamur operibus: & quod maius est, nemo posset dicere, q̄ hæc ægrē feram⁹, aut persequentes accuse-

† inanis gloria cupiditas.

inf. II. b.

† quod si qui operuerit, deturpat caput suū: qui luto illinit. † manus.

† exsimdam.

† dicitur. non exigat.

† possunt.

mus. Cōtrariis enim qui nos calūmiantur, remune-  
ramur. Hoc enim magnū est, nō malorum perpeffio,  
quippe quæ omnibus cōmunis est: sed quū mala pa-  
timur, nō agrē ferre, non indignari: nos autē nō solū  
non agrē ferimus, sed latamur. Et hoc signū est, q̄  
qui malo nos afficiūt, ex cōtrariis eis vicē reddimus.  
Et quōd hoc faciat, audi quę sequantur: *Maledicimur,  
& benedicimur: persecutionē patimur, & sustinemus: blasphemamur,  
& obsecramus, tanquam purgamenta huius mundi facti  
sumus.* Hoc est, stulti propter Christū. Qui enim malo  
afficitur, neq; vlciscitur, neq; dolet, stultus apud ex-  
ternos videtur, ignobilis, infirmus. Et ne grauius ea  
verba in Corinthiorū ciuitate acciperētur, si horum  
eos affectuū accusaret, Purgamenta, inquit, non ciui-  
tatis vestræ, sed huius mundi facti sumus. Et rursum:  
*omnium peripsema.* Non vestrum tantum, sed omnium.  
Quemadmodū igitur quom de Christi in nos chari-  
tate disputat, terra, cœlo, & vniuersa creatura omiffa  
crucem in medio ponit: Sic cum ad se homines velit  
allicere, prætermiffis signis, quę propter eos mala ac-  
ceperit, enarrat. Huiuscemodī & nobis consuetudo  
est, cum aliqui nos prosequuntur & contemnunt, quę  
pro iis passi sumus, ea feramus in mediū. *Omniū peripse-  
ma usque adhuc.* Profundiorē plagam in fine intulit, o-  
mnium autē nō persequentium inquit, sed eorū pro-  
pter quos hæc patiuntur, ac si diceret, Gratiā habeo  
eis plurimam. Indignantis verbum, non dolentis, &  
eius qui illos tangere velit. Qui enim multa posset  
accusare, etiā benignē suscipit. Propterea Christus  
præcepit, vt æquo animo cōtumelias ppetiamur, vt  
& ipsi philosophemur, & illos magis coarguamus.

*Mat. 5. g.*  
¶ nō enim  
peride cō-  
tumelia re-  
gerēdo, at-  
que silētio  
prætereū-  
do, hoc  
quispiam  
effecerit.

¶ sed pro-  
fundi e-  
tia desen-  
dere faci-  
t, & omne  
vulneris  
mitigat  
dolorem.

¶ Qui em̄ ita lēdit, tacitē quodāmodo seipsum lēdit.]  
Deinde cū intolerabilē plagā videret, quāprimū  
ipsam curauit, dicēs: *Non vt confundam vos hæc scribo,  
sed vt filios meos charissimos moneam.* Nō vt vos cōfundā,  
inquit, hoc scribo. Quod verbis facit, id non fecisse  
testatur, vel fecisse potius, nō tamē prauo animo, &  
odioso. Nā & optima ea medicina est, quū quispiam  
loquitur, animi sui excusationē afferens. Siquidē ta-  
cere non poterat, ita enim inemendati permāssissent.  
Si dixisset autem, & vulnus quod infixerat nō curas-  
set, acerbū & durum fuisset. Itaque diligentius quod  
dixerat, excusat. Hoc enim nō solum nō tollit sectio-  
nem, sed profundius quā vulnus descēdere facit,  
& omnē consolatur dolorem.] Quippe qui audit, q̄  
non exprobrationis, sed amoris causa hæc dicit, to-  
lerantius accipit cōrrectionem. Multa autem hoc in  
loco grauitas, & reprehensio. Nō enim locutus est vt  
magister, neq; vt apostolus, neque tanquā discipulos  
habeat, quod esset dignitatis: *Sed vt filios meos charissi-  
mos moneā.* Et nō simpliciter filios inquit: sed, charissi-  
mos. Ignoscite mihi, inquit, si quid grauius dixerim,  
quom ex amore proficiscatur. Ideo non dixit, casti-  
gem: sed, moneam. Et quis nō pateretur, cum pater  
doleat, & quæ opus sunt, admoneat? Idcirco nō pri-  
mo hoc dixit, sed cū vuln<sup>o</sup> dedisset. Quid igitur? Nō mi-  
serētur nobis alij magistri, inquit? Nō hoc dico, verū  
nō tantopere miserentur. Hoc autē non breuiter di-  
xit, per instituta enim & nomina hoc ostendit, cum  
pædagogū & patrem poneret. *Nam si decem milia,* in-  
quit, *pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres.*  
Hoc in loco nō ostēdit dignitatem, sed immensum  
amorē. Et neque illos exterruit, cum, in Christo, ad-  
didit, sed eos consolatus est: & cum non adulator es,  
sed pædagogos diceret, studiosos & laborum patiē-

tes, & suam præterea ostēdit in eos charitatē. Idcirco  
non dixit, Sed non multos magistros: sed, patres. Ita  
nequedignitatē ponere, neque docere voluit, q̄ ma-  
iorem a se vtilitatē essent allecuti, † sed permittit eis  
multa circa seipfos facere. Talem enim pædagogus  
amoris vehementiam sibi referuat. Talē item pater.]  
Et non solum dicit, Nemo vos sic amat. Quod corri-  
gi non potuisset, sed rem factam affert in medium.  
Quæ igitur ea est? *Nam in Christo Iesu,* inquit, *per euange-  
lium ego vos genui.* In Christo Iesu, non in meipso hoc  
cogito. Rursum eos qui in seipfis gloriantur, q̄ docti  
sint, tangit. Vos enim, inquit, estis signaculū mei apo-  
stolatus. Et rursum: Ego plantaui. Et hoc in loco: *Ego  
vos genui.* Non dixit, Ego vobis verbum annunciaui,  
sed, genui. In quo naturali nomine vititur. Siquidem  
vnum conatus est, vt scilicet suum in illos amorem  
ostenderet. Illi nanq; a me accipientes, adduxerunt  
vos: quōd autem fideles sitis, a me perfectū est. Sed  
cum filios dixisset, ne adulatorū verbū arbitraretis,  
rem quoque addidit: *Rogo vos ergo imitatores mei estote,  
sicut & ego Christi.* Papæ quāta magistri fiducia, quā  
certa similitudo, & cum alios ad hoc hortetur, nō ta-  
men vt se laudibus efferat hoc facit, sed vt facilē esse  
virtutem ostendat. Neque mihi dixeris, non possum  
te imitari, tu enim magister es, & magnus. Sed nō est  
tanta, inquit, inter te & me differentia, quanta in-  
ter Christū & me, veruntamē illū ego imitatus sum.  
Sed cum ad Ephesios scribat, nō ponit se mediū, sed  
statim omnes illuc adducit. Estote imitatores dei, in-  
quies. Hoc autem in loco, cum ad infirmiores sermo  
haberetur, se interiecit. Præterea ostendit, q̄ possum<sup>us</sup>  
sic Christum imitari. Qui enim verū sigillū † imitari  
vult, imitetur archetypum. Videamus ergo quomo-  
do ipse imitat<sup>us</sup> est Christū. Imitatio ista nō eget tem-  
poribus, neque arte, sed sola voluntate. In pictoris  
quidem domū ingressi, nō poterimus imaginē imi-  
tari, quāuis frequētius eā inspiciamus: hunc autē so-  
lo auditu imitari vobis licebit. Vultis, tabula in me-  
diū allata, subscribamus in vobis Pauli vitam? Pro-  
ponatur igitur tabula lōgē clarior, q̄ regū imagines,  
cuius subiectum non tabulæ glutine compactæ, non  
lineum superinductū, sed dei opus. Anima nanque &  
corpus est, anima dei opus non hominū, & itē cor-  
pus. Plauditis hic, non tamen hic plaudēdi tēpus est,  
sed in futuro seculo & plaudēdū, & æmulandū. Pri-  
mū enim materia subiicitur cōmunis ad oēs. Ani-  
ma nanq; quatenus anima, nihil ab anima differt, sed  
volūtas ostendit differentiā. Nā quemadmodū cor-  
pus quatenus corpus nullā habet differentiā, sed simile  
est & Pauli corpus, & multitudinis: pericula autē  
hoc quā illud clarius reddiderunt: sic & in anima.  
Subiiciatur igitur nobis tabula, Pauli anima. Hæc  
tabula iacebat nuper fuliginis & araneorū plena. Ni-  
hil enim blasphemia peius est. Verū quū veniret  
qui omnia disponit & intuetur, non propter desidiā  
& delicias sic depictam, sed propter ignorantiam, &  
quōd pietatis flores non intelligebat, flagrabat desi-  
derio, colores non aderāt. † Neque enim ex cogni-  
tione illa, pueniebat cupiditas, † dedit eiveritatis flo-  
rem, hoc est gratiam, & confestim regiā retexit ima-  
ginem. Nam cum colores acciperet, & disceret quæ  
ignorabat, nō expectauit tēpus, sed quāprimū opti-  
mus artifex apparuit: & ante omnia regiū caput ostē-  
dit, cū Christū prædicaret. Inde reliquum veræ vitæ  
corpus. Pictores quidē domi inclusi quietē & dili-  
genter

*Hic sup. b*

*Rom. 15. e*

*Isa. 52. b*  
*1. d. & Ro. 10. c.*

*Exo. 32. d*

*Exo. 25. d*  
*26. d. 37. a. et Heb. 9. b.*

*¶ Illinc ra-  
dios emit-  
tentem.*

*2. Tim. 2. b.*

*infra. 8. d*  
*Ro. 14. d*

*Phil. 4. c.*

*Act. 9. a*

*Act. 10. e.*

genter omnia faciūt, nemini ostiū aperientes. Paulus  
autem in medio terrarū orbe tabula posita, omnibus  
repugnātibus, perturbātibus, tumultuātibus, regiam  
hæc perfecit imaginē, neque prohibitus est. Idcirco  
dicebat: Spectaculum facti sumus mundo, in medio  
terræ & maris, & cœli, & vniuersi mundi, mūdi huius  
sensibilis, & intelligibilis imaginē pingens. Vultis &  
reliquas eius partes intueri a capite ad pedes? si pla-  
cet a pedib<sup>us</sup> exordiamur. Intuere igitur statuā aureā,  
vel potius ea preciosiorem, & qualē in cœlo esse cre-  
dibile est, non plumbo compactam, neq; [vno in] lō-  
co collocatā, sed ab Hierusalē vsq; in Illyricum, & in  
Hispaniam currentē, & per vniuersum orbē tanquā  
alitem delatā. Quid enim iis pedibus speciosius, qui  
vniuersam quæ sub cœlo posita est terram peragra-  
runt? Hanc speciem propheta antiquitus prædicat,  
cum inquit: Quam speciosi pedes euāgelizatiū pacē.  
Vis & pectus videre? age tibi hoc quoq; ostendam, &  
longē pulchrius quā pedum speciem intueberis, &  
quā ipsa veteris legumlatoris pectora. Moyses cū  
tabulas lapideas tulit. Hic autē ipsum int<sup>er</sup> [habebat]  
Christum, & ipsam regiam imaginem: & idcirco q̄  
propiciatorium, quā Chreubim præstantior fuit.  
Non talis enim vox [illinc] prolata est, qualis a Paulo:  
sed a Moysē quidem plurima de sensibilibus dispu-  
tata sunt, a Pauli autē lingua, de supercœlestibus re-  
bus. Et a propiciatorio quidem Moyses solis Iudæis  
lecutus est, Paulus autē vniuerso orbi: & illic quidē  
per inanima, hic autem per animam virtute prædi-  
tā. Hoc & cœlo clarius fuit propiciatoriū, nō varie-  
tate syderū effulgēs, neq; radiū solaribus, sed ipsum  
iustitiæ, Solē habēs, † & illinc radios mittens.] Et hoc  
quidē cœlū nebula aliquando discurrens obscurius  
reddit: Illius verō pectus nulla vnquā inuasit pertur-  
batio, vel potius multæ sæpe perturbationes inuase-  
runt, nō tamen lucem obūbrarūt, sed in mediis ten-  
tationibus & periculis hæc lux effulfit. Quamobrem  
ipse catenis deuinctus clamabat: Verbum dei nō li-  
gatur. Sic semper ab illa lingua radios dimittebat,  
neq; metus, neque periculū pectus illud triste reddi-  
dit. Fortasse pectus fugare pedes videtur. Verū & illi  
tanquā pedes boni, & hoc tanquā pectus. Vis ventrē  
pulcherrimū spectare? audi quid de eo loquatur. Si  
cibus scandalizat fratrem meum, nō comedā carnē  
in æternū. Bonū est non comedere carnem, neq; vi-  
num bibere, neq; in quo frater tuus offendit, vel scā-  
dalizatur, vel infirmatur. Escæ ventri, & venter escis.  
Quid hoc ventre speciosius, qui ita trāquillitatem, &  
omnem edoctus est cōtinentiam, & qui nouit efuri-  
re, fame torqueri & sitire? Quēadmodū igitur equus  
aureis habenis acceptis, cōposito gradu incedit, sic  
ipse naturę necessitatē exuperavit. Christus enim eū  
inhabitabat, qui quū tanta esset continētia, planē cō-  
stat omni eum malitia vacasse. Vis & manus, quas  
nunc Paulus habet, an prius earū superiorē malitiam  
intueri? Ingressus hic in domos nuper, & viros, &  
mulieres distrahebat, qui neq; viri, sed feræ cuiusdā  
sæuissimæ man<sup>us</sup> habebat. Quū autē veritatis speciē,  
& spiritualē accepit experiētiā, non amplius homi-  
nis factæ sunt manus, sed spiritus. Quæ quū singulis  
diebus catenis deuincirētur, neminē tamen vnquam  
verberarūt, verberatę autē sunt frequētius. Reuerita  
est aliquādo & vipera has manus, nō enim amplius  
hominis manus erant, propterea neq; eas tetigit. Vis  
& tergū cæteris membris videre non absimile? audi

quid de eo referat: Quinquies quadragenas vna mi-  
nus accepi, a Iudæis ter virgis cæsus sum, semel lapi-  
datus sum, ter naufragiū feci, nocte & die in profun-  
do maris fui. Sed ne nos in immēsum profundū inci-  
dētes, singulis ipsius mēbris enarratis, pluribus ver-  
bis vtamur, agitē omisso corpore, aliā pulchritudinē  
intueamur a vestimentis, quę demones quoq; reue-  
riti sunt, propter quæ diffugerunt, & morbi fugabā-  
tur. Etenim vbicunq; Paulus apparebat, omnia ce-  
debāt, omnia inferiora erāt, tanquā adesset qui mū-  
dum exuperaret. Et quēadmodū qui in bello multa  
vulnera accipiunt, etū vel arma vulnerantis viderint,  
exterrentur: sic demones illius sudariolum tantum  
conspicati exiliebant. Vbi nūc sunt diuites & super-  
bi in diuitiis suis? Vbi sunt qui suas enumerāt digni-  
tates, & vestes preciosas quibus se cōparant? Lutum  
nāque & cœnum sua omnia intuebūtur. Et quid ves-  
tes & aurum cōmemoro? Si quis mihi orbem terra-  
rum possidendū daret, solum Pauli vnguē omni illo  
imperio potentius esse arbitraret: omnibus deliciis  
illius paupertatē, omni gloriæ ignominiam, omnib<sup>us</sup>  
diuitiis nuditatem, omni licētiæ illius sancti capitis  
colaphos, omni diademati lapides in eum proiectos  
prætulerim. Hæc desideremus coronam dilectissimi,  
& quāuis in præsentia persecutio nō sit, nos ipsos ta-  
men præparemus. Neq; enim Paulus persecutionib<sup>us</sup>  
tantum clarus euasit, Etenim dicebat: Castigo corp<sup>us</sup>  
meum. Hoc autē etiā sine persecutione potest fieri.  
Et ne carnis prouidētia fiat in cupiditatē, admonuit.  
Et rursum: Habentes victum & vestitū, iis contēti su-  
mus. In iis sanē nulla persecutionis necessitas. Et lo-  
cupletes cōpescit iis verbis: Qui volūt ditescere, in  
tentationē incidunt. Si igitur & nos ipsos sic exerce-  
bimus, in certamē ingressi coronabimur: & licet per-  
secutio nō sit, multa tamen pro ipsis præmia accipie-  
mus. Sin autē pingui corpore luxuriabimur, porco-  
rum vitam viuemus, & nullo cōsciētiæ morfū pecca-  
bimus, & ignominiam feremus. Nōne vides cōtra  
quos nobis certamē est? cōtra incorporeas virtutes.  
Quo igitur pacto in carne eas vincemus? Nā si is qui  
cū hominibus certat, oportet vt sobriē comedat, iō-  
gē magis qui cōtra demones. Cum autē carnis far-  
cina & diuitiis deuincti sumus, quibus armis hostes  
superabimus? Vinculū nāque diuitiæ sunt, vinculum  
graue iis qui illis vti nesciūt. Tyrānus crudelis & in-  
humanus, ad seruorū pestem omnia præcipiēs. Verū  
si vellemus, acerbam earū tyrannidē a throno dei-  
ceremus, faceremūsq; vt nobis parerent diuitiæ, non  
imperarēt. Quōnā igitur pacto hoc fiet? si in omnes  
diuitias erogabim<sup>us</sup>. Quousq; enim solæ cū solis erūt,  
tanquā latro quidam in solitudine omnia mala ope-  
rabuntur. Quando autē in mediū eas adduxerimus,  
non amplius nos superabunt, quoniam vnusquisque  
eas vndique vinciet. Hoc ego dico, nō quōd crimi-  
ni dandū sit, si quis pecunias habeat: sed si nō distri-  
buerit eas pauperibus, neq; iis rectē vtetur, id pecca-  
tū est. Nihil enim deus, quod malū esset, effecit, sed  
omnia valde bona: itaq; & opes bonæ. Verū si suos  
nō vicerint possessores, si proximos paupertate li-  
berauerint. Non enim lux illa bona est, quæ nō fugat  
tenebras, sed densat. Neq; eas ego diuitias appella-  
rem, quæ paupertatē non pellerent, sed auerēt. Si-  
quidē diues nō quærit ab aliis accipere, sed aliis au-  
xiliū præstare: qui autē ab aliis accipere quærit, non  
amplius is diues est, sed pauper. Itaq; pecuniæ malū  
non

*2. Co. 11. f*  
*Act. 19. b*

*Infra 9. d*  
*Rom. 15. d*

*1. Tim. 5. b*

*ibid. 6. b*



non sunt, sed mēs puillanimis, quæ diuitias in paupertatē ducit. Hi qui per angiportus medicāt, inferiores sunt, qui vlcera habent corpora, quam qui panis sunt oblitī. qui sericis & preciosis vestimētis induūtur: & qui in foro obuios propulsant, quam qui per plateas incedūt, & aulas ingressi inferius clamant, & miseri medicant. Hi nanq; deum laudāt, & misericordiæ verba, & sapiētia multæ plena proloquuntur. Quare miseremur eis, & manū porrigimus. Quivero malē ditekūt, crudelitatis, immanitatis, rapinæ, cupiditatis verba faciunt. Quare apud omnes exosi sunt & ridiculi? Contēplare quid apud omnes homines turpe videatur, à diuitib' petere, an à pauperibus? Proculdubio à pauperibus. Hoc diuites faciūt: nō enim audēt ad ditiores accedere. Nā & medicus nō mendicū quicquam petit, sed diuitē: diues pauperē diripit. Præterea dic, quæso, quid pulchrius ab iis qui spōte sua largiūtur, [ & gratiā habēt: ] an ab inuitis accipere, & eos cogere & perturbare? Planē cōstat à nō volentibus nō esse accipiēdum. Sed hoc itē diuites faciunt: pauperes enim à voluntariis accipiūt, & ab iis qui gratiā se habere sciūt. Diuites autem ab inuitis & ægreferentibus, quod maioris est paupertatis argumētū. Nam si nemo ad cœnā venire vellet, nisi qui inuitauerit, gratiā haberet vocato, quo pacto pecunias coactē accipere bonū est? Nunquid propterea abigimus canes, & fugimus latrantes, quæ multa nos sedulitate vrgēt? hoc & diuites faciūt. Sed si metus largitioni assit, nunquid honestius est? Hoc quidē omniū turpissimū. Qui enim omnia perturbat vt accipiat, cur nō sit maximē ridiculus? Etenim sæpenumero canum formidine iis proiicimus, si quid habemus. Quid præterea turpius, dic quæso, panno obstrū petere, an sericis vestibus indutū? Quū enim diues quispiā senes pauperes colit, vt eorū sibi relinquuntur facultates, & maximē quū liberos habeant, quānā erit venia dignus? Quod si placet, ipsa verba cōsideremus, & quæ diuites medicātes, & quæ pauperes facere solēt. Quānā igitur pauper proloquitur? quod qui dat eleemolynā, nunquā à largiendo temperabit, quoniā dei diuitias largitur. Nā & deus benignus est, & maiora retribuit. Quæ omnia philosophiæ verba sunt, & admonitionis & cōsiliij plena. Te enim in domini cōspectu videre arbitratur, & tuum de futura paupertate timorē aufert, & multā quilibet inuenire doctrinā posset in mendicantiū verbis. Diuitum autē verba, porcorum verba & canum, & luporū, & aliarū ferarum sunt. Siquidē alij de ipsis mētis, obsoniis, cibis, & omnifariā vini genere, vnguentis, & omni luxuriā disputāt. Alij autē de vicijs & mutuis tabulas fingentes, & grauissimū aris alieni onus adiicientes, ac si à patribus & auis principium acceperit: huius quidem domum, illius agrū, alterius verō seruū, & omnem auferūt possessionem. Quid si quis meminerit testamēta p atramento sanguine scripta? At enim in maximū inducunt periculum, aut paruis quibusdā promissionibus decipiunt: quos si viderint etiā parvæ possessionis dominos, persuaserunt, vt familiares omnes, & sæpe inopia pereūtes prætermittāt, & se pro illis heredes scribāt. Qui igitur ita facit, ferarū crudelitātē atq; immanitātē ostēdit. Quāobrem hortor, omnes has diuitias effugiamus, quæ turpes sunt & cœdium plenæ: & possideamus spirituales thesauros, cōsq; in cœlo inquiramus: quos qui possidēt, illi diuites sunt, illi locupletes, & omnibus quæ in

clamant & mediant, magis miseri.

habent.

postulat enim vos ad dominum respiciat.

**A** hac & futura vita sunt, bonis perfruuntur. Qui enim vult pauper fieri secundū dei sermonem, ei omnium domus patent. Nihil enim propter deum possidenti quisq; res suas elargitur. Qui autē parua iniuste possidere vult, cunctorum sibi ostia claudit. Vt igitur & præsentia & futura bona cōsequamur, diuitias stabiles, & immortales copias eligamus, quas vtinā omnes cōsequamur gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cū quo patri gloria simul & spiritui sancto nunc, & in secula seculorum, Amen.

Homilia XIII.

**D**eo misi ad vos Timotheum, qui est meus filius charissimus, & fidelis in domino, qui vos cōmonefaciet vias meas in Christo Iesu. Considera ex iis verbis generosum Pauli animum, qui igne calidior est atque agilior. Volebat nanque t omnibus auxilio esse, & maximē tantoperē laborantibus, & seditionis Corinthis. Quippe qui planē norat, quā discipulis utilitatis afferret præsentia sua, quantum autē absentia detrimenti: & illud quidem in epistola ad Philippenses significauit, quum inquit: Non in præsentia mea tantum, sed multo magis nunc in absentia mea, cū metu & tremore vestra salutem operamini. Hoc autem in hac ostendit epistola, dicens: Tanquam nō venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam, veniam tamen. Festinabat igitur, & desiderabat adesse ipse. Quod quū adhuc sibi nō liceret, præsentia suæ promissione eos dirigit. Neque hoc duntaxat dicit, sed suum mittit discipulum: ideo inquit, misi ad vos Timotheum. Cur autē inquit, Ideo? Quoniam velut de filiis, sic de vobis curā habeo, & velut pater. Et cum personæ commendatione mittit, Qui est meus filius charissimus & fidelis in domino. Hoc autem dicit, & suam ostendens charitatem, & illos cōfirmans, vt eum reuerenter intuerentur. Neq; simpliciter inquit, fidelis: sed, in domino, hoc est in rebus, quæ secundum deum sunt. Quod si in rebus secularibus fidelem esse laudabile est, longē magis in spiritualibus. Si igitur charissimus eius filius erat, contemplare quāta fuerit Pauli dilectio, quod Corinthis gratia eum à se separari permisit. Sin autem fidelis, sine reprehensione rebus ministrabit. Qui vos cōmonefaciet. Nō inquit, docebit, ne ægrē ferrent, tanquam ab eo didicissent. Propterea & in calce huius epistolæ inquit: Opus domini operatur, sicut & ego. Ne quis igitur ipsum contemnat: nulla nanq; erat inter apostolos inuidia, sed in vnum intuebantur, in ecclesiæ ædificationem: quāuis minor esset qui operabatur, omni eū studio cōfirmabant. Idcirco non contentus est dicere, cōmonefaciet: sed, sermonē suū auget, abscindere volens eorum inuidiam. Etenim erat iuuenis Timotheus. Quare addidit, Vias meas. Nō suas inquit, sed meas: hoc est, dispensationes, pericula, mores, leges, sortes, regulas apostolicas, & alia item omnia. Cū enim dixit, Nudi sumus, colaphis cœdimur, instabiles sumus: & hæc, inquit, omnia vos cōmonefaciet, & leges etiā Christi, vt hærefes tollat. Deinde ad superiora sermonē suum referens subdidit, Quæ sunt in Christo Iesu. Sic omnia, vt cōsuevit, ad dominum refert: & fidem inde sibi comparat, ideo subdidit: Sicut vbiq; in omni ecclesia doceo. Nihil ad vos nouū affero, hæc & reliquæ nouerūt ecclesiæ. Vias autē suas in Christo, inquit, ostendens quod nihil habēt humanum, & quod illius auxilio omnia diriguntur. Quib' verbis illis quæque medēt. Deinde quō accusaret fornicatorē, rursus

ipsum.

Phil.

inf.

hic sp.

sum

sum in indignabūdos sermones prorupit, nō tamen ipse irascitur, sed illos corrigēs, & omisso fornicatore cū aliis disputat, neq; illū, neq; illius dignatus rationes: quod in seruis maximē noxiis facere cōsueuim'. Et quū dixisset, Misi ad vos Timotheum, ne propter hoc pigriores fierent, vide quid deinde dicat: Tanquam nō venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidā. Hoc in loco & illū & alios quosdā tangit, & eorū animi elationē deiicit. Ambitionis nanque est crimen, vt absentia magistri cōtumacia quispiā tatur. Cū igitur multitudinē alloquitur, cōsiderat quāto hortatū hoc faciat: quū verò authores, contempribilius. Ad illos enim inquit, Omniū peripsēma: & vt eos leniat prosequitur, Nō vt confundā vos hæc scribo: iis autem, Tanquā nō vēturus sim ad vos, sic inflati sunt quidā, inquit: ostendens, quod puerilis sensus contumacia est. Etenim pueri magistri absentia pigriores fiunt. Et hoc ostendit, quod satis est ad correctionem præsentia. Quæadmodum enim leonis præsentia, omnibus animalibus timorē incutit, sic & Pauli eis qui ecclesiam dilacerāt. Quare addidit, Veniā autem statim ad vos, si deus voluerit. Sed hæc sola verba per minas dicta videbātur. Quod autē ipse operū demonstrationē polliceretur, & illi experierūt, hoc magnanimæ mētis erat. Quocirca addidit, Et cognoscā, non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutē. Non enim ex propriis operib', sed ex magistri absentia illa erat contumacia, quod ipsum quoq; contempribilis erat sententiæ. Idcirco quū dixisset, Misi ad vos Timotheum: nō statim, inquit, veniā: sed prius eos inflationis accusans, inde, inquit, veniā. Quod si ante accusationē hoc posuisset, defensio sui ipsius fuisset, tāquā nō deficiētis, & nō minæ. Et neq; sic credibilis esset oratio. Nūc autē quū post accusationē ponat, & fide dignū se & metū dū facit: & vide eius firmamentū & certitudinē. Nō enim simpliciter inquit, veniā: sed, si deus voluerit. Neq; determinatū tēpus ponit. Cū enim fieri posset, vt tardius ad eos spicificeretur, per incertitudinē vult eos dubios relinquere. Et ne propterea rursus decidant, addidit: Cito, & cognoscā non sermonem eorū qui inflati sunt, sed virtutē. Non dixit, Cognoscā sapientiam, neq; signa: sed, nō sermonem. Et illo] nomine deprimes, & hoc extollens, ad alios iā qui fornicatori fautores sunt, vertitur. Nā si illū alloqueretur, non dixisset virtutē, sed opera, quæ erant ei corrupta. Et quānam gratia nō quæris sermonē Paule? Non quoniam non indigeam sermone, sed quoniam in virtute res nostræ positæ sunt. Quæadmodū igitur in bello nō eorum qui plurimum iactāt ab se gesta, sed qui plurima gesserunt: Itidem hoc in loco nō loquētū, sed faciētium victoria est. Gloriaris in facundia; inquit. Verum si rhetorū certamen & tempus est, rectē inde gloriaris. Sin autē apostolorū veritatē adnunciantū, & signis eam cōfirmantiū, quādnā in re superflua, & nullius momenti, & in his quæ ad præsentia nihil cōferre possunt, inflaris? Quid enim sermonum demonstratio posset ad mortuorum resurrectionem, vel ad dæmonū fugam, vel ad aliud huiusmodi miraculū faciendū? Horum autē nunc opus est, & propter hæc res nostræ cōfirmantur. Quare addidit, Non enim in sermone est regnū dei, sed in virtute. per signa, inquit, nō per facundiā vicimus. & propterea quod diuina est doctrina nostra, & cœlorum regnum adnūciamus, maximā certitudinem præbent signa, quæ spiritus virtute facimus. Si igitur magni aliqui esse

quam ve recunde. ibidem.

illud.

volūt, qui nūc inflatur, cū affuerimus, ostendant si quam talē habeant virtutē, & neq; verborū pompas afferāt, neque enim illa apud nos ars est. Quid vultis, in virga veniā ad vos? an in charitate & spiritu māsuetudinis? Multum habet tum terroris, tum mansuetudinis hic sermo. quum enim diceret, cognoscā, adhuc mansuetē agentis est. Cæterū quum dicit, Quid vultis, in virga veniā ad vos? Id præceptoris cathedram iam ascēdentis, & inde cum iis disputantis, & potestatem omnem accipiētis est. Quid autē significat, In virga? in pœna & supplicio, hoc est perdā & cæcabo: quod in Sapphira Petrus effecit, quod ipse in Elima mago. Nam non adhuc tanquā cōparans seipsum illis loquitur, sed cū certitudine: & hoc idē in secunda epistola apparet, quum inquit: Num probationē quæritis in me loquētis Christi? In virga veniā, an in charitate? Quod enim in virga veniret, nūquid erat charitatis? Charitatis profectō. Sed quoniā amicissimus ad supplicium exurgit, propterea sic inquit. Quādo igitur de supplicio locutus est, nō dixit, & spiritu māsuetudinis: sed, virga. Atqui & illud spiritu factum est. Est nāq; & spiritus māsuetudinis, & spiritus seueritatis: sed nō vult sic illū appellare, sed ab utilioribus. Propterea deus quāuis puniat, quod misericors quidē sit, & patiens, & diues in misericordia & miserationibus sæpe dicitur: quod autē vltor, semel iterūq; & rarius, & hoc nō nisi vrgente causa. Et cōsidera Pauli sapientiam, quū & hoc & illud in sua habeat potestate, alios facit dominos, inquit, Quid vultis? In vobis, inquit, optio posita est. Etenim nos & huius & illius habemus potestātē, vt scilicet & in gehennā incedamus, & regnū assequamur, quoniā deus sic voluit. Ecce, inquit, ignis & aqua, ad quod volueris extēde manū tuam: & Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Quod si nolueritis, gladius deuorabit vos. Sed fortal se dicet quispiā: Volo, & nemo tam stultus qui nolit. Sed nō sufficit mihi volūtas, & tamen sufficit si vt oportet volueris, & quæ volētis sunt feceris. Nūc autē nō nimum vis, & hoc in aliis experiamur, si videtur. Dic, quæso, mihi, qui vult vxorē ducere, num satis est ei volūtas? Minimē, sed pronubas inquirat, & amicos orat, vt ei inuigilent, & pecunias cogit. Rursum mercatori nō sufficit vt negociationi vacare velit, & domi desideat: sed & nauē cōducit, & nautas & remiges inuenit, & argentū mutuatur. Præterea locū & mercium precia perferutatur. Quomodo igitur nō absurdum sit, vt in terrenis rebus tantū studiū ostendatur: eis autē qui cœlum cōsecuturi sunt, volūtas sola sufficiat, imō neq; ipsa quo decet studio ostēdatur? Qui enim vult, vt oportet, etiā res attingit, quæ ad id adducāt quod vult. Etenim quū famas cogit vt comedas, nō expectas vt spōte sua cibi ad te veniāt, sed omnia facis, vt victū tibi cōpares. Et in siti & algore, & cæteris omnibus itidem facis, & ad corporis curā disponeris. Idem tu circa cœli regnum efficias, & proculdubio id consequeris. Propterea te liberi arbitrij fecit deus, ne posterius deū accuses, tanquā necessitati alligatus. Tu autē pro quibus honorem affecutus es, pro iis indignaris. Etenim multos audiui, qui dicerent: Quamobrē in mea nō posuit potestate virtutem? Sed qua ratione oportuit iacentē, dormientē, malitiæ cupidum, delicatum, & ventri deditū hominem in cœlum assumere, nisi malitiā dimiseris? Nam si in præsentia minis propositis, non tam enuicis abstines, si cœlum tibi præmium proponeretur; an vnquam

Acto. 5. 3. 2. Co. 13. 4.

Libertū ar.

bitrium.

Ecl. 15. 4.

Esai. 1. 2.

Cur dicit libertū arbitrium.

Quare virtute in mea posuit potestatem?

Mat. 7. b

Thic vero.

virtute.

quā à malitia cessares pigrior factus, & longe deterior? Neq; em̄ illud dicere poteris, q̄ dederis quidē bona, nō tamen opitulatus sit. Etenim multū promittit tibi auxiliū. Sed virtus, inquis, difficilis est & grauis, malitiæ autē multa admiscetur voluptas. Etenim hæc quidē lata est & spaciōsa, illa autem angusta & pressa. Nunquid omnino, dic quæso? an à principio vtraq; talis? Etenim inuitus de virtute dicis hæc quæ dicis, aded potēs est veritas. Etenim duæ erant viæ, altera ad gehennā, altera ad paradīsum ducēs: & illa quidē lata quæ ad gehennā, hæc autē angusta quæ ad paradīsum. Vtrā igitur mauis? Quāuis enim cōtēdens nūc cōtradixeris, in rebus tamē certissimis, etsi impudētissimus sis, contradicere non potes. Quod enim magis sit eligendum, quod principium habet difficile, finē autem minimē, ex iis quæ in promptu sunt rebus vos docere conabor. Et si placet, artes primū discutiamus. Ipse enim principiū quidē laboriosum habēt, finē verò lucrosū. Sed nemo, inquis, artē aggressus est, nisi cogatur. Nam si dominus sui ipsius iuuenis fuerit, inquis, poti⁹ in deliciis esse primūm eliget, & in fine innumera perpeti mala, quā principio in miseriaviuere, & deinde laborū suorum mercedē accipere. Sed huiusmodi optio orbata mētis est, & puerilis socordia. Contraria autē prudētis est, & fortis. Itidē & nos, nisi pueri sensu fuerimus, nō vt orbatus ille & insipiēs, sed tāquā sub patris custodia educati sentiemus: oportet enim pūrilē sensum abdicere, neq; res accusandæ sunt: sed aurigā conscientia imponere, qui nō sinat eam lasciuire, sed currere & certare assuefaciat. Nōne quæso absurdū est, vt pueri ab ineunte ætate durā vitā degant, & in iis rebus versentur, quæ principia habent laboriosa, finem autē optimū: nos autē contrā in spiritualibus sentiamus? Atqui non omnino nobis certum est in hoc seculo, qui nos finis maneat. Siquidē immatura mors, paupertas, calumniæ, rerum mutationes, & id genus alia, post multos labores eorū nobis fructū abstulerunt, quē licet, qui eo peruenerint, cōsequatur, tamē nihil magnū lucrabuntur. Nam cū hac vita illa omnia pereunt, in qua] nō pro iis vilibus rebus & caducis currim⁹, neque de fine tanquā incerto formidamus, sed maior & certior nobis spes est postquā hinc abierimus. Quænam erit igitur venia, quæ excusatio nolētibus ad virtutis labores accingi? Sed adhuc sciscitatur homines, cur via angusta sit? Et quū in terreni principis regiā neq; scortatori, neq; ebrio, neq; luxurioso cuipiā aditus pateat, in ipsū cœlū deliciis, ebrietate, auaritia, omni deniq; malitia perditos homines licenter ingredi posse arbitraris? Et quam hæc veniam merentur? Atqui non hoc inquis dico, sed quāobrem nō latē pateat virtus. Et profectō modō vellemus, esset quā facillima. Vtrum enim facilius est, quæso, fodere parietē, aliena diripere, deinde in carcerē intrudi: an suis opibus contentū esse, & omni metu liberari? Verūm non omnia persecutus sum. Quid inquā facili⁹, quæso: an omniū bona diripere, & iis breui tēporis spacio frui, & postea largis continuē verberibus cædi: an in paupertate iustē hæc breuem vitā degere, & perpetuō deinde in deliciis esse? Nondum enim quid vtilius sit inquiramus, sed primūm quid facilius. Quid autē iucundius: an somniū fœlix videre, & verē supplicio affici: an molestum, & re ipsa in deliciis viuere? Nōne planē constat hoc esse iucundius? Qua igitur ratione asperam vitam] ap-

pellas? Aspera enim est, si ad imbecillitatē nostram cōparetur. Nam quod facilis & leuis sit, audi Christum testantem: Iugum meum suauē est, & onus meū leuē. Quod si nō intelligis, nulla te admiratio teneat. Nō enim forti animo es. Vt enim cū animi vis adest, grauius leuia fiūt: sic cū abest, leuia grauius. Quid quæso, māna suauius: Quid magis in prōptu? argre tamen Iudæi tulerūt, cū eo in deliciis uelceretur. Quid fame & cæteris quos Paulus perpeffus est laboribus grauius: Gaudebat tamē ille, & exultabat, dicens: Nunc gloriōr in infirmitatib⁹ meis. Quæ igitur horū causa? Animi diuersitas, quæ si qualē esse oportet, institueres, facilitatem virtutis dignosceres. Quid ergo? Ex operatiū animis huiusmodi fiunt, inquis? Nō ex animis dūtaxat, sed natura ipsa talis est. Etenim si omnino virtus laboriosa esset, malitia autē omnino cōtrā, meritō desides hæc illa dixerint faciliorem. Quod si altera difficile, altera iucūdum principiū habet: fines autē cōtrā, alterius quidē suauē, alterius autem grauem, [cæterū fines sint perpetui:] vtrum facilius elegeris? Quid ergo pleriq; hæc non eligūt facilitatem? Quoniā alij diffidunt, alij etsi credant, animum coinquinatū habent, & satius caducam quā æternā ducunt voluptatē. Nō igitur hoc facile, sed imbecillis animi est. Et quē admodum febricitātes, nō quoniā suauis sit breuis voluptas, & diuturnus ardor, idcirco frigidā potionē efflagitāt, sed quoniam suam nequeunt cohibere, auiditatē, itidem ij. Quod si quis eos ad suppliciū vnā cum voluptate traheret, nūquā eam eligerent. Vides quo pacto non facilis est malitia. Quod si placet, ab ipsis rebus rursū hoc idē inquiramus. Quid quæso suauius, quid facilius? sed nō secundū multitudinis cupiditatē res iudicemus. Nō enim à malē, sed à benevolentibus est accipiēda sententia. Neque enim si innumeros febricitātes, & qui bonæ valetudini cōtraria exposcerent, neque futuri cruciatu rationē vllā haberēt, mihi proponeres, eorum opinione niterer: quid inquā facilius, multasne desiderare pecunias, an earum cupiditatē superare? Hoc ego satius duco. Quod si nō credis, ad res ipsas oratione nostraueniā. Sit alter qui multa, alter qui nihil desideret, vter horum melior? vter honestior? Sed hoc omittatur: quippe cū perspicuum sit, hūc illo meliorē: & hac de re nihil in præsentia queram⁹, sed vter faciliōrē, iucundiorēq; vitam viuūt. Siquidē auarus ne suis quidē reb⁹ fruatur. Quod enim cupit, nunquā velle expendere, sed libētius sektionem patretur, & carnē suam traderet quā aurum. Qui verò pecunias cōtemnit, hoc primūm lucratur, quod suis rebus omnino fruatur, & quidem fidenter, & se illis potiorē arbitratur. Quid igitur iucundius, audēterne præsentium rerum fructum capere, an sub diuitiarum imperio viuere, & nulli eas credere? Simile hoc mihi videtur, ac si duo viri vxores suas mire amore profecti, nō itidem eis vtātur, sed alteri quidem suā tangere, & eius consuetudinem habere, alteri autem ne propinquare quidem suæ liceat. afferā & aliud, quod alterius voluptatem, alterius anxietatem ostēdit. Auarus nunquā finem suæ imponit cupiditati, [non solum] quod non possit omnium solus facultates occupare, sed [etiā quod] quantumcunq; cōplectitur, nihil se habere putat. Qui verò pecunias despiciat, omnia superflua arbitratur, neque animam immēsis cruciabit cupiditatibus. Nihil enim adeo animā torquet, quā cupiditas, quū eam satiare non possis:

Luce. 16. f

† ad illius modum.

† Quod si auarus est pauper, miser.

Cap. V.

possis: quod maximē deprauatam ostendit mentem. Animaduerte, quæso, eum qui pecunias desiderat, & plura possidet: ita huiusmodi homo, ac si nihil habeat, afficitur. Nūquid posset quippiam hoc morbo grauius esse, quod qui habet, nō videtur habere quæ possidet, & tāquā nō habeat torquetur: & licet omnia cōsequatur, magis dolet: etsi centū talenta possideat, q̄ non habeat mille: etsi mille, q̄ nō decem milia: etsi decē milia, quod nō decies totidē coegerit, maiorem in modum angitur: & quantō plura possidet, tantō fit pauperior. Siquidē quantō plura congerit, tantō plura desiderat. Igitur quātō plura cōgerit, tantō est pauperior. Nam qui plura desiderat, is pauperior est. Quū igitur centū habuerit talenta, nōne quodam modo mendicat: mille enim desiderat, quū mille acceperit, pauperior est. Nō enim ampli⁹ mille, vt antē, sed decē milibus egere se dicit. Quod si desiderū illud duntaxat nihil cōsequendo voluptatē esse dixeris, valde mihi voluptatis naturā ignorare videris, cū nō voluptas id, sed suppliciū sit. Rursū alterum inquiramus: cū sitimus, num propterea bibētes lætamur, q̄ sitim sedam⁹, & idcirco voluptas est bibere, q̄ magno nos liberat cruciatu, hoc est, cupiditate bibēdi? Sanē perspicuū. Quod si deberemus semper in hac cupiditate versari, nihilo minus diuite illo qui Lazari temporibus fuit (quantum ad supplicium) haberemus. illi enim hoc erat suppliciū, quod quum parua aquæ guttam desideraret, non haberet qui eā præberet. Quod & avari mihi pati perpetuō videntur, & quemadmodum illum] dignos esse, qui puniantur, & nihil impetrent. Magis enim horū anima quā m illius exurit. Et rectē quiuis eos hydropticis cōparauerit. Vt enim illi quū multū aquæ ingurgitarint, magis siti exurūt: Ita avari multas adepti pecunias, cupiūt plures. Cuius ratio est, q̄ neque illi vbi opus est, aquā recipiūt, neq; hi debita ratioe cupiditatē. Fugiamus igitur peregrinū hunc & noium morbū, fugiamus radicē malorū, fugiamus præsentem gehennam. Gehenna nanque horum desiderium est. Vtriusque igitur animum aperiamus, & eius qui pecunias contemnit, & eius qui eas admiratione profectur: & videbis alterū insanientibus similem, nihil videre neque audire volentem. Alter verò portui tranquillo adsimilabitur. Hic omniū amicus est, quemadmodū ille hostis. Siue enim quis ab eo accipiat, non dolet: siue quis ei præbet, non inflatur, sed quandā habet libertatem, qua omnia ei licēt. Ille omnibus adulari & simulare cogitur, hic nulli. Quod si pauper auarus est, is grauis, insolens, simulator, timoris plenus & multi supplicij. qui autem pecunias despiciat, omnibus contrā fruatur. Num igitur perspicuum est iucundiorē esse virtutem? Iam reliqua persequeremur, per quæ ostēderetur nullum malum vllam habere voluptatem, nisi multa nobis superi⁹ dicta essent. Quū igitur hæc intelligam⁹, amplectamur virtutem, vt in hoc seculo voluptate, deinde futuris bonis fruamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi: cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

Homilia xv.



Minimo auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec inter gentes, ita vt vxorē patris alius quis habeat: & vos inflati estis, & non magis lucētū habuistis, vt tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit. Quum de Corinthiorū contentione verba faceret,

nō quam statim inuectus est, sed primūm mitius locutus, in accusationē deinde his verbis descendit: Si significatum est enim mihi de vobis fratres mei ab his qui sunt Chloēs, quod contentiones sunt inter vos. Hoc autem in loco aliter. Mox enim asperius, & vt quod oportuit, criminis exprobrationem aggreditur. Nō enim dixit, Quamobrem aliquis fornicatus est? sed, omnino auditur inter vos fornicatio. Quod fecit, ne tanquam eos huiusmodi reprehensio non tangeret, in desidiā verterentur, sed tanquam in communi omnes accuserentur, formidarēt. Inquit enim: Nemo dicit hunc vel illum fornicatum esse, sed vnuerfam Corinthiorum congregationem. Idcirco nō dixit, Audetis fornicari: sed, auditur fornicatio, qualis nec inter gentes. Siquidem semper gentium cōparatione fidelibus exprobrat, & Thessalonicensibus scribens, inquit: Vnusquisque vas suum possideat in sanctificatione, non in passione desiderij, sicut alia gentes, & Colossensib⁹ & Ephesiis, Nō amplius ambulatis, sicut reliquæ gētes ambulāt. Quod si idē peccatū veniam non meretur: quo illos in loco cōstituemus, qui grauiora quā gēriles cōmittūt? Apud illos non solum, inquit, nō tētatur, sed ne nominatur quidem. Vides quomodo crimē auget? Quum enim tales luxuriæ modos inuenisse appareant, quos non solum non audēt, sed neq; norūt infideles, inenarrabilis est peccati excessus. Inter vos autē, significanter dictum est: hoc est, in vobis fidelibus, qui tot mysteriorū fructum estis cōsecuti, arcana illa cōmunicastis, ad cœlū vocati estis. Animaduertis, quæat hæc oratio grauitatis est? quātā in omnes indignationis? Nisi enim maiorem in modū iratus esset, & in omnes inueheretur, huiuscemodi verbis vsus esset. Nā audiui, q̄ quidam fornicatus est, eū vlciscimini. Nunc autem non ita loquitur, sed inuehitur in omnes. Etenim si primū illi scripsissent, illud profectō Paulus dixisset. Quum autē nō modō crimē nō significassent, sed celassent potius, hac gratia vehemētius eos arguit. Ita vt vxorē patris habeat. Quare nō inquit, vt cū vxore patris fornicetur? vt nimiam turpitudinē cuitaret. Idcirco honestatis gratia id præterit, tanquā superius ostēsum. Et in hoc aucto rursūm crimine, eiusmodi à Corinthiis cōmitti significat, quæ palam proloqui nequaquā sustinet. Propterea ita locutus est, Qui sic operatur est: & rursūm pudet eū, & erubescit manifestē dicere, quod & nos in rebus turpissimis facere cōsuecimus. Et nō inquit nouerā, sed vxorē patris, quod eos grauius tegeret. Etenim quū nomina ad accusationem sunt idonea, per ea nihil addēs procedit: & noli mihi dicere, inquit, vnum esse fornicatorē. Cōmune omniū crimē est. Quare mox subdit: Et vos inflati estis. Non in peccato, hoc est em̄ stultitiā, sed in illius doctrina. Sed hoc nō posuit. Verūm dimisit medium, vt maiorem in modum perterreret. Et cōsidera prudētia Pauli. Primū exteriore sapientia sublata, & ostēso nihil eam per se esse, & si peccatum nō appeller, tum iam & de peccato disputat. Nā si fornicatoris cōparatione, magnū fortasse spiritus donū esse aliquē sapienter diceret: nihil sanē magnū loqueretur. Quod autē etiā sine peccato sapientia tollit exteriore, & nihil esse ostēdat, eā abiectissimā esse p̄tetur. Quocirca primū ita cōparatione facta, tūc erroris eius meminuit, de quo non dignatur disputare. Qua in re imēsam eius vilitatē significat: his autē inquit, quod oportet flere vos, & plorare, & abscondi. Nunc autē contrarium

supra. i. b

† vt quod licet, criminis exprobrationē cōmunitatem facit.

† sed quod in Corinthiorum ecclesia admittitur, sit illud peccatum, 1. the. 4. a. eph. 5. c. & colof. 4. a.

† fortasse sapienter comparatione, magnum esse spiritus donū dicere.



cōtrarium facitis. Quare addidit: *Et vos inflati estis, & non magis lucētū habuistis.* Et quid factū est, vt lucētū habeamus, inquis: Quoniā in cōmunē ecclesiæ calumniā processit. & quid? vt corrigamur lugētes: *Vt tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit.* Neq; hoc in loco illius nomē meminit, imò nusquā quod in maximis flagitiis facere cōsuevit. & nō dixit, & nō magis abiectis, sed tāquā in morbo quodā & peste, lucētū opus est, & cōtinuis precibus, vt tollatur, & oportet suppli ces esse, & omnia operari, vt ille ē medio abscondat. Neq; accusat, q̄ non ei significarūt, sed quod nō deplorarūt, vt tolleretur: ostendēs, quod etiā sine monitore id fieri oportuit, propter peccati euidentiā. *Ego quidem tanquam absens corpore, præsens autē spiritu.* Vide indignationē. Neq; expectare eos suum finit aduētum, neq; postquam acceperint, t̄perterere: sed tāquam pestē quādam puniturus priusquā in reliquū corpus diffundatūr, cōercere properat. Quare addidit: *Iam iudicauit, vt præsens.* Hoc autē locut⁹ est, nō modo vt eos in sententiā suam traheret, sed & ne aliud quicquā cōsulerent, sineret: sed vt inculceret terrorē, tanquam omnium cōscius, quæ illic & futura essent. Hoc autē est, præsens esse spiritu, quē admodū Helias præsens erat Giezi, quū diceret: Nōne cor meū in præsenti erat? Papæ quāta gratiæ vis cū omnes in vnū cogat, & quæ eminens sunt, faciat vt videantur. *Iam iudicauit, vt præsens.* Nō finit, vt excusationē comminiscantur. Siquidē tuli sententiā, inquit, tanquam præsens. Nolite mihi subterfugia quærere, & qua ratione excusimini. Nihil aliud fieri opus est. Deinde ne nimiam sibi arrogare autoritatē videatur, néve oratio sua nimis temeraria appareat, animaduerte quo pacto eos iudicij participes facit. Nā quū iudicauit, dixisset: addidit, *Eū qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi, cōgregatis vobis, & meo spiritu, cū virtute domini Iesu tradere huiusmodi satanæ.* Quid sibi vult in nomine domini nostri Iesu Christi? hoc est secundū deū nō humanā t̄persuasus opinionione. Quidā autē sic legūt, Eū qui sic operatus est in nomine domini nostri Iesu Christi: & puncto hic factō, vel coma, prosequuntur: Congregatis vobis & meo spiritu cū virtute dñi nostri Iesu tradere huiusmodi satanæ: & dicūt hāc esse hui⁹ lectōnis sententiā, Eum qui sic operatus est in nomine Christi, tradere satanæ: hoc est, qui Christi nomini iniuriatur, postquā factus fuerit fidelis, & illo cognominatus nomine, eiusmodi crimen facere ausus fuerit, eū tradere satanæ. Mihi autē prior sententiā probabilior videtur. Quænam ea est? In nomine domini cōgregatis vobis, hoc est, eius nomine vos congregāte, pro quo cōuenistis, & meo spiritu. Iterū seipsum præsentiē facit, vt eum tanquam Paulo præsente iudicēt, sic illū à se abscondat, & nemo venia dignū cēfere audeat, sciens quæcūque facta essent, Paulū nō latere. Deinde maiorē metum incutiēs, inquit: Cū virtute domini Iesu: hoc est, vel quod Iesus potest hanc nobis gratiā largiri, vt possitis illū diabolo tradere: vel, q̄ ipse nobiscū contra eum sententiam fert: & nō dixit, dare huiusmodi satanæ, sed tradere, aperiens ei pœnitentiæ ianuas, & tanquam pædagogo huiusmodi tradēs. Et rursus huiusmodi inquit (nequaquā passus eius nominis meminisse.) *In interitū carnis: vt in beato Iob factum est, non tamē eadē ratione.* Illic enim pro clariori corona, hic autē pro solutione peccatorum, vt eum percellat vulnere malo, aut morbo alio. Atqui alibi dicit, quod à deo

A iudicamur, hęc patientes. Hoc autem in loco magis eum affligere vult, quū satanæ tradat, & hoc dei voluntas fuit, vt puniret eius carnē. Nam quum exingluie & deliciis carnis desideria gignantur, hanc punit vt spiritus saluus sit, hoc est anima saluetur. Nō tanquam sola seruetur, sed tanquam hac seruata, scilicet anima saluetur, sine contradictione corpus quoq; sit salutis particeps. Etenim mortale factū est propter animæ peccatū, quæ si iustē operabitur, rursus id multa fruetur gloria. Quidam autē spirituum gratiam interpretantur, qui quum peccamus, extinguitur. Ne igitur hoc fiat, inquit, puniatur, vt propter hoc melior factus consequatur gratiam, quam in die illa inueniat. Itaque curantis salutem hoc potius est & medentis, quā incidentis simpliciter, atque vlciscentis frustra nulla adhibita ratione. Maius enim lucrum est, quā supplicium: hoc enim caducum est, illud perpetuum. Et nō simpliciter inquit, *Vt spiritus saluus sit: sed In die domini nostri Iesu Christi* addidit. Bene eis, & opportunē diem illum commemorat, vt & promptius medicinā exhibeāt, & ille magis suscipiat, non tanquam iracunda verba, sed curantis t̄spiritus prouidentiam. Propterea & interitum carnis dixit, iā diabolo legem constituens, neque permittens eum ulterius procedere, quemadmodum de Iob inquit deus, Veruntamen animam illius serua. Deinde sententiæ suæ breui finem imponens, nihil immoratus, rursus in illos inuehitur. *Non bona est gloriatio vestra.* Quibus verbis ostendit, illos in illū vsq; diem non fuisse ipsum pœnitere, quū in eo gloriarentur. Deinde nō solum vt illi cōsuleret hoc facere significat, sed vt omnibus Corinthiis. Idcirco prosequitur, *Nescitis quia modicū fermentū totam massam corrumpit?* Nam si filius duntaxat peccatū est, inquit: neglectū tamē potest reliquum ecclesiæ corpus corrumpere. Quum enim primum peccator non dat pœnā, mox alij eadem cōmittunt. Hoc autem dicit, vt demōstret pro vniuersa ecclesia, nō pro vno tantū eis esse certādū, & omnibus imminere periculum. Quamobrem necessariō fermētū similitudine vsus: quē admodum enī illud licet modicū totam massam corrumpit, ita & hic si dimissus fuerit inultus, inultum etiā fiet ipsum peccatum, & sic reliquos offendet. *Expurgate vetus fermentum.* Id est, hunc scelestum hominem: vel potius non de hoc tantum loquitur, sed de aliis omnibus. Non enim fornicatio duntaxat vetus fermentum est, sed omnis malitia. Et nō inquit, purgate: sed, expurgate, vt ostendat diligentiam adhibendā, vt neq; reliquæ, neque minima illius vmbra supersit. Nā hoc verbo, expurgate, ostēdit eos quoq; cōtaminatos esse. Quū autē prosequitur, *Vt sitis noua cōspersio, sicut estis azymi.* nō vehementius multis impressam malitiā significat. Nā si dicit, *Sicut estis azymi:* non dicit omnes puros fuisse, sed sicut eos esse decet. *Etenim pascha nostrū immolatus est Christus.* Itaque t̄epulemur, non in fermento veteri, neq; in fermento malitiæ & nequitie, sed in azymis sinceritatis & veritatis. Sic Christus fermentum doctrinæ appellauit, & in metaphora perstitit, veterē eis historiam, & Pascha, & azyma, & vetera, & huius tēporis beneficia, & pœnas, & supplicia cōmemorās. t̄Epulationis ergo præsens tēpus est. Nam quū dixisset, epulemur: nō quod Pascha esset, non quod Pentecoste idcirco epulandum intellexit: sed quod omne tempus, epulationis tēpus esset Christianis, propter colatorum beneficiorū excellentiam. Quod enim non

concessum

cōcessum est bonū: filius dei propter te homo factus est, morte te liberavit, in regnū vocauit. Quum igitur huiusmodi assecutus sis, & assequaris: qua ratione nō omni tēpore tibi epulandū est? Nemo igitur in paupertate, morbo, infidiis cōtristetur. Epulationis enī nostrę omne tempus est. Idcirco inquit Paulus, Gaudete in dño semper, iterū dico gaudete. In epulationib⁹ nemo turpia induat vestimenta. Nolumus quęso induere, nolumus. Nuptię enī factę sunt, & nuptię spirituales. Simile est enī, inquit, regnū cœlorū homini regi, qui voluit facere nuptias filio suo. Vbi autē rex nuptias facit, & nuptias filio, quid mai⁹ hac epulatione fieri posset? Nemo igit vilibus pānis induit⁹ ingreditur. Nō de vestibus nobis sermo est, sed de operibus immundis. Nā si omnibus splēdidē vestitis, vnus duntaxat in nuptiis inueniatur sordida habēs vestimēta, is cū ignominia abiicietur. Animaduerte quātam sibi diligentia, quantam munditiam postulet illarum nuptiarū præsentiā. Neque hac tantum gratia azymorū mentionē facit, sed vt ostendat veteris testamenti ad nouum affinitatē, neq; rursus post azyma in Aegyptū nobis esse redeūdum. Quō si reuertiquis voluerit, eodē quo illi supplicio afficietur. Illa enim horū vmbra sunt, quāuis Iudæū pudeat. Quare si eum percontaberis, nihil magnū respōdebit: vel si quid magnū, nihil tamen quale nos: quū veritatē nō videat. Ille enim dicet, Quum ab Aegyptiis detineremur, ita imbecilles eos reddidit deus, vt eorū iniurias propulsarem, qui antea vi nos detinuerāt, neq; fuerant massam fermētari. Sin me quispiā interrogauerit, nō Aegyptū, nō Pharaonē audiet, sed ab errore dēmonum, tenebrarum, & diaboli libertatē: nō Mosem, sed dei filiū: non rubrū mare, sed baptismā, innumerabilibus bonis abundās, in quo vetus homo suffocatus est. Sin iterū Iudæū interrogabimus, qua ratione omnibus finibus fermentum expulerit, tacebit: neq; causam vllam afferet. Nam quum alię futurorum figuræ essent, cur facta fuerint, causas habuit. Aliis autē non respōdent, ne quis eos possit reprehēdere, q̄ in tenebris permaneant. Quid enim sibi vult quęso, agn⁹ masculus, anniculus sine macula, & os nō cōfringetur? Quid itē vocare vicinos, vel stantes vel vesperi comedere, vel sanguine domus parietē oblinere? Nihil aliud ille q̄ vbiq; Aegyptū dicit. Ego autem quid sanguis, quid vesper, quid omnes simul stātes comedere significet, enarrabo. Primum autē dicamus, quamobrē ex omnibus finibus fermentū expellitur. Quōdnam hoc ænigma? oportet vt omnem maliciā fidelis abiiciat. Vt enim Iudæus perit quum apud eum vetus inuenitur fermentū, sic apud nos is in quo inuenitur malitia. Non enim in vmbra quidē tantum supplicium, in nobis autē non multo maius. Nam si domus tātoperē fermēto purgāt, & murium foramina diligēter inquirunt: longē magis nos animam inuestigare oportet, vt omnē immundam abiiciamus cogitationē. Sed hęc apud eos superiori tēpore fiebāt, nunc autem minimē, siquidē vbiq; fermentū est, vbi Iudęus. in diuitis enim ciuitatibus azymum fit, quod magis est ludibriū, q̄ vetus lex. Quippe quum veritas venit, nō amplius locum habēt figuræ. Itaq; hoc exemplo maiorē in modum ab ecclesia fornicatorē expellit. Non enim solum, inquit, nihil proficit si adfit, sed nocet totū corpus rursus offendens. Nemo enim nouit vnde fœtor absconditæ putredinis pueniat, sed totius corporis existimatur.

Tomus quartus.

A Quare eos, vt fermentum expurgent, vehemēter his verbis cōpellit: *Vt sitis noua cōspersio, sicut estis azymi.* Etenim Pascha nostrū immolatus est Christus. Nō dixit mortuus est, sed t̄proprie propositū immolatus est. Noli igitur quærere huiusmodi azyma, cum talem agnum [non] habeas. Noli igitur fermentum [tale] quærere, quum azyma tua nō sint talia. In hoc sensibili fermēto azymum fermētatum fieri potest, fermentatū autem nunquā azymum, hęc autem cōtra rursus fieri potest. Verūm hoc nō manifestauit Paulus. & aduerte eius prudentiā. Superius nullam emēdationis spē fornicatori præbuit, sed omnem vitā in pœnitentia agere iubet, ne eum in promissione negligētiore reddat. Nō enim inquit, tradere ipsum satanę, vt quū pœnituerit, rursus ecclesię tradatur, sed vt saluus sit in vltima die. Ad id tempus eum relegat, vt fortius pugnet. Quōd autem in gratiā recipiēdus esset post pœnitentiam, nō manifestat, dominum suum imitatus. Nam quemadmodū deus inquit, Adhuc quadraginta dies, & Ninive subuertetur, & nō addidit, Si verō vos pœnitebit, salui eritis: eodē modo Paulus nō inquit, Si dignē pœnitebit, in eum charitatē cōfirmabimus: sed vt bonū operetur expectat, & nūc in gratiam recipit. Nā si primū hoc dixisset, eum timore soluisset. Quamobrē non solum hoc nō facit, sed fermenti exēplo non finit eum sperare t̄emendationē, sed in illā diē reseruat. Expurgate, inquit, vetus fermentū, & nō epulemur in fermento veteri. Postquā pœnituit, iterū eū summa diligētia recipit. Sed quāobrē vetus appellat: vel q̄ talis fuerit prior vita nostra: vel q̄ vetus prope interitum est, & putridum & turpe, quale est peccatum. Neq; enim simpliciter vetus expellit, neq; simpliciter nouum laudat, sed secundū subiectā materiam. Etenim alibi inquit, Vinum nouum, amicus nouus: si inueterasset, tūc cum lętitia capies. Laudat in amicitia veterē magis q̄ nouū. Et iterum: Antiquus dierū sedit, & hęc rursus in laude & glora maxima vetus accipiēs. Alio autē in loco in dedecore vetus accipit scriptura. Quū enim res variæ sint ex multis cōposita, & in bonis & malis, iudē vitur non eadē significatione. Vide autē alibi vetus vituperari. Inueterati sunt, t̄ & phibiti sunt] à semitis suis. Et iterū: Inueteratus sum inter inimicos meos. Et rursus: Inueterate dierū malorum. Ita & fermētum sœpenumero pro regno cœlorū accipitur, quāuis hoc in loco expellatur. Sed illic pro altero, hęc pro altero. Mihi autē videtur, maximē hunc de fermēto sermonē, ad sacer dotes referendum, qui multum veteris fermēti intus esse patiuntur, à finibus suis nō eiicientes, hoc est ab ecclesia cupidos, raptores, & quicquid nos à regno cœlorū exules facit. Etenim auaritia fermentū vetus est, & quocūq; inciderit, & in quācunq; domum ingreditur, eam immundā reddit. Et licet pauca iniustē lucraueris, ex his tamē vniuersam substantiā tuā corrueris. Idcirco pauca male parta, multa bene cōparata perdiderūt. Nihil enim corruptibilis auaritia, quāuis clauē arcæ tuę imponas, quāuis ostiū, quāuis vectē, & omnia frustra cōten-dis, si auaritiā intus latronē grauissimū, & qui omnia auferre potest, inluseris. Quid igitur, inquis, quandoquidē multis auaris huiusmodi non accidat? Maximē quidē accident, etsi non t̄propter ea] accident: q̄ si nūc supplicii effugiunt, tunc maiorē in modum metuas. Ad grauius enim supplicium reseruat, vel potius si ipsi effugiūt: qui hēredes eorū sunt, puniuntur. Et qua-

tur. Et qua-

† uincire.

4 Re. 5. g

† persuasus.

Philip. 4.

Matt. 22.

Supr. 6. c.

1ona. 3. b.

† creditū.

Dani. 7. b

Psal. 17. g

† et claudē

cauerunt.

Psal. 6. b.

Dani. 13. f

Luca 13. e.

† Statim.

tur. Et quānā ratione hoc iustum est, inquis? Maximē quidē: qui enim iniustam accipit hereditatē, et si ipse eā non rapuit, aliena tamē possidet, & hoc certē persuaasum habet, & propterea dignus est q̄ puniatur. Nā si alio rapiēte, rapta acciperes, deīde qui sua amisit, & vim passus est, ea te posceret: nū satis tibi esset ad excusationē, te ab eo nihil rapuisse? minime. Quid nam diceret in iudicium vocatus? dic quāso. Num q̄ alius diripuerit? verū tu possides. Ille rapuit, tu frueris. Hoc autē exteriores sancit leges, quę raptorib⁹ omissis, eos qui suis rebus spoliati sunt, ab illis reposcere iubent, apud quos sua inuēta fuerint. Quamobrem si iniuria affectos nosti, eis redde, & Zachēū imitare, cū restitutionis incremento: quos si ignoras, aliā tibi reddē di rationē ostendam, neq; te remedio excludam. In indigētes ea omnia distribuas, & hoc pacto impēdens malū euitabis. Quod si quis in filiis ea, & nepotibus collocauerit, alia quoq; pro his perpetietur supplicia. Et quid huius seculi res cōmemoro? non enim in illa die hæc dixeris, quando vtriq; nudi apparebūt, & raptores, & spoliati, vel potius nō vtrique nudi. Nam pecuniarū quidē vterq; itidē nudus erit, verū alter criminū plenus. Quid igitur in illa die faciemus, quādo ante horrēdum tribunal, qui iniuria affectus est, & omnia sua amisit, adducetur in medium, neq; quempiā patronū habebis? Quid iudici respōdebis? Siquidē in hac vita posses hominū iudiciū corrūpere, illud verō minimē neq; tūc, neq; in præsentia. Etenim nunc præsens est illud iudiciū. Deus nanque videt quæ sunt, & propē adest his qui iniuria afficiuntur, etiā non vocatus. Qui ergo læditur, et si indignus ipse sit qui deum patronū habeat, tamē cum deo iniuste facta non placeat, ipsum omnino habet vltorem. Et quonā pacto inquis cum eo bene agatur qui sit malus? Agetur quidē, sed nō in fine. Audi quid dicat propheta: Noli emulari in malignatibus, quoniā tanquā scœnum cito arefcēs. Quoniam enim post huius vitæ migrationē raptores, quō clara spes, quō clarū nomē abit? Nōne omnia prætereunt: nōne somniū & vmbra, quicquid ille habet? Hoc de singulis eorū expecta, & de eo qui viuūt, & de eo qui post illum futurus est. Verū sanctorū virorū res nō huiusmodi sunt, neq; eadē in illis dicere poteris, q̄ scilicet vmbra sint, & somnium, † etiā eorum sermones. Quod si placet, hūc ipsum qui hæc dixit, tentoriorū opificem, Cilicem, cuius pater incertus erat, adducā in medium. Et qua inquis ratione quispiam talis fieri potest? Num omnino cupis, omnino desideras, & vis talis fieri? Sanē inquis. Igitur ingredi idē iter, quod ille ingressus est, & qui eū imitati sunt. Et quōdnā iter ingressus est? Is quidē inquit, In fame, siti, nuditate. Alius autē, aurum, inquit, & argētum non est mihi. Sic nihil habebāt, & tamen omnia possidebāt. Quid hac voce honestius, quid beatius, quid locupletius? Cæteri in cōtrariis latantur, dicētes: Habeo tot auri talēta, innumera terrę iugera, domos, mācipia. Hic autē cū sit omnibus nudus, nō op primū paupertate, svt inspicitib⁹ vsuuenit, neq; absconditur, sed gloriatur. Vbi nūc diuites sunt, qui vsuras, & vsurarū quęstus enumerāt, qui omnes spoliāt, & nunquā satiantur? Audite Petri vocē ostendentis paupertatē diuitiarū matrē, quæ cū nihil habeat, q̄ qui diademate ornatur, ditior est. Quippe quæ in omnium rerum inopia mortuos suscitāt, claudos dirigit, demones expellit, & ea largitur, quę quidē pur-

puram induit, & qui magnos & metuēdos exercitus ductarūt, nunquā largiri potuerunt. Ipsa vox eorum est, qui in cœlum migrarūt, quive illam affecuti sunt celsitudinem. Sic est, vt qui nihil habeat, omnia possideat. Quod si omnia possidebimus, omnia amittemus. Fortassē hoc dictum enigma videtur, verū nō est. Sed quomodo, inquis, qui nihil habet, omnia possidet? Nōne lōge magis qui omnia habet? Minimē, sed omnia cōtra. Quippe qui nihil habet, omnibus imperat, vt illi quibus domus in vniuerso orbe patebāt, quibus cū accedētib⁹ gratia aderat, qui tāquā ad amicos & cognatos ad omnes veniebant. Accedebant enim ad purpurariā, & illa tanquā serua, sua omnia eis proposuit: & ad carceris custodē, qui totā eis domū aperuit, & ad alios itē innumeros. Sic omnia habebāt, & nihil habebāt. Nihil enim præsentū rerum suū esse dicebāt, idcirco eorum erant omnia. Nam qui omnia cōmunia arbitratur, non suis tantūm rebus, sed alienis vtitur tāquā suis. Qui verō ab aliorū cōmunicatione se separat, & rerum suarum dominus esse vult, ne earum quidē erit dominus. quod exēplo cōstat. Nam qui omnino nihil possidet, neq; domū, neq; mensam, neq; superfluā vestem, sed propter deū omnibus se priuat, is cōmunibus tanquā suis vtitur, & ab omnibus quæ volēt accipiet: & hoc pacto omniū, qui nihil habet, possidet facultates: qui autē aliquid suum habet, ne eius quidē est dominus. Nemo enim ei qui rerū possessiones habet, quicquā dabit. Et quę ille possidet, latronum, furum, calumniatorū, fortunæ, & cuiusuis potius erūt, q̄ possessoris. Vniuersum orbē Paulus peragrauit nihil secum ferens, non ad amicos, non ad familiares diuertēs, quippe qui cōmunis à principio hostis omnibus erat. Verūtamē omniū res post peregrinationē suam possedit. Anania autē & Sapphira, vt exiguum quiddam rerū suarū possiderent, omnia, & ipsam deniq; vitā miserūt. Abstineas igitur rebus tuis, vt tanquā tuis vtaris alienis. Verū nescio quo pacto in tantę rei disputationē delatus sum, cū eos homines alloquar, quibus rarissimū est saltem quid minimū rerum suarum cum proximo cōmunicare. Quare hic nobis ad perfectos sermo habitus sit, imperfectioribus verō id dicamus, Date de facultatibus vestris indigētib⁹. Augēatis substantiā. Qui enim dat pauperi, inquit, multiplicat deo. Quod si festinas, neq; tempus expectas remunerationis, intellige eos qui pecunias hominibus scœnori dant, nolle cōtinuō vsuras exigere, sed gratū est eis diutius in debitorū manibus summā esse, modo cautionem habeant, neque debitor suspectus sit. Idem hoc quoq; in loco fiat. Dimitte res tuas apud deum, & tibi multiplicē mercedem reddet. Noli in hoc seculo omnia exigere. Nā si hic totū accipies, quomodo illic eo frueris? Propterea deus illic reseruat, quando quidē caduca est præsens vita. Verūm & in hoc quoq; seculo elargitur. Quærite enim regnū cœlorum, inquit, & hæc omnia adiiciētur vobis. Sed nos illud suspiciamus, & nolimus ad omniū operum nostrorū remunerationē festinare, vt ei derogemus, & expectemus tēpus. Non enim tales hæc sunt vsurę, sed quales à deo dandę sunt. Has igitur liberalissimē congregantes, ita ex hac vita discedamus, vt & præsentia bona contingamus, & futura: gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & spiritui sancto gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia

Homilia xvj.

**S**cripsi vobis in epistola, ne cōmiscēmini fornicariis: [non vtrique fornicariū] huius mundi, aut auarus, aut rapacibus, aut idolis seruientibus. Alioquin debueratis iam de hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi vobis non cōmisceri, si is qui frater nominatur, est fornicator aut auarus, aut idolis seruēs, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cū eiusmodi neque cibū sumere. Cum dixisset Paulus, Et non magis luctū habuistis, vt tollatur de medio vestrū, qui hoc opus effecit. Et deinde, expurgate vetus fermētū: credibile erat ipsos suspicari, omnes fornicatores fugere oportere. Nā si ppriā labē peccator nō peccatibus impartitur, multo magis externi sunt expellēdi: si enim familiari nō est parcendū, ne huiusmodi detrimentū sequatur, multo minus cæteris. Quod cū cōsideraretur, necesse erat vt à Græcis fornicatorib⁹ separaretur: & ita ad impossibile re adducta, maiorē in modū perturbari eos oportebat. Idcirco hoc pacto dictum suum corrigit. Scripsi vobis, ne cōmiscēmini fornicariis, non vtrique fornicariis huius mundi, vtriq; tanquā in re certa ponit. Ne enim putaret q̄ ac si imperfectiores essent id nō præciperet, & tanquā perfecti id facere conaretur, ostēdit impossibile esse hoc fieri, etiā si totis viribus anniteretur, quoniā ali⁹ orbis quærēdus esset. Quare subdidit, Alioquin debueratis iam de hoc mundo exisse. Vide quā [non] grauis sit, & quomodo vbiq; nō possibilitatē tantūm, sed legislationis etiam facilitatem considerat. Quo enim pacto fieri potest, inquit, vt homo qui domui, filiis, & familiæ præsit, qui vel rempublicā gerat, vel opifex, vel militaris, cum plurimi Græci vbiq; sint fornicarios fugiat? Nam mundi fornicarios Græcos appellat. Nunc autē scripsi vobis nō cōmisceri, si is qui frater nominatur, est fornicator, cum eiusmodi neque cibū sumere. Hoc loco alios quoq; qui malē viuūt significat. Et quomodo, qui frater est, idololatra esse potest? Vt Samaritanis aliquādo cōtigit, qui dimidia ex parte pietati adherēbāt. Præterea ad idolorū sacrificia præludit, cōtra quæ deinceps pugnaturus est. Aut auarus. Etenim aduersus hos ingreditur. Quare, inquit, [nō magis iniuriā accipitis: quare] non magis fraudē patimini? Sed vos iniuriā facitis & fraudatis. Aut ebriosus. Etenim hoc post accusat, vt cum dicit, alius quidem esurit, alius autē ebrius est: & esca vētri, & venter escis. Aut maledicus, aut rapax. Et hoc quoq; superius reprehēdit. Deinde & causā addit, propter quā non prohibet huiusmodi cū externi sint commisceri, ostēdēs non solum impossibile esse, sed superfluum. Quid est mihi de his qui foris sunt iudicare? Alios intus, alios foris dicit: quorū alios Christianos, alios gentiles appellat: quemadmodū alio in loco, cū dicit: Oportet autē vt ipse testimoniū bonū habeat ab his qui foris sunt. Et in epistola ad Thesalonenses idē his verbis, inquit: Et ne cōmiscēmini cum illo, vt cōfundatur: & nolite quasi inimicū eū existimare, sed corripite vt fratē. Hoc tamē in loco causam nō adducit. Quid tandē: quoniam illic cōsolari volebat, hic autē minime. Non enim & hic & illic quidē peccatū est, sed illic leuius. Desidiā nāque dūtaxat eos accusat, hic autē fornicationis, & aliorū quæ grauiora erāt peccata: & si quis cum gentilibus esse vellet, eadē rursūm gratia simul comedere nō prohibet: Ita & nos facimus. Pro filiis & fratribus omnia conamur, alienorum autē non multā habemus rationem. Quid igitur: nōne externorū curā habebat

Hic sup. a.

Hic sup. b.

fornicatio nō dicitur, sic supra & infra.

Græci & Gentilis nō mine indifferēter vtitur in terpres.

Infr. 10. e. Ibidē. 6. c.

1. Tim. 3. b.

2. Thess. 3. b.

Tomus quartus.

**A** Paulus: Habebat quidē, sed post receptam prædicationē, cū eos Christianæ doctrinæ subiecisset, tunc eis legē sancit: sed dum diuina præcepta cōtemnebant, superfluū erat cum his de Christo verba facere, quem ignorabāt. Nōne de his qui intus sunt, vos iudicatis? Nam eos qui foris sunt, deus iudicabit. Cū dixisset: Quid est mihi de his qui foris sunt, iudicare? ne quis arbitraretur eos impunē dimitti, aliud iudiciū his horrēdum cōstituit. Hoc autē dixit, vt simul & illos pertereret, & hos cōsolaretur: vt ostenderet suppliciiū ipsum, quod non diuturnū est, ab immortalī & perpetuo supplicio liberare. Quod alibi ostēdit, dicēs: Nūc autē iudicati erudimur, ne cum hoc mūdo condemnemur. Et auferte malum ex vobis ipsis. Meminit eius verbi, quod in veteri testamēto scriptum est: & simul significat, quod & ipsi maximē lucrātur, tanquā peste aliqua grauiissima liberati, & q̄ huiusmodi non est in nouatio. Sed superius videbatur legumlatori huiusmodi homines abscondēdos. Verūm illic vehementius, hic mitius. Quare quis nō immeritō dubitaret, quid tandē illic quidē concedebat, puniri peccatorem? & lapidari: hic autē minimē, sed ad pœnitentiā hortatur? Quid igitur aliter quidē illa, aliter hæc figurata sunt? Propter duas has causas: primā quidē, quod ad maius certamen hi vocabantur, & maiore indigebant paciētia. Alterā autē probabiliorē, q̄ hi facilius ab impunitate ad pœnitentiā dirigebantur, illi ad malitiā grauiorem festinabāt. Nam si cū sceleratos primūm puniri viderēt, in iisdem tamē sceleribus persistebant: nōne longē magis peccassent nisi quidā pœnas dedissent? Idcirco illic quidē mœchus & homicida mox morte punitur, hic autē si per pœnitentiā abluitur, supplicio absoluitur. Verūtamē in nouo q̄ in veteri testamēto grauiora videre licet supplicia. Vt enim in omnibus ostēdantur cognata esse, & vnus & eiusdē legislatoris testamenta, in vtroque quidā continuō puniti sunt, quidā longo post tempore. Similiter sæpe neq; diu post, sed pœnitētia tantūm placatus est deus. Siquidē in veteri testamēto, adulterio & cæde cōmissa, Dauid per pœnitentiā saluatus est: & in nouo exiguum quiddā ex agri precio auferēs Ananias cum vxore perit. Quod si in veteri plura sunt punitiois exēpla, in nouo autē misericordiā, personarum differētia huius dispēlationis differentiā facit. Audet aliquis vestrū, habens negociū aduersus alterū, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? Tāquam in rebus certis iterū accusat. Etenim superius, Omnino, inquit, auditur inter vos fornicatio. Et hoc in loco: Audet aliquis vestrū: à principio statim indignationē suam & audax opus & iniquū ostēdēs. Et quid tandē de auaritia, & q̄ non oporteat extra iudicari, sermonē inseruit? Vt propriā legē impleret. Etenim mos ei est, vt † quæ obiici possent, his respondeat: quemadmodū cū de cōmunibus mensis disputās, in mysteriorū sermonem trāsīt: & hoc in loco cūm auarorū fratrum meminit, corrigendorū peccantiū cura excandescens, seruare ordinē non patitur, sed ex cōsequētia delatū in medium peccatū rursūm corrigit, & sic ad primū reuertitur. Audiam igitur quid de hoc etiā loquatur: Audet aliquis vestrū habens negociū aduersus alterū, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? Primūm ex ipsis nominibus rem nudat, dissuadet, accusat: & à principio quidem nō dissuadet fidelibus vt iudicent. Quando autem eos multis rationibus exterruit, tunc omnino iudicium tollit: n ij Maximē

Deut. 13. b.

2. Reg. 12. b. Acto. 5. d.

Cap. VI.

supra 5. d.

† obiter intercedētia corrigat.



Maxime enim neq; iudicari, inquit, apud iniquos, vel potius omnino nō iudicari oportet. Sed hoc posterius ponit. Iam verō primū tollit exterius iudiciū. Cur enim non absurdū est, inquit, amici negligētioris causa inimicū recōciliatorē accipere? Cur nō pudet, cur non erubescis, cū gentilis ad iudicandum Christianum cōstituat? Quōd si pro priuatis nō oportet apud gētiles iudicari, quomodo eis iudicia p aliis maioribus permittemus? Et cōsidera quib⁹ verbis vsus est. Nō apud infideles, ait: sed, apud iniquos: verbum ponēs, quod maximē ad propositā faciebat materiā, vt dissuaderet & abduceret. Nam cū in iudicio quicquā agitur, qui iudicantur, nihil tam desiderant, quā t̄ nimiam iudicium in causa prouidentiam: hic eos auertit, tātū nō dicēs, quo pacto tollerās, & quid facis homo, cū voto tuo cōtrariū petiaris, & pro iustitia cōsequenda iniustus te permittis hominibus? Et cū primū molestū sit auditu nō iudicari, non statim hoc addidit: sed iudicātes duntaxat vltus est. Extrinsecus in ecclesiam t̄ iudicātes inducens. Deinde cū contemptu dignū videretur, apud fideles, & eos maximē qui tūc tēporis erāt iudicari: nō enim forsitan sufficētes erant, qui causas cognoscerēt, neq; quales gentiliū iudices legū experti, & rhetoricæ, vt pote cū maiori ex parte indocti essent: vide quāte eos autoritatis facit. Primū sanctos appellat. Sed cū hoc nomen vitæ puritatē, nō autem diligentiam in his qui audiūt testaretur: animaduerte quo pacto hāc transigit partē, ita inquit.

† multam esse iustitiam apud iudices p- uidentia.

† mutatit eos qui iudicatur.

Matt. 12. & Luc. 11. d.

† minimis iudiciis.

Matt. 25. d. 1. Cor. 11. c.

A rogemus quōsnā sacerdotes. Seculariter omnino uētes dices. Qua igitur ratione, inquit, angelos iudicabim⁹, quātō magis secularia? ad seculariū differētiā ponēs angelos: & meritō quidē, vt pote extra horū necessitatē positos propter naturā excellentiā. Secularia igitur iudicia si habueritis, cōtemptibiles qui sunt in ecclesia illos cōstituite ad iudicandum. Per excessum nos edocet, non opus esse omnia gētilibus exhibere. Mouet enim quid iopponi posse videbatur, & id primū soluit. Quod autē dicit, huiusmodi est: forsitan dicit quispiam neminē vestrum sapientē esse, neminē sufficientem ad diiudicandum, sed cōtemptibiles omnes. Et quidnā hoc? Quauis enim nemo sit sapiens, inquit, minimis tamē iudicia permittatis. Ad verendum vestram dico. Reprehendētis est eorū obiectionem tanquam friuolam & inanem. Quare addidit:

† Minus nō quid.

Sic non est inter vos sapiens quisquam? Tanta, inquit, inopia, tanta prudentiū hominum inter vos raritas est? Illatio autē magis offendit, cū enim sic dixisset, Nō est inter vos sapiens quisquā, addidit: Qui possit iudicare inter fratres suos. Cū enim frater cum fratre litigat, nequaquā sapientia & grauitate opus est arbitro cōtrouersie, cū affectus & cognatio multū faciat ad hāc contentiōē soluendam. Sed frater cum fratre in iudicio cōtendit, & hoc apud infideles. Vides quā vtiliter primū confutauit iudicātes, cū iniquos eos appellat: hīc autem reprehensiuē quoque infideles vocat. Etenim turpissimū est, si sacerdos fratres nequeat recōciliare, sed necessarium sit ad gētiles recurrere. Quare inquit contēptibiles: non hoc inquit principaliter, quōd abiectos constituere oporteat, sed etāgit. Quōd enim potētibus iudicare permitti opus sit, his verbis significauit: Non est inter vos sapiens quisquā? Et maiorē in modum silentiū eis imponit, dicens: Quōd si non esset inter vos sapiēs quisquam, inspicētib⁹ permitti magis oporteret, vt iudicia audirent, quā gentilib⁹. Et quānā ratione non absurdū sit, cū domi seditio oritur, neminē externum aduocari, sed erubescere si in alienos excāt, quæ domi gerūtur: vbi autem ecclesia arcanorum mysteriorū thesaurus est, omnia extra efferri? Sed frater cum fratre in iudicio contendit, & hoc apud infideles. Duplex crimen, quōd scilicet iudicantur, [idq; apud infideles.] Nam si ipsa re peccatum est, cum fratre in iudicio contēdere, quānā t̄ in gentilib⁹] venia habenda est? Iam quidem omnino delictū est in vobis, quōd iudicia habetis inter vos. Vides vbi hoc seruauerit, & quānā tēpestiuē sustulerit. Nōdū enim dico, inquit, quis iniuriā inferat, aut quis accipiat. Primū in ipso iudicio vterq; lēditur, & nihilo alter altero secundū hoc melior est. Si verō iuste aut iniuste iudicatur, id alterius rationis est. Noli igitur mihi dicere, quis iniuriā acceperit. hinc enim iā te cōdemno, quā iudicasti. Quōd si non posse iniuriantem perpeti, id crimē est: ipsa iniuria quā digna est accusatiōe? Quare non magis iniuriā accipitis? quare non magis fraudē patimini? sed vos iniuriā facitis & fraudatis, & hoc fratrib⁹. Rursum duplex crimē, fortasse autē & triplex & quadruplex. Vnum quidē nescire iniuriam perferre, alterum inferre, tertiu iniustus de his iudicium permittere, quartum iniuria afficere fratres. Neq; enim similiter peccata iudicātur, quando in alios, & quādo in propriū membrum committuntur. Maioris enim temeritatis hic ausus est. Nā illic natura rei sola cōculcatur, hīc etiā personē qualitas. Cū igitur ad cōmuni- bus, rationibus, & antea ad constitutis p̄ccenis eos arguisset,

† cum propria ipsorum ag- greditur peccata.

† iniquitatem. 1. Sal. 49. d.

† quomodo p̄d gētili.

† iudicium dicit p̄ iudicium tēder.

† p̄ccenis eos arguisset,

arguisset, in minas admonitiōē claudit, fortiori adducta ratione, sic inquit: An nescitis quōd iniqui regnū dei nō possidebunt? Nolite errare, neque fornicarij, neq; idolis seruiētes, neque adulteri, neque molles, neque masculorū cōcubitores, neque fures, neq; auari, neque ebriosi, neque maledici, neq; va pacēs regnū dei possidebunt. Quid dicis Paule? quid cū de auaris locutus sis, tantā nobis iniquorū hominū turbam adduxisti? Sanē inquit, nō tamē ab re hoc facio, sed ordine progrediens. Quemadmodū enim cū de fornicariis disputat, omniū simul meminit: sic rursum auarum cōmemorans, omnes in medium adducit, ad horū reprehensionē sibi cōcios assuefaciēs. Siquidē cū ex aliorū memoria frequenter constitutū eis suppliciū auditur, fit, vt æquo animo reprehensio toleretur, t̄ maximē cū propriis ipsorū peccatis exuatur. Neque enim tanquā horum conscius hoc in loco, neq; tāquā reprehendēs minatur, quod maximē auditorē continere poterat, neq; sinere vt resiliat, cum ad ipsum huiusmodi nō dirigitur oratio, sed in definitē locutus latenter eius percellit cōfscientiā. Nolite errare: hoc in loco significat quosdā dicentes, quod & nunc multi dicunt, quod benignus est deus & clemēs, neq; vlciscitur peccata. Nolite timere, a nemine vnquā vllius rei rationem deus exiget. Horum gratia inquit, Nolite errare. Erroris nanq; & fraudis vltimā est, vt qui optima speret, contraria cōsequatur, & talē de deo habeat opiniōē, quā ne de homine quidē quispiā arbitraretur, Quare ex illius persona propheta inquit: Existimasti t̄ iniquē, quōd ero tibi similis: arguā te, & ponam cōtra faciē tuam iniquitates tuas. Et Paulus hoc hoco: Nolite errare, neque fornicarij, quem iam condēnauit, primum ponit: Neque adulteri, neque molles, neq; ebriosi regnū dei possidebunt. Multi hūc locum nimis asperū accipiūt, si ebriosum & maledicū cum adultero & pathico & masculorum cōcubitibus ponit. Atqui non paria crimina sunt: quōmodo supplicia erunt paria? Quid igitur dicemus? Quōd ebrietas non paruum quoddā est, & leue peccatum, neq; item maledictum. Nam & Christus eum qui stultum fratrem appellat, gehēna tradit. Sæpenumero enim illinc nata est mors: & ludæorū popul⁹ ex ebrietate grauissima cōmisit peccata. Præterea non de supplicio sermō ei hoc in loco habetur, sed de casu ad regno cœlorū, à quo pariter & hī & illi excidēt. Si quā autem in gehēna differentiā habebūt, non præsentis temporis est inquirere. Non enim id nobis hoc loco proponitur. Et hoc aliquādo quidē fuisit, sed abluti estis, sed sanctificati estis, & iustificati estis. Vehemētī hoc reprehēsiōne locutus est, ac si dicit: Intelligite, quātis nos excem̄ malis deus. Quāntam in nos benignitatē ostendit, t̄ & neque vlcq; dum viuimus, sed diuitius] beneficia sua in nos extēdit. Et enim nos abluit. Nūquid igitur hoc solū? Minimē, sed sanctificauit: neq; hoc etiam, sed iustificauit. Atqui liberati à peccatis, magnū munus est. Nunc autē te etiam innumeris impleuit bonis, & hoc factū est in nomine domini nostri Iesu Christi: nō in hoc & illo, sed in spiritu dei nostri. Hæc igitur cū intelligamus dilectissimi, accepti beneficij magnitudinis memores, in vita pudica permaneamus, & omnibus quæ enumerauimus sceleribus purgati, externi fori iudicia fugiamus. Et beneficium quod] nobis deus largitus est t̄ id] custodiamus. Considera enim quānā pudendum sit cōstitui gētilem, qui tibi iura dicat. Quid, inquit, si iniquē nostri iudicant? Quamobrē dic, quæso,

Matt. 5. d.

† Et hæc quidem fuisit

† neque vlt que ad liberationē, sed plurimum.

† Et nobilitatem quam t̄ eam.

Tomus quartus.

A secundū quas leges iudicat gentilis, & secundum quas Christianus? Nōne constat, quod secundum humanas leges gētilis, secundū diuinas Christianus? Igitur in Christianis maior iustitia est, quōd eis è cœlo leges demissæ sunt. Nā in gētilibus cum his quæ iam dicta sunt, etiā alia sunt suspicanda. Videlicet rhetorū grauitas, corruptio potentū, & alia multa, quib⁹ iustitia corrumpitur, hīc autē nihil huiusmodi. Quid igitur si aduersarius potēs esset? inquit. Et propter hoc maximē à nostris iudicari oportet. Siquidē in gentiliū iudiciis vincet te omnino: quod si nō patitur, sed etiā nostros despicit, & extrinsecus vi trahit: satius est, quod necessario passurus es, spontē subire, & nō litigare, vt mercedē cōsequaris. Si quis, inquit, vult tecū iudicio cōtendere, & tunicā tuam tollere, dimitte ei & pallium, & esto beneuolus aduersario tuo citō quouisq; sit in via tecum. Et quid opus est nostra in mediū afferre? Etenim ipsi exteriorum iudiciorū patroni milles hæc dicunt, melius esse extra iudicium cōtrouersiam soluere. Sed o pecunias, o absurdam pecuniarū cupiditatē, quoniā omnia euertit & perdidit: omnia deliramentū multis, & fabulæ ppter pecunias existimātur. Et quæ seculares sint, qui in iudiciis versantur, nihil mirum: quod autem multi qui hæc renūciāt, eiusmodi sint, hoc est quod omni caret venia. Nam si videre volueris, quantum te abstinere ab hac iudiciorū necessitate, scriptura præcipit, & quib⁹ leges ponātur, ediscere, audi Paulum dicentem: Iusto lex nō ponitur, sed iniquis & idomitis. Quōd si de Mōsaica lege hæc dicit, multō magis de gētilibus. Nā si lædis, cōstat te iniustum esse: sin læderis, & fers æquō animo, cū maximē iusti obeas officiū, nullā habes externarū legum necessitatē. Et quo pacto, inquit, potero iniurias perpeti? Atqui Christus quiddā quod hoc mai⁹ præcepit, quod scilicet non solū qui nos lēdūt, æquo animo feram⁹, sed vberius largiamur inferēti nobis iniuriā, & tolerantiaē prōptitudine malē faciētis desideriu superemus. Non enim dixit: Si quis vult tecū iudicio cōtendere, & tunicā tuam tollere, dimitte tunicam, sed cum illa etiā pallium. Vince eum, inquit, malē ferendo, nō malē faciēdo. Ea neq; manifesta victoria est & clara. Quare superius inquit Paulus: Iam quidē omnino delictū est in vobis, quod iudicia habetis inter vos: & quare nō magis iniuriam accipitis? quandoquidem, qui eam accipit, magis victor euadit, quā qui non tolerat: hoc ego vobis manifestum faciam. Qui nō fert iniurias, etsi in iudiciū quemptiā trahat, quāuis eum superet, tamē tunc maximē vincitur. Quod enim noluit passus est, coegit saltē ipsum aduersarius & dolere & litigare. Quid enim quod vicisti? quid quod pecunias omnes acceperis? primum quod nolebas pertulisti, coactus contendere. Quod si toleras iniuriam, victor euadis: qui enim pecuniis priuat⁹ est, nō est priuatus victoria in hac philosophia. Siquidē ille non potuit te cogere vt faceres quod nolebas. Et quod hoc sit verū: dic quæso, vter vicisti: illē ne qui super firmo reb⁹ omnibus destitutus sedet Iob? an qui omnia abstulit diabolus? Clarum est quod omnibus destitutus, qui verō omnia abstulit, succubuit. Vtrum igitur tāquam victorē admiramur, diabolū percutientē, an percussum Iob? Sanē perspicuū est quod Iob. Atqui non potuit pereuntes diuitias retinere, [nō filios suos seruare. Et quid dico diuitias & filios: corporis sui salutem tueri nō potuit. Attamen hīc est ipse victor qui sua omnia abiicit. Pecunias quidē non potuit retinere,]

Matt. 5. f.

1. Tim. 1. b.

Hic sup. b.

n ij nere,]





tum habent, quod terra, & quid post terrā est, & post illud quid rursus vides? In quot] vertigines mentis tuae oculus prolabitur, nisi quamprimum ad fidē recurras, & incōprehensibilem corū authoris potētā. Quod si vis & ab hominibus coniecturā capere, paulatim tuam poteris mentem extollere. A quibus hominibus inquis. Nōne vides figulos, quo pacto fractum vas & informe fingūt, & qui metallorum terrā fundunt, quomodo terram aurum reddunt, & ferrū, & aēs? Rursus alios qui vitrū faciūt, quomodo arenam in vnū corpus cōtinuum & lucidū transferunt? afferam in mediū & coriarios, & purpure infectores, quomodo aliud pro alio acceptum tincturam reddunt. Adducam & generationē nostram. Nōne parum seminis primū informis infunditur in matricē id suscipiētē? Vnde igitur tanti animalis formatio? Quid de frumēto dicam? Non granum nudū in terram proicitur? Non postquā iactum est, corrūpitur? Vnde spicā, aristā, culmi, & alia omnia? Non parū fici milium] aliquando in terrā cadens, & radicē, & ramos, & fructū tulit? Deinde horū singula accipis, non tamē de his tam curiose inquis. Ad deum dūtaxat rationem efflagitas, quomodo nostrū corpus restituat, & quo pacto hęc veniā merentur? Hęc aduersum gētiles dicimus, & huiusmodi. Aduersus autem eos qui scripturis fidē adhibent, non mihi opus est ratione. Nam si omnia de deo inuestiganda sunt, quid amplius habebit deus, quā homines? Atqui multos homines non exquirimus. Quod si in hominibus id nō facimus, neq; curiosos percōtamur: multo minus dei sapiētiam perferuari nos, & rationes inquirere oportet. Primū quidem quoniā qui hęc dicit, dignus est cui credatur. Præterea quæ hæc res rationum inuestigationē non suscipiūt. Non enim tam pauper deus est vt ea tantū faciat, quæ imbecillitate rationum tuarū cōprehēdi possint. Nam si fabri opus nō deprehēdis, multo minus optimi opificis dei. Nolite igitur resurrectioni diffidere, quoniā valde procul a futura spe eritis. Sed quānā est contradicētium sapiētia, vel poti' stultitia maxima? Et quomodo, cum cōglutinātū sit corpus terræ, & terra factū, & ipsa rursus aliō trāslata resurget? Tibi hoc inexplicabile videtur, sed non vigilanti oculo, illi enim omnia manifesta. Tu non vides in cōfusione diuisionē: ille omnia nouit. Nā quæ in proximi tui corde sunt, tu quidē ignoras: ille autē omnia cognoscit. Si igitur cum ignores quomodo suscitatur deus: diffidis quæ suscitetur, diffides etiā quod animū cognoscat, siquidē neque hæc videntur. Atqui in corpore quidem materia est visibilis, quāuis dissoluatur: illę autē cogitationes inuisibiles. Qui ergo inuisibilia diligēter intuetur, visibilia nō videbit, & diuidet facillē corpus? Sanē perspicuū est. Quare nemo resurrectioni diffidat, diabolica nāq; doctrina est, & hoc annitit diabolus, nō ea tantū gratia, vt resurrectio nō credatur, sed vt virtutis opera amittātur, & pereant. Homo enim nisi se resurrecturū, & operum suorum rationē redditurū existimauerit, nō facillē vacabit virtuti: cuius qui nullam rationē habuerit, rursus resurrectionē non credit. Vtrunq; enim inuicem cōfirmatur, malitia ab incredulitate, & incredulitas à malitia. Animus nāq; qui multorum scelerum sibi cōsciū est, cum futurū iudiciū formidet atq; exhorrescat, nolitq; mutata vita in melius sibi cōsulere, incredulitate quietē animi querit. Nam si tu resurrectionē negaueris, & iudiciū,

dicet ille: Igitur neque ego scelerum meorū pœnas dabo. Sed quid inquit Christ? Erratis, nesciētes scripturas, & virtutē dei. Neque enim tāta fecisset deus, nisi nos esset resuscitaturus, sed dissoluturus & redacturus in nihilum. Neque hoc cœlū extendisset, neq; strauisset terrā, non cætera omnia quæ cōdidit, pro hac breui dūtaxat vita fecisset. Quod si pro præsentanti tanta fecit, quid faciet pro futura? Quæ si non erit, longē nos, quæ propter nos facta sunt, hac in parte despectiores essemus. Siquidē cœlum, terra, mare, flumina quānā nos diuturniora sunt, necnon & bruta quædam. Nam & cornix, & elephantorū genus, & multa alia lōgiori præsentis vitę spacio fungūtur. Nobis autē & breuis & laboriosa vita est: illis verò minimē, sed longa, & ab omni ignominia & cura liberior. Quid igitur, dic quæso, seruos meliores fecit quā dominos? Noli, quæso, noli hoc cōsiderare. Noli hominū tuum inopem facere. Noli ignorare diuitias dei, cum talē habeas dominū. Etenim à principio voluit te deus immortalē facere, sed tu noluisti. Immortalitatis signa illa erāt, cū deo colloquū, scilicet vitæ: doloris, curarū, laborum, cæterorūmq; quæ accidere solēt, liberatio. Neq; enim vestimētis indigebat Adam, neq; tecto, neq; alio huiusmodi artificio, sed angelis similior erat, multaque quæ futura erāt, præuidit, & sapientia multa polluit. Et quod cælum deus fecerat, id ipse cognouit, quia scilicet ratione mulier facta fuerit. Quare inquit: Hoc nūc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Dolor autē posterius exortus est, posterius sudor, posterius pudor, formido, diffidētia. Tunc neq; dolor, neq; anxietas, neq; fletus. Sed non perstitit homo in illa dignitate. Quid igitur faciam, inquis, propter illū pereō? Minimē propter illum. Neq; enim tu sine peccato permāstisti. Quod si nō idem peccatū, aliud tamē cōmissisti, præterea neq; propter supplicium damnū, sed lucrū accepisti. Nam si semper mortalis futurus esses, forsitan nō omni careret ratione quod dictū est. Nunc autē & immortalis es, & si voles, supra Solem ipsum fulgere poteris. Sed nisi mortale corpus accepissem inquis, nō vtiq; peccassem. Quid igitur dic quæso, ille quæ mortale haberet, peccauit? Minimē, non enim si fuisset mortale, deinde pro supplicio mortē pertulisset. Quod autē neq; mortale corpus virtuti impedimento sit, sed continentiorē hominē faciat, & maximē cōferat, vel hinc perspicuum est. Nam si sola immortalitatis expectatio adeo extulit ipsum Adam, & si vere immortalis factus esset: in quā nō euasisset infantiā? Et si in præsentia peccas, potes peccatis te exsoluere, si humilis fueris, si in terrā pcederis, si dissolueris. Etenim ipsæ cogitationes sufficientes sunt quæ nos coërceat. Quod si ī immortalī corpore peccasti, diuturniora fortasse futura erāt peccata. Non igitur mortalitas causa est peccati, noli eā accusare, sed praua volūtas radix est malorum. Quare enim nulla ex parte corpus Abel iniustum reddidit? Quare carētia corporis nullā demonib' attulit vtilitatē? Vis intelligere quia non solum nullum detrimentū, sed emolumentum mortale corpus affert? Audi quāta ex hoc lucraris, modō sobrius fueris. Retrahit & abducit te à malitia, cum eius causa dolores, miserias, & huiusmodi alia perpetiaris. Sed in fornicationē inducit, inquit. Non corpus, sed incōtinētia. Ea enim quæ dixi, omnino corporis sunt. Quamobrem nemo vitam hęc ingressus, morbis, doloribus, anxietatibus liber fuit, non

397

fuit, non autē omnes scortati sunt. Itaque si à corporis natura prouenisset, malicię cōmunes omnibus essent. Talia nāq; naturalia sunt, fornicatio vero minime. Dolor à corpore est, fornicari autē à voluntate. Noli igitur corpus accusare, neque honorē tuū quē tibi deus elargitus est, auferat diabolus. Nā si voluerimus, frānum optimum corpus erit, insultus animæ coërceat, stultitiam tollens, superbiā inhibēs, in maximis nobis officiis inseruiens. Noli mihi insanos in medium afferre. Nam & equos multos videmus præcipites delatos, aurigā cum frāno excutere: nō tamē frānum accusamus. Nō enim id excussum hoc fecit, sed auriga qui illos nō coërceat, omnia perdidit: Iridem hic existimato. Si videris iuuenē patre orbatū, & plurima operatum mala, noli corpus accusare, sed aurigā, hoc est, rationem trahentē. Vt enim habenæ nō sunt causa vt auriga deturbetur, sed ipse in culpa est, qui eas non bene moderatus est: quare ab eo rationē exigunt implicitæ ei, & sæpenumero distrahētes cogentēsq; propriam cōmunicare calamitatē: sic hoc in loco vsu venit. Ego enim, inquit, cohibui os equi. Quātū ne? cum deiectus es,] tūc abs te stultitiæ tuę rationē exigo, & implico & distraho ne amplius idē facias. Nemo igitur accuset habenas, sed se ipsum & coinquinatā mentē. Etenim in nobis auriga ratio est, habenę autem corpus, quę ad aurigā equos adducūt. Eā si recte disponētur, nihil te offendet: sin eas dimiseris, absumpsisti & perdidisti omnia. Coërceamus igitur, & nō accusemus corpus, sed prauam mentē. Etenim diaboli hoc opus est, vt faciat stultos potius, & corpus, & deū, & proximū, quā corruptū animū accusare, ne scilicet inuenta peccati causa à malorū radice liberētur. Sed vos cōsilio eius intellecto, indignationē in eū vertite, & aurigā iugo coërcentes, ad deū mentis oculū intendite. In aliis enim nihil munerarius ipse cōfert, sed expectat finē: hic autē munerarius totū perficit, hic est deus. Habeamus igitur hunc propitiū, & proculdubio futuri seculi coronas cōsequemur: quarū vtiā omnes fiamus participes, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

## Homilia XVIII.

**N**escitis quoniā corpora vestra mēbra Christi sunt? Tolles ergo mēbra Christi, faciā mēbra meretricis? Absit. A fornicatore ad auarū transiens, rursus ab hoc ad illū reuertitur Paulus, nō iā aduersus eū locutus, sed ad alios, qui non fornicātur, quibus consulēs nequando eum imitentur, iterum illum reprehendit. Quippe qui peccauit, quāuis aduersus aliū sermonē dirigas, tamē conscientia eum excitante & verberate cōpungitur. Sufficiens erat supplicij metus, qui eos sub pudicitia contineret: sed cum nolit metu duntaxat id cortigere, & minas & rationes affert. Illic igitur cū peccatum narrauerit, supplicium definerit, dānum ostenderit, quod ex fornicatoris coitu accidit omnibus, id dimisit, & ad auaritiam trāsiit, & casum à cœlorū regno minatus, & huic & reliquis omnibus quos commemorauit, ita rationi suę finem imposuit. Hoc autem in loco etiam horribilius admonitionē prosequitur. Qui enim peccatū duntaxat punit, neque eius turpitudinem nimīū ostendit, nō multū supplicio proficit. Rursus qui id tantū arguit, neq; supplicij minis perterret, nō admodum stupidos tāgit. Quare vtrunq; facit Paulus, & arguit, dicens: Nescitis quod angelos iudicabimus? & terret cū inquit, No-

lite errare. Auari regnum dei non possidebunt. Et in fornicatorē rursus eo vitur sermone. Etenim ter- ruit, cum superius inquit: Vt tolleretur de medio, & fatanę traderetur. Inde futurum commemorans diē, iterum his verbis arguit: Nescitis quoniam corpora vestra mēbra Christi sunt? tanquam generōsos filios iam alloquēs. Cū enim dixisset, corpus domino, manifestius id nūc ostēdit. Quod alibi facit inquis: Vos autē estis corpus Christi, & mēbra ex mēbro. & hoc sæpenumero exemplum ponit, non ad eandē sententiam, sed aliquando vt amorem ostendar, aliquando vt timorem augeat: hoc autem in loco vt perterreret, hoc posuit: Tollens ergo mēbra Christi, faciā mēbra meretricis? Absit. Nihil hoc verbo horribilius. Et nō dixit, tollens ergo mēbra Christi, coniungā meretrici, sed faciā mēbra meretricis? Quod magis tāgit. Inde quomodo fornicator eiusmodi fiat, his verbis cōfirmat: An nescitis quoniam qui adhaeret meretrici, vnū corpus efficitur? Erunt enim, inquit, duo in carne vna. Qui autem adhaeret domino, vnus spiritus est. Erunt, inquit, duo in carne vna. & à scriptura attulit testimonium, quo ostendit, quānā ratione vnū sint. Siquidē consuetudo inter se duos non finit duos esse, sed vnū ambos efficit. Et iterū cōsidera quo pacto per nuda nomina procedit, & per meretricē & Christum auget accusationem. Fugite fornicationem. Nō dicit, abstinete vos à fornicatione, sed fugite: hoc est, summa cum diligentia vos à malitia liberōs facite. Omne peccatum quodcūque fecerit homo, extra corpus est: qui autē fornicatur, in corpus suū peccat. Hoc priore est minus. Veruntamē cum de fornicatoribus sermonem faciat, vndique id extollit, & à maioribus & minoribus crimen auget. Illud quidē superius reuerentioribus dictū est, hoc autē imbecillioribus, etenim hoc Pauli sapiētia est, non tantum de magnis rebus reprehēdere, sed de minoribus, & de turpi,] & indecoro. Quid igitur homicida, inquit, nō maculat manū? Quid auarus? Quid raptor? Vbiq; perspicuū est. Sed cū dicere nō posset, nihil esse peius fornicatore, aliō modo peccatū auxit, cū in fornicatione totū corpus coinquinari demonstraret. Siquidē haud aliter fordescit, quānā quid in lebetē immundū infusum cōtra gione inficitur. Hūc & nos morē psequimur. Ab auaritia enim & rapina nemo balneas petere properat, sed nulla cura domū reuertitur. Cum vero meretrici quis cōmiscuerit, tāquā totus immūds ad se lauandū contendit, atque ita humana mens quandā huius peccati turpiorē habet opinionē. Vtrūq; igitur graue est, & auaritia, & fornicatio. Vtrūque in gehennā intrudit. Sed cū ad persuasionem Paulus omnia molliatur, quibus potuit rationibus, fornicationis auxit crimen. An nescitis, quoniam mēbra vestra templum sunt spiritus sancti qui in vobis est? Non simpliciter, spiritus, dixit: sed spiritus qui in vobis est, quod fuit consolātis & inde prosequitur. Quem habetis à deo. & datoris meminit, attentū simul faciens auditorē, & perterres & commēdationis magnitudine, & cōmendantis liberalitate. Et non estis vestri. Hoc nō modo reprehēditis est, sed cogentis ad virtutem. Quid enim ad tuam operaris voluntatē, inquit? Non es tibi ipsi dominus. Hoc autē dixit, nō quod liberū arbitriū auferret. Nā cum dicat, Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt; non nostram auferit libertatem: & hoc iterum in loco cum dicit, Non estis vestri, non corumpit voluntatem, sed à malitia auertit, & domini

quid rursus vides? In quot] vertigines mentis tuae oculus prolabitur, nisi quamprimum ad fidē recurras, & incōprehensibilem corū authoris potētā.

quid rursus vides? In quot] vertigines mentis tuae oculus prolabitur, nisi quamprimum ad fidē recurras, & incōprehensibilem corū authoris potētā.

quid rursus vides? In quot] vertigines mentis tuae oculus prolabitur, nisi quamprimum ad fidē recurras, & incōprehensibilem corū authoris potētā.

quid rursus vides? In quot] vertigines mentis tuae oculus prolabitur, nisi quamprimum ad fidē recurras, & incōprehensibilem corū authoris potētā.

quid rursus vides? In quot] vertigines mentis tuae oculus prolabitur, nisi quamprimum ad fidē recurras, & incōprehensibilem corū authoris potētā.

quid rursus vides? In quot] vertigines mentis tuae oculus prolabitur, nisi quamprimum ad fidē recurras, & incōprehensibilem corū authoris potētā.

quid rursus vides? In quot] vertigines mentis tuae oculus prolabitur, nisi quamprimum ad fidē recurras, & incōprehensibilem corū authoris potētā.

quid rursus vides? In quot] vertigines mentis tuae oculus prolabitur, nisi quamprimum ad fidē recurras, & incōprehensibilem corū authoris potētā.

mini ostēdit diligentia. Quare addidit, *Empti enim e-*  
*† magno, stis pretio† magno.* Quod si non sum mei ipsius, cur à me  
*deest i ve* facienda exigis? Quomodo autē iterum prosequens  
*rom, cod.* inquis, Glorificate, & portate deū in corpore vestro,  
*hic e in* & in spiritu vestro, quę sunt dei? Quid autem signifi-  
*sequētibz* cat, Non estis vestri? Et quidnam per hoc confirmare  
vult? Ut cauti sint in non peccando, & ne sequatur  
absurdas animi cupiditates. Etenim plura absurda  
volumus, sed cohibere nos oportet. Possumus em̄. Nā  
nisi possemus, superflua esset admonitio nostra. Ani-  
maduerte igitur quo pacto corroboret. Siquidē cū  
dicit, Nō estis vestri: nō addidit, sub necessitate estis:  
sed, empti estis precio. Quāobrē hoc dicit? Atqui ali-  
quēde quis dixerit, hortari oportuit, & ostendere q̄  
dominū habemus. Verū hoc quidem cū Gentilibus  
nobis cōmune est. Sed quod empti sitis precio ma-  
gno, hoc vestrū p̄cipuū est. Meminit enim magni-  
tudinē beneficij, & modū salutis, cū ostēdit nos alie-  
nos emptos esse, & non simpliciter, sed precio ma-  
gno. *Glorificate deū, † hoc est, portate deū in corpore vestro,*  
*& in spiritu.* Hoc autē dicit, ut nō modo corpore for-  
nicationē fugiamus, sed etiā spiritu, hoc est, ne quid  
mali animo cogitemus, ne ve gratiā à nobis abiciamus.  
*Quę sunt dei.* [Quandoquidē dixerat, vestro: pro-  
pterea adiecit, quę sunt dei.] Frequenter in memo-  
riā nobis reducit, ostenditq; omnia domini esse, cor-  
pus, animā, spiritum. Quidam vero, in spiritu, in gra-  
tia exponūt: quę si in nobis erit, deo glorificatur. Cō-  
tinget autē, si puram mētem habuerimus. Dei autem  
ea dixit, non q̄ ea tantum largitus sit, sed quod alie-  
nata denuo possedit, pretiū sanguinē filij ponēs. Vi-  
de quo pacto in Christo omnia perfecit, quo pacto  
nos in cœlum adduxit. Membra Christi estis, inquit:  
Tēplū estis spiritus. Quare nolite facere mēbra me-  
retrici. Non enim corpori vestro cōtumeliā facitis,  
quia non vestrū corpus est, sed Christi. Hęc autē di-  
xit simul & humanitatē ostendēs, quod eius corpus  
nostrū est, & à malorum licentia nos auertens. Nam  
si alienū corpus est, non habetis potestātē, ut alienū  
corp⁹ iniuria afficiatis inquit, & maxime cū sit domi-  
ni: neque spiritus sancti tēplum maculandū est. Nam  
si quispiā priuatam domum ingressus, & illam igno-  
minia afficiens, vltimū dabit supplicium: qui regis tē-  
plū latronū spelūcam fecerit, intelligas velim, quot  
mala perpetierit? His igitur cōsideratis, eū qui in no-  
bis habitat reuereare, quippe qui cōsolator est, & tibi  
coniunctum & inherētē timeas. Christus enim est.  
Nunquid tu te mēbra Christi effecisti? Animaduerte  
cuius erant, & cui⁹ facta sunt, & velis te cōtinere. An-  
tea meretricis membra fuerāt, & Christ⁹ ea proprij  
corporis mēbra reddidit. Non ergo eorum amplius  
habes potestātē: illi seruias, qui te liberauit. Neq; em̄  
si filiā haberes, & tāta esses amentia, ut eā lenoni lo-  
cares, & meretrix efficeretur, inde regis filius eam cō-  
spectā tam turpi liberaret seruitute, & sibi matrimo-  
nio coniungeret, iterū eā in fornicum adducere pos-  
ses, quippe qui semel didisti, semel vēdidisti. Huius-  
cemodi nostra est causa. locauimus carnē nostrā dia-  
bolo lenoni grauissimo. Quod cū Christus animadu-  
uerteret, eā eripuit, & à seua illius tyrannide libera-  
uit. Iā igitur nostra non est, sed eius, qui eam in liber-  
tatē vendicauit. Quā si velles tanquam regia sponsa  
vri, nemo prohibet: sin ad priora eam reuocas, eā pa-  
tietur, quib⁹ digni sunt hi qui ita iniuria afficiūt, per-  
est, qui hu peti.] Quamobrem eam magis ornare oportet, non

ignominia afficere. Nō enim carnis habes potestātē  
in malis cupiditatib⁹, sed in his dūtaxat, quę de⁹ p̄-  
cipit. Intellige igitur quāta eā iniuria deus liberaue-  
rit. Etenim omni meretrice turpior antea nostra erat  
natura. Siquidē latrocinia, cædes, & omnis vetita co-  
gitatio in eā impetum faciēs, animam subiiciebat vi-  
li pretio & abiectō [p̄sentis] voluptatis. Anima em̄  
malis cogitationib⁹ atque operib⁹ coinquinata, hęc  
solā mercedē accepit. Verum quę superiori illo tē-  
pore facta sunt, etsi graua erant, nō tamē adeo tunc  
grauiā: sed si post promissum cœlum, & cœli regna,  
post admirāda mysteria iterū coinquinaberis, quānā  
venia dign⁹ eris? An & auaris, & iis omnib⁹ quos an-  
tea enumerauit, ipsum diabolū misceri, mulieres au-  
tem, quę in luxuria gloriantur, cum eo nō misceri ar-  
bitraris? Et quisnā huic orationi contradicet? Quod  
si quispiā repugnat, exuat impudicarum mulierū a-  
nimas, & videbit malū illum dæmonem illis admi-  
xtū. Difficile em̄ dilectissimi difficile inquā est, for-  
tasse autem impossibile, corpore in hunc modū or-  
nato, simul ornari animā. Sed necesse est alterum ne-  
gligi, si alterum curę habetur. oppugnat enim natura  
ut hęc simul stare possint. Quare, inquit, qui adheret  
meretrici, vnum corpus efficitur. Qui autē adhæret  
domino, vnus spiritus est. Spiritus em̄ huiusmodi ho-  
mo iam efficitur, quanuis corpore vestiatur. Siquidē  
cum nihil corporeū, neque crassum, neque terrenum  
circa eum sit, simpliciter corpus amplectitur: quādo-  
quidē omnis principatus animi & spirit⁹ sit. Ita glo-  
rificatur de⁹. Idcirco in oratione nostra dicere p̄cipi-  
mur, Sāctificetur nomen tuum. Et Christus inquit,  
Luceat lux vestra corā hominib⁹, ut videāt opera ve-  
stra bona, & glorificēt patrem vestrū qui in cœlis est.  
Ita glorificāt eum cœli, nō voce, sed aspectu admira-  
biles, & gloriā suo referentes conditori. Ita glorifice-  
mus eū & nos, vel potius magis quā illi: poterimus  
enim, si volumus. Siquidē non ita cœlum, & dies, &  
nox, quemadmodum sancta anima deum glorificat.  
Nam vt homo in cœli pulchritudinē aspiciens dicit:  
Gloria tibi de⁹, quale opus cōdidisti: ita hominis vir-  
tute cōspecta, & multo magis in hac vita. Ab illis em̄  
creaturis non omnes deum glorificāt, sed multi spō-  
te sua ea quę sunt, nata dicūt: multi ad dēmones refe-  
runt authores mundi opificium, & providentiā: qui  
tantopere peccāt, ut veniā nullam mereantur. At in  
hominis virtute nemo ita impudens esse poterit, sed  
omnino deū glorificabit, cum videat ei seruientē cū  
virtute viuere. Et quis nō admirabi⁹, cū homo quis-  
piā eiusdem naturę particeps, & in medijs hominib⁹  
versatus, adamantis more ab affectuū examine non  
frangatur, cū inter ignes, ferrumq; & bestias adamā-  
te fortior perstet, & oēs pietate exuperet? Cū igno-  
minia affectus benedicit, cū male audiendo id pbat,  
cū calumniis persecutus & læsus pro earum orat au-  
thoribus, cū insidijs circunuetus in hostes confert be-  
nificia, hęc & huiusmodi magis quā cœlū [deū] glo-  
rificat. Ethnici enim cū cœlum intuētur, non eru-  
bescunt, sed cum virū sanctum conspiciunt philoso-  
phiā diligenter p̄ se ferentem, vultum deiiciunt, &  
seipsos accusant. Siquidē cum eiusdem naturę parti-  
ceps longe p̄stantior sit, multo magis quā cœlū,  
terra, etiā inuiti intelligunt quod diuina virtus hęc  
operatur. Quare inquit, & glorificent patrem vestrū  
qui in cœlis est. Vis & aliūde intelligere quo pacto à  
seruorū suorū vita deus glorificatur, quo pacto à mi-  
raculis?

† patieris, quā illos pari equū est, qui hu peti.]

Matt. 6. b  
Ibid. 5. b

Matt. 5. b

raculis? Iniecit aliquādo Nabuchodonosor tres pue-  
ros in fornacē. Inde cū eos igni non cōsumi videret,  
Danie. 3. g erūpens ait: Benedictus deus eorū, Sidrach, Misach,  
& Abdenago, qui misit angelū suū, & eripuit seruos  
suos, qui crediderūt in eū, & verbum regis immuta-  
uerūt. Quid dicitis? contemptus es, & admiraris, qui te  
contēnunt? Certe, inquit, ex contemptu mei admira-  
tionē capio. Itaque non propter signū tunc deus tā-  
tū glorificatus est, sed propter eorū qui in fornacem  
iniecti sunt, propositū. Quod si quispiā natura sua &  
hoc & illud quęreret, nō est alterū altero minus. Nā  
quod auri essent in fornacē ingredi, nō minus admi-  
randū fuit, quā à fornacis incendio liberari. Et quā  
nam ratione nō sit incredibili admiratione dignum,  
cū orbis terrarum rex, tātis armis, exercitibus, duci-  
bus, p̄sidijs, cōsulibus stipatus, terrā & mare sub-  
iecta habens, à captiuis pueris cōtēnatur, & ligati col-  
ligantē & eius vniuersum superent exercitum? Non  
enim regij satellites, & maxime qui auxiliū à fornace  
habebant, sed nudi serui, & pauci votū suum exequi  
potuerūt. Quid enim tribus paucius? Inexpertā mili-  
tiā ligati certarunt. Iam enim mors cōtemptui habe-  
batur, cum Christus esset vēturus: & quēadmodū cū  
sol prope oriturus est, priusquā radij erumpant, clara  
diei lux efficitur: ita cū sol iustitię vēturus esset, mors  
cessit. Quid hoc spectaculo esse posset illustrius? Quid  
hac victoriā p̄stati? Quid nouis victorijs insigni? Hoc  
& in nobis inuenitur, & nūc Babylonicæ fornacis  
rex est, & nūc flammā illa ardentiorē accendit.  
Est tēporibus nostris qui iubeat eiusmodi statuā ve-  
nerari. Adstāt ei & satrapę, & milites, & quę aures de-  
mulceat musica, & multi hanc statuā variam, magnā  
admirantur. Tale enim quiddā est auaricia, ut statua  
illa nō ferrum contēnens, sed ex illicitis rebus cōsti-  
tuta. Auaritia enim omnia in admirationē haberi iu-  
bet, & æs, & ferrū, & his lōge viliora. Sed quemad-  
modū hęc in p̄sentia sunt: ita & qui tres pueros imi-  
tatur, qui dicunt, deos tuos nō colimus, & statuā tuā  
nō adoram⁹, sed paupertatis fornacē, & omnes alias  
toleramus miseras, vt diuinis legib⁹ paream⁹. Et alij  
quidē hoc tēpore multa habēt, quemadmodū tunc  
illi, & hanc se penumera adorāt, & exurūtur. Alij au-  
tē nihil possident, & hanc despiciūt, & in paupertate  
longe magis florēt, quā qui multis affluūt: & quē-  
admodum tunc alij quidē in fornacem iniecti ] cre-  
mati sunt, alij in medio ignis tanquam in aqua erant,  
& tunc tyrannus ille furoris flamma, quę eum vehe-  
mentins exurebat, magis ardebat quā pueri illi. Si-  
quidē ignis aduersus eos non p̄ualuit, nec summos  
aduffit capillos. Considera quantū sit tot spectātib⁹  
oculis à tribus captiuis pueris contēni. ostēdit enim  
eorū se ciuitatem cepisse, non suis virib⁹, sed propter  
peccatum multitudinis. Nā si deuictos superare non  
potuit, & maxime in fornacē intrusos: quonā pacto  
oēs cū tales essent, lege belli superasset? Ex quo per-  
spicuū est multitudinis peccata ei ciuitatem tradidisse.  
Verū enim animaduerte puerorum gloriam [ mi-  
nime vanam ] neque exilierunt è fornace, ] sed serua-  
runt antea Christi admonitionem dicētis: Orate ne  
intretis in tentationem: neque fugerunt cū ducerentur,  
sed in medio generose steterūt, neq; in tempesti-  
ue pugnārūt, neq; tempore postulāte remissiores fa-  
cti sunt: sed ad omnia p̄opti & generosi, & omni ple-  
ni fiducia. Audiamus autē quidnam dicant, vt inde  
Danie. 3. c quoq; eorū in deum amorē intelligamus. Est deus in

cœlis, qui potest eripere nos de camino ignis. Nō enim  
de se curāt. Sed cū exurēdi essent, dei gloriā ani-  
mo agitabāt. Nequando nobis, inquit, combustis di-  
uinam accusēs imbecillitatē. Iam tibi omnem nostrā  
doctrinā certō annunciamus: Est deus in cœlis, non  
quale⁹ eius est in terra simulachrū, anima carēs & vo-  
ce, sed qui sufficiens sit ex media fornace ardētī nos  
eripere. Noli igitur eius damnare imbecillitatem, q̄  
nos in fornacē iniici rursum è media flamma ereptu-  
rus finit. Quod si noluerit, notum sit tibi rex, q̄ deos  
tuos nō colimus, & statuam aureā quam erexisti, nō  
adoramus. Animaduerte eos proprie futurū ignorā-  
tes. Nā si p̄nouissent, non vtiq; digni admiratione  
fuisent, si fecissent quod norant. Quid enim mirum  
si de salute certi, auri essent horrenda subire? ita enim  
deus quidē glorificatus esset, cū è fornace eos potuif-  
set eripere: ipsi autē nulla fuissent in admiratione, vt  
puta qui se periculis nō, exposuerūt. Propterea deus  
vt futurum ignorarent voluit, quō maiorem laudem  
consequerētur: & quemadmodū ipsi cauebāt, ne rex  
diuinę adscriberet imbecillitati si cremaretur: ita de⁹  
vtrunq; effecit, & potestatis suę magnitudinem, &  
promptitudinem puerorū clariorē ostendit. Sed vnde  
ea prouenit dubitatio, vt nō omnino se liberatum  
iri cōsiderēt? Quia omnū se vilissimos arbitrabātur,  
& tanto indignos beneficio. Quod autē hoc non so-  
la coniectura existimem, cum in fornacem iniicerē-  
tur, his verbis deslebāt, Peccauimus, inique egim⁹, &  
nūc nō possum⁹ aperire os. Propterea dicebāt, Quod  
si noluerit. Quod si apert⁹ id nō dixissent, videlicet,  
Potest deus nos eripere: at si nō eripiet, nulla vos ad-  
miratio teneat: nā propter peccata nostra nō eripiet,  
vni essent apud Barbaros diuinā imbecillitatem suo-  
rū peccatorū excusatione obūbrare. Idcirco de po-  
tentia tantū disputantes, causam non adferunt. Præ-  
terea recte norant, nō esse curiose de diuinis iudicijs  
inquirendū. Cum ergo hęc dicerent, in ignem dissi-  
lierunt, neque in regem contumeliā dixerunt, neque  
euerterunt statuā. Fortem enim virum talē esse opo-  
ret, continentē, modestū, & maxime in periculis, ne  
ira & inani gloria ad hęc certamina, sed fortitudine  
& cōtinentia venire videatur. Quippe qui iniuriatur,  
eorū criminum subit suspicionem. Qui autē sustinet  
& læditur, & māfuerit repugnat, nō solum tanquam  
fortis, admirabilis est: sed nō minus eius continentia  
māfuetudoq; p̄dicatur. Quod ipsi eo tēpore fece-  
runt, & fortitudinem, & incredibile ostendentes mā-  
fuetudinē, nihilq; spe mercedis operati sunt, neq; re-  
munerationis, neq; p̄mij. Et si noluerit, inquit, nos  
eripere, deos tuos nō colimus. Habemus enim iā re-  
munerationē, eum digni videamur qui ab impietate  
liberemur, & idcirco exurere corpora nostra eligim⁹.  
Quamobrem cum mercedem iam habeamus, habem⁹  
enim cū digni habiti sum⁹ deū cognoscere, & Chri-  
sti mēbra fieri, ne faciam⁹ ea membra meretricis. Si-  
quidē in re maxime horrenda finire orationē nostrā  
oportet, vt minarū metu auro puriores hac formi-  
dine maneam⁹. Sic em̄ à fornicatione liberati Chri-  
stū videre poterimus: quē vtinā omnes sine dubita-  
tione cōspicemur, cui gloria in secula seculorū, Amē.

Homilia XIX.  
DE quibus autē scripsisti mihi, bonum est homini mu-  
lierē non tangere, propter fornicationē autē vnusquis-  
que suā habeat vxorē, & maqueque suum virum ha-  
beat. Cū tria grauissima vitia Paulus coarguisset, pri-  
mum

† hoc.



mū diffensionis ecclesiæ, alterū fornicatoris, tertiu auari, iā māsuertori vtitur sermōe: & interim admonitionē & consiliū de nuptiis & virginitate affert, & à molestioribus eximit auditorē. In secūda autem epistola contrariū facit. Siquidem à lenioribus incipiēs, definit in molestiora: & hoc in loco de virginitate sermonē absoluens, rursū in formdabiliora erūpit, non omnia deinceps afferens, sed in vtroq; suā varians orationē, vt tempus & subiectarum rerū necessitas exposulat. Quare inquit, *De quibus autem scripsisti mihi.* Etenim nonnulli scripserant, oportet ne ab vxore abstinere, an non? Quos literis suis Paulus admonēs in virginitatis sermonē deuenit: inquit enim, *Bonū est homini mulierem nō tangere.* Si bonum inquit, & quod longe prestat inquiris, melius omnino est cum muliere non conuersari. Sin autem cautionē, & tuā imbecillitati auxilium poscis, vxori adhareas. Cum autē verisimile esset, quod in presentia contigit, virū quidē velle, mulierem autem minime, vel contrariō: animaduerte quo pacto de vtroque disputat. Et nōnulli dicunt, aduersus sacerdotes hanc haberi orationem. Ego autē que sequuntur consideratis, non ita intelligi dicere. *† Non enim in vniuerso solos admonuisset sacerdotes, si hæc scriberet:* ] verum dixisset, *Bonū est magistro mulierē nō tāgere.* nūc vero vniuersaliter locutus est, cum inquit, *Bonū est homini.* Non ergo sacerdoti duntaxat hoc dicitur. & iterū, *Solutus es ab vxore, noli querere vxorē.* Nō inquit, tu sacerdos es, & magister: verū indefinite, & omnino per totā epistolā huiusmodi procedit oratio. Cū vero dicat, *Propter fornicationē autem vnusquisq; suam habeat vxorē, ipsa indulgentiæ causa incontinentiā adducit.* *Vxori vir debitum honorem reddat, similiter autem & vxor viro.* Sed quidnā debitus honor significat? *Vxor sui corporis nō habet potestātē, sed & serua & domina est viri: & si debita recusat seruitutē, deū offendisti.* Quod si dimittere vis, cū vir permittat: ad breue saltē tempus fiat. propterea debitū rem appellauit, vt neminē suis dominum esse ostendat, sed inuicem seruos. Cū igitur ad te tentādū meretrix accesserit, dicas nō esse tuū corpus, sed vxoris. Itidē & vxor dicat aduersus eos qui eius volūt expugnare pudicitia, *Corpus meū nō est meum, sed viri.* Quod si corporis nō habet potestātē neq; vxor neque vir, multo min⁹ pecuniarū. *† Audistis quod nupte viros habeat, & quod viri vxores.* ] Nā si propriū corpus habere nō licet, lōge minus pecunias. Multis igitur in locis magnā tribuit viro prærogatiuā. In veteri quidē testamento inquit: *Et sub viri potestate eris, & ipse tibi dominabitur.* Paulus autē ita diuidit, *Viri diligite vxores, vxor autē virum timeat: hoc autē in loco neque maius neque minus est, sed vna potestas.* Quid tandē? cum de pudicitia sermonem habeat, in aliis quidē superior sit, inquit, vir, hic pudicitia ratio habēda est: *vir sui corporis potestatem nō habet, neque vxor.* Magna hic paritas, *† & cupiditas nulla.* ] *Nolite fraudare inuicē, nisi forte ex consensu ad tēpus.* Quid hoc significat? *Noli, inquit, vxor inuito viro, & vir inuita vxore cōtinentiā seruare.* Quid tādē? *Quoniā magna ex hac cōtinentia mala oriuntur: hinc enim adulteria, fornicationes, domorū euersiones læ penumero acciderūt.* Nā si qui vxores habēt, fornicantur, lōge magis si eos hoc remedio priuaueris: & recte inquit, *Nolite fraudare.* Fraudationē hoc in loco & antea debitū appellauit, vt ostendat seruitij ma-

gnitudinē. Nam si alter altero inuito se continet, id fraudare est: nō inuito autem, minime. Neq; enim si psuasione mea aliquid meū acciperes, dico id fraudari. Sed qui ab inuito & coacto accipit, is fraudat. Hoc nōnullē mulieres faciūt, peccatū poti⁹ quā in iustitiā cōmittentes: & cū viri sui appetitū obnoxia sint, hæc etiā in parte omnia peruertunt. Oportet autē omnibus præferre concordiam. Nā omnibus hoc magis propriū est. Quod si placet, à reb⁹ ipsis hoc inquiramus. Sit vxor & vir, & sine viri voluntate vxor cōtineat. Quid si hæc ob causam ille fornicetur, vel si hoc nō cōmittat, doleat tamē & perturbetur, & vim facere annitāt, & pugnet, & multis modis vxorē distrahāt? Quod lucrū ieiunij, quod cōtinentiæ, charitate sublata? Sanē nullū. Quot offensę, quot perturbationes, quot rixę necessario eueniunt? Cū igitur vir & vxor domi dissentiant, nihilo melius naui tēpestate iactata, domus illa disponitur, cū gubernator aduersus prorā directorē dissentiat. Propterea inquit, *Nolite fraudare inuicē, nisi forte ex consensu ad tēpus, vt vacetis orationi.* Orationem hoc in loco vacationē diligentē appellās. Quod si eos qui consuetudinē inuicem habent, orare prohibet, continuę orationi quod nā tēpus relinquatur? Licet igitur vt qui vxori adhareat, orationi attendat, † vel potius in ea cōtinentiā vtatur diligentiore. ] Propterea nō dixit simpliciter, vt oretis: sed, vt vacetis orationi, ac si rem impediāt, nō autē coquinēt. *Et iterū reuertimini in idipsum, ne tēct vos satanas.* Hanc particulam addidit tanquā causam ne legislatio esse videretur: & vt ostendat non tantū diabolū adulterij authorem, iterum addidit. *Propter incontinentiam vestram. Hoc autem dico secundum indulgentiā, non secundum imperium. Volo autem omnes homines esse sicut meipsum: hoc est, continentes. hoc multis modis facit.* Nam cū res difficiles admonet, seipsum in mediū adducit. Imitatores mei estote. *Sed vnusquisque propriū donum habet ex deo.* Cum eos maiorem in modum accusasset his verbis, propter incontinentiā vestram: rursus eos cōsolatur, cū addit, *Sed vnusquisque propriū donū habet.* Neque dicit non opus esse diligentia nostra ad recte operandum: sed, † vt sic dicā, ] eos cōsolatur. Nā si donum est, & nihil homo ad id confert, qua ratione addis? *Dico autē non nuptis & viduis: bonū est illis si sic permaneant sicut & ego.* Quod si non cōtinent, nubant. Ecce Pauli sapiētia quo pacto pauciorē cōtinentiā ostendit, & nō cogit qui eā nō seclatur, veritus ne delinquat. *Melius est enim nubere quā viri.* Ostendit quāta sit desiderij vis. Hoc autē huiusmodi est. Si valde cogaris, inquit, & libidine incēderis, laboribus te & sudoribus libera, nequādo decidas. *His autē qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed dominus. † Quocunq; ] legem manifeste à Christo institutam recitaturus esset, vxorē scilicet à viro nō discedere sine fornicatione, propterea inquit, nō ego.* Que enim superior dicta sunt, etsi nō aperte, tamē hæc ea sibi videtur, hoc quidē aperte tradidit. Itaq; ea particula, ego & nō ego, hanc habet differētiā. Sed ne res eius humanas esse existimares, idcirco addidit: *Videor enim mihi spiritū dei habere.* Quid ergo significat quod iis qui matrimonio iuncti sunt, præcipit dominus? *Vxorē à viro non discedere. Quod si discesserit, manere in nuptiā, aut viro suo reconciliari.* Nā cū propter cōtinentiā, & alias causas & humilitatem fieri diuortia contingat, melius quidem est inquit, ne fiāt à principio. Quod si fiant, maneat vxor eū viro, quanuis non simul misceatur. *V-*

† nō enim in vniuerso admonuisset sacerdotes, si hæc scriberet: ] verum dixisset, Bonū est magistro mulierē nō tāgere. nūc vero vniuersaliter locutus est, cum inquit, Bonū est homini. Non ergo sacerdoti duntaxat hoc dicitur. & iterū, Solutus es ab vxore, noli querere vxorē. Nō inquit, tu sacerdos es, & magister: verū indefinite, & omnino per totā epistolā huiusmodi procedit oratio.

† audire q̄ cuique viri habebis & quicū que vxores. Gene. 3. e Col. 3. d

Eph. 5. e † & proga tina nulla

† vt per cōtinentiā diligētior sit oratio.

Sup. 4. d. & chili. 3. d

† vt prim dixi.

† Quod quidem.

rū nullum alium virum ducat. *Nā ceteris ego dico, nō do-* *mius, Si quis frater vxorē habet infidelē, † & hic cōsentit habitare cū illa, non dimittat illā. Et si qua mulier habet virum infidelē, & hic cōsentit habitare cū illa, non dimittat virū.* Quemadmodū enim cum de abiiciendis meretricibus disputat, correctione rē facit faciliorem his verbis, *Non vtiq; fornicariis huius mundi: ita hoc in loco multa vtiur in cōsulēdo facilitate, inquires, Si qua vxor virū, aut vir vxorē infidelē habet, nō dimittat eā. Quid dicis, an infidelis manebit cum viro, fornicaria vero minime? Arqui minus vitij est fornicatio, quā incredulitas. Minus quidē fateor. Sed de⁹ suis maiore in modū parcit: hoc & in sacrificio facit dicēs, Relinque ibi munus tuū ante altare, & vade prius recōciliari fratri tuo. hoc idē in eo qui decem milia talenta debebat, ostendit: etenim illū cum tantum sibi deberet, non p̄niuit: cum autē à conseruo exigeret, totū repetit debitum. Deinde ne timeat vxor se immundā fieri, propter immundi viri consuetudinē, addit: *Sanctificatus est enim vir infidelis per vxorē fidelē* [ & sanctificata est vxor infidelis per maritū. ] At si is qui meretrici adhareat, vnū cū ea corpus efficitur, cōstat quod qui idololatræ adhareat, vnū efficit corpus. Est quidē vnū corpus, non autem immundum, sed vincit vxoris puritas viri immundiciā, & fidelis viri puritas rursus infidelis vxoris immundiciā superat. Sed quā ratione in infideli immundicia vincitur, † & quare infidelis cōsuetudinē suadet: ] in fornicaria autē muliere non accusatur vir, si eam dimittit? Quoniam illic quidem spes relinquatur, vt pars perdita per nuptias saluetur: hic autē nuptiæ iam dissolutę sunt, & hic ambo corrumpuntur, illic vero alterius duntaxat peccatum est, vt exempli gratia: Est fornicaria omnino coquinata. Si igitur qui ei adhareat, vnū corpus efficitur, & ipse coquinatur, qui fornicarię cōmiscetur: idcirco omnis abscedit mundicia. In idololatra autē non ita vsuuenit, sed ipse tantū immundus est, vxor vero munda. Quod si ei coniungeretur inquantū immundus est, dico autē quantum ad impietātē, deberet ipsa quoque immunda fieri. Nunc autē aliter quidem immūsus est idololatra. In alia vero re ei cōmunicat mulier, in qua nō est immūda. Nuptiæ em̄ sunt & coitus corporū inquantū communicatio, & rursus hunc quidē ab vxore reuocari sperandū est: cōuersatus est enim cum ea. Ille autē nō nimium facilis reuocatu est. Quo enim pacto, cum superiori tēpore inhoneste vixerit, & que alterius facta sit, & nuptiarū iura contēpserat, poterit læsum, & tanquam peregrinū ad se reuocare? Preterea vir quidem post fornicationē nō est vir. Verū licet vxor idololatra sit, viri iustitia nō amittitur. Non autē simpliciter cum infideli, sed cum volēte habitet. Quare inquit, *Et ipse cōsentit habitare cū ea.* Quodnam, queſo, damnū, cum pietatis integritas peritet, & spes bona de infideli habeatur, vt maneāt cōiuncti, neq; superflue litis sumāt occasionē? Non enim hoc in loco de his qui adhuc coniuncti nō sunt, sed de cōiunctis agitur. Siquidem nō dicit, si qui vult accipere infidelē: sed, si quis habet infidelē, hoc est, si quis post nuptias pietatis verbum susceperit, & alter in incredulitate permāserit, [ neq; ] mutuā amabit habitationē, non diuidātur. Sanctificatus est enim, inquit, vir infidelis per mulierē fidelē. tāta est pietatis tuæ vehementia. Quid igitur? sanctus est gentilis? minime. Nō em̄ dicit, sanctus est: sed, sanctificatus est per vxorē. Hoc autem dicit, non*

† & hac cōsentit habitare cum illo.

Sup. 5. e

Mat. 5. e Mat. 18. e

† Ideoque cōsuetudo permittitur?

vt illum sanctum ostendat, sed vt maiorem in modū mulieris metū amoueat: & illum in veritatis adducat desiderium. Nō enim corporū immundicia est, quorum est cōmunicatio, sed voluntatis & cogitationis. Deinde etiā probatio. Nam si immūsus sit pater, filius autē non à te sola conceptus est, nūquid erit immundus, vel ex dimidio mūdus? In infidelitate autē non est mūdus. ] Quamobrē addidit: *Alioquin filij vestri immundi essent, nunc autē sancti sunt:* hoc est, nō immundi. Ipse autē sanctos appellauit, verbi exuperantia iterū huiusmodi suspicionis metū amouens. *Sed si infidelis discedit, discedat.* Hoc enim in loco non iam de fornicatione agitur. Quid autē est, si infidelis discedit? Videlicet si tibi imperat vt sacrifices, & impietate cum eo propter matrimoniū cōmunicēs, vel vt discedas: melius est diuortiu facere nuptiarū, quā pietatis. Idcirco addidit: *Non est enim seruituti subiectus frater aut soror in eiusmodi.* Si singulis dieb⁹ pugnat & ppter hoc bellū gerit, meli⁹ inquit discedere. hoc autē his verbis significat, *In pace autē vocauit nos deus.* Ille enim iā causam præbuit, quemadmodum & fornicator. *Vnde enim scis mulier, si virū saluum facies?* hoc iterum ad id respicit, ne eum dimittas. Nam si in rixā nō venerit, permaneas, inquit. Lucraberis etenim. Permanere, admone, cōsule, suade. Nemo magister ita persuadere poterit, quemadmodū vxor: & non imponit ei necessitatē, neq; vt oīno id agat, exigit, ne rursus idoneo fiat: neq; desperare iubet, sed dimittit, vt quā sub futuri incertitudine deliteat. Inquit enim, *Vnde scis mulier, si virū saluum facies? aut vnde scis vir, si mulierē saluam facies? Nisi vniciq; sicut diuisit dominus, vnūquēque sicut vocauit de⁹, ita ambulet.* Et sicut in omnib⁹ ecclesiis doceo. *Circūcisus aliquis vocatus est: nō adducat præputiū. In præputio aliquis vocatus est: nō circūcidatur. Circūcisio enim nihil est, & præputiū nihil est, sed obseruatio mādatorū dei.* *Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Seru⁹ vocatus es: nō sit tibi cura.* Hæc nihil ad fidē cōferūt. Noli igitur cōtēdere, noli perturbari: fides em̄ hæc omnia expellit. Vnusquisq; in qua vocatione vocat⁹ est, in ea permaneat. Qui habes vxorē infidelē, vocatus es; maneat cū ea, neq; fidei grā vxorē eiicias. Cū seruus sis, vocatus es, nō sit tibi cura, maneat in seruitute. In præputio vocat⁹ es, maneat in eo. Circūcisus credidisti, permaneas circūcisus: hoc em̄ est, vniciq; sicut diuisit dñs. hæc nō sunt ad diuinū cultū impedimēta. Tu seruus vocat⁹ es, alius infideli copulat⁹ vxori, alius circūcisus. Papę vbi seruitutē posuit? Quēadmodū nihil confert circūcisio, neq; nocet præputiū, ita neque seruitus, neque libertas. & vt hoc manifestius ostēdat & vehementius, inquit: *Si potes liber fieri: magis vtete.* hoc est, magis seruias. Et quid tandē eū qui liber esse potest, permanere iubet in seruitute? vt ostēdat nō modo nihil nocere seruitutē, sed pdesse. Et nō ignoro, quod quidā illā particulā, magis vtete, de libertate dictam efferunt dicentes, quod si potes liber fieri, liber fias: longe autem hoc verbum cōtrariū est à Pauli memoria, si hoc significatur. Nō enim vt seruum cōsoleatur, & ostēdat nulla iniuria affectū, liberū fieri præcipit. Inquit em̄, *Si quis forte.* ] Quid igitur? Si nō possem, iniuria affectus essem, & dimittens. Non igitur hoc dicit: sed vt dixi, volens ostēdere q̄ nihil amplius sit, si liber fiat, inquit, & si potes liber fieri, magis pmaneat in seruitute. Deīde causam adducit: *Qui enim in domino vocat⁹ est seru⁹, libert⁹ est domini. Similiter & qui liber vocat⁹ est, seru⁹ Christi est.* In illis autem qui

† nō enim immundi essent, nunc autē sancti sunt: hoc est, nō immundi. Ipse autē sanctos appellauit, verbi exuperantia iterū huiusmodi suspicionis metū amouens.

† Non est enim seruituti subiectus frater aut soror in eiusmodi.

† dicitur vti fortassis aliquis.

tem qui secundū Christū sunt, inquit, vtrique pares. Similiter & tu Christi seruus, similiter & dominus tuus. Quomodo igitur seruus libertus est? Quoniam te liberū fecit, nō solū à peccato, verū etiam à eterna seruitute, cū seruus esset. Non enim seruū esse dimittit manentē in seruitute: hoc nanq; mirabile est. Et quānam ratione seruus liber est, si seruus permanet? Quādo ab affectibus & ceteris animi morbis liber est? Quādo pecunias, irā, & alia huiusmodi cōtemnit. *Precio empri estus, nolite fieri serui hominū.* Hoc non tantū ad seruos, sed ad liberos dictum est. Cōtingit enim vt seruus nō sit seruus, & liber sit seruus. Et quonā pacto seruus non est seruus? Cum propter deū omnia facit, cum nō est simulator, neq; quicquā vt oculis seruiat, operatur. Ita fit, vt hominū seruus liber fiat. Vel contrā, quo pacto liber seruus efficitur? Cum inter hoīes malus quidē minister est, vel ppter gulā, vel propter pecuniarū cupiditatē, vel propter principatum. Huiusmodi em̄ homo maxime omniū seruus est, quāuis sit liber. Cōsidera quēso vtrunq;. Seruus erat Ioseph, verū nō hominū seruus. Quare in seruitute omniū liberrimus erat, domine autē sub cuius imperio erat, nō paruit volūtati. Contrā, libera illa maiorē in modum omniū erat serua, cū seruo suo blandiretur, hortareturq; sed libero nō persuasit, quod facere noluit. Num igitur hęc seruitus erat? Sed libertas illa, quā superi dixi. Quid ille ad virtutē assequendā à seruitute impeditus est? Audiāt serui & liberi, vter seruiuit, & qui dignus habitus est, an quā dignū habuit? Quā hortata est, an quā contēpserit supplicē? Etenim termini feruis à deo cōstituti sunt, & quousq; in his sit progrediendū sancitum est, & præterire eos neminē oportet. Nā cum nihil dominus imperat, quod contra diuinū sit præceptū, id exequi opus est, & obedire, præterea minime: hoc enim pacto seruus quāprimū efficeris. hoc ergo significat, *Nolite fieri serui hominū.* Quod si nō hoc, sed deserendos dominos & liberos fieri contēdendū iuberet, qua ratione his verbis admoneret, Vnusquisq; in qua vocatione vocat⁹ est, in ea permaneat? Et alio in loco, Quicūq; sunt sub iugū serui, suos dominos omni honore dignos putēt. & iterū, Ne contemnant, qui fideles habēt dominos, quoniam fratres sunt beneficiū accipientes, & ad Ephesios & Colossenses scribēs eadē præcipit, & sancit. Vnde cōstat, quod hanc nō tollit seruitutē, sed quæ ex malitia in liberis quoq; hominibus est, quæ grauissima est, quāuis liber ei seruiat. Quid em̄ Ioseph fratres cū liberi essent habuerūt? nōne magis serui fuerunt, q̄ serui ipsi cū patri mercatoribusq; & fratri mētīretur? Talis autē minime liber est, sed q̄ in omnib⁹ rebus & vbiq; est ver⁹, & nihil eū potest in seruitutē redigere, nō vīcula, nō seruitus, nō domine amor, nō aliena patria, sed vbiq; locorū in libertatē se vendicauit. hęc nanq; maxima libertas est, cū quis in seruitute clarus euadit. Huiusmodi Christiana religio in seruitute libertatē largit⁹, & quemadmodū corpus quod natura sua nō admittit vulnus, tunc virtutē suam ostēdit, cum accepto in se telo læditur: sic vera hominis libertas tunc apparet, cum sub domini imperio seruus esse nō patitur. Propterea iubet seruū permanere. Quod si seru⁹ nō posset Christianus esse, qualē oportet: nimiam religionis nostræ imbecillitatem gentiles accularēt: quemadmodū si intelligerent, seruitutem nihil religioni nocere, id dictum admirarētur. Nā si mors nihil nos lædit, neq; verbera neq; vīcula, longe

min⁹ seruit⁹. Ignis, ferrū, crudelitates innumere, morbi, paupertates, & quod graui⁹ his est, ferarū multitudo, fideles nō lædūt, sed validiores efficiūt: & quonā pacto lædere, inquit, poterit seruitus? Non ipsa seruitus lædit dilectissime, sed quæ naturalis est seruitus. Seruitus in quā peccati, quā si non seruiueris seruitutē, confide & latere. Nemo te quicquā lædere poterit, cū seruales mores non habueris: quib⁹ si afficeris, nulla tibi est libertatis vtilitas, etiā si millies liber esses. Quid em̄ tibi profuerit, quæ so, cū nemini hominū seruias, te ipsum affectibus subiicere? Siquidē homines sæpenumero parcere didicerūt, illi autē domini nunquā de perditione tua fatiātur. Seruis homini, sed dominus tibi exhibet seruitiū, qui viciū tibi subministrat, qui bonę valetudinis tuę, qui vestimēti, qui calceorū, qui aliorum omniū curam habet. Neq; tu adeo formidas ne tuū offendas dominum, vt ille ne quid tibi ad necessitatem deficiat. Verū dominus iacet, tu stas. Et quidnā hoc? Neq; em̄ illi duntaxat id cōtingit, sed & tibi. Sæpe cū ipse cubas, & dulcē capis quietē, ille nō solū stat, sed innumeris modis in forum patitur, & q̄ tu maiori vigilat molestia. Quidnam tale à domina passus est Ioseph, quale illa à desiderio? Ille em̄ domina imperata executus non est: hæc autē quæcūq; eius domina imperauit (dominā impudicitia appello) omnia executā est, nec pri⁹ desistit, q̄ puduerit. Quis hæc imperat dominus? Quis crudelis tyrānus? Roga tuū seruum, inquit: Supplica captiuo, m̄cipio blandire: & si recusat, iterū insta: q̄ si sapius eū compellaueris, & non assentietur, cū solus fuerit, eū obserua, & vī inferas, & ridicula efficiare. Quid his verbis ignominiosius? quid turpi⁹? Quod si nihil hoc pacto perficies, calūniis eum persequere, & cōiugē falle. Animaduerte quā fœda, quā illiberalia mandata, q̄ læua, quā crudelia, quā insana. Quid simile seruo dominus imperat, qualia tūc libido regis imperauit vxori? Verūtamē nō ausa est negare. Ioseph autē nihil tale perpessus est, sed oīa contrā, quæ ei gloriā afferebāt & honorē. Vis & aliū videre difficilis domine graui parentē imperio, & nihil contradicere ausum? Cōsidera Cain, quot ab inuidia m̄adata acceperit, quippe quæ ei vt fratrē interimeret, deo mentiretur: dolore patrē afficeret, neq; commissi sceleris puderet imperari. Ipse vero nihil recusando omnia effecit. Et quid admiraris si in vno tātarū viriū est hæc domina? vniuersos aliquādo populos perdidit. Iudæos Madianitarum mulieres ligatos ferē captiuos ceperunt, & proprię formę libidine eos oēs cōprehenderunt. Hęc igitur seruitutē his verbis Paulus tollit: Nolite fieri serui hominū. hoc est, nolite eis parēre cū turpia præcipiunt, verū neq; nobis ipsis serui fieri velim⁹. Deinde erigēs mentē, & in altū extollens, *De virginibus autē, inquit, præceptum domini non habeo: consiliū autē do, tanquam misericordiam consecutus à domino, vt sim fidelis.* Via & ordine procedit, & iā virginittatis meminit. Nā cum in sermone continentia eos exercuisset formassetq;, ad maiora ascendit. præceptū nō habeo, inquit, sed bonū fore existimo. Quā obrē? ob eā quā de cōtinentia causam posuit. *Alligatus es vxori, noli querere solutionē, solutus es ab vxore, noli querere vxorem.* Hęc non sunt superioribus contraria, sed maximē consentanea. Etenim superius inquit, Nisi forte ex cōsensu ad tēpus. hoc autē in loco, Alligat⁹ es vxori, noli querere solutionē. Nā quod præter sententiā euēnit, solutio est. Sin vterq; perstet in

tab exter-  
na seruitu-  
te manēte  
i seruitu-  
te.  
qui roga-  
tus est, an  
qua roga-  
uit?  
hoc enim  
pacto ser-  
uus, liber  
efficitur.  
Si vero ul-  
tra p̄gres-  
sus fueris,  
seruus sa-  
lus es, e-  
tiā si liber  
fueris.  
1. Ti. 6. a  
Eph. 6. a  
& Col. 3.  
a.  
tquē ad-  
modum  
corpus na-  
tura vul-  
nerabile  
nunc in-  
uulnerabi-  
le ostēdit-  
tur, cū ac-  
cepto telo  
nihil gra-  
ue patitur

Hic sup

sentētia, nō est solutio. Verū ne lex esse videatur, ad-  
dit: *Si autem acceperis vxorem, non peccasti: & si nupserit vir-  
go, non peccauit.* Deinde præsentia, instantē necessitatē,  
breuitatē tēporis, angustias tacussat. ] Multa em̄ hu-  
iusmodi nuptias cōsequuntur, quę hoc in loco, & cū  
de cōtinentia verba fecit, significauit. Illic em̄ inquit  
q̄ mulier sui corporis potestātē non habet: hic autē,  
alligatus es, & si vxorē acceperis, non peccasti. Neq;  
de ea q̄ sibi elegerit virginitatē, loquit⁹, quippe quæ  
iam peccauit. Nā si viduā, quæ secūdis se nuptiis al-  
ligarunt, iudiciū subeūt, si semel viduitatē elegerint:  
multo magis virgines. *Tribulationem tamen carnis habe-  
bunt huiusmodi.* Verū & voluptatem dixeris. Quā ani-  
maduerte, quę so, quo pacto tēporis auferat breuitate.  
Tempus breue est, inquit, hoc est, discedere iube-  
mur, & iā egrediendū est. ] Tu autē interius curris ]  
Atqui si nihil molestia haberēt nuptię, propter hanc  
tamē vitę conditionē ad futura properare nos oportet.  
Cū vero tribulationem habeant, quid opus est  
sarcinā trahamus, & tantū oneris subeamus, cū post-  
quam acceperimus, iis tanquā non habentes vsuri si-  
mus? Inde cū futurorum aliquid attigisset, rursus ad  
præsentia reuertit. Quædā enim spiritualia sunt, quon-  
iā alia quidē virum, alia autem deū spectant: quędā  
vero præsentis vitę. Illa autē particula, Volo vos sine  
solicitudine esse, dimittit tamen ita dominos. Qui e-  
nim postquā quid eligendum sit ostenderit, etiā cogit,  
suis verbis maxime confidere] videt. Itaq; quādā  
eos indulgētia potius cōpuli] & cohibuit, dicens:  
Porrō hoc ad vtilitatem vestram dico, non vt laqueum vobis  
iniiciam, sed ad id quod honestum est, & quod facultatem præ-  
beat, sine impedimento domino obsecrandi. Audiāt virgines,  
quod nō in hoc definita est virginitas. Quæ enim re-  
rū seculariū curā habet, neq; virgo est, neq; honesta.  
Cum autē dicit, *Diuisa est & mulier, & virgo.* Ostendit  
quāta earū sit differentia, & in quo inuicem differāt.  
Deinde & virginē & non virginem definiens, neque  
nuptias dixit, neq; continentia, sed ocium & negoci-  
um. Nō enim commixtio mala est, sed ad sapientia  
impedimentum. *Si quis autem turpem se videri existimat su-  
per vxore sua.* Hoc loco de nuptiis, vt mihi videtur,  
disputat. ] totū autem de virginitate inquit. Nam &  
secundas permittit nuptias, solum in domino, dicēs.  
Quid autē, in domino, significat? Cū modestia & de-  
core, quo in omni loco opus est, & sequi nos oportet.  
Aliter enim deū videre nō licet. Quod si virgini-  
tatē ] præuaricauerimus, ] nemo nostrā accuset desi-  
diā: etenim totus liber nobis in hunc locū cōtextitur,  
& q̄ possumus diligēter illic omnibus explicātes, su-  
perfluū sermonem etiam huc arbitrati sumus itetum  
eadē congerere. Quare illuc pro his relegamus audi-  
torē, & illud hoc in loco dicemus duntaxat, cōtinen-  
tia esse seruandā. Pacem enim, inquit, prosequimini  
& sanctificationem, sine qua nemo videbit dominū.  
Cuius aspect⁹ vt digni efficiamur, quāuis virginitatē  
seruauerimus, quāuis in primo vixerimus matrimonio,  
quāuis in secūdo, hanc cōstemur, [ vt regnū cœ-  
lorum assequamur ] Gratia dñi nostri Iesu Christi, cui  
gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Cap. viij.

Heb. 12. d

**H**is autem quæ idolis sacrificātur, scimus quoniā om-  
nes scientiam habemus. Scientia autem inflat, charitas  
vero edificat. Ante omnia necessarium est, vt  
quid sibi hic locus velit, enarrem⁹. Ita em̄ facilis hæc  
nobis erit oratio. Nā qui reprehensum aliquē videt,

nisi prius peccati naturam cognouerit, qualia sint de  
quib⁹ sermo habet, ignorabit. Quid igitur est de quo  
tunc Corinthios arguebat? Crimē magnū, & malorū  
multorū causa. Quale id nam est? Cū multi apud eos  
sentirent, nō quæ ingrediuntur coinquinare homi-  
nē, sed quæ exeunt, & idola, ligna, lapides, dæmones  
neq; nocere, neq; prodesse posse, immodicę profe-  
ctiōnis huius cognitionis, quia in aliorū & suūm ver-  
tebatur detrimentū: ] etenim in idolia ingrediebātur,  
& ipsorū mensæ fiebant participes, & magnum inde  
exitium cōparabant. ] Hi] enim adhuc idola formi-  
dātes nescij ea despiciere, illorū cœnis aderant, cum  
præstantiores idē facere viderēt, & hinc maxime læ-  
derentur. Neq; enim nisi idē illi sensissent, ] proposi-  
ta attingebant, sed tanquam in idolorum sacrificiis:  
hęcq; ad idololatriā via præparabatur. Præterea ipsi  
iidem certe perfectiores nō parum lædebantur, cum  
dæmonū mensis fruerentur: hoc igitur crimen erat.  
Beatus autē Paulus hoc reprehensurus nō continuo  
inuehitur, cum stultitiæ potius [ id esset, q̄ malitiæ.  
Quare admonitione potius, ] quā terrore, aut vehē-  
mentiore ira principio vtendū erat. Considera ergo  
eius prudentia, quo pacto mox ab admonitiōe exor-  
ditur. De iis autē quę idolis sacrificātur, scimus quo-  
niam omnes scientia habemus. Imbecilliores omit-  
tit, vt semper assolet, cum doctoribus primū disputa-  
tionē aggreditur. Hoc idē in epistola ad Romanos  
fecit, cū ait: Tu autem quid iudicas fratrem tuū? Hic  
nāque est, qui reprehensionē facile suscipere potest,  
quod hoc in loco facit, & eorū contūdit insolētiā.  
Primum quod ipsi suū esse præcipuum arbitrabātur,  
quod perfectā haberent cognitionem: hoc commu-  
ne ostendens, Scimus, inquit, quoniam omnes scientia  
habem⁹. Etenim dimittes eos, magna de se polliceri,  
primum re damnosam esse ceteris ostendit: neq; e-  
nim tantū vtilitatis tantū detineti attulisset. Am-  
bitiosa nanq; anima cū in aliquo gloriatur, etsi alios  
in eo lædat, maiorē id in modū amplectitur, propter  
inanis gloriæ nimiam cupiditatem. Propterea Pau-  
lus hoc primū secundum eius naturā disquirat, quod  
de exteriori sapiētia antea fecit, eamq; maximē euer-  
tit. Sed illic nō immerito id effecit, totū enim omni-  
no dignū erat reprehensione, & multa facilitas. Qua-  
re non solū superfluū hoc esse ostendit, sed prædica-  
tioni contrarium. Hoc autem in loco id nō licebat.  
] Quod enim fiebat, noscebat, & cognitio erat perfe-  
cta. ] Neque eā accusare tutū erat, & quæ in ea erat su-  
perbia, aliter contundere non licebat. Quid igitur fa-  
cit? Primū ostēdendo hanc communem esse, eorum  
animi elationē sedat. Nam qui aliquid magnum bo-  
nūve habent, cū id soli habēt, magis efferūtur. Sin-  
vero cum aliis id cōmunicare videantur, non itidem  
afficiūtur. Primum itaque id cōmune facit, quod illi  
suum duntaxat arbitrabātur. Deinde cum id cōmu-  
nicasset, nō modo seipsum in cōmunicatione illa in-  
seruit, nā eo pacto magis eos extulisset. Quemadmo-  
dum enim propria cuiusq; virtus insolētes ea prædi-  
tos reddit, sic cōmunitas virtutis, secundus excellē-  
tię locus nō min⁹ eo facit. ] Propterea nō seipsum po-  
nit tantū, sed omnes participes dicit, quippe qui non  
inquit: Et ego scientia habeo, sed scimus quoniam om-  
nes scientia habem⁹. Hac igitur prima clausula, eorū  
contundit superbiā. Secunda autē vehemētius. Quā-  
nam? Cum etiā hoc ostēdit, notū modo imperfectum  
esse, sed valde imperfectum: neque hoc tantū, sed &  
noxium,

perfecta  
huius rei  
cognitione  
immodicę  
vitebatur  
in suū  
aliorū de-  
trimentū.  
Quidam  
ta debent  
sur. Neque  
em̄ eodem  
quo illi  
animo.  
Rom. 14. b  
Res enī  
proposita  
erat cogni-  
tio, & co-  
gratio p̄p̄-  
fecta.  
faciū dī  
nū atque  
alterū hū  
bere excellē-  
tentię, notū  
minis hū  
efficit.



noxiū, nisi ei aliud sit coniunctum. Cum enim dixisset, Quoniam omnes scientiam habemus, addidit: Scientia autem inflat, charitas vero edificat. Itaque cum charitate non munitur, vertitur in stulticiam. Sed neque charitas, inquit, sine scientia aliquid lucri habet: non tamen ita locutus est, sed tanquam consentaneum omit- tens, maiorem in modum hoc illius indigere ostendit. Qui enim diligit, utpote maximum adimplet preceptum, & si quid ei deficiat, tamen quamprimum propter charitatem scientiam consequitur, quemadmodum Cornelius & alij plerique. At qui scientiam habet, charitatem vero minime: non modo nihil consequetur scientiam, sed quam habet amittit, & saepenumero in dementia vertitur. Quare scientiam non est author charitatis, sed contra qui non vacauerit charitati, ab ea tumore & superbia plena auerit. Si quidem superbia separare, charitas autem coniungere, & scientiam augere solita est: quod iis verbis significat, Si quis autem diligit deum, hic cognitus est ab eo. Itaque non hoc prohibeo, inquit, ut perfectam scientiam habeamus, sed cum charitate habendam praecipio: quoniam ipsa sola nullum lucrum affert, sed detrimentum. Vide quo modo de charitate sermonem aggreditur. Quoniam omnia hinc mala oriuntur, non a perfectione scientiae, sed quoniam non vehementer amamus, neque proximis parcimus. Ex quo & seditionis homines fiunt, & superbi, & ceteris affectibus obnoxij, quorum eos superius & reprehendit, & reprehensus est frequenter ad bonorum fontem dirigens. Quidnam, inquit, in scientia vestra superbitis? Nam si charitatem non habueritis, etiam inde detrimentum accipietis. Quid enim superbia peius? Quod si illud constabit, hoc etiam manifestum erit. Quamvis enim aliquid amplius quam proximus tuus videris, si eum amaueris, non superbis, sed ad eam ducis cognitionem. Quare cum dixisset, Scientiam inflat: addidit Charitas edificat. Non dixit, moderatur, sed multo amplius & lucrosius: non enim inflat tantum scientiam, sed scindit. Idcirco hoc illi opposuit. Deinde tertium addidit, quod posset eos euertere. Quale autem hoc est? Quod licet coniuncta sit scientiae charitas, non tamen ea scientia perfecta est. Quare addidit, Si quis autem existimat se scire aliquid, nondum cognouit, quo modo oporteat eum scire. Hoc letale vulnus. Non, inquit, dico, quod communis omnium scientia est. non dico, quod si proximum oderis, si contemseris, maiorem in modum te ipsum offendis. Quamuis enim solus habeas, quamuis moderatus sis, quamuis fratrem diligas, etiam sic quantum ad scientiam tibi visus es. Nondum enim nosti quoniam pacto scire oporteat. Quod si nullius unquam rei scientiam habemus: qua ratione quidam in tanta de- uenerunt insaniam, ut deum se cognoscere certissime dicant? Quandoquidem etsi omnium aliorum certam haberemus cognitionem, neque sic etiam hanc habere unquam possemus. Tanta namque eius & aliarum rerum differentia est, quanta nec dici potest. Et animaduerte quo pacto eorum contudit superbiam. Non dixit de subiecta materia, debitam scientiam non habetis: sed, de rebus omnibus. Neque dixit, vos: sed, quisquam, quamuis Petrus sit, quamuis Paulus, quamuis quis alius: hoc verbo eos & consolatus est, & cohibuit diligenter. Si quis autem diligit deum, hic non dixit, cognouit ipsum, sed cognitus est ab eo. Neque enim nos eum cognoscimus, sed ipse nos cognoscit. Quare Christus inquit: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Et Paulus alibi: Tunc autem cognoscimus, sicut cognitus sum. Considera igitur quot modis animi eorum contudit elationem.

Primum ostendit, non solos scire quae sciunt. Omnes enim, inquit, scientiam habemus. Deinde quod damnosa est sine charitate scientia. Scientiam, inquit, inflat. Tertio loco, quod etiam adiuncta charitate non sit perfecta & consummata. Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognouit quo modo oporteat eum scire. Accedit ad hoc, quod neque hoc ipsum ex se habet, sed diuino munere. Non enim inquit, cognouit deum: sed, cognitus est ab eo. Praeterea quod a charitate hoc ipsum proueniat, quam non habet ut oportet. Si quis, inquit, diligit deum, hic cognitus est ab eo. Tot igitur rationibus eorum comprimens tumorem, his verbis doctrinam suam aggreditur. De esca autem quae idolis immolatur, scimus quod nihil est idolum in mundo, & quod nullus deus nisi vnus. Intuere in quas angustias incidit: utrunque enim confirmare vult, & quod ab huiusmodi mensa abstinentum sit, & quod nullam vim habeat ut noceat participatibus: quae non multum inter se consentiebant. Nam qui id nocere non posse intelligebat, ad id tanquam ad medium quoddam sese conferre debere videbatur. Qui rursus prohibiti erant idolorum escas attingere, suspicabatur, ne tanquam a noxiis rebus prohiberentur. Idcirco idolorum opinionem tollens, primam affert causam quare abstinentum sit, scilicet fratrum, sic inquit: De esca autem quae idolis immolatur, scimus quod nihil est idolum in mundo. Iterum commune hoc facit, & non concedit eorum esse duntaxat, sed quocumque terrarum hanc diffundit cognitionem. Non enim apud nos solum, inquit, sed ubique haec doctrina recepta est. Quenam? Quod nihil est idolum in mundo, & quod nullus deus nisi vnus. Non sunt igitur idola, non sunt simulachra: sunt quidem, sed nihil possunt, neque dii sunt, sed lapides & daemones. Ad utrosque enim hoc in loco extenditur, & ad obtusiores, & eos qui videntur philosophari. Cum enim nihil amplius quam lapides alij intel- ligant, alij autem potestas quasdam in ipsis habitare praedicent, quas deos appellat: ad illos inquit, quod nihil est idolum in mundo: ad hos vero, quod nullus deus nisi vnus. Vide quo pacto non ut simpliciter edoceat, haec scribit, sed ad externorum distinctionem. Etenim hoc ubique seruandum est, siue absolute aliquid dicat, siue aduersus aliquos opponatur. Neque enim casus in doctrinae certitudine hoc confert, & in ipsum eorum quae dicuntur intellectum. Nam etsi sunt qui dicantur dii, siue in caelo, siue in terra (siquidem) sunt dii multi, & domini multi nobis tamen vnus deus pater, ex quo omnia, & nos in illo. Et vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Cum dixisset nullum idolum esse, & nullum deum alterum, essent autem & idola, & qui dii dicerentur, ne videretur res manifestas oppugnare, in hunc modum prosequitur. Nam etsi sunt qui dicantur dii: siquidem sunt dii multi: non tamen simpliciter sunt, neque re ipsa, sed verbo duntaxat dii dicuntur, siue in caelo, siue in terra. In caelo cum dicit, Solem, lunam, & reliqua astra significat. etenim haec gentiles adorabant. In terra daemones, & ij omnes qui ex hominibus dii facti sunt. Sed nobis vnus deus pater. Primum sine vlla relatione inquit: Nullus deus alter, nisi vnus. Nunc hoc adiungit, ut omnino illos expellat. Deinde id addidit, quod est maximum diuinitatis argumentum, ex quo omnia, quod ostendit illos nomine deos esse. Dei namque, inquit, qui caelum & terram non fecerunt, pereant. Deinde quod eo non minus est, ponit, & nos in illo. Cum enim dicit, Ex quo omnia, opificium dicit, & quod ex nihilo aliquid factum est. Illa autem particula, Et nos in illo, fidei & familiaritatis

ritatis rationem memorat. Quod & superius dixit, Ex eo autem & vos estis in Christo Iesu. Duplex enim facti sumus ex eo: facti sumus, etenim hoc creatio est. Quod & in alio loco inquit: Ut duos condat in semetipso in vnum nouum hominem. Et vnus dominus Iesus Christus per quem omnia, & nos per eum: & in Christo iterum similiter hoc intelligendum. Per eum enim ex nihilo in esse adductum est humanum genus, & ab errore in veritatem rediit. Itaque ea particula, ex quo hoc, non est sine Christo. Ex eo enim per Christum creati sumus. Non igitur nomina tanquam translata diuisit, filio quidem nomen illud, dominus: patri autem nomen quod est, deus, attribuens. Nouit enim haec & commutat saepenumero scriptura, quemadmodum cum dicit: Dixit dominus domino meo. Et iterum: Propterea vnxit te deus deus tuus. Et iterum: Ex quibus Christus secundum carnem, qui est in omnibus deus. Et multis in locis huiusmodi translata nomina inueniuntur. Quod si pro vniuersiusque natura distributa essent, neque deus esset filius quemadmodum pater & deus, cum esset filius, cum dicit: Sed nobis vnus deus, superfluum hoc verbum, pater, additum est, cum ingenitum velit significare: sufficiebat enim deum dicere. Licet & aliud dicere: Quod si dixeris, id verbum, deus, non conuenire filio propterea quod vnus dictus est, animaduerte et eum quoque hoc nomine appellatum. Etenim filius vnus dominus vocatus est, neque propterea ei duntaxat hoc nomen, dominus, dicimus conuenire. Itaque quam habet vim id verbum, vnus in filio, eandem habet & in patre: & quemadmodum dominus patrem non tollit, quin sit dominus qualis filius est, eo quod vnus dominus dicatur filius: ita neque deus filium tollit, quin sit deus qualis est pater, eo quod, vnus deus, pater appelletur. Quod si quis diceret, quam gratiam nullam spiritus mentionem fecit? Illud sane respondemus, quod ad idolorum cultores verba faciebat, & de pluribus diis & dominis certamen habebatur. Idcirco cum patrem deum diceret, dominum filium appellauit. Si ergo patrem cum filio dominum in hoc loco appellare non est ausus, ne scilicet apud illos duos dominos intelligere putaretur: neque filium deum cum patre, ne duos item deos existimasse suspicaretur: quid admiraris si spiritus non meminit? aduersus illos ei primum certamen erat, ut non esse apud nos deos plures intelligeretur. Quare id verbum, vnus, frequenter vitur. Nullus deus alius, nisi vnus: & nobis vnus deus & vnus dominus. Vnde perspicuum, quod auditorum imbecillitatis gratia iis verbis vsus est, ideo spiritus non meminit. Nam nisi propterea fecisset, neque aliis in locis eius meminisse, neque coniungere patri & filio oportuit. Nam si a patre & filio separatus esset, longe minus in baptisate coniungi debuit, ubi maxime diuinitatis dignitas ostenditur, & munera deo duntaxat digna exhibentur. Ego quidem causam dixi, qua hoc in loco spiritus silentio praeteritur. Tu vero nisi haec sit, dic quae so, quamobrem in baptisate de eo mentio habebatur? Sed nullam habes aliam, quam possis afferre, quam spiritum in eodem cum patre & filio honore esse. Cum igitur nullam habeat huiusmodi necessitatem, vide quomodo ipsum spiritum adiungit, Gratia domini nostri Iesu Christi, & dilectio dei & patris, & communicatio sancti spiritus cum omnibus vobis. Et iterum: Diuisiones vestro gratiarum sunt, idem autem spiritus: & diuisiones ministracionum sunt, idem autem dominus: & diuisiones operationum sunt, idem autem deus.

Sed cum hoc in loco ad gentiles & gentibus imbecilliores verba faciat, idcirco primum hoc adnotat quod & prophetae de filio faciunt, qui propter auditorum imbecillitatem nunquam manifeste filij meminerunt. Sed non in omnibus scientia est, inquit. Quamnam de deone, an de idolorum sacrificiis? Aut enim Gentiles significat hoc in loco, qui plures esse deos, & dominos dicunt, neque intelligunt eum qui deus est: aut qui etiam gentilibus sunt imbecilliores, qui nondum manifeste intelligebant, minime timenda esse idola, neque esse idolum in mundo. His autem verbis paulatim remedium adhibet, & eos erigit. Non enim in omnibus laceffendi sunt, maxime cum iterum eos sit laceffiturus vehementius. Quidam autem cum conscientia usque nunc idoli, tanquam idolothyrum manducant: & conscientia ipsorum, cum sit infirma, polluitur. Adhuc formidant, inquit, idola. Noli mihi praesentem afferre conditionem, quod a progenitoribus tuis cultum acceperis. Sed ad illa tempora tua referas cogitationem, & intelligas, quod cum nuper praedicatio instituta fuerit, adhuc vigente impietate, aris ardentibus, in sacrificiis & oblationibus plurimis gentilibus occupatis, qui a progenitoribus suis impietate didicerunt (eiusmodi namque auos, proauos, atauosque habuerunt) & a daemone mala plurima acceperunt, repete mutati sunt. Quoniam eos animo fore credibile erat, & quo pacto formidare, & tremere daemone insidias? Quos significans dicebat: [Quidam autem cum conscientia usque nunc idoli: neque enim aperte eos prodit, ne ipsos vulneret: neque omnino praetercurrit, sed indefinitè illorum meminit, dicens.] Quidam autem cum conscientia usque nunc idoli, quasi idolothyrum manducant: hoc est, eadem sunt mente qua superiori tempore: & conscientia ipsorum, cum sit infirma, polluitur. Quomodo? Quare non despiceret potest, neque omnino eos deridere, sed adhuc deliberat. Quomodo igitur si quis mortuum tangat, pollutum se secundum Iudaicam consuetudinem arbitratur: deinde alios conspiciat pura conscientia remanere, si non tetigerit eadem persistens sententia, polluitur: eodem modo illi tunc affecti sunt. Quidam autem inquit in ea particula, Cum conscientia idoli, non temere illud verbum, vsque nunc, additum: sed ut ostendatur nihil eos perfecisse, cum non consentiant. Neque enim sic eos inducere oportebat, sed aliter. Quomodo? Ratione & doctrina. Et conscientia ipsorum, cum sit infirma, polluitur. Minime primum circa rei naturam rationem confirmat, sed ubique circa participantis conscientiam vertitur. Formidauit enim ne quando quum vellet imbecillum corrigere, fortior perterreret, & eum quoque imbecillum redderet. Quamobrem non minus huic parcat quam illi. Neque quicquam tale existimari permittit, sed multis verbis confirmat, ne quis id suspicetur. Esca autem nos non commendat deo, neque enim si non manducauerimus, abundabimus. Animaduerte quomodo iterum eorum comprimit superbiam: Quum enim dixisset non solum illos, sed nos omnes scientiam habere, & neminem ita cognoscere ut oportet, praeterea scientiam inflare: iam eos consolatur, quod non in omnibus scientia sit, & propter imbecillitatem polluiuntur. Ne dicerent, Et quid ad nos, si non in omnibus est scientia? Quamobrem non habet scientiam ille? quamobrem infirmus est? Ne ea obicerent, noluit continuo palam ostendere quod propter illius damnum abstinentum esset: sed id duntaxat a longe petens, primum amplius quam hoc ostendit. Quamobrem

† arroganti- am.

† si charitas accesserit, & hac in tu- so erit.

† arrogans

† imperfectus est.

1o. 15. c. Infr. 13. d

supr. d. & duplici- ter. Eph. 2. c. & quod facti sumus? qui non est vnus & quod fide- les facti sumus: et- enim etia hoc crea- tio est. † commu- tare. Ps. 109. 4. Ibid. 4. 4. b. Rom. 9. a

† idē quo- que in s- lio ponit.

2. Co. 11. d. Infr. 12. 4





rum: Venient dies cum volueritis vnam horam dierum videre. Deinde ne rursus diceret, Et quid hoc? Quauis apostolus sis, quauis liber, quauis Christum videris, nullum tamen apostoli opus ostendisti. Et quana ratione debes accipere? idcirco deinde addidit: *Nonne opus meum vos estis in domino?* Hoc magnum est illi enim nullam sine hoc afferunt utilitatem. Nam & Iudas Apostolus fuit, & liber, & Christum vidit: sed quonia apostoli non fecit opera, nihil sane illa ei profuerunt. Ideo & hoc addidit, & ipsos testes aduocat. Et cum magnum quiddam esset locutus, animaduerte quonam pacto id corrigit, cum inquit, in domino: hoc est, diuinum est, non meum. *Si alius non sum apostolus, vobis tamen sum.* Intuere nihil in verbis superfluum: sed orbem terrarum dicere potuit, & Gentes barbaras, & terram, & mare: sed per consensum, & ex abundantia vincit. Quid enim superfluis opus est, inquit, cum haec ad praesentem materiam sufficiant? Non igitur bona opera quae alij fecerunt, me fecisse profiteor, sed ea quorum vos estis testes. Itaque si non aliunde, a vobis maxime me accipere oportebat. Veruntamen a quibus maxime oportuit accipere (magister enim vester eram) ab his nihil accepi. *Si alius non sum apostolus, vobis tamen sum.*

Iterum ex consensu rationem affert, etenim orbis terrarum apostolus erat. Non tamen hoc dico, inquit, neque pugno, neque contendo, sed vestrum affero testimonium. *Nam signaculum mei apostolatus vos estis.* Haec est probatio, & si vult, inquit, quispiam vnde me apostolum esse constet intelligere, vos ego testes adhibeo. Omnia namque quae apostoli erant opera, in vobis ostendi, & nihil praetermissi. quod etiam in secunda meminit epistola: Tametsi nihil sum, signa tamen apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, & signis, & prodigiis, & virtutibus. Quid enim est, quod minus habuistis praeter omnibus ecclesiis? Propterea inquit: *Nam signaculum mei apostolatus vos estis.* etenim signa ostendi, & oratione docui, & pericula perpeffus sum, & vitam exhibui irreprehensibilem, & hoc ex his duabus epistolis videre licet, quonam modo horum singula summa cum diligentia comprobant. *Mea excusatio apud eos qui me interrogant, haec est.* [Quid est mea excusatio apud eos qui me interrogant, haec est?] vt quarentes intelligant vnde sim apostolus, vel accusantes quare pecunias accipiam, vel interrogantes causam quamobrem non accipiam: vel contra eos qui me non esse apostolum contendunt, nostra gloria] & haec quae diciturus sum, probatio & defensio est. Qualia autem haec sunt? [Nunquid non habemus potestatem comedendi & bibendi?] Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi? Et quonam pacto haec excusatio est? Quoniam quando etiam a concessis abstinere videor, non vtiq; iustum est, vt tanquam de iniusto & fraudulento suspicio de me habeatur, quod quicquam pecuniarum gratia facia. Et quae superius dicta sunt, etiam ad vestra dicta sunt doctrinam: & haec quae dixi, sufficientia sunt vobis] ad defensionem, & respondendum omnibus qui me interrogant. Hinc ego contendo, & illa & haec adducens, Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi? Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi? Veruntamen cum habeamus, iis abstinemus. Quid igitur? non comedebat, neque bibebat? Immo quidem multis in locis neutrum faciebat, & audi quonam pacto: In fame, inquit, & siti, in frigore & nuditate, hoc tamen in loco non ita dicit. Sed quidnam? Non comedimus, non bi-

bimus ab iis qui a nobis erudiuntur accipientes: atqui habentes accipiendi potestatem. *Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi, sicut & ceteri apostoli, & fratres domini, & Cephas?* Intuere sapientiam Pauli, principem posteriori in loco addidit: qui enim vehementissimus erat locus tunc ponitur. Neque enim tam mirum erat ostendere id fecisse alios, quam principem ipsum, & cui caelorum claves erant creditae. Veruntamen non eum dentaxat posuit, sed omnes, tantum non dicens, siue inferiores queres, siue superiores, omnium adfuit exempla. Et fratres domini priori incredulitate liberati ex probatorum numero facti sunt, quauis ad apostolos non peruenissent. Quamobrem medios eos posuit, vtrinque; maximos adducens. *Aut solus ego & Barnabas non habemus potestatem haec operandi?* Animaduerte humilitatem, & inuidia se purgatem animam, quo pacto quem norat diligentiae suae participem, non ceclauit. Nam si alia communia sunt, qua ratione hoc non est commune? Apostoli & illi & nos, & liberi & Christum vidimus, & opera apostolorum ostendimus: igitur & nos potestatem habemus ociose viuendi, & vt ab iis quos erudimus, victum habeamus. *Quis vnquam suis stipendiis militat?* Cum quod vehementius erat, ex apostolis reuelasset, quod scilicet licet hoc facere: ad exempla iam venit, & communem consuetudinem, quod ei moris est facere, inquit enim: *Quis militat suis stipendiis?* Tu autem animaduerte quam accommodata haec exempla ad propositam adduxit materiam, & quomodo primum meminit periculosa militiae & armorum, & bellorum: huiusmodi enim apostolatus, vel potius his longe maius. Non enim aduersus homines solum bellum his erat, verum etiam aduersus demones, & illorum principem, exercitus. Quod igitur inquit, hoc est, quod ea quae neque externi principes crudeliter & iniusti exigunt, hoc est militare, periclitari, de suis milites se alere facultatibus, quomodo vnquam Christus hoc exigeret? & neque vno contentus est exemplo. *Qui enim vilior est & crassior, is hoc] maxime acquiescere consuevit: hoc est, communem consuetudinem intueri, quae in diuinis legibus contingit:] quare ad aliud venit, inquit: *Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit?* Per illud enim pericula, hoc autem laborem & miseriam multam & curam ostendit: & tertium item addit exemplum his verbis: *Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat?* Multam diligentiam & magistrum debitam erga subditos ostendit. Quod ex his apparet: etenim milites, & agricolae, & pastores erant apostoli, non bellorum, neque terrae, neque brutorum animalium, & tantum sensibilem, sed ratione fruuentium animarum, & eius exercitus qui aduersus demones armatur. Obseruandum autem & illud est, quod vbique modestiam seruauit, necessarium quarens tantum, non superfluum. Non enim dixit, *Quis militat, & non dicitur sed, quis militat suis stipendiis vnquam?* Neque dixit, *Quis plantat vineam, & non colligit aurum, aut totum fructum vindemiat?* sed, de fructu eius non edit. Neque dixit, *Quis pascit gregem, & non vendit agnos.* Sed quomodo? Et de lacte gregis non manducat. Recte quidem non de agnis, sed de lacte locutus est, vt ostenderet paruo lucro magistrum contentum esse oportere, & solo victu necessario. Haec in illos dicta sunt, qui omnia volunt consumere, & totum fructum accipere. Ita dominus sanxit iis verbis: *Dignus est operarius mercede sua.* Neque hoc exemplo duntaxat confirmari debet, sed ostendit qualem sacerdotem esse oporteat.*

*in hoc, quando communem consuetudinem videt cum diuinis legibus conuenire.*

illa.

† Non igitur dico quae apud alios praclare sunt a me gesta.

2. Cor. 12. d.

† vestri fructio.

† et quae.

† nobis.

2. Cor. 11. f.

Etenim militis fortitudinem exhiberet oportet, & agricolae diligentiam, & pastoris curam, & cum iis omnibus nihil supra necessitatem querere. Cum igitur & apostolorum exemplo, quod non est prohibitum magistrum accipere, & a vita ostenderit, ad tertium capitulum venit, ita inquit: *Num secundum hominem haec dico, an & lex haec non dicit?* Nam cum primum ex scripturarum testimonio nihil attulerit, sed comunem proposuerit consuetudinem: Nolite, inquit, arbitrari iis solis meas corroborari rationes, neque ex hominum sententia haec sancire. Possum enim ostendere, quod & deo haec videntur, & veterem perlego legem, quae ita praecipit. Quamobrem per interrogationem sermonem suum prosequitur, quod in rebus quae certissimis fieri solet, ita inquit: *Nunquid secundum hominem haec dico? hoc est, nunquid ego humanis duntaxat exemplis rem meam confirmo, an & lex haec non dicit? Scriptum est enim in lege*

*Deut. 25. Moysi: Non alligabis os boui trituranti.* Et quam gratia hoc meminit, cum exemplum habeat sacerdotum? Ex multa hac abundantia confirmare accinitur. Deinde ne quis diceret, Et quid ad nos, quod de bobus locutus es? exprimit hoc diligenter his verbis, *Nunquid de bobus cura est deo?* Sunt ne, quae, boues deo curae? Curae quidem sunt. Verum non ita vt de iis legem instituat. Itaque nisi magnum quiddam significasset, per bruta Iudaeos exercens ad benignitatem complectendam, & ab iis etiam de praceptoribus eos alloquens, non vtiq; tantam adhibuisset diligentiam, vt legem scriberet de non obligando os boui. Praeterea & aliud quiddam ostendit, multum scilicet praceptorum laborem esse debere. Et item aliud, quod quocumque ad brutorum curam in veteri testamento leguntur, et principio] ad hominum doctrinam dicta sunt, quae admodum & alia omnia, sicut quae de vestibus variis, & vineis, & seminibus, & terram propriam facientibus, necnon quae de lepra dicuntur, & alia omnia. Cum enim adhuc rudiores essent, hoc dicendi modo vtebatur, paulatim eos erigens. Et animaduerte, quo pacto hoc iam non confirmat, vt pote quod manifestum & per se perspicuum est. Nam cum dixisset, *Nunquid de bobus cura est deo?* addidit, *An propter vos et vtiq; haec dicit?* Neque hanc particulam, vtiq; omnino. que, temere posuit, sed ne aliqua ratione contradicere auditori permittat. Et perstat in translatione, dicens: *Nam propter nos scripta sunt, quoniam debet in spe qui arat arare, & qui triturat in spe fructus percipiendi.* Hoc est, magister debet laborum suorum mercedem accipere. Et consideranda Pauli sapientiam, a semine enim ad aream rem transtulit. Iterum & hic multos magistrorum labores ostendit. Nam & ipsi arant, & aream terunt. Et in arando quonia nullus fructus, sed labor duntaxat accipitur, spem ponit. In triturando autem iam de fructu congratulatur, inquit, & qui triturat in spe fructus percipiendi. Deinde ne quis diceret, Ipsa igitur tantorum sudorum remuneratio est, addidit in spe, hoc est futura. Nihil ergo aliud os non alligatum huius animalis clamat, quam quod magistros laborantes remunerationem habere oportet. *Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus?* Ecce quartam quam affert rationem, quod praebere oporteat. Cum enim dixisset, *Quis militat suis stipendiis, & quis plantat vineam, & quis pascit gregem, etiam addit bouem triturantem: & aliam ostendit causam maxime rationabilem, qua mereretur accipere, quod multo maiora praebent, non tantum laborarent. Quid ergo est? Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos car-*

Deut. 25.

† praecipue. 2. Cor. 11. d. 2. Cor. 11. d.

† omnino.

Matt. 10. Luc. 10. b.

naliam vestra metamus? Vides iustissimam causam, & superioribus probabilior. Illic enim dixit carnale semen, carnalis & fructus. Hic autem semen spirituale, & remuneratio carnalis. Vt enim non nimium se iactarent, eo quod magistris victum exhiberent, ostendit eos maiora accipere quam dare. Agricola enim quae seminant, ea accipiunt: nos autem cum in vestris animis spiritualia seminemus, metimus carnalia: huiusmodi namque est ab iis datus cibus. Deinde vehementius arguit: *Si alij potestatis vestrae participes sunt, quare non potius nos?* Ecce alteram rationem, & ipsam item ab exemplis non tam sublimibus. Nam neque Petri hoc in loco meminit, neque apostolorum, sed aliorum quorundam, qui alieni erant, aduersus quos posterius accingitur, de quibus dicit: *Si quis vos deuorat, si quis accipit, si quis extollitur] si quis in facie vos percutit: & aduersus illorum bellum iam praeludit. Quamobrem non dixit, Si alij a vobis accipiunt, sed eorum stultitiam, violentiam, & prociacopia] significans inquit. Si alij potestatis vestrae participes sunt, hoc est possidet vos, sub potestate habet, tanquam seruis abutuntur: non accipientes tantum, sed multa cum diligentia & autoritate. Idcirco addidit, *Non potius nos.* Quod vtiq; non dixisset, si de apostolis sermo haberetur, sed constat quosdam violatores & ipsos deceptores per hos significari. Itaque cum lege Moysi, vos ipsi quoque legem tulistis, quidnam sit exhibendum. Cum autem dicit, *Non potius nos, non confirmat, quare nam potius: sed eorum conscientiam reliquit reprehensionem, simul vt eos perterreret, & maiorem in modum reprehenderet. Sed non vti sumus hac potestate.* Hoc est, non accepimus. Vides quot rationibus confirmat? Primum quod non praeter debitum est, si accipiunt: tamen se non accepisse, ne tanquam a prohibito videretur abstinere. Non enim quia non licet, inquit, non accipio. Siquid licet, quod multis modis ostendimus, ab apostolis scilicet, a vite negociis, a milite, agricola, pastore, a lege Moysi, ab ipsa rei natura. Quod seminauimus vobis spiritualia, ex quibus vos erga alios fructum fecistis. Sed quemadmodum ne videretur apostolos, qui haec accipiebant, reprehendere, haec posuit. Sed eos coarguit, & ostendit non re prohibita abstinere. Ita rursus, ne multum confirmatione, exemplis, rationibus, quibus sibi accipiendum esse ostendit, accipiendi occasionem querere, & idcirco huiusmodi dicere videatur: iam hoc corrigit, & manifestius hoc in sequentibus facit, quum inquit: *Non scripsi autem haec, vt ita fiant in me. Hoc autem in loco inquit: Non vti sumus hac potestate: & quod maius est, quod neque illud quispiam diceret, in abundantia non vti sumus: sed cogente necessitate non cedimus necessitati, quod in secunda dixit epistola. Alias ecclesias compilauit, accipiens stipendium ad ministerium vestrum, et praesens, & a vobis absens. In nullo torpui.] Et in hac iterum: Et esurimus, & sitimus, & nudifumus, & alapis caedimur. Et hoc item in loco idem iis verbis significat, *Sed omnia sustinemus.* Quibus verbis & famem significat, & multas angustias, & alia omnia. Sed non ita coacti sumus, inquit, soluere legem, quam nobis ipsis sanximus. Quamobrem? *Ne quod offendiculum demus euangelio Christi.* Quum enim imbecilliori essetis animo Corinthij, ne nos haec accipientes perterreamus, inquit, et vetus curriculum prosequi statuimus potius, quam offendiculum aliquod dare euangelio, hoc est doctrinae vestrae. Quod si nos quod nobis permissum est in maxima necessitate, cumque**

2. Cor. 11. c.

† prociacopia] significans inquit. Si alij potestatis vestrae participes sunt, hoc est possidet vos, sub potestate habet, tanquam seruis abutuntur: non accipientes tantum, sed multa cum diligentia & autoritate.

2. Cor. 11. b.

† et cum esurimus, & nudifumus, & alapis caedimur. Et hoc item in loco idem iis verbis significat, Sed omnia sustinemus. Quibus verbis & famem significat, & multas angustias, & alia omnia. Sed non ita coacti sumus, inquit, soluere legem, quam nobis ipsis sanximus. Quamobrem? Ne quod offendiculum demus euangelio Christi. Quum enim imbecilliori essetis animo Corinthij, ne nos haec accipientes perterreamus, inquit, et vetus curriculum prosequi statuimus potius, quam offendiculum aliquod dare euangelio, hoc est doctrinae vestrae. Quod si nos quod nobis permissum est in maxima necessitate, cumque

† supra id quod mandatum esset, facere maius.

o iij aposto-

apostolorum exemplum habeamus: non fecimus, ne offendiculum daremus. Et non dixit, euerfionem: sed, offendiculum: neque simpliciter, sed aliquod offendiculum, ne paruam, ut sic dicam, moram & dilationem faceremus cursu orationis. Si inquam, nos tanto usi sumus studio, inquit, quanto maiori vobis longe apostolis inferioribus: & qui neque legem, quae vobis permittat habetis, sed contra, quae prohibita sunt prosequimini, ad maximum euangelij detrimentum: non in dando duntaxat offendiculo, sed neque vrgentem videndo necessitate: abstinendum est. Hanc enim totam orationem propter illos mouit, qui per cibum ex idolorum sacrificiis factum imbecillioribus fratribus scandalum parant. Hec & nos audiamus dilectissimi, ne eos qui scandalizantur contemptui habeamus, neve aliquod faciamus offendiculum euangelio Christi: ne nostram tradamus salutem. Noli mihi dicere, quum scandalizatur frater, non esse prohibitu id in quo scandalizatur, quotiescunq; permittitur. Ego sane tibi maiora dicam, quae quauis ipse Christus permittet, videres autem aliquem eo offendit, te ipsum cohibe, & nolito illa uti permissione. Hoc & Paulus facit: quum sibi ex Christi permissione liceret accipere, non tamen accepit. Nam quum sit benignus dominus, multa preceptis suis instituit mansuetudinem, ut non solum ex precepto, sed ex propria multa faciamus sententia. Etenim nisi ita voluisset, arctius instituire precepta poterat, & dicere: Qui non semper ieiunat, puniatur: qui non seruat virginitatem, supplicio afficiatur: qui non omnibus suis rebus se exuit, poenam luat grauissimam. Verum non ita sanxit, tibi si volens, si volueris, indulgere.] Propterea quum de virginitate differeret, dixit: Qui potest separari, separetur. Et diuiti quaedam precepit, quaedam suae permisit licentiae. Non enim dixit, Vende res tuas: sed, Si vis perfectus esse, vende. Nos vero non solum non contendimus, neque precepta superamus, sed preceptorum fines longe relinquimus. Et Paulus quidem esuriuit, ne offendiculum euangelio daret. Nos autem neque ea quae nobis prohibita sunt, attingere audeamus, quum innumeras animas perire videamus. Edat, inquit, tinea, & non pauper. Deuoret vermis, & non induatur nudus. Omnia temporis diuturnitate consumantur, & non nutriatur Christus, & maxime quum esurit. Et quis hoc, inquit, mandauit? Etenim hoc est grauissimum, quod non verbis, sed rebus haec dicuntur. Etenim minus esset graue in verbis dictum, quam factum in operibus. An non haec singulis diebus clamat inhumana, & crudelis, & impia auaritia iis quos in captiuitate trahit? Praepo-natur calumniatoribus, latronibus, insidiatoribus ad delicias vestrae facultates, non esurientibus, neque indigentibus victus. Nunquid vos latrones facitis? Num inuidorum igni suggeritis nutrimentum? Nonne vos facitis fugitiuos? Nonne insidiatores, quum tanquam escam eis diuitias vestras praepo-nitis? Quanam haec dementia? Siquidem dementia est & infania manifesta, arcam quam vestimentorum copia preparare, qui autem ad dei imaginem factus est & similitudinem, eum nudum & tremementem gelu, & vix se erigentem despiciere. Sed causatur, inquit, & simulat tremorem & infirmitatem. His verbis non timuisti, ne fulmen caelitus ardens deferatur: nam ira disrumpor. Ignoscite, quae so, quandoquidem tu ventri deditus es, & increffatus, & in longam noctem pocula producis, & mollibus in lectis tanquam sepultus decubas, non censes te poenam daturum, quum tam iniuste diuinis vtaris muneribus?

† occasione  
praebens si  
volueris,  
largiter o-  
perandi.  
† Qui po-  
test cape-  
re, capiat.  
Matt. 19.  
b.  
Ibidem.  
† recondi-  
ta.

† dicit?

† oportet.

Lucas. f.

A Non enim ut inebriemur, vini nobis datus est usus: neque ut ventri indulgeamus, ciborum: neque ut distendamus, fruges proueniunt. Tu a medico misero, penes mortuo, rationem efflagitas: & metuendum illud & horrendum Christi iudicium non formidas? Etenim si simulat, ex necessitate & inopia simulat, propter crudelitatem tuam & inhumanitatem huiusmodi personarum simulationibus egentem, quae nulla commouetur misericordia. Et quisnam absque necessitate pro vno pane tam impudenter faciat? Ita cadatur, tantum patitur supplicium. Itaque simulatio illius, tua est inhumanitatis praeco. Quum enim rogas & supplex, & miserabilibus verbis, & anxius, & lachrymas, & singulis diebus circummeundo mendicans, ne necessarium quidem victum comparat: fortasse haec artem inuenit, quae non tantum illi, quantum tibi affert ignominiam & culpam. Ille namque dignus est cui misereatur, quod in tantam venerit necessitatem. Nos autem innumeris digni suppliciiis, quod mendicos ad huiusmodi adducamus necessitatem. Nam si facile moueremur, nunquam sane ille eiusmodi sustinere eligeret. Et quid nuditatem & tremorem memoro? Dicam enim quod longe horribilius est, quod nonnulli suos carere filios aetatis florem agentes coacti sunt, ut in stupiditatem nostram inuherent. Siquidem cum sensu visus fruente, & nudi circummendicantes, neque aetate, neque calamitate inhumanos atque immisericos mouerent, tantis malis aliam addiderunt calamitatem, & quidem maiorem: & ut famem lenirent, leuius fore arbitrati sunt, hoc communi lumine & solaribus radiis omni humano generi concessis priuari, quod perpetuo cum fame pugnare, & miserima morte perire: & cum tantae paupertati misereri non didiceritis, sed laetari calamitatibus, vestram implent insatiabilem cupiditatem, & sibi ipsis & nobis gehenna vehementiorem flammam accendunt. Et ut intelligatis haec & huiusmodi propter hoc fieri, signum vobis manifestum afferam, cui nemo contradixerit. Sunt alij pauperes superbi & elati animi, qui famem perferre nesciunt, sed omnia potius quam famem tolerant. Hi saepenumero nos offendentes, & facie & verbis ad misericordiam accommodatis, nos aliquid efflagitant: & quum nihil assecuti sunt precibus, illis omissis, & admirandos se nobis praebent. Alij quidem absumptos calceos madunt, alij capiti acutos clauos infigunt, alij per ipsum gelu nudo corpore mendicantes petunt. Alij etiam iis grauiora ferentes, miserabile de se praebet spectaculum. Tu autem huiusmodi conspicatus, iis visis in risum solutus es, & admiratus te in alienis malis extulisti, quum communis natura ignominia affecta sit: & quod amplius iis immanissimus diabolus fecisset? Deinde ut proptius haec faciat, abundantius argentum exhibes. Illi autem qui te obsecrat, deum implorat, mansuetem loquitur, ne respondere quidem dignaris, neque eum respicere, sed etiam grauibus in eum verbis vteris, quum instantius postulat: Huc ergo viuere, aut omnino respirare, aut Solem hunc conspiciari velim? Erga illos autem latus & ambitiosus appares, utpote munerari quidam ridiculae & satanicę illius ignominiae. Quare non sine ratione ad huiusmodi ludorum munerarios & eorum comites, quousque videant alios supplicio affectos, haec dicta sint verba: hos ego viuere, aut respirare, aut omnino Solem hunc videre fas putem? hos, inquam, qui iniuste in communem naturam agunt, qui deum contumeliosis afficiunt? Etenim quum deus dicat, Da eleemosynam, & ego dabo tibi regnum caelorum, non audisti:

† toto die

† praestigia  
torres dem  
ceps apud  
vos supe-  
raris.

† oportet.

Lucas. f.

disti: & quum diabolus caput confixum ostendat, repete ambitiosus] factus es: & magis te immanis diaboli fallacia flexit quum tantum afferat detrimentum, quam dei promissio, quae tot & tanti affluit bonis. Cum etiam si aurum abiiciendum esset, ne eiusmodi fieret, neve facta aspiceretur, omnia & facere & perpeti & anniti deberes: [tu vero ut haec fiant, eaque videas contedis, & omnia facis.] Adhuc igitur interrogas, dic, quae so, quare gehena est? Verum noli amplius interrogare, sed quoniam pacto vna tantum gehenna sit. Quibus enim suppliciiis non digni sunt hi, qui crudeli huic & immani fauet spectaculo, & de his ridet, quibus & illos & nos desere oporteret, imo vos potius, qui haec ignominiam molimini? Sed non ego molior, inquis. Et quoniam pacto id negas, dic, quae so, cum neque humilibus lachrymatis, deum imploratis aures adhibere poteris: in ludis autem largi argentum erogas, & multos tecum admiratores ducis? Sed adsumus inquit, & eorum mouemur misericordia. Et tu hoc praecipis? non est hoc misereri homo, non est inquam, tantum pro paucis obolis supplicium exigere, & praecipere ut qui necessarium victum rogat, contidatur, caput decorietur tam asperum & miserum. Parcius ista, inquit: Non enim nos sumus, qui eorum capita conspimus. Vtinam tu configeres. Non fuisset tam grauis calamitas: nam qui alium interimit, longe leuius peccat quam qui iubet seipsum interficere. Quod & in his contingit: etenim asperius puniuntur, quoniam ipsi iubentur tam prauorum praceptorum auctores fieri, & hoc in Antiochia ubi primum versati] sunt Christiani, in qua homines omnium fuerunt mansuetissimi, in qua multus eleemosynae fructus quodam florebat. Non enim praesentibus duntaxat, sed qui longe aberant longo interuallo mittebant, & maxime quum fames vrgeret. Quidnam igitur faciendum censemus? Ut hanc feritatem exuamus: omnibus autem indigentibus suadeamus, quod si huiusmodi quid fecerint, nullam accipiant mercedem: sed qui humiliter & mansuetem accedunt petuntque, multa fruuntur munificencia. Quia suasionem si acceperint, etsi omnium sint miserimi, nunquam eo modo puniti patietur. Ego hoc polliceor, sed & gratiam vobis habebunt, quod irrisione illa & miseria illos liberaueris. Nunc autem pro aurigis filios vestros exhibetis, & pro saltatoribus proditis animas: pro Christo autem sitiете ne minimam quidem substantiam vestrae parte erogatis. Sed si vel exiguum quiddam argenti exhibuistis, tanquam omnia vestra consumpseritis, commouemini, nescientes quod non dare, sed largi dare, id demum est eleemosyna: Idcirco propheta non dantes simpliciter praedicat, & laudibus extollit, sed abunde elargietes: Non enim simpliciter dixit, dispersit: sed, dispersit, dedit pauperibus. Quamnam, quae so, tibi vtilitas? quum ex diuitiis tuis tantum exhibeas, quantum si quis ex pelago cyathum daret, neque viduam mulieris magnanimitatem desideres. Quomodo autem dices, Miserere mei domine secundum multitudinem misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam: cum tu non secundum magnam misericordiam miserearis? Fortasse autem neque secundum paruam: etenim vehementer etubeo, quum video multos diuites auro opertis equis vectari, & seruos auratis vestibus indutos ducere, argenteos lectos habere, & alia plura vanitatis plena. At quum in pauperes erogare oporteat, pauperibus pauperiores factos videmus. Sed quidnam tam longa oratio commune habet cum ecclesia? inquit.] Et quid hoc

† liberalis.

† appellati

† dedit.  
Psa. 111. b

† sal. 10. a

† sed quis  
nam fre-

A ad te? Non enim si ego eleemosynas dederim, tu propterea salutem consequeris: neque si ecclesia prebeat, tu peccata tua deleuisti. Nam si propterea nihil das, quoniam ecclesia indigentibus dare oporteat: dic quae so, quum precatur & orant sacerdotes, nunquid tu nunquam precaris: & quum ieiunant alij, tu semper inebriatus es? An nescis quod non tam pauperum gratia eleemosynae legem statuit deus, quam eorum qui exhiberent? Sed habes sacerdotem suspectum. Grauissimum quidem hoc peccatum est. Verum nihil diligentius inquiri. Per te omnia facias, & ita duplicem mercedem lucraberis: etenim quae nos de eleemosyna dicimus, non ut vobis quicquam afferas dicimus, sed ut ipse per te ministerium exhibeas. Mihi namque afferens, fortasse inani gloria capieris, fortasse aliqua te scandalizatus discedes, malum aliquod suspicando. Si autem per vos ipsos omnia facitis, & scandalis, & omni inani suspitione liberi, plurimum vobis praemium accesserit: non igitur ut vos huc afferre pecunias cogam, haec verba facio: neque indignor, quod male de se loqui audiant sacerdotes. Nam si indignari oporteret & dolere, vestri causa id faciendum esset, qui maledicitis. Hi enim qui sine causa & immerito maledicta perferunt, maius praemium consequuntur: hi autem qui inferunt, iudicium grauius atque supplicium. Itaque non eorum gratia haec dico, sed quoniam vestri curam habeo. Quid enim mirum si quid de gente nostra suspicatur, ubi de sanctis illis, qui angelos imitati sunt, qui nihil proprium possidere voluerunt: hoc est, de apostolis murmurabatur in viduarum ministerio, quoniam pauperes contemnebantur, quando nemo quicquam proprium sibi esse dicebat, sed omnia esse communia? Nolumus igitur huiusmodi afferre causas. Neque vllam nobis putemus esse excusationem, quod ecclesia multa possideat. Siquidem quum magnas eius videris diuitiarum facultates, ei adscriptorum pauperum greges, agrotantium multitudinem, plurimas erogandi necessitates, considera, scrutate, & inquiras diligentius. Nemo prohibebit, sed parati erunt impensarum rationem vobis afferre, tamen excessum fieri volo: quum enim rationes reddamus ostendamusque, non minorum prouentu sumptum esse, sed aliquando etiam maiorem, libenter vos illud interrogare: Quum hinc migrabimus, & audiemus Christum dicentem: Esurientem me vidistis, & non dedistis mihi cibum: nudum, & non cooperuistis me: Quidnam respondebimus? Quo pacto nos excusabimus? huc & illud in medium feremus, qui hoc non audiunt, & quosdam suspectos sacerdotes? Et quidnam hoc ad te? Ego, inquit, reprehendo, quae ipse peccasti. Excusatio autem horum est, si tua ipsius peccata ablueris, & non alios eodem tecum in crimine esse ostenderis. Siquidem ecclesia propter iniquitatem vestram habere cogitur, quae nunc habet: [ut si] secundum apostolum. Licet leges omnia facerent, prouentu eius esse oporteat vestrum studium, quod & arca certissima vobis esset, & incorruptibilis vobis thesaurus. Verum nunc quum thesaurizetis in terra, & omnia in oculis vestris concludatis: ipsa autem in viduarum necessitatibus, in virginum choris, in hospitum aduentibus, in migrantium miseris, captiuorum calamitatibus, agrotantium & vlceratorum ope, & aliis huiusmodi rebus consumere cogatur: quidnam faciendum est? An ne omnes hi expellendi, & tanti portus exaggerandi, & quisnam factis naufragiis sufficeret? Quis lamentationibus? Quis fletibus? Quis vlulatibus ubique dispersis? Non igitur simpliciter quicquid in buccam venit loquatur: o iij mur: &

Act. 6. a

Mat. 25. d

† parca-  
bere cogitur,  
quae nunc habet: [ut si]  
secundum apo-  
stolum.

† Nam s.



mur: & nunc quidem, quod iam dixi, rationes vobis afferre paratus sum. Quod si secus esset, & corruptos magistros & omnia diripientes & avaros habuissetis, non tamen eorum malicia ad vestra fati esset excusatione. Benignus enim & sapientissimus dei filius vni-genitus, qui omnia antequam facta sint, cognovit, scies multos in seculorum longitudine, & in tanto orbe terrarum ignavos, ne quis propter eorum pusillanimitatem angeretur, omni ablata vilitatis animi excusatione, Super cathedra Moysi, inquit, sederunt scribae & pharisaei. Omnia ergo quaecumque dixerint vobis, seruate & facite, secundum verum opera eorum nolite facere. Ex quo significat quod etiam si prauum magistrum habeas, nullam tibi poterit afferre vilitatem, nisi eius verbis attenderis. Non enim ex magistri tui operibus, sed ab his quae tu audita contempsisti, de te deus feret sententiam. Itaque si quae tibi mandantur, seruares, multa tunc cum fiducia esses. Quum vero quae tibi praedicantur, contemnas: & si innumeros corruptos sacerdotes in tui excusatione proponeres, nihil id tibi profuerit. Nam & Iudas apostolis connumeratus est. Veruntamen nihil hoc sacrilegia & avaritia tui eius vnquam excusauit, neque quicumque accusatus poterit in purgatione suam afferre apostolorum furcibus fuisse, & sacrilegum & proditorem. Sed hoc ipsum maiorem in modum nos puniet, & condemnabit, quod neque aliorum calamitatibus facti sumus sapientiores. Propterea namque illa literis mandata sunt, ut eorum fugiamus cupiditatem. Quamobrem hoc & illo omisso, nobis ipsis attendamus. Vnusquisque enim nostrum de seipso deo reddet rationem, quam ut iustam & probabilem afferamus, nostram formemus vitam, & larga manu indigentium inopia subueniamus, scientes hanc solam nobis parari posse excusationem, si nos recte fecisse ostenderimus. Caetera omnia nihil profectum sunt. Quam si afferre poterimus, intolerabilia illa gehennae supplicia effugiemus, & futura bona consequemur, quibus vtinam omnes digni efficiamur: gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri gloria, honor & imperium, cum sancto & viuificantis spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xxij.

**N**escitis quoniam qui in sacrario operantur, quae de sacrario sunt, edunt: & qui altari deseruiunt, cum altari participatur? Ita & dominus ordinavit his, qui euangelium annunciant, de euangelio viuere. Multa vitur diligentia, ut ostendat, non prohibitu accipere. Quare quum tot verbis superius in hanc sit usus sententiam, ad legem venit, priore magis proprium exemplum afferens. Neque enim par erat, boues in medium adducere, & aperte de sacerdotibus legem in hoc positam relegare. Considera autem in hoc quoque Pauli sapientiam, quam magnifice rei meminit. Non enim dixit, qui in sacrario operantur, ab oblatores accipiunt: sed, quae de sacrario sunt, edunt: ut neque illis qui accipiunt, exprobetur: neque qui praebent, inflentur. Quare quod sequitur ita posuit. Neque enim hoc in loco inquit, qui altari deseruiunt, ab his qui sacrificant, accipiunt: sed, cum altari participantur. Siquidem quae oblata sunt, non amplius sunt offerentium, sed sacrarij & altaris: & non dixit sacraria accipiunt, sed quae de sacrario sunt, edunt: suam iterum ostendens modestiam, & quod neque pecunias accumulare oportet, neque ditescere. Quod autem dicit, cum altari participantur, non aequalem dicit distributionem, sed debitum datum eis remedium. Atqui

Ms. 23. a

† cuius-  
quā excu-  
sabit.

opera apostolorum longe erant maiora. Illic enim honor erat sacerdotum, hic autem pericula, caedes, necesse. Quare omnibus aliis exemplis longe maius fuit dicere, Si nos vobis spiritualia seminauimus. Nam quum dixerit, seminauimus: tēpestates, pericula & inenarrabilia mala, quae in suis praedicationibus perpeffi sunt, ostenduntur. Veruntamen in tantis rebus noluit neque vetera deprimere, neque sua extollere: tunc potius deprimi, non a periculis, sed a muneris magnitudine ea commendans. Non enim dixit, si periclitati sumus, si infidias perpeffi: sed, si nos vobis spiritualia seminauimus, & sacerdotalia opera pro viribus his verbis extollit, quum dicit: Qui in sacrario operantur, & qui altari deseruiunt. Quibus verbis assiduam eorum seruitutem & tolerantiam significare intendit: vel potius Iudaorum sacerdotes, Leuitarum scilicet & principum sacerdotum, vtrumque ordinem denotauit: hoc est, minorem simul atque maiorem. Illum quidem quum dicit, qui in sacrario operantur: hunc autem quum subdidit, qui altari deseruiunt. Non enim omnibus vno erat opus praecipuum. Sed alij quidem crassiora, alij altiora agitabant. Hos igitur omnes comprehendens, ne quis diceret, quid nobis vetera commemoras? nescis quod perfectiorum praecipuum tempus est nobis? post illa omnia omnium vehementissimum posuit, dicens: Sic & dominus ordinavit his, qui euangelium annunciant, de euangelio viuere. Neque hic tanquam homines] educari dicit, sed quemadmodum sacerdotes de sacrario & altari, ita euangelium annunciantes de euangelio: & quemadmodum illi comedunt, ita hi victum accipiunt, non abundans, non thesaurizant. Dignus est enim, inquit, operarius mercede sua. Ego autem nullo horum usus sum. Quid igitur, si non haecenus usus es, inquit, in posterum uti vis, & idcirco haec dicit? Absit, etenim propterea quamprimum correctionem usus est, inquit, Non scripsi autem haec ut ita fiant in me. Et vide quanta cum vehementia negat. Bonum est enim mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis euacuet. Neque semel aut bis, sed sepe numero hoc vitur verbo: etenim superius inquit, Non usi sumus potestate hac: & inde iterum, Ut non abutar potestate mea: & in hoc loco, Ego nullo horum usus sum. Quibus non usus es? Multis scilicet exemplis. Nam quum multi hanc mihi praebent potestatem, miles, agricola, pastor, apostoli, lex, & ea quae in vos fecimus, & vos in alios, sacerdotum, Christi praecipuum, nulli horum credidi: ut me lex solueret, & acciperem. Et noli mihi praeterita afferre. Imo enim quum possem multa de praeteritis dicere, propter hoc pertuli: tamen illis solis rem meam non confirmo, sed & futura polliceor, quod eligo potius fame perire, quam hac priuari gloria. Bonum est enim mihi, inquit, magis mori, quam gloriam meam quis euacuet: non dixit autem, legem meam quis soluat: sed, gloriam: ne quis diceret, quod non laeto animo id faciat, sed tristi & inuito. Vult enim quanta laetitia afficiatur ostendere, & quod promptus sit: & id gloriam appellat, tantum abest, ut conqueratur: quoniam & gloriatur & mori mauult, quam huiusmodi gloriam amittere. Ita enim quam vita dulcius erat, quod perpetiebatur. Inde alia ratione hoc exollit, & magnum esse significat, non ut seipsum clarum ostendat (longe enim ab eius moribus hoc aberat), sed ut suum demonstraret gaudium, cuius vehementia suspicionem auferat. Propterea ut iam dixi, gloriam appellauit: & quidnam inquit? Nam si euangelizauero, non est mihi gloria. Necessitas enim mihi incumbit.

† sed etiam  
sua excu-  
lit.

† idē opus  
erat pra-  
ceptum.

† ab homi-  
nibus.

† negotia  
tur.

† Matt. 10.  
Luc. 10. b

† infra.

† tui legem  
mea dis-  
soluerem.

† Et qui  
dicere pos-  
sum multa  
ea me saepe  
riori cen-  
pore pro-  
pter hoc  
pertulisse.

† & au-

† & autem mihi est, si non euangelizauero. Sin autem volēs hoc ago, mercedem habeo. Si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Quae est ergo merces mea? ut euangelium praedicās, sine sumptu ponam euangelium Christi, ut non abutar potestate mea in euangelio. Quid loqueris, dic quae so, Paule? Si euangelizaueris, non est tibi gloria, sed si gratis comunices? Igitur hoc quam illud maius est? Minimē, [sed aliunde non nihil amplius habet:] quoniam illud quidem praecipuum est, hoc autem meae voluntatis officium. Quae enim supra praecipuum fiunt, multa secundum hoc dictum mercedem consequuntur: quae autem sub praecipuo continentur, non itidem. Itaque hac sententia inquit, hoc illo amplius esse, non ex ipsius rei natura. Quid enim praedicationi comparari potest? Ea enim cum ipsis angelis certare facit. Veruntamen cum alterum quidem praecipuum sit & debitum, alterum voluntatis promptitudo, secundum hanc rationem hoc illo maius est. Quare hoc interpretatur, quod nunc dicebam, Si volens hoc ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Illa autem verba, volens & inuitus, pro coacto & non coacto acipit. Ita & illud, Necessitas mihi incumbit, intelligendum est. Non tanquam inuitus aliquid horum faciat: absit: sed tanquam subditus praecipuis & ad libertatis distinctionem in accipiendo, dictum est. Quare discipulis inquit Christus, Quum omnia feceritis, dicit quia inuitus serui sumus, quae enim debuimus facere fecimus. Quae igitur merces mihi erit? ut euangelizās sine sumptu ponam euangelium. Quid igitur dic, quae so, Petrus non habet mercedem? & quoniam vnquam haberet, quantam ille? Quid autem & reliqui apostoli? Qua igitur ratione inquit, Si autem volēs hoc ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est? Animaduertis in hoc quoque loco sapientiam: non enim inquit, si autem inuitus, non habeo mercedem: sed, dispensatio mihi credita est: ostendens, quod hoc quoque modo habet mercedem, sed quantam qui praecipuum seruat, non quantam ille qui in suis gloriatur operibus, & praecipuum exuperat. Quae ergo est merces nostra? ut euangelium praedicans, sine sumptu, inquit, ponam euangelium, [ut non abutar potestate mea in euangelio.] Vides quomodo omnino nomine potestatis vitur, id ostendens, quod frequenter dixi: quod neque qui accipiunt, accusandi sunt. Addidit autem id verbum, euangelium, cum ut euangelium significaret, tum ut vbi-que hoc prohiberet expellere. Magistrum autem accipere oportet, non autem omnino inertem. Nam quum liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci, ut plures lucrifacerem. Iterum hoc in loco aliam ponit superiectionem. Magnū quidem non accipere est, sed quod dicendum est, longe est illo maius. Quid autem est quod dicit? Non solum non accipi, inquit, neque solum non usus sum potestate hac: sed seruum me feci, & seruitutem variā & multifariam seruiui. Non enim in pecuniis tantum, sed quod longe pecuniis maius est, in rebus multis & variis hoc ipsum ostēdi, & seruū me ipsum feci, quum nulli subditus essem, & nullius haberem necessitatem: hoc autem significat illa particula, quum liber essem ex omnibus: neque vni seruiui, sed vniuerso orbi terrarum. Quare subdidit, Omnium me seruū feci. Nam praecipuum erat tantummodo praedicare & adnunciare, quae sunt cocredita: innumera autem aggredi & considerare, iam mei studij fuit. Itaque abiicere duntaxat argentum debere me arbitrabar: ego autem ut exigerem, omnia faciebam, iterum supra quam mihi praecipuum esset, aggressus. Nam quum voluntatis promptitudine &

Luc. 17. c

A charitate in Christum omnia fecisset, non expleuit cupiditatem ad salutem hominum consequendam. Quare ex multa abundantia transcedit aggeres, in omnibus supra ipsum caelum profiliens, & suam memorans seruitutem. Iam varios eius modos aggreditur. Quales autem hi sunt? Et factus sum Iudaeis tanquam Iudaeus, ut Iudaeos lucrifacerem. Et quoniam pacto id factum est: quod circumcisus est, ut circumcisionem aboleret. Propterea non dixit Iudaeus: sed, tanquam Iudaeus, quod dispensatio erat. Quid dicit? orbis terrarum praedicator, & qui caelum ipsum attigit, qui tanta claruit gratia, hic repete tantum descendit? Certe: hoc nanque ascendere est. Non enim hoc vidisti, quod tantum descendit, sed quod etiam inferius habitantem extollit, & ad seipsum adducit. His qui sub lege sunt, quasi sub lege essem (quum sub lege non essem) ut eos qui sub lege essent, lucrifacerem. Aut haec expositio superioris est, vel aliud quiddam praeter id quod dictum est, significat: & quidem Iudaeos dicit, qui superiori tempore, & ab ipso principio tales fuerunt. Sub lege autem aduenas vel fideles factos, & adhuc trepugnantes legi. Nondum enim erant tanquam Iudaei, sed sub lege. Et quando factus est sub lege? Quando abradebatur, quando sacrificabat. Fiebant autem haec, non quod mutaretur ei sententia: siquidem id non careret malignitate: sed quod permitteret charitas. Ut enim qui verum erant ad ea transferret, factus est ipse non verum, tantum ostentans, cum non esset: neque quod eiusmodi haberet sententiam, ea faciebat. Quoniam enim pacto, qui alios mutare annitebatur? & propterea haec faciebat, ut alios facientes ea humilitate liberaret. His qui sine lege erant, tanquam sine lege essem. Hi neque Iudaei, neque Christiani, neque Graeci, sed sine lege aliqua, qualis erat Corneius, & si qui alij cum illo: etenim ad illos profectus, multa secundum eorum more simulauit. Quidam autem dicunt, ab epigramate in ara disputationem ei factam apud Athenienses significare, quum dicit, His qui sine lege erant, tanquam sine lege essem. Deinde ne quis eum mutare sententiam arbitraretur, addidit: Cum sine lege dei non essem, sed in lege essem Christi: hoc est, non solum sine lege non eram, sed neque temere in lege. Verum longe vetustiore lege praestantior legem habebam: hoc est, spiritus & gratia. Idcirco subdidit, Christi: deinde cum de hac opinione fiduciam praebat, etiam huius ascensionis] praemium iterum affert, inquit: Ut lucrifacerem eos, qui sine lege erant. Et vbiq; ascensionis] suae causam adducit. Neque haecenus consistit, sed etiam, Factus sum, inquit, infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem. Hoc ex his reliquum dicit, cuius gratia haec omnia dicta sunt. Atqui illa multo erant maiora, sed hoc magis proprium. Quare posterius id posuit: fecit autem & hoc apud Romanos, quando de cibis eos accusat: & alibi saepe numero. Deinde ne in singulis ita dicendo versetur, inquit: Omnibus omnia factus sum, ut omnes] omnino facerem saluos. Vides eminentiam: omnibus quidem factus sum omnia: non tamen omnes saluos facere arbitratum sum, inquit, sed ut saluos facerem paucos facerem, & studium & ministerium tantum sustulit, tantum credibile est, ut omnes salui fierent: non tamen sperabam posse me omnes vincere, quod maximum esset, & seruicium nimirum promptitudinis. Nam qui seminat, vbiunque seminavit, non totum semen saluum reddidit, veruntamen suum fecit officium: Et quum eorum qui salui sunt, paucitatem dixerit: rursum, Omnino, addedo eos, qui haec aegre ferebant, consolatus est. Nam si non omne semen saluum fieri possit, omnino

† circumci-  
dit.

† Act. 16.

† signifi-  
cat per  
priora  
quidem.

† trepidantes  
legem,  
Act. 21. c

† Act. 16.

† ibi. 17. c

† descen-  
dit.

† descen-  
dit. i. cur  
se ad alio-  
rum captiu  
demittit.

† Rom. 14. c

† aliquos.

† quantum  
par esset  
sustinere  
cum qui  
omnes sal-  
uos face-  
ret.

† omnino

omne tamē perire impossibile est: ideo inquit, Omnino: ac si necessariū sit, eū qui tantopere rem curet, etiā votū suum cōsequi. *Omnia autem facio propter euāgelium, ut particeps eius efficiar.* Hoc est, ut videar ipse aliquid ex me attulisse, & cōmunicē repositas coronas fidelibus. Nā quēadmodū dixit de euāgelio viuere, hoc est, de fidelibus: ita hoc in loco quū inquit, ut particeps euāgelij efficiar, ut possim cū his particeps fieri, qui in euāgelio credūt, significat. Animaduertis humilitatē, quo pacto in prēmiorū remuneratione vnum ex multitudine innumera se facit, qui omnium superauit labores. Vnde constat quōd etiam in meritis. Veruntamen ipse nō censet potioribus sibi esse fruēdum, sed satis sibi ducit, si cum aliis cōmunicet repositas coronas. Hęc autem dixit, non quod mercede aliqua hęc faciat, sed ut illos etiā inde alliciat, & hac spe omnia facienda fratrum gratia persuadeat. Vides sapiētiam? Vides certitudinis excellentiā? Quomodo pręcepta exuperauit, ut non acciperet, cū sibi liceret accipere. *† Vides ascensionis magnitudinem, quomodo in lege Christi etiā superiorē seruet legē, & his qui sine lege sunt, tanquam sine lege sit, Iudæis tanquā Iudæus, & in vtriusque summus apparuerit, & omnes vicerit. Idē & tu facias, & noli arbitrari minoris fore autoritatis, si cū summus fueris, aliquid abiectū fratris gratia perpetieris: hoc em̄ nō est auctoritatē amittere, sed cōsequi.* *† Siquidē qui cadit, iacebit: ut vix possit surgere. Qui autē † ascendit, etiā magno cūm prēmio ascendet. Quemadmodum & Paulus descendit quidem solus, ascendit autem cum orbe terrarū: non simulauit, neq; enim lucrū quærisset eorū, qui salui facti sunt, si simulasset. Perditiōnē hypocrita quærīt, & ut accipiat simulat, nō vt det quicquā. Paulus autē nō ita, sed tanquā medicus, tanquā magister, tanquā pater. Medicus morbo laboranti, magister discipulo, pater verō filio, ad correctionem nō ad dānum cōsentit, ita & ipse. Nam quōd non simulasset, quæ dicebat, cum neq; eiusmodi facere aut dicere cogeretur, sed animū suū & fiduciā vellet ostendere: audi quid dicat, Neq; vita, neq; mors, neq; angeli, neq; potestates, neq; virtutes, neq; pręsentia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profundū, neque alia creatura poterit nos separare à charitate dei, quę est in Iesu Christo domino nostro. Vidēsne amorē lōgē igne vehementiorē? ita & nos Christum tamabim⁹: et enim facile est, si voluerimus, neq; enim ille naturalis erat. Quare hoc & priora opera sua scripsit his cōtraria, ut disceremus volūtatis opus esse, & volentibus omnia fore facilia. Nolumus igitur desperare, sed licet maledicus sis, licet auarus, licet quocūque alio coinquinatus scelere, intelligas Paulū blasphemum fuisse, persecutorē Christi, iniuriū & inter peccatores primo loco numerandū: & tamen repēte ad ipsum virtutis cacumen ascēdit, & ei nihil prior vita attulit impedimēti. Atqui nemo vnquā tāta infania malitiam amplexus est, quāta ille bellū cōtra ecclesiam: etenim animam suam tunc tradidit, & quōd nō innumeras manus haberet, ut his omnibus Stephanū prosterneret, angebatur: tamē & sic inuenit, ut pluribus eum falforū restium manibus obrueret, quorum vestimenta seruabat, & quando in domos irrumpebat, perinde ac fera proflibat, trahebat, laniabat viros, mulieres, tumultu, perturbationibus, bellis innumeris omnia cōplebat: adeoq; omnibus formidolosus erat, ut apostoli post optimam cōmunicationem*

Hic supra b.

† descensio nis.

† hoc em̄ nō est de cedere, sed descendere. † descēdit.

Rom. 8. g.

† amemus

Act. 7. g.

† conuersionem.

suam,] nondū auderent ei congrēdi. Tamen cū eiusmodi esset, qualis postmodū fuit, euasit. Nihil enim opus est in hoc lōgiori uti sermone. vbi igitur sunt, quæ fati necessitatem libertati arbitrij opponūt? Audiant hęc & cōticescāt. Qui em̄ vult bonus fieri, ei nihil est impedimēto: et si ex pessimorū numero antea fuerit. Atqui etiā id nobis opportunius accidit, quod secundū naturā est nobis virtus, pręter naturam malitia, non aliter quā bona & aduersa valetudo: etenim oculos nobis deus largitus est, nō ut impudice aspiciamus, sed ut opera eius admirati, opificē adorem⁹, & quōd ad hunc nobis vsum oculi dati sint, cōstat ex his quę videmus. Siquidem Solis & cœli pulchritudinē ex infinita videmus distātia, à qua nemo mulieris pulchritudinem deprehēderet. Nū animaduertis ad id nobis potius oculi vsum elargitos? Dedit itē & auditum, non ut blasphema verba, sed salutaria dogmata acciperem⁹. Quare hoc? Quādo enim absurdū aliquid accipitur, & animā & ipsum corpus torquet: Loquela enim periuri erigit capillos, inquit, & si crudele aliquid, aut inhumanū audimus, iterū perhorrescimus. Si quid placabile, si quid humanū rursus, & letamur, & gaudemus, & cū turpia loquamur, rubore auditorum perfundimus: si honesta, licēter & libere omnino proferūtur. Rebus nanq; quę secundū naturā sunt, nemo erubescit, sed his quę cōtra naturā. Et manus quidē quum aliquid rapiunt, se abscondunt, & requirunt excusationem: quod si eleemosynam dederint, etiā gloriātur. Itaq; si vellemus, multum haberemus vbi que ad virtutem momenti. Si autē voluptatem mihi dixeris à malitia provenire, intellige quōd lōge ampliora à virtute cōsequemur: etenim bonā conscientiam habere, & in omnium admiratione esse, & bene sperare, omnium dulcissimum est, si naturā voluptatis considerabimus: quēadmodum contraria omnium tristissima sunt, doloris naturā intelligēti: ut exempli gratia, ab omnibus exprobrari, à seipso accusari, tremere, formidare & futura & pręsentia. Et ut apertius quod dico fiat, ponamus aliquē, qui vxorem habeat, & proximi violēt matrimonium, & tam fœdo furto letetur, cum amata muliere fruitur: deinde rursus aliū cōtra statuamus, qui suā vxorē amore prosequatur, & ut maior & clarior vtriusque fiat excessus, hic qui sola sua fruitur, amet quidē illam adulteram, ab eius tamē amore abstinēat, sed nihil cōmittat mali. Atqui nō pura hęc cōtinētia est, sed ex superabundātia, ut intelligas quāta sit virtutis voluptas, hoc pacto hanc fabulam effinximus. His igitur ita cōpositis vtrunq; percōtabimur, vtrius sit vita suauior: & audies alterū gloriantē, proficientēq; & in victoria cōtra cupiditatem exultantem: alterum rubore perfusum & suspirantē, vel potius nihil ab eo tibi expectādū est, quod intelligas. Eum nanq; videbis, licet sæpenumero neget, quā qui vinculis cōercentur miserius viuere. Siquidem omnes formidat, de omnibus suspicatur, & vxorē suam, adulterā maritū, ipsam adulteram, familiares, amicos, cognatos, parietes, vmbra, seipsū deniq; suspectū habet, & quod omnium grauissimū est, conscientiam habet reclamantē, & singulis diebus latrantē. Quōd si dei iudicium cognosceret, minime cōsistere poterit. Voluptas quidem breuis est, sed ab ea dolor perpetuus: etenim & vespere & nocte, in deserto, in ciuitate & quocūq; locorū semper accusator sequitur, ensem ostendens acutum, & supplicia intolerabilia & formidinē, quę cum semper affligit

Libertū arbitrium.

Eccl. 27. b.

affligit & cōsumit. Qui autē se cōtinet, his omnibus liber est, & in libertate viuit, & nihil verit⁹ suā intuetur vxorē, filios, amicos, & liberis oculis omnes cōspicit. Quōd si is qui amat, tāta fruitur voluptate, cū voti sit cōpos,] quinō amat, sed omni labe mūdus se cōtinet: quo portu, qua trāquillitate, nō placidiorē & tranquilliorē animū habet? Sed quare hoc? adulteros paucos, cōtinentes plurimos videas. Quōd si id suauius esset, multi profecto eligerēt. & noli mihi afferre legū formidinē, quibus minimē continentur, sed ipsa dūtaxat rei turpitudine, & quoniā plura sunt in eo misera quā suauia. Pręterea & conscientię stimul⁹ angit. Huiusmodi nanq; adulter est. At si placet auarū quoq; adducamus in medium, & aliū item amorem legibus abutentē ostendamus: quē itidem eadem torqueri formidine deprehēdemus, neq; potentē pura frui voluptate: etenim quum quos iniuria afficiunt, & qui de eis cōqueruntur, & cōmunem omnium de illis sententiam cōsidero, innumeris sanē fluctibus iactātur. Neq; hoc dūtaxat molestū est, sed quōd neq; res amata potiri possunt. Huiusmodi enim auarorū mos est, habent ne fruuntur, nō ut fruuntur. Quōd si hoc obscurius fortasse dictū videtur, etiam quod peius est, & magis dubiū audias, quod non solum rerum pręsentium voluptate priuantur, quōdque non audeant eis pro volūtate uti, sed nunquā his fatiari possunt, & in perpetua eorū siti anguntur: quo quid fieri potest grauius? Verum iustus non eiusmodi est, sed omni tremore, odio, formidine, & incurabili hac siti liber est. & quēadmodū homini illi omnes imprecantur: ita omnes pro hoc vota faciūt: & ut ille nullum sibi amicū conciliat, ita hunc nemo odio habet. *† Quid horū quę manifesta sunt, an malitia insuauius, an virtute suauius esse possit?]* imō si innumera dixerim⁹, nemo neq; illius miserā, neq; huius voluptatem posset verbis cōprehendere, donec ea frueretur. Tūc etenim felle malitiā amariorē inueniemus, cum virtutis dulcedinē degustauerimus. Siquidem etiā nūc iniucunda, & grauis, & molesta malitia est, quod neq; ipsi eius cultores cōtradiciunt. Verū cum eam abiecerimus, tūc apertius eius aspera pręcepta intelligemus. Ad quā si multi cōcurrūt, nihil mirum. Nam & pueri sæpenumero minus suauia eligunt, negligunt autē potiora: & aduersa laborantes valetudine, pro caduca gratia perpetuā & certiorē latitiā perdiderunt: hoc amantium infirmitatis & amentię est, non ipsius rerū naturę. Nam qui in voluptate viuit, is virtute fruitur, is sine dubio diues est, & verē liber. Quōd si quis alia quidē virtuti pmitteret, libertatem scilicet, licentiam, curarum vacationē nullius metum, nullius suspicionē, voluptatē autem minimē permetteret: iam à profusiore quidē risu me continere nō possem. Quid enim aliud est voluptas, quā curarum, formidinis, ignominia vacatio, & omnibus inuictū esse: & quisnam in voluptate est, dic, quęso: Nū infans, num furēs, & multis agitatus cupiditatibus, & qui cōmuni sensū caret: an qui his omnibus fluctibus liber, tanquā in portu philosophia conuiescit? Nōne perspicuū est hunc esse in voluptate? sed hoc virtutis proprium esse apparet. Vitium autem nomē tantum voluptatis habet, reuera autē omni caret voluptate: & antequam fruatur, infania est, nō voluptas: postea vero quā eā consecutus quis est, quāprimū & ipsa extinguitur. Si igitur neq; in principio, neque postmodum huiusmodi videri voluptatē licet, vbi

† nec amori cedit, tāta fruitur voluptate. † Propter caritatem.

† Quid igitur cum hac manifesta sint, aut malitia insuauius, aut virtute suauius esse possit?

apparet, & quomodo? Ut autē apertius, quod dico, intelligas, exemplum sermoni nostro adducamus. Cōsidera igitur. Amavit quispiā mulierem pulchrā atq; speciosā, hic quousq; amore suo non potitur, furētibus & insaniētibus similis est. Cum potitus est, cupiditas illa extinguitur. Quōd si neque in amoris principio lætatur, (infania enim id est) neque in fine: (coitu em̄ furor ille dissoluitur) vbi iā eā voluptatem inueniemus: Sed nostra nō huiusmodi est, sed in principio omni quidē caret perturbatione, & ad finē vsq; floret ac viget, vel potius nullus est apud nos voluptatis terminus. Neq; em̄ bona nostra vllō fine concludūtur, neq; vnquā ipsa voluptas dissoluitur. His igitur cognitis, si nobis voluptatis cura est, virtutem cōplectamur, ut & pręsentia bona consequamur, & futura: quibus vtinam digni efficiamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, cum sancto & viuificante spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia XXIII.

**N**escitis quōd qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brabium? Cum magnā humilitatis vtilitatē, & quasi summā perfectionem ostendisset apostolus, ad quam ipse magis omnibus aliis ascenderit, vel potius superuenerit, quum nihil acciperet: rursus omnium maximē descendit: & vtriusq; horū tempora nota nobis faciēs, perfectionis scilicet & humilitatis, iam asperius eos tangit, ex quo significat, quōd si ea quę faciebāt, perfecta ieiū esse viderētur, stultus quidā esset labor & superfluus. Neque hoc tam manifestē dicit, ut eos non pudeat. Quibus autem hoc confirmet, ostendit. Quum enim dixisset, quōd in Christum peccāt, quōd fratres perdunt, quōd nulla eis à perfecta cognitione est vtilitas, nisi charitas accesserit, iterum ad commune venit exemplum, quū inquit: Nescitis quōd qui in stadio currunt, omnes quidem currūt, sed vnus accipit brabium? Hoc autem dicit non tanquam vnus ex omnibus salutem sit consecuturus, sed tanquā multā adhibere debeant diligentiam. Quemadmodū enim ex his qui in stadium descendunt, non multi coronantur, sed ad vnum defertur corona, & non satis est tantum in spectaculo sedere, neque vngi tantum, & certare: ita & in hoc loco nō satis est fidem habere, & quomodocūq; certare: sed nisi ita nos cursu exercuerim⁹, ut ad metam vsq; inuictos nos præbeamus, & perueniamus ad propositum prēmium, nihil sanē consequi poterimus. Nam si perfectum teipsum arbitraris, inquit, secundū quam habes cognitionem, nondū tamen omnia accepisti. Quod indicās addidit: *Sic currite ut comprehendatis.* Nullo igitur modo cōprehenderunt: & ita dicendo etiam cōprehendendi modum edocet. *Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinēt.* Quid hac particula, ab omnibus, significatur? Nō ab vno se abstinēt, ad alterū autem se indifferēter habet: sed saturitate, gula, ebrietate, & ab omnib⁹ simpliciter affectib⁹ se abstinēt: hoc quodāmodo & in exteriorib⁹ fit certaminibus. Neq; em̄ inebriari licet certatibus certationis tēpore, neque scortari, ne vires deficiāt, neq; circa alia vacare: sed ab omnib⁹ simul abstinēdo, solūmodo suis vacāt certaminibus. Quōd si illic huiusmodi fūit, vbi in vnum coronam conferri necesse est: multo magis hic, vbi plurima contentio, neque vnus tantum coronatur, & ipsa pręmia multo labores exuperant. Quare reprehensue

† quod ea que faciebant, que perfecta.

† scortatione.



reprehensuē id ponit, dicēs: *Illi quidem ut corruptibilem coronā accipiāt, nos autē incorruptā. Ego igitur sic curro, quasi non incertū.* Vt eos auertat ab externis, seipsum in mediū adducit, qui doctrinæ modus est optimus. Quāobrem vbiq; hūc morē exequitur. Quid autē illa particula, nō incertum, significat? Non frustra & temerē ita loquitur, quēadmodū nos. Quid in idolorum tēpla ingredi vobis affert emolumētū? Et quidnā inde perfectionis cōparatur? Nihil sanē. Verū non ego talis, sed omnia quæ facio, pro proximorū salute facio: & si perfectionē ostendam, eorum gratia: si humilitatē, eorū gratia: & si Petrum superauero nō accipiendo, eorum gratia, ne scilicet scādalizentur: & si viliorē me omnibus facio [casus,] abrafus, ne itē decipiantur, hoc est, non incertum. Tu autem quare in idolorū sacrificiis comedis, dic quæso? Sed nullam potes excusationis causam afferre. Cib⁹ em̄ te apud deū minimē collocat. Neq; si comederis, superfluū facis: neq; si nō comederis, priuaberis. Temere igitur, & sine ratione curris: hoc etenim significat, quasi non incertum. *Sic pugno nō quasi aērē verberans.* Rursūm quōd hoc frustra & temere significet, subdidit: habeo, quem percutiā diabolū. Tu autem nō tantum eū nō percusis, sed prorsus illius robur habes. Primum igitur sic eos tolerans loquitur. Nam cū eis vehementius vsus sit in superioribus, iterum à reprehensione abstinēt, & in finē sermonis sui profundū vulnus reseruat. hoc igitur in loco dixit, q̄ frustra & temere faciūt: posterius autē ostēdit, q̄ in multā capitis eorū perniciē, & sine vllō fratrum detrimento. Neque ipsi infontes hęc vident. *Sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte quum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* Hoc in loco & qui ventris cupiditate detinētur, ostēdit: & qui eū habena continere nolūt, & perfectionis speciem suā implent voracitatē. Quod superius dicere voluit, quū dixit, *Esca ventri, & venter escis.* Quum enim fornicationē deliciæ fecerint, & idololatriā pepererint, merito multis in locis hūc morbum tangit: & quanta propter euangelij prædicationem passus sit, ostendit, & hoc cum illis posuit. Quēadmodum igitur, inquit, trāscendi præcepta, & maximē cum nō facile mihi esset præceptū: Etenim omnia, inquit, sustinemus: ita & in hoc loco, Multum sustineo laborem, vt sobrie viuā. Siquidem intractabilis est cupiditas, & ventris voracitas. Veruntamen eam cohibeo, & non trado meipsum affectibus, sed omnē fero laborē, vt ab illis nō distrahā. Nolite igitur existimare me hęc sine labore corrigere: etenim cursus est, & palæstra, & naturæ violentia frequenter se obiciens, & se vindicare annitēs in libertatē. Sed nō patior, verum affectus cōprimo, & ipsam naturā multis sudorib⁹ subiicio: hęc autē dico, vt nemo à certando desperet pro virtute. Nā laboriosum est. Quare, inquit, castigo, & in seruitutē redigo. Nō dixit, perdo. (nō em̄ inimica caro est) sed, castigo & redigo in seruitutē: quod domini est non hostis, magistrī nō inimici, exercitatoris nō aduersarij. Ne forte cū aliis prædicauerim, ipse reprobus inueniar. Quōd si Paulus hoc timuit, cū talis esset præceptor, & post prædicationē & orbis terrarū susceptū patrimoniū formidauit, quidnā nos dicemus? Nolite enim putare, inquit, solā fidē ad salutē vestrā satis esse. Nam si prædicare, docere, innumeros ad salutem adducere, mihi nō sufficit ad salutē, nisi me irreprehensibilem exhibeam: longe minus vobis. Inde ad alia rursum

venit exēpla: & quēadmodū superius apōstolorum opera, & cōmunis cōsuetudinis & sacerdotū, & sua etiā posuit: ita & hoc in loco quē in Olympicis certaminibus, & quæ ipse facit adducēs, iterū ad veteres procedit historias, & cū grauius loqui deberet, cōmunē facit admonitiōnē, neq; de propositis tantū, sed de omnibus simpliciter Corinthiorū morbis loquitur. Et in externis certaminibus, Nescitis inquit: hoc autē in loco, *Nolo vos ignorare fratres.* Hoc verō dicebat, vt ostenderet, nō multū in his eruditos esse. Et quidnā hoc est, quod vis nos nō ignorare? *Quoniam patres nostri omnes [sub nube fuerunt, & omnes] mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari, & omnes eandē escam [spiritualē] māducauerunt, & eundem potum [spiritualē] biberunt. Bibebāt autē de spirituali, cōsequenti eos. Petra autē erat Christus. Sed nō in pluribus eorum beneplacitum est deo.* Et quānā gratia hęc dicit? Vt ostendat, quēadmodum illis nō profuit tanti muneris fructus: ita neq; his baptismatis munus, [ & spiritualia mysteria percipere, nisi vitā tali gratia dignā exhibuerint. Propterea & baptismatis ] & mysteriorū adducit figuras. Sed quidnā significat illa particula, in Moyse baptizati sunt? Quēadmodum nos qui Christo credimus, in eius resurrectione baptizamur: ita ipsi qui iisdē cōmunicāt ministeriis. ] Baptizamur enim, inquit, pro mortuis videlicet corporibus nostris. Ita & illi q̄ Moyse cōfisi sunt, hoc est, viderunt eū primum mare transeuntem, etiā ipsi mari se credere ausi sunt. Sed quū velit figuram iuxta veritatē ponere, non ita locutus est, sed veritatis nominibus vsus est etiam in figura. Sed hęc quidem, baptisma: quæ autē sequitur, sacramentam significat. Nam quēadmodum tu corpus dominicū māducas, ita & illi manna māducauerūt: & sicut tu sanguinē bibis, ita illi aquā de petra biberūt. Quāuis in sensu quæ dabātur perciperētur, spiritualiter tamē dabātur, nō secundū naturā cōsequentiā, sed secundū muneris gratiā, & cū corpore etiam animā in fidē adducētē nutriuit. ] Propterea de cibo quidē nihil dixit. [Expulsus] em̄ erat, nō ipso tantūmodo, sed natura. Māna enim erat. In potu autem quoniam fatietatis modus solus erat admirabilis, etiam confirmatione indiguit. Quare quū dixisset, quod potum spirituales bibeant: addidit, [ Bibebāt enim de spirituali, cōsequente eos, petra. ] & adiunxit, [ Petra autem erat Christus. ] Non enim ipsius petre natura aqua, inquit, scaturiebat. Siquidē etiam ante scaturisset: sed alia quēdā spiritualis petra omnia operata est: hoc est, Christus, qui præsens vbiq; omnia fecit miracula: ideo dixit, cōsequenti. Animaduertis Pauli sapientiā, quo pacto vtrorūq; eū largitorem ostēdit, & hac in parte figurā iuxta veritatē adducit. Qui enim illa illis præbuit, inquit, is etiā hanc præparauit mensam: & ipse idem & illos per mare, & te per baptisma adduxit: & illis mānā & aquam, & tibi corpus & sanguinē dedit: & ipsius munera huiusmodi sunt. Videamus autē quæ sequuntur & consideremus, si his qui munere indigni vidērentur pepercit. Sed hoc minimē dicere potes. Quamobrē addidit, *Sed non in pluribus eorū beneplacitum est deo.* Atqui quū eos tanto honore dignaretur, nihil tamen eis id profuit, sed plures perierūt, & profectō omnes perierūt. Sed ne in his omnino exitiū prædicere viderē, idcirco, plures, dixit: Innumeri erāt, sed nihil profuit multitudine, & omnia illa signa erāt dilectionis, nō tamē vllā affecuti sunt vtilitatem. Siquidem neque ipsi vllum

Cap. x.

Num. 9.

Exod. 13. d. 14. e.

1. myst.

2. riu.

adducit.

ban.

immūta.

Exod. 17.

Num. 20. b.

præ se tulerūt dilectionis argumentum: quum enim in gehennæ sermonibus multi diffiderēt, vtpote qui nō adessent neq; apparerēt, ab his quæ iā facta erāt, ostēdit quod peccatores deus supplicio afficit, quāuis benignissimus sit. Quod si futuris nō creditis, inquit, neq; sanē præteritis credetis. ] Considerate autem quātis eōs beneficiis affecit. Ex Aegypto & Aegyptiorū seruitute liberauit. Mare eis lustrauit, māna ē cœlo pluit, ē terra & loco alieno aquarū fontes admirabiles scaturire iussit. Aderat eis vbiq; in miraculis, & vndiq; eos muniebat. Verūtamen quū vel pro rāto munere gratitudinis nihil ostēdit dissent, nō pepercit eis, sed perdidit omnes. & quōnām pacto, audi: *Prostrati sunt, inquit, in deserto.* Sic dixit, & repentinum eorū exitiū, & pœnas & supplicia dira hoc verbo ostendit. Et q̄ neq; proposita præmia sunt consecuti: neq; enim in terra promissionis hęc habuerunt, sed extra & lōge à loco illo: & duplici eos affecit supplicio, & nō immittēdo terrā videre, & maximē quam eis promiserat, & puniendo grauiusimē. Et qui d ad nos hęc inquit. Ad te quidem. Quare addidit, *Hęc autem in figura facta sunt nostri.* Quemadmodum enim dona figuræ sunt, ita & supplicia: & quemadmodum baptisma & mēsa præscribebatur, ita ex sequētibus, quod tali munere indigni puniētur, propter nos prædixit, vt huiusmodi exēplis continentiores efficeret. Quare subdidit, *Vt non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt.* Sicut enim in beneficiis figuræ præcesserunt, & deinde secuta est veritas, ita in suppliciis eueniet. Vides quo pacto nō tantū puniēdos ostendit, sed etiā magis quā illi. Nam si alia quidē figura est, alia veritas: necessariū est, vt in suppliciis multum sicut in muneribus excedatur. Et considera, quos primum tangit: eos scilicet, qui in idolorū templis comederunt. Quum enim dixisset, *Ne simus concupiscentes malorū, quod erat vniuersale: addit etiam & secundū speciem, ostēdens singula peccata à mala prouenire cupiditate.* & primum hoc ponit, *Neque idoloratæ efficiamini, sicut quidā ex ipsis, quemadmodum scriptum est, Sedit populus manducare & bibere, & surrexerūt ludere.* Audisti quomodo iterū idololatræ appellat, sed hoc quidem in loco ostendit. Posterius autē cōfirmat, & causam ponit propter quam ad illā mēsam cucurrerunt, hoc est, gulę. Quamobrem quum dixisset, *Vt nō simus concupiscentes malorum: & addidisset, Neq; idololatræ efficiamini: causam huiusmodi iniquitatis adducit in mediū, gulā scilicet: Sedit em̄, inquit, populus manducare & bibere: deinde etiam finem addit, & surrexerunt ludere. Quemadmodum igitur illi, inquit, à deliciis in idololatriam exierunt, ita timendū est, ne hinc illuc incidatis. Animaduertis quomodo perfectiores ostendit hos, illos] minus perfectos: quos perterruit non tantum, q̄ nō perferrent: sed quia alij stultitia, alij gula peccarēt: & ex illorū perditione his suppliciiū autumat, hos autē nō dimittit in aliū peccati sui excusationem referre, sed ex illorū detrimento & suo eos reos ostendit. *Neque fornicemur, sicut quidā ex ipsis fornicati sunt.* Qua gratia hoc iterum in loco fornicationis meminit, quū antea tot de ea verba fecerit? Mos semper Paulo est, quādoq; multa peccata reprehendit, etiam ordine ea disponere, & per singula ad ea quæ proposita sunt deuenire, & in aliorū sermonibus etiam priorū facere mentionē. Quod & deus in veteri faciebat testamēto, quum in singulis Iudæorū erratis vitulum*

non sanē præteritis: e-edere recusatibis. Exo. 14. 8.

Num. 20. g.

Num. 21. b.

Murmurabat, dicebat, quādo veniet bona, quādo veniet ab exterminatore. Neq; enim id est quod queritur, inquit, vt p̄ Christo quis patiatur, sed magno animo quæcunq; acciderint subeat, ac etiā omni voluntate afficiatur: hoc em̄ est omnis corona, vt si id nō esset suppliciiū, ægro animo ferret, ac etiā quæreret: ideo apostoli verberati gaudebant, & Paulus in tormentis gloriabatur. Hęc autē omnia in figura cōtingebāt illis: scripta sunt autem ad correctionem nostram, in quos fines seculorum deueniunt. Iterum finem cōmemorandō eos perterrēt, & maiora q̄ quæ facta sunt, expectari cōfirmat. Quod em̄ pœnam daturū simus, ex prædictis manifestū est inquit, & his, qui de gehēna verbis fidem nō adhibēt. Quod autē etiam grauiorē, ex his, quæ plurima cōsecuti sumus beneficia, & his quibus illa figuræ sunt. Nā si in muneribus excessus est, cōstat etiā in supplicio esse: ideo & figuras appellauit, & propter nos scriptū est, ] & finis meminit, vt cōsummationis seculorū nos admoneret. Nō em̄ tunc talia erūt supplicia, vt finē habeāt & dissoluātur, sed æternum suppliciiū. Quēadmodū enim huius seculi pœnæ vnā cum præsentī vita abolentur, ita illæ perpetuo manent. Quū autem dicit, *Fines seculorū, nihil aliud intelligit, quā quod iā horrendum iudicium instat. Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat.* Iterum eorū cōrundit superbiā, qui de se magna præperessi, & alij quidem ob murmurationem duntaxat tantum dederunt supplicium, & alij autē tētationibus, neq; multitudo deum reuerita est, neque tantorum bonorū spe adducta: multo magis nobis, nisi sobrii fuerimus, id accidit. Et bene dixit, *Qui se existimat stare. Nō em̄ stare est, vt stare oportet, quādo quis sui ipsius viribus confidit.* Siquidem quamprimum eiusmodi homo cadit. Nā & illi nisi magna saperēt, & sibi cōfiderent, sed essent cōerciti, non vtiq; ea paterentur. Vnde perspicuum est, superbiā maximē & desidiā, & ab ea gulā horum malorū esse fontes. Itaq; si stetitisti, caue ne cadas. Hoc in loco particula, stare, nō firmiter stare significat, quousq; præ-

cōmemorabat, & peccatū illud in mediū recēlebat. Idē Paulus hoc in loco facit, quū vt illud eis peccatum in memoriā reducat, tum vt doceat, hoc malum inde principiū habuisse, à deliciis videlicet & gula. Quamobrē subdidit, *Neque fornicemur sicut quidā ex ipsis fornicati sunt, & ceciderūt vna die viginti tria milia.* Et quare non posuit idololatriæ punitionē? Vel quoniam manifestum erat, & notū, vel quoniam tunc tanta cædes facta non est, quanta tempore Balaam, quum initiati sunt Beelphegor: quum Madianitarum mulieres in acie apparuerunt, & eos in libidinem traxerunt secundum consiliū Balaam. Nam quod consiliū Balaam malum fuisset, significat Moyses in sequētibus, quū in fine libri [Numeri] ita dicit, Balaam quoq; filiū Beor interfecerunt gladio in bello Madian, cum vulneratis & spolia adduxerūt, & iratus est Moyses & dixit, cur fœminas reseruastis? Nōne ipsæ sunt quæ deceperūt filios Israël ad suggestionē Balaā, & præuariicari vōs fecerūt in domino super peccato Phægor? *Neque tentemur Christū, sicut quidā eorum tentauerunt, ibid. 21. b. & à serpentibus perierunt.* Per hoc aliud itē peccatū significat, & in fine ponit accusando eos, q̄ de signis pugnauerunt, & tētandi gratia tēsoluti sunt, dicentes: Aliquādo venerūt bona, aliquādo præmia. ] Ideo addit horum gratia eos corrigens & perterrēns: *Neque murmuraueritis, sicut quidā eorū murmurauerunt, & perierūt ab exterminatore.* Neq; enim id est quod queritur, inquit, vt p̄ Christo quis patiatur, sed magno animo quæcunq; acciderint subeat, ac etiā omni voluntate afficiatur: hoc em̄ est omnis corona, vt si id nō esset suppliciiū, ægro animo ferret, ac etiā quæreret: ideo apostoli verberati gaudebant, & Paulus in tormentis gloriabatur. *Hęc autē omnia in figura cōtingebāt illis: scripta sunt autem ad correctionem nostram, in quos fines seculorum deueniunt.* Iterum finem cōmemorandō eos perterrēt, & maiora q̄ quæ facta sunt, expectari cōfirmat. Quod em̄ pœnam daturū simus, ex prædictis manifestū est inquit, & his, qui de gehēna verbis fidem nō adhibēt. Quod autē etiam grauiorē, ex his, quæ plurima cōsecuti sumus beneficia, & his quibus illa figuræ sunt. Nā si in muneribus excessus est, cōstat etiā in supplicio esse: ideo & figuras appellauit, & propter nos scriptū est, ] & finis meminit, vt cōsummationis seculorū nos admoneret. Nō em̄ tunc talia erūt supplicia, vt finē habeāt & dissoluātur, sed æternum suppliciiū. Quēadmodū enim huius seculi pœnæ vnā cum præsentī vita abolentur, ita illæ perpetuo manent. Quū autem dicit, *Fines seculorū, nihil aliud intelligit, quā quod iā horrendum iudicium instat. Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat.* Iterum eorū cōrundit superbiā, qui de se magna præperessi, & alij quidem ob murmurationem duntaxat tantum dederunt supplicium, & alij autē tētationibus, neq; multitudo deum reuerita est, neque tantorum bonorū spe adducta: multo magis nobis, nisi sobrii fuerimus, id accidit. Et bene dixit, *Qui se existimat stare. Nō em̄ stare est, vt stare oportet, quādo quis sui ipsius viribus confidit.* Siquidem quamprimum eiusmodi homo cadit. Nā & illi nisi magna saperēt, & sibi cōfiderent, sed essent cōerciti, non vtiq; ea paterentur. Vnde perspicuum est, superbiā maximē & desidiā, & ab ea gulā horum malorū esse fontes. Itaq; si stetitisti, caue ne cadas. Hoc in loco particula, stare, nō firmiter stare significat, quousq; præ-

Num. 25. a.

Num. 31. b.

Murmurabat, dicebat, quādo veniet bona, quādo veniet ab exterminatore. Neq; enim id est quod queritur, inquit, vt p̄ Christo quis patiatur, sed magno animo quæcunq; acciderint subeat, ac etiā omni voluntate afficiatur: hoc em̄ est omnis corona, vt si id nō esset suppliciiū, ægro animo ferret, ac etiā quæreret: ideo apostoli verberati gaudebant, & Paulus in tormentis gloriabatur. Hęc autē omnia in figura cōtingebāt illis: scripta sunt autem ad correctionem nostram, in quos fines seculorum deueniunt. Iterum finem cōmemorandō eos perterrēt, & maiora q̄ quæ facta sunt, expectari cōfirmat. Quod em̄ pœnam daturū simus, ex prædictis manifestū est inquit, & his, qui de gehēna verbis fidem nō adhibēt. Quod autē etiam grauiorē, ex his, quæ plurima cōsecuti sumus beneficia, & his quibus illa figuræ sunt. Nā si in muneribus excessus est, cōstat etiā in supplicio esse: ideo & figuras appellauit, & propter nos scriptū est, ] & finis meminit, vt cōsummationis seculorū nos admoneret. Nō em̄ tunc talia erūt supplicia, vt finē habeāt & dissoluātur, sed æternum suppliciiū. Quēadmodū enim huius seculi pœnæ vnā cum præsentī vita abolentur, ita illæ perpetuo manent. Quū autem dicit, *Fines seculorū, nihil aliud intelligit, quā quod iā horrendum iudicium instat. Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat.* Iterum eorū cōrundit superbiā, qui de se magna præperessi, & alij quidem ob murmurationem duntaxat tantum dederunt supplicium, & alij autē tētationibus, neq; multitudo deum reuerita est, neque tantorum bonorū spe adducta: multo magis nobis, nisi sobrii fuerimus, id accidit. Et bene dixit, *Qui se existimat stare. Nō em̄ stare est, vt stare oportet, quādo quis sui ipsius viribus confidit.* Siquidem quamprimum eiusmodi homo cadit. Nā & illi nisi magna saperēt, & sibi cōfiderent, sed essent cōerciti, non vtiq; ea paterentur. Vnde perspicuum est, superbiā maximē & desidiā, & ab ea gulā horum malorū esse fontes. Itaq; si stetitisti, caue ne cadas. Hoc in loco particula, stare, nō firmiter stare significat, quousq; præ-

Num. 14. f.

Act. 1. g.

2. Co. 11. g.

12. b.

scripta est.

fentis vitæ fluctibus liberemur, & ad tranquillū portū appellamus. Nolito igitur si stas, nimium tibi cōfidere, sed caue ne cadas. Nā si Paulus qui omnī firmissimus erat, formidauit, lōgè magis nobis formidā dū est. Apostolus quidē dicebat, Itaq; qui existimat se stare, videat ne cadat. Non autē nō poterimus hoc dicere, quum (vt ita dicā) supini ac deprauati, humi iaceamus. Et cuiam hoc dico? Ei qui singulis dieb<sup>9</sup> in rapinis versatur? Sed iacet magno scelere pressus. sed fornicatori: sed humi, piectus est. At ebrius? verū ipse quoq; iacet, nō tamē se iacere cognoscit. Itaque nō huius verbi tēpus est, sed illius prophetici quod ad Iudæos dicebat, Nūquid qui cadit, non resurgit? Siquidē omnes iacēt, neq; volūt surgere. Itaq; admoneamur nō vt nō cadamus, sed vt si prosternamur, resurgere possimus. Resurgamus igitur saltē serō dilectissimi, resurgamus, & forti & generoso animo perseuerem<sup>9</sup>: quādiu iacem<sup>9</sup>, quādiu inebriabimur, multa rerū seculariū cupiditate grauat<sup>9</sup>. Et pfecto facile dictū est, ad quē in præsentiā loquar, quē tester. Ita omnes ad ipsam virtutis doctrinā surdi sunt, & plurimis hinc malis referti: & nudas animas videre licet, quales in exercitu post prælij congressum, alios quidē mortuos, alios autē saucios: tales ī ecclesia. Ideo hortor & admono, manū alter alteri porrigamus & excitemur: etenim ego ex sauciorū numero sum, & eorū qui medicina indigēt. Sed nolite propterea desperare. Nam etsi graua sunt vulnera, nō tamē incurabilia. Talis enim noster medicus est, modo nostra vulnera cognoscamus, vt etsi in vltimam venerimus malitiā, multas tamē nobis salutis vias preparauerit: & si proximo tuo recōciliaberis, peccata tibi dimittet. Si em̄ dimiseritis, inquit, hominibus peccata eorū, dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta vestra. Et si eleemosynā dederis, parcat tibi: Iniquitates tuas, inquit, eleemosynis redime. & si diligēter oraue ris, remissionē cōsequeris: & hoc vidua illa ostendit, quæ crudelē iudicē precibus flexit. & si peccata tua accusaueris, ab his curaberis. Narra em̄ tua peccata prim<sup>9</sup>, vt iustificeris, inquit. Pro quib<sup>9</sup> si molestia afficeris, hoc quoq; maximū tibi erit remedium. Vidi em̄, inquit, qd̄ doluit, & quod abiit tristis, & sanauit vias eius. & si qd̄ mali acciderit, id generosē perpetiaris, id omne auferā. Hoc ad proximū] Abrahā dicebat, quia recepit Lazarus mala in vita sua, & hīc cōsolatur. & si viduę misericordia moueberis, abluētur peccata tua: Iudicate, inquit, pupillo, defendite viduā, & venite & arguite me, dicit dñs. Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabūtur, & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erūt: neque enim vllā vulnerum cicatricem apparere permittit. Sed & si in tam infimam scelerum conditionē deiciemur, in quā prodigus ille qui vniuersum cōsumpsit patrimonium, deiectus est, quū siliquas comederet, & nos pœnituerit, omnino salutē consequemur. Etsi decē milia talenta deberemus, & prociderimus, neque succensebimus, omnia nobis dimittētur. Etsi aberrabim<sup>9</sup>, vt ouis quæ gregē suū reliquit, inde nos deus reuocat: [velimus tantum charissimi, benignus est deus.] Ideo & in eo qui debebat decē milia talenta, vt proderet: & in eo qui patrimoniu cōsumpsit, solo reditu: & in oue sola vt portaretur voluntate cōtentus fuit. Quū igitur benignitatis eius magnitudinē intelligamus, hīc eū nobis reddamus propitium, & prœoccupemus faciē eius in confessione:

A ne quum hinc migrabimus, inexcusabiles vltimum subeamus suppliciu. Nam si in præsenti vita studiū vel paruū adhibuerimus, multa lucrabimur. Quōd si neq; hīc meliores facti emigramus, quāuis illic maiorē nos in modū pœnitebit, nihil amplius cōsequemur: etenim qui intra fossas manēt, eos certare oportet nō deslere post dimissum spectaculū, & incassum lachrymas effundere: quēadmodū diues ille frustra lugebat & lamentabatur, quum bene operandi tempus contēpisset. Verum non ille solus, sed alij multi secundū illum nūc diuites sunt, qui pecunias nolunt contēnere: sed animā pro pecuniis negligunt. Quos ego admiratione dignos arbitror, quū videā assiduo deū de misericordia allocutos, grauiissimo tamē morbo affectos, & tāquam hosti animæ suæ nō parcere. Nolimus igitur nos deludere, nolimus dilectissimi, neq; decipiamus nosmetipsos, neq; deū nostri misericordia moueri cēseamus, si pecunias, delicias, & omnia simpliciter huic præferimus misericordie. Neque em̄ si quis cuipiā diē dixerit, & alicuius grauissimi sceleris accusauerit, quo innumeras mortes mereretur, & in sua esset potestate, vt in tali sentētia paucis pecuniis liberaretur, vellētq; potius mori, q̄ aliquid ex suis soluere facultatib<sup>9</sup>, vlla eū misericordia & venia dignū duxeris. Hoc igitur tecū reputa: etenim nos hoc facimus, qui salute contēpta, pecuniis parcimus. Quomodo à deo veniā cōsequi arbitraris, tunc tibi adeo crudelis sis, et anime pecuniam præponas? Quare maiore in modum horresco. Quantæ in pecuniis latēt bladietie, vel potius non in pecuniis, sed decipientiu animis? Sunt, etenim sunt, qui vehemēter huiusmodi imposturas irrideant. Quid enim in nobis imposturis dignum est? Nunquid inanimata materia est? Nūquid caduca? Nunquid infida eorum possessio? Num formidinis plena, & periculorū? Num cædis & insidiarū? Num inimicitarū & odij? Num defidiæ & malitiæ plurimæ? Num terra? Num cinis? Quæ amētia, qui morbus? Sed non tantū accusandi sunt, qui talib<sup>9</sup> morbis afficiuntur, inquit, sed hic amor dissoluedus. Et quonā alio pacto dissoluetur, q̄ ostendēdo malum esse, & plurimarum miseriarum plenū? Verum hoc non facile est persuadere huius mundi amatoribus, nisi alia pulchritudo opponatur. Sed rerum corpore carentiu pulchritudinem, qui affectib<sup>9</sup> detinetur, intueri nō potest. Igitur corpoream ostēdamus, & ad eum dicamus: Intuere prata, & flores qui in eis sunt, omni auro, & variis lapidib<sup>9</sup> suauiores & pulchriores. Intuere varios fontium fluxus, & fluuios instar olei sine strepitu è terra fluentes. Intuere cœlum, & considera Solis splendorem, decorem lunæ, stellarum flores. Et quid hoc, inquit? Neque enim his tāquā pecuniis vtimur. Atqui magis q̄ pecuniis, & vsus eorū [magis necessarius ac] certior. Non enim timueris, ne quis tāquam pecuniis his direptis abeat, sed licet tibi perpetuo his confidere, & omni penitus cura & solitudine vacare. Sin autē quoniam cum aliis his frueris, idcirco doles, & nō solus ea quēadmodū pecunias possides: nō pecunias, sed cupiditatē] dūtaxat mihi videris desiderare. Quippe qui minimē pecunias amares, si cōmunes omnibus proponerentur. Igitur quum dilectā inuenimus, cupiditatē dico, agē tibi ostendam, quo pacto ea te odio habet, & te relinquit, quo pacto cōtra te ensē acuit, quot barathra effodit, quot struit laqueos, quot parat præcipitia, vt hoc saltē pacto ardorem extinguas. Vnde autem

Esā. 40. b

si nudas animas videret, vt in exercitu post prælij congressum, alios quidē mortuos, alios autē saucios: sic in ecclesia videremus.

Mat. 6. b Dan. 14. c Luc. 18. a

Esā. 43. d

Luc. 16. e

Esā. 1. e

Luc. 15. c

Mat. 18. c 12. a

Luc. 16. f

tunc tibi adeo crudelis sis, et anime pecuniam præponas? Quid enim in nobis imposturis dignum est? Nunquid inanimata materia est? Nūquid caduca? Nunquid infida eorum possessio? Num formidinis plena, & periculorū? Num cædis & insidiarū? Num inimicitarū & odij? Num defidiæ & malitiæ plurimæ? Num terra? Num cinis? Quæ amētia, qui morbus? Sed non tantū accusandi sunt, qui talib<sup>9</sup> morbis afficiuntur, inquit, sed hic amor dissoluedus. Et quonā alio pacto dissoluetur, q̄ ostendēdo malum esse, & plurimarum miseriarum plenū? Verum hoc non facile est persuadere huius mundi amatoribus, nisi alia pulchritudo opponatur. Sed rerum corpore carentiu pulchritudinem, qui affectib<sup>9</sup> detinetur, intueri nō potest. Igitur corpoream ostēdamus, & ad eum dicamus: Intuere prata, & flores qui in eis sunt, omni auro, & variis lapidib<sup>9</sup> suauiores & pulchriores. Intuere varios fontium fluxus, & fluuios instar olei sine strepitu è terra fluentes. Intuere cœlum, & considera Solis splendorem, decorem lunæ, stellarum flores. Et quid hoc, inquit? Neque enim his tāquā pecuniis vtimur. Atqui magis q̄ pecuniis, & vsus eorū [magis necessarius ac] certior. Non enim timueris, ne quis tāquam pecuniis his direptis abeat, sed licet tibi perpetuo his confidere, & omni penitus cura & solitudine vacare. Sin autē quoniam cum aliis his frueris, idcirco doles, & nō solus ea quēadmodū pecunias possides: nō pecunias, sed cupiditatē] dūtaxat mihi videris desiderare. Quippe qui minimē pecunias amares, si cōmunes omnibus proponerentur. Igitur quum dilectā inuenimus, cupiditatē dico, agē tibi ostendam, quo pacto ea te odio habet, & te relinquit, quo pacto cōtra te ensē acuit, quot barathra effodit, quot struit laqueos, quot parat præcipitia, vt hoc saltē pacto ardorem extinguas. Vnde autem

autē hæc cognosci possunt? ex itinerib<sup>9</sup>, bellis, mari, iudiciis. Siquidē & pelag<sup>9</sup> sanguine sæpnumero impleuit, & iudicū enses iniustē nōnunquā cruetavit, & latrones qui nō stultas obsidēt, declinatē die armat. Ipsa vt natura ignoraretur, persuasit. Ipsa patricidas & matricidas effecit. Ipsa omnia vitæ mala induxit. Quare radicem malorū Paulus eā appellat. Ipsa suos amatores, quā qui metalla effodiūt, nulla meliori cōditione esse permittit. Vt enim illi perpetuo in tenebris inclusi & ligati maximis exercētur laboribus: ita & hi in avaritiæ spelūcis defossi, nulla necessitate & vi sponte sua suppliciu subeunt, & seipfos insolubilibus vinculis alligant. At rei illi vesperi saltē laboribus relaxātur: Hi autē die, nō stūq; huiusmodi mala metalla effodiunt. Et illis quidē mensura diffinita est laboris: hi vero nullā mensurā norunt, sed quāto magis effodiunt, tanto magis miserā illā desiderant. Quod si illi inuiti operātur, hi spōte, difficultatē mihi morbi enarras, à quo minimē liberari possunt. Siquidem nō odio habent, quōd malo afficiantur, sed tanquā sus in cœno: ita hi in avaritiæ fordibus inuoluti latātur, grauiora patientes quā rei illi. Quōd enim peiori sunt conditione, audi eorum vitā, & hoc pacto intelliges. Dicitur ergo aurea illa terra hiatus, scissuras, & cauernas in opacis speluncis habere, & malū aliqū virum illic laboribus damnatū, & propterea lucernam & bidentem accipere, ita intus ingredi, & gutturū secum ferre, vt lucernæ oleū instillet, eo quōd illic tenebræ sunt, & in die obscuritas, vt dixim<sup>9</sup>. Inde quū tēpus ad miserū cibū vocat, quod ipsi ignorant, sed carceris illius custos è loco superiore vehemēter speluncā pulsāt, ob pulsū & vocē manifestū fieri miseris in cauernis laborantibus, diei finē adesse. Nōne horū auditu perterremini? Iā videamus, an his grauiora patiantur auari: etenim hi grauiorē habent carceris sui custodē avaritiā, & tanto grauiorē, quanto cum corpore animā quoq; colligat, & tenebræ hæc lōgè illis horridiores. Quippe quæ insensibiles sunt, sed intrinsecus generātur, & quocūq; abeūt, secum deferūt. Cæcatus nanq; est eis animæ oculus, omnīū maximē eos deus [miseria afficit,] dicens: Si autem lux in te tenebræ sunt, quātæ sunt tenebræ? Et illi quidem saltē lucernam habent ardētem, hi autem eo priuantur lumine. Quamobrem singulis diebus in innumeras cauernas decidunt. Et rei illi præterea nocte aduentate respirāt, in cōmuni infeliciū trāquillitate nauigantes, trāquillitatē noctem appello: auaris autem etiā hunc avaritia portum obstruit: tantam & tam difficile curā in hac nocte habent, vt puta quos nihil perturbat, sed in summo ocio seipfos affligunt: & hæc quidē huiuscemodi sunt. Illa autem quæ nā narrabit oratio, fornaces intolerabiles, igni ardētia flumina, dētiū stridores, vincula insolubilia, vermem venenosum, tenebras obscurissimas, & mala nullo sine præscripta: Timeamus igitur dilectissimi, timeamus tantorum malorum, & suppliciorum fontē. Infatigabilem cohibeamus furorem, nostræ salutis pestē. Nullo enim pacto simul stare possunt, & argētī & animæ amor. Intelligamus pecunias & terram esse & puluerē, quæ nos quū hinc migrabimus, relinquēt. Imo & ante migrationem nostrā nonnūquam nos deserunt, & in futurū & præsens seculum nobis magnum afferunt detrimētum. Siquidem ante gehennam & futurum supplicium innumeris & in hac vita nos bellis circūuenit, seditionēq; & pugnas

1. Tim. 6. b

Mat. 6. c 1. Tim. 6. b

A excitat. Nihil enim adeo bellorum causa est, vt avaritia. Nihil tam pauperē facit, siue in diuitiis sis, siue in paupertate. Nascitur enim & in pauperū animis grauius hic morbus, & lōge magis eorū conterit paupertatem: & si pauper auatus inueniatur, non in pecuniis talis est, sed in fame dat pœnā. Non em̄ ipsa rerum mediocritate licenter frui patitur, & fame vētrē afficit, & totū corpus nuditate & gelu excruciat, & lōgè captiuus squalidior, sordidiorq; vbiq; apparet, semper deslet, semper lamētatur, tanquā omnīū miserrimus, etsi innumeri sint pauperiores: siue in forū hic se cōferat, multis acceptis cicatricib<sup>9</sup> discedit: siue in balneū, siue in theatrū, plura accipiet vulnera, nō ab his qui spectāt tantū, sed ab his quæ sunt in scena, maximē quum multas fornicarias mulieres auro fulgētes intueatur: hic siue nauiget mare, quum mercatores & naues merciu plenas viderit, & quātū ipsi lucrētur, neq; se viuere existimabit: siue terrestre iter fecerit, agros, suburbana, diuersoria, balnea, & eorū prouētus reputas, mortuā sibi vitam arbitrabitur: siue domo se incluserit, quæ in foro vulnera acceperit recolēs, maiorē in modū labefactat animā, & vnū tātum nouit malorū quibus angitur, remediū, hoc est mortem, quo liberari possit. Hæc autem non pauper tantum, sed & diues, si in hūc morbū incidit, patietur: & tanto magis quā pauper, quāto maior illis violētia imponitur, & maior ebrietas. Idcirco omnium se pauperrimū arbitratur, vel est potius. Nō mēsurā facultatū, sed animi affectu diues & pauper diiudicatur: & ille maximē omnīū mendicus est, qui semper maiori angitur cupiditate, neq; vnquam potest tā graui affectui modū imponere. Hæc nos omnia reputātes, avaritiam fugiamus, quæ pauperem efficit, quæ animā corrumpit, quæ gehennam amat, odio habet regnū cœlorum, quæ vt vno verbo omnia cōplectar, omnium malorum mater est: t vt bonū nūq; veris fruamur & pecunias cōtēnamus, vt] repositas nobis opes cōparemus: quæ vtinam omnes cōsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria, in secula seculorum, Amen.

Homilia XXIII.

Entatio vos nō apprehendit, nisi humana. Fidelis aurem deus est, qui non patietur vos tētari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam euentum, vt positus sustinere. Quum Corinthios perterruisset merito veterum exemplorum narratione, etiam in sollicitudinem his verbis iniecit, [ne cadant.] Sunt autē qui multas tentationes tulerunt, & qui in his sæpnumero exerciti sunt: etenim in infirmitate, in timore & tremore multo fui apud vos. Ne dicerent, quid nos perterres? quid formidinem incutis? non sumus horum malorū immemores: etenim t̄ diminuti sumus, & persecutiones accepim<sup>9</sup>, & multa & frequētia pericula subiuiimus: vt eorum iterum sedaret superbiam, inquit: Tentatio vos non apprehendit, nisi humana: hoc est, parua, breuis, mediocris. Quod em̄ humanum est, id paruum dicit: quemadmodum in alio loco, Humanum dico propter infirmitatē carnis vestræ. Nolite igitur superbire, inquit, tanquam rempestatem superaueritis. Nondum enim nouistis periculum mortis, nondum tentationem mortis: quod etiam Hebræis dicebat, Nondum enim vsque ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnantes. Inde cum eos perterruisset, vide quo pacto rursum excitat, t̄ persuadendo modeste, inquit: Inquiens: Fidelis

pecunias cōtēnamus, vt pecunias fruamur, & cū pecuniis.

Qui se existimat stare, videat ne cadat.

supra. 2. a t̄ agitati sumus

Roma. 6. c Heb. 12. b t̄ postea quam vt moderatē sentirent sua ferit.

Fidelis



Fidelis autē deus, qui nō patietur vos tentari ultra q̄ superare potestis. Sūntne ergo tentationes quas superare non possumus? & quāenam sunt illæ? Omnes, vt ita dicā. Possibilitas enim in diuino nutu est, quā nostro alliciemus cōsilio. Quare vt certo cognoscas, nō solum illas, quæ virtutē nostrā exuperant, nō posse nos sine diuino auxilio facilē sustinere, sed ne has quidē humanas, addidit: sed faciet cum tentatione & p̄uentū, vt possitis sustinere. Et quidnā hoc significat? Neq; em̄ modestos illos, quod dixi, inquit, propria virtute extollem°, sed in hoc etiā loco diuino indigem° auxilio, vt eos & doceam°, & antequā docuerim°, perferamus. ] Ipse nanq; & patientiā dat, & celeritatē mutationis inducit, vt in hac parte tolerabilis fiat tētatio: hoc autē significauit, cū dixit: faciet euentū, vt possitis sustinere. & omnia ei tribuit. *Propter quod fratres charissimi mihi fugite ab idolōrum cultura.* Iterū eos [allicit cognationis nomine,] & multa cum festinatia cogit eos, vt ab huiusmodi peccato liberentur. Neq; enim dixit, discedite simpliciter: sed fugite, & rem hāc idolōrum culturā appellat. Itaq; nō amplius propter proximi detrimentū discedere rātum iubet, sed sui ipsius causā id sufficiens ostēdit, quod maximā affert calamitatē. *Vt sapientibus loquor: Vos ipsi iudicate quod dico.* Quū magnū quiddā locutus, accusatiōnē auxisset, culturā idolōrum appellās, ne iam exaspere eos videretur, & grauiorē sermonem faceret, ad eos iam remittit iudiciū, & laudādo eos iudices constituit, quod maximē cōfidentis iustitiæ suæ est, cū eundē quem accusat, verborum suorū iudicē appellat. Quæ verba maiorē in modum auditorē erigunt, quando non præceptoris more neq; legislatoris, sed cōsultoris, & iustitiam ab eis requirētis loquitur. Iudæis enim vtputa stultioribus & pueriliter affectis, nō ita deus loquebatur. Nā nunquā causas eis dicebat, cur præciperet, sed præcipiebat tantū. Hoc autē in loco cum multā simus libertatē cōsecuti, iam etiā cōsilio fruimur, & tāquā ad amicos loquitur, dicēs: Nō mihi opus est aliis iudicibus: vos ipsi hāc mihi feratis sententiā. Vos accipio iudices. *Calix benedictionis, cui benedicimus, nōne cōmunicatio sanguinis Christi est?* Quid dicis beate Paule, cum vis auditorē confundere, & horrendorū mysteriorū meminisse, calicē benedictionis appellas, calicem illū formidolosum & horroris plenū? Sanē quidem. Non em̄ paruū est quod dicitur. Siquidem cum benedictionem dico, Eucharistiam dico: & dicendo Eucharistiam, omnem benignitatis dei thesaurū aperio, & magna illa munera cōmemoro: etenim cum calice inenarrabilia dei beneficia, & quæcūq; cōsecuti sumus, addimus: ita ad eū accedimus, cū eo cōmunicamus, gratias agentes, q̄ humanū genus errore liberauit: q̄ cum spem nullā haberemus, & impij in hoc mūdo essemus, fratres & cōsortes suos ascripuit: his, & cæteris huiusmodi gratiarū actionib° accedim°. Quomodo igitur cōtraria nō facitis, o Corinthij, inquit, cū deo benedicatis, q̄ ab idolis vos liberauit, iterū ad eorū mēsas curritis? *Calix benedictionis, cui benedicimus, nōne cōmunicatio sanguinis Christi est?* Maximē his sibi verbis & fidē faciē, & horrore. Eorū autē huiusmodi est sententia: Quod est in calice, id est, quod à latere fluxit, & illius sumus participes. Calicē autē benedictiōis appellauit, quoniā cū præ manibus eum habemus, cum admiratione & horrore quodā inenarrabilis doni, laudamus, benedicētes q̄ sanguinē effudit, ne in errore permāne-

† euentū.  
† mediocres illas quod dixi, inquit, propria virtute firmem°, sed in his etiam diuino opus habebim° auxilio, vt eas pertrāsemus: & priusquam pertransierimus, feramus.

† euentū.  
† mediocres illas quod dixi, inquit, propria virtute firmem°, sed in his etiam diuino opus habebim° auxilio, vt eas pertrāsemus: & priusquam pertransierimus, feramus.

remus: neq; tantū effudit, sed nos omnes eius participes effecit. Itaq; si sanguinē cupis, inquit, noli idolōrum arā brutorū animalū cæde, sed meū altare meo sanguine aspergere. Quid hoc admirabilius dic queso: quid amabilius? Hoc & amātes faciūt, cū amatos intuetur, ali enorū cupiditate allectos: sua verò contēntes, propriis elargitis suadet, vt ab illis abstineāt. Sed amātes quidē in pecuniis, vestibus, possessionibus, hāc ostēdūt cupiditatē, in proprio sanguine nemo vnquā. Christ° autē & in hoc curā, & vehemētē in nos dilectionē ostēdit. Et in veteri quidē testamēto, cū imperfectiores essent, quē idolis offerebāt sanguinē, eū ipse accipere voluit, vt ab idolis eos auerteret. Quod etiā inenarrabilis amoris signū erat. Hic autē multo admirabili° & magnificētī sacrificiū præparauit, & cū sacrificiū ipsum cōmutaret, & p̄ brutorū cæde se ipsum offerēdū præciperet. *Et panem quem frangimus, nōne cōmunicatio corporis Christi est?* Quare nō dixit, participatio? Quia amplius quiddā significare voluit, & multā inter hęc cōuenientiā ostēdere. Nō enim participatione tantum & acceptione, sed vnitatem cōmunicamus. Quēadmodum enim corpus illud vnitum est Christo, ita & nos per hūc panē vniōne cōiungimur. Sed quare addit, Quem frangimus? Hoc in Eucharistia videre licet. In cruce autē minime, sed omnino cōtrā: Os enim ei°, inquit, nō cōte-

Exo. 12. 8  
Num. 19.  
b. 10.  
9 f  
† patitur propter te sustinet, vt omnia test.  
† euentū.  
† mediocres illas quod dixi, inquit, propria virtute firmem°, sed in his etiam diuino opus habebim° auxilio, vt eas pertrāsemus: & priusquam pertransierimus, feramus.

inquit, tanquā ipsi secundum spiritum sint. Quæ verba id significāt, Saltē à crassioribus erudiamini, q̄ qui edunt hostias, participes sunt altaris. Animaduertis quomodo ostēdat perfectam non habere cognitionem eos, qui tamen vidētur esse perfecti. Siquidē nesciunt communitatem quandam ab his, & amicitiam multis erga dæmones fieri sæpenumero, cū paulatim à cōsuetudine attrahātur. Nam si in hominibus mensa & salis cōmunicatio, amoris causa est & signū, hoc idē in dæmonibus accidere potest. Tu autē cōsidera, quo pacto de Iudæis non dixit, q̄ deo participāt, sed q̄ participes sunt altaris, etenim templum cōflagrauit: ] In corpore autem Christi non ita, sed aliter. Quomodo? cōmunicatio corporis Christi est, inquit, nō altaris, sed Christi participes facti sumus. Nā cum dixisset, q̄ participes sunt altaris: inde metuens, ne ita loqui videretur, tanquā idola vim haberent loquēdi, & aliquid offendendi: ] vide quomodo ea iterum destruxit his verbis: *Quid ergo dico quod idolis immolatum sit aliquid, aut quod idolum sit aliquid?* Hęc autem dico, inquit, & ad mōneo, non q̄ nocere quicquam idola, aut vim vllā habere possint, quippe quæ nihil sunt, sed vltimo vt ea despiciatis. Et si vis despiciere, inquit, qua gratia tāto studio ab his nos abducis? Quoniā ad dominum tuum non accedit. *Quæ enim immolant gentes, inquit, dæmonibus immolāt, & non deo.* Nolite igitur currere ad cōtraria. Neq; em̄ si regis filius es, inde ad spiritalē mensam acceptus, ea dimissa, cū reis & captiuis in carcere habitare velles: neq; permisisset pater, sed omni conatu abduxisset. Nō q̄ mensa nocere possit, sed tuā ignominia afficere nobilitatem, & regiam mensam fœdare: etenim hi serui sunt, qui offenderūt, qui ignominia affecti sunt, qui rei, qui deuincti, qui ad intolerabiles pœnas iudicati, & innumeris malis obnoxij. Quomodo igitur non erubescis, vt gulosus, vt illiberalis, cū huiusmodi noxij mensam apponant, & ad eam curris, & eorum quæ apponūtur, particeps efficeris? Propterea abduco vos. Ipsum em̄ sacrificantium propositū & accipientium [persona,] immunda quæ apposita sunt, reddit. *Nolo autem vos dæmonū participes fieri.* Vides diligentis patris humanitatem, vides quantā hoc verbum affectionis significantiā habeat? Nihil volo, inquit, vt cōmune cum illis habeatis. Inde cū admonuisset ne quis ex stultioribus despiceret, tanquam haberet potestatem, cum dixisset, [volo,] & vos iudicate: manifestat iam, & legē his verbis affert: *Non potestis calicē domini bibere, & calicem dæmoniorum, nō potestis mensam domini participes esse, & mensam dæmoniorū.* & nominibus tantū vt abducat cōtentus est. Deinde reprehēsiue, *An æmulamur dominū? nunquid fortiores illo sumus?* Tentamus eū, an nos punire possit, & ad hostes deficiemus, & cū ipsis in aciem veniemus? Hoc autē dixit, vt vererem eis historiam in memoriam reduceret, & [spiritalē] iniquitatē. Quare eo verbo vsus est, quo ad Iudæos Moses aliquando, eos idololatriæ arguēs dei nomine vsus est. Ipsi enim æmulati sunt in nō deo, prouocauerūt me in idolis suis. *Nūquid fortiores illo sumus?* Vides q̄ formidolose, q̄ horrendo eos exterruit, & neruos eorū concutit, & eos ad [incōtinentiam] adducēs, vehemēter tangit & deprimat superbia. Et quare non ab ipso principio hęc posuit, quæ maxime eos abduxissent? Quoniā Paulo mos est, pluribus quæ vult, cōfirmare, & fortiora posterius ponere argumenta, & eorū copia superare. Propterea ab inferioribus incipiēs, ad ipsum malorum caput

† comburebatur quod postu fuerat.

† vim haberent, & in aliquo ledere possent.

† paternā.

† nolo.

† patrum.

† abstrudam.

ascendit. Ita enim hoc fit probabilius, cum eorū animus sit prioribus delinitus. *Omnia mihi licet, sed non omnia expediunt. Omnia mihi licet, sed non omnia edificant.* Nemo quod suū est querat, sed quod alterius. Animaduertis quāta vitur prudētia? Cū enim credibile esset omnes dicere, Perfectus sum & meipsum dominus, & sine vllius offensione, quæ mihi apponūtur, comedo. Certe inquit, perfectus quidē es, & tui dominus. Sed noli hoc cōsiderare. Verum in detrimentū hęc res habeat, & excidiū: etenim vtrunq; dixit his verbis, Non omnia expediunt, non edificāt: alterū pro se, alterū pro fratre ponens. Dicēdo enim, Non expediunt, illius perditionē significat: dicēdo autem, Non edificant, fratris scandalū. Quamobrem subdidit, nemo quod suū est, querat: quod vbiq; per totam confirmat epistolā. Præterea ad Romanos scribēs, Etenim Christus, inquit, nō sibi placuit. Et iterū: Sicut ego omnibus placeo, nō quærens meā vtilitatem: & hoc iterum in loco, non tamē id exponit. Nā cū in superioribus multis id rationibus confirmasset, & minime vtilitatē suā querere ostendisset, sed Iudæis tanquā Iudæum locutū esse, & his qui sine lege sunt, tanquā sine lege, & libertate sua & potestate nō simpliciter vsus, sed in omnium vtilitatē seruissē omnibus: paucis cōtentus verbis hoc in loco se absoluit, & ex his paucis eorū, quæ dicta sunt omnia in memoriā reducit. Hęc ergo cum intelligamus dilectissimi, velimus inuicē vnitatē seruare. Ad hoc enim nos inducit sacrificiū illud formidandū & admirabile, quod iubet nobis, vt cum concordia & charitate maxima ad se accedam°, & aquile in hac vita facti, ad ipsum cœlū euolemus, vel potius supra cœlū. Vbi enim cadauer, inquit, illic & aquilæ. Cadauer domini corp° propter mortē: nisi enim ille cecidisset, nos nō resurrexissēmus. Aquilas autem appellat, vt ostēdat, ad alta eum oportere contendere, qui ad hoc corpus accedit, & nihil cū terra debere ei esse commune, neq; ad inferiora trahi & repere, sed ad superiora semper volare, & in Solē iustitiæ intueri, mentisq; oculus acutissimum habere. Aquilarum enim non graculorum hęc mensa est. Et tunc occurrent ē cœlis descēdenti, qui nunc [merito] fruuntur: quemadmodū qui indigne, vltima patientur. Nam si regem quis nō incōsiderate acciperet: quid dico regem, immo ne regium quidem vestimētum immundis manibus tangeret, quāuis in solo loco solus esset. Atqui nihil aliud id vestimētum est, quā vermium filium. Quod si tincturā admiraris, etiā ipsa mortui piscis sanguis est. Verum id nemo immūdis manibus tractare auderet. Quod si hominis vestē nemo temere attingeret: quo pacto omnium domini corpus purum & immaculatū, quod diuinæ illius naturæ particeps est, propter quod & sumus & viuimus, propter quod portæ inferi fractæ sunt, & cœlorū aperte, tanta cū ignominia accipiemus? Nolumus obsecro, nolumus impudentes nos ipsos interimere, sed cū [honore] & mundicia omni ad [deū] accedamus: & quando id propositū videris, dic tecum, Propter hoc corpus non amplius terra & cinis ego sum: non amplius captiuus, sed liber. Propter hoc, cœlū & quæ in eo bona sunt, me accepturum spero: propterea immortalē vitam, angelorū sedem, Christi consuetudinem. Hoc corpus affixū, verberatum, morte victum nō est. Hoc corpus sol crucifixum vidēs, radios auertit. Propter hoc & velū tēplū scissum est & petre, & terra vniuersa tremuit. Hoc idē corpus cruciatum, lancea vulnera-

Rom. 15. 4  
Hic in fr. g

Christi corp° quomodo sumendum.  
Matt. 24.

† horrore  
† illud.

Mat. 27. f

tum, fontes sanguinis & aquę vniuerso orbi salutare fecerunt. Vis & aliunde vires eius intelligere? interrogat. *Mat. 9. c. ga* quę sanguinis fluxum passa est, quę nõ Iesum, sed eius vestimentũ, nec totum sed eius sũbriam duntaxat tetigit. Interroga mare, quod dorso suo id pertulit. Interroga ipsum diabolũ, & dicito, Vnde insanabile vulnus accepisti? vnde vires amisti? vnde captus es? a quo detineris? a quo fugis? Nihil aliud q̃ a corpore respondebit crucifixo, per quod stimulu suũ cõfregit, per quod caput cõtriuuit, per quod principatus & potestates eius t̃coercitę sunt. ] Spoliās enim, inquit, principatus & potestates traduxit, cõfidenter palam triumphans de illis in semetipso. Interroga mortẽ, & dicas, vnde periit stimulus tuus? vnde dissoluta est victoria tua? vnde incisi sunt nerui tui? & pueris & puellis ridicula facta es, quę & tyrannis & iustis omnibus antehac eras formidolosa: & corpus hoc horũ omnium causam esse profitebitur. Quod cum crucifixũ est, tũ mortui suscitati sunt. Tũ carcer ille & gręx portę fractę sunt, & mortui surrexerunt, & omnes inferi ianitores fugati sunt. Atqui si ex multitudine vnũ fuisset, cõtrã euenire oportuit. Mors præualuisset, nõ tamen præualuit. Non enim ex aliorũ erat numero. Idcirco a morte solutus est. Et quęadmodum qui cibũ accipiunt, quem cõtinere non possunt, etiam quem antẽ comederũt, propter illũ euomũt: ita in Christi morte vsũ venit. Mors cum corpus quod corrumpere nõ poterat, accepisset: etiã illa eiecit, quę comprehendebat. Siquidẽ cum Christum haberet, dolebat & affligebatur, quousq; eũ euomuit. Idcirco inquit Apostolus, Soluẽs dolores mortis. Neq; enim aliqua mulier quę filiũ parit, ita dolet, vt illa cum corpus dominicum comprehendisset, distrahebatur, lacerabatur. Et quod in Babylonio dracone factũ est, quando accepto cibo crepuit medius: idẽ in hoc vsũ venit. Nõ em̃ per os mortis Christi rursus erupit, sed medio draconis ventre rupto atq; discepto, ex adytis clarissimus euasit, & radios non ad hoc vsq; cœlum, sed ad ipsum supernum thronum dimisit. Illuc nanq; ipsum exulit, quod etiã nobis exhibuit, & vt teneremus & manducaremus, quod maximũ dilectionis signũ est. Quos enim amamus, nonnunquã etiam mortũ petimus. Quare Iob vt seruorũ in se amorem ostenderet, dicebat, illos sep̃numero nimio in se amore dixisse, quis det de carnib⁹ eius vt saturemur? Ita & Christi suam carnẽ dedit nobis, vt ea saturaremur, quo nos in plurimũ sui amorem allexit. Ad eum igitur cũ feruore accedamus & dilectione q̃ vehementissima, ne grauius subeamus suppliciu. Quanto enim maius beneficium accipimus, tanto magis puniemur, quãdo eo indigni apparebimus. Hoc corpus in præsepe reueriti sunt Magi, & viri impij & barbari lōgo itinere cõfecto, cũ timore & tremore plurimo adorauerũt. Imitemur igitur saltẽ barbaros, nos qui cœlorũ ciues sumus. Illi enim cum id præsepe & tuguriũ tatum, neq; eorum quicquã, quę tu nũc intueris viderent, summa accefferunt reuerẽtia & horrore: Tu vero nõ in præsepe id, sed in altari: nõ mulierẽ, quę in vlnis teneat, sed sacerdotẽ presentem, & spiritum perabũde super proposito diffusum sacrificio vides. Nec simplex vt illi corpus intueris, sed & eius potẽtiã, & omnẽ cognoscis administrationẽ, & nihil eorũ quę per ipsum facta sunt, ignoras: & diligẽter initiatus es in omnib⁹. Excitemur igitur, horrefcamusq; & maiorem q̃ barbari illi præ nobis feramus pietatẽ, vt nõ simpliciter

*Mat. 9. c. ga*  
*Luc 8. d*  
*Coloss. 2. c.*  
*Infr. 15. g.*  
*Mat. 2. d.*  
*1. Rom. 6. a*  
*Dan. 14. c.*  
*1. Job 31. d*  
*Mat. 2. b*  
*1. simpli. ter.*

*1. tradu. tate sunt.*  
*Coloss. 2. c.*  
*Infr. 15. g.*

*Mat. 2. d.*  
*1. Rom. 6. a*

*Dan. 14. c.*

*1. Job 31. d*

*Mat. 2. b*

*1. simpli. ter.*

neq; frigide accedẽtes vehementiori igni caput obiciamus. Hęc autẽ non dico, vt non accedamus, sed ne temere accedamus. Quemadmodũ enim frigida accessio periculosa est, ita nulla mysticę illius cœnę participatio, t̃ pestis] est & interitus. Ipsa nanq; mensa, animę nostrę vis est, nerui mentis, fiducię vinculum, fundamentum, spes, salus, lux, vita nostra. Si hinc hoc sacrificio muniti migrabimus, maxima cum fiducia sanctum ascendemus vestibulum, tanquam aureis quibusdam t̃ vestibus] vndiq; cõtecti. Et quid futurũ commemoro? Nam dum in hac vita sumus, vt terra nobis cœlum sit, facit hoc mysterium. Ascẽde igitur ad cœli portas, & diligenter attende, immo non cœli, sed cœli cœlorum, & tunc quod dicimus, intueberis. Etenim quod summo honore dignũ est, id tibi in terra ostendam. Nam quemadmodũ in regijs, non parietes, non tectum aureum, sed regium corpus in throno sedens omnium præstantissimum est: ita quoq; in cœlis regium corpus, quod nunc in terra videndũ tibi proponitur. Neq; angelos, neq; archangelos, nõ cœlos, nõ cœlos cœlorum, sed ipsum horũ omnium tibi dominũ ostendo. Animaduerte quõnam pacto, quod omnium maximũ est atq; præcipuum, in terra non conspicias tantũ, sed tangis: neq; solum tangis, sed comedis, & eo accepto domum redis. Absterge igitur ab omni sordẽ animã tuam. Prepara mentem ad horum mysteriorum susceptionẽ. Etenim si puer regius purpura & diademate ornatus tibi ferẽdus traaderetur, nõne omnibus humi abiectis, eũ susciperes? Verum nunc cum non hominis regium puerum, sed vnigenitum dei filiũ accipias, dic quęso, non horrefcis, & omnẽ secularium rerũ amorẽ abiicis, & eo te solo ornatũ reddis, sed adhuc humum aspicias, pecunię incumbis, terrę deditus es: & quãnam veniam cõsequeris, quam excusationẽ? Nõne vides dominũ tuum omnẽ pompã secularẽ penitus abiicisse? Nõne propterea in præsepe positus est, cum primũ natus est, & vilem matrẽ voluit? Nõ propter hoc ei, qui ad diuersoriũ suum respiciebat, inquit, Filius autẽ hominis non habet, vbi caput reclinet? Quid discipuli? Nõne cundẽ seruauerunt morem, in pauperum domos introducti, & alius quidẽ ad coriariũ, alius ad tẽtoriorũ opificẽ, & ad eam quę vendebat purpuram, diuertebant? Non enim domus magnificentiam, sed animarum virtutẽ quærebãt. Huiusmodi & nos desideremus, & columnarum & marmorũ pulchritudinẽ contempnamus, & supernas tantũ mansiones perquiramus, & omnẽ huius mundi superbiam cum pecuniarum cupiditate conculcantes, animũ altius erigamus. Nã si sobrij erimus, t̃ nullus noster cultus, nulla porticus, nullus deãbulationis locus dignior. ] Quare hortor, vt nostram animam exornemus, hęc propriã præparemus, quam solam, cum hinc migrabimus, sociam habebimus, vt sempiterna consequamur habitacula, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

*1. famet.*  
*1. armis.*

*Luc. 9. g.*

*1. mundum*  
*1. hanc*  
*1. nobis erit*  
*1. digno, me-*  
*1. du portu-*  
*1. cum etiam*  
*1. bulant.*

*1. cum per*  
*1. iudeam*  
*1. excipia, in*  
*1. per, et c.*



Homilia xxv.

Mne quod in macello venit, māducate: nihil interrogates propter conscientia. Cũ dixisset impossibile calicẽ domini bibere, & calicẽ dæmoniorũ, & omnino ab illorum mensis auditores auertisset, t̃ & a Iudæorũ exẽplis & humanis rationib⁹, ab horrendis mysterijs, ab his quę in idolis facta sunt, & multã eis incussisset formidinẽ, ne eius gratia in aliũ iterũ errorẽ impelleret, & cogeret, curiosius q̃ opus sit timere,

fit timere, nequando quicquã tale siue ex foro siue aliunde ignorãtib⁹ ipsis eueniret, huiusmodi eos soluẽs necessitate, inquit, Omne quod in macello venit, māducate: nihil interrogates. Nam si nescius, inquit, comederis, neq; videris, nõ reus eris supplicij. Ignoracionis enim gratia fecisti, non gulę. Neq; hac tantum solitudine liberum dimittit, sed etiã alia, & in magna eos licẽtia & libertate cõstituit. Siquidẽ non dimittit interrogare, hoc est, inquirere, & inuestigare: an idolorũ sacrificiũ sit, nec ne: sed omnia indifferenter ex foro comedẽda: neq; percõtari quid sit appositum, vt nulli præbeat respondendi materiã. Itaq; qui comedit & ignorat, is liber est: huiusmodi em̃ nõ suapte natura mala sunt, sed volũtas ipsa facit immundũ. Idcirco inquit, nihil interrogantes. Domini enim est terra & plenitudo eius, ergo non dæmoniorum. Quod si terra dei est, & terrę fruct⁹, & bruta dei sunt. Si igitur omnia dei sunt, nihil est immundũ. Fit autẽ immundum a cuiusq; voluntate & inobediẽtia. Propterea nõ tantum permisit, sed si quis infidelium vos ad cœnã vocat, & placet accedere, omne quod vobis apponitur, māducate, nihil interrogates propter conscientia. Animaduerte iterũ viri modestiam. Non enim præcipit & statuit discedẽdum, sed neq; prohibuit: & rursus qui discedunt, omni eos liberat suspicione. Quid tãdẽ? Ne metus & formidinis alicuius tãta videretur esse curiositas. Qui enim diligẽtius percontatur, formidinẽ præ se fert. Qui autẽ postquã audierit, abstinet, contẽptus & odij gratia abstinere arguitur. Quambrẽ Paulus ad vtrumq; respiciẽs, inquit: Omne quod vobis apponitur, māducate. Si quis autẽ dixerit, hoc immolaticium est idolis: nolite manducare propter illum, qui indicauit. Non enim tanquã vim habeant, sed tanquã ab immundis abstinendum iubet. Nolite igitur ac si nocere possint effugere. Nullã enim habet vim. Neq; cum ita sit, sinẽ differentia his vtimini. Siquidẽ inimicorũ est, & sceleratorum mēsa. Idcirco inquit, Nolite māducare propter illũ qui indicauit, Et propter conscientiam. Domini enim est terra, & plenitudo eius. Vidẽsne quãdo & quomodo comedẽdum, quãdovẽ abstinẽdum iubet: idẽ in medium adducit testimoniũ. Non idcirco prohibeo, inquit, tanquã aliena sint. Domini enim est terra, sed propter conscientiam dixi, hoc est, ne lædatur. Nõ igitur oportet diligẽtiam percontari? Nõ inquit. Neq; enim tuã conscientiam dico, sed illius. Nã prius dixi propter illum, qui indicauit, & prosequitur: Conscientiam autem dico, non tuã, sed alterius. Sed fortassẽ diceret quispiam, q̃ fratrib⁹ non immerito parcẽdum est, & nõ finis nos eorum gratia gustare, ne eorum imbecillis cõscientia ad comedẽdum quod immolatũ est idolis adducatur. Verum si Gentilis quispiam hoc dixerit, quid tibi eius curę est? Non tu dixisti, t̃ quid enim attinet si externi iudicãt. ] Qua igitur gratia illũ iterum curas? Nõ illum curo, inquit, hoc in loco, sed te. Quare addidit: Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? Libertatem, t̃ inobseruantia & prohibitionẽ] appellat. Hoc enim libertas est, nulli Iudicę seruituti obnoxia. Quod autẽ dicit, hoc est: liberũ me fecit deus, & omni molestia superiorem. Sed non potest gentilis meã iudicare religionem, neq; domini mei charitatẽ intueri, sed reprehendit, & tacite secum Fabulã sunt, inquit, Christianorũ instituta. Abstinent ab idolis, fugiunt dẽmones. Inde qui illis cultum exhibet, amplectuntur. Multa eorũ gula. Et quid hoc? inquit. Quod nobis detrimentum, si male illẽ iu-

*1. sal. 23. a*

*1. ibidem.*

*1. quid enim*  
*1. mibi*  
*1. de his qui*  
*1. foris sunt,*  
*1. iudicare?*  
*1. t̃ nõ obser-*  
*1. uatum est*  
*1. non prohi-*  
*1. bitum.*

dicauerit: Sed quanto satius est, nullã ei omnino dare iudicandi materiã. Nam si abstinueris, minime id poterit suspicari: & quõnam pacto? inquit. Cum enim nihil huiusmodi interrogantẽ viderit, num ex macello, num ex conuiuio sit, curnam obloquatur, & accuset tanquã indifferenter his cõmunicem? Minime. Siquidem non tanquã immolaticio, sed puro vteris: si non perserutaris, vt nullã ostendas appositorum formidinẽ. Hac igitur gratia, siue in gentilium domum ingrederis, siue in forũ veneris, nõ permittã vt interrogas, ne formidolosus appareas, neq; superfluũ laborem suscipias. Si ego cum gratia participo, quid blasphemor pro eo, quod gratias ago? t̃ Cum qua gratia participas, dic quęso? Cum dei donis. ] Nam gratia dei tanta est, vt animã mihi immaculatã reddat, & omni sordẽ carentẽ. Nã quęadmodum sol diffusus in immundissima loca radiis, nõ coinquinatur, sed rursus ad se mundos recipit: ita & nos, ac etiã longẽ magis in medijs mũdi sordibus versati, mundi permaneremus, modo voluntas adesset: tanto maiore virtute præstamus. Qua igitur gratia abstinere? inquit. Nõ tanquã futurus sit immundus. Absit. Sed propter fratrẽ, ne socius dæmoniorũ efficiar, nõne infidelis iudicium subeam. Hoc enim in loco non amplius natura, sed inobediẽtia, & erga dẽmones obseruantia me immundũ reddit, & voluntas corruptionis causa est. Quid autẽ illa particula significat, Quid blasphemor pro eo, quod gratias ago? Ego, inquit, gratias ago deo, q̃ in tã excelso me loco collocauit, & Iudaica humilitate sublimiorẽ me præstitit, vt nulla ex parte offendar. Gentiles autem meę sapientię ignari contrã suspicantur, & dicent: Christiani nostrã concupiscunt. Simulatores quidã sunt, a dæmonibus auertuntur, inde ad eorum mensas accurrunt. Quo quid fieri potest stultius? Nõ ergo veritatis gratia, sed ambitionis & honoris, ad huiusmodi se doctrinã contulerunt. Quantę ergo stultitię foret, pro quibus ita beneficia accepi, vt gratias agã, pro his blasphemię causa fieri? Sed hęc etiã nunc obloquetur gentilis, inquit, si nõ interrogantẽ viderit. Minimẽ. Siquidẽ nõ omnia sacrificio idolorum plena sunt, vt id suspicandum sit, neq; tanquã ab idolis fuerit, reiiciendũ, nõ li itaq; superflua perserutari, neq; rursus, si idolorũ esse sacrificium dixerint cõmunicare. Etenim Christus gratias tibi largitus est, & in excelso constituit, & omni, quod inde prouenire possit, detrimento maiorem: non vt male audias, neq; vnde tanta consecutus es bona, vt gratias agas, inde alios offendas, t̃ & blasphemias. ] Sed quare non dico gentili, inquit, me māducare, & nihil offendi, & nullo in dẽmone affectu eum cibum sumere? Quoniã nullo posses pacto persuadere, & si millies id dixeris. Imbecillis enim est & hostis. Quod si fratri nondũ persuasisti, multo minus inimico & gentili. Si illũ in idolorum sacrificijs conscientia mouet, lōge magis infidelẽ. Quid autẽ nobis tãtis opus est rebus? quid quęso? cum Christi habeamus cognitionẽ, eiq; gratias agimus: illi ṽro maledicunt, propterea ab hoc abstinemus? Absit: neq; enim æquum est. Siquidẽ in perferẽdis maledictis multũ lucramur: hic autẽ nihil amplius. Ideo his verbis præoccupauit. Neque enim si comedamus, abundamus: neq; si nõ comedamus, priuamur. Præterea & fugiẽdam rem ostendit, & aliunde his abstinere oportere, nõn hac tantum, sed aliis quas dixi causis. Siue ergo māducatis, siue bibitis, siue quid facitis, omnia in dei gloriam facite. Vides quo pacto a proposito re vniuersalẽ induxit

*1. que partici-*  
*1. pias cũ*  
*1. gratia dic*  
*1. quęso? deĩ*  
*1. ne dona.*

*1. ita ṽ*  
*1. blasphemias*  
*1. ment.*



admonitionem, & hunc vnum optimum nobis sine  
 proposuit, vt deū in omnibus glorificemus. *Sine offen-*  
*sione estote Iudæis, & gentilibus, & ecclesiæ dei:* hoc est, nullā  
 cuiquā causam in scandalum præbentis: etenim scan-  
 dalizabitur frater, & Iudæus maiori te odio psequetur,  
 & reprehedet. Nec non & gentilis tanquā gulo-  
 sum, & simulatorē te iridebit. Non solum autem fra-  
 tres non sunt scādalizandi, sed quantum in nobis est,  
 neq; externi: etenim lux sumus, & fermētum, & lumi-  
 naria, & sol. Illuminare neq; non tenebras ostēdere  
 oportet, cōstringere non dissoluere, ad se allicere in-  
 fideles non fugare. Quid igitur persequeris, qui sunt  
 alliciedi: etenim gētilis perturbātur, cū nos discor-  
 des videant. Animum enim ignorāt: non, quia omni  
 sensibili labe superior nō sit anima: & inde etiam fra-  
 trum] imbecilliores itidē affecti sunt. Animaduertis  
 quot causas affert, propter quas ab idolorū sacrificiis  
 sit abstinēdum, propter inutilitatē, propter superflui-  
 tatē, propter fratris detrimētum, propter Iudæi bla-  
 sphemiam, propter gētilis accusationē, ne videamur  
 cum dæmonibus cōmunicare, neve idololātriā com-  
 mittere. Inde cum dixisset, Sine offensione estote, &  
 reos fecisset, & gentiliū & Iudæorū detrimēto, & gra-  
 ue quiddā dictum videretur: considera, q̄ id facile &  
 leue esse dicat, cum se ipsum in mediū his verbis ad-  
 ducit: Sicut ego per omnia omnibus placeo, nō que-  
 rens vtilitatem meam, sed multorum, vt salui fiant.  
 Imitatores mei estote, sicut ego Christi. Hæc perfectæ Chri-  
 stianæ religionis regula est, hic certissimus terminus,  
 hoc supremū cacumē, quærere quæ cōmunē omniū  
 comprehendāt vtilitatem. Quod ipse significans, ad-  
 didit: Sicut ego Christi. Nihil enim adeo potest nos  
 Christi imitatores efficere, vt erga pximū cura. Sed  
 licet ieiunādo, humi dormiēdo, corpus maceraueris:  
 nullā autem proximi curam habueris, nihil egregiū  
 feceris, sed adhuc lōge ab huiusmodi abfueris imita-  
 tione. Atqui hoc quidem in loco suapte natura vtile  
 est, ab idolorū sacrificiis abstinere: Ego autem multa  
 quæ nō debēbā, feci, inquit: videlicet, cū circūcisus  
 sum, ] cū sacrificauī. Hæc si quis suapte natura inqui-  
 reret, & prosequētes perdit, & à salute decidēdi cau-  
 sa est. Sustinui tamē hæc propter eorū lucrū. Verum  
 hoc in loco nihil eiusmodi. Illic enim nisi accederet  
 vtilitas, & aliorū causa fieret, sequeretur detrimētū:  
 hic autē quāuis nemo scādalizetur, est tamē phibitis  
 abstinēdū. Atqui nō solū dānosa, verū & laboriosa  
 perpeffus sum. Alias autem ecclesias spoliaui, inquit,  
 accipiens stipendiū. Cum liceret manducare, & non  
 operari, nō tamē id quæsiui, sed fame cōsumi malui,  
 q̄ aliū scandalizare. Propterea inquit, Per omnia om-  
 nibus placeo. Siue præter legē aliquid, siue laborio-  
 sum, siue periculofum facere oporteat, omnia in pro-  
 ximorum vtilitatē perpetior. Cū igitur omniū dili-  
 gentia supremus sim, humilitate omniū abiectissimus  
 effectus sum. Etenim nullū valde magnū potest esse  
 officiū, quando nullum in proximos lucrum cōfera-  
 tur: quod ostendit, qui totū reddidit talentū, & sup-  
 plicio affectus est, quoniam id nō auxit. Tu igitur mi  
 frater, quāuis fame conficiaris, quāuis humi iaceas,  
 quāuis cinerē comedas, quāuis super lachrymis ma-  
 deas, & nihil cuiquam proficias, nihil magnum facis:  
 etenim antiquitus magnis & generosis illis viris hæc  
 maxime cura erat, vt summa cū diligētia aliorū vi-  
 tam diquirerēt: ] & manifeste cognosces nullum co-  
 rum ad suā vnquam respexisse vtilitatē, sed proximi

vnusquisq;. Quamobrem maiorem in modū clarue-  
 runt. Etenim Moses multa & magna operatus est mi-  
 racula, sed nullū tam magnum eum fecit, vt beata illa  
 vox, quā ad deum habuit cū inquit, Aut dimitte eis  
 hanc noxā: aut si non facis, dele me de libro tuo. Hu-  
 iusmodi erat & David. Idcirco dicebat, Ego pastor  
 peccauī, & ego male feci: & hi, qui ouile sunt, quid fe-  
 cerūt? fiat manus tua super me, & super domū patris  
 mei. Eodē modo Abrahā non suā, sed multorū quæ-  
 siuit vtilitatē. Ideo se periculis exposebat, & deū pro  
 his, qui nihil sibi cōferebant, obsecrabat. Hi quidem  
 tantopere claruerunt. Qui autē sibi tantū consulunt,  
 considera quantum acceperint detrimētum. Fratris  
 igitur filius cū audiuit, Si tu dextrā elegeris, ego ad  
 sinistra pergam: optione accepta suam quæsiuit vti-  
 litatē, quam nō modo non inuenit, sed ipsa quoq; re-  
 gio est incensa. Quæ autē Abrahæ obtigit, incolumis  
 seruata est. Ad hæc Ionas nō aliis, sed sibi ipsi prospici-  
 cōs, pene periclitat⁹ est, & ciuitas cōseruata. Ipse ve-  
 ro agitur, iactat⁹ & obrutus est fluctib⁹. Sed cū mul-  
 titudinis salutē inuigilauit, suā inuenit. Ita & Iacob in  
 ouibus proprium nō quærens lucrum, plurimum lu-  
 cratus est: Ioseph autem fratrum studens vtilitati, suā  
 est cōsecutus. Qui missus à patre nō dixit, Quid: non  
 audisti, q̄ pro visionibus & somniis discerpere me ag-  
 grediebantur, & somniorū & amoris erga me tui pæ-  
 nas dabam? quid non contra me molientur, cū in eo-  
 rum ero potestatis? Nihil huiusmodi causatus est, nec  
 cogitauit quidē, sed rebus omnibus fratrum salutem  
 preposuit. Idcirco omnia postmodum bona adeptus  
 est, quæ eum clarissimum gloriosissimūq; reddide-  
 runt. Præterea Moses, nihil enim prohibet iterū eius  
 meminisse, & contemplari quomodo res suas contē-  
 psit, & alienas profecutus est. Moses inquam in regia  
 domo educatus, cum Christi opprobrium maiores  
 Aegyptiis thesauris diuitias arbitraretur, omnib⁹ ab-  
 iectis, cum Hebræis malorū particeps esse non recu-  
 sauit. Quamobrē non solum ipse non seruiuit, sed &  
 illos à seruitute liberauit. Magna quidē hæc & ange-  
 lica digna vita. Verum Paulus maxime in hoc excel-  
 luit. Alij nanq; omnes suis ommissis bonis proximorū  
 malis cōmunicare non recusarunt. Paulus autem lō-  
 ge maiora aggressus est. Nō enim simpliciter voluit  
 aliorum calamitatibus participare, sed maximas ipse  
 subiit, vt ceteri bene haberēt. Nō enim par est, vt qui  
 deliciis fruitur, his abiectis, malis sponte sua se obii-  
 ciat, & ipse tantum calamitatibus affectus, ceteros in  
 quiete & honore cōstituat. Hoc enim in loco, et si ma-  
 gnū sit bona malis proximi gratia permutare: tamen  
 nō parū affert cōsolatiōis, si calamitatis socij habeā-  
 tur. Quod autē quispiam velit solus miser esse, vt alij  
 bonis fruātur, id multo præstantioris animi est, & so-  
 lius Pauli sapientiæ. Neq; hac tantum, sed & alia etiā  
 præstantia maiore omnibus quos antē memorauimus,  
 Paulus clarior apparuit. Siquidē Abraham & reliqui  
 omnes periculis se in præfenti vita obiecerūt, & om-  
 nes illi simpliciter hæc mortē deposcerūt. Paulus au-  
 tem futurā etiam gloriā gloriæ proximi posthabuit.  
 Habeo & tertiam quam afferre possum excellētiā.  
 Quāmnā? Quod illorum quidā quāuis insidiantium  
 salutē inuigilabant, eorū tamen curā habere debēbāt:  
 & idem his contigit, ac si quispiam filio prauo, & le-  
 gū transgressori præfuerit, filio tamen. Paulus autem  
 pro his maledictū esse voluit, quorum nō erat credi-  
 ta gubernatio. Ad gentes enim missus erat. Animadu-  
 uertis

† sal.

† offendū-  
tur, cū nos  
ad talia re  
currere vi  
deat. A-  
nimam  
enim igno-  
rant, &  
quod om-  
ni sensibi-  
li labe sub-  
lunior fa-  
cta sit ani-  
ma & lu-  
dei & fra-  
trum.

Cap. xi.

† circun-  
cidi.

Act. 6. 4.

2. Cor. 11.  
b.

Mat. 23.

† summa  
cum dili-  
gētia illo-  
rum vitā  
exquire.

Gen. 13. 2.

1. Ion. 1. 6.

Exod. 1. 4.  
& Hbr.

Rom. 9. 4.

Gala. 1. 1.

uertis animi magnitudinē, & excellētiā, quæ ipsum  
 cœlū transgreditur. Hunc imitare, quem si nō pote-  
 ris, saltē eos, qui in veteri claruerunt testamento an-  
 nitere. Ita enim tibi vtilitatē comparabis, si proximi  
 inuigilabis vtilitati. Itaq; si piger in fratris cura fue-  
 ris, intellige nulla prorsus ratione te salutē cōsecutu-  
 rū. Igitur tua ipsius gratia pximi tui rebus adfis. Suffi-  
 ciētia itaq; sunt, quæ iam diximus, quæ persuadeant,  
 nulla alia ratione vtilitatē nos inuenire posse. Quod  
 si hoc à cōfessis exēplis cognoscere volueris, cōfide-  
 ra, si quādo domū aliquā exuri cōtingat, inde nō nul-  
 li ex vicinis sibi cauentes, minime se periculis obii-  
 ciāt, sed domi inclusi timeāt, ne quis ingrediat, qui  
 aliquid ex rebus suis auferat, quantā iacturam faciēt:  
 etenim ignis eos quoq; comprehendet, & omnes eo-  
 rum comburet facultates. Itaq; cum proximi vtilita-  
 tem non respexerunt, suā perdidērunt. Siquidē deus  
 cum inuicē omnes colligare vellet, talem rebus vtili-  
 tatē imposuit, vt in proximi vtilitate alterius etiā col-  
 ligata sit, & vniuersus mūdus hoc pacto cōstitut⁹ est.  
 Propterea si in mari tēpestate exorta gubernator o-  
 missa multorū salute, suā tantū quæreret, & seipsum,  
 & ceteros quāprimum obrueret: & vniuersūq; ar-  
 tis, si sua tātum quæratur vtilitas, nunquam neq; vita  
 cōstaret, neq; ars, quæ sui ipsius quæreret vtilitatem.  
 Propterea agricola nō tantum frumentum seminat,  
 quantū sibi satis sit. Nā iam pridem & se & alios per-  
 didisset, sed quod multis sufficiat, terræ mādāt: & mi-  
 les, nō vt suæ duntaxat cōsulat salutē, se periculis obii-  
 cit, sed vt ciuitatis in securitate cōstituat: & mercator  
 non eas tantū merces transportat, quæ sibi ipsi sa-  
 tis sint, sed multis aliis. Quod si quis hoc in loco dice-  
 ret, nō alterius, sed suā vnumquenq; cōsiderare vtili-  
 tatē, & idcirco ita facere, vt pecunias sibi & securitatē  
 & gloriā compareret, atq; ita dum suā quærir, proximi  
 quoq; quærere vtilitatē: idem ego dico, hoc est quod  
 iam diu audire volebā, & hac gratia hunc omnē ser-  
 monē fecimus, vt ostenderemus tunc sibi vnūquen-  
 que consulere, cū proximo consulit. Nam cum aliter  
 proximi cōmodum non essent homines curaturi, nisi  
 in hac cōstituti necessitate, ppter ea ita deus ea cōiun-  
 xit, & nō permittit, vt in propriā prius quisquam ve-  
 niat vtilitatē, nisi per alienam trāseat. Hoc igitur hu-  
 manum est, vt hoc pacto proximo vsui simus. Verum  
 oportet nō hinc, sed diuina voluntate ad hoc adduci.  
 Siquidē nemo salutem cōsequi potest, nisi ita se ha-  
 beat. Sed quāuis summam cōplectaris philosophiā,  
 proximi autem iacturam cōtempseris, nullam apud  
 deū fiduciā habere poteris. Vnde hoc cōstat: ex bea-  
 ti Pauli verbis: Et si distribuero in cibos pauperū om-  
 nes facultates meas, & si tradidero corpus meū, ita vt  
 ardeā: charitatem autē non habuero, nihil mihi pro-  
 dest. Vides quantū à nobis Paulus requirit? At qui pa-  
 scit, non suā, sed proximi quærir vtilitatē. Sed nō suf-  
 ficit hoc, inquit. Cū charitate hoc fieri vult, & miseri-  
 cordia plurima. Propterea legē hanc statuit deus, vt  
 nos in vinculū charitatis adduceret. Quando igitur  
 ille tātū à nobis exigit, nos autē neq; quod minus est,  
 exhibem⁹, quānā digni erimus venia? Et quomodo,  
 inquit, ad Lot dicebat deus per angelos, Salua animā  
 tuā? Dic quando, & quare? Quādo? differebatur ] sup-  
 plicii, nō quando corrigi oportuit. Iam enim dānati  
 erāt, & morbo incurabili laborabāt, & senes & iuue-  
 nes passim ī turpissimos amores immerfi erāt, & ignis  
 necessario, & ea ipsa die imminebat. Præterea nō de

vicio & virtute hoc dictum est, sed de plaga cœlitus  
 demissa. Quid enim faciendū erat, dic quæso? Seden-  
 dumne & expectādū supplicii, & quod nihil illis p-  
 fecisset, exuri oportuit? Sed vltimē hoc demētiē fuif-  
 set. Neq; enim ego hoc dico temere ] propter ] dei vo-  
 luntatē, ] supplicium expectandū. Sed cum vitiis pro-  
 ximus coinquinatur, tunc iubeo vt in mediū profi-  
 lias; & eius errata corrigas, & si placet propter proxi-  
 mi vtilitatē: Sin minus, saltē propter tuā. Illud enim  
 longe melius est: q̄ si ad tantam non accesseris perfe-  
 ctionem, saltē tui gratia facias. Et nemo sūtum que-  
 rat commodum, vt id inueniat commodum: intelli-  
 gamusq; neq; paupertatem, neq; inopiam, neq; mar-  
 tyriū, neq; aliud nostrū opus auxilio nobis esse posse,  
 nisi summa flagremus in proximum charitate: quam  
 præ cæteris omnibus seruemus, vt & alia per eā con-  
 sequamur, præfentia videlicet & futura bona, quæ nō  
 bis promittuntur: quibus vtinam omnes simus parti-  
 cipes, gratia & benignitate domini nostri Iesu Chri-  
 sti, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto nunc  
 & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xxvj.

**S** Audo vos fratres, quod per omnia mei memores estis:  
 & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis. Perfe-  
 cto de eorū sacrificiis sermone vt decebat,  
 & perfectissime omnium, eo exposito, ad aliud vitiū  
 transit, non tam magnū tamen: quod enim iam dixi;  
 iterum in præfentia dicā: hoc est, q̄ non omnia maxi-  
 ma vitia ordine profecutus, sed vt opportunū est di-  
 stribuit, & leuiora in mediū cōgerit, & orationis suæ  
 leuiorem reddit asperitatem, quā crebra reprehēsi-  
 one auditorib⁹ incusserat. Quare quod omniū erat ve-  
 hemētissimū, de resurrectione videlicet posterius po-  
 nit: hoc autē in loco leuius peccatū aggreditur. Lau-  
 do autem vos, q̄ per omnia memores mei estis. Con-  
 fessum nanq; & manifestum peccatum vehemētius  
 accusat, & minatur. Dubitatum autē primum ponit,  
 inde reprehendit: & cōfessum quidē maius, dubium  
 autem confessum esse ostendit: vt exēpli gratia, For-  
 nicatio cōfessa est, ideo nō oportebat ostendere pec-  
 catū esse, sed peccati magnitudinē profecutus est, &  
 per comparationē suam amplificauit orationē. Item  
 apud alios iudicare, peccatū quidem erat, verum nō  
 tam graue. Quāobrem id primum posuit, inde con-  
 firmat. Crimen autem q̄ idolis sacrificarent, dubi-  
 tabat quidē, et si maximū erat: quare ostendit peccā-  
 tū, inde sua extollit oratione: & in hac admonitione  
 non tantū à vitiis deterret, verum ad virtutes cohort-  
 atur. Nō enim dixit, non oportere tantū non forni-  
 cari, sed magnā præ se ferendam sanctitatem. Idcir-  
 co subdidit, Glorificate deū in corpore vestro & in  
 spiritu vestro. Præterea cū dixisset, Non oportere sa-  
 pientē esse exteriori sapiētia, nō adhuc cōtentus est,  
 sed iubet etiā stultum fieri. Et cū consulisset, ne quis  
 de rebus exterioribus iudicaret, neve iniuriā face-  
 ret, ] primum ] id ipsum tollit, ne iudicetur: & consulit  
 non solum non inferendā iniuriā, sed potius acci-  
 piendā. Et cum de idolorū sacrificiis disputaret, non  
 dixit, prohibitis tantū abstinendum esse, verum etiā  
 permittis, quādo scandalū possit exoriri: & non tari-  
 tum nō perturbādos fratres, sed ne gentiles quidem,  
 aut Iudæos. Sine offendiculo estote, inquit, & Iudæis,  
 & gētib⁹, & ecclesiæ dei. Cū igitur omnē de his ser-  
 monē impleuerit, aliud iā crimē aggreditur: & quid-  
 nā? Mulieres velo deposito, & nudato capite orabāt,  
 p iij propheta-

Infra. 13. b.

Gen. 19. d.  
† inferebat  
tur.

supr. 6. d.

supr. 3. d.

† apud

exteros:

† proce-

dens.

sup. 10. d.

† *propheta- bant et- enim.* † *tantum in philo- sophia ver- sariur, co- nam nu- triebant: & capite velato.*

† *propheta- bant enim]* tunc temporis mulieres. Viri autē & qui in philosophia versabatur, com- pto capite incedebat: hoc pacto & orabant & propheta- bant, quorum vtrunq; secundum Gentilium legem fiebat. Cum igitur horum iam corā admonuisset, & fortasse alij quidem paruerant, alij autem minime: propterea per epistolā iterum, tanquam bonus medicus oratione sua abluens peccatū, corripit. Quod enim iam corā admonuisset, a principio manifestū est. Qua enim gratia cū nihil de hoc in nulla epistolae parte superius dixisset, aliis omisis vitiis quā primum inquit: Laudo autem vos, q̄ per omnia mei memores estis, & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis. Animaduertis ne, quo pacto alij quidē paruerūt, quos laudat: alij autē minime, quos ex sequentibus corripit, inquit: Si quis autē videtur cōtētiōsus esse, nos talē cōsuetudinē non habemus. Nā si cum alij se correxerunt, alij minime, omnes reprehēdit, illos asperiores, hos pi- giores effecisset. Nunc autē illos laudando & cōple- cēdo, hos reprehēdit, & illos magis allexit, & hos cōfundere nō immerito potuit. Sufficiens enim erat per seipsum hæc eos reprehēsiō perterrita. Quādo au- tem aliorū qui boni sunt, & laudē merentur, fit com- paratio, maiorē stimulum incutit. Sed primum non ab accusatione, sed a laudib⁹ orditur, & magnis sanē laudibus cum dicit: Laudo autem vos, q̄ per omnia memores mei estis. Huiusmodi enim Pauli cōsuetudo est, vt parua etiā magnis laudib⁹ prosequatur, non tamē adulādī gratia. absit. Et quonā pacto, qui nullā neq; pecuniam, neq; gloriam, neque alia huiusmodi concupiscit, sed omnia pro eorum salute annitur, ad- dularetur? Ideo laudibus eos efferens, *Laudo*, inquit, *vos, quod per omnia mei memores estis.* Per quēnā omnia? Quod comam non pascere, q̄ non velarentur, pri- mum ei tātum sermo fuerat: sed quod dixi, profusior est in laudādo, vt prōptiores eos reddat. Ideo inquit: *Per omnia mei memores estis: & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis.* Ergo sine literis multa tradiderat, quod a- libi sæpe meminit. Sed tunc tātum tradidit, hoc autē in loco rationē affert: hoc pacto eos fortiores facie- bat, & obsequentiores: & eorum qui contrā faciebāt elationem deprimit. Præterea non dicit, q̄ vos quidē obedistis, alij autē minime, sed sine suspitione ex se- quentium admonitione id his verbis significat: *Volo autē vos scire, quod omnis viri caput Christus est, caput autē mu- lieris, vir: caput autē Christi, deus.* Hæc igitur ratio est, quā hic adducit, qua qui imbecilliores sunt, reddidit atē- tiores. Qui em̄ fidelis est, & vt oportet firmus, ratio- ne nō indiget, neq; causa eorū quæ ei præcipiuntur, sed sola admonitione contētus est. Imbecillior autē cognita rei veritate diligentius rem accipit, & quam prōptissime paret. Ideo non attulit causam quouisque præuaricatum non vidit præceptum. Quæ ergo cau- sa? Omnis viri caput Christus est. Nū & gentilis? Mi- nime. Nam si corpus Christi sumus & mēbra, & eius pars, & idcirco ipse nostrum caput: corū qui in cor- pore nō sunt, neq; membra perficiunt, non vtiq; erit caput. Itaq; ea particula, omnis, de vnoquoque fide- li intelligēda est. Vide quo pacto vndiq; a superioribus auditori suadet. Etenim cum de dilectione, de humi- litate, de elemosyna disseruit, inde traxit exempla. *Caput autē mulieris vir, caput autem Christi deus.* Hoc in lo- co profiliūt in nos hæretici, ex his verbis minorē fi- lium suspicantes. Verū seipfos oppugnant. Nam si ca- put mulieris vir est, eiisdē autem substantiæ est & ca-

put & corp⁹, caput vero Christi de⁹ est, sequitur eiisdē esse substantiæ & patrem & filium. Sed non q̄ al- terius sit substantiæ, hunc ostendere volumus, sed q̄ subditus, inquit. *Quid ad hoc dicemus? Quod maxi- me quidē, cum de Christo in carne quiddam humile dicitur & abiectū, non diuinitatē, sed incarnationem tantū id respicit.* Veruntamē dic quæso, quonam pa- cto hoc velis in præsentia confirmare? Quod quæ ad- modū vir dominatur mulieri, inquit, ita & pater Chri- sto. Sicut igitur Christ⁹ hominis caput est, ita & pater filij. Omnis em̄ viri, inquit, caput Christ⁹ est. Et quis- nam hæc vnquā assentiretur? Nā si quanta est filij ex- cellentia, nostri cōparatione: tanta est patris, compa- ratione filij: animaduerte in quantā eum vilitatē ad- ducas. Verū nō omnia similiter in nobis & in deo in- quirenda, quauis eodē modo dicantur: sed tribuen- da deo est quædā propria excellētia, & quanta in ip- so est. Quod nisi cōcederetur, multa sequerentur ab- surda. Cōsidera autē, caput Christi deus est, Christus hominis, homo mulieris. Itaq; si in omnibus eodem modo caput accipiamus, tanto erit fili⁹ minor patre, quāto nos a dei ratione: & quod inter patrē & filium interest, id inter nos & filiū: & eodē item modo inter virū & mulierē: & quisnā hæc pateretur? Nōne ali- ter in viro & muliere, aliter in Christo caput accipis? Igitur & in filio & in patre aliter nobis capiendū est. Et quomodo aliter inquit? Secundū causam. Etenim si principatum & subiectionē Paulus quemadmodū tu ⁊ intelligeres, non vtiq; mulierem adduxisset in medium, sed seruū potius & dominum. Nam quāuis subdita nobis sit mulier, tamen vt mulier, vt libera, & pari in honore habēda: & filius quāuis subditus sit pa- tri, tamē vt filius dei, & vt deus. Quemadmodū enim filius magis patri obsequitur, q̄ homines genitorib⁹, ita & liberior est. Nō enim profecto filij animus erga patrem q̄ hominū maior est & verior, patris autē er- ga filiū minor. Quod si admiramur filium, q̄ obedi- uit, & vsq; ad mortem, & mortē crucis, & hoc maxi- me nobis admirationi est: admirandus est & pater, q̄ talem genuerit, non vt seruū subditū, sed vt liberū, obsequentem, & consiliarium. Qui enim consiliarius est, non est seruus. Verum cum consiliarium audies, non tanquā patris indigeat, credas velim, sed tanquā filium, & in eodem cum patre honore. Noli igitur ad omnia viri & mulieris exemplū trahere. In humana nanq; natura non immerito viro mulier subdita est. Paritas nanq; honoris pugnam facit, neq; hac tātum causa, sed propter fraudem quæ a principio contigit. Quare hoc? Cum quidem primum facta est, non fuit subdita, neq; cum ad virum adducta: neq; quicquam a deo tale audiuit, neq; vir quicquā tale ei dixit: sed q̄ os ex ossibus suis, & caro ex carne sua esset, princi- patus autem aut subiectionis in eam nequaquā me- minit. Sed cū male vsa est data potestate, & facta ad auxilium, fraudulenta inuenta est, & omnia perdidit: tunc nō immerito audiuit, ⁊ Sub viri potestate eris, ⁊ ipse dominabitur tibi. Cum enim credibile esset, vnum tūc hoc peccatum genus nostrum sibi inuicē inimicum reddidisse, neque quicquam profuisse ad pacem, q̄ a viro facta esset mulier, cum hoc acciderit, sed hoc ip- sum asperiores fecisse virum, quod proprio mēbro non peperisset, ex quo facta est mulier. Cum, inquā, diaboli maliciā deus cognouisset, hoc verbū mediū posuit, vt quod ex insidijs odiū futurum erat & insita cupiditate,

457 cupiditate, per hanc sententiā tolleretur, & ex peccato A contractam indignationem, tāquam medium parie- rem deiiceret. Sed in deo & in illa immortalī substā- tia nihil tale dubitādū est. Noli igitur in omnibus ac- cipere exēpla. Nam & alibi multa hinc graua occur- rūt peccata: etem̄ in principio epistolę dicebat, Om- nia vestra sunt, vos autē Christi, Christus autem dei. Quid ergo? Eodē ne modo nostra sunt omnia, & nos Christi, & Christus dei? Minime. Nā hæc etiā stultif- simis manifesta est differentia, quāuis eadē dictio in deo, Christo, & nobis posita sit. Et alibi cum hominē mulieris caput appellasset, addidit, Sicut Christ⁹ ca- put ecclesiæ, ipse saluator corporis eius: ita & vir de- bet mulieris suæ caput esse. Nū igitur similiter acci- piemus, q̄ in hoc loco & oīa quæ deinde Ephesiis in hac materia præcepta sunt: Absit. Nō enim possibile est: eadē nanq; verba & in deo & in hominibus dicū- tur, nō autē eandē habēt in vtriusq; potestatē: sed ali- ter illa, aliter hæc intelligēda sunt, nō tamē omnia di- uerse. Nam iterū frustra & temere acceptum videbitur, cum nihil inde lucraremur. Vt enim non omnia simpliciter accipiēda sunt, ita nō omnia simpliciter reiiciēda. Quod vt manifestius fiat, exēplo demon- strare tētabimus. Dicitur est caput ecclesiæ Christ⁹. Si nihil ab humanitate accepero, quid hoc mihi dictū est? Rursum si oīa secundū humanitatē accepero, mul- ta sequentur absurda. simul enim cū corpore pateretur caput, & iisdē esset obnoxium. Quid igitur & reiiciendū & accipiendum? Reiiciēdum quidem quod dixi: accipiēda autem certa vnitas, & causa & primū principium: neq; hæc simpliciter, sed in hoc loco ma- ius ex se intellige, quod deo cōueniat. Etenim vnitas certior, & principatus magis proprius. Item audisti filium? Neq; in eo omnia admittas, neq; omnia reiici- cias, sed quæcunq; deo digna sunt accipe, q̄ scilicet consubstantialis est patri, q̄ ex eo est. Absurda autem & quæ humanę sunt imbecillitatis, humi iacere desi- nas. Præterea dicitur deus lux. Nūquid omnia acci- piemus quę huius sunt lucis? Minime. Sine causā em̄ his tenebris & loco cōprehēditur, & alia mouetur po- tentia, & obūbratur. Quorum nihil in illa substantia fas intelligere, sed nō omnia propter hoc reiiciemus, sed aliquid vile ab exemplo decerpemus, & q̄ a deo illuminati sumus, q̄ tenebrę fugatę, hinc colligemus. Et hæc ad hæreticos dicta sint. Oportet autem totū hunc locum explicare. Forsitan enim hic aliquis du- bitaret, quæreretq; quodnam crimen sit, si mulieres de- recto capite, vel si recto viri incedat? Quodnā cri- mē hoc sit, hinc iā intelligē. Symbola viro & mulieri tradidit, & alia quidē multa, viro quidē principatus, mulieri autē subiectionis. In quorū numero hoc est, vt hæc velato sit capite, ille delecto. Si igitur hæc si- gna sunt, ambo peccant si ordinē confuderint, & di- uinum institutū & proprios terminos excefferint, & vir in muliebrē vilitatem prolatur, mulier virilem imitetur figurā. Nam si vestem mutare fas nō est, neq; mulier togam induat, neq; vir pallam aut velum. Nō erit, inquit, amictus viri in muliere, neq; induatur vir stola muliebri: multo minus hæc mutanda sunt. Hæc ab hominibus instituta sunt, quāuis id deus posterius cōfirmauerit. Illud autem a natura, quod scilicet ve- larem caput, & non velarem. Verum cum natu- ram dico, deum dico, quippe qui naturæ author est. Cū igitur hos peruertis terminos, intueri quantā fa- cias iacturam: & noli hoc mihi dicere, q̄ parū pec-

catum sit. Siquidem permagnum est etiā suapte natū ra. Inobedientia nanq; est, cuius præuaricatione etiā si paruum esset, magnum efficeretur, quoniā magna- rum rerum signū est. Quod autem magnum sit, con- stat, eo q̄ tantum ordinē humano generi præbet, cū ex ipso cultu & præsidēriam & subiectionem vtriq; distribuatur. Itaq; qui transgreditur, omnia confundit, & diuini muneris proditor est, & cœlitus sibi tributū honorē abiectum contemnit, neq; vir tantū, verū & mulier, cui maximo est honori positū sibi ordinē ser- uare, quæadmodū ignominia est ab eo desistere. Id- circo vtrunq; tetigit, ita inquit: *Omnis vir orans aut prophetans, habēs aliquid circa caput, deturpat caput suum. Om- nis autem mulier orans aut prophetans non velato capite, detur- pat caput suum.* Fuerunt enim, vt dixi, viri tunc tempō- ris, qui prophetabant, & mulieres eadē gratia prædi- cæ, quæadmodum Philippi sorores, & nonnullæ aliæ ante & post illas, de quib⁹ propheta superius dicebat: Prophetabūt filij vestri, & filia vestra visiones vide- bunt. Sed virū non semper delecto capite esse cogit, sed tantū dum orat. Omnis enim vir, inquit, orās aut prophetās, habēs aliquid circa caput, deturpat caput suum. Mulierem autem semper velatam esse præcipit. Quāobrem cū dixisset, Omnis mulier orans aut pro- phetans non velato capite, deturpat caput suum: nō hic constitit tantum, sed ita prosecutus est: *Vnum est enim idēq; ac si decaluetur.* Quod si semper decaluatio turpis est, constat q̄ si caput detexerit, semper turpe est. Neq; hoc tantū contentus iterū addidit, *Quod de- bet habere potestatem mulier super caput suum propter angelos.* Ostendit enim q̄ non tantum in orationis tempori- bus, sed semper aperto capite mulieres esse oportet. In viro autē nullā amplius vt se velet, sed esse nutriendā comæ rationē inuit. Velari enim tunc dūtaxat prohibet, cum precatur, comā autē nutrire semper dissua- det. Propterea sicut in muliere dixit, *Nam si nō perue-* *latur mulier, & tondeatur:* [ita & in viro, si comā nutriat, ignominia est illi. Nō dixit, si veletur: sed, si comā nutriat, ppter ea initio dicebat, Omnis vir orās aut pro- phetans, quicquam habens in capite, nō dixit, velato capite: sed, quicquam habens in capite, ostēdens q̄ si comam habeat, perinde sit aque si esset velatus, quā- uis nudo orauerit capite. Capilli enim, inquit, p vela- mine dati sunt. Si vero non velatur mulier, etiā ton- deatur.] *Quod si turpe mulieri videri est, aut decaluari, veletur.* In principio igitur ne delecto sit capite, postulat. In pcessu autē etiā frequēter id significat, dicens: *Per-* *inde est ac si decaluetur, & omni cū diligentia & stu- dio. Nā nō, velatur, simpliciter dixit: sed, peruelatur, vt scilicet omni ex parte demittatur, & in ré indecor- am reprehēdendo adducit, vehementer eos tangēs his verbis, Nam si nō peruelatur mulier, & tōdeatur. Nam si lege dei velū institutum abiicis, inquit, quod etiā a natura datum est, proiicias. Quod si quis dixe- rit, & quonam pacto, quod ad viri gloriā cedit, mu- lierem deturpabit? Illud sanē respōderem, q̄ non ce- dit ad mulieris gloriā, cum a proprio excidat hono- re. Quod enim intra proprios terminos & diuina le- ge positos nō permanet, sed supergreditur, nō incre- mentum, sed diminutionē accipit. Quemadmodum enim qui aliena desiderat, & rapit quę sua nō sunt, nō amplius quicquam accipit, sed minuitur: & quod ha- buit, perdidit, quod etiā in paradiso factum est: ita & mulier non præoccupat viri nobilitatē, sed muliebrē amittit honestatē. Neq; tantum turpitudinis, verum-*

Hic infr.

† *ais dicit- re velle.*

† *ais dicit- re velle.*

Phil. 2. b

Gen. 2. d

Gen. 3. e

Deu. 22. a

conuersio

conuersio

conuersio

Act. 21. b

1. cor. 2. g

Hic infr.

Ibidem.

† *semper.*



etiā cupiditatis arguitur. Confessa igitur turpitudine A  
 proposita, cū dicit, Si vero turpe est mulieri tonderi  
 aut decaluari: quod decorū est iam ponit dicens, Per-  
 uelet caput suum: & non dixit, comā nutriat: sed per-  
 uelet, & hæc ambo vnum esse sancit, & vtrinque; ab in-  
 stitutis videlicet & cōtrariis hoc confirmat. Velamē  
 enim, & comā, idem esse inquit: & decaluato capite,  
 & nudo incedere, idem similiter. Vnum enim est, in-  
 quit, ac si decaluatur. Quod si quis quomodo sit vnū  
 interrogaret: siquidē hæc naturæ velū habet, decalu-  
 uata autem minimū: Dicemus q̄ sponte sua illud ab-  
 iecit, & nudo est capite. Quod si nō sit nudū capillis,  
 hoc naturæ est, nō illius. Itaq; decaluata nudo est ca-  
 pite, & ipsa similiter nudo. Propterea natura vt tege-  
 retur voluit, vt inde edocta velaretur. Deinde & cau-  
 sam ponit, quod dixi sæpenumero, tāquā liberos al-  
 loquēs. Quæ igitur est causa? *Vir quidē nō debet velare ca-  
 put suū, quoniā imago & gloria dei est.* Alia causa hæc. Non  
 enim q̄ caput Christi habet, non debet vir tantū ve-  
 lare, inquit, caput, sed etiam q̄ mulieri dominatur.  
 Principem enim qui ad regē accedit, principatus in-  
 signe habere oportet. Quēadmodū igitur nemo prin-  
 cipum sine zona & toga ante regē venire auderet, ita  
 neq; tu sine signo principatus, quod est, vt detecto ca-  
 pite ad deū accedas, neq; te ipsum, & qui te honorat  
 cōtumelia afficias. Idē & in muliere dici posset: etem  
 illa quoq; cōtumelia est, nisi subiectionis insigne ha-  
 beat. *Mulier autem, gloria viri est.* Ergo naturalis est vi-  
 ri principatus. Deinde cū rationes & causas ostēdis-  
 set, alias adducit, ad primā generationem sermonem  
 referens his verbis, *Non enim est vir ex muliere, sed mulier  
 ex viro.* Quod si id quod ex aliquo est, gloria illius est,  
 ex quo est: multo magis si imago sit. *Etenim nō est crea-  
 tus vir propter mulierē, sed mulier propter virū.* Secunda hæc  
 viri excellētia, vel potius tertia & quarta. Prima nan-  
 que est, q̄ caput nostrum Christus est, nos autē mu-  
 lieris. Secunda, q̄ nos gloria dei, nostra autē mulier.  
 Tertia, q̄ non nos ex muliere, sed illa ex nobis. Quar-  
 ta, q̄ non nos propter illam, sed illa propter nos. *Ideo  
 debet mulier velamen traductum habere super caput suum &  
 propter angelos.* Sed quidnā hoc in loco hæc particula,  
 ideo, significat? Ex prædictis omnibus, inquit, vel po-  
 tius non horum tantū gratia, sed angelorum. Nam si  
 virum despicias, inquit, angelos saltem reuereare. Er-  
 go velari & subiectionis est & potestatis. Vt enim de-  
 orsum aspiciat, admonet, & reuereatur, & propriam  
 seruet virtutē. Virtus enim subditi, est honor & obe-  
 dientia. ] Vir quidem nō cogitur hoc facere, domini  
 enim sui imago est. Mulier merito cogitur. Intellige  
 igitur q̄ inique facias, quādo in tanta constitutus po-  
 testate, te ignominia afficias, mulieris habitu accepto,  
 & perinde facis, ac si diademate ornatus, id piicias,  
 & diadematis loco seruire velamē accipias. *Verūtamenē  
 neque vir sine muliere, neque mulier sine viro in domino.* Nam  
 cum multā dedisset viro excellētiā, cum ex eo mu-  
 lierē esse diceret, & propter ipsum, & sub ipso, vt neq;  
 viros supra debitū extollat, neq; illas viliores faciat,  
 vide quo pacto verba sua corrigit: Veruntamen neq;  
 vir sine muliere, neq; mulier sine viro in domino. No-  
 li, inquit, principia tantum inuestigare, neq; genera-  
 tionem illā. Nam si futura quæreres, alter alterius cau-  
 sa est, vel potius non alter alterius, sed deus omnium,  
 ideo inquit: Neque vir sine muliere, neq; mulier sine  
 viro in domino. Nam sicut mulier de viro, ita & vir  
 per mulierem: nō dixit de muliere, sed rursus de vi-

ro. Adhuc enim hoc ipsum integrum manet apud vi-  
 rum, sed non hominis hæc, verum dei officia. Quare  
 addidit, *Omnia autem ex deo.* Quod si dei omnia, ipse  
 autē hæc præcipit, pareas & noli contradicere. *In vobis  
 bis p̄p̄is iudicate, decet mulierē non velatam orare deum?* Iterū  
 in his rebus eorū subit iudicium, quod fecit, cum de  
 idolorū sacrificiis locut⁹ est: etenim illic, inquit, q̄ ipsi  
 iudicarent, & idē ferē in hoc loco in quo quid hor-  
 ribilius significatur: hoc enim pacto contumeliam in  
 deū transire asserit, sed non est his verbis vsus. Man-  
 suetius autem quodammodo & significantius, *Decet,  
 inquit, mulierem non velatā orare deū? certe neque ipsa natura  
 docet vos. Quod vir quidem si comā nutriat, ignominia est illi:  
 [mulier vero si comā nutriat, gloria est illi:] quoniam capilli pro  
 velamine ei dati sunt.* Quod temper facit, vt communes  
 ponat rationes, idē & hoc in hoc obseruat, & cōmu-  
 ni nixus cōsuetudine eos maiorem in modum repre-  
 hendit, qui ea à se discere negligunt, quæ cōmuni cō-  
 suetudine facile disci possunt. Huiusmodi nanq; neq;  
 barbaris ignota sunt. Et animaduerte quo pacto vbi-  
 que formidolosus verbis vitur. Omnis vir orans, ha-  
 bēs aliquid circa caput, deturpat caput suū. Et iterū,  
 Si vero turpe est mulieri tōderi aut decaluari, velet ca-  
 put suū. & hoc itē in loco, *Quod si vir comā nutriat, igno-  
 minia est illi. Mulier vero si comā nutriat, gloria est illi: quoniā  
 capilli pro velamine dati sunt ei.* Et si pro velamine dati  
 sunt, inquit, qua gratia aliud addendū est velamē? vt  
 nō tantū suapte natura, sed etiā voluntate subiectam  
 se esse cōfiteatur. Quod enim te velari oporteat, natu-  
 rali primū lege institutum est. Igitur quoq; tua spon-  
 te velare, ne naturæ leges peruertere videaris, quod  
 summæ temeritatis est, vt nō solum nobis, sed & natu-  
 ræ bellū indicamus. Ideo Iudæos deus his verbis  
 arguebat, Interfecisti filios tuos & filias tuas, hoc su-  
 per oīa scelera tua. Et Romanorū luxuriā iterū Pau-  
 lus increpās, his verbis accusationē auxit, ostenden-  
 dū q̄ non solum præter diuinā legem, sed præter natu-  
 rā vterentur: Mutauerunt, inquit, naturalē vsus, in  
 eum qui est cōtra naturā. Idcirco & hoc in loco hæc  
 mouet rationē: & idem ostendit, & nihil alienū sancit,  
 & q̄ quæ apud gentiles innouata sunt, omnia sunt  
 præter naturā. Idem & Christus ostendit, *Quæcunq;,  
 inquit, vultis vt faciant vobis homines, & vos facite  
 eis, videlicet q̄ nihil innouarent.] Si quis autem vide-  
 tur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, ne-  
 que ecclesia dei.* Ergo contētionis est, vt his cōtradictat,  
 non autem rationis. Veruntamen etiā sic reprehensionem  
 moderatus est, & verecunde quidē, quod etiam  
 grauiorē fecit orationē: Nos enim, inquit, talem con-  
 suetudinē non habemus, vt contendamus, litigemus,  
 certemus: neq; hic constitit, sed addidit, Neq; eccle-  
 sia] dei. Ex quo ostendit, q̄ vniuerso orbi terrarum se  
 obiiiciunt, & oppugnant non obtēperando. Sed tunc  
 contendebant Corinthij, nunc vniuerso orbis legē  
 hanc & suscepit & obseruat. tanta est crucifixi poten-  
 tia. Sed vereor nequando mulieres aliqua forma ac-  
 cepta & aliter testæ reipsa, ignominia affectæ inue-  
 niātur. Propterea ad Timotheū scribens nō cōtētus  
 his Paulus alia addidit, dicens: In habitu ornato cum  
 verecundia & sobrietate, [ornantes se, non in tortis  
 crinibus, aut auro.] Nam si nudum caput habere  
 non decet, sed potestatis signum quocunq; circūfer-  
 re, longe magis re ostendendū est. Quamobrē priscæ  
 illæ mulieres viros dominos appellabant, & hono-  
 ratiore loco cedebant. Etenim illi, inquit, suas dili-  
 gebant

Gene. 2. d  
 † hō-  
 nor, est o-  
 bedientia.

Deu. 12. d  
 Rom. 1. c  
 Matt. 7. b  
 † ecclesia.  
 L. Tim. 2. b

gebant vxores. Noui hoc, neq; me fugit. Sed quæ ti-  
 bi faciēda sunt admonemus, noli eorū mores cōside-  
 rare: etenim cū pueros admonemus, vt parētibus pa-  
 reant, dicim⁹q; scriptū est, Honora patrem tuum &  
 matrē tuam: dicunt nobis, Prosequimini scripturam  
 dicētem, Vos patres nolite prouocare filios vestros.  
 & cum seruis dicimus scriptum esse, vt obediant do-  
 minis, & non ante oculos obediant: & ipsi rursus,  
 quæ sequūtur nobiscū expostulāt, quod eadem do-  
 mini admoneātur: etenim ipsis etiā Paulus præcepit  
 remittēdas minas. Nō tamē ita faciamus. Neq; quæ  
 aliis data sunt præcepta, quæramus, quando alicuius  
 criminis accusamur. Neq; em̄ si sociū haberes crimi-  
 nis, culpa vacares, sed vnū dūtaxat tibi cōsiderandū  
 est, quo pacto te præstes innoxiiū. Nam & Adam in  
 mulierē culpam retulit, & ipsa rursus in serpentem:  
 sed neutriū culpa exemit huiusmodi purgatio. Noli  
 igitur hæc mihi in præsentia excusationē asserre, sed  
 omni annitere modestia viro debitū exhibere. Nam  
 cum virū tuū admonco, vt te amet & colat, nō omit-  
 to quin legem mulieris positam in medium adducā,  
 sed quæ ipsi quoq; viro] scripta est exigo. Tu igitur  
 quæ decent operare duntaxat, & exhibe te viro faci-  
 lem. Vel potius si propter deū viro parueris, noli mi-  
 hi proponere quæ ab eo fieri deceant, sed ea quibus  
 te legislator fecit obnoxiiā diligēter exequere: hoc  
 em̄ maximē est deo parere, [si legē præuaricari non  
 patieris.] Propterea qui amicū amat, nihil sibi ma-  
 gnū facere videt. Qui verō exosū colit, hic maximē  
 coronatur. Eodē & tu modo cogita, q̄ si molestum  
 virū pertuleris, clarissimam coronā accipies: sin mo-  
 destum & mansuetū, quōdnā tibi præmiū deus da-  
 bit? Hæc autē dico, nō vt viros in mulieres exaspera-  
 ri admoneā, sed suadeo mulierib⁹, vt viros etiā aspe-  
 riores perferat. Quādo enim [vterq;] suū nititur im-  
 plere officiū, etiā proximi utilitas sequitur, vt exēpli  
 gratia: Quādo mulier aperiorem viro perferre para-  
 rata est, & vir molestiorē etiam mulierem contume-  
 lia non afficit, tunc omnia quieta sunt, & portus ibi  
 tranquillissimus patet. Ita priscis fiebat temporibus,  
 suum vnusquisq; implebat officiū, nō quod proximū  
 deceret requirebat. Cōsidera quæso, Accepit fratris  
 filium Abraham, nō accusauit vxor: iussit vt longum  
 iter faceret, non cōtradixit, sed mādātum secuta est.  
 Item post multas illas miseras, & labores, & sudores  
 omnium dominus factus, cessit ipsi Loth Abraham  
 prælatione illa, & non solum nō agrē tulit Sara, ne-  
 que quicquam tale locuta est, quemadmodum mul-  
 tæ hoc tēpore mulieres assolēt, cū in huiusmodi par-  
 tibus viros suos inferiores videant, & maximē mino-  
 ribus cōparatos, eos stultos, demētes, effemīnatos,  
 proditores, stupidos exprobrādo appellāt. At Sara  
 nō modō quicquam tale non dixit, sed ne cogitauit  
 quidē: sed mariti probauit voluntatē, & quod maius  
 est, ex quo ille votis suis satisfecit, & minorē patuo  
 reliquit portionē, grauissimū periculū subiit: quod  
 cum ad patriarchæ aures peruēnisset, suos omnes ar-  
 mauit, & aduersus omnē Perlarū exercitum cum suis  
 duntaxat familiaribus se præparauit. Neq; Sara dis-  
 sua sit, neq; dixit, quæ tunc dici poterant, Mi vir quō  
 ruis in præceps, quō impelleris? Cur te tātis exponis  
 periculis, & pro homine qui te iniuria affecit omnē  
 sanguinē effundis? Quod si te ipsum contēnis, saltem  
 mei quæ propter te domum & patriā reliqui, & ami-  
 cis & cognatis carere potui, & in tā lōginquas regio-

nes tecū peregrinata sum, miserere, & noli me vidui-  
 tate, & viduitatis malis afficere. Nihil huiusmodi ne-  
 que dixit Sara, neq; cogitauit, sed omnia filētio per-  
 tulit. Præterea cū sterilis esset, minimē [mulierū labo-  
 res perpeffa, neq; partu distracta: ille flet] nō ad vxorē  
 sed ad deū. Et animaduerte, quo pacto vterque  
 decorū seruat. Neq; ipse Sarām tanquā sterilē cōtē-  
 psit, neq; quicquā tale exprobrauit: & illa rursus con-  
 nata est aliquā ei sterilitatis suæ à pedissequa cōsola-  
 tionē excogitare. Nondū enim hæc tunc temporis,  
 sicut nunc prohibebantur. Nunc q̄n minimē mulie-  
 ribus licet, vt huiusmodi viros permittant, neque illis  
 scientibus, aut insciis vxoribus fas est, vt his se admi-  
 sceāt, licet sæpenumero sterilitatis dolor perturbet.  
 Nam audiēt & ipsi q̄ vermīs eorum nō morietur, &  
 ignis nō extinguetur. Non enim hoc tēpore permit-  
 tit, quod tūc nō negauit. Ideo & mulier hoc fecit, &  
 ille paruit, neq; sic propter voluptatē. Sed vide quo-  
 modo eam rursus expulit, cū ipsa iuberet. Atqui  
 hoc ego volo ostēdere, alterū alteri omnia persuasif-  
 se. Veruntamē noli his tātum attēdere: sed cum hæc  
 dicis, etiā priora inquire, q̄ contumelia eam affecit,  
 quod in vxorem est irritatus: ] quo quid potest libe-  
 ræ mulieri & pudicæ miserius excogitari? Ne igitur  
 viri virtutē expectet mulier, inde suā exhibeat. Hoc  
 enim nihil magnū est, neq; rursus vir mulieris mo-  
 destiam, & inde philosophetur. Neq; enim hoc eius  
 officiū est, sed vterq; vt dixi, suum præoccupet offi-  
 cium. Nam si alienis, qui dextrā nobis maxillā per-  
 cutiant, etiam sinistram præbere oportet, lōgē magis  
 asperior vir ferendus est. Neq; verberandā vxorem  
 dico: absit. Vltima nāque ignominia est, nō eius quæ  
 verberatur, sed qui verberat. Sed si casu aliquo talē  
 nacta eris maritum, noli agrē ferre, sed repositū tibi  
 ex his præmiū intellige, & in præsentī vita laudē. Et  
 vos viros illud admoneo, nullū sit tam magnū pec-  
 catū, quod ad verberandū vxorem vos compellat: &  
 quid vxorem dico? Ne seruam quidem verberare, &  
 manus in eam iniicere, viro libero esset tolerādum.  
 Quod si seruam verberare viro maximē ignominia  
 est, multo magis cōtra liberam dextram extendere.  
 Et hoc ab gentiū legumlatoribus cognoscere possu-  
 mus, qui quæ vapulauerit, nō amplius cū marito ha-  
 bitare cogunt, vtpote qui indignus sit, vt cum ea am-  
 plius cōsuetudinē habeat: etenim summa iniuria est  
 vitæ sociā, & in rebus necessariis antea tibi cōiunctā  
 tanquā mancipium ignominia afficere. Ideo huius-  
 modi virum, siquidē vir appellāndus est potius quā  
 mifer, & patricidæ & matricidæ similem esse dixeris.  
 Nam si patrem & matrem vxoris gratia relinquere  
 præcipimus, nō vt iniuriā eis faciamus, sed diuinam  
 legem implcamus, & ipsis parentibus tam gratum  
 hoc est, vt relicti gratiā habeant, & id multo studio  
 exequantur: quōnam pacto non vltimæ dementiæ  
 est, eā cōtumelia afficere, propter quā parentes deus  
 dimittēdos præcepit? Nōne hoc tantū infania? Cō-  
 tumeliā autē quis feret, quæso? quā quæ oratio pos-  
 set ostēdere, quādo vlulatus & gemitus per angipor-  
 tus tollitur, & tā turpis viri domū à vicinis & præter-  
 euntibus cōcurritur tanquam ad feram quandā om-  
 nia domi vastantem, cui sanē esset melius vt terra de-  
 hisceret, quā amplius in foro cōspiceretur. Sed in-  
 citat, inquit, mulier. Verum cōsidera mulierē debile  
 vas esse. Tu autē vir propterea princeps factus es, &  
 capitis loco dat⁹, vt subditæ feras imbecillitatē. Ve-  
 lis igitur

Deut. 5. b  
 † Matt.  
 15. 4  
 Eph. 6. 4  
 Colof. 3. d  
 Gen. 3. 4  
 † non per-  
 mitto vt  
 legē mulie-  
 ri positam  
 ipse i me-  
 dium ad-  
 ducat, sed  
 quæ ipsi  
 viro.  
 † si aduer-  
 sa etiā pa-  
 triens, legē  
 nō pressa-  
 rieris.

† vnus-  
 quisque.  
 Gen. 12. b  
 Ibi. 33. c  
 Gen. 14. c

† mulierū  
 more con-  
 queritur:  
 ille vero  
 flet.  
 Gen. 16. 4  
 Esa. 66. 6  
 † quod  
 aduersus  
 dominam  
 superbie-  
 bat.  
 Gen. 2. d  
 † Matt.  
 19. 4

lis igitur tuum illustrare principatum, quod facies, si subditæ nō insultaueris : & quæadmodum rex tantò clarior apparet, quāto præfēctū suum clariorē ostēdit, quē si inhonoraret, & cōtumelia illius dignitatis magnitudinem afficeret, nō paruam gloriæ suæ partem auferret: itidē & tu, si illam quæ secundum post te locū obtinet, cōtumelia afficis, nō parū tui principatus honori derogas. Hæc igitur omnia tecū reputa, & modestus sis, & cum his illius noctis recordare, qua aduocato te ad se pater tanquā depositū quoddam filiā tibi tradidit, & omnibus relictis, matre, domo, & seipso, omnē eius curam tuæ dextræ cōmisit. Intellige quod cū deo propter ipsam filios habes, & pater factus es, his tu rationibus in eam mansuetus esto. Nō vides agricolas quāta diligentia quæ semel semē acceperit terrā colūt, quāuis innumera habeat vicia: vt exempli gratia, quāuis arida sit, quāuis malas herbas prōducat, quāuis humoris abūdantia loci natura offendatur, colit tamē: hoc em̄ pacto prior fructū & tranquillitatē consequeris : etenim portus est mulier, & maximum securitatis remediū. Quod si ventis & fluctibus portum liberaueris, ex foro reuersus tranquillē viues. Quod si perturbatione & tumultu impleueris, tibi ipsi lōgē graui⁹ strues naufragiū. Ne igitur hoc fiat, fiat quod dico. Quotiescunq; aliquid molesti domi cōtigerit, si quid vxor peccauerit, cōsolare, & noli mœrorē augere. Licet enim oia proicias, nihil molestius continget, q̄ nō habere beneuolam domi vxorē: licet quodcūque dixeris peccatum, nullum magis dolendū inueneris, quā cum vxore seditionem habere. Itaque propterea omniū maximo in honore habenda est huiusmodi dilectio. Quod si inuicem onera ferenda sunt, multò magis vxoris : & si pauper sit, noli exprobrare : & si stulta, noli ei insultare, sed esto modestior : etenim tuū mēbrū est, & caro vna facti estis. Sed stulta est, ebria, iracūda. Igitur dolendū est, nō irascendū: & deo supplicandū est, & ipsa admonēda, & adiuuāda cōsilio, & omni conatu annitendum, vt illis liberetur affectib⁹. Quod si verberaueris, exasperabis morbū : asperitas enim mansuetudine, non alia asperitate dissoluitur. Præterea quam à deo mercedē accepturus sis cōsidera. Nam cū eā verberare possis, neq; id dei metu facias, sed multa eius vicia æquo animo perferas, leges veritus, quæ prohibēt vxorē eiiciendā quocūq; vicio laborauerit, maximā mercedē accipies, & ante mercedē multa lucraberis: eam nanq; obsequentiorē reddes, & tu ob eam fiet māsuētior. Fertur quēdam externorum philosophorum, cum malā haberet vxorem, prauā, temulentam, & interrogaretur, qua gratia ei⁹ mores toleraret, respōdisse: vt gymnasium & palæstrā philosophiæ domi habeā. Ero em̄, inquit, cum aliis mansuetior, cum in ea quotidie toleranda erudiar. Multum acclamauistis. Verū multum ego doleo, q̄ gentiles nobis sint sapiētiores, nobis inquam, qui angelos imitari iubemur, vel potius ipsum deū per mansuetudinē. Philosophus hac gratia malā dicitur nō eiecisse vxorē. Sed & quidā propter hoc duxisse referūt. Ego autē cū multi homines stultiores sint, admoneo vt primū omnia faciant & contentur, vt bonam accipiant vxorem & omnis plenam virtutis. Quod si falli cōtingeret, vt neq; bonā, neque tolerabilem vxorem domū duceret, tunc philosophum hunc imitari, & eam omni ex parte informare, & nihil eiusmodi proponere oportet. Nam &

A mercator nisi cum socio pacta faciat, quib⁹ pacificē inter se viuāt, non prius deducit nauem, neque alias tangit merces. Itidē & nos omnia faciamus, vt vitæ sociā & huius negociationis & nauis summa cū tranquillitate domi cōtineamus. Hoc pacto cætera omnia tranquilla succedent, & securē præsentis vitæ pelagus transmittemus. Hæc nobis domo, seruis, pecuniis, agris, ciuilibus, & omnib⁹ deniq; rebus honorabilior sit, nēve ipsa nobiscū domi in seditione & discordia viuat. Ita & alia nobis ad voluptatē cedēt, & in rebus spiritualibus multā habebimus cōmoditatē, si vnanimis hoc iugū traxerimus, & omnia rectē trāsegerimus, & quæ nobis reposita sunt bona cōsequemur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia XXVII.

**H**oc autem præcipio non laudans] quod non in me-  
lis, sed in deterius conuenitis. Necessarium est  
præsentis criminis causam prius afferre. Ita  
enim facilius hunc sermonem discere poterimus.  
Quanam igitur ea est? Quæadmodum in tribus milibus, qui principio crediderunt, omnes cōmuniter comederunt, & in commune omnia possederunt: ita & tunc cū hæc scripsit Apostolus, factum est, sed nō tam certē, tanquam dubitatio quædam illius cōmunicationis permaneret, & in posteros descēderet, & cum contingeret alios quidem pauperes, alios diuites esse, non omnia in commune conferebant. Cōmunes autem faciebant mensas institutis diebus, vt decebat, & collectione perfecta post mysteriorum cōmunicationem, ad commune omnes epulum conueniebant, & cibi ferebantur per sumptuosos pauperes: & qui nihil habebant, ab illis vocabantur, & communiter omnes discumbebant. Sed procedente tempore huiusmodi aboleuit consuetudo. Ex hac diuisione contigit, vt alij his, alij illis se adiungerent, & dicerent: Ego quidem illius sum, ego autem illius, vt in principio epistolæ corrigendo dicebat: Significatum est enim mihi de vobis fratres mei ab his qui sunt Chloës, quia contentiones sunt inter vos: hoc autem dico quod vnusquisque vestrū dicit, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollos, ego verò Cephe. Non quod cum Paulo seipso adiceret, non passus est, sed prorsus radicatusque morem auferre volens, seipsum ascripsit, ostendens quod quāuis seipsum quis cōmuni corpori inscriberet, discussus tamē est, & sic absurdum esset & iniustitiæ [extremē.] Quod si in hoc iniquum, multò magis in illis inferioribus. Cū igitur hæc abolita esset optima & vtilissima consuetudo: (erat enim dilectionis argumentum, paupertatis cōsolatio, diuitiarum moderatio, maxima philosophiæ materia, doctrina humilitatis.) cū, inquam, tot bona abolita essent, cum terrore merito in hunc modum loquitur: Hoc autem præcipio non laudās. In priore enim crimine, vt potē multis cautibus alter inceptit. Laudo autem vos, quod per omnia mei memores estis. Hoc autem in loco contrā: Hoc autē præcipio nō laudans, ideo neq; post increpitās eos, qui de idolorū sacrificiis comedūt id posuit. Sed cū asperius id esset, medio iniectō de coma sermone, ne ex vehemētibus criminibus iterū grauius reprehendendo, etiā asperior videretur, rursus vehementius aggreditur, inquit: Hoc autē præcipio nō laudans. Quale hoc est, quod nūc dicturus sū. Quid sibi vult, præcipio nō laudans? Non suscipio vos, inquit, ad consilij

præcipio non laudans. Necessarium est presentis criminis causam prius afferre. Ita enim facilius hunc sermonem discere poterimus. Quanam igitur ea est? Quæadmodum in tribus milibus, qui principio crediderunt, omnes cōmuniter comederunt, & in commune omnia possederunt: ita & tunc cū hæc scripsit Apostolus, factum est, sed nō tam certē, tanquam dubitatio quædam illius cōmunicationis permaneret, & in posteros descēderet, & cum contingeret alios quidem pauperes, alios diuites esse, non omnia in commune conferebant. Cōmunes autem faciebant mensas institutis diebus, vt decebat, & collectione perfecta post mysteriorum cōmunicationem, ad commune omnes epulum conueniebant, & cibi ferebantur per sumptuosos pauperes: & qui nihil habebant, ab illis vocabantur, & communiter omnes discumbebant. Sed procedente tempore huiusmodi aboleuit consuetudo. Ex hac diuisione contigit, vt alij his, alij illis se adiungerent, & dicerent: Ego quidem illius sum, ego autem illius, vt in principio epistolæ corrigendo dicebat: Significatum est enim mihi de vobis fratres mei ab his qui sunt Chloës, quia contentiones sunt inter vos: hoc autem dico quod vnusquisque vestrū dicit, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollos, ego verò Cephe. Non quod cum Paulo seipso adiceret, non passus est, sed prorsus radicatusque morem auferre volens, seipsum ascripsit, ostendens quod quāuis seipsum quis cōmuni corpori inscriberet, discussus tamē est, & sic absurdum esset & iniustitiæ [extremē.] Quod si in hoc iniquum, multò magis in illis inferioribus. Cū igitur hæc abolita esset optima & vtilissima consuetudo: (erat enim dilectionis argumentum, paupertatis cōsolatio, diuitiarum moderatio, maxima philosophiæ materia, doctrina humilitatis.) cū, inquam, tot bona abolita essent, cum terrore merito in hunc modum loquitur: Hoc autem præcipio non laudās. In priore enim crimine, vt potē multis cautibus alter inceptit. Laudo autem vos, quod per omnia mei memores estis. Hoc autem in loco contrā: Hoc autē præcipio nō laudans, ideo neq; post increpitās eos, qui de idolorū sacrificiis comedūt id posuit. Sed cū asperius id esset, medio iniectō de coma sermone, ne ex vehemētibus criminibus iterū grauius reprehendendo, etiā asperior videretur, rursus vehementius aggreditur, inquit: Hoc autē præcipio nō laudans. Quale hoc est, quod nūc dicturus sū. Quid sibi vult, præcipio nō laudans? Non suscipio vos, inquit, ad consilij

ad cōsiliij necessitatē me cōpulistis. Nō laudo, quod ad hoc doctrina indigetis, quod vobis præceptū necessariū est. Animaduertis quo pacto ab ipso principio rem valde absurdam ostēdit. Cū enim nullius præcepti debet idigere, qui peccat, vt nō peccet, veniā peccatū nō meret. Et quare nō laudas? Quia nō in melius, sed deterius conuenitis inquit: hoc est, q̄ nō proficitur in virtutē, cum opus sit augere eam & magis contendere. Vos iam obtinentem consuetudinē minuitis. Itaq; meo indigetis præcepto, vt ad priorē ordinem redeatis. Inde ne pauperū gratia tātum dicere videatur, non statim de mēsis sermonem ingreditur, ne propterea leuior reprehēsiō videretur, sed elegit verbum, quod maximē horrorem incuteret & formidinem. Quare inquit, Primum quidem conuenientibus vobis in ecclesia, audio dissidia esse in vobis. Et nō dicit, audio vos nō simul cœnare, audio vos priuatim māducare, & non cum pauperibus: sed quod maximē credibile erat, quod corū mentes percelleret, id posuit, nomē scilicet dissidij, quod erat ipsa causa: & illius iterum meminit, quod in epistolæ principio dictum est: Significatū est mihi ab his, qui sunt Chloës, & ex parte credo. Ne enim dicerent, Quid igitur si calūniatores mētuntur? Neq; se credere dixit, ne impudētē stultē reprehēdere, sed ex parte credere. Quo verbo sollicitudinē eis incutit, & vt corrigātur aduocat. Nam oportet & hæreses in vobis esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. Hæreses hoc in loco nō doctrinæ intelligit, sed horū dissidiorū. Quod si doctrinæ diceret, nō ita ansam præbisset: etenim Christus inquit, Necessē est vt veniāt scandala. Sed non arbitrij libertatem his verbis tollit, neq; necessitatē aliquā & violentiam vitæ imponit. Sed quod proculdubio ob prauam hominum mentem futurū erat prædixit: [quod quidem futurum erat, non quia prædixit, sed] ob eorum qui curari nō poterant voluntatem. Non enim quod hæc prædixerit, idcirco hæc facta sunt, sed cū proculdubio futura essent, ideo prædixit. Nā si necessitatis essent scādala, & nō voluntatis eorum, qui ea mouēt, superflū esset quod dixit: Vā homini illi per quē scādalum venit. Sed hoc apertius in suo loco disputabimus. Nunc ad propositū venire necessarium est. Nam q̄ de his hæresibus dixerit, quæ circa mēsas fiebāt, & de huiusmodi cōtentione & seditione, ex sequentibus palām fecit. Nam cū dixisset, Audio dissidia esse in vobis: non hīc cōstitit, sed ostendens quæ dissidia diceret, prosequēs inquit, Vnusquisque suam cœnā præsumit ad māducandū. Et iterū, Nunquid domos non habetis ad māducandū & bibendum, aut ecclesiam dei contemnitis? Sed q̄ de his dicat, perspicuū est. Quod si dissidia hæc appellat, noli admirari. Nam vt dixi, hoc verbo eos impellere vult. Quod si in doctrina esset dissidiū, nō tam placidē eos allocutus esset. Audi quæso, cū cōtra hoc dissidiū loquitur, q̄ vehementis fit, quān cautus, quanta vtatur reprehensione. [Cautus quidem & securus, vt quum dicit:] Sed licet nos aut angel⁹ de cœlo euāgelizet vobis præterquā quod euāgelizauimus vobis, anathema sit. Increpat autem quæadmodum cum dicit, Qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. & nūc quidē canes appellat, qui eas] corrumpunt: [dicens. videte canes] nunc autem habentes cauterio notatam conscientiam, & iterū angelos diaboli. Sed in hoc loco nihil tale locutus est, sed placidē & remissē. Quid autem significat,

Vt qui probati sunt, manifesti fiant in vobis? Vt maiore in modū clari euadant. Cuius sententiā huiusmodi est, q̄ immutabiles & firmi non modò nihil offenduntur, sed clariōres apparēt. Illa enim particula, vt, nō casualis est, sed etiam nonnunquam rerum euentum significat. In qua significatione à Christo posita est, cū dixit: In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant. Ita & Paulus de lege disputans, inquit, Lex autē subintravit, vt abundaret delictū. Sed nō propterea lex data est, vt augerētur peccata Iudæorū, sed id euenit. Neque Christus propterea venit, vt qui viderent, cæci fierēt, sed cōtra. cōtigit autē id. Ita & in hoc loco intelligendū est, vt qui probati sunt, manifesti fiāt. Nō em̄ propterea factæ sunt hæreses, vt probati manifestarentur: sed cum huiusmodi hæreses fierent, id cōtigit. Hæc autē dixit pauperes cōsolatus, vt magnō animo eū contēptum tolerarent. Ideo non dixit, vt probati fierēt: sed, qui probati sunt, manifesti fiāt, significans eos antea tales fuisse, sed mixtos cū multitudine, & à diuitibus adiutos non multū apparuisse. Nūc autē seditio ipsa & cōtēctio manifestos eos fecit, quæadmodū gubernatorē tēpestis ostēdit: & nō dixit, vt vos probati manifestaretur: sed, vt qui probati sunt, manifesti fiant, hoc est, qui in vobis [tales sunt] Neq; enim accusando eos manifestat, ne impudētiores fiāt. neq; laudat, ne languidiores, sed suspēdit sermonem & hunc & illū, singulorum cōscientiæ verba sua accommodans. Neque pauperes tātum hoc mihi in loco videtur consolari, sed qui non aboleuerunt cōsuetudinē: etenim adhuc esse poterāt, qui eā seruarent. Quare inquit, Et ex parte credo. Meritō igitur eos probatos inquit, qui non tantū cum aliis seruauerunt consuetudinē, sed sine illis qui hanc bonam legē seruauerūt. Facit autem hoc, vt his laudibus & aliis & hos annitatur promptiores efficere: deinde eius peccati genus meminit. Quodnā id est? Conuenientibus vobis in vnum, inquit, ism non est dominicam cœnam manducare. Vides quān reprehensiuē & narrationis modo cōsulit. Aliā enim cōueniendi formam dicit, nam amoris est & fraternæ dilectionis, vn⁹ em̄ vos omnes locus accipit, & simul cōgregamini, mēsa autē non simili cōuentu: & non dixit conuenientibus vobis, non est cōmuniter māducare, neque inuicem: sed aliter & longē formidolosius eos his verbis tangit, Non est dominicam cœnam manducare, ad illā eos noctē relegans, in qua admiranda mysteria Christus tradidit. Propterea cœnam [optimā] vocauit: etenim illa cœna cōmuniter omnes habuit inclusos. Atqui nō tāta est differētia diuitū & pauperū, quanta magistri & discipulorū. In finitū enim illud. Et quid dico magistri & discipulorū? Cogita differentiam magistri & proditoris. Veruntamē & magister cū discipulis accūbit. Neq; proditor eiectus, sed ciborū factus est particeps, & mysteriorū socius. Inde interpretatur, quomodo nō est dominicam cœnam māducare. Vnusquisque enim suam cœnā præsumit ad māducandū, & alius quidem esurit, alius est ebrius. Vides quomodo eos se maiori ignominia afficere ostēdit. Quod enim dominicū est, priuatim faciunt. Itaque ipsi primi sunt ignominia affecti, qui à mēsa sua maximā abstulerūt dignitatē. Quoniam pacto? Quoniā dominica cœna, hoc est, domini, debet esse cōmunitatis. Quæ enim domini sunt, non huius sunt seruis, nō alterius, sed omnibus cōmunia. Quod enim dominicum

ad cōsiliij necessitatē me cōpulistis. Nō laudo, quod ad hoc doctrina indigetis, quod vobis præceptū necessariū est. Animaduertis quo pacto ab ipso principio rem valde absurdam ostēdit. Cū enim nullius præcepti debet idigere, qui peccat, vt nō peccet, veniā peccatū nō meret. Et quare nō laudas? Quia nō in melius, sed deterius conuenitis inquit: hoc est, q̄ nō proficitur in virtutē, cum opus sit augere eam & magis contendere. Vos iam obtinentem consuetudinē minuitis. Itaq; meo indigetis præcepto, vt ad priorē ordinem redeatis. Inde ne pauperū gratia tātum dicere videatur, non statim de mēsis sermonem ingreditur, ne propterea leuior reprehēsiō videretur, sed elegit verbum, quod maximē horrorem incuteret & formidinem. Quare inquit, Primum quidem conuenientibus vobis in ecclesia, audio dissidia esse in vobis. Et nō dicit, audio vos nō simul cœnare, audio vos priuatim māducare, & non cum pauperibus: sed quod maximē credibile erat, quod corū mentes percelleret, id posuit, nomē scilicet dissidij, quod erat ipsa causa: & illius iterum meminit, quod in epistolæ principio dictum est: Significatū est mihi ab his, qui sunt Chloës, & ex parte credo. Ne enim dicerent, Quid igitur si calūniatores mētuntur? Neq; se credere dixit, ne impudētē stultē reprehēdere, sed ex parte credere. Quo verbo sollicitudinē eis incutit, & vt corrigātur aduocat. Nam oportet & hæreses in vobis esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. Hæreses hoc in loco nō doctrinæ intelligit, sed horū dissidiorū. Quod si doctrinæ diceret, nō ita ansam præbisset: etenim Christus inquit, Necessē est vt veniāt scandala. Sed non arbitrij libertatem his verbis tollit, neq; necessitatē aliquā & violentiam vitæ imponit. Sed quod proculdubio ob prauam hominum mentem futurū erat prædixit: [quod quidem futurum erat, non quia prædixit, sed] ob eorum qui curari nō poterant voluntatem. Non enim quod hæc prædixerit, idcirco hæc facta sunt, sed cū proculdubio futura essent, ideo prædixit. Nā si necessitatis essent scādala, & nō voluntatis eorum, qui ea mouēt, superflū esset quod dixit: Vā homini illi per quē scādalum venit. Sed hoc apertius in suo loco disputabimus. Nunc ad propositū venire necessarium est. Nam q̄ de his hæresibus dixerit, quæ circa mēsas fiebāt, & de huiusmodi cōtentione & seditione, ex sequentibus palām fecit. Nam cū dixisset, Audio dissidia esse in vobis: non hīc cōstitit, sed ostendens quæ dissidia diceret, prosequēs inquit, Vnusquisque suam cœnā præsumit ad māducandū. Et iterū, Nunquid domos non habetis ad māducandū & bibendum, aut ecclesiam dei contemnitis? Sed q̄ de his dicat, perspicuū est. Quod si dissidia hæc appellat, noli admirari. Nam vt dixi, hoc verbo eos impellere vult. Quod si in doctrina esset dissidiū, nō tam placidē eos allocutus esset. Audi quæso, cū cōtra hoc dissidiū loquitur, q̄ vehementis fit, quān cautus, quanta vtatur reprehensione. [Cautus quidem & securus, vt quum dicit:] Sed licet nos aut angel⁹ de cœlo euāgelizet vobis præterquā quod euāgelizauimus vobis, anathema sit. Increpat autem quæadmodum cum dicit, Qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. & nūc quidē canes appellat, qui eas] corrumpunt: [dicens. videte canes] nunc autem habentes cauterio notatam conscientiam, & iterū angelos diaboli. Sed in hoc loco nihil tale locutus est, sed placidē & remissē. Quid autem significat,

præcipio non laudans. Necessarium est presentis criminis causam prius afferre. Ita enim facilius hunc sermonem discere poterimus. Quanam igitur ea est? Quæadmodum in tribus milibus, qui principio crediderunt, omnes cōmuniter comederunt, & in commune omnia possederunt: ita & tunc cū hæc scripsit Apostolus, factum est, sed nō tam certē, tanquam dubitatio quædam illius cōmunicationis permaneret, & in posteros descēderet, & cum contingeret alios quidem pauperes, alios diuites esse, non omnia in commune conferebant. Cōmunes autem faciebant mensas institutis diebus, vt decebat, & collectione perfecta post mysteriorum cōmunicationem, ad commune omnes epulum conueniebant, & cibi ferebantur per sumptuosos pauperes: & qui nihil habebant, ab illis vocabantur, & communiter omnes discumbebant. Sed procedente tempore huiusmodi aboleuit consuetudo. Ex hac diuisione contigit, vt alij his, alij illis se adiungerent, & dicerent: Ego quidem illius sum, ego autem illius, vt in principio epistolæ corrigendo dicebat: Significatum est enim mihi de vobis fratres mei ab his qui sunt Chloës, quia contentiones sunt inter vos: hoc autem dico quod vnusquisque vestrū dicit, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollos, ego verò Cephe. Non quod cum Paulo seipso adiceret, non passus est, sed prorsus radicatusque morem auferre volens, seipsum ascripsit, ostendens quod quāuis seipsum quis cōmuni corpori inscriberet, discussus tamē est, & sic absurdum esset & iniustitiæ [extremē.] Quod si in hoc iniquum, multò magis in illis inferioribus. Cū igitur hæc abolita esset optima & vtilissima consuetudo: (erat enim dilectionis argumentum, paupertatis cōsolatio, diuitiarum moderatio, maxima philosophiæ materia, doctrina humilitatis.) cū, inquam, tot bona abolita essent, cum terrore merito in hunc modum loquitur: Hoc autem præcipio non laudās. In priore enim crimine, vt potē multis cautibus alter inceptit. Laudo autem vos, quod per omnia mei memores estis. Hoc autem in loco contrā: Hoc autē præcipio nō laudans, ideo neq; post increpitās eos, qui de idolorū sacrificiis comedūt id posuit. Sed cū asperius id esset, medio iniectō de coma sermone, ne ex vehemētibus criminibus iterū grauius reprehendendo, etiā asperior videretur, rursus vehementius aggreditur, inquit: Hoc autē præcipio nō laudans. Quale hoc est, quod nūc dicturus sū. Quid sibi vult, præcipio nō laudans? Non suscipio vos, inquit, ad consilij



minicū est, idem & cōmune. Nam si domini tui est: quēadmodum est: non debes tanquam propria tibi assumere, sed tanquam res domini communiter omnib<sup>9</sup> proponere. Siquidē hoc est dominicū: nūc autem nō finis esse [dominicū, quum nō finas esse] cōmune, sed tibi comedis. Quare addidit, Vnusquisq; enim suā cōenam præsūmit ad māducandum: & non dixit, abscindit: sed, præsūmit, quo verbo placidē eos & gulā & temeritatis acculat: hoc & in sequentibus ostendit. Nam cū hoc dixisset, rursus addidit: *Et alius quidem esurit, alius autē ebrius est.* Quorū vtrunq; immoderationis erat, & indigētia, & excessus. Ecce alterū peccatum iterū eos lædēs. Primum quidē quod eorum cōenā ignominia afficit, alterum quod vētri viuunt, & inebriantur, & quod grauius est, pauperibus esurientibus. Quę enim omnibus cōmuniter proponenda erant, ea ipsi soli comedūt, & in ingluuiem & ebrietatē prorumpunt. Ideo non dixit, alius esurit, alius saturatur: sed, ebri<sup>9</sup> est. Horū enim singula natura sua accusatione digna sunt: etenim ebrietas etiā si nō contēnantur pauperes, peccatum est [tum etiam pauperū cōtemptus, quāuis nō inebrieris.] Cum autem vtrunq; simul cōiungitur, intellige quantus sit iniquitatis excessus. Inde quā absurdū sit ostēdēs, multa cū indignatione iam terrorem incutit, dicēs: *Nunquid domos non habetis ad manducandū & bibēdum, aut ecclesiam dei contemnitis, & confunditis eos qui non habent?* Vides quomodo à pauperum contumelia ad ecclesiam crimen trāstulit, vt asperiores faciat sermonē. Ecce & quarta accusatio, quando non pauperes tantum, sed ecclesia læditur. Quemadmodum enim dominicā cōenā priuatā facis, ita & locū, tanquā domo ecclesia vsus. Ecclesia enim facta est, non vt diuisi simus, cū cōuenire oporteat, sed vt diuisi cōiungamur, & hoc cōuentus ostendit: *Et confunditis, qui nō habent?* Non dicit, fame absumitis qui non habēt, sed lōgē grauius, vt ostēdat, q̄ non victus ei tantum curę est, quantū iniurię in eos factę. Ecce & quinta accusatio, nō solum esuriētes despiciere, sed confundere. Hoc autē dixit bonorum pauperū gratia, ostendens q̄ non ita ventris gratia, vt ignominia dolent. Simul autem vt in misericordiam auditorem trahat. Tantā igitur ostendens absurditatē, contumeliam in ecclesia, quę in pauperes fit ebrietas & contēptus, remittit rursus reprehensionis vehementiā repētē, dicēs: *Laudabo vos: in hoc non laudo.* Quod quis in eo maximē miretur, quod cum perterere vehementius post tātorum peccatorum reprehensionem, & tangere debuisset, ipse cōtrarium faciat. Remissius enim loquitur, & dat vt respirēt: quānā causa sit, dicemus. Vehementius eos tetigit accusationē augēs, & cum medicus sit optimus, vicissim vulneribus sectionē inducit. Neq; quę profunda indigēt sectione, in superficie incidit. Audisti igitur quo pacto qui apud eos fornicabatur, abscidit. Neq; quę leniori indigent medicina, in his ferro vsus est. Propterea hoc ī loco māfuetiori vti<sup>9</sup> sermone. Ad hęc maximē eos māfuetos erga pauperes facere curauit: ideo remissi<sup>9</sup> loquitur. Inde volēs eos aliūde maiorē in modum arguere, à magis propriis sermonē suum his verbis intexit. *Ego enim accepi à domino, quod & tradidi vobis, quoniā dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panē, & gratias agens, fregit & dixit, Accipite & māducate, hoc est corpus meū quod*

maximē necessarius in præsenti materia hic sermo erat. Etem domin<sup>9</sup> tuus eadē omnes mēsa dignatus est, quāuis supra oēs admiratione dignissima, & omnium superāte dignitatē. Tu autem eos tua & parua & villi indignos arbitraris, & cum in spiritalibus te superet, diripis terrena. Nō em̄ hęc tua sunt. Sed nō ita dicit, ne asperum faciat sermonē, sed mansuetius loquitur, Quoniam Christus, inquit, in qua nocte tradebatur, accepit panē. Et quare temporis meminit, & noctis illius & proditiōis? Nō temerē, neque sine ratione, sed vt maximē eos à tēpore quoque cōpungat. Quāuis em̄ quis lapis esset, illa nocte audita, quomodo cum discipulis tristis erat, quomodo traditus est, quomodo ligatus, quomodo abductus, iudicat<sup>9</sup>, quomodo deniq; omnia passus est, cera mollior fiet, & terrā, & omnem terrā abiiciet consolationē. Propterea in omnium illorū memoriā nos adducit, per tēpus & mēsam & proditiōnē nos arguēs, quod dominus tuus seipsum tui gratia tradidit. Tu autem ne fratrem quidē tibi facis participem tui ipsius gratia. Quomodo autem dicit se à domino accepisse? Neq; enim tūc aderat, sed Christū persecutus est: vt intelligas nil amplius illam mensam [quāuis quę] postmodum habuisse: etenim hodie ipse est, qui omnia operatur, & tradit quēadmodum tunc. Neque propter hoc solum noctis illius meminit, sed vt aliter nos cōpungat. Quēadmodum enim illorum maximē meminimus verborū, quę vltimo in loco à discēditib<sup>9</sup> audiuius, & ad hæredes, si eorū auderēt mandata contēnere, exhortantes dicimus, Intellexistis q̄ hęc vltimam dimisit nobis pater, & quo tēpore expirabat, hęc pręcepit? Sic Paulus & hinc horrendū facere sermonē suū volēs, Recordamini, inquit, hoc vltimū nobis mysteriū prębuisse, & ipsa nocte qua erat pro nobis moriturus, hęc pręcepit, & post eā traditā nobis cōenam, non amplius aliam apposuit. Deinde ea enarrat quę facta sunt, dicens: *Quod accepit panē, & gratias agens fregit, & dixit, [accipite manducate:] hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur.* Si igitur & tu cū gratiarum actione acceperis, nihil his indignum facias. Nēve velis ignominia afficere fratres, nēve contemnas esurientē, neq; inebriare, neque cōtumeliā dicas in ecclesia. Accedas gratias agēs pro his quib<sup>9</sup> frueris. Igitur & ipse vicē redde, & noli à proximo scindi: etenim Christus omnibus æqualiter dedit dicēs, Accipite, māducate. Illud] corpus æqualiter dedit. Tu autem quod cōmune est, nō cōmunicas: etenim pro omnibus pariter fractum est, & æqua portione distributum. Similiter & calicem postquā cōenauit, dicens: *Hic calix nouum testamētum est in meo sanguine, hoc facite, quotiescunque biberitis, in meam commemorationem.* Quid dicis? cōmemorationē Christi facis, & pauperes despicias, neq; horrescis? Sed si filij vel fratris defuncti facis cōmemorationē, terrore cōcuteris consciētia, nisi cōsuetudinē impleres, & pauperes cōuocares. Cū autem domini tui meministi, ne quidem mensam cōmunicas. Quid autē id significat, Hic calix noui testamētum est? Erat autem veteris testamēti calix, [sacrificia,] & sanguis brutorum: etenim post sacrificium, in calice & phiala sanguine accepto, ita sacrificabant. Cum igitur pro sanguine brutorum sanguinē suum induxisset, ne quis his auditis perturbaret, illi<sup>9</sup> veteris sacrificij meminit. Deinde de cōena illa referēs, præsētia his quę tūc fuerāt, copulat: vt quēadmodum in illa ipsa vespera & mēsa dispositi,

† aperies.

† adeptus ut subintellegas, temere Christi sanguine fuit.

Mat. 25.

1id. 18. d.

† Et si quid boni in pradio comedis, abstines & carnes ne alio malo cibo pri<sup>9</sup> sumptu corrumpatur: spiritū p<sup>9</sup> fræquam

siti, ab ipso Christo hoc acceperunt sacrificiū, ita & nunc disponerentur, & inquit: *Quotiescunque comederitis panem hunc, & sanguinem hunc biberitis, mortē domini annuntiabitis donec veniat.* Quēadmodum Christus enim & in pane & in calice in meam cōmemorationē facite hoc dixit, causam nobis abscondens] quare mysteriū daret, cū aliis hęc esse dicens sufficientē nobis ad pietatē. Nam cū intelliges, quid propter te dominus passus est, sapiētior efficieris. Ita & ipse iterū inquit, Quotiescunq; māducaueritis, mortem eius annuntiabitis: & hęc illa cōena est. Deinde ostendens, quod vsque ad cōsumptionē maneat, inquit, *Donec veniat. Itaque quicumque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem domini indignē, reus erit corporis & sanguinis domini.* Quid tandē? Quoniā effudit illum, etiam eadē id esse ostēdit, nō tantum sacrificium, quemadmodum tunc cū transfixerunt, nō vt biberent transfixerunt, sed vt effunderent: ita qui indignē cōmunicat, nullum inde fructum consequitur. Vides quanto cum terrore loquitur, & quanta cum vehementia eos tangit, ostenditque, quod si ita participaturi essent, indignē appositis participaret. Quānā igitur ratione nō indignē qui pauperes cōtemnūt, & præter contēptum ignominia afficiunt? Nā si nō dare pauperibus à cœlorum regno hominē eiicit, etiā si virgo sit, vel potius non larga manu dare (si liquidem virginis illæ oleum habebant, sed non abundantius) intellige quantum mali sit, tāta absurda operari. Quānam, inquit, absurda? Quid dicis? Quę absurda? Tātę mensę particeps fuisti, & cum omnium mansuetissimus esse, & angelis par deberes, omniū crudelissim<sup>9</sup> factus es. Sanguinē gustasti dominicum, neq; sic fratrem tuum agnoscis: & quānam dignus es venia? Atqui si eum antea ignorabas, mēsa tamen gratia eum te cognoscere oportebat. Nūc autem & ipsam inhonoras mēsam, qui cū eius particeps esse dignus habitus sis, tuo illū cibo indignū arbitraris. Nō audisti qua pœna affectus sit, qui centū denaria petiit? Quomodo latam sentētiā irritam fecit? Ignoras qui sis, qui fueris? Nō cognoscis teipsum, quod hoc paupere pecuniis lōgē pauperior es beneficiis; cū innumerorū plenus sis peccatorū? Verūtamen his omnibus te liberauit deus, & tali te mēsa dignum effecit. Tū autē neq; sic humaniorē te exhibuisti. Igitur nihil aliud relinquitur, q̄ vt tortoribus tradaris. Hęc & nos omnes verba audiamus, quicūq; hęc cum pauperibus ad sacrā hanc mensam accedimus. cū autē egredimur, ne eos quidē vidisse videmur, sed inebriamur: & eos negligimus, qui esuriunt, quorum Corinthij tunc acculabatur. Et quādo hoc fit, inquit? Sēper quidē, sed maximē in solennitatibus, quando minimē faciendum esset: etenim tunc post cōmunicationem statim subit ebrietas, & pauperū cōtemptus: & cū sanguinē acceperis, cū ieiunij tēpus est & sobrietatis, comessaris & inebriaris. Et si aliquid vile consequeris præsurus, custodis teipsum ne alio malo cibo prius corrūparis. Spiritum autem cōiuuam acceperisti, satanicū subinducis cibū. Cōsidera cum facras illas cōenas apostoli accipiebant, quid tū faciebāt? Nōne in preces cōuertebatur & hymnos? Nōne in sanctas vigiliis? Nōne in longā illam doctrinam, & multā plenā philosophiā? Magna enim & admirabilia tūc eis narrabat & adnunciabat Iesus, cū Iudas discederet vocatū, qui eum erāt crucifixuri. Nō audisti quomodo tria milia simul communicantes

semper vehementiores erāt in orationibus & doctrina, non in ebrietatibus & comessationibus? Tu autē prius quā accipias, ieiunas, vt aliquo modo dignē communicatione videaris: cū autē acceperis, & oporteret in continentia perseuerare, omnia perdis. Quāquā æquū est ante & post cōmunicationem ieiunare: oportet enim vtroq; tēpore cōtinentē esse, sed maximē post acceptum [spiritū]: antē, vt dignus fias accipiēdi: postmodū, vt nō indign<sup>9</sup> videaris, qui acceperis. Quid igitur? ieiunare oportet post eius acceptionē? Non dico hoc neq; cogo, licet bonum sit, tamen nō cōpello, sed admoneo, ne in deliciis viuas ad saturitatē. Quod si nunquā in deliciis viuendum est, & hoc Paulus manifestauit, cū dixit, *Quod quę in deliciis est viuēs, mortua est, lōgē magis tūc morietur.* Nam si mulieri deliciæ mors est, multo magis viro: & si in alio tempore hoc perdit, multo magis post mysteriorū cōmunicationē: tu autē cū panē vitę accipias, opus mortis exequeris, neq; horrescis. An ignoras quot ex deliciis mala proueniāt, risus intēpestiuus, verba immodesta & plena exitij, scurrilitas, garrulitas infructuosa, & alia quę ne dicēda quidē sunt: & hoc facis cū ad Christi mēsam discubueris, in die illa qua carnē eius lingua attingere dignatus es? Ne igitur hęc fiāt, dextrā tuam, linguā, labia cōsidera, quo pacto vestibulum Christo facta sunt, vt ingrediatur. Cōsidera quo tēpore accedis, & cū sensibile mēsam apponas, ad illā mēsam, cōenam dominicam, ad discipulorum vigiliam in illa sancta nocte animum dirige. Nam si diligenter præsētia inquiramus, præsētia nox sunt potius: vigilemus igitur cum domino, compungamur cum discipulis. Orationum tēpus est, nō ebrietatis, & quidem semper, maximē autē in solennitatibus: solennitas enim propterea instituta est, non vt turpiter viuamus, neq; vt peccatis abundemus, sed præsētia tollamus. Et licet me frustra hęc dicere intelligam, non tamen cesso. Nam si non omnes mihi parebitis, non omnes eritis contumaces. Imò si nemo parebit, mihi quidem maior merces accedet, vos magis condemnabimini: [tūc igitur magis cōdenemini, propterea non cessabo.] quāuis nulla hinc sequatur utilitas, non tamen propterea cesso,] quin dicam: fortasse enim fortasse assiduitate mea vos cōmouebo. Quamobrē vos rōgo, ne in nostrum hęc faciamus detrimētum. Educem<sup>9</sup> Christum, demus ei bibere, induamus, hęc illa digna sunt mensa. Audisti hymnos sacros; vidisti nuptias spirituales, in regia mensa discubuisti, impletus es spiritu sancto, simul cum Cherubim in choreis fuisti, socius factus es supernis potestatibus. Noli tātam lætitiā abiicere, noli thesaurū effundere, noli te ebrietati dedere, quę anxietatis mater est, diaboli lætitia innumera pariens mala: hinc em̄ morti similis somnus, hinc grauedo capitis, hinc morbi & obliuio & mortis imago. Præterea ne amico quidem vellem, vt ebrius obuiā fieret. Cum autem Christum intus habeamus, audēs quęso, tātū vini ingurgitare? Sed deliciis obuiam fieri. Igitur ab ebrietate cessa: etenim ego te in deliciis esse volo; sed in veris quę nunquā læguescunt. Quę igitur verę deliciæ sunt, quę semper florēt? Voca ad pradium Christum, participem rerum tuarum facias, vel suarū potius, hoc immensam habet voluptatē & semper florentē. Verum sensibilia nō huiusmodi sunt. Sed simul & apparēt, & abolentur, & qui in deliciis est, nihil melius se habet, q̄ qui in nullis est deliciis; imò peius. Ille enim tanquam in portu sedet, hic

acceperis, satanicas superinducis deliciis?

† possum.

1. Tim. 5. 4.

† tūc igitur magis cōdenemini, propterea non cessabo.

† velles, vt ebrius obuiam fieri.

det, hictanquā in fluctibus & morborū obsidionib⁹, tantum æstū ferre minime potest. Ne igitur hæc fiat, modesti simus. Ita enim corpus bene disponemus, & animam in securitate constituemus, & præsentibus & futuris malis liberabimur, & cœlorū regnum cōsequemur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula, Amen.

Homilia XXVIII.

**P**robet autē seipsum homo, & sic de pane edat, & de calice bibat. Quidnam hæc sibi verba volunt, cū alia sit pposita materia? Hic Paulo mos est, vt superius diximus, non solum ea prosequi, quæ sibi pposita sunt: verum etiam si alius subiectæ materię sermo incidat, eum diligenter exequi, & maxime cū de valde necessariis & cogentibus mentio fiat: etenim quando ad nubentes locutus est, & in familiarium sermonem venit, vehementer multis eum modis confirmavit: & quando non esse iudicandum in iudiciis dicebat, iterum in auaritiæ admonitiōe defluxit, & multa in hanc sententiā locutus est, quod & in hoc loco fecit. Cū enim omnino mysteriorū esset memoria, necessarium arbitrat⁹ est hęc aggredi materiam. Non enim parua erat, ideo valde terribiliter de ea locutus est, bonorum indicando caput, vt pura cum conscientia accedatur. Ideo neque his quæ prius dicta sunt, duntaxat contentus hæc addidit, Probet autem seipsum homo: quod & in secunda inquit, Vosmet tērate, si estis in fide, ipsi vos probate. Non quemadmodum nunc facimus, temporis gratia accedentes, magis quā animi studio: neque vt præparati ad vitia nostra expurganda cōpunctiōnis pleni accedimus, sed vt in solennitatibus simus, quādo omnes adfunt cōsideramus. Sed non ita Paulus præcipit, sed vnum tempus nouit, quo accederemus, communicationis & cōscientiæ puritatem. Nā si sensibili nunquam communicaremus mensa, si febre laboramus, & malis humoribus abundamus, ne perderemur: longē magis hęc tangere nefas est, absurdis cupiditatibus impediti, quæ febribus grauioribus sunt. Cū autem absurdas dico cupiditates, etiā corporum dico, & pecuniarum, & iræ, & succensionis, & omnes simpliciter absurdas: quæ omnia accedentem exhaurire oportet, & ita purum illud attingere sacrificiū, nō pigrē disponi, & miserē cogi, propter solennitatem accedere, neque rursum compunctum & præparatum impediri, eo quod nō sit solennitas. Solennitas enim bonorum operum est demōstratio, animæ puritas, vitæ certitudo: quæ si habueris, semper celebrare poteris solēnitatē, & semper accedere. Propterea inquit, Probet autē seipsum homo, & sic edat: nō iubet, vt alter alteri probetur, sed ipse sibi nō publicū faciēs iudiciū, & sine teste argumētū. Qui enim comedit & bibit indignē, iudiciū sibi manducat & bibit. Quid dicis, dic quæso? tantorum bonorum causa, & quæ vitam exhibet mensa, iudicium sit? Minimē propter eius naturam, sed propter accedentis voluntatem. Quæadmodum enim præsentia eius, quæ magna illa & arcana nobis bonafert, nisi accipiatur, magis dānat: ita & mysteria maioris punitionis præbēt viatica his, qui indignē cōmunicant. Et quomodo iudiciū sibi māducat? inquit, Non diiudicans corpus domini. Hoc est, non inuestigans, non considerans, vt oportet, magnitudinem propositorum, nō reputans muneris magnitudinem: si enim didiceris diligēter, qui sit propositus, & qui cui seipsum exhibet, nullius

alterius indigebis ratione, sed hoc tibi ad omnē sobrietatem sufficiet, nisi sis ignauissimus. Ideo inter vos multi & infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Hic iterū nō amplius aliunde exēpla adducit, quæ admodū in idolorum fecit sacrificiis, vbi veteres narrauit historias, & plagas in eremo: sed ab ipsis Corinthiis, ex quo magis obstupescēdū suū fecit sermonē: cū enim diceret, iudiciū sibi māducat & bibit, & reus est: ne videatur verba dicere, & opera ostēdit, & testes eos aduocat: quod magis minas tēgit, cū eueturas ostēdit. Non tamen his solis cōtentus, sed ab his etiā de gehēna induxit, & credibilē fecit sermonē, & vtrinque terrore incutit, & circūlatam vndiq; soluit quæstionem. Nam cū multi inuicē dubitent, vnde immaturæ mortes, vnde longi morbi, ex peccatis dicitur multa eorū quæ nō sperātur exoriri. Quid igitur? Sani, inquit, semper, & qui senescendo pinguescunt, nō peccāt? Et quisnā hoc diceret? Quomodo igitur, inquit, nō dabunt pœnā? quoniam illic dabūt grauiorem. Nos autem si voluerimus, neque hic neq; illic dabimus. Quod si nosmetipsos diiudicauerimus, nō vtrique iudicauerimus. Non dixit, si puniemus, si supplicium de nobis sumemus: sed, si diiudicauerimus: hoc est, si nostratātum voluerimus peccata cognoscere, si cōdēnare nos ipsos, liberaremur vtiq; & ab huius & futuri seculi suppliciis: qui enim seipsum cōdemnat, dupliciter deū placat, & quæ peccata sua cognoscit, & quæ in posterum pigrior ad peccandū efficitur. Quoniam autem neque hoc, quod leue est, vt oportet facere voluim⁹, neque sic cum orbe tertarū punire eos sustinet, sed adhuc parcit, in hac vita iudiciū exigēs, cuius caducum est supplicium, & multa remedia. Hoc enim à peccatis liberamur, & bona futurorum spes quæ leuat præsentia. Hęc autē dicit, simul & imbecilles cōsolans, simul & alios studiosiores faciens: quare inquit, Dum iudicamur a domino, & corrigimur. Non inquit, punimur, nō inquit, pœnas damus: sed, erudimur, ostendēs admonitionis id magis esse, q̄ damnationis, medicina quā supplicij, correctionis quā pœnæ. Neq; propter hoc tantum, sed maius minitādo supplicium, leue præsens efficit, dicens: Vt non cum hoc mundo damnemur. Vides quomodo & gehennam proposuit, & horrendū illud iudiciū, & necessariam & omnino futurā inquisitionē, & supplicium ostēdit. Nā si fideles & studiosi nō euadent supplicium, in quib⁹ peccabunt, & constat ex præsentibus: multo minus infideles, & qui adeo peccant, vt sanari non possint. Itaque cū conuenietis ad manducandum, inuicem expectate.

**A**dhuc enim permanente in eis formidine & tremore gehēnæ, vult iterum pauperum gratia admonere, propter quod hæc omnia dicta sunt, ostendēs quæ qui hoc non faciunt, indignē cōmunicant. Quod si non cōmunicando suas facultates ab illa mēsa quis prohibetur, multo magis rapiendo. Et nō dixit, vt cōuenientes cū indigentibus cōmunicetis, sed honestius, inuicem expectate: hoc enim & illud cōfirmavit & ligauit; & honesto dicendi modo admonuit. Deinde iterum verecundē, si quis autem esurit, domi māducat. Permittendo prohibuit, & vehementius quā si prohibuisset. Ab ecclesia enim eum expulit, & domū relegauit. Quo verbo maiorē in modum eos tangit, & vituperat, tanquā ventris seruus, & incōtinentes. Nō enim dixit, si quis despicit pauperes: sed, si quis esurit, tanquā ad pueros egrē ferentes loquēs, tanquā ad brutavētri obediētia: etenim maximē ridiculum, si ob

2. Co. 13. b

attulit, eos qui nō receperunt, magis dānat.

quod magis quam minari tā gis, quum quod minatur, re nre ostendit.

tan An. i. cor. rripimur, siue erudimur.

significauitque.

si ob esuritionē deberēt domi māducare. Neq; hoc contentus est, sed aliud formidolosius subdidit, dicens: Vt nō in iudicium conuenietis. Hoc est, in supplicium, ecclesiam contumelia afficientes & fratrem: etenim propter hoc cōuenietis, vbi veteres narrauit historias, & plagas in eremo: sed ab ipsis Corinthiis, ex quo magis obstupescēdū suū fecit sermonē: cū enim diceret, iudiciū sibi māducat & bibit, & reus est: ne videatur verba dicere, & opera ostēdit, & testes eos aduocat: quod magis minas tēgit, cū eueturas ostēdit. Non tamen his solis cōtentus, sed ab his etiā de gehēna induxit, & credibilē fecit sermonē, & vtrinque terrore incutit, & circūlatam vndiq; soluit quæstionem. Nam cū multi inuicē dubitent, vnde immaturæ mortes, vnde longi morbi, ex peccatis dicitur multa eorū quæ nō sperātur exoriri. Quid igitur? Sani, inquit, semper, & qui senescendo pinguescunt, nō peccāt? Et quisnā hoc diceret? Quomodo igitur, inquit, nō dabunt pœnā? quoniam illic dabūt grauiorem. Nos autem si voluerimus, neque hic neq; illic dabimus. Quod si nosmetipsos diiudicauerimus, nō vtrique iudicauerimus. Non dixit, si puniemus, si supplicium de nobis sumemus: sed, si diiudicauerimus: hoc est, si nostratātum voluerimus peccata cognoscere, si cōdēnare nos ipsos, liberaremur vtiq; & ab huius & futuri seculi suppliciis: qui enim seipsum cōdemnat, dupliciter deū placat, & quæ peccata sua cognoscit, & quæ in posterum pigrior ad peccandū efficitur. Quoniam autem neque hoc, quod leue est, vt oportet facere voluim⁹, neque sic cum orbe tertarū punire eos sustinet, sed adhuc parcit, in hac vita iudiciū exigēs, cuius caducum est supplicium, & multa remedia. Hoc enim à peccatis liberamur, & bona futurorum spes quæ leuat præsentia. Hęc autē dicit, simul & imbecilles cōsolans, simul & alios studiosiores faciens: quare inquit, Dum iudicamur a domino, & corrigimur. Non inquit, punimur, nō inquit, pœnas damus: sed, erudimur, ostendēs admonitionis id magis esse, q̄ damnationis, medicina quā supplicij, correctionis quā pœnæ. Neq; propter hoc tantum, sed maius minitādo supplicium, leue præsens efficit, dicens: Vt non cum hoc mundo damnemur. Vides quomodo & gehennam proposuit, & horrendū illud iudiciū, & necessariam & omnino futurā inquisitionē, & supplicium ostēdit. Nā si fideles & studiosi nō euadent supplicium, in quib⁹ peccabunt, & constat ex præsentibus: multo minus infideles, & qui adeo peccant, vt sanari non possint. Itaque cū conuenietis ad manducandum, inuicem expectate.

Supr. 4. d Phil. 2. b

reprehendant.

Hier. 12. b & Lu. 23. d.

Paula. mm.

torquebāt: vt exempli gratia, quod omnes in ætatis flore erāt, omnes virtute præditi, oēs amore & corpore cōiuncti, vtriusq; sexus, quod nullus supererat, nō cōmuni naturā lege. Præterea quod post tantā calamitatē nullius sibi sceleris conscius erat, quod cum illis non idē passus esset. Horum singula per se sufficītia erāt quæ eū perturbarent. Cū autem omnia simul cōcurrerēt, cōsidera fluctuū magnitudinem & tēpestatis, & quod mai⁹ & luctu graui⁹ est, ignorabat quānā causa id accidisset. Idcirco cū nullā habuisset causam, ad quā tantā referret calamitatē, ad dei voluntatē retulit, dicēs: Dominus dedit, dominus abstulit, vt domino visum est, sic factū est: sit nomē domini benedictū in secula: & hæc dicebat. Et cū seipsum vltimis afflictū calamitatibus intueretur, quāuis summa virtute præditū, malos autē homines & deceptores fœlices esse, & i deliciis viuere, nihil dixit, quale quidē solēt imbecilles. Inquiunt em̄, propter eāne filios educaui, & omni exercui diligētia? Propterea aperui domū trāseūtibus, vt post multos illos cursus pro indigētibus, p nudis, pro orphanis has habeā remunerationes? Sed horū loco, omni sacrificio meliora illa verba protulit, Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Quod si scidit vestimēta sua, & comā incidit, noli admirari. Pater em̄ erat, & pater amātissimus, & oportebat naturali moueri misericordia, & animi sententiā ostēdere. Quod nisi hoc fecisset, fortasse torporē quis putasset fuisse sapientiā. Ideo & animū suū, & sapientiē diligentiā præ se tulit, & dolori nō concessit. Sed cū vterius mala procederent, & magis oppugnaretur, aliā sibi coronam necit ex verbis quæ ad vxorē habuit. Inquit enim, Si bona suscepim⁹ de manu domini, mala autē quare nō sustineamus? Etenim vxor sola iam relicta erat omnibus amissis, & filiis, & possessionibus, & ipso corpore, & ipsa vt eum probaret, & insidiaretur. Idcirco ipsam vnā cū filiis non perdidit diabolus, neq; eius mortē expetiuit, cū putaret multum eā sibi cōferre ad sanctū hunc expugnandum. Quāobrē tanquam maxima quædā arma sibi eā reliquit. Nam si ē paradiso per eam hominē eieci, inquit, multo magis stercore impedire potero. Neque inuenire malitiā. Neq; enim perditis bobus neq; asinis neq; camelis, sed neq; dōmo diruta, neque filiis ruina obrutis, hac vsus est fallacia, sed tacet adhuc, & cessat, cōsideratā athletæ fortitudine. Sed cū vermū fons scaturiebat, & pūtrida cutis decidebat, cōsupte carnes sanie grauius fœtentē efflabāt, & fartagine, & fornacibus, & omni flāma miserius eū diaboli manus cōsumebat, fera omni crudeli⁹ vndiq; eius corpus deuorās, cū diutius is hac esset calamitate cōfectus, tūc vxorē subornat. Nam si in calamitatis principio accessisset, nō sanē eū inuenisset ita eneruatū, neq; ita posset exprobrare calamitatē, & tanta loqui audacia. Nūc autē cū videret ob temporis lōgitudinē, & sanitatis quā cupidissimum, & malorum finem maiorē in modum desiderantem, tunc accedit. Cū enim tam valde cōsumptus esset, nec iā amplius respirare posset, sed mortē optaret, audi quid dicat. Si enim possem meipsum vincere, vel rogare alterū, id facerē. Et cōsidera mulieris malitiā: vnde statim exorditur à lōgitudine tēporis, Quousquet consumeris, inquit? Quod si sapennumero sine rebus sermones duntaxat mollire animum possunt, cōsidera quid eum perpeffum esse credibile est, cum hæc audiret, &

quod null⁹ nec sibi nec illi sceleris cōfess⁹ hac passus esset.

Iob. 1. d

ibidem.

ibidem.

amorem

Iob. 2. c

in stercore suppliciare.

Iob. 2. c

sustinetur.



diret, & ita re ipsa torqueretur: & quod pei<sup>o</sup> est, vxor hæc dicebat, quæ & cū eo versabatur, & fastidiebat, & idcirco annitebatur eum in desperationē inducere. Verūm vt manifestius machinā huic adamantino muro admotā videamus, etiam ipsa verba cōsideremus. Quænā ea sunt? Quousque consumeris? ] Ecce expecto modicum tēpus, & salutis spem. Ac si diceret, arguit verba tua tēpus, lōgius quidē, sed nullam ostēdit bonā valetudinē tuam. Hæc autem dicebat, non solū vt in desperationē eum induceret, sed vt etiam exprobraret, & vituperaret. Etenim Iob cū perturbatam vxorem semper cōsolatus refutaret, talia loquebatur: Expecta adhuc parūper, & statim his finis imponetur. Quare eū exprobrās, inquit, nūquid nunc idem dixeris? Multum enim iam tēporis præterierat, neque finis vllus cernebatur. Et considera malitiam: non meminit boum, non ouium, nō camelorum: sciebat enim non multum his affligi: sed ad naturam statim venit, & filios in memoriā reducit. In his enim vidit & vestē sciām, & comā detōsam: & nō dixit, perdidit tuos filios, sed miserabilius, deleuit tui memoriā à terra, propter quod filij desiderātur. Nam si nunc resurrectione apparente charissimi sunt filij, eo quod seruant migratiū mem oriā, multo magis tūc: propterea execratio hinc oritur asperior. Neque em̄ t̄ qui illic filios execratur, ] dixit perdidit, sed deleuit eius memoriā à terra: quod significauit, cū dixit, filij tui & filix tuæ. Nā vtriusq; naturæ diligenter meminit, quasi dicat: Si tibi nulla eorū cura est, saltem me intucere, vteri mei dolores, & labores, quos frustra perpessa sum. Cuius sententia est: Quæ maius pertuli, & plus laboraui, iniuriā abs te accipio. Nā cū tāta perpessa sim, fructu omni priuata sum. Et considera q̄ nō meminit iacturam pecuniarū, neque tacet eā & praterit, sed vt licebat, quod calamitosus erat, enarrat. Cū em̄ dixisset, & ego errās, & cultrix locū ex loco, & domū ex domo peragrās, & iacturā significat, & vehementē ostendit dolorē: etenim hæc verba sufficientia erant, quæ calamitatem auerent. Ad aliorum venio ostia, inquit, neque mē dico tantūm, sed erro. Seruio seruitutem peregrinā & nouā quocūq; peragrās, & ca' anitatis meę signa circumferēs, omnes mea mala edoceo, & quod omnium miserimum est, domū è domo permuto. Neque hīc lamētationis suæ finē imponit, sed subdidit: Expectās Solem, quando occidat, & quiescā à laboribus meis, & qui circūueniūt me doloribus, qui me cōprehendunt. Cū aliis suaue sit, inquit, Solis radios spectare, hoc mihi graue est, desiderabilis autē nox & tenebræ. Ipsa em̄ sola labores meos lenit, ipsa mihi malorū affert cōsolationem. Sed dic verbū ad dominum & morere. Vides hīc etiā malignitatem, quo pacto [non] in ipso consilio statim exitiale induxit admonitionē. Sed primū miserē calamitatem narrauit. Auget enim crudelitātē: admonitionē autē breui cōprehendit, neq; manifestē eam ostendit, sed obumbrat: mutationē adducit, maximē desiderabilem mortem adnuciādo quemadmodum cupiebat: & cōsidera in hoc loco diaboli malignitatem. Cū enim sciret quo Iob in deū desiderio teneretur, non dimittit mulierem vt deum accuset, ne tanquā inimicam quamprimū amoueret. Propterea minimē eius meminit, sed quæ acciderāt calamitates in ore frequēter habet. Tu autē cū his quæ dicta sunt, quod vxor hæc cōsulebat, addas, q̄ grauis rhetor est ad de-

ciipiendū, qui incōsultiores sunt. Multi igitur sine calamitatibus mulierū cōsilio decepti sunt. Quid igitur beatus hic adamante fortior? Toruo eam vultu aspicit, & ante vocem aspectu machinas propulsauit. Illa autē lachrymarū fontes mouere expectabat, hic autē leone vehemētiore factus est furore plenus & indignationis, nō propter mala quæ patiebatur, sed propter illa quæ diabolicē cōsulebat, & vultu ipso furore præ se ferēs, modestē reprehēdit. Siquidē in calamitatibus modestus erat. Et quid inquit? Quasi vna de stultis mulieribus locuta es. Nō ita te erudiui, inquit, nō ita te educaui. Quāobrē neq; cōiugē meam agnosco. Verba hæc stultæ mulieris, & insaniētis cōsiliū. Vides modestam incisionē & plagā quæ sanare morbum posset: deinde post terrorē cōsiliū iterū adducit, quod ei remediū afferre poterat, & rationis plenum. Quōdnam? Si bona suscepimus à domino, mala nō sustineamus? Recordare, inquit, superiorum illorum, & considera authorem, & feres hæc æquo animo. Vides viri modestiā? Non enim fortitudine sua tolerantiam cogitat, sed rerum consequentiā eā esse inquit. Pro quib<sup>9</sup> em̄ meritis illa nobis deus exhibuit? quāmnā ei vicē soluisti? Nullam sanē, sed sola bonitate sua omnia accepisti. Donum nanq; erat nō prāmium, & gratia, nō remuneratio. Igitur hæc forti animo feramus, hūc nos viri & vxoris sermōne scriptum habeamus, & verba hæc animo impressa sint, vel potius quæ ante hæc dicta sunt, & harū calamitatum historiā, tanquā imaginē mēti inscribamus, iacturā pecuniarū, filiorū amissionē, plagam corporis, opprobria, irrisiones, mulieris machinas, diaboli insidias, omnes (vt vno verbo dicā) iusti hominis passionēs cū diligētia recolētes portū nobis trāquillissimum præparemus, vt omnia generosē & cū gratiarū actione perferētes, in præsentī vita omnē abiiciam<sup>9</sup> mœrorem, vt huius actionis gratiarum mercedem consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

## Homilia XXIX.

**D**E spiritualibus autē nolo vos ignorare fratres. Scitis Cap. XII. Enim cum gētes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini euntes. Totus hic locus valde obscur<sup>9</sup> est, obscuritatem autem & rerum ignorantia & defectus facit, earum scilicet, quæ tunc cōtingebant, nūc autem abolitæ sunt. Et quānam gratia in præsentī non fiunt? Ecce iterum quæstio obscuritatis alteram nobis quæstionem peperit. Sed quidnam tūc fiebat, quod nō fiat in præsentī? Verūm hæc paulò post dicenda reiiciamus. Nunc quæ tunc temporis contingebant, referamus. Quid igitur? Si qui baptizabātur, linguis quamprimū loquebantur, neque tantū linguis, sed multi prophetabant. Nonnulli alijs præditi erant potestatibus. Nam cū ab idolis recederent, neque manifestē scirent, neq; veteribus libris assueti baptizarentur, mox spiritum accipiebant. Cū autē spiritum non cernerent, quippe qui inuisibilis est, sensibile quoddam indicium dabat operationis illius gratia, & hic quidem Persarum, ille Romanorū, Iudæorum alius, alius alia quadam lingua loquebatur. Ex quo exterius etiam perspicuum erat, spiritum in ipso esse, dum loqueretur. Quare ita eum appellat, dicens: Vnicuique autem manifestatio spiritus datur ad vtilitatem: gratias manifestationem spiritus appellat. Nam cū hoc primum apostoli signū acceperunt, etiam fideles hanc linguarum gratiam accipiebant,

accipiebāt, neq; hæc dūtaxat, sed & alia plura: etenim multi mortuos suscitabāt, dæmones expellebāt, & alia multa huiusmodi faciebāt miracula, & donis pollebāt alij quidē minoribus, maioribus alij, sed maxime linguarū, qđ eis simultatis causa factū est, nō suapte natura, sed accipiētū stultitia. Qui enim maioribus erāt præditi, cōtra eos qui minores acceperāt, nitebant. Illi rursus dolebāt, & inuidia in maiores ferebantur. Quod autē maxima omniū linguarū esset apud eos gratia, in sequentibus ostēdit ipse Paulus. Cū igitur letalis hinc plaga oriretur, & inter eos charitas solueretur, hoc agit maximē vt eos corrigat: [euenerat enim hoc etiā Romæ,] sed remissius. Quāobrē in epistola ad Romanos id tangit, sed sub vmbra & breuibus verbis ita inquit: Sicut enim in vno corpore multa mēbra habemus, omnia autē mēbra non eandē habent operationē: ita multi vnū corpus sumus in Christo, singuli autem inuicē membra, habentes autē dona secundū gratiam, quæ data est nobis, diuersa, siue prophetiā [siue] portionē fidei, siue ministeriū in ministrādo, siue qui docet in doctrina. Quod autē illi in [stultitiā] hinc incidissent, à principio his verbis significauit: Dico autē per gratiam, quæ data est mihi; omnibus qui sunt in vobis, nō plus sapere quā oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, vnicuiq; vt deus distribuit mensuram fidei. Illis igitur (non multum enim diffensione peccabant & stultitia) ita loquitur, hīc autem vehementius. Nam plurimū hoc affectu detinebātur. Neque tantū hoc eos perturbabat, sed illud, qđ multi vates illic erant, vtpote cum ea ciuitas magis gētilitati inhareret, & cum alijs etiā hoc malo impediretur, & perturbaretur. Ideo à principio vaticinij & prophetiæ ponit differentiam. Propterea enim discernēdorū spirituum vim accipiebāt, vt iudicaret & intelligeret quisnam mundo spiritu loqueretur, quis immundo. Cum em̄ illinc non possent quæ dicerentur demonstrari: propheta enim non eo quo dicitur tēpore, sed in futurū veritatis præbet indicium, nec facile cogniti, quisnam prophetaret, aut quis mētiretur. Diabolus enim iniquissimus ingrediebatur prophetātes, & pseudopphetas faciebat, qui etiā futura prædicebāt. Deinde cum primū eorū verba [obscura] essent, nondū euidentibus quæ prædicabantur, & facile repellerentur: [salum enim & verū exitus arguebat: ne ante finē auditores deciperētur, dat eis signū, quo ante reiuentū, & hunc & illum ostenderet, & hunc accepta occasione, & principio in donorū mentionē descendit, & cōtentionem corrigit, quæ inde proueniebat. Primum tamē de vaticinij sermōne his verbis aggreditur, De spiritualibus autē nolo vos ignorare fratres. Spiritualia signa appellat, quoniā maximē solius spiritus opera sunt, nihil humano in his studio cōferente ad huiusmodi miracula faciēda: & quum de his disputaturus sit, primū, vt dixi, differentiā vaticinij & prophetiæ ponit, inquit: Scitis enim cum gētes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini euntes. Cuius loci sententia hæc est: In idolis si quis vnquā ab immūdo spiritu deprehēdebatur, & vaticinabatur, tanquā ductus trahebatur à spiritu deuinctus, nihil sciēs quid diceret. Hoc enim vatis propriū est, mēte cōmoueri & necessario cōpelli, & trahi tanquā furiis percitū. Propheta autē nō eiusmodi est, sed sobria mente & modesta & firma, quæ loquitur omnia vt decet nouit. Itaq; ante finē saltē hinc & vates cognoscitur & propheta. Et

Tomus quartus.

confidera quomodo sine suspitione suā prosequitur orationē, quum eos testes aduocat, qui rem experti sunt. Quod enim non fallā, inquit, neq; temere gētes carpam, neq; tanquā inimicus decipiā, ipsi vos mihi testes estis: etenim scitis qđ quum gentiles eratis, quomodo tūc ducebamini. Quod si quis hos tanquā fideles suspectos diceret, age ab externis hoc vobis manifestū faciamus. Audi igitur Platonem dicētem, Quemadmodū sortilegi & vates dicūt quidē multa & bona, sciūt autem nihil eorū quæ dicūt. Audi & alium item poetā eadem ostēdentem. Quum enim in ceremonijs quibusdā & magicis in homine quispiā dæmonē colligasset, & ille vaticinatus esset, deinde vaticinās deiiceretur, dissipareturq; & dæmonis impetū perferre non posset, sed ita distractus esset periturus: his qui talia magica operbātur, inquit, Soluite iam regē. Mortalis deū adhuc nō capit, & iterū, Soluite mihi coronas & meos pedes liquida aqua aspergite, & lineas delete, & veniā. Hęc & huiusmodi. Possunt enim & alia multa dici, sed hæc vtraq; nobis ostendūt & necessitatē qua detēti seruiūt dæmones, & violentiā quam sustinent hi qui omnino eis scriptos exhibēt, & mēte destituūt. Pythia autē (cogor enim & aliā eorū rupidinē in præsentia prædicare) quæ fortasse bene prætermitti posset, quū nobis decens nō sit hæc dicere, sed vt manifestius eorū dedecus intelligatur, necessariū dicere, vt saltē hinc cognoscatis eorum stultitiā, & nimiam irrisionē, qui vaticibus vtūt. Dicitur ergo ipsa Pythia mulier quæ dā sedere in Apollinis tripode diductis crurib<sup>9</sup>, inde malus spiritus deorsum redditus, & per genitales ei<sup>9</sup> partes trāsens, furore mulierē implere, hæc autē crines soluere, & debacchari, & spuma ora perfundere, ebria & insana verba proferre. Noui vos pudere & erubescere, hæc audiendo. Verum illi superbiunt & propter ignominia, & ppter insania huiusmodi. Hęc igitur & talia Paulus remouens dicebat, Scitis enim quū gētes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini euntes: & quū ad non ignaros huius rei verba faceret, non omnia diligenter exequitur, quū nollet eos perturbare, sed tantū in memoriā reducit, & in omnium mentionē eos reuocat, & quamprimū à proposito breuibus se absoluit. Quid autē significat, ad simulachra muta? Hi vates ad illa vi ducebātur. Quod si muta, quomodo illis vtēbātur? Qua autē gratia ad simulachra eos adducebat dæmon? tanquā captiuos & ligatos, simul autem vt errorē persuasibile facerent, & ne mutus lapis putaretur, curabāt idolis homines adiungere, vt operat[ur] illis inscriberētur. Verum nostra nō eiusmodi sunt, sed non posuit nostra, hoc est prophetarū: etenim manifesta erāt, & in ipsis prophetabāt, vt decebat, & prudēter & liberē. Propterea & dicēdorū & tacendorū erant domini. Nō enim necessitate detinebatur, sed potestate in honore habebantur. Propterea Ionas fugit, propterea Ezechiel treiectus est, propterea Hieremias [relic<sup>9</sup>]: deus autē non necessario eos impellit, sed cōsilio, ad admonitionē, minis, neq; obscurauit mentem: dæmonis nanq; propriū est, perturbationē furorem & multam caliginem infundere: dei autē, illuminare, & prudenter edocere quæ opus sunt. Prima igitur hæc est differentia vatis & prophetæ. Altera, quā in sequentibus affert his verbis, Ideo notum vobis facio, quod nemo in spiritu dei loquēs dicit Anathema Iesu. Deinde aliam, Et nemo potest dicere dominum Iesum, nisi in spiritu sancto.

q Quant

Quum videris, inquit, quempia eius nomen non appellan- tem, vel anathematizantem, vate eum esse tibi persuadeas: at contra quum in nomine Iesu omnia lo- quetem, spiritualē esse intellige. Quid igitur, inquit, de catechumenis dicemus? Nam si nemo potest dicere dominū Iesum, nisi in spiritu sancto, quid de his dicē dum est, qui nomine quidē eum appellāt, spiritu autē priuati sunt? Verum de his in præsentia nō loquitur, nō enim tūc erāt catechumeni, sed de fidelibus & infidelibus. Quid igitur? nullus dāmō deum nominat? Nōne dēmoniū habētes dicebāt, Nouimus q̄ filius dei es? Nūquid Paulo dicebāt, Hi homines serui dei altissimi sunt? Sed verberati, & coacti, spōtē autē minime. Dignū autē hoc in loco quāsitū est, quāobré & dāmōn hęc loqueretur, & Paulus reprehenderet. Magistrū suum imitatus, siquidē & Christus reprehēdit. Neq; eū voluit ab illis habere testimoniū. Quānam verō gratia dāmō hoc faciebat: vt rerū ordinē cōfunderet, & auferret apostolorū dignitatē, & vt sibi attenderēt, multitudini persuaderet. Quod si factū esset, facile fide digni apparuissent, & dogmata sua induxissēt. Quod ne fieret, neue fraus exoriretur, & verā dicentium os obstrueretur, & nemo omnino mendaciis crederet, sed ab eorū verbis penitus auerteret auditores, ex primo [igitur] & altero signo & vates & prophetas manifestos facit: inde nō temerē in miraculorū sermonē venit, sed vt orientē tollat dīfensionē, & persuadeat, vt qui minores habēt gratias, nō doleant: & qui maiores, nō superbiant. Quare in hunc modū incipit, *Diuisiones autem donorū sunt, idem autem spiritus.* Admonet primum, qui minorē habet gratiā, & propterea dolet. Quamobrē, inquit, doles? Nū q̄ nō accepisti quantū alius? Sed intellige q̄ dona sunt, & nō debitū, & lenies dolorē tuum. Ideo mox inquit, diuisiones donorum sunt, & nō signorū, neq; miraculorū, sed donorū: muneris nomine persuadēs non tātōpere dolendū, sed habendā gratiam. Et cum hoc id etiā cogita, q̄ si minor es mēsurā dati muneris, eo quōd dignus habitus es accipere vnde is qui plus accepit, parē habes honorē. Non enim iam posses dicere, q̄ illi quidē spiritus largitus est, tibi autem angelus. Nam vtriq; à spiritu proficiscitur. Ideo subdidit, Idē autē spiritus. Itaq; si in munere differētia est, non tamē in datore. Ab eodē enim fonte & tu & ille hauritis. *Et diuisiones ministratorū sunt, idem autē dominus.* Infundens cōsolationem, & filium & patrē addit: & alio item nomine hęc dona appellat, vt maiorē hinc cōsolationē excogitet. Ideo inquit, diuisiones ministratorū sunt, idem autē dominus. Cum enim gratiā audias, & minorē accipias, fortasse dolebis. Cum autē ministratorē audies, nō itidem dolore afficeris: laborē enim & sudorē prae se fert. Quid igitur doles, inquit, si alium magis laborare praecepit, tibi verō parciat? *Et diuisiones sunt operationū, idem verō deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autē datur manifestatio spiritus ad vtilitatē.* Et quidnam operationem, quid ministratorē dicit? Nominū dūtaxat differētiā: nam res eadē sunt. Quod enim gratia est, idē & ministratio, idem & operatio. Ministratorē, inquit, tuam t̄ manifesta,] & ministratorē meam t̄ clarifica.] & ad Timotheū inquit, Propter quā causam admoneo te, vt resuscites gratiā dei, quē est in te. & ad Galatas, Qui operatus est Petro in apostolatū, operatus est mihi inter gētes. Vides q̄ nullā in patris & filij & spiritus sancti gratiis differentiam ostendit,

Mar. 1. c. Act. 14. b

q̄ etiā vera dicentium ora obstruit, vt.

† imple. † honorificabo: Rom. 11. b 2. Tim. 4. b Galat. 2. b

A non q̄ personas cōfundat, absit: sed vt substātiē ostēdat paritatē. Quod enim spiritus largitur, idē & deū operari, idem & filiū ordinare & praeberē dicit. Atqui si minus esset hoc illo, aut illud hoc, nō vtiq; ita posuisset, neq; hoc pacto cōsolatus esset dolentem. Præterea & alio quodā modo admonet, q̄ scilicet cōfert ei data mēsurā, etiā si minor sit. Cum enim dicat, q̄ idem spiritus, & idem dominus, & idē deus: [ & hac ratione ipsum retinens, ] aliā iterū addit cōsolationem, quū inquit, Vnicuiq; autē manifestatio spiritus data est ad vtilitatē. Ne quis diceret, Quid si idē dominus, & idem spiritus, & idem deus, sed ego minus accepi, inquit: Quoniam ita tibi vtile fuit. Manifestationē autem spiritus signa appellat, merito. Mihi enim fidei manifestus est qui spiritū habet, ex baptis- mate. Infideli autē nulla alia ratiōe erit hoc manifestum q̄ à signis. Ita hīc quoq; nō parua cōsolatio est. Nam si dona varia sunt, tamē ab eodem proueniūt, siue multū habeas, siue parū, similit̄ es manifestus. Itaq; si hoc ostendi curaueris te spiritū habere, sufficiētē habes demonstracionem. Cum igitur vnus sit qui dat, & gratia data, & manifestatio etiā hīc oritur. Et hoc magis tibi vtile est. Noli dolere tanquā cōtemptus: nō enim q̄ te contēneret, aut alio inferiorē ostēderet, id fecit, sed vt tibi parceret, & tuā intueretur vtilitatē. Quod enim maius accipiat q̄ ferre quis possit, id inutile est, & damnū affert & ignominiam.

*Alij quidē per spiritum datur sermo sapientiæ, alijs sermo sciētiæ secundū eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alijs gratiā [sanctitatis in vno] spiritum.* Vides quomodo vbiq; eandē facit adiectionem, in eodem spiritu dicens, & secundū eundē spiritum. Nouit enim magnā hinc cōsolationē futuram. *Alij operatio virtutum, alijs prophētia, alijs discretio spirituum, alijs genera linguarū, alijs autē interpretatio sermonum.* Cum multum in hoc sibi placerent, idcirco posterius posuit, & subdidit: *Hęc autē omnia operatur vnus atque idem spiritus.* Remedium vniuersalē cōsolationis est, q̄ ex eadē radice, ex iisdē thesauris & fontibus omnes accipiāt. Quare frequenter huic verbo insitēs, quæ videntur diuersa esse exæquat, & cōsolatur, & supernē spiritū, filiū, & patrē gratias largientem ostendit. Hoc autē in loco quum spiritū diceret, cōtentus est, vt intelligas huic eandē quoque esse dignitatē. Quid autē significat, sermo sapientiæ? quē Paulus, quē Ioannes tonitruī filius habuit. Quid sermo scientiæ? quē multi credentiū habuerūt, scientiā quidē habētes, sed qui nō ita docere possēt, neq; in aliū facillē conferre t̄ quæ ignorant.] *Alij autē fides.* Fidem non eam dico quæ dogmatū est, sed signorū, de qua Christus, Si habueritis, inquit, fidē sicut granum sinapis, & diceris monti huic, trāsī hinc, & trāsībit. & apostoli t̄ ad eam hortabantur, ] dicentes: t̄ pro hac Adde nobis fidē. Ipsa enim mater signorū est: operationes autē virtutum, & donū sanādi possidere nō est idē. Qui enim habebat donū sanādi, curabat solum: qui autē operationes virtutum, etiam puniebat. Virtus enim est non sanare tantū, sed etiam punire, quemadmodum Paulus cæcauit, & Petrus perdidit.

*Alij autē prophetia, alijs discretio spirituum.* Quid hoc significat: cognitionē quāsnā spiritualis sit, quis nō, quis propheta, & quis deceptor. Quod & Thessalonicensibus dicebat, Prophetias nolite negligere. Omnia autem probate, quod bonū est tenete. etenim multa tūc falsorū prophetarū differentia erat, quū diabolus cū veritate mendaciū cōfundere niteretur. *Alij genera*

† hinc. Mar. 3. b. † quēmerant. Mat. 17. 4. † pro hac precabantur. Luc. 17. 4. † hinc. b. c. 5. d.

*genera linguarum, alijs autē interpretatio sermonū.* Hic enim sciebat, quid ipse diceret, sed alteri interpretari nō poterat: alius hęc vtraq; possidebat, vel horū alterū. Videbatur autē hęc magna gratia esse, quū primū eā accepissēt apostoli, & apud Corinthios plures possiderēt, doctrinā autē sermo nō ita. Quamobrē illud quidē primū ponit, hoc autē vltimū: etenim hoc ppter illud, & alia omnia & prophetiē, & operationes virtutū, & genera linguarū, & interpretationes linguarū. Nihil em̄ t̄ his par est: ideo dicebat, Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni sunt, maxime qui laborant verbo & doctrina, & ad Timotheū scripsit, Attēde lectioni, exhortationi, doctrinā: noli negligere gratiā quē in te est. Vides quomodo & gratiā hoc notat? Deinde quā superius posuit cōsolationem, eundē videlicet spiritū, hīc etiā ponit inquit, *Hęc autē omnia operatur vnus & idem spiritus, diuidēs [peculiariter] singulis prout vult.* Neq; cōsolatur tātū, sed etiā cōtradictis os in hoc loco obstruit, quū dicit, diuidēs [peculiariter] singulis prout vult. Oportet enim obturare, non curare tantū, quemadmodū in epistola ad Romanos facit, quū dicit: Tu quis es, q̄ contradicis deo? ita in hoc loco, diuidēs [peculiariter] singulis prout vult. Oportet em̄ cōfutare & quod patris erat, id & spiritus esse ostēdit. Sicut em̄ de eo inquit: Idem deus qui operatur omnia in omnibus: ita & de spiritu, Hęc autē operatur vnus & idē spiritus. t̄ Sed quid fit à deo, inquit? At minimē hoc dicit, sed tu finis. Cum enim dicit, qui operatur omnia in omnib; de hominibus dicit: maxime autem cum hominibus spiritum numerat etiā si insanissimus sis, & furiis innumeris percitus. Cū etiā dixisset per spiritū, ne arbi- trareris illā particulā per, diminutionis esse nō operationis, ] subdidit: Quod operatur spiritus, non autē patitur: & operatur vt vult, nō vt ei praecepitur. Sicut enim de patre filius dicit, q̄ suscitāt mortuos & viuificat [similiter & de seipso, quōd quos vult, viuificat:] ita & de spiritu alibi quidē q̄ cum potestate omnia operatur inquit, & nihil prohibet. Illa autē particula, quōd vult spirat, quāuis de vento dicatur, hoc ipsum tamen cōfirmat: hīc autē q̄ omnia operatur prout vult, & aliunde, q̄ non eorū sit t̄, quæ facta sunt, sed eorū qui operātur, intellige. Quis enim nouit, inquit, quē hominis sunt, nisi spiritus hominis? Ita & quē dei sunt, nemo nouit nisi spiritus dei. Quod autē spiritus hominis, hoc est, anima nō indiget operationis, vt cognoscat quæ sua sunt, omnibus perspiciū est. Igitur neq; spiritus sanctus operationis indiget ad cognoscēdū quē dei sunt. Ita enim, inquit, dei nouit arcana spiritus sanct; vt anima hominis arcana sua. Quod si in hoc nō t̄fficitur, multo minus q̄ dei profunda nouit, & nō patitur, & in dādo dona apostolis, virtute aliena nō indiguit. Præterea & illud quod ante dixi, dicā & nūc. Quale hoc? Quod si minor spiritus, & alterius esset substātiā, nihil cōsolatio profuisset, neq; audire eundē spiritū. Qui enim à rege accipit, multi id facit, quod à rege accipit. Qui autē à seruo, tūc magis dolet, quādo id sibi in memoriā reducit. Itaq; etiā hinc cōstat, q̄ nō seruillis, sed regiæ substātiæ spiritus sanctus est. Ideo quēadmodū eos cōsolatus est dicēs, q̄ differentiæ ministratorū sunt, idem autem dominus, & differentiæ operationū, idem autē deus: ita superius dicendo, differentiæ gratiā ū sunt, idem autē spiritus: & inde item, hęc autē omnia operatur vnus & idem spiritus, diuidēs [peculiariter] singulis

† hinc. 1. Tim. 5. c

ibidē 4. d

† vocat.

Rom 9. d.

Hic sup. a † sed quē operatur deus inquis?

† uultū inquit, id est neq; passionis sine operationem recipiētis. Ioan. 15. d Galat. 3. a Ioan. 3. a † trāspiret vsuū v. p. Supr. 2. c.

† inquit. 1. Tim. 5. c

Hic sup. a

A prout vult. Nolumus igitur egre ferre neq; dolere dicētes quamobrē hoc accipi, hoc autē non, neq; rationes à spiritu sancto expectemus. Nā si nōsti quōd ppter curam quā de nobis habet, nobis largitus est: illud quoq; intelligas, q̄ ppter eandē curam etiā mēsurā tribuit. Cōplectere eū & lætare in his quæ accepisti, & noli ægre ferre q̄ nō acceperis: sed gratias agas, q̄ non supra vires tuas accepisti. Quod si in spiritualibus non oportet perscrutari, multo minus in carnalibus, sed cōtentū esse, & nō multū inuestigare, quāobrem ille diues sit, & ille pauper. Neque enim [vnusquisq;] à deo diues euadit, sed multi iniustitia, rapina, auaritia. Qui enim praecepit ne diuites simus; quonā pacto daret, quod accipiendū phibet? Vt autem maiorē in modū his qui nobis cōtradictū, silentium imponā, age altius maiorum orationē repeta- mus, quādo scilicet à deo diuitiē cōferuntur: & videamus, quānā gratia Abraham ditatus est, Iacob autē pane indiguit. Nōne vterq; iustus fuit? Nōne simi- liter de trib; inquit, Ego deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob: Quāobré igitur ille diues fuit, hic ser- uuit? Vel poti; quare Esau iniustus & facitida locu- pletatus est, Iacob verō in seruitute tā diu vixit? Quā- obrem Isaac in ocio omne tēpus vixit, Iacob autē in laborib; & miseriis? Ideo dicebat, Pauci & mali dies mei. Quamobrē David propheta & rex omnē vitam in laboribus, Salomō autē eius filius quadraginta annos sine omni penitus timore vitā duxit perpetua pace fruēs, præterea gloria, honore, & omni delicia- rū genere? Quid tandē i; pphetis alter magis, alter mi- n; agitabat? Quoniā eorū singulis ita vtile erat. Ideo vnicuiq; addere oportet, Iudicia dei abyssus multa. Nā si magnos illos & admirabiles viros non eodem modo deus exercuit, sed hūc paupertate, illū diuitiis, alium ocio, aliū laboribus, lōgē magis nūc hęc con- siderāda sūt. Præterea illud animaduertēdū, q̄ multa quæ accidit, non eius sunt volūtate, sed malitia no- stra. Noli igit dicere, t̄ Quare diues malus est, pauper iustus? Maximē em̄ & horū reddi potest ratio, & di- ci, q̄ iustus nullū ex paupertate damnū accipit, sed maius incrementū ex probatione: & malus supplicij viaticū diuitias habet, nisi permuter quæ possidet, & ante supplicium sæpe sibi ipsi multorū malorum au- thores facta sunt diuitiæ, & in multas deiecerūt mi- serias: deus autē dimittit, tum vt voluntatis liberum ostēdat arbitriū, tum vt alios erudiat, ne circa pecu- nias insaniant, & in rabiem vertātur. Quid igitur cum malus quispiam ditescit, & nihil molesti patitur, in- quit? Nam quōd bonus ditescat, iustum quidem est: q̄ verō malus, quid dicemus? Quod propter hoc mi- ser est? Diuitiæ enim ad malitiā additæ affectus au- gent: Verū bonus est, & pauper? Sed nihil læditur. At malus, & pauper. Igitur iustē & merito, vel potius ad suam vtilitatē. Sed ille, inquit, à progenitoribus diui- tias accepit, & dissipat eas in meretrices, & parasitos, & nulla afficit molestia. Quid dicis? Scottatur, & nulla affici dicis molestia? Inebriatur, & putas eum in deliciis esse? In nullā suam vtilitatē cōsumit, & lau- dandum dicis? Et quidnā pei; q̄ animam corrupere? Tu autē, si corpus distortū sit, aut cæcum, dignū censet, quod maiorem in modū lugeamus. Sed quū eius animā omnino cæcam videas, etiam beatū ar- bitraris? Sed nō sentit, inquis. Et propter hoc quidē iterum miser, quemadmodū infani. Qui enim morbū suum cognosceret, proculdubio medicum inquireret, &

Mar. 6. c

Gen. 47. b

Pf. 1. 30. c & 89. c.

Psal. 35. b

† Quare diues, qui malus sit, & pau- per qui iustus?



medicinas accipiet. Qui vero ignorabit, sanari nullo pacto poterit. Hunc igitur beatu dixeris? Sed nihil miru, plurimi enim philosophia expertes sunt. Propterea vltimu nobis suppliciu praparamus, quu punimur, & no liberamur supplicio. Ideo irax, anxietates, & tumultus perpetui, quonia quu nobis deus iucundissima vitam ostendat qua virtutis est: ea omifsa, alteram aggredimur diuitiaru & pecuniarum, que innumeris malis abundat, & id facimus perinde ac si quispiam nescius corporis iudicare pulchritudine, sed omnino vestibus & ornatu attentus muliere naturali pulchritudine egregiam praterat, turpe autu & informu pulchris vestibus ornatu amet: tale quiddam nunc multi circa virtute & vitia patiuntur. Turpem nanq; natura probates, propter exteriorem ornatu, pulchra & formosam expellunt, propter nudu eius pulchritudine, cuius gratia maximu est eligenda. Propterea erubescu, q; apud stultas gentes sunt qui hac philosophantur, si non re ipsa, at sententia, qui intelligunt presentium fragilitate. Apud nos autu quidam neq; hac sciunt, sed etiam ipsum habent corruptum iudiciu, & maximu cum ubiq; scriptura nobis catet, & dicat: Annihilatur in cospectu eius malus, timetes autem dominu clarificat. Timor domini omnia excedit. Deum time & precepta eius custodi, quoniam hoc est omnis homo. Noli amulari in malignatibus, neq; timeas cu ditabit homo. Omnis caro foenu, & omnis gloria eius sicut flos foeni. Hac & huiusmodi cu singulis dieb; audiamus, adhuc terru affigimur, & tanqua pueri stulti, qui frequetet elemeta discunt, cu sparsum de illoru ordine inquirunt,] altera pro alteris accipietes, multu risum mouent. Ita & vos. quum enim hic ordine ipso ea vobis describamus, quomodo docunq; sequimini. Quando vero extra sparsum vos interrogamus, que primo loco, que secundo ponenda sunt, & que pracedere queve sequi debeatis, nescij dicere, ridiculi deprehendimini. Nonne plurimo risu dignum, dic quaso, vt qui immortalitate expectant, bona qua neq; oculus vidit, neq; auris audiuit, neq; in cor hominis intrauit, pre terrenis & caducis huius seculi rebus cotemnant, & desiderabilia hac existiment? Quod si adhuc opus est vt hac discas, q; nihil magnu sint diuitia, q; vmbra presentia & somnium, q; more fumi dissoluuntur & euolant, extra adyta sistu, primu in vestibulis maneat. Nondu enim ingressu ad superna regna dignus factus es. Nam si instabilem horu naturam & cotinuo fluentu diiudicare no nosti, quomodo ea despiciere poteris? Quod si dicis scire, cessa inuestigare & perquirere, quid tandu ille diues, & ille pauper sit. Idem enim facis du hec percortatis, ac si peragras interrogares, quid ille albus, [ & ille niger, ] aut aquilinus, aut simus sit. Quoadmodum enim no nostru est, siue hoc, siue illo modo se habeat: ita neq; pauperu esse aut diuitu, & multo minus q; illa, sed omnia pro vsu fiunt: & si pauper fueris, poteris bono animo philosophado viuere: & si diues, omniu miserimus, si virtute depuleris. Nobis enim precipua sunt virtutis opera, que nisi coplexus fueris, alioru nulla est vtilitas. Propterea frequetes hac interrogaciones, q; que propria no sunt, pertinere sibi multi arbitrantur, propioru autem nulla faciut ratione: proprium autu nobis virtus & philosophia. Cum igitur ab hac longu absint, propterea cogitationum perturbatio, propterea multi fluctus & astus. Quando enim superna gloria cadunt & celestium amore,

A [presentia] desiderant, & ferti & captiui efficiuntur. Et vnde hac desideramus, inquit: Si non multu illu desiderabimus. ] Hoc autem idem vnde cotingit? ex desidia. Desidia autu vnde? ex cotemptu. Contemptus autu ex stultitia, & presentium studio, cum nulla diligentia rerum inquiratur natura. Hoc ipsum, vnde accidit: quod scripturarum lectionibus non attendimus, neq; cum sanctis viris couersamur, & malorum cofuetudines sequimur. Ne igitur hoc semper fiat, neve fluctus ex fluctibus semper subeant, & in pelagus maloru abducant, obruat, perdant omnino, dum tempus datur recipiamus nos, & in petra firmati, hoc est, in dei preceptis & sermonibus, salum presentis vitu despiciamus: hoc pacto & hoc effugiemus, & naufragantes alios recipientes, futura bona consequemur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

Hactenus vertit Franciscus Aretinus. HOMILIA TRICESIMA, SIMONE Gryneo interprete, qui magna etiam in Pauli verbis vitur libertate.

**N**on enim corpus vnum est, & membra habet multa: omnia autu membra corporis multa cum sint, vnum sunt corpus: sic & Christus. Consolatus Corinthios Paulus huc in modu cum esset, nepe q; munus sit, quod ab vno eodemque spiritu profectum, quod ad salutem collatum quicquid quisque habet: tum q; æque se spiritus in paruis tenuibusque manifeste declarat, ad hac etiã os illis quum obturauisset, cedere maiestati spiritus oportere doces: siquidẽ vnũ omnia spiritus, inquit, operatur, prout vult vniciq; distribuendo, vt impiu sit curiosius ista sciscitari: iam deinceps illud ipsum pulchre quadam a natura rerum similitudine decerpta cohortatur. ita emferẽ solet. Na & de coma virorum mulierumq; quu disputaret, inter cætera hinc etiã fidem petes: an no ipsa vos natura monet, inquit, viru nisi non comam alat, dederi sibi futurũ: mulierem si alat, gloriæ? Et de sacrificatis idolo differens, tangiq; vetans, peregrinis exēplis orationem fulcit, certaminu olympicorum meditatione inducta, quia in stadio, inquit, qui currut, omnes quidẽ currunt, præmium veru capit vnus. Sic a pastoribus, ab agricolis, a militibus propositu colligunt saepe. Et hic igitur illa de corpore vulgari, sed ad flectendos præsertim simpliciu animos similitudine mirifice accommodata, quod persuasum difficile & inopinatu fuit, no esse quenquã deteriore quoquã scilicet magno contẽptibiliu hominu solatio cotendit, atq; couicit. Neq; veru consolationis plus quicquã habet, q; si in vniuersum no esse aliũ alio deteriore ostẽdas: quod ille quidẽ probas, sic inquit: Quoadmodu corpus vnũ membra habet multa &c. Vbi videre industriam viri accuratam licet. idem nanq; vnum esse & multa docturus, ita subiicit, maiori conatu propositum scilicet aggressus: Omnia corporis vnus membra multa cum sint, vnum sunt corpus: non inquit, multa cum sint, vnus sunt corporis: sed, illud ipsum corpus est multa: & illa ipsa multa membra, hoc vnum sunt corpus. Si igitur & multa vnum sunt, & vnum est multa: quæ deinceps differentia, quod maius, quod minus esse potest? Omnia vnum sunt, & illud proprie quidem pensulatum, nempe qua sunt corpus, vnum omnia sunt: nam qua pars, iam differentia est, & omnium quidem ex æquo: pars enim ipsa,

Psal. 14. b  
Eccl. 25.  
Eccl. 12.  
Psal. 36. a  
Esa. 40. b

† examinantur.

supra. 2. c

supra. 9. d

† neg, ego qui sum apostolus plusquam tu in hoc.

† cor, no fuissent.

† quod si essent omnia vnum membra ubi corp?

ipsa solaq; constituere corpus nulla potest, sed æque quælibet ad efficiendũ se ipsa corp est defecta, egẽtq; cõgressu cõuentuq; cæteraru: vbi veru in vnũ multa cõcedut, ibi corpus euadit vnũ, quod ipsum ille significare volẽs: Omnia veru membra corporis vnus multa cum sint, inquit, vnu sunt corpus. Non inferiora, no superiora, sed quod cõmune erat omnibus, multa cu sint, inquit. Sed qui tandẽ multa vt vnũ sint, fieri potest? Si partiu singularu discrimine misso, corpus intueare. Nam quod oculus est, id ipsum & pes, in eo nepe q; pars, quod cu alio cõstituit corpus. hic enim discrimẽ reperire nullu licet. Neq; veru dici potest ab hoc quidẽ mẽbro cõstitui corpus, ab illo min. in hoc siquidẽ idẽ omnia possunt, cu omnia corpus sint vnũ. Atq; his ita quidẽ clarẽ cõmunuq; omniu suffragio cõprobatis subiicit: Sic & Christus. Cum, sic & ecclesia, dicere oportuisset (istuc enim cõsequebatur) pro ecclesia substituit Christu, altius scilicet orationẽ tollens, vehemẽtiusq; auditorẽ impellẽs. Est autu quod dicit huiusmodi, sic & Christi corpus, quod est ecclesia. Vt enim corpus, & caput, vnus est homo: ita vnum esse ecclesia & Christu inquit: ideoq; pro ecclesia posuit Christu, hoc nomine huius corpus appellado. Quæadmodu igit nostru corpus, inquit, quaquã ex multis cõflatum, vnũ quiddã est: sic in ecclesia, vnum quiddã sumus omnes. Nam & ipsa multis e membris cõstans in vnũ corpus euadit. Huc igitur in modum, illo qui se deiectum esse cotemptuque putabat, plausibili similitudine recõciliato reuocatõque, populare illud iam rursu mittens, rationẽ suadendi magis iam sanctã, & cõsolationis veru pleniorẽ ingressus, summã omnium æqualitate ostendit. In vno siquidem spiritu, vnum in corpus, inquit, Iudæi, Græci, liberi, serui, pariterq; omnes sumus cõbaptizati. Hoc est qui vnũ in corpus nos velut membra fingens regenerasq; formauit spiritus, vnus est, neq; in illo enim hic quidẽ spiritus, alius in alio baptizatur: ac neque regeneras vnus est modo, sed & in quẽ. ] & in quo regeneramur, hoc est, cui dedimus nomẽ: neq; idcirco baptizati sumus vt alij, aliiq; fieremus, sed vt corporis vnus exactam omnes rationẽ tuẽtes, hoc est, vnũ planẽ in corpus euadentes renasceremur. Itaq; & qui formauit vnus est, & in quod formamur vnũ: neq; vnus corporis, sed vnũ corpus omnes vt fiamus, inquit: semper enim dictõibus vim q; maximã habetibus vti contẽdit: pulchre autu omnes inquit, etiã seipsum apponit, [neque ego tuus apostolus plus cæteris in hoc] habeo quicquã, inquit. Na & tu corpus perinde es vt ego, & ego perinde vt tu, & caput idẽ habem omnes, & partu prognati sumus eodẽ omnes, itaq; & corpus idẽ sum omnes. Quid veru Iudæos recẽseo, inquit, postquã tãto interuallo diffidentes Græcos etiã vnus in corporis absolutione perduxit? Omnes veru quu diceret, no substituit: sed subiungit, Iudæi, Græci, liberi, serui. Quod si qui tantu distabamus, vniti iã, vnũmq; facti sumus: quãto magis vnũ factos cõturbari, spargiq; non licet: Haud vllus enim hic est differentia locus. Nam si Iudæos & Græcos, liberos & seruos iisdẽ rebus dignatus est: quomodo post cõciliatione iam rursu distiguet, præsertim quos arctiore post munere suoru largitate concordia vinculo cõstrinxit? [Et omnes in vno spiritu potati sumus. Nam] & corpus non est membru vnum, sed multa: Hoc est, non diuersis, sed iisdẽ sacris initiati, mēsa eadẽ refecti sumus. Cur autu non eodẽ corpore refectos, & sanguine eodẽ refocilla-

† in quod,

† neg, ego qui sum apostolus plusquam tu in hoc.

† cor, no fuissent.

† quod si essent omnia vnum membra ubi corp?

tos dixit? quia quum spiritum diceret, simul est coplexus vtrunque, corpus & sanguinẽ, siquidem per vtriusq; spiritũ poti sumus. Videtur autu spiritus institutione eã significare velle, qua statim a baptismo ante mysterioru communionẽ erudimur. Poti veru inquit, voce vehementer accõmodata vsus, velut em aqua rigari plantas omnes videmus: ita sanẽ spiritũ haufimus eundẽ, inquit, gratia eandem gustauimus omnes. Si igitur vnus nos spiritus formauit, vnũ in corpus redexit (id est enim vnũ in corpus baptizatos nos esse) & mēsam eandem largitus est: & rigatione eadem omnes perfudit. (hoc enim eodẽ spiritu potos esse significabat.) Deinde tanto interuallo diffidentes cõiunxit: deniq; si multa quæ sunt, tum corpus vnũ euadunt, cum in vnum omnia coauerut, quid rã differentia sursum deorsumq; versas? Nam q; tu quidem putas multa corporis vnus esse membra diuersaque, illã ipsam corporis notam hac prærogatiuã esse scias, vnũ vt sint, efficere posse quæ diuersa sunt & multa. Quid veru nisi multa corpus sit vnũ, id esse nouũ mirumq; foret: immo nisi multa sit, ne corpus fuerit quidẽ. Sed hec post expedit: interim redit ad membra. Si pes dicat, inquit, quia manus no sum, ne de corpore quidẽ sum: an idcirco de corpore no est? Et auris, quia oculus non sum, ne de corpore quidẽ sum si dicat: an ideo corporis pars no est? Equidẽ si membroru hoc quidẽ superi, illud vero inferius esse, nihil quicquã a corporis ratione secludit, sed totũ hoc semel est sublatu: quid quaso, vociferaris, quia inferior sum, non sum corpus? Nam & pes situm inferiorẽ habes, nihilo minus corporis pars est. Si quidẽ partẽ corporis, aut esse, aut no esse, no ex eo quia hoc illo, istuc alio loco situ sit (nã hac est loci ratio) sed ex eo q; aut annexum, aut auulsum quicquã sit, spectatur: corpus em aut esse, aut no esse sic accidit tandẽ, si iunctu aut no iunctu sit quicquã cohærensque. Sed prudentia vide, q; scite verba membru nostris accõmodarit. Quemadmodum enim supra; Hec in me, inquit, ipsum & in Apollo transtulit: ita nũc quoque quod minus molestam, sed perceptu facilem iucundamq; redderet orationem, membra fecit ipsa loquẽtia, vt cum natura matrem audiãt Corinthij respõdentẽ, experientia rerum & cõmuni velut suffragio cõiuncti, nihil deinceps obiicere possint. Nam vtcunq; clametis, inquit, nunquã tamẽ vt membra corporis vnus ne sitis, effici potest. Vt enim nature lex, ita charitatis vis vel maximẽ incõcussa & immota omnia seruat. Vide veru q; diligenter molestam membroru omnium inter se querelã, extremis tantu binis inuicẽ collatis vitarit: & cum honoratissimus oculus esset, neglectissimus pes, non cum oculo, sed cu ea quæ leuiter excellit, manu scilicet, pedẽ litigantẽ induxit: aurem cum oculo, quãdo no inter maximẽ, sed inter paululu distantes inuidia cadere videmus. Itaq; eandẽ ille cõparationem seruauit, Si totum corpus oculus sit, inquit, vbi auditus? si totu sit auditus, vbi olfactus? Nam quia membroru diuersitate, man; pedes, aures, oculosq; cõmemorãdo, nobilitatis obsecuritatẽq; discrimen quoddã cogitandũ relinqueret potuisset, eum scrupulu pulchre discussit, sic vtile. Propterea necessariumq; fuisse ostendens: multi enim q; sint, diuersiq;, id esse quod vel maximẽ corpus eos vnũ reddat. Si enim vniuersi singulum quiddã fuissent, inquit, corpus no erant. ] Sed illud post. Hic vero iã amplius quiddam ostendit, non solum non esse cor-

† cor, no fuissent.

† quod si essent omnia vnum membra ubi corp?

pus non cōcedens, si vnus quispiā omnia sit, sed neq; ceterorū quenquā quicquam futurū: auditus enim si sit omnia, vbi reliquetur olfactus? Porro autē quū ne sic quidē sopita penitus indignatio videretur, facit quod suprā. Nā vt istic ad vtilitatē cum cōfugisset, sic illos cōpescuit tandē, qui vnū eundemq; spiritū pro arbitrio vniciq; largientē, operari in omnibus omnia doceret: eodē hīc pacto omnia rectissimē fieri probaturus, ad diuinā prouidentia argumentum orationem vniuersam cōuertit: *Nunc verō pater ille re- rum, membra, inquit, vnumquodque in corpore sic quē ad- modum est lubitū, collocauit.* [Quemadmodum de spiritu dixit prout vult: ita & hīc, sicut voluit.] Ne tu igitur eur sic fiant, nō fiant, omnia disquire. Nā si tu quidē rationū vias ingrediaris mille, nullā inuenies, quæ tā verē, tā appositē habere ista rectē omnia demōstrer, q̄ si rerum opifici ita placuisse cōfiteare. Certē enim quod optimū rectissimūq; factū fuit, hoc illū voluisse cōsentaneū esse debet. Quod si hęc in isto vulgari corpore perferuari superuacuū sit, quāto magis obsecro tolerabile in ecclesia non est? Atq; hīc rursus ac- cumē vide. Nam neq; natura, neq; virtutum] sed sit- us tantū, quem t̄ labore] membra fortitūtur discrimina cōmemorauit: *Nunc verō deus, inquit, membra pos- sint vnumquodque quidē in corpore, sic vt volebat.* Et pul- chre, vnū quodq; inquit: t̄ omniū sine dubio cōtem- ptissima] significare volēs, neq; verō hoc quidē ordi- natū esse, hoc non esse, dici potest, sed vnū quodque, quemadmodū huius æterna voluntas iussit, ita est si- tum. Vtile igitur mēbris omnibus locū quem sortita sunt, tueri, ad eō sanē, vt si quicquā horū ordine locō- ve proprio mutato, aliū quēdam occuparit, omnium etiā iudicio digniorē, totum interire perditq; videamus, dignitate propria cadere, nec tamē cōsequi a- lienam.] *Quod si omnia hęc vnū quiddam mēbrum sint, vbi si ordinē corpus? Nunc verō multa quidē membra sunt, corpus verō vnū.* Abūdē iā igit diuinę ordinatiōis argumēto cōiunctis, pergit rationes rursus cōcinnare: quorū quidē neque hoc, neq; illud semper facere cōsuevit, sed istis velut vicibus pulchrē variat argumēta. Nec enim cōpescē do solum, auditorē turbat, nec vt omnium rationes quærat, assuefaciendū, in ipsam sauciat fidē: sed nūc hoc, nūc illud facit, vt & credāt, & vt ne tumultuētur: & postquam silentiū imposuit, rationes colligit rur- sus. Sed tu mihi cōtentionē, ducemq; victoriæ certū vide. Vnde em̄ dispares, aliōsq; aliis abiectiones esse se maximē putabāt, nempe q̄ ingens inter ipsos dif- crimē esse videretur, ex eo ipso æquē ille honoratos esse omnes ostendit. Sed quī tandem dicam: *si vnū,* inquit, *omnia sint membra, vbi corpus?* Id est, si non est quædā inter vos certa diuersitas, ne corpus quidem estis. si porro nō estis corpus, neq; vnum eritis, si nō vnum, quomodo par fuerit omnium dignitas? Con- trā igitur, si æquē quidē omnes polletis, corpus non estis. si non estis corpus, neq; vnum. si non vnū, quo- modo æquē eritis honorati? Idcirco igitur q̄ nō eodē omnes spiritus ornamento polletis, sed munus aliud aliis habet, corpus estis. corpus verō cum sitis, vnū estis etiam, nihilq; in eo q̄ corpus estis, differtis inter vos iā quicquā. Itaq; differentia vel maximē est quæ honoratos reddit omnes ex æquo. atq; hoc est quod subiūxit. *Nunc verō multa quidē membra, vnū vero corpus,* & c. Istuc igitur fratres nos quoq; reputemus, omnē ptinus inuidiā proculcemos, t̄ neq; iniqui gratia ma- iori pollutibus simus, neq; tenuioibus insultemus:

fic enim ille iussit, cuius voluntati nō est cur se quic- quā opponat. Si quis insultat porro, cogita op̄ quod tu facis, efficere illū sæpe nō posse. Itaq; quāquā infe- rior, tamē hoc excellis: & ille quanquā maior, tamē hoc reliquitur tibi:] & sic æqualitas fiet. Equidē & in corpore mēbra quę parua sunt, haud paruū præbēt v- sum, sed auulsa magnis, ea vehemēter obscurāt. Quid enim capillis toto corpore vilius esse potest: at illos tamē ipsos quātūcunq; viles, si vel à palpebris, vel ab oculis ipsis detōdeas, omnē totius vultus gratiā de- turbasti, oculūsq; iā ipse haud æquē splēdebit venu- stus: & quanquā incōmodum leue sit, tamē elegantiā vultus omnem: neq; elegantiā modo, sed vsum etiā præstantē illum, & aciē oculorū cōturbat. Habet e- nim vnū quodq; membrorū & propriā & cōmunem quandā virtutē. Forma similiter peculiaris quædā in omnibus est, quædā cōmunis. Quæ quanquā discre- ta videātur, tamē ea lege natura copulata sunt, vt al- tero pereunte, necessario pereat alterū quoq; planē- que totā rēpub. tāgat, si quid accepit incōmodi pri- uatus vnus. En igitur, oculi clari sint, lucētēsq; gena- ridens [rubrū labrū, nasus rectus,] superciliū p̄cerū: horū quodcunq; quomodocunq; demutes, cōmuni- iam pulchritudini detraxisti, omniāq; tristitię plena, turpia apparebunt omnia, quæ prius erant venusta. Nasum summū præcide, mox ingentē membris om- nibus induxisti deformitatē. Fac in corpore per cæ- tera pulcherrimo, pedē vnū claudū, mancū videbi- tur corpus vniuersum, vnus sit mēbri hęc licet orbi- tas. in manibus similiter, vnū vnus digiti tolle vngu- culū: id ipsum quod dixi, statim videbis. Lubet in mē- brorū viribus officiūsq; id ipsum experiri, digitū vnū refeca: ceteros ad opus senties cūctāiores, neq; pari- iam strenuitate suum officiū perfungentes. Cōmunis igit toto corpori turpitudine vnus mēbri damnū, or- namentū cōmune vnus mēbri salus cū sit, ne prox- imum fratres abiiciamus, ne tā arcē nobis cōiuncto temerē insultemus. Ab illo si quidē tam humili mē- bro pulchrū illud speciosūque pulchrius spectabi- liūsq; euadit: & à ciliolis istis tantā oculi gratiā cepe- rūt. Neque verō] ad eum solū redundat incōmodū, qui accepit: sed is etiā qui dedit, non minimā susti- nebit partē. Quod vt ne fiat, ita fratres nos inuicē fo- ueamus, & illā quā natura corpori præscripsit legē, in societate Christianā transferamus, sic omnibus mor- talibus vt corporis nostri mēbris prospiciētes. Sunt enim & in ecclesia mēbra multa diuersaq; sublimio- ra quædam, quædā inferiora. sunt virginū chori, sunt viduarū collegia, sunt & casto cōnubio fulgentium cœtus, & multi omnino virtutis gradus. In iuuandis miseris eandē inuenies diuersitatē. huc quidā totos sese euacuarūt: alij sic, vt solū quod vitæ satis esset, sibi relinquerent, & necessitatē vltra nihil seruarent. Quidam ex aceruo dare maluerūt, sed isti tamen om- nes mutuo sibi sunt ornamento: & maior si minorem cōtemnat, maxima se ipsum laudis suæ parte fraudabit. Si virgo eam quæ in cōnubio est despiciat, non parum de mercede sibi sua rescidit. Item si qui dedit omnia, eum qui non dedit, calumnietur, magnam la- borum partem amisit. Et quid ego virgines, viduas, & eos qui pro Christi nomine nihil sibi reliquum fe- cerunt, dico? medicis quid esse vilius potest? sed illi tamē ipsi, vsum ecclesiæ, templorū foribus admoti, pulcherrimum quendā, & ornamentum maximum præstāt, vt his sine plenitudo ecclesię perfecta esse nō possit.

† cum vt omnia ita fierent ex- pedire probasset. Hic sup. b

† operatio- nis. † a loco.

† in omni- bus vili- tatem.

† vile i- gitur & pedi quod ita ordi- natus sit, non capiti solum. & si ordinē mutare rit & pro- prio loco relicto al- rerum in- uaferit, e- tiam si ma- iorem vi- deatur adisse, om- nia perdit ac corrumpit. Si qui- dem & proprio excidit, & alterū non conse- quitur.

† neq; gra- tia maio- ri polle- bus inui- deamus.

possit. Quod & apostoli principio statim intelligen- tes, vt cætera quidē omnia: ita istuc quoq; viduæ vt essent præclare cōstituerunt, tantā in ea re diligentia collocātes, vt illis ministros septē præficerēt. Quæ ad modū em̄ episcopos, sacerdotes, diaconos, virgines, cōiuges numeramus catalogū ecclesię recēntes, sic & viduas. Neq; verō vsum illæ sui aspernabile præ- bent: nam tu cum lubitum est ades tantū, illæ noctu diūq; hīc psallūt, adfuntq; cōtinuo: haud equidē mē dicitaris, quemadmodū videri fortasse potest, gratia. Nan si id quidē velint, per forū ire & porticus mē- dicatum licebat: sed pietatis quoddā nō leue momē- tum habent. Vide enim, quæ tanto paupertatis igne coquuntur, vocē blasphemā aut indignā (quod lo- cupletum illarū plerq; solent) nullam vnquā emit- tunt. Harū igitur incœnatas alias cubitū ire, alias sub dio, assiduo frigore rigētes agere, in eadē tamen om- nes gratiarū actione, & prædicatione patris durare cernas. Obolū dedisti, gratias agunt, & mille præter- ea modis bene tibi præcantur. nihil dedisti, nō agrē ferunt, sed etiā sic dominū laudāt, solito tantū, tenui- que victu cōtentæ. Nolint velint, inquis, ferāt oportet. Qui istuc tandē obsecro te, aut quī tibi tā inhu- mana vox venit in mentē: an verō non artes sunt ma- læ quædā, vnde facere quæstū vetuli, vertulæq; pos- sent? non licuit, si voluissent, viuēdi rationē inire mi- nus acerbā: & vel ex hīs vnde lautē viuere quæritare? Non vides q̄ multi eiusdē ætatis homines leno- nes & prostitutores facti voluptatibus etiā fruuntur? At verō haud illæ, quę fame perire malunt, q̄ inqui- nare vitā, & salutē suā turpiter prodere. Assiduē igit pharmacū tibi salutis apparantes sedēt. Neque verō medic⁹ quisquā ferro manūve admotis sic accuratē putrida vulnera secat, vt pauper egena manu porre- cta stipē flagitādo vulnerū cicatrices tollit. Et quod mirū, citra dolorē, citra suspiriū, pulcherrimam cō- ferunt medicinā. Neque minus ille, per filētiū, solō- que cōspectu, pro tēpli foribus mendicus sedēs, sua- dendo potest, q̄ qui populū moderamur, & pro cō- cione quotidie declamamus. Quid enim aliud nos vobis inculcamus quotidie docēdo, nisi vt ne altū sā- pius o homo? Res est subito inclinans, & omnigenis casibus q̄ maximē obnoxia hominū natura: ad sene- ctam iuētus festinat, dilabitur gratia in deformita- tē, ad imbecillitatē robur decrefcit, sanitas in lāguo- rem deficit: in contēptum gloria, diuitiæ in penuriā, honor in despectū abit: præcipiti flumini nec vsquā cōsistenti, sed ad prona cōtinuo, & per omnia ruēti, nostra similia sunt. Hęc & his plura medicus ille, nō verbis & oratione ad hoc cōcinnata, sed re ipsa, & ve- ro vultu (quod genū hortationis potentissimū est) assiduē cōtestatur. Quot igitur eorū putas, qui ad pos- tes nūc tēpli miseri sedent, floruerūt quondā, & ma- gna gefferūt: Quot deformiū illorū credis, ipsi quo- que & corporis vi quondā, & formę præcellētia mul- tos] sollicitarūt] nihil est quod dubites, aut hos idcir- co subsannes. Id genū exēplis mille vita scætet. Ex abiectis & cōtēptibilibus hominibus si euasuerūt re- ges sæpē, quid mirū si è magnis elarisq; viris medici cōtrā facti sunt quidā? Nā illud p̄fecto incredibilius est, cū hoc trāslatitiū sit & peruulgatū. Ita nō est cur quis dubitet illorū plerosq; artibus, bello, opibus flo- ruisse quondā: misereri vices illorū, & cū dolore etiā forti quenque suæ metuere cōuenit potius, ne idē iā olim ipsi quoq; periclitemur, Nā & nos homines for-

Act. 6. a

† supera- uerunt?

tunę lubricitati equē omnes obnoxij sum⁹. Sed huic nostræ orationi iādudū arbitror rudis aliquis, & cal- lūniari omnia solitus reclamat, totōsq; nos traducit. Quousque tandē iniquēs medicos] nos esse coges? † in ser- calamitates nescio quas portendēs, medicitatē pro- cōcione solam tollēs, & mendicos facere nos pror- sus instituens. Ego vero nequaquā mendicos facere vos ista inculcās volo, [sed cœli diuitias vobis aperire studeo.] Siquidē & ad sanū de ægrotis, ægrotan- tiūq; languoribus orationē qui facit, nō equidē quī in morbū auditorē adducat cōtēdit, sed vt sanitatis ille curam habeat maiorē, eorū quæ ægris acciderūt metu ignauā deinceps suam emēdet. Metuenda res paupertas esse videtur, & ipso etiā nomine horribilis. Equidē hanc quia metuimus, hoc ipso verē iam pau- peres sumus, etiam mille talēta possidētes. Neq; em̄ qui nihil habet pauper est, sed paupertatem horrens. Quoniā & in calamitatib⁹ ipsis nō passos grauiā, sed ferre etiā si leuia sint, nō potētes lugemus, miserōsq; putam⁹, ad eō vt ferre qui nouit, laude præconiōq; di- gnus habeat. Et hoc quidē isto habere pacto, videre a certaminib⁹ licet. Nā quos istic laudamus: eos nē- pe qui sæpius verbera ingeminātes, nihil ipsi ludant, turbantur ve,] sed recta sublimiq; ceruice cōsistunt: † haud eos qui ad primos statim cōgressus retro silie- † an eos. coronam⁹, hos velut imbelles timidosq; explodim⁹? Istuc igitur ipsum & in vitę negociis faciamus: tolerā- tissimo animo omnia perferentē, velut olympicū il- lum pancratiasten coronemus: rimidū verō illum & tremētē, & ante cōgressum, ictus metu exanimatū deploremus. Quemadmodū enim in certaminibus qui aduersariū antequam brachia tollit, motā tan- tummodo dextram vidēs fugiat, neq; plagam vllam expectet, mollis, deridiculus, imbellisq;, & laborū om- nium impatiens habet: ita planē de his qui paupertatē horrētes, ne expectationē quidē huius animo su- stinere possunt, iudicamus. Haud igitur miserū ego quidē te facio, sed tute bone vir te ipsum: qui em̄ non ludat fatan te posthac, ante plagā ad solas minas cō- tremiscentē videns? imō plaga ne eget quidē: opes tibi modo, quib⁹ ne abripiatur metuas, reliquat, qua- uis te cera reddiderit molliorē. Equidē, quia natura solemus, quę metuimus postq̄ experti sumus, metuē- da putare minus, ne id accidat, vehemētissimo te sa- tan ante cōgressum paupertatis distinct metū, & ve- lut cerā liquefacit. Est enim profecto cera vir huius- modi mollior, & vitam viuūt ipso Cain inferiorē, eorū quib⁹ abundat desiderio flagrās, his quę nusquā sunt sese affligēs, & t̄ quæ sunt] identidem se crucias, † ob es opes velut fugituum seruū intus includens, mirabi- libus quibusdā, & nouis sese perturbationib⁹ distrin- gens. Nā & cupiditate fertur absurda, & timore mul- tipli, & sollicitudine quoquō versus inruente ma- cerat, nauigio omni ex parte vētis aduersis oblectā- tibusq; iactato, & decumano fluct⁹ sustinēti simillim- us. Quē quāto obsecro melius sit tolli semel peri- rēque, q̄ tantas animo tempestates assidue perferre? Nā & ipsi Cain optabilius mori fuit, q̄ per omnem vitā cōsternari. Id igitur quō minus accidat fratres, astum illū calumniatoris satanæ rideamus, avaritiæ vincula rūpamus, frangamus: sauiissimi teli cuspidē, aditum omnem hosti præcludamus: avaritiā enim animo fori cōtemnerē si potēs; plagam non est cui- meruas vllam: Apprehendere satanā nō potest, radice malorum



malorū exirpata. si radix enim nulla sit, neq; fructus ille malignus pullulabit. Hæc vociferamur semper quidē nos, & vociferari nunquā desinimus. Si quid porro clamore nostro proficiamus, dies illa monstrabit, per ignē quondā reuelāda, & opus vniuscuiusq; quale sit spectandū exhibitura, ardentes lampadas patefactura pariter & extinctas. Hic oleū habens, nō habēs, prodibit vterq;. Quod tu procul auertas o Iesu Christe, ne quisquā consolationis tum expers inueniatur, sed largā omnes beneficiorū suorum copiam afferentes, & viuīs lampadibus ardentes sponso occurrāt: absit acerba & horribilis vox, quum qui hinc omnis misericordiē & humanitatis inanes soluerūt, istic audire cogentur, illam sponsi scilicet, Nescio vos, inquietis. Hanc facito Iesu Christe ne sentiamus, sed iucundam illam potius, & desiderabilissimam: Huc amici mei benedicti regnum capeſſite paratum ab æterno vobis. Sic enim vitam illam viuemus beatam, & bonis longē humanæ mentis cogitationem omnem supergredientibus perfruemur, quæ vt nobis cōtingant, gratia faxit & benignitas Christi Iesu saluatoris nostri, cui gloria & imperium nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xxxj.

**A** Non potest oculus manus dicere, nil est mihi te opus: aut rursus caput pedibus: nihil est mihi vobis opus. Postquā inuidiam tenuiorum repressit, tristiāque quæ esse propter maiora aliorū dona videbatur, exemit: nūc eorum etiā fastum deicit, qui dona scilicet maiora ceperūt. Et quamquam fecit id quidē in his quæ aduersus illos supra differebat (nā donū esse cū diceret non quiddā virtute nostra partum, quid aliud q̄ hos etiā confutauit?) tamē vehemētius iam id ipsū rursus eadē in imagine cōsistens facit. Corpore posthac, & quæ hinc est, vnione missa, ad membrorū inter se collationē, quā rem præcipuē nosse quærebant, festinat. Neq; vero q̄ vnū omnes se corpus esse scirēt, tam idoneū consolādis ipsis fuit quā si in his etiā quæ habebant, haud ita se multū differre cognouissent. Inquit igitur: *At non potest oculus manus dicere, nihil est mihi te opus: aut rursus caput pedibus, nil est mihi vobis opus.* Et si donū enim inferius est, necessariū tamē: & vt illo nō existente multa impingāt, ita sine hoc, plenitudo ecclesiæ manca fuerit sanē. Neq; nō dicit oculū, sed dicere nō potest, inquit. Itaq; si maximē velit, si maximē dicat etiam, nunquā id accidat tamen, in usquā quod dicit rerū cōsistat. Vtraq; igitur extrema sumēs, in ipsis orationē exercet, manu oculisq; primū: mox etiā circa caput & pedes, aucto paulū exēplo. Nam quid pedibus humili? est? capite quid honoratū necessariūve magis? est enim homo vel maximē caput scilicet. Atqui nō sufficit ipsū sibi tamē, omniāve expedire solū potest. Si possit enim, frustra nobis appositi pedes fuisset. Et hæc tenus quidē euectum esse se, satis nō habet, sed aliorū superiectionē querit (quod facere vbiq; ferē solet) nō intra æqualitatē cōtentione cōsistens, sed longius etiā procurrēs. Subiungit itaque: *Multū verō magis, quæ membra corporis imbecilliora videtur, necessaria sunt: quæ viliora putamus, ea studio excolimus ampliore: quæ deformia, iis formæ plus conciliamus.* Corporis similitudinē adhibet, vbiq; deiectū erigēs, tumidū verō coercēs. Non solū hoc, inquit, dico, opus maiora minoribus habere, sed multū ad hoc etiā præbere vsum. Si quid enim imbecillū in nobis est, si quid contēptibile, hoc

necessarium est, & honore amplius potitur. Pulchrē verō, quæ videtur, itē quæ putamus, inquit, haud naturæ rerū, sed sententiæ vulgaris de medioq; sumptæ calculū describēs. Neq; enim in nobis esse putandū est vile quicquā. opus est em̄ dei. Genitalib⁹ nostris quid videri contemptius possit? atqui honore præcipuo fruūtur, adeo sanē, vt qui egestate pressi, nudū circūferāt reliquū corpus, ea mēbra nūquā sustineāt exhibere nuda: quanquā nō est ea rerū quæ in precio nō sunt, fors & cōditio. magis enim q̄ cætera despici cōsueuerūt. In domo videmus, qui seruus abiectior est, non solū cura non tractatur maiore, sed ne eadē ille cū cæteris quidē. Itaque & hoc, si deiectius fuisset, non solū nō vberiori honore frui, sed ne eodē cū cæteris potuisset: atqui maiore fruitur: diuina nempe sapientia hoc ita cōparante. aliis enim suapte natura ne egerēt prouidētia indulget, aliis verō postquā id ipsa quidē non dedit, dare nos iussit, coegitq;. Neque idcirco contēptiora sunt tamen, quādo & animalia omnia ferē ab ipsa natura ne indigeāt acceperūt, nō veste, non calceis, non tecto egēt [pleraque ipsorū:] neque ob hoc ignobilius corpus nostrū euadit tamē, q̄ illorū præsidio, dum se defendit, vtatur. Nā si quis rem diligētius expēdat, natura sua nobilitata necessariaq; sunt, quod ipse quidē significādo non solū a studio nostro & obseruantia, qua maiore imbecilla fouemus, sed ab ipsa etiā natura rerum humilibus istis suffragiū petiuit, autoritatēq; cōciliauit. Itaq; quoties imbecilla aut neglecta dicit, quæ videtur, inquit: quoties necessaria, iā nō amplius quæ videntur, inquit, sed ea esse necessaria demōstrat: & rectissimē id quidē. Si quidē & ad liberorū propagationē, & ad generis nostri æternitatem perquā opportunissima illa sunt. Legibus itaq; Romanis, quisquis ea præcebat, & sese euirabat, grauiter puniebatur, tanquā qui cōmuni generi officisset, & ipsi vim attulisset naturæ. Sed pereant intēperati homines, admirandum dei opificium calumniātes. Vt enim vinū quidam, ebriorū moribus offensi, & sexum muliebrē, propter adulteras quasdam: ita hæc mēbra quoq;, quia sunt qui parū honestē vsurpent, multi velut turpia cōdemnat, detestaturq;. Atqui nō cōuenit: neq; enim vnā cū rei natura, orta vitia venerunt, sed ex eius qui peccare sit ausus, delectu gignūtur. Quidā verō imbecilliora, ignobiliora: itē necessaria, honoratiora, de oculis & pedibus Paululū dixisse putant. Et imbecilliora quidē necessariaq; oculos esse, quia quantū virib⁹ relinquāt, tantū vsū præcellāt. ignobiliora verō, pedes, quia ipsi quoq; magna prouidētia curātur. Deinde ne hyperbolē struere nouā cogeretur. *Quæ decora, inquit, in nobis sunt, cura nostra non egent.* Ne quis enim dicat, quid hoc rei est? Despicere p̄ciosa, viliorib⁹ itētōs esse iubes? Nos verō ista nō despiciū, inquit, sed cura nostra ipsa non egēt. Atq; hinc vide quas laudes qua breuitate perstrinxit. Adhæc q̄ vtiliter, & quā ex vsu. Ac neque cōtentus his est, sed causam præterea subiungit: *Contēperauit, inquit, opifex copus, indigentique honoris tribuit, plus, ne scilicet esset in corpore factio.* Si contemperauit, quod abiectius erat, apparere passus nō est: quod enim permisceretur, vnum fit: neq; iam quale fuerit antea, discerni potest, alioqui ne permixtum quidē diceremus. Et vide quā pulchrē, si quid inest minoribus vitij, præteruehatur: non enim inhonorato aut deformi, sed indigenti inquit, *Qui indiget autem? Iuxta naturam: indigenti igitur, honoris plus dedit.*

dedit. Quid istuc verō? Vt ne esset in corpore factio. Vt multis enim cōsolationibus eos erexisset, doluissent tamē, quādiu minora capere se putassent, ergo magis esse honoratos necessariō demōstrat. indigētī honoris plus, inquit, dedit, mox ratione subiecta: quæ, vt & indigerent quædā, & eadē maiori tamen in precio haberent, ex vsu fuisse docet. Sed quæ illa est? Ne esset, inquit, in corpore factio. Non in mēbris inquit, sed in corpore. Magna em̄ futura erat, sine dubio, simultas, si quædā & natura, & nostra prouidentia adiuta, niterentur, quædā vtraq; carerent. Scissaq; inter se membra fuissent, ferre societate nequeuntia: mox dissidentibus his, in cætera etiā incommodum redundasset. Vides vt indigenti necessariō honoris plus sit tributū. hoc enim nisi fit, cōmunis omnium perniciēs quædā incumbit, nisi enim multa cū prouidentia a nobis illa foueātur, detrimentum accipiant oportet, quādo naturæ præsidio ex sese sunt destituta. Detrimētū interitus sequatur: interitum, corporis iam dissolutio: hanc cæterorū iam, præstantiorum etiā ruina cōmūnis. Vides dum illis prospicitur, q̄ pulchrē istorū etiā cura & salus procuretur. Neq; enim eandē, in sua quidq; natura, & corporis societate rationē habet. Vnde fit, vt si corpus interire contingat, nihil prodesse singulorum sua sibi salus possit. Vt oculus enim, vt nasus, quod suum est tueatur, vinculo societatis rupto, cōmodum ex ea re tamen nullum erit. Contra hoc seruato, vt illa maximē patiantur, fouebuntur tamen, sanitatūque restituentur citō. Sed dicat fortasse aliquis: in corpore quidē istud habere locum, vt quod ignobilius est, honoris plus adpiscatur: inter homines verō, vix id vsquā deprehendi. Immo hoc inter ipsos videas euenire maximē. Nā & qui decima] hora venerunt, mercedem accipiunt primi: & ovis errans, pastorē vicit, vt nonaginta nouem relictis, vnā se sequeretur, inuentāq; gestaret, nō ageret. Et intēperatus ille filius, honore fruitur vberiori, q̄ qui erat in precio. Latro etiā ante ipsos apostolos coronā præconiumq; inuenit. In talē idem videre licet. Nam & qui quinq; accepit, & qui duo; rebus iisdē ornatur, & illud ipsū duo accepisse, benificentia cuiusdam loco est. Nam si ille quinq;, id est supra vires suas accepisset, excidere potuit vniuerso. Nunc autē quum accipit duo, & quæ condita sunt exauget, laudem tantā reportat, quantā qui quinq; tantō præcellentior, quanto minori cū negocio coronā eandē est affectus. Et quanquā ipse quoque homo esset, perinde vt qui quinq;, nihil tamē herus cum illo rationē vel pensulatus inuit, vel ad eandē cum conseruo operam cogit. Sed nec cur nō quinq; cōfecerit ipse quoque, quum id iure potuisset, expostulat, sed & ipsū coronat. Hęc quia fratres intelligitis, nō est cur minoribus maiores temerē insultetis, ne vobismetipsis citius q̄ illis incōmodo sitis. His enim reuulsis totum interibit corpus. Quid enim aliud corpus est, q̄ mēbra multa? quemadmodum ipse dicit, corpus nō esse membrū vnum, sed multa. Quæ quum ita sint, demus operā vt multa quæ sunt, multa maneant. Hoc enim nisi fit, ad lealia etiam, plaga extimis illata descendet. hinc istud quoque, nō solū vt ne diuellamur instat; sed vt arctissimē iungamur. Ergo nō satis habuit dicere, ne factio in corpore sit, sed subiungit, *Vt æquē de se [inuiem] sollicita sint membra:* secundā hanc quoque causam adiungēs, qua minoribus plus honoris haberi declarat:

A Non solū enim, vt ne abs se inuicem mēbra discedant, deus pater curauit, sed vt ingens præterea charitas, ingens inter ipsa concordia foret, iussit. Nā si in pximi salute sua cuiq; salus stat, haud mihi tu maius obiiicies, minūve quicquā. Tātisper enim dū corpus cōsistit, cerni differētia potest: vbi perit, nō potest. Perit autem, si nō & minutiora illa consistāt. Ergo si summa intereūt infimis abreptis, æquē veniūt vtraq; curāda, velut quæ mutua salute nitatur. Vt sexcentis igitur min⁹ humiliūve membrū esse dicas, nisi æquē ac te ipsum curabis, nisi nō negligis, in te ipsum ea negligentia redundabit. Itaq; nō solū vt pro se inuicem, sed vt pariter pro inuicem sollicita sint, monet: hoc est, pari studio minimus maximus curetur: Ne tu igitur hanc esse nescio quem de mediō dicas, sed esse membrū eius corporis cogita, quo tota ecclesia cōtineretur. Nec minus ille, q̄ oculus, corpus facit esse corpus. Vnde enim corpus ex edificatur, in eo nemo quisquā quoquam plus habet. Neq; enim ex eo corpus fit, q̄ membrorum hoc quidē sit minus, illud maius, sed quod sint ea multa & diuersa. Vt enim tu qui maior es, constituis corpus, sic ille, cū sit minor: vt huius humilitas, quoties struere corpus sit necesse, æquē vt tu veniat, æquē ad hoc symbolū sit preciosa. Idem enim tibi pollet, & perspicuum est. Esto em̄ nō preciosus viliūve, non maius minūve. Sed esto oculus omnia, esto caput omnia, an nō interibit corpus? Et hoc nemini dubiū. idem si sit infimū quiddā omnia, fiet. Ergo etiā hoc pacto equa magnis minorā sunt. Immo quod plus est, vt maneat corpus, idcirco minor, minor est, adeoque propter te minor, quō tu maior esse possis, vt dignus sit qui pari ab omnib⁹ cura, maxima a maximis, foueatur. Et quia dixit pari sollicitudine se tueatur, hoc pari rursus exponit; inquit: *Siue enim egypti membrum vnū habet, omnia consternantur: siue gaudet, omnia exultant.* Idcirco cōmuni prouidentia, in tāta membrorum diuersitate, summā, inquit, cōiunctionē adornauit, vt quicquid incidisset, magna esset omnī cōspiratio, magnus cōsensus. Si enim proximo prospicere, suam ipsius est salutē tue-ri, secunda, aduersa, omnia cōmunia esse decet. Triā igitur hic flagitauit Paulus, ne scindantur, sed penitissimē copuletur, ex æquo sibi prospiciant: quicquid incidat cōmune pūent. Et supra quidē plus honoris inferiori, propter imbecillitatem dedit, inquit: quasi maioris cure imbecillitas causa sit: Hic verō mutua prouidētiæ ratione adæquauit. Idcirco honore fruitur, inquit, vberiore: [quia nō minore fruitur] prouidentia. Non hinc autē solū, sed ex his quæ incidere læta tristiaq; possunt, mēbra colligantur. Calcaneo infixamena infixa est, sentit totū corpus cruciaturq;, incūruatur dorsum & vter, femora corripitūtur: manus ceu satellites ministriq; properantes, retrahunt infixam: inflectitur caput, solliciti oculi tuentur. Ita fit vt pes, quantū relinquitur, ascendere non valens, tantō superet, ad se caput quod summū est deducēs: idq; nō amicitia, sed debiti & officij iure. Ergo si quæ maiora sunt, nihil amplius cæteris habent, q̄ quod minoribus magis sunt obstricta, & sollicitudinē debent; & casus æqualiter omnes perferre, magna profecto societas est. Quid enim calcaneo vilius? capite quid honoratum magis? sed hoc ad illud ex officio descendit tamen, cæterorū omnium turba stipatū. Rursus si patiatur oculus, omnia dolebunt, omnia cessabunt, non pedes ibunt, non manus operabuntur, non frui iam consuetis

consuetis cibis vetrici lubebit, oculorum licet sit dolor. Quid veterem oculo mordes? quid pedes remoraris? quid manus vincis? Quia innexa natura omnia sunt, modoque ineffabili copatiuntur. Si non compatiuntur enim, non utique prospicerent mutuo sibi. Quapropter ut æque igitur pro se solliciti sint monet, additque; ut si membrum patiatur vnum, copatiuntur omnia. Si vnum in precio sit, omnia congratulentur. Sed qui congratulatur, inquis? Coronatur caput, splendescit homo iam vniuersus: differit os, statim oculi arident, serenanturque; lingua, licet non oculorum ea laus sit & decus. Rursum cum pulchre nitent oculi, matrona iam vniuersa nitet. Quemadmodum vicissim, si nasus equalis, ceruix recta, membra cætera laudata si sint, oculi exultant, clarescuntque; iidem multa lachrymarum vberitate, cæterorum dolorem & calamitatem prosequuntur, ipsi illæsi sint licet. Ita fratres reputemus, membrorum coniunctionem imitemur, proximi malis ne insultemus, bonis ne inuideamus: furiosorum hoc est, & mente carentium. Qui oculum sponte effodit, an non ingens amantia documentum præbet? qui manum vorat, non conspicuum furoris exhibet argumentum? Si porro hoc ita in membris est, in fratribus si sit, quid obstat quod minus furoris arguamur, in ingens incommodum incurramus? Quantisper enim oculus lucet, tua quoque constabit elegancia, totumque splendebit corpus. Nec enim sibi modo formam ille ministrat, sed conspiciendum etiam teipsum facit. Quod si tu illum extinguas, tenebras vniuerso corpori induxisti, gratiam membrum omnibus abstulisti. Quemadmodum igitur si lucentem illum oculum seruas, gratiam toto corpori seruas, Nemo enim oculum pulchrum, sed faciem pulchram dicit, aut certe oculum post commune encomium tollit: Sic & in ecclesia contingit, ut si quidam illustres sint, vniuersam gloriæ famam illa decerpat. Nam ne inimici quidem separant laudes, sed coniungunt: ut si quis sit dicendo famigeratus, non ipsum laudant solum, sed ecclesiam vniuersam. Neque enim vir mirandus est, inquit, sed mirandum Christiani doctorem habent, adeoque reddunt hanc laudem omnibus communem. Itaque gentes quidem virtutem iudicant communem: tu diuidis, bellumque tuo ipsius corpori inferis, seditionem domesticis membris moues, haud cogitans, qui oia euertas. Nam regnum, inquit, in se diuisum haud consistet. Equidem nihil tam dispergit dissipatque; quam inuidia, seuum malum, nec vlla venia dignum, & ipsa viciorum omnium radice auaricia, tetrum magis. Auarus enim tum certe cum accepit ipse, inuidus tum cum alius non accepit gaudet. Rem strenue peractam putat, quoties proximo est acta male: successum ab alterius infortunio, non fortuna sua metitur: communis hominum naturam, oberrans hostis, Christi membra flagellans, quo nihil furiosum magis. Inuidet satan, sed hominibus, socio iam nemini: tu verò homo cum sis, hominibus inuides, odium aduersus genus, naturamque commune exeres, quod ne satan quidem facit. Quam igitur veniam assequere? quam tandem excusationem prætedes? si fratris successum vides, intremiscas, palleas, vbi coronari, gaudere, exultare oportuisset. Quod si æmulari libet, nil obsto, æmulare sanè, sed ut ei qui bonus vir est, similis euadas, non qui supprimas: ad idem fastigium ascende, virtutem eandem exprime. Hæc honesta æmulatio est, imitari, non inimicum esse: non comodis aliorum, sed sui ipsius vicis offendi. Atqui contra inuidia solet, mala sua nescit, successu liquitur

aliorum. Nunquam egenum ita paupertatis sarcina premit, ut inuidiam felicitas fratris: quo quid, obsecro, sit seuum magis? Nam hoc ille, quemadmodum dixi, etiam auaro est peior. Nam hic quidem quoties capit ipse, ille verò cum alius excidit, lætatur. Obsecro igitur pessima inuidiæ via relicta, ad honestam æmulationem animi adiciamus. Vehemens res est æmulatio, igne feruentior, magna ex ea re comoda percipere licet. Sic Paulus Iudaicæ gentis homines ad fidem inducens, inquit: Si quo modo ad æmulationem gentis meæ homines prouocare possem, quod aliquot saltem lucrifacerem. Sic enim qui æmulatur, ut ille volebat, nihil successu fratris, sed quod relinqui se videt, indolebit: inuidus quum rem succedere videt alteri, tabescit, prorsus velut fucus quispiam alienis laboribus tabescens, capeffere labores ipse nunquam cogitans: alium accinctum videns ingemiscit, omnia facit qui illum remore: cui rei morbum conferemus? Perinde esse videtur, ut si somnolentus quispiam asinus, & crassa carniū pulpa grauis, equo pernici coniugetur, qui quum sequi nolit, illum mole sua inhibere etiam conetur. Nam & hi qui profundo somno aliquando surgat, nihil neque cogitat, nec occupatur: omnia verò mouet, qui illum in celum properantem subuertat, deiiciatque, expressa quadam fatanæ imago: qui ipse quoque hominem in paradiso videns, nihil eam ob rem mutabatur, sed ex hoc illum statu deiicere parabat: & rursum in celo sedentem hominem, alios huc festinantes conspiciens, eodem illos liuore interuere, & feruentior sibi flammam excitare perrexit. Sic enim fit semper, ut cui inuidetur, si modo vigilat, illustrior odio reddatur: ipsa sibi inuidia plus assidue mali concinnet. Sic Iosephus illi clarus euasit, sic pontifex Aaron. Coegerunt inuidorum insidiarum dominum, ut iterum iterumque clarum huic testimonium exhiberet: eadem ut virga germinaret, in causa fuerunt. Sic Iob opulentia tanta, & rebus cæteris fruebatur, sic inuidi innumerabilibus suis malis tentantur. Quæ quum ita sint, scelestum hoc æmulationis genus fugiamus. Quid enim, dic obsecro, male te habet? num quod frater donum spirituale cepit? Sed unde cepit obsecro? non ab ipso deo? aduersus illum igitur inimicitiam exerce, qui donum dedit. Vides quod malum serpit, & ut colophonem vicis omnibus imponit? Vides quantum aperit supplicij barathrum? Fugiamus dilecti, ne inuideamus, pro inuidis deprecemur, omnia agamus qui isti morbo liberentur: ne simus fratres amentibus illis similes: qui quum inuidos vlcisci volunt, hoc manibus & pedibus conatur, qui flammam illis ardentior reddant: absit istud, deploremus potius, & ingemiscamus illorum vices: ipsi enim sunt ad quos illius iniuriæ sensus maxime peruenit, vermem alit assidue peccus eorum corrodentem, veneni quouis felle amarulentioris fontem habent. Obtestemur benignum deum, ut illis hanc mentem conuertat, & nos ne morbi vis inuadat. Inaccessum hac tabe laborantibus celum. Nec celum modò non patet, sed ne vita quidem hac ipsa comode frui licet. Non ita vestem, non ita lignum insidens vermis, insidens tinea rodit, consumitque; ut illa inuidiæ ardentissima febris ossa haurit, ipsamque mentis sobrietatem depopulatur. Ut igitur & nos ipsi, & alij multis magnisque, incommodis cripiant, febrem sceleratam de medio profligemus, quavis tæbe grauiorem: ut diuina virtute recuperata, & presentis vitæ stadium decurramus, & futuræ gloriæ coronam assequamur, quæ ut omnibus contingat, gratia faxit, & benignitas

Matt. 12. & Luca 11. b.

Num. 17.

benignitas saluatoris Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto laus sit in secula seculorum, Amen.  
Homilia XXXII.  
**V**os autem estis corpus Christi, & membra ex parte. Ne quis enim dicat, nihil ad nos corporis exemplum pertinere, natura serui, cum quicquid a nobis fiat, liberum sit, & voluntatis totum, ipsum necessitudini nostræ accommodas, & tantam animorum concordiam, quanta membrorum natura sit, esse debere doces: vos vero corpus, inquit, estis Christi. Quod si corpus nostrum seditiosum esse non decet, quanto minus Christi? tantò profecto, quanto gratia potentior est quam natura. Et membra ex parte. Neque corpus solum, sed & membra sumus, inquit. Vtrumque superius disputarat, & multos in vnum colligendo, omnemque vnum esse monstrando (corporis modò ratio seruetur) & hoc vnum in multis & per multa consistare, itemque multa per hoc contineri, & ut multa sint effici. Sed quid illud sibi vult, ex parte? Quatum vos attinet, & quantam partem extrui a vobis sit equum. Nam quia corpus dixit, vniuersum autem corpus, non illa Corinthiorum ecclesia est solum, sed quæ vbilibet toto extat terrarum orbe, ob eam causam, Ex parte, inquit: id est, vestra ecclesia, illi passim diffusi corporis, ex omnibus ecclesiis compacti pars est quadam: ut non erga vos inuicem modò, sed erga omnem omnino per totum orbem ecclesiam agitare deceat pacem, quando membra vniuersi corporis estis. Et quoniam in ecclesia dominus collocauit? Primum quidem apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, deinde potestates: ite dona sanationum, subsidia, gubernationes, generalium linguarum. Facit quod iam antè dixi. Nam quia dono linguarum vehementer tumebant, omnium hoc postremum ponit. Nam primum & secundum hic non sunt vulgariter dicta, sed ordine quid sublimius, quid humilium esset ostendit. Vnde apostolos prælocavit, ut qui omnia in se donorum genera haberent. Neque enim alios apostolos, alios prophetas, inquit, in ecclesia deus locauit, sed primum, secundum, tertium adiunxit, hoc ipsum quod dixi ostendens. Secundo prophetas. Prophetabant enim, ut filia Philippi, ut Agabus, ut illi ipsi Corinthij, de quibus inquit: Prophetæ autem duo aut tres loquantur. Sed & Timotheo scribens, Ne neglexeris, inquit, quod in te est donum, quod datum est tibi per prophetiam. Adeoque plures tum erant, quam veteri lege. Non enim in decem iam aut viginti, quinquagintaue, aut centum, sed in immensum, summa cum largitate donum peruasit, & vnaqueque ecclesia prophetantes habebat iam multos. Quod autem Christus legit & prophetas ad Ioannem vsque durasse dicit, de prophetis aduentum suum prænunciantibus est locutus. Tertio doctores. Nam qui futura prædicit, omnia spiritu suggerente dicit. Doctor autem sæpe accidit cum ex suo differit, vnde & alibi inquit: Qui recte præsumt senes, duplici honore afficiatur, præsertim qui in administratione verbi & doctrinæ laborat. Qui autem spiritu loquitur omnia, non laborat. Post prophetam igitur doctor locuit, quod illud quidem totum est munus diuini, hoc & laboris humani. Nam & ex suis multa doctor affert, congruant modo scripture. Deinde potestates, dona ite sanationum. Pulchrè sanationum dona a potestate, sic ut supra, discernit. Potestas enim sanatione maior est. Qui potestatem habet, & castigat & sanat: qui donum sanandi, sanat modò. Ordine autem vsus est optimo, prophetiam potestati & sanationi præponens.

Acto. 21. b. & 11. d.

Infr. 14. f. 1. Tim. 4. d.

Matt. 11. b.

Ibidem. 5. c.

Supra enim cum per spiritum huic quidem sapientia, huic scientia sermonem concessum esse doceret, non ordine, sed promiscue digesta ponebat. Hic præponit, subiicit. Cuius porro gratia prophetiam præponit? Quod ea res etiam lege veteri ordinem eundem tenebat. Esaias igitur quando cum Iudæis disputabat, & diuine potestatis diabolicæque; vanitatis specimem exhibebat, velut argumentum hoc in medium adduxit, maximumque diuinitatis suæ documentum esse, quod futura prædiceret, iussit. Sed & Christus post tanta abs se miracula designata, haud paruū istud diuinitatis suæ argumentum esse docet, additque; frequenter: Hæc ego prædixi vobis, ut cum stant, me esse illum credatis. Sed non immerito prophetia sanationes locum posteriorē habent: a doctrina verò cur relinquuntur? Sine dubio quia aliud euangelium annunciare sit, & pietatē hominum pectoribus inserere, quam potestates ostentare, quando & hæc per illud fiunt. Si quis igitur simul & ore, & vita docet, is omnium sine dubio maximus est. Doctores quippe, qui non tam verbo quam operibus, & illustri vitæ exemplo docent, appellat. Quæ res & apostolos esse fecit. Potestates verò etiam alij haud magni momenti homines principio tenuerunt: hi scilicet, qui dicunt, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, vim magnam ostendimus? Quibus, haud vnquam vos noui, & hinc qui facitis malum, discedit, dicitur. Docendi verò munus illud quod diximus, verbis rebusque; consentientibus constat, haud temere obiecit improbus vir quisquam. Quod autem prophetas præponit, non est cur mirere. Non simpliciter enim prophetas inquit, sed qui prophetia instructi docent, ad publicam communemque; utilitatē omnia dicunt: quod progressus magis perspicuum nobis facit. Subsidia, gubernationes. Subsidia quæ sunt? imbecillos amplecti. Hæcne igitur donum dei est? Maximū istuc quidem diuine beneficentiæ signum, in rebus spiritus, economum & hortatorum esse. Quamquam quæ etiam nostra opera sunt, donavocare multa solet, haud pigros nos esse volēs, sed diuino vbique; præsidio nos niti, & gratos & ad ea obeunda alacriores esse debere docēs, earum rerum studium in nobis amplius excitare cupit. Genera linguarum. Vidisti quod donum hoc locauit, & quod postremum omnium fecit? Hic postquam ex ipsa rursus enumeratione magnū esse discrimen ostēdisset, morboque; eorum qui minoribus donis præditos se querebantur succurrisset: hinc iam maiori cum vehementia ipsos inuadit, quod non leuibus argumentis antea vel nihil, vel certe non multo inferiores esse probarit. Cum enim esset verisimile, hæc differenti mox illud obiecturos, Cur igitur non omnes apostoli potius sumus? supra enim consolando magis quam corripiendo (quamquam multis istuc sic esse necessario factum ostendit. Primum quidem corporis exemplo in argumentum ducto. Corpus enim, inquit, non vnum est membrum. Et rursus: Si vnum membrum omnia, inquit, erant: vbi, quæso, erat corpus? Mox ab vtili vnicuique; manifestatio spiritus, inquit, data est prout commodissimum fuit. hinc item quod nemo non hausisset ex eodem spiritu, & quod donum sit, non debitum. Distributiones sunt, inquit, donorum, sed spiritus idem. Et ex eoque; manifestatio quidem sese spiritus omnium declarat: vnicuique; manifestatio data est, inquit, spiritus: Et ab eo quod hæc ita spiritui placent, sic a deo formantur. Omnia enim hæc, inquit, vnus idemque; spiritus operatur, distribuens seorsum singulis prout vult. Et, posuit

Matt. 7. d.

Ibidem. 5. c.

at per vniuersos.



Et, posuit deus membra, vnumquodque ipsorum itaque quidem in corpore prout vult: Itē ab eo quod necessaria minora sint: Quæ enim imbecilliora videntur, necessaria sunt, inquit. Itē ab eo quod æquæ necessaria, itē quod à minoribus æquæ corpus cōstituitur. Neque vnum enim membrum est corpus, inquit, sed multa. & quod maiora minoribus habeant opus: Nō potest enim, inquit, caput pedibus dicere, Nihil mihi vobis est opus. Et quod maiori illa in precio sint: inferioribus enim pl<sup>o</sup> honoris dedit, inquit, & quod pari cōmuniq; providentia omnib<sup>us</sup> prospiciatur. Pariter pro se sollicita sunt, inquit, omnia. & quod decus omnium cōmune sit, communis omnium dolor. Siue enim patitur, inquit, mēbrū aliquod, condolent omnia: siue honore afficiatur, congratulantur omnia. Ex his igitur superius quidem monebat: nūc autem arguit palām & indignatur. Nā quod dixi, nec cōsolari, nec retundere semper oportet: idcirco ipse quoq; quos multis iam adhortat<sup>us</sup> erat, acerbē deinceps inuadit. Nunquid omnes apostoli sunt, inquit, prophetæ ne omnes? sanandi munus habent omnes? Nec primo aut secūdo dono consistit, sed ad extremū euadit: aut vt omnes omnia sint, impossibile esse significatur, quæ admodum supra, Si vnū omnia sint, vbi corpus? aut aliud quiddā hic struit, quod ad cōsolandum facere deinceps videatur. Et quid istuc? vt inferiora dona superiorib<sup>us</sup> æquæ ardua esse ostendat, quādo ne illa quidem omnib<sup>us</sup> conferantur. Quid enim doles vim sanandi non habens? Cogita quod donum istuc quod habes tu, minus licet, hic qui maius habet, non habet tamē, ideo inquit: Num linguis loquuntur omnes? num interpretantur omnes? Quemadmodum enim summa illa non omnibus est gratificatus deus, sed his quidem hoc, aliis aliud: ita ne minora quidem omnibus omnia indulget, sine dubio magnā ex illa diuersitate cōcordiam, magnū concentum, magnā necessitudinis & charitatis vim molit<sup>us</sup>, vt vnusquisque proximi scilicet egēs, ad illū perferretur. Hoc idē in artium cōstitutionibus, in elementis, in plantis, in corporis nostri membris, plantisq; in rebus omnibus ita cōparauit. Hinc plenissimam cōsolationē inducit, quæ instaurare placereq; perturbatam mentem satis sit vel vna. Quæ est igitur? *Sec̄temini verò dona potiora, & adhuc excellentiorē viā vobis ostendo.* Innuit enim quod minores sunt per ipsos stare: posse si velint, altiora consequi. Cum enim imitemini dicit sedulitatē desiderat maiorem. Nec maiora, sed meliora sectari iubet: hoc est, [vt] meliora & conferentia, quod autē dicit hoc est, ] dona dei ambire pergite: fontē vobis donorū ostēdo. Nō donū, sed fontē donorū dixit: quod magis quod dicitur est tollat. Non vnū enim, duōve, aut tria vobis dona, sed viam vnam ad ista omnia perducentem mōstro: nec viam solum, sed excellētem, nec vlli mortalium inaccessam. Neq; enim quemadmodū dona his quidem, hęc illis verò alia, nullis autē omnia sunt cōcessa: sic & hoc. Sed res est in vniuersos patēs, vnde omnes etiam ad id vocat: *sec̄temini*, inquit, dona potiora. Et viam vobis excellentem ostendo, charitatē dicens. [qua proximus diligitur.] Qua de & eius laudibus orationē facturū: primū cetera huius cōparatione demolitur, vt quæ hęc circa sint planē nihil. Valde quidem sapiēter. Si enim de charitate statim differuisset, & viam se ostendere dicēs, eā charitatem esse subiunxisset, ceterarum cōparatione suppressa, risū excipi potuisset ab his qui hiātes rei vim nondū

Hic sup. e  
volunt  
itaque  
quidē, in  
codice ve  
ronē deest.  
Ibidem.  
† in eo  
quod.

Hic sup. e

† illorū de  
siderat, ac  
studū cir  
ca spiri  
tualia.  
† viam.

habebāt perspectam. Eam igitur nō statim patefacit, sed auditore promissione excitato, excellentiorē viā ostensurum se dicit. Quin nec allecto quidem iā auditore negociū statim capessit, sed augēdo alendoq; desiderū de his ipsis differit prius, mōstratq; hac nō existente, nihil cetera futura, summā nobis dilectionis mutæ necessitatē imponens: quādo ex charitate neglecta, genus omne malorum erūpit. Vnde non immeritō magna charitas videatur: si quidem dona cetera ipsos non solum inter se non cōiungant, sed dissiptent etiā: Charitas autem per illa dissectos, virtute sua reducat, & corpus vnum faciat. Istuc verò statim non dicit, sed quod dona quidem hęc sint, donorum autem potiundorum omnium sublimis illa via sit charitas. Itaque si nō amoris gratia, diligere fratrem vis, saltem ob meliorem notam & largius donum amplectere charitatem. Et vide vnde orditur. Primū quidem ab eo quod mirādū summūq; ipsis esse videbatur, notitia linguarū: donūq; hoc in mediū producēs, non esse tantum, quantum videri volebant, ostendit, sed longē minus. Neque enim si linguis loquar: sed linguis hominū si loquar, inquit. Quid sibi vult, hominum omnium vbiq; gentium: neque hac superiectione fuit contentus, ponit longē maiore, angelorum etiam addens. Charitatē verò non habeam, factus sum as resonās, aut cymbalū in inmensis. Vides vbi donum linguarum tollit? vbi deicit posternitq;? non solum nullus sum, inquit, sed as sonans, sensu scilicet vitæq; carēs. Aes verò cur sonans: Vocē quidem reddens, sed frustra, & inanem, nec vllam ad rem vtilem. Præterquā enim quod prorsus efficio nihil, obturbo etiā ceteris, & molestus grauissq; plurib<sup>us</sup> sum. Vides vt charitatis expers, inanem sensūq; carentibus rebus cōferatur. Linguā autem angelorum dicit, nō qui spiritibus corpus affingat: sed si ea loquar qua vtūt inter se ipsi, null<sup>us</sup> tamē fuero, inquit, sine charitate, sed grauis infusus & molest<sup>us</sup>. Sic alibi etiā: Huic omne genua flectatur, inquit, cœlestium, terrestrium, infernorum. Haud equidē genua, ossāve spiritibus tribuēdo, (absit enim) sed eminentē adorationē pro humano captu declarans: eodē hic etiam pacto, linguā non carneum instrumentum, sed beata spiritū inter se colloquia, more nostro loquens vocauit. Iā quod oratio facilior probabiliorq; perceptu foret, non cōsistit in dono linguarū, sed progreditur ad cetera quoq;: ac vbi omnia, si charitatis expertia sint deicit, ibi demū descriptionē formāq; eius subiūxit. Et quia amplificatione sermonis diximus vsū, à minoribus orsus continuō ad maiora perfertur. Nam quod supra, cum dignitatē vniuscuiusq; ex ipso ordine monstraret, postremum linguarū donū locauit, hoc primum posuit nunc, paulatim, vt dixi, ad altiora cōtendens. De linguis enim postquā dixit, statim digreditur ad prophetiā: *Si habeam prophetiam*, addita rursus superiectione. Nam vt illic nō linguas, sed omnium hominum linguas, & progressus angelorum etiam dixit, nihil istuc tamen esse charitatem citra: ita hic quoq; non prophetiā dicit solum, sed altissimam eam. Vnde subiunxit: *Et si omnia mysteria sciam, scientiam omnem*. Hinc iam ad cetera dona transit. Et ne vnūquodq; seorsim recensendo, de industria obturbare velle videatur, matrē, fontemq; ceterorū omnium producit, & eam ipsam quoq; cū superiectione. *Si habeam*, inquit, *omnem fidem*. Nec sufficit hoc, sed quod velut maximū Christus ipse prædicarar, id apposuit quoq;

Adēo

Adēo vt montes transferā, charitas verò non sit, nihil sum ego. Et vide vt rursus etiā hic linguarum æstimationē depressit. In prophetia magnū quoddam ostendit momentū, mysteria, scientias omnes nosse: in fidei rē nō mediocrem, montes transferre: solum linguarū donum posuit nudū. Vide præterea, qua breuitate gen<sup>o</sup> omne donorū sit cōplexus, fidem, prophetiamq; cōmemorando. Aut in sermone enim miracula rerum sunt, aut in operibus ipsis. Sed qui Christus minimū fidei momentum, montes cōmouere posse dicit? Sic enim velut minimum iudicari, locutus esse videtur quum inquit: Si habueritis fidem vt granum sinapis, dicetis monti huic, demigra, & demigrabit. Paul<sup>us</sup> aut vniuersam fidē dicit? Quid igitur putas: an quia trāferre montes, ardua res est, idcirco produxit, non quod solum hoc fides vniuersa possit, sed quum magna res crassioribus ob tantæ molis magnitudinem videretur, hinc etiam propositam rē amplificare volebat. Est autem quod dicit huiusmodi: Si omnē, inquit, habuero fidem, si montes transferam: charitatē verò nō habeam, nihil sum. Et si in alimonā omnes meas insumpsero facultates, si corpus tradā vt comburar, charitatem autē nō habēā, nihil profecero. Papæ hyperbolen. Nam & hęc ipsa noua cum amplificatione proponit. Neque enim si pauperibus alterā facultatū mearum, duāve aut tres, inquit, dederō partes, sed si vniuersas dederō, & nō dederō solū, sed insumpsero, inquit, vt impē sis administratio etiam summa cum diligentia coniungatur. Et si tradā corpus meū vt comburar. Nō dicit, si moriar, sed etiā hęc expulit cū amplificatione, mortem omnium teterrimam commemorando, vt viuus scilicet comburatur: sed & hanc, citra charitatem nil habere magnum dicit, subiungit igitur: *Nil profecero*. Nondum hyperbolen vniuersam produxi, recensere pri<sup>o</sup> de elemosyna & morte, testimonia Christi ipsius lubet. Quæ sunt igitur? Diuiti sic inquit: Si perfectus esse vis, vendere facultates, da pauperibus, & me sequere. Itē de charitate erga proximū sic: Charitatem maiore nemo habet, quā cum animā suā pro amicis effundit. Vnde apparet etiam Christi testimonio omnium hoc maximum esse. Paulus verò etiam si pro ipso deo animā fundam, inquit, nec fundam solū, sed dissecemur: (hoc enim significat tradi vt cōburaris) haud magnū erit ex ea re lucrum, si negligamus fratres. Porro quod dona prodesse nihil sine charitate putat, non est hoc mirum, cum sint ea, vita longē posteriora. Multi igitur qui id genus donis clauerūt, cum essent reprobi, grauiter sunt mulctati: quemadmodū illi ipsi qui in huius nomine prophetarunt, dæmonia eiecerūt, potestates ostēderūt, qualis proditor fuit Iudas: cum qui vitam viuūt pij viri, purā, re præterea nulla alia habeāt opus. Quod dona igitur charitatē præter, quæ admodum dixi, nihil ipsa possunt, nil mirum: sed vitam ipsam in ceteris etiam absolutā, hac sine nihil posse: hoc verò est quod omnem persuasionem excedere, & ingentem hæsitationem afferre videtur: præsertim postquā Christus vtriq; rei magnopere videretur ad stipulatus, paupertati spontaneę dico, & martyrij tormentis. Diuiti enī quemadmodum dixi, sic inquit: Si vis perfectus esse, vde omnia quæ habes, da pauperib<sup>us</sup>, & sequere me. Et discipulis, cū disputaret de cruce, sic inquit: Quisquis mea gratia amittit vitam, recuperat eam. Et, Quisquis me coram hominibus agnoscit, agnoscam ego illum corā patre, qui est in cœlis. Ingēs enim est

Mat. 17. e

ibid. 19. e

Mat. 15. b

† quod si  
pro deo o  
niū hoc sit  
maximū.  
† incenda  
mur.

Mar. 10. e

Mat. 18. d

Mat. 10. d

Mat. 8. d

Mat. 12. d

Mat. 12. d

eius rei difficultas, fereq; naturā ipsam excellēs: norunt quicumque certamē hoc egregiē decertarunt. Nam ratione quidem ostendi res non potest, tāta animi sublimitate constat, estq; plusquam admiranda: quantacunque tamen sit, nihil prodest, inquit, charitatē citra, etiam si paupertatē spontaneā habeat coniunctā. Ostendā porro qui istud fiat, si pri<sup>o</sup> docuero, qui possit, qui pauperibus erogat omnia, esse charitatis expers. Nā qui vri paratus est, & qui donis pollet, contingit fortasse non diligere tamen. Qui verò non dat solum q̄ habet, sed etiā præfens distribuit, fouet, nutrit egenos, qui obsecro non amēt? Quid ergo dicemus? an id quod non est, perinde ac sit, exēpli gratia subiecit, quod in superiectionibus ferē solet: vt quū ad Galatas scribens, Si nos, aut angelus de cœlo nunciauerit, inquit, aliud vobis q̄ ego, ] anathema esto: quanquam nec ipse, nec angelus fuerit id facturus: sed vt rei magnitudinē ostendat, ponit quod futurū non erat. Sed & Romanis scribens: Non angeli, non principatus, nō potestates separare nos à charitate dei possunt, inquit, quanquam nemo id conatus angelus erat, perinde tamen vt sint loquitur Paulus: quale etiā hoc quod sequitur istuc, Nec creatura alia, cum nulla sit alia: omnia siquidem fuerat cōplexus, supera, infera recensendo: etiā tum quod non erat subiiciens velut esset, charitatis magnitudinē superiectione innuiturus. Quod quidem & hic facit: Si quis omnia det, charitatem non habens, nihil proficit. Itāne igitur locum reddemus? an potiūs, eos vult qui dant pauperibus, iisdem etiam conglutinari: & non dare solum, id est facultates cōmunes facere, sed an mi affectū quoque, quo nomine diuinitus iam olim elemosyna præcepta videtur. Potuit enim deus sine hoc etiā egenos nutrire, sed vt nos charitate ligaret, mutuoq; amore accēderet, nobis illos nutriendos reliquit. Ob hoc alicubi inquit, præstat sermo frugis donum. Item, Melior est sermo, quā domus bona. Et ipse: Misericordiā volo, nō sacrificiū, inquit. Quia enim & beneficiis affectos, & eos qui beneficia sua in nos contulerūt, amare solemus, idcirco velut vinculum amicitia traditurus, legem istam tulit. Verūm etiā hoc queremus, cur quum Christus vtrūque perfectionis esse dicat, Paulus hanc solā dicit? nunquid Christo reclamant: minimē gentium, sed cōcinit planē. Neque enim omnia vendere solum diuitem iustum minus euidenter Christi discipulum esse arguit, quā inuicē diligere. Hinc enim omnes, inquit, animaduertent discipulos vos esse meos, si vos inuicem diligatis. Item, Qui vitam amittit mea gratia, eam recuperabit: &, Qui me coram hominibus agnoscerit, agnoscam coram patre. Non hęc negat charitate cōparari, sed mercedem laboribus istis propositā ostēdit. Nam quod cōiunctam martyrio charitatem esse velit, alibi sæpe significauit: Calicem quidem meum bibetis, & baptisate quo baptizor ego, baptizabimini: id est, pro me moriemini, mactabimini. Sedere aut à dextris aut à sinistris, (non quia ista ita sedeat, sed prærogatiua & honor summ<sup>us</sup> quidā significatur) non meū est dare, inquit, dabitur quibus est præparatum. Et vocans ] eos, qui primus inter vos esse vult, inquit, minister omnium ceterorum esto. humilitatem significans, & exigens charitatem summam. Vnde etiā subiecit, quemadmodum filius hominis, inquit, non venit cui ministraretur, sed qui ministretur ipse,

Galat. 1. b

† præter  
quā quod  
acceptus.  
Rom. 8. g

Eccl. 1. 8. b  
Osee. 6. c  
Mat. 9. b

† Paulus  
hęc sine  
charitate  
perfecta

Mat. 19. c  
Ioan. 13. d  
Ibid. 12. d  
Luc. 12. d

Mat. 20. e

Mat. 10. f  
† deinde o  
stendit qui  
paratus  
sit, vocā.  
Mat. 20. e





da facta imitemur, charitatē donis omnibus præstatiorem conficemur, vt & præsentibus & futuris bonis potiamur: quæ vt omnibus obueniāt nobis, gratia faxit & benignitas Christi domini nostri, cui cū patre & sancto bonoque & viuifico spiritu gloria sit in secula seculorum, Amen.

Homilia XXXIII.

**H**aritas patiens est, benigna est, charitas non inuidet, charitas non est procax, non inflatur. Postquā enim monstrauit, neque fide, neque scientia, neque prophetia, nec linguis, nec donis, nec sanationibus, nec summa denique vita, nec ipso martyrio, si desit charitas, quicquā esse nos profecturos: necessario formā iā & decus ipsius inæstimabile depingit, partibus virtutis velut coloribus quibusdā huius imaginē illustrās, omnia inter se inēbra miro studio cōponēs. Obsecro autē lector, ne ista præteruehare legēs, sed singula excurtas accuratē, vt & opes charitatis immēsas, & industriā pictoris admirandam cernas. Vide igitur vnde primū omnium orditur, & cui in istis laudibus summas transcribat. quid istud est? patientia omnium bonorum causa, vniuersę philosophiæ radix. Vnde non ab re sapiens quidā, Multæ prudentiæ vir tolerās est, inquit, intolerans validus stultitia: & ciuitati cōferens munite, hanc illa tutiorē esse dicit. Est enim scutum inexpugnabile, turtis firma, mala omnia repellens, & quæadmodū in abyssum maris scintilla delata, huic quidē nil obest, ipsa extinguitur: sic in animū tolerātem, quicquid incidere maximarū etiā rerū potest, faciliē quidē absumitur ipsum, ille cōturbabitur prorsus nihil: quādo rebus omnibus solidior patientia est, exercit⁹, thesauros, equos, muros, arma, & quodcūq; tandem memores licet, e quē firmū patientia nihil adduces. hifce rebus enim omnibus vt stipatus quis sit, sæpe accidit tamen, vt ita iuueniliter victus, loco moueatur, tumultu & turba misceat omnia. Hic verò velut in portu sedens, summa semper fruitur tranquillitate. Inice multā, nihil hanc petram mouebis. contumelia pete, nondū tutrim concussisti. plagas incute, nihil dū adamantē illum perterruisti. Ioganimus enim idcirco vocatur, quia Iogū & ingentē animū habet: nam longū magnum etiam dici consuevit. Sed hanc talem virtutem charitas nobis parit: quæ tam possidentibus quā fruētibus se, ingentem præstat utilitatē. Nolo homines desperatos dicas, qui cū multis obsunt impunē, deteriores euadunt. fit istud enim non illorum Ioganimitate, sed improbitate eorū qui optima re pessimē vtuntur: hos nolo dicas miores illos volo qui multū ea re iuuātur. Hi quū iniuriā intulerunt, & nullam ipsi: contrā sentiunt tamē, māsuetudinē ab se affectorum mirati, ingens virtutis ex ea re documentū sumunt. Pergit porro cæteras quoque charitatis partes enumerare: *Benigna est.* Quia enim sunt qui patientia, non quod oportebat, vtūtur, sed ad irritatium se vindictā, interim seipos disrumpentes: nihil, inquit, eius vitij charitas habet: sed benigna est. neque enim quod flammā ira succēsi animi, patientia nostra pmoueamus, sed vt mitigemus, vt extinguiamus, ferre lenius ipsos oportet. Neque enim ferēdo solum generose, sed & hortando, consolando, sanabimus iræ vulnus. *Non inuidet.* Accidit enim patientē eundē & inuidum esse, & hanc virtutē illo vitio corrumpi, charitas etiam hoc cauit. *Non est procax:* id est, proterua, prudentem nanque reddit & grauem, constantemque. Est proteruitas illicitis amoribus vitium

Salomon. Pro. 14. d

Proteruitas.

A peculiare, charitas prorsus ignorat. Nam si intus ira nulla sit, procacitatē omnem tolli & contumeliā erit necesse. velut enim diligens & peritus agricola, intus charitas sedens, id genus spinarum prouenire prorsus non sinit. *Non inflatur.* Multos videre licet qui belē sibi propter illas virtutes placēt, quia non sint inuidi, non improbi, non impatiētes, nō proterui. hęc enim non opibus solum, aut paupertati, sed honestis etiam natura rebus interdū cohærent. Charitas autē accuratē hęc omnia repurgat. Patiens nō omnis est benignus, atqui nisi sit, vitium erit patientia, videturque in iniuriarū vindictā degenerare: ergo remediū charitas commēta, benignitatem inquam, virtutem synceram cōseruauit. rursum, benigni, leues interdū sunt, charitas autē non sinit, procax enim nō est, nec inflatur. Item sæpe qui benignus, qui patiens est, eundem videas fastidiosum. corrigit & hoc charitas. Vide autem quā pulchre nō ab his solum quæ habet, sed ab his etiā quæ nō habet, ipsam Paulus exornet: virtutem inducit, vitium excindit, immo ne radices quidem iacere sinit. Nō enim inuidet quidē, inquit, sed inuidiam superat tandem: aut arrogās est quidē: tandem verò morbum cōercet. sed planē nō inuidet inquit, non est procax, non inflatur: quod in primis est admirandum, citra sudorem tāta bona ab illa parari, citra conflictum & cladem trophæum constitui. Neque enim sudare habentem se sinit, & ita tādē ad victoriam venire, sed citra laborem palmā cōfert. vbi enim non est diffidens rationi vis vlla, quid molestię oboriri in animo nostro possit? *Non est fastidiosa.* Quid ergo non inflari dico, quæ tantum hinc abest, vt extrema etiam propter dilectum passa, ne indecorum quidem istuc sibi putet? rursumque non inquit, fastidiosa quidem est, at æquo animo quod turpe sibi ducit, perfert: sed quod nullus ignominie sensus ad eā pertingat. Auari homines omnia contumeliosissima turpis illius lucri gratia sustinentes, nō solum ob eam rem non latent, sed etiā gloriantur: quanto magis laudabili præditus studio, pro charē rei salute nihil recusabit, patie turpe sibi ducet. Sed vt ne à vitij exēpla nobis petantur, excutiemus hoc ipsum in Christo: liquidō, quod dixit, apparebit. Dominus igitur noster Iesus Christus, quod cōspueretur, cedere: *1. Cor. 15. d* tur ad mancipijs miserabiliter, nō solum nō turpe, sed etiā gloriosum sibi duxit: quod latronem & homicidam in paradysum secum præ ceteris duceret: quod cum meretrice colloqueretur, quū omnes qui circumstantabant reprehēdissent, rem neutiquā turpem existimauit, sed pedes ad hęc osculandos, rigandū illius lachrymis corpus, capillis tergedū dedit, atque id quidem in medio hostium inimicorumque theatro. Non est charitas fastidiosa. Maiores natu videmus, sapientia præcellentes viros, cum liberis suis sæpe balbutire: & id cū faciant, nec reprehēdit quicquā, nec ipsos rei illius pudet: sed digna laude adeo videtur, vt quanquā improbi sint qui instituuntur, perdurēt tamē ipsi hortando, turpia castigando. Horū illos nihil pudet, non est enim fastidiosa charitas: sed alis aureis omnium quos complectitur, vitia tegit. sic Davidē amabat Ionathas, quanquā grauius a patre increparetur, salacis & intemperatæ meretricis filius licet au diret, quæ verba plena probri erant: hoc enim voluit: scorti viros insanientis, & quibuslibet cōeuntis filium esse, ne micam quidem animi virilis habentem, sed turpibus suis, & matris moribus indulgentē. Nūquid

1. Cor. 15. d

Luc. 21. d

Matt. 16. d

4. Cor. 12. d

1. Reg. 19. d

quid

quid igitur indoluit ille, nunquid latuit, nunquid ob hoc destituit amicum? immo cōtrā facit, bellēque sibi potente amoris vi placet: quāquam quē negligebat, rex erat, & regis fili⁹ ipse: is verò cui adhærebat, fugitiu⁹ erro: verū nihil illum huius amicitie pudebat: nō est enim fastidiosa charitas. Atque hęc quidem vis huius est admiranda, quæ probris & indignē tractata, non modō nō lugere morsumque sentire sinit, sed ea re gaudentem etiam facit. Hinc ille ipse quoque, tot, tamque grauib⁹ cōuiciis, velut corona quadā insignitus, abit, suauissimēque cōplectitur amicum. Probrū, dedecus quid sit ignorat charitas, idcirco his de rebus gloriatur, quas propter conspectū alij hominū fugiendū putant. Amare nescire, turpe est, haud periculū, & quiduis pro charo sustinere. Quiduis cū dico, non est quæ intelligas absurda, incommoda, quale est depereunti puellā iuueni, ad eam rem opitulari, aut si quid aliud tale in cōmodo non carens, instituere pergat: is enim nō amat, quod supra Aegyptiacæ mulieris exemplo monstrauit. Amicus est, cui vna proposita vtilitas est & salus amici. hęc qui nō curat, etiā si sexcenties se prædicet amicum, hoste est quolibet magis infensus. Sic Rebecca quondā è filo pendens, & furtum cōmisit, & non est verita ne deprehenderetur, neque timuit, quanquā periculū erat non paruum: sed & filio dum rē diligentius pensiculatur, hæsitanti, me maledictio hęc inuadat, inquit. Vides etiā in scēmina apostolicā mentem: quæadmodum enim Paulus (vt interea magis parua cōferamus) pro Iudæis fieri anathema optabat: ita hęc vt benedictione fili⁹ potiretur, maledictionē ferebat ipsa: & bonis filio cedēs (neque enim ipsa benedictionē affectabat) mala subire sola parat: & festinat interim tamē, & gaudet, periculo tanto imminētē, moraque negocij indignatur, verita ne benedictionē præripiens Esai, cōsiliū cogitatum ludificaret. Itaque præcipit verba, & celeritate obruit adulescentē, [permissaque] exculandi facultate, quod persuadendi vim plenā haberet, subiecit. non enim hęc frustra fili obiicis, inquit: frustra inculcas, patrē meuis senē, sensuū iudicio destitutū: sed quid? in me maledictio tua cadat, inquit, modō ne rē nobis tu peruertas, consiliū negligas, tantū thesaurū prodas. Ille ipse Iacob nōne pro mercede cognato seruit annis bis septē? an non præter seruitutem rideri etiā dignus fuit, qui ita sibi pateretur imponi? Nūquid igitur cōmotus est risu, num turpe putauit, quod homo liber, & educatus ingenuē, seruilia negocia obiret, atque id quidē apud cognatos? vel maximē enim mordere solet, si quis apud notos indigna patiatur. Minimē verò hęc quidē. Quæ causa? Charitas, quæ tēpus quoque cū longū esset, reddidit breue: erat illi, inquit, instar paucorum dierum: tantū aberat, vt aut dolore, aut verecundia ob eā seruitutem afficeretur. Rectē Paulus igitur, haud fastidiosa est, inquit. *Non querit quæ sua sunt, non exasperatur.* Docuit non esse fastidiosam, nunc qui istuc accidat docet. qui fit igitur? quia nō querit quæ sua sunt, omnes homines amicos esse putat, & tamen se suscipit indigna, vbi indigna cōmittentē reuocare potest, vt si pdesse ignominia sua dilecto possit, ignominia nō putet. [Ille enim ipse est] Hęc enim vera est amicitia, non amplius amantē amatūque duos ac diuersos esse, sed vnum quendā hominem: quod vtiq; nō aliunde quæ charitatis vi fieri potest. Ne quæras igitur tuū, vt inuenias tuum: qui sua querit, nō inueniet sua. Sic Paulus quæ sua sunt nemo querat, inquit, quæ

tractatus

Gen. 27. b

Rom. 9. a

omissio que.

Gen. 29. d

A proximi vnusquisque; queramus, constat enim vtilitas priuata, vtilitate proximi, & hęc item illa. Quemadmodū igitur thesaurū suū, domo proximi defossū, si quis querere & eruere recuset, nunquā ne inspiciat quidē: sic qui querere cōmodū suū in vtilitate proximi non voler, coronā rebus his propositā nunquā assequetur: Sic dominus ipse mortuus est, vt nos efflemus cōiunctiores: & quemadmodum puerulum quispiā somniculosum suscitās, vt fratrem sequatur, si spontē nolit, quidpiam quod amare & concupiscere puer maximē solet, fratri in manus dat, quod vel recuperādi studio, eū qui habet, cōsequatur (id quod fieri videmus) ita in his quoque quod vtile singulis est, proximo dedit, vt cōcurramus, & vt ne scindamur. Si lubet à nobis ipsi sumamus exemplū: quod mihi enim conducit, est positū in te, quod tibi, in me est sitū. imbuī sana doctrina te, cōducit tibi, atqui id mihi cōmissum est vt cōsequere, vt ad me recurrere habeas necessesse, mihi cōtrā, te meliorem reddi perutile est, dabitur enim merces ingēs: atqui res ea in te est sira. Impellere itaque; te cogor, quod melior euadas, & mea commoda abs te percipere. Itaque; & Paulus, quæ spes est mihi, inquit? an non vos? Et rursum, Spes mea & gaudiū meū, corona, gloria mea. Itaque; Pauli gaudiū discipuli fuerunt, huius gaudiū penes illos erat. Flebat itaque; quoties videret perituros. illorū contrā omnis vtilitas in Paulo erat sira. Sic p̄solatio, inquit, Israēlitis catenā hęc fero. Et rursum, Hęc propter electos patior, inquit, vt vita potiātur aterna. Videre in vitæ negociis hęc eadē licet. Potestatem, inquit, corporis sui mulier nō habet, sed neque vir: sed viri mulier est, & vir contrā mulieris, id ipsum deuincire aliquē nobis volēs, nos quoque faciamus. Neminē sui ipsius dominum esse sinamus, sed charitatis catena iniecta hęc quidem illi, illum verò huic deuinctū teneamus. Vis & in magistratibus hoc videre? Iudex nō sibi ipsi iudicatus, sed quod ex pximi re sit vestigaturus, sed et. subiecti verò superiorum cōmoda, nunc seruitio, nūc administratione, nunc rebus ceteris omnibus vicissim querunt: milites pro nobis arma sumūt, nos pro illis laboramus; alimentū sufficimus. Sed ais: suum tamen hic quisque querit. Aio & ego, interim tamē quod ceteris quoque suū est, inuenitur. Certē enim nisi pro agricola deceret miles, qui victū præbeat, non erit: & ille ipse qui præbet nisi militē alat pro se depugnantem, non habet charitatē per omnia expansam, omnia moderantē vides? Ne sit porro molestum catenā illam auream, toto animo consecrari: Sua, inquit, non curat: mox quæ hinc bona fluāt, exponēs. Quæ sunt igitur? *Non irritatur, non cogitat malum.* Rursum non dominantem vitij modo, sed ne consistere quidem in vniuersum vitia ferentē eharitatem vides: neque enim, irritatur quidē, inquit, aut ita vt vincat: sed prorsus nō irritatur. Nec malū nō cōmittit, inquit, sed prorsus nō cogitat: nō solū enim non facit, sed ne suspicatur quidē cōtrā dilectū mali charitas quicquā: tantū abest vt faciat. Aut quo tandē pacto irritaretur, quæ ne cogitationi quidē malignæ locū esse sinit? aut vndēnā obsecro scaturiat ira? *De iniustitia non gaudet:* hoc est, oppressis non insultat: neque hoc solū, sed quod amplius est, *Congratulatur veritati.* Congaudet, inquit, successibus aliorū: id est, cū gaudentibus gaudet, cum flentibus flet: hinc nō inuidet, hinc nō inflatur. alienos enim successus, suos putat. Vides quæ parum absit, quin angelos charitas suos alumnos reddat? Nā qui ira, qui in-

Et enim deus propterea ad eū modū illud colle camit.

1. Thef. 2. d. Ibidem.

1. Thef. 2. c. 2. Tim. 2. b. Supr. 7. d

quod per aliu quod suum est.

uidia vacat, & omni prorsus fauori affectu liber est, hominis deiceps naturā excessisse, & in angelicā mētis tranquillitatem translatus esse videri potest. tamē his non est cōtentus, sed habet quod accumulet præterea. adeoque validiora in extremā partem locauit: *Omnia suffert*, inquit, duce scilicet patientia, duce benignitate. sint molesta licet, sint graua, sint cōtumelie, sint verbera, sit mors, sit quoduiscunq;. Acstimare hoc rursus à beato Dauide licet. quid acerbius enim <sup>1. Reg. 15.</sup> videre sit, q̄ filium insurgentē, imperium affectātem, paterni sanguinis sitientem? atqui istuc pertulit tamē beatus ille, & ne verbū effudit aduersus parricidam. <sup>Ibid. 18.</sup> Cæterāq; militibus ipsis oīa permittēs, de vnus filij salute mādauit: firmū scilicet charitatis fundamentū fuit. itaq; facile oīa ferebat. Et vim quidē charitatis ex his nobis hæcenus insinuauit. bonitate porrò ex his, quæ hinc iā sequūtur: *Omnia sperat*, inquit, *oīa credit, omnia sustinet*. Quid sibi vult, oīa sperat? bona, inquit, & frugi omnia. nō reiciit enim charitas dilectum: sit malus licet, adest corrigēs, prospiciēs, studiū impendens. *Omnia credit*. Neq; simpliciter enim sperat, inquit, sed ingenti amore superata, credit omnia, etiā si parū spei conceptæ respondeāt promissa bona, si molestus ille sit: omnia enim charitas sustinet, inquit. <sup>† charitas.</sup> *Hæc nunquam excidit*. Coronidē vides, & quod in ista virtute sit maximē præcellens. Quid enim est, Non excidit? non dissoluitur, non frangitur ferendo: amat enim omnia, & amās odisse nunquā potest, quicquid accidat tandē. hoc enim illius est maximū bonū. huiusmodi fuit Paul'. hinc illa vox, si quo pacto prouocem, inquit, meā carnem. sanēq; in ista spe mansit. Et <sup>Rom. 11. b</sup> <sup>2. Tim. 2. d.</sup> Timotheo præcipiēs, Seruū, inquit, Christi pugnare nō decet, sed mansuetū esse in omnes, placidē aduersarios erudientē: fortasse enim & illis veritatis notitiā deus dabit. igitur etiā si hostes, si ethnici sunt, inquit, haud tamē odisse oportet. odisse verò non illos, sed dogma: non hominē, sed opus malū, & animi sententiam corruptā. Homo, dei opus est: error, diaboli: hæc ne tu cōfundas, Iudæi blasphemi, persecutores, calūniatores, & id genus sexcenta in Christū fuerūt. nunquid igitur Paulus, quo nemo Christi amantior fuit, hos odit? minimē verò, sed amauit. Et nunc quidem, <sup>Rom. 10. a</sup> <sup>Ibid. 9. a</sup> <sup>Ex. 11. c</sup> <sup>Exo. 32. g</sup> <sup>Psal. 13. d</sup> Studiū & deprecatio mea, inquit, pro illis est ad salutem: nūc verò, Reici pro his, inquit, cupiā à Christo. Sic & Ezechiel mactari Iudæos vidēs, heu, inquit: a deōne perdis reliquos Israël: Et Moses: Siquidē dimittis illis peccatū, dimitte. Quid igitur Dauid? Qui te oderūt, inquit, dñe, odiui & ego, & ppter inimicos tuos obtabui: [perfecto odio oderā illos.] Neutiquā verò quæ in psalmis Dauid pronunciantur, sub huius persona omnia dicūtur. An nō ille tētoria ad Cedar fixa, iuxta Babylonis flumina positas sedes, lachrymas suas dicit? nec Babylonē tamē, nec castra Cedar vnquā vidit. <sup>† aliter etiam dici potest.</sup> <sup>4. Reg. 1. c</sup> <sup>Luc. 9. g</sup> Atqui maiori nos esse sapiētia præditos decet. Itaq; discipulis, cum ignē sic quemadmodum Helias quondā immitti vellent, Nescitis cuius spiritus estis, inquit. Tum enim nō solum impietate, sed ipsos etiā impios odisse iussit, ne daret cōiunctio occasione transgrediendi. itaq; & affinitates & cōmixtiones penitus tollit, & vndiq; eos secludit: nunc autem maiorē in lucē adduxit, & supra periculum hoc esse nos voluit, colloqui, hortari, & vt nil nobis hinc incommodi sit: cōmodi verò ipsis quidē è nobis est multum: inquit igitur, non odisse, sed misereri oportere. Nam qui tu erratē, si odias, facile reuocabis? qui pro

impio orabis? orandū esse porrò Paulus testatur: adhortor, inquit, vt ante omnia fiāt deprecationes, obsecrationes, interpellationes, gratiarū actiones, pro omnibus hominibus: q̄ autē nō omnes tum essent fideles, satis est puto notū: <sup>† inquit enim,</sup> pro regibus, pro omnibus in eminētia cōstitutis. Quod autē & hi essent impij æquē patet. causam enim exponens sic infert: nā hoc bonum est & acceptum corā seruatore nostro deo: qui cunctos homines vult fieri saluos, & ad agnitionē venire veritatis. Itaq; Ethnicā mulierē Christiano cohabitare deprehēdens, nuptias nō soluit. quid enim viro mulieri familiare magis? duo erūt, inquit, in carne vna, ingēs hīc amoris vis & desiderii vehemēs. equidē si odisse impios pergas, istuc futurū est vt oderis peccatores etiā, mōxq; hac via progressus à fratribus plerisq;, immo verò ab omnibus abrūpēre. Non est em̄ nō est peccatū citra, quicquā. Nā si hostes odisse dei oportet, nō impios solū, sed & peccatores odisse oportebit. Itaq; feris erimus detestabiliores, omnes scilicet mortales cæteros auersati, & <sup>† amentia</sup> quēadmodū pharisæus ille tumētēs. Atqui hoc nō iussit Paulus; quid verò? Monete, inquit, inordinatos, cōsolamini pusillanimes, subleuate infirmos, patientes estote erga oēs. Quid istuc verò, inquis, quid dicit? Si quis huic nostrę orationi nō obtēperarit, per epistolā hunc indicate, & cū illo ne cōmiscemini: de fratribus certē loquēs. Ne istud simpliciter quidem, sed moderatione adiecta, nec enim quæ sequūtur refecabis, sed apponēs ea quoq;: nā dum admisceri vetat, statim hoc adiūxit, Ne putetis inimicū, sed castigate vt fratrem. Vides qui detestari opus malū iussit, nō hominē. Diaboli cōmentū est, vt inuicē diuellamur. adeoque hoc ille summo studio agit, qui charitatē tollat, emendationis viā excindat: dū eum quē tu odisti detinet errore, te autē inimicitia, viāmq; ad illius salutē tibi præcludit. Nā si & medicus ægrotū odit fugitq;, & æger medicū auersatur: quādo putas liberabitur morbo? cum hic illū non vocet, ille ad hūc spōtē nō accedat. Sed cuius, obsecro, rei gratia tu illū vitas, & auersaris? quia impius est? ob hoc ipsum accedere, opitulari, decet, qui restituas laborantem. Quid verò si nihil hīc medicina proficiatur? Tamen facere quod tuū est iuberis. nā & Iudas laborabat immedicabiliter, atqui sanare tamē Christus nō intermittit. Nec te igitur fatigari oportet: si studiose dabis operā qui medeare, licet nil pfereris, tamen medici referes mercedē, efficiēs q; vt ille māfuetudinem vel tuā miretur, atq; ita domino gloria vniuersa tribuatur. vt enim miracula edas, & mortuos suscites, vt quiduis facias, nūquā ita te Ethnici mirabūtur, vt cū mitem, cum mansuetū, cū suauē moribus cernunt. nō est, mihi crede, opus hoc mediocre, multiq; ea re permoti, vitia posuerunt: nihil enim tā attrahit, tā glutinat for titer q̄ charitas. Ob illa facilius tibi inuidebunt, signa dico & miracula: ob hæc verò mirabūtur, & amabūt. vbi amarint porrò, progressu postea veritate etiā cōprehendent. si verò non statim assentitur, ne mireris, ne festines, ne eodē momēto omnia discutere velis. fac vt quædā interim laudet, amet, eò quò vis, veniet deinde paulatim. Et vt intelligas quid istuc possit, Paulum vide sub Ethnico iudice causam dicentem: Ego me felicem, inquit, iudicauit, iudiciū tuum subiturus. Et hæc dixit, non qui hominē adularctur, absit enim: sed lucrificari mansuetudine sua volens: & lucrificatus est sanē, iudicēmq; cepit is, cuius damnata iam

iā causa videbatur: & captus victoriā clara voce præsentibus omnibus confitetur, Parū, inquit, abest quin persuadeas vt Christianus fiā. Paulus verò quid? amplius iam pandit rete. Cupiā, inquit, ego nō te solum, sed quotquot hic adsunt, esse qd̄ ego sum omnes, vniculis istis exceptis. quid Paule, vinculis exceptis inquis? & quæ tua deinde libertas sit, si vinculorū te pudet, si vincula fugis? præsertim in hominū multitudinē tāta? nō passim, hoc scribendo gloriaris? nō te victū subinde vocas? non tu catenā, pro diademate nobis circumfers? quid accidit igitur nunc, q̄ catenā deprecaris? non deprecor, inquit, ego, nec turpē duco, sed illorū serui imbecillitati, nō dum percipere gloriam illam nō strā possunt. Sic meus me docuit præceptor, ne insuā assumentum panni recentis vestimēto veteri, eò spectat quod dixi. Nā & dogma lacescūt nostrū, & cruci sunt infensi. q̄ si vincula quoq; adiungam, tantò erit inuidia maior. hæc igitur remouei, quò esset illud tolerabile magis, præsertim quādo vinciri probrosissimū ipsis videretur, vt qui nō dum istā gloriā nostrā degustarint: conuiuere igitur oportet. vbi philosophari discunt, etiā catenæ huius, & vinculorum decus admirabūtur. Apud alios ergo disputās, beneficium rem eandē vocat: Quod datū nobis sit, inquit, nō credere solū, sed pro ipso etiā pati. istud ergo satis tantisper fuit, ne auditores cruce offenderētur, itaq; ordine procedit. Neque enim qui in regiā te inducit, priusquā vestibula cernas, foris adhuc stantem, quæ intus sunt perspicere cogit: ita enim ne digna quidē spectatu sint, nisi intus omnia perpendas: hæc eadem in Ethnicorū congressibus erunt custodiēda. conuiuere oportet, charitatē præferre oportet. magnus est doctor charitas. satis idoneus qui & tollat errores, & mores formet, & ad philosophiā manu ducat, & è lapidibus homines reddat. Et si nosse vim huius lubet, agē virum mihi da timidū, meticulosum, vmbas tremescentē, iracundum, asperum, & ferā magis q̄ hominem, lasciuum, impudicū, omni deniq; vitiorū genere affluentē: hūc igitur charitatis manibus formādum trade, & in hoc mihi gymnasiū induce: timidū hunc, mox cōperies reddi magnanimū & fortē, nec iam quicquā amplius detrectantē: & quod est mirū, hæc ita natura & ingenio cuiusq; manente fiunt: in ipsa meticulosa anima suā vim charitas ostendit. Quod perinde est, ac si quis plūbeum ensem omnia quæ ferreus solet, efficere cogat, ferreū tamen non reddens, sed plūbeum, & impermutatā naturā esse sinens. Iacob quādiu degit domi, simplex, laborum periculorūmq; omnium rudis, vitā dissolutā quandā prope modū & liberā viuens, intra parietes velut virguncula desidēs, obire domestica negocia magna parte cogebatur, à foro & qui istic tumultus sunt, alienus, tranquillitate per omnia & placidā illam vitā colebat. Hūc igitur vbi charitatis flāmā corripuit semel, simplicem illum domi desidētē, vide q̄ tolerantē, q̄ laboriosum reddit: verba adeò patriarchę ipsius audiamus. ita enim socrum accusans, inquit: Viginti nūc annos sum apud te. & qui viginti apud illum annos erat? nā hoc adiecit ipse: Interdiu feruoribus æstuās: noctu glacie rigens, aberat oculis meis somnus. Hæc simplex ille, & desidens domi, vitāmq; viuens dissolutā. Quod porrò meticulosus fuerit, ex eo liquet, q̄ dum Elai fratrem præstolaretur, timore penē exanimabatur. sed vide qui rursus timidus ille charitate suscitāte, leone quouis animosior euadat: velut propu-

gnaculū enim quoddā, seipsum ante cæteros omnes locans, paratus erat ferum illum & minas quēadmodum suspicabatur spirantē, excipere primus, & suo ipsius corpore parare vxoribus salutē: & quæ domi timebat, quem horrebat, intueri primus in acie studet. erat terrore maior scilicet ille in vxores amor. Vides quo pacto qui timidus erat, audax euasit cōfertim, nō equidē naturæ habitum mutās, sed charitatis vi coactus. Nam q̄ postea etiam fuerit meticulosus, ex eo satis cōstat, q̄ locum ex loco subinde mutat, nec est cur quis putet, virū à nobis sanctū accusari: timidū enim esse peccatum nō est, sic enim natura cōparamur, sed ex timore committere quod non decet. <sup>† sit enim sepe ut qui natura timida sit, pie euadat.</sup> <sup>Exo. 1. 2. c</sup> <sup>Ibid. 32. a</sup> Quid Moses igitur, vnicum Aegyptiū territus fugit? & finibus excessit? & tamē ille ipse fugitius & vnus viri minas sustinere non valens, mille charitatis semel rectē gustato, nemine cogēte mori pro suis festinabat. Si enim dimittis, inquit, peccatū, his dimittes: sin minus, me quoq; de libro, quæ scripsisti, expungas. Quod porrò ex cōfidente placidū, & impudico temperatē charitas reddat, nullis exēplis est opus, res omnibus patet. fera sit licet immanior, simul ac amare quis cōpit, oue mansuetior euadit. Saule quid erat agreste furiosūve magis? & tamen cū hostē filia liberasset, ne vocē ille quidē acerbiorē emisit: & quæ propter sacerdotes ille crudeliter mactaret, filiā cum eundē suis ex ædibus dimisisset, ne verbo quidē interpellauit, tanta fraude cōmissa. sine dubio q̄ validiore fræno, charitatis scilicet, retineretur. Quēadmodum autē humanos, ita continentēs eadē illa efficere potest. Vxorem suā si quis quēadmodū oportet amarit, sit incontinentissimus licet, propter amorem huius nunquā intuebitur alienam: fortis enim est, inquit, velut mors charitas. & sanē nō aliunde fit vt simus intēperantes, q̄ quia nō amamus. Quoniā igitur magistra virtutū omniū charitas est, summo cū studio nostris hæc mētibus inseramus, quò multa nobis bona ferat, & fructū eius lætū florentē nunquā marcescētē possideamus. Sic enim æterna bona adipiscemur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, cum sancto bonoq; spiritu gloria, honor & imperium sit, in secula seculorum, Amen.

Homilia xxxiiij.

**S**ue prophetiæ abolentur, siue linguæ cessabūt, siue scientia abolēbitur. Postquam charitatis vim & dignitatem monstrauit, q̄ hanc præter dona cætera, & officia vitæ præclara omnia, consistere non possint, tum q̄ partes eius tot, tamq; multiplices sint, deniq; q̄ ea perfectæ philosophiæ materia sit & argumentū: aliunde iam, & tertio quodā è loco præcellentia eius ostendit, atque hoc quidē ita facit: primū eos, qui inferiores esse se putabant, monere vō lens miraculorum fastigio potiri posse, nullisq; quocunq; dono pollentibus, minores futuros, si charitatem amplectantur: hinc donis præditos, & ob eam re sublatos humiliare, docerēs, nihil dum assecutos, si illam non amplectantur. Sic enim futurum erat vt inuicem se amarent. <sup>† mox in uidia erro gāiūque.</sup> <sup>† mox in uidia erro gāiūque.</sup> mox odio inuidiaq; sublatis, ad concordiam redacti, vitia omnia exterminarent: non inuidet enim charitas, non inflatur. Sic illis vndique inurum circūdedit infractum, concordiam quaqua versus consertam, & contra morbos omnes valentē, & ab ipsis malis solidiorem futuram. Itaq; mille rationes tentauit, quibus discutere tristitiā istā posset.



Vnus idēq; spiritus, inquit, dat: & dar, inquit, p vnus-  
 cuiusq; comoditate, & prout lubitum est distribuit.  
 Distribuit verò gratificans, nō debita soluēs. Et quā-  
 quam accipis minus, & quē tamen absoluendo corpo-  
 ri conducis, & honore frueris vberiore: & qui plus te  
 habet, te, qui minus habes, eger. & q; donorum omniū  
 summum, summa virtutū vna charitas sit. Hæc verò  
 inculcat, bifariā eos in se coercens: hinc quidē, vt se  
 nullis inferiores esse sciāt, si illā sint affecti: hinc ve-  
 rō humani iam amplius nil passuros, si apprehende-  
 rint semel, radicem donorum omnium charitatē, nil  
 deinde molituros, studio cōtentionis sublato: capti-  
 uus enim charitate semel, contentionis securus est.  
 Quapropter docēs quæ bona hinc percipiuntur, lau-  
 dibus ipsi fructus subiecit, illorum interea morbos  
 pulchrē coercens. Nam remediorum quæ dixit, sin-  
 gulum mederi morbis illorum idoneum fuit. Patiens  
 est, inquit, contentiosos notans: benigna, factiosos, &  
 clandestinos. nō inuidet, aduersus eos, qui egre supe-  
 riores ferunt. nō est procax, perstringit dissolutos: nō  
 inflatur, superbos. nō est fastidiosa, contra eos perti-  
 net, qui demittere se, & inseruire proximo nolunt. nō  
 querit quæ sua sunt, in eos qui despiciunt ceteros: nō  
 irritatur, non cogitat malum, in contumeliosos. non  
 gaudet de iniquitate, sed veritati cōgratulatur, in in-  
 uidos rursum. omnia suffert, ad solatium circunuetis  
 & oppressis: omnia sperat, reiectis & desperatis. om-  
 nia sustinet, nunquā excidit, in eos qui leui causa fe-  
 ditiones fouēt. Postquā igitur magnam vndiq; sum-  
 ma cum amplificatione ostendit, idem rursum, sed a-  
 liunde, summa tamen quadā ratione molitur, cōten-  
 tione noua dignitatē eius tollens. Siue enim prophe-  
 tiæ, inquit, abolebuntur, siue linguę cessabunt. Si qui-  
 dem enim vtræq; fidei gratia sunt collata, dissemina-  
 ta fide, neutris deinceps iam erit opus. Charitas verò  
 nunquā cessabit, sed magis magisq; crescet, & hic &  
 in futurum: & istic quidē magis q; hic, cum hic multa  
 sint, quæ inturbant, opes, negocia, corporis & ani-  
 mi morbi, istic nihil. Prophetias porrò, linguasq; iam  
 olim aboleri, nil mirum: scientiā verò, istud est quod  
 ambiguitatē nobis non mediocrē parit: Nam & hoc  
 siue scientiā abolebitur, inquit. Quid igitur? per igno-  
 rantia vitā istic traducemus? absit verò. Tum maximē  
 scientiā intendi verisimile sit: tum enim cognoscā,  
 inquit, sicut cognitus sum. Quapropter ne perinde  
 vt prophetias linguasq; sic etiā aboleri scientiā pu-  
 tes, vbi de abolenda scientia mentionē intulisset, mo-  
 dum statim abolitionis adiecit: *Quadamtenus cognosci-*  
*mus, inquit, quadamtenus prophetamus. ast vbi venerit quod*  
*est perfectum, abolebitur quod est aliquo vsq;.* Non abolebi-  
 tur scientia quidē, sed desinet esse non perfecta: nec  
 enim intra hos fines scientia tum se nostra cōtinebit,  
 sed amplius progredietur. Atq; vt exemplo rem ma-  
 gis lucidā faciamus, deum vbiq; esse, nunc quidē sci-  
 mus: quomodo sit porrò nescimus. Item q; ex his quę  
 non erant, fecit quæ sunt, scimus: quī fecerit porrò,  
 non scimus. Rursum q; ex virgine natus sit, istuc quidē  
 scimus: sed quī tandē, non item. Sciemus autem tum  
 quidem amplius quiddam, & ad hæc magis condu-  
 cens. hinc etiā interstitium ponit, atq; hoc nō esse  
 mediocre docet. *Cum essem puer, vt puer loquebar, vt puer*  
*sentiebam, vt puer cogitabam. At vbi factus sum vir, puerilia*  
*aboleui.* Iam aliunde hoc ipsum ostendit. *Cernimus enim*  
*nunc per speculū, inquit: mox speculi, quo nomine quo-*  
*modo cunq; visum intelligit, mentione inducta, sub-*

ungit, In enigmate, superiectione docens multo im-  
 perfectissimā nostram cognitionē esse. *Tunc autem fa-*  
*cie ad faciem.* Non equidem q; facies deo quædam sit,  
 sed quò clarius manifestiūque dicat. Incrementis vt  
 omnia discamus vides. *Nunc quadamtenus, inquit, co-*  
*gnosco, tunc autem cognoscā quemadmodum cognitus sum.*  
 Vides etiam vt bifariam tumorē illorum discussit, &  
 q; per exigua notitia sit, & q; nec illa quidē ex sese ta-  
 men: neq; enim hunc ego cognoui, inquit, sed ipse  
 me. Quæadmodum igitur ipse me nouit prior nunc,  
 prior impulit: sic ego tū etiā prior impellar, multo tū  
 sanē magis etiam q; modo. Nā qui in tenebris feder,  
 quātū per lucem orientem non videt, occurrere So-  
 lis radio non potest, priusquam ille respicēdens vtrō  
 sese ostendat. At postquam lucem animaduertit, ad  
 ipsum iam Solem cōtendit: atq; hoc est, quemadmo-  
 dū cognitus sum: non quod nos ita simus hunc co-  
 gnituri, sed quemadmodum ipse vtrō se nobis in-  
 gerit nunc: ita tum quidem istic recipiemur, & multa  
 ineffabilia tū cognoscemus, & felicitissimo illo frue-  
 mur congressu, sapientiæque. Si enim qui tanta nouit  
 Paulus, puer est, quanta putabimus illa futura? Si spe-  
 culum hæc & anigma, reputa facies ipsa quanta sit.  
 Porrò vt paulisper tibi quāta differentia sit, ostendā,  
 radium quendā cogitationis eius tenuem animo tuo  
 immittam. Igitur quæ gesta quondam sub lege sunt,  
 nūc vbi gratia illuxit, animo reuolue: an nō illa quo-  
 que ante lucis ortum, magna quædam & admiranda  
 videbantur? At verò quid Paulus de illis post ortam  
 gratiam dicat, vide: quemadmodum ne glorificatum  
 quidē fuit, inquit, quod glorificatum est in hac parte  
 propter eminentem gloriam. Atque vt clarius quod  
 dico fiat, in aliquo temporis illius ritu sacro, orationē  
 imprimamus, videbis interuallum quantum: & si lu-  
 bet ipsum Pascha in medium producimus: illorum,  
 inquam, & nostrum, intelliges quid intersit. Celebra-  
 bant sanē & Iudæi, ita vt in speculo, vt in enigmate,  
 sed ineffabilia illa mysteria nunquā ne cogitarūt qui-  
 dem, neq; quicquā tum quę illis rebus abumbraban-  
 tur intellexerunt: sed agnū maētatum cernebant, san-  
 guinem pecudis, & eo fores illitas: q; filius porrò dei  
 carnē indutus, maētandus esset, & orbē terrarū vni-  
 uersum liberaturus, Græcis, Barbaris sanguinem gu-  
 standū exhibiturus, cælum omnibus aperturus, quæ  
 istic bona sunt humano generi cōmunicaturus, carnē  
 hanc maētātā sumens, supra cælum, supra cælorum  
 cælū, & super omnes planē angelorum, archangelo-  
 rum, omniūq; potestātē exercitus sublaturus, in ip-  
 so throno regio ad dextram aliquando patris ineffa-  
 bili gloria resplendentē collocaturus esset. Hæc, in-  
 quam, nec illis, nec vlli omnino mortalium, neq; pre-  
 uideri, nec animo cogitari possibile vnquā fuit. Sed  
 quid homines hic temerarij nobis dicunt? Istuc, nūc  
 quidem cognosco ex parte, de t ordinibus celesti-  
 bus dictum. Notitiam enim Pauli [de deo] fuisse per-  
 fectam. Quid ergo puerū se vocat? per speculū quo-  
 nam pacto cernit? in enigmate quī? si notitiam omnē  
 est affectus: cur verò perfectum hoc, tanquam vni  
 spiritui debitum defert, nulli præterea rerum pote-  
 stati? Quis enim quæ hominis sunt nouit, inquit, nisi  
 spiritus qui in ipso est? ita sanē neque quæ dei sunt  
 nosse quisquam potest, nisi dei spiritus. & Christus  
 hoc esse sui solius ostendit, cum inquit, non quod  
 patrem viderit quisquam, nisi qui est à patre, hic nē-  
 pe patrem vidit: visionem notitiam vocans manife-  
 stissimam

stissimam & absolutā: qui verò ipsam substantiam dei  
 nosset, dispēstationem rerum ignoraret? cum sit illud  
 difficilium multo. Quid ergo? deum ignoramus? Absit  
 verò, sed quod sit ille quidē scimus, quid porro reue-  
 ra sit, non scimus item. Atq; vt intelligas, non de or-  
 dinatione dictum, sic inquit: tum autem cognoscā  
 quemadmodum cognitus sum: neq; enim à dispositio-  
 ne rerū sed à deo cognitus est. Nemo ergo simplicē  
 hāc esse imposturam aut errorem putet: quadruplus  
 est, immo verò multiplicior: nō hoc enim solum in-  
 commodū & absurdum secum affert, quod nosse glo-  
 riantur, quæ spiritus solius & vni geniti dei filij sunt:  
 sed etiā, cum Paulus ne imperfectā quidem sciētiam  
 citra reuelationē assequi potuisset, isti percepta huic  
 omnia, nudis rationibus inducti affirmant: neq; enim  
 scripturæ locū vllum de ea re differēs proferre pos-  
 sunt. Sed illorū insania nunc missa, ad eam quæ pro-  
 posita est charitatis dispūationem redeamus. pergit  
 igitur. *Nunc autem manet, inquit, fides, spes, charitas, tria*  
*hæc, sed maxima in his charitas.* Fides enim & spes credi-  
 tis speratūq; reb<sup>9</sup> aduētis cessant, quod ostēdēs Pau-  
 lus, quę spes cernitur, inquit, spes iam nō est, quī spe-  
 res enim quod iam cernis? & rursum, Est autē fides, in-  
 quit, speratarum rerum substantia, non apparentium  
 argumētum. Cessabit igitur apparentibus illis qui-  
 dem. Charitas verò tū maximē vigebit, & vehemen-  
 tior erit. Ecce aliud charitatis encomiū: non est enim  
 prioribus contentus, sed comminisci aliud quiddam  
 contendit. Vide vero: donum esse magnum dixerat,  
 immo assequendis donis omnibus viā, & nil dona ef-  
 ficere sine hac posse, multis itē imaginē huius admi-  
 randā descripsit, hic quia per omnia duret, prædicat:  
 inquit eū, Nunc vero manet fides, spes, charitas, tria  
 hæc, sed in his maior charitas: in eo scilicet, quia trāse-  
 unt illæ, hæc durat. Cum igitur tanta vis charitatis  
 sit, non ab re, persequamini charitatem, inquit: opus  
 est enim persecuti, & cursu ad eam valido: tātū illa  
 à nobis auolauit, tot res sunt, quæ cursum auertūt,  
 vt summa celeritate sit opus, dum illam cōprehenda-  
 mus: quod quidē Paulus innuens nō sequamini: sed,  
 persequamini, inquit: suscitans nos, & ad illius cōpre-  
 hensionē incendēs. Nam & author ipse rerum deus,  
 iam olim principio sexcenta cōmentus est, quī illam  
 nobis inculcaret. Primum caput vnum omnibus de-  
 dit, ipsum Adā: cur enim è terra non sumus? cur non,  
 quemadmodū ille, perfecti? nempe vt partus, vt nu-  
 tricatio, vt successio generandi, nos inuicem ligarēt,  
 hāc ob causam nec mulierem ex terra fecit. Postquā  
 enim non valuit satis ad concordiam flectere nos, q;  
 substantiæ eiusdem essemus, nisi eūdem etiā habere-  
 mus parentē, etiam hoc ita comparauit: nam si nunc  
 quidē tantum, quia locis dissidemus alienos esse nos  
 inuicē putamus, si generis totius duo principia exti-  
 tissent, quid futurum fuisse credis? Itaq; velut à capite  
 quodā vno, totum humani generis corpus depēdet:  
 & quia iā à principio parentes duo fuisse videri pos-  
 sent, vide quī conglutinet, quī in vnū lege connubij  
 cōiungat. Propter hoc homo patrem & matrem re-  
 linquet, inquit, & adhærebit vxori suæ, & erūt hi duo  
 in carne vna: non dixit mulier, sed homo, quādo cu-  
 piditas in hoc maior: & maiorē quidem idcirco viro  
 dedit, vt imperium quod in mulierē habet, cupidita-  
 tis illius tyrannide retusum imbecilliori subiiceretur.  
 Quia verò & nuptias introduci oportebat, eū ex quo  
 facta est mulieri coniugē tradit: omnia nanque cha-  
 Tomus quartus.

ritati deus postponit. Equidē si quanquā hoc sint pa-  
 cto geniti, primus tamē statim hominum, semine pa-  
 rentum procreatorū, ad eō insanuuit, tantā rixam, tan-  
 tam inuidiā diabolus seminauit, quid putas fecisset, si  
 non ab eadē prorsus radice pullulasset genus huma-  
 num? Deinde hunc imperare, illā subesse iussit: esse e-  
 nim inter æquales æmulationē nouit: itaq; noluit ef-  
 se democratiā, sed regnum: & quod videre in exerci-  
 tu licet, id ī omni bene custodita domo deprehēdas.  
 Regis locū obtinet maritus, vxor primatis & ducis:  
 imperiū proximum liberi tenēt, infimum familiares:  
 nam & hi in subiectos similiter imperium tenent. Et  
 vnus quispiā cæteris omnibus præfectus, heri vicem  
 tenet, sed vt seruus. Atq; aliud est rursus imperiū inter  
 ipsos, vxorum & liberorum dico: in ipsis deniq; libe-  
 ris aliud, prout cuiusq; ætas aut natura tulit: nam ne  
 in pueris quidē equale imperium scēmina tenet. Assi-  
 duis igitur, & cōtinentibus vndiq; vinculis, ad cōcor-  
 diam nos deus disciplināq; coegit. Itaq; priusquā  
 in multitudinē genus hominū spargeretur, cum duo  
 tantū essent, hunc quidem regere, illam imperium ca-  
 pessere iussit: & ne cōtemneret velut inferiorem, aut  
 abs se segregaret vnquā, vide quo pacto ipsam hono-  
 rat, quo pacto vniuit, etiam ante ipsius cōstitutionē.  
 Faciamus enim, inquit, huic adiutorē: scilicet ex illi<sup>9</sup>  
 vltū futurā ostendens, & sic eam, quæ propter se nata  
 erat cōiunxit: sumus enim rerū quę nostri gratia pro-  
 ductæ sunt studiosiores. Porrò autē ne illa vicissim, q;  
 esset præsidio data, turgeret, & vinculum rumperet,  
 ex costa facit, partē corporis esse volens. Sed vt neq;  
 vir hinc sibi placeret, nō esse solius iam deinde finit,  
 quod erat solius antea: sed contrā, procreationē libe-  
 rorum illi inducit, etiā hic præferēs maritū, sed sic vt  
 ne omnia vnus esse sinat. Vides quot charitatis vin-  
 cula deus fabricauit? atq; hæc quidē per naturam rerum  
 concordia nobis pignora reliquit. Primum vt  
 quia substantiæ eiusdem sumus, in vnū perducamur:  
 omne siquidem animal diligit simile sibi. Deinde q;  
 ex viro sit mulier, & liberi item ex vtroq; hinc multi  
 nascuntur affectionis modi: hunc quia pater est, ama-  
 mus: illum, quia auus: hanc q; sit mater, illam q; nutrix:  
 hunc q; filius, illum quod nepos, & illum item quod  
 pronepos: hanc quia filia, illam quia neptis: hūc quia  
 frater, illum quia ex fratre nepos: hanc quia soror, illā  
 ex sorore neptē. Et quid recensere vniuersam cogna-  
 tionis seriē attineret? Aliā cōiunctionis formā com-  
 mentus est insuper, cognatorū connubio interdicto,  
 ad alienos nos eduxit, illos vicissim ad nos pellexit,  
 quos naturali necessitudine copulari nō licet, hos nu-  
 ptiis cōglutinavit, integras sepe familias vnus Nym-  
 phæ gratia cōciliādo, generis generi totum permiscet.  
 Non duces sororē tuam, inquit, neq; sororē fratris,  
 nec aliā huiusmodi, ea generis necessitate cōiunctā,  
 vt nefas sit misceri, ipsis nominibus cognationū for-  
 mas recensens. Satis causā sit cur illas ames, ex eodē  
 esse te vtero prognatū: aliter tibi cōpetent aliæ. Cur  
 tu charitatis amplitudinē redigas in angustū? aut cur  
 officiū charitati non necessariū impendis, quō amicit-  
 tiam, cōiuge aliunde ducta, & per hanc longissimam  
 affinium seriem, parētes, fratres, & illorū necessarios  
 omnes conciliare tibi potes? Vides quot nos modis  
 colligauit? Atqui non fuit hoc satis, etiā vt opus no-  
 bis inuicem haberemus fecit, vt hinc quoq; nos con-  
 gregaret, quando teneri amicitias vtilitate vel maxi-  
 mē videmus: hinc non omnibus in locis omnia nā-  
 r iij scuntur

de his apertis. Cum essem puer, vt puer loquebar, vt puer sentiebam, vt puer cogitabam. At vbi factus sum vir, puerilia aboleui. Iam aliunde hoc ipsum ostendit. Cernimus enim nunc per speculū, inquit: mox speculi, quo nomine quomodo cunq; visum intelligit, mentione inducta, sub-

Gen. 2. d. Matt. 19. a. Hæc, inquam, nec illis, nec vlli omnino mortalium, neq; preuideri, nec animo cogitari possibile vnquā fuit. Sed quid homines hic temerarij nobis dicunt? Istuc, nūc quidem cognosco ex parte, de t ordinibus celestibus dictum. Notitiam enim Pauli [de deo] fuisse perfectam. Quid ergo puerū se vocat? per speculū quomam pacto cernit? in enigmate quī? si notitiam omnē est affectus: cur verò perfectum hoc, tanquam vni spiritui debitum defert, nulli præterea rerum potestati? Quis enim quæ hominis sunt nouit, inquit, nisi spiritus qui in ipso est? ita sanē neque quæ dei sunt nosse quisquam potest, nisi dei spiritus. & Christus hoc esse sui solius ostendit, cum inquit, non quod patrem viderit quisquam, nisi qui est à patre, hic nēpe patrem vidit: visionem notitiam vocans manife-

Gen. 2. 6

Eccl. 13. 6

Leuit. 18. 4.

† patrū.

scūtur, quò cōgredi & permisceri haberemus neces-  
se: & dū mutua necessitate astringit, faciles etiam cō-  
gressus dedit: quod quidē nisi curasset, magna in dif-  
ficultate, magna tristitia res humanā cōstituerentur.  
Nam si quis vel medico, vel fabro, vel alio quopiā ar-  
tifice habēs opus, longā pro acquirendo peregrina-  
tionē suscipere cogatur, perire interea rem sit neces-  
se, hinc vrbes construxit, in vnum omnes collegit. Vt  
porrò his quoq; qui procul sunt, facilius cōgredere-  
mur, mare in medium expādit, ventorum dedit cele-  
ritatē, & expeditas esse peregrinationes iussit. Princi-  
pio etiā in vnum omnes collegit locū, nec antea di-  
spersit, q̄ essent concordiaē dono abusi, qui primi ist-  
huc acceperūt, verum vndiq; nos coniunxit, à natu-  
ra, à cognatione, ab affinitate, à lingua, à loco: & quē-  
admodum non voluit excidere nos paradiso: si vo-  
luisset enim, ne principio quidē isthuc hominē quē  
fecit collocaffet, sed qui neglexit, est casus author: ita  
neq; varilingues esse voluit, siquidem principio tales  
fecisset. Nunc autē terra vniuersa labiū vnum, & vox  
omnibus vna fuit, inquit. Igitur quādo deleri terram  
oportebat, ne tum quidē ex alia nos materia fecit, aut  
iustū transfudit, sed mediis aquis velut orbis scintillā  
quādam superstitem sinens, rursus hoc genus nostrū  
ex beato Noē suscitauit. Et principio quidē imperiū  
vnū fecit, viri scilicet in mulierem. Postquā vero in  
alias aliāq; degenerauit enormitates genus nostrū,  
imperia cōstituit plura, herorū scilicet in seruos, prin-  
cipum in subditos, omnia magno quodā amore no-  
stri: & quia prauitas gen<sup>o</sup> hominū dissoluit, perdidit-  
que, medicos ille mediis in vrbibus iudices locauit,  
qui vitia quandā charitatis velut pestē exagitātes, ad  
concordiam homines reuocarēt. Vt verò non in vr-  
bibus solū, sed in vnaquaq; etiam domo magna esset  
concordia, principatu donauit & prārogatiua virū,  
mulierē desiderio quo vir erga se flagrat armavit, in  
mediū procreādi munus posuit vtriq; , multa adhuc  
charitatē inducentia cōmentus. Nec viro enim vni-  
uersa cōmisit, nec mulieri, sed pulchrē officia diges-  
sit, huic domū, illi forum tradēs, & huic nutrire (agri-  
colatur enim) illi amicare, (tela enim & colus mulieris  
est) & texendi sapientiā cōmisit. Pereat auaritia, qua  
fit vt discerni iam sua cuiq; munera nō possint. Mol-  
lities multorū ad telam viros deduxit, in manus viri-  
les radios, stamen, subtegmē dedit, & tamē vel sic di-  
uinā ordinationis prouidentia relucet: nā & muliere  
aliis in rebus magis necessariis vehemēter habemus  
opus, & opera humiliorū vtimur in his rebus quibus  
vita assiduē cōtinetur, adeoq; necessitatis huius tāta  
vis est, vt si quis omniū mortalium opes possideat v-  
nus, carere cāterorū consortio non possit, non opus  
habere pauperiore se nō possit. Nec solū tenues opu-  
lentiorebus egent, sed opulenti tenuibus, & hi quidē  
magis: quod vt dilucidius cernas, cōstituiam<sup>o</sup> si lubet  
vrbes duas, hanc diuitū solū, illam solū pauperum:  
sit porrò in illa pauper null<sup>o</sup>, in hac diues nullus: pur-  
gemus vtranq; diligenter, videamus vtra magis suf-  
ficere sibi possit: si posse pauperes deprehēdem<sup>o</sup>, cer-  
tum est diuites magis egere. Igitur siquidē in illa fœ-  
licitiū nullus erit, nec opifex, nec domifactor, nec fa-  
ber, nec calcearius, nec pistior, nec grarius, nec funicu-  
larius, nec taliū quicquā: nā quis obire diues ista vo-  
let? quādo illi ipsi qui hęc tractāt, simul ac rem auxe-  
runt, ab illa laborum molestia statim recedunt. Quo-  
modo igitur ista nobis ciuitas cōstabit? Si numerauē-

rint, inquis, diuites, cōparare à pauperibus ista licet.  
Non sufficiunt igitur sibi, siquidē illis habent opus. Iā  
verò qui domos ædificabūt? Numerent sanē, tamen  
nō protinus extabit domus, manib<sup>o</sup> opus est, necesse  
igitur artifices illuc voces, legē p̄cipiō posita abro-  
ges, quæ iussit ne quis inesset pauper. En igit ipsa ne-  
cessitas nobis iuitis pauperes vocat, pauperes iducit,  
Vnde liquet, cōstare sine pauperibus ciuitatē nō pos-  
se. Si pergat enim neminem horū ad se recipere quē-  
quā, iam deinde ne ciuitas quidē, sed cinis erit. Non  
sufficit igitur illa quidē sibi, nisi pauperes velut tute-  
laria quædā ad se numina vocet. Pauperum igitur vr-  
bem inspiciamus, † quæ ipsa quoq; manca est, † diuiti-  
bus destituta. Et primò quidē diuitias omnes oratio-  
ne detrahimus, monstremusq; clarē, quæ res tādē  
diuitiæ sint. Quid sunt igitur? aurū, argētū, gēme p̄-  
ciosē, vestes sericē, purpuree, aurate: & quia quid sint  
iam cōstat, republica ista vniuersa exigamus, quādo  
inesse pauperes solū oportet, & ne per somniū quidē  
vel aurū, vel vestes huiusmodi cerni, & si ita lubet, nec  
argentū, nec vasa argentea. Opibus igitur solis excep-  
tis, qua re p̄terea dic mihi ciuitas ista egebit? Nul-  
la. Domos extruere oportet, nō auro, nō argēto, non  
margaritis opus est, sed manib<sup>o</sup> & arte, & manib<sup>o</sup> nō  
quibuslibet, sed callosis, labore induratis, robore, li-  
gnis, faxis. Texere vestes oportet, rursus nec auro, nec  
argēto, sed manib<sup>o</sup>, sed arte negotiū obitur laboratiū  
fœminarū. Ad agricolandum porrò, ad fodiendum  
dic obsecro vtrorū opera quæritur magis, diuitū-  
ne, an pauperum? est istuc quidem nemini obscurum.  
Ferrū verò, & cātera id genus instrumenta nunquid  
efficere citra vulgi operā possunt? Quā igitur ad rem  
locupletibus istis fuerit opus? nullā credo, nisi si euer-  
tere Rēpublicā istam velis. Nam si crassus istis indu-  
ctis, auri gēmarūq; cupiditas homines rudes & phi-  
losophos (philosophos vltra necessitatē nihil experē-  
tes voco) inuadat, ociōq; & voluptatibus se dēt, peri-  
re deinceps omnia sit necesse. Quid ergo si nullus est  
rerum earū necessarius vsus, cōditē sunt, inquires? Pri-  
mū vnde probas à deo conditas? Scriptura docet,  
meum est argentū, meum est aurū, inquit, dabo cui &  
vbi volo. Ridere, nisi me rem cōmitterem indignam,  
Crassum lubet. Ridere, inquā, qui hęc tam scite addu-  
cant, q̄ quemadmodū pueruli parui regiæ mensæ ad-  
moti, cum cibus illis vt quōdq; in manus venit, ori e-  
tiam intrudunt: Sic illi, cum diuinis scripturis, sua vt  
quæq; in prōptu sunt, producent. Meum argentum,  
meum aurū apud prophetam esse scio: dabo cum &  
cui volo, nō item, sed à plebeis istis allatum: & illud  
quidē quò sit à propheta dictū exponā. Aggæus igitur  
cū assiduē Iudæis denunciaffet, post illū ex Baby-  
lone reditū eadem forma templū exhibiturum, qua-  
le nuper fuit, & pleriq; quod post cinetes & ruinā il-  
lam instaurari templum impossibile videretur, fidem  
verbis nō haberēt: discussurus dubitationē istā pro-  
pheta, ex persona dei in ista verba prorupit, quasi di-  
cat, quid timetis? quid dubitatis? Meum est argentū,  
meum aurū, non habeo necesse aliunde mutuatīs or-  
nare templū. Esse porrò hanc sententiā declarāt, quæ  
sequitur. Et erit, inquit, maiestas dom<sup>o</sup> illa posterior  
priore maior. Ne igitur telas aranearū telę regiæ atte-  
xamus. Si em̄, qui vili inserto tramite vitiaffe purpurā  
deprehēdūt, extremā pœnā luunt: quanto magis,  
qui sacra vitiant? Haud enim vulgare incommodum  
est: & quid ego ne quid apponatur, ne quid eximatur  
dico?

Gen. 11. 4

† an op<sup>o</sup> sa aque manca sit.

Aggæus 2. b

dico? p̄nctulū lectiōnis vnum, absurdā sapenūmero  
sententiā gignit. Vnde nobis igitur opes? Certē enim  
sic dicitur, à domino diuitiæ sunt & paupertas. Ro-  
gemus igitur qui ista nobis opponūt, Nūquid omnes  
omnino opes, oīs paupertas à domino? Quis hoc dicat?  
Sūt enim & ex rapina, sunt ex suppositis testamē-  
ris, sunt ex impostura, sunt ex id gen<sup>o</sup> ceteris malis ar-  
tribus opes sæpe magne cōflate, possessæq; ab his qui  
luce & vita indigni fuerūt. Quid igitur esse istas à deo  
dicemus? [absit.] Sed vnde sunt tandem? ex peccato.  
Nā & meretrix prostituens corpus, rem facit: & iuue-  
nis formosus sæpe florē ætatis vèdens, aurum turpi-  
ter quærit: & qui sepulchra violat, & parietes perfo-  
dit latro, opes inquā tenet. Haud igitur oēs à deo di-  
uitiæ sunt puto. Sed quid ad illā mihi sententiā re-  
spondes? Disce prius ne paupertatē quidē à deo om-  
nem esse, post sententiā aperiemus. Nam si quis iuue-  
nis intēperans rē prodegerit vel in scorta, vel in cir-  
culatores, vel in alias huiusmodi voluptates, & ita rē  
decoxerit: num non manifestū est, non deum, sed in-  
temperantiā causam esse paupertatis? Rursus si quis  
per ignauiam rem perdit, per amentia ad medicita-  
tē venit, si quis periculosus, si quis improbis negociis  
addictus, ad paupertatem redigatur: an nō & hic pa-  
tet, nulli horū paupertatis authorē deum fuisse? Men-  
titur ergo scriptura? absit. Sed infantiunt, qui non dili-  
gentius hanc explorāt. Nam si hoc cōsentaneum est,  
ab omni mēdacio alienā scripturā esse, deinde mon-  
stratū est non oēs opes authore deo parari, imbecil-  
litas eorū qui minus prouidenter ista inculcant, he-  
sitantia est. Atq; oportuit hęc vos iam dimitti, crimi-  
num obiectorum accusatione satis repulsa, vt pœnā  
nobis negligēter tractatæ scripturę daretis. Sed quia  
parco vehemēter vobis, & tumultuātes cernere tur-  
batōsq; non amplius possum, agē & solutionē addu-  
camus, si prius & qui, & ad quos, & quādo hęc dixit,  
ostendamus. Neq; enim eodem omnibus modo lo-  
quitur de<sup>o</sup>, vt neq; nos pueris & viris æquē. A quonā  
igitur, & quomodo, & ad quos dictū est? A Salomo-  
ne, in veteri testamento, ad Iudæos, nihil aliud quā  
sensibilia ista cogitātes, & ab his diuinam potentiam  
æstimantes, quales sunt qui dicunt, Nunquid & panē  
potest dare? & Quod tu signū edis? Patres nostri co-  
mederunt māna in deserto, quorum deus venter est:  
qui quidem cum ab his rebus deum æstimarēt, est &  
hoc inquit, possibile deo, diuites facere, & pauperes.  
Non q̄ omnes omnino faciat ipse, sed q̄ possit, cū ve-  
lit: vt cum dicit, qui mari minatur, ipsum exiccans, &  
flumina destituens, tamen si nunquam hoc accidit ta-  
men. Cur igitur hoc propheta dixit? nō quòd semper  
quidem ita fiat, sed quòd illi sit factu possibile. Quam  
ergo paupertatē, quas opes cōfert? In memoriam re-  
uoca patriarchā, & eas opes quas deus largitur, agno-  
sces. Nā Abrahā certē locupletauit ipse, & post hunc  
etiam Iob, quemadmodū hic quidem testatur, Si bo-  
na, inquit, accepimus de manu domini, mala nō susti-  
neam<sup>o</sup>? & quæ duplo deinde maiora dabātur, munus  
domini fuerūt. Hinc illa Iacob opulētia originē tra-  
xit. Est ab ipso & paupertas illa laudabilis, qualē tum  
diuiti illi stipulabatur: Si vis, inquires, p̄fect<sup>o</sup> esse, vē  
de quæ habes, [ & da pauperibus ] & sequere me. Itē &  
discipulis p̄cipiēs, Nec aurū possideatis, inquit, nec  
argentū, nec binas tunicas. Non est igitur cur omnes  
opes esse à deo, aut omnē paupertatē putes, id quod  
à cede, rapina, & multis p̄terea aliis ostēdi. Sed eo-  
Tōmus quartus.

Ec. 11. 11. b

Ioan. 2. e  
Ioan. 6. f  
Phil. 3. d

Mat. 19. c  
Ibid. 10. b

dem recidit oratio, si omnino nihil sunt vsui diuites,  
quapropter sunt facti? Quid igitur dicem<sup>o</sup>? Quòd illi  
quidē, qui seipos locupletarunt, nulli sunt vsui: quē-  
admodū cōtra, quos ille locupletauit, viles vehemē-  
ter: & nosse isthuc ex illorū factis licet. Abrahā pere-  
grinis & egētib<sup>o</sup> omnibus, nō sibi opes cumulauit.  
Nā qui tribus illis veniētibus hominibus, vt putabar,  
vitulum macat, metra siliginis tria subigir, in limine  
meridiano tēpore sedet, cogitare potes, quibus sum-  
ptibus, qua alacritate, sua in oēs erogarit, p̄ter opū,  
p̄ter corporis ministeriū, atq; hoc in tā prouecta  
ætate, portus hospitū, omniumq; in necessitate con-  
stitutorū cum esset, nil priuatum suūmq; possedit, ne  
filium quidē. Nam domino iubēte tradit etiā illum,  
& seipsum deniq; domūmq; toram, quādo fratris fi-  
lium redimere festinat. Atq; hęc non opū, sed huma-  
nitatis gratia solius. Igitur cum p̄dæ esset dominus  
ab ipsis quos liberabat cōstituenti, omnia prorsus, etiā  
funiculū, etiam corrigiā calcementi recusauit. Eiu-  
modi fuit etiā beatus ille Iob, Mæ fores, inquit, om-  
nibus patuerunt, erā ego oculus cæcorū, pes claudu-  
rum, pater imbecillium, foris nunquā pernoctauit ho-  
spes, debiles si quādo eguissent, nunquā exciderunt,  
sinu vacuo nemo egenus ædibus nostris vnquā excē-  
sit, & his multo p̄terea plura (ne omnia modo enu-  
meremus) in indigētes collocauit, vniuersas faculta-  
tes impendens. Vis eos quoq; qui aliunde ditati sunt  
videre, qui partis facultatib<sup>o</sup> vtātur? Illū inspice apud  
Lazarum, ne micas quidem cōmunicat. Vide Achab,  
etiā rapit aliena. Vide Giezi, vide generis huius cete-  
ros omnes. Nā qui sine fraude, & cum deo possident,  
in vsus diuinis rursus omnia impēdūt: & qui quæ-  
rēdo restiterūt deo, expendendo facient idē, in scorta,  
in parasitos sua insument. [aut in terram defodiunt,  
medico nihil largiūtur. Quid igitur genus hoc homi-  
nū, inquires, ditescere finit? quia patiens est, & ad pœ-  
nitentiā reuocatos nos cupit, quia gehennā p̄parauit,  
diem cōstituit, qua iudicaturus est orbē. Quòd si  
subitò qui rē malē quærit, supplicio puniat affectos:  
nullū Zachæus pœnitendi, quod abstulit quadruplo  
reddendi, dimidiū erogandi, nullū Matthæus se con-  
uertendi, & ad apostolatū veniendi spaciū habuit,  
& ad suppliciū ante tempus abrepti, nullū cāteri  
item multi. Sustinet itaq; nos pius pater, ad pœnitē-  
tiam omnes vocans: q̄ si qui nolunt, in iisdem persi-  
stunt, audi quæ Paulus dicat, nēpe quòd pro duritia  
sua, & cordis obstinatia, cumulū sibi diuinę indigna-  
tionis, ad diē reuelationis, & iudicij æterni dei qua-  
ceruabūt: quā vt effugiam<sup>o</sup> fratres, cælestes opes cō-  
geramus, paupertatē illam p̄claram sectemur: sic  
enim & futuris bonis potiemur, quæ vt omnib<sup>o</sup> cō-  
niāt nobis, gratia fiat & benignitate Christi Iesu do-  
mini nostri, cui gloria in secula seculorum, Amen.

Gen. 18. 4

Ibid. 22. 4  
Ibid. 14. b

Iob. 31. d

Luca 16. e

4. Reg. 5. f

Rom. 2. d

Homilia xxxv.

**S**ectemini charitatē, emulemini spiritualia, magis ta-  
mē vt prophetētis. Postquā enim charitatis vim  
accuratē vniuersam edisseruisset, iam deinde  
monet summo studio capeffendā. Quapropter secte-  
mini, inquit: Nam qui persequitur quid, non solum  
amat quod persequitur, sed ad illud studio cōpendit,  
non antē desistens, quā persequendo consequatur:  
quod quidē si per se non potest, per eum qui se p̄ce-  
dit, fugienti incumbit, proximū quenq; flagitando,  
hortādo, retinere & seruare sibi comprehēsum velit,  
dem p̄terit. Istud nos quoq; faciamus, si charita-  
r iij tem

Cap. xiiij.



tem prauertere ipsi nō valemus, eos qui propè sunt, vt retineāt hortemur, dum ipsi quoq; anteuertamus. Deinde vbi apprehenderimus semel, nō amplius dimittamus, ne rursus elabatur: resilit enim cōtinuò, vtputa qua vehementer abutimur, aut certè cui omnia cætera præferimus. Vnde etiā atq; etiā conari decet qui retineam: hoc enim si fit, nullo deinceps magno labore sit opus, imò ne labore quidē vllō, virtutis viā angustā licet, læti & festum semper diem agētes peruadem. Ac ne quis suspicaret idcirco charitatis mentionem inductam, quò dona refutaret: *Aemulemini spiritualia*, inquit, *in primis verò prophetiā. Nam qui [linguis] loquitur, hominibus nō loquitur, sed deo: nullus enim audit, spiritu licet mysteria loquatur: at qui prophetat, hominibus loquitur, & edificat, exhortatur, consolatur.* Cōparat inter se dona, extenuās illud linguarū, non inutile prorsus quidē, nec vtile tamē vehemēter per sese ostendēs: multū enim ab illo sibi placebāt, egregiū quiddā esse rati, vt quod primū omnium apostoli tanta cum admiratione obtinuisent. † Vnde maiori, q̄ cætera, in precio fuit. Quò igitur istud apostoli primū omnium tenuerunt? quia proficiscendū quoquo versus fuit. Et quemadmodum eo tēpore, cū turris extrueretur, vna lingua in multas secabatur: ita tum quidem multæ sæpe in vnum quendā hominem confluebant, idēque Perfarum, Romanorum, Indorū, & multorum præterea linguis, spiritu insufurrante, loquebatur, atque id munus, munus tum vocabatur linguarum, multis scilicet omnino vocibus vtendi facultatē præbens. Hic igitur quo nomine tollat, quo nomine deprimat, videamus. Nā quod inquit, qui linguis loquitur, nō hominibus loquitur, nemo enim audit, extenuare vult, mōstrans nō esse arduum vehementer. Quod porrò subiūgit, spiritu verò loquitur mysteria, tollit rursus, ne vel superuacū, vel inutile, temerēq; cōcessum putemus. Qui prophetat autē, hominibus loquitur, & edificationem, exhortationē, consolationem. Vides egregium hoc esse munus vnde monstrat, nepe quia cōmuniter pluribus vtile est, vides vt præferat vbiq; quicquid cōmunem respicit vtilitatem. Quid autem, an non hominibus illi loquuntur? Sed non edificant, [exhortantur,] tantūmve consolantur. Itaque spiritu impelli, concitariq; vtrique commune est, & linguis loquēti, & prophetanti. Sed hoc differunt, q̄ hic vtilis est audientibus etiam: linguis enim loquentes, qui minus idem nō habent, percipere non possunt. Neminem igitur linguæ edificant, inquit? miminē verò. Scipsum linguis loquens edificat, inquit: quod quidē fieri nō potest, nisi quæ loquatur norit. Et hæten? quidē deus qui quæ loquuntur intelligunt, disputat. Intelligunt ipsi, inquit, efferre in alios non possunt. Qui prophetat autē, & edificat ecclesiam. Quātūm igitur priuato publicū differt, tātūm prophetia linguis. Vides prudentiam Pauli, neq; enim ad nihilum donum rediret, sed non esse commodo tātūm, quantum videri volebant, docet, vt quod habēti sufficiat solum. Deinde, ne per inuidiā detrahere linguis videretur, nam hoc dono multi pollebant, eam suspicionē correcturus, *Linguis, inquit, loquamini vobis omnes, magis verò vt prophetetis. Maior enim propheta est quam linguis loquens, nisi interpretationem qua ecclesia edificatur, addat.* Maius porro & minus, rerum est non contrarium, sed excellentium: ex quo liquet, donum nō reprehendi, sed illos ad præstantiora vocari: quæ res & sedulitatē viri arguit, & animum omni inuidia carentem: nō enim

vnū alterūmve, sed omnes loqui linguis, inquit, volo & non hoc solum, sed etiam prophetare, adeoq; hoc magis q̄ illud, maior enim qui prophetat: quod cum monstrasset hætenus, etiā deinceps probat, non simpliciter, sed appendice annexo, nisi interpretetur inquit, quasi, si hoc possit, propheta sit æqualis, vt cuius rei fructus perueniat iam ad multos: atque obseruatu quidem dignum est, isthuc à Paulo præ cæteris rebus omnibus requiri. *Nunc autem fratres, si veni ad vos linguis loquēs, quid vobis prodero, nisi aut per reuelationem, aut per scientiam, aut per prophetiam, aut per doctrinam vobis loquar?* Quid alios, inquit, dico? Paulus enim sit, qui linguis loquatur, ita etiam nihil erit quod amplius auditores expectent. Hæc autem dicit, monstrare volens illorū se quærere vtilitatē, non insensum † donis esse,] quæ † is qui ne in sua quidē persona veretur inutilia esse mōstrat: solet enim semper quæ molesta sunt in seipsum transferre, quale illud statim ab initio, Quid est Paulus? quid est Apollo? quid est Cephas? quod quidē & hic facit, Ne ego quidem, inquit, ipse vobis profuero quicquā, si nō aut per reuelationē, aut per prophetiā, aut per scientiā, aut per doctrinā loquar. Est autem quod dicit huiusmodi, Nisi dixerō, quod percipi facile clarēq; à vobis possit, sed linguarū munere præditum esse me tantūm ostendā, nullum ex his, quæ nō intelligitis, fructū facientes, abibitis credo. Nam quæ vtilitas esse ex voce non intellecta potest? *Quin & inanima vocem cum mittunt, siue tibia, siue cithara sit, nisi sonos distinctos edat, intelligi cætilena non potest.* In nobis esse nō vtile quid dicā? vtile verò, si percipi, si discerni queat? quando in instrumētis musicis nō viuus etiā animaduerti potest, cum siue tibia sit, inquit, siue cithara, quæ non rythmo, nō harmonia debita, sed cōfusē, simplicitēq; sonet, & inspiretur: neminē afficiat audientē. Nā & inarticulatis illis opus est perspicuitate, vt nisi ad artis præscriptū modularis, fistulamq; inspiret, nihil agas. Quòd si ab inanimis istis tātā exigimus perspicuitatē, consonantiā tantam & sonorū discretionem, & vocibus illis ignotis, magnā afferre notitiam conamur: quātō magis in animatis & rationabilibus hominibus, item & spiritus ipsius donis, sectari nota clarāq; decet? *Equidem si incertum sonum tuba det, quis apparetur ad bellum? A superuacuis orationē ad necessaria transfert, non in cithara solū, sed in tuba etiam videre id ipsum licet, inquit, sed & huic sui quidam numeri sunt, & nunc bellicū sonum, nunc alium reddūt, nunc ad præliū, nunc è prælio vocant.* Atque id quidem, nisi quis discernat, de summis extremisq; rebus periclitatur: id quod pulchrè significauit detrimentū ostendens, *Quis ad bellum enim apparabitur, inquit? numeros igitur distinctos nisi habeat, ne tuba quidē fuerit. Sed quid ad nos ista, dices? maximē verò ad nos, idcirco subiungit, Sic & vos, inquit, nisi significantem sermonem dederitis, verba (quod dicitur) vento, hoc est, nemi ni faciētis.* Ita nihil habere magnificū linguas, vndique ferē monstrauit. Quò ergo, si nihil habent, cōcessæ sunt? Primū vt prodesse accipienti: q̄ si cæteris quoque velis, interpretationem coniungas oportet. Hæc dicit cōcilians ipsos inter se, vt si munus quispiā interpretandi non habet, eum adhibēs qui habet suū munus, per illius vtile multis reddat. Sic vndique non absolutum esse ostendit, quò inter se arctius conglutinentur: Qui enim munus hoc satis esse sibi putat, magis deprimat quàm tollit, vt qui resplendere longius per interpretationem nō sinat. Est enim pulchrum

Sup. 9. a b

chrum sanè necessariūmq; donū, sed tum tandem, si qui interpretari possit, accedat. Est enim & digitus vtile quidem membrum, sed si cæteris auellas, iā æquē vtile nō erit. Est necessaria tuba, quòd si quoquo modo simplicitēq; sonet, erit molesta. Nā ars, nisi materia subiecta, declarari nō potest: materia porrò tātis per rudis est, quādiu forma non accedit. Vocē igitur materiā esse cogita subiectā, perspicuitatē vero formā, quæ nisi præstō sit, vtile iā nil subiectū habet. *Tot igitur genera vocum sunt in mundo, & nihil horū mutū: hoc est, tot linguæ sunt, tot voces, Scytharū, Thracū, Romanorū, Perfarū, Maurorū, Indorū, Aegyptiorū, & mille præterea gentium aliarū. Itaque si nesciero vim vocis, erō ei qui loquitur Barbarus.* Nolo enim putes, inquit, in nobis istud euenire solū, idē in omnibus fieri cernas. Haud igitur calūnior ego linguas, sed esse inutiles dico, quātis per sint ignota. Deinde vt ne molestior oratio sit, crimen equat: *Barbarus, inquit, ille mihi, & ego illi: non vtique ob naturā vocis, sed ob imperitiā.* Vides vt paulatim ad id, quod est propriū causæ, nos ducat. Sic enim solet, exemplis primū lōgius accitis vtī, tādē in eo quod argumēto propius est, desiderē. De tibia, de cithara dixit, quorum vtrūque defectum & inutile est. Ergo ad tubā transit vtiliorē, hinc ad ipsam iam vocem. Eodē pacto suprā, cum nō prohibitum esse Apostolū aliquid accipere doceret, primū ab agricolis, pastoribus, mox à militibus exemplā ducit, postremò ad sacerdotes legis veteris, propius iā scilicet argumēto orationē deflexit. Vide autem quā vbiq; diligēter dono patrocinetur, culpā in eos transferat qui acceperūt. Non enim Barbarus, inquit, ero: sed, loquēti Barbarus. Et rursus, nō qui loquitur Barbarus est, inquit, sed mihi Barbarus. Quid igitur fiet? inquis: non enim reprehēdere solū, sed laudare etiā & docere decet. Istuc igitur facit, Expostulauit hætenus, succēssit, quid incōmodi esset ostendit, iā deinde cōsiliū præber: *Sic & vos, inquit, quando quidem sectatores estis spirituum, ad edificationē ecclesie agite, vt excellatis.* Idem vbiq; viri institutū vides, multorū, ac totius ecclesie scilicet cōmoditatem: hic illi est in rebus omnibus veluti canon. Agitē autē, nō qui possideatis solū dona, inquit, sed qui abūdetis, hoc est, vt cum abūdantia habeatis: tātūm enim abest vt non habēda vobis censeam dona, vt abūdere etiam hi cæ vos velim, modo ad cōmunem vtilitatem possideatis. Istud igitur quoniam, inquis, pacto fieri potest? eo quo docet. *Quapropter, inquit, qui loquitur lingua, oret vt interpretetur. Nā si orem lingua, spiritus meus orat, at mēs mea fructu vacat. Quid igitur est, orabo spiritu, sed orabo & mēte: canā spiritu, sed canā & mente?* Hic ostēdit penes ipsos esse, qui dono potiātur: oret etm, inquit: hoc est, quod penes se est, inducat. Si diligēter em postulabit, poterit. Postula igitur nō linguæ solū, sed interpretatiōis donum, vt prodesse omnibus queas, & nō cōclusum penes te vnum geras. Nam si lingua, inquit, orem, orat quidem spiritus, at mens fructu vacat. Vides qui venerit huc paulatim, vt nō solum cæteris inutile fore mōstret, sed sibi ipsi etiā: siquidē mēs huius fructu, inquit, vacat. Si quis em loquitur modo, vel Perfarū, vel peregrina quacunq; tandē lingua, nō intelligat autem quæ loquatur, erit ille sibi ipsi Barbarus quoque, nō alteri solum, vt qui non intelligat vim vocis. Erant enim iā olim, qui precandi donum & linguæ coniunctū haberent multi, & precabātur quidem, & lingua sonabāt, vel Perfarum vel Romana vtentes,

metē verò quid dixissent, nō intelligebant: idcirco si lingua, inquit, orem, orat spiritus: hoc est, donū mihi concessum, linguāq; mouens, mens autem fructu vacat. Quid ergo factū optimū, & vtilissimum sit? quid facere, quæ postulare à deo oportet? spiritu pariter & mēte precari. Orabo, inquit, spiritu, sed orabo & mēte: psallā spiritu, psallā & mēte. Idem etiā hic docet, lingua loqui & intelligere mentē verba simul debere. Nam hoc nisi fit, confusio quædam alia nascatur oportet. *Alioqui si bene dixeris, inquit, spiritus, is qui locū tenet indocti, quomodo dicitur est amen, ad tuā gratiarū actionem, quādoquidē quid dicas nescit? Nā tu quidem bene gratias agis, verum nihil interea alius edificatur.* En rursus amussi (quod dicitur) saxum applicat, ecclesie edificationē vbiq; requirens. Indoctum vero promiscuā plebē vocat, monstratq; non leue incōmodum esse, si, amē, dicere nō possit. Est autem quod dicit huiusmodi, Si peregrina lingua gratias agas, quā nec intelligas ipse, nec cæteris item interpreteris, subicere, amen, plebeius nō potest: & illud, in secula seculorū, qui finis precū est, audiēs, amē non dicet. Deinde ne prorsus extenuasse donū videretur, cōsolationē allaturus quod suprā dixit, linguis præditū mysteria loqui, deo loqui, edificare seipsum, itē spiritu precari, plena sine dubio cōsolationis verba: idem nunc quoq; dicit, tu quidē rectē oras, inquit, spiritu scilicet cōcitus sonas, sed ille nec audiēs, nec intelligēs quæ dicis, parū ex ea re capit vtilitatē. Atq; vbi his qui dono præditi erāt, tanquā nihil magnificū habētibus occurrit, ne quia priuatus hoc ipse esset, tribuere minus videretur: *Gratias, inquit, ago deo meo, quod magis quam omnes vos linguis loquar.* Facit hoc alibi quoque, tollere enim Iudaicæ gētis prerogatiuā, & nihil esse amplius docere volens, primū ea se præ cæteris pollere dicit, mox damnū vocat: *Si quisquā alius, inquit, fiduciam habere in carne videtur, ego magis habeo, circūcisus octauo die, Israel genere, de tribu Bēiamin, Hebræus ex Hebræis, lege Pharisæus, studio ecclesie persecutor, iustitia quæ in lege, irreprensibilis. His vbi se cæteris superiorē esse ostēdit, sed quæ mihi lucra erant, inquit, hæc arbitratū sum propter Christū, inquit, esse dānū. Idē hic facit, magis omnib' linguis, inquit, loquor, ne tumeatis, velut soli donū habētes: nā & ego habeo, adeoq; plusquā quisquā vestrū. Sed in ecclesia quinque verba mēte mea loqui, vt & alios instituā, malo, inquit: id est, expedere quæ dico, sic loqui, vt explicari cæteris possit, cum iudicio loqui, & vt audientes doceri queant, malo, quam quinque milia verborū lingua loqui. Quamobrem Paulus? In institutū ceteros etiā, inquit: hoc enim illi validissimū est argumētū, hæc] quā respicit solā, quā vbiq; requirit, vtilitas cōmunis. Tametsi nouū donum linguarū erat, prophetiæ vero vetus & familiare, cōcessumq; multis, istud cōtrā recēs: tamē nō vehemēter curat, vnde etiā ne vsus quidē est, nō qui nō haberet, sed qui præstantiora sectaretur, & qui ab omni prorsus ostētatione esset alienus, & hoc solum propositū haberet, quī meliores redderet auditores. Et iudicare sanè, quid sibi, quid aliis vtile esset, homo gloriæ cōtemptor rectissime quirit: vt cōtrā qui huic mācipatus est, nec sua nec aliorū cōmoda cernere satis potest. Talis Simō erat, qui cum vanā gloriā propositā haberet, nec quid sibi factū cōmodum esset animaduertit: tales Iudæi, qui per illā captiui, salutē etiā propriā diabolo tradiderūt: hinc idola sunt nata, hæc infania cōcitati philosophi, in perniciofa dogmata impegerunt.*

† lingua.   
 † nō tamē propterea alius præferendum erat.   
 Gen. 11. 4.   
 b.

h. s. m.   
 rediret, sed non esse commodo tātūm, quantum videri volebant, docet, vt quod habēti sufficiat solum.

Phil. 3. a

Ibidem. b

† hoc enī offerationem solū habet, illud vero multam vtilitatē: hac enim est.

Act. 8. c

pegerunt. Et vide q̄ fit malū versipelle, per eandem alij pauperes facti sunt, alij opibus inhiarūt. Sic illius vis est, vt in cōtrariis dominetur, ob cōtinentiā alius, ali' ob adulteriū sibi placet, laudē q̄; quærit: hic quidem ex iustitia, ille ex improbitate: ex crapula hic, ille ex sobrietate: æquitate alius, alius temeritate: alius opibus, alius paupertate: multi quod oblatū est, accipere detrectāt, nō alia de causa, quā vt nō accepisse predicētur. Aliud apostolis studiū fuit, liberōs se ambitione fuisse factis declarārūt. Nā cum dij vocarētur, cū diuinis honoribus afficerentur, cū victimæ de more coronatæ, velut numinibus destinarentur, non simpliciter recusant, sed ruptis vestib' : iidē vbi claudum restituisent, & in se omnium ora cōuertissent, quid obstupescitis, inquit, quasi nos qui gressū dederint, simus? Et illi quidē paupertatē, in hominibus velut teterrimā rē stupecebāt. ] ipsam paupertatē prædicabant, thi & pauperes esse nō grauabātur, & opes nihilominus laude sua nō fraudabant: ] iidem si quid accepissent, egenis dabāt, non gloriæ sed benignitatis auspiciis omnia facientes. Illi contrā omnia tāquā hostes & corruptores cōmunis generis, sic in his quoq; se gesserūt, alius sua omnia in mare demersit, homines amētes & insanos imitatus, alius quātū agri possidebat, vastū reddidit quibus depascendum præbēs, ambitionis gratia omnia faciētes. Haud isti vero, sed accipiebāt oblata, necessariis distribuebāt, tāta cū liberalitate, vt perpetua cū fame ipsi cōflictarētur. Quod quidē si gloriā amassent, nunquā fecissent sanē, veriti ne dum accipiūt, distribuunt omnia, suspicio gloriæ aduersum se oriatur. Nā qui propter gloriā abiecit sua, multo magis aliena non sumet, ne non ferre egestatē videatur. Hos vero & ministrātes, & pro egēribus mendicātes videmus, adeo superioribus omnibus fuerūt hi philosophi magis. Reputemus labores etiā illorū, moderatos, & minime ambitiosos. Habentes enim cibum, inquit, & quibus tegamur, erimus his cōtenti. Non quemadmodum Sino-pæus illē pānis amictus, [doliū inhabitans, cum nihil opus esset, ] in sui admirationē (quod voluisse videtur) plurimos quidē pertraxit, sed iuuat neminē. At vero Paulus nihil horū fecit, [neq; enim ambitionem spectabat, ] vestibus vsus, quēadmodum locus vbiq; postulabat, decēter, domos, humanā habitationem, nūquā vitauit, virtutes cæteras studiosē in vita expressit, quas Cynicus ille cōtemnendo, turpiter vixit, publice multa deformia cōmisit [ab ipsa gloriæ infania tractus: ] certē enim si non vītatæ habitationis causam inquiras, præter ambitionē inuenies nullā. Domum Paulus mercede etiam Romæ cōduxit, tametsi quāto maiora potuit hic, tāto hoc etiam facilius potuisset. Atqui gloriā non respexit, crudelem beluam, dæmona horrēdum, cōmunem totius orbis terrarū pestem, viperā venenatā: vt illa enim parturiētis vterum rūpit, sic malū hoc dilaniat obnoxios sibi. Vnde igitur stupefcendo morbo medicinā petemus? Si eorū qui cum mōstro cōgressi, sceleriter præculcarunt, exemplum ob oculos ponētes, assidue cōtemplemur, futurū est vt nostram quoq; vitā recuperemus. Patriarcha igitur Abrahā. Verū ne quis fortasse cauilletur, quod eadem rem sapius inculcemus, & vbiq; ferē huius inferamus mētionē, istud esse, quod virum planē mirandū arguat norit, & quos huius exemplum nō mouet, nulla venia dignos. Nam si alios alia & alia in rē præstātes ostēderemus, videri virtus

A executu difficilis possit, nec vlli mortaliū vni possibilis vniuersa, cuius vix partem quādam singuli præstā-tissimorū hominū absoluisent. Cū vero vnus virtutem omnem animo suo complexus inueniatur, quā obsecro prætedent excusationē, qui post legem, post gratiā, cum his qui ante legem, ante gratiā fuere, respōdere virtutibus nō potuerūt? Quōnam igitur patriarcha modo beluā superauit, quo pacto domuit, quādo orta inter se & fratris filiū cōtentione, licet posteriores tulisset, primis excidisset, nihil cōmoueretur, nihil doleret? Nouerat beatus ille vir quanto in rebus huiusmodi impatiētibus animis molestior dāno contumelia esset, præsertim si quis dominus omnium, quēadmodū hic erat, cū honorem exhibuerit prior, vicissim nō honoretur, tamen horū nihil quicquā virū momordit, nec posteriores inique tulit, iniuriā a iuvene passus senex, auunculus a filio fractus: nihil succēfuit, nihil est indignatus, sed equē amauit, æquē coluit. Rursus bello victor ingenti & horribili, Barbaris per vim eiectis, victoria nō effertur, nec statuit trophēū: liberare enim voluit solum, nō triūphare etiam. Hospites item cum recepisset, nihil ab ea re gloriatur, prior occurrit, geniculatur, beneficiū non dare, sed accipere ratus, vnde & dominos vocat, licet qui aut vnde essent ignoraret, ancillæ operā interea præstare cōiugem iubēs. Et in Aegypto antea, cū admirādu omnibus videretur, vxore tāta cū gloria recuperata, nusquā facinus iactat. Regionis incolæ regē appellabāt, ipse sepulture etiā ius in illos reiecit. ] lam seruū procatū mittēs, nihil magnificū, nihil splendidum de se prædicari, tantummodo nymphā adduci iubet. Vis eos etiam qui Christi temporibus fuerūt executi, quos multa disciplinæ huius gloria circumfulsit, nosseq; genus hoc mali protinus eliminatū? illum ipsum qui hæc dicit cogitato: omnia patri deo adscribit, peccatorū suorū assidue meminit, virtutū nusquā, nisi cum emēdare discipulos oportet, & necessitas compellit, quāquam etiā tum stultitiam vocat, primis Petro cedit, labore apud Priscillā, apud Aquilam non veretur, deiectū esse se vbiq; mōstrat, turbam clientum fugit, nusquam aut in foro cōgregās, aut post se trahens, inter obscuros seipsum locat. Vnde, corporis, inquit, præsetia infirma: hoc est despicibilis, & factum ignorās: & rursus, Precor, inquit, deū, ne quid mali faciatis, nō quod nos probati videamur. Quid mirū vero si hæc despiciere potuit, qui potuit despiciere cœlestē, qui potuit gehēnam, qui propter id quod Christo gratum erat, anathema esse a Christo propter gloriā Christi volebat? Quanquam enim pro Iudæis quoq; hoc pati velle dixit, idcirco dixit tamē, ne quis putaret imprudēs, promissionib' herere se ad ipsos factis. Quod si hæc negligere paratus fuit, quid mirū humana neglecturū? At nos omnia statim demergūt, non gloriæ cupiditas solum, sed cōtrariū huius cōtumeliæ metus & cōtēptus. Laudat quis, statim intumuit: reprehendit, statim deiiceris, quemadmodū corporibus infirmis quælibet etiā res facile nocet: sic deiecti animi, nec aduersus paupertatē, nec aduersus opes cōsistūt, æque tristitia, gaudio succubūt, adeoq; secūdis magis quā aduersis periclitātur: cogit enim paupertas moderatiōē esse vel inuitū, diuitiē in magnū malū sæpe abducūt. Et quēadmodum qui febre laborāt, nauſeāt omnia: sic per-turbatæ mentes vndique percillātur. Hæc cū videamus, cur fugim' paupertatē? quid opes miramur? cur non

nō animū potius ferēdis omnibus præparamus? Nā qui domū struit, non hæc spectat, vt ne pluuia [super ipsam] descendat, ne radius incumbat, quando istud quidē nulla ope caueri potest, sed qui sustinere dom' hæc facile possit. Et nauē fabricās, nō hoc agit vt ne fluctus obturbet, vnde ne tollātur, quando quidē impossibile est: sed vt nauis cōpages, & latera ad omnia idonea fiant. Et corporis curā habens, non hoc agit, ne vlla malefica, aut inæqualis aëris vis oboriatur, sed qui oīa corpus tolerare possit. Hoc ipsum conari intus etiā oportet, nō qui suffugas paupertatē, qui opes assequare, sed qui ad salutē, vtrūque si incidat, conuertas. Missa igitur ista sollicitudine, ferēde paupertati, ferendis opibus, mentem idoneā reddamus. Nam vt nihil accidat humani, quod ferē impossibile est, tamen quanto præstat is, qui nō quærit opes, sed ferre omnia nouit, q̄ qui ditescit per omnia? Primū in se posita hic omnia sua habet, ille in aliis: vt miles viribus & arte certādī valēs, melior est eo qui in armis fiduciā omnē habet, sic opib' cōfiso præstat certe quem ipsa virtus munuit. Deinde vt solidā sint opes, & paupertatis periculū nullū, tamē quietus esse diues nō potest, infinitas tēpestates, infinitos tumult' diuitiæ secū trahunt: virtus cōtrā, aliud q̄ solidā voluptatē, dulcem securitatē, nihil habet. Nam insidiis omnibus inaccessibilē, inuictam se ostendit: plutus cōtrā, omnibus vinculis vitiorum & insidiarum omnium expositus est. Et quēadmodū inter animantia ceruus & lepus ob natiuā timiditatē maxime cæteris obnoxia sunt, ] ius autē, & taurus, & leo, haud facile in potestātē insidiatoris cadūt: tale videre quiddā in diuitū & pauperū gente licet. Hic leoni, tauro similis est: ille lepori, ceruo. Quē enim non metuit diues? an nō latrones? an nō potētes? an nō inuidos? an non calūniatores? & quid calumniantes aut latrones dico? familiares suos suspectos habet: aut quid viuēs dico? quādo ne mortuus quidē grassantium improbitate liber est, & ne mors quidē ipsa tutari profusus diuitis cadauer potest, quin scelerati homines expilēt, tā est periculosa res opes. Nō solū em̄ domus perfodiuntur: ipsa sepulchra, ipsa pheretra rūpuntur, diripiūtur. Quid igitur hoc sit miserū magis, cui ne mors quidē præstare securitatē potest? Sed miserum illud corpus, ne vita quidē destitutū, destitui vitæ periculis, & sceleratorū hominū pulueri cinerique bellum inferentiū molestia potest, qui mortuo grauius tum instāt q̄ viuenti: dum viueret in cellas irrepebant, arcas euacuabāt, corpore abstinebant, nec vnquā auferebāt tantū, vt corpus spoliaret: nūc vero neque hoc abstinēt execrandæ sacrilegorum hominum manus, mouent, circūuertunt, cōtumelia, magna cū crudelitate afficiūt, præterquā enim quod iam antē nudum, terræ traditū est, tumulo vestib'q; nudatū, ita proiici sustinēt. Quis igitur hostis tam crudelis est, quā opes? viuentiū animas perdunt, mortuorū corpora indigne tractāt, ne terra quidē condi permittentes: quod concedi damnatis etiam, & nefandorū scelerū reis solet. In illos em̄ simulac mortis pœnā exoluerunt, nihil amplius sibi iudices permittūt: in hos vero post mortē etiā auaritia grauiſſime animaduertit, nudos, infepultos, graue & miserādū spectaculū proponens: grauiſq; hi quā illi sententia etiam iudicis plectūtur: vnā illi primam, alterā vte diem inhumati manentes, mox sepulture traduntur: hi postquam sunt sepulti, rursus erūtur, nudātur, proiciūtur:

tur: nam q̄ sepulchro latrones parcunt abeūtes, non est cur opib' imputetur: Paupertas facit, hæc est quæ sepulchrū defendit: quod si opibus mācipassemus, & pro faxis auro illeuissemus, etiā hoc abripuissem, tā male tuta res est plutus, nec tam est possidētū, quā rapere se conatorū. Itaq; superuacua oratio est, quæ docere vult opes difficiles esse custoditu, cū nec sub ipsam mortis diem securitatē cōsequi homines opulenti possint: tametsi quis non abhorreat cadauer, sit fera licet, sit dæmon, aut quiduis aliud tandem, certe aspectus est, qui ferreum, qui adamantinum animum inflectere possit. Inde fit, vt qui mortuum vident, etiā si hostes, etiam si inimici sint, velut charissimum deplorant tamen, & acerbè commouentur: iram post interitum extingui videm', misericordiā induci, nec facile in istis luctibus & interitu hominū, inter amicū & inimicū discernas, adeo omnes communem naturam, & leges per hanc inductas verentur. Solæ opes, quando huc ventum est, & iram possidentibus se nō remittunt, & præterea mortuo eos quos ille nulla vnquam iniuria affecit, infestus reddunt. Est enim arbitrator infestissimorum hominum, mortuū cadauer nudare. Et natura quidem etiam hostes tum illi placat, plutus vero eos qui obiicere nil possunt, ad oppugnandum ciet, & corpus solum iacens infestat. Multa licet sint, quæ mouere ad misericordiā, & a concepto facinore reuocare debebant, quod mortuum, q̄ immobile, quod ad terram vergit & cinerem, quod succurrēs nemo adest: sed horū nihil scelestos illos sæua malitiōæ cupiditatis tyrannide abreptos frangit, dirus habendi amor, velut crudelis tyrannus instans, inhumana illa imperia imponens, & in feras trāsferēs, ad sepulchra adducit. ceu feræ enim mortuos inuadunt, nec carnibus quidem abstinerent, si quem omnino vsū membra præberent. Sic opibus fruimur, post mortem iniuria affecti, sepultura fraudati, quam etiam facinorosi consequuntur. Nūquid igitur rem tam tetram diligemus? Nequaquam, obsecro fratres, quin fugiamus ocyus: & si in manus vltro dentur, non contineamus, sed pauperum manib' ] mox tradamus. ] Hæc illum vincula retinere melius ] ipse vim fortiusque possunt, & ex istis promptuariis non facile elabatur. Qui perfidus erat antea plutus, fidelis & mansuetus esse discet, misericordiæ manibus cōtrectatus. Ergo si se obtulerit, his quidem tradamus: si non obtulerit, nō inquiramus: nec nos ob illum cruciemus, nec qui se cruciant, quasi sceleratos miremur. Quæ enim esse sceleritas illa potest, nisi fortasse qui cum beluis cōgrediuntur, sceleratos dicas, quod raras illas bestias includēs quiddā, sibi feruent, qui tamen quāquā spectaculo proponāt, accedere, aut attingere ipsi nō audent, sed horrent & contremiscunt: tale enim quiddā diuites patiuntur, plutum velut truculentā beluam intus includēs, sexcenta quotidie ab illo vulnera accipiētes, contrario beluis modo. Hæc enim si producas, in obuios ruunt: ille si includas, si serues, possessorē inuadet perdētq; Sed nos beluam māſuefaciamus, erit autem, si nō includatur, sed hominum egentū manibus permittatur: sic enim egregium fructum faciemus, hic quidem bona spe, bona securitate viuētes: isthic vero certa fiducia cōsistentes: quæ vt omnibus nobis contingant, gratia faxit & benignitas domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto bonoque spiritu gloria sit in secula seculorum, Amen.

Acto. 3. b  
+ admira-  
bantur.  
+ Hi vero  
in homi-  
nibus pau-  
pertatem  
despiciunt  
et diui-  
tias lau-  
dant.  
Crates.

1. Tim. 5. b  
Diogenes.

Galat. 1. d  
Act. 18. a

2. Co. 10. a  
Rom. 9. d

+ Nostis  
autem.

Gen. 14. a

ibid. 18. b

ibid. 12. d

ibid. 23.

ab

+ precium  
resoluitur.

ibid. 24. a

+ omnium  
maxime  
capto sūt  
faciles.



Homilia XXXVI.

**R**atres ne sitis animo pueri, sed malitia: animo vero sitis adulti. Recte post longam confirmationem probationemque acius iam insurgit, vehementius increpat. Exemplum vero proposito mire cogruens induxit. Nam solent pueri ad parua hiarē & obstupescere, valde magna non aequē mirantur. Ergo cum hi lingue donum habentes, habere se omnia putarent, quanquam sit inter cetera postremum, Ne pueri sitis, inquit, animo: hoc est, ne stulti sitis hic ubi esse prudentes oportet, sed infantes, sed simplices, quoties res iniquitate geritur, ambitione, tumore. Infantem malitia, etiam prudentem esse oportet. Ut enim prudentia connexa malitia habes, prudentia non est: ita simplicitas sanē stultitia cōiuncta, simplicitas non est: sed in simplicitate cautēda stultitia, in prudentia vero malignitas est. quēadmodum enim nec amara pharmaca, praterquam oportet, nec dulcia cōferunt quicquam: ita nec simplicitas per se, nec prudentia. Vnde miscere Christus vtrūque iubēs: prudentes, inquit, sitis ut serpentes, simplices ut columbæ. Quid est porro malitia esse infantem? Quid malitia sit, ne nosse quidē: tales enim esse volebat. Vnde omnino, inquit, inter vos scortatio audit: non sustinetur, sed auditur, inquit. Omnino re scitis, inquit? audiuitis vero alicubi? Viros enim esse & pueros volebat, sed hoc quidē malitia, istud vero prudentia: sic enim viro virū esse licet, si sit puer etiam. Nam quatenus puer malitia non est, nec vir erit maleficus ille: [non erit adultus,] sed stultus. In lege scriptū est, variis linguis loquar populo huic, & sic quidē audiet me, dicit dominus. Quamquam in lege scriptū non est, sed quod saepe monui, veterē scripturā vniuersam, prophetas, historias, legem vocat. Adducit porro ex Esaia testimoniū, quo rursus doni aestimationē, ad eorū cōmodū vellicauit, laudibus tamē eius (quēadmodum solet) non suppressis. Nam quod ne sic quidē inquit, magnū satis quod percelleretur miraculum fuisse: quod vero non audierunt, ipsorū culpa factū esse docet. Et quē in vsum si auditori non erāt, dñs hoc fecit? Ut quod se decet, fecisse vbiq; cōperiat. Postquā igitur non esse vtile vehementer donū, a prophetis ostēdit, Linguae itaq; signi vice sunt, inquit, non his qui credunt, sed incredulis: prophetia cōtra, non incredulis, sed credentibus. Ergo si cōuenit ecclesia tota simul, & omnes lingua loquantur: ingrediatur autē indocti aut increduli, nonne dicent vos insanire? Quod si omnes prophetas, ingrediatur autē incredulus aut indoctus, coarguitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus? & sic occulta cordis eius manifesta fiunt, atq; ita prociēs in facie adorabit deū, renūciās quod deus reuera in vobis sit. Multa in his verbis sunt quib; de dubitari cernas. Si enim signū incredulis linguae sunt, cur, inquit, vbi linguis vos loqui increduli videbunt, insanire dicēt? Et si pphetia non impiis sed piis confert, qui facere cōmodū ex ea increduli possunt? Nam si ingrediatur pphetibus vobis incredulus, inquit, arguetur: hinc nascitur alia deinde quæstio. Videri namque lingua maior, quā prophetia potest: signū enim si data incredulis linguae sunt, credētib; autē prophetia, quod alienos attrahit cōciliatq;, videri mai potest, quā quod dirigit familiares. Quid igitur est quod dixit? nihil, nec difficile, nec obscurū, nec prioribus repugnans, sed quod crebro fieri solet, modo aduertamus. Est enim prophetia vtriusq; cōmoda, lingua non itē. Vnde signū esse linguam dicens, non credentibus, sed incredulis adiunxit, atque his ipsis in signū inquit, hoc est, in admirationē, non ad institutionem

Mat. 10. 6

Sup. 5. 4

Isa. 28. 6

linguis

sed vobis

etiam. Atqui de prophetia illud ipsum, inquit, dixit: prophetia enim non incredulis inquit, sed credentibus: nam fidelis quidē signo non habet opus, sed doctrina solum & institutione. Qui igitur vtriusq; prodesse tu prophetiam dicis? cum ipse prodesse incredulis neget, sed solis credentibus: intelliges si recte expēdas: non enim prophetiam incredulis non prodesse, sed signum inutile esse, quale linguae sit, negat. Scilicet nec lingua quidē incredulis cōfert, cuiusvnu hoc opus est, ut admirationē & stuporē inducat. Signū enim medium quiddā tenet, ut cum dicit, ostende in me signū, & adiūgit, sed salutare: & rursus, factū sum sicut ostentum multis, hoc est, in signū, atque ut intelligas signū hic non in meliorem omnino partē vsurpatū, ex eo conice quod subiunxit, nempe signi effectum. Quid igitur est? Dicent, inquit, vos insanire? hoc vero non est ē natura signi, sed amentia improborū. Incredulos autē cum audis, non est cur semper intelligas eosdem: sed nunc qui immedicabiliter laborantes, curā nullam admittūt, nunc qui cōuerti possint: cuiusmodi erant tēpore apostolorū, qui stupecebant ea quae tum vocabātur magnifica dei, quale illud de Cornelio. Inquit igitur quod prophetia & apud incredulos, & apud fideles valet: linguā dum audiunt increduli & stulti, non solum non proficiunt quicquam, sed etiam irident, quasi insaniant qui loquantur: nam vice signi est solum, hoc est, ut percellātur simpliciter: quēadmodum cōtra, qui sapiūt, ex eo faciunt fructū. Ideoque signum est datum. Non solum enim qui ebrietatem dicerēt tum erāt, sed multi qui illos mirarentur, magnifica dei animaduertentes. Itaque qui riserunt, stulti isti erāt: ideoq; Paulus non simpliciter insanire vos dicent inquit, sed indocti & increduli subiūxit: prophetia vero non signi vice simpliciter, sed ad fidē, ad vtilitatē vtriusque seruit, & cōmodo est vehementer. Hoc quamquam non statim, tamē deinceps perspicue declarauit, arguitur ab omnibus inquit. Nam si prophetent omnes, ingrediatur vero incredulus aut indoctus, arguitur ab omnibus, ab omnibus iudicat, & sic occulta cordis eius manifesta fiunt, atq; ita prociēs in facie, adorabit deū, renūciās quod deus reuera in vobis sit. Itaque non solū quia valeat in vtriusque prophetia praestat: sed hoc etiam quod impudentiores illos leuioris turbę homines adducit. Neq; enim idē miraculū fuit, cum Sapphirā arguit (quod pphetiae erat) & cum linguis loquitur Petrus. Ad illud enim omnes tum cōcutiebantur, hoc velut insanientem ridebant. Ergo vbi nihil prodesse linguas ostendit, & hoc ipsum leniēdo in Iudaeos culpā cōuertit, pgressus etiam nō documento esse docet. Est enim idcirco lingua data, ut intelligeretur: atqui interpretationē cōtra, apud incredulos cōtrariū sit: Si enim linguis, inquit, omnes loquātur, adfintq; increduli aut indocti, insanire vos dicent, quemadmodum & Apostoli ebrii habebātur, musto enim expletos esse dicebāt: nec signum tamē, sed ruditas accusatur increduli indocti, inquit, itaque imperitiā & incredulitatis ea suspicio fuit. Nam, quod dixi, locare donū linguarum non inter reprehēsa, sed inter nō valde vtilia vult, atque hoc ut illos reprimat, vt interpretē adiūgere cogat: quia enim hic ipsi non respiciebant, sed ad ostētionē, ad ambitionē vtebantur, ostendit aestimationis eos facere iacturā, & in suspicionem amentiae venire. Atque id est quod assidue Paulus molitur, quoties abducere alicūde quēpiam studet, ut de eo ipso quod ambit, periclitari

Act. 12

10. 4

Act. 17

ibid. 12

riclitari monstret: quod facere nos quoque decet. A voluptate reuocemus, monstrabimus esse re acerbā: ab ambitione, docebimus cōtēptu plenā. Sic Paulus diuites habēdi studio auellēs, non solum nocuas: sed etiam periculis obiectas opes esse] docet, Qui ditescere vult, inquit, incidit in tētionē: quia enim opes idcirco quærūtur, ut discrimine, cura, tētionē liberi simus, cōtrariū inesse docet, quod sperant ipsi. Rursum studio philosophiae peregrinae quidā tenebantur, ad hęc dogma Christi examinaturi, ille non solū non prodesse cruci quicquā, sed obesse vehementer etiam docet. Volebāt quidā si quid iudicio disceptandum esset, apud peregrinos potius quā suos explicaretur, velut sapientiores istos. Ille turpe esse docet. Sacrificatis promissue vtebātur quidā, ut qui videri perfecta scientia praediti vellent: ille scientia esse imperfectiore docet, quæcūq; edificare proximū nescit. Hic quoque cupidi gloriae homines linguae donū cum mirarentur, hoc eos vel maxime despicabiles reddi docet, & iam non solū gloria sperata priuat, sed insanie suspitioni obnoxios etiam reddit. Verū non fecit hoc statim, sed sexcēta prius inculcās, via bene munita, tū tādē quod minime expectabatur subinfert, quod ipsum quoque vehementer est viro familiare. Qui enim labefactare cōceptam opinionē vult, & eā in cōtrariū trāsferre, non statim cōtraria dicit: ridiculus enim diuersae sententiae addictis videretur. Nam quod absurdū videt principio, statim recipi non potest. Ergo aliunde prius insinuat penetrare, & in cōtrariū niti decet. Fecit hoc Paulus de matrimonio disceptās, cum ad id multi, velut libertas magna quædā inesset, animū adiecissent, libertatē esse si vxores non ducant ostensurus, non statim hoc fecit, neq; enim receptū ita facile fuisset: sed multo post, opportunitatē seruās, itaque vehementer retudit auditores. Idem de virginibus loquens fecit, principio multa mouēs, demum parco vobis, inquit. Itē sollicitos esse nolo, inquit. Obseruauit igitur hoc ipsum in linguis, non solum obesse gloriae docēs, sed esse etiam dedecori apud incredulos. Prophetia cōtra etiam apud incredulos ignominia vacat, aestimationē vero & cōmodum maximū habet: nemo enim propter prophetiam insanire quēquā dicit, neq; prophetantes ridebit, sed cōtra obstupescet mirabiturq;. Arguitur enim ab omnibus, inquit, hoc est, quæ quisq; cōdita mente sua tenet, hęc illi reuelat, & in mediū producit. Longe enim aliud est, seu pie quis, seu maligno & peruerso proposito ingrediatur, siue hoc, siue illud fecerit institueritve. Persica Syriacave lingua loquētē, quæ secreta pectoris reuelantē audire. ] Quāto enim hoc vtilius, quāto religiosius est? Ergo de linguis, insanire putabit, inquit, [sed non a se id enūciat, sed ab illorū iudicio, dicēt enim, inquit, vos insanire. Ceterū] de p-lingua loquentē videri deat: & quod ingrediens sua meris arcana au diat, & sania nūcupabit: hic nihil tale fit, sed mirabitur, adorabit, de dominū cōfessus primū, & mox etiam verbis, Sic Nabuchodonosor adorabat. Reuera deus vester, inquit, ipse est deus, secreta reuelās, quādo pateface- re somniū potuisti. Vides vim prophetiae? ferū illum gressus sit: docuit, mutauit, & ad fidē perduxit. Quid igitur est fra- quod tres? quoties conuenitis, alius canticum habet, alius doctrinam

quod in pericula mittant. 1. Tim. 6. b.

1. Cor. 7. 4

ibidem. f

Longe enim aliud est quod ingrediens huc quidē persica, illud vero syriaca lingua loquentē videri deat: quod ingrediens sua meris arcana au diat, & sania nūcupabit: hic nihil tale fit, sed mirabitur, adorabit, de dominū cōfessus primū, & mox etiam verbis, Sic Nabuchodonosor adorabat. Reuera deus vester, inquit, ipse est deus, secreta reuelās, quādo pateface- re somniū potuisti. Vides vim prophetiae? ferū illum gressus sit: docuit, mutauit, & ad fidē perduxit. Quid igitur est fra- quod tres? quoties conuenitis, alius canticum habet, alius doctrinam

habet. alius linguā habet, alius reuelationē habet, alius interpretē. hoc et hoc rationē habet, omnia ad edificationē fiunt. Christiana vitæ fundamentū, & regulā vides? ut enim edificare architecti opus est, sic Christiani proximū per omnia iuuare. Qui vero grauitur donū inuasit, ne superuacuum videretur (arrogantiā namq; retūdere voluit solā) ceteris rursus adnumerauit. Psalmū, inquit, habet, doctrinā habet, linguā habet. Equidē [fallere] quondā sic doni diuini fuit, quēadmodū docere: verū omnia ad hoc vnu, inquit, spectēt, qui proximus emēdetur, simpliciter vero nihil fiat. Si enim edificandi fratris gratia non venis, quid necesse omnino venisse sit? Non est longo donorū discrimine opus, vna res est quam volo, quā quæro, ut proximus edificetur: in hoc qui minor donis est, maior antecellet, hoc habeat. do: huc dona simul oīa spectāt, qui ecclesiae negotiū vnusquisq; p suo modulo iuuat: quod nisi sit, in detrimentum & perniciē donū possessori verget. Quid enim necesse sit, obsecro, vel mortuos excitare, vel futura dicere, si eius rei cōmoditas perueniat nusquā? Hic igitur donorū finis cum sit, & parari alio etiam modo possit, etiam dona praeter, quid necesse sit iactare signa: aut cum iactare non queas, miserū putare te? Siue lingua quis loquitur, fiat per binos, aut ad summū ternos, idq; viciū, & vnus interpretetur. Quod si non sit interpretes, taceat in ecclesia: ceterū sibi ipsi loquatur & deo. Quid ais obsecro? postquā tā longa disputatione, stultū, superfluū linguis loqui si interpretes non sit docuisti, iam loqui madas? Non mando, inquit, sed nec prohibeo: [vt si dicat,] si quis quis vnus incredul' vocat, irēq; lubet, ite: nec vt eāt, nec vt non eāt mādāt: ita [hic] sibi vero loquatur & deo. Si sibi non tēperat, & ita est ambitiosus, vt tacere non possit: apud seipsum loquatur, vt sic permittit, aliud nil prorsus sit quā vetare. Quod alibi quoque facit, de cohabitando differens cum vxore, hoc propter vestram intēperantiam, inquit, dico. Ergo de prophetia non eodē modo dixit: sed mandans praecipiensq;, prophetę duo aut tres loquātur, inquit: nec interpretem hic requirit, neq; silentiū prophetę imponit, quēadmodum illic, si interpretes, inquit, non sit, sileto: neque enim praestare hoc solū linguis loquēs potest: qui porro donū vtrunq; tenet, loquatur: si non tenet, & loqui tamē vult, cum interprete loquatur. Nam propheta quidem interpretes est, sed dei, tu vero hominis: quod si interpretes non sit, sileto: nam superuacuum fieri nil debet, neq; ad ostētionē. Sibi ipsi vero loquat & deo, hoc est animo & cogitatione, aut sine strepitu priuatim. Si non vult, neq; enim legē tulit, sed magis est cōcedēdo dehortatus: quale illud, Si quis esurit, domi edat. Nam qui sic permittit, acerbius adeo reprehēdit: non idcirco enim cōuenitis, inquit, qui donū ostēteris: sed vt edificetis praesentes: quod principio quoque dixit, ad edificationem omnia fiat. Prophetę vero duo aut tres loquātur, ceteri iudicent. Ad summū, vt in linguis, non adiūxit. Quid ita inquit? Si enim iudiciū de prophetia ceteris permittit, ergo non est ipsa sibi factis? Est illa quidē maxime: neq; enim prophetam sic cōpescit vt linguis loquētē, si desit interpretes: neque quēadmodū de hoc, si interpretes desit, inquit, sileto: sic de propheta etiam, si desit qui iudicet, sileto dixit: sed auditorē tātum muniuit. totū enim hoc ad euidentiam auditorū disputauit, ne quis interea ariolus admisceretur, quod a principio curari iussit; vbi pphetiae vaticiniq; discrimē induxit, quod nūc quoque; discer ni iubet, ne quis diabolicus praceptor ingrederetur: Porro

Dani. 2. f. psalmos facere.

vt cum dicebat. Sup. 10. f

Sup. 7. 4

si tamen voluerit. Sup. 11. g

Porro

Porro si alij fuerit reuelatum asidēti, taceat prior: potestis enim singulatim omnes prophetare, ut omnes discant, consolationē accipiant omnes. Quid sibi vult dictū? si te prophetate, te loquēte, inquit, spiritus aliū excitari, sile deinceps. Nā quod de linguis praecepit, praecepit hic etiam, ut singulatim scilicet dicat, sed si alij fuerit reuelatum. Quod enim illū dicere, hoc cōcitato attineret? vtroque, inquit, oportet: sed absurdū & confusionē parit. ergo priorē: atqui & hoc absurdū, idcirco enim hoc loquente spiritus illum excitauit, vt aliquid afferret. Hinc quoniam illos cōpescuit, vt etiam consolaretur. *Potestis, inquit, musquisque prophetare, ut omnes discant, ut consolationē accipiant omnes.* Vides causam cuius gratia omnia facit? si linguis enim loquentē vniuersum loqui vetat, si desit interpres, quia sit inutile scilicet, [vnde simile est] & prophetiā, quoties illud quod ius sit nō habet, sed cōfusionē parit potius & turbā, & tumultū importunū [cohibiturū fuisse.] Et spiritus prophetarum prophetis subiciuntur. Vide quā vehementer, & quā religiose hortetur: ne quis eū cōtēdat, aut seditionē moueat, donū ipsū subiectum esse debere docet: spiritū eū, vim ipsam vocat. Si spiritus porro subicitur, magis te qui habes, reluctari tolerabile nō est. Deinde sic etiam deo placere monet: *Non enim confusionis, inquit, auctor deus est, sed pacis, id quod in omnibus sanctorū ecclesiis inculco.* En quātis illū cōpescit, hortaturque; vt concedere alteri velit? primum neminem si fiat prohiberi: prophetare enim ad vnū, inquit, omnibus licet. Deinde etiā spiritui placere: spiritus eū prophetari prophetis, inquit, sunt subiecti. Ad hanc ex sententiā istuc sic fieri dei: neque enim seditionis inquit, auctor deus est, sed pacis. Postremum quia vbi que terrarū ista lex regnet, neque quicquam nouum ipsis praeceptum: sic enim in omnibus, inquit, ecclesiis ago. Quid igitur magis sit hisce reb? obstupescēdū? profecto enim cōlū ecclesia tū fuit, spiritu cūcta administrāte, cūcta ecclesie capita moderāte, afflatu suo vnūquenque corripiēte. Nunc vero vestigia tantum rerū illarum tenemus, duo loquimur aut tres, & seorsim quidē, & altero silēte incipit alter: verū hanc signa tantū sunt, & monumēta rerum. Vbi igitur nos cōepimus loqui, cum spiritu tuo, plebs respondet: ita quondam scilicet locutos significare volens, nempe non sapientia propria, sed spiritu dei instinctos. Neque nūc quod me attinet, interea dico. Sed videtur ecclesia hodie, mulieri quā mansuetudine veteri exciderit similis, quā que symbola tātum foelicitatis illius referat quādā, arca & scrinia rerum preciosissimarum adhuc seruās, thesauri destituta, huic similis ecclesia hodie videtur. Neque de donis hoc dico: neque enim referebat admodū si illis solis carerem? sed de vita, de virtute. Viduarū multitudo, virginū chorus, ecclesie totius ornamentū quondā, euanuit nūc, nūc nihil est prorsus, symbola extāt quādā: sunt enim & nunc viduæ, sunt virgines, sed ornamento isto carēt, quo indutos esse genus hoc certaminis ingressos oportet. Nā hoc tum praeclarū virginū insigne fuit, diuina cogitare sola, & foelix quādā sedulitas omnistristitia vacās, & viduæ non tantū hoc argumentum fuit, secundis nuptiis nō cōglutinari, quā cetera illa, hospitalitas, studiū in pauperes, cōstantia precum, & reliqua omnia, quae Paulus ad Timotheū scribēs, planē requirit. Iam quae nuptae sunt hodie, magnam venustatem ostēdunt quidē, atqui non est hoc quod quæritur solum, studio in miseris diligenti est opus,

†merito.

†quiescere iubet.

1. Tim. 5.

quo praesertim matronae veteres splendebant, nō eō modo quo nostrae. Ille auri loco, misericordie officis velut mūdo quodā vestiebatur: nostrae, relictis his, ē vitiorū catena funiculis aureis implexis, vndique cinguntur. Scripiū aliud paterni thesauri exinanitū hodie, dicā. Quōdam psallebāt in vnū omnes, facimus & nos: sed tum vna omnium mēs, cor omnium vnū fuit: hodie ne vna quidē in mente concordiam vllam reperias, sed bellis vndique omnia feruēt. Pacem & nūc episcopus, velut paternā domum ingressus omnibus optat, sed pacis eius nomen frequens quidem extat, res prorsus nulla. Tum etiam domus ecclesiae erant, nūc vero ecclesia domus, imō domo qualibet profana magis. nā in domo quidem ordo seruari solet. Hera thronū occupat, omni cum venustate, famulę tacitae sedētes texūt, familiarū quisque quod imperatū est in manibus habet: hic verō magnus tumultus, magna cōfusio, nihilque a caupona differūt nostra, tanta turba, tantus risus quātus in balneis, quātus in foro, clamantibus, tumultuātibus omnibus, atque hanc quidē in vrbē nostra solū. Nā alibi ne amicū quidē, in quē post longū tempus incidisti, cōpellare licet, sed foris ista fiunt, & recte quidē: neque enim tōstrina, aut vnguentaria taberna ecclesia est, aut officina forensis: sed locus angelorū, locus archangelorū, regia caeli, caeli ipsum. Quemadmodū igitur si caeli quispiam in angustum redactū illuc inducat, etiam si patrem, etiam si fratrem videas, tamē prae stupore nō alloquere: sic neque hic aliud quicquam quā sancta sonare decet. Nam & hic caelum dubitas? mensam istam vide, cuius gratia cōstituta sit, & quapropter: cogita quis hic sit progressurus, ante progressum certe horrebis. Nā & thronū modo regis vidēs, animo cōsurgit quisquis egressum regis expectat. & tu igitur, ante illud horrēdum tēpus animo tremisce, animo cōmoueare, prius quā vela reducta, & chorū angelorū progressum vides, in ipsum vltro caelum ascende. Sed ista profanus ignorat: alia igitur producemus. Neque enim nobis desunt, quibus excitari & ad subuolandum impelli huc quisque possit. Tu igitur qui hanc ignoras, vbi prophetā ita dicentē audis, Hanc dicit dñs, migrato terra, caeli tu quoque ascēde, cogita quis sit qui per illū tibi loquatur. Atqui histrione risum excitāte, aut muliere turpiter in omnium conspectū se prostituente, theatrum totum summo cum silentio sedet auscultās, atque hoc quidē silentiū nemine imperāte, & nec strepitus, nec clamor, nec rumor, ne minimus quidē existit. Domino vero caelitus de tā stupefēdis reb? nobiscū loquēte, canibus impudētiores sumus, scortis reuerentiā plus quā deo exhibemus. Inhorrescitis, cum ista auditis, quin magis adeo facientes horrescite. Quod de pauperū contēptoribus Paulus seorsimque edentibus, domos non habetis? ecclesias contēnitis, ceteros pudore afficitis, inquit. Idē mihi cū his quoque qui hic tumultuādo, clamādo, omnia cōplēt, expostulare permittetis. Quid enim domos ad nugandū non habetis? ecclesiam dei cōtemnitis: si quis est qui modestus, qui tacitus esse velit, corrūpitis? Atqui iucundū colloqui cū familiari. Esto sanē, non veto, sed domi, sed foris, sed in balneis fiat. Ecclesia enim non disceptādi, sed discēdi locus est. Nūc autem foro nil differt: & si nō sit temerariū dictū, fortasse nec scena ipsa: adeo prostituta scortis petulātius, quae huc mulieres congregantur, sese comunt, & sine dubio non paucos etiā hic sollicitāt homines intemperatos. Si quis

† dei.

Sup. 11. c.

quis corrūpere matronā conatur: locū hūc maxime idoneū putat. Emere quid aut mercari lubet, magis idonea ecclesia est quā forum. Sæpius enim de his rebus hic quā in ipsis officinis loquūtur. Dicere male, audire mala vis, etiā hoc frequentius hic quā foris. Ciuiliū domesticorum negociorum sermonē quæris, nō est cur ad iudicium accedas, in schola sed eas medicorū: sunt enim hic, hic sunt, qui accuratius adeo etiam ista tibi exponāt: omnia denique facilius hic quā ecclesiā deprehendas. Nimis forsā acerbe vos reprehendo, at nō puto. Nam si facere quae facitis, pergetis, vnde nosse licet qui ista vos tangant? ergo necesse est eadē notare sæpe. Hanc igitur tolerari? hanc perferri possunt? Imō secemus, vellamus quotidie, si quid vtile discēdo meliores abeat: hinc enim vt nūc quidē res sunt, nemo cū lucro, cū detrimēto omnes abitis, vt qui in iudiciū cōuolatis, excusationem peccati nullā habetis. Si quid hic frugis bonae est, magis vestris quibus omnibus vndique obturbatis exploditur: magna pars, nō audio quae praelegatur, quae dicuntur nō satis percipio, inquit. Mirum vero tumultuaris, vociferaris, mēte cōposita nō accedis, & nō percipio quae dicatur, inquit. Aduertere igitur ob hoc ipsum oportebat: si enim cū quid obscurius dicitur, nō excitaris: sine dubio cū plana dicuntur, praeterlaberis. Idcirco enim, vt ne studiū remitteres, perspicue non omnia dicuntur: nec imperpicue omnia, ne animum despōderes. Nihil horū quicquā Eunuchus ille & barbarus praeterebat, sed tāta negotiorū turba vallatus, etiā in via existēs, librum in manibus habet tamē, legitque, quanquā non satis quae legeret, intelligebat: tu cui tantū praceptorū suppetit, qui tot anagnostas habes, praetextū & excusationes quæris, quae dicuntur non percipis. Quintagis igitur, vt percipias aliquando? Imō fieri ne si velis quidem potest vt omnia ignores, sua sponte multa clara sunt & perspicua. Iam vero si ignoras oīa, silere magis oportet. Primum ne obstes aliis, deinde vt pudore & taciturnitate tua cōspecta, ignota tibi nota reddat deus. Sed silere nō potes? exi igitur, ne aliis obstes. Vnā in ecclesia velut vnus corporis esse vocē oportet: semper itaque qui praeregat, loquitur solus: & ipse qui episcopatū tenet, sedet, interim silēs: & qui psallit, psallit solus, & vbi omnes succinuerūt, velut vno ex ore vox defertur: & qui verba populo facit, facit solus. Quod si multi multa & diuersa inculcēt, quid nos tumultuamur frustra? certe enim nisi me de tantis rebus temere frustra quae loquētē crederetis, nūquā de inutilibus & friuolis vos hic tantū effutiretis. Estque nō in vita modo, sed in ipsis rebus aestimandis, magna vbi que vobis peruerfitas: nō necessariis inhiatis, veritatē abiicitis, vmbrae & somnia sunt, quae sunt omnia, vmbraeque; viliora, priusquam sunt auolant, priusquam auolat ingentē turbā cient, voluptate maiorem. Inexhaustas opes defodias licet, veniente nocte nudo tibi migrandū hinc erit, & recte quidē. Nam qui somno ditekūt, postquā euigilarūt, nihilo magis quae habere videbantur, habent. Par diuitum ratio, imō deterior. Nam qui per somnū ditekūt, vt opibus quibus videbatur nō potitur, sic malis tamen surgens caret: diues vero vt pecunia caret, sic vitiis quae opes comitatur plenus abit. Et opulētus mala quae secū opes ferūt imaginatus, ea nō imaginatione quadā iam, sed reuera experitur. Rursum in somnis voluptas quaedam est, hic autem voluptatem, si qua

Act. 8. c.

† precaris.

est, poena sequitur, non in somnis, sed quā perentifcas: quin ante poenā illam etiam hic dum conuertit opes, extremā quandam poenā pendit, mille perturbationibus, curis, accusationibus, conuictis, tumultibus, turbisque afflicto. Vt igitur & in somniis istis & malis veris liberemur, pro auaritia misericordiā amplectemur, pro rapina humanitatem: sic praesentibus futurisque bonis potiemur, quae vt omnibus nobis contingant, gratia faxit & benignitas Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia XXXVII.

**M**ulieres vestrae in ecclesiis silēat: nec enim permissum est illis vt loquantur, sed vt subditae sint, quē admodum & lex dicit. Postquam tumultum, quem linguae & prophetiae ambitio pepererat, cōposuit, & vt ne cōfusio fieret, lege sancit, singulos modo loqui: prophetantem vero suscipiente altero, silere etiam iubens: iam deinceps ordine strepitum muliebrem pergit emēdare, intempestiuam earum libertatem excindendo, & recte quidem. Nam si donis praeditos & spiritu instinctos loqui quomodo cunq; & quotiescunq; volunt, non sinit: multo minus has temere frustra quae nugari patietur. Magna itaque cum authoritate, nugas illarum cōpescit, legēque adducta munitus, sic ipsis ora consuit: nō monet enim solum consultiue, sed vehementer etiā imperat, veteri lege ad hoc recitata. Nam cū dixisset, mulieres silēat, quibus nō loqui, sed subiectis esse licet, statim quemadmodū lex iubet, inquit. Vbi igitur iubet lex? Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Vides quo testimonio vtatur? quod nō silere modo, sed silere cum formidine iubet, & tāta quidē, quāta seruā decet. Itaque cum loqui permissum esse negat, nō statim silere, sed quod multo amplius est, subiectas esse iubet. Quod si viris, quāto magis praceptoribus, patribus, ecclesiae cōtū cōmuni? Si porro nihil loquentur, nihil rogabunt, inquit, quod tandem pertinet adesse? Vt audiāt quae oportet, quae dubitēt domi ex viris suis discāt. Vnde subiungit: Si quid discere volunt, domi viros suos rogent. Non solū enim loqui non permittitur, inquit, sed ne interrogare quidē in cōtū: quod si interrogare nō licet, multo minus loqui. Et quid tandē sibi tam graue praecipit vult, inquit? Sine dubio imbecillius quiddā esse mulierē, instabili? & leue: itaque viros earū cōstituit praepceptores, vtriusque vtilitate secutus, quod efficere illas quidē irreprehensibiles velit, hos autem intentiores, tanquā qui quod audiant, magna cū diligētia sint apud vxores suas deposituri. Deinde cum superbituras esse, si publice loquēdi facultas traderetur, putaret, in cōtrariū orationē vertit, Turpe, inquiens, est loqui in cōtū mulieres: primū quidem hoc lege diuina cōfirmās, deinde ratione cōmuni & cōsuetudine: quemadmodum cum de cōma differeret, non ipsa natura vos, inquit, mouet? quae quidē ipsius morem vbi que deprehendas, non a diuinis modo, sed & a cōmuni cōsuetudine, ab his itē quae omnibus videntur, & vbi que sunt impressa suadentē, quod & hic fecit. Num a vobis sermo dei profectus est, aut num, inquit, in vos incidit solus? Ceteras etiā ecclesias legē hanc seruare docēs, simul turbā nouitatis studio datā, reflexens, & calculo multorū orationē probabilē reddēs. Vnde alibi, qui vobis in memoriam reducet, inquit, vias meas quae sunt in Christo, id quod per omnem vbi que ecclesiā docemus. Et rursum: Nō enim cōfusio nis auctor deus est, sed pacis, vt in omnibus congregationibus

† ad viri tuū cōmē sio tua. Gen. 3. c.

Sup. 11. c.

ibid. 4. d.

Hic sup. f.



gationibus sanctorum &c. Et hic: Numquid a vobis sermo dei profectus est, aut in vos incidit solos? hoc est, nec primi vos, nec soli fideles estis, sed orbis vniuersus: quod & Colossensibus scribit: quemadmodum in toto mundo fructificat, inquit, augeturque: de euangelio loquens. Facit idem aliter etiam, nepe quod auditores impellat, ut cum inquit, ipsorum prima esse & omnibus nota. **† N. Thef. salonicensis scribens. 1. Thef. 1. c. Rom. 1. a**

**† Et Theffalonicensibus:** a vobis enim verbum domini infonuit, inquit, & in omni loco fides vestra, quae est in deum, dimanauit. Et Romanis item, quod fides vestra annuntiatur, inquit, in toto mundo, vtraque enim res, ab aliis laudari, & sententia suae participes alios habere, ad permouendum, excitandumque plurimum valet. A vobis igitur sermo dei profectus est? inquit, aut in vos incidit solos? haud enim istuc a vobis, inquit, dici potest, cum praecipros nos simus aliorum, discere ab aliis non decere, aut quod fidei negotium hic constitit solum, aliorumque exempla recipi non possint. Vides a quot rebus suadet? legem produxit, esse turpe monstrauit. Ecclesias caeteras obiecit, postremo quod validissimum est, per me ista deo sic ordinavit, inquit: *Si quis propheta esse aut spiritualis videtur: agnoscat quae vobis scribo, inquit, quod domini sint praecipra. Si quis porro ignorat, ignoret. Qui istuc induxit: nec cogere, nec contedere se monstrans, quod non sua constituere voluerit, sed aliorum comoda quaerentis est argumentum.* Vnde alibi, si quis contentiosus esse videtur, nobis ea consuetudo non est. Hoc autem non vbi que facit, sed quoties non magna peccata sunt, magis tum scilicet hortatur quae reprehendat, in caeteris non item, sed quomodo? ne erretis, inquit, nec adulteri, nec molles regnum dei possidebunt. Item, ecce ego Paulus edico vobis, si circūcidimini, Christus nihil vobis prodest: hic autem cum esset de filido sermo, rem non vehementer vrget, tanto magis ipsos impellens. Deinde, quod vbi que solet, ad institutum vnde digressus est, rediens: *Itaque fratres, inquit, huc enitami, ut prophetetis, & linguis loqui ne vetueritis.* Consuevit enim, non quod propositum est officere solum, sed si quid coniunctum alteri quomodocumque videtur perstringere, & istuc vnde digressus est redire, ne excidisse argumentum videatur: ut cum de concordia disputat cenae, in mysteriorum communicatione egressus, & hinc rursus ad argumentum reuersus, itaque in vnum conuenientes inuicem vos expectetis, inquit. Et hic de moderatione donorum loquens, & nec dolendum propter inferiora, nec exultandum esse propter maiora docens, in muliebri decorum egressus ad institutum redit. Fratres, inquiens, enitami ut prophetetis, & linguis loqui ne vetueritis. Vides quae constantiter ad finem vsque; discrimen seruet: illud prorsus necessarium esse ostendens, hoc non item. Itaque de illa conemini, de hoc ne vetueritis, inquit. Hinc velut summa quadam omnia corrigendo, *Decenter, inquit, & ordine omnia fiant.* Eos qui temere & furiosorum more, ordinem omnem perturbabant taxas, quando nihil eque adificat, ut moderatio, ut pax, ut charitas, tantum sane quantum illorum contraria dispergunt: atque istuc videre non in spiritualibus modo, sed in rebus caeteris omnibus licet, in choro, in nauis, in curru, in exercitu, si ordinem turbes praestantiora loco moues, substituas deteriora, omnia perdis, sursum deorsum omnia misces: age igitur ne ordinem turbemus, neque deorsum caput, pedes sursum vertamus, quod tunc fit fratres, cum ratione proculcata, affectus, furor, iram, voluptatem in imperium accimus, vnde ingens tempestas, ingens oboritur turbo, intolerandi fluctus, rebus omnibus decessimis te-

Colof. 1. a  
† N. Thef. salonicensis scribens. 1. Thef. 1. c. Rom. 1. a

Supr. 11. c

Ibid. 6. b Galat. 5. a

Supr. 11. d

nebris inuolutis: & si lubet negotij eius deformitate primam, mox etiam incommoda dispiciamus: & ut res perspicua sit, hominem his moribus praeditum in medium constituamus meretrici addictum, cupiditate absurda captiuum: spectaculum risu dignum videbis. Quid enim turpius, quam ad ostium meretriciae domus haerere catillante, pugnis a scorto contundi, flere, lugere, seipsum deturpare? Vis & poenam videre? cogita pecuniarum sumptus, periculum saepe extremum, cum corruualibus bellum, vulnera, plagas ex hoc praelio quaeritas. Huiusmodi sunt etiam, quos auaritia obnoxios tenet. Immo turpiores: nam hi circa vnum corpus, auari circa omnium possessiones, diuitum, pauperum, ex aequo sunt occupati, rerumque quae nusquam sunt, studio tenentur, quae res absurdum esse malum vel maxime declarat. Neque enim huius illiusve possessiones habere, sed domos, mores, omnia aurum esse vellit: in alterum transeunt orbem, in immensum excurrunt, cupiditatis sine non habent. Nam quae dicendi vis cogitationum illarum tempestatem, procellas, noctem referre potest? Vbi porro fluctuum tantum, tantum hyemis, quae voluptas superesse potest? nulla prorsus, nulla: sed tumultus, sed dolor, sed densa nubes, pro aquis immensam saeculi acerbitatem ferentes. Hoc omnibus alienae formae insidiaribus, aliena concupiscentibus accedere solet. Vnde qui prorsus non amat, voluptate longe maxima fruuntur, neque negari potest. Adde etiam illud, eum qui amat, sed continet se tamem, imperitatque sibi, voluptatis plus percepturum, quam qui in ipsis voluptatibus meretriciis assidue volutatur. Difficile fortasse monstratu sit, tamem conandum: difficile dico, non ex ipsa rei natura, sed ob auditores ad philosophandum parum instructos. Age igitur, dic mihi, amator vtrum iucundius est, despiciere, an in precio apud amata esse? satis hoc constat. Vtrum igitur dic mihi, reuerbitur adultera magis, seruumne & in potestate iam redactum, an eum qui retibus huius sublimior est, altius huius sagittis volat? Constat & hoc. Pergamus porro: in vtrum igitur studij plus locabitur constitutumne, an qui nondum est constitutus? vter gratiosior erit, inclusuline, an nunquam dum captus? dubitatis? vestro consensu rem monstrabimus. Quam mulierem magis amas tu, an quae statim dedat submittatque se, an quae neget, & negotium tibi exhibeat? Hac scilicet magis. Nam desiderium sic accenditur tandem. Idipsum accidit in muliere: suspiciunt enim & honorant eum magis qui se despicit. Quod si hoc est verum, erit & illud. Nepe voluptatis plus percepturum, qui diligitur magis. Sic imperator vrbem quam semel cepit, negligit: reluctante & contendere audere, obsidet cum magno studio. Venator item fera cicurem inclusam tenebris: sic quemadmodum amator meretrix seruat: fugiente vero sectatur. Sed ille voluptate fruuntur, inquit: hic non fruuntur. At vero non deturpari, non seruire velut mancipium, non duci, non caedi, non circumduci, non conspui, non in caput praecipitari: parua, dic mihi, voluptatem esse putas? Certe si reputari satis, & in vnum colligi contumeliae omnes possent, crimina omnia, rixae assiduae, quae partim ex ingenio muliebri, partim ex ipsa voluptate nascuntur, inimicitiae & caetera omnia, quae nisi qui patiuntur, satis nemo nouit: quoduis bellum inducias plures habere comperiet, quam miserrimam hanc vitam. Quam igitur tu voluptatem ex hac re narras? tumultuariam & breuem, & quam mox occupat bellum, fluctus, furor, insania. Atque haec quidem idcirco vobis dico, ut iuuenes intemperantes, quibus cum agitis, interpellatis: hos inquam, qui de caelo, de inferis

† ac simile quid istis euenit quale si strenuus quispiam equum festinum, insannum, calcitrosum freno retineat, & arte omni adhibita contineat: alter vero quo laborem istum fugiat, omnia concepens ab illo abreptus in omnes partes praecipit feratur.

† quod si cuberis, tristitiam quidem videtis.

† quae peris.

inferis disputationem non admodum ferant, quod si ferant, etiam haec in medium afferre licet: dici quanta continentium hominum voluptas sit non posse, ut qui coronam sibi ipsis concinent, & praemia, consuetudinemque angelorum, & toto orbe terrarum praekonium, libertatem, spem certam & immortalem. Sed concubitus voluptatis quiddam, inquit, habet. (nam hoc est quod assidue versant) continens autem voluptatem habere ne potest quidem, bellum cum naturae tyrannide sine intermissione gerens. Immo contra res est. Violentia namque & turba penes impuros est maior tumultus ingens, & qualiter tempestate sauior: sic ille habet, ut nunquam ad cupiditatis congressum consistat, victus assidue cadat, quemadmodum daemniaci malignis spiritibus agitati. Continens autem ille praelio victor, hanc assidue prosternit, nobilissima & infinites praestantiore voluptate potitur, simul ipsa victoria, & conscientia bona, & splendidissimis trophaeis perpetuo fulgens. Quod si voluptuarius ille, congressu paulisper a malis suis respirat, nihil istud est, momento tempestas redit, momento fluctus. Continens vero iam a principio, turbam locum non facit, surgere pelagus, sequere bellum non sinet. Quod si dum impetum sustinet, patitur tum quiddam, quid tum postea? cum ille assidue faucietur, agitetur, castrum ferre non potens: ita plane, ut si equo fero, insano, calcitroso, quem freno & arte omni aduocata retinere non possit, dum molestiam euadere vult concedat, vincit abripitur & praecipit in omnes partes.] Haec quae manifestius paulo disputata nobis sunt, nemo criminetur: neque enim orationis grauitate conspici studemus, sed graues eos qui audiant effugere: certe nec prophetae sibi ab hoc genere verborum temperarunt, quoties excindere Iudaicam intemperantiam studet, & clarius ista quam nos tangunt. Nam & medicus putredinem euicere volens, qui mundas manus seruet non curat, sed qui egrum sanat: & qui deiectum releuare vult, deiecit se prius. Qui maculare insidiatorem suum festinat, sanguine se illius conspergit. Immo hoc est quod victoria plenior reddit. Nam neque praelio reuersum ducem, si sanie, si cruore, si cerebro conspersum inquinatumque; cernamus, ob hoc odimus auersamurve, sed tollimus: istuc nos quoque faciamus, si quae cupiditate macata, sanguinolentum redire videmus, admiremur, socios nos pugnae adiugamus, intemperantes rogemus, fructum nobis aliquem voluptatis suae monstrant. Nam continens ille ex victoria certum reportauit, tu vero nullum. Sed illam a congressu voluptatem profertis: atqui clarior, solidior haec est. E congressu breue quiddam & momentaneum habes: ille rerum gestarum conscientia maiorem, constantiorem, suauiore. Quid enim mulieris congressus: num quemadmodum philosophia mentem imperturbatam & sublimiore reddere potest? Hic igitur quemadmodum dixi, clare nobis sic voluptatem monstrat: in te, cum ob repulsam tristitia multum sit, voluptatem, ut maxime velim, inuenio nullam. Nam quod mihi voluptatis illius tuae constitues tempus? Illudne ante rem? insania est & mentis abscessus: detes enim collidere, stupere, non est credo voluptatis, quae si voluptatis illa sunt, nunquam facere te, quae dolentes faciunt, cogat: pugiles & qui caeduntur, detibus fremunt: idem mulieres dolentes faciunt, & laboribus diuulsae: non est itaque voluptas, sed alienatio mentis, tumultus, perturbatio. At tempus quod insequitur, dices: Non potes. Numquid enim parturientes voluptatem sentit? minimem, sed a do-

loribus liberatur: quae vti que voluptas non est, sed imbecillitas, & dissolutio, inter quae quantum interfit, vides. Quodnam igitur voluptatis tuae fuerit tempus, nullum certe: aut si est, ita breue est, ut deprehendi non possit: quod etiam si summo conatu retinere velis, non potes. Aliud est sobriae voluptatis tempus latum, & omnibus notum. Immo vero vita vniuersa bene sibi conscijs viri, dum coronatur, dum fluctibus est tranquillus, dum nullo quoquoersus impeditur tumultu, voluptate peragitur quadam. Si igitur hic quidem in voluptate, voluptuarius autem in tristitia & perturbationibus agit, intemperantiam fratres fugiamus, continentiam quaeramus, ut futura etiam bona consequamur, quae ut omnibus nobis contingant, gratia faxit & charitas domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula, Amen.

Homilia xxxviii.

**Notum vobis facio fratres euangelium, quod euangelizauit Cap. xv.** vobis, quod & accepistis, in quo & stas, per quod & salutem consequimini, quo pacto annunciam vobis. Explicato seorsim de spiritualibus tractatu, ad eam quae omnium maxime necessaria est, resurrectionis disputationem sese conuertit. Nam & hic vehementer laborabat. Et quemadmodum in corporibus postquam ad praecipua morbus, neruos dico, venas & elementa prima peruasit, immedicabilis iam est, nisi summa cura tractetur: ita hic quoque ne fieret, periculum erat: ad ipsa enim impietatis elementa malum hoc vergere coepit: magno igitur studio vsus est Paulus. Neque enim de vita iam controuersia est, aut quae adulter ille, ille auarus sit, alius caput habeat velatum, sed de ipsa bonorum summa. Nam de resurrectione dissentiebant. In qua cum vniuersa fidei nostrae spes sita sit, ad oppugnamdam eam magno se studio satan comparauit. Et nunc omnino non esse, modo praeteriisse, contendit: quod quidem tam peruerum dogma Timotheo scribens, gangranam Paulus vocauit, auctoritateque reos peragit: quorum, inquit, de numero est Hymeneus & Philetus, qui circa veritatem aberrarunt, dicentes, resurrectionem iam esse factam, & subuertunt quorundam fidem. Nunc igitur hoc dicebat: nunc vero, non resurgere prorsum corpus, sed mentis repurgationem, resurrectionem esse. Haec igitur ut inculcareretur vulgo, malignus ille satan fecit: non resurrectionem solum, sed quae pro nobis Christi beneficia sunt, semel euertere omnia, & fabulam esse, monstrare volens. Nam si nostrorum corporum resurrectionem nullam esse peruasisset, mox etiam Christum subuertisset ipsum. Progressus enim nec adfuisse Christum, nec quicquam pro nobis fecisse contenderet. Haec huius vafricies est: vnde insidias Paulus vocat, quod non recta causam aggrediat, sed ne scilicet tuat, sed larua inducta, & persona sumpta alia, aliud interim struit. Et velut hostis aut maleficus vrbem mœniaque inuadens, cuniculos agit fallens, quod & obseruatu difficilius sit, & efficere quae vult facilius possit. Hinc huius laqueos sagaciter vestigans, & malignas insidias ut ille mirandus deprehendens, Huius, inquit, consilia non ignoramus. Nam & hic dolum totum prodit, machinas omnes patefacit, & quid in vniuersum conetur, in medium summa cura producit. Hoc caput est reliquorum summum necessarium, caetera nostra continens omnia. Itaque hic mihi Pauli solertiam vide. Nam domesticis suisque prium munitis, hinc iam ad alios orationem vertit, & eos qui extra sunt, compefcit. Munit autem suos quidem, non rationibus, sed gestis iam rebus, & ab ipsis iam dudum

† pietatis.

2. Tim. 6

† ne manifestari.

2. Cor. 2.

iam dudum recepris, persuasusque, quod quidem suaden-  
 di, retinendi; vim præcipuam habet, ut si repugnaturi  
 sint, iam non Paulo, sed sibi ipsis repugnent: quod nil  
 aliud fuit, quam seipsum accusare velle, & quæ cœpta se-  
 mel positaque erant deicere. Hinc igitur orditur, in-  
 nuens nullis aliis sibi testibus esse opus, qui se verum  
 dicere probent, quam illis ipsis, qui sunt decepti. Ut autem  
 quod dico manifestius fiat, verba iam ipsa audiamus.  
*Natum*, inquit, *vobis facio fratres euangelium quod euangeli-  
 zavi vobis.* Vide qua æquitate orditur, vides ut à prin-  
 cipio nil novi, nil alieni inducturum se mōstret: nā qui  
 quod cognitum iam est notum facit, nihil aliud, quam quod  
 in obliuione venerat, in memoriā reducit: fratres ve-  
 rō vocans non paruū etiā hinc adiumentum causæ  
 præbet. Nam fratres non aliunde quam à carnis Christi  
 dispensatione sumus: sic igitur hos vocat, concilians  
 interim captantibus, simul innumerabilium beneficiorum  
 admonens. Pertinet eodē quod sequitur, cum  
 euangelium inquit, cuius quidem hoc est caput, hoc  
 summum, ut deum hominem factum crucifixum vitæ  
 redditum sciamus. Hoc Gabriel virgini, hoc orbi ter-  
 rarum prophetæ & apostoli omnes annunciarunt.  
*Quod euangelizavi vobis*, inquit, *et quod accepistis, in quo sta-  
 tis, per quod saluati estis, quo pacto annunciarim vobis, si tene-  
 ris, nisi frustra credidistis.* Vides ut ipsos testes aduocet  
 dictorum & non quod audiistis, sed quod suscepistis,  
 inquit, velut depositum quoddam reposcens, ostendensque  
 non verbis, sed re, sed signis, sed miraculis receptum, &  
 quod teneant prorsus. Deinde quia vetera commem-  
 orat, etiā præsentem rerum statum adducit. *In quo  
 statis*, inquit. Ita præoccupas, ut si maximè velint, ne-  
 gare non possint. Vnde etiā principio, non doceo, sed  
 facio notum, inquit, quod clarum iam est. Et quo pacto  
 fluctuantes stare dicit: ignorantia pro causâ vtili-  
 tate fingit, quod etiam in Galatis fecit, quāquā ratione  
 diuersa. Nam cum istuc dissimulare non posset, paulo  
 secus orationē adornauit. Confido, inquit, de vobis  
 in domino, aliud nihil vos sensuros: non inquit, aliud  
 nihil sensitis, quando confessum notumque crimen er-  
 rat: sed futurum, licet ignotum esset quod magis eos at-  
 traheret, promittit. Hic autem ignorare se fingens, in  
 quo statis, inquit. mox lucrum, in quo saluamini, quo  
 pacto annunciarim vobis, inquit: quasi ad perspicui-  
 tatem doctrinæ nunc pertineat & interpretationem:  
 discere dogma necesse, inquit, non est, sed in memo-  
 riam reuocare, sed restaurare. Hæc porro sic dicit, cō-  
 fundere semel vniuersos non volens. Quid autem vult,  
 quod dicit, quo pacto annunciarim vobis? quo pacto  
 resurrectionē fieri docuerim, inquit: Nam quod resurre-  
 ctio quidem ipsa sit, aio vos dubitare non posse, fortas-  
 se autem nosse manifestius vultis: dicā sanè. Nam dog-  
 ma quidem habere vos satis scio. Deinde cum, in quo  
 statis, dixisset: ne remissiores faceret, sic rursus terret:  
*Si tenetis*, inquit, *nisi frustra credidistis.* Circa iugulum vul-  
 nus, & non de re friuola certamē, sed de summa fidei  
 esse ostendens: & hoc lenius nunc quidem, progressu  
 verò postquā incaluit, nudo deinceps capite clamās,  
 Si Christus inquit, suscitatus non est, inane videlicet  
 est præconium nostrum, inanis vestra fides, & in pecca-  
 tis adhuc estis. Principio verò placidè sensimque, quod  
 vtilius esse videbatur: incedit. Tradidi enim vobis in pri-  
 mis, quod & acceperam. Ne hic quidem dixit, docui, sed  
 eadem voce vsus tradidi, inquit, quod & accepi: nec  
 se didicisse, sed accepisse testatur: duo confirmans, &  
 quod obtrudere sua in euangelij negotio fas non sit, & quod

rerum ipsarum certitudine non verbis nudis fuerunt  
 instituti, quod paulo post probat, omnia Christo ac-  
 cepta ferens, nullumque dogmatum suorum humanum  
 esse docens. Quid est autem, quod tradidi in primis,  
 inquit? iam à principio scilicet, non nunc: & hoc eodē  
 pertinet, ut tertiā spiritum in testimoniū vocet, & quod  
 extremæ dementiæ sit, tam longo tempore persuasos,  
 nunc tandem mutari. Præterea cum necessariū planè  
 dogma sit, inter prima præcipuamque, & ab ipso statim  
 principio traditū esse. Et quid tandem tradidisti? Dic  
 quæso. Non ostendit hoc statim, sed prius quod acce-  
 pit. Quid igitur accepisti? *Quod Christus mortuus pro pec-  
 catis nostris sit.* Non illico resurrectionē corporum esse  
 dicit, sed hoc ipsum confirmat, longius ratione peti-  
 ta, quod Christus mortuus sit, inquit: ingēs fundamentū,  
 basim solidam præstruens resurrectioni. Non solum  
 enim mortuus est, sed pro peccatis, inquit, est nostris  
 mortuus. Operæ precium hic sit eos qui Manichæo  
 morbo laborant, veritatis hostes & propriæ salutis  
 insidiatores audire quid dicant. Quid dicunt igitur?  
 Mortē hic nihil aliud significare Paulo, quam in peccatis  
 esse: resurrectionē verò, peccatis liberari. Vides ut nil  
 sit errore magis imbecillū, vides ut suis ipsis alis im-  
 plicatur. Nec oppugnatione aliunde est opus, transi-  
 git ipse sese. Vide igitur qui suis se telis transfixerunt.  
 Nam si hoc mors est, & Christus secundum vos cor-  
 pus non accepit, mortuus est autem, in peccato igitur  
 secundum vos fuit. Nam ego corpus accepisse dico,  
 & mortem carnis esse similiter dico. Ergo si hæc infi-  
 ciaris, illud cōcedas oportet: quod si in peccato fuit,  
 quoniam pacto dicit, *Quis [ex vobis] de peccato me  
 arguere potest?* Item, Princeps mundi huius venit, &  
 in me non finuenit] quicquā. & rursus, Ita nos de-  
 cet vniuersam iustitiā implere. Qui vero omnino pro  
 peccatis mortuus est, si in peccato fuit? nā pro pecca-  
 toribus qui moritur, peccati immunē ipsum esse de-  
 cet. Nam si peccauit ipse, pro alieno peccato qui mo-  
 rietur? quod si pro alienis mortuus est, peccatis ipse  
 liber mortuus est sanè: quod si peccatis liber mortuus  
 est, non est peccati morte (alioqui qui peccato vacet)  
 sed corporis: quod si hæc mortē appetiit, ab eadē cer-  
 tē resurrexit. Vnde non simpliciter mortuum, sed pro  
 peccatis nostris mortuum dixit, etiā inuitos ad corpo-  
 ream Christi mortem recipiendā cogēs, & per hoc,  
 ante mortem etiam, peccatis liberum fuisse probans.  
 Nam qui pro peccatis moritur alienis, liberum ipsum  
 peccato esse cōsequetur. Neque hoc fuit contentus, sed  
 scripturas adiungit, & dignā prorsus fide reddit o-  
 rationem, ostendens quānam de mortē locutus esset.  
 Nam corporis mortē scripturæ pronunciant passim:  
 Foderunt enim manus meas, pedes meos inquit, &  
 Videbunt in quem defæuerūt:] & multa (neque enim  
 nunc omnia referre lubet) huiusmodi partim verba,  
 partim typos, carnis macerationē, & eam quidem pro  
 peccatis factā, significantes, reperias passim. A pecca-  
 tis enim populi mei, inquit, venit in mortē, & dominus  
 seipsum tradidit peccatis, inquit, nostris, & sauciatus  
 est propter peccata nostra, quod si audire vetera gra-  
 uaris, Ioannē audi vtrunque & mortem & mortis cau-  
 sam proclamantē: Ecce enim agnus, inquit, dei, pec-  
 catum mundi tollens. Et Paulus: Qui peccatum, inquit,  
 non nouit, pro nobis peccata fecit, ut iustitia dei fieret  
 in ipso. Et rursus: Redemit nos Christus à maledic-  
 tione legis, inquit, factus maledictus pro nobis  
 ipse.

ipse. Et iterum, Spoliās principatus ac potestates, ostē-  
 tauit palam, triumphans de illis: & mille præterea quæ  
 corporis macerationē factam, & quidem pro peccatis  
 nostris ostendunt. Nam & ipse, Pro vobis, inquit, san-  
 ctifico meipsum: & Princeps huius mundi iam iudica-  
 tus est, ostendens peccato immunem se esse macratū.  
 Et sepultus. Confirmat hoc priora. Nam quod sepeli-  
 tur, corpus prorsus est: hic autem non secundum scriptu-  
 ras dixit, quamquam id potuisset: seu quod sepulchrū tūc,  
 & modò omnibus esset notum: seu quod ad omnia com-  
 muniter pertinet, quod secundum scripturas dicit. Quod  
 si sit, cur excitatum tertia die secundum scripturas in-  
 quit, voce prius posita, & ad cætera cōmuni non con-  
 tētus? Erat enim obscurum plerisque: idcirco secundum  
 scripturas denuò dixit: nec sine diuino instinctu, ut  
 istuc diceret viro in mentē venit. Sed de morte quid?  
 non idem dixit? Quod crux etiā ipsa nota omnibus  
 esset, cernentibus cunctis mortalibus cruci affixus est.  
 Causa verò rei non omnibus est æquè nota, quod mor-  
 tuus esset omnes norant, quod pro peccatis orbis terra-  
 rum, haud ita multi sunt qui norunt. Vnde scripturæ  
 testimoniū adducit: verū hæc satis arbitror per cæte-  
 ra quæ sunt à nobis disputata. Sed vbi nam sepultum  
 esse, tertia die resurrexisset scriptura docet? Per eum  
 quod Ionas gessit tyrum, quæ & ipse citauit. Quemad-  
 modum Ionas in vētre ceti erat, inquit, dies tres, tres  
 noctes. Per rubum in deserto: nam & ille flagrans non  
 conflagrauit: sic corpus illud mortuum est quidem, sed  
 morti subditū perpetuò non mansit. Idem innuit apud  
 Danielē Draco: nam ut ille cibū quem propheta da-  
 bat, simul ac gustauit, crepuit medius: Sic corpore  
 Christi sorpto, tartarus est diffusus, corpore huius vē-  
 trem eius perrupente remeateque. Quod si audire pro  
 typis clara testimonia vis, Esaiam ausculta: quoniam  
 tollitur, inquit, de terra vita eius, & ipsum mundare à  
 plaga dominus vult, monstrareque lucem. & ante hūc  
 Dauidem, Non derelinques, inquit, in inferno animā  
 meam, nec permittes ut interitū videat sanctus tuus.  
 Hinc igitur Paulus ad scripturas nos remittit, ut sci-  
 remus quæ ista non sint temerè facta. Nam qui istuc tot  
 vatibus prædicentibus, præcinentibusque fieri possit,  
 præsertim cū scriptura mortis [diuinæ] memor, nus-  
 quam peccati, corporis verò mortē, sepulchrū, resur-  
 rectionem vbiq; testetur? Et quod visus sit Cephæ. Fide  
 præcipuè dignum testem ponit. Deinde duodecim illis.  
 Postea visus est plus quam quingentis fratribus simul, ex quibus  
 plures manent in hunc vsque diem, quidam autem obdormierunt.  
 Deinde visus est Iacobo, mox apostolis omnibus, postremò verò  
 omnium velut abortiuo visus est & mihi. Scripturæ testi-  
 monio de resurrectione producto, producit etiā tes-  
 tes, post prophetas & scripturas, ipsos apostolos &  
 cæteros pios citās. Quod si de peccati resurrectione  
 loquatur, quod attineat dicere, visus huic est, visus illi  
 est: hæc enim corporis resurrectionem probātis, non  
 peccati liberationem significantis vox est: vnde non  
 semel visus est, inquit, quāquam in commune posita  
 vox sufficiebat. Atqui iterum & tertiò & in omnibus  
 ferè qui viderunt, eandem repetiuit. Visus est, inquit,  
 Cephæ, visus est plus plām quingentis fratribus, visus  
 est mihi: quamquā euangelium contrariū dicit, nemi-  
 pe Mariæ primū visum: sed inter viros huic primum,  
 se scilicet videre maximè flagranti. Apostolos verò  
 duodecim cur facit? Nam post assumptionē Mathias  
 tandem, non post resurrectionem statim electus est.  
 Verisimile est post assumptionem etiam visum. Is igitur

tur apostolus post assumptionē, & vocatus est, & do-  
 minum vidit: itaque non quo cuique tempore, sed pro-  
 miscuè visum narrat: & verisimile sepius etiam appa-  
 ruisse. Vnde Ioānes tertiū hoc inquit, se se cōspicien-  
 dum dedit. Deinde visus inquit, supra quingētis fra-  
 tribus est. Supra, quidā è sublimi & ex cœlis interpre-  
 tantur, quod non in terra gradiēs, sed è sublimi sit visus, ut  
 qui non tã resurrectionem, quam assumptionem voluerit  
 monstrare. Quidam supra, pluribus quam quingentis in-  
 terpretatur. Ex quibus superstitēs sunt, inquit, in hūc  
 vsque diem multi. Tametsi rem iam dudum gestam  
 narro, tamen testes, inquit, viuos adhuc proferre pos-  
 sum. Quidā verò dormierunt. Non inquit, mortui sunt,  
 etiam hinc resurrectionē obiter confirmans. Deinde  
 visus est Iacobo. Mihi fratri suo videtur, quæ quidam  
 ab ipso Hierosolymis episcopū primo constitutum  
 volunt. Deinde apostolis omnibus. Erant enim & alij  
 quidam apostoli, quæadmodum septuaginta illi. Po-  
 stremo mihi quoque; velut abortiuo. Modestior oratio  
 est. Neque enim quia postremus erat, postremo visus  
 est ei: nam vltimus vocatus sit licet, tamen multis, im-  
 mo omnibus cæteris clarior fuit. Sed nec quingenti  
 illi, quia prius eis apparuisset, Iacobo meliores fuerunt.  
 Et cur non omnibus apparuit simul? Ut femina iaceret  
 quedā fidei: qui prius enim vidit, planèque certus fuit;  
 sem cæteris nunciauit. Deinde fama vulgata, eū qui  
 audiuit in ingentē tanti miraculi constituit expecta-  
 tionem, & fidei ab ipso cōspectu post secutura viam  
 præstruxit: itaque nec omnibus principio visus est, nec  
 pluribus simul, sed vni modo & ei principi, & fide ma-  
 ximè digno. Nā certissima mēte præcipuè fuit opus,  
 quæ prima clarificatū dominū videret. Nam qui, cū  
 ab aliis visum auditumque; intelligerent, post ipsi quo-  
 que viderunt, magnum fidei suæ testes illos solatium  
 habuerunt, animū sibi velut præparantes: qui primus  
 autem (quemadmodū dixi) vidit, ingenti fide habuit  
 opus, ne inexpectato visu conturbaretur. Itaque Petro  
 primū apparet. Nā qui Christū primus cōfessus erat,  
 non ab re primus etiā resurgentē vidit. Præterea cum  
 huius se discipulū esse negasset, quod minus reiectum  
 se putaret, præ cæteris hunc cōspectu suo dignatur:  
 ad hæc, quod huic primò pascendas oues commisit. Ea-  
 dem causa propter sexus imbecillitatē, saluatoris gra-  
 tiam primò mulier & nascentis & resurgentis sensit.  
 Post Petrum, miscuè singulis apparet, paucioribus  
 nunc, nūc pluribus, præceptores sibi, testesque; mutuos,  
 præsertim verò fide dignos, per hoc illos faciendo.  
 Post quos omnium postremò velut abortiuo inquit, vi-  
 sus est mihi quoque. Quid sibi extenuatio vult? quam  
 respicit occasionē? Nam si fide dignū ostendere seip-  
 sum vult, & inter resurrectionis testes connumerari,  
 diuersum oportebat, tollere sese, & maiorem cæteris  
 docere, quod cū causa postulat, etiā aliàs sæpe facit.  
 Ob hoc ipsum modestius hic de se dicit, quod prædica-  
 turus sua necessario deinceps sit, non statim sed pro-  
 dentia quæ se decet. Primum enim vbi se extenuauit,  
 & accusationes sui ipsius multas cumulauit, ibi tandē  
 exornat sua, quid adeo? ut cum magnū illud & subli-  
 me, abundantius cæteris omnibus laborauit, de se di-  
 cat, probabilis tum oratio fiat, quasi ordine quodam  
 sic postulante, non ex instituto sint dicta. Sic Timo-  
 theo scribens, cum dicturus de se magna quedam es-  
 set, accusationes prius sui ipsius præmittit. Nam qui  
 præclara de aliis loquitur, intrepidè liberèque; id facit.  
 Qui verò seipsum laudandi necessitatē sibi imponit,

Galat. 5. b

Hic in fr.





testimonia producit. *Quod si Christus predicatur*, inquit, *resurrexisset, quomodo dicunt inter vos quidam, resurrectionem mortuorum non esse?* Vides ut resurrectionem nostram ex eo rectissime prober, quia resurrexit Christus, prius *Act. 10. g* re multifarie collecta, Prophetæ testati sunt, inquit, & ipse conspiciendū se præbens ostendit, & nos predicamus, & ipsi credidistis: quadruplex testimonium concinnavit, prophetarum, euētus, apostolorum, discipulorum, imò quintuplex. Nam & ipsa causa resurrectionem probat, pro alieno videlicet peccato mori. Si hoc porro constat, constabit sequeturque alterum, cæteros etiā mortuos resurrecturos. Hinc velut iam re concessa, accusat dubitantes, Si resurrexit, inquit, quomodo inter vos quidam resurrectionem non esse dicunt? etiam hic aduersariorum audacia præoccupata: non enim dicitis vos, sed inter vos quidā dicunt, inquit, ut ne cōmune faceret crimen, & eos quorum id erat, ne proderet, atque ita redderet impudentiores. Sed nec in vniuersum istud tacet, scilicet ut corrigatur. Itaque à reliqua multitudine separatis, agere cū ipsis pergit, ita ad certamen (si quod deinde incumbat) debiliores formidolosioresque etiam cæteros reddit, & in veritate fortius retinet, & trās fugere ad eos qui horum exitio iminebant, non finit. Nam vehemēti oratione voluit uti. Deinde ne dicerent esse perspicuum illud quidem, & omnibus notum, Christū videlicet resurrexisse, nec penes quēquam controuersum, verum ex eo corporum resurrectionem non consequi tamen, cum illa sit proclamata, vulgata, & ipsis oculis conspecta, hæc in sola hominum spe & fiducia sita: vide qui occurrat. Nā ab vtraque parte rursus hoc probat, quod magnæ cuiusdam facultatis erat. Quid enim dicunt quidam, inquit, resurrectionem mortuorum non esse? Ergo illud identidem sublatum ruet, Christum videlicet resurrexisse. Subiūgit igitur: *Si verò resurrectio mortuorum non est, nec Christus ipse resurrexit.* Vim vides & contentionem Pauli inuictam, qui non solum ex eo quod clarum sit id quod controuertitur, sed ex cōtrouerso monstrare interim id quod clarum sit conetur, non quod demonstratione res iam facta egeret, sed & hoc & illud æquē certum esse ostendat. Sed qui tandem consequitur hoc, inquit? Nā nisi Christus resurrexit, nec cæterorum resurgere quenquam, ut rectē cohæret: sic nisi resurgant cæteri, nec illum resurrexisse, quam rationem habeat, non constat. Hoc igitur cum non satis nixum ratione videretur, vide ut perspicuum reddat, antea seminibus ipsius euangelij cōfessis quibusdam præiactis, cuiusmodi est, pro peccatis nostris mortuum Christū resurrexisse, & quod dormientum primitiæ sit. Nam si primitiæ, cuiusnā primitiæ, nisi eorum qui resurgunt? Quomodo autē primitiæ fuerit, nisi quorum primitiæ sit, excitentur? Quomodo igitur non excitentur? quod si non excitatur, cur excitatur Christus? cur venit? carnem quid assumpsit: si non non fuit hanc resuscitaturus? Nam ea quidem non habuit opus ipse, sed nos, quod mox progressu ostēdit. *† progressus* interim, si mortui, inquit, non resurgunt, nec Christus quidem resurrexit, quasi hoc illi sit cohærens. Nam carnem nisi resurrecturus fuisset, nunquam assumpsisset. Vides euangelij economiam ferè paucis illis verbis euersam, & resurrectionis ambiguitate. De incarnatione verò nunc non agit, sed de resurrectione. Nam non incarnatum esse, sed mortuum esse, mortem soluit, siquidem carnem ille quā haberet, sub mortis imperio fuit. *Si verò Chri-*

*stus non resurrexit*, inquit, *inanis videlicet est prædicatio nostra.* Tamen sic cōsequatur, si Christus non resurrexit, manifesta cum veritate, cum prophetis tantis, cum ipsa rerū fide pugnatis. Sed quod ipsis horribilius erat, ponit: *Vacuum igitur præconium nostrum, vacua verò & vestra fides.* Nam ipsorum mentem percellere vult, omnia, nisi resurrexit, amisimus; omnia perierunt, inquit. Vides resurrectionis mysteriū quātum? Nam si cum mortuus est resurgere non potuit, nec peccatum solutū est, nec mors, nec maledictio sublata. Et non vana solum docuimus nos, sed vana vos etiam credidistis. Neque hæc solum pestiferi dogmatis absurda narrat, sed adhuc etiam *Dei testes falsi*, inquit, *inuenti fuissimus, qui testificati de deo sumus, quod Christū excitauit, quē non excitauit, si mortui videlicet non resurgunt.* Quod si absurdum hoc (criminatio enim & calūnia dei sit) & non resurrexit, quē admodum vos vultis, non hoc solum, sed alia præterea incommoda consequentur. Atque hæc rursus confirmat repetitque: *Si enim mortui non resurgunt, nec Christus est excitatus.* Quod quidem nisi facturus fuisset, nunquā ad nos venisset. Verum hoc non dicit, sed finem, resurrectionem scilicet eius, per quam cætera omnia comprehendit. *Si Christus, inquit, excitatus non est, vana fides vestra.* Ei quod clarum & cōfessum est resurrectionem proximē circumponit, validioris & certi societate firmum & certum reddere volēs, quod infirmius terat, & minus certum. *Adhuc in peccatis estis.* Nam si non resurrexit, nec mortuus est tur. quidem: si non est mortuus porro, nec peccatum soluit: huius enim mors, peccati nostri solutio est. Ecce enim, inquit, hic est agnus dei, qui tollit peccata mundi. Sed qui tollit? morte: agnum ideo vocauit, quod esset mactandus. Quod si non resurrexit, nec mactatus est: si non est mactatus, peccatum solutum non est: si solutum non est, in eo adhuc estis: si in eo estis, frustra credidistis ab eo vos liberatos. Præterea nisi resurrexit Christus, mors immortalis manet. Nā si ipse quoque morti obnoxius est, & dolores eius nondum soluit, qui cæteros liberauit, obnoxius adhuc ipse? Unde subiūxit. *† Igitur qui obdormierunt in Christo, perierunt.* Quid de vobis, inquit, dico? cum & illi perierint omnes, qui omnia iam confecerunt, nec futurorum obscura notitia iam amplius subiiciuntur. Quod in Christo, dicit: vel eos qui in fide, vel qui propter ipsum Christū mortui sunt, tantum periculorum subierunt, tantum calamitatis hauserunt, arctam viam transierunt, intelligit. Vbi nunc Manicheorum ora sunt? qui resurrectionem, peccati liberationem interpretantur? Nam densi isti syllogismi & recurrentes, eorum quæ dicunt ipsi, nihil probat, sed quæ dicimus nos: resurrectionem enim eius qui cecidit est. Itaque non solum resurrexit, inquit, sed ex mortuis etiam adiungit. Et Corinthij non de peccatorum remissione, sed de resurrectione corporum dubitabant. Quæ verò omnino necessitas est, ut nisi immunes peccato homines, nec Christum quidem fuisse dicamus? Nam istud nostrū, nisi suscitaret nos consequi, ut cur venerit, cur carnem assumpsit, cur resurrexerit dicamus, probè habet: vestrū verò non item: seu peccent enim homines, seu non peccent, semper immunis peccati deus est: nec nostrum ad illud, nec illud ad hoc, quemadmodum in corporum resurrectione inferitur. *Si in hac vita spem tantum in Christum habemus, mortalium omnium miserissimi sumus.* Quid ais Paule? supererit fiducia sola. *†* si corpus non excitetur? an non animus superstes erit? erit, & immortalis talis

talis quidē: sexcenties verò immortalis sit licet (ut est sanē) tamen carnem citra mirabilibus illis bonis non fruetur, quemadmodū nec punietur. Omnia enim coram tribunali Christi manifestabuntur, inquit, ut vnusquisque ferat, quæ per corpus, seu bona, seu mala fecit. Nunc, si in hac vita spem tantū in Christū habemus, mortalium omnium miserissimi sumus, inquit. Nam si corp⁹ nō resurgat, anima nostra: incoronata iacebit, extra cœlestem beatitudinē erit. Quod quidē si des, nulla isticiam re in vniuersum fruemur. Si nulla, ergo in hac vita summa bonorum omnium nobis erit expectanda. Quid verò [si ita res habet, nobis] miserum magis sit? Hæc dixit partim quidem ad resurrectionem corporū credendā eos confirmans: partim verò immortalitatē persuadēs, ne profus hic dissolui nostra omnia putarēt. Nam cum in superioribus satis quod volebat confirmasset, dixissetque: Si mortui non resurgunt, nec resurrexit Christus: Si verò Christus non resurrexit, perimus, & adhuc in peccatis sumus. Rursus & hoc inducit, stultitiā eorū percellēs. Nam quoties est necessarium dogma traditurus, obstinantiam formidine quadā exagitat prius, quod hic quoque fecit. Nā superius hæc sparsim, ipsos sollicitos reddidit, cū omnibus excidisse doceret: & nunc aliunde itē, velut maximē doluissent, hoc idē facit: Mortalium omnium miserissimi sumus, si post tot bella, tot mortes, post tot mala, tantis bonis excideremus. Et hætenus quidem nostra sibi cōstant, omniāque à resurrectione pendent. Et hinc etiam patet, non de peccatis, sed de corporū resurrectione, de vita presentī & futura Paulo dispositionem susceptam. *Nunc autē Christus resurrexit, primitiæ eorum qui obdormierunt.* Postquam quanta mala sequatur, si resurrectionē neget, ostendit: rursus disputatione reducit, Nunc verò Christus ex mortuis resurrexit, inquit: ex mortuis, cōtinuō adiunxit, ora scilicet hæreticorum obstructurus. *Primitiæ eorum qui obdormierunt.* Si primitiæ, etiam ij resurgant oportet. Quod si resurrectionem, peccati liberationem dicit, cum liber peccato mortalis nemo sit: (nā & Paulus, nil mihi conscius sum quidē, sed ob ibi non iustificatus sum, inquit) quomodo erūt iuxta vos, qui resurgant quidā? Vides de corporibus sermonem esse, quem ut probabiliorē reddat, assiduē Christū in medium adducit, in carne resurgentē. Deinde causam etiam docet. Nam quod dixi, cum contendat, quantisper causam non reddit, minus multis oratio probabilis est. Quæ causa igitur? *Quia enim per hominem mors, etiam per hominem resurrectio mortuorum.* Si per hominē, certè per eum qui corpus habet. Industriā porro vide, ut aliud etiam argumentum necessarium excogitarit. Non alium quā qui victus est instaurare bellum, non aliam quā prostratam naturam recuperare victoriam posse, sic tandem ignominiam aboleri. Videamus ergo quam mortem dicat: *Nam quemadmodum in Adam, inquit, omnes moriuntur, ita in Christo viuificabuntur omnes.* Quid igitur, dic mihi, num omnes in Adam peccato mortui sunt? Qui ergo Noë vir iustus seculo suo fuit, qui Abraham, qui Iob, qui multi denique alij? Præterea qui viuificabuntur in Christo omnes, ij præsertim qui in gehennam abducuntur? Ergo de corpore si dictum accipiamus, oratio constabit: si de peccato & iustitia, minimē. Deinde ne viuificationem communem audiēs, saluatū iri peccatores etiam putes, *Vnusquisque in ordine suo*, inquit. Non est enim cur, cum resurrectionem eadem audis, iisdem omnes fruituros esse rebus

suspiceris. Nam si ne supplicium quidem omnium est idem, multo magis peccatorum & sanctorum discrimen ingēs erit. *Primitiæ Christus, deinde ij qui sunt Christi.* Hoc est, fideles & probati. *Mox finis.* Nam cum confurgent illi, res omnes cæterę finem suum consequentur. Non quemadmodum nunc postquā resurrexit Christus, altē adhuc omnia constiterunt: ideo in aduentu ipsius, inquit, ut de hoc tempore locutū scias, *Vbi tradiderit regnū deo & patri, cum aboleuerit omnē principatum, omnem potestatem ac virtutem.* Hic mihi diligēter animum intendatis volo, ne quid horum vos præterlabatur: cum inimicis vobis res est. Itaque patefacere prius, in quā absurda ab illis ducamur, oportet: quod & Paulus sæpe facit. Sic enim *† tolerabiliora,* quæ dicitur, vbi tradiderit regnū deo & patri? Nam si simpliciter & non vaticino more accipiamus, regnum deinde non habebit. Nā si quod habet, tradit alteri, cessat habere deinceps ipse. Neque hoc solum incommodum sequitur, sed nec qui accipit, priusquā acciperet, antea quod accipit, tenebat. Nec pater secundum illos rex pri⁹ erat, persequiturque nostra, nec filius habebit post. Cur igitur de patre ipse quidē, Pater me⁹, inquit, vobis nunc operatur, & ego operor? De ipso verò Daniel: *Regnum huius regnū perpetuum, & non interiturū,* inquit? Vides, quæ incōmoda scripturis oboriantur, si quis humano more interpretetur. Sed & imperium quodnam abolēdum esse dicit? angelorumne? absit. Sed fidelium? Neque hoc. Quod igitur? Dæmonū, quod de loquens: *Nō est, inquit, lucta vobis aduersus carnē & sanguinē, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mundi dominos, rectores tenebrarū seculi huius.* Nunc enim non sunt aboliti profus, sed vbiq; operantur, tunc autem cessabunt. Nam regere hunc tātisper oportet, dum pedibus subiiciat omnes inimicos. Etiam hinc quiddam absurdi (nisi prophetico ritu interpretemur) nascetur. Dū, enim finis & circumscriptionis vox est, quæ in deum non cadit: *Novissimus hostis aboletur mors.* Qui nouissimus? post omnes. Post diabolū, post cætera omnia. Nam & initio postrema inuasit. Prius cōsiliū diaboli fuit, deinde transgressio, tum denique mors. Potestate quidem etiam nunc aboletur, sed re tum tandem. *Nam omnia pedibus illius subiicit. Cū verò subiicit omnia, dicat, palā est, excipiendum qui omnia subiicit. Cū autē subiecta fuerint illi omnia, tūc & ipse filius subiicietur ei, qui illi subiicit omnia.* Quamquam prius eum qui subiicit, non patrē, sed abolentem esse dixit. Vbi aboleuerit, inquit, omnē principatum, omnē potestatem. Et rursus: *Regnare enim tantisper illū oportet, dū pedibus eius omnes subiiciat inimicos.* Cur igitur patrem hic dicit? Immo non est hoc quod ambigitur hic solum, sed quod absurdo præterea metu, dū correctione vtitur, angī videatur: excipiendum qui subiicit, inquit, quasi suspicaturi quidā fuerint, ne pater etiā filio quondam subiiciatur: quo quid absurdus cogitari posset? Sed suspicatus est tamen. Quid igitur est? Nā multæ sunt ordine quæstiones: sed sententiā mihi spectate. Nam istud primum quidem omnium oportebit, scopum Pauli cōsiderare & consilium (quod vbiq; perlucens deprehendas) mox quæstionē soluere. Nam istuc ad solutionē vehemēter conducit. Quæ est igitur sententiā, quæ consuetudo Pauli? Aliter quoties de diuinitate sola mentionem facit, loquitur, aliter cum in dispensationis incidit sermonem. Nam quoties carnem apprehendit, *†* iiii intrepidē

*Act. 10. g*  
*† progressus*  
*†*  
*†*  
*†*

*† inuentu*  
*facilia*  
*10an. 5. c*  
*Dan. 7. 4*  
*Eph. 6. b*

*psal. 8. c*  
*ps. 109. d*

*Supr. 4. d*

*† quomodo in hac vita spem habemus*



intrepidè de ea humillima quæque dicit, nihil sollicitus: vt quæ ista oia capere quæ de ea dicuntur, possit. Videam<sup>9</sup> igitur de nuda solâq; diuinitate meritò hic sit, an de carnis dispensatione intelligi quæ dixit, velit: imò prius, vbi id quod dico fecerit, ostendamus. Philip-  
 pensibus igitur scribès: Qui cū in forma dei esset, inquit, nō rapinā arbitratus est quæ esset æqualis deo, sed seipsum exinaniuit, forma serui sumpta, in similitudine hominū constitutus, & figura repertus vt homo, humilem præbuit seipsum, factus obediens vsque ad mortē, mortem autē crucis. Quapropter & deus illū in summā extulit sublimitatē. Vides vbi de diuinitate differit sola, quæ magnifica loquatur? Nā esse in forma dei, esse æqualē genitori dicit, tunc deniq; acceptum fert totū: sed cū incarnatum dicit, depressit rursus orationē. Hæc enim nisi diuidamus, vehementer dista inter se discrepabunt. Nā si æqualis deo sit, qui in summā hunc excellentiam extulit deus? Si in forma dei, quomodo donauit nomen? Nam qui donat aliquid, non habenti donat: & qui tollit, quod humile prius erat, tollit. Imperfectus igitur & cui deesset aliquid, antea fuit quæ fastigium & nomē obtinisset. Sexcenta in super id genus absurda sequantur. Quod si carnis dispensationem adiungas, tum nihil erit hic quod erres. Eodem hæc quoq; pacto, Pauli sententia perpen-  
 sa, accipiamus: etiam causas alias dicemus, vnde videri possit hanc scripturæ partem sic habere. Illud interea monere necessarium sit, quod & de resurrectione sermo fuit, re, quæ impossibilis videbatur, & ad Corinthios scriptum, vbi multi philosophi erant. Qui cū per cætera dissecti inter se vndiq; essent, in hoc p. anē velut vno ore conspirabant, resurrectionē non esse. Disputās igitur de re tam incredibili, & tum propter præsumptionem ipsam, tum propter negotij difficultatem explosam, possibilem esse probare volens, primum istuc ex resurrectione Christi molitur: quā cum testimonio prophetarum, eorum qui viderāt, eorum qui crediderant probasset, mox assecutus, vnde in id quod absurdū prius videbatur, duci possent, etiā hominum iam resurrectionem struit. Nam si mortui nō excitantur, inquit, nec resurrexit Christus. Deinde cū hæc tenus alterū ex altero subinde probasset, aliunde aggreditur iam rursus, primitias Christi, & qui omnē principatum, potestatem omnem, omnē virtutem, & postremò mortē ipsam aboliturus esset vocans. Qui porrò abolebūtur, inquit, nisi quæ habet corpora abiciat prius. Postquā igitur magna illa de vnigenito dixit, regnū tradet, hoc est, hæc ipse absoluet, ipse victoriā reportabit, omnia pedibus suis subiiciet: mox addit quo multorum infidelitatem castigaturus erat: regnare enim ipsum tantisper oportet, dum pedibus suis omnes inimicos subiiciat, inquit, nec finem regno statuit cū tantisper dicit, sed fidedignum quod dixit, reddit, & fiduciam addit. Neq; enim cū omnem principatum, omnē potestatem, omnem virtutem, diabolū, dæmonum tot phalanges, infidelium turbā, tyrannidē mortis, mala deniq; omnia abolita iri audiuisti, conturbari, velut ipse quoq; desiturus sit, debes: tantisper enim dum hæc faciat, regnare, inquit, oportet. Non hoc dicens, vbi fecerit, regnaturū non esse, sed probare volens: etiā si nūc quidem istud non sit, at omnino futurum tamē. Haud enim intercidet huius regnū: dominatur enim, & potens est, & manet dū restituat omnia. Hunc loquendi morē reperias etiā in lege veteri, vt cū inquit, Verbum do-

mini manet in seculum: & tu idem ille es, & anni tui non deficiēt. Hæc & huiusmodi propheta dicit, tanquā de rebus ingenti tēpore duraturis, & prorsus futuris loquatur, timiditati hominū cāssiorum consulturus. Quod verò tantisper, dum, vsq; donec & id genus voces, quoties de deo dicuntur, non finē significant videre licet. A seculo, inquit, sum, & vsq; in seculū. Et rursus: Ego sum, ego sum, tantisper dum cōsenseris ego sum, inquit. Equidem idcirco mortem posuit postremā, vt à cæterorum victoriā, etiam hæc credibilior ambigenti foret. Nam si diabolū euerteret, mortis authorem, multò magis opus ipsius dissolueret. Igitur postquā filio principatū, potestātē abolitionem, regni restitutionē, hoc est credentium salutem, mundi pacē, malorum profligationem (hoc enim resistuere regnū & mortem dissoluere est) omnia denique accepta tulisset: neq; dixisset, pater ista per hunc abolebit, sed abolebit ipse, ipse pedibus suis subdita reddet: imò nec patris hic meminisset: veritus ne incircūspectioribus, vel maior patre, vel aliud quoddā ingenitū principū filius videretur, tacitè hoc præcauēdo, prædictorū verborū amplitudinē moderatur: omnia inquit, pedibus suis subiicit: patri iā facta omnia accepta ferens, non quasi filio debilitato, qui enim posset? cui tanta tribuit prius, & cui ista omnia ascripsit: sed ob eā causam quā dixi, vt cōmunia omnia patri filioq; quæ de hominū salute gerūtur, ostēdat. Nam quæ iste quidē subiicere potestati suæ etiam per seipsum satis idoneus sit, Paulū audi: Qui transfigurauit, inquit, corpus nostrū humile, vt conforme reddat corpori suo glorioso, secundū efficaciam quæ potest etiam subiicere sibi omnia. Hinc correctione vitur: atqui cū dicat, inquit, quæ omnia subiecta sunt, palam est excipiendū eum, qui illi omnia subiecit, nō paruā gloriam etiā hinc vnigenito ascribens: nam si minor esset, multūq; relinqueretur, nihil hac suspicionē fuisse opus. Iā verò nec cōtentus hoc est, aliud addit. Ne quis em̄ suspicetur, dicatq;: Quid em̄, etiā si subiectus pater nō est, nihil prohibet tamen potentiorē filium esse: impiam hanc cogitationē timens, cū illud contra eam nondū sufficere videretur, etiā hoc addit: Vbi subiecta fuerint, inquit, illi omnia, tū & filius subiicietur: summā erga patrem concordiam ostendens, & quæ ille principium omnium bonorū & causa prima sit, & eius cuius tāta potestas, cuius tanta facta sunt, genitor. Quod si amplius paulo quæ negociū fortè postulabat, dixit: quid mirum? præceptorem ea in re imitatur, qui concordiam qua erga patrem est monstrare volens, & quæ non præter eius venisset voluntatem, totū se disputando demittit, non quantum negocium præsens, sed quātum auditorum imbecillitas flagitabat. Igitur & supplicat patri nullā sanē ob causam, quæ qua dixi: vt credant, inquit, quæ tu me miseris. Hunc imitatus ergo, fusius ista tractat, non vt seruitutis cuiusdā tibi necessariæ veniat in mentē, sed vt id genus absurda dogmata profligaret. Solet enim quotiescunq; radicitus euellere quid studet, magna quadā copia conniti. Sic de muliere fideli & viro incredulo lege connubij cohabitantibus loquens, ne se mulier viri eius congressu coinquinari putet, non solum non impuram esse, & nihil confortio viri, detrimenti accipere dicit, sed quod plus erat, incredulum etiā sanctificari per ipsam: nō hoc volens, ethnicum ab illa sanctum reddi, sed traiectione verbi timorem mulieri excutere studēs. Eodem hic etiam pacto, im-

Phil. 2. 4

hic sup.

† autē. i. sum, vel ipse, sine eius.

ps. 118. m.

ibid. 101.

† or. 9. 9.

que in se.

culum in

er.

ibid. 89. 4

Exod. 3. d

† autē. 101.

de dicto

quæ, sum,

prius ver-

tit.

Phil. 2. d

transfig-

urabit.

sup. 8. b

1. Tim. 11. f

pium dogma extirpatur, id quod dixi, vocē superfluā interim vsurpauit. Vt enim imbecillē filiū suspicari, extremā cuiusdā impietatis est: vnde correxit, omnes, inquit, inimicos suos, suis subiiciet pedibus: ita rursus hoc magis est impiū, patrem filio suspicari minorē. Vnde & hoc magna refutauit cum amplificatione. Vide verò vt extulit: neq; enim excipiendū eū qui subiecit simpliciter, inquit, sed ad hæc palam esse. Quanquā constat, inquit, tamē cōmonebo. Et vt hanc dictorum causam esse scias, interrogabo, nunquid ad filij humiliationē subiectionēq; accedere tum quicquā potest? Et qui istuc nō sit absurdū, & indignū deo? Sūma subiectionē est, summa obediētia, eum qui deus sit formam accepisse serui. Quis igitur, dic mihi, tum amplius subiicietur? Vides vt absurda suspicio tolleretur, hoc illū ita posuisse debito modo cū sensu: sic enim vt filiū deū decet filius obtemperat, non more hominum, sed liberè potestātē plenam habens. Alioqui quomodo conregnet, quomodo vt pater, sic ipse quoq; quos vult suscitet? Quo modo quæ patris sunt, etiā huius: & quæ huius, etiā patris sunt cuncta? Quæ omnia perfectā nobis cum genitore potestātē ostēdent. Sed quid est illud, cum tradiderit regnū? Regna dei scriptura duo nouit, alterū adoptionis & familiaritatis, alterum creationis. Omnī igitur Iudæorū, ethnicorū, dæmonū, & aduersariorum, opificij & creationis lege rex est, fidelīū verò & vltro se ei committentium subiectōrumq; familiaritatis & cura. Hoc regnū etiam principium habere dicitur: de hoc enim psalmo secundo: Postula, inquit, à me, & dabo tibi gentes hæreditatē tuam. & discipulis ipse, Data, inquit, mihi omnis potestas à patre est: accepta genitori omnia ferēs, nō quod nō sufficeret ipse, sed quod filius & nō ingenitus esset ostendēs: hoc igitur tradet, id est restituet. De spiritu verò quid inquit: nil dixit? De hoc iā non erat sermo, nec vnum in locum omnia confundit. Siquidē & alibi cum dicit, Vnus deus pater est, Vnus dominus Iesus, non quod minorē esse spiritum putaret, filium tum, sed quod dicere nihil vrgeret. Nā & patris meminisse soli solet, nec idcirco patrem reprobam. Quid est autē quod inquit, Vt deus omnia in omnibus sit? Vt in ipso omnia deuincta sint, ne quis duo principia sine principio, aut regnū quoddam aliud diuifum esse suspicetur, ne quid omnino ab ipso nō pedēs extet. Vbi hostes em̄ ad filij pedes prostrati sunt, & is qui prostratos pedibus tenet, cū patre nil discrepat, sed prorsus cōgruit, erit ille sine dubio in omnibus omnia. Sunt qui mali sublationē etiam significasse cum hæc dixit putant, nepe cedentibus omnib; nec vllō posthac repugnante, aut in peccato persistente. Nam vbi peccatū non amplius est, patet in omnib; omnia iā deū esse. Quod si corpora nō resurgūt, quomodo habebūt ista locū? manet enim truculentissimus hostis mors, liberè per omnia grassans. Nequaquam, inquit, neq; enim peccabunt amplius, inquit. Et quid hoc: neque enim de morte animæ, sed corporis hinc disputatur: qui abolebitur ergo? est enim vincere, capere ablata & detenta. Quod si hominū defossa corpora detinebuntur, mortis igitur tyrānis adhuc manet, illis quidē detētis, & alio corpore non existētē, vnde vincatur. At si quod Paulus docet, fiat: (quod certē fiet) illustis victoria apparebit, cū detenta morte corpora deus resuscitabit. Nā & hostis hostē sic tandē vincit, si detra-

1. Tim. 5. d  
Ibi. 17. b

Mat. 28.

sup. 8. b

hat spolia, nec illi relinquat. Quod si quis ne sua quidē audeat accipere, qui victus illi hostis dicitur? Hūc in modū vicisse se Christus in euāgelio dicit: Nō potest quisquā, inquit, vasa fortis, domū illius ingressus diripere, nisi fortē prius ligarit: quia nisi hoc fit, clare victoria cerni nō potest. Quæadmodū enim in morte animæ, qui mortuus est, à peccato iudicatus est, & nemo victoriā hoc esse dicit. Vincit em̄ nō qui victis nō cōgressus est, sed qui hisce captiuus, explicuit se tamen: Ita hinc quoq; sistere mortē corpora nostra dilaniantē, non dixerim victoriā speciosam omnino, sed abforptā deuorata, ex huius rictu eruere. Quod si adhuc cōtendāt clamētq; de animi morte dicā: quānam igitur aboletur extrema? Certē enim in vnoquoq; baptizato perfectē aboletur. Quod si de corporibus dicas, locū ista habēt, nepe extrema aboleatur. Quod si quis roget, cur de resurrectione disputans Paulus, non ea quæ tēpore domini corpora resurrexerūt, adduxit: illud respōdebimus, nō esse hoc de resurrectione dicere: resurgētēs em̄ proferre eos, qui mortui sunt rursus, minimē probat mortē abolitā iri postremā. Idcirco enim postremā abolitā iri dixit, ne putares resurrectionem esse rursus. Nā malitia sublata, magis ad eō mors ipsa tolletur. Siccato fonte, nulla ratio est qui cōsistere flumē inde veniēs possit, aut radice extirpata manere fructus. Quoniā igitur in extrema die hostes domini vnā cū morte, diabolo, dæmonibus abolebūtur, nō est cur successibus interim illorū indignemur: in quib; licet gloriosius & sublimes videatur, assiduē tamē deficientes, euanescent inftar fumi. Ergo hostē domini videns opulentū, satellitibus & adulatorū turba stipatū, non est cur animo deiiciare: gemit potius, lachrymare, aduoca dominū, qui illum inter amicos numeret suos. Et quāto res illi suæ meli<sup>9</sup> cū hostis dei sit succedūt, tāto tu illū lugeas magis. Peccatores enim lugere semper quidē oportet, præsertim verò, cū opibus & tranquillitate fruuntur, quæadmodū ægrotos cum crapulatur, inebriatur. Sed sunt qui cū audiāt ista, ita miserè cōparati sunt, vt ob hoc acerbè gemiscant, dicantq;: lachrymis se dignos esse potius qui habeāt nihil. Rectē dicis, qui habes nihil, nō quia nō habeas tu quod ille, sed quia fœlicē re opes iudicis, innumerabilib; lacrymis es deplorandus. Nā si quis sanus, valensq; fœlicem iudicet, molli lecto ex morbo decubentē, miserior est quæ æger ipse, qui bonorū suorū nullū habeat sensum, quod accidere in his quoque videre licet. Vnde cōfusa & perturbata vita vniuersa est. Hæc voces innumerabiles mortales perdidērunt, satanæ tradiderunt, miseriores, quæ qui fame liquitur, reddiderunt. Esse porrò quorum inexplēbilis auaritia est, ipsi mendicis miseros magis, vtputa grauiore & acerbiorē malo detētos, hinc iudicari potest. Siccitas quondā inuasit regionē nostrā, trepidabant velut in extremis omnes: deū inuocabant, videre erat quod est in Mose scriptū, cœlum æreum redditum, & nihil iam quām mortem omnīo deterrimā expectari. Verum aliter visum benigno deo, pluuia quippe præter omnium expectationē largissima & immensa deflueruebat: itaq; omnes iam gaudio exultare, festū celebrare, vt qui ab ipso mortis limine reduces se putarent. In istis tantis bonis, in cōmuni omnium lætitia, præopulentorū illorum quispiam tristis, teter, exanimis dolore circuibat: rogātibus multis causam, quid ita in cōmuni omnium hominum lætitia & voluptate so-

Mar. 3. d

† iustifico

me est.

Leui. 26.





Luc. 5. e

est, inquis, quod reges & principes possunt, adulteros & homicidas quoties absoluunt? Ludis arbitror qui ista dicis: peccata dimittere solus deus potest. Reges porro & principes: etiam si homicidas adulteros absoluunt, peccati supplicio liberant quidem, peccato absoluere non possunt: etiam si imperium euehant ipsum, si purpuram offerant, si diadema id genus hominibus imponant, reges hoc pacto fecerint fortasse quidem, peccato liberare non possunt, solus deus potest. Quod in isto regenerationis lauacro facit, mentem gratia tangit, hinc radicale peccatum euellit. Itaque qui crimine, regis beneficio absolutus est, inquinatum animum seruat: quem abluit baptismus, non ita, sed solis radiis purior mentem habet, & qualis erat, iam olim dum cederetur: imo hac illustrior est, dum eum spiritum sentit qui vniuersam se inflammat, sanctificationem intendit. & ut tu ferrum, aurumve recoquendo purum nouimus; facis: sic spiritus ille sanctus in baptisate velut in fornace recoquit ipsam, & peccatum consumendo quolibet auro purius splendens reddit. Resurrectionis porro causam etiam hinc probabiliter iam denique facit, quia cum peccato mors introducta sit, postquam exaruit radix, nihil dubitari potest perituro & fructu. Hinc est quod remissionem peccatorum confessus, mox corporum resurrectionem subiungis, quod ipsum quoque huc se manu ducit. Iam quia satis resurrectionis vox negotium explicare non potest: resurrexerunt enim & iam olim, & ipso crucis tempore quidam, mortui rursus, ut Lazarus ille: etiam hoc addis, in vitam aeternam, ne mortis ulla suspicio post resurrectionem illam relinquatur. Haec igitur nobis in memoriam Paulus reducens, Quid iam faciet, inquit, qui pro mortuis baptizatur? Nam si resurrectio nihil est, vmbrae verba ista sunt. Si nihil est, cur credere iubemus, quae non cõferimus: perinde ut si quis tabulas te facere, qui hoc & hoc acceperis, iubeat, quae scripta sint autem non tradat, mox ut astipuleris, debitum abste reposcat: quid tu, qui stipulatus es, facias? Postquam deuictum te reddidisti, non accepisti autem quod conuenit: id ipsum de baptizatis dicit: Quid faciet, inquit, resurrectionem mortuorum stipulati, nil verò tale consequuntur, decepti? Quid omnino verò confessione ista fuit opus, nisi res sequatur? *Aut quid nos omnimomento periclitamur? Indies morior per vestram gloriationem, quam habeo in Christo Iesu domino nostro.* Vides unde probare dogma contendit? nempe suo ipsius suffragio, imò non suo solò, sed apostolorum etiam reliquorum. Est autem non leue ne hoc quidem, quod magistros scilicet tam perfectos adducit, non tam verbis quam factis illa confirmantes. Itaque non semper persuasi & nos sumus, inquit: nam istuc quidem non fuerat satis, sed res ipsas in argumentum ducit: quasi dicat, verbis ista fateri, nil fortasse mirum vobis videtur: quod si res ipsas produxero testes, quid respondebitis tandem? Audite igitur qui vitae nostrae discriminibus quotidie ista protestemur: non dicit, ego: sed, nos, ceteros apostolos omnes assumens, quod simul & modestius pericula predicaret, & fidei plus orationi haberetur. Quis est enim qui impositum sibi à nobis esse, & vana nos gloria excitatos dogma nouum sparsisse, obicere verè possit? Pericula nostra reclamant. Quis enim periclitari perpetuo frustra velit? quid omni momento periclitamur, inquit? Nam si quis laudis cupiditate victus aliquoties periclitari velit: certè qui per vniuersam vitam velit, quemadmodum nos, inuenietur nemo. Atqui in hac vita nostra posita est, quotidie morior, per illam gloria-

Mat. 27. e  
Luc. 11. f

simpliciter.

4. 3. 4. 3.

4. 3. 4. 3.

tionem vestram, quam habeo in Christo: gloriationem, felicitatem & augmentum dicit. Nam cum pericula multa esse ostendisset, ne velut deplorans illa commemorare videretur, non solum non dolco, inquit, sed glorior etiam, ista pro vobis ferens. Bisariam verò glorietur, & quod propter ipsos periclitetur, & quod videat pulchre crescentes: hinc illud ex consuetudine sua quod dixerat altius paulo, reuocat statim, domino vtrūque fert acceptum. Sed qui moritur indies? studio, voluntate, & quod promptus ad eam rem sit. Sed quod attinet ista dicere? ad eundem resurrectionis tractatum. Nam quis perferre tot mortes velit, si resurrectio nulla sit, vita posthac nulla? Nam si qui resurrectionem credunt, aegre tamen nisi qui generosi cuiusdam spiritus sunt, pro ea fiducia periclitantur: quanto magis qui non credit, mortes & pericula praefertim tanta non feret? Paulisper enim vide qua amplificatione sit usus. Periclitamur, inquit, adiungit, quolibet momento: mox, indies: deinde, morior: postremo cuiusmodi mortibus ostendit: *Si secundum hominem, inquit, cum bestiis depugnaui Ephesi, quae mihi vtilitas? Quid est, secundum hominem? quantum feritatis in homines cadit, depugnaui cum bestiis. Quid enim quod me periculis deus eripuit? Itaque si quis est quem maxime de his sollicitum esse oportebat, is ego sum, tanta pericula nulla mercede ferens. Nam si nullum est retributionis futurum tempus, sed intra praesentis vitae cursum nostra omnia clauduntur, grauius certè nos mulctamur. Nam vobis quidem credere haec tenus impune licet, nos quotidie maculamur. Haec dicit omnia non qui non vtile fuerit ipsi quoque pati, sed propter imbecillitatem eorum, quorum de resurrectione fidem confirmare studet: non qui pro mercede curreret ipse quoque: non satis habuit, facere quod deo probaretur. Itaque & supra cum dicit: Si in hac vita solò confidimus Christo, omnibus mortalibus inferiores sumus, etiam tum ad illos respexerit, ut vel miseriam illius metu, concuteret incredulitatem illam: ergo ad imbecillitatem illam sese demittens ista dixit: Magna merces enim satis est, per omnia Christo placuisse, & praeter retributionem per sese maxima, propter Christum periclitari. *Si mortui non resurgunt, edamus, bibamus: cras enim morimur.* Mortuum verba habet, itaque domestica esse volebat, sed prophetam opposuit magniloquentissimum Esaiam, qui de deploratis quibusdam desperatisque loquens, haec ita dicit: Vitulos maculant, inquit, sacrificant oves, quod carnes edant, vinum bibant. Edamus, inquiunt, bibamus, cras moriemur: auribus haec coperta diuinis sunt, nec peccatum vobis istuc dum moriemini, remittetur. Si qui haec dixerunt, omni venia destituebatur: quanto magis qui eadem gratiae tempore dicunt? Deinde ne asperior sit absurdus istis commemorandis, non amplius insistit, sed redit ad cohortationem. *Ne erreris, mores bonos colloquia corrumpunt mala.* Haec dicit simul ceu stultos reprehendens (nam mores bonos, ciuilius pueriles illos & deceptu faciles vocauit) simul quantum licet, veniam commissorum donans, quod respiciat: praecipuam insuper criminum partem demolendo ab his in alios transtulit, quod facilius ad poenitentiam protraheretur: fecit ad Galatas idem, Qui conturbat vos, inquit, quisquis est iudicium subibit. *Expergiscimini iuste, & ne peccetis, tanquam ad ebrios & insanos.* Omnia à manibus abiicere, non cernere quae haec tenus vidissent, negare quae credidissent, furiosorum erat. Quid est autem, iuste? ob bonum & vtile. Nam & iniuste expergisci quis potest, in anima scilicet sua detrimentum, aptè verò, ne peccetis,*

1. Tim. 6. b.

ad pudorem vobis.

Mar. 11. b.

Mat. 26. c.

certis, inquit, hinc incredulitatis semina pullulasse docent. Saepè istuc monet, è corrupta vita dogmata corrupta pullulare, ut cum dicit, Radix vitiorum omnium auaritia est, quam secuti quidam exciderunt fide: multi enim male conscientiae sibi, & poenam refugientes, eo metu grauius in resurrectionis fide fauciantur, quemadmodum contra conscientiae boni sibi virtutis suae, oculis intueri diem illum concupiscunt. *Ignorant deum quidam: qui vos impellam, ista dico.* En rursus aliud crimine transfert, neque enim ignoratis, inquit, sed ignorat quidam. Nam resurrectionem diffiteri, eius certè est, qui non magno opere sentiat de diuina potestate, inuicta scilicet & ad omnia sufficere. Siquidem enim de nihilo quae sunt omnia fecit, quanto facilius quae dissoluta sunt, restituere omnia potest? Iam postquam eos acerbè grauitèrque incessisset, gulam, stultitiam, insaniam, irridens, mitigaturus eam libertatem, qui vos impellam, inquit, ista dico: hoc est qui instituat, qui reuocem, qui per ignominiam meliores reddam: timet enim ne profundius secando, resiliere cogat. Haec non est fratres cur ad istos referamus solos, nobis morbi genere eodè laborantibus, vitam aequè corruptis dicuntur. Non solum enim dogmatis peruersis imbuti, sed & vitis obnoxij, ebrii sunt insanitèrque: quibus ipsis quoque iuste expergiscimini dicas, praesertim auaritia, gula, grauat, per nefas rapietibus. Nam & laudata quaedam rapina est, caelorum scilicet, nihil cuiquam nocens. Opes eripi cogentibus, nisi alterius detrimento non possunt: in spiritualibus secus, imò contra ditescit nemo solus, nisi alium vnum iuuet: quatisper enim neminem iuuas, ditescere non potes. In ceteris enim rebus comunicatio decemetur, in spiritualibus incrementum parit: qui nihil comunicat, is ad inopiam redigitur, & extremam sibi poenam consciscit: indicio sit qui talentum defodit. Nam ille contra sapientiam praeditus, dum aliis impartit, facultates auget, sapientes etiam ceteros reddit. Qui defodit autem, etiam suis se facultatibus fraudat, multorum vtilitate neglecta. In ceteris donis eodè pacto habet, quod quisquis possidet, quanto pluribus dat, tanto multiplicat donum magis: nec ipsi, dum comunicat ceteris, deficit, sed multos spirituali dono iuuat. Regula est in his rebus certa, in regno dei qui consortes felicitatis sibi asciscit, tanto hoc fruitur magis: qui secum ferre nullum potest, bonis illis omnibus cadet. Nam si sapientia illa seculi huius, in innumeros etiam diffusa non consumitur tamè, nec artifex artifices ex se plures gignens, artem amittit: quanto magis qui regnum hoc caeli rapit, angustius non reddet? Itaque tanto nobis opes cumulatiores euadent, quanto huc aduocauerimus plures. Ea igitur rapiam, quae diripiendo non diminuitur, sed crescit: rapiamus quae omni reprehensione, omni plane inuidia carent. Nam si locus sit auri fontem perennem scatenens, & qui quanto hautias plus, tanto exundet magis, alius ite thesauros defossos habens: ex vtro ditescere potius velis? Ex illo, credo. Sed ne verbis nudis ista cõsingamus, reputare ab aere, à Sole licet: omnibus haec usurpatur, omnia implent. Atqui siue fruamur, siue non fruamur, eadem semper manent, nec quicquam decrescunt. Illa verò quae ego dixi, maiora sunt: nec enim siue caremus, siue non caremus, eadem spiritualia manent: sed cum distribuuntur, iam magis crescunt etiam. Si quis porro ista non audit, sed adhuc terrenis rebus addictus, vitiorum studio tenetur, ille velim in memoriam manam cibum reducat, & poenae istic infligat: exemplum horrescat. Nam quod tum accidit, accidit:

re auaris videmus. Quid accidit igitur? Vermes ab auaritia istic scatebant, idè in his etiam cibis sit: mensura eadem omnibus est, vnum cuncti ventrem explemus: & stercoris apud te qui voluptatem sequeris plus est. Et quemadmodum istic qui plus quam permissum erat colligebat, non manna, sed vermium tum plus & putredinis retulerunt: sic voluptarij, sic auari, non voluptatis, sed detrimenti plus reportant. Hoc veteres, hoc lurcones, tanto deteriores, quod illi ad errorem semel commissum respicerunt, ij quotidie vermibus multo molestiorè, in suas ipsorum domos inferentes nec sentiunt, nec fatiuntur. Esse porro hos illis vano conatu perfumiles (nam poena est longè maior) hinc maxime liquet. Nam quid locuples ille paupere differt: non vnum corpus vestit: non vnum ventrem nutrit: quid igitur differt? curis puto quibus consumitur miser, neglectu dei, corporis inquinacione, animi perditione: haec sunt quibus pauperè praecellit. Itaque si veteres habeat plures, obicere fortasse possit, nepe rebus etiam pluribus, pluribus sumptibus esse opus. Istuc etiam sic possunt, inquis, multorum veterè implent, seruorum, ancillarum, familiarium. Verum nec necessitate, nec humanitate adducti, sed fastu solo. Itaque hac excusationem recipit nemo. Nam quod familiares tot alis? Quomodo enim in vestibus, in victu, necessitate respicere solam oportet, sic in familiaribus. Quae ergo necessitas est? nulla sanè: herum vnum, vno seruo contentum esse decebat, imò vno seruo tres heros. Si molestum est, eos reputa qui nullum omnino habent, & ministerio tamè interim expeditiore coluntur. Sic enim comparauit deus nos, ut esse sibi quisque minister idoneus possit, quin etiam proximo, dubitas? Paulum igitur audi, Necessitatibus meis, & eorum qui mecum sunt, inquit, haec manus ministrarunt. Ille orbis praepropior, & vir caelis plane dignus, seruire mortalibus innumerabilibus veritus non est. Tu nisi multos post te seruorum greges trahas, turpe putas, haud videns hoc esse quod te vehementer deturpat: huc manus cotulit deus, huc pedes, ne seruis scilicet egeremus. Nec enim necessitatis causa genus seruorum est introductum, esset alioqui primo statim exortu cum ipso Adama: sed peccati multa est, inobediencia poena: veniens autem Christus etiam hoc soluit. Nam in Christo nec seruus est, nec liber: itaque seruum habere necesse non est, aut si omnino sit, vnum fuerit satis, aut ad summum duos. Examina seruorum quid sibi voluit? quemadmodum mercator inter ouium, aut mancipiorum greges, sic diuites illi in balneo, in foro, caterua seruorum stipati oberrant: quamquam nolo scrupulosius ista disputare, esto sanè seruus, alter etiam: certè si quid adiungis, iam non necessitati sed luxui seruit. Nam tu si illos ames, neminem in ministerium distingas: sed optimis artibus tua opera institutum, & iam sibi sufficientem liberum dimittas: sed cum caudas, vincias semper, quomodo sit hoc humanitatis? Scio sanè molesta esse haec multis. Sed quid agam? officij nostri est, nec ista monere cessabo, siue quid deinceps sit, siue non. Quid enim sibi tumultus ille in foro vult? an inter feras agis, qui ita occurreres depellas? aut vereris ne quis te occurreret, & propius accedens, morsu petat? Cõtumeliã putas si inter ceteros ingrediare? Quae igitur haec insania est? Quid nostri est? equus si te propius assistat, cõtumeliosum non putas: hominem verò nisi mille stadiis abigatur, graue cesses & iniuriã. Iam verò pueri quod pertinent designatores: liberis hominibus velut mancipijs vteris, imò turpius ipse quouis mancipio viuus, certè quouis seruo leuior

Exo. 15. d

Act. 20. i

Gala. 3. d

Gala. 1. b

leuior es, pompā istā tātam quisquis circūducis: ve-  
rā libertatē, huic morbo obnoxij nunquam ne inspi-  
ciūt quidē. Quod si tumultuarii repellerēq; adeo lu-  
bet, non obuios, sed fastū illū repelle, nō per seruum,  
sed te ipsum, non designatoria virgula, sed spiritali.  
Nūc quidē seruus ille tuus accedētes repellit, turpius  
verō tua te sublimem illū stultitia agit, quā seruus  
propinquātem: quā si ab equo descēdēs, humilita-  
te duce pellas, altior cōspicere, maiori iā eris in pre-  
cio, nihil ad eam rem opus opera serui habebis. Nā  
si modestior factus, humi ingrediare: ipsa te humili-  
tas vehiculo suo gestatū in cœlum subuehet pernici-  
bus equis: cuius curru cadēs si ad illā fastus tui leēti-  
cam, quam reptilia trahunt, redeas, nihilo plus asse-  
quere, sed calamitosior, & inferior eris: alios em sic  
sui corporis & morbus & imbecillitas vectari cogit,  
te tua superbia. Atqui oīs, inquit Christ⁹, Qui se exal-  
tat, humiliabitur: vt ne igitur humiliemur, sed exalte-  
mur, ad fastigiū illud ascendamus. Sic enim requiem  
iuxta diuinū oraculū, animabus nostris inueniemus,  
vero & supremo honore potiemur: qui vt omnibus  
nobis cōtingat, gratia fiat & benignitate domini no-  
stri Iesu Christi, quem gloria decet & imperium, nūc  
& semper, & in secula seculorum, amen.

Homilia XLI.

**A** T dicit aliquis, quomodo resurgūt mortui? quali autē  
corpore veniēt? Stulte, tu quod seminas, non uiuifica-  
tur, nisi mortuum fuerit. Cum mansuetus alio-  
qui vehemēter, & humilis apostolus vbique sit, hic  
aliquanto propter aduersariorū pertinaciā vehemē-  
tius surgit: neque est hoc contentus, argumenta col-  
ligit etiā, & exempla ponit, sic cōtētiosum illū coērcens.

Hic sup. c

† nō enim  
aut dicitur  
vos.

Phil. 3. d

† verbis.

Et supra quidem, Si per hominē, inquit, mors  
est, per hominē resurrectio quoq; hic verō quod ob-  
iici à gētibus etiam solet, discussit. Vide autem vt hic  
quoq; incessendi vehemētiā præcidit: † neq; di-  
citis vos, sed incertum aduersarium fingēs, Dicit ali-  
quis, inquit, vt remissiore oratione minus percelleret  
auditorem. Affert autē quæstiones duas, resurrectionis  
alreram, alteram corporum status. De vtroq; em  
dubitabant. Qui surgit, inquiunt, solum semel? &  
quali qui surgunt, corpore redibunt? Quid est, quali  
corpore? id est, corruptōne illo & soluto, an alio quo-  
dam? Hinc non dubiā, sed confessa esse quæ quærūt  
docēs: vehementius iam occurrit. Stulte, inquit, tu  
quod seminas, non uiuificatur nisi mortuū sit: quod  
quidē etiā vulgo solemus, quoties manifesta quispiā  
negauit. Sed inquis, cur non statim ad omnipotentia  
dei recurrat? Quia cum Ethnicis res est: apud fideles  
rationibus vtitur raro. Vnde cū dixisset alibi, corpus  
nostrū humile trāsfigurabit, vt cōforme reddat cor-  
pori suo glorioso, & amplius quiddam quā resur-  
rectionem promississet, nullis exemplis vtitur tamen,  
sed diuinam potentia solum certissimæ probationis  
loco allegauit. Iuxta virtutē inquit, qua subiicere si-  
bi etiā cuncta potest. Hic autē rationes etiā mouet,  
quāquā scripturis ista probarat, tamē & has propter  
eos qui scripturæ fidunt parum, adiecit: stulte, quod  
seminas, id est, ex te ipso eius quod quæris rationē,  
ex his quæ quotidie facis, nosse licet. Vnde stultū te  
voco, qui quæ abs te quotidie fiūt, ignores: cū tu ip-  
se resurrectionis artifex quispiā sis, dubitas de deo:  
vnde vi quadā maiori, tu, inquit, seminas, tu inquam  
qui mortalis es, qui peris. Vide autē quæ accommodatis  
rationibus vtatur, nō uiuificatur, inquit, nisi mortuū

fuerit. Vocib⁹ feminū ppriis (cuiusmodi sunt, germi-  
nat, crescit, soluitur, putrefit) repudiatis, eas quæ car-  
ni nostræ respōdēt, accommodauit, viuificatur, moti,  
quæ nō seminum iam, sed corporū propria sunt: nec  
postquā moritur viuēt, inquit, sed quod plus ob hoc  
viuit, quia moritur. Vides quod moneo sæpe, in con-  
trariū semper orationē deflectit. Nā quod illi signū  
esse cur nemo resurgeret volebāt, hoc ipse certū re-  
surrectionis argumētū facit. Dicebāt enim nō resur-  
gere quod mortuū esset. Quid ipse? cōuertēs, imō ni-  
si mortuū, inquit, sit, nō resurget: & ob hoc resurget,  
quia mortuū. Quē admodū illud ipsum Christ⁹ quo-  
que docet, Granū frumēti cū cecidit in terram, nisi  
moriatur, solū manet: si moriatur autē, fructū copio-  
se reddit. Hinc Paulus exēplum trahens, nō inquit,  
nō viuūt, sed nō viuificatur, potentia diuinam rursus  
cōiungens, docēsq; non terræ naturā, sed dominum  
esse qui omnia facit. Cur verō quod accommodatus  
erat, inquis, nostrū semen in medium non adduxit?  
quādo nostra quoq; genitura à corruptione primor-  
diū habet, nō minus quæ grani? quia hoc minus respō-  
debat, illud magis: quærūt totum quiddam quod pe-  
reat, nostrū verō semen pars est, igitur granū male-  
bat. Præterea ex animāte mittitur hoc, & in animalis  
recipitur ventrē. Illud nō in carnē, sed in terram ia-  
ctum in ea soluitur, profus vt ipsa corpora mortuo-  
rum. Accommodatū igitur est magis: Et hoc quod semi-  
nas, non corpus quod nascetur feminas. Hactenus responsum  
est ei, qui num resurgāt: hic autē ei, qui quali corpo-  
re resurrecturi sint, quærūt. Quid est autē, nō corpus  
quod nascetur feminas? nō spicā integrā, neq; granū  
nouum, neq; enim de resurrectione iam disputatur,  
sed de ipso resurrectionis modo, quale corpus resur-  
recturum sit: exēpli gratia, talē ne, an melius splēdi-  
diūsq; Vtruq; autē ab eodem exemplo probat, do-  
cētq; nō tale, sed præcellētius rediturū, quorum hæ-  
retici nihil intelligētes, hunc nobis in modū insultāt:  
Aliud, inquit, cadit, aliud surgit, quæ resurrectio sit  
igitur? eius em quod cadit, resurrectionē esse dece-  
bat. Vbi admiranda, vbi stupescenda illa vestra de  
morte victoria? Siquidē aliud cadit, aliud surgit, nec  
reddit em mors vnquā quod abripuit captiuū. Hæc  
illi: quorū dictis videamus vt respondeat similitudo  
Pauli. Certē em nō alia res seminatur, alia surgit, sed  
eadē melior. Ac ne Christus quidē hoc pacto, cor-  
pus idē recepit, aut primitiæ eorū qui resurgūt fuit,  
qui iuxta vos corpus, licet peccati immune, abiecit,  
aliud sumpsit. Vndē nā igitur hoc? nā illud ex virgi-  
ne quidē, hoc verō vnde? Vides cōmentum quo im-  
pingat? quō enim vestigia clauorū ostēdit? quia idē,  
puto, corpus crucifixū resurrexit: aut quid sibi Ionæ  
figura vult? nō alius enim absorptus, alius in terrā ex-  
positus rursus Ionas est. † Quid? quod eodem corpore,  
sed aliter cōparato resurgem⁹, corruptionis indicia  
scilicet & illa quæ sensu cōprehēdi potest crassitudi-  
ne, in cœlestē quendam fulgorē mutatis. Sic scriptu-  
ræ dicūt, Solue, inquit, † tēplum hoc, & triduo ipsum  
suscitabo: nēpe quod soluebatur, idem & suscitauit.  
Vnde euangelista quod de sui ipsius corporis tēplo  
diceret, adiecit. Quid igitur Paulus? Nō quod nasce-  
tur, inquit, corpus feminas tu, hoc est, nō spicā. Nā &  
eadem est, & non eadem: eadem, quia substantia ead-  
em: nō eadē, quia melior iam hæc, substantia quidem  
eadem consistēte, ornatu verō maiore, & vt vno ver-  
bo dicam, noua eadem resurgēte: siquidem hoc nisi  
sit, ni-

Ioan. 2. d  
† Quid au-  
tē etiā ip-  
se dicebat.  
Soluite.

Ioan. 2. d

fit, nihil resurrectione fuit opus, nisi præstātius quod  
cecidit, rediret. Quid enim demoliri domū necesse  
sit, nisi extruere splēdidiorē velis? Hoc igitur illis,  
qui eandē corruptionē esse putāt, respōdit. Hinc  
nequis aliud esse corpus suspicaretur, similitudinē da-  
tā exponit, nec spatiū auditori alio cogitationē hinc  
transferēdi permittit, adeoq; nihil hic oratione no-  
stra est opus, ipse sese exponit, Nō corpus quod nascetur  
feminas tu. Quid sit ipsum, audiamus. Statim enim sub-  
iunxit, Sed nudum granum (exempli causa) tritici, aut  
alicius ex cæteris: [Hoc est, non corpus quod nascetur, id est,  
non ita vestitū: non granū (verbi gratia) tritici, aut a-  
licuius ex cæteris quod calamum habeat & aristas.]  
Et deus illi dat corpus vt voluit. Rectē, inquis: sed istic  
est naturæ opus. Cuius naturæ? dic mihi, certē & istic  
omnia deus facit, non natura, non terra, non pluuia,  
quod ipse quoq; significatur, terra, pluuia, aura, So-  
le, rusticanis manibus prætermisissis: Deus, inquit, illi  
pro voluntate sua dat. Nō est igitur cur multis occu-  
pēre, cur sollicitē quo pacto sint inquiras, diuinā ma-  
iestatē, diuinā voluntatē audis: Et vnicuique feminū pro-  
priū corpus. Vbi igitur est alienū? propriū enim dat. Itaq;  
quū dicit, nō quod nascetur, feminas tu: nō hoc vult,  
qui substantia aliā pro alia restitui dicat, sed præstā-  
tiorē, splēdidiorē. Vnicuique enim feminū proprium est, in-  
quit, corpus. Hinc iam discriminē futuræ resurrectionis  
ostēdit. Neq; enim quia semina iacta in spicas omnia  
renascūtur, idem omnium etiā qui resurgūt status erit,  
quādo nec semina ipsa vim eadē tenēt, sed alia aliis  
sunt præstātiora. Ergo subiūgit, Vnicuique proprium  
corpus: neq; hoc est cōtētus, discriminē maius, & eui-  
dētius quærūt: vt ne enim, quia resurrecturos, quē ad-  
modum dixi, vniuersos audis, pari vniuersos etiā di-  
gnitate resurgere putes, obices huic cogitationi su-  
prā præstruxit: in suo quisque ordine, inquit: & hic  
magis etiam perspicuū reddit, Nec caro eadem omnis est,  
inquit: de seminibus quod dico, de corporibus eadē  
licet: subiungit igitur. Hominū alia, alia pecorū, alia pisciū,  
alia volucrum. Sunt cœlestia corpora, sunt & terrestria, sed alia  
cœlestiū gloria est, alia terrenorū: alia Solis gloria, alia lune, a-  
lia stellarum: stella à stella gloria differt. Et quid sibi verba  
volūt: cur quum de resurrectione disputatio institu-  
ta sit, in Solis mētione delabatur & stellarū? Nō dela-  
bitur, nec abreptus instituto est: absit: adhuc inheret,  
resurrectione asserta discriminē esse resurgētum ingēs  
probat, vna sit resurrectio licet. In duo igitur hoc v-  
niuersum, cœlestia, terrestria fecat: quod illa porrō  
resurrectura sint, frumēti similitudine mōstrauit, sed  
quod non eadem omnia gloria, hinc iā docebit. Vt  
enim resurrectionis spes sublata semel, supinos: sic iis-  
dem rebus credere dignatos vniuersos iri, secordes  
reddat. Vtrūq; igitur, illud quidē supra, hoc deinceps  
iā emēdauit: ordines autē fecit duos, piorū, impiorū:  
eos rursus in mēbra quēdā secat, nec pios cū impiis,  
nec pios planē cū piis, aut impios cū impiis eadē cō-  
ditione futuros docēs. Prima igitur piorū & impio-  
rum sectio est: Cœlestia quædam corpora sunt, in-  
quit, quædā terrestria: impios per hæc, per illa pios si-  
gnificare volēs: iā impiorū discriminē atexit, Nō om-  
nis, inquit, caro eadē est, sed pisciū alia, alia volucrū,  
alia pecorū: corpora sint omnia licet, sublimiora, in-  
feriora tamē aliis alia sunt. In vita, in apparatu simili-  
ter habet. Hic ad cœlestia redit: alia, inquit, Solis est,  
alia lune gloria. Vt in terrestrib⁹ em, sic in cœlestibus  
quoq; diuersitas quēdā est nō parua, profus ad extre-

ma vsq; quadēs Nō em Soli luna, aut luna stellis dif-  
fert modo, sed stellæ stellis, omnia sint in cœlo licet,  
tamē gloria visuntur alia alius maiore. Quid igitur hinc  
proficiemus? quod in regno qui sint omnes, nō eadē  
omnes regni gloria fruūtur: in igne qui sunt omnes,  
nō eadē omnes supplicij crudelitate coquentur. Sic  
igitur & mortuorū resurrectio, inquit, discrimine scilicet  
ingēti. Hinc illā iam satis comprobata disputatio-  
nem mittens, ad resurrectionē & resurgēdi modum  
redit, Seminatur in corruptione, inquit, resurgit in incorru-  
ptibilitate. Vide ingeniū, de seminibus loquens, voci-  
bus vtitur corpori propriis: Non viuificatur, inquit,  
nisi mortuū: de corporibus autem, feminū nomina  
vsurpauit, Seminatur, inquit, in corruptiōe, surgit in  
incorruptibilitate: nō, inquit, nascit, sed surgit, ne ter-  
ræ opus putares. Semētē hic nō id quod in vtero ma-  
turefcit vocat, sed illā in terrā mortuorū corporum  
tumulationē, dissolutionē, cinerē. Vnde in ignominia  
seminatur, inquit. Quid fœdus enim cadauere iā pu-  
trido cogitari potest: Resurgit in gloria, seminatur in infir-  
mitate. Nam trigesimus dies nō abit, quin cōputruerit  
totū: durare ne vnum quidem diē, aut cōtinere se  
caro potest? Resurgit in potentia. Nihil em tū supererit  
horum: vnde vtriusq; generis vsus est exēplis, ne si  
quis incorruptibilitatē, gloriā, pœnam] audiat, nul-  
lū esse resurgētū discriminē putet. Omnes enim in in-  
corruptibilitate, in gloria, in potētia eius incorrupti-  
bilitatis surgēt quidē, sed nec dignitatē, nec securita-  
te pari. Seminatur corpus animale, resurgit corpus spiritale:  
[est corpus animale, est & corpus spiritale.] Quid ais? ergo  
nūc spiritale nō est? Spiritale quidē, sed animale ma-  
gis. Sæpe em nūc quidē spiritus gratia, peccātibus  
nobis absistit: ac vt præsto sit mēti quidē nostræ, ta-  
men vita in carne interim est spiritū ignorante. Istic  
verō nō itē, sed cōstāter spirit⁹ beatorū carni affistit,  
eritq; penes hūc imperiū, etiā anima tū præsentat-  
que hoc per spiritale significauit: aut agibilibus certē  
tenuitq; & quod aura vehi possit, futurum dicit: aut  
fortasse vtrūque. Quod si mihi parū ctedis, cœlestia  
corpora splēdida illa, hactēn⁹ durātia, æterna trāquil-  
litatē cōsistētia vide. Credēsq; deinceps, etiā illa no-  
stra corruptibilia, incorruptibilia vt sint efficere deū  
posse. Imō his quæ oculis cernuntur præstantiora.  
Quemadmodum scriptum est, inquit, factus est primus Adā, Gen. 2. b  
in animā viuētē: extremus, in spiritū viuificatē. Tamen si il-  
lud est scriptū quidē, hoc nō est: trāstulit tamē ab ip-  
so rerū euetu, quod ferē solet, quæ etiā prophetis est  
cōsuetudo. Iustitia ciuitatē vocatā iri Hierūsalem, Zach. 8. a  
propheta dicit, nec est vocata tamē. Quid ergo? mē-  
titus est propheta? nequaquā. Sed rerū euentū nota-  
uit. Christū item Emmanuel, quod ne ipsum quidē  
cōtigit tamen, sed res ipsæ voces has mittūt. Eodem  
hic pacto, Extrem⁹ Adā in spiritū viuificatē: hæc eō  
dicit, quia vtriusq; vitæ symbolā pignorāq; præterier-  
rūt, præsentis quidē, Adā: futurę verō, Christus: quia  
enim vera bona in spe nostra posita sunt, ipsum prin-  
cipiū bonorū præteruisse, fontē & radicē comparui-  
se docet: quod si fons, si radix nota omnibus est, de  
fructu dubitari nō potest: vnde, Extremus, inquit, Adā  
dam in spiritū viuificatē: & alibi, Viuificabit, inquit,  
mortalia corpora vestra, per spiritū ipsum, vos inha-  
bitatē. Ergo qui viuificat, spiritus est. Deinde ne quis  
quærat, cur antiquiora mala sint: & ea quæ ad animalē  
nostri partē attinēt, præterierint tota, nō cœperit so-  
lum: quæ ad spiritū autē, cœperint modo: vtriusq; rei  
principia

† supra a-  
† per se ipsum:  
† potest

† sed illud  
† multo ma-  
† gis.

Gen. 2. b

Esa. 7. c.  
Mat. 1. d

Rom. 8. a



principia sic ordinata fuisse docet. *At nō erat primum,* inquit, *quod spiritale, sed quod animale, spiritale post.* Cur autē id ita sit, non adiūxit, diuina ordinatione cōtētus, ipsum rerum euentū, certissimū diuinæ dispēstationis restem arbitratus, tum res nostras ad meliora semper festinare docens. Nam si quæ minora sunt, exitū aliquādo suū obtinuerūt, quāto maiori cum fiducia expectāda nobis sunt prāstātiora bona? Quia igitur tātis iam olim bonis fruiruri sumus, in eū nos ordinē, qui Solis instar lucet, alacriter inseram<sup>o</sup>, mortuos ne lugeam<sup>o</sup>, sed perditē potius ex ista vita soluētes: imitemur agricolas, qui cum dissolui granū vident, nihil turbātur: vbi superstes, solidūmq; & integrū in agro iacet, metuūt, tremūt: mox vbi dissolutū iam conspiciantur, gaudēt, futuræ enim sationis exordiū est, solutum granū: Ita nos cū corruptibilis illa nostra domus ruit, gaudeamus, cū homo seminetur. Nec mire, q; sepulturā semen vocet, satio est multo optima. Vulgarem enim hāc nostrā sationem mors, labores, pericula, curę cōsequuntur: illā, si rectē viuamus, prēmia, coronæ. Et hāc quidē, corruptio, mortalitas: illam, immortalitas, incorruptibilitas, & mille præterea bona comitātur. In hac cōplexus, voluptates, somnus: in illa, vox vna de cælo descēdēs, cōfertim omnia fœcundat: hīc qui surgit semel, in ærūnosam istā vitam non reducitur vnquā: dolor, tristitia, gemitus, mala omnia ponūtur. Sed herū qui ædibus tuis præsint, queris, & ob hoc mariti obitū deploras. Ad communem omnium præsentiū, cōmunem saluatorē, cōmunem patrem deū, ad ista auxilia nunquā vincēda, ad expedita præsidia, protectionē quolibet tēpore loco præsenteam, vndiq; te vallātem cōfuge. Sed desiderabilis est & gratiosa cōsuetudo, noui. Quod si reputabis rectē dolorē, deinde quis ille sit qui abstulit, apud te cogitaris, si quā fortiter oppetiit, volūtātē istā sacrificiū exhibes deo, & euadere procellā istā facillē potes, & quod tēpus solet, id efficias ratione tu & philosophiā. Quod si in lachrymas diffusas tota, cessabit nihilominus cū tempore dolor, & præmiū tu nullū reportabis. Istā rationē vbi iniueris tecū, exēpla collige illa præsentiū vitæ, qualia passim in scriptura legūtur. Cogita quod Abrahā filiū suum mastravit, & neq; fleuit, nec verbū acerbū vllū emisit. Rectē inquis, sed Abrahā. Atqui tibi maior est propositus labor. Iob verō, fleuit ille quidē, sed quod satis erat patre liberorū amātem, & mortuos curātem. Quod verō nūc facimus nos, hostiū est potius & inimicorū. Neq; enim si tu amico ad regnū vocato, coronatōq; lachrymeris, pectus tūdas, amicū esse te coronati quisquā credat, sed inimicū, sed hostē. Ego verō iam nō illū doleo, inquis, sed meipsum. Atqui ne hoc quidē amātis est, ad istā solitudinē reuocatum illū, aut huic miseræ subiectū, in mari fluctuantē esse propter te velle, cui coronari, appellere, & in ipso portu sedere licet. Sed quō abierit, inquis, ignoro. Ignoras? Vel rectē vixit, vel secus: vtrinq; quō profectus sit, constat. Id ipsum est quod perturbat, inquis, quia discesserit peccator. Sūt hęc suffugiū & prætexus. Nā si tu idcirco mortuū doles, formare, cōponere viuētē oportebat. Verū tuas tu vices, nō huius deplorās. Abierit peccator sanē, gaudere decet, peccata impedita esse, & non accumulātū malū, nitiq; quātū fieri potest, vt iuuetur nō lachrymis, sed prece, supplicationibus, eleemosynis, oblationibus. Nō est temerē hoc excogitatū, nec frustra memoriā mortuo-

rum inter sacra mytheria celebramus, aut accedimus, pro istis agnū illū iacētem & peccata mūdi tollētem deprecātes, sed vt his cōsolatio hinc aliqua fiet. Nec temere qui altari afficit, inter horrenda mytheria clamat, Pro omnibus in Christo dormiētibus, & pro his qui memoriā celebrāt illorū. Nam nunquā ista fiant, neq; hęc dicātur, [ si pro illis cōmemorationes non fierent. ] Neque enim scena iam amplius nostra sunt, sed spiritus ordinatione fiunt. Opitulemur igitur his fratres, memoriā pro ipsis faciamus. Nam si Iobi illius liberis patris victima purgavit: quid dubites, ē nobis quoque si pro dormiētibus offeramus, solatiū quiddā illis accessurū? Gratificari deus propter alios aliis solet, quod Paulus hic ostēdit. Vt ex multis, inquit, personis, pro dono in nos collato, per multos gratiæ pro vobis agantur. Ne defatigemur mortuis auxiliū ferēdo, preces pro ipsis offerēdo, communis totius orbis victima preces sunt. Hinc pleni fiducia, pro toto etiā orbe supplicamus, inter martyres, inter cōfessores, inter sacerdotes mortuos recēsemus. Vnū enim corpus omnes sumus, sint mēbra licet alia aliis illustriora, vndiq; veniā ipsis impetrare licet, precibus pro ipsis effusis, muneribus datis, consortio eorū inter quos velut cōmune corpus referūtur. Quid ergo doles? quid lachrymaris: cū impetrandæ mortuo veniæ tot extēt rationes. Sed hoc doles, quæ sola sis careās; rectorē. Hoc non est cur dicas, amittere rectorē deū nō potes, quātisper hūc habes, cōiuge, patre, filio, affini quouis præsint, vt qui superstitibus etiā his faciebat omnia tamē. Hęc tu cogita, & exēplo Dauidis sic dicas, Domin<sup>o</sup> illuminatio mea, pater tuus, quē timebo? quādo? tu pater orbis, tu dux viduis es. Huius tibi præsidiū deuince, magis que prospiciēt tibi senties, q; prius, quādo scilicet in difficultate cōsistis. Sed filiū amisisti. Nō amisisti, ne dicas. Somnus ea res est, nō mors: trāsitus, nō interitus, peregrinatio ab humiliori loco ad altissimū suscepta. Caue irrites deū, sed propitiū tibi redde. Si feres generosē, magnū tibi ex ea re & mortuo ipsi solatiū erit. Si feceris cōtrā, magis diuinā irā accēdes. Nam si tu hero seruū castiganti assūtēs indigneris, magis illū aduersus hominē prouoces, credo. Caue igitur faxis, orās potius age, qui illā tibi tristitiæ nubē dispergat. Dices quod beat<sup>o</sup> ille, Dominus dedit, dominus abstulit. Cogita quot sint qui equius suā fortē ferūt, qui nūquā nec liberos susceperūt, nec patres sunt appellati. Neq; ego sanē voluissē inquit. Quāto enim præsint, omnino nō gustasse, quā vbi gustaris, voluptate protin<sup>o</sup> cadere? Ne obsecro voces istas vsurpes, ne irrites etiā dominū: sed pro his quæ habes, gratias age: p his quæ nō perpetuo habes, dominū glorificato. Nō effutiuit hoc quod tu Iob tā imprudēter, non accipere præsintisse: sed etiā p his gratias agit, Dominus dedit, inquit: p his gratias agit, Dominus abstulit, in secula sit nomen dñi benedictū. Sic vxorē litigādo cōercet, ista admirāda verba profatus. Si bona suscepimus prius, inquit, de manu domini, mala non feremus? Et quāquā acerbior postea tētatio fuit, tamē ne sic quidē ille defecit, æquē generosē tulit, æquē dñm prędicauit. Hoc tu quoq; fac. Cogita apud te ipsum, primū nō ab homine, sed à deo ablata, à deo facta, studiosiusq; quā abs te ipso cōseruata, vt qui rectissimē, quid ex re cuiusq; sit norit, nō hoste, non insidiatore, sed patre. Cogita quō sint parētes, quibus liberi sui vitā acerbā & iniucūdā reddiderunt.

Quid

Quid ergo generosos non vides, inquis: Video sanē: Verū etiā his rectius filius tuus habet. Sint em̄ in precio licet, atqui incertus finis est. Quæ de re iam nihil es anxia tu, nihil tremis, ne quid accidat, ne qua iterū mutatio fiat. Eadē hęc de vxore interea & sedulo cogitato, pro omnib<sup>o</sup> domino gratias habeto. Cōiugē amisisti, dominū glorificato: fortasse maiore ad cōtinentiam reducere, maius ad opus vocare, isto te vīculo liberare studet. Hoc pacto si philosophemur, simul & præsintē vitæ tristitiā discludemus, & futura bona cōgregemus. Quæ vt omnibus nobis cōtingant, gratia faxit & benignitas domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

HOMILIA QVADRAGESIMA  
secunda, Hieronymo Agnino interprete.

Primus homo è terra terrenus, secundus homo ipse dominus de cælo.

**O**steaquam de animali & spiritali, vtriusq; discrimine mōstrato, differuisset: terrenum iam & cœlestem hominē vocat, alia rursus differentia allata. Quārū prior quidem illa ad præsintem futuramq; vitam: hęc vero ad eam quæ ante gratiam extitit, & post gratiam futura est, pertinet: atq; hanc in optimo vitæ genere cōstitutā esse dicit. Ne vero (quod modo dixi) resurrectione confusi, vitæ & sedulitatis essent securi, denuo hic illos ad certamen inducit, & ad virtutē cohortans: Primus, inquit, homo è terra terrenus est, secundus homo ipse dominus de cælo: in vniuersum quicquid huius est, hominē quidē vocās, sed hoc tamē à præsintiore, illo à detiore denominato. *Qualis enim terrenus ille, inquit, tales & hi qui terreni sunt:* id est, sic peribunt, & morientur. *Rursum qualis ille cœlestis, tales & hi qui cœlestes sunt:* hoc est, eundē in modū immortales, æternāq; gloria clari. Quid igitur? inquis, an nō mortu<sup>o</sup> est hic ipse quoque? Sanē quidē, verum incommodi inde nihil accipit, quin ipsam mortē hoc potissimū modo peremit. Viden<sup>o</sup> vt per mortem eius etiā resurrectionis illud dogma cōfirmet? Cum igitur (quod dudum monui) principiū rei adeoq; caput habeas, de corpore vniuerso nihil iā amplius dubitare iubet, & saluberrimā viuendi doctrinā iam hinc sedulo inculcat. Exempla vero sublimis istius philosophicæq; vitæ, tū eius quæ ab hac diuersa est, ponēs, vtriusq; originē, illius Christi, huius Adam adducit. Quam quidē ob causam nō simpliciter è terra, inquit, est, sed terrenus: quasi dixerit crassus, rebūsq; deditus præsintib<sup>o</sup>. de Christo cōtrariū dicit, ipse vero dominus de cælo. Quod si hic sint qui obiiciāt, Christū corpus nō habuisse, eo q; de cælo esse dicatur, his quanquā satis superq; os obstruat quæ hætenus à nobis dicta sunt, tamē nihil obstat quo minus hoc quoq; loco eos cōpescamus. Quid igitur? dū ait, ipse dominus de cælo, naturamne, an optimā illā vitæ rationē intellexit? Enimvero manfistū cuiq; est, q; vitæ rationē. quocirca subiicit, *Quemadmodum gestauimus imaginē terreni: hoc est quemadmodum patriuimus mala: gestemus & imaginem cœlestis:* hoc est, operemur bona. Sed missis aliquantisper his, istuc abs te lubens interrogarim, num quod ex terra terrenum dixit, & ipsum dominū de cælo, de natura dictū videatur? Sanē inquis. Quid ergo? itāne terrenus solū erat Adam? nec præterea quicquā obtinebat sublimioris illius & incorporalis naturæ, quā nūc animā, nūc spiritū scriptura vocat? Nemi-

Tomus quartus.

**A** ni equidē obscurum & hanc eum habuisse. Sic igitur neque domins, licet ex cælo dicatur, è supernis tantum erat, quoniā quidem carnē quoq; erat indutus. Ergo quod dicit, huiusmodi est. Quemadmodū gestauimus imaginē terreni, mala scilicet opera, gestemus & imaginē illius cœlestis, vitā viuamus supernis conuenientem. Quod si de natura sit dictū, quorsum exhortatio & consilium pertinebat? Vel hinc itaq; liquet, de vitæ instituto dictū istuc accipiendū. Quapropter ita quoq; sermonē instituit, vt & cōsulat, & similitudinē appellet, vt qua declaret de operibus se non de natura loqui. Etenim terreni eam ob causam sum<sup>o</sup>, quia mala perpetravimus: nō quia terreni ab initio creati sumus, sed quia peccauimus. Primò omnium peccatum extitit, ac tum demū mors est infecuta, & illud itē: Terra es, in terrā reuertes. vniuersa deniq; afflictionū multitudo irrupit. Neq; em̄ ex terra natū esse (cum eiusdem massæ & cōspersionis ipse quoq; dñs extiterit,) sed terrena perpetrare, est quod terrenū efficit: quemadmodū cælo digna operari, est quod cœlestē reddit. Sed quorsum attinet in cōfirmandis his frustra occupari, cū pergens Apostolus ipse sensum nobis explicet, his quidem verbis. *Hoc autē eo fratres dico, quod caro & sanguis regni dei hereditatē cōsequi non possunt.* Vides vt sui interpret (quod fere solet) multis nos difficultatib<sup>o</sup> liberet? Carnē nāq; hic opera illa mala appellat: quod ipsum etiā alibi sæpe facit, velut cū ait. Vos vero nō estis in carne, & iterū, Qui in carne sunt, deo placere nō possunt. & hic rursus, Hoc autē dico fratres, &c. Planē igitur aliud nihil vult, q; ideo se hęc monere, qui discas operibus malis ad dei regnū nō perueniri. A resurrectione em̄ ad regnū sermone deflexo subdit, *Neque corruptio incorruptibilitatis hereditatē accipit.* id est, malitia gloriā istam non attingit, & rerum incorruptibiliū fruitionem: nam frequenter hoc nomine malitiam notare solet, vt cum inquit, Qui seminat in carne, ex carne metet corruptionē, &c. Quod si de corpore accepisset, nō de operibus prauis, nō vtique corruptionē dixisset. neq; enim corpus corruptionē appellat, quādoquidē corruptio nō est, sed corruptibile. Quare cum pergit de corpore loqui, nō corruptionem esse, sed corruptibile dixit. Oportet enim corruptibile hoc, inquit, inducere incorruptibilitatē. Postquā igitur susceptā de vita admonitionē absoluisset, ex more materiā materiæ annectens, cōceptū de corporū resurrectione sermonē rurū aggreditur, hoc pacto: *Ecce mysteriū vobis dico, &c.* Stupendum quiddā & arcanū, quodq; nō omnes nossent, dictū erat, quo quidem quod arcana promat, haud leui in precio illos apud se fuisse declarauit. Quale igitur est quod dicit? *Non omnes quidē obdormiemus, omnes immutabimur tamē.* Quod sic intelligendū: nō moriemur omnes, omnes tamen immutabimur, etiā hi q; nō moriūtur, mortales enim & hi. Ne igitur si mori, inquit, cōtingat, ob id terreare, tanquā non resurrecturus, Sunt enim quiddā, sunt qui etiam hoc subterfugient: quibus ad resurrectionem illam non erit hoc satis tamen: verum illa corpora nondū mortua etiā immutari, & incorruptibilitatē cōsequi nihilominus oportebit. *In puncto temporis, in momento oculi, per extremā tubam.* Quādo enim de resurrectione pluribus disseruerat, cōmodum admodū & opportune, quod vehementer mirandū & incredibile videri poterat, cōmōstrat. Neq; enim q; corpora hęc vbi cōtabuerint

resurrectura

resurrectura sint, neq; quod multo prestantiora futu- ra illa quæ ex putrefactis resurgēt, neq; q̄ fortē lon- ge meliorē expectent, neq; quod suum quisq; sit ac- cepturus, quod alterius sit nemo, admiratione solum dignū fuit, sed magis illud q̄ tot & tāra quæ omnem rationis captū mentēq; planē superāt, omnia futura sint tēporis puncto, hoc est, breuissimo tēpore: quod manifestius etiā declarās, in momēto, inquit oculi: quasi dicat ad motū palpebræ. Iam vero quādo ma- gnum quiddā & stupore plenū dixerat, tot videlicet tātasq; res tam celeriter euenturas, fidē verbis factu- rus demonstrationem euidētē adducit. *Canet enim & mortui resurgēt incorruptibiles, iquit, nōq; immutabimur.* Illud, nos, nō de seipso, verū de omnibus tum in vita repertis intelligēs. *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptibilitatem.* Etenim ne quisquam eo audito, quod caro & sanguis regni dei hæreditatē consequi nequeant, nō resurrectura corpora putaret, adiecit: *Oportet corruptibile hoc induere incorruptibilitatē, & mortale hoc immortalitē.* Corruptibile igit̄ cor- pus illud & mortale, corpus quidē permanet (ipsum enim id quod induitur, est) mortalitas vero atq; cor- ruptio, imortalitate & incorruptibilitate subeūtib⁹, euanesct̄: itaque in posterū nihil ambigas, quī a ter- num viuere corpus possit, cū audieris incorruptibile istuc futurū. *Vbi vero corruptibile hoc induerit incorrupti- bilitatē, & mortale hoc immortalitē: tūc fiet sermo qui script⁹ est, Absorpta est mors in victoriā.* Postquā magna & ar- cana illa deprecassēt, rursus fidē, idq; ex propheta orationi facturū, absorpta est mors, inquit, in victo- riā: id est, in finē & euerfionē, vt plane nihil eius re- liquū sit, neq; reuertendi spes appareat vlla, morta- litate scilicet per immortalitātē deiecta. *Vbi tuus mors aculeus? vbi tua inferne victoria?* Vides animū gene- rosum? Iam igitur velut de victoria triumphās, & af- flat⁹ futura quasi preterita quodāmodo cernēs, mor- tem irridet, atq; insultat prostrate, deiectūmq; in ca- put triūphali voce inuehit, strenue in hęc verba ex- clamans, *Vbi tuus mors aculeus: vbi inferne victoria tua?* Nimirū transiit, periit, euauit penitus, adeoq; frustra hic laborasti. Neq; enī armis modo illā exiit, ac deuicit, sed prorsus aboleuit, & in nihilū redegit. *Aculeus autē mortis peccatū, potentia vero peccati lex.* Vi- des de corporali morte sermonē esse: cōsequens er- go & de resurrectione corporali intellexisse: etenī ni- si resurrectura illa sint, qua ratione mors dicitur ab- sorpta: præterea vero quomodo peccati potētia lex? Aculeū enim mortis esse peccatū, idq; multo graui- malū ipsa morte, vt pote in quo suas illa vires habeat omnes, iam manifestū est. Sed quī peccati potentia dicitur esse lex? Quia hanc citra, imbecille peccatum ac impotens est, & quanquā aliquid quidē operetur, nō ita tamen † condēnare potest. malū quidem per- petratur, manifeste vero nondū apparet. Quare non parum momenti attulit lex, qua & peccata innotue- runt, & pœna est † cōstituta. ] Porro autē quod inter- minando lex peccatū auget, redditq; conspicuū, nō in illa, quemadmodum nec in medico, sed in eo qui pharmaco abutitur, culpa hærebit: quādo & præsen- tia Christi Iudæos magis etiā offendebat, neq; tamē hanc nos propterea reprehēdimus, sed miramur po- tius, & illos vehementer odimus, qui vnde iuari cō- ueniebat, dānū acceperint. Proinde ne lex peccatū cōfirmaret, Christus illam vniuersam impleuit, cum ipse extra peccatū esset. Atqui hic rursus cōsidera, vt

Osee. 13. & Hebr. 2. d.

† condēnari

† iustitia

resurrectionē p̄bet. Si enim peccatū causa est mor- tis, Christus vero peccatū aboleuit, & nos ab eo per baptisina suū liberauit, & post peccatū compescuit etiā legē, qua durante illud subsistebat: quid de resur- rectione porro dubitas? Quī enim in posterum mors dominabitur? an per legē? atqui hæc est abolita. An per peccatū? sed hoc sublatū est. *Deo autē gratia, qui dedit nobis victoriā per Iesum Christū.* Nam ipse trophēū statuit, coronarū nos participes fecit, idq; nō ex de- bito, sed ex gratia & misericordia. *Itaque fratres stabiles sitis, & immobiles.* Iusta & cōueniēs admonitio est. Ni- hil enim tantopere perturbare solet, q̄ putare se fru- stra & in vanū adfligi. *Abundātes in opere domini sem- per:* hoc est, vita sincera. nō dixit, operātes bonum: sed, abundantes, quō scilicet sponte, & ex abundāti peragamus istud, & stadiū aliquando transiliamus. *Cū sciatis quod labor vester nō est inanis in domino.* Quid? laborem rursum narras: labor est, sed qui premiū ha- beat coniunctū cœleste. Siquidē primus ille post re- lectum paradysum labor, pœna peccati fuit: hic vero noster, [imago] est præmiorū futurorū. † Itaq; labor hoc nō est, diuino scilicet præsidio frui: ] quamobrē addidit, in domino: nā ille prior eo pertinebat vt pœ- nas daremus, hic vt futuris bonis fruamur. Itaq; dile- cti ne stertamus: nō est enim, nō est profecto cur de- fides, voluptuarios, aut molles regnū cœlorū conse- cuturos arbitremur. Sed iucūdū esse debet, si corpo- re depresso & castigato innumeralib⁹ molestiis & laborib⁹ perferēdis, bonis istis aliquādo pfuamur. *An non cōsideratis inter cœlū & terram quantum in- terfit? quātum præstitutū nobis bellū? Deinde q̄ ad malitiā pronus sit homo, quā vndiq; peccatū cir- cūstet, quot deniq; in medio laquei sint, nō cogita- tis? Quid igitur tot & tantas aliunde cōtrahimus cu- ras, cum tot sint quas sua spōte natura nobis inleuit, quib⁹ plurimū negocij ipsi nobis facessimus, & onus reddimus multo difficillimū? Non erat satis pro cor- pore, pro vestibus, pro familia esse sollicitos? nō suffi- ciebat cura rerū necessariarū? atqui ab his dehorta- tus est Christus, cū inquit, Ne sitis solliciti vitę vestrę quid edatis: neq; corpori vestro quib⁹ induamini. En supra victū necessarium vestitūmq; sollicitos esse nō decet: adeoq; nec diei quidē posterę. Qui ergo tātū malorū onus subeunt obruūt sese, quādo putas re- mergere possunt? Ignoras alicubi Paulum dicere, *2. Tim. 2. Nemo militās cura victus distringitur? Nos vero de- liciamur, ingurgitamur, inebriamur, p̄pter nihili res sustinemus patimurq; multa, in cœlestib⁹ torpemus & pigrescimus.* An nescitis nostrā promissionē esse quiddā homine maius? non est cur humi repēs cœli vertices aliquādo cōtingere speret. At nos non mo- do secūdam hominē data opera viuimus, verū ipsis etiā brutis sumus deteriores. Ignoratis, † quo in loco sumus cōstituti? ] Non perpenditis verborū etiā & cogitationū a nobis rationē exigi? atqui nos ne fa- ctorū quidem gerimus curā. Quicunq; aspexerit mu- lierem, inquit, [ad concupiscendū eam,] iam adulte- rium cum ea cōmisit: sed tamē quibus reddere vel la- sciuentiū oculorū rationē necesse est, nō dubitāt re- ipsa ipso crimine cōspurcari. Quicunq; dixerit fra- tri suo fatue, in gehennā incidet: nos autē mille op- probriis cōfundere fratrē, mille insidias struere nō- dum desistimus. Qui, inquit, amantem redamat, nihil maius Ethnico præstitit. At nos etiā iis inuidemus. *Quam ergo habiturū sumus veniā, quādo vetera illa omnia**

† mater. † itaque labor q̄i fuerit, in hac ratio- ne tum quod di- uino fru- mur. † ad que- le tribu- mal s̄st- mur? 2. Cor. 5. b. Mat. 5. d. † ibidem. † ibidem.

omnia superare & relinquere iussi, nō dum quod mi- nimum etiā est, rectū vitę statū sumus ingressi? Quæ nos ratio excusabit? Quis pœnā dātibus astabit latu- rus opem? Nemo scilicet. Sed necessum fuerit miserē tortos, cū ploratu & stridore dentiū in tenebras exte- riores illas, in dolores ineuitabiles, in nūquam extin- guēdos cruciatus trāsmitti. Quapropter oro atq; ob- secro vos, adeoq; ad genua supplex procumbo, dum quantūuis exigua vitę portio supersit, acquiescite di- ctis, cōuertamini, emendemini in melius: ne instar il- lius diuitis, vbi hinc migrauerimus, nihil pfuturas il- lic lachrymas fundam⁹, & lugeam⁹ frustra: siue enim patrem habeas, siue filiū, siue amicum, siue quēcunq; alium, qui sp̄e in domino ponat, nemo horū de ope- ribus propriis te accusatū liberabit. Nam eiusmodi illic iudiciū exercetur, ex suis quisq; factis iudicatur, neq; aliter saluatur istic quisquam. Et hęc quidē mo- neo, nō qui afficiam tristitia, aut in desperationē ad- ducā, sed ne vanis & inutilibus spēbus laetati, hoc aut illo fidētes, propriam virtutem negligamus. Etenim si segnes tardauerimus, nec iustus, nec propheta, nec apostolus nobis vllus patrociniabitur: sin seduli fueri- mus, satis magno operū nostrorum patrocinio freti, summa cum fiducia hinc discedemus, & quę diligen- tibus dominū reposita sunt, bonis perfruemur, qui- bus vt potiamur omnes, gratia & misericordia con- tingat domini nostri Iesu Christi, cū quo patri simul & spiritui sancto gloria sit in secula, Amen.

Luc. 16. f.

HOMILIA QVADRAGESIMA- tertia, Ioanne Fichardo interprete.

Cap. xvi. *Aeternum de collatione in sanctos, quemadmodū ordi- navi ecclesis Galatia, ita & vos facite.* Cū absol- uisset tandē institutam de dogmatis oratio- nē, effētq; iam ad eam partē quæ mores propius at- tingit digressurus: cætera quidē missa facit omnia, & ad ipsum bonorū summū cōcedit: de eleemosyna vi- delicet instituens sermonē. Neq; vero de moribus in vniuersum agit ille, sed de vna hac eleemosyna cū es- set locutus, desinit. Et quidē nusquā hoc alibi fecisse illum reperire est, verum in aliis epistolis ita ferē so- let, vt & de eleemosyna, & modestia, & mansuetudi- ne, & fortitudine, adeoq; reliquis simul omnibus vir- tutibus disserat. Quæ causa fuit igitur, cur hoc loci v- nam hanc partē omniū vice, quæ ad mores pertinet, tractaret? Ea nimirū, quod ex illis quę recēuit prius, pleraq; ad hoc etiā institutū facere putaret: cuius ge- neris ea sunt, cum scortatorē castigaret, cum publice litigantes cōerceret, cū bibones & helluones perter- reret: cū factiosos, cōtentiosos, ambitiososq; cōdem- naret, cum grauiissimo isti domini iudicio eos qui sa- cramysteria indigne accederent, mandaret: cum de charitate tam copiose diceret. Eapropter igitur eius solū, quod necesse in primis erat, de iuuandis scilicet sanctis, facit mentionē. Animaduerte vero solertiam viri: cum de resurrectione iam persuasisset, adeoque alacriores reddidisset, tum illud deinceps subiungit. *Supr. 9. b.* Tametsi superius eadē monuisset, cū diceret: Si nos vobis spiritalia seminamus, magnum est, si nos vestra carnalia messuerimus? Et quis plantat vineā, & de fru- ctu eius non edit? Verū cum tantā huius officij excel- lentiā nosset, nihil grauatur in ipso etiā epistolæ sine hoc ipsum apponere. Collationē vero collectionem vocat, ab ipso statim initio rem facilē reddens: nam cum ab omnibus in cōmune confertur, tolerabilior erogatio singulis euadit. De hac autē collatione lo- Tomus quartus.

quens, non protinus ait, Quilibet vestrum apud seip- sum seponat thesaurizās (atqui illud cōsequens erat) sed præfatur, *Quemadmodum ecclesis, inquit, Galatia ordi- nauit.* Tum istuc subiunxit: ad æmulationē videlicet eos, aliorum recte factis cōmemorandis, impellens. Hoc etenim forma narrationis proposuit, quod ip- sum etiā ad Romanos scribens, fecit. Eodē nanq; mo- do apud illos quoque sub prætextu profectiois suæ ad Hierosolymā, de eleemosyna sermonē videtur in- duxisse. Dicit enim, Nunc autē proficiscor Hieroso- lymā, ministrans sanctis. Visum est enim Macedoniæ & Achaia cōmunicationē aliquā facere in pauperes sanctos. Sed hos quidē Macedonū & Corinthiorū, illos autē Galatarum exemplo exhortatur. *Quemad- modum enim, inquit, Galatia ecclesis ordinavi, ita & vos fa- cite.* Etenim erubescendū illis de cætero erat, si infe- riores Galatis essent futuri. tum vero nō ita, hortatus sum, vel dedi consiliū, inquit, sed ordinavi: quasi ve- hemētius quiddā. Præterea neq; vnā, duāsve, aut tres adduxit vrbes, verū vniuersam gentē. Quod idem & doctrinā cōmendaturus facit, dicens: *Quemadmodum & in omnibus ecclesiis sanctorū.* Quod si ad doctri- nā illud fidem cōfirmationēmq; validum erat satis, multo nimirū magis ad virtutū æmulationē firmum erat futurū. Quid fuerat igitur quod ordinasse se di- xerat? *In vna sabbatorum (hoc est, die dominica) vnusquisque vestrum apud se seponat, recondens quicquid commodum fuerit.* Ecce vero quā commode ab ipso præterea tem- pore hortatur. Etenim satis apta dies erat, quæ ad e- rogandam eleemosynā hortaretur. Est igitur eorum quæ dicit, hæc sententia, Memores estote † quorū dā die illa. ] Ineffabilia etem bona, adeoq; radix & initiū vitę nostræ in ista extitit. Non equidē q̄ ad exercen- dam misericordiam tempus hoc cōmodum sit solū, verum q̄ & requiem habeat, & a negociis libera sit, & mens laboribus tum vacans, ad cōmiserationem fa- cilis & cōmodius impellatur: magnam deniq; vim quandā illa tam tremendorum & cœlestiū sacrorum communicatio secum ferat. *In illa igitur vnusquisq; ve- strum.* Non simpliciter ait, hic aut ille, sed vnusquisq; siue is pauper fuerit, siue diues, siue fœmina, siue vir, siue seruus, siue liber. *Apud seipsum ponat recondens.* Non inquit, in ecclesiam fertō, (ne si exiguū sit, erubescāt) verū paulatim ex modicis collectionibus locupletes & augeas collationem, atq; cum ipse aduenero, mihi exhibeas: interea vero apud teipsum ista repone, & ecclesiam tibi constitue domum tuam, arculam vero gazophylacium, & sic ipse sanctarū fias diuitiarū cus- tos, & tuo ipsius suffragio miseris œconomus desi- gnatus. Ipsa autē misericordia hoc te sacerdotio ini- tiabit, illius symbolū certe istud est gazophylacium nunc: sed symbolū quidem manet, res autem ipsa ne- quaquam. Nec ignoro multos assidentium rursus hic exoritorios nobis, & eum ad modum reprehēnsuros, qui de his rebus verba faciamus. Ne obsecro, † ne ces- sa grauis & molestus auditoribus esse, ] cōmitte rem arbitrio cuiusq;, relinque sententię & volūtati audito- rum, confundis tu saltē nos, & rubore afficis. Verum ab istis tamen ego sermonibus nihilo magis mihi tē- perabo. Nam nec Paulus ipse erubuit huiusmodi re- bus instanter obturbare, & mendicantium verbis vti. Siquidem enim sic dixissem, † Si quid dederis mihi, si quid in domum attuleris meam: ] fortasse pudere tum deceat orationis. Imò vero ne tum quidem. Nā qui sacrario, vt ille inquit, assistunt, accipiunt cum sa- crario

Rem. 15. f.

† quenam die illa si- tis conse- cuti.

† ne si gra- uis & mo- lestus au- ditoribus.

† Mihi des, in do- mum meā offeras.

supr. 9. b.



crario partē. Atq; cauillari quis posset istud tāquam A in rem priuatam dictū: Ego vero propter pauperes dictum puto. Imò nec propter pauperes, sed propter vos largientes. Libet igitur hic mihi libere loqui. Nā cur obsecro pudeat dicere? Domino esurienti dato, nudū illū vestito, circumuentē hospite foueto. Dominum sanè tuū non puduit, dum hic in terris ageret ita loqui, Esuriui, & nō dedistis mihi ad edendum: illum in quā, qui nullius rei indigebat, nullo opus habebat. Et me horū pudeat vel pigeat? Absit, diabolicus pudor est, quē ego nihil hic morabor, sed libere dicā. Date pauperibus: idq; vehementiori etiam q̄ pauperes ipsi voce. Quod si quisquā vere obiceret, hæc in rem nostrā nos loqui, huc istam persuasionem pertinere, sub prætextu pauperū nos lucro inhiare: Nō reprehēdi solū hæc oratio merebatur, sed profecto sexcentis etiā fulminibus obrui sim dignus. Indignum enim vitæ iudico, quisquis istuc ausit. Nunc vero cū gratia domini, vobis nihil ppter nos ipsos sumus molesti, verum euangeliū gratis adeo prædicemus, licet nō laborantes quēadmodū Paulus, sed alioqui re domestica sufficienter instructi, licebit liberrime loqui mihi, & dicere, Date pauperib⁹: nec ab hac voce sum destitutus. Illis autem qui dare detrectauerint, sanè q̄ molestus ero accusator. Etenim si sim t̄ miles ipse & cōmilitones habēa,] nequaquā verecūdaturus essem his cibū rogare, vt qui salutis vestræ in primis audis sim. Vt vero validior & efficacior sermo reddatur meus, suffragatorem mihi Paulū assumam, & cum illo dicam, Vnusquisque vestrum apud seipsum deponat recondēs, quod fuerit cōmodum. Animaduerte hic obiter illius comitatem, cum non dicat tantum aut tantum, verum quicquid cōmodum fuerit, siue multū id fuerit, siue parum: præterea nō dixit quod lucratus quisq; sit, sed quicquid fors tulerit vnus cuiusque: ostēdens à deo suppeditationem illam esse debere. Neq; hoc solum, sed faciliè præterea reddit collationem, dum nō vno tēpore iubet cōferri: eo enim dum paulatim colligitur, fit vt nec sentientibus nobis, officiū illud crescat, & collectum augeatur. Eam quoq; ob causam nō statim in mediū præcipit efferri, sed longum adeo tempus præfinit, huiusq; reddit rationem, dicens: Vt ne cū veniam, tunc collationes fiant: Hoc est, ne eo tempore cū proferendū vobis erat, necesse habeatis tum primum conferre. Et iterū hoc ipso dicto non leuiter illos exhortatur: ardētiores enim Pauli expectatio erat reddita. Vbi autem venero, quoscunque probaueritis per epistolas, hos mittam, vt perferant munificentia vestra Hierosolymā. Non hunc vel illum ait, sed quos probaueritis, id est, quos legeritis vos. Vt enim administrationem illam suspicionem non grauaret, hoc illis liberum fecit, quos perferre velint eligere. Nam illud profecto nō dicit, collatio quidē vestra est, potestas autē electionis eorum qui deferat, vestra non sit. Deinde ne videretur tamen illis planè reliquisse, adiicit epistolas, dicens: Quos probaueritis per epistolas, mittam. quasi diceret, Quoniā & ipse interero, & particeps huius ero ministerij per epistolas. Non vero dicit, hos ego mittā ad perferendā eleemosynā vestrā, sed munificentiam, vt ostenderet magna facturos, vt indicaret lucrū reporturos. Alibi autē idem benedictionem & cōmunitationē t̄ vocat. Hic vero nequaquā eleemosynā appellat, partim ne segniores redderet, partim ne extolleret. Quod si fuerit operæ precium vt & ipse proficiscar, meū segniores proficiscetur. Hic rursus ad liberalitatē adhortatur eos.

Si tantū enim, ait, fuerit, vt & mea opus sit presentia, redderet, nō istud recusabo. Neq; statim tamē illud denūciat, partim ne neq; dicit, ipse vbi aduenero, perferā: nō enim tanto extollerem, p̄re valiturū erat, si à principio collocasset, cum ele- nusquam tamē ele- ganter illud, & commode posteriori loco subiungat. mosnam appellat. Eam quoq; ob causam non protinus edixit, neq; reticuit omnino: Sed vt mittā, inquit, mox seipsum adiungit. Et hic iterum illis liberum fecit, cum dicit: si operæ precium fuerit & me proficisci. Quod quidē sitū apud istos erat, intantū cumulare collationē, vt mouerent & excitarent etiam ipsum ad profectionem. Veniam autem ad vos, cum Macedoniā transiero. Dixerat idē supra, 4. d. quoq; sed cōcitatus tum quidē, eo q̄ addebat, & nō cognoscā sermonē eorū qui inflati sunt, sed virtutē. Hoc autē loci blandius agit, vt desideraret etiā illius presentia: tum ne forte dicerent: Quid igitur? Itā ne Macedonas præfers nobis? Non dicit, vbi t̄rediero: t̄ debem. sed, vbi transiero Macedoniā. Macedoniam enim transiurus sum: apud vos autē forte permanebo, aut etiā hybernabo: hoc est, non enim obiter sum istuc transiurus, verū & conuersaturus vobiscum & mansurus. Hoc vero ait, q̄ cum hæc scriberet, in Epheso degeret hyemali tēpore. Dicit igitur, Manebo in Epheso interea vsque ad diē quinquagesimum, & deinde proficiscar in Macedoniam, transiensque illam, æstate ad vos veniam. Magnam vero & hyemis partem apud vos agam. Sed quam obrem, forte, dixit, nec certum constituit: Quoniam quidem non omnia Paulus præsciebat, & quædam etiā vtiliter ille ignorabat. Propterea igitur non simpliciter præfinit, vt si minus id fieret, excusationē tamē haberet, cū quod non distincte dixisset, tum q̄ penes spiritum sit abducere quā videatur, nō quò instituat ipse. Quod in altera etiā epistola cunctationē suam excusans, ponit: Aut num quæ cogito, inquit, secūdem carnē cogito? 2. Cor. 1. d. vt sit quod apud me est etiā, etiā: & quod est non, nō. Vt vos me deducatis quocunque proficiscar. Magnæ benevolentia vox est. Nolo enim vos in transcurso videre, sed spero tempus aliquantulum mansurum me apud vos, si dominus permiserit. Hæc adiecit, vt suā erga illos dilectionem manifestaret, simūlq; perterreret facinorosos: nō palam tamen eos, verum sub specie amicitia. Cōmorabor autē Ephesi ad diē vsque quinquagesimū. Adeo fideliter illis tanquam amicis sua consilia omnia manifestat, & recēset Apostolus. Quin eo quoque amicitia suam declarat, q̄ causam reddit, quam propter præsens esse non possit, quam propter cunctetur, quā propter alibi versetur. Nam ostiū mihi apertum est magnum, & efficax, & aduersarij multi. Et si magnum, quomodo aduersarij? Ob id ipsum quidē aduersarij multi, ex quo magna fides, ex quo magnus & latus ad eam introitus. Quid vero est, ostiū magnū? multi ad accipiendā fidē parati sunt, multi ad amplectēdam eam accommodati. Proinde ampla iā mihi, feruescētibus adhuc, ad audiendā fidei prædicationē, auditorum animis, via patet. Et eapropter vehemētē diabol⁹ resistebat, posteaquā plures iam à se videret deficere. Quare vtrorūque gratia istuc morari necesse habebat: q̄ ingens lucrum, & vehemēs certamē esset. Illo porò eos confirmat, quod vbiuis deinceps inualescere sermonē fidei, & absq; difficultate germinare dicit. Quia istud etiam q̄ multi adeo reluctentur, indicium est euangelicæ victoriæ. Nusquam enim nocentissimus ille aduersarius irritatur grauius, q̄ cum suorum instrumentorum multa eripi sibi videt. Verū nos vbi magnum aliquid & egregiū facere statuimus, nequaquam con-

stituturū id labore sit cogitemus, sed vtilitatē magis respiciamus. Vides igitur eius exemplū in Paulo, qui nihil q̄ multi essent aduersarij cessat, & cœptum negocium refugit: verum q̄ magnū pateret ostiū, instat diligētē negotio, & istuc permanet, Hōc q; vt supra dixi, signū erat eius cū diabolo luctæ. Aduersus eos enim, qui humilia & leuia operantur, nihil inuehitur letalis illa bestia. Nō est igitur quod mireris, vbi innumeris malis virū probum aliquē, & virtutibus sedulo incumbētē affectum conspexeris. Illud enim quod huic contrariū est, si multis diabolus acceptis plagis conqueisseret, & patiēter ea ferret vulnera, demirandum erat. Verum vt nihil mirum, si stimulatus serpens aliquis, cōtinenter resulter, & molestus vexanti sit: ita nec si diabol⁹ (qui omni serpēte nocētior est) insiliat omnibus, & scorpij instar aculeū exerēs, impetat, mireretur quisquā. Nec hoc nos conturbet, quādoquidē necesse est ex bello, victoria, cēdēq; redeuntē cruentari, sæpenumerō etiā vulnera referre. Tu igitur vbi eleemosynas elargiri aliquē, & innumerabiles alias exercere virtutes videris, hisq; diaboli conterere vires, paulò post vero eundē & tētationibus circumdari, & aduersitatib⁹, nihil te perterreat: ob id ipsum enim q̄ strenue diabolo cōflictatus est, tētationibus afficitur. Et qui ista deus cōmittit, inquit? Quò magis hic conerur, ille grauius vulneretur. Quod si non bonis solū operib⁹ studeat, sed & aduersitates eq̄o gratōq; semper animo perferat, iā ille est qui posternit diabolū. Nam permagnum quidem est, in secūdo prosperōq; rerum statu, & misericordiā exercere, & virtuti esse deditum: verū longe tamē maius illud, aduersitatum afflictionib⁹ ab opere isto pulcherrimo nō deturbari, ac is est qui propter deū hæc maxime facit. Vtrūque igit, siue periclitemur fratres, siue quicquid patiamur, ardētiores reddamur ad virtutis studiū. Neque est enim hoc retributionis nostræ tēp⁹. Quare hic coronas nō petam⁹, ne si aduenerit ipsum coronationis tempus, imminuerimus nobis præmia. Nam quēadmodū artificibus accidere videmus, qui quidē si ipsi se alant & operētur, maiorem accipiunt mercedem: sin vero apud conductores ipsos viciant, nō parum illis à mercede sua detrahitur: Ita & cū sanctis agitur. Si quis enim & innumera bona fuerit operat⁹, tū vero & innumera mala perpeffus, integrā habet mercedem, & plenissimā retributionē, non bonorum tantum quæ fecerit gratia, sed malorum etiā quæ tulerit. Qui autē requie hic, & foelicitate fruitus est, tā splendidam isthic coronam non est consecuturus. Eapropter hoc in seculo retributionē nō quæramus, sed tū gaudeamus potissimū, si recte viuentes malis affligamur. Quoniam quidē non propter bona tantum opera, verū & afflictiones, mercedem nobis istuc deus retribuet. Vt autē quod loquor fiat clarius, agitē cōstituamus diuites duos, misericordes illos & largientes pauperib⁹. Deinde vero alter quidē in diuitiis pmaneat, & omni felicitate fruatur: alter vero in paupertatē incidat, morbos, & calamitates, qui tamē gratias agat domino. Iā illi si isthuc peruenerint, vter, putatis, maior accepturus est coronam? An non manifestum, eum affecturū qui æger, calamitosus, bene faciens, male patiens, nihil hic erat humani passus? Equidē istud planè indubitātū. Ille enim vere virilis, adamātinus, & beneuol⁹ erat dei seruus. Quod si nō propter spē regni cœlestis, sed vt deo placeat, viro bono est laborandum, (quod quouis etiā regno præstātius

est) quāti precij erit, qui q̄ minus hic accipiat retributionem, segnior ad virtutem redditur? Non est igitur cur perturbemini, vbi virū aliquem pium, qui viduas sepe cōuocarat, & cōuiuio exceperat, vel incēfarum ædium, vel aliarum huiusmodi rerum calamitatē sustinere viderimus, quādoquidem ob hoc mercedem est accepturus. Sic & Iob ille, non tam eleemosynarū gratia, q̄ quod tot aduersitates pertulisset, admirationi fuit. Quapropter amici etiam illius contemnuntur, & sanè nullius esse momēti existimatur: quoniam presentes illi retributiones expetebāt, ob hæc q; bonū istum virū condemnabant. Cauendū igitur nobis, ne retributiones hic quæram⁹, aut solliciti simus, ne pauperes & medici euadamus: Siquidē cœlo nobis, & supercœlestibus illis propositis, summū est vilitatis hæc terrena respicere. Nequaquam igitur hoc cōmittamus, verū vbi ingruerit improuisarum rerum tēpus, perpetuo deo adhæream⁹. Et paream⁹ interea beato Paulo, constituentibus nostris in ædibus arculā pauperibus, quæ eo in loco, vbi quisq; cōsistere & orare solitus est, reponatur. Ita vt eleemosynā primum, quoties accesseris oraturus, imponas, & deinde orationē proferas. Vt vero ad orationē illotis manibus venire nolles, sic neq; sine eleemosyna accedas. Et profecto nō minus est iuxta lectum eleemosynam reponere, q̄ si isthuc euangelium suspendas. Siquidem euangeliū isthic suspensum t̄ nihil agit, nec tantillæ quidē virtutis est: in hac vero arcula aduersus diabolū armaturā habes repositam, hac orationem tuam penetrātem efficis, domum sanctā reddis, in hac cōclusas habes regias dapes. Eapropter & ad lectū deponatur illa, & sic absq; phantasis tranquille noctem trāsiges: hoc caue tātū, ex iniquitate cōparatū isthuc ne quid iniicias. Eleemosyna etenim illud esse debet. Eleemosyna vero ex malicia profecta, nō proderit vnquam. Iam & cōmoditates, quibus liceat admodū facile colligere, vultis vt recenseam? Fiet. Sic igitur adiectionē suam artifex aliquis, vel futor, vel coriarius, vel faber ærarius, vel quicunq; tandem is fuerit, leuem reddet. Si aliquid vendiderit ille, sui artificij primitias eius precij offerat deo, & huc pauculum quiddā cōiciat, exiguamque domino partem diuidat. Multū enim vt huc conferat, non postulo, sed tantūmodo quantum vel infantes pueruli, vel miseri & egeni homines peterēt, tantū nos, qui cœlū speramus, demus. Hæc vero ita loquor, vt nullā tamen vobis necessitatem imponam, nec iubeā maius adicere, nec vetem etiam: quanquā par omnino & dignum erat non minus t̄ quam tanto] huc inferri. Neq; tamen de vendentibus tantum hæc, verum & ementibus quoq; & aliis operantibus dicta sunt. Eam regulā & agricolæ in prouentu rerū, eam semel omnes, quotquot legitimos colligūt census, obseruent. Nam illis qui vsuras exigūt, hic nihil loquor: vt neq; militibus qui inuadunt alios, gaudentq; alienis calamitatibus: (Inde enim profecto nihil dignatur deus accipere.) verū ad eos hic mihi sermo habitus est, qui ex iustis laborib⁹ sua querūt. Sanè vero in eam cōsuetudinem nos ipsos si redegerimus, à cōscientia, vbi primū hoc institutum reliquerimus, mox flagellabimur. Facilis autem illa nobis ex eadē consuetudine res fiet: paulatimq; à paruis ad magna ascendemus, & studebimus opes contemnere, ipsam radicē malorū euellere, sicq; omnem hic secure vitā transigentes, ad futurā illam anhelabimus. Quam assequi nos omnes cōtingat, gratia & misericordia do-

mini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia xliij.



Vid si venerit Timotheus, videte ut absq; metu sit apud vos.

Fortasse putet aliquis Timothei constantia hortatione hanc indigna: verum non sunt hae Timothei, sed auditorum causa dicta, ne si huic insidiarentur, sibi ipsi nocimento essent: semper enim periculis ille implicitus erat. quoadmodum enim filius patri, sic ille mihi, inquit, euangelium administrando, seruiuit: vt ne igitur discipuli contemptu, mox in ipsum etiam praceptorē exorirentur, deteriorēq; fierēt, subito eos coēctet, vt absq; metu, inquit, apud vos sit, hoc est, vt ne quis desperatorum illorū aduersus hūc insurgat. Fortasse q; quaedam esset isthic correcturus, quibus de Paulus etiā scripsit, & ob hoc ipsum missum esse denūciauit, Misi, inquit, Timotheū,

Phil. 2. c.

supr. 4. d.

qui vias meas in Christo vobis in memoriā reducet, quemadmodū in omnibus ecclesiis docemus. Vt ne igitur [nobilitate,] vel opibus, vel multitudinis concursu, vel sapientia illa peregrina sublata, imponerēt, aut auerterentur, insidiarēturque ei, cuius reprehensionibus offensos iri certū erat, vel de his in quē praceptor feuerius animaduertisset, vlciscēdi sui gratia poenam ab illo reposcant, cōmunit prius, dicitq; Videte vt absq; metu sit apud vos. Non est cur Ethnicos & eos qui extra ecclesiā sunt dicās, vos appello, à vobis ea repeto, quibus de tota epistola cōposita est: quos principio etiā statim conterrebat, vnde apud vos, inquit. Mox ab officio fide dignum facit: Opus enim, inquit, domini operatur. Nō est cur respicias diuēsne, eruditusne, senēxne sit. Nam si quid imperatū est facit, opus domini operatur, hoc illi nobilitatis, opū, senectū & sapiētiae fuerit loco. Nec erat hoc satis, sed adiungit, Vt ego quemadmodū suprā, qui mihi filius est, inquit, dilectus, & fidelis in domino, ipse vobis in memoriā reducet vias meas, quae sunt in Christo. Quoniam igitur solus erat, soli] correctio tanti populi cōmittēbatur, vtrunq; vero ad contemptū faciebat, nō ab re. Ne quis hunc, inquit, spernat. Neque hoc postulat solū, sed honoris amplius etiā quiddā, Prosequamini cū pace, inquit: hoc est, absq; metu, nō pugnas, non contentiones excitātes, non inimicicias, nō offensiones, sed per omnia subiecti, velut magistro obtēperantes. Vt veniat ad me, nam ego illū cum fratribus expecto. Erat & hoc perterrentis, idcirco enim expectare se illū, vt si intelligerent omnia quae paterentur, ad se relata iri, & quiores essent. Etiam fide dignum hoc pacto facit, eum quem vixdū dimiserat, expectans statim. Simul studium suū erga hos declarat, qui virū tantum ipsorum gratia mittere videatur. De Apollo vero fratre, multa hortatus sum, vt ad vos veniret [cum fratribus.] Eruditior ille & natu Timotheo maior fuisse videtur. Vt ne dicant igitur, cur illū nobis virū non misit, sed pro illo iuuenem? Vide vt etiam hic placārit. Fratrem vocat, multa adhortatum se esse dicit. Deinde ne praetulisse huic Timotheū, magisq; ornasse de industria videretur, ac ob illud ipsum non misisse, & maiorem hoc pacto inuidiam accendat, Multa, inquit, hortatus sum vt veniret. Quid igitur? non cedit ille, nec annuit, sed repugnat, sed rixatur? Isthic non dicit, absit enim: sed ita se expurgat, vt ne illum accuset interim, Omnino, inquit, voluntas nunc [dei] non erat, vt veniret: Mox vt ne suffugium, ne praetextum esse dicant, Veniet ad vos, inquit, vbi fuerit opportunū. Illum interim excusans, & ip-

ibidem.

iuuenis erat, & solus.

etiam.

etiam.

solos studio viri flagrantēs, aduentus eius expectatione placās. Hic vt ne à solis magistris, sed à seipsis quoq; ad salutē, spei praesidiūq; quiddā positū habeant, monet: Vigilate, state in fide, non in sapientia illa peregrina, inquit. Nam isthic quidē consistere non potes, abripi potes, in fide autē stare licet. Viriliter agite, estote fortes, omnia vobis cum charitate fiant. Hortari videtur cum hęc dicit, sed ignauia potius tangit. Itaq; vigilate, inquit, vt qui stertant: state, quia fluctuēt: fortes este, q; sint efeminati: omnia vobis cum charitate fiant, quia agent seditiones: & vigilate, state quidē, respicit seductores: fortes este, insidiatores: seditiosos autē & ad se rapere omnia conatos, vbi omnia vobis cū charitate fiant, inquit, quod vinculū perfectionis, radix & fons est bonorū. Quid est autē, Omnia cū charitate? Siue obiurgat quis, inquit, siue imperat, siue imperiū capeffit, siue docet, siue docetur, omnia cū charitate fiāt, cū ea quae diximus omnia ex eo veniāt, quia charitas negligatur. Nunquā nata si charitas cordi vobis fuisset, ista foret, nunquā ego Pauli, ego Apollō sum, quisquā dixisset, sub profano iudice nemo quisquam litigasset, imō profus ne litigasset quidē. Vxorē patris nunquā ille duxisset, nunquā tenuiores illos contempssissent, sectā nunquā introduxissent, donis nunquā sublata fuissent, si charitatis vis locū vllū tenuisset. Omnia igitur vobis cū charitate fiant, inquit. Obsecro autem vos fratres, familiam Stephanæ nostris esse primitias Achaiae, & quod ministros esse se sanctorū instituerunt. Huius principio meminit quoq; Baptizauit, inquit, & Stephanæ domū: eam hic non Corinthi solū, sed totius Graeciae primitias vocat. Nec parua hęc laus est, ante ceteros accessisse Christo: hinc ad Romanos scribēs, ex ea re cōmendat quosdam, quod antē se insiti fuissent Christo. Et nō, inquit, primi crediderunt, sed primitias vocat, q; cum fide, vitam optimā velut fructibus quibusdā declararent, egregie qualibet in re sese darent. Primitias enim ceteris rebus, quarum primitiae sunt, selectiores esse oportet, quale testimonium hoc illis in loco Paulus dedit. Nō solū enim quemadmodum dixi, genuina fide praediti erāt, sed magnam ad hęc pietatem, florescentem virtutem, magnā in erganda elemosyna liberalitatē ostēdebāt. Neq; hinc solū, sed aliunde etiā pietatem illorum probat, q; tota familia sanctimonia plena esset. Tam bonis operibus eos abūdasse, ex hoc patet, q; in ministeriū, inquit, sanctis sese ordinarūt. Hospitalitatis encomia hęc quanta sint, vides? Non dicit ministrant, sed in ministeriū sese ordinarunt. Hanc illis vitā in vniuersum propositam ostēdēs, in hoc illos se studio exercere. Vt & vos subditi talibus sitis: hoc est, vt coadiuuemini mutuo, tū facultatum impensis, tum corporis administratione cōmunicetis. Erit enim hoc illis propositū suum tum leue, si vestrae suppetiae cōiungantur, beneficentiaq; vis perueniat ad plures. Neq; simpliciter collaborare iubet, sed sicubi iubēt obtēperare. Hoc enim subditos esse, valet, obedientiā ingentē ostendens. Atq; vt ne gratificari hoc illis videretur, omni laborātī, omni cooperanti subiunxit. Cōmunis hęc lex esto, inquit, neq; em priuatim de his solis loquor, sed si quis illis nō est dissimilis, iisdē fruatur. Vnde principio cōmēdare volēs, testes ipsos statim aduocauit. Obsecro vos, inquit, Stephanæ familiā nostris vos ipsi, quantum laborent, nec est necesse illa ex me audire: Gaudeo vero de aduentu Stephanæ, & Fortunati, & Achaici, quoniam quod mihi deerat vestri, hi suppleuerunt. Refocillarunt enim mecum spiritum & vestrū.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

supr. 1. b.

Cū enim verisimile esset, ipsos aduersus hos exasperatos. (Hi enim sunt qui veniunt, qui discordiā Paulo manifestant, per quos etiā de virginibus scripserant, & matrimonio cōiunctis) vide quo pacto mitigarit, principio quidē epistolae. Significatū est mihi de vobis, inquit, à familiarib; Chloē: supprimēs quina essent, illos in mediū producens quos per hęc significasse videri poterat. Hic autē quod mihi deerat vestri, hi suppleuerūt, inquit, & refocillarūt spiritū meū & vestrū. Ostendēs pro omnibus venisse, & peregrinationē suscipere pro illis tantam voluisse. Qui igitur priuatū hoc commune fiat? Si quātum relinquimini, beueuolētia in illos vestra corrigatis, si reueramini, si recipiatis, si beneficia cōmunicetis. Vnde subiūgit, Agnoscite igitur huiusmodi. Et cum hos laudaret, cōprehēdit & illos, missos scilicet & mittētes. Meū, inquit, & vestrū spiritum refocillarunt. Hoc est, sciatis q; nō alia de causa, q; propter vos, patriam & domum reliquerunt. Ostendit enim non sibi magis q; Corinthiis gratificatos, vrbem vniuersam in se circumferre. Quares & fide dignos eos fecit, ab his diuelli nō permittit. Salutant vos. Vos, inquit, velut per hos Paulo assistant. Salutant, inquit, ecclesiae. Asiē vniuersae. Semper cōciliat & conglutinat salutationibus inter se membra. Salutant vos in domino multum Aquila & Priscilla. Apud hos enim versabatur, cū opifex tentoriorum esset. Cū ea quae in domo est ipsorum ecclesia. Est & hoc virtutis non parua, è domo etiam ecclesiam fecisse. Salutant vos fratres omnes. Salute inuicem osculo sancto. Quod osculū hic sanctū adiunxit, fecit hic solū. Quid adeo? Grauius ab se discesserant, dum alius Pauli, alius Apollō, alius Cephæ, alius Christi se esse dixit: & dū alius esuriret, alius inebriaretur: Itē dū pugnas, æmulationes, iudicia inter se exercebant: Praesertim vero ingētem dona inuidiā suscitabant, ingētem fastum. Ergo postquam monendo cōiunxit, recte sancto etiam osculo conglutinari iubet. Vnit enim ea res, & in vnū redigit corpus. Sanctū est autem, quod dolo caret, ac simulatione. Salutatio mea manu Pauli. Compositam magno cum studio epistolam docet, t ergo subiungit. Si quis non diligit dominū Iesum, sit anathema. Hoc vno verbo cōterret omnes, eos qui mēbra sua membra faciūt meretricis, eos qui sacrificantes idolo offendunt fratrem, eos qui nomina sibi ab hominibus imponūt, eos qui resurrectionē non credunt. Non terruit autē solum, sed virtutis interim viā, maliciā fontem ostendit. Vt enim charitas quoties inualefcit, omniū vitiorum genera extinguit, expellitq;: sic quoties remittit illa, locū statim vitii fit, statim pullulāt mala. Maranatha. Hoc cur dicit? cur vero Hebraica lingua? Quia superbia malorum istorū causa fuit. Superbiā vero peregrina sapiētia pepererat, atq; hoc caput mali erat, quod Corinthū maxime diuulsit: hāc coērcens, nō Graeca sed Hebraica lingua voluit vtī, ostēdens non solum non fastidire se simplicitatē, sed vehemēter etiam amare. Quid est autē Maranatha? Dominus noster venit. Cuius vero gratia hoc dicit? Dispensationē humanitatis Christi cōfirmās, ex qua resurrectionis argumēta pleraq; omnia collegit. Ad hoc etiā illos cōfundit, quasi dicat, Cōmunis omnium rerum dominus, demittere se tantū dignatus est: vos eodē semper heretis, in peccato manetis, & charitatis praecellētia non obstupescitis bonorū omnium caput? Cogita vel hoc vnum, inquit, & habebis idoneū ad omnem virtutē ingressum, demoliri peccatum omne licebit. Gloria domini.

supr. 1. b. hos occulans, illos in mediū producēs. Verisimile enim erat illos per hos significasse.

tran permissi: tanquam qui per ipsos Paulo significassent, salutant vos ecclesiae.

supr. 1. c. & 3. b. ibidē 11. e.

ergo hoc addit.

Maranatha.

nostrī Iesu Christi sit vobiscum. Est hoc praceptoris, non cōsiliis solū, sed precibus etiā iuare. Dilectio mea cum omnibus vobis in Christo Iesu, amē. Ne quis enim adulato sic orationē finiuisse suspicaretur, in Christo Iesu, inquit. Nihil humani, nihil carnale habere docens, sed spiritalē, & idcirco prorsus genuinā esse. Vide autem quātū amoris vox ista spiret. Cū enim loco distaret, velut dextrae cuiusdā porrectione, sic illos manib; cōplectitur charitatis: Dilectio, inquit, mea vobiscū. Perinde ac si dixisset, Cū omnibus vobis sum ego: quare nihil, nec ira, nec indignatione scriptū esse docet, sed studio & amore, praesertim cū post tam acerbā castigationē illos nō auerteret, sed amet, complectaturq; ab se lōge separatos, epistola & literis hūc velut brachii circūfusul. Sic facere, qui emēdare quēquā velit, decet. Vt enim qui iram monendo sequitur solū, nihil aliud, q; cupiditatem suā explet: qui vero postquam correxit peccantē, etiā charitatem ostendit, amoris fuisse, quē percellēdo dixit, declarat. Ergo eodē nos pacto inuicē nos erudiamus, qui arguit, ne irascatur: nō est em correctionis hoc, sed affectus: neque qui arguitur, argere ferat: medicina em, nō inimicitia res est. Si em medicos, cū vrūt, nemo in ius vocat, licet se penumero aberrēt, quin vti, sectiq; in tantis etiā doloribus, beneficos illos in se esse putant, qui tantā perturbationē suscitauerunt: quanto magis æquo animo perferre castigationē, castiganti sic velut medico intentū esse decet? Nos quoque magna cum lenitate, magna cum prudentia, ad castigandū accedamus. Vbi peccare fratrem vides, quē admodum Christus iussit, peccatū ne vulgato, sed inter te & ipsum solum, nō conuiciando, nec pedibus iacentem conculcando, sed dolendo sed lachrymādo castiga. Talē re prebe castigādo, vt ipse quoq; castigari si peccēs, possis. Atq; vt clarius quod dico fiat, posita imagine rem ostēdamus. Vtinam etiam ne vera id genus exempla suppetāt vsquā. Esto frater aliquis, virgini cohabitās, elegās, & moderat; sed qui ne sic quidē subterfugiat suspensionē. Ergo si consuetudinē illam audias diuulgatam, nolo contempnas, nolo dicas, An non mentem ipse habet? illud, amēre frustra, odione sis frustra, nū ignorat? Quod pertinet vero odium mihi nō necessario constare? Stultae voces sunt, & ferarū, immo vero dæmonum potius. Non est enim odium cōflare frustra, si qui id facit, castiget, sed velut ex ingēti victoria coronari proclamariq;. Nā quod tu dicis, Quid em? sine carā mentē non habet ipse quoq; audies à nobis nō habere? illo enim affectu inebriatus est. Nam si inter profanos istos, qui iuria affecti sunt, pro se in iudicio dicere, q; ira ferueant, nō possunt, tametsi crimen naturalis ille motus nō est: quanto magis qui consuetudini prauae obnoxij sunt? Dico igitur, sit sexcenties etiā prudens, tamen euigilantem animum nō habet. Dauidē quid erat cordatū magis, vt qui dixit, Ignota & abscondita sapiētiae tuę manifestasti mihi. Sed vbi peruersis oculis ducis sui vxorē vidit, ibi quod saeuiente mari nauigantes patiuntur, verisimile est hunc quoq; passum. Hinc vniuersa sapiētia ei exhausta est, inquit. Aliis ergo qui restituerēt, erat opus. Nā ne sensit quidē ipse quē mala intus essent. Itaq; peccata lugēs sua, Sicut onus graue incubuerūt, inquit, putruerūt, corrupte sunt cicatrices meę ab insipiētiae meę cōspectu. Ergo mentē, qui peccat, nō habet: ebrius est enim, & tenebris obrutus. Nō est igitur cur hoc dicas, vt neq; illud item, Quid ad me? suā quisque sarcinā gestabit.

ipse quod expediat nonne? sine causa amere, o die ne sis sine causa.

psal. 50. b.

psal. 106. a.

psal. 37. a.



Nam & tibi crimē hinc multo maximū surgit, quod errantē videns non restituiti. Nam si iumentum lege Iudaica negligere hostis tui fas nō est: qui nō iumentum, non hostis sui, sed pereuntis amici animā despiciere potest, quam veniam consequetur? Non excusat enim te, q̄ mentē ille quidē habet, quando ipsi quoque multa sēpe cum prācipiamus nobis, nec sufficimus, nec viles nobis fumus. Idē de illo qui peccatū cogitandū, verisimile esse citius apud te, q̄ apud se ipsum optimū cōsiliū inuenire posse. Nec est cur dicas, quid ista ad me? Perterreat eius, cuius ex ore vox ista primū venit, exemplum: Num ego custos fratris mei sum? eodem nostrū istud rēdit. Hinc mala omnia venerunt, q̄ corporis nostri mēbra, aliena à nobis esse putamus. Quid vis? nihil tu fratrem curas? Cui igitur curē erit? infidelis de malis hui⁹ gaudēt, opprobriati, insultati? Sed diabolo, impellēti, prācipitanti? Et vnde cōstat, inquis, si dixerō, si cōsuluero rectē, profecturū esse me quicquā? Vnde vero cōstat, nihil effecturum te esse? Nā est hoc rursus extremā demētia, cū sint rerū euentus incerti, scōrdia confessa, in se recipere crimen. Tamen si deus, cui sunt explorata futura, sēpe dixit, & nihil perfecit, neq; sic destitit tamē, prāsciret licet, nō esse se persuasurū. Quod si, qui prāscit nihil se amplius profecturū, emēdare nō desinit tamen: quid prātedet, qui futura ignorat prorsus deficiēs & torpēs? Nā sēpenumero qui conati sunt, id quod volebāt perfecerunt, & tum cum animū maxime despō dissent, maxime in quod non putabant, inciderunt. Quod si nihil facias ampli⁹, feceris tamē id quod erat officij tui. Ne inhuman⁹ igitur sis, aut immitis, aut negligens. Nā esse crudelia ista verba & ignava hinc liquet. Vnde fit enim q̄ mēbro corporis tui quocunq; dolente, nihil isthuc ad me non inquis? Aut vnde liquet, si dolenti curā adhibeas, restitutum iri? Omnia tamen facis, vt etiā si proficias nihil, nō sit tamen quo accusare merito te possis, qui quod fieri cōueniebat, abs te sit prātermisum. Ergōne corporis quidē mēbra hunc in modū curabimus, Christi vero negligemus? Et qui ista sint venia digna? Postquā te nō commoueo mēbri tui rationē habere iubens, quod vel metu melior fias, corporis admoneo te Christi. Qui em̄ non sit hoc horrore dignū, carnem t̄ tuā cum putrescentem videas, videre nolle? & cum vel familiarē, vel asinum putrescente membro habes, non cōmittis vt negligatur: membrū autē Christi scabie plenū videns, prāterire potes, & rē non mille fulminibus vindicandā censes? Hinc sursum deorsum omnia misceri, dira ista inhumanitate & scōrdia videmus. Obscuro igitur vt illā eiiciamus crudelitatem. Accede fratrem illū, qui virgini cōmoretur. Encomium hominis breue recēse, ex reb⁹ ceteris, in quib⁹ sibi quiddā sumit, hoc decerpēs, & velut lymphis calidis hominē laudib⁹ perfundēs, sic vulneris illius deprime tumorem, finge. etiam te perturbatum, accusā cōmune hominum genus, ostēde omnes in peccato nos esse. Veniam pete, dic nō nescire, maiores te quā pro virili res aggressum, charitatem tamē omnia audere. Hinc iam consilium dato, non imperiosum illud, sed fraternū. His omnibus vlcus supprimendo, & dolorem, qui a sectione futurę castigationis oboritur est mitigādo, & crebra interim deprecatione vtēre, & vt ne succensere velit, hortare. Vbi hunc astrinxeris istis, tū plagā infer, necligans, t̄ nec trahens vulnus, vt ne & resiliat illinc, & posthac contemnat. Siue enim non

magnā fatis das, nihilo plus effecisti: siue violentā nimis, resiliare coges. Itaq; post hęc omnia castigaturus, assiduas castigationi laudes admisce. Et quia ipsū per se quod ille facit, laudari nō potest, neq; enim laude dignū sit puellę virgini cohabitare, à cohabitātis voluntate laudabis: Noui, inquis, quia propter deum istius videns, manum porrexisti. etiā si non sit hęc huius voluntas, tu esse dicas. Post etiā hęc adiunge, deprecatione rursus vtēs: nō impero, inquis, sed in memoriā saltem reduco. Propter deum fecisti, scio sanē & ego: sed videamus ne quid hinc mali cōsequatur. Si nihil sit, seruabis apud te, & pulchrū institutū persequare, prohibet enim nemo: q̄ si damnum ex ea re redit ipso lucro maius, obseruemus, quęso, ne dū vnā animam cōtendimus saluare, mille interea offēdamus. Neq; statim pōnas his qui offēdiculo sunt, positas adduces, sed ipsius testimonio vtare: Non est, inquis, ista tibi ex me discere necesse, nosti tu ipse, si quis vnū ex minimis istis scādalizet, quanta sit edicta pōna. Atq; ita quidē dulcē orationem reddēs, iram demulcens, pharmacū correctionis impone. Quod si excusare rursus solitudinē illius pergat, ne tum quidē planē prātextū demoliere: sed dices, non est cur metuas hęc, quod te excuset, abunde est, scādalum aliorum. Neq; enim propter ignauā, sed qui illis parere velis, instituto pulchro quidē illo desistes. Et consilium quidem breue esse oportet, neq; enim lōga institutione eger: ad veniā autem quę pertinent, longa sint & densa. Ad charitatē crebrō recurre, obūbrando si quid putes esse molestum. Potestātē porrō liberā ipsi permittes: Hęc ego sic consulo, inquis, vt pareas porrō, penes te est situm. Neque enim cogo aut compello ego, verum liberā tuā permitto volūtati. Sic igitur corrigēdo fratrem si ita rem aggredieremur, emendari facile peccātes possent. Quę vero facimus nunc quidē, ferarū sunt potius, & ratione carentium animalium, non hominum. Nam cum sentiunt quidam hodie peccantem, illum quidē nihil interpellant, sed ipsi more ebriarū anicularum, nescio quid inter se susurrant. Et nequaquā iam illud, frustra amēre, frustra odio ne esto, locū ipsis habet: sed quoties maledicere lubet, illud, odio frustra ne esto, planē contēnunt, ac magis adeo castigationē ipsam. Neq; enim odiū hic solum, sed pōna etiā crescit. Vbi porrō emēdatione sit opus, hic illud ipsum, & mille prāterea proferunt excusationes. Hęc enim tū cogitare decebat, cū maledicis, cū calumniaris, odio frustra ne esto: itē, nihil profecero, quid illa itē ad me? Nunc vero vehemēter & superuacue tu occuparis, ac odium & mille ad hęc mala cōtemnis. Verū vbi de fratris salute cogitandū erat, hic aliena curare, molestus esse nō vis. Quanquā per maledicentiā & hominum & deorum odium cōflatur, nec tamē hoc tu vehemēter curas. Ab isto vero priuatim cōsilio, & à castigationib⁹ istis, & cū illo ipso, & cū deo amicitia initur. Quod si ille te quia castigas oderit & ipse tāto constantius te deus amabit: imō neq; ille quidē odiet te, vt odibat maledicētem. Nam tum quidē auersabitur, vt hostē, vt inimicum: nunc autē patre quouis iudicabit magis obseruandū. Et vt palā tibi indignetur, apud se tamen & in animo innumerabiles tibi gratias habebit. Hęc reputātes curā fratres mēbrorū nostrorū habeamus, & linguā in nos nē inuicē acuamus, nec verba letifera loquamur, proximi aestimationē suffodiamus, & quę admodum in bello

**SERMONES**  
**ALIQVOT DIVI IOANNIS**  
 Chrysoctomi, Episcopi Constantinopolitani,  
 sparsim prius impressi: nunc demum  
 huc reuocati, ad communem studiosorū vtilitatem. Idque in loca prioris epistolę ad Corinthios, variē & pro tempore disserta per eundem Chrysoctomum.

*DE LIBELLO REPVDI, IN DICTUM Pauli, Mulier alligata est legi, quanto tempore vixerit vir suus: si autē dormierit, libera est, cui voluerit, vt nubat, tantum in domino. Beatior est, si sic manserit.*

**R**idem vobis beatus Paulus de cōiugio, cōiugiique iustificationibus legem tulit, Corinthiis sic scribens ac dicens: De quibus autem scriptis mihi, Bonum esse homini, mulierem non tangere: propter fornicationem autem, suam quisque vxorem habeat, & suum quęque virum habeat. Eapropter & nos totū sermonem in hoc insumebamus. Itaque necesse est hodie de eodem argumento iterum vobiscum differere, quādoquidem de eodem etiam ipse Paulus disserit. Audiuitis enim illum clamantem, ac dicētem: Vxor alligata est legi, quoad vixerit vir illius: si autē obdormierit vir illius, libera est, cui voluerit nubat: beatior autem est, si sic manserit, iuxta meum consilium, opinor autem quod & ipse spiritum dei habeat. Sequamur igitur illum & hodie, & de hac colloquamur materia. Sequentes enim Paulum, per hoc & Christum ipsum sequemur, eo quod & ille non semetipsum, sed Christum per omnia sequens scripsit. Enimvero nō est vulgaris res, coniugium bene se habens: sicut etiam his qui illo, non vt oportet, vtuntur, innumerorum malorum sit materia. Nam sicut mulier adiutrix est, ita sēpe & insidiatrix fit. Et sicut portus est coniugium, ita & sēpe naufragium parit: non iuxta suam naturā, sed iuxta sententiā eorum, qui illo malē vtuntur. Etenim qui iuxta cōgruas leges illud obseruat, domum & vxorem suam, vt malorum omnium quę vel in foro, vel alicubi obueniunt, consolatricem ac liberatricem reperit. Qui autem temerē & vulgariter hanc rem aggreditur, etiam si multa in foro & alibi trāquillitate fruatur, ingressus in domū scopulos & petras videbit. Itaque quoniam non de rebus vulgaribus nobis est periculum, operę precii fuerit cum diligentia dictis attendere, & vxorem duciturū, iuxta Pauli, imō Christi leges agere. Sanē scimus, quod multis nouum & inexpectatum videbitur quod dicimus: at propterea non silebo, sed primum legem vobis legam, & dein legem quę cōtraria videtur soluere tentabo. Igitur quanam est lex illa, quā nobis Paulus posuit? Mulier, inquit, non separetur viuente viro, neque alium superinducat maritum, neq; secundas nuptias habeat. Et vide quanta cum diligentia verborum vsus sit proprietate. Non enim dixit, cohabitēt viro, quoad vixerit vir illius: atque adeo etiam si libellum repudij det, etiam si domum relinquat, etiam si ad aliū abeat, legi astricta est, adul-

in bello cedentes, prębetes crura sagittis. Quod enim ieiuniū, quod vigilia deinde conducit, si lingua ebria est, & caninis carnibus impuriore depascitur mēsam? Sanguinaria lingua cœnū profundit, & os t̄ cloacam, latrinā os] reddit, imō qualibet latrina abominabiliorem. Nam quod illinc est, corpus inquinat, quod hinc sēpe ipsam suffocat mētē. Hęc nō eo dico, quasi anxius de his sim, qui malē audiūt frustra: nā corona digni sunt, si fortiter ferāt, sed propter eos qui dicunt malē. Beatū scriptura eum pronunciat, qui frustra malē audit, maledicētē verō sacris mysteriis excludit, imō mœnib⁹ ipsis: qui obloquitur, inquit, clā proximo suo, hunc ego persequebar. Et sacrorū quidem librorū lectione indignū esse, sic inquit: Cur iustitias meas enarras? Testamentū meum per os tuum assumis? Mox causam subiūgit, sedēs aduersus fratrem tuū loquebaris. Et hic verum ne an falsum non definiuit, sed alibi & hoc edixit, volens etiā si verum dicas, tamē ea dicere tuū nō esse: Nō iudicate, inquit, ne iudicemini, quādo & is etiam qui publicanū calumniabatur, damnatus est, tamen si verē accusaret. Quid igitur si sceleratus & pertinax sit, inquis, an nō est corrigendus, nō est accusandus nobis? imō vt rūque, sic autē vt iam diximus antē: quod si opprobriās facis, idē tibi quod pharisęo accidet, cuius exēplum æmularis. Nullum est ex eo lucrū, nec tibi qui facis, nec ei qui patitur: nam cui maledicatur quidē, fit impudentior etiā. Quantisper enim latet, etiam cauere sibi nouit: & vbi deprehensus & notus est, tum frānū etiā hoc abiicit. Qui audit verō, detrimētū plus accipit. Nā rectē ab se factō inflatur, alterius reprehensione tumēs: Sin sibi malē fuerit cōsciūs, procliuior ad malū redditur: & ei, qui itē audit, is qui dicit, falsam inducit opinionē, deūmq; aduersus se magis irritat. Itaq; moneo omne graueolens verbum abiicientes, quicquid est ad ædificationē dicamus. Sed illum vlcisci studes? Cur ergo pro illo vlcisceris teipsum? Qui vlcisci eos qui se perturbant, volēt, sic vlciscatur, vt iussit Paulus: Si esurit inimicus tuus, ciba eum: si sitit, pota. Qui sic vlciscitur, rē suā facit: qui aliter, tātūmq; vindictam spirat, seipsum gladio suo petit. Itaq; etiā si maledicat ille quidē, tu laudibus trāscribendis vices redde. Sic illū vlcisci verē potes, & teipsum sinistra suspitione liberare. Nā si quis de hoc quia malē audit, dolere pergat, compulsus cōsciētia videbitur mala sua: qui ridet autē, ingens argumentū animi nullius prauitatis sibi cōscij prębet. Quia igitur nec eum qui audit, ne ipsum quidem, nec iniuriam perpeffum iuuas hac re quicquam, sed in te gladiū stringis, etiam hinc prudentiorem reddi te decet. Oportebat sane, à regno cœlorum, & à diuinis placitis te persuaderi: quoniam autem prāfractior, velut bestia remordes, hinc interim doceare necesse est, vt hisce sermonibus moderatior factus, ab his quę sola deo probantur, emendari queas, & supra omnem animi perturbationē euectus, cœlestib⁹ istis bonis potiare: quę vt omnibus nobis cōtingant, gratia faxit & benignitas domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto gloria, imperium, honor sit, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

*HOMILIARVM IN PRIOREM epistolam ad Corinthios, partim Francisco Arentino, partim Simone Grynaeo interpretibus, Finis.*

adulterat; est talis. Quando igitur vir eiicere vult uxorem, & vxor relinquere virum, huius memor sit dicti, & Paulum putet esse presentem, & persequi se clamando & dicendo: Mulier astricta est legi. Nam quemadmodum serui fugitivi etiam si domum herilem relinquunt, catenam secum trahunt attrahentem: Ita & mulieres etiam si viros relinquunt, legem habent pro catena, se persequentem & adulterij accusantem, accusantem etiam recipientes, ac dicentem: Adhuc superest maritus, & adulterium facinus hoc est. Mulier enim astricta est legi, quoad vixerit maritus illius. Et omnis qui dimissam in uxorem acceperit, adulter fit. Quando igitur licebit illi secundas nuptias contrahere? Quando? tunc ubi a catena liberata fuerit, quando vir morietur solum. Hoc igitur declarans non addidit, Quod si mortuus fuerit vir illius, libera est, cui voluerit ut nubat: sed, si autem dormierit vir illius, quasi consolans viduam, & persuadens manere apud prioris, & non adiungere secundum maritum. Non mortuus est, inquit, vir tuus, sed obdormiuit. Libera est, cui voluerit ut nubat. Non dixit, Nubatur, ut ne videatur vim facere & cogere: neque prohibuit volentem secundas nuptias contrahere: neque volentem adhortatus est, sed legem legit, dicens: Libera est, cui voluerit ut nubat. Liberam autem illam post viri mortem esse factam dicens, ostendit, quod antea adhuc viuenti marito serua sit. Quae autem serua est, ac subdita legi, etiam si millies libellum repudij det, adulterij ligabitur lege. Nam seruis quidem licet mutare dominos viuentes, uxori autem non licebit viros commutare viuentes, alioqui adulterium perpetrabit. Ne mihi leges ab exteris conditas legas, praecipientes dari libellum repudij, & diuelli. Neque enim iuxta illas iudicaturus est te deus in die illa qua venturus est, sed secundum suas, ut ipse statuit. Etiam externae leges, non simpliciter, nec absolute hoc posuerunt: nam & ipsae puniunt factum, & hinc liquet, quod peccatum valde aegre tulerint. Vnde eam quae auctor fuerit repudij, nudam & spoliatam facultatibus eiiciunt, ut vnde fuerit dissolutionis occasio, etiam facultatum sit iactura. Nunc puniunt, & idcirco hoc facientes, factum illud non commendabant. Quid igitur? Et Moses, aiunt, hoc fecit: & ille propter istam causam. Tu vero audi Christum dicentem, Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum & pharisaeorum, nequaquam intrabitis in regnum caelorum. Audi illum dicentem: Qui dimiserit uxorem suam, excepta causa stupri, facit illam adulteram fieri: & qui dimissam in uxorem duxerit, adulter fit. Propter hoc venit unigenitus filius dei, propter hoc serui formam assumpsit, propter hoc sanguinem effudit preciosum, mortem destruxit, peccatum extinxit, largiorem spiritus gratiam dedit, ut ad maius sapientiae studium induceret. Alias etiam non ita simpliciter legem hanc tulit, sed cum cogere se ad temperare eorum quibus legem dabat infirmitati. Nam quoniam ad caedes prompti erant, & domus cognato replebant sanguine, & neque suis, neque alienis parcebant, ne intus occiderent uxores, quae ingratae erant, praecipit foris mittendas, quod grauius malum, nepe homicidiorum facilitas tolleretur. Sanne quod homicidae quidam fuerint, audi prophetas dicentes: Aedificates Sion in sanguinibus, & Hierusalem in iniustitiis. Et iterum: Sanguinem sanguini miscent. Et iterum: Manus vestrae sanguinis plenas. Et Esai. 59. quod non solum contra alienos, sed etiam contra suos phasauerint, & ita manifestas propheta dicebat: Sacrificauerunt filios suos & filias suas daemoniis. Qui autem

non parcebant liberis, utique; nec vxoribus pepercissent. Vnde ad hoc commodum illud permisit. Quapropter & Christus Iudaeis rogantibus, & dicentibus: Quomodo igitur Moses permisit dare libellum repudij, ostendens, quod non contrariam legem fert, sic alicubi dixit: Moses iuxta duritiam cordis vestri locutus est, ab initio autem non erat sic: sed qui fecit ab initio, mascululum & foeminam fecit illos. Si hoc fuisset, inquit, non unum virum & unam mulierem fecisset, sed vno Adam condito duas fecisset mulieres, siquidem voluisset unam quidem eiici, alteram vero induci. Nunc vero ipso formationis modo legem induxit, quam ego nunc scribo. Et quoniam est illa? Haec utique, Eam sibi quisque uxorem feruet semper, quam initio sortitus est. Haec lex antiquior, quam illa de libello repudij, & intantum quantum Adam ipso Mose. Et idcirco nunc nihil nouum scitor, neque peregrina affero decreta, sed ea quae Mose antiquiora & priora fuere. Dignum autem fuerit & Moses legem illam quam de hac re posuit audire: Si quis, inquit, acceperit uxorem, & habitauerit cum illa, & erit: si non inuenit gratiam coram illo, quia inuenit in illa turpitudinis rem, scribet illi libellum repudij, & det in manum eius: imo non dixit, scribitur & datur, sed quid? Scribet illi libellum repudij, & dabit in manum eius. Magnum autem inter hoc & illud discrimen: nam dicere, Scribat libellum repudij, & det in manus eius, iubentis ac imperantis est. Dicere autem, Scribet libellum repudij, & dabit in manus eius, annunciatis factum, & non propriam legem introducetis est. Igitur si quis dicat, Eiiciat uxorem, & dimittat illam ex domo sua: & cum abierit, si fuerit alteri viro, & odio illam habuerit etiam vir posterior, & scribet illi libellum repudij, & dabit in manus suas, & emittat illam ex domo sua: si mortuus fuerit illius vir, qui accepit sibi illam uxorem, non poterit vir prior, qui dimiserat illam redire, & accipere eam sibi in uxorem. Deinde monstrans, quod non dixit de facto, non enim coniugium esse putat, sed propter infirmitatem illorum descendit, dicens: Non poterit vir prior accipere illam sibi in uxorem, addidit, Postquam polluit illam: declarans per huius verbi modum, quod secundae nuptiae viuenti priore viro, polluitur magis sit quam coniugium: propter hoc non dixit, Postquam illam in uxorem duxerit. Vides quod consona cum Christo loquitur. Deinde & causam apposuit, quod abominatio sit coram deo. Et Moses quidem sic. Propheta autem Malachias multo manifestius, quam Moses hoc demonstrat: Nunquid dignum respicere ad sacrificium nostrum, vel recipere acceptabile de manibus nostris? Et cum dixisset, cuius ergo? Uxor adolescentiae tuae ne derelinquas. Postea ut ostendat quale sit malum, & priuans omni venia eum qui hoc fecit, in sequentibus accusationem intet, sic dicens: Et ista societas tua, & vxor pacti tui, & reliquiae spiritus tui, & non aliter fecit. Vides quantas apponit iustificationes, primum aetatem, dicens: Uxor adolescentiae tuae. Deinde societatem vitae, dicens: Et ista societas tua. Postea modum formationis, dicens: Reliquiae spiritus tui. Non enim de terra formata est sicut Adae, sed de formati est terra latere, & hoc est quod dicit *εγκαταλειμμα* & reliquiae spiritus tui. Ad haec omnia, quod omnibus illis maius fuerit, accedit conditoris dignitas. Hoc enim est, quod non alius fecit. Non potes, inquit, dicere, quod te quidem deus fecit, illam vero non deus, sed alius quidam illo deterior, sed vnus & idem utrosque: ut essent producti: & ita quauis nihil aliud, hoc saltem reueritus charitatem

charitatem erga illum custodi. Nam si saepe hoc seruis mutuae dilectionis causa fuit, quia ambo vni & eidem domino seruiunt: multo magis nobiscum hoc fieri conuenit, quando eundem, & conditorem, & opificem utriusque habemus. Vidisti quomodo etiam in veteri initia & proemia ferre acceperint nouae philosophiae praecipua. Nam ubi multo tempore in lege versati essent, & ad consummatiora mandata transire deberent, iamque properaret ipsorum politia, opportuno tempore ad eiusmodi sapientiam illos propheta inducit. Credam igitur bonae legi, & nos ab omni confusione liberemus, neque nostras eiiciamus, neque eiecitas recipiamus. Nam qua facie virum uxoris aspicias? quibus oculis amicos illius familiares? Nam si is qui mortui coniugis, cui uxorem accepit, imaginem recumbentem viderit, afficitur aliquo modo, & grauius fert, si viuente maritum videat eius quae sibi cohabitatur, quale vitam agere? quo pacto ingredietur domum? quo animo? quibus oculis? quomodo videbit illius uxorem suam, imo neque illius, neque suam. Iuste quis talem alloqueretur, Adultera nullus est vxor. Fefellit pacta quae cum illo habuit, & ad te cum honestis legibus non venit. Quanta igitur dementia fuerit, rem tot malis plenam in domum inducere? Non sunt enim tam rarae foeminae, ut super caput tuum, tantum inducas perniciem. Quare cum male sint, quas potes pura conscientia, & permittentibus legibus ducere, ad prohibitas curreres domus subuertimur, bella inter amicos excitamus, ac vndique inimicitias nobis conciliamus: ad haec innumeris accusatoribus ora aperientes, nostram vitam confundimus, & despectam facimus, & quod omnibus grauius est, inuitabile iudicium in die illo nobis accumulamus. Quid enim dicemus iudicaturus nos, quando legem in medium illatam legerit, dicens: Iussi repudiatam uxorem non ducere, dicens quod adulterium committatur. Quomodo igitur ausus es ad prohibitas nuptias accedere? Quid dicemus, quid respondebimus? Nunquam enim illic fas externas leges praetexere, sed necessarium tacentes & ligatos in gehennae ignem immitti, cum adulteris & alienum thorum iniuria afficientibus. Nam quando dimiserit absque causa stupri, quando eiecitam viuente viro duxerit, cum eiecita illa punietur. Propter quod oro, obsecro & supplico, ne viri mulieres eiiciant, neque mulieres viros relinquunt, sed audiatur Paulum dicentem: Mulier astricta est legi quanto tempore vixerit vir eius. Si autem dormierit vir, libera erit cui volent ut nubat, tantum in domino. Qualem enim habebunt veniam, qui Paulo etiam secundas permittente nuptias post mortem coniugis, & tantam concedente copiam, ante mortem auderet talia facere? Quam assequetur defensionem, vel illi qui viuentibus viris uxores accipiunt, vel hi qui vulgatissima scorta accedunt? Etenim & illud est adulterij aliud genus, habere domi uxorem, & foris scortis iungi. Nam quemadmodum mulier habens virum, etiam si famulo vel libero cuiuspiam uxorem non habenti se exponat, adulterij legibus implicatur: Sic & vir licet ad vulgare scortum, vel ad mulierem aliam, quauis non habentem virum, ipse uxorem habens aberrarit, adulterij reus censetur. Fugiamus igitur & hunc adulterij modum. Quid enim poterimus dicere, quid ite praetexere, qui talia audemus, quam honestam excusationem adhibebimus? Naturae concupiscentiam? sed assistit quidem vxor, quae semel obtigit hac nos excusatione priuans. Idcirco nuptiae inuectae sunt, ut ne scorteris, imo non vxor sola, sed & multi alij, qui eandem quam

nos habemus naturam cohibent, hac nos priuatur venia. Quando enim concupiscentiam possides, eadem necessitate excitatus, nullam videris mulierem, sed manet sua sola contentus, qualem habebis excusationem, concupiscentiam praetextens? Et quid dico habentes uxores? Cogita mihi eos qui semper in virginitate vixerunt, & contemptis nuptiis magnam praese tulerunt continentiam. Cum igitur alij absque nuptiis continentes sint, quam tu assequeris veniam cum nuptiis scortans? Haec & viri & mulieres audiatur, ac viduae ac nuptae: omnibus enim Paulus loquitur & lex illa, dicens: Mulier astricta est legi quanto tempore vixerit vir illius: si autem dormierit, libera est, cui vult ut nubat, tantum in domino. Et habentibus viros, & non habentibus viduis, & secundo nubentibus marito, & omnibus simpliciter sermo ille utilis est. Nam quae habet virum, non vult viuente marito illo quaerere alium, audiens quod viuente illo astricta sit. Quae vero libera, siquidem voluerit secundo nubere, non simpliciter neque temere hoc faciat, sed cum legibus quae sunt a Paulo positae, dicit enim: Libera est, cui vult ut nubat, tantum in domino: hoc est, cum continentia & honestate. Sin voluerit cum defuncto seruire foedera, audiet repositas sibi coronas, maioremque; alacritate capiet. Beatior enim est, inquit, si sic miferit. Vides quo pacto omnibus sermo ille utilis, & se ad illarum humilitatem demittit, & istas suis laudibus non defraudat. Etenim quod de nuptiis & virginitate fecit, hoc & de prioribus & secundis nuptiis: quemadmodum illic non exclusit nuptias, ut ne grauet infirmiores, neque necessitate imposuit, ut ne volentes virgines agere propositis coronis spoliaret: Sed demonstrauit quidem, quod bonae sint nuptiae, manifestauit autem quod melior sit virginitas: Ita & hic quoque eosdem gradus ponit nobis, maiorem scilicet altero alterum, nempe viduitatem: alterum vero inferiorem, nempe secundas nuptias. Et illas vltius quamuis transilire volens, ad certamen praeparans, & infirmiores cadere non permittit, dicens enim: Beatior enim est si sic miferit, ut ne putes humanam esse legem, audiens iuxta meum consilium, subdit: Opinor autem quod & ego spiritum dei habeam. Non igitur humanum consilium est vel praecipuum, sed gratiae spiritus sententia ac diuina lex. Idcirco ne putemus quod audiamus Paulum dum haec dicit, sed spiritum sanctum qui hanc nobis legem condidit. Quod vero dicit, Opinor, non quasi nesciens dicit, sed modeste agens & seipsum humilians. At quia beatior dixerat, & non adiecerat quomodo beatior, iuxta demonstrationem data haec se a spiritu afferre sententiam: quod si voles etiam rationibus exquirere, magnam demonstrationum copiam inuenies, & videbis beatior esse viduam: non solum in futuro seculo, sed etiam in praesente vita. Et istuc ipsum maxime vidit Paulus, id quod de virginibus insinuauit, dicens: Admonens enim & consulens eligendam esse virginitatem, sic alibi dicebat: Opinor, quod bonum sit homini sic esse propter instantem necessitatem. Et iterum: Etiam si nupserit virgo, non peccauit. Virginem hic dicens non eam quae renunciauit, sed eam duxerat quae nondum coniugium experta est, & non factam obnoxiam perpetuae virginitatis promissione. Tribulationem autem in carne habebunt qui tales sunt: Ego autem vobis parco. Vno enim & breui hoc verbo reliquit cordato auditori ut omnia colligat & expendat, dolores partus, educationes puerorum, curam, infirmitates, mor-



tes intēpestivas, inimicitias, cōtentiones, innumeris seruire praeceptis, alienis malis obnoxia fieri, innumeras tristitias in vna sua anima recipere. Ab omnibus illis malis liberatur, quae continentiam amplexatur, & cum liberatione a tot iniucundis, etiam in futura vita magnam repositam habet mercedem. Haec igitur omnia scientes, studeamus quidem primis nuptiis esse cōtēti. Si autē & ad secundas aspiramus, fiat hoc decentissimo modo & habitu, nempe iuxta diuinas leges. Propter hoc em̄ dixit: Libera est, cui vult vt nubat: & subdidit, Tantū in domino: simul & licentiā dans, & licentiā excludens, & potestatem cōcedens, & potestati illi vndiq; leges ac terminos ponens: videlicet ne pollutos & corruptos viros in domū introducat mulier, & stuprū scētātes, sed cū honestate & modestia, ac pietate, vt omnia in gloriam dei fiant. Quoniam em̄ sapius multae mulieres priorib⁹ viris defunctis, adulterio prius cōmissio alios introducūt, alia etiam alias pessimas vias excogitarūt: propter hoc adiecit, Tantū in domino, vt nihil horum secundae nuptiae habeant: sic enim a criminibus libera esse poterunt. Optimū em̄ foret expectare defunctū, & seruare leges cū illo initas, cōtinentiamque eligere, & manere cum derelictis pueris maiore dei benevolentiam sic conciliando. Et si quae secūdo nubere marito volet, cum modestia ac honestate, & decentissimis legibus hoc faciat, quandoquidem & hoc permittit. Fornicatio autē sola & adulteriū prohibētur. Hanc igitur fugiamus & coniuges & cōcēlibes, nec confundamus vitam nostrā, vitamq; agamus ridiculam, neq; polluamus corpus, neque malā conscientiam in mentē inducamus. Quomodo enim post cōsuetudinē cum scortis in ecclesiā venire poteris? quomodo manus quibus scortū cōtrectasti, in cōclū extēdere audebis? Quib⁹ oculis intueberis amicos honestiores? Et quid dico amicos? etiā si nullus conscius sit, tu teipsum cogis maximē omnium rubore ac cōfusione abominari. Nam nisi hoc esset, quare ad balneū post peccatū illud curris, nōne quia omni luto immūdiore teipsum esse censēs? Quam igitur maiorem immunditiae tuae probationem quaeris, vel quem deum expectas sententiam daturū, quando tu ipse negligens deum talem de factis tuis sententiam tenes? Igitur q̄ impuros se esse cēsēt, valde laudo & approbo. Quod autem nō rectū purificandi modū habēt amputo, & propterea reprehēdo. Nā si corporalis macula esset, verisimile est, quod balnearū purificationibus corpus ipsum ablueres, animam autem coinquinares. Talem quare purificationē, quae illius maculā abluere poterit. Quod autē est illius maculae balneū? Calidi lachrymarū fontes, gemitus ē profundo cordis ascendentes, cōpunctio perpetua, preces continuae, elemosynae, & elemosynae large, nō vltra hanc opera attendere, condēnare quod factum. Ita peccati natura abluitur, ita expurgatur animae macula. Atq; adeo si hanc nō fecerimus, etiā si in omnes fluminum fontes descenderimus, neque parū illius peccati depellere poterimus. Imō quod melius, ne attētemus hoc abominabile peccatū. Si quis autē aliquando supplantatus fuerit, hanc subiiciat remedia, prius promittēs nō vltra in hanc prolapsurū. Sed si peccantes cōdemnauerimus quidem ea quae iam fecimus, iterum autem eadē attētemus, nulla erit purificationis vtilitas. Qui enim abluitur, & eodē luto iterum inquinatur: & qui

demolitur iterū quod aedificauit, & qui aedificat iterum, vt destruat: nihil inde luctificat, quā q̄ frustra laborat, & arumnosus est. Igitur & nos ne in vanum & frustra vitam infumamus, priora peccata expurgemus, & quod reliquum est vitae in continentia & honestate ceterisque virtutibus agamus, vt & deum misericordem habentes regnum cōclorum assequamur, cui sit gloria in secula, Amen.

**DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI**

Sermo, in dictum apostoli: Nolo vos ignorare fratres, quod patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes per mare transferunt.

I. Co. 10.4

**N**autae cam maris partem magis amant, quae frequentibus insulis & portibus diuisa est. Mare enim vbi portu caret, etiam si placidū sit, nauigantibus multum timorem incutit: vbi autem portus & littora vnde quaque obuia fuerint, ibi valde securē nauigatur, etiam si mare tempestatibus sauiat: facile tamen, & breui ab vrgentibus malis liberari possunt, non longē absente refugio: & eapropter non solum quando prope portum nauigant, sed & si multum absint, ingentem ab aspectu consolationem accipiunt. Non enim vulgariter illorum animas reparare solent, etiam ea quae procul videntur, vt vertices montium, exurgens fumus, & ouium greges in montibus pascentes. Verū, vbi littus ingrediuntur, plena tunc perfruuntur latitia, tunc & laborē remittunt, & corpora mirē exasperata, potabilibus oblectant aquis: egressisque in littus, & nudis per terram ambulantes corporibus, omne nauticum tedium deponunt. Sicut autem illi hanc potissimum maris amplexantur partem ob frequentes & continuas refocillationes, sic & ego hanc anni partē precipue amo. Non quod liberati simus hyeme, neque quod astate perfruimur, blandē afflante zephyro: sed quia crebri nos excipiunt spirituales portus, festi inquam sanctorum martyrum dies. Non enim portus tam idonei sunt ad refocillandos nautas, quā recreatur fideles sanctorum solenniis. Nautas quidem littora liberant ab inundatione, multoque impetu marinorum fluctuū: sanctorum autem memoria fideles ad martyrum festa confluentes, erigit a malignis spiritibus, immundisque ac absurdis cogitationibus, magna animabus eorum reddita tranquillitate. Et si quis vel ex publicis, vel ex priuatis negociis mœrore obrutus adueniat: statim omni eo deposito, & leuior, & placidior abit. Nonnum quidem deponens, neque amplius suspendens, sed dissoluens importabile & multiplex

**D**onus secularis tristitiae, & multam in anima sua latitiam excipiens. Horum omnium testes estis, qui beati Barlaam praemiis heri oblectati, & magna alacritate huc festinant, abluistis secularium curarum sudorem. Iterumque domum leues auditis nostris sermonibus concessistis. Ecce & aliorum martyrum aliam accessit festiuitas. Igitur vt ad illorum portum festinamus, agē, nautas imitemur: & sicut illi nauigantes pelagus cantant, cantu laborem mulcentes: sic & nos donec ad illorum portum veniamus, spirituales quosdam inter nos conferamus sermones. Beatum Paulum ducē eius colloquij habentes, quorsum ille iusserit, sequamur. Et quo nos sequi iubet: per eremum, & viam miraculorum quae in eremo contigerunt. Audite enim ipsum hodie clamantem, & dicentem: *Nolo enim vos ignorare fratres, quod patres nostri omnes sub nube erant, & omnes per Moysen baptizati sunt in mari,*

Hi sermo- nes nō ex- tant: quā- mos.

Num. 9.4

Exo. 13.4

Exo. 14.4

Exo. 14.4

Exo. 14.4

*mari, & omnes eandē escam spirituale comederūt, & omnes eundē potū spirituale biberūt. Biberūt enim de spiritali, quae illos comitabatur, petra: petra verō fuit Christus. Sed plures illorū nō approbauit deus, prostrati enim sunt in deserto: haec autē figurae nostrae fuere. Ne nos simus cōcupiscētes verū malarū, quē admodū & illi cupierūt. Neque simulachrorū sitis cultores, sicut quidam illorū. Quē admodū scriptū est: Sedit populus vt ederet & biberet, & surrexerunt ad ludendum. Neque stupris inquinemur, sicut quidā illorū stupris polluti sunt, & cōciderunt vno die viginti duo milia. Neque rētemus Christū, sicut quidā illorū rētauerūt, & a serpētibus extincti sunt. Neque murmurētis, sicut & quidam illorū murmurauerūt, & extincti sunt ab exterminatore.* Videntur quidem haec quae dicta sunt manifesta, diligenter tamen attendentibus dubitationē adferunt, haud vulgarē: etenim primū interrogatur quare veteris historiae meminit, & qua cōsequētia, cū de his disputarit quae idolis sint immolata. In hac narrationem incidit, afferēs in mediū quae in eremo cōtigerūt. Non simpliciter, neq; fortuito beatus ille loquitur, sed magna cōueniētia & proportione, qui dicta eius obseruat, cohærere videt vndiq;. Quare ergo, & vnde in hanc incidit historia? Incepabat eos qui temerē & non requisiti ad idola ingrediūtur, pollutam comedētes mēsam, & tangentes idolothyta. Et cū ostēdisset quod duplex dānum illi inde sustinerent: nam & infirmiores offendebāt, & ipsi dāmoniorum participes erāt. Et cū per praedicta satis spiritus eorū humiliasset & docuisset, ostēdit fidelē spectare non solū quae sua sunt debere, sed & quae multorū. Volēs ipsis timorē incutere, veterē historiae eis recēset, siquidem & illi magna de se sentiebāt, quasi fideles & ab errore liberati, & scientiā assecuti: & ineffabilem sacramentorū participes facti, necnō & ad regnum cōclorū vocati. Volens ergo declarare, quod illorū nulla sit vtilitas, nisi adsit & vita tātae gratiae respondens, ex veteri historia ipsos erudit, insuper etiā hoc multiplicē in se quaestionem complectitur. Cur non potius per verba Christi in Euangelio posita cū ipsis disputat? Cur non meminit gehēna, & externarū tenebrarū, & venenati vermīs, & perpetuorum vinculorū, & ignis praeparati diabolo, & stridoris dētium, & aliorū indicibilium suppliciorū? Terrere enim volens, hoc facere debebat, nō ab iis quae in eremo cōtigerunt. Nā illi licet puniti sint, mitius tamē & temporaliter, & vno tantū die: isti autē immortalibus & multo grauioribus suppliciis. Quare ergo nō inde ipsos terruit, neq; verbum Christi recensuit? Poterat em̄ dicere ad lefos: Nolim vos ignorare fratres, quales Christus posuit leges aduersus eos qui fidē quidem habent, vitā autem optimam non praeseferunt. Etenim homines q̄ miracula operati sunt, & futura praedixerūt, regno cōclorū eiiciebat, dicēs: Multi dicent mihi in die ipsa, Domine domine, nōne in nomine tuo dāmonia eiicimus, & in nomine tuo prophetauimus, & virtutes multas fecimus? & tūc cōfitebor ipsis: Discēdit ad me, nō noui vos qui operamini iniquitatē. Et virgines quidem nō propter fidem & dogma, sed propter peruerisā vitā, & immisericordiā, & crudelitātē arguit, & thalamo exclusit: & eum qui indutus erat sordido amiculo, propterea vincitū eiecit, nō quia non habebat recta dogmata, sed quia vitam sordidā & impurā. Et quare iussit in ignē intrudi diabolo praeparatum? Nō ideo eō misit, quia fide exciderant, sed quia nullius miserti erant. Horū omnium & talium memoriā potuit facere, & dicere: Non vo-

**A** lo vos ignorare fratres, quod illi omnes & baptismū assecuti sunt, & participes sanctorū facti: & cōmunicarunt mysteriis, & fidem multā ostenderunt, & perfectam habuerunt scientiam: sed quia vitam filij cōsonam non egerunt, regno eiecti, & igni traditi sunt. Quare igitur haec nō dixit: sed omissis istis omnibus, sic fermē ait: Nolo autem vos ignorare fratres, quod patres nostri omnes sub nube fuerunt: & cōmemoratis Moisaicis, obticuit ea quae sub gratia dicuntur. Nō simpliciter, neq; absq; ratione hoc facit: Magna enim praeditus erat sapientia. Sed quidnā ait, & propter quid? Volebat ostēdere, idem duobus illis testamētis tradi, & magnam cognationem veteris & noui testamēti. Quandoquidem multi sunt homines, qui gehennam esse non credunt, & neque esse supplicium: sed deum simpliciter minari vermem immortalē & ignem inextinguibile, & tenebras externas incutendae formidinis & eruditionis causa: sed non possunt fidem praeteritis abnegare. Nam quae facta sunt, quo pacto posset quis dicere non fuisse facta? Nā his quidem quae nondū apparuerunt, neq; in opus processerunt, multi fidē nō habēt: iis autem quae facta sunt, etiam qui valde incorrigibilis, & reprobā mētis, neque si vellet, poterit non credere, eo q̄ valde cōfessa sint, & finē sortita, eorūq; multae super sint reliquiae. Vult igitur eos nō vacillare in fide, iusto dei iudicio, quasi diceret: si putas nō esse gehennā, neque poenā & supplicium, sed deum ita simpliciter esse minatū, animo repete quae praeterita sunt, & futura crede. Nā si idem est deus, qui & prius & quae nunc sunt gubernat, & tam ea quae ad veterē legem, quā ea quae ad gratiā pertinet: cū igitur idem sit, qua ratione cōstabit, illos quidem peccantes puniri, nos verō haec & multo grauiora illis admittentes impunes relinquit? Rogo igitur, fornicatōne sunt Iudaei? & puniti sunt. Obmurmurauerūt, & puniti sunt, necessariū omnino fuerit confiteri. Quomodo igitur animaduertet in illos, te autē eadē cōmittentē despiciat? nō est rationi consonū. Sed nō dedisti hīc poenā, propterea magis crede gehennā esse & supplicium, quia poenam hīc nō dedisti. Nam si in futurā vitam nō esset supplicium repositum, nequaquā impunitus mansisses, qui ausus eadē es quae priores illi. Tu ergo si reprehendis lasciuum aliquē & dissolutū, multaq; intēperantiē, & dicit ad te quod & sint fabulae, & non sit supplicium neque gehēna, sed solum deus terrere voluerit: dic ad ipsum, si non credis futura, quoniam non apparent neq; euenerunt, neq; ante oculos nostros sita sint: nō tamen est possibile fidē abnegare iis quae facta sunt, & quae finē sortita. Cogita Sodomā & Gomorrhā, regio illa propter nullum aliud peccatum tantū luit supplicium, q̄ quod illius ciues illicitos induxere coitus, & illicitos amores, & leges naturae radicitus subuertēte. Qua igitur ratione cōstabit deū, qui nūc idē est, qualis tunc erat: illos quidem cū peccarāt, absq; omni venia puniisse, te autē qui post illos peccasti, tantō maiori supplicio dignū, quāto maiore sortitus es gratiā, & emendatus illorū suppliciis nihil profecisti, impunitum relinquere. Et propterea Paulus nihil iam de gehēna dicit: quia multis futura parū credita sunt ab iis quae iam cōtigerunt, & de quibus sufficēti fide instructi sunt, ipsos erudire vult. Iā licet futura sint terribiliora, imperfectis tamē hominib⁹ praeterita magis credibilia sūt, vnde & ipsa futuris magis terrere solet: propterea & hīc eis differit ea, quae nec

Gen. 19. b

valde

valde impudens inficiari, vel discredere possit. Insuper & Marcioni, & omnibus qui eodē laborāt morbo, intēpestiuā plagā infert. Nam si non est idē deus veteris & nouæ, qui & tūc legē statuit, & hęc facturus est, superflue mihi narras hęc o Paule, & nullum timorē auditoribus infers. Potest enī auditor dicere, q̄ si alius est ille deus, & alius iste: nō omnino iste iudicat iuxta illius sententiā, neq; easdem seruabit leges. Quid enim si deo veteris legis visum est omnes punire, & afficere suppliciis, quid terret? quas laruas profers? Alium habeo dominū me iudicaturū, ita vt si alius sit deus veteris, alius noue legis, Paulus omnino secus q̄ volebat, fecit. Non enim solū nō terruit audiētē, sed omni timore & angustia liberauit: quod certē nullus hominū fecit, quāuis ille inspiēs. Minus ergo Paulus tanta repletus sapientia ita docet. Vnde manifestū quod vnus & idem deus sit, qui & Iudæos in errore prostrauit, & peccatores puniturus est, alioqui nō idem & sibi cōstans esset. Iterum enim idem dicam per ea quæ olim ab eo facta sunt, & nos de futuris terret, quandoquidē idē est. Expectationē supplicij tam certā, cui cōtradici nō potest, induxit, mōstrās quod reuerētia & timore opus sit. Nā qui patres puniuit peccātes, nobis nō parcat eadē cōmittentibus. Dignum porrō est, vt redeamus ad principium narrationis, & reliqua perferentem omni adhibita diligētia. Nolo autē vos ignorare fratres. Discipulos fratres vocauit, nō à dignitate, sed charitate hoc eos appellans nomine: sciebat enim, & planē sciebat nihil charitati conferendū, & summū dignitatis genus charitatem. Hoc nunc nos quoq; primū imitemur, etiam si valde nobis inferiores sint aliqui, ipsos ministrij nominibus appellamus: nō solū liberos, sed & seruos: nō solū diuites, sed & pauperes. Nā & Paulus non solum Corinthiorū diuites liberos, illustres, & nobiles, sed etiam priuatos & famulos, & omnes indiscriminatim hac appellatiōe honorauit. In Christo enim Iesu neq; seruus, neq; liber, neq; Barbarus, neque Scythæ, neq; sapiēs, neq; inspiens, sed omnis secularis dignitatis inæqualitas sublata est. Et quid mirū si Paulus cōseruos sic vocauit, cum & dominus ipse sic vocarit nostrā naturam, dicens: Annunciabo nomē tuū fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te? Nō solū autē vocauit nos fratres, sed & ipse fieri frater voluit, & fact⁹ est humana carne induta, naturæ particeps: quæ vtiq; & ipse Paulus admirās, dicebat: Nō angelos apprehēdit deus, sed semē Abrahæ apprehēdit, vnde per omnia debuit fratrib⁹ adsimilari. & iterū: Quia pueros participes fecit carnis & sanguinis. & verisimile est & ipsum horū fuisse participem. Hęc omnia cū audimus, omnē arrogantia, & fastum, & stultitiā ex anima nostra expellamus, studiōq; multo id rectē faciamus, familiaribus nominibus & honorē habētibus fratres vocātes: qđ licet tenue opus videatur, attamē magnorū bonorum causa est: sicut & multas sapenumero lites & contentiones fecit omissum. Neque hoc solū, sed & cætera verba diligenter exquirēda sunt: nō enim solū posita sunt. Nam cum dixit, Noli vos ignorare fratres: adiecit, Patres nostri omnes: nō dixit Iudæi, neq; hi qui Aegyptū exierunt, sed quid? patres nostri oēs, quō modestiā suā indicās, suā cum illis cognationē nō erubescat, tamen superior illis esset. Et sermone hoc cōpescit iterum impudentē linguā, calumniantium veterem legem: nam si illi aduersaretur, neq; celeberrimū

Galat. 3. d

Psal. 21. e

Hebr. 2. c

Hebr. 2. d

Ibidem.

A morū nominū fuisset memor, quæ tūc in vniuersum coargui potuissent. Omnes. Non simpliciter dixit, omnes, neq; obiter, sed valde sapiētē. Nā non semel dixit, sed secundo & tertio, & sapius, vt discas haud temerē adieciū. Dixit enim: Patres nostri omnes sub nube fuerūt, & omnes per mare trāsierunt, & omnes in Mosem baptizati sunt, & omnes eundē potū spiritalē biberūt. Audisti q̄ sapius, omnes, posuit: quod nequaquam fecisset, nisi magnū quiddam, & admirabile sacramentū significare voluisset. Nā si posuisset simpliciter, sufficiebat id semel dici, & postea obiter: ac si diceret, Patres nostri omnes sub nube fuerunt, & mare trāsierūt, & in Mosem baptizati sunt, & eundē spiritalē cibū comederūt, & eundem potum spiritalē biberūt. Verū non sic dixit, sed in singulis adiecit, omnes: sic nobis aperiēdo suę sententię ianuā, quō sua conspiceretur prudentia. Nam cuius gratia continuo eius verbi meminit, nisi vt ostēdat magnā esse veteris ad nouā legē cognationē: & q̄ illa istorū figura fuerunt, & vmbra futurorum: & primō quod hoc æqualitatem indicet? Volens enim declarare, q̄ sicut in ecclesia non est discrimen serui & liberi, neque ciuis & aduenæ, neq; senis & adolescētis, neque inspiētis & sapiētis, neq; priuati & principis, neque mulieris & viri: sed omnis ætas, omnis dignitas, & vnaquæq; natura æqualiter in baptisteriū descendit, etiā rex & pauper eadē purificatione vtūtur: id quod maximū nostræ præsertim nobilitatis est argumētū. Nam similiter & mendicus & purpurā gestās ad mysteria admittūtur, neque in sacramentis maior istius quā illius est respectus: Sic & in veteri conuenienter, Omnes, posuit. Neq; enī dicere potes, quod Moses per aridam, Iudæi per mare trāsierunt: neq; quod abundantes per vnā, & indigi per aliā viā: neq; mulieres sub sereno, viri sub nube fuerint: sed & sub mari omnes, & sub nube omnes, & in Mosem omnes. Nā trāsitus ille futuri baptisimi typus erat: oportebat igitur primū figurā illā bene omnia figurare, q̄ omnes ipsam tenerēt, sicut & hic omnes ex æquo participes sunt: & quomodo ipse ait illud figurā præsentium? Si didiceris primū quid sit figura, & quid veritas, tunc & huius tibi rationes reddemus. Quid igitur est vmbra, & quid veritas? Agē, similitudinē ab imaginibus sumamus, quas pictores pingūt. Vidisti sæpe imaginem regiā Veneto colore coloratā, deinde pictorem circūducere cādidas lineas, & facere regē & seruum regiū, & equos circumstantes, & lancearios, & vincōs hostes, & subditos: & cū hęc vides delineata & adumbrata, neq; scis totū, neq; ignoras totū, sed quod homo pingitur, & equus, obscurē cognoscis: qualis autem sit rex, & qualis hostis, nō valdē perspicuē cognoscis, donec colorum veritas adueniens, certiorē reddat visum. Sicut igitur in hac imagine non exigis totum ante veritatem colorem: sed etsi obscurā quādam accipias cognitionem eorum quæ sūt, satis tamen picturam absolutā putas. Sic & de veteri & nouo senti, vt non omnem veritatis diligētiam in typo exquiras. Et poterimus te docere, quomodo vet⁹ ad nouum testamentum habeat cognationē: & ille trāsitus ad nostrū baptisima. Nam ibi aqua, & hic aqua: lauacrum hęc, & ibi pelagus. Omnes hęc in aquam ingrediuntur, & ibi omnes. Iuxta hoc similitudo est. Postea vis cognoscere colorū veritatem? ibi quidem liberati sunt ex Aegypto per mare, hic autē ab idololatria. Et ibi quidem Pharaō submersus est, hic autē diabolus:

diabolus: ibi Aegyptij submersi, hic autē vet⁹ homo peccatis defoditur. Et vide cognationē figuræ ad veritatem, & veritatis excellētiam. Neque enim omnino alienū oportet esse typum à veritate, alioqui nō esset typ⁹. Neq; omnino adæquari veritati, quia alioqui & veritas ipsa foret: sed oportet manere in suo modo, & neq; cōprehendere omnem veritatem, neq; omni veritate destitui. Nam si torum contingat, iterū ipsa est veritas: si autē à toto destituatur, & nulla sit similitudo, cōsequēter nō poterit esse figura. Sed oportet vt partē quidem teneat, partem autē veritatis referret. Igitur ne in veteri totū à me requiras, etiā si parua quædā & obscura accipis enigmata, boni hoc cōsulas. Vbi igit est affinitas figuræ ad veritatem? omnes ibi, & hic omnes: per aquā sunt ibi, & hic per aquam: à seruitute liberati sunt illi, & nos à seruitute liberati sumus: sed nō ab eadē omnes. Nam illi quidem à seruitute Aegyptiorū, nos vero à seruitute demonū: illi quidē à seruitute Barbarorum, nos vero à seruitute peccati. Ad libertatē venerunt illi, & nos: sed non ad eandē. Nā nos ad multo clariorem. Quod si maiora sunt nostra, & illis excellētiora, ne mouearis: hoc enī à veritate est, q̄ sit aliqua excellentia, sed non pugna vel diuersitas cū figura. Quid autē est, Omnes in Mosem baptizati sunt? & fortē manifestū est quod dicit. Tētabimus tamē id notius reddere. Mare ante oculos tunc effusum erat, & præceptum illis, vt transirēt per aridā & admirabilem quandam viam, quam nullus hominū vnquā trāsuerat. Cū credidissent Mosi, ipsum habentes ducē itineris, fidēter aquas trāsierunt: hoc & in Christo effectū est. Nam vbi nos eduxit ab errore, & liberauit ab idololatria, ad regnū inducens, ipse primus hanc viam ire cœpit, quoniā primus in cœlos ascendit. Sicut igit illi Mosi credere, & iter audacter suscipere: sic & nos in Christo cōfidimus, & audacter hanc peregrinationē perficimus. Et hoc q̄ in Mosē baptizati sunt, manifestū ex historia est. Nō enī in nomine Mosi baptizati sunt. Cū autē nos non solū sortiti sumus ducem Iesum, sed in nomine eius baptizati sumus, & illi in nomine Mosi nō sunt baptizati, ne etiā hic turberis. dixi enī quod oportet veritatem habere excellentiam quandā supra figurā. Vidisti de baptismate quæ figura, & quæ veritas? Agē, ostendā tibi & mēsas, & sacramentorū communionē ibi delineari, si nō iterum petis à me totū: sed sic requiris quæ facta sunt, sicut par est in adumbratione & figuris videre. Igitur quia dixit de mari, & de nube, & de Mosē: adiecit præterea, Et oēs eundem spiritalē cibū comederunt. Sicut tu, inquit, à lauacro aquarū ascendens, ad mensam curris: sic & illi à mari ascendentes, ad mensam venēre nouā & admirabile: de manna loquor. Et iterū, sicut tu admirabilem habes potum, salutarē sanguinem: sic & illi admirabilem habuerunt poculi naturā. Non enim inuenerūt fontes, & amnes manantes, sed à dura & inaquosa petra multā aluminum largitatem acceperunt: propter hoc & spiritalē vocauit. Nō quod natura talis esset, sed quod hoc modo suppeditabatur. Nō enim secundū naturæ conuenientiam ipsis dabatur: sed secundum operationē dei ipsos ducētis. Vnde & cū hoc corrigeret, ita dicebat. Igitur quia dixit: Omnes eundē spiritū spiritalē biberunt: aqua autē erat quæ bibebatur. Volens ostendere quod propter hoc spiritale dixit, nō ob naturam aquæ, sed ob modū quo suppeditabatur illis, adiecit: Bibebāt enim de spiritali eos

A consequente petra, petra autē erat Christus. Non, inquit, natura lapidis, sed efficax virtus dei fontes illos scaturire faciebat. Et hęc Pauli Samofateni hæresim radicatus euellit. Si enī Christus illa omnia operabatur, quo modo ipsum tunc primū cœpisse dicunt, quando ex Maria natus est? Cū enim ea quæ in eremo contigerunt, multo tempore ante Mariam facta sunt, & Christus iuxta Pauli vocē hęc omnia fecit, necesse & ante hunc partum & parturitionem ipsum esse, Non enī qui nullibi erat, has fuisset operatus tam admirabiles atq; raras res. Sicut autē dixit q̄ omnes per mare trāsierunt: sic nobilitatē ecclesiæ præfigurauit, cū dixit: Eundem spiritalē cibum comederunt. Hoc idem rursus insinuauit: sic enim in ecclesia non aliud quidem corpus diues, aliud verò pauper: neque aliū quidem sanguinem ille, alium autem iste. Sic & tunc non aliud quidē accipiebat diues manna, aliud verò pauper: neq; alterius fontis iste particeps erat, alteri⁹ verò indigentioris ille. Sed sicut nunc eadē mensa & idē poculum, eadē & educatio omnibus qui huic ingrediuntur proponitur: sicut & tunc idem manna & idem fons omnibus proferebatur. Et hoc vtiq; mirabile & rarum. Tētauerunt tunc aliqui per tempus illud plusquā opus fuerat colligere, & nullum auaricię suæ fructū accipiebant: & quandiu æqualitatē colebant, māsit manna quod manna erat: postquā autem auari plus habere desiderauerunt, auaricia mutauit māna in vermē, quāuis hoc nō cum detrimento aliorum faciebant. Non enim rapiebāt ex alimento proximi, cū plus colligerēt: attamen cū plus desiderarent, cōdemnati sunt. Nā tamen si neminem alium iniuria affecerunt, tamen sibiipsis maximē nocuēre, hoc colligēdi modo auaricię studentes. Atq; sic simul erat cib⁹, & diuinę agnitionis instructio, simul & pascebat corpora, & erudiebat animā. Neque pascebat solum, sed à laboribus liberabat. Non enim opus erat iungere boues, neq; trahere atarrū, neque sulcos secare, neque ad annū expectare: sed mensam habebant subito apposita, semper recentē & quotidie nouam, rebusq; ipsis dicebant euangelicum illud præceptū, Nō debere esse sollicitum in crastinum. Nulla enī vtilitas ipsis ab hac sollicitudine pueniebat. Nam qui plus colligebat, corrūpebatur & peribat, & auariciæ argumētum solum dabat. Insuper ne putarent illum imbrem iuxta naturæ cōsuetudinē esse, nihil taliū in die sabbati fiebat, deo duo illa ipsos docente, q̄ prioribus diebus ipse mirabile & priorē pluuiā operabatur: & quod per diē illum abstinebat, vt iniūti etiam discerent illo die feriari. Non in cibis autem solum, sed & in indumētis & caleamētis & aliis omnibus rebus ipsis videre licebat mādata apostolis ipsis præcepta. Nā neque propriam habebant mensam, neque vestem secundam, neq; calceos, deo sic dispensante. Vide quanta veteris ad nouā affinitas. Sicut enim postea Christus apostolos instruxit quantū ad necessaria, sic & illis quidem vitæ modus adaptatus est, & omnis creatura ad ministeriū illorū præparata erat. Et cuius gratia hęc facta sunt? dicit. Cōclusurus illos erat in vnū orbis locū, & iussur⁹ vt sibi illic perpetuō ministrarent, & neq; templum, neque altare alicubi aliud fundarent: sed oblationes & sacrificia sua illuc ferret, & ferias celebraret, & legerent legē, & omnes alios sanctificationis illius ritus perficerēt. Ne igitur separato ministerij ritu, prouidentia suā illuc concludi putarent, quasi vnus regionis deus esset, prius suā virtutem

Mat. 6. d



virtutem in aliena regione declaravit: in Aegypto, in eremo, ubi nullus ministrabat, ubi nullus adorabat: & creatura planè diversis rebus serviebat, quibus probabat suam potentiam quæ primùm cõdidit orbem, & ita incredulos arguebat. Nã mare alios submergebat, alios saluabat: & aer nunc pluebat grandinè, & perdebant Barbaros: nunc deferebat manna, & Iudæos pascebat. At terra nunc culices ad puniendũ hostes, nunc coturnices in salutẽ eorum proferebat: & illis in die tenebrarum, illis in nocte lux erat. Et Aegyptij Nilũ habentes propè fluentem, siti & siccitate peribant: hi autem in terra arida & sicca exercitũ ducetes, multa aquarum copia fruebatur. Et adversus illos ranarum pugnant, hos autem neque gigantes comprehendere potuerunt. Sed cuius gratia horum memoriã affert beatus Paulus? Ob causam quã principio vobis dixi, ut discas quod neque baptisma, neque peccatorum remissio, neque scientia, neque sacramentorum cõmunio, neque sacra mensa, neque fructio corporis, neque participatio sanguinis, neque aliquid horum prodesse nobis poterit, nisi vitam rectam, & admirabilem, & omni peccato liberã habeamus. Propter hæc enim meminit recensens figuram baptismatis in mari & nube. Et figuram sacramentorum in manna & petra præfiguravit in veteri. Et cum dixit quod omnes eundem cibum spiritualẽ comederunt, & eundem potum spiritualẽ biberunt, adiecit dicens: Sed plures illorum non approbavit deus. Post hæc & talia miracula ait: Non dilexit ipsos deus? Sed cur prostrati sunt in deserto? Cuius gratia hæc vobis dicitur o Paule? Hæc figuræ nostri causa factæ sunt, ut neque nos fiamus concupiscentes rerum malarum, sicut & illi concupierunt: neque idololatram fiamus, sicut aliqui horum, ut scriptum est: Sedit populus ut ederet & biberet, surrexeruntque ad ludendum. Vide Pauli prudentiã. Dixit peccatum, dixit causam peccati, dixit poenam peccato debitã: per ea nos erudiens, ut illorum fugiamus mores, non imitando. Causa peccati, gula. Sedit enim, ait, populus, ut ederet & biberet. Peccatum ipsum, ludus: deinde poena, prostratio in deserto. Iterum ait, Ne scortemur, quemadmodum illorum quidam scortati sunt. Ibi scortationis causam non posuit, sed poenam. Qualem autem? Ceciderunt in die una viginti milia. Quare autem non posuit occasionem unde orta scortatio? Studiosis hoc reliquit, ut historiã inquirerent, & inde eius radicem discerent. Ille optimus medicandi modus, dicere unde nascantur morbi, & vulneribus remedia adhibere. Ob hoc ait: Hæc autem omnia figuratiuè contigerunt illis, scripta autem sunt ad nostram admonitionem, atque adeo qui illa fecit, & reprobos tunc puniuit, idem & nunc nos admonet. Non enim verbis solum, sed etiam operibus ipsis, qui scilicet maximus admonitionis est modus. Vide quo modo eum qui in veteri hæc fecit, magistrum his quæ in gratia instituit: demonstrat quod unus est & idem qui & illa fecit, & qui hæc per ipsum loquitur. Nã si alius esset, non vocasset illa istorum figuras, neque dixisset ipsa in nostri admonitione scripta, neque magistrum nobis instituisse, quem non putasset esse deum: neque nos per ea quæ ab illo tunc facta sunt, nos terruisset, quasi in illius manus olim casuros. Nunc autem quia monstravit, quod in illius manus iterum sumus casuri: & quod uterque populus & ille & hic illius legibus regantur, meminit omnium illorum, & dixit, quod ad nostri admonitionem scripta sunt. Igitur cum hæc sciamus, tam futuris quam præteritis credamus. Si autem sunt quidam

futuris non credentes, illos ad virtutis studium a præteritis inducamus, narremus quæ Sodomitis euenissent, dicamus de diluio, commemoremus de Aegyptiis, ut aliorum respicientes poenas, & vitam agant optimam, & fideliter de gehenna & resurrectione credant. Quia & nunc quotquot iudicium non credunt, hoc à vita peruersa & conscientia mala patiuntur: quod si expurgemus ipsorum peccata, & timore futurorum erudiamus, & ut de futuris fideliter sentiant, persuadeamus. Nam sicut mala dogmata impuram inducere consueuerunt vitam, ita & vita peruersa, dogmatum peruersitatem sepe parit. Quod scilicet ne fiat, ideo verba hæc & nobis omnibus, & aliis catuimus, ut in recta fide perseverantes, & vitam optimam agamus. Atque hoc ubique sermonibus docui, quia sine ea nulla rectorum dogmatum utilitas. Fiant hæc precibus sanctorum & patronorum omnium, ut seruemus dogmatum rectitudinem, quæ supernè & à progenitoribus accepimus: & adiciamus illis congruam vitam, & promissa bona consequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & spiritui sancto sit gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHYRSOSTOMI  
homilia in dictum Apostoli ad Corinthios:  
Oportet & hæreses esse.



Concionem vestram sermone dudum satis incedi, cum inducerem Hierusalem suarum calamitatum vobis & nunciã, & lamentatricem. Et quia tunc vidi oculos vestros turgidos, lachrymarum flumina producere, mentesque omnium affectionibus confundi ac turbari: ideo statim ut id animaduerti, tragœdia paucis absoluta, sermonem in medio abruptum. Eo enim progredi videbatur luctus, ut omnium corda placidius discedere iri putarem. Iam anima luctu impedita, nihil sani vel dicere vel audire potest. At quod hæc nunc repeto, quid ad rem? Multum. Nam id quod hodie diximus, admodum simile & cognatum est ei quod hodie adhuc dicere decreuimus. Ut enim quæ dicta sunt hodie, ad reprimendam vitam desideriam, corrigendamque in operibus nostris negligentiam conducunt: ita nunc dicenda circa diligentem articulum fidei obseruationem securiores nos reddere poterunt, ut sic vendiqua; in mensuram Christi peruenientes, iuxta diuini Apostolum in virum integrum euadamus: & sicut hodie ea quæ ad corpus pertinebant, curabamus: ita nunc quæ ad caput spectant tractabimus, & hodie quidem verba Hieremiam, nunc autem verba Pauli. Ex verbis vero Pauli, de quibus nunc agendum, hæc nobis proponuntur: Oportet autem & hæreses esse, ut probati manifesti fiant inter vos. Haud contemnendum, quod queritur: Nam si Paulus consulendo diceret, Oportet & hæreses esse, inculpati foret hæresiarchæ. Atqui non ita sentit, neque hoc consulens, sed futura prædicetis verbum est. Quomodo & medicus videns agrum gulæ & ebrietatis interdictisque aliis deditum, dicit: profecto necesse est ut incõtinencia hæc febrim pariat, quibus verbis non legè statuit, neque consulit, sed è presentibus futura cõiectat. Similiter & agricola & nauta cum videt cõglobari nubes illarum pluuiarum & validos imbres pariat. Neque hi laudant sed prædicunt quod apparet. Paulus quoque eadem ratione posuit verbum Oportet. Et nos sepe videro cum videmus homines inter se disceptare, grauique dicitate mutuam inuadere, dicimus: Oportet quod ex huiusmodi pugna magnam quoddam malum oriat. Quibus tamen verbis,

1. Cor. 10.

2. Cor. 3.2. b.

1. Cor. 10. b.

men verbis, neque nos consulimus, neque quempiam incitamus: sed quid futurum sit, ex presentibus diuinamus. Ita sanè nec Paulus aliquid consulit, dum dicit: Oportet etiam hæreses in vobis esse, sed prædicit ac prophetat rem euenturam, ceterum hæreses consulit minimè. *Galat. 1. b.* Ipse enim est, qui dicit: Si angelus vobis aliud euangelizat, præter id quod accepistis, anathema sit. Ipse est, qui circumcisionem prohibuit, cum præter tempus obseruaretur, & puritatem prædicationis euangelicæ interturbaret. Eiciat enim illam & dicebat: Si circumcidimini, Christus nihil vobis proderit. At inquit, cur igitur ad hæc causam adiunxit dicēs, Ut probati manifesti fiant inter vos? Ut, in scripturis plerumque non causam significat, sed magis euentum rerum. Exempli gratia: Venit Christus, & cæcum videre fecit, à quo adoratus est: Iudæi autem illo curato faciebant omnia si qua miraculum obfuscare possent, atque ita Christum repellent. tunc igitur ait: In iudicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident videant, & qui vident, cæci fiant. Ergone ea de causa venit, ut illi excæcarentur? Non ideo venit, tametsi ita euenit. Vnde sub figura redditæ causæ narratur euentus. Item, Lex data est, ut impetum peccati prohibeat, moderatioreque faciat eos, qui illam acciperent. Sed ob illorum ignauiam diuerso modo accidit, auxit enim peccata, & dicit Paulus: Lex autem subingressa est, ut peccata aueret: cum tamè ob hoc potius ingressa fuerit, ut peccata minueret. Etiam si secus acciderit, ob illorum insipientiam qui eam accipere. Sic utique, ut, nec hic causam reddit, sed euentum indicat. Quandoquidem alia quædam causa est, & origo hæreticorum. Neque inde sunt hæreses, ut probati manifesti fiant, sed aliunde occasiones acceperunt: de qua re *Mat. 13. d.* audi Christum, qui id nobis declarat: Simile factum est regnum cælorum homini seminanti semen bonum in agro suo: cumque dormiret homines, venit inimicus homo, & superseminauit zizania. Vides hæresium causam hanc esse quod homines dormiuissent, quod negligentes fuere, quod non diligenter his quæ dicta sunt intendere. Quapropter, ut ne quis dicat, quare hoc permiserit Christus, dicit Paulus. Nil te nocebit ea promissio, si probatus fueris. Inde enim multo clarior & manifestior euades. Non enim idem fuerit, nullo vel aliquo subuertente, & à nullis vel multis fluctibus pullatum manere immotum, & non circumactum. Nã ut arbores bene & diligenter radicatae, ventorum vi cum aguntur hinc & inde, solidiores fiunt: sic & bene solidatas in fundamento veræ fidei animas, quæcumque irruunt hæreses, reddunt fortiores, tantum abest ne subuertant. Quid autem de infirmis dicit, qui leui momento circumaguntur, & supplantantur, neque illi ob hæreseos impetum, sed ob suam imbecillitatem hoc patiuntur? Imbecillitatem, inquam, non natiuam, sed voluntariam, quæ digna reprehensione, quæ supplicij rea est, quæ & nos officiosè corrigimus: cumque emendamus, laudamus: si inemendatam relinquimus, punimur. Iam ut discas, quia sobrios atque prudentes nocere non possunt: quid est, dic sodes, diabolo peius, quid etiam inquinatius? Veruntamè ille tam malus, tamque importunus, tantaque potestate præditus, licet omnes machinas in lob conuerteret, omnemque pharetram in corpore iusti expleteret, ipsum tamè non solum non subuertit, sed & clariorem facit: & ille quidem nihil incommodum à diabolo accepit. Iudæi autem quia negligēs erat ac deses, neque Christi consuetudo profuit. Nam post tot consilia, postque plurimas illas admonitiones mansit qualis erat, *Mat. 26. d.* *1. Cor. 10. b.* *1. Cor. 13. 4. c.*

proditor. Causa autem est, quia deus non adigit vi, neque cogit si qua non vult. Itaque nec nos sicut neque Iob, modo prudentes simus, nocere poterit diabolus. At si sobrii prudentesque non fuerimus, sed ignaui, etiam illa quæ prodesse possent, non proderunt, sumus namque interim faciemus iacturam. Tantum malum est ignaui. Quocirca Iudæis presentia Christi non solum non profuit, sed & nocuit, non ob Christum, sed ob suam ipsorum malitiam & stuporem: & de hoc audi Christum dicentem: Nisi venissem, ait, & locus fuisset eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem peccati sui non habent. Vides quomodo illos presentia Christi etiam venia facit indignos, & omne excusationis effugium tollit: tantum mali est, non attendere sibi ipsi, neque quæ sua sunt sicut par est regere: id quod & in corporibus videre licet. Nã qui oculis laborat, etiam à Sole offendi consuevit: qui autem sanus est, nec à tenebris incommodatur. Hæreo autem diutius in hoc sermone: sunt enim nonnulli, quibus tametsi displiceat ignauiasua, quæque se à torpore vindicent, obambulant tamen querentes frigidam excusationem, & dicunt: Nisi esset diabolus, non periremus: nisi lex esset, non peccarem: nisi hæreses essent, non supplantaremur. Amice, hæc quas prætexis causæ, neminè leserunt unquam: sicut nihil quoque prodest ei qui salutem suam ignauias aut oscitantibus negligit. Proinde & tale quiddam Paulus insinuas dicit, Ut probati manifesti fiant in vobis. Quasi diceret, ne turbemini, ne mœreatis: nihil enim vobis nocere poterunt hæreses. Iam tametsi de hæresibus sermo sit, non tamè hoc ipsum agitur, quod sermo sonat: id quod vel ex his manifestum est. Est enim prophetia, non consiliu: prædictio, non adhortatio: euentus, non causa. Neque hoc loco de articulis fidei loquitur, sed de pauperibus & diuitibus, de manducando, & non manducando, de luxu ac intemperantia diuitum, deque pauperibus contemptis. Ferre igitur aliquantulum, ut repetamus re paulo altius, alioqui res vix manifesta erit. Quamprimùm apostoli verbu pietatis seminare ceperunt, annumerati sunt eis statim tria milia, & iterum quinque milia: eratque ipsorum omnium cor, & anima una. Et quis tantæ concordia author? Quod illud charitatis vinculu? Quodnam animarum illud philtrem? Opum contemptus. Nullus enim ipsorum dicebat suum aliquid esse ex his quæ possidebat, sed erant ipsis communia omnia. Omnia etenim bona statim proueniunt, ubi malorum radix, auaritia dico, sublata fuerit. igitur cohaerebant inter se, nihilque erat quod diuellere poterat. Iam enim friuola illa verba, Meum & Tuum, quæ tot bella mundo inuenerunt, ex sancta illa ecclesia erant exterminata. Inhabitatursque non aliter terra, quam ab angelis cælum. Non inuidebant diuitibus pauperes, neque enim erant diuites: non contemnebantur à diuitibus pauperes, non enim erant pauperes. Verum communia erant omnia, & nemo quod habebat, dicebat proprium. Insuper non sicut nunc mos habet, ita & tunc eueniebat. Nam qui nunc dant indigentibus, habent propria: tunc autem dominio etiam rerum suarum renunciantes, oblatiisque omnibus nihil reliquiarum seruabant hi qui antea fuerant diuites. Et si qua ex opum contemptu inflatio esse potuit, tollebatur & ipsa confestim. Siquidem modis omnibus par omnium erat honor. Erat item videre quandam pietatis speciem non ex sola abiectioe opum omnium in unum conflatum, sed etiam ex abiectioe modo: Nam quotquot vel domos vel agros possidebant, ea vendebant, eorumque precium allatum ante pedes ponebant apostolorum. Non dicit,

1. Cor. 13. d.

1. Cor. 13. 4. f.

1. Cor. 13. 4. g.

dicit, q̄ in manus ipsorū ponebāt, sed ad pedes, declarando simul fidē, pietatē, atq; reuerentiā, quā habebāt apostolis. Et quod maioris ducebāt, q̄ ab eis reciperētur, quā q̄ darētur dona. Hoc enim potissimum est cōtemnere opes, hoc est pascere esurientē Christum, si absq; arrogantia & fastu hoc facias, sicq; das, quasi tibi ipsi plura q̄ danti beneficia dare videaris: q̄ si secus affectus es, neq; sic dederis vt te putes magis accipere, quā dare, non dedisti hoc aliis. Idē testatur Paulus, dicens: Certiores autē vos facio fratres de gratia dei quā data fuit in ecclesiis Macedoniā, q̄ profunda paupertas illorum exundauit in diuitias simplicitatis ipsorū: nā pro viribus, testor, etiā supra vires prōpti fuerunt, multa cum obtestatione rogantes nos, vt beneficiū & societatem ministerij suscipierem⁹ in sanctos. Vides quomodo illos magis in hoc admiratur, quod licet nati essent gratiam, orabant tamē, & obsecrabāt, tantam prae se ferentes liberalitatem. Eadem de causa & Abraham admirabilis est non solum q̄ vitulum immolauit, neq; quod farinam cōmiscuit, sed quod multa cum humilitate & voluptate hospites suscepit. Accurrebat enim, ministrabat, dominos appellabat, thesaurum innumeriorum bonorū se inuenisse putabat, si quando hospitem videret praterirent. Sic enim duplex erit elemosyna, & cū damus, & cum alacriter exhibemus. Hilarem datorē diligit deus. Esto innumera expendis talēta, nisi alienus ab arrogātia, fastu atq; inani gloria fueris, omnia simul perdes. Quēadmodū pharisaeus ille rerū suarū decimator, quia de se sublimia sentiebāt, & inflabatur, domum perditis omnibus à tēplo redibat. Verum alia ratio erat eorum, qui apostolorū temporibus viuebāt. Gaudebant enim & exultabant cum opes offerret, maxima lucrari sese putātes, maximāq; charitatis esse arbitrabātur, si eas ab ipsis recipere dignaretur apostoli. Et quasi hi qui ad magnos quosdā principatus accersiti, regias inhabitaturi ciuitates, omnē substātiā suā in pecuniā cōmutant, & sic illō migrant: ita planē & tunc faciebāt homines illi ad cœlum vocati, & ad supernā metropolim, & regnū quod illic est. Nam persuasum habētes illic esse patriam, omni substātia sua in pecuniā cōmutata, pecuniā per apostolorū manus illō premiserunt. Est autem extremā stultitię relinquere aliquid rerum nostrarū in hoc loco, nobis paulo post etiā hinc emigraturis. Quicquid enim relinquitur, in damnum cedit. Quapropter illō pramittantur omnia, vbi & nos semper posthac sumus conuersaturi. Hęc quoq; quia & ipsi secū reputant, omnē simul deposuerunt substātiā, fiebatq; illis duplex pietatis opus. subleuabant enim indigorum inopiam, & thesauris suis in cœlo repositis, plures & securiores suas facultates faciebāt. Ab hac lege & cōsuetudine inoleuit in ecclesiis consuetudo quā dā admirabilis: fideles enim omnes in cōuentibus suis postquā audissent doctrinas, post preces, post sacramentorū cōmunionē, soluta concione non mox domum concedebant, sed diuites & abundantiores alimēta & edulia à domibus suis auferētes, pauperes vocabāt, communesq; faciebant mēsas, cōmunia prandia, cōmunia cōuiuia in ipsa ecclesia. Atq; ita à communionemēnsā & pietate loci vnde quaq; ad charitatē accēdebātur, nō absq; summa voluptate vtilitateq; maxima: pauperes enim tum fruebātur cōsolatione qualis obtingebat: diuites verò fructum beneuolētię &

A ab his quos pascebāt, & à deo propter quē illos pascebant, assequēbātur: sicq; tandem domū redibant. Igitur multa quidē hinc eis proueniebāt bona: summum tamen omnium erat, feruens in tota cōgregatione amicitia, tanta ipsis inter sese prudētia atque beneuolētia cōgregatis, non solū cum acciperēt, sed & cum darent beneficia. Hunc morem Corinthij processu tēporis corrumpēbant, & abundantiores inuitatis sui similibus cōtemnebant pauperes, & tardius veniētes, vtpote more pauperū, secularibus negociis detentos non expectabāt. Vnde cōtingebat, q̄ pauperes aduenientes, mēsa sublatā, aliis proueniētibus, aliis tardius subsequētibus, verecūdē discederēt. Vidēs igitur Paulus mala quā tū ex eo negocio fiebāt, & postea futura, quando quidē contēnebantur pauperes mirū in modū à diuitibus, quorū insolens erat superbia: ediuerso verò pauperes mōsti aduersabantur diuitibus: & qualia ex huiusmodi reb⁹ mala oriri solent, tunc quoq; vsu eueniebāt: proinde prauam hanc cōsuetudinē emendat, & vide quāta providentia correptionē aggreditur. Incipiēs enim sic dicit: Illud autē praeceptum non laudo, q̄ non in melius, sed in deterius conuenitis. Quid est, non in melius? Progenitores, ait, vestri & patres substātiās suas vēdebāt, & possessiones & opes & cōmunia omnia habebant, & magnam in primis inter se charitatē: quos cum imitari vos debetis, nō solum nihil talium fecistis, sed etiā id ipsum quod solū vobis reliquū erat, perdidistis. De conuiuio autē loquitur, quā in synaxi fiebāt: & ob hoc dicit, nō in melius, sed in deterius cōuenistis: q̄ patres vestri pauperibus omnes possessiones cōcedebant, vos pauperes mēsa etiā illis cōcessa priuastis. Nā primū quidē cum cōuenitis in ecclesia audio dissidia in vobis esse, & aliqua ex parte credo. Vides quomodo iterū prudēter correptionē adhibet: non dixit, non credo: neque dixit, credo, sed medio verbo vsus est. Aliqua ex parte etiam credo, non omnino credo, neq; omnino discredo hoc vel illud omnibus modis cōtingisse. Vos domini, siquidem emēdati fueritis, nō credo: sin ita perseueraueritis, credo. Igitur nō accusauit, & accusauit tamen. Non accusauit perfectē, vt legitimā ipsis pœnitentię correptionisq; spē daret. Non reliquit absque reprehensione, vt ne manerent in ignauia sua. Nondū omnino credidi dicit: hoc enim est quod dicit, ex aliqua parte credo. Hoc autē dicebat, admonēs vt imitaretur & corrigeretur, vtq; auocaretur ne tale quid aduersus eos crederet, etiā si ex parte crederet. Oportet enim & hēreses in vobis esse, quod qui pbati sunt, manifesti fiant inter vos. Dic igitur quē ille hēreses? Hic attēdite, quod non de articulis fidei dictū est, oportet inter vos hēreses esse: sed de discordia & scētis circa mēsam. Nam cum dixit, oportet etiā hēreses esse, subdit modum hēreseō. Igitur cum cōuenitis in eundē locum, non licet dominicā cœnam māducare. Quid est dominicā cœnam māducare? Non est comedere herilem cœnam. Illam autē cœnam dicit, quā suprema nocte tradidit Christus, cū discipuli omnes esēt cū eo. In illa enim cœna & dominus & serui omnes simul sedebāt: vos autē cum sitis cōserui, inter vos tamē dissidetis & diuidimini, & Christus quidē neq; proditorem abegit: nam & Iudas tum cum ipsis erat, tu autē fratrem depellis. Ob hoc dicit, non est dominicā cœnam māducare, vocans dominicā cœnam, quā omnibus simul cōuocatis

eat concorditer & cōmuniter sumitur. Vnusquisq; enim, dicit, propriā cœnā occupat in edendo, & hic quidē esurit, ille verò ebri⁹ est. Et ibi ebrietatis quoq; nomine magis eos corripit, quāuis vtrobique immōdica dicit, famem videlicet & ebrietatē nominādo. Etenim tu distenderis voracitate, ille autē fame putrefcit: tu pluribus q̄ opus sit participas, ille neq; necessariis fruitur. Itaq; duplex hoc corruptę æqualitatis malum hēreses vocat. Siquidē contentiose inter se recumbēbant & tumultuabantur: & ille quidē esuriebat, hic verò inebriabāt. Ideo rectē dicebat, cōuenientibus vobis in vnum. Cuius enim gratia cōuenistis, ait? Quid vult sibi cōuentus ille? Cuius gratia facta est collecta? Siquidem mēsa non fit communis. Dominicę sunt opes quas accepimus, etiam cū seruis nostris cōuiuia proposita sint. Num sane domos nō habetis ad edendū & bibendū? An ecclesiā dei cōtemnit, & pudfacit eos qui non habēt? Tu quidē putas quasi fratrem solum iniuria afficias, redūdat autem etiā iniuria in locum illum. Ecclesiam enim totā cōtemnis. Propterea enim ecclesia dicitur, quia cōmuniter omnes accipit. Cur ergo in ecclesia dapnilitatem domus tuę introducis? Iam si fratrem contēnis, reuerere saltē locum. Nam & ecclesiā iniuria fit. Signanter autē non dicit, priuatis eos qui non habent: vel, nō estis misericordes eis qui non habēt: sed quid ait? pudfacit eos qui non habēt. Quo curiosissimū quoq; ipsorū luxum reprehendit: nō enim tam curę pauperibus est quomodo alantur, q̄ dedecori cum iniuria afficiuntur. Vides quo pacto honestē de his respondit, illosq; grauius increpat? Quid vobis dicā, laudabo vos? in hoc nō laudo. Quid hoc? Postquā indignitatē rei declarauit, subiungitur accusatio, optimōq; iure, vt ne fiant impudētiores. Nam prius q̄ indignitatē facti demonstraret, perfectā negatiouē protulit dicēdo: Hęc praeceptis non laudo. Vbi autē satis diligenter demonstrauit dignos eos esse multis reprehensionibus, subiunxit accusationē quę superioribus verbis declarationi cōgrueret. Relicta autē in medio & suspensa accusationis vehementia, ad mysticam mēsam cōsequenter sermonē vertit, plus ipsos volens terrere. Ego enim, ait, accepi à domino, quod & tradidi vobis. Qualis hęc est cōsequentiā? de cōmuni disputas prandio, & sacramenta cōmemoras? Etiam, ait. Nam si etiā spiritualis illa tremendaq; mēsa ex æquo omnibus diuiti & pauperi, pponitur: neq; ea fruitur vberius diues, & parcius pauper, sed omnium vnus honor est, & idē accessus, donec omnes cōmunicent, & participes fiant spiritualis illius cibi: quæ proposita sunt non retrahūtur, sed stantes sacer dotes omnes expectāt etiā pauperrimū omnium: quāto igitur magis in mēsa illa corporali ita fieri conuenit? & eapropter meminit huius dominicę cœnę. Ego enim accepi à domino, quod & tradidi vobis, quod dominus Iesus in ea nocte qua tradebatur, accepit panem, & actis gratiis fregit ac dixit: Hoc meū est corpus, quod p vobis frangitur, hoc facite in mei cōmemorationem. Similiter & poculū peracta cœna, dicens: Hoc poculum nouum testamentū est in meo sanguine. Deinde vbi multū disputauit de his qui indigne cōmunicant mysteriis, eosq; reprehendisset grauius, & demonstrasset q̄ idem supplicium passuri essent, quod hi qui Christum occiderant, si sanguinē eius & corpus absq; probatione & temere accipiāt: rursum ad propositā materiā sermonem conuenit.

A uertit, dicens: Itaq; fratres cum conuenitis ad comedendum, alius alium expectate: q̄ si quis esurit, domi edat, vt ne ad iudiciū cōueniatis. Vide quomodo latenter etiā gulam ipsorum taxat, & nō dixit, Si autē esuritis: sed, q̄ si quis esurit, vt vnusquisq; sibi reus esse videatur reprehensionū, praueniēs seipsum corrigat. Vnde & à maiori metu supplicij sermonē claudit, dicens: Vt ne in iudiciū cōueniatis, hoc est in condemnationem: quasi diceret: Non est cibus, neque mēsa quæ cum despectu fratris & ecclesiæ, cumq; tanra gula & intēperantia exhibetur. Non sunt hęc contēnenda, sed sunt verius vindicta & supplicium. Magnam enim inde meremini & cōtrahitis pœnam vobis infligendā, si fratres iniuriis afficitis, si ecclesiā cōtemnit, si priuatam domū ex sancto loco facitis, quia seorsum comeditis. Dilecti, vbi & vos hęc audiueritis, obturate ora eorum, qui ita ruditer & temerē apostolico sermone vtuntur, corrigite eos qui in suum aliorūmq; damnū scripturis abutuntur. Habetis em̄ nūc, vt reor, quid & de quo dicat cū dicit: Oportet autē & hēreses esse, nēpe de discordia quæ fit circa mēsas, cum vnus esurit, alius autē ebrius est. Reliquū cum fide rectē instituti fuerimus, vitā quoq; ad tāta dogmata digne subsequētē declarem, multa nobis sit erga pauperes benignitas, multa circa indignos puidencia, satagamus spiritualē quā dā negotiationē exercētes, neq; plus inquiramus, q̄ nostra exigat necessitas, & vsus. Hęc veræ sunt diuitiæ, hęc vera abundantia, hic verus thesaurus est, qui nō deficit, si omnia nostra in cœlos trāseramus: & cōfidimus pręterea hęc nobis reposita, & egregiē custodita. Hinc nobis geminū ab elemosyna lucrū accrescet. Primum, q̄ de opibus quas expēdimus, non timeamus ne fortē à latronibus & furibus & familiarium infidelitate diripātur. Secundum, q̄ reposita, & non vulgariter defosse sunt, quasi infructuose: sed sicut radix in pingui plantata solo, quæ nobis singulis annis tempestiuos affert fructus: sic & pecunia in manibus pauperū plantata, non solum in singulos annos, sed & in singulos dies spirituales nobis fructus affert, fidētiā scilicet in deum, peccatorum abscēssum, cōscientiam bonam, lætitiā spiritualem, spem iucundam, aliāque bona, quæ pręparauit deus diligentibus se. Quæ precor vt & vos omnes assequamini gratia domini cui gloria in secula seculorum, Amen;

*Diui Ioannis Chrysostomi, ex Apostolo de fide, spe, & charitate, Sermo.*

**A**postolus Paulus loquitur dicens, Manent, inquit, tria ista, fides, spes, charitas: maior autem his est charitas. Hęc ergo tria decurrēda sunt nobis, & singillatim pro viribus demonstranda. Dumq; quantū valeant, inuestigamus: singula nobis quemadmodū exercenda sint, nouerrimus Primū igitur nobis definiēda est fides. Est enim fides Fides, origo iustitię, sanctitatis caput, deuotionis principium, religionis fundamentum. Nullus vnquā sine hac dominū pmeruit: nullus sine illa fastigiū sublimitatis ascendit. Est em̄ fides innocēs ac pura credulitas: qua ad deū accedimus, qua pręceptis insistim⁹, qua expiata mēte dominū veneramus. Hęc excludit dubia, tenet certa, pmissa cōsignat. Hanc qui tenet, scēlix est: q̄ deseruerit, miser. Hęc in ecclesia signa ostēdit, virtutes exercet, charismata cōplet. Hęc amplexanda nobis est semper, hęc mentis virtute tenēda. Per illam enim venimus ad Christum: per illam per-



Gene. 7. d  
Ibid. 21. a  
Ibid. 19. 4  
Eccl. 45. 4.  
1. Reg. 16.  
Eccl. 3. c.  
Ibid. 14. f

gimus ad deum: per illā properamus ad cœlum. Hac gubernatrice Noë diluuiū nauigauit: per hanc Abraham & benedictionē meruit, & filium in senectute suscepit. Per hanc ex Sodomitarum interitu, Loth sanctissimus liberatus, Moyses electus, Dauid protectus, tres pueri de incendio crepti, Daniël a leonibus liberatus. Est, inquam, fides pactū cum deo, cum Christo placitum, cōsignatio promissorum. Deniq; quoties ad istā fidem acceditur, & pactum inter hominē & deum firmatur: tūc homo deo se credere profitetur, & a deo homini pignus quoddā spiritus sancti tribuitur. Tenēris igitur christiane, & tenes: aliud a deo accipis, aliud deo pmissis. Non debes placitū destruerē, cuius te pignus cōspicis retinere. Nā si inter homines semper pacta seruantur, & quicquid inter socios aliquādo placuerit, incōcussa fidei firmitate tenetur, ne sit violatā fidei reus, qui aut placitū soluerit, aut pactum ruperit, aut sociale cōuentum perfida caliditate mutauerit: quanto tenacius firmitusq; seruandum est, quod cum deo cōtrahitur, quod cum Christo inicitur, quod in spem promissorum cœlestium copulatur? Homines enim inter se nōnunquam aut falluntur, aut fallunt: deus autē ab homine falli non poterit. Quicquid promiseris exigit: quicquid uoueris, inquit: adeo ut cum iudicij uenerit dies, & singulorum pacta vel sponsa recitari iubente domino cœperint: aut seruatā fidei prēmium, aut violatā supplicij tribuetur. Vt enim ipse fidelis est reddēdo, ita fidelem exigit de promisso. Talem hominē quærit erga se semel deus existere, qualem seipsum homini desiderat exhibere. Ego, inquit dominus, promissa nō muto: ego quod destinaui, attribuo. Ego tibi prēmia quæ spondi, dispēso: si tamen, quod credis, exhibeas: si fidem quā polliceris, adimpleas: si actibus sanctis, quod uoueris ostēdas. Cæterum si aliud gesseris, quā uoueris: & fidei nomen perfida uolūtate dissolueris: nō modo prēmiorum cōpos esse nō poteris, sed & destinatio supplicio necesse est subiūgaris. Aliud est enim esse quod diceris: aliud dici quod non sis. Non potest ad prēmium tendere, qui professionem noluerit adimplere: nec accipere poterit quod promittitur, nisi ante impleuerit quod iubet. Dicitur igitur, licet pauca, de fide. De spe quoque aliqua prosequamur. Spes est futuræ pollicitationis religiosus assensus, promissæ gloriæ deuota intentio, sanctorū destinata sublimitas, bonorum expectatio futurorum. Spes est, inquam, cognitio fidei, credulitatis propinquitas, destinatum prēmiorū tēpus, futura expectatio meritorū. Quæ duo, id est, fides & spes, ita certa sibi mutua vice cōiuncta sunt, ut altera sine altera stare non possit. Quicquid enim fides credēdo acquirat: hoc spes sustinēdo præsumat, dicēte propheta: Et si tardauerit, sustine eum: quoniā ueniēs aderit, & nō tardabit. Noli a spe proposita Christiane desistere, noli sustinēdi gloriā perdere, noli rebellanti animo claudicare. Salomon enim cōcionatur, & dicit: Væ his qui perdidērunt sustinentiā, & diuertērunt in uias prauas. Et quid faciēt, cum inspicere cœperit deus? Noli, inquam, a spe proposita Christiane desistere, noli a cœpto itinere declinare: festina quō tēdis: quō pperas, perueni. Currentis gressus nō retrahat inimicus: festinatis animū spes ipsa pducat ad deū. Veloces sequere, tardiores attrahe, pigros desere, fortiores fortiter imitare. Tu alios puoca, te prouocet alij. Cito enim quō desiderat peruenit, qui

Spes, quid.

Et. 10. 3

Ab. 2. 4

Eccl. 2. c.

2. Tim. 1. 11

velociore sequitur, & ueretur ne a tardioribus trahatur. Perpēde, si potes, labores & merita, sudores & prēmia, cursus & regna. Nec tamē laborat, qui de iuuatē festinat: aut onerosum aliquid sentit, cui particeps Christus existit. Exiguū sentis, sed immensum est quod mereris. Modicum pateris: sed æternū est quod regnabis: quāuis uoluptas sit magna deo iuuatē currere, & Christo comite pergere, fauētē domino festinare. In stadio terrestri vnus qui prior uenerit, coronatur: in cœlesti uero stadio quisquis puenit, pmeretur coronā. Nescitis, inquit apostolus, quia qui in stadio currunt, omnes quidē currunt, vnus tamen accipit brabium? Vos autē sic currite, ut omnes accipiat. Et illi quidē ut corruptibilem coronā accipiant, nos autē incorruptam. In stadio quidē terreno uelocitas quæritur, in cœlesti uero affectus optatur. Illic festinās, hīc perueniēs: illic properās, hīc perficiens coronatur. Nonnunquā enim festinatio fatigata deficit: feliciter uero peruenit quē lætum iter ad destinata perducit. Fides gloriā inchoat, spes sustinēdo cōsummat. Illa fundamentū ponit, hęc ipsum hominem construit. Illa dat principium, hęc Christianum perducit ad summū. Illa initia credulitatis agreditur, hęc ad cōsummationē uirtutis meditat. Illa quod promittitur, credit: hęc quod sperat iā cernit. Videmus nūc, inquit apostolus, per speculum in ænigmate: tunc autē facie ad faciem. Nunc autē cognosco ex parte: tunc autē cognoscā sicut & cognitus sum. Nec enim quisquā poterit fidei fructū percipere, nisi qui spei gloriā uoluerit cōsummare. Vt enim sine fide spes nō habet firmitatē: ita sine spe fides nō potest habere mercedē. Sanē si fides est religionis fundamentum, & spes cōsummat & perficit edificij: quomodo apostolus dicit charitatē esse maiore, quæ sine fide & spe nō potest habere firmitatē? Deniq; tolle fidē, & spes ubi cōstruitur? Adime spē, & ubi charitas sublimatur? Illa enim poterit esse maiora, sine quibus esse alia non possunt. Igitur si res ita est: cur charitati & nō magis fidei Apostolus tribuit principatū? Sed ut quæstio iam dirimatur, & quod obscurū est, pateat: est fides, qua futura credimur: spes, qua uentura præsaminus: charitas, qua & deū diligimus, & pximos honoramus. Siue em, inquit Apostolus, prophetiæ euacuabūt, siue linguæ cessabūt, siue scientia euacuabitur: ex parte enim scimus, & ex parte pphetamus: cum autē uenerit quod perfectū est, euacuabitur quod ex parte est. Cessat enim fides, ubi quod creditū est, uenerit: cessat & spes, ubi quod speratur, affuerit. Tūc enim iam quod credatur, non est: quia quod credebatur, adest. Tunc quod sperabatur, cessat: quia quod speratū est, præsens est. Sola charitas æterna est: quia cū deo in sanctis est: & ideo maior est. Deniq; nullū charisma sine charitate perfectum est, nullum donū sine dilectione aptū. Quicquid enim charismatis aut doni quisq; meruerit, desertum charitate nō stabit. Omnia enim quæ spiritus sanctus deuotis aut impartit, aut donat, aut charitate perficiūt, aut sine charitate effectū nullum sortiūt. Deniq; ipsum martyrium sine charitate impleri nō poterit, licet charitas sine martyrio sola perfecta sit, sicut Apostolus loquitur, dicēs: Si linguis hominum loquar, & angelorum, charitatē autem non habeam, factus sum ut ærauentū tinniens, aut cymbalum cōcrepans. Et si habuero prophetiam, & sciero omnia mysteria, & omnem scientiā, & si habuero tātam fidem

1. Cor. 9. d

1. Cor. 13. d

Ibidem.

Ibidem.

tam fidem

1. 10. 4. c

tam fidem, ita ut montes trāseram, charitatē nō habeā, nihil sum. Et si distribuero omnia mea, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeā, charitatem autē non habeā, nihil sum. Si nec corpus ignibus traditū, & substantia donata pauperibus, nec cōmunis sermo cum angelis, nec mōtes trāslati per fidē sine charitate effectus habere non possunt: quid charitate sublimius esse poterit, cū ipsa charitas deus sit? Sicut Ioannes apostolus loquitur: Deus charitas est, ut & iam si quid cōparaueris, parum sit: si quid sociaueris, minus, dum charitas deus est: cui cōparabile nihil est. Inchoatur in mūdo, perficitur in cœlo: quæritur in seculo, inuenit in regno. Hic em nec fides cœpta perficitur, nec spes proposita cōsummat. Esse em fidelem charitatis est bonū: sperare quod promissum est, amare est Christū. Charitas est enim, quæ & fidē adiuuat, & spem sibi sociat, & utramq; secū deo muneranti assignat. Sola est, inquam, quæ & fidē excitat, & spem longanimum reddit, & utriq; semet sociam exhibet, & magistrā. Cum ipsis ad Christū peruenit: ipsis tūc perfectione cessatibus, sola in sanctis regna cœlestia possidebit. Agē nūc quisquis es Christiane, cū istis uiue, cū istis in ecclesia flore, cum istis sancta officia exerce, cum istis in hoc mundo cōtra diabolum p̄liare. Ipsæ te perducāt ad deum, ipse te leuent ad cœlū, ipsæ tecū perueniāt simul ad Christū.

† Dicitur Pauli 1. ad Corinthios 13. d. Cum subiecta fuerint illi omnia: tunc & filius ipse subiicitur ei & c. pulchre habes explicatum in ultimo tomo post sermonem de Trinitate.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI sermo de elemosyna & collatione in sanctos, ex priore Pauli ad Corinthios epistola.

**X**urrexi hodie functurus apud vos legatione quadā iusta, utili, ac honesta, non alterius cuiuspiam quā pauperū nomine: qui uestram hanc inhabitat ciuitatem. Hi mihi hanc prouinciam iniunxerūt, non sermonibus, nec cōmunis cōsiliū suffragiis & sentētia, sed miserabilibus acerbissimisq; suis spectaculis. Nam cum ad uestrū hunc cōuentū festinans, per forum & angiportus transirem, uiderēq; in medijs biuiis iacere multos, quorū aliis absectæ manus, alij exoculati, alij uiceribus pleni, & incurabiles, ac protendētes eas partes, quas utpote tabidas potissimū necessariū erat cōtegerent: extrema inhumanitatis esse duxi, si apud charitatē uestrā de his non differerē, maximē quā alioquin ex his quæ dicta sunt opportunitate quadā ad hoc cōpellor. Et semper quidē tonuenit de elemosyna concionari, quandoquidē & nobis apud dominū multa semper opus est misericordia. Nunc uero per hoc tēpus multo magis necessarium, cum tantū sit frigus. Enim uero ætate, temporis cōmoditas multum solatur pauperes. Extra enim periculum sunt si nudi ambulent, cum Solis radij pro amictu sint, securūq; in nudo paupere calceamētis indigent, vel potu uini, vel alimētis largioribus: cōtenti enim sunt aquarū fontibus: tumultuariāq; illis mensam uilioribus olusculis ac paucis leguminibus ipsa anni pars instruit. Ad quæ accedit & alia non minor cōmoditas. Nā qui domos extruūt, quiq; terram fodiunt, & qui mare nauigant, illorū ministerio plurimū egent. Quæ admodū enim

locupletes prouētus habēt ex domibus agris & possessionibus: ita pauperes ex manibus & corpore, & nō aliunde: ac propterea per æstatē est quæ eos soletur, hyeme uero vndequa; variis modis affliguntur & vexātur. Duo autē in primis eis molesta sunt. Intra, uiscera deaestat fames: extra, carnem cōficit frigus. Præterea ampliore indigēt alimēto, & denflore uestitu, insuper & tecto, & strato, & calceamētis, atque multis aliis. Et quod omnib; est grauius, operādi cōmoditatē tēpus negat. Eapropter quia pluribus habent opus, & nō est laborādi facultas, nemine miseris vel mercedē præstante, vel opus iniungente, nos saltē manus porrigamus, non iam mercedē, sed elemosynā daturas. Assistat autē nobis fidelis in hac legatione collega Paulus: pauperū & in egestate uiuētū præfectus & procurator miræ singularisq; uigilantiæ ac curæ. Vnde diuisis apud Petrum discipulis, pauperū curam nō diuisit: sed ut dicit, Dexteras dederūt mihi & Barnabæ societatis, ut nos in gētes, ipsi in circūcisionē apostolatu fungeremur. Iniūxerunt solum ut pauperum elemos memorēs: id quod facere curauim. De qua re subinde sermonē in epistolis suis inculcat, & nec unā inuenies, quæ de ea non admonet. Sciebat enim, sciebat quanti momenti res sit, & propterea tanquā ædificio admirabile fastigium superimponēs, hanc doctrinā cōsiliis & admonitionibus suis adiicit, atq; id ipsum hoc quoque loco facit, Nā posteaquā de resurrectione disputauit, deq; aliis omnibus disposuit, in hunc tandem de misericordia sermonē definit, sic dicēs: De collatione autē in sanctos, sicut ordinaui ecclesijs Galatiæ, sic & vos facite. In una sabbatorū unusquisq; uestrum. Animaduerte sensum & ingenium Apostoli, quæ tēpestiuē ad hanc admonitionē accedit. Cum enim meminit futuri iudicij, terribilisq; illius sedis, & gloriæ qua uestiēdi sumus, modo rectē uiuam, & immortalis uitę, tum de hoc reliquū sermonē infert, ut auditor spe bona refocillatus, facilius sit ac benignior, atque ita maiori ipsum alacritate suscipiat, utpote adhuc iudicij terrore cōtremiscēs, & repositorū animę bonorū expectatione gestiens. Etenim quisquis de resurrectione philosophatur, & ad futurā uitam se totum cōfert, nihil æstimabit pręsentia, vel diuitias, vel abundantiam, vel aurum, vel argentum, vel sumptuosas vestes, vel delicias, vel mensę luxum, vel aliquid tale. Et qui hæc nihili faciunt, haud difficile pauperū suscipiēt curam. Et hac de causa admonitionē hanc apte sermoni de resurrectione subiūxit. Primum autē non dicit, de collatione in pauperes, neq; in mendicos, sed in sanctos: ut erudiret auditores etiā pauperes si piē uiuāt admiratione dignos, & diuites si uirtutē despiciant esse cōtemptibiles. Ecce rex pphanus uocatur & iniquus, quia inimicus erat deo: & pauperes sancti, quia māsueti erant, ac moderati. Nero nem mysteriū iniquitatis uocat, dicēs: Mysteriū em nunc agit iniquitatis. Pauperes uero quibus nec alimenta erant, & qui emendicato alebātur uictu, sanctos appellat. Interim & occultē docet, ne efferātur animo, neq; ob hoc mandatū extollāt, quasi aliis ut uilioribus despectioribusq; præstēt & antecellāt: sed sciant, sibiq; ipsis certo persuadeant, summū esse honorē, quod datum sit eis illorū afflictionibus cōmunicare. Iam dignum est, ut & illud perscrutemur, quā illi sunt sancti. Neq; enim hīc duntaxat mentionē ipsorum facit, sed & alibi sic dicēs: Nunc autē

Gala. 2. b.

1. Cor. 16. c.

2. The. 2. b.

*Rom. 15. f.* proficiscor Hierusalem ministras sanctis. Et Lucas in Actis apostolorum, memor istorum sanctorum ait: Ceterum discipulorum unusquisque ut abundabat, ita & decreuit, ut mittat ad pauperes sanctorum in Hierusalem. Et iterum, quod & antea dicebam, ait, Tantum ut pauperum memores essemus: in quo & diligens fui ut hoc ipsum facerem, quasi diceret: Postquam separati sumus, ego in Gethes, ille in Iudaeos: in hoc communi sententia convenimus, ne quantum ad pauperes attinet, seiveremur. Nam quando predicabat, Petrus quidem Iudaeis, Paulus vero Gethibus predicabat: quando autem pauperum agebant curam, tunc non sic agebant, ut Petro tantum cura esset Iudaeorum pauperum, & Paulum tantum Centilium: sed procurabat Paulus etiam rem pauperum Iudaeorum. Et propter hoc dicebat, Tantum ut pauperum memores essemus, in quo & diligens fui, ut hoc ipsum facerem. Qui igitur sunt illi, de quibus hic disputatur, & in epistola ad Romanos, insuper & in epistola ad Galatas, pro quibus & apud Macedones intercedit? Iudaei pauperes erant qui & Hierosolymis debebant. Sed qua de causa tantam illorum habet curam? An non in singulis civitatibus erant inopes & mendicis? Cur ad illos potissimum mittit, & pro eis omnes orat? Sanne non hoc egit temere, neque ut acceptor personarum, sed ob magnam utilitatem. Proinde operam precium fuerit, sermonem illum aliquanto superius repetere. Enimvero ut Iudaeorum res contuerentur, & confirmata est vox eorum, quam dum crucifigerent Iesum clamabant, Non habemus regem nisi Caesarem: ipsi Romanorum principatui subiecti, neque suis ut antea vivebant legibus, neque per omnia servati erant, ut nunc: sed in ordine commilitonum & sociorum habebantur, sic tamen, ut ipsi tributa peterent regibus suis, & magistratus ab eis acciperent. In plerisque tamen & proprias servabant leges, & iuxta patrum praescripta animadvertent in eos qui seculum peccarent. Nam tributum eos Romanis dedisse hinc liquet, quia tentantes Iesum rogabant, si liceret dare censum Caesari: at ipse sibi iussit ostendi numisma. Quod ubi monstrarunt, & lecta erat inscriptio: Reddite, ait, quae Caesaris sunt Caesari, & quae dei deo. Lucas quoque testis est, templum habuisse milites, & duces qui mille praerant. Quod Romanis subditi fuerint Iudaei, non pauca sunt argumenta. Similiter manifestum, quod propriis usque legibus. Stephanum enim lapidarunt nondum ad tribunal ductum, Iacobum fratrem domini occiderunt, Christum ipsum crucifixerunt, quanvis permittente praeside qui illorum accusationem refutabat. Nam ea de causa & manus lauit dicens: Innocens sum a sanguine iusti huius. Et quia valde urgentes videbat, ipse quidem sententiam non tulit, sed tradendo eum permisit illos sua uti tyrannide, qui & omnia postea fecerunt, & Paulo ite sepe fuerunt molesti. Igitur quia suis vtebantur iudiciis, usque eveniebat longae graviora pati eos qui ex illis crediderant. Etenim in aliis civitatibus quia & iudicia & leges & principes erant, non licebat Gethilibus eos qui a se deficiebant, occidere, vel lapidare, vel aliter opprimere propria tyrannide vel sententia. At si quis deprehendebatur tale quiddam praeter iudicum sententiam patrasse, is puniebatur. Quod tamen Iudaeis erat adhuc permittum, idque magna licentia. Unde gravissimae affligebantur, qui inter eos credebant. Nam erant sicut relicti in mediis lupis, & non habentes aliquem qui eriperet. Sic Paulum quoque saepe flagellatum, quod & ipse docet: Quinquies quadraginta minus una accipi ad Iudaeis.

*A* dæis. Ter virgis caesus sum, semel lapidatus sum. Denique quod hoc non levi coniectura a me dictum sit, quid ad illos ipsos Paulus scribat, audi: dicit enim, Reddeant vobis in memoriam superiores dies, in quibus illuminati, ingens certamen sustinuitis afflictionum: partim quidem dum & probris & pressuris affecti, spectaculo fuistis omnibus: partim dum confortes ita converfantium facti estis: siquidem & afflictionum quae ex vinculis meis contigerunt, participes fuistis, & direptionem facultatum vestrarum cum gaudio accepistis: scientesque vos habere in vobis potiorum substantiam in caelis ac manentem. Quin & cum Thessalonicenses adhortaretur, illos in medium adducit: Vos enim imitatores facti estis fratres ecclesiarum dei, quae sunt in Iudaea in Christo Iesu, quod eadem passi sitis & vos a propriis contribulibus, quemadmodum & ipsi nos a Iudaeis. Hac de causa, quia gravissima ferebantur praeter omnibus, & citra omnem misericordiam cuncta quae habebant, eis auferantur, ducebantur, trahebantur, fugabantur undique: iure Apostolus in illorum subsidium alios excitat, iterum pro iisdem Corinthios exhortans, ac dicens: De collatione autem in sanctos, sicut ordinaui in ecclesiis Galatiae, sic & vos facite. Itaque satis demonstratum est, qui sunt sancti illi, & quare pro ipsis maiorem habuerit curam: reliquum est, ut inquiramus etiam cur Galatarum meminerit. Cur enim non dixit: De collatione autem in sanctos, hoc facite, in una sabbatorum unusquisque vestrum apud se ponat thesaurizans &c. sed cum dixit, De collatione hac in sanctos: adiunxit, Sic ut ordinaui ecclesiis Galatiae, sic & vos facite? Cuius gratia hoc facit, & non vnius, neque duarum, neque trium meminit civitatum, sed totius gentis? Certum est propterea eos redderet, essentque eis materia & occasio amulandi aliorum laudes. Et post haec novum quendam morem instituit. Et quis ille? In una sabbatorum, ait, unusquisque vestrum apud se ponat thesaurizans quicquid commodum fuerit: ne cum venero, tunc collationes fiant. Vnam sabbatorum dominicam vocat. Et quare obrem hunc diem oblationi deputat? cur non dixit secundam sabbatorum, vel tertiam sabbatorum, vel alias sabbatis? Profecto nec hoc temere, nec absque causa dicitur. Nam & a temporis opportunitate anam capit, quod alacriores reddat offerentes. Et quid commodi habet eius diei tempus, quo facilius detur eleemosyna? Ecce, quoniam a labore omni cessatur, relaxationeque & feriis alacrior fit animus. Et quod multo maius est, innumeris eo die bonis potiti sumus. Nam eo die destructus est infernus, extinctum maledictum, disparuit peccatum, confracta inferorum portae, captivus factus est diabolus, diuturnum bellum diriptum, conciliati deo homines, nostrumque genus ad pristinum, imò ad maiorem rediit dignitatem, viditque sol inopinatum & admirabile illud spectaculum, quod homo factus est immortalis. Haec omnia volens ipse nobis in memoriam referre, diem illum in medium attulit, ipsum in advocatum assumens, qui unicuique diceret, Cogita homo quanta & qualia bona accepisti hoc die, quatis malis es liberatus. Qualis eras antea, qualis postea factus es. Iam si nos natalitia celebramus, & multi libertinorum etiam eos dies in quibus libertate donati sunt, in magno habent honore, ita ut alij, venerando tempus convivii faciant, alij multa munera largiantur: quanto magis nobis dies ille observandus, quae si quis natalitium totius humanae naturae appelleret, haud aberrabit? Perditi enim

enim eramus, & inveni sumus: mortui eramus, & reuiximus: inimici eramus, & reconciliati sumus. Spirituali autem honore inquam hunc diem venerari oportet, non conveniendo, non vinum profundendo, non ebrietati choreisque vacando, sed indigentes fratres liberalitate facili iuvando. Quae dico, non ut laudetis tantum, sed ut & vos quoque imitemini. Neque enim putare debetis haec solis Corinthiis esse scripta, sed & unicuique nostrum, ac omnibus qui post nos futuri sunt. Faciamus itaque sicut nobis Paulus praescripsit, & die dominico unusquisque nostrum domi opes dominicas reponat, fiatque ex hoc lex & consuetudo immutabilis, nec dubito posthac non fore opus adhortatione vel consilio. Nequaquam enim tam efficax est adhortatio & sermo, ut consuetudo tempore firmata. Statuamus igitur hoc, ut dominico die aliquid in subsidium pauperum reponamus, neque legem postea transgrediamur, etiam quantacumque urgeat necessitas. Iam cum dixit, In una sabbatorum, subdit, Unusquisque nostrum: non diuitibus, ait, dico solum, sed & pauperibus: non liberis solum, sed & servis: non viris solum, sed & mulieribus. Nullus ab hoc ministerio exceptus, lucrive sit expers, sed unusquisque aliquid offerat. Neque collationi huic obstat inopia: quantumcumque enim pauper sis, non es pauperior vidua illa quae omnem substantiam expedit: quantumcumque mendicus sis, non eris pauperior Sidonia muliere, quae pugillum farinae tantum habens sollicita erat quomodo prophetam dignè exciperet, tametsi videret circumstantes pueros, & famem urgentem, neque aliud quicquam haberet repositum. At qua de causa dixit, ut aliquid apud seipsum reponat thesaurizans? Ne forte quis erubescat & vereatur ostendere tam parum a se offerri: & ideo ait, Tu serva & custodi: & cum paulatim parvae oblationes iustam aliquam quantitatem habent, tum profer in medium. Item non dixit, colliges: sed, thesaurizans: ut discas quod sumptus ille thesaurus sit, & expensae illae quaestus. Thesaurus, inquam, est omni thesauro melior. Nam sensibilis thesaurus, & insidiis petiit, & imminuitur, saepeque inueteros pessundat: caelestis autem ille, totus alius est: insidias ignorat, auferri nequit, salus possidentibus & accipientibus, non consumitur tempore, non perit invidia, sed praesens eiusmodi iniuriis superior, multa colligentibus offert bona. Obediamus igitur, & faciamus etiam nos ita: ut cum priuatis sint & sacrae opes in domibus nostris repositae, futurumque ut per eas etiam priuatae conseruentur. Quemadmodum si opes subditorum in regibus promptuariis conseruentur, per illas etiam regiae securiores sunt: ita certè & in domo tua si pauperum opes reposeris, & dominico die collegeris, etiam tuae securiores erunt. Erisque dispensator opum illarum a Paulo ordinatus. Et hinc collecta haec, occasio erit ut plura colligas, modo primum tibi ipsi bonam hanc consuetudinem feceris: nam te ipsum instigabis nullo alio consiliario habes opus. Hoc itaque modovniuscuiusque domus ecclesia fiat, sacras opes intra se conseruans. Enimvero gazophylacia quae in templis sunt, illarum symbolum gerunt. Locutus in quo pauperum opes sitae, inaccessus est deomonibus. Et opes, quae in eleemosynas deputatae, domos plus muniunt, quam scutum & lancea, ac arma, & seruatorum & militum manus. Porro postquam Apostolus dixit, quando, & a quibus, & quomodo reponenda sint haec opes, quantas illas esse oporteat: offerentium arbitrio relinquit. Non enim dicit, Tantum & tantum offer, ut ne praescepto grauet, multis alioqui paupertate pra-

*A* texentibus: atque adeo ne dicant pauperes: Quid si tantum praestare non possumus? propterea quantitate oblationis virtute offerentium determinauit. Unusquisque enim vestrum, ait, apud se reponat thesaurizans quod commodum fuerit. Quo verbo *εὐδοκῶν* Paulus demonstrat, quod superne fauor, & felix euentus eis afflisset. Non enim hoc solum considerabat quomodo, sed & ut magna cum propititudine pauperibus necessaria suppeditarentur. Enimvero & deus eleemosynam non ob hoc solum instituit, ut pascatur indigi, sed etiam ut datibus accresceret beneficia, atque adeo magis propter dantes, quam accipientes. Nam si pauperum duntaxat habuisset rationem, nihil aliud praecipisset, quam ut necessaria eis darentur, nec danti promptitudinem requisisset: at nunc videre licet Apostolum hoc potissimum agere, & ordinare, ut gaudentes & hilares sint largitores. Et alicubi dicit, Ne ex tristitia, vel ex necessitate: hilarem dator diliget deus. Et non simpliciter dicit datorem, sed eum qui libenter & volupte benefacit. Et iterum alio in loco, Qui impertit simplicitate, qui praest in diligentia, qui largitur in hilaritate. Et propterea vera eleemosyna est, sic dare, ut gaudeas te dare, putesque te accipere magis quam dare. Atque hoc modis omnibus conatur, ut leue faciat praesceptum, fiatque cum alacritate oblatio. Et considera, quot nominibus attentauit praescepti potus & grauitate auferre. Primum iubet offerre non vnum, duos vel tres, sed vniuersam civitatem *λόγια*. Collatio enim nihil aliud est quam collectio, & symbolum quod omnes dat. Secundo accipientium dignitatem significat: non enim dicit, pauperes: sed, sanctos. Tertio exemplum affert aliorum, qui simile quiddam fecerant, cum dicit: Sicut ordinaui ecclesiis Galatiae. Quarto diei opportunitatem adiicit, dicens: In una sabbatorum unusquisque apud seipsum ponat. Quinto, non iubet omnia simul profundi in eleemosynam, sed paulatim. Indignum enim totum iubere, totum vno die offerre, & tanto tempore inopia premi: hoc enim citra rationem sumptuum omnino esset. Ad haec, non decernit mensuram, sed offerentium arbitrio permittit, & a deo datum declarat. Vtrumque hoc insinuat cum dicit, quod commodum fuerit. Adicit & septimum alium modum, cum dicit, Ut ne cum venero, tunc collationes fiat. Quo dicto & suburgit expectantes suum aduentum, & solatur certum diem aduentus sui scribens. Neque his contentus, alium etiam octauum adducit. Et qualisnam ille? *Vbi venero autem, quoscumque probaueritis per epistolas hos mittite, ut perferant gratiam vestram Hierosolymam. Quod si fuerit operae precium ut ego ipse proficiscar, mecum proficietur.* Vide quae aliena a fastu & mansueti sit generosa illa ac beata anima: vide quam sollicita & affectuum plena? Noluit enim ex sua sententia eligi ministraturos pauperibus necessaria, sed eorum electionem ipsis permisit. Neque iniuri loco habuit, quod Corinthiorum suffragio, sententiaque, & non Pauli constituebatur: imò absurdum censuisset, si secus esset actum. Et hac de causa permisit eis, ut quorum erat oblatio, eorum esset & ministrorum electio: interim & mansuetudinem suam demonstrans, & omnem anam ac vmbrae suspicionis auferens. Nam licet ab omni suspitione mala alienus, & Sole purior erat: ex abundantia tamen hoc curabat, quod infirmioribus parceret, & suspiciones effugeret: unde dicit, Vbi venero autem, quoscumque probaueritis, eos mittite, ut deferant gratiam vestram. Quid dicis Paule? Tu autem non nauigabis, neque subsidia accipies, sed aliis rem demadabis? Ne cogitantes tale quiddam tristiores redderent,



deret, vide quomodo & hoc bene tractat. Nō enim simpliciter dixit, quoscunq; probaueritis mittā, sed quid: Per epistolas. Tamen nō corpore adero, sed literis meis affuturus, adiuvabo illorū ministeriū. Nū Pauli umbra vel calceamētis eius digni sumus? Et ille tanta apud omnes dignitate cōspicius, reicit honores vnde quaq; nos verō stomachamur, & ægrè ferimus, si quādo nō sentētia nostra, neq; suffragio & iudicio ordinantur, qui subsidia illa ministrent: & iniuriam putamus, si non nobiscū, & nostra sentētia hoc faciūt qui sua impendūt. Vide autē qualiter eleemosynā vbiq; meminit. Hoc loco eam nō vocat mādātum, neq; eleemosynam, sed gratiā: demōstrans q̄ sicut mortuos excitare, & demones effugare, & leproso mūdare, gratiæ opus est: sic etiā pauperes iuvare, & indigis manū porrigere, imō multo magis hoc q̄ illud. Iā licet gratia sit, nostra tamē opus habet opera & studio vt eligamus, & velimus, & gratia dei dignos nos exhibeam⁹, & præparemus. Hoc quidē dicto egregiē ipsos cōsolatus est, quia literas suas cum eis missurus esset: iterū tamē alio maiori q̄ antea cōsolatur, dum pollicetur se ipsum itineris sui sociū futurū. Si enim fuerit operæ precii, vt & ipse p̄ficiscar, mecū proficiscetur. Et vide etiā hīc ipse industria. Neq; enim negavit se simul iturū, neq; omnino iturus est, sed iterū arbitrio dantium rem submittit, eosque dominos facit suæ peregrinationis, demōstrans quanta sit hęc dignitas. Nā tanta est, quæ etiā ipsum itineri se vt accingat, excitet. Nam cū dicit operæ precium, cōiectāris est. Quod si per omnia hęc profectiōne abnuisset, tristiores vtiq; eos reddidisset ac seigniores: sin dubie promississet, negligētiore fecisset, & ideo nō omnino negat neq; pollicetur, sed sententiā Corinthiorū submittit. Audientes enim Paulum delaturum oblationes suas, maiori studio & alacritate ferebātur, q̄ per sanctas illas manus oblationes suæ deferēde essent, & huic sacrificio preces illi⁹ accederēt. Porro si tāta alacritate hoc faciebāt Corinthij obsecundaturi Paulo, tu verō dabis domino Pauli. Nā p̄pter pauperes deus suscipit. Qualē excusationē habitur⁹ es, si negaueris vel distuleris? Et p̄fecto nisi res magna, curaq; multa digna esset, ille cui totus orbis creditus, & cui curę erāt oēs quę sub Sole ecclesiæ, vix id muneris obiisset. Igitur hęc & nos cogitemus, quoties vel dandū vel dantibus aliis ministrandū, ne sim⁹ difficles tristēve perinde ac possessiones imminerētur. Quomodo enī nō absurdū? Agricola sementē facit, & quæ habet expēdit, & nō tristatur, nec dolet, nec sumptum se facere putat, sed lucrū potius, tamen incerta eius spes. Tu autē non in tam vilibus, sed in multo maioribus seminās, & daturus pecuniam in manus Christi, recusas, torpes, & inopiam prætexis? An non potuit deus præcipere telluri, vt proferat aurū elaboratum? Etenim qui dixit: Germinet terra herbam fœni, & ipsa mox protulit viridantē faciem, non potuit præcipere, vt fontes & fluuij auri vbiq; manent? At noluit, sed permisit multos inopes, tam ob illorum q̄ tuā vtilitatē. Quādoquidem ad virtutē cōducibilior paupertas, q̄ diuitiæ, & his qui in peccatis sunt, nō parua cōsolatio est, q̄ indigentibus subsidiū ferunt. Præterea huius rei tanta cura fuit deo, vt cū nobiscū hīc ageret, carnēq; indutus cum hominibus versaretur, non detrectaret, neq; erubesceret, q̄ ipsemet ea quæ pauperū erant dispensare voluit, quāuis tot panes fecisset, fa-

ceretq; mandato suo quæq; vellet, possetq; infinitos thesauros simul monstrare. Atqui hoc non fecit, sed præcepit discipulis vt haberēt marsupiu, & dispēfarēt indigis. Nam quum ad Iudam per ænigma loqueretur de traditione, non intelligētes discipuli quid dixisset, putauerunt dictum vt pauperibus aliquid daretur. Et dicit, Marsupium ipse portabat, & quæ ei dabatur. Frequēs enim deo est misericordia, non solum eius quæ erga nos, sed eius etiā quæ ab hominibus in cōseruo fieri debet. De quo in veteri ac noua leges innumeræ. Per omnia humanos esse iubet, in cogitationibus, verbis, & operibus. Moses de his sursum ac deorsum sermones disseminat: Prophetæ ex persona dei clamāt, Misericordiā volo, & nō sacrificium. Apostoli quoq; illis cōsona & faciunt & dicūt. Proinde in hac re negligētes nē simus. Non enī tam pauperibus quā nobis profumus, plura accipiētes quā dātes. Hęc nō temerē, & absq; causa dico. Sūt enim per quā multi, qui nonnunquā curiosius rogāt & inquirunt patriā & vitam, mores & artē, & corporis bonā valetudinē, & inde crimina intentant, & ob sanitatē de eis pœnas exposcūt. Hinc fit q̄ multi etiā cęcitatem corporis simulāt, vt eius calamitatis actu, credulitatē humanitatēq; nostrā inflectāt. Quæ quidem si ætate cōtingāt, grauiā sunt, nō tamē vlq; grauiā. Hyeme vero & frigore, tā inhumanū & crudelē iustificatōrē se exhibere, veniamq; nullā ociosis cōcedere, summē crudele fuerit. Quid igitur Paulus ad Theſsalonicenses dicit: Si quis laborare nō vult, etiā nō comedat: Vt & tu hęc audias: & nō ad illū solum, sed & ad te quoq; hęc verba attinēt. Pauli enim leges nō solis pauperibus, sed & nobis positę sunt. Dico quid onerosum & molestū, scio vos succēdere, at tamen dicā: non enim vt grauē, sed vt emendē dico. Illis quidē ocium obiicimus, etiā in re cui debetur venia: nos autē eadem sæpe facimus omni ocio grauiora. At ego, dicis, paternā hereditatē habeo. An ergo quia pauper, & ex pauperibus est, & non cōtingerunt ei progenitores diuites, dignus est qui pereat? Profecto hac de causa cōmiseratione & misericordia diuitū maximē dignus est. Tu quidē sæpe diē teris in theatris, & in conciliis, & in cōuentibus, e quibus nulla vtilitas, & multis obloqueris, & nihil te cōmittere, nec te ociosum putas: hunc autē miserū & ærūnosum, in lachrymis, in precibus, in extrema misericordia totum diem expendentē iudicas, & ad tribunal trahis, & de eo pœnas exposcis? Hęc cōmiseratione humana est sententiā? Igitur quādo dicis, Quid dicemus Paulo? Tu ea tibi ipsi, nō pauperibus dic. Et nō solū minas sed & veniā ibi lege. Nā vt dixit: Si quis nō laborat, neq; comedat: adiecit, Vos autē fratres, ne affixeritis bonū facientes. At qua ratione, dicis, excusabis eos? Fugitiui sunt, & peregrini, & nebulones, relictaq; patria sua in nostrā cōfluunt. Et tu hęcne de causa stomacharis, ciuitatisq; hui⁹ coronā præcipuā vellicas, quoniā communē patriam & portū omnes eam putant, & alienam propriæ præferunt? Ne tantum præconium adulteres, ne principalē hanc patriæ laudē decurtes. Olim cum fames totum orbē inuasura esset, habitatores huius ciuitatis, his qui Hierosolymis erant, atq; ad eō illis ipsis de quibus vobis totus hic sermo locutus est, per manū Barnabæ & Sauli subsidia miserūt nō parua. Qua ergo venia digni erimus? quomodo excusabimur, cū patres nostri suis opib⁹ paucrūt eos qui a longē habitabāt, & ad ipsos cur-

rebant: nos vero etiam aliunde ad nos cōfugientes, fugamus, & vt de eis pœnæ sumātur petimus, præsertim cū non ignoremus, nos plurimorum malorum reos? Quod si deus ita diligēter nos scrutaretur, vt nos causam pauperū, nullam vnquā misericordiā vel veniā assequeremur. In quo enim iudicio iudicatis, dicit, & vos iudicabimini. Esto igitur misericors & benignus cōseruo, dimittenturq; tibi peccata multa: mi serere, & eandē sententiā inuenies. Quid tibi ipsi negotia plectis? Quid curiosus es? Si de⁹ ita ordinasset, vt percōtaremur vitas, & exposceremus pœnas, & curiose aliorū mores discuteremus: an non multi grauatim ferrēt, & ad seipsos dicerent, Quidnā hoc est? difficile rem nobis deus præscripsit. Non enim possumus aliorū vitam inquirere, siquidem ignoramus quid ad miserint. An nō multi ita dicerent? Nunc vero cum omni hac curiositate nos liberauit, & daturū se mensurā perfectā pollicitus est, siue boni, siue mali qui accipiant, nobis ipsis negotium facimus. Et vnde hoc liquet, q̄ siue bonis, siue malis dederimus, mercedē accepturi simus? Hinc videlicet, quod ipse iussit nos, vt orarem pro insectantibus & calumniātibus nos, vt simus similes patri nostro, qui in cœlis est, qui Solem suum oriri permittit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Proinde quemadmodū dominus tuus, cū multi blasphemēt, multi fornicentur, & multa mala faciāt, ipse non desinit a sua in omnes beneficētia, sed communes radios, cōmunes imbres & fructus terræ profert, suam mōstrans misericordiā: Sic & tu fac, & cū adhuc tempus misericordiæ, iura pauperes, pasce famēlicos, libera afflictos, ne sis præterea curiosē sollicitus. Nam si vitas hominum discussuri sumus, nullius vnquam miserebimur, & intempestiua curiositate hac præpediti, absq; fructu, & destituti omni adiumento permanebimus, magnum interim laborem frustra & incassum subeuntes. Eapropter obsecro, vt intempestiua curiositate hac omiſsa, indigentibus omnibus detur, fiatq; hoc magna alacritate, vt etiam ipsi misericordiam & benignitatem apud deum assequamur. Oro, vt hoc vobis omnibus eueniat per gratiam & misericordiā domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, simul & spiritui sancto sit gloria, imperiū, & honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

**DIVI IOANNIS**  
**CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI**  
*Constantinopolitani, commentarium in secundam ad Corinthios epistolam, D. Erasmo Rotero-*  
*rod. interprete.*

*Paulus apostolus Iesu Christi per voluntatem dei, & Timotheus frater, ecclesie dei quæ est Corinthi cum sanctis omnibus, qui sunt in tota Achaia, gratia vobis & pax a deo patre & domino Iesu Christo. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui est pater miserationum, ac deus omnis consolationis, qui consolatur nos in omni afflictione, vt possimus consolari eos qui sunt in quacunque afflictione, per consolationem quæ consolatur nos deum.*

Peræprecium est querere, primum quam ob causam priori epistolę secundam adiecerit, deinde cur sic exorsus sit a miserationibus dei, & a cōsolatione. Cur itaque secundam adiecit: Cū in priori dixisset, Veniam ad vos, & cognoscā nō sermonem eorum qui sunt inflati, sed vim: rursus sub epistolæ finem, hoc ipsum seuerius etiā pollicens, Veniam enim, inquit, ad vos, quum Macedoniam peragraro, \*per Macedoniā enim proficiscar: apud vos autem fortasse permāsurus sum, aut etiam hyematurus: quum multum interea temporis intercessisset, nō solum non venit Corinthum, verum etiam quum dies præscriptus præterisset, tamen etiamnum cōtabatur, spiritu nimirum eū detinēte in aliis multo magis necessariis. Ob id opus habebat altera epistola, ne quā habiturus, si ad breue tempus distulisset promissum aduentū. Ceterū nō ob hęc tantum causam scripsit iterū, verum etiam eō quod prior illa epistola reddiderat illos meliores. Siquidē & illum qui stuprum cum vxore patris commiserat, cui prius applaudebant super eo gloriantes, eiecerūt, ac prorsus absciderunt: id quod declarat quū ait, Quod si quis contristauit, non me contristauit, sed ex parte, ne grauem vos omnes. Sufficit illi hęc increpatio, quæ facta est a pluribus. Rursusq; progressus hoc idem indicat, dicens: Ecce enim quod secundum deum contristati fuistis, quātam genuit in vobis sollicitudinem, imō purgationem, imō indignationē, imō timorem, imō desiderium, imō zelum, imō vindictam? in omnibus ita gessistis vos, vt perspicuum esset vos esse puros in eo negotio. Quin & pecuniarum collectionem, quā fieri iusserat apostolus, multo studio collegerant, vnde & dixit, Noui siquidem animi vestri promptitudinem, quā de vobis iacto apud Macēdones, quod Achaia iam ab anno superiori parata esset. Insuper & Timotheum, quem ad ipsos legarat Paulus, plurima cum benevolentia exceperant, id quod declarat rursus ait, Viscera mea abundanti⁹ affecta sunt erga vos, dum treccordor vestram omnium obedientiam, quoniam cum timore ac tremore excepistis eum. His omnibus rebus commotus scripserat alteram epistolam. Par enim erat, vt quemadmodū peccantes increparat, ita correctos cōplecteretur & collaudaret. Hinc est quod nec per totam hanc epistolam admodum inuehitur in eos, sed in paucis illius partibus, nimirum circa finem. Nam erant & apud illos nonnulli ex Iudæorum gente, qui quemadmodum sese fastu ferebant, ita Paulum traducebant, vt impostorem, nulliusque precij virum: quod & ipse declarat, dicens: Epistolæ quidem graues, ceterum præsentia corporis imbecillis, ac sermo despicabilis. Quibus verbis hoc se sentire indicabant, Quoties adest, videtur esse nullius momenti: id enim est quod dicebant, præsentia corporis infirma. Verum enimvero quum abest, scriptis epistolis magnificē sese iactat: nam hoc indicāt illa, epistolæ graues. Atque vt suam auctoritatem confirmarent, simulabant se nō recipere literas illius. Quod ipsum quoq; subindicat quum ait, Vt in eo de quo gloriantur, reperiantur quemadmodū & nos. Ad hęc quum pollerent virtute sermonis, illic vehementer efferebantur. Hinc est quod seipsum appellat imperitū, declarans sese nequaquam hoc nomine erubescere, neque rem admodum præclaram esse possidere scientiam, tamen si

Gene. 1. b.

ibidem.

1. Cor. 4. d.

ibid. 16. a.

\* trāsfero.

1. Cor. 5. a.

Infra. 2. b.

Infra. 7. c.

Infra. 9. a.

† illius.

† recordatur vestrum.

Infra. 7. d.

ibid. 10. e.

ibid. 11. f.

tametsi diuersum sentit. Itaq; quum probabile esset, ab his nonnullos in prauā sententiam esse deflexos, posteaquā illos laudasset super his quæ correctè gesserat, deinde eorum superbiam deiecisset, qui Iudæas cæremionias iam intempestiuas obseruandas esse contendebant, tum demum congruenter inducit hęc de rebus increpationem. Atque argumentum quidem epistolę, quantum in summa & in transcurſu licuit attingere, sic habere mihi videtur: Superest vt epistolę proœmium attingamus, mox post Apostolo solitā salutationē exponere, quā ob causam sic exorsus sit à miserationib⁹ dei, interim post tale exordiū opere precii fuerit quærere differereq; quū factū sit, vt hic sibi Timotheū copulet. Ait enim, *Paulus apostolus Iesu Christi per voluntatem dei, & Timotheus frater.* Siquidē in prioribus literis pollicitus est se illū misurū, mādātq; dicēs, Quod si venerit Timotheus, videte vt sine timore sit apud vos. Quo pacto igit̃ illū in proœmio sibi copulat, cum is iam eō peruenisset iuxta præceptoris pmissum? Misi enim, inquit, vobis Timotheū, qui vos cōmonefaciat de viis meis quæ sunt in Christo, & omnib⁹ correctis reuersus est. Nā quū mitteret illū dicebat, Deducite illum in pace vt veniat ad me, exspecto enim illū cum fratribus. Quoniā igitur receperat discipulū, cunctaq; simul cū illo correxisset in Asia, ait em̃, Mansurus sum Ephesi, vsq; ad Pētecostē, rursus peruenerat in Macedonia, merito illum tanquā præsentem sibi copulat. Siquidē vt tum ex Asia, ita nūc ex Macedonia scribit. Cōiunxit enim illū sibi, partim illi hac re dignitatē & auctoritatē concilians, partim suam declarans modestiam. Erat ille quidem Paulo inferior, sed charitas omnia conglutinat: vnde non hic tantū, sed vbiq; illū equat sibi: aliās ita loquens, Vt cum patre filius, ita mecum seruiuit. aliās sic, Opus enim dei operatur, quemadmodū & ego. hic verò etiā fratrem appellat, modis omnibus agēs, vt Corinthiis sit reuerendus & obseruandus, q̃ (vt dictum est) ad eos accesserat, suāq; virtutis speciem apud illos dederat. *Ecclesiæ dei quæ est Corinthi.* Rursus eos ecclesiā appellat, videlicet cōcilians illos, & in vnum conglutinans. Nec enim fuerit vna ecclesia, diuulsis iis qui in ea versant, ac seditioe inter se dissidentibus. *Cum sanctis omnibus qui sunt in tota Achaia.* Simul & Corinthios honore afficit, dum epistola ad ipsos scripta compellat vniuersos Achaicos, & gentē totā inter se cōciliat. Sanctos autē eos appellat, videlicet indicās, si quis sit inter illos impurus, eū ab hac appellatione seclusum esse. Sed quam ob causam quum scribit metropoli, per hanc scribit vniuersis, præsertim quum id aliās nō temerè faciat? Etenim quum scribit Theſſalonicensibus, nō eadem opera scribit vniuersę Macedonia: quumque scribit Ephesiis, nō itidem cōplexus est totā Asiā: quemadmodū & epistola quę scripta est ad Romanos, nō pertinet ad omnes qui totā incolunt Italiam. Verū id hic tantū facit, & in epistola ad Galatas. Neq; em̃ illic scribit vni ciuitati, nec duabus, nec tribus, sed omnibus scribit quaquauerſum dispersis, ita loquens, Paulus apostolus nō ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christū ac deum patrem, qui excitauit eum à mortuis, & qui mecum sunt omnes fratres, ecclesiis Galatię, gratia vobis & pax. Sic & Hebræis vniuersis vnica scripsit epistola, nec eos per ciuitates distinxit. Quid igit̃ hic fuit in causa? Mihi videtur apud hos morbo fuisse publicus, & omniū com-

1. Cor. 16. b.

ibid. 4. d.

ibid. 16. b.

ibidem.

Phil. 2. c. 1. Cor. 16. b.

Gal. 1. d.

munis, eoq; voluit epistolā omnibus esse cōmunem, quod cōmuni opus habebant correctione. Siquidē Galatas oēs simul habebat morbus, quemadmodum & Hebręos, opinor autem q̃ & Corinthios. Proinde gentē totam simul congregat alloquitur, quemadmodū illi mos erat apud vniuersos verba facere. *Gratia, inquit, vobis, & pax, à deo patre nostro, & domino Iesu Christo.* Audi q̃ sermonis exordium conuenit præſenti argumēto. *Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui est pater misericordiarum, & deus omnis consolationis.* Et qua in re, dicit aliquis, hoc præſenti respondet argumēto? Sanē q̃ maximè, si consideraris. Vehementer contristauerat illos, & animos illorū perturbat, q̃ ad ipsos nō accessisset Apostolus, præsertim quum venturū se fuisset pollicitus, sed totum interea tempus in Macedonia consumpsisset, qua re videbatur alios pluris fecisse q̃ hos. Ad eum itaq; tumultū compescendū, exponit causam quamobrem ad illos non accesserit, tametsi non protinus illā aperit. Nec ita loquitur, Scio quidē quod pollicitus sum me venturum ad vos, cæterum quoniā per afflictiones hactenus non licuit, date veniā, neq; hoc superbię aut negligentię meę tribuatis. Sed alia quadam ratione magnificentius maioreq; cum fide hoc idem agit, rē attollens consolatione, vt ne in posterum quidē percontaretur causam dilati aduentus: ac perinde facit, ac si quis pollicitus se venturū ad aliquem id desiderantē, vbi post innumera discrimina tandē eō perueniret, dicat: Gloria tibi deus, q̃ mihi desideratam faciem ostēderis: Benedictus deus, qui periculis me liberaſti. Siquidē ad hunc modū gloriā tribuens deo, excusationē parat ei qui fuerat inculaturus, nec relinquit locū querimonię de contatione. Pudet enim eū qui tot malis liberatus gratias agit deo, in ius trahere, ac pœnas tarditatis flagitare. Hanc ob causam ita exorsus est: *Benedictus deus misericordiarum:* his verbis subindicās, sese à magnis periculis fuisse subductum ac liberatū. Alioqui Dauid deum nō vbiq; eodem nominat nomine, neq; ab iisdē rebus addit cognomina, sed vbi de bello victoriāq; loquitur: *Diligā,* inquit, te domine virtus mea, dominus protector meus. Rursus vbi gratias agit ab afflictione & caligine qua vallatus erat, liberatus: Dominus, inquit, illuminatio mea, & seruator meus. Deniq; nunc quidem ab humanitate, nunc rursus à iustitia, nunc autē ab integro incorruptoq; iudicio cognomentum addit, vt cunq; postulat præſentis argumēti ratio. Conſimilem ad modū Paulus in ipso statim exordio, ab humanitate benignitateq; deum appellat, quum ait, Deus misericordiarū: hoc est, deus qui tantum misericordię erga nos præstitit, vt ab ipsis portis mortis nos reducerit. Siquidem hoc deo maximè propriū est, & illi eximiū, eiusq; naturę cognatum, taliter misereri, eoq; deum appellat misericordiarū. Cæterum tu mihi fac hinc cōtemplator etiam Pauli modestiā. Quū ob euangelij prædicationē periclitaretur, non ait se seruatū eō q̃ dignus esset, sed propter miserationes domini: quanquam hoc postea dicit manifestius, nunc autem adiungit, dicens: *Qui consolatur nos in omni afflictione.* Non dixit, qui nō sinit nos affligi, sed qui dum affligimur consolatur, q̃ hęc vt dei potentiam declarat, ita eorum qui affliguntur auget patientiā. Afflictio, inquit, patientiam operatur. Idem hoc propheta dixit, In afflictione dilataſti me. Nō dixit, nō passus es me incidere in afflictionem, aut effecisti vt cele-

1. Cor. 16. b.

ibid. 16. b.

Rom. 5. d. 1. Cor. 16. b.

vt cele-

Dauid. 3. c.

Coloſ. 1. d.

1. Cor. 14. b.

vt celeriter trāsiret afflictio, sed ea manente dilataſti me, hoc est, multā cordis latitudinem, ac relaxationem dolorū indulisti. Quod idem accidit in tribus illis pueris. Nec enim obſtitit quod minus iniiceretur in fornacem, neque quū essent iniecti, flammam extinxit, sed ardente camino spacium latum præbuit. Quod tum factū est, idē deus semper facere consuevit. Id tacitē Paulus quoq; significans, ait: Qui cōsolatur nos in omni afflictione. Quin & aliud quiddam per hęc indicat. Quidnam hoc est? Quod nō semel, neque bis, sed continēter id facit. Neque enim aliās consolatur, aliās destituit, sed semper idem agit omniq; tēpore: ideoq; dixit, qui cōsolatur, non, qui consolatus est: & addidit, in omni afflictione, non in hac tantū aut illa, sed in omni. *Vt possimus consolari eos qui sunt in quavis afflictione, per cōsolationē qua deus nos cōsolatus est.* Vides vt prius attingit excusationē, magnæ cuiusdā afflictionis suspicionē præbens auditori, simulque in his ipsis modestiā obseruās, dum ait, id quod accidit esse misericordiā, non quod ipsi digni essent, sed ob eos qui per illos erāt adiuuandi. In hoc enim, inquit, consolatus est nos deus, vt nos inuicē consolemur. Quin & apostolicā dignitatē declarat, ostendens quod solatio refectus, ac respiratione refocillatus, nō se supinat ocioq; dat, quemadmodū nos, sed huc potius intendit studiū, vt alios vngat, corroboret atque erigat. Tametsi sunt qui locum hunc sic intelligendū existiment, quasi dicat Apostolus: Noſtri cōsolatio, & aliorum est cōsolatio. Cæterū mihi videtur, hoc proœmio etiam apostolos qui illic erāt, iactantes sese, domiq; sedētes ac deliciis indulgētes, petere: quanquā id quidem obſcurē, ac velut obiter. Præcipuum tamen erit, vt se de cōtatione purgaret. Etenim si ideo cōsolationē nobis impertit deus, vt & alios cōsolemur, ne mihi vitio detis, quod nō aduenerim. In hoc enim omne mihi tempus cōsumprū est, in declinandis insidiis, in alliciendis infirmis, in discutiēdis imminētibus malis. *Quoniam sicut abundat passiones Christi in nobis, sic per Christum abundat & cōsolatio noſtra.* Ne deiiceret animos discipulorum, supra modum exaggerans calamitates, ex aduerso demonstrat etiam cōsolationis abundantiam, atque ita mentem illorum erigit, non modò mentione cōsolationis, verum etiā per hoc quod Christi meminit, dicēs huius esse afflictiones, & ante cōsolationem, ab ipsis afflictionibus adfert cōsolationē. Quid, inquit, dulcius quam me Christi afflictionū fieri participē, atq; hęc illius gratia perpeti? Quid huic solatio par esse potest? Verum non hinc tantū, sed aliunde erigit animos afflictorum. Vnde aliunde? Illinc, quod dixit, abundant. Non enim dixit, quemadmodum accidit nobis afflictiones Christi: sed, quemadmodum abundant, indicans illos non tantū ea pati quæ passus est Christus, sed plus etiam afflictionum sustinere. Nō enim ea tantū, inquit, ferimus quæ ille pertulit, verū his plura. Id ita esse cōsidera. Vexat⁹ est, persecutionē passus est Christus, flagellatus est, mortu⁹ est: sed nos inquit, plura perpetimur, quod vel solū sufficere debebat ad cōsolationē. Nec est quod quisquam hunc sermonem condemnet temeritatis & audacię. Nā & alibi dicit, Nunc gaudeo in afflictionibus meis, & adimpleo quæ desunt afflictionib⁹ Christi, i carne mea. Ita nec illud audaciam habet vllam aut arrogantiā. Sicut enim plura miracula ediderunt, quam edidit Christus, Qui credit, inquit, in me, his maiora faciet.

totum autem hoc cedit in gloriam eius qui in ipsis operatur: sic & plura quam ille perpeſsi sunt. At rursus totum hoc illi debet acceptū ferri, qui cōsolatur eos & instruit aduersus irruentes calamitates. Vnde sanē Paulus animaduertens quantā rem eloquutus esset, vide quo pacto hoc ipsum temperat, dicens: Sic per Christum abūdat & cōsolatio noſtra. simul & ad illum totius negocij laudem referens, & hinc diuinā benignitatē prædicans. Non enim, inquit, quāta est afflictio, tanta datur & cōsolatio, sed multo amplior: quia non dixit, afflictionum magnitudinē æquat modus cōsolationis, sed excellit cōsolatio, vt certaminum tēpus, rursus aliarū coronarum excipiat occasio. Agē dic mihi, quid habēt simile, propter Christū flagellari, & cū deo colloqui, rebusq; omnib⁹ esse superiorem? vincere persequentium sæuitiā, ita munitum esse vt mundus tibi manum non posset iniicere? deniq; hinc eiusmodi expectare præmia, qualia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderūt? Quid simile, ob pietatē affligi, & innumbris solatiis à deo refocillari? à rātis peccatis liberari, dignū haberi dono spiritus, sanctificatione, & iustitia, neque quenquam metuere, nullius formidine tangi: postremò in medijs periculis, omnib⁹ excelsiorē videri? Proinde ne cōsternemur animo in tētationibus. Nullus enim communicat Christo delicatam agens vitam, nullus inquam istorū qui molliter ac dissolutē viuunt, verū qui versatur iu afflictione & tētationib⁹, qui per angustā ingreditur viam, is demū illi vicin⁹ adstat, quādo quidē & ipse per hęc ingressus est, vt & ait, Fili⁹ hominis nō habet vbi caput suū reclinet. Itaq; ne doleas cū affligeris, cogitans primum quicum habeas societatem, deinde quomodo per tentationes repurgeris, denique quātum lucrifacias. Nihil enim aliud molestū est, quam deū habere offensum. Id si absit, non afflictio, non insidia, nō alia res vlla molestiam adferre potest animo recte sapienti, sed quemadmodum exiguam scintillam si in profundam aquam immergas, potius extinxeris: itidem quāuis magna animi deiectio si in bonam incidat cōscientiam, perit, facileq; euanescit. Eoq; nimirū & Paul⁹ semper gaudebat, quoties in dei præſidijs fumebat fiduciam, adeo vt ne sensum quidem tantorum malorum caperet: ac dolebat quidem vt homo, sed non deiiciebatur animo. Similiter & insignis ille patriarcha, cum multa moleſta pateretur, tamē gaudebat fruebatur. Quātum autē pertulit cōsidera. *Exulabat patria, profectioes longas ac periculosas sustinuit, cum adiens alienas regiones, ne vestigiū quidem pedis illic haberet suum: hinc rursus fames illū excepit, coëgitq; solū vertere: ac fami rursus succedit rapta cōiunx, ac mortis metus, tū orbitas, bellū, pericula, insidia: postremò accessit difficultatū colophon, germani & vnici filij maectatio, illa, in quā, maectatio dolorē afferens immedicabilem. Caue igitur putes illum, quoniā facile paruit deo, omnia illa sine doloris sensu pertulisse. Etiam si decies millies iustus fuisset, sicut reuera erat, homo tamē erat, obnoxio naturæ affectionibus: quanquam nihil horum illū deiecit, sed vt decuit generosum ac fortem athletam, cōstitit, & in horum vnoquoque certaminum victor & corona dignus pronunciat⁹ est. Cōsimiliter & beatus Paulus quū videret quasi niuis cumulos tētationes quotidie ingruētes, nō aliter quam si in medio paradiso vixisset, ita gaudebat gestiebatq;.* Proinde vt qui

1. Cor. 2. c.

Luc. 9. g.

Exu. Gen. 12. d. & seq.

Gen. 22. b.



qui hoc gaudet gaudio, non potest animi perturbatione vinci: ita qui hoc non tenetur gaudio, a quibuslibet facile capi vincitur; potest, ac prorsus huic idem euenit, quasi si quis arma gerens imbecillia, qualibet leui plaga vulneraret. At non ite, qui vndiq; probe comunitus est graui armatura, quin potius quodcumque telum impactum fuerit, discutiet. Nullum enim armaturae genus validius, quam gaudere secundum deum: neque quicquam est, quod hominem eiusmodi deiecit aut tristem reddere queat, sed omnia erecto fortiter; animo perpetitur. Quid enim igni peius? Quid assiduis tormentis cruciabilibus? Nam etiam si quis immensam possessionum vim amittat, si liberos, sit aliud quodcumque, hoc si ad doloris rationem voces, ceteris omnibus est magis tyrannicum ac violentum. Pellem enim, inquit ille, pro pelle, & omnia quaecumque possidet homo, dabit pro anima sua. Neque quicquam accidere possit corporis cruciatu molestius, attamen etiam illa quae ne audire quidem sustinemus, non solum tolerabilia, verum etiam desiderabilia reduntur per spirituale gaudium. Quod si martyrem adhuc semiuivum, leuiterque spirantem a ligno seu sartagine deponas, reperies in illo tantum adhuc gaudij, quantum oratione consequi nemo possit. Et quid faciam, inquiet aliquis, quoniam niam non adest martyrij tempus? Quid ais? Non adest martyrij tempus? Istud quidem nunquam abest, verum semper ob oculos nostros versatur, si modo vigilem. Neque enim in eculo pedere reddit martyrem. Nam si ita esset, beatus Iob hoc coronae genere careret. Neque ad tribunal astitit, neque iudicis vocem audiuit, neque carnificem vidit, neque suspensus in eculo sublimiter; latera radebatur: acerbiora tamen perpassus est quam multi martyres: atque ille nunciatorum sibi succedentium voces, quauis plaga atrociter vulnerabat ipsum, & vndique vocat; pungebant, & quod ore vermium illorum ardebat, id erat innumerabilium carnificum tormentis acerbior. Quis est itaque martyr cui hic non possit aequari? Immo martyres innumeros hic vnus aequat. Nullum enim rerum genus est, per quod ille non & luctatus est & coronatus, per possessiones, per liberos, per corpus, per uxorem, per amicos, per inimicos, per famulos. Nam & hi in facie illius inspuabant, per famem, per insomnia, per cruciatus, per fetores, & ob id sane dicebant hunc non vni, non duobus, non tribus, sed innumeris martyribus vnus aequipandum. Nam praeter haec quae memorauimus, ipsa etiam temporis ratio multum addit illius coronis, veluti quod ante legem Moisaicam, quod ante datam gratiam ista passus est, quod complures menses, quod omnia modum excedentia, quod omnia simul ingruerint acerba, quantumquam horum vnum quodque; per se fuit intolerabile: ad haec, quod tolerabilius esse videtur, iactura facultatum. Sunt tamen non pauci, qui verbera ferunt, iacturam rerum non ferunt: quin magis earum gratia caedi maluerunt, innumeratimque perpeti molestias, quam ex illis quicquam amittere: potiusque duxerunt hanc corporis molestiam sustinere, quam pecuniarum iacturam accipere, ut hic rursus alia sit martyrij species harum iacturam fortiter ferre. Et quo pacto, dixerit aliquis, fortiter feremus? Vbi cognoris quae plura lucraris, quam perdidideras, idque vnico verbo, quo deo gratias agis. Nam si post nunciata facultatum iacturam non turbemur animo, sed dixerimus, Benedictus deus: longe maiores opes inuenimus quam amiseramus. Neque perinde magnam fructum tuleris, si diuitias erogaris in egenos,

obambulans & vndique pauperes inquirens, tuasque facultates esurientibus dissipas, atque per hoc verbum lucraberis. Quando ne Iob quidem perinde miror domum suam egenis aperientem, ut suspicio celebriusque ereptas facultates gratias agens acceperit. Hoc ipsum verum & in liberorum amissione videas licet accipere. Neque enim hic minor mercedem capies eo, qui filium suum subduxit in montem, mastravitque, si tuum morietem vides gratias agas bono ac benigno deo. Talis enim qua tandem in re inferior est Abraham? Nam ille non vidit quidem iacentem mortuum, sed tantum hoc expectabat futurum: & si in hoc praestat, quod apparebat immolare, manuque extenta gladium arripuit, in hoc inferior est, quod hic filius iacet exanimis. Quamquam & alioqui egregij facinoris spes illi non nihil adferebat solatiij, tum quod pulcherrimum illud factum propriae virtutis opus esset, tum & vox est supernis audita, reddebat illius animam promptiore. Hic autem nihil est eiusmodi, ut iam adamantino pectore sit opus ei qui filium vnicum in diuitiis educatum, egregiatque spes de se praebentem, conspicatur in fossa iacentem, porrectis ac rigentibus membris, ut cum casum placide ferat. Is si poterit sedatis naturae fluctibus, siccis oculis dicere illud beati Iob, Dominus dedit, dominus abstulit: ex eo solo verbo, cum ipso Abraham collocabitur, cum ipso Iob praedicabitur. Quod si etiam cohibitis muliercularum singultibus, disiectoque lugentium choro, cum ceteros ad glorificandum deum excitat, immensa tum superna tum inferna feret praemia, nimirum hominibus illum admirantibus, angelis applaudentibus, deo coronante. At dixerit quispiam, qui fieri potest, ut homo cum sim, non luceam? Si reputaris quomodo patriarcha, quomodo Iob, cum vtrique homines essent, nihil istiusmodi acciderit, idque ante datam legem, ante effusam gratiam, cumque ambo ante tantam legis philosophiam vixerint. Item si consideres, quod is qui mortuus est, in melius contubernium demigrarit, & ad meliorem requiem transfilerit: nec enim amiserit filium, sed in locum tutum ac securiorem reposuerit. Ne dixeris igitur posthac, non audio, pater. Cur enim iam non diceris pater, cum filius tuus super sit? Num amisisti filium? Num perdidisti filium? Immo paraisti potius, ac tutius possides, eoque non hic modo vocaris pater, verum etiam in caelo. Non itaque perdidisti patris vocabulum, sed accessit, ut iam foeliciter dicere pater. Nec enim mortalis filij posthac diceris pater, sed immortalis strenui militis, assidue tamen domi manentis. Neque enim quia non adest, putare debes illum perisse. Etenim si forte abesset peregre filius, non protinus tibi decederet vna cum corporis praesentia, cognitionis vocabulum. Proinde ne sis attentus ad iacentis spectaculum. Nam isto modo resuscitaris aegrimonia: quin potius abduc animam a caduere iacente ad caelum. Non iste est filius quem iacentem vides, sed ille qui auolauit, qui cursu se sustulit in immensam altitudinem. Itaque cum videris oculos oclusos, os contractum, torumque corpus immobile, ne sic tecum cogites, Illud os posthac nunquam loquetur, illi oculi posthac non videbunt, illi pedes non amplius ambulabunt, sed in corruptionem ac tabem abibunt omnia. Ne sic loquaris, inquam, sed his potius contraria: Hoc os melius loquetur, hi oculi meliora videbunt, hi pedes tollentur ultra nubes, hoc corpus quod nunc corrumpitur, induet immortalitatem, ac filium splendidior quam habui recepturus sum. Quod si tibi dolorem conciliant ea quae videntur,

tum ita tecum loquitur: vestimentum hoc est, id exuit, ut idem recipiat preciosius. Domicilium hoc est, ille sublatus est, ut hoc fiat illustrius. Ut enim nos ubi volumus purgare domum, non sinimus illic manere qui inhabitant, quod videlicet absint a puluere ac tumultu, sed illis iussus paulisper sedere, simulatque domicilium sic adornauerimus, ut iam tutum possit incolere, tum illos citra periculum vllum introducimus: ita & deus facit, demolitur illius putre tabernaculum, atque ipsum interim in patriam domum atque ad sese recipit, ut cum tabernaculum repurgatum atque extructum fuerit, tum illi reddat idem splendidius ac praeclearius. Itaque ne dixeris, perit, nec amplius erit. Sunt enim ista verba deo diffidentium: sed ita potius loquere, dormit, ac resurget: peregre profectus est, rediturus cum imperatore. Quis haec dicit? Is qui Christum in se loquentem habebat. Nam si credimus, inquit, quod Iesus mortuus est, & resurrexit, ac viuit: sic & deus eos qui obdormierunt per Iesum, adducet cum ipso. Proinde si quaeris filium, illic quaerito ubi imperator est, ubi angelorum exercitus, non in sepulchro, neque in terra, ne cum ille in tantam sublimitatem sit euectus, tu maneat humi reptans. Ad hunc igitur modum si philosophemur, vniuersum huiusmodi maerorem facile discutiemus. Deus autem omnis consolationis, consoletur corda cum omnium nostrum, tum & eorum qui tali luctu occupantur, & eorum qui alia quapiam molestia tenentur, donecque: ut omni molestia liberentur, ut illis gaudij spiritualis fructum impartiat: denique ut futuri seculi bona adipiscantur, per gratiam ac benignitatem domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

## Homilia secunda.



Ite autem affligimur, pro vestra consolatione & salute, quae operatur in tolerantia eorum malorum, quae & nos patimur, & spes nostra firma pro vobis. Posteaquam exposuit vnam eamque precipuam consolationis ac refocillationis causam, quae erat cum Christo habere communionem, ponit & alteram quam nunc dicit. Haec autem est, quod hinc discipulorum salus parabatur. Itaque ne despondeatis animu, minuit, eod quod affligimur, neque turbemini, neque formidetis, quin potius hoc deberet vobis addere fiduciam & alacritatem. Ni enim nos fuissetis afflicti, vos omnes haec erant in exitum datura. Qui sic, & quo pacto? Nam si nos ob mollitiam ac metum cessissemus malis, nec praedicafsemus vobis sermonem euangelicum, per quem affecti estis cognitionem veritatis, extremis in malis fuisset res vestra. Vides rursus Pauli violentam ac instantem argumentationem. ob quas res illi turbabatur, ab his ipsis eos consolatur. Quod maior est, inquit, acerbitas mearum persecutionum, hoc meliorem spem animis vestris debebat addere, quod eod magis auerescat salus vestra & consolatio. Quid igitur tantum momenti poterat habere ad consolandi rationem, quantum quod per apostoli praedicationem tantum bonorum affecti sint: Deinde ne videatur totam hanc laudem ad se vnum rapere, vide quemadmodum has laudes cum illis comunicet. Cum dixisset, Si verod affligimur, pro vestra consolatione & salute, subiunxit, quae operatur in tolerantia eorum malorum, quae & nos patimur. Quamquam hoc ipsum potius apertius expressit, cum ait hunc in modum, Ut quemadmodum socij estis afflictionum, ita sitis & consolationis. Hic verod tantum subin-

dicat hoc, cum ait, earundem afflictionum, communiscata cum illis ratione. Porro sensus hic est, Non nostri tantum operis est vestra salus, verum est & vestri. Siquidem & nos dum praedicamus, affligimur: & vos dum recipitis sermonem euangelicum, eadem patimini quae nos. Nos quidem, ut vobis impartiamus quae accepimus: vos autem, ut quod docui excipiat, non autem reiiciatis. Quid igitur huic modestiae possit aequari, cum illos tanto inferioribus, in eadem tolerantiae dignitate asciscat, quae operatur, inquit, in tolerantia eorumdem malorum? Neque enim per fidem modo paratur nostra salus, verum etiam per hoc quod talia ferimus ac perpetimur. Quemadmodum enim patriarchas admirandus est & illustris, bonaque corporis habitudine etiam cum artem intra se habet: ceterum cum artem ac vires suas exerit, cum ictus tolerat, cum ferit aduersarium, tum verod maximè clarus est & illustris, eo quod tum maximè profertur bona corporis habitudo, maximeque declaratur quantum arte praestet: Sic nimirum & vestra salus tum magis exeritur, hoc est, ostenditur, auerescit atque intenditur, cum tolerat, cum patitur, cum omnia fortiter sustinet. Nimirum declaratio salutis non in hoc sita est, ut quis alij faciat malè, sed ut ab aliis afficiatur malis. Neque dixit actiue, quae operatur, hoc est se exerit in vobis: sed, quae exeritur: illud significans, quod ad illorum promptitudinem accedens gratia, multum momenti attulerit operans in illis. Et spes nostra firma est pro vobis. Hoc est, etiam si innumerabiles molestias patimini, tamen confidimus futurum, ut ne in vestris quidem persecutionibus deiiciamini: tantum abest ut metuamus ne his quae nos patimur perturbemini, quando tum quoque bona de vobis fiducia sumus, cum ipsi periculis iactamini. Vides quantum illis accesserit profectus ex epistola priore. Siquidem longè magnificè testimonium tribuit illis quam Macedonibus, quos esset ac predicat tota illa epistola. Illis enim metuebat, cum ait: Misimus vobis Timotheum ad confirmandum vos, & ad consolandum super fide, ne quid commoueamini in his afflictionibus: nam ipsi scitis quod in hoc positi sumus. Ac rursus: Propterea non amplius mihi temperas, nisi: ut cognosceret fidem vestram, ne quo pacto tentasset vos ille tetator, & inanis esset labor noster. De his verod nihil simile dicit, sed diuersum potius loquitur: Spes nostra firma est pro vobis, siue consolationem accipimus pro vestri consolatione ac salute, scietes quod quemadmodum participes estis afflictionum, sic estis & consolationis. Etenim quod ob illos quidem affligebant apostoli, monstrauit dicens: Siue affligimur, pro vestri consolatione & salute. Ceterum ostendere vult, quod iidem propter illos solatiu acciperent. Dixit hoc idem superius, licet in genere, Benedictus deus, quod consolatur nos in omni afflictione, ut possimus consolari eos qui sunt in quacumque afflictione. Hoc ipsum autem hic iterum dicit, tum manifestius, tum ad mendendum illorum dolori accommodatius. Siue enim, inquit, solatio refocillamur, pro vestra consolatione. Quod autem dicit, hunc habet sensum: Nostri consolatio, vestri est refrigeratio, etiam si vos verbo non consolentur. Si nos vel parvulum modò respirauerimus, sufficit hoc vobis ad solatium. Et si ipsi solatiu nacti fuerimus, id vobis cedit in solatiu: adeo nostrum solatium, vestrum esse ducitis. Neque enim profectò fiet, ut cum in molestiis fueritis socij, in laetioribus non sitis consortes. Itaque si in omnibus consortes estis, tum in afflictione, tum in solatio, nequaquam inculcabit me cunctationis huius ac tarditatis nomine,

nomine, quādoquidē & affligimur pro vobis, & solatium accipimus propter vos. Nā ne quis illud grauius dictū existimaret, propter vos hęc patimur, addit, & propter vos solatiū accipim⁹: neq; nos soli periclitamur, cū & vos cōfortes sitis earundē afflictionū: vt per hoc quōd illos recipit in periculorū societate, suāq; consolatiois causam ad illos refert, sermonē mitiget molliatq;. Ergo siue affligimur, bono estote animo, quādoquidē hęc ideo perpetimur, vt vestra fides corroboret: siue solatiorefrigeramur, vos & inde gloriāmini, q̄ vestra causa hoc nobis contingit, vt hinc quoq; vobis nōnulla accedat consolatio, dū nobis gaudij participes estis. Porrō vt perspicias q̄ nunc hūc solatij modū sentiat, quē capiebant, non eō tantum, q̄ ab ipsis solatiū acciperet, verū etiā q̄ intelligeret illos in respiratione esse, audi quę sequuntur, quibus hoc idē explanatius reddit, dicens: *Scientes quod sicut estis confortes afflictionū, sic estis & consolationis.* Quemadmodū enim dum nos persecutionē patimur, perinde doletis ac si ipsi pateremini, ita nouimus q̄ dum solatio reficimur, existimetis vos eodē frui. Quid hac anima modesti? Qui in periculis quidē tolerādis tantō superior erat, socios appellat eos, qui ne minimā quidem partē eorum sustinebant. In solatio verō causam totā illis acceptam fert, nō propriis laboribus. Deinde quoniā in genere de afflictionibus locutus est, iam locū exprimit, in quo hęc perpeffus sit. *Non enim volumus vos ignorare fratres, de afflictione nostra quę accidit nobis in Asia.* Hęc autē dicimus, inquit, ne ignoretis quę nobis acciderunt. Volumus em̄ vos scire rerum nostrarū statum, idq; vehemēter facere studuimus, quod sanē maximū amoris est argumentū, quod idem & in priore epistola subindicatum licet animaduertere, cū ait: Osiū mihi apertū est magnum & efficax, & aduersarij multi in ciuitate Epheso. Horum igitur memoriā reficans, atq; enarrans q̄ multa passus sit, ait: Nolo vos ignorare de afflictione quę nobis accidit in Asia. Hoc autem dixit scribens etiā Ephesius. Cū autem Tychicū ad illos misisset, dixit hęc causam absentię, vnde ait: *Vt autem & vos sciatis quo in statu sint res meę, & quid agā, omnia vobis nota faciet Tychicus dilect⁹ frater, ac fidelis minister in dño, quem in hoc ipsum misi ad vos, vt sciatis rerum mearum statum, cōsolenturq; corda vestra.* Quin & in alijs epistolis hoc idē facit, nec id est accessoriū, sed vehemēter etiā necessarium, partim ob charitatē, quam summam habebat erga discipulos, partim ob assiduas tētatiōes, in quibus maximū erat solatiū, vltro citroq; certiores fieri de rerū statu: quō simul & in rebus tristibus prępararet sese, & ad certamē accingeret, essentq; circūspēctiores, & in lætis pariter gauderent. Quanquam hic quidem & incursum tentationū, & quomodo ab his liberatus sit indicat, dicens: *Quoniā supra modum grauati sumus, vltra vires.* Non aliter q̄ nauigium quod ingenti onere mergitur. Ac videtur quidē bis idē dixisse, cū ait, supra modum: &, vltra vires. At qui non sunt hęc idē, sed duo. Etenim ne quis diceret, quid tum? si supra modū fuit periculum, vobis nō erat magnum: subiecit, Et magnum erat, & vires nostras superabat, adeoq; superabat, *Vt de vita quoque desperauerimus:* hoc est, vt ne expectaremus quidē nos amplius victuros: id quod Dauid appellat portas inferorū ac dolores, & vmbra mortis. Hoc videlicet & Paulus hic dicit, periculū sustinuimus, quod omnino mortem gignat,

**A** *Quin & ipsi in nobis ipsis respōsum mortis accepimus, vt ne fidentes esse in nobis ipsis, sed in deo qui excitat mortuos.* Quid est, accepimus respōsum mortis? decretū, iudiciū, & expectationē. Talem enim ipsę res vocē edebant, tale respōsum dabant ea quę tum accidebāt, q̄ omnino moreremur. Verū id nō processit vsq; ad experimentū, sed intra suspiciōē nostram constitit. Siquidē ipsa quidem rerum natura mortem denunciabat: cæterū dei potentia nō permisit, quod illa cōfirmabat, ad euentum progredi: sed non vltra concessit hoc accidere q̄ in nostra cogitatione & expectatione. Quapropter ait: In nobis ipsis mortis respōsum accepimus, non in experimēto. Et quamobrem passus est nos in tantum venire periculum, vt desperaremus, animumque desponderemus? *Ne fidentes, inquit, esse in nobis ipsis, sed in deo.* Hęc autem dixit Paulus, nō quōd ad eum modum affectus esset, absit hoc, sed ita de se loquens alios composit, simul autē & ad modestiā vocare studuit, quādoquidē in progressu dicit: Datus est mihi stimul⁹ in carne, videlicet tentationibus sentiens, ne extollar. Tamen si deus non ob id tantum, inquit, passus est eas incidere, sed aliam ob causam. Quam tandē istam: vt ipsius virtus magis eluceret. Sufficit enim, inquit, tibi gratia mea, propterea quōd virtus mea in infirmitate perficitur. Sed quemadmodū dicebam, nō obliuiscitur Paulus suę cōsuetudinis ac morum, seipsum inter ipsos longē inferiores annumerans, quiq; multa opus habebant tū eruditione, tum correptione. Etenim si vna atq; altera irruens tentatio sufficit ad quibuslibet cōciliandam modestiā, quā fieri potuit vt ille qui mortalium omnium maximē per omnē vitā modestiā erat meditatus, quiq; tam magna multaq; perpeffus fuerat, quāta nō alius hominū, post tot annos, post philosophiā cœlis dignā, tāta opus haberet correptione? Vnde perspicuum est, quōd hic vt sibi magnificē placētes ad modestiā reuocaret, tumidosq; cōpesceret, ita loquitur: *Ne fidentes simus in nobis ipsis, sed in deo.* Ac vide quemadmodū & hic illis medeatur. Tentationes quidem, inquit, permisso dei, vestra causa in nos inciderunt, Tantum honoris vobis habet deus. Siue enim affligimur, inquit, pro vestra consolatione ac salute. Cæterū afflictionū immodica magnitudo propter nos accidit, ne animo efferamur. *Supra modū enim grauati fuimus, & vltra vires, ne fidentes simus in nobis ipsis, sed in deo qui excitat mortuos.* Rursū tacitē meminuit sermonis de resurrectione, de qua tā multa dixerat in priore epistola, à rebus etiam presentibus illam cōfirmans, vnde & adiunxit: *Qui ex tātis mortibus eripuit nos.* Non dixit, ex tantis periculis, simul & intolerabile tentationum pondus indicans, simul & illi de quo dixi sermoni fidē astruens. Quoniam enim futuri tēporis res erat resurrectio, ostendit hanc in singulos etiam dies fieri. Nam quoties deus hominem deuocatum & ad ipsas inferorum portas perductū euocat, nihil aliud exhibet, quā resurrectionem, ab ipsis mortis faucibus retrahens eum qui iā inciderat. Vnde vulgus hominū de his qui post desperationē cōualuerūt à morbo periculoso, aut ex tentationib⁹ intolerabilibus restituti sunt, ita solet loqui: Vidimus resurrectionem mortuorū in hoc homine. *Speramus autem quōd & eripiet, simul & adiuuantibus vobis precando pro nobis, vt in multa facie, pro dono in nos collato per multos gratiā agantur pro nobis.* Quoniā qđ dixerat, Ne simus fidentes in nobis, cōmune crimen & accusatiō quędam

**633** dam esse videbatur, nonnullos illorum tacita significatione denotās, rursū lenit ac mitigat quod dictū est, illorum preces magni præsidiij loco implorās, simul & illud indicans, quōd semper oportet vitā nostram in certamine versari. Nā quod dicit, Speramus autem quōd etiam eripiet, multarū tentationū vim & agmē denunciat, non quōd in periculis essent deferēdi, nequaquā, sed opem auxiliumq; rursū promittit. Ne audientes cōtinenter in periculis versandum esse, cōciderent animo, prius docet quantū utilitatis adferat pericula; velut illud: Ne simus fidentes in nobis ipsis: hoc est, vt in ppetua nos cōtineat modestia, & vt corū salus sese exereret, aliaq; permulta, velut illud, Christo consortem esse. Abundant enim, inquit, afflictiones Christi in nobis. Itē pati pro fidelibus: Siue enim, inquit, affligimur, pro vestra cōsolatione & salute. Præterea illud, Quōd hęc ipsa magis effulget, quę vim, inquit, suā exerit in tolerātia earūdem afflictionū: quodq; fortes ac patientes redduntur: super hęc omnia, quōd resurrectionē etiā videri datur sub oculis resurgentē. Ex tantis enim mortibus eripuit nos. Insuper, quōd ad certamen crāt accincti, ac iugiter ad illum respicerent. Speramus autem, inquit, q̄ etiam eripiet: ad hęc, quōd iugiter essent in precationibus. Sic enim ait: Adiuuantibus vobis precādo pro nobis. Proinde posteaquā ostendit quantum lucri adferant afflictiones, atque hinc illos ad certamen armavit: rursū delinit illorum animos, reddens illorū precibus, siquidē per has nobis Paulum dederunt. Adiuuantibus & vobis orādo, inquit, pro nobis. Sed quid est illud: Vt in multa facie, p̄ eo quod in vos collatū est dono, per multos gratiē agatur. Eripuit nos ex illis mortibus, vobis etiā adiuuantibus orādo pro nobis: hoc est, dum omnes vos vota funditis pro nobis. Donum enim in nos collatū [hoc est, salutem nostrā] voluit omnibus largiri, vt multæ personæ ipsi gratias agerent, eo quōd multæ donū illud accepissent. Cæterū hęc loquitur simul vt illos extimulet ad orandum pro alijs, simul cōsuefaciens eos, vt pro his quoq; quę alijs euenerūt, gratias agāt deo, significās hoc ipsum maximē deo quoq; gratū esse. Etenim qui studuerint pro alijs orare, multo magis vtrunque facturi sunt pro seipsis. Ad hęc autē & modestiā illos docet, & ad flagrantiorē charitatem prouocat. Nā si ipse, qui tāto erat illis sublimior, eorum tamē precibus seruatus fuit, vt ait, atque si donū erat quōd deus ipsum donauerat illorū precibus: cogita quo animo oporteat illos esse, quantaq; vti modestia. Tu quoq; iam & illud mihi cōsidera, q̄ etiam si quid deus præstat ex misericordia, tamē multū hic momēti adferat deprecatio. Initio siquidem misericordiis dei salutē suam acceptam ferebat. Deus, inquit, misericordiarū ipse nos eripiet. hic verō illorū etiam precibus acceptā refert. Nam & illum qui tam multa talēta debebat, vbi procubuisset ad genua, miseratus est. Sic enim scriptū est: Misericordia motus, dimisit illum. Quin & Chananaæ post multā instantiam, & improbos clamores, tandem largitus est filię salutem, & tamen illā ex misericordia seruauit. Hinc itaque discimus quōd quanquam misericordiam sumus experturi, tamē vt nos ipsos prius misericordia dignos præbeamus oportet. Est quidem misericordia, tamen ea dignos requirit, nec temere obtingit quibuslibet, nec offertur iis qui brutis sunt affectib⁹, & vbiq;

**A** nec se sentiūt egere misericordia. Miserebor, inquit, cuiuscunq; miseratus fuero, & miserebor quęcunq; cōmiseratus fuero. Vide igitur quid hic dicat, Adiuuantibus & vobis deprecando. Nec totū illis tribuit, ne eos extollat in superbiā: neque prorsus submouet eos à cōfortio beneficij, vt illos exhortetur, reddatq; prōptiores, denique vt illos inuicem conciliet. Eoq; dicit: Vobis eam incolumitatē donauit deus. Siquidem deus frequenter reueretur multitudinē vnanimem & consentientē in precando, vt veluti pudore victus nō ausit illis negare. Vnde & propheta dixit: Ego verō non parcā huic ciuitati, in qua habitant plusquā quinquaginta millia virorū. Deinde ne putes deo opus esse multitudine, ait: Si fuerit numer⁹ Israël vt arena maris, reliquię saluę erūt. Quomodo igitur seruauit Niniuitas? quoniā non solū erat multitudo, sed multitudo cū virtute: per pœnitentiā enim respicit vnusquisque à via sua peruersa. Porrō seruās eos dicebat, quōd non nossent dextrā suam aut sinistrā. Vnde liquet quōd & prius ex simplicitate lapsi sint magis quā ex malicia: liquet, inquam, ex eo quōd paucis admoniti verbis immutati sūt. Quod si quinquaginta milia potuissent sufficere ad seruandos illos, quid vetabat quōd minus & antē seruati fuerint? Et quā ob causam nō ita loquutus est propheta: Ego verō non parcā ciuitati sic immutata, sed ex superfluo inducit quinquaginta milia mētionem? Nam quod erat futurū, id perspicuū erat propheta, videlicet illorū immutatio. Numerus autem ac simplicitas erat incognita. Iraque vult illos vndique permollire. Valet enī & multitudo quoties adest virtus. Idē & alibi declarat scriptura, dicens: Deprecatio autem erat assidua, quā ab ecclesia pro illo fiebat ad deum. Ea q; tātum valuit, vt & clausis etiam ostiis, & catenis vrgentibus, & vtrinq; iuxta dormiētibus custodibus eduxerit apostolum, & ab omnibus illum liberarit. Verū vt plurimū valet cū adest virtus: ita si adsit malicia, nihil prodest multitudo. Siquidē Israëlita, de quibus dictum est quōd numerus illorū esset velut arena maris, omnes perierunt. Quin & hi qui vixerunt tēporibus Noë, adeo multi erant vt essent infiniti, nec ea res quicquā illis profuit. Per se enim nihil valet multitudo, sed si in partem accesserit. Studeamus igitur iungi in precibus, ac pro nobis inuicē oremus, quēadmodum illi pro apostolis. Ita & præceptū implemus, & ad dilectionē exercemur, (cum autem dico dilectionē, omnia bona complector) discimusq; studiosius gratias agere. Si enim p̄ alienis cōmodis gratias agimus, multo magis id faciemus pro nostris. Hoc & Dauid faciebat, dicens: Magnificate dominum mecum, & exaltemus nomē ei⁹ in idipsum. Hoc & Apostolus vbiq; requirit, hoc idem & nos faciamus, ac dei in quoscunq; beneficentiam celebremus, vt gratiarum actionis cōfortes nāciscamur. Etenim si beneficio quopiā ab hominibus affecti, dū illud prædicamus, prōptiores illos ad benefaciendū reddimus: quanto magis si dei beneficia commemoramus, ad maiorem illum benevolentiam excitabimus? Et si cū ab hominib⁹ beneficiū accepimus, alios quoque prouocamus ad cōmunem gratiarum actionē, multo magis ad deum inuitādi sunt, qui pro nobis gratias agant. Nam si Paulus hoc facit, cui tāta erat fiducia, multo magis vt nos idem faciamus necesse est. Obsecremus itaq; sanctos, vt pro nobis gratias agāt, & ipsi pro nobis hoc agamus multo



tuo. Hoc quid est præcipue sacerdotum munus, vt omnium optimū. Accedentes enim, prius pro terrarū orbe, proq; publicis bonis gratias agimus. Quāquam enim beneficia dei cōmunia sunt, tu tamen in hac cōmunitate seruatus es. Itaque pro priuata etiā vtilitate in cōmune gratias oportet agere, & pro publica priuatā par est rependere gratiarum actionem. Nā Solem deus accendit non tibi vni, sed & in cōmune omnibus. At interim totū habes. Tantus enim factus est, vt in cōmune sufficeret omnibus, rūque solus tantū, quantum intuetur omnes homines. Itaque æquum est vt pro cōmunibus cōmodis gratias agas, & pro aliorum virtute, eò quod per alios nobis multa obtingunt bona. Nā si decem iusti reperti fuissent in Sodomis, haudquaquā passi fuissent quæ passi sūt. Ergo pro aliena quoq; fiducia gratias agamus, eaq; cōsuetudo iā olim in ecclesia plātata est. Sic & Paulus gratias agit pro Romanis, proq; Corīthiis, proq; vniuerso terrarum orbe. Neq; verò mihi dixeris, nō est hoc meum benefactum. Etenim vt tuum non sit, tamen debes agere gratias, quod tale est tuum membrū. Quāquā & alio qui quod alienum est, tuum facis per gratiarū actionem, efficerisq; coronæ participes, & ob eā rem capies & ipse donum. Eoq; preces ad hunc fieri modū iubet ecclesiæ consuetudo, nō solum eas quæ funduntur pro fidelibus, verū etiam eas quæ suscipiuntur pro catechumenis. Siquidem cōsuetudo fideles excitat ad supplicādum pro nondū initiatis. Cū enim diaconus dicit, Pro catechumenis instāter oremus, nihil aliud quā vniuersum fidelium populū hortatur vt pro illis oret, licet tū adhuc alieni sint catechumeni: nondū enim pertinent ad corpus Christi, nōdum mysteriorum participes facti sūt, sed adhuc à spiritali grege diuisi sunt. Quod si pro his obsecrādum est, longè magis id faciendum est pro mēbris nostris. Ob hoc autē ait, instanter oremus, ne velut alienos auerferis, ne velut peregrinos pro ignotis habeas. Nō enim habēt preces legitimas, atq; à Christo inductas, nōdum orādī fiduciam sortiti sunt, sed egent interuētū aliorum qui sacris initiati sunt. Adhuc stāt extra atria regalia, procul à sacris cancellis, & ideo tremendas illas preces, quæ fieri solēt, impertimur illis: ideo diaconus hortatur te, vt ores pro illis, vt tua fiat mēbra, vt nō amplius sint hospites & alienati. Nā quod dicitur, oremus, non tātum sacerdotibus dicitur, verū & his qui populum cōstituunt. Item cū dicit, Stemus honeste, oremus, vniuersos hortatur ad orādum. Mox preces exordians, dicit: Vt misericordissimus ac miserationum deus ipse exaudiat preces illorum. Etenim ne dicas, Quid oremus? alieni sunt: nondū coagmentati corpori, quo modo possim efficere vt deus reueratur preces meas? quo pacto possum ab illo impetrare vt impertiat eis misericordiam ac veniam? ne hæc inquā quærens hæreas, vide quo modo tuam soluat hæsitacionem, dicens: vt misericordissimus deus. Ne posthac hæsites, Qui totus est misericors, miseretur omniū tum peccatorū, tum amicorum. Ne dixeris igitur, Qua fronte accedā intercessurus pro illis? ipse exaudiet preces illorū. Verum catechumenorū deprecatio quænam potest esse, nisi ne maneāt catechumeni? Post hæc præit deprecationis modum. Quis autem est ille: vt deus aperiat aures cordiū illorum. adhuc enim obturatæ sunt & occlusæ. Cæterū aures nō has dicit externas, sed ani-

mi, vt audire possint, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Nōdum audierunt mysteria, quæ fas nō est efferre, sed vt cūq; procul & eminus stāt. Iam verò vt audiant, non percipiunt tamen quæ dicuntur, quod ea multā desiderant intelligentiā, nec satis est vt audiātur. At isti nōdū intus habent aures, eoq; precamur illis donū prophetiæ. Sic enim ppheta loquitur: Deus dat mihi linguam eruditā, vt scīa quando oporteat proferre sermonē, quoniā ipse mihi aperit os, dedit mihi manū, addidit mihi aurē audientem. Quemadmodū enim propheta secus audiunt q̄ vulgus, sic & fideles aliter audiunt q̄ catechumeni. Hic dicit etiā ipse catechumenus se hæc non discere ab hominibus, neque audire. Ne vocetis igitur, inquit, vobis magistrum super terrā, sed à supernis & è cœlis eum expectate. Nā erunt oēs à deo dociles, eoq; dicitur: & erudiet illos verba veritatis, ita vt internè infundatur eis, eo q̄ nondū sciunt quomodo oporteat ipsos scire verbū veritatis. Vt seminet semen timoris sui in illis. Verū id nō est satis. Nā aliud cecidit iuxta viam, aliud petra excipitū est. Cæterū nos non isto modo postulamus, sed quemadmodum in pingui solo sulcos aperit aratū, ita rogamus vt hic itidē fiat, vt in profundo mentis innouati recipiant iniectum semē, & quicquid audierint, diligenter cōtineant. Vnde & addit dicens: Et cōfirment fidē dei in animis illorum: hoc est, non inhæreāt in superficie, sed in profundo radicē agant. Vt pateat illis euangeliū iustitiæ. Ostendit duplex operimentum, alterū in hoc quod oculi mentis illorum occlusi sunt, alterum in hoc quod illis celatū est euangeliū: eoq; supra dixerat, vt aperiat aures cordium illorū, hic verò, vt pateat illis euangeliū iustitiæ: hoc est vt illos sapiētes reddat & idoneos ad excipiendum quod traditur, vtq; doceat illos, & semen iniiciat. Nā & si iā essent idonei, nihil profuerit nisi deferarit. Quod si ille quidē referaret, hi verò nō acciperent, rursus eodē iactura reuolueretur. Vnde postulamus vtrumque, vt & aperiat corda, & patefaciat euangeliū. Nā si regales opes iacerēt superiecto velo recte, nihil prodesse oculis intuentiū, quemadmodum nec apertæ prodesse oculis nō vigilantium. Horum autē vtrumque fit, si illi prius voluerint. Quid autem est euangeliū iustitiæ? quod reddit iustos. His verbis pellicit illos ad cupiditatē baptisimi, demonstrās quod euangeliū nō solum remittit peccata, sed & iusticiā parit. Vt det illis mētem deo afflatam, sobriam cogitationē, & vitā cum virtute coniunctam. Audiant fideles qui negociis mundanis affixi sunt. Nā si nōdū initiatis iubemur ista petere: cogita quibus in rebus versari deceat eos qui hæc aliis postulat. Oportet enim habere vitā euangelio respondētē, eoq; precandi consuetudo à dogmatibus ad vitam transit. Cū enim dixisset, vt pateat illis euangeliū, subiunxit, vt det illis mentē deo afflatā. Quid est autē mens? vt deus eam inhabitet. Habitabo, inquit, in illis, & inambulabo. Nam cū inens reddita fuerit iusta, cum exuerit peccata, fit domiciliū dei. Cū autē deus illā inhabitat, nihil humani residuum est. Atque ita fit mens? vt deus, omnia loquēs diuinitus, vt pote domiciliū inhabitātis dei. Qui turpiloquus est, profectò non habet mentem? vt deus, neq; qui facetis & ridiculis delectatur, sobriā habet cogitationē. Et quid tandē est, cogitationē habere sobriā? nimirum animi sanitatē habere. Itaq; qui malarum rerum cupiditate

piditate detinetur, stupēs ad ea quæ sunt huius seculi, nequaquā esse potest sobrius, hoc est integre mentis: & quæadmodum qui morbo laborat, appetit ea quæ nō oportet, similiter & hic. Et vitā cum virtute coniunctam. Siquidē dogmata, vitæ accessionē desiderant. Audite hæc qui sub finē vitæ ad baptisimum venitis. Nos oramus, vt post baptisimū etiam vitam honestā habeatis: tu contra studes, nihilq; non facis, vt hinc migres absque bona vita. Quid autē refert si iustus fias, sed sola fide? At nos optam⁹, vt etiā ex benefactis habeas fiduciā, vt iugiter quæ dei sunt cogites, quæ dei sunt sentias, quæ dei sunt mediteris: qui sobriā cogitationē vitamq; honestā, non ad vnū dūtaxat diē, neq; ad duos, neq; ad treis, sed per vniuersam ætatē torāmq; vitā postulamus, deniq; fundamentum bonorū omniū, quæ dei sunt sapere. Nam pleriq; quæ sua sunt quærunt, nō quæ Iesu Christi. Quonā igitur pacto hoc fieri poterit? Oportet enim precibus & nō strā adiungere industriā, si in lege eius meditetur die ac nocte. Vnde & hoc adiungit in prece, dicens: Et in lege eius versetur. Quæadmodum autē superior dixit, per omne tēpus, ita hic dicit, die ac nocte. Itaq; pudet me istorū qui vix semel quotannis apparent in ecclesia. Quā enim habere possunt excusationem, qui cū iubeantur noctes ac dies non tantū colloqui cū lege domini, sed in ea versari, hoc est in ea deliciarī, ne minimā quidem vitæ portionē huic studio dant, vt eorū quæ lex docet, meminerint, eiūsque iustitias seruent? Vides catenā optimā, & quomodo horū singula sibi cohærēt, multò tum firmitus, tū decentius posita q̄ vlla catena aurea. Siquidē precatus mētem afflatam deo, docet qua ratione hæc parare valeat. Qua porrò ratione id fiet? Si iugiter in lege meditetur. Atque hoc rursus quo pacto cōtingit? Si iugiter mentē habeat legi intentā. Sed quomodo id persueri possit hominibus? Si præcepta eius obseruent. Quin potius attentio legis gignit præceptorū obseruationē: quemadmodum ex eo q̄ quæ sunt dei sapis, quodq; mentē habes deo afflatā, nascitur legis mediatio. Nā horū singula velut anser & opitulatur proximis, & à proximis adiuuantur, vt & contineant, & contineantur. Iterum pro eis instantius obsecremus. Semper enim in prolixo sermone somnus obrepere solet animo. Rursus illū excitat, eò q̄ ingentia quædam postulare cupit ac sublimia. Vnde dicit: Instātius pro illis obsecremus. Quid est hoc? Vt eximat eos ab omni malo & absurdo negotio: hinc & illud, ne veniāt in tentationē precamur, vt illos ab insidiis omnibus liberet tū corporalibus, tum spiritalibus. Eoq; subiicit, ab omni peccato diabolico, & ab omni circūuentione aduersarij, de tētationibus ac peccatis sentiēs. Peccatū enim maximè circūuallat vndiq; vrgens & obsidēs, & à frōte, & à tergo, atq; ita nos prosternēs. Iam quonā exposuit quæ fieri à nobis decet, videlicet vt in lege versetur, vt illius præcepta meminerimus, iustitias eius seruem⁹: persuadet deinceps q̄ nec ista quidē sufficiunt, nisi ipse adsit deus & opuletur. Nisi enim dominus ædificauerit domū, inuanū laborauerunt qui ædificant eā, præsertim in his qui adhuc expositi sunt diabolo, illiūsque subsunt imperio. Atq; hæc quidem scitis, qui estis initiati mysteriis. Superest vt memineritis illorum verborum, quibus satanæ tyrannidi renunciaistis, cum flexis genibus & ad Imperatorem sumpta fiducia, tremenda illa verba pronunciaretis, per quæ docemur nusquam omnino ty-

ranni iussis parendum esse. Cæterū aduersarium illū ac diabolū appellandum, & deum incusat apud homines, & nos apud deum, & rursus nos inuicem inter nos. Olim quidem Iob incusauit apud deum, cū diceret: Num gratis Iob colit deū? Et contra, deū apud Iob, Ignis descendit è cœlis. Similiter deū insimulauit apud Adam, cū diceret futurū vt aperirentur illorum oculi, quæadmodū & apud plerōsq; horū temporum homines, dicens: Visibilia rerum nullā habet deus prouidentia, sed res hominū permittit demōnibus. Quin & apud Iudæorum vulgus Christū insimulabat, impostorem ac deceptorem illū appellans. Sed forsitā erit, qui cupiet audire quo pacto vim suā exerat: cum mentem reperit non afflatam deo, cū non inuenit sobriam cogitationem, tum in desertum irrumpit animum: cū nō meminit præceptorum dei, nec obseruat iustitias eius, tum captiuū abducit. Itaq; si Adam meminisset præcepti, dicentis, Ex omni ligno edes: aut seruasset iustitiā quæ dicit, Quocunq; die ederitis, morte moriemini: nō ea passus esset, quæ passus est. Et vt dignetur illos in tempore opportunō lauacro regenerationis, remissione peccatorū. Quædam enim præsentia postulamus, quædam autē futura, ac philosophamur de lauacro, & in ipsa prece docemus eos nosse vim lauacri. Post hæc enim iam sermo consuefacit illos, vt intelligant q̄ id quod illic agitur est regeneratio, quodque iterum nascimur ab aquis, velut à vulua, ne iuxta Nicodemū dicant, Qui potest aliquis nasci cū sit senex? num potest in ventre matris intrare, & nasci denuo? Cæterū quonā dixit remissionē peccatorum, hanc in sequentibus docet, dicens: Et vestimento incorruptibilitatis. Etenim qui filium induit, incorruptibilis redditur. Sed quid est, in tempore opportunō? Vbi bene fuerit animo cōpositus, vbi cum alacritate fidēque accesserit. Nam hoc tempus est opportunū fidelibus. Vt benedicat ingressus & egressus illorū per omnē ipsorum vitā. Hinc verò etiam. corporale quiddā petere iubentur, vt potè adhuc imbecilles. Domo illorū ac familiam, hoc est siue famulos habeāt, siue cognatos, siue quos alio modo propinquos. Siquidē hæc erāt vetustæ legis præmia. Neq; tum quicquā æquè videbatur acerbū, atq; viduitas & orbitas, vt luctus intempestiui, vt in fame viuere, vt rerū improspere successus. Atq; hanc sanè ob causam permittit in his quoq; magis ad corpus q̄ ad animum pertinentibus immorari preces illorum, quos mox tamen erigit. Hoc enim facit Christus, hoc idem & Paulus, dum veterū meminit benedictionū. Christus enim ait: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Paulus autē: Honora patrē tuum ac matrem, & eris longæuus super terrā. Vt liberos illorum augeas, vt auctos benedicas, & ad mēsurā ætatis perductos reddas sapientes. Rursus hic iungit corporale cum spiritali, quippe adhuc infirmioribus, & infan-tili affectu. Quod sequitur totū est spiritale. Vt dirigas illis omnia quæ optant ad vtilitatē. Non simpliciter dixit, quæ optant, sed addit, ad vtilitatē. Frequēter optatur peregrinatio, sed non conducit: aut aliud simile, sed non expedit. Ex his docentur in omnibus deo gratias agere, velut accidant ad ipsorum vtilitatem. Post hæc iubet illos surgere. Nam prius illos humi prostrauerat. Postquam postularunt quæcunq; desiderabāt, ac iam fiducia pleni sunt, erigit illos sermo, iubetque illos assiduos esse in precibus ad deū. Nam quædam ipsi loquimur, quædam illis manda-

mus, iā precādi fores eis aperiētes: sicut pueros in itō docemus ipsi, deinde iubem<sup>o</sup> eos per se loqui, ita dicentes: Angelum pacis postulate catechumeni. Nam est angelus qui vindictam adfert, veluti cūm dicit: legationē per angelos malos: est angelus pernitiē adferēs, capropter iubemus illos petere angelum pacis, docentes illos, vt quod est omniū bonorum vinculū quærant, videlicet pacem, vt liberentur ab omni pugna, omniq; bello, ab omni seditione. Pacifica vobis omnia sint quæ obtingunt. Nam etiā si cui quid acciderit graue, modò pax adsit, leue est. Eoq; Christ<sup>o</sup> dixit: Pacem meā do vobis. Nulla sunt enim arma tam valida diabolo, q̄ pugna, q̄ inimicitia, q̄ bellum. Pacificum hunc præsentem diē, & omnes vitæ dies vobis petite. Vides rursus, vt omnem vitā in virtute trāfigi iubet. Christiana vestra vctigalia. Quod est caput bonorū, quod honestū est, idē & vtile est. Quod honestum non est, id ne vtile quidē est. Alia est apud nos vtilium natura, præter vulgi opinionem, videlicet vt ipsi nosmetipsos viuenti deo & Christo commendemus. Nōdum de cæteris præcipimus illis, sed tamē charitatis est, & pro illis orare, vt possint. Vides absolutam precationem, tum q̄ ad dogmata, tum q̄ ad vitam attinet. Etenim cum dicimus euangelium, cūm indumentum incorruptibilitatis, cūm lauacrum renaſcentiæ, omnia dogmata cōplectimur. Cū mentem afflatam deo, cūm sobriā cogitationē, cūm reliqua quæ cōmemorauimus, mores vitæque denotamus. Post hæc iubemus illos inclinare capita, hoc pacto significantes exauditas esse preces, ac deū illis benedicere. Nō enim iam homo est qui benedicat, sed per illius manū ac linguā offerimus imperatori capita præsentium, & vniuersus populus acclamat. Amē. Sed cuius rei gratia dicta mihi sunt hæc oīa? Videlicet vt doceā oportere nos quærere, non quæ nostra sunt, sed quæ aliorū, ne fideles existimēt nihil cum illis agi cū hæc dicuntur. Nec enim diaconus parietibus dicit, Orem<sup>o</sup> pro catechumenis. Sed quidā adeo sunt incogitantes, stulti, ac dissoluti, vt non solum eo tēpore quo hæc aguntur cum catechumenis, verum etiā in his quæ aguntur cū fidelibus, stent & fabulentur. Hinc subuersa sunt omnia, hinc perierunt omnia, & quidē eo tempore, quo maximē deus erat placandus, illo magis irritato discedimus. Nā pro fidelibus, pro episcopis, pro presbyteris, pro regib<sup>o</sup>, pro magistratibus, pro terra & mari, pro aère, pro toto terrarū orbe iubemus adire benignū deū. Itaq; cūm debeamus tantam habere fiduciam, vt & pro alienis debeamus orare, ac ne pro nobis quidē ipsis vigilāter precemur: quæ nobis erit excusatio, quæ venia? Quapropter exhortor, vt his omnibus perpēsis, noueritis tempus deprecationis, ac tum ita sublimes efficiamini, vt relicta terra cœlorū ipsorū conuexa attingatis, vt deū nobis propitium reddere possimus, vtq; promissa bona consequamur: id quod nobis omnibus cōtingat, gratia & bonitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium, in secula seculorum, Amen.

Homilia iij.

**N**am hæc est gloria nostra, testimoniū conscientie nostræ, quod in simplicitate & sinceritate, non sapientia carnali, sed in gratia dei, conuersati sumus in hoc mundo. Hic rursus & aliud solatij argumentum nobis aperit, haud quaquam leue, sed profus ingens ac satis efficax, vt mentem nostrā dum periculis mergitur, erigat. Quoniam enim dixerat, Deus nos eripuit & suis

Hic sup. b

A misericordiis & vestris precibus, quod erat totius rei summa imposuit. Ne hic auditorem supinum & oscitantem redderet, si tantum dei misericordiis, & aliorum precibus confideret, ostendit q̄ & ipsi ex sese nō mediocre momētū attulerint. Id quod & in superioribus declarauit, dicēs: Quemadmodū abundant afflictiōnes Christi, abundat & solatium nostrū. Hic & aliud quoddā propriæ industriæ demonstrat officij. Quod tandem illud? In pura, inquit, conscientia, sincereque mente vbiq; terrarum conuersamur. Hoc autem non leue momentū habet ad consolandum ac refocillandum nos. Imò non solum ad consolandum, sed etiam ad aliud quiddā, quod multò maius est cōsolatione, nimirum etiam gloriationem adducens. Hæc autem loquitur partim illos erudiens, ne despondeat animū in afflictionibus, sed corroborentur potius, cūm purā habeant conscientiam: partim tacitē taxans pseudoapostolos. Et quemadmodū in priore epistola dixerat: Misit me dominus, vt prædicem euangelium, non in sapientia sermonis, ne euacuetur crux Christi, & ne fides vestra sit in sapientia hominū, sed in virtute dei. Sic & hic, non, inquit, in sapientia, sed in gratia Christi. Porro & aliud quiddam subindicauit, cum ait, Nō in sapientia: hoc est, non in doloſitate, & hic feriens externam eruditionem. Nam nostra, inquit, gloriatio hæc est, testimoniū conscientie nostræ. Hoc est: conscientia nostra, quoniam non potest condemnare nos quasi factis improbis à recto discesserimus, etiam si innumera patiamur acerba, etiam si vndique feriamur ac periclitemur, sufficit nobis ad solatium, imò nō tantum ad solatium sufficit nobis pura conscientia, verū etiam in hoc vt coronemur: dum præbet nobis testimoniū, q̄ nihil cōmiserimus mali, sed iuxta dei placitum hæc perpetimur ob virtutem, ob philosophiā, ob multorum salutem. Itaque prima illa cōsolatio veniebat à deo: hæc autem ab ipsis, & à vitæ rectitudine simul inducta est, eoq; vocat illam gloriationē, quod ipsorum propria virtute parta esset. Quæ est igitur ista gloriatio, & cuius rei testis est nobis conscientia? Quod in sinceritate. Hoc est, quod nihil doloſum, nihil per hypocrisim, nihil per ironiam, nihil per adulationē, nihil per insidias fraudēſve gessimus, nec per aliud quicquam eiusmodi: sed in omni libertate, in simplicitate, in veritate, in pura & innocente mente, in animo doli nescio, nihil habentes adumbratum neque suppuratum. Non in sapientia carnali. Hoc est, non in astutia, neque versutia, neque in admirabili sermonis artificio, neque in perplexis sophismatibus. D Nam hanc vocat carnalem sapientiam, vnde illi vehementer tumbant. Hoc igitur abnegat Apostolus ac discutit, ex eo quod est longè præstantius: ostendens hoc nequaquam esse dignum de quo quis gloriatur, scēque non tantum nihil tale desiderare, verum etiam aspernari, ac probri loco ducere. Sed in gratia dei conuersati sumus in hoc mundo. Quid est gratia dei? Sapientiam ab illo nobis donatam, vires ab illo dadas, declarantes, idque per ipsa miracula, per hoc quod sapientes vicerimus, quod rhetores, quod philosophos, reges, populos, cūm simus idiotæ, nihilque mundanæ sapientiæ ad hoc negocium attulerimus. Neque verò vulgaris est hæc tum cōsolatio, tum gloriatio, sibi concios esse, quod humanis viribus vti nō sint, sed diuina gratia rectē gesserint omnia. Ita nō Corinthi tantum, sed vbiq; terrarum. Abundantius autem apud vos. In gratia dei cōuersati sumus. Quādoquidem

quidem & signa & miracula apud vos edidimus, tum & accuratiore diligentiam, & vitam irreprehensibilem exhibuimus: Nam & hoc appellat dei gratiā, sua quoq; benefacta illi ferēs accepta. Illic enim vltra septa progressus fuerat, gratuito docens euangeliū, vt illorū parceret imbecillitati. Non enim alia scribimus vobis quam quæ legitis & quæ agnoscitis. Quoniam autem visus est de se magnificē prædicasse, atq; ipse sibi testis esse, quod inuidiosum esse solet, rursus illos citat testes eorū quæ dicuntur. Ne quis, inquit, existimet quæ narrauimus esse verborū fumos, quādoquidē ea vobis significamus, quæ nostis ipsi, & de quib<sup>o</sup> nos nequaquam mentiri, non alij magis testes esse possint q̄ vos. Cū enim legitis, agnoscitis, q̄ quorum nobis in factis ipsis estis cōscij, eadē in epistolis loquimur, nec vſquā vestrum testimoniū meis epistolis aduersatur, sed lectioni cōsentit cognitio, quam prius conceptam habebatis de nobis. Quemadmodum & agnoscitis nos ex parte. Neq; enim ex aliorū narratione cognouistis quæ gessimus, sed ipsa experientia. Quod autē addit, ex parte, modestiæ causa adiecit. Nam hic Paulus mos est, si quando coactus necessitate, neq; enim aliās hoc facit, dixit aliquid de se magnificētius, proterius sermonis saltum studet corripere. Spero autem quod & vſque ad finem cognoscetis. Vides rursus vt à præteritis fidē conciliat futuris, non autem à præteritis solum, verum etiā à dei potentia. Neq; enim simpliciter pronunciauit, sed totū in illum reiecit, & quæ in illum est spes. Quoniam gloria vestra sumus, quemadmodum & vos nostra in die domini nostri Iesu Christi. Hic superioribus dictis adimit inuidiā, dum illos in partem recipit, facitq; gloriæ confortes, quæ ipsius præclare gestis debebatur. Nō enim intra nos consistit hæc gloria, verum & in vos dimanat, ac rursus à vobis in nos. Posteaquam autem extulit seipsum, ac præteritorum ostentationē exhibuit, & de futuris spondit, ne qui audiebant, illum insimularent arrogantia, neve prouocarēt ad inuidiā, communicat cum illis gloriationem, dicēs harum laudum coronā & ad illos pertinere. Nā si nos, inquit, tales appaream<sup>o</sup>: vestra laus, est vestra gloria, quemadmodum & nos, quoties vos laudē assequimini, exultamus, gestimus, coronamur: rursus & hoc sermone singularē suam modestiā declarans. Non enim vt præceptor discipulis, sed quasi discipulis æqualis loquatur, ita sermonem temperat. Vide verò vt illos in altū erigit, ac philosophiæ plenos reddit, relegās ad illum diem. Ne, inquit, loquamini præsentia, hoc est probra, cōiucia, dicteria, qualia loquitur hominum vulgus. Neque enim quæ hic sunt quicquam habent magni, neq; quæ vidētur suauiā, neque tristia, non cauilli, non laudes ab hominibus veniētes: sed memineritis, inquit, mihi illius diei metuendi tremendiq; in quo retegētur omnia. Tum enim [nos in vobis] & vos in nobis decorabimini, cū liquebit vos habere tales magistros, qui nihil humanum docent, neq; vitā habent vlli vitio obnoxia, nec vllam mali ansam dederūt: & nos qui tales habemus discipulos, puros ab humanis cupiditatibus, neq; vacillātes, sed qui alacriter omnia sustinent, nec vlla ex parte verbis circūueniuntur. Quādoquidē hæc nunc quoq; perspicua sunt cordatis, tunc perspicua futura omnibus. Itaque etiam si nunc affligimur, habemus & hoc haud leue solatium, nunc quidem à conscientia, tum verò ab ipsa rei luce. Nam nunc quidē conscientia nostra nouit, quod per gratiā dei facimus omnia;

Tomus quartus.

A quemadmodum vos quoq; scitis & scietis: tum verò etiam vniuersi homines cognoscent tum nostra, tum vestra, conspicientq; nos alteros alterorū gloria clarēscere. Ne enim videatur ipse sol<sup>o</sup> illustris, & illis tribuit gloriādi causam, & à præsentibus molestis auocat: quodq; in cōsolatione fecerat, cum diceret, Propter vos cōsolationē accipimus: idē & hic facit, dicēs: Propter vos gloriamur, sicut & vos propter nos: vbiq; confortes illos faciens omnium, cōsolationis, afflictionum, suæ salutis, quandoquidē hanc incolumitatem suam illorum precibus fert acceptam. Adiuuantibus, inquit, vobis precādo, eripuit nos deus. Similiter & gloriationem facit communem. Quemadmodum illic dixit: Scientes q̄ quemadmodum confortes estis afflictionū, ita estis & cōsolationis. Itidē hic, gloria vestra sumus, sicut & vos nostra. Atque hæc re fretus, volebā prius venire ad vos. Quare fret<sup>o</sup>? Quia magno opere confido de vobis, quia q̄ glorior de vobis, vestra est gloria, q̄ vehementer vos amo, q̄ nullius mali mihi conscius sum, q̄ mihi persuasum habeo cuncta nostra spiritalia esse, deniq; q̄ vos harum rerū testes habeo. Volebam venire ad vos, ac per vos transire in Macedoniā. Atqui diuersum pollicitus est in epistola priorē, ita loquens: Veniam ad vos cūm Macedoniā pertransiero, per Macedoniam enim iter faciam. Quis factum est igitur, vt hic loquatur sibi pugnancia? Absit vt apostolus sibi pugnancia loquatur: nam hæc contraria sunt his quæ scripserat, nō his quæ volebat. Eoque non hic dicit, Scripsi me transiturum per vos in Macedoniā: sed, volebam. Nam & si hoc nō scripsissem, attamen illud conabar ac volebam & priusquā venire ad vos: tantum aberat vt promissis vellem deesse, vt & has literas præuenire voluerim. Vt secundam gratiam habeatis. Quid est, secundā? vt duplam gratiam habeatis, alterā per epistolā, alteram ob præsentiam. Porro gratiam hic appellat gaudium. Et per vos proficisci in Macedoniā, & rursus à Macedonia venire ad vos, atq; à vobis deduci in Iudæā. Hoc igitur cū vellem, nunquid leuitate sum vsus? Hic iam protinus deprecatur culpam cōtationis & absentia. Quod em̄ dicit, tale est: Volebā venire ad vos, quam igitur ob causam nō veniebam? An q̄ leuis essem, lubricaq; fide? Nam hoc est quod ait, nū leuitate sum vsus? Nequaquam. Sed quā ob causam? Quoniam quæ cogito, non secundum carnem cogito. Quid est nō secundū carnem? non carnaliter cogito. Vt sit apud me quod est, est, quod non, non. Verum & hoc adhuc obscure dicitur. Quid est igitur quod dicit? Carnalis homo, hoc est, qui reb<sup>o</sup> præsentib<sup>o</sup> addictus est, atq; in his perpetuò versatur; quiq; seclusus est ab operatione spirit<sup>o</sup>, quoquod versum abire potest, & oberrare quò voluerit. Cæterū qui minister est spiritus, quoniam ab illo agitur & circumagitur, non potest vbiq; suæ sententiæ compos esse, quā habet à spiritus autoritate pendentem: sed hominem eiusmodi patientem esse oportet, vt pote seruum probum, qui vbiq; iussis herilibus obsecundat, quiq; sui potestatis non habet, vt vel paulisper respiret, aut aliquid vel pusillum conseruis polliceatur. Id si fecerit, & mox seculus domino visum fuerit, nō præstabit quæ pollicitus est. Hoc igitur ait: Nō cogito secundū carnē, neq; sum alienus à gubernatione spiritus, neque mihi potestas est eundi quò vellem, propterea q̄ paracleti dominio subditus sum, huiusque iussis ac decretis agor ac circūagor, hanc ob causam nō potui venire, quia secus visum sit spiritui. Quod idē in his quæ gerimus, fre-

Hic sup. b

Ibidem.

1. Co. 16. 4

Act. 16.



quenter accidit. Vt quā alio statuissem proficisci, spiritus alio me iusserit ire. Proinde non est hæc leuitas, quæ non venerim, sed parere spiritui cui subiectus sum. Vides rursus Apostolo cōsuetam considerationem. Vnde suspicabantur illi quod carnaliter cogitaret, videlicet quia nō præstabat quæ erat pollicitus, hinc maxime declarat se spiritualiter cogitasse, videlicet quia non præstiterat quod erat pollicitus: atque è contrario colligendum esse, nimirum quæ carnaliter cogitasset. Quid igitur, dixerit aliquis, an ex spiritu promiserat? Minimè. Iā enim dixi Paulo nō omnia fuisse cognita, quæ vel euentura forēt, vel p̄ futura. Hinc est quod in priore epistola dicit, Vt vos me deducatis quocūque proficiscar: hoc ipsum metuens ne si dixisset, in Iudæā, aliō quoptiam ire cogeretur. Hic verò quoniā frustratus erat, hoc ait, Et à vobis deducar in Iudæā. Quod enim erat charitatis ponit: quod autē ad illos non pertinebat, videlicet ire in Iudæam, nō iam hoc addit expressè. Cæterū quoniam id iam præterierat, hic apertè dicit, quæ in Iudæam ire statuisset. Id quæ vtiliter accidit, ne quis de apostolis sentiret supra illorū dignitatē. Etenim si cū sic res haberent, voluerunt illis immolare tauros: quomodo effugissent impietatem, nisi multa humanæ imbecillitatis argumēta prætulissent? Et quid miraris, si nō omnia futura nouit Paulus, cū in deprecationibus frequēter ignorauerit, quid expediret? Velut illud, Quid oremus quæ admodum oportet, nescimus: non tantū eō dicit ut videatur esse modestus, sed declarat quæ ubi sit utilitas in orando, ignoraret. Vbi igitur ignorauit? cū postulat ut à tentationibus liberetur, dicens: Datus est mihi stimulus carnis, angelus satanæ, qui me colaphis cædat. Super hoc ter dominū rogavi, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, nā potentia mea in imbecillitate perficitur. Vides ut nō nouerit petere quæ conducebant, vnde nec accepit, quāquā sæpenumero postulasset. *Fidelis autem deus quod sermo noster, qui fuit erga vos, non fuit etiam & non.* Pulchrè soluit obiectionem emergentem. Si, inquiunt, cū esses pollicitus aduentū, prorogasses, ne tum quidē esset tuum etiam, etiam, & non, non. Nunc quæ dicis postea subuertis, quemadmodum de accessu tuo feceras. Væ nobis si vnquam idem accidit in euangelij prædicatione. Itaque ne hæc cogitaret, neve perturbaretur, ait: Fidelis deus, quoniam sermo noster, qui fuit erga vos, non fuit etiā & non. Neque enim hoc factum est, inquit, in prædicatione, sed dūtaxat in itineribus & peregrinationibus. In euangelij prædicatione firma manet & immota quæcunq; diximus. Quandoquidem prædicationem hinc appellat sermonē. Deinde huius rei irrefutabile profert argumētum, totum ad deum referens. Quod autem sentit, tale est: Meū erat, quod pollicitus sum me isthuc venturum: nam ex me istud promiseram. Cæterum euangelij prædicatione non est mea, nec prorsus humana, sed dei: quod autem dei est, mētiri non potest. Et ideo dicit: Sed fidelis deus, hoc est verax. Proinde ne suspecta sint vobis quæ illius sunt, quoniā nihil est in illis humanū. Cæterum quoniā dixit, sermo, subiicit protinus, qualis sit ille sermo. *Nam dei filius qui est in vobis per nos prædicatus, per me & Sylluanū ac Timotheū non fuit etiam & non.* Hanc enim ob causam & illorum qui docuerunt, chorū adducit in mediū, hinc quoque fidem concilians testimonio non tantū per eos qui audierāt, sed etiam per eos qui docuerant: quāquā & hi Pauli erāt discipuli, sed modestiæ gratia nu-

merat illos in ordine doctorū. Quid est, non fuit etiā & non? Eadem, inquit, scripsi, quæ prius in prædicatione dixeram, neque vobis hoc nunc dictum est, nunc illud. Hoc enim nō est fidei, sed animi est aberrantis. *Sed in illo fuit etiam.* Hoc est quod dixi, immobilis ac firmus sermo manet. *Quæcunq; enim sunt promissa dei, in illo sunt etiam, & in illo amen, deo ad gloriam per nos.* Quid autem est, Quæcunq; sunt promissa dei? Multa pollicebatur euangelium, ipsiq; hæc eadem multa promittebant ac prædicabant. Nam & de resurrectione differuerant, deq; assumptione, deq; immortalitate, deq; ingentibus illis præmiis, deq; bonis illis ineffabilibus. Has igitur promissiones ait immobiles cōsistere, nec in illis fuisse etiā & non: hoc est, non fuerunt aliās vera, aliās falsa quæ diximus, quæ admodum fuit meus aduentus, sed semper vera. Ac primū quidem pro fidei dogmatibus, proq; Christi sermone decertat, dicens: Sermo meus & prædicatione mea non fuit etiā & nō. Deinde pro promissis, Quæcunq; enim sunt promissa dei, in illo sunt etiam. Quod si quæ promittit, firma sunt, & omnino præstaturus est promissa: multo magis ipse, & qui de illo sermo est firmus est, neque possit dicere, nūc est, nūc nō est, sed semper est, & semper idē est. Quid autē est, in illo etiā & amen? Declarat omnino futurū quod dictum est, propterea quæ per ipsum non per hominem habent ut sint atque impleatur promissa. Ne quid igitur metuas, non enim homo est, ut tibi suspectus esse possit, sed deus est qui & dicit, & præstat. *Deo ad gloriam per nos.* Quid est ad gloriam per nos? Implet sua promissa per nos, id est per nostram in vos beneficentiā, ad suam ipsius gloriam. Nam hoc est quod dicit, deo ad gloriam. Quod si ad dei gloriā spectat, omnino futurū est. Non enim neglecturus est suā gloriam, etiam si nostram negligeret salutem, partim quæ supra modum amans est hominum, partim quæ nostra salus annexa est illius gloriæ, duntaxat in hoc negotio. Ergo si promissa ad illius gloriam pertinent, dubium non est quin & nostra salus sit consequutura. Quod idē Ephesius scribens assidue celebrat, dicens, In acquisitionē gloriæ eius: id quæ vbiq; inculcat, significans necessariō euenturū quod dicitur. Quod idem hinc dicit, quoniā illius promissa non mentiuntur, eō quæ non modò seruant nos, verum etiā ipsum glorificant. Proinde caue cogitaris, quod illa per nos sint promissa, atque ita hæsites: nō enim per nos implētur, sed per ipsum: quin & promissa sunt per ipsum. Neque enim quæ nostra sunt, sed quæ illius sunt, apud vos retulimus. *Qui autem confirmat nos vobiscum in Christū, qui que vnxit nos deus, ac signauit, deditque arrabonem spiritus in cordibus nostris.* Rursus à præteritis cōfirmantur futura. Nā si ille est qui confirmat nos in Christū, hoc est, qui nō finit nos dimoueri à fide quam habemus de Christo, & idē est qui iam vnxit nos, deditque spiritum in cordibus nostris: qui consentaneū est, ut non det quæ restant in posterū? Si initia & fundamentum dedit, si radicē ac fontem, veluti veram de ipso cognitionē, spiritus communionem: qui cōuenit, ut quæ ex his nascūtur, daturus non sit? Nam si illa propter hæc data sunt, multo magis qui hæc dedit, & illa præstaturus est. Et si hæc dedit, quū essemus inimici, multo magis illa recōciliatis, & in amicitia receptis largietur: eōque nō simpliciter dixit spiritū, sed pignus appellauit, ut ex hoc de cæteris omnibus fiducia concipias. Nō enim nisi totum daturus erat, voluisset arrabonē exhibere ac perdere, idque frustra ac sine causa. Vide

sa. Vide autem Pauli beneuolentiam. Quid, inquit, oportet dicere, quæ in nobis non est promissorum veritas? Hoc ipsum quæ vos statis immobiles, quæ fixi, non in nobis est, sed dei munus est. *Qui nos, inquit, confirmat deus:* Non igitur nos sumus qui stabilimus vos, quandoquidem & ipsi opus habemus à quo cōfirmemur. Proinde ne quis existimet euangelij prædicationem in nobis periclitari, ipse totū in se recepit, ipse totum curā habet. Sed quid est, qui vnxit & signauit? Nimirum dato spiritu, per quem vtrūque peregit, per quem simul propheta & sacerdos & reges facere solitus est. Nam hoc hominum genus olim vngebatur. Nos verò nō vniam, sed tres nunc habemus dignitates. Nā & regno potituri sumus, & sacerdotes efficiamur, dum corpora nostra hostiam offerimus. Exhibete, inquit, corpora vestra hostiam viuentem, acceptam deo. Ad hæc & propheta reddimur, propterea quæ quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, hæc referata sunt nobis. *Quāquā & alia ratione reges efficiamur, si voluerimus absurdis imperare cupiditatibus: nam is demum regnat & quidem verius, qui diademate cinctus est. Id vobis iam faciā perspiciā. Rex multos habet exercitus. At nos longè plures habemus cogitationes. Neque enim numero comprehendi potest immensa cogitationū, quæ in nobis sunt, multitudo: Imò non solum multitudinē videre est, verum etiā multos in hac cogitationū turba duces & imperatores, & hastatos & sagittarios, & fundibularios. Quæ res alia facit regē? Vestes? At hic melioribus indutus est, potiorēque gestat stolam, quam neque tinea exedit, neque tempus absumit. Dein variā gestat coronā, tum eam quæ est gloriæ, tum eam quæ est miserationū dei. Ait enim, Benedic anima mea domino, qui te coronat in misericordia & miserationibus. De gloriæ corona dicit, Gloria & honore coronasti eū. Et, Velut armis beneuolentiæ coronasti nos. Adde coronā gratiarū, Coronam etiā gratiarū accipies in vertice tuo. Vides variē contextū ac venustius hocce diadema. Quin potius ab initio rursus diligētius expendamus has regum dignitates. Ille dominatur satellitibus, omnibus imperat, & obediunt omnes, eiq; inseruiunt. Verū ego tibi hinc ostendo principatū excellentiorē. Nam multitudo par est hinc, aut etiā maior aut numerosior. Superest ut obedientiā expendamus. Ne verò mihi hic in mediū adducas qui regno fuerūt excussi, qui ab ipsis corporū custodiibus trucidari sunt: ne istos, in quā, in medium adducamus, sed eos tantū quæramus qui in vtroque genere regnū suum bene administrarunt. At tu quidem quos voles ponito, ego verò patriarcham Abrahamā omnibus oppono, qui quū iuberetur interficere filium, cogitā quæ multæ cogitationes tunc insurrexerunt in illū, & tamen subegit omnes, omnes illum metuebant, magis quæ regē metuunt satellites, omnēque solo oculorū intuitu cōpescuit, nec vlla illarum ausa est erumpere, sed submittebant vultus, ac velut imperatori cedebāt vniuersæ, quauis erant acerrimæ omnes, vehementerque præfractæ. Neque enim hastarum cuspides æquæ metuendæ sunt à multis subrectæ, atque nature cognati affectus. Vnde & magis poterant illius animum penetrare, quæ vlla cuspis acuta. Neque enim vlla læcea posset vnquam esse tam acuta, quam illarum cogitationum stimuli deorsum ab ipsis visceribus acuebantur & surgebant, ac iusti illius mentem tentabant. Nam hinc & tempore opus est, & consilio, & ictu, & dolore, ac deinde mors cōsequitur. Illic ve-*

rò nullo horū fuit opus, tantū perniciosiora simul & acriora erant vulnera. Attamen tum tot cogitationibus in illum armatis, multa erat tranquillitas, stabant compositæ omnes, ornantes illum verius quæ metuentes. Itaque spectata iam illum extendentē gladium, & quotquot volueris reges in medium producito, Augustos, Cæsares: nihil tamen simile dixeris, neque poteris talem exhibere speciem, adeo magnificā ac cœlis dignam. Nam aduersus tyrannidē potentissimam trophæū statuit tū iustus ille. Nihil enim natura violentius. Etiā imsi decē milia tyrannidarū produxeris, nullum tamen nobis similem exhibebis. Tum enim angeli trophæum erat, non hominis. Contemplator autē rem ipsam. Natura prostrata erat humi, cū armis suis, cum vniuerso exercitu, atque ille stabat porrecta manu, non coronā tenente, sed ensē quauis coronā splendidiorē, & angelorū populus applaudebat, & è cœlis deus victorē pronuntiabat. Quoniam enim in cœlis fuerat illius cōuersatio, inde recepit præconiū. Quid hoc splendidius? Imò potius quid huic trophæo conferri potest? Etenim si postea quā vicit athleta, nō præco ex humili loco, sed imperator ipse surgens è sublimi, Olympiaci certaminis victorē pronūciarer, an non hoc victori videatur coronis magnificentius, totūque theatrum ad se conuerterit? Proinde cū imperator, nō homo, sed ipse deus, non in hoc theatro, sed in theatro totius orbis, in angelorū & archangelorum populo, clara voce victorem eum pronunciet, clamans è cœlis: Agē dic mihi, vbi ponemus viram hunc sanctū? Quod si videtur audiamus etiam ipsam vocē. Quenā est igitur vox? Abrahamā Abraham, ne inferas manum tuam super Isaac, neque quicquā ille feceris: nunc enim cognoui, quæ timeas deum, nec peperceris filio tuo charissimo propter me. Quid hoc? Qui cuncta priusquam fiant, nouit, dicit, Nunc cognoui? Atqui vel homini liquere potuit viri pietatē, tot documentis præbuerat specimē suæ erga deū beneuolentiæ, quū illi diceret, Exi de terra tua, & de cognatione tua, quū propter deū & illius honoris gratia ius primogenituræ cessit patrueli suo, quū eundem à tantis exemit periculis, quum illum deus iussit in Aegyptū proficisci, atque ibi spoliatus vxore, nō acerbè tulit, cūque his alia permulta. Ab his, quemadmodū modò dicebam, vel homo discere poterat viri pietatē, non solū deus, qui nō expectat ut ab ipsis reb' cognoscat finē. Tum quo pacto illū iustificauit, quæ ignorabat? Credidit, inquit, Abrahamā, & imputatū est illi ad iustitiam. Quid est igitur quæ dicit, Nunc cognoui? Quoniā Syrus ita loquitur, cognouisti, pro eo quæ erat, notificasti nimirū hominibus: nam ipse noueram, etiam antequā illa omnia præciperē. Sed quur nunc patefacere voluit hominibus? An illa nō fatis erāt ad declarandam Abrahamæ erga deū beneuolentiā? Erant quidem, sed hoc facinus tantò præstātus erat cæteris omnibus, ut illa cum hoc collata, nihil esse videretur. Ut igitur hoc insigne facinus attolleret, demonstrarētque cunctis esse sublimius, ita loquutus est. Siquidē & hominum vulgus de factis eximiis ac superiora vincētibus, hinc ad modū loqui consuevit. Exempli causa, vbi quis ab aliquo munus aliquod accepit maius quæ prius acceperat, frequenter ait, nunc cognoui quæ ille me diligit, haud quaquā hoc sentiens quod ignorarit antea, sed illud declarare volens, præsens beneficium superare superiora. Itidem deus humano more loquens, dicit, Nunc cognoui, nihil aliud quæ certaminis eminentiam

volens hominibus commendare, non autem quod tunc dixerit vel metum, vel metus magnitudinem. Neque enim quum ait: Venite descendentes videamus: ita loquitur quasi descensu fuerit opus ipsi, qui implet vniuersa, qui nouit euidenter vniuersa, sed nos erudiens illud non simpliciter nec vulgari more, sed insigniter ostendi. Itē quū dicit: Dominus prospexit e cœlo: verbis hominum ad res diuinas translatis, declarat exactam cognitionē: Sic & hoc loco dicit, nunc cognoui, videlicet significans hoc factū esse superioribus omnibus prestantius. Eius rei probationē exhibet, quū adiungit, dicens: Quoniam non pepercisti filio tuo charissimo propter me. Propterea non solum dixit, filio: sed, filio charissimo. Non enim erat filius naturæ tantū, sed & charitatis, quē affectum quum esset ingens, tum ob proprios mores, tum ob virtutē pueri in seipso sustinebat. Quod si filios improbos non facile solēt continere parentes, sed hos quoque luctu prosequuntur, hic quū & filius esset germanus, esset vnicus, esset charissimus, denique esset Isaac, & ab ipso patre mactatus esset: Quis eximiam illius animi fortitudinem verbis possit assequi? Hoc certamē innumerabilibus diadematis & infinitis coronis erat splendidius. Etenim qui illa redimitus est corona, eum frequēter & mors irruens inuadit, & ante mortē innumerabiles molestasque insidias. Huic contra ne post mortē quidē diadema capiti circumpositum quisquā detrahere poterit, nec cognatus, nec alienus. Iam mihi spectata preciosissimū huius diadematis lapidē. Velut enim lapis preciosus sic cingit illum vsque ad finem. Sed quid est hoc quod ait, propter me? Neque hoc mirandum est, quod non pepercit filio, sed quod propter deum. O dextram beatā, quali machæra digna est habita. O machæram admirabilem quali dextra digna est habita. O machæram admirabilem, in quem vsus parata est, & quale peregit ministeriū, & cui typo subseruiit, quomodo cruentata est, & quomodo non cruentata est? Nescio enim quid dicam, adeo venerandū tremendūque mysterium erat. Non attigit filij collum, neque percussit sancti illius iugulum, neque rubuit iusti sanguine: quin potius attigit ac penetravit & rubuit, & immerisa est, & non immerisa est. Fortassis videor vobis insanire, qui tam pugnantia loquar. Certē mente excidi mecum reputans iusti illius miraculū: Quamquā non loquor pugnantia. Nam manus quidē iusti, gladiū infixit in iugulum filij, sed dei manus non passa est, etiā impactā pollui sanguine pueri. Neque enim Abraham tantū tenebat enfem, sed & deus. Atque ille quidem impellebat ex animi sui sententia: hic verò voce cohibuit. Eadem enim vox dextrā illam armauerat, eoque velut imperatori deo subdita, ad illius nutū omnia peragebat, omniaque ad illius vocem exquebatur. Hæc ita considera, dixit, occide, protinus armata est: dixit, ne occidas, protinus exarmata est. Erant enim perfecta omnia. Post hæc deus ostēdit militem ac ducē suum orbi, illum coronatum angelorum theatro: illum sacerdotem ac regē, ense magis quā diademate coronatum, illum trophæa gestantem, illum optimate, illum sine conflictu victorem. Etenim non aliter quam si quis imperator egregium habens militem, ipso armorum gestatu, ipso statu, ipso impetu, obstupesciat aduersariū: ita deus solo animo iusti, sola specie, solo statu cōmunem omnium nostrū hostem diabolum reddidit attonitū, & in fugam vertit. Arbitror enim illum tūc tremefactū cessisse. Iam si quis dicat, quam

ob causam non passus est deus dextrā tingi sanguine, ac mox eum qui mactatus fuerat, innocuum restituit? Quoniam fas non erat, deum talem recipere sanguinē, sed hæc noxiorū demonū mensa est. Hic verò vtrunque demonstratū est, & domini bonitas, & serui benevolentia. Ac primū quidem Abraham egressus est e terra, tum verò ab ipsa cessit natura, vnde & sortem recepit cū vsura, idque valde congruenter. Præoptauit enim non appellari pater, vt feruus beneuolus appareret, vnde non solum pater, verū etiam sacerdos factus est. Et quoniam reliquit sua propter deum, ideo deus cum illis largitus est & ea quæ sunt ipsius. Itaque quū hostes insidiantur, etiam vsque ad tentationē progreditur, prodigia facturū, velut in fornace & leonibus. Ceterum quoties imperat ipse, intra animi promptitudinem consistit iussio. Cedō, quid supererat huic insigni fortitudini? Neque enim præsciū erat Abraham quid esset futurum: neque enim cauponabatur dei bonitatem. Nam licet esset propheta, non tamen omnia nouit, propheta, vt iam superuacua fuerit mactatio, deoque indigna. Quod si descendū erat, quod deus ex mortuis excitare potest hominē, à vulua multo mirabilius hoc didicisset, imò potius ante hanc declarationem, erat enim fidelis. Tu verò ne tantū admirare iustum, verū etiam æmulare. Cūque vides illum in tanto tumultu ac iactatione fluctuū, velut in tranquillo nauigatē, similiter & tu arripe obedientiæ ac fortitudinis clauum. Nec mihi sic loquaris, tantum aram extruit ac rogam, sed recordare quas voces emisit filius: tecumque reputa, quantē exercituum cateruque ruerint in eum, animum illius expauescentes, quum audiret filij vocem, patri dicentem, Vbi victima? Cogita quā multa cogitationes mouerēt in animo eius, non ferreis, sed flammis lanceis armata, vndique pungentes illum ac penetrantes. Quod si nunc quoque non se continent multi, quamquam patres non sunt: quod si etiam lachrymati fuissent cōplures, nisi nosset exitum, quāquam quosdam & ex his qui norunt exitum, multos cōspicio lachrymantes: quid coniectandū est illi accidisse, quod illū generarat, qui enutriuerat, qui illū in senectute susceperat, qui habebat vnicū, qui videbat, qui audiebat, qui mox eū erat occisurus? Quis intellectus verborū, quæ responsionis humanitas? Quis erat qui tū intus operabatur? Diabolus, vt naturam inflāmaret? Absit, imò deus vt exploraret animū iusti. Quū enim vxor Iob loquitur, diabolus operatur, talis enim erat consuetudo: hic verò nihil sonat blasphemum, sed admodū piē ac circumspectē, multaque gratia florebat in verbis, multū mel sermonum distillabat, à tranquillo placidoque fluēs animo. Hæc verba poterant vel faxeam mollire mentem: non tamen adamantē illum subuerterunt, imò ne concusserunt quidem. Neque dixit, patrem appellas, qui paulo post pater tuus futurus non est, qui iam hoc honoris perdidit. Sed quā ob causam puer interrogat? Non hæc erat vulgaris curiositas, nec aliena cognoscendi studium, sed anxius erat super his quæ instabant. Reputabat enim, si nolisset pater ipsum esse cōsortem eorum quæ gerebantur, haud quaquam seruis deorsum manere iussis ipsum solum sibi adiunxisset. Atque ob id sanē quū soli essent, tum demum illū percontatur, quum nemo loquētium voces exaudiret. Hæc erat filij prudentia. An non igitur incalescitis viri simul & mulieres? An non vnusquisque vestrum animo cōplectitur, & exosculatur hunc puerum? admiratur prudentiam? veneratur pietatem?

pietatem? cuius presidio, etiā tum quum colligaretur ac busto imponeretur, non expauit, non resiliit, non patrem velut insanientē contempsit, sed vinciebatur, tollebat, & imponebatur, cuncta silentio perferens, non aliter quā agnus quispiā: Quin potius tūquam communis omnium dominus, quandoquidem & illius imitabat, mansuetudinē ac figuram seruebat, qui velut ouis ad occisionē ductus est, & velut agnus corā tondeute obmutescēs. Attamen loquutus est hic: nam & dominus illius loquutus est. Quomodo igitur mutus? hoc est nihil dixit audax, nihil asperū, sed placida mā suetaque omnia, ipsaque verba mansuetudinē potius declarabant, quā silentium: quēadmodum & Christus dixit, Si quidem malē loquutus sum, testimoniū perhibe de malo: sin bene, cur me cædis? magisque declarauit suam mansuetudinē quā si tacuisset. Et quēadmodū hic patri ab ara, ita ille patri de cruce loquitur: Pater, condona illis, nesciunt enim quid faciunt. Quid igitur patriarcha? Deus prouidebit sibi ouē fili in holocarpō sin. Ambo naturę nominibus vtitur: ille patrem appellat, hic filium: & vtrinq; graue bellū excitatur, ac magna quidē erat tempestas, at naufragium nequaquam, eo quod philosophia vincit omnia. Deinde simul atque audiuit deū, nihil postea loquutus est, nec amplius erat curiosus: adeo sapiens erat puer, & in ipso ætatis flore. Vides quot hic rex vicit exercitus? quot hostes urgentes? Neque enim perinde formidabiles erant barbari, quū Hierosolymorū ciuitatē frequēter adorirentur, vt harū rerū cogitationes ipsum vndiquaque obsidentes: Verū hic superauit omnia. Sed vis etiā sacerdotem videre? Non procul abest exemplū. Etenim quum vides illum ignem tenentem & gladium, araque altantē, quid iam dubitas de sacerdotio? Quod si libet etiā victimam cernere, vide geminā: obtulit filium, obtulit pecudem, imò super omnia suum ipsius animum: ac pecudis quidē sanguine dextram, filij verò cæde sanctificauit animā. Hoc pacto sacerdos electus est, sanguine vnigeniti, & immolatione agni. Nā & sacerdotis purificabatur sanguine victimarū quæ deo offerebantur. Vis iam & prophetam videre? Abraham pater vester exultauit, vt videret diē meū: vidit, inquit, & gauisus est. Sic & tu in baptismo rex efficeris, & sacerdos, & propheta. Rex quidē omnibus præuis actionibus humi prostratis, & interfectis peccatis. Sacerdos autē dum seipsum offert deo, dumque immolat corpus suū, mactatque seipsum. Nā si, inquit, mortui fuerimus illi, viuemus etiam cum illo. Propheta verò dū futura discit, & deo afflatus redditur, atque ob signatur. Quomodo enim militibus signū, ita fidelibus inditur spiritus, vt si deserat ordinem, cōspicius sis omnibus. Iudæi quidem habebant pro signaculo circūcisionē, nos verò pignus spiritus. Hæc igitur intelligētes, perpēsa dignitate nostra, dignam dono dei vitā exhibeamus, vt venturi seculi regnū cōsequamur: quod omnibus nobis cōtingat assequi gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, qui cum & per quē patri gloria, simul cum sancto spiritu nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

## Homilia IIII.

Go verò restem deum inuoco in animā meam, quod vobis parcēs non amplius venerim Corinthiū. Quid ais beate Paule, vt parcerēs illis, hō venisti Corinthum? Num igitur nobis hic inducis sermonē secum pugnantem? Dixeras enim paulo antē te ideo non venisse, quod non secundum carnem cogitares, neque

teipsum in tua haberes potestate, sed quod ubique spiritus arbitrio circumagereris. Tum & afflictiones in mediū adducebas. Hic contra ais tuæ potestatis esse quod non veneris, non iam arbitrij spiritus. Sic enim loqueris, parcens vobis non veni Corinthum. Quid igitur dicendum est? an quod hoc etiam ipsum spiritus fuerit, atque ipse quidem venire voluerit, ceterum spiritus illum ne veniret retraxerit, suggerens illi vt illis parceret? an de alio quopiam aduentu loquitur, illud significans quod priusquam priorem scriberet epistolam venire voluerit, sed sese propter charitatē cohibuerit, ne offenderet nondum corrigibiles? Probabile est autem, etiam post illam epistolam, spiritu iam non amplius vetante, hanc ob causam suapte voluntate mansisse: quod magis est opinandum, videlicet quod initio quidem spiritus obstitit: mox quum & ipse secum expendisset hoc esse melius, quod remanserit. At tu interim considera, vt denuo sui memor est, illud assidue dicens, Non desinam ab his quæ mihi contraria sunt commendari. Quoniam enim consentaneum erat, & illud eos suspicari ac dicere: Ideo noluiſti venire, quod oderis nos: ostendit diuersum quiddam fuisse in causa, nimirū ob id noluisse venire, quod diligeret illos. Sed quid est quod ait, parcens vobis? Auditum est mihi, inquit, quosdā apud vos stupro inquinatos esse, eoque venire nolui ne vos contristarem. Si quidem necesse fuisset, si adfuissem examinare negocium, persequi & punire, atque à multis pœnam exigere. Itaque satius duxi abesse, darēque pœnitentiæ locum, quā si præsens persequutus fuisset, ac magis exacerbasset malum. Nam sub illius epistolę finē obiter hoc aperte declarat, dicens: Timeo, ne quo pacto si venirem, humiliet me deus apud vos, lugēamque multos qui prius peccauerunt, nec egerunt pœnitentiā super intemperantia & immundicia quam patrarunt. Hoc igitur & hic indicat, atque id quidē ita indicat, quasi semet excuset: ceterum re vera vehementer obstringit illos ac terrorem incutit. Significauit enim illos, licet eis parcat, pœna dignos esse, atque etiam aliquid mali passuros, nisi properē corrigerentur. Quod ipsum item sub epistolę finem indicans, Si denuo, inquit, venero, non parcam: nisi quod illic hoc dicit apertius, hic quoniam erat proœmium, idem sed aliter dicit, videlicet cūcūspectus. Ac ne id quidem satis est, verū hoc ipsum quod dixit rursus mitigat, correctionis vsus. Quoniam enim sermo erat veluti magnam ostentantis potestatem: nam parcat quis illis in quos habet & puniendi ius: hoc ipsum leniens, quodque videbatur asperius adubrāns, ait: Non quod dominemur vestræ fidei: Hoc est, non eo hoc dixi, me vobis parcentē non venisse, quod dominet vobis: nec dixit, vobis, sed, fidei, quod simul & mitius erat & verius. Nā qui nolit credere, quis habet cogendi ius? Sed adiutores sumus gaudij vestri. Quoniam, inquit, gaudium vestrum idem nostrum est, ideo non veni, ne vos cōiicerem in mœrorē, animique mei angorem augerem, sed remansi veminis meis correcti gauderetis: quando nihil non facimus gaudij vestri gratia, & in hoc studio incumbimus, eo quod illius sumus participes. Nam fide statis. Vide rursus vt moderatē loquitur. Veretur rursus illos attingere, quod in priore epistola taxasset illos acriter. Quoniam autem nonnullam mutationis speciem de se præbuisſent, ea res erat illorum animos delectura, si quum essent murati, rursus eandem obiurgationem sustinuisſent. Hanc ob causam hæc epistola longe mi-



Cap. II.

tior est superiore. *Statui autem hoc apud me, non iterum in mœrore venire ad vos.* Quod ait, iterum, indicat illū iam ab illis fuisse cōtristatum. Cæterū quum videatur excusare sese, clam illos taxat. Quod si iam contristarāt, & rursus erant cōtristaturi, cogita quanta fuerit illorum improbitas. Verū hoc non dicit, cōtristatis me, sed alia ratione rem aggreditur, tacitè innuens, quum ait, ob hoc non veni, ne contristarē vos. Quod dixit eandē cum illo vim habet, sed acceptabilius est. *Quod si ego contristo vos, quis est qui me letificet, nisi is qui contristatur ex me?* Qualis est hæc cōsequētia? Maxima sanē. Rē sita considera. Noli, inquit, ad vos venire, ne vos amplius contristarē, increpās, indignans, auersans: deinde quoniā & hoc ipsum erat vehementius, & illorum continebat accusationē, si sic res habebant, vt Paulus si venisset, cōtristandus esset, correctione vsus ait: Nā si ego cōtristo vos, & quis est qui letificet me, nisi is qui contristatur ex me? quod autem sentit, sic habet: *Quod si etiā in mœrore futurus essem, coactus obiurgare vos, ac videre mœrentes: tamen hoc ipsum letificaret me, quod summæ dilectionis argumentū sit, tanti me à vobis fieri, vt mordere valeam animos vestros auersando.* Vide autē apostoli prudētiam. Quū enim iustū esset vt discipuli quū increpātur, doleant, sentiantq; reprehensionis molestiā: sic illos inducit, quasi in hoc gratificentur. Nullus, inquit, me perinde letificat, atq; ille qui meis verbis dum contristatur, ad meliora conuertitur, dum me videt iratum. Quam cōsequens erat vt diceret, Nam si ego cōtristo vos, & quis est qui vos possit letificare: non tamē hoc dicit, sed inuertit interim illos deliniens, ac dicens, *et iāsi contristo vos, tamen gratiā in hoc mihi præstatis maximam, q̄ mea verba mordeāt animos vestros.* Et scripsi vobis hoc ipsum. Quidnā? me ob hoc ipsum nō venisse, q̄ vobis parcerem. Quādo scripsit? In epistola priore quum diceret, Nolo vos nunc in transitu videre? Equidē nō arbitror, sed in eadem epistola quū ait. Ne si venero, rursus deus humiliet me apud vos. Hoc ipsum, inquit, scripsi circa finem epistolæ, Ne si venero humiliet me deus meus, & lugeā multos eorū qui antē peccauerunt. Sed quare scripsisti? *Vt ne quū venero, tristitiam habeam ab his, à quibus oportebat me gaudium consequi: confusus de omnibus vobis quod meum gaudium, gaudium sit omnium vestrum.* Quoniam dixerat, gaudeo vobis dolentibus, idq; videbatur etiam durius atq; asperius esse: rursus illud in diuersum retorſi, mollitque his quæ subiecit. Propterea inquit, scripsit vobis, vt cum gaudio reperiat vos correctos: eōq; dixerat, vt nō cōtrister, non meū spectans cōmodum, sed vestrum. Noui siquidem q̄ si videritis gaudentem, gaudetis: & si videritis dolentē, doletis. Itaq; vide iam rursus ab initio eorum quæ dicta sunt congruentiā. Nam hoc pacto sermo vobis fuerit intellectu facilius. Non veni, inquit, ne contristarem vos, si veniens inuenissem vos incorrigibiles. Id autem feci, non mea ipsius causa, sed vestræ vtilitatis respectu. Nam ego dum vos contristamini, gaudium habeo non mediocre, quando conspicor vobis tantam esse mei curā, vt me indignante: & mœreatis & doleatis. *Quis est qui letificet me, nisi qui contristatur ex me?* Attamen quoniam hoc essem animo, quoniam vestrum specto commodum, scripsi vobis hoc ipsum, ne contristarer: atq; hic rursus, non ad me spectans, sed ad vestram vtilitatem. Noueram enim futurum, vt vos quoq; cōtristaremini, si me tristem conspiceretis, quemadmodum & gaudetis; quū

gaudentē cernitis. Vide igitur prudentiā. Dixerat, ne vos contristē non veni, & tamen gaudeo, inquit. Deinde ne videretur illis dolentibus gaudere, hæc tamen, inquit, gaudeo vos obiurgatione perfringens. Nam ob alterū contristor, quum sic amātes cogor mœrore afficere, nō solum ob id quod vos increparem, sed q̄ ipse simul essem in mœrore, & hac de causa vos rursus contristaremini. Cōsidera verò, quomodo huic quoq; dicto laudē admiscuit, dicens, à quibus oportebat me gaudio affici. Nā hic est sermo testimoniū perhibentis illorū synceritati, & singulari charitatis affectui: quasi quis loquatur de filiis in quos multum beneficiorū contulisset, & circa quos plurimum laborasset. Itaq; si propterea hæc scribo, nec venio: magnæ cuiusdam dispensationis gratia non venio, non odio habens neq; auersans, sed magnopere diligens. Ad hæc quoniam dixerat se dolentem gaudere, ne dicerent, hoc ipsum curas vt gaudeas, declarēsq; cunctis quantum valeas, subiunxit: *Ex multa enim afflictione cordis anxietate scripsi vobis per multas lachrymas, non vt contristaremini, sed vt cognosceretis charitatem quam habeo abundantius erga vos.* Quid hoc animo amicus? Quandoquidem declarat se nihilominus doluisse, q̄ eos qui peccauerant, imò amplius. Non enim solum dixit, ex afflictione, sed addidit, ex multa, neque dixit, per lachrymas: sed, per multas lachrymas, atq; ex anxietate cordis: hoc est, præfocabar, strangulabar præ doloris magnitudine, nec amplius ferebam doloris imensum cumulum. Scripsi vobis nō vt cōtristaremini, sed vt cognosceretis charitatē, inquit, quā habeo abundantius erga vos. Atqui sermonis tenor postulabat vt diceret, non vt contristaremini, sed vt corrigere mini: quandoquidē & ob hoc ipsum scripsit. Verū non hoc dicit, sed potius edulcās sermonē, & ad vehementiorem charitatis flagrantiam illos alliciens, hoc illius loco ponit, declarans se cuncta dilectionis gratia facere: nec simpliciter dixit, charitatem, sed addidit, quam habeo abundantius erga vos. Cupit etiam illos & hac ratione pellicere, dū declarat q̄ præ cæteris omnibus eos diligit, quodq; erga ipsos affectus sit, vt erga discipulos eximios: eōq; dicit, Et si aliis nō sum apostolus, at sanē vobis sum. Et si multos habeatis pædagogos, non multos tamen patres. Ac rursus, In multa gratia cōuersati sumus in mundo, abundantius autē erga vos. Ac progressus dicit: & abundantius vos diligēs minus diligor. Hic item, quā habeo abundantius erga vos, vt etiāsi verba plena fuissent iracundiæ, tamē ea ira ex vehemētia amoris ac doloris proficisceretur. Etiā quum scriberem epistolam, cruciabar dolebāque, non tantum ob id, quod peccatū esset admissum, verum q̄ compellebar vos afficere dolore: sed hoc ipsum ex amore nascebatur. Non aliter q̄ si quis filium habeat legitimum, & vnicū charū, cui sit vomica, dum cogitur illum secare & vrere, vtriusque nomine cruciatur, & quod ægrotat filius, & q̄ compellatur illum secare. Itaque quod vobis videtur odij signum, argumētum est flagrantissimæ charitatis. Quod si contristare quēpiam ab amore venit, multo magis letificare tristē, charitatis est. Excusat igitur seipsum, idq; facit frequēter, nec erubescit. Etenim si de id facit, dicēs: Popule meus quid feci tibi: multo magis id decet facere Paulū. Ergo postquā excusauit seipsum, iāq; aggressurus esset excusationē illi qui stupro fuerat cōtaminatus, ne distorqueretur quasi cōtrarius iussis vrgeretur, & aduersus ipsum cōtenderet, propterea

1. Cor. 16.  
Infra. 12.  
8.  
1. Cor. 9.4  
Ibid. 4.2  
Supra. 14  
Infra. 12.4

Hic sup. 4

1. Cor. 5. 4

propterea q̄ idem esset, qui tum illi indignabatur, & nunc iubet absolui. Vide quo pacto ad causam hanc tractandā præparauit rationē, partim ab his quæ dicta sunt, partim ab his quæ dicuntur. Quid enim ait? *Si quis contristauit, nō me cōtristauit.* Primum hoc laudis postquā illis tribuit, q̄ iisdē gaudeat ac doleat, tū deum iniicit hac de re sermonem: cum prius dixisset, Meum gaudiū, omnium vestrum est gaudium. Quod si vero gaudium omnium vestrum est gaudium, oportet vos & nunc mecū delectationē capere, quēadmodū & tunc mecum doluistis: per eadem enim letificati estis per quæ fueratis cōtristati: & per quæ gaudetis, nūc exhilarati idem facite. Nec dixit meus dolor est omnium vestrum, sed hoc alibi molitur: nunc quod præcipue oportet posuit, videlicet gaudiū, cum ait, meū gaudium omnium vestrum est. Deinde & superiorum meminit, dicens: *Quod si quis cōtristauit, non me cōtristauit, sed ex parte, ne graue vos omnes.* Scio, inquit, quod mecum irati fuistis, mecūq; indignati ei qui stuprum admiserat, quodq; acciderat, ex parte vos oēs cōtristauerat: atq; ideo dixi, ex parte, nō q̄ vos minus indignati fueritis, q̄ ego, sed ne degrauē illū qui stuprū patrauit: itaq; non me tantum contristauit, sed pariter & vos. Licet parcens ei dixerim, ex parte. Vides vt protinus illorū laxauit animos, declarās illos fuisse consortes indignationis? *Sufficit eiusmodi homini hæc obiurgatio quæ facta est à pluribus.* Nō dixit, ei qui stuprū admisit, sed iterū dicit eiusmodi, quemadmodum in priore epistola, licet non eadem ob causam, sed illic quidem erubescens, hic vero parcēs: eōq; nequaquā amplius meminit peccati, quod iam esset excusandi tempus, vt contra potius cōdonetis & cōsolemini: ne qua fiat, vt abundantiore tristitia absorbeat huiusmodi. Non em̄ solum iubet remitti increpationē, verum etiā ad priorē statum reuocat. Nam si quis flagellis cęsum dimittat tantū, nec delinuat, nihil agit. At vide vt rursus & illū premit, ne indulgentia fiat deterior. Quāquam enim confessus erat facti pœnitens, tamen ostendit, q̄ non perinde ex pœnitentia atque ex condonatione cōsequatur remissionē: eōq; dicit, vt cōdonetis & cōsolemini. Idē vero declarat & id quod sequitur. Nō enim q̄ dignus sit, neque quod sufficientē exhibuerit pœnitentiā, sed q̄ infirmus sit, ideo inquit, dignor illum venia: vnde & adiecit, Ne abundantiore tristitia absorbeat eiusmodi. Cæterum hic sermo declarat illius vehemētē pœnitentiā, quem Paulus non passus sit in desperationē venire. Sed quid est illud, ne absorbeat? Ne hoc faciat quod fecit Iudas: aut si viuat, fiat seipso deterior: aut si resilierit, iquit, nō ferēs amplius ex proluxa obiurgatione molestiā, etiā desperans, q̄ sæpe fit, aut ad laqueū, aut ad maiorem iam perueniat malitiā. Occupandus est igitur, ne vulnus fiat acerbius, neq; quod recte fecimus, insolētia perdamus. Hæc autē dixit, illū, quēadmodū dicere cœperam, simul cohibēs ad modestiam, simul erudiens ne post absolutionem fieret incogitator: non enim iā vt perfectū qui se lauerit, sed metuēs ne quid grauius admitteret, ita, inquit, illū recepi. Qua ex re docemur, q̄ non solum ad peccatorum naturā, verum etiam ad mentē habitūq; peccantiū oportet moderari pœnitentiā, quod ipsum tum faciebat Apostolus. Metuebat em̄ illi infirmitati, eōq; dixit ne deo- retur, ac veluti sub noxia bestia, velut in tempestate, velut in procella. *Quapropter obsecro vos.* Nō iā imperat dum obsecrat, non tanquam præceptor, sed velut

æqualis, & illis in sede iudiciaria collocatis, seipsum ponit in loco patroni. Quoniā em̄ ex animi sentētia confecerat quæ volebat, supplicatione præ gaudio isatiabiliter est vsus. Sed agē, quid est quod obsecrat? *Vt vincat in illum charitas:* Hoc est, vt confirmetur, neque id simpliciter, aut vt cūq; inciderit, sed efficaciter. Atque hoc dictū rursus declarat illorū summam virtutē, si qui tantopere dilexerāt eum, & applauserant, vt super illo etiam inflarentur, eundē adeo fuerūt auersati, vt tanto studio Paulo laborandū fuerit, vt in illum valere sineret charitatē: quorum alterum erat virtus discipulorum, alterū virtus præceptoris: quod illi tam tractabiles fuerint, quodque hic illos ita cōposuerit. Quod si nūc quoque fieret, haudquā peccatores absque sensu sui peccarent. Nec em̄ simpliciter oportet amare, neque sine vlla ratione quenquā auersari. *In hoc siquidem scripsi vobis, vt cognoscerem probationem vestram, an ad omnia sitis obediētes. Non tantum in refecando, verum & in conciliando.* Vides vt rursus illis ingerit periculū. Quēadmodum em̄ illic cū peccasset ille sollicitus reddebat, nisi refecaret peccatorē, dicēs: Exiguū fermentū totam conspersionē fermentat, aliāque cōplura: ita hic rursus illis inobediētiæ metum iniicit, tantum nō dicens: *Quemadmodum tunc non pro illo, sed & pro vobis: ita nunc nō pro illo magis quam pro vobis ipsis est vobis cōsultandū, ne videamini contentiosi & inhumani, nec in omnibus obediētes: eōq; dicit, In hoc enim etiā scripsi vobis vt cognoscerē probationē vestrā, num ad omnia sitis obediētes.* Siquidē illud videri poterat inuidiæ ac malignitatis: sed hoc maxime declarat purā vestrā obediētiā, si ad humanitatem estis alacres prōptiq;. Quandoquidē hoc est proborū discipulorū, non solū reiectionē imperanti, sed etiam contraria iubenti obtēperare, vnde dixit, Ad omnia: significans ni obediēter, futurū vt non tā illū quam seipos dedecoraret, cōflata sibi pertinacię suspitione, videlicet hoc agens, vt hinc quoque stimulet eos ad obediētiā. Atq; ideo dicit: *In hoc em̄ scripsi vobis. Quoniam nō in hoc scripserat, sed ideo sic loquitur, vt illos alliceret. Nā præcipua erat causa, vt illū qui peccauerat seruaret, sed hinc sic illis gratificat, vt nemini noceat.* Cæterū q̄ ait, ad omnia, rursus collaudat illos, renouans memoriā prioris illorū obediētiæ, eāq; reuocās in medium. *Cui autem aliquid condonatis, & ego.* Vides vt rursus sibi sumit posteriores, illos quidē negocij duces, se vero comitem ostendēs, quorū alterum lenit animum exasperatū, alterū mollit pertinaciter obstētē. Mox ne redderet illos elatos, quasi huius negocij autoritas penes ipsos esset, itaque fieret vt nō absoluerēt hominē, rursus adigit illos ad hoc, dicens se quoque illi condonasse. *Nam & ego si quid donauit, propter vos, inquit, feci.* Et quēadmodū cū iuberet hominē refecari, nō passus est penes illos esse autoritatē condonandi dicens, *Decreui tradere eiusmodi satanæ: ac rursus assūpsit illos in eius sentētiæ consortiū dicens, Congregatis vobis tradere illū: duas res maximas accurans, vt & proferretur sententia, & ne id fieret absque illis, ne videretur hic illos hoc facto lædere. Ac neque solus eā pronūciat, ne videretur Apostolus esse præfractus, ipsoq; cōtēnere: neque illis totū permittit, ne permiffa illis potestare dimitteret eū qui peccarat, intēpestiue illi condonantes: itidē & hic facit, dicens: Ego iam cōdonauit, qui in priore epistola cōdemnarā: mox ne offenderentur*

1. Co. 5. 2  
Gal. 5. 6

1. Cor. 5. 6

Ibidem.

deretur quasi contempti, addit, propter vos. Quid igitur? nū propter homines ignouit? Nequaquam: ideoque adiecit, *In facie Christi*. Quid est, in facie Christi? Aut secundum deum intelligit, aut in gloriam Christi. *Ne circūueniamur à satana. Neque enim illius cogitationes ignoramus.* Vidēs ut simul illis & permittit auctoritatem, & rursus eam adimit, ut altero quidē illos delinuat, altero illorū impudentiā excutiat. Ceterum non hoc solum hic agit, verū etiam illud, ut demonstrat, commune omnium incommodum esse, si minus obedirent.

*1. Cor. 5. b* Quod idē fecit in initio. Nā tum dicebat, Exiguum fermentū totam conspersionē fermētat: hic rursus, *Gal. 5. b.* Ne circūueniamur à satana: breuiter ubiq; suam pariter & illorū facit condonationē. Sed rem ab initio

*Hic sup. 6.* considera: Si quis, inquit, contristauit, non me contristauit, sed ex parte, ne graue omnes vos. Mox iterū: Sufficit eiusmodi increpatio hæc, quæ fit à pluribus. Hoc est illius suffragiū & sententiā. At nō perstitit vsque ad decretū & pronūciationē, sed rursus illos facit socios, dicēs: Ut cōtra potius vos donetis & cōsolimini, propterea obsecro vos, ut vincat in illū charitas. Rursus postquā in illos cōtulit totius negotij auctoritatē, ad suā trāsit auctoritatē, dicens: In hoc enim

*Ibidem. c.* & scripsi vobis, ut cognosceret probationem vestrā, an ad omnia essetis obedientes. Deinde rursus illorū facit gratiam, dicens, Cui autē aliquid donatis: mox facit suam, cū ait, & ego si quid donauī propter vos. Rursus & suam & illorum, Nam & ego, inquit, si quid donauī propter vos, donauī in facie Christi, aut in gloriā Christi, aut tanquam & hoc iubente Christo: quæ res illis potissimū persuadebat, ut condonarēt, propterea quod iam metuissent nō condonare causam quæ eederet in Christi gloriā, quæq; illi probaretur. Rursus cōmune malum si minus obediant, exprimit dicēs, Ne circūueniamur à satana. Recte dixit *πλεονεξία*, hoc est, vsurpationem vltra iustū. Nō enim iā sumit sua, sed nostra rapit. Ne vero mihi ita loquaris: solus hic fit præda bestiar: sed & illud cōsidera, q̄ gregis numerus imminuitur, nūc maxime, dū potest quod amiserit recuperare. *Neque enim cogitationes illius ignoramus:* Videlicet quod sub pietatis specie perdit. Nō enim solum illicidēdo ad stuprum, verum & diuersa ratione potest exitiū adferre, puta, immodico pœnitentiæ dolore. Proinde cū simul cū suis & nostris vsurpet, dū & ad peccandum incitans perdit, & nobis ad pœnitentiā prouocantibus, rapit, an nō res est vltra ius alieni vsurpatio? Nec enim illi satis est per peccatū deiicere, sed idem facit per pœnitentiā, ni aduigilemus: vnde & merito vocat pleonexiā, quoties vincit etiā per nostra. Nā per peccatū vsurpare, propriū illius est: non itē per pœnitentiā, q̄ hæc nostra sunt arma, nō illius. Cū igitur & hinc possit arripere, cōsidera q̄ turpiter vincemur, quomodo ut imbecilles ac miseros deridebit, atq; incurfabit, si nostris nos armis aggressurus est. Nam vehementer ridiculū est, atq; extremi dedecoris, illū per nostra remedia, procurare vulnera. Eōq; dixit: Non enim illius cogitationes ignoram⁹, vāfriciē eius, dolositate, molitiones, malitiā, sub pietatis imagine factos incurfus declarans. Hæc igitur nos reputantes, neminē despiciamus vnquā, nunquā peccātes desperemus; aut contra simus incogitantes, sed affligamus animū vbi deliquimus, nec simpliciter effundamus verba. Nam ipse noui permultos, qui dicunt quidē se lugere peccata, cū interim nihil præclari faciant: Sed ieiunant

ob peccatū quod te cōiicit in ignominiam. In gemis

scē cū peccas, nō quod es castigandus: nam id quidē nihil est, sed quod offenderis dominum tuum vsque adeo mansuetū, qui sic te amat, sic inhiat salutē tuę, ut & filiū tradiderit pro te: propter hæc suspira, idque facito iugiter. Hæc enim est cōfessio: nō nūc quidē hilaris, postero die tristis, deinde rursus hilaris, sed iugiter in luctu perseuerato, & in affligēdo temeripsum. Beati enim, inquit, qui lugēt, hoc est, qui iugiter hoc faciunt. Perstite igitur in hoc luctu, & tibi instās & cōterens animā tuam, non aliter quā si quis lugeat legitimum ac minime degenerē filium amissum. Scindite, inquit, corda vestra, & nō vestimēta vestra. Quod autē contractū est, nequaquam sarcietur: quod contritum, nequaquam resurget. Eapropter alter ait, Scindite: alter dicit, Cor contritū & humiliatū deus non despiciet. Et si fueris sapiēs, & si diues, & si potēs: dilacera cor, ne finas illud sublimes tollere spiritus, neque inflari. Quod enim discerpitū est, nō inflatur: & si quid esset quod extolleret, cōuulsio nō sustinet inflationē. Ita tu quoq; sis animo demisso, cogitās q̄ publicanus ille vnico verbo iustificatus est, quāquā non erat illa animi modestia, sed vera confessio. Quod si hæc tantū valet, quāto magis animi submissio: Ignosce peccata iis qui in te peccauerūt. Nā & hæc res remittit peccata. De priore quidē ait: Videbā q̄, incederet tristis, & sanauī vias eius. Hoc autem, in Achab placauit irā dei: de altero vero legitur, Remittite, & remittetur vobis. Est alia via remedium hoc adferēs nobis, videlicet detestatio peccatorū: Dic tu peccata tua prior, ut iustificeris. Iā & hoc diluit peccata, si in reb⁹ aduersis agas gratias, sed omniū præcipua est eleemosyna. Numera nūc remedia quæ medētur tuis vulnerib⁹, omniāq; semper appone, humilitatē, cōfessionē, obliuionē acceptarū iniuriarū, in aduersis gratiarū actionē, egentibus & pecunia & officio subueniendi studiū, assiduam precationem. Hoc modo vidua crudelē & immitem iudicem propitium reddidit. Quod si illa sibi cōcilium iniquū, multo magis tu conciliabis mansuetum. Est & alia præter has via, ut ad sis his qui iniuria afficiuntur. Iudicate, inquit, orphanis, & iustificate causā viduę: & venite huc, & disputem⁹. Et si fuerint peccata vestra ut phœnicē, ut niuē dealbabo. Quid igitur erit nobis excusationis, si cū tot habeamus vias in cælum ducentes, totq; phar maca quæ nostris medentur vulneribus, etiā post la uacrū in hisdem perseueremus? Ergo ne persistamus, sed qui nondū lapsi sunt, in sua permaneant pulchritudine, aut potius magis ac magis excolant illam. Nā etsi nulla reperias delicta, tamē hæc benefacta augēt animi pulchritudinē. Nos vero qui ī multis deliquimus, his quę cōmemorauimus, vtamur ad correctionē, vt ad tribunal Christi multa cū fiducia sistamur, quam nobis omnibus contingat assequi, per gratiam & bonitatem domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

*Homilia V.*  
*Vm autem venissem Troadem in euangelium Christi, & ostium mihi apertum esset in domino, nō habui requiem spiritu meo, eo quod non reperissem Titum fratrem meum.* Hic sermo videtur quidē Paulo indignus, siquidem ob fratris absentiam tantam deseruit salutem, quin & tenor orationis videtur inabsolutus. Quid igitur vultis? ut ostendamus quod nihil se dixerit indignum, an vt doceamus quadrare

sermonis tenorē? Mihi placet vt posterius hoc prius demonstremus. Nam hoc pacto fiet vt & illud alterū nobis facilius reddatur ac manifestius. Quomodo igitur hæc cohæret cum superioribus? Recordemur illorum quæ præcesserunt, & quomodo quadrent, intelligemus. Quanam igitur erāt quę dixerat initio? Nolo, inquit, vos ignorare de afflictione quæ nobis accidit in Asia, quoniam supra modū grauati sumus vltra vires. Cūmq; declarasset quomodo fuisset liberat⁹, & quæ in medio sunt interiecisset, necessario redit ad hoc, vt doceat quomodo & aliter afflictus fuisset. Quomodo igitur & quo pacto? ob id q̄ nō repererit Titum. Graue siquidem per se est ac dignum ob quod quis vitā abiiciat, vel tentationes sustineat. Cæterū si absit consolator, qui possit onus vnā ferre, grauior fit tēpestas. Porrō Titus hic ipse erat, quē in progressu epistolę dicit à Corinthiis ad se missum, & de quo multas magnāq; laudes deprædicat, quē eū dē ait se ab se ad illos dimisisse. Proinde volēs ostēdere, q̄ hac quoque in parte propter ipsos fuisset afflictus, hæc locut⁹ est. Ex his igitur liquet hūc sermonē cū superioribus cohærere. Iā q̄ nihil hic Paulo sit indignū, conabor demonstrare. Non enim dicit, q̄ Titī absentia obstiterit salutē eorū qui fuerāt ad euāgelicam accessuri fidē, neque quod hanc ob causam neglexerit eos qui crediderant, sed quod nō habuerit requiem, hoc est quod afflictus sit, discruciat⁹ sit, ob fratris absentiam: declarans quanti momenti sit abesse fratrem, eāq; gratia discesserit illinc. Sed quid est quod ait: *Cum venissem Troadem ad euāgelium?* Nō simpliciter dicit, adueni, sed, vt prædicarem euāgelium. *Attamē etiam cū ob id venissem, ac reperissem ingens negotiū, quod ostiū mihi magnum apertū esset in domino, nō habui, inquit, requiem.* Haud tamē ea res interrupit quod agebatur. Quomodo igitur dicit, dicto illis vale discessi, hoc est, nō ibi moratus sum diutius, angustia loci laborans, ac mœrore discruciat⁹. Fortassis autē & interruptum est opus illo absente. Verū hæc quoq; res nō mediocriter consolatur illos. Etenim si illic cum esset apertum ostiū, & in hoc venisset, illico discessisset, q̄ fratrem non reperisset, multo magis, inquit, oportet vos ignoscere negociorū necessitatib⁹, quib⁹ vbi que agimur ac circūagimur, neq; sinimur, ita vt volumus, neq; discedere, neq; cōmorari diutius cū quibus vellemus. Eapropter subiicit iterum, quæ admodum superius spiritui, ita hic deo ascribens absentiam suam: *Gratis autem, inquit, deo, qui semper triumphat nos in Christo, & odorem notitię suę manifestat per nos in omni loco.* Ne videretur hæc veluti lamētās deplorare, gratias agit deo. Quod autē dicit sic habet, Vbiq; afflictio, vbiq; angustia. Veni in Asiam, grauatus sum, grauatus vltra vires. Veni Troadē, nō inueni fratrem, nō veni ad vos. Et hoc quoq; non exiguū dolorem attulit animo meo, sed admodum grauem. Tum illud, q̄ cū apud vos multi peccassent, nō viderim vos. Nā parcens, inquit, vobis, nō iterū veni Corinthum. Itaque ne videretur hæc dicēs cōploratione vti, subdit, Nō solum non dolemus in his afflictionibus, verum etiā gaudemus, quodq; maius est, nō tantum spe futurorum præmiorum, verū etiam horum gratia quæ nūc contingunt, propterea quod hic quoque per has afflictiones clari reddimur & illustres. Itaq; tantū abest vt lugeamus, ac lamētemur, vt quod agitur appellemus triūphū, & ornemur his quæ nobis accidunt, vnde & dicit: *Deo gratia, qui semper nos triumphat: hoc est qui*

scē cū peccas, nō quod es castigandus: nam id quidē nihil est, sed quod offenderis dominum tuum vsque adeo mansuetū, qui sic te amat, sic inhiat salutē tuę, ut & filiū tradiderit pro te: propter hæc suspira, idque facito iugiter. Hæc enim est cōfessio: nō nūc quidē hilaris, postero die tristis, deinde rursus hilaris, sed iugiter in luctu perseuerato, & in affligēdo temeripsum. Beati enim, inquit, qui lugēt, hoc est, qui iugiter hoc faciunt. Perstite igitur in hoc luctu, & tibi instās & cōterens animā tuam, non aliter quā si quis lugeat legitimum ac minime degenerē filium amissum. Scindite, inquit, corda vestra, & nō vestimēta vestra. Quod autē contractū est, nequaquam sarcietur: quod contritum, nequaquam resurget. Eapropter alter ait, Scindite: alter dicit, Cor contritū & humiliatū deus non despiciet. Et si fueris sapiēs, & si diues, & si potēs: dilacera cor, ne finas illud sublimes tollere spiritus, neque inflari. Quod enim discerpitū est, nō inflatur: & si quid esset quod extolleret, cōuulsio nō sustinet inflationē. Ita tu quoq; sis animo demisso, cogitās q̄ publicanus ille vnico verbo iustificatus est, quāquā non erat illa animi modestia, sed vera confessio. Quod si hæc tantū valet, quāto magis animi submissio: Ignosce peccata iis qui in te peccauerūt. Nā & hæc res remittit peccata. De priore quidē ait: Videbā q̄, incederet tristis, & sanauī vias eius. Hoc autem, in Achab placauit irā dei: de altero vero legitur, Remittite, & remittetur vobis. Est alia via remedium hoc adferēs nobis, videlicet detestatio peccatorū: Dic tu peccata tua prior, ut iustificeris. Iā & hoc diluit peccata, si in reb⁹ aduersis agas gratias, sed omniū præcipua est eleemosyna. Numera nūc remedia quæ medētur tuis vulnerib⁹, omniāq; semper appone, humilitatē, cōfessionē, obliuionē acceptarū iniuriarū, in aduersis gratiarū actionē, egentibus & pecunia & officio subueniendi studiū, assiduam precationem. Hoc modo vidua crudelē & immitem iudicem propitium reddidit. Quod si illa sibi cōcilium iniquū, multo magis tu conciliabis mansuetum. Est & alia præter has via, ut ad sis his qui iniuria afficiuntur. Iudicate, inquit, orphanis, & iustificate causā viduę: & venite huc, & disputem⁹. Et si fuerint peccata vestra ut phœnicē, ut niuē dealbabo. Quid igitur erit nobis excusationis, si cū tot habeamus vias in cælum ducentes, totq; phar maca quæ nostris medentur vulneribus, etiā post la uacrū in hisdem perseueremus? Ergo ne persistamus, sed qui nondū lapsi sunt, in sua permaneant pulchritudine, aut potius magis ac magis excolant illam. Nā etsi nulla reperias delicta, tamē hæc benefacta augēt animi pulchritudinē. Nos vero qui ī multis deliquimus, his quę cōmemorauimus, vtamur ad correctionē, vt ad tribunal Christi multa cū fiducia sistamur, quam nobis omnibus contingat assequi, per gratiam & bonitatem domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

*Mat. 5. 4*

*1. Thel. 2. c*

*1. Sa. 50. d*

*Luc. 18. c*

*3. Re. 21. g*

*Luc. 6. f*

*1. Sa. 43. d*

*Luc. 18. a*

*1. Sa. 1. c*

scē cū peccas, nō quod es castigandus: nam id quidē nihil est, sed quod offenderis dominum tuum vsque adeo mansuetū, qui sic te amat, sic inhiat salutē tuę, ut & filiū tradiderit pro te: propter hæc suspira, idque facito iugiter. Hæc enim est cōfessio: nō nūc quidē hilaris, postero die tristis, deinde rursus hilaris, sed iugiter in luctu perseuerato, & in affligēdo temeripsum. Beati enim, inquit, qui lugēt, hoc est, qui iugiter hoc faciunt. Perstite igitur in hoc luctu, & tibi instās & cōterens animā tuam, non aliter quā si quis lugeat legitimum ac minime degenerē filium amissum. Scindite, inquit, corda vestra, & nō vestimēta vestra. Quod autē contractū est, nequaquam sarcietur: quod contritum, nequaquam resurget. Eapropter alter ait, Scindite: alter dicit, Cor contritū & humiliatū deus non despiciet. Et si fueris sapiēs, & si diues, & si potēs: dilacera cor, ne finas illud sublimes tollere spiritus, neque inflari. Quod enim discerpitū est, nō inflatur: & si quid esset quod extolleret, cōuulsio nō sustinet inflationē. Ita tu quoq; sis animo demisso, cogitās q̄ publicanus ille vnico verbo iustificatus est, quāquā non erat illa animi modestia, sed vera confessio. Quod si hæc tantū valet, quāto magis animi submissio: Ignosce peccata iis qui in te peccauerūt. Nā & hæc res remittit peccata. De priore quidē ait: Videbā q̄, incederet tristis, & sanauī vias eius. Hoc autem, in Achab placauit irā dei: de altero vero legitur, Remittite, & remittetur vobis. Est alia via remedium hoc adferēs nobis, videlicet detestatio peccatorū: Dic tu peccata tua prior, ut iustificeris. Iā & hoc diluit peccata, si in reb⁹ aduersis agas gratias, sed omniū præcipua est eleemosyna. Numera nūc remedia quæ medētur tuis vulnerib⁹, omniāq; semper appone, humilitatē, cōfessionē, obliuionē acceptarū iniuriarū, in aduersis gratiarū actionē, egentibus & pecunia & officio subueniendi studiū, assiduam precationem. Hoc modo vidua crudelē & immitem iudicem propitium reddidit. Quod si illa sibi cōcilium iniquū, multo magis tu conciliabis mansuetum. Est & alia præter has via, ut ad sis his qui iniuria afficiuntur. Iudicate, inquit, orphanis, & iustificate causā viduę: & venite huc, & disputem⁹. Et si fuerint peccata vestra ut phœnicē, ut niuē dealbabo. Quid igitur erit nobis excusationis, si cū tot habeamus vias in cælum ducentes, totq; phar maca quæ nostris medentur vulneribus, etiā post la uacrū in hisdem perseueremus? Ergo ne persistamus, sed qui nondū lapsi sunt, in sua permaneant pulchritudine, aut potius magis ac magis excolant illam. Nā etsi nulla reperias delicta, tamē hæc benefacta augēt animi pulchritudinē. Nos vero qui ī multis deliquimus, his quę cōmemorauimus, vtamur ad correctionē, vt ad tribunal Christi multa cū fiducia sistamur, quam nobis omnibus contingat assequi, per gratiam & bonitatem domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

*Homilia V.*  
*Vm autem venissem Troadem in euangelium Christi, & ostium mihi apertum esset in domino, nō habui requiem spiritu meo, eo quod non reperissem Titum fratrem meum.* Hic sermo videtur quidē Paulo indignus, siquidem ob fratris absentiam tantam deseruit salutem, quin & tenor orationis videtur inabsolutus. Quid igitur vultis? ut ostendamus quod nihil se dixerit indignum, an vt doceamus quadrare

sermonis tenorē? Mihi placet vt posterius hoc prius demonstremus. Nam hoc pacto fiet vt & illud alterū nobis facilius reddatur ac manifestius. Quomodo igitur hæc cohæret cum superioribus? Recordemur illorum quæ præcesserunt, & quomodo quadrent, intelligemus. Quanam igitur erāt quę dixerat initio? Nolo, inquit, vos ignorare de afflictione quæ nobis accidit in Asia, quoniam supra modū grauati sumus vltra vires. Cūmq; declarasset quomodo fuisset liberat⁹, & quæ in medio sunt interiecisset, necessario redit ad hoc, vt doceat quomodo & aliter afflictus fuisset. Quomodo igitur & quo pacto? ob id q̄ nō repererit Titum. Graue siquidem per se est ac dignum ob quod quis vitā abiiciat, vel tentationes sustineat. Cæterū si absit consolator, qui possit onus vnā ferre, grauior fit tēpestas. Porrō Titus hic ipse erat, quē in progressu epistolę dicit à Corinthiis ad se missum, & de quo multas magnāq; laudes deprædicat, quē eū dē ait se ab se ad illos dimisisse. Proinde volēs ostēdere, q̄ hac quoque in parte propter ipsos fuisset afflictus, hæc locut⁹ est. Ex his igitur liquet hūc sermonē cū superioribus cohærere. Iā q̄ nihil hic Paulo sit indignū, conabor demonstrare. Non enim dicit, q̄ Titī absentia obstiterit salutē eorū qui fuerāt ad euāgelicam accessuri fidē, neque quod hanc ob causam neglexerit eos qui crediderant, sed quod nō habuerit requiem, hoc est quod afflictus sit, discruciat⁹ sit, ob fratris absentiam: declarans quanti momenti sit abesse fratrem, eāq; gratia discesserit illinc. Sed quid est quod ait: *Cum venissem Troadem ad euāgelium?* Nō simpliciter dicit, adueni, sed, vt prædicarem euāgelium. *Attamē etiam cū ob id venissem, ac reperissem ingens negotiū, quod ostiū mihi magnum apertū esset in domino, nō habui, inquit, requiem.* Haud tamē ea res interrupit quod agebatur. Quomodo igitur dicit, dicto illis vale discessi, hoc est, nō ibi moratus sum diutius, angustia loci laborans, ac mœrore discruciat⁹. Fortassis autē & interruptum est opus illo absente. Verū hæc quoq; res nō mediocriter consolatur illos. Etenim si illic cum esset apertum ostiū, & in hoc venisset, illico discessisset, q̄ fratrem non reperisset, multo magis, inquit, oportet vos ignoscere negociorū necessitatib⁹, quib⁹ vbi que agimur ac circūagimur, neq; sinimur, ita vt volumus, neq; discedere, neq; cōmorari diutius cū quibus vellemus. Eapropter subiicit iterum, quæ admodum superius spiritui, ita hic deo ascribens absentiam suam: *Gratis autem, inquit, deo, qui semper triumphat nos in Christo, & odorem notitię suę manifestat per nos in omni loco.* Ne videretur hæc veluti lamētās deplorare, gratias agit deo. Quod autē dicit sic habet, Vbiq; afflictio, vbiq; angustia. Veni in Asiam, grauatus sum, grauatus vltra vires. Veni Troadē, nō inueni fratrem, nō veni ad vos. Et hoc quoq; non exiguū dolorem attulit animo meo, sed admodum grauem. Tum illud, q̄ cū apud vos multi peccassent, nō viderim vos. Nā parcens, inquit, vobis, nō iterū veni Corinthum. Itaque ne videretur hæc dicēs cōploratione vti, subdit, Nō solum non dolemus in his afflictionibus, verum etiā gaudemus, quodq; maius est, nō tantum spe futurorum præmiorum, verū etiam horum gratia quæ nūc contingunt, propterea quod hic quoque per has afflictiones clari reddimur & illustres. Itaq; tantū abest vt lugeamus, ac lamētemur, vt quod agitur appellemus triūphū, & ornemur his quæ nobis accidunt, vnde & dicit: *Deo gratia, qui semper nos triumphat: hoc est qui*

*sup. 1. b*

*infra. 7. c. 8.*

*sup. 1. d*



qui nos omnibus facit cōspicuos & claros. Nā quod aliis videtur esse ignominia, nimirū vndiq; eiici, hoc nobis videtur summi honoris. Eōq; non dixit, Qui nos facit notos, sed, qui triūphat: significans q̄ eiūsmodi persecutiones vbiq; terrarū assidua trophæa erigerēt aduersus diabolū. Mox dum cōmemorato eo qui triūphat, addit etiam triumphī causam & argumentum, hinc quoq; excitat auditoris animū. Non enim solum, inquit, triumphamur à deo, sed triumphamur in Christo: hoc est, propter Christum, & ob euāgelij prædicationē. Posteaquā enim agendus est triūphus, omnino necesse est, & nos quoq; qui trophæum gestamus, esse cōspicuos: quoniā ipsū Christū baiulamur, ob id nobiles sumus & illustres. *Et odorem notitiæ suæ manifestauit per nos in omni loco.* Superius dixit, qui semper triūphat: hic dicit, in omni loco, demonstrans & locū & tēpus omne plēnū esse certaminibus apostolicis. Rurū & aliā adhibuit metaphorā, ab odoris fragrantia sumptā. Sicut enim qui portat vnguenta, sic omnibus, inquit, sumus manifesti, dei notitiā appellans vnguentū preciosum. Nec dixit notitiā, sed, odorem notitiā. Talis siquidem est præfens dei notitia, nō admodū euidēs nec exerta. Vnde & in prio-

re dicebat epistola, Videmus nunc per speculū in ænigmate: hic idē dicit, odorē. Qui vero p̄sensit odorem, scit quidē vnguentū alicubi positū esse: ceterū cuiusmodi naturē sit, non itē nouit, nisi prius ipsū videre contingat. Sic & nos, deum quidem esse scimus, at quid sit secundū substantiā nondum scimus. Proinde sumus tanquā regale suffumigatorium siue thuribulū, quocunq; accesserimus cœlesti fragrantes vnguentō, ac spiritali suaueolētia. Hæc autē dixit, simul prædicationis vim ostēdens, q̄ à quibus per insidias appetuntur Apostoli, per hos relucet magis, dum persequētes efficiūt, vt totus etiā terrarū orbis ipsos nouerit, ac illorū trophæa bonique odoris fragrantia, simul cōsolās illos super afflictionibus ac tētationibus vt omnia forti perferant animo, siquidem & ante tēpus reponēdæ mercedis, ineffabilis gloria fructum capiunt. *Quoniam Christi bonus odor sumus deo, in his qui salui sunt, & in his qui pereūt.* Etenim siue quis saluus fiat, inquit, siue pereat, ipsū euāgelij manet propriam obtinēs virtutē, non aliter quam lumen, etiā si caliginē offundat infirmis oculis, lumen est etiā tum cum obtenebrat. Et mel quamuis amarum sit ægro-

Luc. 2. c

tantibus, natura tamē dulce est: Sic & euāgelij boni odoris est, etiā si qui pereunt increduli. Nec em̄ euāgelium facit, vt illi pereant, sed illorū amentia. Quin hac potius ratione patefit illius fragrantia, si corrupti & improbi pereunt, vt nō tantum ē salutē bonorum, verumetiam ex malorū interitu declaretur illius virtus: quandoquidē & Sol cū vehementer lucidus est, hoc ipso maxime ferit infirmorū oculos. Atque ipse seruator in ruinā, & resurrectionē multorum positus est: attamē manet id quod est, seruator, etiamsi corruant innumerabiles: & illius aduētus grauiorē dānationē attulit incredulis, nihilo secius tamen perseuerat esse salutaris. Hæc ob causā & Apostolus dicit, *Deo bonus odor sumus:* Hoc est, etiā si pereant aliqui, nos tamen perseueramus hoc esse quod sumus. Neque simpliciter dixit, bonus odor: sed addit, deo. Quod si deo sumus bonus odor, isq; hæc suo suffragio cōprobat, quis deinde contradicaturus est? Ac bonus odor Christi mihi duplicē vidē recipere interpretationē, aut em̄ hoc dicit q̄ Apostoli seipfos immolarēt mo-

riētes, aut q̄ Christi immolatio bonus sit odor: ] quasi dicat aliquis, huius victimæ bonus est odor, hic suffitus. Aut hoc igitur significat boni odoris vocabulū, aut quod prius dixi, quoniā quotidie immolatur propter Christū. Vides quōd euexerit tērationes, dum eas triūphum appellat [bonūq; odorē] ac victimā, quæ deo offertur. Deinde quoniā dixit, Bonus odor sumus etiam in his qui pereunt, ne putares & illos deo acceptabiles esse, subiunxit: *His quidem odor mortis in mortem, illis vero odor vitæ in vitam.* Quōd hūc bonū odorē alteri quidē admittūt vt salui fiāt, alteri sic vt pereāt. Itaq; siue quis pereat, ipse sibi causa est, quādoquidē & sues dicūtur vnguentō præfocari, & lumen quēadmodū antē dixi, infirmis caliginem offundere. Talis est & bonorū natura, nō solum sua corrigit, verū etiā contraria perdit, atque hic potissimum ostenditur illorum vis. Nam & ignis nō modo cum illuminat tātum, neq; cum aurū repurgat, verumetiam cum carbones absūmit, maxime suam vim exerit, atque hac parte perspicuum fit, quōd sit ignis. Similiter autem & Christus hoc quoque argumentō declarabit maiestatem suam, cum absumpserit Antichristum spiritu oris sui, & aboleuerit splendore aduētus sui. *Et ad hæc quis idoneus?* Quoniā magnifica quædā fuerat elocutus, victima sumus Christi, & bonus odor, & triūphamur vbiq;: rurū tēperat ea, cūcta ad deū auctorem referēs, ita loquēs: & ad hæc quis idoneus? Torū, inquit, Christi est, nō nostrum. Vides vt huius sermo contrarius est sermoni pseudapostolorum? Siquidē illi gloriantur, quasi ex sese aliquid attulerint ad euāgelium: hic vero hoc nomine ait se gloriari, q̄ existimet illic nihil esse ipsius. Nam gloria, inquit, nostra hæc est, testimoniū cōscientiæ, quod nō in sapientia carnali, sed in gratia dei conuersati sumus in mūdo, & vbi illi lucrū existimabāt esse gloriari de sapientia, externā loquor, hic existimauit exitiū. Eōq; & hic dicit, Et ad hæc quis idoneus? Quōd si nō sumus idonei, gratiæ est quod geritur. *Non enim sumus sicut ceteri cauponantes verbum dei.* Nā etiā si magnificā loquamur, nullo tamē nostrū diximus esse benefactū, sed omnia Christi. Neq; em̄ imitabimur eos, qui se falso vocāt apostolos, dicentes pleraq; ipsoꝝ esse. Nam hoc est est cauponari, vbi quis adulterat vinū, vbi quis pecunia vēdit, quod gratis donari oportuit: quādoquidē hic mihi vidē illos taxare de quæstu, & quod dicebā, rurū subindicare, q̄ sua miserēt diuinis. Quod reprehendēs & Esaias dicebat, Caupones tui miscent vinum aqua. Quanquā enim hoc de vino dictū est, haud tamē aberrarit, si quis ad doctrinā trāsferat. At nos, inquit, nō eodē modo rem gerimus, sed quæ nobis credita sunt, ea exhibemus, merū & indilutū propinantes verbum. Ideoq; subiunxit: *Sed tanquam ex sinceritate, tanquā ex deo, in conspectu dei, in Christo loquimur.* Nō seducētes vos ita prædicamus, veluti gratificantes nobis, aut velut ex nobis ipsis aliquid inferentes aut admiscētes, sed tāquā ex deo: hoc est, non loquimur q̄ aliquid domi nostræ natum vobis largimur, sed q̄ deus omnia donauit. Hoc enim est ex deo, de nullo gloriari, quasi propriū habeamus; sed omnia illi trāsferere: in Christo loquimur, nihil nostræ sapientiæ, sed ab illo proficiscenti robori nitentes. At non idē faciunt isti, qui se iactāt, sed perinde rem gerunt, quasi ex se quippiā intulerint. Vnde & alibi taxat eos dicēs: *Quid enim habes quod nō accepisti? Quod si etiā accepisti, quid gloriaris quasi nō acceperis?* Hæc summa

1. Cor. 4

summa

Moralic.

summavirtus est, omnia deo accepta referre, nihil nostrū ducere, nihil ad humanā gloriā facere, sed ad dei placita: propterea q̄ is est, qui rationē exacturus est. Nūc vero ordo inuersus est, cū qui pro tribunali sedet, & causas excutit, nō admodū metuumus: eos vero qui nobiscū stāt, simūlq; iudicātur, timemus. Vnde igitur hic morbus, vnde in nostras animas inuasit? Ex eo q̄ non assidue versamus animo quæ illic sunt, sed rebus præsentib⁹ affixi sumus. Hinc venit q̄ in prauas actiones facile prolabimur, & si quid boni facimus, ad ostentationē facimus. Hinc itaq; nobis venit detrimentum. Proinde videt quis impudicis oculis aliqua frequēter, sicut nec illa quæ aspicitur sentiat, nec hi qui cū ipso ambulāt, at nō etiā sefellit oculū illum qui somnū nescit. Siquidē ille etiā priusquā peccatū cōmittitur, iā vidit animā impudicā, atq; internā infantiā, vidit cogitationes velut in tēpestate vltro citroq; fluctuātes. Neq; em̄ opus habet testibus & argumentis qui nouit omnia. Itaq; ne respicias ad cōseruos. Nā etiā si laudet homo, nulla hinc vtilitas, si deus nō approbet. Rurū quāuis dānet homo, nullo detrimentū, si nō cōdēnet deus. Ergo ne isto modo prouoces iudicē, cōseruorū quidē multā habens rationē, ipso vero indignāte nec metuēs nec tremēs. Negligamus igitur laudē ab hominibus venientem. Quouisq; viles & humilium rerum admiratores, quousq; deo nos ad cœlū erigēte ipsi studemus humili perere? Fratres Iosephi si dei timorē præ oculis habuissent, vt habere par erat, haudquaquā fratres in solitudine nacti occidissent. Rurū Cain si iudicium illud metuisset, quēadmodū metuisse oportuit, nequaquā dixisset, Veni, egrediamur in cāpū. Quid enim o miser & infœlix separas illū ab eo, qui ipsum genuit, & in solitudinē abducis? An deus in deserto non intuef facinus? An ex his quæ patri tuo acciderūt, nondum edoctus es, q̄ deus omnia nouit? omnibus adest quæ patratur? Et quāobrem nō hoc ad illū dixit deus inficiatē, me celas, qui vbiq; sum præfens, qui occulta noui? Quoniā nōdū ille hæc sublimioris philosophiæ recte capere poterat. Sed quid dixit? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me: nō q̄ sanguis habeat vocem, sed quēadmodū nos de reb⁹ manifestis ac dilucidis loqui solemus, res ipsa clamat. Quapropter sanē oportet dei iudiciū præ oculis habere, mox mala extincta fuerit oīa. Sic & in precationib⁹ possumus esse vigilātes, si cōsideremus cui loquamur, si reputem⁹ nos sacrificiū offerre, ac machærā tenere manibus, necnō ignē & ligna, si cogitatione cœli portas aperiam⁹, si illō trāsferamur, & arrepto gladio spiritus infigamus illū in iugulum hostiæ, & mactemus illam sobrietate, atq; infundamus illi lachrymas: hic enim & huius sacrificij sanguis, huiusmodi illa ara rubescit mactatione. Ne cōmittas igitur, vt hoc tēpore quicquā humanarum cogitationū occupet animum tuum: cōsiderato quōd & Abrahā cum hostiā adferret, non vxorem, nō seruū, nō aliū quenquā passus est adesse: itaque nec tu finas seruilium ac illiberalium affectuum quicquā adesse tibi, sed solus ascende in montē, quō ascendit ille, quō fas non est quenquā alium ascendere. Quōd si quæ taliū cogitationum conetur tecum ascendere, imperato illis cū autoritate ac dicitō, Sedete hic, ego vero & puer adorato domino, reuertemur: & asina & pueris deorsum relictis, aut si quid aliud brutū est, ac mentis indigū, si quid est rationale assumito atq; ascendito, quēadmodum ille assumpsit

Gen. 37. d

Ibid. 4. b

Ibidem.

Gen. 22. a

A Isaac, aramq; quēadmodum ille ædifica, tanquā nihil habēs humanū, sed velut à natura factus alienus, Siquidē ille nisi vltra naturam exisset, nequaquam filiū immolasset. Ne qua res tū tibi obstrepāt, sed fias cœlis excelssior, suspirā amare, immola cōfessionem. Dic tū, inquit, peccata tua prior, vt iustificeris: offer cōtentionē cordis: hæc victimæ non in cinerē abeūt, neque in fumū dissoluuntur, neque lignis egent aut igne, sed sola mēte cōpuncta: hæc ligna, hic ignis incendēs illa & nō exurēs. Etenim qui cū feruore deprecatur, inflātur & nō exuritur, sed velut aurum igni probatū fit splēdidior. Cū his vero & illud obserua, ne quid inter precādū loquaris quod exaspere dominū tuum, neq; illū aduersus hostes interpellas: Nā si p̄bro datur habere hostes, orare aduersus illos cogita quātū sit malū. Etenim cū oporteat te rationē reddere quāobrem hostes habeas, tu illōs etiā accusas? Et quam assequeris veniā, non solum hostes habēs, verumetiam male de illis loquens, idq; eo tempore cū tibi opus est multa misericordia? quādoquidē accessisti pro tuis peccatis deprecatur⁹. Proinde ne memineris alienorū, ne tuorū memoriā refrices. Nā si dixeris, percutite inimicū, obturasti tibi os, nec amplius linguę dedisti loquēdi fiducia. Primum quidem quōd ipso statim deprecationis exordio ad irā prouocasti iudicē, deinde quōd ea petis quæ pugnāt cū orādī formula. Nam si deum adis pro peccatorū remissione, qua fronte de vindicta loqueris? Contrā igitur oportuit facere. orādū erat pro illis, vt deū & pro nobis ipsis imploremus. Nunc iudicis sententiā anteuertisti tuā, dū postulas vt peccātes puniat, quæ res tibi omnē adimit veniā. Quōd si pro illis oraueris, ac pro te nihil dixeris, perfectionē omnē præstiteris. Cōsidera quot sint in lege sacrificia. Est sacrificiū remissionis, sacrificiū cōfessionis, sacrificiū salutaris, sacrificiū purificatiōis, aliāq; innumera, cū nullo sit aduersus inimicos, sed vnūquodq; pro peccatis propriis, aut etiā pro foeliciter gestis. An aliū adis deū? Illū adis, qui iussit nos pro inimicis nostris orare. quomodo igitur occlamas illi, quomodo imploras deū, vt propriā soluat legē? Nō est istud supplicis personā agere. Nemo supplicat vt alius perdatur, sed vt ipse seruetur. Cur igitur supplicis personā induis, cum verba habeas accusatoris? Cum pro nobis quidem oramus, scabimus caput, oscitamur, inque mille cogitationes delabimur, at cū aduersus hostes oram⁹, vigilantes id facimus. Quoniā itaq; nouit diabolus, q̄ contra nos ipsos gladium vibramus, nō retrahit, nō auocat huc & illuc, quō grauius nos perdat. Sed dixerit aliquis, iniuria sū affectus & affligor. Quin igit aduersus diabolū interpellas deum, qui omnium maxime nos lædit: qđ etiā iuberis dicere, Libera nos ab illo malo. Ille est hostis irreconciliabilis. Ceterū homo quicquid facit, amicus est & frater. Illi igit irascamur omnes, aduersus illū imploremus deū dicentes, Cōtere satanā sub pedibus nostris, nā hic etiā inimicos nobis parit. Quōd si precaris aduersus inimicos, precationē quā ille optat, precaris. Ergo si cōtra hostes oramus, aduersus hūc orem⁹. Cur igit omisso eo quivere est inimicus, mordes tua mēbra, hac in parte feris immanior? Sed cōtumelia, iquis, me affectit, & rebus meis me spoliauit. Sed vter est lugēdus, is ne qui affect⁹ est iniuria, an qui fecit iuriā? Nā qui pecunias lucrificat, à dei beneuolentia semet excussit, plūsq; perdidit q̄ accepit. Proinde ille est qui læsus est. An

Esa. 43. d

Mat. 5. g

Luc. 6. b

Mat. 5. b

non

nō igitur orandū est, vt deus illis fiat propitiu? Cōsi-  
 dera q̄ multa passi sint illi tres pueri, qui nihil admi-  
 serāt sceleris, exulabāt à patria libertate, adducti sunt  
 captiui, facti sunt serui, & in alienā ac barbarā aucti  
 regionē, & iam occidendi erant ob somnium, idque  
 temere, & sine causa. Quid igitur cum essent ingressi  
 cū Daniele, quid precati sunt, quid dixerūt? Prosterne  
 Nabuchodonosor, dilacera illius diadema, deiice  
 illū à throno? Nihil huiusmodi. Sed postulabāt mise-  
 ricordias à deo, similiter & cum essent in camino. At  
 nō itē vos, sed cū multa leuiora patiamini q̄ illi, fre-  
 quenter etiā iuste meritoq; , non desinitis innumera  
 imprecari mala: hic dicit, deiice inimicū, quē admo-  
 dum demersisti curram Pharaonis: alius dicit, percu-  
 te carnem illius. Rursus alius dicit, vindictam trans-  
 fer in liberos. An nō agnoscitis hęc verba? vnde igitur  
 nobis hic risus? Vides q̄ sint deridicula, cum ab  
 his dicatur qui cōmoti nō sunt. Quin & omne pec-  
 catum tunc demū appareat quā sit fœdum, cum illi  
 detraxeris affectionē eius qui facinus cōmisit. Et si  
 irato reuoces in memoriā verba quę dixit cōmotus,  
 abdet se ac deridebit seipsum, cupietq; vel innumera  
 mala fuisse passum potius q̄ ea verba esse ipsius. Et si  
 impudicū post coitum reduxeris ad mulierem quam  
 stuprauit, etiā hic illā auersabitur vt abominandam.  
 Sic & vos qui vacatis talibus affectibus, ridetis nunc:  
 ridicula sunt enim hęc & anicularum verba, ebriorū  
 ac muliebris pusillanimitatis. Quin & Ioseph veditus,  
 & in seruitutē deductus, cum etiam carcerem incol-  
 uisset, ne sic quidem emisit verbum amarū aduersus  
 eos qui fuerant dolorū authores, sed quid dicit? Fur-  
 tim sublatus sum ē terra Hebræorū: nec addit à quo  
 fuerat sublatus, propterea q̄ puderet ipsum fraterno-  
 rum malorū, magis quā ipsos qui fecerant ea. Ad  
 hūc modū decet & vos affectos esse, vt magis doleatis  
 pro his qui vos insectantur, q̄ ipsi dolent pro se.  
 Noxa siquidē ad illos peruenit. Proinde quē admo-  
 dum qui calcitrant aduersus clauos, & interim elato  
 sunt animo, ob insanīā misericordia digni sunt ac lamē-  
 tētis: sic qui lædūt eos à quibus nihil passi sunt ma-  
 li, nō imprecationibus, sed multis cōplorationibus ac  
 lamētis digni sunt, vt qui suas ipsorū vulnerant ani-  
 mas. Nihil enim detestabilius animo alium deuouēte,  
 neque quicquā impurius lingua talia exhalante.  
 Homo es, ne virus aspidū euomas. Homo es, ne ver-  
 tatis in ferā. Ideo tibi datum est os, non vt mordeas,  
 sed vt medearis aliorū vulneribus. Memineris quid  
 tibi præceperim, inquit deus, videlicet vt condones  
 atque ignoscas. At tu me imploras vt tibi confortē  
 me præbeam ad subuertēda præcepta mea. Comedis  
 fratrē, ac furentiū ritu cruētas linguā ac dentes mē-  
 brorū tuorū sanguine. Vt putas diabolū ridere,  
 cū talia audiat vota? quomodo putas deum irritari &  
 auerti, cū talia postulas? Qua re nihil fieri potest sce-  
 leratius. Nam si fas non est adire mytheria eum qui  
 non solum habet, verum etiam aduersus illum fundit  
 preces: Hęc itaq; cogitantes, & huius sacrificij ma-  
 teriam esse sciētes, quod pro inimicis immolatus est  
 dominus, neque nos quenquam habeamus inimicū,  
 & si quem habuerimus, pro illo oremus, vt & nos  
 peccatorum nostrorū veniam consequamur, & cū  
 fiducia stemus ad tribunal Christi, cui gloria & im-  
 perium in secula seculorum, Amen.

**A** *Incipimus iterū nos ipsos cōmendare? aut num egemus  
 vt quidā cōmendatiuis epistolis ad vos, aut ex vobis  
 cōmendatiuis? Quod ab aliis futurū erat vt ob-  
 uiceretur, videlicet q̄ seipsum efferret, id occupās ip-  
 se commemorat, licet & superius tāta correptione sit  
 vsus, cum diceret, Ad hęc quis idoneus? & ex synce-  
 ritate loquimur: haud tamē illis cōtentus est. Siqui-  
 dem hic Pauli mos est, vt semper sibivideatur magni  
 quippiam de se loqui, eōq; procul ab hoc vitio sese  
 submouet, ex abundantia summa cautione id vitās. At  
 tu mihi hinc considera eximiam Apostoli sapientiā.  
 Rem enim quā videtur esse tristis, afflictionē dico,  
 vsque adeo extulit, adeoq; demonstrauit esse splendi-  
 dam & illustrem, vt ex his quā dixit, hęc illi extite-  
 rit obiectio. Facit autē idē sub finem epistolæ. Post-  
 quam enī recēsuisset innumerabilia discrimina, con-  
 tumelias, angustias, necessitates, & quæcūq; sunt hu-  
 ius generis, subiūxit dicēs: Non nos ipsos cōmenda-  
 mus, sed vobis occasionem dantes gloriādi. Ac rur-  
 sus idē illic ponit acriter, cūmq; maiore delinitione,  
 Nam hic quidē charitatis verba sunt: Aut num egemus  
 vt quidam commendatiuis epistolis: illic vero  
 verba etiam spiritu quodam plena sunt. Necessario  
 simul & vtiliter tum spiritu tum iracūdia plena sunt.  
 Non enim, inquit, nos ipsos iterum commendamus,  
 sed occasionem dātes vobis gloriādi. Ac rursus, Pu-  
 tatis q̄ nos vobis excusamus: quod in conspectu dei,  
 in Christo loquimur. Metuo nanque ne cum venero,  
 non quales volo reperiam vos, & ego reperiar vobis  
 qualem nō vultis. Etenim ne videretur in assentationis  
 venire suspicionem, quasi venans ab illis honorē,  
 hęc dicit, Metuo ne cum venero, nō quales volo re-  
 peria vos, & reperiar vobis qualē nō vultis. Sed hęc  
 quidē post multas inculpationes, in initio vero nō itē,  
 sed mitius loquitur. Sed agē, inquit, quid est quod  
 dixit? De tērationib; ac periculis locutus est, quodq;  
 vbiq; velut in pompa circumfertur à deo in Christo,  
 quodq; tot; terrarū orbis nouit hos triūphos. Quo-  
 niā igitur magnifica de se locutus est, obicit sibi ipsi  
 dicēs, Incipimus iterū nos ipsos cōmendare? Sermo-  
 nis huius sensus hic est: Fortassis quispiā nobis cōtra-  
 dicturus est, Quid istuc Paule? hęc de teipso dicis, ac  
 teipsum laudibus vehis? Hęc itaq; suspicionē diluēs,  
 ait, Nō hoc volumus, nimirū vt nosmetipsos ostentē-  
 mus, ac nos ipsos efferamus: sed adeo nō egemus cō-  
 mendatitiis epistolis ad vos, vt vos epistolæ loco ha-  
 beamus. Nam epistola nostra, inquit, vos estis. Si sit opus  
 nos apud alios cōmendari, vos vtiq; produceremus  
 in mediū epistolę vice. Quod idem dixerat in priore  
 epistola, Signaculū enī epistolę meę, vos estis. Verū  
 non eundē ad modū hic loquitur, sed cū ironia qua-  
 dam, quod sermo feriat acrius. Aut num opus habem;  
 commendatiuis epistolis? Te cētē notās pseudaposto-  
 los, adiecit, vt quidam apud vos. Aut ex vobis episto-  
 lis cōmendatiuis ad alios? Mox quoniā hoc dictum  
 erat grauius, lenit his quæ sequuntur, dicēs: Epistola no-  
 stra vos estis, inscripta in cordibus nostris, quæ cognoscitur ab  
 omnibus, dum manifestatis quod estis epistola Christi. Hic nō  
 solū illis testimoniū perhibet, quod charitatem ha-  
 beant, verū etiam quod multa recte gesserint, siquidē  
 idonei sunt qui per suam virtutē cunctis hominibus  
 demonstrent magistrī dignitatē. Nam hoc est quod  
 ait, Epistola nostrayōs estis. Quicquid illud est quod  
 fecissent epistolæ nos cōmendātes, nobisq; reuētētā  
 cōciliantes: hoc vobis facitis, dū & vident vos, & de  
 vobis*

vobis audiūt omnes, propterea q̄ discipulorum vir-  
 tus præceptorē ornare solet, & cōmendare, plusquā  
 vlla possit epistola. Inscripta in cordibus nostris, hoc  
 est, quā omnes norūt, adeo vos vbiq; circūferimus,  
 & in animo habemus: quasi dixisset, cōmendatio no-  
 stri apud alios vos estis. gestam; em; vos in corde as-  
 fidue, & apud oēs vestra benefacta celebram;. Pro-  
 inde tantū abest, vt quod simus apud alios cōmedati,  
 egemus cōmedatiuis epistolis vestris, vt ne in hoc  
 quidē apud vos egemus cōmendatione, quod mag-  
 nopere vos diligā. Quid enim opus est literis apud  
 eos, qui te probe norūt? Vos autē in hoc pectore no-  
 stro estis. Nec simpliciter dixit, estis, sed addit, inscri-  
 pti: hoc est, ne excidere quidē potestis. Siquidē vt ex  
 literis qui eas legūt, ita ex corde nostro, qui hoc no-  
 uerūt, sciūt omnes charitatē nostrā quā habemus er-  
 ga vos. Itaq; si in hoc adhibētur literæ: vt ex his cō-  
 stet hūc aut illū mihi esse amicū, vtq; cōmedatus cu-  
 ræ sit, sufficit nostra charitas ad totū hoc efficiēdum.  
 siue enim venerimus ad vos, nō opus habemus aliis  
 per quos cōmedemur, cū amicitia nostra iā hoc officij  
 anticipari: siue ad alios eamus, nō egemus iterum  
 literis, cū harū vice nobis eadē rursus sufficit cha-  
 ritas, quādo circumferimus epistolā in cordibus no-  
 stris. Post hęc amplius illos attollēs, etiā Christi vo-  
 cat epistolā, dicens: Dum; manifestamini quod estis epistola  
 Christi. Hęc locutus iam argumētum & initium inde  
 sumit submouēdi legis ritus. Quanquā & alioqui suā  
 hic dicit esse epistolā. Superius enim nominat eos,  
 tanquam ab illis commendatus esset, eōq; suam illos  
 vocat epistolam: hic eosdē appellat epistolā Christi,  
 tanquā qui legē dei habeant descriptā in cordibus,  
 propterea q̄ quæ deus voluit esse nota cū omnibus  
 tū vobis, ea descripta sūt in cordib; vestris. Nos por-  
 rō præparauimus vos ad excipiēdas literas. Quē ad-  
 modū Moyses lapides ac tabulas celte adornauit, Sic  
 nos apparauim; animos vestros: eōq; dicit, Ministra-  
 ta à nobis. quanquā in hoc pares erant. Siquidem illæ  
 à deo descriptæ sunt, & hæc literæ à spiritu dei. Vbi  
 igitur differētia? Inscripta non atramento, sed gratia à spiri-  
 tu dei viuētis, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis car-  
 nalibus. Quātū autē interest inter spiritū & atramētū,  
 itē inter lapideā tabulam & carneā: tantū est discrimi-  
 nis inter hęc & illa: igitur & qui hęc administ-  
 rant, differūt ab eo qui illa ministrat. Quoniam igitur  
 hoc magnifice dixit, mox corripit seipsum dicēs,  
 Fiduciam autē hanc habemus per Christū, apud deum. Rursus  
 totum deo adscribit: nam horū, inquit, nobis author  
 est Christus: Non quod idonei sumus à nobis ipsis aliquid cogi-  
 tare quasi ex nobis ipsis. Vide rursus & alterā correptionem,  
 siquidē hac virtute insigni præditus fuit Paulus,  
 videlicet modestia. Ideoq; si quid magnifice dixerit  
 de sese, omne studiū ac celeritatē adhibet ad omnib;  
 modis mitigādū quod dixit. Quod hic quoq; facit  
 dicēs, Non quod idonei sumus à nobis ipsis quicquam cogitare,  
 quasi ex nobis ipsis. Hoc est, non ita dicebā, fiducia ha-  
 bemus, vt id partim sit nostrū, partim sit dei, sed totū  
 illi attribuo, acceptūq; fero. Nam sufficientia nostra ex  
 deo est, qui etiam nos idoneos fecit ministros noui testamenti.  
 Quid est; x̄d̄; fecit vt hoc præstare possim; eiq;  
 muneri gerēdo efficeremur accōmodi. Neque vero  
 hoc exiguū est, eiusmodi tabulas & epistolas per or-  
 bē terrarū deferre, priorib; illis multo maiores, eōq;  
 subiūxit, Non literæ sed spiritus. Ecce rursus alia differē-  
 tia. Quid igit; an lex illa nō fuit spiritualis? Quomo-

**A** do ergo dicit, Scimus q̄ lex spiritualis est? Spiritualis  
 quidē, at non præbebat spiritū. Non enim spiritum  
 attulit Moyses, sed literas. Nobis autē credita est po-  
 testas dandi spiritū. Vnde & prosequitur idē dicens:  
 Litera occidit, spiritus autem viuificat. Porro hęc non te-  
 mere dicit, sed illos tacite taxās, qui sibi placerēt ob-  
 ritus Iudaicos. Cæterū literā hic vocat legē, quæ pun-  
 nit delinquētes: spiritū vero, gratiā, quæ per baptis-  
 mū viuificat à peccatis mortificatos. Cū enim dixisset  
 differentiā quæ venit ex natura tabularū, non im-  
 moratur illi, sed illā prætercurrēs, gratiam effert, qua  
 potissimū capere poterat auditorē, vtilitatis ac facilitatis  
 illecebra. Neq; enī laborē habet, inquit, & ampli-  
 us cōfert donum. Nam si de Christo differens illa  
 potissimum cōmemorat, quæ magis declarant illius  
 charitatē erga genus humanum, quam dignitatem,  
 quæq; nos amore mutuo copulant, multo magis idē  
 necessario facit de testamēto loquēs. Quid igitur si-  
 bi vult, quod dicit, litera occidit? Dixerat in tabulis  
 lapideis, & in cordibus carneis Nōdū magnū discrimē  
 visus est dicere, adiecit q̄ illa, litera siue atramento,  
 hęc spiritu descripta sit. Ne id quidē prorsus illos  
 excitarat: iam dicit, q̄ sufficiat illis expergefaciēdis:  
 altera, inquit, occidit, altera viuificat. Quid autē hoc  
 est? In lege qui peccata habet, punitur: hic autem qui  
 habet peccata, accedēs baptizatur, & fit iustus. Iustus  
 autē factus, viuūt liberat; à morte peccati. Lex si pre-  
 hēderit homicidam, tollit ē viuus: gratia si acceperit  
 homicidā, illuminat ac viuificat: Et quid dico homi-  
 cidā? Qui ligna sabbato collegerat, lex lapidauit  
 etiā. hoc est, litera occidit. Innumerabiles homici-  
 das ac latrones recipit gratia, ac baptizās eos, liberat  
 à malis priorib;: hoc est: spiritus viuificat, lex è viuuo red-  
 dit mortuū quē capit, hęc è mortuo facit viuū. Venite  
 ad me q̄ laboratis & onerati estis, & ego reficiam  
 vos. Nō dixit, puniā vos: sed, reficiā vos. Nā in baptis-  
 mate sepeliūtur peccata, delētur priora, viuificat ho-  
 mo: velut in tabula, ita in corde illi; describit; oīs gra-  
 tia. Proinde cogita quāta sit spiritus dignitas, cū illius  
 tabulę sint meliores priorib;, cū ipsa etiā refurrectione  
 maius quiddā exhibeat. Nā hęc mortificatio vnde  
 liberat, priore grauior est, tātōq; grauior, quanto  
 melior est anima corpore. Tū hęc mors p̄ illā indu-  
 cta est, vita per gratiā quā spiritus dat. Quod si hęc vitā  
 donare potest spiritus, multo magis illā hac inferiorē.  
 Nam illā prophetæ cōtulerūt, hęc vero nō itē. Nul-  
 lus enī potest remittere peccata, nisi solus deus. Tam-  
 etsi ne illā quidē absq; spiritus præsidio contulerūt  
 propheta. Sed nō hoc tantū est mirabile, q̄ viuificat,  
 verū etiā quod aliis quoq; præstat id faciendi pote-  
 statē: Accipite, inquit, spiritū sanctū. Quāobrē? Nam  
 sine spiritu nō poterāt, sed ostēdens deus quod hoc  
 facere sit suprema potestatis, ac regalis illius naturę,  
 quodq; spiritus eandem habeat vim, hoc dicit. Vnde  
 adiungit, quorūcunq; remiseritis peccata, remit-  
 tūtur eis: & quorū retinueritis, retenta sunt. Postea  
 quam igitur viuificauit nos, maneamus viuētes, nec le-  
 rursus ad priorē mortē reuertamur. Nā Christus nō  
 amplius morit;. Quod enī mortuus est peccato, mortu-  
 us est semel: neq; vult nos semper seruare p̄ gratiā,  
 alioqui nos vacui futuri sumus omniū. Quapropter  
 vult & à nobis quiddā inferri. Offeramus igitur ali-  
 quid, & animā viuam cōseruemus. Quid est autē vita  
 animæ? A corpore disce. Tum enim dicimus viuere  
 corpus, cum recto integrōq; vadit in cessu: cæterū  
 vbi

Gen. 40.

Luc. 11.

1 Cor. 9.

1 Cor. 6.

\* quæ p̄  
dicitur  
manifestari  
status, vel  
manifestari  
est enim  
verbum  
mediū.

Exo. 36.

Num. 17.

Mat. 11.

Luc. 5.

1 Cor. 20.

1 Cor. 6.



vbi dissolutū decūbit, & incōposite mouetur, etiāsi videatur viuere aut ingredi, quavis morte inferior est ea vitā. Itē si nihil loquatur sani, sed attonitorum verba profert, si alia pro aliis videt, talis rursus miserabilior est vita defunctis. Itidē anima si nihil habet sani, etiā si videat viua, mortua est: cū aurū nō intuetur vt aurū, sed vt magnū quiddā ac preciosum: cum de futuris nō cogitat, cū humi serpit, cū alia pro aliis agit. Vnde em̄ liquet nos animā habere: nōne ab actionibus? Quoties igitur nō peragit sua munia, nōne mortua est? Quēadmodū quādo nō exercet sese ad virtutē, sed rapit legeq; violat, quī possim dicere quod animam habeas? An quod ingrederis? Atqui isthuc etiā brutorū est. An quod edis ac bibis? Atqui idē faciunt & fera. An vero q̄ erectus duobus infitis pedibus? At isthuc mihi declarat potius te feram esse humana specie. Etenim cū cetera quidē habeas cū bestia cōmūnia, corporis reſtitudinē nō itē, magis me terres ac pauorē iniicis, dū portentū esse puto quod apparet. Nam si bestiam viderem humana voce loquentē, haudquaquā eō dixerim hominē esse, sed poti⁹ ob hoc ipsum dicere esse bestia, quavis bestia prodigiosiorē. Vnde igitur potero cognoscere, q̄ animā habes hominis, cū calcitres asinorū more: cū laceſſitus, effereris vt camelī, cū mordeas vt vrsi, cum rapias vt lupi, cū fureris vt vulpes, cum sis dolosus vt serpentes, cū impudēs sis, vt canes: vnde possum cognoscere, quod animā habes hominis? Vultis ostēdā vobis animā viuam & mortuā? Reuocemus denuo sermonē ad illos p̄ſcos viros, ac si videtur diuitem illum, qui Lazari tēpore fuit, in mediū proferamus: ita ſciemus, quā sit animā mors. Nā ille mortuā habebat animā, id quod ex iis quā faciebat, erat perspicuū. Nihil em̄ agebat eorū, quā sunt animā munia. Sed tātū edebat, bibebat, ac deliciabatur. Eiusmodi sunt & hodie immisericordes & immites, quādo quidem & hi mortuā habēt animā, quēadmodū & ille, quoniā totus calor dilectionis erga proximum consumptus est, atq; est quouis exanimi corpore magis mortua. At pauper nō est huiusmodi, sed in ipso philosophiā fastigio stās refulget, cūq; fame lucās decertat, necessariis etiam alimētis destitutus. At ne sic quidē quicquā cōtumeliosum prolucutus est in deū, sed omnia fortiter ferebat. Hoc autē non est mediocre opus animā, sed vigoris ac ſanctitatis indicū maximū. Cū vero hęc nō adfuerint, nimirū mortificat⁹ homo perit. Agedum, num illam animam dicemus mortuam, cui infidet diabolus, verberans, stimulan, mordēs, calcitrans, nec illa quicquā horū sentit? Sed iacet exanimata, nec dolet suis facultatibus spoliata? Ille quidem insultat, hęc vero manet immobilis, nec sentiens quidē, nō aliter quā corpus à quo discessit anima. Quoties em̄ non adest vehemens timor dei, talis sit anima neceſſe est, ac mortuis infelicior. Neque em̄ in tabē, cinerē ac puluerē resoluitur anima, quēadmodū corpus: sed in his foetidiora, in ebrietatem, in iracundiā, in auaritiā, in absurdos amores, in importunas cupiditates. Quod si cupis plenius ſcire, quā grauius oleat, da mihi purā animā, ac tū perspicue videbis, q̄ male oleat turpis hęc & impura. Nunc enim nō poteris perspicere, propterea q̄ quādiū sumus affueri graueolētiā, nō sentimus eam. At vbi versati fuerimus in verbis spiritalibus, tum ſciemus, quantū sit illud malū, licet hoc pleriq; videatur indifferēs. Nondū loquor de gehenna, sed si vultis,

A quā præsentiſ vite sunt, expendamus. Non de eo loquor, qui turpia facit, sed qui turpia loquitur. Quā is est ridiculus, quomodo seipsum primū afficit cōtumelia, perinde ac si quis cōnū aliquod emittat ex ore, ita seipsum polluit. Quod si hic flux⁹ impurus est, cogita qualis sit huius cōni fons, Ex abūdātia enim cordis os loquitur. At ego nō id solū deploro, verū etiā illud, q̄ hoc nōnullis ne videatur quidē indecorum. Hinc omnia increſcunt mala, cū & peccamus, nec videmur nobis delinquere. Vis igitur ſcire, quātū sit malū, turpia loqui? Cōsidera audiētes quomodo rubore suffūdūtur, dū tu loqueris indecora. Quid em̄ vilis est homine turpiloquo? quid contēptus? Nam tales se cōiiciunt in mimorū ordinem, in sordiditatem mulierum corpore quāstum facientiū. Quin potius ille magis erubescunt q̄ vos. Quo pacto poteris vxorē docere pudicitiam, cū istis exēplis doceas illam ad lasciuia verba prorūpere? Satius est purulentiam ab ore demittere, q̄ verbum obscōnum. Nunc si foeteat os, ne cibū quidē vnā capere ſustines: at cū tantus foetor sit in animo, dic mihi, audes cōmunicare mysteriis? At si quis vas impurū alicūde capiat, deponatq; in mēsa tua, fustib⁹ illū exacturus sis? Porro deū in ipsius mēsa, (nā mēsa illius est os nostrum Eucharistia plenū) cū verba adferas quouis impuro vase fordiora, obsecro te, nō putas ad irā prouocari? Et quomodo id fieri possit? Nihil em̄ perinde offendit sanctū ac purū, vt huiusmodi verba. Nec alia res æque improbos & inuerecūdos facit, vt talia vel dicere vel audire. Nihil ita dissoluit neruos pudicitia, vt per hęc emicās flāma. Vnguētū in ore tuo posuit deus, tu vero cadauere foetidiora ibi repositisti verba, ipsāmq; interius animā torpidā & immobilē reddis. Siquidē cū profers cōtumeliā, nō est ea vox animā, sed irā: cū obscōna loqueris, non illa locuta est, sed intēperātia: cū maledicis, inuidia: cū insidiaris, auaritia. Nā hęc non sunt animā, sed cupiditatū ac morborum illius. Quemadmodum corrumpi nō simpliciter est corporis, sed mortis & concupiscentiā, quā est in corpore: ita hęc sunt non animā, sed cupiditatū quā illi agnatā sunt. Quod si vis audire vocē animā viuētis, audi Paulū dicētē: Habētes alimenta, & quibus tegamur, his contenti erimus. Item, est ingēs prouētus pieta: & mihi mūdus crucifixus est, & ego mundo. Audi Petrum dicētē, Argentum & aurū non suppetit mihi, quod autē habeo, tibi do. Audi Iob etiā gratias agentē ac dicentem: Dominus dedit, dominus abstulit. Hęc viuētis animā verba sunt, hęc sunt animā propriā exerentis vim. Similiter & Iacob loquebatur, Si dñs dederit mihi panē ad edendū, & vestem ad amictum. Sic Ioseph, Quomodo faciam verbum hoc malum, & peccatum in conspectu dei? At nō itidē illa barbara, sed perinde quasi temulenta ac delirans ita loquitur, dicēs, Dormi mecum? Hęc scientes, suspiciamus animam viuētem, fugiamus mortuam, vt æternam consequamur vitā: quod nobis contingat per gratiam ac benignitatem domini nostri Iesu Christi, per quem & cui cum patre vnā cum sancto spiritu gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

## Homilia VII.

*Quod si administratio mortis in literis deformata in lapidibus fuit in gloria, adeo vt nō possēt intendere filij Israel in faciem Moſi, propter gloriam vultus illius, quā euacuabatur: quomodo nō magis administratio spiritus erit in gloria?*

*in gloria?* Dixerat quod tabulā Moſi lapideā fuerant, quodq; literas habebant, præterea q̄ hęc tabulā carneā, videlicet apostolorū corda, spiritu fuerint descriptā: dixerat quod litera occidit, spirit⁹ verò viuificat: restat vt huic cōparationi & aliud quiddā adiungeret, idq; nō exigui momēti, nimirum gloriā Moſi, quā hic nemo vidit in nouo testamento, corporeis duntaxat oculis. Atq; ob hoc ipsū magna videbatur. Nā sensibilis erat gloria, quādo corporalibus oculis cernebat, licet esset inaccessa. Cōtrā, noui testamenti gloria res est intellectus. Neque em̄ perspicue tanta sublimitas infirmis percipi potest. Sed illa magis attollebat Iudæos, atq; in se conuertit. Ergo quoniā in hęc incidit cōparationē, conaturq; demonstrare noui testamēti præminentia, quod erat perdifficile ob auditorū crassitudinē: vide quo modo se gerat, & quibus rationibus rē tractet: principio functionū differentias indicans, eāq; inter se cōmittens ex his quā superius dicta sunt. Nā si illa ministratio fuit mortis, hęc vitā, nihil est dubitandū, quin & hęc gloria maior sit illa. Quoniā igitur eā non potuit oculis corporeis ostēdere, collectione exhibet illius eminentiam, dicens: Quod si administratio mortis fuit in gloria, quo modo nō magis administratio spirit⁹ erit in gloria? Administratiō autē mortis, ipsam dicit legem. Vide interim quomodo in ipsa etiam cōparatione diligēter cauet, ne quā anſam præbeat hæreticis. Nō em̄ dixit, Lex facit mortē, sed est administratio mortis. Ministrat enim in mortē, non item ipsam mortē. Nam quod gignit mortē, peccatū erat: hęc autē pœnam induxit, & peccatum ostendit, non genuit. Retexit enim euidentius malū, ac punit. Nō autem impulit ad malum, fuitq; ministra non vt fieret peccatū aut mors, sed vt qui peccatū admiserat daret pœnas. Vnde fit vt peccatū hac ratione etiam sustulerit. Siquidem lex dū ostendit peccatum vsq; adeo formidabile, palām est eā efficere vt vitādum putetur manifestum, ac proinde fugiendū. Quemadmodum igitur qui gladio arrepto nocēdi caput amputat, minister est iudici ferenti sententiā, nec ipse est qui interficit hominē, licet amputet illi caput: vt ne is quidē qui pronunciauit mortis sententiā, quidq; reū condēnauit, occidit illum, sed ipsius qui punitur, iniquitas: itidē & hic non ipsa lex interficit, sed peccatum, hoc & occidebat & condēnabat. Hęc verò dū punit, incidit vim peccati, metu supplicij cohibēs illud. At non sat habuit hoc solū protulisse ad eminentiē probationem, verū & aliud quiddā adiicit dicens, *In literis deformata in lapidibus.* Vide vt rursus premit spiritus Iudæicos. Nihil enim aliud erat lex, quā litera. Nihil opis profilliebat ac spirabat à literis, ad subleuādos eos qui periclitabantur, quemadmodū à baptismo: sed erāt columnā ac syngraphā mortem adferentes his qui literas trāsgrediebātur. Vides vt castigans Iudaicā ambitionē, per ipsa quoque verba vocabula tollit legis authoritatē, lapideā illā appellans, & literas, & ministratiōnem mortis: & illud insuper addēs, q̄ fuerit deformata. His em̄ nihil aliud declarat, nisi quod vno in loco lex constituta sit, non quēadmodū spiritus vbique aderat, plurimū roboris inspirans omnibus. Aut illud indicat, quod multū terroris ac minarum inspirant literæ, ac taliū minarum vt nec aboleri valeant, sed perpetuò maneāt, veluti lapidib⁹ inferruminatā. Mox dū videtur laudare vetera, rursus admiscet accusationem Iudæorum. Etenim quū

A dixisset, in literis deformata in lapidibus fuit in gloria: subiūxit, *Vt non possēt intendere filij Israel in faciem Moſi.* Quā res arguebat magnā illorum tum imbecillitatē tum humilitatem. Ac rursus non dicit, propter gloriam tabularū: sed, propter gloriam vultus quā euacuatur. Nam indicat eum qui portabat tabulas, fuisse glorificatū, nō ipsas, Nec enim dixit, vt possēt intendere in tabulas, sed in faciem Moſi: & iterū, non propter gloriā tabularū, sed, propter gloriā vultus Moſi. Dein quorū extulerat hęc gloriā, vide vt rursus deiicit dicens, quā euacuabatur. Quāquam hęc non sunt accusantis, sed deprimētis. Non enim dixit, quā corrupta est, aut mala est: sed, quā antiquatur, & finē accipit. *Quomodo nō magis administratio spiritus erit in gloria?* Iā enim sumpta fiducia, attollit noui testamēti dignitatē, velut indubitabilē. Ac vide quid agat: lapidē cordi, & literā opposuit spiritui. Deinde quū indicasset quā ex vtrisque nascerentur, nō postea cōmemorat quā ex vtrisque proficiſcūtur, sed quū cōmemorasset ē litera nasci mortē & condēnationem, non addit quid proueniat à spiritu, videlicet vitam & iustitiam, sed ipsum ponit spiritum: qui maiorē sermonis partem occupat, propterea quod noui testamētū nō modō vitam dabat, verū & spiritū subministrabat vitæ largitorē, qui lōgē potior ac maior est ipsa vita. Quapropter dixit, administratio spiritus. Mox denuo hoc idem circūuērat, dicens, *Quod si ministratio dānationis est gloria: ac dilucidius enarrat quid sit, litera occidit, ad hūc loquēs modū: quod pri⁹ diximus, legem ostendere peccatum, non gignere: multo magis administratio iustitiæ abundat in gloria.* Siquidē illā tabulā peccatōres arguebāt ac puniebāt, hoc autem nouū testamētum peccatōres nō solū nō punit, verū etiā iustos reddidit. Nā hoc largiebatur baptisus. *Nec enim glorificatum est, quod erat glorificatū in hac parte, propter supereminētē gloriā.* In superioribus igitur ostendit, quod & hoc fieret in gloria, non simpliciter in gloria, sed excelleret etiā. Neque enim dixit, quomodo nō magis administratio spirit⁹ erit in gloria, sed, abundat in gloria, demonstrata ex supradictis rationibus eminentia. Hic etiam quāta fit excellentia demonstrat, dicens. Si hanc illi comparo, ne gloria quidē veteris testamēti gloria sit, sic tēperans sermonem, vt non simpliciter neget esse gloriam, sed dūtaxat in ratione cōparationis: eōq; subiecit, in hac parte, hoc est iuxta rationem collationis. Haud tamē reprehēdit vetus testamētum, sed vehementer etiam cōmendat. Siquidē cōparationes in rebus cognatis fieri solent. Posthac mouet & aliam rationem, etiā aliunde declarantē noui testamēti præminentiam. Quānā hęc est? Eam à tempore sumit, dicēs: *Quod si id quod antiquatur, in gloria est: multo magis quod manet, erit in gloria.* Illud em̄ cessauit, hoc manet iugiter *Habentes igitur eiusmodi spēm, multa fiducia vtimur.* Postea quā em̄ auditor tot tantāq; audisset de nouo testamento, iamq; gloriam oculis euidenter ostēdit postulare, quō liceret illam intueri: vide quo pacto illum subito reuocit ad futurum seculū, spēm in medium proferēs ac dicēs, *Habentes igitur eiusmodi spēm.* Talē, quantam? Quoniam maioribus nos dignatus est deus, q̄ Moſē: Non solū nos apostoli, sed & omnes fideles multā fiducia vtimur. Cedo erga quē? Erga deum, an erga discipulos? Erga vos, inquit, quos institui: hoc est, vbique liberē loquimur, nihil celantes, nihil subtrahentes, nihil dissimulantes, sed manifestō loquentes,

nihilq; metuentes, ne præstringamus vobis oculos, quæadmodum Moses Iudeorum oculos præstrinxit. Quod autem hoc innuit Apostolus, audi quæ sequuntur. Quin potius historia prius erit narranda, quam ipse Paulus assidue celebrat. Quæ est igitur historia? Quum Moses denuo sumptis tabulis descendere, gloria quædam adeo refulsit è vultu eius, ut inde neq; possent intueri ipsum neq; colloqui, donec velamine reteret faciem.

**Exod. 34.** Atq; ita scriptum est in Exodo: Quum descenderet Moses de monte, duæ tabulæ erant in manibus eius. Et non nouerat Moses, quæ est glorificatus aspectus faciei ipsius, metueruntq; appropinquare illi. Et vocauit illos Moses, loquutusq; est ad illos. Et quum iam cessasset Moses loqui ad illos, imposuit velamen super faciem suam. Quum verò introiret ut loqueretur coram domino, tollebat velamen donec egrederetur. Hanc igitur historiam referens dicit: *Et non quemadmodum Moses ponebat velamen super faciem suam, quod non possent intendere filij Israel in finem eius quod euacuatur.* Quod autem dicit, hunc habet sensum: Nihil est necesse velare nos quæadmodum velatus est Moses. Possimus enim intendere oculos in hanc gloriam qua circumdamur, licet multo maior ac vehemèntior sit illa. Vides profectum. Etenim qui in superiore epistola dixerat, Lac vobis bibendum dedi, non cibum: hic dicit, multa fiducia vtimur: ac Mosem in mediū adducit, sermonem comparatione profectus, atque hac ratione subuehit auditorē. Et hæcenus nos Iudæis anteponit, dicens, Non egemus velamine sicut illi, in his qui incipiunt. Quæ verò sequuntur etiam ad ipsam legislatoris auctoritatem refert, aut etiā multo magis. Nunc autem quæ sequuntur audiamus, *Sed excæcati sunt sensus eorum. Vsq; ad hodiernum enim diem, idem velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum, quod in Christo antiquatur.* Vide quid per hæc aggrediatur. Quod enim tū in Mo se semel factū est, hoc fit in lectione legis perpetuū. Haud tamē quod dictū est, legis est accusatio, quemadmodum nec Mosi tum velati, sed Iudæorum legē præuaricantiū. Nam illa suam habet gloriam, sed isti illam intueri non poterant. Quid igitur, inquit, admiramini, si in hanc gratiæ gloriam non possint intueri, posteaquā quæ minor erat Mosi videre non sustinuerunt, nec in illius faciem potuerunt oculos intendere? Quid autē turbamini, si non credunt Iudæi Christo, quando ne legi quidem credunt: ob hoc ipsum enim gratiam ignorant, quoniam nec vetus testamentum inspexerunt, nec quæ in illo est gloriam viderunt. Si quidem legis gloria est ad Christum conuertere. Vides ut hic quoque deiicit Iudæorum fastum. Vnde videbatur cæteris potiores quæ Mosi facies refulsisset, hinc demonstrat illorum hebetudinem, & animos humi repentes. Ne igitur ea se venditent. Quid enim hoc ad Iudæos, qui frui non potuerant? Vnde Paulus hoc subinde repetit: interdum dicens, quod idem velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum, quod in Christo antiquatur. Interim verò, quod ad hodiernum vsq; diem, quum legitur Moses, idem velamen super cor illorum positum est, significas illud tum in lectione, tum in corde impositum esse. Superius verò dixerat: ut non intenderent filij Israel in faciem Mosi, propter gloriā vultus eius, quæ antiquatur: quo quid esse possit vilius aut contemptius, quando ne euanescentem quidem gloriam, imò quum eius quæ comparatione nulla erat, spectare potuerunt: sed absconditur ab illis, ne possent intēdere in faciem eius quod

**1. Cor. 3. 4**

**† finem.**

euacuatur, hoc est in finem legis, quoniam finem habet, sed excæcati sunt sensus illorum. Et quid hoc, inquiet aliquis, ad velamen illud? Quoniam ea velatio futura nobis antè depinxit. Non enim tum temporis solum non viderunt, sed ne nunc quidem vident legē. Causa ab ipsis venit, propterea quæ excæcati sunt animi stupidi & intractabiles, quemadmodum contra sumus qui legem nouimus. Illis verò non solum gratia, verum etiam ipsa lex obumbrata est. *Vsq; ad hodiernum enim diem, inquit, idem velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum, quod in Christo antiquatur.* Cæterum quod dicit, tale est: Hoc ipsum non possunt intelligere quæ cessauit lex, eò quod non credunt Christo. Nam si per Christum cessauit, sicut reuera cessauit, & ipsa lex hoc occupans prædixit: qui fieri potest, ut qui Christum non recipiunt, per quem lex antiquata, eam videant legem esse antiquatam? Hoc autem quum videre non sustineat, perspicuum est eos etiā ipsius legis hæc dicentis vim & vniuersam gloriā ignorare. Et vbi, inquiet aliquis, dixit hoc lex, quod in Christo antiquatur? Non dixit solum, sed & factis ostendit: Ac primū quidem per hoc, quæ sacrificia & omnem sanctificationem in vno loco cōcludit, videlicet in templo, & hoc ipsum templū postea sustulit. Nisi enim voluisset hostias & vniuersam de his legem cessare, alterū è duobus fecisset, aut nequaquā sustulisset templum, aut eo sublato non prohibuisset alibi sacrificia fieri. Nunc verò quum nusquam in vniuerso terrarum orbe, ac ne Hierosolymis quidem eiusmodi ritibus locum dederit, sed solum templum illis reliquerit, & ad sacrificandum designarit, mox & illud sustulerit, ipsis rebus perfectè declarauit legem per Christum abrogatam esse, quando templū Christus sustulit. Quod si libet & verbis audire demonstrari, quomodo per Christum antiquata sit lex, ausculta ipsum legislatorem hoc pacto loquentem, Prophetam vobis suscitabit dominus **Deut. 18. 1.** ex fratribus vestris, tanquam me, ipsum audietis in omnibus quæ præceperit vobis: & erit omnis anima, quæ non auscultarit illi prophetæ, disperdetur. Vides quomodo demonstrat lex, quæ in Christo cessaret. Nā hic propheta, nimirum Christus iuxta carnē, cui auscultari iussit Moses, & sabbatis, & circūcisioni, & cæteris omnibus finem imposuit. Quin & Dauid hoc ipsum declarans dixit de Christo, Tu sacerdos secundū **Psalm. 109. 4.** ordinē Melchisedech, non secundū ordinem Aaron: eòq; Paulus hoc euidenter interpretans dicit, quæ translato sacerdotio, necessario fiat & legis translatio. Ac rursum alibi dicit, Sacrificium & oblationē noluisti, **Heb. 7. b.** holocaustomata & pro peccato non probasti: tunc **Psalm. 59. b.** dixi, ecce venio. Quin & alia plura testimonia è scriptura veteri pducere liceat, quibus declaratur, quomodo per Christum antiquatur lex. Itaq; quum recesseris à lege, tunc rectè videbis legem. Cæterum quādiu illam retines, neq; credis Christo, nec ipsam nosti legem. Vnde & subnectit hoc ipsum probans euidentius, *Sed vsque in hodiernum diem, quum legitur Moses, velamen cordi illorum impositum est.* Quoniam enim dixerat, in lectione veteris testamenti manet velamen: ne quis existimaret hoc dicto notari legis obscuritatem, quæadmodum per alia superius hoc demonstrat: Nam quum diceret, obscurati sunt sensus illorum, significat ipsorum esse culpam: ita hoc ipso loco rursum ostendit. Non enim dixit, in literis manet velamen, sed, in lectione. At lectio actus est legentium: Ac rursum, quum legitur Moses. Quin hoc ipsum euidentius

tius etiam expressit sermone sequente, quum ait, Absq; velamine velamen impositum est cordi illorum. Nam nec in facie Mosi propter Mosem positum erat, sed propter illorum crassitudinem, mentemq; carnalem. Ergo posteaquam illos satis redarguit, ostendit & correctionis modum. quis autem hic est? *Vbi conuersus fuerit ad dominum: quod sanè est à lege desciscere: tum auferetur velamen.* Vides hoc velamen non fuisse vultus Mosai, sed Iudaici aspectus? Neq; enim id factum est quod celaretur gloria Mosi, sed ne illi eā cōspicerent. Non enim erant capaces. Itaque hic illorum defectus erat. Nec enim eares effecit, ut quicquā ignoraret Moses, sed illos submouit à cognitione. Nec dixit, vbi legem reliqueris, sed hoc innuit: Quum enim conuersus fueris ad dominum, tollitur velamen: vsq; ad finem perstitit in historia. Quum enim Iudæos alloqueretur Moses, velabat faciem suam: quum autē se conuerteret ad deū, amotū erat velamen. Hæc pro rō erat figura futuri, videlicet quod posteaquā conuersi fuerimus ad dominum, tunc visuri sumus gloriam legis, nudamq; legislatoris faciem. Quin potius non hoc tantum continget, sed tum futuri sumus etiā in ordine Mosi. Vides ut accusat Iudæum de fide, declarans eum qui ad gratiam venerit, non solum posse videre Mosem, verum etiam in eodē cum legislatore ordine collocari. Non enim tantum, inquit, videbis gloriam quam tum non videbas, sed ipse in eadē futurus es gloria: atque adeo in longè etiam maiore, & vsque ad eò magna, ut illa ne gloria quidem videatur huic comparata. Quis sic, & quo pacto? Quoniam qui cōuersus fuerit ad dominum, cœperitq; esse in gratia, ea fruetur gloria, ad quam comparata Mosi gloria in tantum sit inferior, ut ne gloria quidem sit. Et tamen quanquā exigua est, multoq; intervallo abest ab hac Christi gloria: si Iudæus sis, ne hac quidem dignus habebis. Nunquam igitur Iudæi illam viderūt, ne nunc quidem. Cæterum vbi fidelis factus fueris, dignus habebis, qui spectes illa multo maiorem. Quum fidelibus loqueretur, aiebat ne glorificatū quidē fuit quod erat glorificatum: hic verò non eodem modo loquitur. Sed quomodo? Vbi conuersus fuerit ad dominum, auferetur velamen: paulatim illum subuehit, ac primum in ordine Mosi collocans, ac mox illū participationem reddens rerum maiorum. Quum enim videris Mosem in gloria, tunc iam cōuerteris ad dominum, ac maiore hac gloria perfrueris. Vide igitur rursum ab initio quā multa posuerit discrimina, quæ declarāt noui testamenti ad veteris præminentiam: præminentiam, inquam, non pugnam, aut contrarietatem. Illud, inquit, litera est & lapis, ac mortis administratio, & antiquatur: & tamen ne hac quidem gloria digni habiti sunt Iudæi. Hæc tabula carnea, & spiritus, & iustitia, & manet, & omnes dignatione dei ad illā admittimus, non vnus tantum quemadmodum tunc Moses ad illam inferiorem gloriam admissus est. *Nos enim, inquit, omnes reuelata facie gloriā domini speculamur, non Mosi.* Cæterum quoniam id quod dictum est, vbi conuersus fuerit ad dominum, quidam de filio dictum esse prædicant, vehementer repugnantes confessi & euidentibus: hoc ipsum exactius expēdamus, primum eò posito, vnde illi videntur argumentum sumere. Quid autem hoc est? Quæadmodum, inquiunt aliqui, spiritus deus: ita hic spiritus dominus. At non dixit, spiritus dominus, sed dominus spiritus est. Multum autē interest inter hanc & illam sermonis structuram. Et

*hic sup.*

Tomus quartus.

enim quoties voluerit ita loqui, quemadmodum tu putas non addit articulum apposito. Quin potius videamus oia denuo quæ differta sunt, quis sit ille de quo dixit: velut illud, Litera occidit, spiritus autem viuificat. Ac rursum, inscripta non atramento, sed spiritu dei viuentis: vtrum de filio dixerit, an de spiritu? Perspicuum est quod de spiritu dictum sit, quando quidem ad hūc illos auocabat à litera. Etenim ne quis audito spiritus nomine, mox ita colligens, si Moses ad dominum conuersus est, ipse autem dominus ad spiritum, existimaret illum minus habere: corrigit hanc suspensionē dicens, Dominus autem spiritus est. Et hic, inquit, dominus est. Atq; ut intelligas de spiritu fieri verba, subiunxit: *Vbi autem spiritus domini, ibi libertas.* Neq; enim profectò illud dicere possis apostolū dicere, Dominus autem est domini. Porro libertatem dixit, respiciens ad priorē seruitutem. Deinde ne putares illum de futuro tēpore loqui, ait: *Nos autem omnes reuelata facie gloriā domini speculantes, non illam quæ cessat, sed manentem, secundum eandem imaginem, transformamur à gloriā in gloriā tanquam à domini spiritu.* Vides ut rursum spiritum ponit eodem ordine quo deum. Atq; ipsos subuehit in ordinem apostolorum. Nam prius dixerat, Epistola Christi estis: hic verò, nos autē omnes reuelata facie. Quanquā ipsi venerunt portates legē iuxta Mosem. Nos verò, inquit, quemadmodum non egemus velamine, ita nec vos, qui recepistis euangelium. Et tamen multo maior est hæc gloria. Non enim hic est nostri vultus, sed spiritus. Nihilominus æquè atq; nos potestis in hanc intendere oculos. Illi nec per medium potuerunt, vos autem citra interuentū potestis & maiorem intueri gloriam. Illi in Mosi gloriam intueri non poterant, vos potestis etiā in spiritus gloriā. Quod si spiritus esset inferior, haudquaquā hæc commemorasset, ut illorum rebus maiora. Sed quid est, gloriā domini speculantes, secundū eandem imaginem transformamur? Euidētius quidē hoc declarabatur, quum signorum dona in apostolis operabatur. Quanquam haud erat difficile hoc ipsum perspicere, fideles habenti oculos. Simul enim ut baptizamus, etiam ultra Solem refulget anima spiritu perpurpata: ac non solum intuemur in gloriam dei, verum etiā inde recipimus splendorem quandam: non aliter quæ si argētum mundum ad Solis radios expositum, emittat & ipsum radios, licet non ex sua natura solū, verum etiam ex Solis fulgore: Similiter & anima repurgata, & argento facta lucidior, accipit radium à gloria spiritus, & hunc vicissim ex se remittit. Eoque dicit, speculantes secundum eandē imaginem transformamur à gloria spiritus in gloriam nostram, quæ in nobis gignitur: & quidem talis, qualē conuenit gigni à domino spiritu. Vides ut & hic spiritum appellat dominum: Quin & alibi videre licet spiritus auctoritatem. Ministratibus, inquit, illis domino, ac ieiunantibus dixit spiritus: Separate mihi Paulū & Barnabam: ut ostenderet spiritum honore æqualem domino. Ac rursum Christus ait, **Ioan. 15. b.** Seruus non nouit, quid faciat dominus ipsius: spiritus autem qui est in homine, nouit quæ sunt eius: ita nouit quæ sunt dei, non quod docetur. Nam imago non manet. Porro illud, Operatur autem prout vult, & Phil. **2. b.** indicat illius potentiam & auctoritatem. Hic transformatur, hic non finit nos conformati huic seculo, hic est opifex talis creaturæ. Quemadmodum enim dicit: cōditi in Christo Iesu: ita ait, cor mundum creauit me deus, & spiritum rectū inuouit in visceribus meis. **Psalm. 51. 10.**

†

Vis

y ij



Mora- Vis hoc tibi demonstré euidentiùs ab apostolis? Cogita Paulū, nōne vestes illius vim exerebant? Cogita le. Petrum, nōne & umbra illius habebat vim? Neque enim si regis imaginem gessissent, & splendor illorum submouisset ab accessu, tantū miraculorum vestes & umbræ illorū edidissent. Nam regis vestes etiā latronibus sunt formidabiles. Vis ne videre gloriam hanc etiam per corpus relucentē? Intuētes, inquit, in faciē Stephani, viderunt tanquā vultum angeli. Verūm nihil hoc ad intus fulgurantē gloriā. Sicut enim Moses in facie velamen habebat, ita hi in animo velamē circumferebant, imò multò amplius. Quod enim in Mose, sensibus erat impositum, hoc autem incorporale. Quemadmodum ignescunt à corporibus splendidis corpora, lucem suam in vicina transfundētia, atq; de propria luce communicāt: sic accidit & in fidelibus. Hanc ob causam videlicet subducuntur à terris, quibus hoc contingit, nec quicquā nisi cœlestia cogitant. Hei mihi. Nam hic par est etiā amaros edere gemitus, q̄ quum tanta fruamur nobilitate, nec ea quidē scimus quæ dicuntur, cō q̄ res celeriter nobis pereāt, & ad sensibilia obstupescamus. Siquidem hæc infabilis ac tremenda gloria, ad vnū vsq; alterūve diē in nobis manet. Iam verò etiā illam extinguim⁹, inducentes negociorum seculariū hyemē, nubiumq; densitate depellentes radios. Hyems enim est, cura rerū temporalium, atq; hyeme tristior. Neq; enim hic rigor aut pluuia nascitur, aut lutum gignitur & profundus limus, sed quod est his omnibus grauius, gehennam gignit hæc hyems ac gehennæ mala. Et quēadmodum in vehementi rigore congelascunt membra, suntq; mortua: itidē & peccatorum hyeme horrescēs anima, nihil suorū officiorum peragit, concreta velut à rigore cōscientiæ. Quod corpori frigus est, hoc est animæ mala conscientia. Vnde & timiditas nascitur. Nihil enim formidolosius homine rebus temporariis affixo, propterea q̄ talis viuūt vitam Cain, quotidie tremēs. Quid autē commemorem mortes, damna, offensiones, adulationes & obsequia, quandoquidem & præter ista innumerabiles metuit immutationes? Ac penu quidē auro refertū est, non tamen liber est à metu paupertatis. Idq; meritissimē, vt qui ancoram fixerit in rebus putribus ac volubilibus, etiā si ipse nullā patiatur mutationem, tamen in aliis eam cōspiciens accidere, disperit. Atq; quemadmodū adest multa timiditas, sic abest multa fortitudo. Nō solum enim aduersus pericula talis caret audacia, verū etiā ad cætera omnia. Quod si pecuniarum cupiditas iruerit, nō tanquā vir ingenuus ac liber repellit incursum, sed velut ære emptū mācipium cuncta facit, quippe domino moroso seruiens auariciæ. Sin formosam aliquā puellam cōspexerit, protinus capitur attonitus, nec aliter quā canis rabiens sequitur quū oportuerit illum secus facere. Quum enim videris mulierem formosam, ne huc intēderis animum quomodo potiaris cupiditate, sed quomodo libereris à concupiscentia. At quī poterit istuc fieri? dixerit aliquis. Neq; enim meum est amare. Sed agē dic mihi, cuius igitur? Diabolici insultus. Omnino dæmonem esse putas qui tibi insidiat. Luctare igitur ac pugnam morbo. At non possum, inquis. Agē hoc igitur primum te docebimus, tuæ esse scordiciæ quod pateris, teque in initio dæmoni patefecisse aditum, atque etiam nunc si velis illum perfacilē repelles. Dic enim mihi, qui mōrchatur, vtrum amantes mōrchantur,

an simpliciter periculum appetentes? Non dubium quin amantes. Num igitur veniam consequuntur? Nequaquā. Quur ita tandem? Quoniam ipsorum est peccatū. Sed quid, iquis, mihi necis syllogismos? ego mihi conscius q̄ cupiam excutere morbum, nec licet, sed instat, ac premit, grauitérq; cruciat. Vis quidem excutere homo, at nō facis quæ sunt excutientiū: sed perinde accidit tibi, quasi febrī laborās, ac frigidis potionibus sese ingurgitās dicat: Quam multa excogito, cupiens extinguere febrim, at non possum, sed magis augent incendiū. Videamus igitur, ne forte tu quoq; quum facias quæ inflammāt, putes te excogitare quæ extinguunt. Non facio, inquis. Dic igitur, quid tandem aggressus es facere ad extinguendū morbum? Quid autē est omnino quod morbum auget? Nā nisi omnes hisce criminibus sumus obnoxij, plures reperiemus, qui pecuniarum quā corporum amore capiuntur. Sed cōmune remedium proponitur, tum his tum illis, quandoquidē & hic amor & ille pariter absurdus est, quanquā hic illo vehemētior. Vbi igitur maiore superauerimus, nō dubiū est, quin minorē faciliē simus superaturi. Et quī sit, inquis, vt si hic vehemētior est, non omnes eo malo capiantur, sed plures insantiant circa pecuniarum studium? Primum q̄ hæc cupiditas videtur carere periculo: deinde q̄ etsi acrior est corporū amor, tamen citius q̄ ille extinguitur. Quod si perseueret, quemadmodum pecuniæ cupiditas, etiam funditus perdet quem ceperit. Agē igitur de corporis amore vobis disseramus ac videamus, vnde augetur malū. Sic enim sciemus, vtrum nostrū sit crimen, an nō sit. Et si nostrū est, omnia faciamus vt superemus. Sin nostrum nō est, quid frustra vexamus nos ipsos? Quur verò non ignoscimus, sed reprehēdimus eo malo captos? Vnde igitur nascitur hic amor? Ex pulchritudine, inquis, vultus, quoties formosa ac speciosa fuerit quæ vulnerat. Ista frustra dicis, præterq; causam. Nā si forma pelliceret amatores, omnes haberet amatores ea puella. Quod si nō habet omnes, haudquaquā hoc est naturæ, neq; formæ, sed ab intemperantibus oculis proficiscitur. Nam simul atq; curiosē contemplatus mulierem admiratus es, & amas, recepisti iaculum. Et quis, inquis, aspiciens mulierē formosam posset non laudare quā videt? Proinde si nō est nostri arbitrij talia mirari, nō in nobis videlicet est amor. Cohibe te homo. Quur omnia simul commiscēs, vndique circuncursans, nec volens inspicere mali radicē? Nam multos video qui mirētur ac laudent, nō amant tamen. At qui fieri potest, vt qui mirātur nō ament? Ne obturba, hoc enim aggredior dicere. Sed præstat audire Mosē, admiratē filiū Iacob, quū ait: Et erat Ioseph formosus specie, ac decorus aspectu valde. Nū amabat qui hæc dicebat? Nequaquam: neque enim viderat, inquit, eum quē laudat. Verūm erga formas auditas simili modo afficimur, non solum erga conspectas. Verūm ne nobiscum decertes in his. Nōne Dauid erat formosus valde, ac subrubidus cum decore oculorū? quæ sanē pars est pulchritudinis maxime violēta, oculorū decor. Num igitur quisquam amauit Dauidem? Nequaquam. Non igitur amor nascitur simul cum admiratione. Nam complures & matres habuerunt magnopere florentes specie corporis. Quid igitur? Num eas amarūt filij? Absit. Sed admirātur quidem quod cernunt, non autem incidūt in amorem obscœnum. Est enim rursus naturæ correctio. Cuius, quæso, naturæ? Quo-

Quoniam inquit, matres sunt. Ad hæc, Nomades nullo cogente, suis matribus miscētur, idq; nō vnus aut alter, sed tota natio. Super hæc, etiā illinc perspicuum est, hūc morbum non esse formæ corporis, neq; simpliciter pulchritudinis, sed animi scordiciæ atq; seducti. Cōplures itaq; præteritis innumeris mulierib⁹ forma præclaris, deformibus semet dederūt. Vnde nimirum liquet, quod amor nō nascatur ex forma. Nā si ita esset, illē ante alios obuios cepissent. Quid igitur in causa? Etenim si forma non est causa amoris: vnde inquis, amor habet originem ac radicē? à malo dæmone? Habet quidē & illinc. Sed nō hoc est quod queritur, verū illud queritur, an & nos sim⁹ in causa. Neque enim ab illis tantū sunt insidiæ, sed cū illis, & quidem à nobis primū. Nec enim aliūde perinde nascitur hic malus morbus, vt à cōsuetudine, à verbis adulantibus, ab ocio & inertia, ex eo quod nihil habem⁹ quo occupemur. Magna siquidē, magna inquam est consuetudinis tyrannis, adeoq; magna vt perinde cogat atque natura. Quod si consuetudinis est amorem parere, perspicuū est, quod eiusdē sit extinguere. Multi amantes hac ratione desierunt amare, q̄ non viderent quas amabant. Verūm id ad breue tempus videtur acerbū, vehemētérq; molestū: at progressu temporis sit iucūdum, neq; deinceps etiam si cupiāt possint reuocare morbū. Quid igitur? quū præter cōsuetudinē primo statim aspectu capior? Et hic corporis segnicies alit amorē, quodq; non curas ea quæ decēt, nec in necessariis negociis occuparis. Talis velut erro quispiam obambulans in quoduis incidit malum, & tanquam puerū solum quicunq; voluerit in seruitutem abducit talem animā. Quoniam enim illi mos est aliquid agere, vbi cessaris in bonis occupatus esse, quando nō potest esse ociosa, cogitur alia quædā gignere, non aliter quā terra si nō occupata semente aut cōsitione, quamlibet herbā producit: Sic & anima, quoties nō habet quod agat rerum necessariarū, quū omnino cupiat aliquid agere, prauis actionibus semet tradit. Et quēadmodū oculus quando non desinit cernere, atq; ob hoc cernit mala, si quādo bona non sint obiecta: sic & cogitatio quoties se abducit à necessariis, circa inutilia iam versatur. Nā vndiquaq; perspicuū est, q̄ occupatio ac sollicitudo valet primū incursum repellere. Itaq; quum videris mulierē formosam, & erga illam afficeris, desine intueri, † & abduc te. Et quo pacto, inquis, potero abstinere ab intuitu, à cōcupiscentia pertractus? Aliis rebus te ipsum trade, quæ animā reducāt, libris, curis necessariis, administrationibus, opitulationibus eorū qui afficiuntur iniuria, deprecationibus, philosophiæ de futuris. His deuincias animū. Hoc pacto non solum corriges nouum vulnus, verūm etiā infixum altius, & inueteratum faciliē excuties. Nā si iuxta prouerbium, Cōtummelia persuadet amanti, vt amorē dissoluat: quomodo nō magis hæc spiritualia incantamenta superabūt malum, tantū vt velimus desistere? Quod si semper adhareamus, & cōuiuamus his qui talia iacula in nos iaculātur, simul & audientes & loquentes de illis, alimus morbū. Quomodo igitur vis extinguere incendiū, quum quotidie flāmam accendas? Et hæc quidē de cōsuetudine aduersus adolecētes dicta sunt, quādo viris quidem philosophandi peritis omnium maximū remedium est, dei timor, gehennæ memoria, & regni cœlorū desiderium. Hæc enim sufficiunt extinguendo incendiū. Cum his verò & illud cogita,

id quod cernitur nihil aliud esse q̄ phlegma, & sanguinem, & alimenti putrefacti humorē. Exhilarat, inquis, floris aspectus. At nihilo magis q̄ flores è terra nascentes: quāquam & hi putrescunt, marcescuntq;: Proinde nec hic attende flori, sed animo interius penetra & cogitatione, detracta formosa illa pellicula curiosus inspicere quæ sub ea latēt. Nam & aqua intercutie laborantiū corpus relucet ac splēdet, nec superficies quicquā habet mali: sed dum cogitamus tumorem intus repositū, percussus non possumus amare tales. Sed liquidus est oculus & acer, pulchrē potrecta supercilia, nigræ pupillæ, placida ceruix, purus & serenus aspectus. At vide rursus hoc nihil aliud esse, q̄ neruos ac venas, hymenes & arterias. Tu verò mihi cogita formosum istū oculum ægrotātem, senescentem, ac præ dolore marcidum, præ ira tumentem, q̄ deformis sit, q̄ celeriter pereat, citiūque q̄ scriptura deleatur. Ab istis abducito mentem ad veram formā. At non video, inquis, animi pulchritudinē. At si vis, videbis. Et quemadmodum qui formosos non vidit oculis, tamen animo potest illos admirari: ita licet & animæ pulchritudinē absq; oculis cernere. Nōne sæpenumero pinxisti formam elegātem, & non nihil affectus fuisti erga figmētum? Effinge & nunc animæ formā, & in ea pulchritudine temet oblecta. Sed non video, inquis, in corporea. Verūm hæc animo magis cernimus q̄ corpore. Propterea admiramur angelos & archangelos, licet illos non videamus, sicut & morum probitatē & animæ virtutē. Si videris hominem æquum ac modestū, magis hunc admiraberis q̄ illam formosam faciem. Quod si quem videris cōtummelia affici, qui ferat iniuriæ authorem, scēq; illi præbet, non solū admirare, verūm etiā amare tales, etiam si senio confecti sint. Nam talis animi pulchritudo, etiā in senectute multos habet amatores, nec vnquā marcescit, sed floret iugiter. Vt igitur eā formā nobis paremus, eos qui hac præditi sunt sectemur, atq; horum efficiamur amatores. Hoc enim pacto poterimus & nos accepta pulchritudine, sempiterna consequi bona, quorum nos omnes cōtingat fieri participes, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quē & cui cum patre gloria, vnā cum sancto spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Hactenus vertit D. Erasmus Roterdamus.

Homilia octaua.

**Propterea quum ministerium hoc habeamus, sicut misericordiam adsequuti sumus, non cedimus malis. Quoniam magna loquutus erat, & Mosi prætulera se, & fideles omnes: animaduertens dictorū sublimitatem ac magnitudinem, vide quomodo iterum modestiam præ se fert. Nam oportebat propter falsos apostolos, etiam auditores extollere, & iterum mitigare, sed non inficari tantam excellentiam: alioqui hoc fuisset desipiētis. Eapropter istud aliter breuibus conficit, demonstrando q̄ totum hoc non ex suis bonis operibus factū sit, sed ex diuina misericordia. Vnde etiā dicit, Habentes igitur ministeriū hoc, nihil enim amplius nos attulimus, quā q̄ ministri duntaxat facti sumus, & ministravimus in his quæ à deo data sunt. Idcirco non dixit, præbitionē, vel suppeditationem, sed ministerium. Et neq; hoc contentus fuit, sed addidit, Sicut misericordiam adsequuti sumus. Etenim isthuc ipsum, inquit, q̄ hæc per nos administrantur, à misericordia & benignitate est: quauis misericordiam sit à malis liberare, minimè autem**

tanta etiā dona conferre Verūm diuina misericordia etiam hoc habet. *Non deficiamus.* Etiam hoc illius misericordiae imputandū. Nam quod dicit, Sicut misericordiam assequuti sumus, & de ministerio & de nō deficiēdo dictū esse putare debes. Et cōsidera quā extenuet ea quae de se dicta. Dicere enim vult, nō est res magna si is qui talia & tanta assequutus est, atq; ea à sola diuina misericordia & benignitate, tales subeat labores, pericliteturq; ac tentationes sustineat. Propter hoc nō solū non deficiamus, sed etiā gaudemus, & fidenter loquimur. Vnde quum dixisset, Non cedimus malis, addidit: *Sed abnegauimus occultamenta dedecoris, non versantes in astutia, neque dolo tractantes verbum dei.* Et quid est, occultamenta dedecoris? Nō pollicemur, inquit, & promittimus magna, alia autē operibus declaramus, quemadmodū illi. Vnde etiam dicebat, Ea quae secundū faciē videris: sed tales sumus, quales videmur, & à duplicitate alieni, & nec dicentes, nec facientes talia, quae occultare oporteat, & adumbrare confusos ac erubescētes. Quod interpretans adiecit, non versantes in astutia. Quod enim illi putabāt laudem esse, hoc fœdum, & ridiculum esse pronunciat. Quid est autem, versantes in astutia? Gloriā habebant illi non accipientium, sed accipiebant & occultabāt: gloriam habebant sanctorum, & apostolorū probatorum, erāt autem innumeris pleni malis. Sed nos inquit, hęc abnegauimus: hęc enim & velamēta dedecoris appellat: tales sanē sumus quales & apparemus, nihilq; habemus adumbratū, neq; in vita solū ista, sed etiam in ipsa prädicatione. Hoc enim est, neque dolo tractantes verbum dei, *Sed manifestatione veritatis:* non persona & ostentatione, sed ipsa operum declaratione. *Commendant nosmet ipsos apud omnem conscientiam hominum in conspectu dei.* Non enim fidelibus solis, sed etiam ipsis infidelibus manifestē propositi sumus, vt si voluerint, examinare res nostras possint, & hinc cōmendamus nos ipsos non simulādō & claram personam circumferēdo. Dicimus sanē quod nihil accipimus, & vos in testes vocamus: dicimus q̄ nobis nullius mali conscij simus, & huius quoq; rei testimoniū à vobis recipimus, non quemadmodum illi, qui res suas adumbrantes multos decipiunt: nos verō & vitā nostram ante omniū oculos in medium ponimus, & prädicationem nudam facimus, vt omnes illam cognoscant. Vltra, quoniam increduli illius virtutem ignorant, subdidit q̄ hoc non nostra fiat culpa, sed illorum stupore, idcirco & dicit: *Quod si adhuc velatū est euangelium nostrum, in his qui pereunt velatum est, in quibus deus huius seculi excœcauit sensus incredulorum.* Id quod & antea dixerat, aliis quidem odor mortis in mortem, aliis verō odor vitæ in vitam: hoc etiā hic dicit. Quid autē est, deus seculi huius: Marcionitæ dicunt de opifice iusto solū, & non bono, hęc dicta esse: narrant enim esse deum quendā iustum, & nō bonum. Manichæi verō aiunt diabolū hic dici, volentes valde absurdē hinc creaturis alium opificē introducere prætē eum qui est. Solet enim scriptura sepe vocare deū non à dignitate eius qui sic appellatur, sed ab infirmitate subditorum, vt quādo mammona dominum dicit & ventrem deum: at non ob hoc simpliciter vel venter deus, vel mammon dominus, sed illorum qui sese illis submitunt. Cæterum nos dicimus, q̄ neque de diabolo hoc dictum sit, sed de vniuersorum deo, & sic legendum, q̄ incredulorum seculi huius excœcauit deus sensus. Futurum enim seculum non habet

Matt. 6. d  
& Luc.  
16. b. Pbi.  
3. d.

incredulos, sed præsens duntaxat. Quod si & aliter quis legerit, vtputa, deus seculi huius, neq; hoc reprehensionē habet: non enim hoc ostendit, ipsum huius duntaxat seculi solū esse deū. Nam & deus cœli dicitur, & non est solius cœli deus: & deum præsens diei dicimus, & non in hunc solum diem eius principatum includimus. Dicitur item & deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob, & nō est solū illorū deus, & multa talia huius & alterius sentētię inuenerit quis testimonia. Quomodo igitur excœcauit? nunquid efficaciacia sua ad hoc impellens? absit, sed permittens & concedēs. Est enim mos scripturæ sic loqui, vt quando dicit, Tradidit illos deus in sensum reprobū. Nam quoniam illi non crediderunt primi, & sese indignos fecerunt ad videndū mysteria, & ipse deinde permittit. Et quid oportebat facere? num vi cogere & reuelare videre nolentibus? imō despexissent, & non vidissent. Vnde & subdidit, *Ne illucesceret illis illustratio solis gloriæ Christi.* Non vt increduli essent deo, sed ne videat incredulitas quae sint illa quae intus. Quod & nobis imperauit, pręcipiens nō proiciendas margaritas ante porcos. Nam si & infidelibus detegeretur, magis illorum morbus incrudesceret. Nam debiles oculos habentem cogens quis Solis radios videre, auget magis illius infirmitatem, eapropter illū medici in tenebris includunt, ne morbus exasperetur. Sic igitur & hoc loco cogitandum est, q̄ hi quidem facti fuerunt increduli, & non iam videbant arcana euangelij, deo vltra radios ab illis excludente, id quod & discipulis dicebat: Propterea in parabolis loquor illis, quia audientes non audiunt. Cæterum vt exemplo quod dicimus, euidentius fiat, ponemus Gentilem quendam esse qui res nostras fabulam esse arbitretur. hic igitur quomodo vtilitatem assequetur ingressus & visis mysteriis, maiorem quā foris manens? propter hoc, inquit, ne illucesceret illis illustratio. Perdurat adhuc in historia Mosis. Nam quod cū Iudæis in illo factum est, hoc iam omnibus incredulis fit in euangelio. Et quid est, adumbratum, & id quod illis non illuxit? Audi ipsum loquentem, *Vt ne illucesceret illis lumen euangelij gloriæ Christi, qui est imago dei:* nempe q̄ crux, orbis salus & illius gloria: q̄ ille ipse qui crucifixus est, cum magna gloria venturus sit: & alia omnia præsentia, futura, quae videntur, quae non videntur, ineffabilis eorum quae expectantur gloria. Idcirco & illucesceret dixit, vt ne totum hic quaras: nam quod datum est, splendor quidam solū est spiritus. Hunc igitur & supra manifestans, odorem dixit, & iterum arrabonem, ostendens quod amplius illic expectet, attamen hęc omnia occultantur ab illis: occultantur autem, quia priores non crediderūt. Deinde ostendens, quod non Christi gloriam ignorent solū, sed etiā eam quae est patris non viderunt, qui hanc ignorant, subdidit: *Qui est imago dei.* Nam ne in Christo solo subsistas, etenim quemadmodum per hunc, patrem vides: sic ignorata huius gloria, neque eam quae illius est, scies. *Non enim nos ipsos predicamus, sed Christum Iesum dominum, nos autem ipsos seruos vestros propter Iesum.* Et quae est ista consequentia? quid cum dictis habet commune? Vel illos perstringit, quod seipso extollant, & persuadeant discipulis vt à se nominari velint, id quod in priore dicebat, Ego sum Pauli, ego autem Apollo, vel aliud quiddam multo grauissimum. Quale autem hoc? quoniam illos valde impugnabant, & vbiq; insidiabantur eis.

Exid. d

Rom. 1. d

1. Cor. 13. d

Matt. 7. 4

1. Cor. 13. d

1. Cor. 13. d

Supr. 3. d

ibid. 4. b

ibidem.

Supr. 1. d

1. Cor. 13. d

Non

Non enim nos impugnatis, sed oppugnatis eum qui per nos prädicator. Non enim nos ipsos prädicamus. Ego seruus sum, ego minister sum, & vnus ex his qui prädicationis munere funguntur, alteri omnia concilians, & pro illius gloria, omne quicquid est faciēs: & ita me impugnantes, etiā ea quae illius sunt, destruitis. Nam intantum abstineo, ne in me aliquid eorum quae euangelij sunt transferam, q̄ & vester seruus esse non detrectem, propter Christum. Quoniam illi visum est sic vos honorare, eō q̄ sic vos dilexit, & omnia pro vobis fecit. Ideo & dicit, nos ipsos autem seruos vestros propter Christum. Vidisti animam à gloriatione puram? Non enim aliquid ex his quae domini sunt, inquit, nobis proprium facimus, sed & vobis nos ipsos propter illum subiicimus. *Quia deus est qui dixit, e tenebris lucem illucescere, illuxit in cordibus vestris.* Vidisti quomodo iterum quarentibus vt videant gloriam illam excellentem, Mosis inquam, ostendit cum additamento fulgurantem? quemadmodum in facie Mosis, ita in vestris cordibus illuxit, inquit. Et prius meminit eorū quae in principio creationis facta sunt, nempe sensibilis Solis, & sensibilibus tenebrarum, monstrans q̄ illud maius est opificium. Et vbi dixit, ex tenebris lux luceat? In principio & in exordio creationis, Tenebrę enim erāt, inquit, super abyssum. Et dixit deus, fiat lux, & facta est lux. Sed & tunc quidem dixit, fiat, & factum est: nunc autem nō dixit, sed ipse nobis factus est lux. Non enim dixit, Et nunc dixit, sed ipse illuxit: propter hoc neq; sensibiles res videmus lucis huius fulgentis, sed ipsum deū per Christum. Vides trinitatem in se incommutabilem? Nā de spiritu quidem, inquit, Nos autem omnes reuelata facie gloriam domini inspeculantes, ad eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam, tanquam à domini spiritu: de filio autē, Ne illucescat illis illustratio euangelij gloriæ Christi qui est imago dei: de patre verō, Qui dixit, vt ex tenebris lux luceat, illuxit in cordibus vestris ad illuminationē cognitionis glorię dei in facie Christi. Quemadmodum enim vt dixit, euangelij gloriæ Christi, adiecit, qui est imago dei, monstrans q̄ & illius gloria priuati sint: sic vt dixit, cognitionis dei adiecit, in facie Christi, monstrans q̄ per illum patrem cognoscimus, vnde ipsi quemadmodum per spiritum adducimur. *Habemus autem thesaurum hunc in testaceis vasīs, vt excellentia virtutis sit dei, & non ex nobis.* Nam quoniam multa & magna dixit de ineffabili gloria, vt ne quis dicat, Et quomodo tanta gloria fruente manemus in mortali corpore? inquit, q̄ istuc ipsum quidem est mirabile, & indicium maximum potentiae dei, q̄ vas testaceum tantū fulgorem sustinere potuit, & talem seruare thesaurū. Vnde id quod admiror dicebat, vt excellentia virtutis sit dei, & non ex nobis, iterū illos perstringens qui gloriabantur in semetipsis, quando quidem & datorū magnitudo & suscipientium infirmitas testatur virtutem, non q̄ magna solū dederit, sed & quod his qui parui sunt: nam testaceum dicebat, naturae mortalis fragilitatem insinuans, & carnis nostrae infirmitatem significans: non enim melior est testaceis illa, adeo facile illam inuadunt & mors, & morbi, & aëris intemperies, aliisq; innumeris facile dissoluitur. Hęc autem dicebat, etiam illorum comprimens fastum, omnibusq; monstrans, quod nihil humanum firmū sit, eō q̄ & tunc maximē manifestatur dei potentia, quādo per viles operatur magna. Idcirco & alibi di-

Gen. 1. 4  
Ibidem.

Supr. 3. d

ibid. 4. b

ibidem.

Supr. 1. d

1. Cor. 13. d

cebat: Virtus enim mea in infirmitate perficitur. Et in veteri quoq; testamento per culices ac mures, integros barbarorum exercitus fugabat. Vnde & magnam suam virtutem erucam vocabat. Et ab initio linguas confundens solū, magnam illam turrim Babilonicam destruebat: & in bellis quoq; , nunc quidē per trecentos, innumeros exercitus fugabat, nunc autem per buccinas ciuitates destruebat: postea verō per pusillum adolescentem & contemptum Dauidē, omnem barbarorum aciem in fugā conuertebat. Sic sanē & hic, duodecim solū missis, orbem vicin. Obstupescamus igitur virtutem dei, admiremur, adoremus, rogemus Iudæos, rogemus Gentiles, quis persuasit vniuerso orbi à patriis moribus desistere, & ad aliam transire cōuersionem? Piscator, vel tabernaculorū factor, publicanus vel illiteratus & idiota? Et quomodo hęc essent rationi cōsona, nisi diuina virtus esset, quae per illos operata est? Quid autem dicētes, persuaserunt? Baptizemini in nomine crucifixi, Cuius? quem nesciebant, non viderant. Attamen hęc dicentes & prädicantes persuaserunt, q̄ ij quidē qui vaticinabantur, & à patribus ipsis traditi erant, non sint dij. Crucifixus autem hic Christus omnes attraxit, tametsi quod crucifixus quidem esset & sepultus, omnibus manifestum erat: q̄ autem resurrexisset, nulli prætē paucos viderant: nihilominus & hoc persuaserunt his qui non viderant, & non solū q̄ resurrexerat, sed etiam q̄ ascendit in cœlos, & veniet iudicare viuos & mortuos. Vnde igitur sermones illi verisimiles & probabiles, dic oro? non aliunde quā à dei virtute. Etenim nouitas hęc primò omnibus ingrata erat. Quando autem & talia noua quis affert, res difficilior fit, quando amouet inueteratę consuetudinis fundamenta, quando à fundamētis euellit leges. Ad hęc neque præcones fide digni videbantur, sed & apud omnes gentes exosi, indocti, ac meticulosi. Vnde igitur vicerunt orbem? Quomodo nos & progenitores nostros, qui philosophi ac sapientes putabantur, cum diis suis eiecerunt? Nōne manifestum ex eo, q̄ deum habebant secum? non sunt enim hęc opera humanae facultatis, sed diuina cuiusdam & ineffabilis. Non, dicet quis, sed magica. Oportuisset igitur demoniorum principatus crescere, & propagari idolorum cultū. Quomodo ergo destructus est & euauit ille, & præualere nostra quae illis contraria? Proinde quod dei arbitrio hęc euenerint, non à sola prädicatione, sed etiam à conuersione ipsa manifestum est. Quando enim virginitas tanta vbiq; terrarum pullulauit, quando diuitiarum contemptus, & vitæ, & omnium aliorum? Improbi enim & impostores nihil tale perficient, sed contraria omnia. Illi autem angelorum nobis conuersionem inuexerunt, non inuexerunt autem solum, sed etiam egerunt in hac nostra regione, in terra barbarorum, in ipsis terrae finibus. Vnde perspicuum, q̄ omnia Christi vbiq; virtus perfecit, vbiq; lucens, & ipso fulgure velocius mentes hominum illustrans. Hęc igitur omnia cogitantes, & ex his quae facta sunt, accipite promissionis futurorū manifestum indicium, adoratęque nobiscum inuictę crucifixi virtutem, vt & intolerabiles effugiatis pœnas, & regnum æternum assequamini. Quod vt omnes assequamur, concedatur nobis gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui sit gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia ix.



**D** Vm in omnibus affligimur, at nō anxij reddimur: laboramus, at non desituimur: persequutionē patimur, at nō in ea deserimur. Perseuerat adhuc, & mōstrat, q̄ totum sit opus dei, reprimens sic illorū qui in seipsis gloriabantur superbiam. Neq; enim hoc solū est mirabile, quod in testaceis vasis custodimus thesaurū hunc, sed q̄ etiam innumera sustinētes mala, & vndequaq; pulsati seruamus illum, & non perdimus: tamen vel adamantinum vas esset, thesaurum tātum portare non posset, neq; ad ferēdas tales insidias sufficeret. Nunc autem & fert, & nihil graue patitur per dei gratiā. Dum enim, inquit, in omnibus tribulamur, at non anxij reddimur. Quid est, in omnibus? in inimicis, in amicis, in necessariis, in aliis vsib<sup>o</sup>, ab hostibus, à domesticis, sed nō angustia premimur. Et vide quomodo res contrarias dicit, vt & hinc dei virtutem ostēdat. Dum enim angustiis premimur, anxij nō reddimur, inquit: laboramus, at non desituimur: hoc est, nō excidim<sup>o</sup> in fine. Perplexi animo efficimur vbiq; & consilio desituimur, sed neq; sic vt ab his quæ p̄posita sunt excidamus: nam hæc à deo nobis vt exerceamur, non vt succūbamus permissa sunt. *Persequutionem patimur, sed non in ea deserimur: deiicimur, sed non perimus.* Nam tentationes quidē contingunt, sed nō ea quæ illas comitantur. Ceterū etiam hoc per dei virtutem ac gratiam. Alibi autē, inquit, etiā propter suā humilitatem & propter aliorū securitatem permissa hæc esse. Vt enim non extollar, datus est mihi stimulus, inquit. Et iterum, Ne quis de me sentiat super id quod videt, ac audit quid ex me. Et alibi iterum, Ne confidētes simus in nobis ipsis: verū hoc loco, vt appareat dei virtus. Vides quātum ex tentationibus lucrum? Etenim dei virtutē monstrabat, & gratiam de-tegebat vberius. Sufficit enim tibi gratia mea, inquit, & ad humilitatē instruxit, & alios humiliari fecit, ipsosq; fortiores reddidit. Patientia enim, inquit, probationem operatur, probatio verò sp̄s. Nam qui inciderunt in pericula plurima, etiā à spe qua omnia in deum retulerant, erudiebantur, vt illā retinerent amplius per omnia. *Semper mortificationē domini Iesu in corpore circumsferentes, vt & Vita Iesu manifestetur in corpore nostro.* Et quæ est mortificatio domini Iesu, quā circumserebant: mortes quotidianæ, per quas & resurrectio monstrabatur. Si enim quis nō credit, inquit, q̄ mortuus est Iesus & resurrexit, nos videns quotidie morientes & resurgentes, credat postea resurrectionem. Vidisti quomodo & aliā causam inuenit tentationū? Qualē oro causam? Vt & vita illi<sup>o</sup> manifestetur in corpore nostro, inquit: q̄ eripit nos à periculis, ita vt hoc quod videtur infirmitatis esse & derelictionis, isthuc ipsum illius prædicat resurrectionē. Non enim sic apparet, si nihil insuauē pateretur, virtus illius, vt nūc ostēditur, dum patimur quidē, non autem vincimur. *Etenim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Iesum, vt & Vita Iesu manifestetur in mortali carne nostra.* Semper enim quando aliquid obscurū loquitur, seipsum iterum interpretatur, id quod profectō & hoc loco fecit, hoc vt dicebā interpretans manifestē. Propter hoc enim, inquit, tradimur, hoc est, mortificationem circumsferimus, vt virtus vitæ illius appareat, nō permittentis carnem mortalem tanta à multitudine malorum patientem vinci. Porro & aliter istud accipiēdum. Quomodo? sicut alibi, inquit, si simul mortui sumus, & simul viuemus. Nam quemadmodum mortē illius sustinemus nunc, & eligimus viuētes mori pro-

Infr. 12. b  
ibidem.  
Supr. 1. b

Infr. 12. b

Rom. 5. a

Rom. 6. a

**A**pter illū: sic & ipse eliget, si morimur, viuificare tunc: nam si à vita in mortem venerimus, & ipse à morte in vitam nos manu ducet. *Et ita mors operatur in nobis, Vita autem in vobis.* non iam de cōmuni morte † filij dicēs, sed de tribulationibus & relaxatione. Nos enim in periculis quidē & in tentationibus, inquit: vos verò in relaxatione propter vitam, quam in huiusmodi tribulationibus lucrificatis: & nos quidē periculosa sustinemus, vos autē bonis illis fruimini, non enim tantas suffertis tentationes. *Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est, Credidi propter quod loquutus sum, & nos credimus, idcirco & loquimur, quod is qui excitauit dominum Iesum, idem & nos per Iesum excitabit.* Memores nos facit psalmi, multam in se habentis sapientiam, & sufficientis in periculis maximē exercere. Dictum enim hoc est in magnis periculis, sicut iustus ille loquutus est, & propter quæ non poterat aliter ferre, quàm per diuinum † auditorium: nam quoniam cognata maximē consolari solent, propter hoc, inquit, eundē spiritum habentes: hoc est, eodem præsidio quo ille seruatus est, & nos seruamur: spiritu quo loquutus est, & nos loquimur. Vnde ostendit magnam esse nouæ legis cum veteri concordia, & q̄ idem spiritus in vtrisque operatus sit, & q̄ non nos solum in periculis, sed etiam veteres omnes, opus habebant fide ac spe erigi, & non statim petebant solui quæ imminēbant. Nā postquam ostēdit per rationes resurrectionem & vitam, & q̄ non ab infirmitate vel derelictione sint pericula, vltra & fidem introducit, illiq; totum permittit: veruntamen & illius demonstrationem exhibet Christi resurrectionem, dicens, Et nos credimus, ac idcirco loquimur. Et quid loqueris dic oro? **C** Qui excitauit Iesum, & nos excitabit, & cōstituet vobiscum, nam omnia propter vos, vt gratuitum beneficium quod exundauit pluribus gratiam agentibus exuberet in gloria dei. Iterum euacuat illorum superbiam, ne hominibus gratiam dēt, pseudoapostolis inquam: totum enim dei est, qui vult multis gratificari, vt maior appareat gratia, vnde propter nos resurrectio, & alia omnia. Non enim per vnum, propter vnum hæc fecit, sed propter omnes. Ideo ne cedam<sup>o</sup> malis. *Sed licet externus noster homo corrumpatur, attamē interius renouatur de die in diem.* Quomodo corrumpitur? dum flagellatur, abigitur, innumera fert mala. Sed interim renouatur de die in diem. Quomodo renouatur? fide, spe, alacritate, vt audeat se opponere malis. Nam quò plura tulerit corpus, hoc maiorem sp̄s habet anima, & fulgidior euadit, velut aurū, quod multo igni examinatur. Et vide quomodo præsentis vite molestias demolitur. *Nam momentanea leuitas afflictionis nostræ, inquit, excellenter secundum excellentiam † æternam] pondus gloriæ operatur, non spectantibus nobis ea quæ videntur, sed quæ non videntur.* Concluso in spem negotio, id quod & ad Romanos dicebat, Quod spe saluati sumus. Spes autem quæ videtur nō est spes. Hoc etiam in loco isto adornans, ponit, collocatis inter se præsentibus ac futuris, momentaneo & æterni, leui ac graui, afflictione & gloria. Et neque his contentus est, sed ponit aliam dictionem, geminans illam ac dicens, secundum excellentiam excellenter. Deinde & modum ostendit, quomodo leues sint tantæ afflictiones. Quomodo igitur leues sunt? Non considerantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur: sic & hoc leue quod præsens, & hoc magnum quod futurū, si nos à visibilibus abduxerimus. Ea em̄

quæ

quæ videtur, temporaria sunt. [ Igitur & afflictiones tales. *Quæ autem non videntur, æterna.* ] Igitur & coronæ tales. & nō dixit, afflictiones tales: sed, quæ videntur omnia, siue pœna sit, siue quietes: & sic neq; p̄pter illa dissolutē agendū, neq; propter hanc vis faciēda. Idcirco neq; de futuris loquens, dixit regnū æternum: [ sed, quæ non videntur, æterna: ] siue regnū siue pœna sit, iterū vt & propter hanc terreamur, & propter illud incitemur. *Quoniam enim quæ videntur temporaria sunt, quæ autem non videntur æterna, ad hæc quidem spectemus.* Qualem enim haberemus exculationē tēporaria pro æternis eligentes? licet em̄ præsens suaue sit, sed nō perpetuū, etiā venia carebit. Qualē em̄ habituri essent exculationē, qui assequuti spiritū, & tanto fructes dono, humilia sapiētes facti, & procūbentes super terrā? Etenim multos audio dicentes ridicula hæc verba, Da mihi hodiernum, & accipe crastinum. Nam siquidē talia sunt, inquit, qualia dicitis, illic vñ pro vno fuit: si autē nihil omnino fuerit, duo pro nullo. Quid his verbis iniquius, quid etiā magis delirum? Nos de cœlo difficimus & ineffabilib<sup>o</sup> illis bonis, & tu illa hippodromica nobis in mediū affers, & nō erubescis? & talia quæ desipiētes solent, loquens non te abscondis? nō erubescis, q̄ præsentibus additus es? nō desinis desipere, & insanire, & iuueniliter nugari? Et non est mirum, si Gentiles sic loquantur: q̄ autem fideles homines sic nugantur, qualē habet veniam? Omnino enim suspicaris immortales spes illas, omnino putas ambigua hæc esse? Et quomodo hæc merentur veniā? Et quis venit, inquit, & annunciauit, quæ illic geruntur? Hominum quidē nullus, deus autem, qui omnib<sup>o</sup> fide dignior, hæc annūciauit. At nō vides quæ illic? neq; enim deū vides. Igitur nō putabis esse deum, quoniā non vides deum? Et valde putō, inquit. Itaq; si te rogarit quis incredulorū, Et quis venit de inferno, ] & hæc annunciauit? Quid dices? Vnde scis q̄ est deus? Ex his quæ videntur, inquit, ex optimo ordine qui est in omnibus creaturis, ex eo q̄ hoc omnibus est notū. Igitur etiā de iudicio sic accipito sermonē. Quomodo, inquit? Interrogabo te, tu verò respōde. Iustus est hic deus, & iuxta meritū retribuit vniciq; vel nō secundū meritum? & iniustos quidem vult sceleriter agere ac deliciari, bonos autē in aduersis esse? Minimē, inquit. Neque enim homo hoc pateretur. Vbi igitur, qui bene hic operati fuerint, bonis fruētur, vbi autē mali cōtrariis, nisi futura sit vita quædā post hanc & retributio? Vides quòd vnum pro vno, & non duo pro vno erūt iustis: peccatoribus autē & hic delicatē agētib<sup>o</sup>, omnino diuersum eueniē: nam siquidē hic delicatē egerint, neq; vnū pro vno acceperūt: qui autē in virtutibus versati fuerint, duo pro nullo. Qui enim relaxationē habebūt, num ij, qui præsentibus abutētes vita, vel virtutibus præditi? Tu fortasse illos quidē dices, ego autē hos ostēdo, vestes illos ipsos vocās qui præsentibus aliquādo fruebātur, & nō erubescēt ad ea quæ dicturus sum: etenim pronubis maledixerūt sapius, etiam diei quo thalami strati sunt, & beatos dixerūt eos qui vxores nō duxerūt: multi etiā iuuenes à nuptiis abstinerunt, nō ob aliā causam, quā quòd molesta res sit: idq; dico nō accusans nuptias, honorabiles enim sunt, sed eos qui iulis abutūtur. Si autē qui in cōiugio vixerunt, vitam iniucundam sæpe putauerunt: quid diceremus de his qui in meretricia barathra deducti sunt, & quouis seruo seruilis & miserius affecti, de

Mora-  
le.

† cœlo.

**A** his qui in deliciis absorbētur, & multos corporibus morbos afferūt? Porro suaue est viuere in gloria. Imò hac seruitute nihil amarius. Etenim omnib<sup>o</sup> seruis seruilis est vanæ gloriæ m̄cipium, & omnibus obuiis placere volēs. At qui illā cōculcarit, omnīū summus est, nō curans quid de ipso alij sentiāt. Sed ait, pecunias habere amabile est. At sapius ostēdimus, q̄ qui ab illis liberati sunt & nihil habēt, ditiores sunt, ac suauis agūt. Verū dulce est, est inebriari. Et quis hoc dixerit? Igitur si nō ditari suauis est q̄ ditari, & cœlibem agere quàm vxorē habere, & vanæ gloriæ nō esse auidū quàm illam sectari, & non deliciari quàm deliciari, etiam hoc loco plus habent, qui præsentibus nō sunt addicti. Et nondū dico, quòd ille quidē licet innumeris tormentis distendatur, habeat bonā spem, quæ ipsum deducat. Hic autem licet plurimis deliciis fruatur, habet metum futuri seculi, turbātem ac confundentē suam voluptatem. Etenim & hic nō paruus pœnæ modus, vtputa contrarius deliciis ac tranquillitati. Est ad hæc modus tertius. Qualis autē hic? quia illæ seculares deliciæ, neq; quādo sunt apparēt, & arguūtur cum à natura tum à tēpore: hæc verò nō solum sunt, sed etiam immobiles manēt. Vides quòd nō duo pro nullo solū, sed etiam tria & quinque & decem & viginti, & innumera pro nihilo ponere poterimus? Vt autē isthuc ipsum in exemplo discas, propono diuitem ac Lazarum: nam ille quidē præsentibus fruebatur, hic autē futuris. Nunquid igitur tibi vnum & vnum esse videtur omni tempore puniri, & breui tēpore escurire? egrotare in mortali corpore, & in immortalī grauiter cruciari? coronari & in æternū deliciari post breuem illam valetudinem, & torqueri sine fine post paruā eorū quæ sunt voluptatem? Et quis hæc diceret? Vtrum enim de quātitate, vel qualitate, [ vel de ordinatione ] dei, vel de sentētia vtrique data deliberabo? Vtque quo scarabæorum loquimini verba, qui in luto perpetuo voluuntur? Non em̄ hæc sunt rationaliū hominū, animā tam preciosam pro re adeò nihili perdere. Opus paruo labore ad recipiendū cœlū. Vis te & aliūde doceā, quòd sit tribunal terribile? aperi tuæ cōscientiæ fores, & vide in mēte tua sedentē iudicē. Si autem tu teipsum cōdemnas, quāuis teipsum amās nō ferres iniquū iudicium ferri: an nō multo magis deus iusti magnā curā faciet, & incorruptam de omnibus feret sententiam? Num simpliciter & temerē omnia fieri sinet? Et quis hæc diceret? nullus est. Sed & Græci ac Barbari, Poētæq; ac philosophi, & omne hominum genus cōsonat in illis nobiscū, licet non similiter. Et dicunt esse quædā tribunalia in inferno, ita manifesta & cōfessares est. Et quare non hic punit, dicit? vt lōganimitatem suam declaret, & salutem quæ ex poenitētia cōcedat: & nō faciat gen<sup>o</sup> nostrū vt eripi nequeat, nec non eos qui ex mutatione optima poterant seruari, prius ad salutē liberet. ] Etenim si statim punisset peccantem Paulum, quomodo saluatus esset? quomodo etiam Petrus, præcipui doctores orbis? quomodo Dauid salutē per poenitētiā lucrificasset? Quomodo Galatæ, quomodo alij plures? Sanē propter hoc nō exigit hic pœnā ab omnibus, sed à quibusdā ex omnib<sup>o</sup>, neque illic ab omnibus, sed ab alio quidem hic, ab alio verò alibi, vt etiā valde insensatos extimulet ab iis per quæ punit. ] An non vides multos hic puniri, vt pote eos qui à turre suppressi, & eos quorū sanguinē sacrificiis miscuit Pilatus, & qui intēpestiua mor-

Luc. 16. a

† salute prius.

† per eos quos punit: ac futura expectare faciat per eos quos nō punit.

te apud

te apud Corinthios extēti sunt, eo q̄ indignè sacramentis cōmunicarāt, & eos qui sub Pharaone, & sub Iudæis ac Barbaris occisi sunt, & alios multos, qui & tunc & nunc & semper. Porro alij quidem vbi multū peccarunt defuncti sunt, quum pœnā hīc nō luissent, sicut diues apud Lazarum, vt multi alij. Hæc autem faciendo & discredentes futuris excitat, [ & credentes ] & signatos diligētiores reddit. Nā deus iudex iustus, & fortis, & lōganimis, & nō inducēs irā per singulos dies. Quod si longanimitate abutemur, erit tēpus quo non diu longanimis erit vltra, sed postea intentat pœnā. Ne igitur segnes simus, vt vno momēto deliciemur, hoc enim est præsens vita: & infinitorum seculorū accerāmus nobis suppliciu: sed momento laboremus, vt perpetuo coronemur. Videtis, q̄ etiā in secularibus sic pleriq; homines faciunt, & paruum laborem pro longa quiete eligunt, tametsi diuersum eis eueniat: nam hic quidem est æqualitas laboris ac lucri, sæpe autē diuerso modo labor quidem immēsus, fructus autem paruus, & sæpius ne paruus quidē. In regno verò fit modo cōtrario. Nā quod molestū, paruum quidem: quod autem dulce, etiam immensum. Cōsidera autem agricolam per totum laborātem annum, & sub ipsum finē sæpius excidit spe fructus multorum laborum. Item gubernator ac miles vsq; ad vltimā ætatem in bellis ac laboribus agit, & sæpius vterque moritur, & ille quidem sarcinas diuitiarum, hic verò cum victoria etiam vitam amittit. Quam igitur habebimus, excusationē, in rebus secularibus laboriosa perferentes, vt parū refocilemur, vel ne parū quidē, spes enim incerta est: in spiritualibus autem cōtrario modo facientes, & propter paruum ignauiam ineffabilē pœnam nobis accersentes? Ideo orovos omnes, vel sero ex hoc stupore euigiletis. Nullus enim vos liberabit in illo tēpore, non frater, nec pater, nec puer, nec amicus, nec vicinus, nec vllus alius: sed si operibus destituti fuerimus, oīa transibunt, omninoq; peribimus. Quantū diues ille luxit, & patriarchā orauit, & mitti Lazarū petiuit? Sed audi quid ad illū dixerit Abraham, Magnum chaos inter nos & vos, ita vt neq; hinc volētes egredi perueniant ad vos. Quantū orarunt virgines illæ pro modico oleo? Verū audi quid & illæ dicūt, Ne fortē nō sufficiat nobis & vobis: & nullus illas potuit in thalamum introducere. Sanè hæc cogitantes etiā nos, curremus diligenter vitā nostrā. Quotquot enim dixeris labores, & quotquot attuleris pœnas, nihil hæc omnia erūt ad futura bona. Pone si placet ignē & ferrum & bestias, & si quid est his crudeli⁹, attamē hæc neque vmbra sunt ad illa tormenta: nā hæc quando vehemētissimē intentātur, tūc maxime leuia fiūt, celeriterq; liberant, corpore non sufficiente ad tantam vehementiam ac prolixitatem pœnæ. Illic autem nō sic, sed vtraq; conueniunt, & intentio & excellentia, cum in bonis, tum in acerbis. Dum igitur est tēpus, præoccupemus faciem eius in cōfessione, vt hodie illum videamus & tūc tranquillum, ] & minacissimas illas potestates effugiam⁹. Nō vides hic milites principibus ministrātes, quomodo rapiūt, quomodo flagellāt, quomodo latera perfodiūt, quomodo faces in tormentis adhibent, quomodo secant? sed omnia hæc ludus ac risus ad illas pœnas. Etenim tēporariæ hæc pœnæ. Illic autē neq; vermis moritur, neq; ignis extinguitur. Etenim corpus incorruptibile est omniū, quod refurgit tūc. Sed absit ne fortē hæc experiēdo

Psa. 102. 1

Luc. 16. 6

Mat. 25. 4

Psa. 94. 4

Mar. 9. 6

A discamus, sed sint solum terribilia, quantū ad verba attinet, ne autem tradamur illis tortoribus, sed hinc erudiamur. Quantū nos ipsos tūc accusabimus, quantum plorabimus, quantū vlulabimus? at nulla tū utilitas. Quoniam neque nauis soluta & submersa proficere possunt, neque medici mortuo ægroto. At sæpe dicent, q̄ oportebat etiā hoc facere, omnia autem incassum & frustra. Nā quandiu spes correctionis salua est, dicēda ac faciēda sunt omnia: postquā nullius vltra domini erimus, toto destructo, frustra dicuntur & fiunt omnia. Etenim & Iudæi dicēt tūc, Benedictus qui venit in nomine domini: sed hæc vox nihil illis proderit ad pœnam effugiendam: quando enim oportebat dicere, non dicebant. Ne igitur & nos in vita hoc patiamur, hinc iam vitam mutemus, vt tribunali Christi cū omni fiducia assistamus. Quæ nobis omnibus contingāt gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri gloria, cum sancto spiritu, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Homilia X.

**S**ciamus enim quod si terrenum nostrum domiciliū hu-  
ius tabernaculi destructum fuerit, ædificationem ex deo habemus nō manufactam, æternam in cœlo. Etenim in hoc gemimus, domicilio nostro quod est superindui cupientes. Iterum quia multæ ingruebant tentationes, alacritatē illorū extimulat. Verisimile enim est propter absentiam illius imbecilliores & tardiores factos. Quid igitur, inquit? Non oportet mirari, q̄ grauiā patimur, neque cōmoueri, plurima enim cōmoda inde lucrifacimus: & antea quidē dixit, Mortificationē Iesu circumferimus: & potentia illius specimē maximum exhibemus. Nam vt dixit, vita Iesu manifesta est ] in mortali carne nostra. Posteaque cum his dixit, quod & internus homo noster melior euadat, sic, Quippe tametsi externus noster homo corrumpatur, sed internus noster renouatur de die in diem: monstrans iterum, quod tantam utilitatem flagellationes, & vexationes illæ afferant, dicendo, q̄ quando illæ maximæ sunt, tunc innumera bona his qui pertulerint, germinatura sint. Etenim vt ne doleas, audiēdo quod externus homo tuus corrūpitur, dicit, quod quādo hoc omnino fit, tūc maximum gaudium habiturus, & ad meliorem peruenturus sis finem: atq; adeo nō solum dolere non oportet, si ex parte ille nunc corrūpatur, sed inquirenda ac optanda corruptionis huius plenitudo. Ista enim ad incorruptionē potissimū adducit. Et idcirco adiecit. Scimus enim, quod si terrenum nostrum domiciliū hu-  
ius tabernaculi dissolutum fuerit, ædificationem ex deo habemus, domum nō manufactam, æternam in cœlis. Quoniam enim de resurrectione adornat sermonem, iterum in hoc quo maximē laborabāt, assumit etiam audientium iudicium, & sic illum conficit, non tamē vt antea, sed quasi ex vtroq; ] argumento, tanquam illo iam obtento: etenim iam correcti erāt, & dicit: Scimus, quod si terrenum nostrum domiciliū hu-  
ius tabernaculi destructum fuerit, ædificationem ex deo habemus, domum non manufactam, æternam in cœlis. Sunt nonnulli qui terrenum hoc domiciliū, mundum hūc dicūt, ego autem asseuerarim de hoc corpore potius dici. Tu autem considera, quæso, quomodo ipsis nominibus, quantum futura presentibus antecellant, ostēdit. Vt enim dixit, terrenum, opposuit ] salutem: ] & tūc dixit, domiciliū tabernaculi, ostenditq; fragile illud

† alteri.

† celestis.

illud

illud & tēporarium, opposuit, æternum. Etenim tabernaculi nomē sæpe ostēdit tēporarium quiddam. Ideo dicit, In domo patris mei mansiones multæ sunt. Si autē alicubi tabernaculo vocet etiam sanctorum quietē, non simpliciter dicit tabernacula, sed cū additione. Nō enim dixit, vt accipiant in tabernacula sua, sed, in tabernacula æterna. Porro dicens nō manufactū, insinuauit aliud esse manufactum. Quid igitur, nunquid corpus manufactū est? Minimē, sed vel domiciliū hic insinuat manu fabricatum, vel si nō hoc, sed domiciliū tabernaculi hoc corpus vocauit, non manufactū, nō ad oppositionem ac distinctionē illius posuit, sed augēs encomia, & adiectis laudibus, Etenim in hoc gemimus, domicilio nostro quod est ex cœlo, superindui desiderantes. Quale domiciliū dic obsecro? corpus quod incorruptibile. Et quare ingemiscimus nunc? quoniā multo melius illud, quod ex cœlo, inquit, eo q̄ incorruptibile. Sanè non supernè corpus nobis descēdit, sed illinc donū mitti declarat nomine hoc. Adeo igitur non est dolendū in particularibus tentationibus, vt & vniuersalis illa requirēda sit, quasi dicat: Ingemiscis q̄ persequitionem pateris, q̄ corrumpitur ille tuus homo? Ingemisce, quod non excellenter hoc fiat, neq; omnino corrumpatur. Vidisti quomodo in cōtrariū diuertit sermonem? ostēdens quod pro illis oporteat ingemiscere, quod nō dum plenè fiant, pro quibus particulariter factis ingemiscerāt. Propter hos postea non vocat tabernaculum, sed domiciliū, idq; valde merito. Tabernaculū enim hoc facile destruitur, illud autē manet perpetuo. Siquidem & induti, non nudi inueniemur: Hoc est, licet deposuerimus corpus, nō absq; corpore illic assistemus, sed cū illo facto incorruptibili. Quidā autē dicunt, quod & maximē probādum, si quidem & induti, nō nudi inueniemur. Nam vt ne de resurrectione omnes cōsident, inquit, si quidem & induti incorruptione, & corpore incorruptibili recepto, nō nudi inueniamur gloria & securitate, quod & in altera ad Corinthios dicebat, Omnes quidē resurgem⁹, vnusquisque autem in suo ordine. Et sunt corpora celestia, & corpora terrestria. Nā resurrectio quidē omnibus cōmunis est, at non itē gloria communis: sed alij quidem in gloria, alij autē in ignominia: & alij quidē ad regnum, alij autē ad supplicium resurgēt. Itaque & hoc loco istud manifestauit dicens, Siquidem induti, nō nudi inueniemur. Etenim qui sumus in hoc tabernaculo, gemimus, eo quod nolum⁹ exui, sed superindui. Hic iterum perfectē & manifestē hæreticorum ora obstruxit, monstrans q̄ non de corpore simpliciter differit, quasi aliud & aliud sit, sed de corruptione & incorruptione. Nō em̄ propter hoc ingemiscimus, inquit, vt à corpore liberemur: nolumus enim hoc exui, sed curam⁹ vt à corruptione quæ in illo liberemur. Ideo, inquit, nolumus exui corpus, sed volum⁹ superindui illud incorruptionē. Deinde & interpretatur istud, Vt absorbeat corruptio à vita. Nam quoniā multis onerosum esse videbatur deponere corpus, & omniū sentētiis cōtrariū erat dicens: Ingemiscimus ] volētes illo liberari. Nā si talia patitur & plorat anima, quæ ab illo corpore separatur: quomodo non dicis, q̄ ingemiscimus, nō concedi, non separari ab illo? Itaq; vt ne hæc sibi obiiciantur, inquit, neq; ego hæc dico q̄ propter hoc ingemiscimus, vt illud deponamus: nullus enim sine mœrore istud deponit. Alicubi scilicet & Petro dicit Christus, Ducent te quō non vis. Sed

† nolētes.

† quomodo dicis tu.

quod ingemiscimus, quoniam non separamur ab ipso?

3331M

vt superinduemur istud incorruptione. Etenim hoc est, quo in corpore grauamur, non q̄ corpus, sed q̄ corruptibile & passibile corpus circumferimus: hoc scilicet est, quod nobis dolorē affert. Verū vita futura corruptionē absumit & aufert, corruptionem in quā, nō corp⁹. Et quomodo fit istud, inquit? Ne quæras, deus facit, ne sis curiosus: ideo & subdidit, At qui parauit nos in hoc ipsum, deus est. Hic ostēdit hæc superi⁹ præfigurata: nō enim nūc hoc primū mōstrauit, sed quādo ab initio de terra nos finxit, & Adam formauit. Non in hoc formauit vt moriatur, sed vt etiā immortalem faceret. Porro, vt fide dignū hoc esse indicet, & demonstratiōnē certā adhibeat, subdidit. Qui etiam dedit arram spiritus. Etenim etiam tūc ad hoc formauit, & nunc in hoc præparauit per baptismum, & illius nobis pignus dedit spiritum sanctum. Frequēter autem arrabonē vocat, debitorem se ostendere volens omniū, & inde quoque credibiliorē sermonē constituere quærit. Confidentes autem omnino & scientes. Confidentes dictum est, propter persecutiones, insidias, mortēsq; cōtinuas: quasi dixisset, Exagitat te quispiā, & persequitur, & occidit, ne cōcidas animo: propter te hoc totū fit, ne timeas, sed confide. Ideo em̄ gemis & doles, quia corruptioni seruis. Hæc tollit postea è medio, & quanto cyus ab hac liberat seruitute: proinde & dicit, Cōfidentes itaq; omnino, non in laudibus, sed, & in tribulationibus. Et sciētes quod ] relaxantes in corpore, peregrinamur à domino. Nā per fidē ambulamus, non per speciem. Confidimus autē, & probamus magis, peregrinari à corpore, & versari apud dominū. Quod omnibus maius est, posteriori loco posuit. Nā incorruptionē accipere, & cū Christo esse, melius est. Quod autem dicit hoc est, hostis & occidēs nō extinguit nostram vitā, ne timeas, cōfide dum aduersa pateris: non solū enim te liberat corruptione & molestia, sed etiā statim ad te dominū trāsmittit: propterea non dixit, Cū sumus in corpore, sed quasi in aliena domo hospitemur, Sciētes itaq; quod versantes in corpore peregrinamur à domino: confidimus autem & probamus magis, peregrinari à corpore & versari apud dominum. Vidisti quomodo occultatis tristibus mortis & cōsummationis nominib⁹, valde desiderabilia pro illis posuit, vocās cōuersationē apud deum, & quæ vidētur esse dulcia in hac vita relinquēs, à tristibus illa nominauit, nēpe vocans vitā hanc, peregrinationē à domino. Cæterū hoc fecit, ne vllus præsentiu amore detineatur, sed illis potius grauetur, neq; moriturus indolescat, sed gaudeat quasi ad maiora profecturus bona. Porro ne quis audiens, peregrinamur à domino, dicat, cur hæc dicis? Alieni em̄ ab illo sumus dū hic agim⁹, prius hæc corrigit dicens, Per fidē enim ambulamus, non per speciem. Et hic quidem ista ] scimus, sed nō sic manifestē: quod & alibi dicit, in speculo & x- nigmatē. Confidimus autē, & magis probamus. Pape quorsum sermonem dirigit? Ad summum desideriu mortis, ostendēs molestū quod dulce, & dulce quod molestū. Nam dū dicit, magis probam⁹, dicere vult, desideramus. Quid desideramus? Peregrinari à corpore, & versari apud dominum. Hoc autē perpetuo facit. Nam & antea sermonē contradicentium sibi in contrariū vertit. Eapropter & contendimus, siue simul versantes, siue peregrinantes, bene illi placere. Nam quod quæritur, hoc est, inquit, siue illic sumus, siue hic, iuxta illius sententiam viuere. Hoc enim est, quod præcedit, atq; adeo vt hinc iā habeas regnum, si valde ames. Etenim ne iterum

1. Cor. 13. f

† hoc.

† Nam cū Christo est.

se melius est, quam incorruptionem accipere.

† Nam cū Christo est.

† 1. Cor. 13.

† d.



† *doleant.* iterū venientes in tantum desiderium, falientur] ad tardationē aduentus, indē iam tribuit illis caput bonorum. Quod autem hoc est? bene placere illi. Non enim simpliciter bonū est, abire, sed libenter abire. Vnde etiā hoc fit bonū, neq; simpliciter graue est hic esse, sed impingere. Ne igitur putes satis esse à corpore proficisci, vbiq; enim opus est virtute. Nam quemadmodum cum dixisset resurrectionē, nō permisit de illa sola confidere dicens, si quidē & induti, non nudi inueniemur: ita & peregrinatione mōstrata, vt ne putes illam solam vtilem, etiam iudicauit ad salutē opus esse, illi bene placere. Igitur quoniā prius admonuit de multis iucūdis, ita & terret per grauiora: etenim vtilitas in possessione bonorum & in fuga malorum constituitur, hęc autem sunt gehēna & regnum, & quoniam hoc maiorem vim habet, † quā fugere supplicium.] Nam hīc quidem dānum quod non suscipiūt bona faciliē multi ferunt: si autē & mala perferenda essent, non idem facerēt. Nam oportebat quidem illud damnū intolerabile nominare, sed propter infirmitatem multorum qui sic humi repūt, hoc eis videtur grauius. [Quando quidem] igitur non sic excitat auditorē vulgarem bonorū datio, vt suppliciorum intentatio, necessario huc diuertit dicens: *Nam omnes nos manifestari oportet coram tribunali Christi.* Deinde cum terruisset, & cōcussisset auditorem memoria tribunalis illius, neque hic absque iucūdis tristitia posuit, sed voluptatem quandam commiscuit dicens: *Vt vnusquisque reportet quæ per corpus fecit, siue bonū siue malum.* Ceterū dū hęc dicit, eos qui bene egerūt, & affliguntur, in bonam spem excitat, & collapsos timore alacriores reddit, sermonemq; de resurrectione corporum cōfirmat. Nō enim quod ministrat ad hoc & illud, absq; retributionibus stabit, inquit: sed cum anima hęc quidem puniūtur, illa verō coronātur. Ceterum hæreticorū quidam dicūt, quōd aliud excitat corp⁹. Vnde dic, oro, aliud peccauit, & aliud punitur: aliud benefecit, & aliud coronatur? Quid autem dicetis loquēti Paulo, non volumus exui sed superindui, quomodo autē corruptio à vita absorbeatur? Nō enim dixit, vt absorbeatur mortale corp⁹ & corruptibile ab incorruptibili corpore, sed vt corruptio à vita: tūc enim hoc fit, quādo illud resurgit corpus: si autē illo relicto, aliud præparat, nō iam absorbeatur, sed manet corruptio quæ inualuerat: ppterca [nō] fit hoc. Ceterum oportet corruptibile hoc, hoc est, corpus, indui incorruptione. Nam corpus mediū est, & nunc quidē in illo, hoc est, corruptione: postea autem in isto, hoc est, incorruptione, futurū: & propter hoc in primo isto, ] quoniam incorruptio destrui non potest. Nō enim corruptio incorruptionem hæreditat, inquit, alioqui quomodo esset incorruptio? sed cōtra absorbetur corruptio à vita: hęc em̄ illā vincit, non autē hanc illa. Quemadmodum cera soluitur quidē ab igne, ipsa autē non item soluit ignem: ita & corruptio ab incorruptione aboletur & euanescit, illa verō hanc vincere nunquam potest. Igitur audiamus vocem Pauli dicentis, q̄ oporteat nos assistere tribunali Christi. Et cogitemus illud tribunal, & putemus ipsum nūc adesse, & pœnas exigere: ego enim illud amplius dicā. Nam Paulus quoniā sermonem de tribulatione ] habebat, & non volebat illos [rursus] affligere, non diutius hæsit in sermone illo, sed paucis vt dixit, vnusquisq; reportabit quæ fecit, statim prætercurrit. Nūc igitur ceseamus illud adesse,

† *in isto, hoc est, corruptione: postea autem in isto, hoc est, incorruptione futurum: et propter hoc in isto primo.*  
 Mora-  
 le.  
 † *resurrectione.*

A se, & vnusquisque suam conscientia diiudicet, & iam cogitet adesse iudicē, omniāq; reuelari & in mediū adduci: nō enim solū nos assistere oportet, sed & reuelari. Nunquid erubuitis? nunquid obstupuitis? Si autē nūc, cum erūdū res agitur, sed solum proponitur, & in cogitatione effigiatur, à cōscientia perimus: quid faciemus quādo aderit? quādo vniuersus orbis terrarū assistet, [quādo angeli & archāgeli,] quando ordines hinc inde constituti, & cursus omnium, & raptus in nubes, & acies cursu plena, quādo tubæ hinc inde & cōtinuæ illæ voces? Nā si nō esset gehēna, in tanta claritate repelli, & ignominiosum recedere, quantum supplicium? Etenim si nūc rege cum suis ingrediente, ob paupertatē non accedere audētes, nō tantā à spectaculo voluptatem accipimus, quantum mœrorē ex eo quōd nō sumus participes eorū quæ apud regem sunt, & ignominiam putamus, non esse prope illū, quid tūc erit? Nū parū putas esse pœnā, in choro nō constitui, ineffabilē gloriā non assequi? ab illo cœtu & ineffabilib⁹ bonis procul abiici? quādo autem & tenebræ erunt, & stridor dētium, & vincula insolubilia, & vermis immortalis, & ignis inextinguibilis, & tribulatio & angustia, & linguæ quæ cruciātur, sicut illa diuitis: & ploramus, & nullus audit: & ingemiscimus, & rigamur à dolorib⁹, & nullus attēdit: & in omnia loca respicimus, & nusquā adest qui cōsoletur: quo loco ordinabimus qui sic habēt? quid animab⁹ illis miserius? quid item miserabilius? Nam si quidē ingressi in carcerem, & videntes alios pallidos, alios verō vincōtos & esuriētes, alios verō in tenebris cōclusos, cōcutimur, horrescimus, & omnia ne illuc incidam⁹ facimus: quādo adducti trahemur in gehennę carceres, quales futuri erimus? non enim vincula illa ex ferro, sed ex igne sunt nūquam extinguibili: neque qui præfunt nobis, eiusdem dignitatis sunt, quos vnquam demulcere poterimus, sed angeli, in quos neque respicere licet, valde iracundi, propterea q̄ dominū tanta cōtumelia affecimus. Nō est, sicut hīc, videre ingredientes alios qui afferat vel pecuniā, vel cibos, vel sermones cōsolatione plenos, vt consolationē assequamur: sed omnia illic veniā negant, etiā si Noë, siue Iob, siue Daniel affuerit, & suos viderit puniri, non audet patrocinari. futurum enim tunc est, vt & naturalis cōpassio tollatur, (quoniā cōtingit malorū filiorū patres, & patrum filios esse iustos) ita vt pura sit voluptas, & fruētes bonis, cōpassionis necessitate, gaudio nulla in parte destituatur: dico & hęc cōpassionē extingui, & illos cōtra sua viscera, cū domino suo indignari. Etenim cum cōmuniter homines vbi viderint filios suos improbos exhæredant, & à cognatione eiiciūt: multo magis iusti tūc idē faciēt. Proinde null⁹ speret accepturū se aliquid boni, si nulla bona fecerit, etiā si sexcentos habeat pgenitores iustos. Nā vnusquisq; portabit ea, quæ in corpore suo fecit. Hīc mihi videt perstringere etiā scortatores, & timorē hinc illis immittere, & nō illis solū, sed & omnibus quicunq; negligētes fuerint. Audiamus igitur & nos: etiā si ignem concupiscentiæ habueris, oppone aliū ignem, & hic statim extinctus euanescit: & si volueris quid absurdum loqui, cogita stridor dentium, & frænū erit tibi timor: & si rapere volueris, audi iudicē præcipiētem ac dicentem, *Li. Matt. 23. b.* gate illius manus & pedes, & eiice illū in tenebras exteriores: & sic etiā hanc concupiscentiam eiicies. Et si ebrietati ac crapulæ vacas, audi diuitem dicentē, Mitte

Mitte Lazarū, vt summo digito linguā, quæ cruciatur, refrigeret, & liberaberis non vulgari passione. Si autē amaueris voluptatem, cogita quanta illic tribulatio & angustia, & hanc non cogitabis: si autē crudelis & immisericors es, memor esto virginū, quæ extinctis lapadibus sic à thalamo exclusę sunt, & statim eris misericors. Sed segnis es ac dissolut⁹, cogita eū qui occultauit talētum, & eris igne efficacior: sed ar- rodit te desiderū facultatum diuitis, cogita vermem mortalem, & faciliē etiam hūc morbum depones, omniāq; alia rectē facies. nil enim molestum neque graue imperatū est. Vnde igitur nobis præcepta tam molesta? à nostra ignauia. Nam quemadmodū si studiosi erimus, etiam quæ intolerabilia videntur, leuia erunt ac facilia: Sic si ignaui fuerimus, etiam tolerabilia ardua nobis ac difficilia apparebunt. itaq; hęc omnia cogitantes, ne admiremur eos, qui in deliciis agunt, sed cogitemus quis illorum finis. Nā hīc quidem sterco & corpulentia, illic autē vermis & ignis: ne admiremur raptos, sed cogitemus quis illorum finis. Hīc curæ & metus ac certamina, illic verō insolubilia vincula. Ne cogites glorię studiosos, sed quid ex illa nascatur: hīc seruitus & fannæ, illic verō damnū intolerabile, & perpetuum incendium. Nam si sic nobiscum meditemur, & hęc atq; talia malis nostris concupiscentiis crebro occinuerimus, statim & eiiciemus præsentium amorem, & futurorum desiderū: attingemus. Attingamus] igitur illud, & exardescamus: nam si cogitatio illorum quāuis obscura sit, tantam suppeditat voluptatem, cogita quantam lætitiā nobis allatura sit manifesta ipsa comprehē- sio. Beati & ter beati, ac sapius, qui illis bonis fruuntur, sicut & miserabiles & miserimi, qui hisce cōtraria sustinēt. Vt igitur non horū, sed illorum socij fiamus, eligamus virtutem, nam sic & ventura bona assequemur: quæ nobis omnib⁹ cōtingāt, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quē & cum quo patri, simul ac spiritui sancto, gloria, honor, imperiū, nūc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia XI.

**S**cientes igitur terrorem domini hominibus suademus, deo autem manifesti sumus, &c. Hęc igitur scientes, inquit, nempe tribunal illud terribile, omnia facimus ita, vt non demus vobis occasionem, vel offendiculum, vel sinistram quampiam suspicionem prauī erga vos operis. Vidisti cōuersationis diligentiam, & animæ curam gerentis studiū: nō enim solum, si malum fecerimus, inquit, arguimur, sed et si non malum fecerimus, si suspicionem repellere possumus, & neglexerimus, pœnam luimus. Non iterum nos ipsos cōmendamus, sed occasionem vobis dantes gloriationis de nobis. Vide quomodo cōtinuo tollit suspicionem, ne videatur suas ipsius laudes proferre: nil enim sic iniuria afficientes tuctur, ] vt de se magna quædam & admirabilia dicere. Proinde quia coactus incidere in horū sermonum materiā, correctione vsus dicit: hoc propter vos facimus, nō propter nos, vt vos habeatis quo gloriemini, non vt nos. Et neque hoc simpliciter, sed propter pseudapostolos. Vnde subdidit. *Contra gloriāntes in facie, & non corde.* Vidisti quomodo hos ab illis segregauit, & [ad se traxit] cōmōstratione facta, quōd & ipsi Corinthij desiderēt occasionē accipere, qua possint pro se dicere, & rationem reddere crimina obicientibus: non enim, inquit, vt nos gloriemur, hoc dicimus, sed vt vos ha-

Luc. 16. f  
 Mar. 25. a  
 Ibidem. c  
 Esa. 66.  
 Mar.  
 9. g.  
 † *accende- m⁹. Accēdamus.*  
 † *offendit auditores.*

A beatis, quo pro nobis liberē loquamini: id quod erat testificantis eximiam erga illos charitatem: & non vt simpliciter gloriemini: sed & ne decipiāmini. Porro hoc non dicit manifestē: † alibi autē etiam sermonē *† sed aliter ac mā- lue- ri⁹ sermo- nem.* mansuetius tractat, & illis nō perstrictis dicit, *Vt possitis gloriari contra eos, qui in facie gloriāntur.* quin neque hos simpliciter præcipit facere, si non fuerit causa, sed quando illi seipos extollunt: vbiq; enim temporis rationem habet. Non igitur, vt seipsum clarum demonstret, sed vt illi quiescāt absurde & in damnū aliorū in hoc opere pergere, hoc facit. Quid autem est, in facie? in his quæ videntur, & quæ ad ostēntationem: tales enim erant illi propter ambitionē omnia facientes: & intus quidē planē vani, & pietatis gerētes faciem, & honesti apparentes, bonorū autē operum expertes. Nam siue insanimus deo, siue sani sumus vobis. Et si quid, inquit, sublime loquimur (celestis em̄ siue insaniā hoc vocat, quē admodū & alio loco insipientiam) propter deū hoc facimus, vt ne vos, existimantes nos q̄ viles simus, cōtemnatis & pereatis. Siue modestū & humile loquimur propter vos, vt discatis humiliter sapere: vel etiā illud iterum dicit, *Si quidem insanire quis nos arbitratur, nos à deo mercedē repetimus, propter quē hęc suspicio in nos veniat: si autē sapere existimat, ipse nostra sapiētia fruatur.* Et iterū aliter, *Insanire quis nos inquit, propter deū taliter insanim⁹: propterea & subdit, Charitas enim dei cōstringit nos iudicantes illud.* Nam nō futurorum solum metus, inquit, sed & ea, quæ iam facta sunt, non sinūt nos segnes esse, neq; dormire, sed extimulāt & protrudūt in labores illos pro vobis. Et quānā sunt illa, quæ iā facta? *Nempe si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui fuerunt.* Igitur quasi oēs percant, inquit, nō em̄ pro omnib⁹ mortuus fuisset, si nō omnes mortui essent. Nā † hęc ] sunt salutis occasiones, illic autē non itē: propter hoc, inquit, cōstringit nos charitas dei, & nō finit nos quiescere. Extremē enim miserix esset, & ipsa gehenna grauius, si tanta re ostēsa, inueniatur quidā post tantā illius prouidentia nullū fructū afferre: summa enim charitatis excellentia est, mori pro tali mūdo, & mori pro sic affecto, *Vt viuētes non iā sibi viuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & surrexit.* Si igit nō oportet nos nobis ipsis viuere, ne turbemini, inquit, neq; cōmoueamini, si pericula insurrexerūt & mortes: & rationē quoq; ponit indubitata, propter quā debitū hoc opus ostendit. Nam si propter illū viuimus, quia ipse mortuus est, ipsi viuere debemus, propter quem viuimus. Et videtur quidem vnū esse dictum: si autem quis diligēter inquisiuerit, duo hęc sunt: vnum quidem quod propter ipsum viuim⁹, alterum autem, quod ipse propter nos mortu⁹ est: & vtrunq; per se sufficit, vt obnoxios nos illi faciat, quādo autem vtraque conueniunt, cogita quantū sit debitum. Imō etiam hęc tria sunt, nam & primitias propter te excitauit, & in cœlū subuexit, ideo apposuit, ei qui ppter nos mortuus est, & surrexit. *Itaque nos posthac neminem nouimus secundum carnē.* Si enim omnes mortui fuerūt, & omnes surrexerūt, & mortui quidem fuerunt, eo quod tyrannis peccati condēnauit, surrexerūt autem per lauacrum regenerationis & renouationē spiritus sancti: merito, inquit, neminem fidelīū nouimus secundum carnem: quid enim quāuis in carne sint, sed vita illa carnalis periit, & denuo nati sumus spiritu, & aliam scimus rempublicam, & cōuersationem ac vitā, & constitutionem in cœlis: & iterum

Luc. 11. d  
 † *his.*

& iterum illū ipsum ducem, qui est Christus, ostēdit. Ideo & subdit: *Porro si etiā cognouimus secundum carnē Christum, & nūc iam nō nouimus.* Quid igitur, dic mihi carnem depofuit, & nūc non est cum corpore? ablit. Et enim & nunc in carne est. Nam hic Iesus, qui assumptus à vobis in cœlū, sic veniet. Sic, quomodo? cum corpore. Quomodo igitur, inquit, si autē etiā nouimus secundū carnē Christum, sed nūc non itē? Nam nostrū esse secundum carnem, est esse in peccatis: nō autem esse secundū carnem, est esse in peccatis. Christū verò esse secundum carnem, est esse in passionibus nature, vtpote quod sitiit, & esuriit, quod laborauit, quod dormiuit: peccatum enim nō fecit neque dolus inuentus est in ore illius: proinde & dixit, *Quis ex vobis arguit me de peccato?* & iterū, *Venit princeps huius mundi, & in me inuenit nihil.* Nō esse autē secundum carnem, est esse liberatum ab illis, nō quod extra carnē sit: etenim cum hac venit iudicaturus orbem, impassibilē illam habens & incorruptibilem, ad quam incorruptionē & nos trāsimus, corpore nostro facto cōformi corporis claritatis illius, adeoq; si quæ in Christo, noua creatura. Nam quoniam à charitate ad virtutē nos adhortatus est, iam & ex rebus ipsis ad hoc inducit, ppter ea & subdit, *Si quæ in Christo noua creatura.* Si quis credidit illi, inquit, ad aliud venit opificiū: etenim iterum natus est per spiritum, adeoq; etiā propter hoc debemus illi viuere, non solum quod nostri iuris non sumus, & q̄ mortuus est pro nobis solum, & q̄ resuscitauit nostras primitias, sed etiā quod in aliam venimus vitā. Vide quot iustas causas bene viuēdi nobis ponat. Nā propter hoc & crassiore nomine vocat correctionē, vt multā nobis mutationē, & variationē ostendar. Deinde vterius tractans, quod dictū, & ostendens, quomodo noua creatura, *Vetera, inquit, trāsierūt, ecce noua facta sunt omnia.* Quæ vetera? certē, peccata, inquit, & impietates, vel Iudaica omnia: immo & hæc & illa dicit, *Ecce facta sunt noua omnia.* Omnia autē ex deo: nihil ex nobis. Nā & remissio peccatorū, & adoptio, & gloria ineffabilis ex illo nobis data est. Etenim nō iam à futuris solum, sed & à presentibus ipsos adhortatur. Cōsidera autē, inquit, q̄ resurrecturi sumus, & ad incorruptionē peruēturi, & domiciliū æternū habituri. Cæterū quoniam præsentia admonēdi maiorē vim habent, [quā futura apud incredulos:] admonet eos qui non credūt, [sicut oportebat] credere, & ostendit quæ & iam acceperunt, & quinam sint. Qui nam igitur erāt, qui acceperūt? Mortui omnes: omnes enim, inquit, mortui erāt, & pro omnibus mortuus est. Sic omnes similiter diligebat. Inueterati & senio cōfecti in malis omnes erant, sed ecce, tōmnia noua: purificatū em̄, & corpus nouū, & cult⁹ nouus, & promissiones nouæ, & testamentū, & vita, & mēsa, & stola, & in summa omnia noua. Etenim pro Hierusalem quæ infrā, accepimus supernā Metropolitim: & pro tēplo visibili, templū vidimus spirituale; p lapideis tabulis, carneas: pro circūcisione, baptisma: pro Manna, corpus dominicū: pro aqua petra, sanguinē à latere: pro virga Mofi vel Aaron, crucem: pro terra promissionis, regnū cœlorum: pro innumeris sacerdotibus, vnum pontificē: pro agno irrationali, agnū spirituale. Hæc & talia cogitans dicebat noua oīa: hæc autē ex deo per Christū, & dono illius. Ideo & subdidit: *Qui reconciliant nos sibi ipsi per Christum, & dedit nobis mysteriū* *reconciliationis.* Ab illo enim omnia bona.

Nam qui nos fecit amicos, idē & aliorū author, quæ amicis dedit deus: nō enim reliquit nos manere inimicos, & sic redemit, sed fecit sibi ipsi amicos. Quādo autē dico, quod Christ⁹ author est cōciliationis, etiā patrē dico: quando dico patrē dedisse, etiā filiū dico: omnia enim per illū facta sunt, & huius autem ipse author. Nō enim nos illi occurrebamus, sed ipse nos vocauit. quomodo vocauit? per Christi immolationē, & dedit nobis ministeriū recōciliationis. Iterū hic ostēdit apostolorū dignitatē, mōstrās quātū op⁹ concreditū eis sit, & diuinæ charitatis excellētiā. Etenim non quia legatū qui venerat neglexerunt, & exasperatus est, & reliquit illos: sed perseuerat obsecrans, & per seipsum, & per alios: quis dignē & satis hāc prouidentia admiraretur & obstupesceret? Occisus est filius cū veniret ad cōciliandū, ille german⁹ & vnigenitus, & neq; sic pater occidētes auerfatus est: neque dixit, *Misi filiū meū legatū.* Illi autē nō solum noluerūt audire, sed & occiderunt & crucifixerunt. Dignū est, vt illos posthac relinq̄at, sed omnia secus agit. Nam quoniam ille abiit, nobis negotiū commendauit. *Nam qui dedit nobis, inquit, ministeriū conciliationis: quando quidē deus erat in Christo, mundum concilians sibi ipsi, nō imputans illis peccata illorū.* Vidisti dilectionē, quæ omnē rationē & omnē mentē trāsgredit? *Quis ille qui iniuria affectus? quis ille primus qui ad cōciliandū venit? Sanē, inquit, filiū misit:* non ipse venit. Filiū quidē misit: nō ille autē exhortabatur solus, sed & cū illo & per illū pater. Idcirco dicebat, *Quia deus erat qui cōciliabat sibi ipsi mūdū in Christo, hoc est per Christū.* Nam postquā dixit, qui dedit nobis ministeriū cōciliationis, correctiōe vsus inquit, *Ne putetis q̄ nos simus huius rei authores, ministri sumus, qui autē totum operatur deus est, qui per vnigenitū totū orbē cōciliauit.* & quomodo cōciliauit? sibi ipsi: hoc est enim admirabile, nō quod amicus factus est solū, sed quod sic amicus factus est. Quomodo sic? quia dimisit illis peccata. Aliter enim nō fuisset fact⁹ amicus. Vnde & subdidit, *Non imputās illis peccata eorū.* Etenim si voluisset exigere rationem delictorum, omnes periissemus: omnes enim mortui erant. attamē cū tanta sint nostra peccata, nō solū nō exposcit pœnam, sed & cōciliatus est: nō solum dimisit, sed neq; imputauit: sic & nos dimittere oportet inimicis, vt & nos eandem remissionē assequamur. *Et posuit in nobis sermonem conciliationis.* Neq; enim nos nunc accessim⁹ ad aliquid, quod onerosum, sed vt faciamus omnes amicos deo. Quasi dicat, quando quidē à me nō sunt persuasi, perseuerate vos exhortantes, donec persuadeatis. Proinde & subdit: *Pro Christo igitur legatione fungimur tanquā deo vos exhortante per nos, rogantes pro Christo, reconciliemini deo.* Vidisti quomodo officiū suū affert, inducēs Christū qui legationē hāc iniunxit, imò nō Christū solū, sed & patrem? Quod enim dicit, hunc sensum habet, *Misit filiū pater, exhortari & legatione fungi apud humanū genus pro se: quoniam autem ille occisus abiit, nos legationem suscepimus, & pro illo & patre exhortamur vos.* Instantū honorat humanū genus, quod & filium impendit, quamuis sciret occidendū, & apostolos nos propter vos fecit: & ita merito dicebat, omnia propter vos. Igitur pro Christo legatione fungimur, hoc est, illius loco. Nā nos quæ illius officij sunt, suscepimus. Si autem magnum tibi hoc esse videtur, audi & sequentia per quæ mōstrat, quod non pro illo solū, sed & pro patre hoc faciant.

Nam

Act. 1. b  
2. a. 53. c  
Ioan. 8. f  
Ibi. 1. 4. d  
Phil. 3. d  
† quomodo oportet.  
2. Cor. 5. c  
† anima noua, purificata est enim:  
† ministerium.

Nā propter hoc & subdidit, *Tanquā deo obsecrante per nos.* Non enim per filiū suū exhortatur solū, sed & per nos, qui filij opus suscepim⁹. Ne igitur putetis, inquit, q̄ à nobis rogemini: ipse Christ⁹ vos exhortatur & obsecrat. Ipse etiā Christi pater per nos. Quid huic excellētiæ par fuerit, qui innumera beneficia cōtulit, contumelia affect⁹ est: & contumelia affectus nō solū nō exegit pœnā, sed & dedit filium suum, vt cōciliemur. & postquam qui acceperant non conciliati sunt, sed & occiderūt, iterū misit alios legatos obsecrantes, & illis missis ipse est qui obsecrat. Quid autem obsecrat: cōciliemini deo. & nō dixit, conciliate vobis ipsis deū. Nō enim ipse est, qui inimicitias gerit, sed vos: deus enim nunquā inimicitias gerit. Et rationem reddens quemadmodū legatus sit missus, inquit: *Eum enim, inquit, qui non nouit peccatū, pro nobis peccatum fecit.* Nō dico priora, q̄ iniuria affecistis eū, qui in nullo offēderat, qui multa beneficia cōtulerat, qui pœnam nō exegerat, qui prior iniuria affectus, prior obsecrat: nihil illorū nunc ponatur: † nōne propter hoc solū nō effectis iusti, si non cōciliemini,] propter hoc scilicet, q̄ nunc vobis fecit? Et quid fecit? cū qui nesciuit peccatū, propter vos peccatū fecit. Si enim nihil aliud perfecisset, hoc autem solum operatus esset, cogita quale sit, dare filiū pro his, qui iniuria affecerant: nūc autē & multa bona fecit. Et [cum his] illū qui nihil iniuste egit, permisit puniri pro his, qui iniuste egerūt. Sed non hoc dixit, sed ponit qd̄ illo multo maius est, nēpe hoc, Eum qui nesciuit peccatum, inquit, & existentem ipsammet iustitiam, peccatum fecit: hoc est, quasi peccatorē condemnari permisit, & quasi maledictum mori. Maledictus enim qui pēdet in ligno. Sic em̄ mori multo mai⁹ est quā mori, id quod & alibi insinuans dicit: *Obediēs factus vsque ad mortē, mortē autē crucis.* Non enim hoc solum pœnā habebat, sed & cōfusionem. Cogita igitur, quanta tibi concessit. Nam magnū est etiā peccatorem existentem, pro quopiā mori. quādo autem iustus hoc patitur, & pro peccatoribus moritur, & non moritur solū, sed & quasi maledictus moritur: & nō maledictus solum, sed & multa nobis bona largitur, quæ nunquā expectauissemus: *Vt enim fiamus dei iustitia, in illo, inquit.* Qualis sermo, quæ mens ista cōmēdare poterit? iustū enim, inquit, fecit peccatorem, vt peccatores faceret iustos. Imò neque sic dixit, sed quod multo maius erat: † non enim qualitatē posuit, sed substantiā: non dixit peccatorē, sed peccatū: nō eum qui non peccauit solum, sed & eum qui nesciuit peccatum: vt nos fiamus, non dixit iusti, sed iustitia, & iustitia dei: dei enim est ista, quādo nō ex operib⁹, quādo necessariū est etiā maculam nullam inueniri, sed à gratia iustificatio fit. Hinc omne peccatū euāescit. Interim autē illos nō permittit extolli, vtpote deo totum præstante, & docet [dātis] magnitudinē. Illa enim prior, legis & operum iustitia, ista autem dei iustitia est. Hæc igitur cogitātes, timeamus verba hæc magis, q̄ gehennā: obferuētes hæc magis q̄ regnum ipsum, & ne putemus graue esse puniri, sed peccare. Etenim si ipse non puniuisset nos, oportebat nos exigere pœnam à nobis, sic ingratis erga benefactorem. Nunc autē quando quis amicam habet, sæpe amore frustratus seipsum occidit: & [contra amore fretus se] indignū vita existimat, quod in illam deliquit: at cū contumelia afficimus, tam misericordem & mansuetū, non nosipfos mittimus in ignem

gehennā? Dicamus admirabile & rarū, & multis fortassis incredibile. Maior erit cōsolatio ei qui puniē, postquā exacerbauit tam misericordē, siquidē mētē habeat, & amet dominū sicut amare oportet, quā ei qui nō punitur. Nam etiam hoc cōmuniter euenire videre possumus: nam qui cōtumelia affecit amicissimum, tunc maximē refocillatur, quādo seipsum in pœnam obtulerit & grauitē patiat, quæ admodum & Dauid dicebat: *Ego pastor peccaui, & ego pastor malē egi, & grex ille quid fecit? fiat manus tua super me, & in domū patris mei.* Et quando Absalon perierit, à seipso grauissimam pœnā exegit, quāuis ipse nō fecisset iniustitiā, sed iniuriā affectus esset: nihilo minus quoniam valde diligebat mortuū, afflixit seipsum doloribus, hac ratione cōsolationē accipiens: & nos quoque quando peccamus, vbi non oportebat peccare, pœnas nobis ipsis insignamus. Nōne videtis eos qui germanos filios abiecerunt, q̄ propter hoc lugent, & capillos extrahūt, eo quod punire sese pro dilectis cōsolationē habet. † Si autem quando nihil fecerimus nos magnā nobis cōsolationē affert, quoniam in amicos valde pati, propter ea quæ illi fecerunt: quādo ipsi exacerbamus, & cōtumelia afficimus, nōne multo magis cōsolabitur, pœnā illū dare, & nos non puniri? Vnicuiq; manifestū est si quis dilexerit Christum, vt diligere decet (scio quod dico) quomodo, vbi nō cōcedente, nō sustinebit nō puniri: ] maximā enim pœnā fers exacerbas illū. Et scio quidē, quod multis incredibilia dico, verū tamen sic est vt dixi: si quis dilexerit Christū, vt diligere oportet, peccantes nosipfos puniemus: nā diligentibus quicūq; sunt, non malū quiddā pati, propterea per quæ exacerbauerūt dilectū, est insuauē, sed ipsum ante omnia exasperare amicum: etiam si iratus iste non punierit, magis torserit amatorē: si autē pœnā exquisierit, magis cōsolatus fuerit. Ne igitur gehennā timeam⁹, sed q̄ offendimus deū: hoc enim illo grauius, quādo irascens auerfatur, hoc omnīū deterius, hoc omnīū mortuolestissimū: & vt discas quale sit, cogita hoc quod dico. Si quis vixō homine latrone & malefactore qui puniatur, ipse reo existēs dilectū filiū vni genitū, & germanū dederit, ita vt occidatur, & cū morte etiā causam ab illo trāstulerit in filiū, qui nō est talis, vt saluet cōdemnatū, & à mala suspitione liberet, & post hæc vltra in magnū principatū prouehat: post salutē & gloriam illā ineffabilem, cōtra eum, † qui tāta passus est.] contumelias profert: nōne millicies eliget ille magis mori, si sapiens fuerit, quā videri tantæ ingratitude dinis obnoxius? Hoc sanē & nūc cogitemus, & ingere decet, miscamus amarē, eò quod benefactorem exacerbauimus: neq; vnquā propterea cōfidamus, quia ille lōganimitate fert cōtumelia affectus, sed propter istuc ipsum nos affligamus. Nam & inter homines, quādo quis percussus in maxillā dexterā, dederit & sinistrā, magis vlciuitur affectus, q̄ si innumeras plagas dederit: at magis cōcūit affectus, non solū cōcūit nō retulerit, sed & benedixerit, grauius perstrinxerit, quā si innumeris opprobriis tabluerit. ] Si autē erga homines, quādo iniuria afficiētes, lōganimitate nō vlciuitur confundimur: multo magis apud deum time-re oportet peccātes, etiā si nihil graue patiātur. Etenim ineffabilis pœna in caput illorū thesaurizatur. Hæc igitur intelligētes, ante oīa peccatū timeamus: hoc em̄ supplicium est, hoc gehēna, hoc & innumera mala: sed & fugiamus, & studeam⁹ deo semper placere, hoc enim

† nōne propter hoc solum iustus esset vos reconciliari,  
Deu. 21. d  
Gal. 3. b  
Philip. 2. b  
1. Tim. 1. d  
† nō enim habitū posuit, sed ipsam qualitatem:  
† Datis sine doni.  
Moralc.

† si verò amicos nihil mali admiserim⁹, cōsolationē adfert quod ob malis qua illi passi sūt, nos affligamus: quādo illos nos ipse exacerbauim⁹, cōtumelia affecerimus: nōne multo magis nos recreabit si pœnas dem⁹, quā si non puniamur? omnia nobis cōtra. Si quis Christus dilexerit, vt diligere decet, scit quod dico. quomodo non concedere qui dem, sustinet, vt non puniatur: † à quo tā multus est affectus beneficis, † affertur.



enim regnū est, hoc vita, hoc innumera bona: sic em̄ inde & regnū & futura bona assequemur: quæ nobis omnibus cōtingant, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quē & cū quo patri & sancto spiritui, sit gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia XII.

Cap. VI. **Cooperantes autem obsecramus, ne inuacuum gratiā dei recipiatis.** ait enim: *Tēpore accepto exaudi me, & in die salutis adiui te.* Nam quoniam dixerat, quod deus obsecrat, & nos legatione

fungimur, & precamur cōciliemini deo: vt ne relaxentur, hinc illos iterum terret, & extimulat dicens: **Obsecramus ne inuacuum gratiā dei vos recipiatis: non enim, quoniam obsecrat, inquit, & misit legatos, propterea negligētes simus: sed propter istuc ipsum etiā studeamus, vt placeamus deo, & spiritualē mercedem congregemus.** Ita quod & superius dixit, Charitas dei constringit nos, hoc est, angit, impellit, vt

ne post tantam prouidentiam relapsi, nullāque generositatem ostēdetes, tantis bonis excidatis. Ne igitur, quoniam misit obsecrantes, putetis hoc semper fore, vsq; ad aduentum illius secundum hoc erit: tam diu obsecrat, quādiu hic fuerimus: postea autem iudicium & supplicium. Propterea vrgemur, inquit: nō enim magnitudine bonorū illius, & humanitatis solum, sed & breuitate tēporis semper vrget. Ideo &

alicubi inquit, Nūc enim propior est nostra salus. & iterum: dominus prope est. Porro hoc loco etiā amplius quiddā fecit: Non enim solū inducit reliquum tempus breue, & parū esse, sed etiā solum esse tēpus idoneū ad salutē. *Ecce enim nunc, inquit, tempus acceptū, ecce dies salutis.* Ne igitur prætercurramus opportunitatē, sed studiū gratiā dignū declarem: propter hoc enim & nos vrgemur, scientes tēporis & breuitatē & vtilitatē, propter hoc etiā dicit, cooperantes & obsecrantes. Cooperantes vobis. Vobis enim magis cooperamur q̄ deo, pro quo legatione fungimur: nullo enim ille opus habet, sed tota salus ad vos peruenit. Si autē etiam deo diceret cooperari, neq; hoc refutaretur. Nam & alicubi dicit, Nā dei sumus coadiutores. Hac enim ratione dicit homines saluari. Iterū & obsecramus. Nā ille obsecrās nō simpliciter obsecrat, sed alia quoq; quæ iustē admonent proponit, nempe quod filium dedit iustum, qui neque peccatū sciuit, & peccatū illum fecit pro nobis peccatoribus, vt nos fiamus iusti. Porro deum sic præstantē, nō obsecrare oportebat, præsertim homines & peccatores & offendētes, sed quotidie [obsecrari, attamē] obsecrat. Nos autē obsecramus, neq; vllū bonū opus habētes, quod prætexere possum, neq; beneficiū. Vnū autē solū quod oramus pro deo, qui talia fecit. Oramus autem vt beneficiū accipiatis, & non repellatis donū: persuadeamini igitur a nobis, & in vanū gratiā ne acceperitis. Nam vt ne putēt, hoc solum esse conciliationem, credet loquenti, vrget petens vitę diligens studiū. Nā si is qui a peccatis liberatus est, & amicus factus iterū inuoluit se prioribus: quid aliud agit, q̄ quod ad inimicitias redit, & inuanum gratiā accipit, iuxta rationem vitę: nihil enim impurē viuētis, ab illo priore beneficio vtilitatis accipiunt ad salutem, sed inde magis incōmodantur & grauantur in peccatis, qui post tantam agnitionem & tantum donum ad priora regrediuntur mala: sed hoc nondum ponit, ne asperiores sermonem faciat: quod autem nullam vtilitatem accipimus, dicit solum. Deinde &

1 Cor. 3. b  
1. Tim. 2.  
Sup. 5. d

per hęc labores insinuat, quos exatlabat, obābulans & laborās per noctes in quibus docebat: vel q̄ etiam in illis operabatur, & cum illis omnibus, neq; ieiuniū negligebat, quāuis hęc ipsa pro innumeris sufficiebāt ieiuniis. Puritatē vero hoc loco, vel continentiā iterum, vel in omnibus puritatē, vel donorū reiectionem, vel etiā gratis euangelium prædicare. *In sciētia.* Quid est, in sciētia: in sapiētia quæ a deo datur, vera sciētia: non quemadmodū illi qui videntur esse sapientes, & externa eruditione gloriātur, illa autē destituentur. *In longanimitate, in benignitate.* Sanē & hęc generosum animū requirunt, longanimitē ferre omnia, multū & vbiq; exacerbari & incitari. Deinde ostēdens vnde talis factus sit, adiecit. *In spiritu sancto.* In illo enim omnia hęc rectē agimus, inquit. Sed vide quādo spiritus sancti auxiliū posuit, tūc cum ea quæ a se erant, ostenderat. Mihi autē videtur & aliud per hoc velle dicere. qualenam hoc: quod spiritu multo impleamur, & ostēdimus etiā hinc, apostolatū a spiritualib; bonis nos sortitos esse. licet enim gratia hęc fit, est tamē & ille author, qui per bona opera & sudores gratiā cōciliauit. Si autē quis dixerit, cum prædictis illū ostēdere, q̄ in gratia spirituali nullū dedit offendiculū, a sensu nō aberrarit. Etenim qui linguas acciperūt, & ab illis superbierūt, vituperati fuerunt: cōtingit enim & spiritualē gratiam accipere, & illa nō vt oportet vti: sed nō nos, inquit, verum etiā in spiritu, hoc est, in donis irreprehensibiles fuimus.

A † prophetarū] meminit, vrgēs illos & extimulans, vt † purgāt ad recipiendā suam salutem, dicit enim: *Tempore accepto, inquit, audiui te, & in die salutis adiui te: ecce nunc tempus acceptum, ecce nūc dies salutis.* Tēpus acceptū quale illud: tempus doni, tempus gratiæ, quando nō exiguntur peccatorū pœnæ, sed cum cōciliatione frui licet innumeris bonis, iustitia, sanctificatione, aliisq; omnibus. Quantū oportebat laborare, vt tempus illud assequeremur: sed ecce, nihil laborantibus aduenit remissionē afferēs peccatorū priorū. Ideo & acceptū vocat, quoniam & accepit eos, qui multū deliquerant: nō simpliciter accepit, sed in summū honorē adduxit: quēadmodū quādo venit rex, non iudicij tēpus, sed gratiæ & salutis est. Ideo & bene, acceptū illud vocat, quādiu adhuc sum in stadio, quādiu operamur in vinea, donec reliqua est vndecima, accedamus & vitā ostēdamus. Etenim facile est: nam qui in tali tempore decertat, in quo tātum donū effusum est, in quo tāta gratia, facile assequitur brabia. Etenim in terrenis illis regibus, in tēpore quidē feriarū suarū, quādo imperatorio vestitu apparēt etiā qui parum attulerit, magnum donum accepit. In diebus autē, in quibus iudicant, accurata diligētia opus est. Et nos igitur in tēpore doni illius certemus, dies diuinæ gratiæ est. Ideo & facile assequimur coronas. Nā si talibus malis grauatos, & accessit, & ab omnibus liberauit, liberatos & a seipsis tāta afferētes, nō multo magis accipiet: deinde id quod semper facit, seipsum in mediū proponēs, & hinc præcipiens exēplū accipere: hoc & hic facit. Ideo addit: *Neque vllā in aliquo dātes offētionē, ne vituperetur ministeriū nostrū.* Non a tēpore solū, sed ab ipsis quæ bene egerūt illis persuadet, & vide quomodo abiq; fastu: non em̄ dixit, attendite nos quia tales sumus: sed quia sua iam narrat, ne sit accusationi locus: & duas ponit excellētias immaculatæ vitæ, neq; vllā in aliquo dicēs: & nō dixit, accusationē, sed quod multo minus est, offētionē, hoc est reprehētionē, cōdemnationē nulli exhibentes cōtra nos: vt ne vituperetur ministeriū nostrum, vt ne quis illum perstringat. Et iterū nō dixit, vt ne accusetur: sed, vt ne vllā occasiō habeat vll, in qua carpere possit. *Sed in omnibus cōmendātes nos ipsos, vt dei ministri.* Hoc multo maius: non em̄ est equale, liberū esse accusatiōe, & talē se gerere, vt omnib; modis videātur esse ministri dei: nō em̄ æquale, liberari accusatione, & laudibus abundare. & non dixit, apparentes, sed, cōmendantes: hoc est, re ipsa ostēdetes: & vnde tales facti fuerint, deinde subdit. Vnde igitur tales facti sunt? *In patientia multa, inquit. Fundamentum bonorū ponens: quapropter nō simpliciter patientiā ponit, sed multā: & ostēdit illius etiam magnitudinē. Etenim vnū quiddā & alterū afferre, nihil magni est: cæterū addit etiā cumulos tentationum. In afflictionibus, in necessitatibus.* Hęc enim sunt incrementū tribulationis: quando mala euadi nō possunt, & quasi necessitas quæ dā iniūgitur malorū, quæ transferri nequit. *In angustiis.* Hoc est, vel fame & aliis necessariis, vel etiā simpliciter omnibus tētationib;. *In plagis, in carcerib;, in seditionib;.* Quāuis vnū quodq; illorū intolerabile sit, etiā flagellari solū, etiā vinciri solū, & exatū nūquā posse subsistere. Hoc est em̄ vt *ἀρχαῖς αἰσῆς* quasi dicas, crebris expulsionib;. Quādo autē & oīa & simul oīa accidunt, cogita quāto animo op. Deinde cū externis illis etiā ea quæ a seipso patiebāt, ponit: *In laborib;, in vigiliis, i ieiuniis [in puritate].* Per hęc

Sup. 4. a  
1. c.

Luc. 22. d  
† terre inquit. cur tandem?

Per hęc labores insinuat, quos exatlabat, obābulans & laborās per noctes in quibus docebat: vel q̄ etiam in illis operabatur, & cum illis omnibus, neq; ieiuniū negligebat, quāuis hęc ipsa pro innumeris sufficiebāt ieiuniis. Puritatē vero hoc loco, vel continentiā iterum, vel in omnibus puritatē, vel donorū reiectionem, vel etiā gratis euangelium prædicare. *In sciētia.* Quid est, in sciētia: in sapiētia quæ a deo datur, vera sciētia: non quemadmodū illi qui videntur esse sapientes, & externa eruditione gloriātur, illa autē destituentur. *In longanimitate, in benignitate.* Sanē & hęc generosum animū requirunt, longanimitē ferre omnia, multū & vbiq; exacerbari & incitari. Deinde ostēdens vnde talis factus sit, adiecit. *In spiritu sancto.* In illo enim omnia hęc rectē agimus, inquit. Sed vide quādo spiritus sancti auxiliū posuit, tūc cum ea quæ a se erant, ostenderat. Mihi autē videtur & aliud per hoc velle dicere. qualenam hoc: quod spiritu multo impleamur, & ostēdimus etiā hinc, apostolatū a spiritualib; bonis nos sortitos esse. licet enim gratia hęc fit, est tamē & ille author, qui per bona opera & sudores gratiā cōciliauit. Si autē quis dixerit, cum prædictis illū ostēdere, q̄ in gratia spirituali nullū dedit offendiculū, a sensu nō aberrarit. Etenim qui linguas acciperūt, & ab illis superbierūt, vituperati fuerunt: cōtingit enim & spiritualē gratiam accipere, & illa nō vt oportet vti: sed nō nos, inquit, verum etiā in spiritu, hoc est, in donis irreprehensibiles fuimus.

Sup. 4. a  
1. c.  
Luc. 22. d  
† terre inquit. cur tandem?  
Tomus quartus.

A norum operum indicium est: etiā hoc deum glorificat: quin & hoc diuinę industrię est: per cōtraria prædicationē instituere. Porro cōsidera: ligatus erat Paulus, & hoc erat pro euāgelio. Dicit enim, ea quæ circa me acciderunt, ad profectū euangelij venerūt, ita vt plures fratres cōfisi vinculis meis abūdantius ausi sint sine timore sermonē loqui. Gloriam itē habebat, qđ etiā ipsum illos iterū alacriores reddebat. Per infamiam & bonā famam. Non enim solū generose ferebat quæ corpori accidebāt, vt pote afflictiones, & quæ enumerat, sed & ea quæ animā angebāt. Non enim hęc parū turbare solēt. Vnde Hieremias multis tentationibus perlatis, ab his abhorrebat, & quoniam cōfundebatur dicebat. Nō prophetizabo, neq; nominabo nomē domini. & David sepius exprobrationē deplorat: & Esaias post multa hęc deprecatur, dicēs: *Opprobrium hominū ne timueritis, & improbitati illorū ne succubueritis.* Insuper & Christus discipulis dicit, *Quādo dixerint omne malū verbū cōtra vos mētiētes, gaudete & exultate: quia merces vestra multa est in cœlis.* Alicubi autē dicit *συμψόσαστε*, hoc est cum lætitię gestibus quibusdā exultate. Non autē tantam posuisset mercedē, nisi magnū esset certamen. Nā in tormētis quidē corpus diuidit cū anima dolores: est enim corporis & animę labor, ille autem solius animæ. Vnde multi, ppter has solas ceciderūt, & animas suas perdiderūt. Etenim beato Iob, *Job 19. a.* amicorū opprobria, vermibus & vlceribus molestiora visa sunt: nihil enim est dolētibus intolerabilius sermone qui animā lacerare potest: propterea cū periculis & sudoribus etiā hęc ponit dicēs, per gloriā & ignominiam. Etenim & pleriq; Iudæorū propter multorū gloriam non voluerunt credere. non enim timebāt puniri, sed ne ē synagoga eicerētur. Ideo dicit, quomodo potestis credere, gloriam inuicē accipiētis? & multos nouim, qui omnia grauiā cōtēpserunt, & a gloria victi sunt. *Quasi seductores, & veraces:* hoc est per infamiam & bonam famam. *Quasi ignoti, & noti:* hoc est per gloriā & ignominiam. Nā alius quidē erāt noti & familiares, qui illos etiā obseruabant: alij autem videre illos non dignabātur, *Quasi morientes, & ecce viuimus.* Quasi morti adiudicati & condemnati, id quod & ipsum ignominia erat. Hoc autē dicebat monstrans & dei potētiam ineffabilē, & illorū patientiā. Nam quantū ad insidiantes attinet, mortui sumus, & hoc omnes putāt: per deum autē pericula effugimus. Deinde manifestans etiā quare hęc deus permittat, subdidit: *Quasi qui corrūpuntur, & non occiduntur.* Magnum in tentationibus monstrans etiā ante mercedem lucrū illis accedere, & inimicos inuitos illis prodesse. *Quasi dolentes, semper autē gaudentes.* Nā ab his qui foris sunt, existimamur quasi in dolore sumus: nos autē illos non attēdimus, sed voluptatē habemus ingentem. & non solū dixit, gaudentes, sed apposuit etiā perpetuo. semper enim gaudentes, inquit. Quid igitur huic vitæ par fuerit, in qua cū tanta inuadant aspera, gaudiū maius sit: *Quasi pauperes, multos autē ditantes.* Nam quidā dicunt diuitias hic appellari spiritualies: ego vero dixerim etiā carnales. Etenim & fillij locupletes erāt nouo quodā modo, habētes omnīū domus sibi apertas: & hoc manifestauit per hoc quod postea dixit, *Quasi nihil habētes, & omnia possidētes.* Et quomodo hoc est: imò quomodo cōtrarium est? Nā qui multa possidet, nihil habet: qui autē nihil habet, bona omnīū possidet. & non hoc loco solum, sed etiam

Phil. 1. b.

Hier. 20. e

Esa. 51. c.

Matt. 5. b.

Job 19. a.

1. Cor. 5. g.

† corrupiuntur.

† istū.]

etiam in aliis a contrariis contraria facta sunt. Si autem miraris quomodo est, quod nihil habens, omnia habet: illu[m] ipsum in mediu[m] adducam, qui orbi imperabat, & non solum diuitiaru[m] illorum, sed etiam oculorum illoru[m] dominus erat: Si possibile, inquit, oculos vestros eruros dedisset mihi. Hec autem dicit, erudies ne turbermur quid multi de nobis sentiunt, etiam si nos seductores dicant, etiam si nos agnoscant, etiam si condemnatos putent, etiam si morti obnoxios etiam si tristitia affectos, etiam si in paupertate sumus, etiam si nihil habeamus, etiam si in letitia mereamur: quia neque cecis sol concipivus, neque continentiu[m] voluptas delinquentibus manifesta est. Nam soli fideles operu[m] recti iudices sunt, et non in illis gaudent, & dolent aliis. Etenim si quis certaminu[m] ignarus viderit pugile[m] vulnera habentem, & coronam gestantem: putaverit illu[m] dolere propter vulnera, nescius voluptatis, quae ex corona, & sic quonia[m] quae patimur sciunt, propter quae autem patimur, ignorat: merito haec sola suspiciunt, videtes certamina quidem & pericula, praemia vero & coronas, & certaminu[m] materia[m] non item. Quid igitur erant omnia, quae scilicet pauper possidebat dicens, quasi nihil habentes, & omnia possidentes? corporalia scilicet & spiritualia. Quae enim ut angelu[m] civitatis suscipiebant, pro quo oculos erutos dedissent, pro quo sua ceruicem subiecissent: quomodo hic non omnia quae illoru[m] erant possidebat? Si autem vis & spiritualia videre, videbis etiam in illis ditissimu[m]. Nam regi omnium sic charus erat ille, ut & arcanoru[m] particeps esset apud dominu[m] angeloru[m].

Gal. 4. b

Paulus

Paulus

Paulus

Morale

1. Cor. 15. d.

1. Cor. 15. f.

Rem. 15. f.

pauperes erant, pro his qui dabant illis non minus, qui accipiebant. Nam duplex illi cura erat, pro orbe terraru[m], & quomodo necessaria non deficeret, & quomodo spiritualia abundarent, & nullum sic constitat esurientes pueri, ut illu[m] omnia fidelium negotia. Quid dico, fidelium? neque enim a cura infidelium liber erat, a qua sic cruciatur, ut oraret etiam anathema fieri illis, & tu licet supra modu[m] inualecat fames, non vis pro quopiam mori, & tu quidem pro vxore vna sollicitus es, ille autem pro ecclesiis quae per totum orbem. dicit enim, Sollicitudo omnium ecclesiaru[m]. Vique quo igitur ludes o homo Paulo te conferes, & non desinis ab hac immodica pusillanimitate? non enim quando pauperes sumus, sed quando peccamus, lacrymandum est. Hoc enim multis lamentis dignum, atque adeo, ut alia etiam ridicula sint. Sed dicit quis, hoc non constitat me solum, veru[m] quia alius est potes, ego autem ignobilis, & ille absque sollicitudine esse videbatur multis. At ille erat Paulus, dicit. Igitur, non negociorum natura, sed mentis infirmitas merore affert: ne igitur lamentis tristitia, sed te ipsum, qui sic afficeris: immo neque te ipsum lamentaris, sed corrige: neque diuitias quare, sed philosophia & virtute, quae cum opibus clariore efficit, sectare. Vbi enim illa est, ibi nullu[m] ex paupertate danum: vbi non est, ibi nulla ex opibus utilitas. Quae enim utilitas est, dic oro, diuitiu[m], & pauperes animas habentium? Non tu te ipsum ita miseru[m] censes, ut diues ille se ipsum, quia non ea quae omnium habet: quae autem non plorat sicut tu, reuera illius conscientiam, & videbis lamenta & eiulatus. Vis tibi ostenda diuitias tuas, ut cesses beatos dicere diuitiis abundantes: vides caelum hoc? quomodo tam pulchru[m]? quomodo tam magnu[m]? quomodo tam sublime: illius pulchritudine non magis quidem fruitur ille, neque poteris adiuuare illum, & facere ut omnia sint eius. Nam quemadmodum propter illum facta sunt, ita & propter te. Quid autem? Nonne Sol lucidum hoc altru[m] & radias, & oculos nostros latificans, & isti proponitur, & fruuntur ex aequo illo omnes, cum pauperes tum diuites? Praeterea stellarum corona, & lunae circulus, non similiter omnibus oriuntur? Immo si oportet admirabile quiddam dicere, nos pauperes magis fruimur quam illi, ebrietate mersi, & in conuiuio verlanes, & somno graui sub tectis & vmbriis delicate agentes, illa ne sentiunt quidem: at pauperes sunt potissimu[m] ij qui in his elementis delicias inueniunt, & si aerem autem inquisueris liberu[m] & effluentem, videbis pauperem puriore & libero fruente[m]. Nam qui agros colunt, & in itinere ambulat, iis qui in ciuitatibus agunt, maiores delicias habent: & inter illos qui in ciuitatibus agunt, horum magis participes sunt opifices, qui qui tota die inebriantur. Quid autem tibi censes? nonne comunitur omnibus conceditur? Sed dicit quis, quomodo hoc dices, narra obsecro. Nam qui abundat etiam in ciuitate plura accipit iugera, & magnos circuitus constituit, & in agris plures partes sibi segregat. Quid igitur? nonne quia congregat, ipse illis vitu[m] solus? minime, etiam plurimu[m] cotendat. Nam & fructu[m] in omnes cogitur distribuere, & fruges & vinu[m] & oleum tibi colit, & vnde quaque tibi ministrat: licet magni sint circuitus, & magna domicilia, post inefabiles sumptus, & labores & arunas vsum tibi apparat, pro suo ministerio parua pecunia accepta, etiam in balneis & vbiq; istud euenire viderit quis, & diuites quidem & opes & curas & labores impendere, pauperes vero

Rem. 9. d.

Inf. 11. g.

Abie. Et

quid huc

siquidem

et beatus

ille Paulus

in fine

abiectionis

pauperum

et de peccatis

et de peccatis

et de peccatis

et de peccatis

et de peccatis

et de peccatis

et de peccatis

et de peccatis

et de peccatis

et de peccatis

et de peccatis

et de peccatis

et de peccatis

et de peccatis

et de peccatis

res vero paucis obolibus absque indigentia omnium vsum fructum accipere: fructu etiam nullo amplius de terra fruetur. non enim ille decem ventres, tu autem vnum imple. Sed ille sumptuosius particeps est frugum. Maxime quidem. Nonne magna id fit avaritia? Nonne & hoc loco plus te habere inueniemus? Videtur enim tibi esse sumptuositas ista admirabilis, eo quod maiore habeat voluptatem: verum apud pauperem non voluptas sed sanitas maior est: & in hoc plus possidet solum diues, ut corpus infirmius efficiat, & plures infirmitatum plagas contrahat. Nam pauper se totum secundum naturam regit: ille autem quia immoderatus est, ad corruptionem & malam valetudinem vergit. Iam si placet istuc ipsum & in exemplo contuemur. Nam si opus fuerit caminum accendere, deinde ille quidem fericas vestes, & multa & sine fine linteamina subiicit, & sic illum accendit: at pauper ligna de quercu vel pinu: quid amplius habuit hic, quam ille? nihil, sed & minus. Ad haec, nihil prohibet etiam aliter exemplo admonere. Nam siquidem hic ligna iaciat, ille vero corpora adurat: cui camino suauiter assisteres, ei qui a lignis, vel ei qui a corporibus acceditur? Manifestum est ei qui a lignis. Nam ille quidem secundum naturam flagrat, & dulce spectaculum videtur: iste autem nidore, & pedore, & fumo, & ossium maleolentia oes abiget. Horruisti & abominatus es auditio camino illo: at tales sunt diuitiu[m] veteres. Nam plus putredinis in illis quam in camino illo inuenieris, & vetos maleolentes, & fluxus immundos, quod omnibus modis etiam in quouis vnguento, multa propter satietatem sit incoctio: non etenim sufficit naturalis calor omnia perficere, sed aliis suppressis alia superiacet fumigantia, & magna insuauitate faciunt. Cui igitur quis conferret illorum veteres? Ne aegre feratis sermonem hunc, sed si vera non dixeris reprehendite. cui igitur quis illos compararit? an non enim sufficiunt praedicta illorum miseriam monstrare? Inueni & aliam imaginem. Quamnam? quemadmodum enim in fontibus, vbi multa herbae, foenum, stramina, sterces, lapides, lutum, continua obturationes fiunt, & deinde superfluit sursum luti voramen: ita & in illorum ventribus contingit. Nam dum ille infra obstruitur, supra scaturiunt plura quam haec mala fluenta: sed non ita est cum pauperibus, sed quemadmodum pura flumina profluunt fontes, & hortos irrigant: ita & ventres ab illis superfluitatibus puri sunt. Sed non tales diuitiu[m], immo delicatorum non tales sunt ventres, & succis, phlegmatis, felle, corrupto sanguine, putrefacto humore, & aliis talibus pleni sunt. eapropter nullus, etiam si ad paru[m] suffecerit tempus, semper in deliciis viuere sufficit, sed in perpetuis viuet morbis. Quam libenter velle rogare illos, quam ob causam cibi dati sint. Num ut corrumpamur, vel ut pascamur? num ut aegrotemus, vel ut valeamus? num ut sani simus, vel ut infirmi simus? Manifestum est propter alimoniam, & sanitatem, & robur. Quam igitur ob causam in contrarium illis abutimini, morbu[m] & infirmitatem corpori per illos facientes? At non pauper, qui sanitatem & bonam valetudinem per tenuem victum lucrifacit. Ne igitur plora propter paupertatem, sanitatis matrem, sed & exulta: & si vis ditari, contemne diuitias. Non enim habere diuitias, sed non indigere ut habeas, haec maxima abundantia est. Si hoc facere studuerimus, & hic erimus omnibus locupletibus abundantiores, & illic futura assequemur bona: quae nobis omnibus eueniat gratia



& misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri ac sancto spiritui gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen. Homilia xiiij. S nostrum apertum est ad vos o Corinthij, cor nostrum dilatatum est, non estis angusti in nobis, angustii autem estis in visceribus vestris. Cum narra- set de suis afflictionibus, & tationibus, dicit enim, In patientia, afflictionibus, in angustiis, in necessitatibus, in plagis, in carceribus, in crebris expulsiombus, in laboribus, in vigiliis: & monstrasset quod magnum bonum hoc sit, dicens: Quasi merentes, semper autem gaudentes: quasi pauperes, multos autem locupletates: quasi nihil habentes, & omnia possidentes: & dixisset etiam arma ipsa, dicit enim, Quasi correpti & non occisi: declarasset item per haec magna dei virtute & prouidentiam, inquit enim, Ut excellentia virtutis dei sit, & non ex nobis: & cum connumerasset praemia sua, Semper enim mortificatione illius circumferimus: & manifestasset certam resurrectionem, Nam ut & vita Iesu, inquit, manifestetur in mortali carne nostra: & quorum particeps factus sit, & qualia credita sunt ei, Nam legatione fungimur pro Christo, quasi deo per nos obsecrante: & quorum sit minister, nepe. non literae sed spiritus: & quod non ob solu[m] sit venerabilis, sed etiam afflictionibus, Deo enim, inquit, gratia, qui semper in nobis triumphat: increpaturus postea etiam illos, quod non multum de ipso solliciti sint, hoc facturus non statim illuc accedit: sed prius dicit quidem de charitate, quam erga illos delarauit, & tunc ingreditur sermonem illum. Nam quauis increpas ob suas virtutes venerabilis sit, attamen quando & amicitiam habere se cum his qui redarguuntur, ostendit: vehementior est reddit sermonem. Propterea & a ipse tationibus & sudoribus suis, ac certaminibus egressus, transit in sermonem de charitate, & sic ipsos perstringit. Quae igitur sunt haec charitatis indicia? Os nostrum apertum est ad vos o Corinthij. Et quale hoc signum charitatis, & quid est omnino quod dictu[m] est? Non possumus, inquit, silere apud vos, sed semper volumus & desideramus loqui & cofabulari vobis, qui scilicet diligentiu[m] mos est. Nam id quod sunt in corpore manuum complexiones, hoc in animo commerciu[m] sermonis. Cu[m] hoc autem & aliud insinuat, & quale hoc? quia omnia cum fiducia vobis loquimur, dilectis etiam nihil subtrahentes, vel abscondentes. Nam quonia[m] increpaturus erat, veniam petit, ostendens quod cum tanta fiducia increpare, signum magnae amicitiae sit, & praemittere magnae dilectionis nomen] multi feruoris & amicitiae signu[m] est. Cofueuimus enim nuda amicorum nomina frequenter appellare. Et cor nostrum dilatatum est. Nam quemadmodum quod calefacit, dilatate facit: ita & charitatis opus est dilatate. virtus enim calida est & feruens, ipsa etiam Pauli os expedit, & cor dilatauit. neque enim solo ore amicus sum, sed habeo etiam consonu[m] cor: propter hoc cu[m] fiducia loquor toto ore, totaque mente: nihil enim lati corde Pauli. Nonne oes fideles quasi amator quispiam sic ardentem amabat? nec diuidebatur amor illius, nec infirmior fiebat, sed integer apud vnumqueque manebat. Et quid miru[m], si erga fideles tale cor habuit Paulus, cum etiam totum orbem ac infideles complexum fuerit? propter hoc non dixit, amo vos, sed quod significantius, os nostru[m] apertu[m] est, & cor nostru[m] dilatatu[m] est. Omnes vos intus habemus, neque hoc simpliciter, sed cum magna quadam latitudine

Hic sup. b

supr. 3. b.

supr. 4. c.

certamina.

supr. 4. c.

supr. 5. d.

ibid. 3. d.

supr. 2. d.

magis acceptabili.

lem. sine minus odiosum.

magis acceptabili.

lem. sine minus odiosum.

magis acceptabili.

lem. sine minus odiosum.

magis acceptabili.

lem. sine minus odiosum.

magis acceptabili.

lem. sine minus odiosum.

magis acceptabili.

lem. sine minus odiosum.

magis acceptabili.

lem. sine minus odiosum.

magis acceptabili.

lem. sine minus odiosum.



Nam qui diligitur, in corde diligētis cū magna securitate ambulat. propterea dicit, *Non angusti estis in nobis, angusti autē estis in visceribus vestris.* Etia increpationē vide, vt parce facta sit, quod valde diligētium est: non dixit, non diligitis nos, sed nō cum ista mēsurā, nō enim vult illos valde perstringere. Vbiq; autē viderit quis, quomodo fideles accēdat, si singularū epistoliarum verba expēderit. Nam Romanis quidē dicit, Desidero videre vos, & sapi' statui venire ad vos. & si quo pacto prosperū iter mihi sit ad vos. Galatis dicit, Filioli mei, quos iterū parturio. Ephesiis vero, hui' gratia flecto genua mea pro vobis. At Philippēnsib' Quē em spes mea, vel gaudiū, vel corona gloriationis: an non & vos? Etia in corde & in vinculis illos circūferre dicebat. Iam Colosēsibus inquit, Velle autē vos scire, quale certamē pro vobis habeā, & qui non viderunt me in carne, vt cōsolationē accipiāt corda vestra. Ad Theſſalonicēs dicit, Quasi nutrix fouet filios suos, sic bene affecti vobis, eligim' vobis cōmunicare non solum euāgelium, sed & nostras ipsorum animas. Porro ad Timotheum inquit, Memor lachrymarum tuarū, vt gaudio implear. Titō autē scribit, Dilecto filio, & Philemoni similiter, & Hebræis quoq; multa alia id genus, & nō cessat obsecrare & dicere: Qui venit, veniet, & nō tardabit: sicut filios ægre habentes mater. Et istis, Non angusti estis in nobis. Non dicit autē solum q; amet, sed etiā quod ab ipsis ametur, & hac ratione illos iterū cōciliat. Et hæc testificans quidē inquit, Venit Titus annuncians nobis vestrū desiderium, vestrū luctum, vestrum zelū. & Galatis, Si possibile fuisset, vestros oculos erutos dedisset mihi. & Theſſalonicēsibus, Qualem ingressum habuerimus apud vos. & Timotheo, Memor lachrymarū tuarū, vt gaudio implear. & vbiq; in epistolis inueniet quis ipsum discipulis testimoniū dare & quod dilexerit, & q; diligatur. Certē similiter & hoc loco inquit: quāuis impēsius vos diligēs, minus diligar. sed hoc quidē ad finem. Iam autē violētius: non angusti estis in nobis, angusti autem estis in visceribus vestris. Vos vnus capaces estis, ego autē totius ciuitatis, & tanti populi, & non dixit, non capaces estis nostri, sed, angusti estis, istud ipsum insinuans, & non tam vehementer perstringens. Eandem autē remunerationem quasi filius dico: quāuis non est æquale prius diligi. Nam quāuis æquale quis mēsuram afferat, vincitur tamē qui posterior ad amandū accedit. Attamen non, inquit, sermone diligentius persequar, etiam si à me sumpto initio eandē mensuram declaraturi sitis [diligo & amo.] Deinde vt ostēdat q; etiā debitum sit, & quod absq; adulatione hæc dicta sint, *Quasi filius loquor,* inquit. Quid est, quasi filius? nihil magnum peto, cum pater sim, volo diligi à vobis. Et vide intellectum & modestiam: non ponit hic pericula quæ pro illis suscepit, & labores, & mortes, quāuis multa potuisset dicere: adeo est alienus à fastu: sed amorē narrat, & propter hūc amari cupit: quia pater vester factus sum, inquit, quia valde vobis afficior. Quod plurimū eum qui diligitur vrget, quādo quis illi beneficia proponit. Videtur enim exprobrare: propterea non facit hoc Paulus, sed quasi filij patrē dilexistis, inquit: quod nature magis est, & cuius patri debetur. Deinde ne videatur ppter seipsum hæc loqui, ostendit q; propter illorum vtilitatē etiā amorem ab illis requirat. Ideo subdit: *Ne sitis inquam ducentes cum infidelibus.* Et non dixit, *Nec cōmiscuamus*

Roma. 1. b.

Ibidem.

Coloss. 2. d.

Gala. 4. c.

Ephes. 3. c.

Philis. 4. a.

Ibidē 1. a.

1. Theſ. 2. b.

2. Tim. 2.

4. ad Tit.

1. a. ad Philis.

le. 4.

Heb. 10. g.

Infr. 7. b.

Gala. 4. b.

1. Tes. 1. d.

2. Tim. 1.

4.

† Non tamē.

Infr. 12. c.

† acquirisco & boni cōsulo.

A ni cū infidelibus, sed magis ipsos perstringēs, vt pote iustū affligentes, Ne, inquit, abducatis vos ipsos. *Quæ enim societas iustitiæ & iniquitatis?* Hic postea cōparationem facit, non suæ dilectionis & illorū qui illos corrumpebāt, sed istorū generositatis, & illorū ignominia. Sic enim & honestior sermo, & ipso dignior sit, magisq; illos cōciliat, quasi quis filio patrēs despiciētī, & flagitiosis se associātī dicat: Quid facis o fili? patrem quidē despicias, & præfers facinorosos viros, & iniquitatibus plenos: nescis quāto hisce melior sis & dignior. sic enim magis ab illorū cōsuetudine abducit, q; si patrē admiretur. Nā si dicat, Nescis quātum pater tuus illis melior sit, non tantū efficeret: patre autē relicto † si illos præferat,] dicens: Nescis quis tu quidē sis, & quid illi. Non cogitas tuā quidem generositatē ac liberalitatē, & illorū ignominia? Quæ enim societas tibi & illis furibus, adulteris, veneficis? statim istis laudibus alatū facit, vt ab istis se abrūpat. Nam priorē quidem sermonē non statim accipiet, quia accusatio illius est, q; pater præ illo honoratur, quando non solum ostēditur offendere patrē, sed & talē patrē. Hic autē iam nihil tale patietur: nullus enim volet non laudari, & per illum sanē, cum laudibus audientis redarguitur sit acceptior. Auditor enim trahitur, & præclare sentire de se incipit, illorū autē cōsuetudinem aspernatur. Non hoc autē solū, q; hanc cōparationem produxit, illius est miraculū, sed quod & aliud maius quiddam excogitauit, & ad perstringendū efficacius. Nam sermone quidem per interrogationem præmissō, id quod est manifestariū & ex cōfesso, deinde etiam amplificat frequentia & multitudine nominum. Non enim vnū & duo, & tria sed plura ponit. Ad hæc, pro personis nomina rerū ponit, & hinc summā virtutem, & illinc summū scelus scribit: differreque ostendit in immensum, & ita vt nō op' habeat multa apparatione. *Quæ enim, inquit, participatio iustitiæ & iniustitiæ, aut quæ societas luci cum tenebris, aut quæ cōcordia Christo cū Belial, vel quæ pars fidei cū infideli, aut quæ cōpositio tēplo dei cum idolis?* Vides quomodo nuda nomina ponit, & sufficiētia illi ad auersionem. Non enim dixit, Præuaricatio, quod maius erat: neq; dixit, lucidis & tenebrosus, sed ipsamet cōtraria ponit, quæ contrariorū non sunt capacia, lucē & tenebras. Non autē dixit, Christianis & diabolicis, sed quod multo maius, separat Christū & Belial, sic appellans defectorē Hebraica voce. *Vel quæ portio fidei cum infideli?* Hic sanē ne videatur simpliciter vitium & laudē virtutis tractare, meminit etiā personæ indefinitæ, & nō dixit societatem, sed portionē dicens, posuit præmia. *Quæ cōpositio templo dei cum idolis? Nam vos templū estis dei uiuentis.* Quod autē dicit, hoc est, neq; rex vester cōmune habet quiddā cum illo: quæ enim concordia Christo & Belial? neq; res ipsæ, quæ enim societas luci cum tenebris? igitur neq; vos oportet. Et primo ponit regē, & deinde illos multo maximē separans: deinde dicēs, tēplo dei cum simulacris, & affirmās: Vos enim estis templum dei viuētis: necessario & testimonium subdit, ostendens q; nō per adulationem hoc agit, qui enim laudauerit, & pbatationem nō attulerit, videtur etiā adulari, quod igitur testimoniū? *Inhabitabo enim, inquit, in illis, & inambulabo.* Habitabo in templis & inambulabo, maiorē erga illos familiaritatē manifestans. *Et erunt mihi in populum, & ego ero illis in deum.* Quid, inquit? deum nihil cōmune cum illis habentem fers in teipso, & ad illos curris?

† si ipse illis preferat.

† hoc enim carnis est inquinamentum: neque ea quæ animam inquinant, hoc enim est spiritum.

Morale.

Leu. 26. b.

709  
los curris? Et quomodo hæc venia digna erūt? cogita quis inhabitet, quis inambulet in te. *Ideo exite e medio illorū, & separemini, & immundū ne tetigeritis, & ego suscipiā vos, dicit dominus.* Et nō dixit, Ne facito immunda, sed maiorē diligentia requirens dicit: Ne tetigeritis, neque appropiquaueritis. Quid autē est coinquinatio carnis? Adulteriū, fornicatio, nequitia omnis. Quid autē est inquinatio animæ? Immundæ cogitationes, vt videre intēperatis oculis, vindictā meditari, dolose agere, & quæcūq; talia. Igitur vtrinq; vult esse mūdus. Vidisti quantum præmiū sit à malis liberari, nepe vnionē cum deo, audi & cætera: *Et ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios, & filias dicit dominus.* Vidisti generositatē quæ sup'erne aduenit prophetā prædicere? Nempe regenerationē per gratiam. *Has igitur habētes promissiones dilecti.* Quales esse tēpla dei, filios & filias, habere illū inhabitatorem & inambulantem, fieri illius populū, possidere ipsum deum & patrē. *Mundemus nos ipsos ab omni inquinamento carnis & spiritus.* neq; immūda tāgamus. † Hæc enim carnis purificatio est, vt neq; animæ inquinentur, sic enim spiritus erit. Et non sufficit hoc solum, sed etiam subdit: *Perficiētes sanctimoniam in timore dei.* Non enim non tangere immundū, facit mundū, sed etiā alio quodā nobis opus est, vt fiamus sancti, studio, attētionē, deuotiōe, & bene dixit, in timore dei. Contingit enim nonnunquā moderate agere, & non in timore dei, sed per vanam gloriā, cum hoc & aliud insanuatur, dicēs. In timore dei: ostendit modū quo sanctimonia perficiatur. Nā licet magna sit cōcupiscentiæ tyrannis, obiecto tamē timore dei illius furorē destruxeris. Porro sanctimonia hoc loco non continentiam solum dicit, sed omnis peccati liberationē. Sanctus enim est mūdus, mundus autē quis fuerit, nunquid si à scortatione sola liberetur? quin etiā fugere oportet auaritiā & inuidiam, & stupiditatē, vanam gloriā, & maxime vanam gloriā: & illam vbiq; quidem, multo autem magis in eleemosyna: alioqui nō esset eleemosyna, si adesset ille morbus, sed ostentatio & crudelitas. quādo enim nō miserando, sed cū pompa quadam agendo feceris, nō est eleemosyna, sed etiā contumelia. nam traduxisti fratrē. Eleemosyna igitur est nō dare opes, sed cū misericordia illas dare. Alioqui hi qui in theatris expendūt, pueris scortatorib', & aliis q; in scena, sed hoc nō fuerit misericordia. Etiam ipsi qui contumelia afficiunt corpus scortatorū, dant: at non hoc est humanitatis, sed potius insanie. Talis etiam vanē gloriosus esse videtur: Non quemadmodū ille cōtumelia afficiens corpus scortati, præmiū cōtumeliæ illi dat: sic & tu præmiū petis ab eo qui accipit cōtumeliā, & mala gloria & teipsum & illū afficere, & cū hisce est ineffabile damnū. Nam sicut bestiam etiam rabidus canis inuadit, ita nostra bona malus iste morbus [ & inhumanitas ] rapit. Etenim inhumanitas est & crudelitas, imò etiā illa grauior. Nā qui crudelis est non dat petēti, tu autē plus facis q; ille, volētes dare prohibes. Quādo enim dando tanta pōpa vteris, & gloriā eius qui accipit arripis, etiā daturum cohibes si segnis fuerit. Nō enim postea dabit, quasi ei qui iam acceperit, & nūc nō sic eget: sed & sapius reprobat, si accedēs petierit postquā acceperit, & impudentem censebit. Qualis igitur hæc misericordia, quādo & teipsum cōfundis, & eum qui accipit, & eū qui imperauit dupliciter, nempe q; illum habens spectatorem eleemosynæ, requiris post illū cōferuorum oculis.

1. a. 12. c.

Hier. 31. a.

Cap. VII.

† hoc enim carnis est inquinamentum: neque ea quæ animam inquinant, hoc enim est spiritum.

Morale.

Matt. 6. 4

los, & q; legem ab illo cōstitutam, quæ hoc prohibet, trāsgrederis? Vellē & alia tractare de ieiunio & oratione, & ostendere q; & illa à vana gloria damuū sentiunt, sed recordor quod sermonē quendā in priori homilia nō perfeci. Dicebam quod pauperes abundantiores sint q; diuites, etiam in his quæ huius vitæ, quādo de sanitate & voluptate differēbā, & [subobscure] hoc mōstratū est. Agē igitur hodie illud ostēdamus, q; non in his solum quæ ad hanc vitā, sed etiā in his quæ superiora, quod plus est. Quid enim in regnum inducit? diuitiæ vel paupertas? audiamus illū cœlorum dominum dicentē, de illis quidē, quod facilius sit camelum intrare per foramē acus, quā diuitem in regnum cœlorū. De pauperibus verò contrā: Si enim vis perfectus esse, vende facultates tuas, & da pauperibus, & veni sequere me, & habebis thesaurū in cœlis. Si autē volueritis, vtrinq; videamus quod dictū est: Angusta & stricta via est, quæ ducit in vitā. quis igitur vadit angustā? Illē ne qui in deliciis vel qui in paupertate, qui solus, vel qui innumera onera gestat, qui solutus & liber à curis, vel curas & solitudines multas habēs? Sed quid opus rationib'? inducatur ad hoc exempla. Pauper erat Lazarus, & valde pauper, diues vero qui præteribat illū in vestibulo iacentē: vter igitur intrauit in regnū, & delicate egit in sinib' Abrahæ? Vter autē cruciatur, & nec stil lam accipit? Sed dicis, etiā pauperes pereūt, & multi etiā diuites illis ineffabilibus bonis fruuntur. Cæterum contrariū licet videre. nam pauci quidem diuites, multo autē plures pauperes saluātur. Considera autē diligētē & expendas quæ sint impedimenta diuitiarū, & quæ inopiæ imminutiones, imò neq; diuitiarum, neq; inopiæ, sed vtraq; sunt possidentū. Cæterum quæ arma expeditiora sunt, videamus. Quem igitur defectum habet inopia? videtur habere mendaciū. Quem vero diuitiæ? superbiā, matrē malorū, quæ & diabolū fecit esse diabolū, cum antea nō esset talis. Iterū, radix omnium malorum est auaricia, & quis igitur est propior apud hanc radicē, diues vel pauper? Nōne manifestū q; diues? Nam quāto quis plus diuitiarū possidet, tanto plus amat. Ad hæc, vana gloria innumera bona opera pessūdat, sed & huic vicinior est diues. Præteris autē, inquit, tribulationem & angustia pauperis. Verū hæc etiam diuiti cōmunis est, & magis illi accidit, q; pauperi. Atque ita quæ videntur esse propria inopiæ mala, communia vtrorumq; sunt: quæ vero diuitiarū, sola illarum. Cur autem, inquit, propter acquirenda necessaria, multa mala pauper operatur? Sed nullus pauper tanta operabitur mala propter indigentia, quanta ditari volentes vt plura habeant, & quæ habēt ne perdant. Non enim pauper necessaria sic desiderat, vt diues superflua: neq; etiam tantum robur habet ad perficiendam malitiam, quantū ille. Igitur si & vult, magis etiā potest, manifestū quod plura & operabitur: nō enim ita formidat famē pauper, sicut rerum suarum iacturam diues tremat ac formidat, & quod nōdum quicquid alij habēt, accipit. Cum igitur proxime stet apud vanam gloriā & superbiā, & auariciā radicem malorum omnium, quam habiturus est salutis spēs, nisi [optimum viā] declarauerit? Quomodo autem gradietur per angustam viam? Ne igitur multorum opiniones habeamus, sed res ipsas inquiramus. Quomodo autem non absurdum propter pecunias aliis nō credere, sed ipsas numerare & supputare, pro rebus autem amplioribus

† aperit.

Matt. 19. e. & Luca 18. e.

Matt. 19. e.

Ibidē 7. b.

Luca 16. e. f.

1. Tim. 6.

b.

† plura enim

pit.

† multam philosophiam.





vobis, non vt contristemini, sed vt sciatis charitatem qua habeo erga vos. Facit autē etiam nūc istuc ipsum plurib' instruēs: & nō dixit, prius quidē me pœnituerat, nūc autē non pœnitet, sed quomodo? Nō pœnitet nūc, quanuis pœnituerat: licet, dicere vult, talia sint quæ scripsi, q̄ mēsurā trāsgressus sum correptionis, & pœnitētia ducar: attamen tantū lucrum quod ex illis est, pœnitudinē mihi adimit. Hoc autē dicebat, nō q̄ immodicē corripuerat, sed laudes illorum aucturus. Tantam enim, inquit, declarastis emendationem, q̄ licet etiā vehemētius perstrinxissē vos, sic vt me ipsum condemnē, & laudē nunc me ipsum, quia bonum exitū res sortita est: sicut pueris quando molestā curationē recipiūt, vtpote ex sectione, vel vitione, vel amaro phārmaco, deīde suauiter illis blādimur, ita & Paulus facit. *Videō enim quod epistola tamen ad tēpus contristauit vos, nūc gaudeo, non quod cōtristati fueritis, sed quod contristati sitis ad pœnitentiā.* Postquā dixit, non me pœnitet, dicit etiā causam, vtilitatē quæ ex literis ponens, & sapienter excusans ac dicens: quāuis ad tēpus quidē breue sit quod cōtristauit, perpetuum tamē est quod vtile. & cōsequēter dicere poterat, quāuis ad tēpus cōtristari vos, sed semper lætificauit vos, & vtile fuit: sed nō sic dicit, verū priusquā lucrū dicat, denuo ad laudes illorum & suæ prouidētia ac curæ ostensionē trāsit dicens: Nunc gaudeo, non q̄ cōtristati fueritis: quid enim mihi vtilitatis ex vestra tristitia? sed q̄ cōtristati sitis ad pœnitentiā, quia & luerum quoddā habuit tristitia. Nam & pater quando videt filiiū secari, non gaudet quia dolet, sed quia sanatur: sic & iste. Vide autē quomodo à rebus in illos trāsfert totum opus bonum: cōtristationem epistolę imputat, quia ad breue tēpus cōtristauit vos, dicens: vtilitatē vero quæ ex illa, dicit esse illorum bonum opus. Non enim dixit, Emēdauit vos epistola, quāuis & sic posset, sed q̄ cōtristati sitis ad pœnitentiā. *Nā cōtristati estis secundū deum, sic vt in nulla re detrimento sitis affecti per nos.* Vidisti ineffabilē sapiētia? dicere enim vult, nisi hoc fecissemus, vtiq; magno damno vos affecissemus. & bonum quidē opus illorū esse dicit, damnū autē suum, si quidē tacuisset. Nam si ex reprehensione emendaturi se erant, nisi reprehendissemus, vtiq; dāno vos affecissemus: & non ad vos solum, sed etiā ad nos dānum pertigisset. Nā quēadmodū qui nō dat negociatori ea quæ ad nauigationē pertinēt, is est qui dānum facit: sic & nos si nō exhibuissemus vobis occasiones pœnitētie, vtiq; dāno vos affecissemus. Vides q̄ non increpare peccātes, damnū est & magistri & discipuli. *Nam qui secundū deum est dolor, is pœnitentiā ad salutem haud pœnitendā operatur.* Propterea dicit, Quāuis me pœnituerit priusquā fructum & tantum lucrū viderem, nūc non pœnitet. Etenim tristitia secundū deū talis est. Vnde de illa nūc differit, ostendēs quod non semper tristitia grauis res sit, sed quādo secundū mundū sit. Quid autē est, secundū mundū? quādo cōtristaris propter diuitias, propter gloriā, propter mortuum: omnia hęc secundū mundū, ideo & mortem facit. Nā qui propter gloriā cōtristatur, inuidet, & sæpe perire cogitur: qualis erat tristitia Cain & Esau. hanc tristitiā vocat secundū mundum, quæ tristibus perniciofa. Etenim tristitia illa solū ad peccata vtilis est, quod hinc manifestatur: qui pro amissis diuitiis cōtristatur, dānum nō soluit: qui pro mortuo cōtristatur, iacentem nō excitat: qui propter morbū cōtristatur,

A non solum non curatur, sed etiā auget morbū. Qui vero in peccatis cōtristatur, hic solū vtilitatis aliquid amplius à tristitia accepit: absumit enim & euanelcere facit peccata. Nam quoniā ad hoc remediū confectū est, hoc loco solū valet, & vtilitatē declarat: in aliis autē & nocet. *Vnde & Cain, inquit, cōtristabatur, non q̄ non placeret deo.* non propter hoc, sed quia fratrem videbat clarū. Alioqui si propter hoc doluisset, imitari debebat, & illi cōgratulari, sed declarat se dolendo secundū mundū cōtristari. Verū non non sic David, neq; Petrus, neq; aliquis iustorū: ideo vel p̄ suorū, vel pro aliorū peccatis dolere voluerūt. *Quāuis quid tristitia molestius? sed quando secundū deum sit, mundi gaudio melior est.* Illud enim in nihilum definit, hęc autē pœnitentiā haud pœnitendam in salutē operatur. Etenim quod admirabile in ista, hoc est, q̄ nullū pœnitet sic doluisse, id quod mūdāna tristitia p̄priū est. Quid enim germanus germano filio? Et quid morte illius maiorem dolere infert? attamē parētes seip̄os p̄ dolore plangētes in impetu luctus, quāuis nullā ferant inde vtilitatē, ij tamē post tēpus pœnitentiā agunt, q̄ immodicē doluerunt, cū nihil vtilitatis inde cōsecuti sint, imō & se magis afflixerint: sed non talis est tristitia secundū deum, sed habet gemina cōmoda, & q̄ quis se nō inculcat ob dolorē, & quod tristitia in salutē definit. am bob' illis cōmodis ista priuata est. Etenim suo dāno dolent, & postquā multum doluerint, seip̄os inculant: maximū signum hoc esse ostendentes, q̄ dolet sibi nocuerit. Porro tristitia secundū deum diuerso modo se habet, ideo & dicebat, pœnitentiā in salutē haud pœnitendā operat. Nullus em̄ seip̄um inculcat, si de peccato cōtristet, si lugeat, & seip̄um affligat. Id quod & beatus Paulus dicēs, non opus habebat aliunde exēpla afferre, neq; adducere in mediū eos qui in antiquis historiis tristes fuerūt, sed ipsos Corinthios producit, & ab illorū factis suum argumentum cōfirmat, vt & cū laudibus illos erudiat, imō magis illos cōciliet. *Ecce enim, inquit, hoc ipsum quod secundū deum cōtristati fuistis, quāntā in vobis operatū est sollicitudinē.* Quasi diceret, tristitia nō solū non fecit vt inculcāretis vosip̄os, quasi temere hoc & frustra fecisset, sed & magis sollicitos reddidit. Deinde dicit sollicitudinis cōiecturas: *Imō satisfactionem, pro me. Imō indignationem, contra illū qui peccauit. Imō timorem.* Sollicitudo em̄ talis & accelerata correctio valde timentū erat. & ne videat seip̄um extollere, vide quomodo statim istud mitigat, dicens: *Imō desiderium, quod habuistis erga me. Imō zelum, quē habuistis erga deum. Imō vindictam.* Etenim vlti estis eos qui in diuinis leges peccarāt. *In omnibus constituitis vosip̄os vt sitis p̄ri in ea re.* Non q̄ nō ausi fuerint solū, hoc manifestū erat, sed & q̄ non cōgaudebāt. Nam quoniā in priori epistola dicebat, Et vos inflati estis: hoc loco dicit etiā hac suspitione vos liberauit. *Non q̄, nō laudet solū, sed & q̄ increpet & succēseat.* *Proinde, tamen scripserim vobis, non id feci eius causa qui laeserat, nec eius qui laesus fuerat.* Ne igitur dicāt, quid igitur nos increpas si puri sumus in hac re? ad hoc etiā prius sciēs] & p̄ordinās illud quod diciturus erat, dicebat, vtpote nō me pœnitet, tamen si pœnituerit. Nā intantū abest, vt me nunc pœniteat eorū quę scripsi tunc, inquit: quia tunc magis me pœnituisset q̄ nunc, quādo vosip̄os puros exhibuistis. Vidisti iterū illius impetū & cōtentionem, quomodo in contrariū sermonē vertit? Nā per

ea per quę putabāt illum mutatum esse, quasi temerē increpasset propter illorū profectum, per ipsos ostēdit q̄ iuste libertate sermonis vsus fuerit. Non enim deprecatur iā vt condonent libēter, cū liceat hoc facere. Nā quāuis dicat superius, Qui adheret scorto, vnū corpus est. & tradite illum qui talis est satanę in interitū [carnis.] & omne peccatū quod fecerit homo, extra corpus est: & quęcūq; talia, quomodo hoc loco dicit, nō propter eū qui laesit, neq; propter eum qui laesus fuerat? Nō est sibiip̄i cōtrarius, & quomodo illa concinnē sibi respondent? quia plurimū curę illi erat, ostendere amorē quē erga illos gerbat. Nō igitur tollit ē medio q̄ curam illius gerit, sed & dilectionē quam erga illos gerebat declarat, sicut dixi, & quod maior illū cōcussit timor nomine totius ecclesię: timebat enim ne illā malum supra modū depasceret, & pergeret totā lædere ecclesiā. Ideo dicebat: Modicū fermentum totā massam fermentat, sed hoc quidē tunc: nunc verō quoniā bene egerāt, nō vltra istud sic ponit, sed aliter: & istud quidem insinuat, dulciore autem sermonem in manus suscipit, dicens: *Vt manifestetur sollicitudo nostra erga vos apud vos.* Hoc est, vt sciatis quomodo vos amem. Hoc autem idē est cum priore. Aliter autē interpretari videtur, aliam significationē afferre. Sanē quod idem sit, reuolue eius mentē, & nihil interesse videbis. Nā quoniā valde amo vos, inquit, vereor ne quid patiāmini aliunde quod cōtristet, ne ipsi accipiatis tristitiā. Igitur quemadmodū quando dicit: Num deo cura boum? nō hoc dicit, q̄ non sint curę deo: nihil enim omnino est, quod à prouidentia dei destitutum, sed quod non præcipuē propter boues legē posuerit: sic & hoc loco, primū quidem propter vos scripsi, deinde autem t̄ & illud: *Et habui quidem dilectionem in memetip̄o, etiā absq; epistola, inquit. Volebam autē hanc & vobis & omnibus per literas illas ostendere: propterea consolationē accepimūs, quando quidem & sollicitudinē ostendimus erga vos, & omnia rectē egimus, quemadmodū & alio loco dicebat: Nūc viuimus si vos stabitis in domino. Et iterum: Quę enim nostra spes, vel gaudiū, vel corona gloriationis, nōne & vos? Hęc enim vita, hęc consolatio, hęc refrigeratio doctorum, si discipulos proficere vident.* **Morale** Nihil enim ita clarū facit gerentem magistratum, atq; dilectionis studiū erga subditos. Etenim patrem nō solum facit q̄ genuit, sed & quod diligit postquā genuit. Si autē hic natura tanta opus habet dilectione, multo magis gratia. Sic veteres omnes, quotquot apud Hebræos insignes fuere, claruerūt. Sic Samuēl magnus mōstratus est dicens: Absit autē vt peccem deo cessans orare pro vobis. sic David, sic Abraham, sic Helias, sic omnes iusti in noua & in veteri lege. Etenim Moses propter subditos tantas diuitias & infabiles thesauros dereliquit, eligēs magis affligi cum populo dei, & ante electionem operib' valde clarus erat apud plebem. Propterea insipientissimē dicebat ad illū Hebræus quidā: Quis te constituit principem [ & iudicē ] super nos? Quid dicis? Opera vides, & de nomine cōtrouertis? quemadmodū si quis viso medico qui optime secet, & infirmū corpus adiuuet, dicat: Quis te cōstituit medicū, & secare iussit? Nōne vir optime, ars & morbus ille tuus iussit, & hūc scientia talē fecit? Etenim imperare, ars est, & nō solum dignitas, immo ars est artū omnium summa. Nā si imperium in his qui extra homines sunt, ars & scientia

1. Cor. 6. d  
ibid. 5. b  
ibid. 6. d

1. Cor. 5. b

ibid. 9. d

1. Tim. 3. c  
ibid. 2. d

1. Tim. 3. c  
ibid. 2. d

1. Reg. 12. d

1. Cor. 4. d

Exodi. 2. c

1. Tim. 3. c  
ibid. 2. d

omnium melior est, multo magis istud. Etenim iste principatus tāto maior illo est, quāto ille aliis, immo multo amplior: & si placuerit sermonē hunc diligentius inquiremus. Est ars agriculturę, est texturę, ars edificatoria, quę & necessarię valde sunt, & vitā hanc nostrā multum conseruat. Nam alię ministrę illarū sunt, vt pastoralis, fabrilis, tectonica. Sed inter istas artes magis necessaria est præ aliis agricultura, quā & deus facto homine primā induxit. Nā possibile quidē hominē viuere sine calceis & vestibus, absq; agricultura autē impossibile: quales apud Scythas esse dicit Amaxobios, & apud Indos gymnosophistas. Nā illi & ædificatoriā, & textoriam, & futuriā artem nō curāt, sola autem agricultura opus habēt. Erubescite qui superfluis opus habetis artibus, & coquorum, & placentulariorū, & variē condientium cibos, & innumeris talibus aliis, vt viuatis. Erubescite qui inutiles artes in vitā inducitis: non erubescitis Barbaros illos nō egere arte? Etenim deus naturam nostram paucis contentā fecit. Veruntamen nō cogo neq; legem pono sic viuendī, sed sicut Iacob petiuit. Quid autē petiuit ille? Si dederit mihi dominus panem ad manducandū, & vestem ad amicumdū. Ita & Paulus præcepit, dicēs: Habentes autem victum & regumenta, his contenti simus. Igitur prima quidē agricultura est, secunda autē textoria, tertia post illā ædificatoria, postrema autem omnium futoria: vnde apud nos multi sunt & serui & agricolę absq; calceis viuentes: igitur vtilis & necessarię illę. Agē igitur cōferamus illas cū imperatoriā: t̄per has Ienim adduxi eas quę omnium magis proprię, vt eum apparuerit hanc meliorē esse illis, absq; dubio etiam cæteras vincat. Vnde igitur ostendamus illā magis omnibus esse necessariā? quia sine illa aliā nihil vtilis. Et placet, relictis aliis, summā & magis necessariam agriculturā in medium adducamus. Quid enim habēt agricolę, quando se mutuum inuadūt & deprædātur: à qua re principis metus illos cohibet, nec finit vt illa faciāt. Quod si hanc artē sustuleris, superuacaneus ille labor: q̄ si quis diligēter quęsierit, inueniet etiā alium principatum, matrem illius & coniunctā. Quæ autem illa? hęc nimirū secundū quam vnusquisq; seip̄um regere & moderari debet, puniens illiberales affectiones, & cū omni diligentia omnia virtutis germina plantans & fouens. Sunt enim principatus genera multa: nā in vno genere populis & ciuitatibus imperāt homines, ciuilem hanc vitā moderantes, id quod Paulus manifestans dicebat: Omnis anima potestatibus excellentibus subiiciat. non est enim potestas nisi à deo. Deinde monstrans illius vtilitatē subdidit, dicens: Imperans dei minister est in bonū. Et iterum: Dei minister est, vlciscēs in ira eum qui malē fecit. In alio autē genere vnusquisq; mentē habens sibiip̄i imperat, quod & illic manifestauit, dicēs: Si autē nō vis timere potestātē, bonum fac: insinuando sibi ip̄i imperantem. Hic autē est etiam alius principatus, ciuili sublimior. Quis igit est ille? Is qui in ecclesia, cui' & Paulus meminit, dicēs: Obedite præpositis vestris & subiaccete, quia ipsi vigilāt pro animab' vestris tanquā rationē redditori. Iste em̄ principatus ciuili tantō melior est, quāto terra cœlū, imō & multo magis. Nam primū nō præcipuē quęrit quomodo puniat peccata q̄ fiūt, sed quomodo fieri nō incipiant: quemadmodū quæ facta sunt, nō vt perdant infirmantē, sed vt aboleantur: & non multa cura illi est de seculari vita, omnia autem

Gen. 28. d

1. Tim. 5. b

1. Tim. 5. b

1. Reg. 13. a

1. Tim. 5. b

1. Tim. 5. b

1. Tim. 5. b

1. Tim. 5. b

1. Tim. 5. b

autē de cœlestibus rebus pronūciat: noster enim mu-  
 nicipatus in cœlis est, & vita nostra illic: abscondita  
 Coloss. 3. d. em̄ est cum Christo in deo. & præmia illic, & cursus  
 pro coronis illic: neq; enim post mortem destruitur  
 ista vita, sed tūc magis relucebit. Sanē, ppter hoc nō  
 solum (subditis,) sed & coronatis illis maiores sunt,  
 quibus ille principatus conceditus est, utpote q̄ in  
 maioribus & ad maiora homines instituāt. Sed neq;  
 ciuilem, neq; spiritualem magistratum gerēs poterit  
 illū bene administrare, nisi sibiip̄si imperauerit sicut  
 oportet, & vtriusq; leges ciuitatis cum omni diligen-  
 tia custodierit. Nam quemadmodū multis imperare  
 duplici ratione fit, ita & vnusquisq; sibiip̄si imperat;  
 & iterū hoc loco spiritualis ciuili, sicut sermo demō-  
 strauit, melior est. Viderit autē quis quāsdā artes imi-  
 tari principatū, præsertim agriculturā. Est enim prin-  
 ceptis quidē plantarum cultor, alia quidem amputans  
 & prohibēs, alia verò fouēs, & crescere faciens: sicut  
 & optimi principes malos quidē & multis damno-  
 sos plectūt & puniunt, bonos verò & frugi ad maio-  
 ra prouehūt: propter hoc & scriptura principes vini-  
 toribus cōparat. Quid enim si plantę vocē non emit-  
 tant, sicut in ciuitatibus qui affligūtur, attamen aspe-  
 ctu ip̄so monstrant se obscurari & comprimi à malis  
 herbis: Quemadmodū legibus punitur malitia, ita &  
 in hac arte etiā terrę vitium, & plantę degeneratio,  
 & feritas emendatur. Nā quæcunq; in humanis mor-  
 ribus sunt, etiā illic inueniemus, asperitatem, molli-  
 tiā, teneritatem, temeritatem, bonā compositionē.  
 Et alię quidē ex illis intempestiuus diuitiis florent &  
 in malū proximarum: alię autem egent & læduntur:  
 ut quādo sepes fruticibus abundāt in malum proxi-  
 marum plantarū, tolluntur, quando aliæ arbores ste-  
 riles & syluestres in sublime surgentes, incrementum  
 subditarū prohibent. Et sicut principes ac reges ha-  
 bent, qui damnū suo principatui inferāt, & hostes  
 sunt: ita & agricola bestiarū insidias, aëris intempe-  
 riē, & erucas, grandinū imbres, siccitates, & quæcun-  
 que talia. Hęc autem fiunt ut semper ad fiduciam dei  
 respicias. Nam aliæ quidē artes & ab hominum soli-  
 citudine constituuntur, hęc autē magis à diuina gra-  
 tia pendet, & ferē tota inde perficitur: & opus quidē  
 est cœlestibus pluuiis, opus etiā temporum tēperie,  
 & ante omnia illius cura. Neq; enim qui plātāt, neq;  
 qui rigat aliquid est, sed qui incrementū dat deus. Et  
 mors illic & vita, & parturientes & partus sicut in ho-  
 minibus: possunt enim absecari, & fructū afferre, &  
 emori, & quod mortuum est iterum renasci. Vnde &  
 varius nobis ac manifestus de resurrectione sermo.  
 quādo enim radix affert fructū, quādo semen p̄dit,  
 nōne resurrectio est? Et multam quis viderit in hac  
 arte dei prouidentiam insitam ac sapientiā, si singula  
 tractet: sed id quod volebā dicere, quod ista quidem  
 est circa terrā & plantas, nostra autem circa anima-  
 rum curā: & quantum distat inter plātas & animam,  
 tantū hæc ars ista melior est. Et principes huius præ-  
 sentis vitæ, iterū hac intantum inferiores sunt, quan-  
 tū melius est imperare voluntario, q̄ inuoluntario.  
 istud enim est imperare natura. Nā illic quidem om-  
 nia metu & necessitate fiunt: hęc autē opus bonū per  
 electionē & voluntatem fit: & non solum iste noster  
 principatus illo ideo melior est, sed etiā quia non so-  
 lū est principatus, sed & paternitas, ut ita dicatur. Nā  
 & patris habet mansuetudinē, etiam maiora persuas-  
 iōne imperans. Nā externus quidem princeps dicit,

A si mœchatus fueris, mortuus es. Hic autē si intempe-  
 rātibus videris oculis, maxima minatur. Etenim ho-  
 norabile hoc tribunal etiam animam non corpus so-  
 lum corrigit, quantum igitur distat inter animam &  
 corpus, tantū iste p̄cipatus ab illo distat. Et ille qui-  
 dem sedet iudex manifestorū, imò neq; horum om-  
 nium, sed eorū quę arguuntur. Sapius autem & in il-  
 lis iniquē agit. Hoc autē tribunal erudit eos qui ac-  
 cesserūt, quia qui apud nos iudicat, omnia nuda & re-  
 uelata in medium adducet in communi totius orbis  
 teatro, & impossibile est ut aliquid lateat: atq; adeo  
 Christianismus nostrā vitam, multo magis q̄ exteme  
 leges cōseruat. Nam si tremere de occultis magis se-  
 curū facit hominem q̄ timere de solis manifestis, &  
 pœnas dare etiā de minoribus, multo magis ad vir-  
 tutem excitat q̄ de solis minoribus puniri: manifestū  
 quod iste noster principatus maximē omnium vitā  
 componit. Si autem vis & ordinationes principū vi-  
 deamus, etiā hoc loco magnum discrimen videbis,  
 nō est enim principatus iste eius qui plures pecunias  
 dederit, sed qui maximas virtutes declarauerit: neq;  
 quasi ad humanam gloriam, & ad suam quietem, sed  
 quasi ad labores & sudores, & ad multorū vtilitatē,  
 ita ad principatum hunc ascēdit ordinatus. Vnde &  
 multo adiutorio spiritus fruitur. Et illic quidē prin-  
 cipatus solū consistit in forensibus causis quādiu tra-  
 ctātur. Hic autē etiam à precibus & à gratia apponit  
 subsidiū. Et illic quidē de philosophia nullus sermo,  
 neq; sedet quis docens, quid anima & quidnā mun-  
 dus, & quid futuri simus post hæc, & ex auditu verbi  
 quibus fruemur, & quomodo virtutē adipiscamur:  
 sed de cōtractibus quidē & pactis, & diuitiis crebet  
 sermo, de his autē nulla cura. Porro in ecclesia om-  
 nes sermones de his fieri videre licet: ideo & iustē  
 quis illā dixerit & tribunal, & domum medicinæ, &  
 philosophiæ scholā, & animę eruditionis locū, & gym-  
 nasiū cursuum qui in cœlos ferunt. Vnde etiā mani-  
 festū est, quod hic noster principatus, licet maiorem  
 diligentia exigit, omnium summus sit. Nam ille ex-  
 ternus princeps quidem si arripuerit adulterū, statim  
 punit, quanuis quid inde lucri? hoc enim nō est tolle-  
 re affectionem, sed animā habentem vulnus: qui au-  
 tem hic princeps, si quem inuenerit, satagit nō ut puni-  
 at, sed ut affectionem auferat. Nam tu quidem idē  
 facis, quemadmodū si dolēs morbo capitis, nō mor-  
 bū quiescere facias, sed caput descindas. Ego autem  
 non sic, sed morbū defeco, & ab ipsis mysteriis arceo  
 & sacris ambitibus. Vbi autē illum reparauero, libe-  
 ratum à peccato, & pœnitentia meliorē factum, ite-  
 rū recipio. Et quomodo, inquit, licet adulterū exi-  
 mere? Bene fieri potest: test enim à legibus illis factū  
 balneū, quod est in ecclesia spirituale, nō sordes cor-  
 poris, sed animę maculā abluens, multis pœnitentiæ  
 modis. Nā tu quidem siue reliqueris impunitum, de-  
 teriorē fecisti: siue punieris, incurabilē reliquisti: ego  
 verò neq; relinquo impunitum, neq; punio sicut tu:  
 sed & pœnā exigo, quam me decet exigere, & corri-  
 go quod factū est. Vis & aliter discere quomodo tu  
 gladiū vibrans, & flammam ostendens, peccantibus  
 non magnā medicinam præbes, ego autem absque il-  
 lis ad purā sanitatem mānuduxi: non opus est autem  
 mihi sermonibus, neq; verbis, sed terram & mare in  
 medium adducō, & ipsam hominum naturam. & in-  
 quire priusquā tribunal hoc cōscenderis, quomo-  
 do humanæ res habeāt, quomodo nihil quod nunc  
 bene fit,

Coloss. 3. d.  
 Principi-  
 bus.

1. Cor. 3. b

si legi-  
 sit scribit.  
 balneū  
 em̄ quid-  
 dā est q̄dā

ppri-  
 quā  
 iudicium  
 hoc causi-  
 natur.

bene fit, aliquando neq; nominari auditum sit. Quis  
 enim mortē contēpsit, quis diuitias spreuit, quis glo-  
 riam despexit, quis fugiēs tumultus seculi, montes &  
 solitudinē matrem philosophiæ salutauit? Vbi virgi-  
 nitatis nomē erat? Nam hęc omnia, & his multo plu-  
 ra huius tribunalis facinora sunt, & huius principa-  
 tus opera. Hęc igitur scientes & discētes q̄ hinc om-  
 nis vitæ vtilitas & mundi correctio, frequenter ite  
 ad diuinorum eloquiorum auditorium, & hos con-  
 uentus & preces. Nam si vos ip̄os cōposueritis, po-  
 teritis cœlis dignū municipatum ostendere, & p̄mis-  
 sa bona assequi: quæ nobis omnib; proueniāt gratia  
 & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo  
 & per quem patri gloria, simul sancto spiritui, nunc  
 & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia XVI.

Idcirco  
 cōsolatio-  
 nis acce-  
 pimur ex  
 cōsolatione  
 ne vestri  
 quin.  
 Hic sup.  
 ibidem.

**I**n consolatione autē nostrā multo abundantius ga-  
 uisus sum in gaudio Titi, quod refocillatus sit spiritus  
 illius ab omnibus vobis. Vide quomodo iterū  
 illorum laudes extollat, & charitatē monstret, dicēs:  
 Gauisus fui, quod tantum epistola perfecit, & quod  
 tantum lucri feceritis. Gaudeo enim, inquit, nō quod  
 cōtristati fueritis, sed quod cōtristati sitis ad pœnitē-  
 tiam. Et cum monstrasset suam charitatē, dixit: Quā-  
 uis scripserim vobis, nō id feci eius causa qui læserat,  
 neq; eius qui læsus fuerat, sed ut palam fieret studiū  
 nostrum, quod pro vobis erga vos. Dicit iterū aliud  
 iudicium illorū beneuolentiæ, quod multam illis lau-  
 dem affert, & charitatē illorum mōstrat. Nam in cō-  
 solatione nostri multo abundantius gauisus sumus ob  
 gaudiū Titi, inquit: quanuis scilicet hoc nō sit valde  
 diligētis, quod magis gaudeat de illo q̄ de illis: etiā  
 inquit: Non enim ita propter illū ut propter vos ga-  
 uisus sum. Idcirco & causam addit dicēs: Quod viscera  
 illius refocillata sunt ab omnibus vobis. Non dixit, ille: sed,  
 viscera illius: hoc est dilectio illius quā erga vos gerit.  
 Et quomodo refocillata sunt ab omnibus? Etenim &  
 hęc maxima laus est. Quod si quid de illo gloriatus sum. De  
 vobis magna laus, quādo doctor gloriatur. Dicit em̄:  
 Non fui pudefactus. Propter hoc lætatus sum, quia me-  
 liores apparuistis, & operibus comprobastis verba  
 mea: atq; ita duplex mihi laus accedit, & quod vos  
 sic egeritis, & q̄ ego nō apparui à veritate excidisse:  
 Sed ut semper cū veritate locuti sum vobis, ita & gloriatio no-  
 stra quæ de Tito, veritas facta est. Hoc loco & aliud quid-  
 dam insinuat: quia quemadmodū apud vos omnia  
 cum veritate loquebamur: (verisimile enim est illū ap-  
 pud illos Titum multum cōmendasse:) ita & quæ t̄  
 vobis Tito dicta sunt, nobis vera apparuerunt. Et vi-  
 scera illius abundantius affecta sunt erga vos. Hoc ultra illū  
 commendat. Nam valde accendit & conciliat illos:  
 nec dixit, dilectio illius, ne videat̄ adulari, vbiq; po-  
 nit dilectionis causas, ut id quod dixit, etiam adula-  
 tionē fugiat, & illos magis cōmendet, laudē terga il-  
 los decurrens, & ostendens initium ac occasionem  
 tātē dilectionis huic illos dedisse. dicens enim quod  
 viscera illius abundantius sunt affecta erga vos, adiicit:  
 Dum recolat omnium vestrum obedientiam. Hoc autem &  
 Titum gratū erga benefactores ostendit: quādo quid-  
 em illos omnes habēs in animo rediit, & continuo  
 eorū memor eos in ore habet & in mente: & Corin-  
 thios iterū ornat magis, q̄ illum sic beneuolē tracta-  
 runt. Deinde & obedientiā illorū dicit, magnificans  
 etiā ipsorum studium: vnde & addit hæc, Quemadmo-  
 dum cum timore & tremore exceperitis ipsū. Non solum

A cum charitate, sed cum magno honore. Vidisti quo-  
 modo duplicē illorum virtutem testatur, & q̄ quasi  
 patrem diligebant, & quasi principem reueriti sunt:  
 neq; propter timorē obscurantes dilectionem, neq;  
 propter dilectionem soluentes famorem. Hoc & su-  
 perius dicebat, quod secundū deum contristari vos  
 quātam fecit in vobis sollicitudinem, imò timorem,  
 imò desiderium. Gaudeo igitur quod in omnibus confidā in  
 vobis. Vides quod propter illos magis gaudet, quod  
 nusquam doctorem confudistis, inquit, neq; indigni  
 apparuistis meo testimonio: & ita neque sic propter  
 Titum gauisus est tanto honore fruētē, ut propter  
 illos tantam declarantes gratitudinē. Nam ut ne p-  
 tes propter illum magis gaudere, vide quomodo &  
 hoc loco causam ponit. Nā sicut supra dixit, si quid  
 apud illū gloriatus sum de vobis, non confusus sum:  
 ita & hoc loco, quod in omnibus confidā de vobis.  
 Etiam si corrigere oporteat, non vereor ne desciscā-  
 tis: & si gloriari, nō timeo quod reprehendar: & si ut  
 obedientes laudare, & si ut charitatē ac zelum habē-  
 tes, cōfido in vobis. Dixi abscondendū, & abscondisti:  
 dixi accipiendum, & accepistis: dixi quod magni &  
 admirabiles quidē estis apud Titum, & doctores re-  
 uereri soleatis, operib; ipsis vera hęc esse declarastis:  
 & nō hæc ita didicisti à me ut à vobis. rediit enim ve-  
 hemens vestri amator factus, cum mea vos verba be-  
 neficiis viceritis. Certiores autē vos facio fratres de gratia  
 dei, quæ data fuit in ecclesiis Macedoniæ. Cum illos laudib;  
 euexisset, admonitiōne iterum assumit. Nā propter  
 hoc correptioni admiscuit laudes, ut ne à correptione  
 ad admonitionem descendens, sermonem minus  
 acceptum faceret, sed mitigatis auribus illorū, ita ad-  
 monitioni viā parat. Vult enim de eleemosyna disse-  
 rere, ideo prius dixit: Gaudeo quod in omnibus con-  
 fidam in vobis, ex iis quæ iam rectē gesta sunt, & ad  
 hoc alacriores faciens, nō mox dixit, date igitur elee-  
 mosynam: sed vide sapientiam, quomodo à longē &  
 procul sermonē præparat. dicit enim: Certiores vos  
 facio de gratia dei quæ data est in ecclesiis Macedo-  
 niæ. Ut enim nō extollantur, opus gratiam vocat: &  
 aliorū laudes narrans, illos alacriores efficit, & duas  
 cōiungit laudes Macedonū, imò tres: & q̄ tentatio-  
 nes strenuē ferunt, & quod misereri sciant, & quod  
 cum sint pauperes, in eleemosyna liberalitatē decla-  
 rant. Etenim direptę erant illorum facultates, & hoc  
 manifestās dicebat in epistola ad illos: Vos enim imi-  
 tatores facti estis, inquit, ecclesiarum quæ sunt in Iu-  
 dæa: quia & eadem passi estis & vos à vestris cōtribu-  
 libus, quemadmodū & illi à Iudæis. Audi quid post-  
 ea Hebræis scribat, dicēs: Etenim rapinā facultatum  
 vestrarū cum gaudio suscepistis. Gratiā autem opus  
 vocat, nō solum humilians illos, sed & prouocans, &  
 ab inuidia alienum sermonē faciēs. Propterea & no-  
 mē fratrum apposuit, ut ita omnē inuidiam repellat.  
 Erat enim supra modum illos laudaturus. dicens e-  
 nim: Certiores facio vos de gratia dei: nō dixit, quæ  
 data est in hac vel illa ciuitate, sed totam gentē extol-  
 lit dicens, in ecclesiis Macedoniæ. deinde & ipsam  
 narrat gratiam. Quod in multa probatione afflictionis abun-  
 dantia gaudij illorum. Vidisti sapientiam? primum enim  
 non quod vult dicit, sed ante hoc aliud, ne videatur  
 dedita opera hoc facere, & venit ad hoc ab alia se-  
 ric. In multa p̄batione afflictionis, quod & ipsis Ma-  
 cedonibus scribens dicebat: Imitatores facti estis  
 domini accepto sermone [cum afflictione multa]  
 cum

timorē.  
 Hic supr.

Cap. VIII.

1. The. 2. c

Heb. 10. g

1. The. 1. s



*ibidem.* cum gaudio spiritus sancti. & iterum: A vobis enim personavit sermo dñi, non solum in Macedonia & in Achaia, verum etiã in omni loco fides vestra quæ est erga deum, dimanavit. Quid autem est, in multa probatione afflictionis, abundantia gaudij illorũ? Vtraq; cũ excellentia habebant: dicere vult, & afflictionem & gaudij. Ideo & valde mirabile erat, q̄ tã abundans volupras ex afflictione illis germinaverit: non solum enim afflictio nõ peperit illis tristitiã, sed & occasio lætitiæ fuit illis afflictio quæ tanta erat. Hoc autẽ dicebat exercẽs illos, vt in tẽtationib⁹ strenui essent, & non subuerterentur. Neq; enim simpliciter afflictĩ erant, sed sic vt probati fierent per patientiam: immo non dicit, per patientiam: sed, gaudium, quod maius erat q̄ patientia: neq; gaudium simpliciter dicit, sed abundantia gaudij. ¶ Etenim multa & ineffabilis germinavit virtus. ¶ *Et profunda paupertas illorum abundavit in diuitias simplicitatis illorum.* Iterum duo illa excellentia habet. Nam sicut magna afflictio magnum gaudium peperit, & abundantiam gaudij: ita multa paupertas multas diuitias peperit eleemosynæ: hoc enim significavit, dicens: Exundavit in diuitias simplicitatis illorum. Nõ enim mensura dantiũ, sed voluntate exhibentium liberalitas æstimatur. Propterea nusquã dicit, diuitias datorũ, sed, diuitias simplicitatis illorum, quod autẽ dicit, hunc sensum habet: Nõ solum non obfuit eis ad liberalitatem paupertas, sed & occasio fuit exundandi, quemadmodũ afflictio lætandi. quò enim pauperiores erãt, hoc magis liberaliores & alacriores exhibebant. Idcirco & valde illos miratur, q̄ ex tanta inopia tantã declararint liberalitatem: profunda enim paupertas illorũ, hoc est, multa & ineffabilis ostendit illorũ simplicitatẽ, sed non dixit, ostendit, sed, exundavit: & non dixit, simplicitatem, sed diuitias simplicitatis: hoc est, æquales magnitudini paupertatis, imò & multò maius pondus liberalitatis ostenderũt. Deinde istud & manifestius interpretatur, dicens: *Nam pro viribus testor.* Dignus fide testis. *Etiã supra vires.* Hoc est, exundavit in diuitias simplicitatis illorum: imò non per hoc solum, sed & per sequentia omnia istud declarat. ¶ *Voluntarius enim,* inquit. Ecce & alia excellentia. *Cum magna obsecratione.* Ecce & tertia. Et quarta. *Rogantes nos.* Ecce & quinta, *Et in afflictione existentes, & paupertate.* Ista sexta, & septima est, *Et abundanter dederunt.* Deinde quoniam hoc apud Corinthios maximè efficere vult, vt libẽter dent ac voluntariè, in hoc potissimũ versatur dicens, multa cũ obsecratione & rogantes nos. Nõ nos illos rogamus, sed illi nos. Quid rogarunt nos? *Vt gratiam, hoc est beneficiũ & societatem ministerij, quæ est in sanctos suscipere-mus.* Vidisti quo modo iterũ honestis nominib⁹ opus eorum extollit, gratiã vocans: & quoniam spirituum erant æmulatores, sic appellat vt accurrãt: & iterum vocat societatem, vt discant q̄ accipiant, non dent solum. *Itaque hoc nos rogabant,* inquit, *ita vt nos recipere-mus tale ministerium, & non sicut speraueramus.* Hoc etiam de quantitate & tribulationibus dicit. Non enim speraueramus, inquit, q̄ in tanta tribulatione & paupertate existẽtes, etiã nos coëgissent, & sic obtulerunt. *Quin & reliquæ vitæ eorum diligentiam manifestavit dicẽs: Quinetiam semetipsos dederunt primũ domino, & nobis per voluntatẽ dei.* In omnibus enim magis obediẽtes fuerunt, q̄ expectaueramus: neq; quoniã misericordes erant, alias virtutes negligebant, sed primũ seipsos dederunt domino. Quid est, seipsos de-

¶ etenim multũ & ineffabile germinavit in ipsis

¶ voluntarius

¶ d

¶ morale

¶ peccatũ

¶ passũ

¶ christũ

diderũt domino? obtulerunt: probati enim apparuerunt in fide, & magnã fortitudinem in tentationibus declararunt, honestatẽ, iustitiam, charitatem, alacritatemq; & studiũ in omnibus aliis bonis. Quid est, & nobis? obediẽtes facti sunt nobis, dilexerunt, obediẽtes fuerunt, & dei legẽ implentes etiam nobis per charitatẽ iuncti fuerunt. Cõsidera autem quo modo & hoc loco augmentũ ostendit iterum dicens, dederunt seipsos domino, nõ partim deo, partim mundo obediẽrunt, sed totos se dederunt deo. neq; em̄ quoniam misericordes erant: arrogantes facti sunt, sed multã declarantes humilitatẽ, multam obediẽtiam, honoremq; ac sapientiæ studiũ, eleemosynam operati sunt. Quid autem est, iuxta voluntatem dei? Quoniã, inquit, dederunt seipsos nobis, neq; nobis humano modo, sed etiã hoc iuxta voluntatẽ dei faciebãt. *In hoc vt adhortare-mur Titum, vt quẽadmodũ antẽ cõpisset, ita cõsummaret quoque hanc erga vos beneficentiam.* Et quomodo hæc cohærent? Valde & bene superioribus iunguntur: nam quoniã videbamus illos feruẽtes & strenuos in omnibus, in tẽtationibus, in misericordia, in dilectione nostri, in tristitia, in puritate vitæ, vt & vos illis æquales efficiamini, misimus Titum. Verũ hoc quidem nõ dixit sic, sed manifestavit. Cõsidera ingentẽ amorem: nam ab illis rogati sumus, vt dignaremur vestra curare, ne illis inferiores sitis. Idcirco etiam Titum misimus, vnde & hinc excitati & hoc recordantes, imitemini Macedonas. Etenim Titus illic erat quando epistola ista scribebatur. Ceterũ ostendit illũ etiam ante Pauli adhortationẽ incepisse: Vt sicut antẽ cõpisset, inquit: & propterea magnas illius laudes recenset. Nã in principio dicit, q̄ nõ inuenio Tito fratre, non habuerit relaxationẽ spiritus suus. Hoc autẽ loco ea quæ diximus omnia, & istud quidẽ ipsum ad laudẽ pertinet: non enim parua laus est, iam antea cõpisse, sed animæ feruentis & calidæ, ideo & misit illum, etiam hac ratione per aduentum Titi vt darent, illos admonens: propterea & extollit laudibus illũ, volens Corinthiis hominẽ familiaris cõmendatum. Sanè etiam hoc ad persuadendũ multũ valet, quòd cõsulens sic amicẽ afficitur, pulchre q; semel ac iterum ac tertio cõmemorans eleemosynã gratiã vocat. Nunc quidẽ dicens: Certiores autẽ vos reddo fratres, de gratia dei quæ data est in ecclesiis Macedonię. Mox autem, voluntariè cum magna obsecratione rogãtes nos, vt gratiam & societate suscipere-mus: & iterum, sicut antẽ cõpisset, ita & cõsummaret hæc quoq; erga vos gratiam: Etenim magnum bonum & dei donum hoc est. Et ipsi deo pro viribus nos assimilati si bene geratur. Hoc enim potissimũ est homo. Vnde dicens, quis definitionẽ hanc hominis posuit? Magnum enim, inquit, homo, & preciosum quid, vir misericors. Ista maior est gratia q̄ mortuos excitare. Nã eò quòd in nomine Iesu mortuos excitant, hoc multò maius est, quòd pauperẽ ¶ passũ deo. Nam hic quidem tu Christo benefacis, illic autem ipse tibi: iam est merces in benefaciendo, nõ in bene patiendo. Nam hic quidem, de signis loquor, ipse debitor efficiaris dei. In eleemosyna deum debitorẽ constituis: eleemosyna autem est, quãdò cũ alacritate fit, quando cũ liberalitate, quando non putas dare sed accipere, quando quasi beneficio afficaris, quãdò quasi lucrum faciens & non perdens, alioqui neque gratia est. Nam eum qui miseretur alteri, gaudere & non succedere oportet. quomodo enim

B

¶ supra

C

D

¶ morale

¶ peccatũ

¶ passũ

¶ christũ

non absurdũ, si alterius soluens tristitiam ipse contristeris? non enim illam iam eleemosynam esse finis. Si em̄ tristis es, quia aliũ tristitia liberaisti, extremẽ crudelitatis & inhumanitatis indicium affers: satius enim fuerit non liberare, q̄ sic liberare. Quid autem tristis es homo? Ne minus tibi sit auris? Omnino si hanc voluntatẽ habes, ne des: si non confidis q̄ multiplicetur tibi in cœlis, ne prestes. Sed hic queris retributionẽ? propter quid? sine eleemosynam eleemosynam esse, & non fac negociationẽ. Sanè multi & hic acceperunt, sed nõ sic acceperunt quasi hac ratione his qui hic nõ acceperũt, plus habituri essent. Ceterũ & horum quidã quasi infirmiores, quoniam non valde ab his quẽ illic adiiciuntur, & quemadmodum gulosi & inertes, ventrisq; mancipia, ad regiã vocati mensam, & non expectãtes congruũ tempus, sicut parui pueri, suã lætitiã lædunt, prius accipientes & satiantes se viliorib⁹ cibis: ita certè & hi qui hic inquirũt & accipiunt mercedem, alibi minuunt. Porro in vsuram dans, post multũ quidem tempus speras accipere fortẽ, fortè autẽ non accipere, vt dilatione maius fœnus faciat: hic autẽ statim repetis, idq; quum nõ hic, sed illic perpetuò futurus sis: nõ hic iudicãdus es, sed illic. Et si quidẽ tibi quis construxisset domũ hic, nõ mansuro, damnuũ putasses: nunc autem hic vis ditari, vnde & ante vesperã sepius emigrare cõtingit. Non vides quòd in aliena terra versamur, quasi hospites & peregrini? nõ vides q̄ aduenas contingit eiici quãdò nec cogitãt nec sperant: id quod & nobis contingit. Sanè propter hoc quẽcunq; effecerim⁹, hic relinquitur: non em̄ permittit dominus, vt hinc abeũtes accipiamus illa, siue domos extruxerimus, siue agros emerimus, siue seruos, siue suppellectilia, siue aliud quiddã. nõ solum autẽ hinc abeũtes non permittit aliquid auferre, sed neq; imputat tibi in mercedem. Nam prædixit tibi ne edifices, ne infumas aliena, sed tua. Cur igit̄ relictis tuis, operaris & sumptũ facis in aliena, vt perdas & laborẽ, & mercedem, & extremũ suppliciuũ feras? Ne sic agas, sed quoniã natura sumus aduenę, sumus & voluntate, vt ne illic siamus peregrini & ignobiles & neglecti. Nã si hic voluerimus fieri ciues, neq; hic, neq; salibi erimus: sin peregrini manserimus, & sic cõuersabimur vt peregrinos decet, spẽ societatis habebimus eorũ qui hic, & qui illic sunt ciuium: iustus enim licet nihil habẽs, etiã hic & in omniũ quasi in suis rebus versabitur, & in cœlũ migrãs, videbit eterna sua habitacula, & neq; hic graue quiddam feret: neq; enim quis illũ poterit facere hospitem, qui totũ mundum habet ciuitatẽ, & accepta sua patria, acquireret veras diuitias. Vt igitur vtraq; lucrifaciamus, & quẽ hic & quẽ alibi, vtamur reb⁹ nostris vt oportet. Sic enim erimus cœlorũ ciues, & magna fruemur fiducia, quã non omnes assequi concedatur gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem & cũ quo patri & spiritui sancto gloria, & nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

¶ illic.

¶ ubique.

*Homilia xvij.*  
**S**ed quemadmodum ¶ vtrique abundatis fide & sermone, & scientia, &c. Vide iterum cum laudibus fieri adhortationem ad maiores laudes: & non dixit, vt detis: sed, vt abundetis fide, quæ est donum, & sermone qui est sapientiæ, & scientia quæ in dogmatis cõsistit. *Et in omni diligentia aliarum virtutum, & dilectione vestra:* Hac de qua dixi, cuius & indicium feci: ¶ *in hac gratia abundatis.* Vidisti q̄ propterea

A inde cõcepit à laudibus illis, vt via ista pergens in idẽ studium illos inducat. *Non secundum imperium loquor.* Vide quomodo continuo illis cõdonat, quomodo non fit molestus, neq; violentus, neque compellens, imò sermo vtrunq; habet, sed sine molestia ac necessitate. Nam quoniam continuo laudavit, & Macedones cõmendavit, vt ne videatur esse necessitas quædam, inquit, non secundum imperium loquor, *Sed per aliorum diligentiam etiam vestra sinceram charitatẽ probo:* Non quasi dubitans, (non enim hoc nũc manifestat) sed probatum istud faciens, & demonstrans, magisq; confirmans. Nam idcirco hæc loquor, vt vos acuum ad maiorem alacritatem: & memor sum illorum diligentia, illustrãs, honestans, prouocans vestram affectionem. Deinde ab hoc ad maius aliud transit: nullum enim consilij modũ præterit, sed omnia mouet, & apprehendit sermonem, etiam ab alienis laudibus extimulat, dicens: Nostis enim gratiam dei quẽ data est in ecclesiis Macedonia: & à propriis, sed quẽadmodum abundatis in omni fide, sermone & scientia. Magis enim hoc potest ¶ videri,] quando quis seipso deterior sit, q̄ quando aliis. Deinde ad caput & summam consilij venit: *Scitote enim gratiam domini nostri Iesu Christi, quòd propter nos pauper factus sit cũ diues esset, vt nos illius paupertate ditesceremus.* Cõsiderate, inquit, animo expẽdite & cogitate, gratiã dei, & ne obiter prætercuraris illã, sed bene cõiectatis illius magnitudinem quãta sit & qualis, & nullis rebus vestris parcetis. Ille gloriã euacuauit, non vt vos diuitiis illius, sed paupertate ditesceretis. si nõ credis quòd paupertas diuitias facit, cogita dominum tuum, & non vltra dubitabis. nisi enim ille factus esset pauper, tu nõ factus esses diues. Nã hoc mirabile est, quòd paupertas opulenta fecit diuitias. Diuitias autẽ hoc loco dicit, scientiam pietatis, peccatorũ purificationem, iustitiã, sanctimoniam, & innumera bona quæ nobis exhibuit & exhibiturus est, maximè cũ omnia per paupertatem factus sit nobis. Qua paupertate? quia assumpsit carnem, & factus est homo, & passus est ea quæ passus: quanuis ille hæc non debebat, tu autẽ ipsi debebas. *Et consiliũ vobis in hoc do, ad hoc vt conducatur.* Vide quomodo iterũ studet ne molestus sit, & duobus illis sermonem mitigat, & dicendo cõsiliũ do, & ad hoc vt vobis conducatur. neque enim compello & cogo, inquit, & ab inuitis exigo: neq; considerans tam quid accipientibus, q̄ quid vobis profit, hæc loquor: deinde & exemplũ ab ipsis sumit, & ab aliis: *Qui quidem non solum facere, sed & velle iam cõpisset anno superiore.* Vides quomodo ostendit & illos voluntarios, & absq; adhortatione ad hoc accessisse. Nam quoniam hoc testificatus erat de Thessalonicensibus, quòd voluntariè cum multa obsecratione eleemosynã fecerint: vult etiam istorum bonum opus ostendere: ideo dicit, non solum facere, sed etiam velle: & non solum accipere, sed etiã incepisse ab anno superiore. ad hæc vos igitur adhortor, ad quæ antea vos parastis cum alacritate animi. *Nunc autem & perficite.* Non dixit, facite, sed, imponite finem. *Vt quemadmodũ alacritas ex voluntate, ita & facere ¶ ex habitu:* ¶ Vt hoc opus non solum sit ex alacritate, sed etiam ab operibus accipiat mercedem. *Nam si prius affuerit animi proptitudo, ea iuxta quicquid illud est quod possidet aliquis, accepta est, nõ iuxta illud quod nõ possidet.* Vide ineffabilem sapientiã, quum ostendisset facientes supra suas vires (de Thessalonicensibus loquor) & laudasset illos propter hoc, & dixisset,

Hic sup.

¶ morderi.

¶ ex eo

quod habet

¶ 115

dixisset,

dixisset, testificor illis q̄ super vires prompti fuerūt: quoniam iuxta vires hortatur solum, relinquēs exemplum, vt quod suum erat, faceret: sciebat enim quod non tam laus, quam zelus excitat ad imitandum similes: ideo dicit, si enim animi prōptitudo prius affuerit, ea iuxta quicquid illud est, quod possidet aliquis, nō iuxta illud quod nō possidet, accepta est. Ne terrearis, inquit, quod ita dixi. Nā hęc laus est illorū liberalitatis, deus autē exigit iuxta nostras vires & secundū quod habet quis, non secundū quod non habet. Nā acceptū esse, hoc loco significat exigi. Et crafus agit illo fidens exemplo, vt dādi facultatem magis alliciat. Ideo & subdidit: *Non enim vt alij relaxatio sit, vobis autem tribulatio.* Quauis Christus cōtrarium fecerit, de vidua loquendo quod totum victū euacuauit, & quicquid reliqui erat, dedit. Sed quoniam Corinthiis loquebatur hęc, dicit, magnam famem. Nā melius mihi mori, q̄ vt euacuetur gloriatio mea. Propterea congrua vti admonitione, Laudo quidē illos qui vltra vires dant: non cogo autē hos sic facere: nō quia non voluit, sed quia infirmi erant: alioqui quare illos laudasset, q̄ in multa probatione tribulationis, abundantia gaudij illorū, & profunda paupertas illorū exundauit in diuitias simplicitatis ipforū: & quod supra vires dederūt? nōne satis manifestū, quia & hos ad hęc inducens: ita vt quauis videatur minor concedere, hoc faciat vt per hęc illos ad eadem inducat. Cōsidera itaq; etiam postea, quoniam clam istud efficiat, dicens: *Succurrat vestra abundantia illorum inopia.* Nō enim prēdictis solis, sed etiā istis, leue pręceptū facit: & non hinc solum, sed etiā a retributione iterū leuiorem illam constituit, & maiora illorū loquitur dignitate, dicens: *Vt fiat equalitas in presenti tempore, & illorū abundantia vestre inopia.* Quid autē est quod dicit? Floretis vos opibus, florent illi vita & fiducia in deum, detis igitur illis de opibus quibus abundatis, illi autē non habēt: vt accipiatis a fiducia, secundū quam illi diuites sunt, vos autem penuriam patimini. Vide quomodo clam inducit quod super vires & de paupertate dederint. Nā si vis, inquit, de abundantia accipere, de abundantia da: si autem totū pręstiteris ex abundantia, suppeditabis & supra vires. Sed hoc quidē nō dicit: relinquit autē auditorū cogitationi, ipse q; propositam & congruā admonitionē efficit, vt videbatur vtilis adducens ac dicens: *Vt fiat equalitas in presenti tempore.* Quo modo equalitas? abundantia retribuētibus nobis & illis, & implentibus inopiā. Et qualis ista equalitas, spiritalia reddere pro carnalibus? multa enim hoc loco excellentia est. Quo modo igitur equalitatē vocat? Vel secundū quod abundare est penuriam pati, vel iuxta presentem vitam hoc tantum fieri dicit. Nā propter hoc cū dixisset, equalitas: addidit, in presenti tempore. Hęc autem dicebat etiam diuitum superbiam deprensens: ostendens, quod post hęc vitam in maiori dignitate spirituales futuri sint. Nam hęc quidē magna honoris equalitate omnes fruimur: tunc autē magna diiudicatio, & iusti fulgebūt multo magis quam Sol. Deinde quoniam ostendit illos non solum dare, sed & maiora recipere, etiā aliunde vult hanc illorū alacritatem cōfirmare, ostendens q̄ etiam si non communicarūt aliis, nihilo plus habituri sint, omnia intus cogentes: & affert veterē historiam, sic dicens: *Quemadmodum scriptū est, qui multum habebat, huic nihil superfluit: & qui parum, non minus habuit.* Hoc autē de manna factū

*laudauerit.*  
Mar. 12. d  
Luc.  
21. d.  
ubi est  
vire male  
bat.  
1. Cor. 9. c

*inopia.*

*Exo. 16. d*

fuit. Nā qui plus & qui minus collegerāt, inuēti sunt habere eandē mensurā, deo sic insatiabilitatē puniēte. Hęc autē dicebat & terrens illos per ea que tunc facta, & suadēs ne plus q̄ par sit desiderent, neq; doleāt si minus habeant, porrō etiam nunc videre licet in secularibus hoc fieri, nō in solo manna. Nam cū omnes vnū ventrem impleamus, & vno tempore viuamus, & vnū corpus tegamus: nihil magis habet diues ex abundantia, neq; ex paupertate minus pauper.

Quid igit times paupertatē? quid seētis diuitias? Timeo, inquit, ne cogar transire ad aliorum fores, & medicare a proximo. Audio autem multos etiā hoc cōtinuō orantes ac dicētes, ne me finas peruenire vt hominū auxilio egeam. & valde rideo hęc audiens: puerilis enim timor est. Nā quotidie & in omnibus, vt ita dicā, aliorum opera opus habemus, atq; adeo verba hęc sunt animā incircumspectē & inflatā, neq; rerū naturam manifestē scientis. Nō vides q̄ omnes mutua opera indigemus? Miles opificis, opifex negociatoris, negociator agricolā, seruus liberi, dominus serui, pauper diuitis, diues pauperis, qui nihil operatur eius qui dat eleemosynam, qui expendit eius qui accipit. Etenim qui accipit eleemosynā, maximē omniū vti est. Nā si pauperes nō fuissent, id quo abundamus, salutē nostrē nō cederet, non habētibus nobis quod pecunias conuiceremus: atq; hic pauper qui omniū videtur maximē utilis, idem omniū est vtilis maximē. Si autē turpe est egere alterius opera, reliquum est vt moriamur, qui enim hoc timere voluerit, viuere nō poterit. Porrō, inquit, nō possum ferre superciliū surrectū. Quid alterius accusas fastū? reipsum accusatione ista confundis. Etenim superbi est, nō ferre animē superbæ inflationē. Quid autē times hęc que nullius momētū sunt? Hęc cōtremis, & propterea paupertatē horrescis? Nam licet diues esses, plurimorum eorūque vilium opera indigeres, nam quantō magis ditescis, tāto & huic maledictioni te ipsum obnoxium facis. Sic ignoras quidnam ores, pecunias ideo petens, ne aliquo indigeas: quemadmodum si quis in mare ingressus, precetur vt neque nauarum, neque nauis, neque supelletilis variā vsu habeat opus. Nā si vis paucissimis reb⁹ opus habere, ora pro paupertate: & si rogaueris p̄ re aliqua, p̄ solo pane rogabis vel veste. Quod autem etiam pro agris & domib⁹, & pro operib⁹ elaboratis, & pro mercedib⁹ & pro dignitate, & pro securitate, & pro gloria, & p̄ principib⁹, rogare opus habitur⁹ es, & pro his qui illis subiecti sunt tā in rure quam ciuitate, & pro negociatoribus & mercatorib⁹: vides quod extremā insipientiā verba sint. omnino enim si horrendū tibi videtur alterius indigere opera, non est possibile vt ab hac libereris necessitate. Si autem vis turbā fugere, licet ad portū paupertatis, qui fluctibus caret, cōfugere: amputa multam negociorum turbam, & nō putabis hoc esse turpe, q̄ egeas alio. Ineffabilis enim sapientiā dei op⁹ hoc est. Nā cū mutua opera indigemus, & necessitas illa nō cōciliaret amicitias nostras si omnia sufficerent, nōne effemus indomitā bestię? Ita deus subiecit nos nobis inuicē ob hęc necessitatem, vt quotidie alter alterū requirat: & si hoc frānū abstulisset, quis facilē proximi amasset amicitia: certē neque hoc putem⁹ esse scēdū, neque deprecemur & dicamus, ne des vt nos opera cuiusdā vtamur, sed oremus dicentes, ne finas nos qui aliorū opera indigemus, respuere eos qui nos iuuare possunt: neq; hoc onerosum

*Morale*

*Phil. 4. c*

*Hic infr. b*

*† sape rogā  
rū, & nō  
cedentem.  
Et quomo  
do te feret  
de⁹, a quo  
rogat⁹ nō  
obedis, &  
rogat⁹ su  
per his  
quæ tibi  
conferunt  
Supra. 5. d  
† descendit*

*Mat. 7. b*

onerosum sit quod alterius opera indigemus, sed si que aliorū sunt rapimus. Atqui pro illis quidē nunquā oramus, neq; dicim⁹, ne des vt aliena cōcupiscamus, sed q̄ egemus, videtur deprecabile: quāuis Paulus sæpe opus habēs aliorum opera, nō erubuit, sed & gloriatus est, & laudabat ministratos dicēs, q̄ & semel & secundo in vsu meos misistis: & iterū, alias ecclesias deprædatus sum, sumptu accepto in vestrū ministeriū. Non igitur ingenuitatis est, de his cōfundi, sed mollis ac sordidæ ac stultę anime. Etenim deo visum est, vt mutua opera habeamus opus. Ne igitur vltra mensurā rigidus sis. Sed nō possum, inquit, ferre hominē t̄ sepe rogantem, & nō cedentem. Et quomodo te feret deus rogantē? qui & te orat, & tu non obedis, & nihilominus oras: dicit enim, legatione fungimur pro Christo, quasi deo orate per nos, cōciliemini deo. Cæterum seruus illius, inquit, sum. Et quid hoc? Nā quando tu quidē ebrius es seruus, dominus autē esurit, & neque necessario cibo fruitur: quid te offendit? seruitutis nomen? Sanē hoc quidem etiam magis te grauabit. Nā quando tu quidē manes in tricliniis, ille autē neq; te cōparticeps est: quando tu in delicatis stratis, ille autē neq; ceruical habet. Sed dicit, dedi. Verūm non oportebat talia facientē cessare: tunc enim solum rectē ita respondebis, quādo nō habes, quādo nihil possides: quādiu autē habueris, licet innumera dederis, & sint multi esurientes, nulla tibi prodest defensio: quando autem & recludis frumentum, & preciū auges, & nouas alterius negotiationis vias excogitas: qualē tunc salutis spem habiturus es? Gratis iussus es dare esurienti: tu autem neq; iusto precio vēdis. Ille propter te tantā gloriā exiit, tu autem illum neque pane dignum cenēs: sed canis quidē impletus est, Christus autem fame perit: & minister quidē prę satietate rūpitur, tuus autē & illius dominus necessario alimēto caret. Et vbi sunt ista amicorū opera, reconciliemini deo: hęc enim hostiū sunt & expugnatiū. Erubescamus igitur tāta illa beneficia quæ accepimus, & quæ accepturi sumus: & si accesserit pauper orans, magna beneuolētia illū accipiamus, obsecrātes & sermone erigentes, vt & eadem nobis a deo & hominibus cōtingant. Nā quæcunq; volueritis vt faciāt vobis homines, & vos facite illis: nihil onerosum, nihil molestū habet hęc lex. Quæ volueris pati, hęc fac, inquit: par retributio: & non dixit, quæ non volueritis pati, neq; faciatis: sed quod maius. Nā illud quidē est abstinentia malorum, hoc autē est operatio bonorū: & illud in isto cōprehensum est: & nō dixit, hęc & vos velitis, sed, facite illis. [Et quid lucri?] hęc est lex & prophetā. Misericordiā vis assequi, igitur miserere: veniā cupis impetrare, igitur cōmunicare: vis non malē audire, igitur neq; dic: desideras laudari, igitur lauda: vis non fraudem pati, igitur ne defraudes. Vidisti quomodo ostendit naturæ legē esse, & nō egere nos externis legibus & doctorib⁹: que enim volumus pati vel nō pati a proximis, ea ipsa imperemus nobis, & sic legē nobis ponamus: & ita si volueris quidē non pati, feceris autē illud, [aut cōtra velles quidē tibi fieri, nec tamē aliis feceris,] reus factus es, & nulla iam excusatione frueris quasi ignorās, & quæ facienda sint nesciens. Ideo oro vt excitata hac lege in nobis ipsis & p̄ nos ipsos legam⁹ hęc tā breuia & manifesta scripta, talesq; sim⁹ erga proximum, quales & illos erga nos esse volumus, & vt presenti copia fruamur, & futura bona affe-

quamur. Quæ nobis omnibus cōtingant gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & viuifico spiritu sit gloria, honor & imperium nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

*Homilia xvij.*

**R**atia autē deo, qui dedit eandem sollicitudinē pro vobis in corde Titi. Iterū illum laudat postquam de eleemosyna differuit: nunc differit etiam de his qui ab illis pecuniam accepturi erant, & portaturi eas. Hoc enim conferebat ad hanc collectionem, vt maiorem faceret illorum alacritatem. Nam qui ministris bene cōfidit, & de recipiētibus nihil suspicatur, maiori liberalitate impedit: quod sanē vt & tunc fieret, audi quomodo commēdat cum pecunia profecturos, quorū primus erat Titus, vnde & dicit:

*Gratia autē deo, qui dedit eandem sollicitudinē pro vobis in corde Titi.* Quid est, eandem? eam scilicet quā & pro Thessalonicensibus habuit, vel eādem quam ego: & vide sapientiam, dei monstrans opus hoc esse: & gratias agit ei qui dedit, atq; adeo sic adhortatur. Nā si deus illū excitauit & misit ad vos, ipse petit per illū. ne igitur putetis humanū esse quod factū est. Et vnde manifestū, quod deus illum adhortatus est? *Quia adhortationē accepit: & cum esset diligentior, sua sponte ad vos venit.* Vide quomodo & illum ostendit quæ sua sunt facere, non aliter rogatū: & cum dixisset dei gratiā, nō permittit dei totū esse. Iterum vt & sic ad maiorem illos charitatē prouocet, dicens q̄, & a se excitatus sit: diligentior enim cū esset, sua spē ad vos venit: arripuit negociū, apprehendit thesaurū, vestrum ministeriū suam putauit esse vtilitatē, & quod valde vos diligit, neq; exoratus mea rogatione: nam licet quidē & a me rogatus sit, non tamen hinc excitatus est, sed a seipso & gratia dei. *Misimus autem & cum illo fratre cuius laus in euangelio per omnes ecclesias.* Et quis est ille frater? Quidā sanē Lucam putant, & dicunt propter historiā quam scilicet scripsit: quidam autē Barnabam, etenim etiā non scriptam prædicationē euāgelium vocat. Et quare non ponit illorū nomina, sed Titū quidē etiam nominatim indicat, & a cooperatione in euāgelio laudat: Quādoquidē adeo erat vtilis, vt propter absentia illius, alicubi neq; Paulus [rogaretur] magnū quiddam & præclarū facere (dicit enim, non inuēto Tito fratre suo, non habuisse relaxationē in spiritu suo,) & a charitate quam haberet erga illos. Nam viscera illius, quæ erga vos sunt, inquit, abundantius. Et a sollicitudine in opere laudat: *ibid. 7. d* sua enim spontē ad vos venit, inquit. Hos autem neque similiter commendat, neque nominatim ponit. Quid igitur est dicendum? Forte illos ignorabāt, & propterea nō immoratur in illorū laudibus: & quoniam nondum periculum de illis fecerat, tantum dicit quantum ad commendationem illis sufficiebat, & vt malam suspicionem pelleret. Cæterum videamus vnde & illum commendat. Et vndēnam commendat? primum a prædicatione laudat, non quod prædicabat solum, sed quia & vt oportebat, & cū cōuenienti sollicitudine: non enim dixit, quod prædicat & euangelizat, sed cuius laus est in euangelio: ne videretur illi adulari, non vnum vel duos vel tres homines, sed totas ecclesias illi adducit testes, dicens, per omnes ecclesias: deinde & a iudicio illorum qui delegerāt, eum venerabilem fecit. non partium autem etiam hoc est, propterea hoc facit, [euangelizans] ius laus in euangelio per omnes ecclesias: & addidit, *† addidit, †*

*Non*



Non solum autē. Quid est, nō solum autem? Non solum ex hoc, inquit, est venerabilis, quod prædicatio eius celebratur & commēdatur ab omnibus, *Sed etiā quod delectus est ab ecclesijs quæ nobiscū.* Vnde mihi videt Barnabā insinuare, & magnam illius dignitatē significare: ostendit enim & propter quid delectus sit. *Comes enim, inquit, peregrinationis nostræ, cum hac gratia quæ administratur a nobis.* Vidisti quantā illius laudes: in euāgelio clarus erat, & ecclesias habebat testes, & delectus est a nobis, & ad eadē ad quæ Paulus, & ubiq; socius illius fuit, & in tērationibus & periculis: hoc enim nomen peregrinationis insinuat. Quid autē est, cū gratia ista quæ administratur a nobis? vel dicit quæ sermonem annunciet & euāgeliū prædicet, vel quæ pecunias administret: mihi autem videtur de utroque dicere. Postea subdit, *Ad eiusdem domini gloriā, & promptitudinem vestram.* Quod autē dicit, hūc sensum habet: Dignati sumus hunc deligere nobiscum, & ordinare ad hoc opus, ita vt sacrarū pecuniarum dispensator sit ac minister: nō enim hoc paruum erat: dicit enim, *Cōsiderate viros ex vobis, qui testimoniū habent septē, & delectus est ab ecclesijs, etiam totius populi suffragiis.* Quid est, ad eiusdē domini gloriā, & promptitudinem vestrā? Vt & deus glorificetur, & vt vos alacriores efficiamini, cū hi qui pecunias suscipiunt tā pbati sint, & ab omni suspitione alieni: propter hoc tales inquisuimus, & vni soli non totū permisimus, vt & hanc suspitionē effugiamus, sed & Titum misimus, & cum illo alium. Deinde exponēs hoc ad gloriā domini & promptitudinem vestram, subdidit, *Cauentes hoc ne quis nos carpat in hac abundantia quæ administratur a nobis.* Quidnam est quod dicitur non dignū virtute Pauli, & multā illius declarans prouidentiam & curam? Nam ne quis suspicetur, inquit, vel parum quiddā contra nos, quod reprehensione dignum, quod de concreditis pecuniis aliquid nobis vsurpemus: propterea tales misimus, & non vnū solū, sed & duos & tres. Vidisti quomodo liberat illos ab omni suspitione, cōmendans non ab euāgelio, neq; ab electione solū, sed etiam quod probati sint, & propterea electi, ita vt nihil suspicentur? & non dixit, ne vos vituperetis, sed ne quis alius: quauis certē propter illos hoc fecerit, & insinuauit dicens: In eiusdē domini gloriā, & promptitudinem vestram. Attamen non vult illos perstringere, sed aliter dicit, *Cauentes ne hoc faciamus: & neq; hoc cōtentus est, & hoc quod adiicit, iterū curat dicens, In abundantia ista quæ administratur a nobis, & cū laude pondus ponēs. Nam ne doleāt, neque dicāt, Nos sanē habemus quod suscipemur, & sic eramus miseri, quod suspicabamur aliquid quando talia, illos corrigēs, dicit: Multæ sunt pecuniarū quas vos mittitis, & hæc est abundantia: id est, pecuniarū multitudo sufficiebat malis dare suspitionē, nisi securitatē exhibuissēmus. *Prouidemus enim bona non solum coram domino, sed etiā coram hominibus.* Quid Paulo par fuerit? Nam non dixit, pereat & malē habeat, qui voluerit tale quiddā suspicari, quandiu me non condēnarit cōscientia, nulla mihi ratio erit suspicio forū: sed quantō infirmiores erant, tantō magis se illis acōmodat, infirmū enim iuuare, nō indignatione deprimere oportet. At nos a quo peccato sumus tam procul, quā ille ab hac suspitione? Nam neq; si quis demon esset, suspicaretur beatū illum sic infidelē: attamen etiā a mala suspitione intantū alienus omnia facit & operatur, vt neq; vmbram quandam relinquat*

is qui suspicari aliquid voluerint: & nō solūm accusationes declinet, sed etiam quauis parua vituperia minimāq; suspitionem. *Misimus autem cum illis fratrem nostrum.* Ecce & tertium adiungit, & hunc quoq; non sine laudibus, suoq; & multorum testium suffragiis. *Quem probaueramus, inquit, in multis sepe numero diligētē: nunc autem multo diligentiorē.* Et laudato illo a suis operibus, etiam extollit a charitate erga illos: & quod de Tito dicebat, cū diligens esset, sua spē ad eos ierit: hoc & de illo dicens, *Nunc multo diligentiorē.* Prius deponēs apud illos semina charitatis erga Corinthios, & deinde vbi ostēdit illorū virtutem, hortatur & ipsos pro illis, dicens: *Siue Titi nomine qui socius meus est, & erga vos adiutor.* Quid est, siue Titi nomine? Si dicendū est, inquit, hæc possum dicere, quod socius meus est, etiā erga vos adiutor. vel enim hoc inquit, vel quod Titi nomine aliquid facietis, quia non vulgari homini facturi estis, nam socius meus est: cumq; videtur hunc laudare, illos extollit, mōstrans sic affectos erga se, quod sufficiat vt agnoscant aliquē eius esse sociū, ita vt honorē illi impendant: veruntamen nō est hoc contentus, sed adiecit etiam aliud dicens, *Adiutor erga vos.* Non simpliciter adiutor, sed in his quæ ad vos spectant in vestra profectioe, in incremento, in amicitia, in studio erga vos: id quod illum ipis maximē cōmendare valebat. *Siue aliorum qui fratres nostri sunt.* Siue, inquit, aliorū nomine audire aliquid vultis. Et hi tam bene meriti sunt, vt iustissimē propter se vobis cōmendentur. *Etenim & ipsi, inquit, fratres nostri sunt, & apostoli ecclesiarū.* Hoc est, ab ecclesijs missi. Deinde quod maius his omnib; *Gloria Christi.* In illū enim referūtur, quæ cunq; his facta fuerint: siue igiē vt fratres illos volueritis excipere, siue vt apostolos ecclesiarū, siue vt aliquid in gloriā Christi faciētes, multas habetis occasiones beneuolētiae erga illos. Nā pro Tito possum aliquid dicere, quod & meus socius sit, & vester amicus. pro his autem, quod fratres, quæ apostoli ecclesiarum, quod gloria Christi. Vides quod & hinc manifestū, quod ipsi fuerint ex ignotis, alioqui eos iisdē ornasset laudib; quibus & Titū. Dico sanē de dilectione erga illos, sed quoniā nondū noti erant, quasi fratres accipite, vt apostolos ecclesiarum, & facientes in gloriā dei. Ideo subdit: *Proinde documentum charitatis vestræ & nostræ de vobis gloriationis, in eos demonstrētis etiam in conspectu ecclesiarum.* Nūc accipite, inquit, quomodo nos quidē diligētis: quomodo autē nos non simpliciter, neq; temerē de vobis gloriemur declarate, hoc facietis si dilectionē in illos declaraueritis. Et deinde facit sermonē horribiliorē dicens, in conspectu ecclesiarū: in gloriā, inquit, ecclesiarū, in honorē. Nā si illos honoraueritis, ecclesias quæ miserūt honoraueritis. Nō em̄ illorum duntaxat honor erit, sed etiā eorum qui miserūt & elegerunt, & ante omnia in gloriā dei. quando enim honorauerimus eos qui ipsi ministrāt, in ipsum gloria pertingit. In commune ecclesiarum. Notū paruum autē & hoc fuerit, etenim magna est potentia synodi, id est, ecclesiarum. Oratio earum Petrum etiam vinculis soluit, Pauli os aperuit. Earum suffragium etiā eos qui ad spiritualis principatus vēturi sunt, nō parū ornat: propter hoc & ordinaturus etiā tunc illorum vocat preces, & ipsi sententias ferunt & acclamāt, id quod initiati sciunt. Nō enim fas est non initiatis omnia detegere. Est autē vbi nihil differt sacerdos a subdito, vt quando fruendū est horrendis mysteriis:

Morale

Att. 12. a

Leui. 10. c  
22. a. b

Mat. 6. b

† Rursus  
quæ ad  
gratiarū  
actionem  
pertinent.  
† iuxta  
sicut, id est  
gratiarū  
actionē, ne  
quis de sa-  
cramento  
illo dictū  
censeat.  
1. Co. 12. b

Att. 6. a

ibid. 1. d

Eph. 4. a

Exod. 18. c

ibid. 14. e  
17. b

† confirmat

steriis: similiter enim omnes vt illa percipiam, digni habemur. Non sicut in veteri lege, partē quidē sacerdos comedebat, partē autem populus, & non licebat populo participē esse eorū quorum particeps erat sacerdos: sed nunc nō sic, verū omnibus vnū corpus proponitur & poculū vnum. Quin & in precibus, viderit quis populū multū simul offerre, cum pro egergumenis, tum pro pœnitētibus: cōmunes enim preces a sacerdote & ab illis fiunt, & omnes vnam dicūt orationē, orationē misericordia plenam. Iterum vbi excluderimus a sacerdotalibus ambitibus eos, qui nō possunt esse participes sanctæ mēlæ, alia faciendā est oratio, & omnes similiter super terrā iacemus, & omnes similiter surgimus. Quando iterū pax comunicanda, omnes similiter salutamus. In iisdē iterū horrendissimis mysteriis bene precatur sacerdos populo, & bene precatur populus sacerdoti. Nam, cum spiritu tuo, nihil aliud est quod hoc, & ea quæ sunt Eucharistiæ, id est, gratiarū actionis cōmunia sunt omnia, neque enim ille solus gratias agit, sed etiam omnis populus. prius enim accepta illorū voce, deinde congregatis illis vt dignē & iustē hoc fiat, incipit Eucharistiā. Et quid miraris, si cum sacerdote populus loquitur: Vbi sanē & cum illis Cherubin & supernis potestatibus, cōmuniter sanctos illos hymnos personāt. Hæc sanē a nobis dicta sunt, vt omnes etiā qui reguntur sobrij sint, vt discamus quod vnū corpus omnes sumus, tantum inter nos habentes discrimen, quantū membra a mēbris, & ne totū in sacerdotes iaciamus, sed & ipsi tanquam pro cōmuni corpore, sic ecclesiæ vniuersæ curam geramus. Hoc enim & nobis & vobis maiorem præstat securitatē, magisq; ad virtutes præparat. Vnde audi & de apostolis, quomodo sæpe subditos sententiæ socios acceperūt. Etenim quādo septē elegerunt, prius populo consiliū cōmunicarunt. Et quādo Matthiā, Petrus id egit presentibus omnibus tunc & viris & mulieribus. Nō enim est hic fastus principū & feruilitas subditorum, sed principatus spiritualis, hoc magis excellēs, quod plus laborum & curarum pro vobis suscipitur, non quod plures honores inquirantur. Etenim ecclesiam sicut domū vnam oportet inhabitare, & sicut corpus vnū affici. Vnde quemadmodū & baptisma vnum est, & mensa vna est, & fons vnus, & creatura vna, & pater vnus: quid igitur dissecti sumus, tantis nos in vnū cogētibus? cur discepti sumus? Cogimur enim eadem deplorare, quæ sæpius deplorauimus. Res presentes luctu dignæ sunt, adeo multū inter nos sumus diuisi. Oportebat vnus corporis imitari cōglutinationem, sic enim & a minore maior lucrū habere poterit. Nam cum Moyses a socero vtile quiddā diceret, id quod ipse nō cognouerat: multo magis in ecclesia hoc fiat. Et quidnā est quod cognoscit infidelis, quod nesciebat spiritualis? vt discāt omnes qui tunc, quod homo esset, licet mare diuisisset, & petram rupisset, ac dei gratia indigeat: & quæ illa non sunt humanæ naturæ, sed diuinæ potētiae. Et nunc si quis nō dixerit quod oportet, surgat alius & dicat, licet minor sit: dicat autem aliquid vtile, confirmet sententiam: licet minimus sit, ne despexeris: nullus enim horū tantū distat a proximo, quantū socer a Moysē: nec tamē detrectauit audire, sed & recepit sententiā, & obediuit, & scriptis cōmendauit, & non est confusus illa historiis cōcredere, vt multorū fastum destruat. Vnde etiā quasi in statua vitæ hæc scripsit: sciebat enim multis futurā vtilem historiā, ne despiciamus eos qui

Tomus quartus.

utilia consulunt, licet subditi sunt & viles: neque illa quæ nos introduxerim, vim habere ac robur omnia putemus, sed ea quæ apparēt cōducibilia hæc ab omnibus confirmētur: sæpe enim fit, vt hallucinātes pleraq; videant, quæ non cernant acutē videntes, eo quod diligentiores sint & circumspectiores. Ne autē dicas, quid me vocas in cōsiliū, si non audis quod dico? Non sunt hæc obiectiones cōsiliarij, sed tyranni. Cōsiliarius enim solū dominus est vt loquatur sua: si autē & alio vtiliora ostēdente, vult fieri ea quæ ipse dicit, non iam cōsiliarius est, sed tyrannus, vt dixi. Proinde ne sic faciamus, sed liberemus animam ab omni fastu & arrogātia. Consideremus non solū vt nostrā subsistant, sed vt vtilis sententia robur habeat, etiā si a nobis non afferatur: neq; enim paruum lucrum faciamus, etiā si nō quæ oportet inueniamus ipsi, sed accipiamus ea quæ ab aliis dicta sunt. Nā & sic a deo mercedem accipiemus, gloriāq; maxima fruemur. Nam quemadmodū ille qui vtilia dixerit, sapiēs est: ita nos ea recipientes, laudem consequamur intelligentiæ & obsequiæ: Ita & domus, & ciuitates, & ecclesiæ si sic regantur, magnū accipient incrementū, & nos quoque optimē administrata vita hac, futura bona adipiscemur: quæ nobis omnibus cōtingant gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem & cū quo patri, ac sancto spiritui gloria, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xix.

**N**am de subministracione in sanctos, superuacantū est Cap. ix. *mibi vobis scribere.* Cū tāta de ministerio illo dixisset, hic dicit, superuacū mibi est vobis scribere. Et non solū hoc declarat illius prudētiam, quod post tot dicta dicit, superuacū mibi est vobis scribere, sed quod iterum de illo differit. Nam hæc quidē quæ paulō antea dixit de his qui susceperūt pecunias, dicit ita vt magno honore illos ornaret: quæ autē ante illorū exundarit in diuitias simplicitas illorū, aliāq; omnia de misericordia & elemosyna, quauis antea tanta dixerit: iterū tamen dicturus superflū mibi est vobis scribere, inquit: facit autem hoc vt magis illos conciliet, cōfunditur enim homo existimationē talē habens, quasi nō opus habeat consilio, si non esset talis, & inferior inueniatur, & ea existimatione priuetur: ita & in accusatione sæpe facit, si per occupatiōnē aliquid dicitur. etenim magnā habet vim. Iudex enim videns magnanimitatē accusatoris, nihil iā suspicatur. cogitat enim quod quāuis nihil dicat, possit tamē multa dicere, quoniā etiā quæ nō sunt, fecerit & de-derit: & plus suspicatur quod dicitur, & apud seipsum bonorū morum opinionē concipit. Hæc ex animi consilio & cum laudibus hic facit: dicens enim, *Superuacuum est mihi scribere.* Vide quomodo consulit: *Novi enim promptitudinem vestram quam de vobis iactō apud Macedoniae.* Sanē magnum quidem est illum scire, multo autem magis quod aliis annunciat. maiorem enim vim habet. noluisse sanē in tanta re cōfundi. Vidisti sapientia cōsiliij, ab aliis Macedonibus scilicet, *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōsilio & in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae: adhortabatur per illos.* dicit enim quod quidē non solūm facere, sed etiam velle. *Iam antea cōfessus est in cōfessionibus.* Iterū confugit ad hoc caput vnde dicitur: *Notā vobis facio, inquit, gratiā dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniae:*

tionis studiosum est, & oportebat quidē exemplo do-  
mini illos magis allici, & post illud retributionis argu-  
mentum produci: sed quoniam infirmiores erant, po-  
steriori illo magis alliciebantur. Nihil enim tantum  
operatur, quantum zelus. Cōsidera autem quomodo  
istud nouo quodā modo introducit. Nō enim dixit,  
illos imitemini, sed quid? *Zelus vester prouocauit quā plu-  
res.* Quid dicit? Paulō antē dicebas, q̄ ipsi pmiserint,  
cum multa obsecratione rogātes nos: quomodo igitur  
zelus vester incitauit? Etiam, inquit, non consule-  
bamus, non obsecrabamus, sed solū laudabamus vos,  
& de vobis gloriabamur: idq; illis ad adhortationē  
sufficiebat. Vidisti quomodo illos, dum vicissim lau-  
dat, extimulat, & hos per illos, & illos per hos. Porro  
zelo etiā maximā laudem admiscuit. Vnde ne t̄ vide-  
retur adulāter illos extollere, breuiter dicit: Zel⁹ ves-  
ter prouocauit multos. Cogita igitur quātū sit, alios  
factos authores tātā liberalitatis, ip̄sōq; posteriores  
in oblatione ista fieri: propter hoc nō dixit, imitemi-  
ni illos: nō enim tantū habebant zelum, sed quomo-  
do illi vos imitabantur: ne videamini minores disci-  
pulis qui estis doctores. Et vide quomodo extimulet  
illos, & magis accēdat: simulat enim cum illis stare,  
quasi in contētionē quadā & lucta partem illorū re-  
centens: quemadmodum enim superius dicebat, sua  
sponte cū multa obsecratione accesserunt nos, vt ro-  
garemus nos Titū, vt sicut antea t̄ cōepistis, ita perfici-  
atis] hanc gratiā: Sic & hic dicit, *Propter hoc misi fra-  
tres, vt non inanis fiat gloria nostra.* Vidisti illū certantem  
ac tremētē, vt ne videatur adhortationis gratia solū  
dixisse hęc quæ dixit: sed, inquit, vt sic res habeat,  
misi fratres: tantam pro vobis habens sollicitudinem,  
vt ne inanis fiat gloria nostra. Et videt se facere par-  
tem Corinthiorū per omnia, quāuis parem omnium  
curā haberet. Quod autem dicit, hunc habet sensum:  
Valde honestor in vobis, apud omnes de vobis glo-  
rior, & me iactō: ita, vt si minores fueritis, communis  
futura sit confusio. Hoc autē modestē dixit: apposuit  
enim in hac parte, non vbiq; *Quemadmodum dicebam,  
parati sitis.* Non enim dixit, q̄ in futurum parent, sed q̄  
parati sint, & q̄ nihil illis desit. Hoc igitur volō factis  
monstrare, inquit. Deinde suam angustīā augens di-  
cit, *Ne quo pacto fiat si venerint mecum Macedones, confun-  
damur nos: vt ne dicam, vos, in hoc argumento gloriationis.*  
Maior confusio, quando plures statuit spectatores, &  
eos qui audierant. Et nō dixit, afferō enim mecū Ma-  
cedones, sed venient Macedones mecū, ne videatur  
hoc dedita opera facere, sed quomodo? Ne quo pacto  
si venerit mecū Macedones: cōtingit em̄, inquit, vt  
hoc fiat, & ita sermonē magis alienum à suspicio-  
ne facit: si autē ille affirmasset, contentiosorem fecis-  
set. Vide quomodo nō à spiritualibus solū, sed & ab  
humanis rebus illos induxerit. Nā si & me nō habeatis  
pro magno, inquit, & confiditis q̄ ignoscā, sed  
cogitate Macedones si quo pacto veniāt & inueniāt  
vos: & nō dixit, non volentes: sed, imparatos, & non  
omnia implētes. Si autē hoc confusionē affert, quod  
non statim, neq; totum affertur: cogita quantū sit, [ni-  
hil prorsus aut] minus q̄ oportet afferre. Deinde mā-  
suctē quod sibi euēturum sit, & seueriter ponit sic di-  
cens, Confundamur nos, vt ne dicam, vos: & iterum  
punit, dicens: In hoc argumento gloriationis, non se-  
gniores faciens, sed ostēdens eos qui in aliis probati  
sunt, etiam in hoc magnā habere debere alacritatem.  
*Proinde necessarium arbitratus sum adhortari fratres, vt prius  
zinoit*

*prepararet hanc benedictionē vestrā, vt in promptu sit sicut be-  
nedictio, & non sicut auaricia.* Iterum istud aliter assump-  
sit, & ne videatur simpliciter hęc dicere, causam vie  
non aliā esse dicit: sed ita, vt ne ipsi confunderentur.  
Vides q̄ dicēdo, superuacuum est mihi vobis scribere,  
initium consilij sit. Vides etiā quāta de hoc mini-  
sterio differat: cum hoc autem & aliud dicere licet, q̄  
ne videatur sibi contradicere, dicens superuacū, &  
nihilominus de illis differens: ad hoc vt de celeritate  
& largitate ac promptitudine tractet, quibus & illud  
efficit. Nam tria hęc exigunt: & mouit quidē hęc capi-  
ta, etiā in principio. Nā quādo dicit, in multa proba-  
tione afflictionis, abundantia gaudij illorū & profun-  
da paupertas exuberavit, in diuitias simplicitatis il-  
lorum: nihil aliud dicit, q̄ quod & multū obtulerint,  
& cum gaudio ac celeritate: & non solū multū da-  
re, illos nō offendit, sed neq; q̄ in tentationibus erāt,  
id quod datione grauius est. & q̄ seip̄os nobis dede-  
runt, ostendit sanē & hoc, alacritatē illorum & q̄ mul-  
tū credant. Iterum autē & hoc loco eadē in manus  
assumit. Nam quoniā hęc contraria sunt, t̄ cupiditas] &  
& alacritas: & alius quidē multum dans, [sepius dolet:  
alius verō t̄ dolet, quia minus dat:] vide quomodo v-  
triusq; curam gerat, cum sapientia se digna. nō enim  
dixit, parum melius dare & cū voluntate, q̄ cum co-  
actione multum: quoniā & multum & voluntariē vo-  
lebat illos offerre. sed quomodo? *Vt prius perficiant be-  
nedictionem vestram, vt sit parata sicut benedictio, & non si-  
cut auaricia.* Prius incipit à leuiore & lauiore, q̄ à ne-  
cessitate. Benedictio enim, inquit, est. Vide quomo-  
do in admonitionis loco fructus statim ostendit ger-  
minantes, & benedictione plenos suppeditantes, vo-  
cabulōq; benedictionis illos allexit. nullus enim be-  
nedictionē dat cum tristitia: & neq; illo contētus est,  
sed addidit: Non vt auaricia: ne putetis, inquit, q̄ illā  
quasi auari recipiamus. Sed vt vobis simus authores  
benedictionis. Auaricia enim inuoluntariorum est: &  
ita qui eleemosynā dat inuitus, auarē dat. Deinde ab  
hoc iterum ad illud transit, vt libenter dent. *Illud autē  
dico: Hoc est, cum hoc & illud dixerim. Quid? Qui se-  
minat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.* Et  
non dixit, tenuiter, sed celebrius, parci nomine posi-  
to: & rem semen vocauit, vt statim ad retributionem  
spectes, mensisq; recorderis, & discas q̄ plura accipis,  
quā das. ideo non dixit, qui dat, sed, qui seminat: &  
non dixit, vos si seminaueritis, sed generalē sermonē  
facit: neq; dixit, largiter: sed, in benedictionib⁹, quod  
illo multo maius est. Et iterum ad prius regreditur,  
quod gratum est, dicens: *Vnusquisque secundum quod pro-  
ponit in corde, Imō non ex tristitia vel ex necessitate fa-  
ciat.* Vnde & hoc diligenter tractat: nam cum dixis-  
set, secundum quod propositum est in corde, addidit,  
*Nec ex tristitia, neque ex necessitate.* Et neq; hoc conten-  
tus est, sed etiam à scriptura testimoniū addit dicens:  
*Hilarem enim datorem diligit deus.* Vidisti quomodo cō-  
tinuō hoc ponit, non iuxta imperium dico, & consi-  
lium in hoc do, & sicut benedictionem, & non sicut  
auaritiam: & iterum, non ex tristitia, neq; ex necessi-  
tate: hilarem enim datorem diligit deus. Hoc loco  
opinor [hilarem] largum dici, veruntamen ipse ac-  
cepit hoc nomē, vt cum promptitudine detur. Nam  
quoniam exemplum Macedonum & alia omnia suffi-  
ciebant ad instituendam t̄ ordinationem,] non multa  
de illo loquitur, sed de eo, ne inuiti dent. Nam quum  
opus sit virtutis: omne autem quod ex necessitate fit,  
minuit

minuit mercedē: meritō hoc agit, & non consulit fo-  
lūm, sed & precatur id quod semper facit, dicens: *Po-  
tens autē est deus, vt impleat omnem gratiā erga vos.* Per pre-  
ces rationem quæ hanc liberalitatem non nihil impu-  
gnat, tollit, eam inquā quæ etiam nunc multis obsta-  
culo est. Etenim pleriq; timēt eleemosynam dare di-  
cētes, Ne fortē pauper fiam, ne fortē aliis indigeam:  
hunc autē soluens metum, opponit orationē dicens,  
omnem gratiā abundare faciat erga vos, non simpli-  
citer impleri, sed abundare faciat, inquit. Quid autē  
est, gratiā abūdere? Impleri, inquit, vos tantis, vt pos-  
sitis abundantes esse in hac liberalitate. *Vt in omnibus  
semper omnem sufficientiā habentes abundetis,* inquit, in omne  
opus bonum. Vide etiam in oratione illius magnā phi-  
losophiam, non diuitias precatur, neq; abundantiam,  
sed omnem sufficientiā. Et non solū hoc est in illo  
mirabile, sed q̄ superfluum non precatur. Ita neq; af-  
fligit illos, neq; cogit de penuria dare, attēperans se  
illorum infirmitati, sed sufficientiā petit, & ostendit  
simul quomodo donis à deo datis vti oporteat. Vt a-  
būdetis, inquit, in omne opus bonū: propter hoc, in-  
quit, & peto, vt & aliis suppeditetis. & [non dixit, sup-  
peditetis, sed] abundetis. Nā in carnalibus sufficientiā  
illis petit, in spiritualibus autem & abundantiam non  
in eleemosyna solū, sed & in aliis omnibus, in omne  
opus bonū. Deinde prophetā illis adducit, cōsultum  
testimonium, q̄ ad liberalitatē illos prouocare possit,  
inquirens dicit, sicut scriptum est, *Dispersit dedit paup-  
ribus, iustitia illius manet in seculum.* Hoc est abūdetis. Nā  
q̄ dicit, dispersit, nihil aliud manifestat, q̄ quod cum  
liberalitate dedit. Nā quanuis hęc non maneant, man-  
ent tamen quæ ex illis nascuntur. Etenim mirabile  
est, q̄ quæ custodiuntur pereunt, quæ autem disper-  
guntur manent, & manent semper: iustitiam autē hoc  
loco misericordiā vocauit. Etenim iustos facit ele-  
mosyna, peccata quasi ignis consumens, quādo cum  
liberalitate effuderitis. Ne igitur multo scrutinio v-  
tamur, sed non cunctabunda manu seminemus. Non  
vides quanta alij dant mimis, & mulieribus scortis, &  
si dimidium Christo dederis, quæ illi saltantibus dāt,  
& liberaliter his, qui in fornicibus, tāta tu vel esuriēti  
da. Nam illi quidē corpus scortorum auro multo ve-  
stiunt, tu autem neq; tenui veste Christi carnē, eamq;  
nudā videns: quali hoc venia dignū, quantū hoc non  
meretur suppliciu? quando ille quidē peridenti & cō-  
fundenti se tanta suppeditat: tu autem neq; minimū  
saluanti te & facienti clariorē, sed in ventrē quidem  
& ebrietatē, ac intemperantiā infumens, nullius pau-  
pertatis memor es. Vbi autē paupertatē iuuare oportet,  
omnibus es pauperior. Et parasitos quidē pascēs,  
& adultores quasi ex largis fontibus fouēs gaudes:  
si autem pauperem alicubi videas, tunc tibi pauper-  
tatis metus incidit: Sanē propter hoc & per nos ip-  
sos, & per alios tūc condēnabimur, tam hos qui pro-  
bē egerunt, q̄ qui peccarunt. Dicet enim tibi, quare  
non fuisti ita magnanimus in his quæ congruunt, si-  
cut ille qui scorto dat, nihil tale cogitauit, quod tu da-  
turus domino, qui dixit, ne sollicitus sis, tu verō metu  
plenus es ac tremore. Et qua venia dign⁹ eris? si enim  
homo qui receperit non despicit, sed habet gratiam,  
multo magis Christus: qui enim dat cū nihil acceperit,  
quomodo cum acceperit non dabit? Itaq; inquit,  
quid? cū pleriq; quando multa erogarint, aliis egēt?  
De his qui omnia insumserunt, dicit ipse qui neque  
obolum das. Pollicere omnia te euacuaturū, & tunc

etiam de illis roga. Si autē parcus fueris & pauca de  
his quæ sunt suppeditas, quid mihi prætexis has cau-  
sas? neq; enim te ad summā inopiā adigimus, sed ora-  
mus, vt iam quæ superflua sunt, imminuas, & sufficiē-  
tiam solā ames. Sufficientia autem horum vsum petit,  
sine quibus non licet viuere: neq; te ab his abstrahit,  
neq; prohibet quotidianum cibum, cibum non deli-  
cias dico, t̄ vel vestes vel ornatus: si autē quis dilige-  
ter exquisierit, hæ maiores sunt deliciae. Attē de autē:  
quare maiores dixerimus delicias, herbis pasci & be-  
ne valere, nihilq; molestū pati, q̄ Sybariticam habere  
mensam, & innumeris morbis esse obnoxium? mani-  
festū q̄ illud plures habet delicias. Ne igitur amplius  
queramus: nam si deliciari voluerimus, & honestē vi-  
uere, sufficientiam nobis determinemus, & alius qui-  
dem qui leguminibus potest esse contentus & bene  
valere, nihil amplius inquirat: infirmior autē & olerū  
cura opus habens, ne prohibeatur: si autē & illo quis  
infirmior sit, & congruo carniū adiumento egeat,  
neq; illum abarceamus: neque enim vt occidamus &  
corrumpamus homines, hæc consulimus, sed vt su-  
perflua amputemus. Superfluum autē est, quod plus  
est, q̄ vsum requirit. Nam quādo etiam ab aliis pos-  
sumus agere sanē & honestē, superfluum omnino illud  
est appositū. Sic & de vestibus arbitramur, & de men-  
sa, & de domo, & aliis omnibus, & vtilitatem vbiq;  
spectamus: quod enim superfluum, etiam inutile. Quā-  
do t̄ frugalitatē meditaberis,] tunc te volentem fieri  
viduæ imitatorē, ad maiora q̄ hæc sunt, inducemus.  
Nondū enim peruenisti ad mulieris virtutē, t̄ nisi fru-  
galitatis] curam habeas: illa enim & hac virtute super-  
ior fuit. Nam quæ ad ipsam sustentandam pertine-  
bāt, illa omnia dimisit. Igitur adhuc anxius es de ne-  
cessariis, & non confunderis à muliere vinci, & illam  
non solū non imitaris, sed etiā longē post illā relin-  
queris? Illa enim non dixit hæc quæ à nobis dicuntur,  
Quid si omnia expendens cogar rogare alium: sed li-  
berē ea quæ habebat, exiit. Quid, quis dixerit, de pri-  
sca illa quæ sub propheta Helia fuit, quæ iam non de  
paupertate, sed de morte periclitabatur, nō solū sua,  
sed & filiorum: neq; ab aliis expectabat se recepturā,  
sed statim moriturā. Verūm prophetam vidit, dicit  
quis, & inde liberalis facta est. An non & vos videtis  
innumeros sanctos? Et quid dico sanctos? propheta-  
rum dominū videtis mendicantē, & neq; sic effici-  
ni misericordes, & habentes promptuaria crucian-  
tia ex hoc in illud, neque ex hac abundantia com-  
municatis. Quid dicit? Propheta erat præfens, qui &  
hoc illi persuasit, vt tam magnanimiter ageret. Sanē  
istud ipsum miraculo dignum, q̄ persuasa est esse illū  
magnū & mirabilem. Quomodo enim, quemadmo-  
dum verisimile est de barbara & alienigena muliere  
cogitare, nō dixit: Si propheta fuerit, nō me rogaue-  
rit: si dei amicus, non illū despexit? Esto Iudæi pro-  
pter peccata hanc pœnā luan, hic autem quare? Sed  
nihil horū cogitauit, imō aperuit illi domum, & ante  
domum, mentē: & omnia quæ habebat, in mediū po-  
suit: & relicta natura, filiiq; contēptis, hospitem præ  
omnibus honorauit. Cogita igitur quantū suppliciu  
paratū sit, quādo minus habemus & infirmiores su-  
mus muliere ista vidua, paupere, alienigena, barbara,  
filiorum matre, & nihil eorum quæ nos scimus sciente.  
Nam non viriles quidē erimus, licet validum ha-  
beamus corpus. Etenim ille solus habet hæc fortitu-  
dinis virtutē, licet in lecto decūbat, quid id roboris

Mora-  
le.

Mat. 6. d  
& Luc.  
12.



secum habet. Sicut sine robore illo, etiā si quis montē sui corporis robore discerpat, nulla illū puella & anicula misera dixerim robustiorē. Nam ille quidē certat etiam cum incorporeis malis, hic autem neq; aspicere audeat. Et ut scias q; hęc sit fortitudinis definitio, collige ab illo exēplo. Quid enim illa fortius fuit muliere? Nonne cōtra naturā tyrannidem, & contra famis violentiā, & contra mortis minas generosē stetit, & oīm fuit fortissima? Sed audi quomodo Christus illā prędicat, Multa enim, inquit, erant viduę in diebus Helię, & ad nullam missus est propheta quā ad illam. Dicam aliquid magnum & admirabile. Ista patre nostro Abraham plus in hospitalitatem impedit: non enim ad armētum cucurrit sicut ille, sed pugillo illo farinę pręcurrit omnes in hospitalitate cębres. Nā ille quidem vincebat, q; ad hoc seipsum exhibebat: ista verō neq; pueris pepercit propter hospitalitatem, etiam nondum futura expectans. Nos verō cū sit regnum, cū minę gehennę proponantur, & quod omnium maximum est, cū deus tanta fecerit pro nobis, illisq; gaudeat ac lætetur, supini sum? Ne sic agamus oro, sed dispergamus, demus pauperib; sicut dari visum est deo: multū enim & parū deus non ad mensuram dantiū definit, sed ad potētiā facultatū dantis. Vnde sępe tu qui expēdis centū aureos, minus eo qui vnicū obolum erogat, dedisti: nam ex abūdantia expēdisti. Veruntamen etiam sic fac eleemosynā, & venies breui etiā ad maiorem liberalitatem: disperge pecuniam, ut congreges iustitiam: neq; enim illa cum pecuniis adesse vult, sed & per illas quidem nō cū illis, nobis adest: nō enim simul habitant pecuniarum cupiditas & iustitia, sed tabernacula separata habent. Ne igitur contendas, quę cōmisceri nequeunt, coniungere, sed expelle tyrannum auariciā, si vis reginam recipere iustitiā: ista enim est regina, & liberos ex seruis facit, & non ediuersō illa. Vnde cum magna diligētia auaritiā caueamus, iustitiam amplemur, ut & hęc libertatē consequamur, & regno cęlorū fruamur: quod nobis omnibus concedatur gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quē & cum quo patri & sancto spiritui gloria, imperiū, honor, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xx.

**P**orro qui suppeditat semen seminanti, is & panem in cibum suppeditet, & multiplicet sementē veram, & admiretur, q; cū ad spiritualibus & carnalibus adhortatus esset, iterum nūc istud in retributione facit, geminas retributiones ponens. Nam quod dicit Disperdit, dedit pauperibus, iustitia illius manet in seculum, spiritualis est retributionis: quā verō dicit, multiplicet semen vestrū, carnalis retributionis est: & tamē non hęc subsistit, sed iterum ad spiritualia continuō transit, permutatim illa ponens. Nam quod dicit, augeat prouentus iustitię vestrę, iterum spirituale est. Hoc autē hac ratione facit, ut extirpet radicibus illorum parū virilem & flaccidē animam, paupertatisq; metum vndiq; eneruet, idq; exemplo hoc. Nā si terram seminantibus dat deus, & si his qui corpus pascūt, liberaliter suppeditat: multō magis his qui cęlum colunt, animarū rationē habētibus. Etenim hęc maiori cura dignatur. Cęterū istud quidem non syllogismo quodam ponit, nec quemadmodum nunc dixi, sed in orationem vertit: simul etiam manifestā ratiocinationē manifestās, & magis illos in spem in-

Luc. 4. d

Gen. 18. d

† cui con- trariū illa

† augeat prouentus iustitię vestrę. 2. sa. 111. b.

ducens, nō solū ab iis quę sunt, sed etiam a precibus suis. Suppeditabit enim dicere vult, & multiplicabit sementē vestrā, & augebit prouentus iustitię vestrę. Iterū & hoc loco liberalitatem absq; suspitione insinuat. Nam quod dicit, multiplicet & augeat, hoc declarat interim quoq; non permittit nobis plusquam necessaria quęrere, panē dicens in cibum. Etenim & hoc in illo est admirabile, id quod & antea faciebat, q; in necessariis quidē nihil vltra vsum inquirere permittit, in spiritualibus autē magnā abundantiam fieri consulit. Vnde & superius dicebat, ut sufficientiā habentes abundetis in omne opus bonū: & hęc, qui suppeditat panē in cibum, multiplicet sementē vestrā, hoc est, spirituale. Non enim simpliciter eleemosynā petit, sed eam quę cum largitate: ideo & semē, istam continuō vocat. Quę admodum enim triticum quod seminatur, pręgnātes aristas ostēdit: ita & eleemosyna multos manipulos iustitię efficit, & ineffabiles prouentus profert. Precando autem illis tātam fœlicitatem iterum ostendit, vbi illā expendere oporteat, dicens: *Ut in omnibus locupletemini, in omnē simplicitatem, quę scilicet efficit per nos gratiarum actionem deo.* Non ut expēdatis in ea in quę non oportet, sed in illa quę magnā deo afferūt gratiarum actionem: magnis enim rebus deus nos pręfecit, minorib; sibi ipsi seruatis. Nā ipse quidē sensibilis alimēti dominus est, & spirituale nobis permisit. Etenim nos domini sumus laborādo, ut ostēdantur aristę: neq; hic opus est pluuiis & temperie, sed voluntate nostrā & cursu ad cęlū ipsum. Porro simplicitatem hęc vocat largitatem, quę efficit per nos gratiarū actionem deo: neq; enim quod sit solū est eleemosyna, sed etiam magnę gratiarum actionis argumentum, imō non gratiarū actionis solū, sed & multorum aliorū: & in processu illo ponit, ut cū multa quę rectē agūtur, esse declararit, inde alacriores reddat. Quę igitur sunt illa? Audi illum dicētem: *Nam administratio huius ministerij, non solū supplet ea quę desunt sanctis, verum etiā exuberat in hoc, quod per multos gratię agantur deo, qui per probationem ministerij huius glorificāt deum, super obedientia consensus vestri in euangeliū, & de simplicitate communicationis in ipsos, & in omnes, & in illorum oratione pro vobis, qui desiderant vos propter eminentem gratiā dei in vobis.* Quod autē dicit, hunc sensum habet: Primum, ea quę sanctis desunt non solū impletis, sed & abūdare facitis: hoc est, plusquā vsum postulat, suppeditatis. deinde, per illos laudē offertis deo: glorificāt enim ipsum in obedientia consensus vestri. Nam ne videatur illos propter hoc solum gratias agere, q; significat accepert: vide quomodo magnos illos facit, id quod ipse Philippenſibus dicit, Nō inquirō dona, & phil. 4. d. id ipsum illis testimonium do. Nam gaudetis quidem q; ea quę illis desunt impletis, & paupertatem illorū releuatis: multō autem magis, quod ita subditi estis euangelio, cuius hoc indicium est, tam largiter offerre. Nam hoc euangelium pręcipit simplicitatē cōmunicationis in ipsos & in omnes, & propterea glorificant, inquit, deum, quod sic estis liberales, non in illos solum, sed & in omnes: quod etiā ipsum pręconium illorum est, quod gratias agunt pro his quę aliis dantur. Nam non solum ea quę ad se pertinent ita ornant, sed etiam quę ad alios quanuis in extrema sint paupertate: id quod magnę illorum virtutis signum est. Nihil enim ita zelotypum est, ut pauperum genus. Verum illi ab hac affectione mundi erāt: tantūmq; aberant, ne dolerent super his, quę aliis cō-

Hic sep.

† significat

Phil. 4. d.

munica-

municabantur, q; etiam gaudebant non minus q; de his quę ipsi accipiebant, *Et in illorum oratione pro vobis.* Nam pro his quidē gratias agunt deo, pro vestra autem charitate & fœlicitate obsecrāt illū. *Ut mereantur vos videre.* Nam hoc desiderāt, nō propter pecunias, sed ut fiāt spectatores gratię vobis datę. Vidisti Pauli sapientiā, quomodo laudatis illis totum acceptum tulerit deo? opus enim gratiā vocauit. Nam postquā magna de illis locutus est, ministrōsq; illos vocasset, & extulisset in sublime, quando quidē illi quidem ministrabant, ipse autem minister erat: & cū nominasset probatos, ostendit q; horum omnium author sit deus, & ipse cum illis iterum gratias agit dicēs, *Gratiā autē deo super inenarrabili illius munere.* Munus sanē hoc loco dicit, etiam tanta bona quę per eleemosynam fiebant & accipientibus & dātibus, vel ineffabilia bona, quę per aduentum suum vniuerso orbi magna liberalitate donauit, quod potissimū sentiendū est. Nā ut & humiliet, & liberaliores faciat, memores eos reddat eorum quę a deo assequuti erant. Etenim hoc plurimum ad omnē virtutem inhortatur. Idcirco & hoc loco sermonem finiuit. Iā si inenarrabile donū, quanta infania eorum qui substantiam illius curiosius cognoscere attentant: non autē donum illius solū inenarrabile, sed & pax excellit omnem mentem, per quam superiora inferioribus conciliauit. Studeamus igitur tanta gratiā frui, & virtutem vita dignam declarare, multāmq; eleemosynę habere rationē. Faciemus autem, si fugerimus vindictę auiditatem, si ebrietatem, si crapulam. Etenim esculēta & poculenta dedit deus non in luxum, sed in alimentum: neque enim vinū facit ebrietatem: alioquin si ita esset, omnes oportebat inebriari. Sed cur non ita cōditum est, inquit quispiā, ne multum noceat? Ebriorū hęc sunt verba. Nam si quod multū nocet, & non ab auiditate abstrahit, si sic fœdū & damnosum hoc, neq; sic desinis a mala concupiscentia, si liceret etiam multum contra offensam bibere: quādonā ab auiditate abstineres: nōne desiderares etiā fluuios factos esse vinum? nōne omnia perdidisses, & corrupisses? Iā quū mensura sit alimēti, & damnum patimur hac neglecta, & neq; sic fræno retraheris, sed rupto illo, oīa sumis, ut ministres pessimę tyrannidi crapulę: quid non fecisses, si hęc naturę mēsurā sublatā esset? Nōne omne tēpus in hoc insumpsisse? Oportebat igitur absurdā illam concupiscentiā non tam fortem fieri, sed damnum quod ex intēperantia prohiberi. Et quę damna nō fuissent inde prognata? Sed o stultos qui in ebrietate quasi luto voluntur, & dolent intemperantiam quādo parum sobrii fiunt, nihil aliud faciunt sed ētes q; ut hęc loquantur, Quare hęc in hunc vsum insumpuntur? oportebat se cōdemnare a suis delictis. Nam dū dicis, quare terminos posuit, quare nō omnia absque ordine ferūtur? Dic quare nō cessamus inebriari, quare non accipimus satietatē, quare brutis insipientiores sumus? Hęc enim inter nos quęrere oportebat, & audire apostolicam vocē, & scire quanta bona ex eleemosyna hęc futura testetur, & arripere hunc thesaurū. Etenim hoc probatos facit, quę admodū ille dixit, q; diuitiarū contemptus facit glorificari deū, & feruidā reddit charitatē, magnanimōsq; efficit, & sacerdotes constituit, & sacerdotium quod magnam mercedē affert: qui enim miseretur, non indutus est podere, neque tintinnabula in circuitu habet, neque corona redimitus est, sed indutus quidem est stola

Mora- le. † fruentes † nimiam auiditatem.

† mensurā

misericiordię, quę sancta veste sanctior est. Vinctus verō oleo, quod non ex sensibili materia compositum, sed a spiritu sancto cultum, & habet coronā ex miserationibus, sicut dicit: Qui coronat te in misericordia & miserationibus: & pro petali gestamine qui habet nomē dei, ipse par sit deo. Quomodo? Eritis enim, inquit, similes patri vestro qui est in cęlis. Vis & altare illius videre? Non Beseleel istud extruxit, neque alius quispiā, sed ipse deus, nō lapidibus, sed materia cęlo clariore, animabus rationalibus. Sed dicis, sacerdos ingreditur in sancta sanctorū. Licebit & tibi sacrificanti hoc sacrificiū, ad tremenda ingredi, vbi nullus adest, sed pater tuus qui videt in occulto, vbi nullus alius videt. Et quomodo dicit non videri, cū in propatulo sit altare? Nam hoc mirabile est, q; tum quidē geminę fores, & vela secessum faciebant: nunc autem licet publicē sacrificare, quasi in sanctis sanctorum, & facere hoc multō venerabilius: quando enim non ad ostētionem hominum feceris, licet totus orbis viderit, nemo tamen viderit, quādoquidem tu sic fecisti: non enim dixit simpliciter, non facite coram hominibus: sed adiūxit, ut videamini ab illis. Hoc altare ex ipsi Christi mēbris compositum est, & corpus domini altare tibi fit: reuerere isthuc ipsum, in carne sacrificas domini sacrificiū. Hoc altare, etiā hoc quod nunc magis horribile est, non illo quod olim solū: sed ne turbemini. Nā hoc quidē admirabile est propter sacrificium quod super illud ponitur. Illud verō hominis misericordis, nō propter hoc solum, sed q; ex illo sacrificio, quod hoc facit, cōpositum est. Nam hoc mirabile, lapis enim quidē est natura, & sanctus, autem fit, quoniam corpus accipit Christi: illud autē altare sanctius, quoniam ipsum corpus est Christi, ita ut hoc illo lapideo sit horribilius, cui tu qui laicus assistis. Igitur tibi neque Aaron aliquid videatur, si ad hęc conferatur, neq; corona, neq; tintinnabula, neque sancta sanctorum. Quid enim vltra cum illo altario cōferri potest? Vbi scilicet & ad hoc quod cōferatur, tam clarum apparuit. Tu autē hoc quidem altare honoras, quod accipit corpus Christi: eū autē qui est ipsum corp; Christi, cōtumelia afficis, & despicias peruentem. Hoc altare vbi que poteris videre situm, & in angiportis, & in foris: & per singulas horas poteris in illo sacrificare. Nā & hic sacrificiū celebratur, & quę admodū sacerdos stat spiritum inuocans, ita & tu spiritum vocas, nō voce, sed factis. Nihil sic continet, & accendit ignem spiritus, ut hoc oleum largum quod effunditur. Si autē vis videre etiā ea quę huc mittuntur, quid fit? Veni, & hęc tibi mōstrabo. Quis igitur fumus, quę fragrantia altaris? gloria & gratiarū actio. Et quousq; procedit? nunquid vsq; ad cęlum? Minime, sed cęlum ipsum transcendit, & cęlū cęlorū, & se regio thronō assistit. Dicit em̄, preces tuę & eleemosynę tuę ascenderunt corā deo. Et sensibilis quidem illa fragrantia non multū aeris penetrat, ista verō ipsas cęlorum absides aperit: & tu quidem taces, opus verō clamat, & fit sacrificiū laudis, nondum occiditur vacca, neq; pellis exuritur, sed anima spiritualis, sua offerens. Omni enim misericordia hoc sacrificium clarius est. igitur quando videris pauperem fidelem, aram te videre putes: quando autē videris talem pauperem, non solum non affeceris iniuria, sed etiā reuereris: & si alium videris contumelia afficientem, prohibe adiuans: sic enim poteris & ipse deum misericordem habere, & promissa assequi bona. Quę

Ps. 102. 4

Mat. 5. g

ibid. 6. 2

† sanctum

Act. 10. 4

nobis omnibus cōtingant, gratia & misericordia do-  
mini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri  
& spiritui sancto sit gloria & honor nunc & semper,  
& in secula seculorum, Amen.

*Homilia xxj.*

Cap. X.

**A**cterem ego ipse Paulus, obsecrans vos per mansue-  
tudinē & equitatē Christi, qui iuxta faciē quidē hu-  
milis sum inter vos, [absens autem confido in vobis.]

Abſoluto vt oportebat, de eleemoſyna ſermone,  
poſtquā monſtrauit ſe plus illos diligere q̄ diligi, nat  
rauitque de patientia ſua & tentationibus, oportunē  
poſtea ſermones increpatorios attingit perſtringens  
pſeudapoſtolos, & moleſtiora ſermoni admixcēs, ſeq;  
ipſum cōmendās: hoc enim per totā epiſtolam agit,  
vnde ſibi conſcius nō rarō corrigit iſtud, dicēs: Inci-  
pimus iterum nos ipſos commendare? & pergens, in-  
quit, Non iterum commēdamus nos ipſos, ſed occa-  
ſionem dantes vobis gloriationis. Et poſt hæc, Inſi-  
piens factus ſum glorians, vos me cōēgiſti, & multis  
talib⁹ vtitur cōrrectionib⁹. Nec peccarit quis epiſto-  
lā encomiū Pauli agnominans, ſic & dona, & patien-  
tiam ſuā copioſe ponit. Quoniam enim erāt quidam  
apud illos, ſublime de ſe ſentientes, & ſe præferebant  
apoſtolo, quem vt arrogantē infamabāt, & vt homi-  
nem nihili, inutiliāq; docentē, id quod peruerſitatis  
illorum maximū indicium erat: vide quo pacto inci-  
pit ab increpatione illorū. Ceterum ego ipſe Paulus.  
Vidiſti quāta grauitas: quanta dignitas: Vult enim ſic  
dicere, Oro vos ne me cogatiſ, ne me ſinatis vti mea  
potestate aduerſus eos qui nos extenuāt, arbitrātūr-  
que nos carnales viros eſſe. Grauius hoc eſt, q̄ quod  
in priore epiſtola interminādo illis dicebat, In virga

Supr. 3. a.  
Ibid. 5. b.  
Infr. 12. c.

1. Cor. 4. d.

veniam ad vos, vel charitate, ſpiritūq; māſuetudinis?  
nunc autē, quaſi non ſim venturus ad vos, inflati ſunt  
quidam. Veniam autem & cognoſcam, non ſermonē  
inflatorū, ſed virtutem. Nam hic ambo oſtēdit, & po-  
tentiam & moderationē animi, & malitiā patientiā:  
ſiquidē ſic orat, & cum tanto ſtudio vt ne cogatur ad  
oſtentionē venire ſuę potentiā, qua poterat & per-  
cutere illos ac punire, extremūq; exigere ſuppliciu.  
Hoc inſinuauit, dicens: Oro autē ne præſens audeam  
ea fiducia, qua exiſtiter audax fuiſſe in quōſdā, qui  
nos putant veluti in carne ambulare. Iam autē ad ini-  
tium ſermonū redeamus. Cæterum ipſe ego Paulus.  
Magna emphasiſ, magna grauitas, ſicut alicubi dicit:

Galat. 5. a.

2. Tim. 4. b.

Rom. 16. a.

Ecce ego Paulus dico vobis. Et iterū, ſicut Paulus ſe-  
nior. Et alibi iterū, Quæ fanē multis affuit, & mihi ip-  
ſi. Sic & hoc loco, Cæterum ipſe ego Paulus. Magnū  
quidem & hoc, illum orare: aliud autem maius quod  
appoſuit dicens, Per maſuetudinē & equitatē Chri-  
ſti. Valde enim illos adhortari volens, præmittit hu-  
manitatē & æquitatē, precationē ſic intendens: quaſi  
diceret, ipſam Chriſti reuerſamini æquitatē, per quā  
vos oro. Hæc autē dicebat interim oſtendens, q̄ licet  
graueſſe neceſſitatem inducant, ipſe ad aliud magis  
propenſus ſit, eō q̄ maſuetus ſit, & non ex infirmitate  
aggrediatur, ſicut & Chriſtus faciebat. Quoniam iux-  
ta faciē humiliſ quidem inter vos, absens autem audax ſum  
erga vos. Quidnā hoc eſt? vel per ironiam de illis lo-  
quitur. Illi enim hoc dicebant. Quando a deſt, nullius  
eſt momenti, ſed vilis ac contemptus: quando autem  
abeſt, inflatur & ſuperbit; contrāq; nos inſurgit ac mi-  
natur. Vnde hoc poſtea inſinuans dicit, Epiſtolæ qui-  
dem graues, aduentus autē corporis infirmus, & ſer-  
mo contemptus. Vel igitur per ironiam inquit, ma-

Hic infr.

gnam declarans grauitatē ac dicēs: Ego humiliſ, ego  
vilis quādo aſſum ſicut ipſi dicūt, & abſens ſublimis:  
vel q̄ licet magna loquatur, nō ex arrogantia tamen,  
ſed ex eo q̄ confidit illis. Oro autem ne præſens audeam ea  
fiducia, qua exiſtiter audax fuiſſe in quōſdā, qui putant nos  
quaſi ſecundum carnem ambulare. Vidiſti quanta indigna-  
tio, & quāta manifesta dictorum reprehēſio? Oro  
enim vos, inquit, ne me cogatiſ oſtendere, q̄ & præ-  
ſens fortis ſim & virtutem habeam: quia enim abſens  
valde audax contra eos ſit & extollatur, ipſorum vſus  
eſt verbis. Oro igitur ne me cogant vti mea virtute.  
Hoc enim eſt quod dicit, ea fiducia, & non dixit, qua  
paratus ſum, ſed exiſtiter: hoc enim nondū decreui,  
illi autem mihi hoc imputant, & neq; ſic volo: quan-  
uis non hoc faciebat, vt ſe, ſed vt euāgelium vindica-  
ret. Iam ſi thic] prædicationi aſſiſtit, auſterus non eſt, <sup>† ubi</sup>  
ſed ceſſat & moratur, & orat ne ſibi fiat tāta neceſſi-  
tas: multō magis pro ſe ipſo nūquam tale quid feciſ-  
ſet. Hoc enim mihi condonate, inquit, ita vt non co-  
gar oſtendere, quod & [absens] poſſum, vbi res poſtu-  
larit, audacia vti: hoc eſt, punire & caſtigare illos. Vi-  
de vt non ſit ambitioſus, neq; ad oſtentionem quid  
faciat, <sup>† vbi ſcilicet</sup> vtilitas eſt, ſed ſi] audaciā rem vo-  
cat: oro enim, inquit, ne audax ſim fiducia qua exiſti-  
mer audax fuiſſe erga quōſdā. Hoc enim potiſſimū  
eſt præceptoris, non ſtatim vlciſci, ſed corrigere, ceſ-  
ſareque, ac moram necere in pœniſ. <sup>† Et quos? illos,</sup>  
inquit, quibus minatur,] qui exiſtimant nos quaſi in  
carne ambulare. Illi enim ipſum vituperabant vt hy-  
pocritam, vt malignum, vt arrogantem. In carne enim  
ambulantes, non ſecundum carnem militamus. Hic iam ter-  
ret ſermonis tropha. Carne quidē amictū ſumus, in-  
quit, fateor. non viuimus autē in carne. Imō neq; hoc  
dicendū, ſed iam iſtud in recondito habet, vitā enim  
laus eſt. Porro de prædicatione diſſerit, oſtendens q̄  
non ſit humanum, neq; huius vitæ præſidio egeat, eo  
q̄ non dixit, non iuxta carnem viuimus: ſed, nō iuxta  
carnem militamus, hoc eſt, bellum & pugnam ſuſce-  
pimus: ſed neq; carnalibus præliamur armis, neque  
per humanum ſubſidium. Nam arma noſtra nō ſunt car-  
nalitā. Et qualia arma carnalia? Diuitiā, gloria, potentia,  
facundia, authoritas, famulitia, adulationes, ſimula-  
tiones, & alia id genus, ſed noſtra nō talia ſunt. Sed  
qualia? Potentia deo. Et non dixit, Nos non carnales,  
ſed, arma noſtra. Nam vt nunc dixi: de prædicatione  
diſſerit, & potentiam omnē deo tribuit. Et non dicit  
ſpiritualia, quanuis hoc ad diſtinctionem carnalium  
poterat: ſed, potentia: per hoc & illud inſinuans ac  
monſtrans, q̄ arma illorū imbecillia & impotentia.  
Et conſidera illius humilitatem. Non enim dixit, nos  
potentes, ſed arma noſtra potentia deo: non nos illa  
talia effecimus, ſed deus ipſe. Quoniam enim flagella-  
bantur, expellebātur, & innumera patiebantur dura,  
que infirmitatē teſtabātur, oſtēdēs dei robor, inquit,  
ſed deo potētia ſunt. Hoc enim maximē oſtendit il-  
lius virtutem, q̄ per hæc vincat. Et ita licet nos veſtia-  
mur & vtamur, ſed ipſe eſt qui per illa militat & ope-  
ratur. Deinde in lōgum laudes illorū recenſet dicēs,  
Ad deſtructionem munitionum. Et ne auditiſ munitioni-  
bus ſenſibile quid putes, dicit: Cogitationes deſtruentiā.  
Verborum variatione euidentia ac emphasiſ oſten-  
dens, & per additionem, ſpirituale præliū declarans.  
Hę enim munitiones animos obſidēt, non corpora.  
adeōq; aliis fortiores ſunt, vnde & maioribus armis  
egent. Munitiones autem dicit factum Gręcorum, ſo-

† quando-  
quidē etiā  
ubi neceſ-  
ſitas poſſu-  
let.  
† Quōſiū  
tādē iſtus  
dicit, qui-  
bus minā-  
tur?

Infr. 11. b.

† Qui igitur  
inquit  
futurum  
erat, vt ſu-  
perbiorem  
magnifi-  
ceque in  
ſermonib⁹  
de me ſen-  
tīre, atque  
in epiſto-  
lis minax  
eſſem?

† nunc]

† hoc mi-  
natur iſtis  
or

phīſmatūmq; & ſyllogiſmorum robor: Omnia enim  
redarguerūt arma illa, que cōtra ipſa ſteterunt: cogi-  
tationes enim deſtruentia fide. Et omnem ceſſitudinem,  
qua ſe extollit contra ſcientiā dei. Manſit in hac ſimilitudi-  
ne, vt maior fiat emphasiſ. Munitiones enim licet ſint  
excelliſ turrib⁹ inſtructæ, & quicquid aliud, cedūt &  
ſuccumbunt armis iſtiſ. Et captiuam ducētia omnem cogi-  
tationem in obedientiam Chriſti. Licet abſoludere videatur  
captiuitatis appellatio, eſt enim propriē captiuitas li-  
bertatis ablatio. Quare igitur hoc nomine vtitur in  
alio ſignificato? Nā captiuitatis nomē duo ſignat, nē-  
pe excidere à libertate, & validē capi, ita vt reſurgere  
nequeas. Iuxta hanc ſecūdam acceptionē igitur vſus  
eſt. Sicut quādo dicit, Alias eccleſiāſ depredat⁹ ſum:  
nō dicit ſe clā accepſſe, ſed, ſpoliaſſe & omnia acce-  
piſſe: ita & hoc loco dicens, ducētia in captiuitatem.  
Non enim ex æquo pugna eſt, ſed magno cū robore  
vni & duobus. Non dixit, vincimus, & ſuperamus ſo-  
lū, ſed & in ſeruitutē ducimus. Itaq; ſicut ſuprā  
dixit, adducimus machinas munitionib⁹, ſed deſtrui-  
mus illas. Nā magna eſt armorū potentia. Non enim  
verbis pugnamus, ſed operibus cōtra verba, nō in ſa-  
piētia carnali, ſed in ſpiritu māſuetudinis & potētia.

† Quomodo igitur honorabilis futurus erat? Magni-  
ficus ſcilicet in ſermonibus & minax in epiſtoliſ.]  
Quemadmodū illi accuſabant dicētēs, Epiſtolæ gra-  
ues, vbi ſcilicet nō in his erat noſtra virtus. Dicēs au-  
tem, captiuā ducētia omnem cogitationem in obe-  
dientiam Chriſti: (quoniam enim captiuitatis nomē  
graue) ſtatim tropum illū dimittit dicēs, in obedien-  
tiam Chriſti, à ſeruitute in libertatē, à morte in vitā,  
ab interitu in ſalutē. Non enim vt ſimpliciter iacule-  
mur, venimus, ſed vt transferamus ad veritatē aduer-  
ſarios. Et in promptu habentes vindictā aduerſus omnem in-  
obedientiā, cum impleta fuerit obedientia veſtra. Hic & hoſ  
terrūt, nō illos ſolū. Vos enim, inquit, expectamus,  
vt quādo laudemus & minis correxerimus vos, & re-  
purgauerimus, & ab illorum ſocietate abduxerimus,  
tunc ſolis illis relictis qui incurabiliter ægrotāt, infe-  
ramus pœnā, quando ſynceriter viderimus vos deſi-  
cere. Nam obeditiſ quidem & tunc,] ſed non perfe-  
ctē. Et ſi quis diceret, Si iā dixiſſes, maius foret op⁹  
ac lucrū? Minimē. Si enim nunc feciſſem, & vos ſup-  
plicio immiſcuſſem, oportebat autem illos punire, &  
vobis parci. At ſi pepercifſem, in gratiā putaffent hoc  
factum: nunc autem non hoc volo, ſed primū corri-  
gā vos, & tunc veniā ad illos. Quid hiſce viſceribus  
maſuetiſ? Nā vt vidit ſuos alienigeniſ cōmixtos,  
vult quidem plagam intentare: parciſ autem & cohi-  
bet indignationem, donec illi recedant, vt hoſ ſolos  
percutiat, imō vt neq; hoſ. Nam propter nos etiam]  
dicit ſolos velle illos aſſumere, vt & illi correcti metu  
redeant, & in nullū iram emittat. Etenim ſicut medi-  
cus optim⁹, & pater cōmunis & curator & tutor, om-  
nia agit, omnia curat, impedimēta remouet, offendē-  
tes reprimit, vbi que circuncuſat. Neq; enim ſicut iſ  
qui in prælio rem perficit, ſed ſicut iſ qui ad paratā ac  
promptam venit victoriā, trophæa ſtatuit, ſuffodiēs,  
deſtruens, deiiciēs diaboli munitiones, & miniſtro-  
rum machinationes, & vniuerſum tandem orbem ad  
Chriſti exercitū ducit, & neq; parum respirat ab hiſ  
ad illos, ab illis ad alios tranſiliens, quaſi militū dux  
quidā optimus, quotidie afferēs trophæa, imō ſingu-  
lis horiſ, ſola tunica indutus irrumpens in aciem, ad-  
uerſariorūque ciuitates, & tela & lanceas, & iacula,  
Tomus quartus.

& omnia in ſuum ius cogens. Talis erat lingua Pauli:  
etenim loquebatur ſolū, & velociſſimē in bellis cade-  
bant ſectæ: dæmones quidē abigeat, homines verō  
qui ab illiſ detinebantur, ad ſe abducebat. Vnde quū  
aliquando dæmonem malū expelleret, multæ mago-  
rum turbæ cōuenientes, libros magicos exurebāt, &  
ad veritatem tranſibant. Et quemadmodum in bello  
collapſa turre, vel tyranno ſublato, omnes qui cū il-  
lo, proiectiſ armis ad ducē exercitus currunt: ſic cer-  
tē & tunc factū eſt. Eiecto enim dæmone, obſeſſi om-  
nes, abiectiſ libriſ imō perditis, ad Pauli pedes curre-  
bant. Toti etiā orbi tanquam vni aciei ſe opponens,  
nuſquā ſtabat, ſed quaſi cæteris inferior,] omnia fa-  
ciebat: & nunc quidē claudum rectē faciebat ambu-  
lare, & mortuū excitabat: nunc autem alium exceca-  
bat, de mago loquor: & neque quum in carcere clau-  
deretur tacebat, ſed & illic cuſtodē carceriſ ad ſe tra-  
hebat, honeſtam illam ſeruitutem imponens. Hunc Mōra-  
ſanē & nos imitemur pro virib⁹. Et quid dico, pro vi-  
riſ? Licet enim volentibus, ad illū loquere, & excel-  
lentes fieri, & illius imitari fortitudinē. Adhuc enim  
hoc facit, cogitationes deſtruent ac omnem ceſſitudi-  
nem contra ſcientiā dei ſe extollentem, Quoniam au-  
tem multi hæretici conati ſunt illū dilacerare, atta-  
mē vel lacer multam præ ſe fert potentiam. Nam vſi  
quidem illo ſunt Marcion & Manichæus, ſed dilace-  
rantes: attamen & ſic redarguuntur, vel ex particulis.  
Etenim & ſola manus optimatiſ huius apud illos quū  
ſit, fortiter illos fugat. Et quomodo ſolus] apud alioſ  
perſequitur & deiicit: vt ſcias potentiam magnam, &  
q̄ carne mutilatus omnes ad ſe trahere valeat aduer-  
ſarioſ. Et profectō ſunt qui dicent, hoc eſſe peruerſi-  
tatiſ, q̄ omnes qui inter ſe pugnant, illo vſi ſunt. At  
hæc peruerſitas nō Pauli eſt, abſit, fed eorum qui ab-  
utuntur. Non enim variuſ quiſpiā fuit, ſed ſimplex ac  
maniſteſtū: illi autē ad ſuos ſenſuſ verba torſerūt. Et  
quare ſic ſcripſit, aiunt, vt det ſdamnum? Verūm vo-  
lentibus] non ipſe dedit, ſed illorum inſania, eo q̄ nō  
vt decebat, ſe vſi ſunt: quoniam & munduſ hic totuſ  
quanuiſ & admirabilis, & diuinæ ſapientiæ ſit argu-  
mentum, & cœli enarrant gloriā dei, & dieſ diei eru-  
ctat verbū, & nox nocti indicat ſciētiam: attamen in  
ipſo multi collapſi ſunt, cōtrarij inter ſe. Et alij quidē  
ſic ſuprā dignitatē admirati ſunt cœlum, vt ipſum pu-  
tarint eſſe deum: alij verō ſic illiuſ pulchritudinem  
ignorarūt, vt indignā eſſe dei dicerēt opificio, ſed po-  
tius cuidā malæ materiæ tribuerint, quanuiſ ab vtro-  
que errore munierit deus, & bonum faciendō & ma-  
gnū, ne alienū à diuina ſapientiā cenſeatur, & nihilo-  
minus indigum, ſibiq; ipſi non ſufficientem, ne quiſ  
deū eſſe ſuſpicetur: verūtamen illi excecati à ſuiſ cogi-  
tationibus, in diuerſaſ incidērūt ſententiāſ, ſe inui-  
cem redarguentēſ, & mutuū accuſanteſ, & pro ſapi-  
tia diuina ſe excuſanteſ, etiā pro ſuiſ cogitationibus  
à quib⁹ ſeduēti ſunt. Et quid dico Solē ac cœlū? An-  
te oculoſ ludæi miracula fieri viderūt maxima, & vi-  
tulū mox adorarunt. Iterum videbant Chriſtum abi-  
gentem dæmones, & dæmoniacū illum vocabāt. At-  
qui crimen hoc non erat expellentis dæmonium, ſed  
obcæcatorum mentium accuſatio. Noli igitur Paulū  
condemnare propter ſententiā corū qui illo abutun-  
tū. Quin poti⁹ theſaurū illi⁹ meli⁹ cognoſce, & diui-  
tias reſera, & cōtra oēſ ſtabiſ fortiter, illi⁹ munit⁹ ar-  
miſ; & ſic Græcoſ ac ludæoſ obturare poteris. <sup>† Et qui-  
nā pacto,</sup> Et  
quo pacto nō credunt illiſ, dicit?] propter ea quæ ille  
inquit,  
A iiij fecit,

Act. 19.

† talis præ-  
dit⁹ eſſet,  
Act. 14.  
b. c. 20.  
b. c. 13. b  
Ibid. 16. f

† per ſoluſ

† occuſio-  
nes volentē  
tribuſ?

† ſat. 18. d.

Exo. 32. a.

10. an. 8. f.  
7. c.

7. c.  
10. d.

† Et qui-  
nā pacto,



fecit, & propter correctionē mūdi? Nō enim erat hu-  
 manā potētia tanta posse, sed crucifixi virtus quę in  
 illo spirabat: talē illū fecit, & rhetoribus ac philoso-  
 phis tyrannicis; & regibus potētiorē declaravit. Hic  
 non solū sufficit ad armandū & prosternendū aduer-  
 sarios, sed etiā alios facere tales. Vt igitur & nobis &  
 aliis siamus vtilēs, cōtinuē in illo versemur, & delicias  
 nostro quasi in orto ac prato quæram' in eo: sic em̄  
 poterimus & a malitia liberari, & virtutē amplexari,  
 promissisq; potiri bonis. Quæ nobis oīa contingant  
 gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per  
 quem & cum quo patri & sancto spiritui simul &c.

Homilia xxij.

**V**e in conspectu sunt videtis, si quis de se cōfidit quod  
 sit Christi: illud rursum cogitet apud seipsum, quod  
 sicut ipse Christi est, ita & nos. Hoc est quod  
 cum aliis quis in Paulo maximē admiretur, q̄ cogēte  
 necessitate summa seipsum extollendi, vtraq; facit, &  
 isthuc ipsum: & ne videatur multis molestus esse de  
 seipso loquens, quod etiā in epistola ad Galatas vide-  
 ris. Nā quum & illic in hoc argumentum incidere,  
 etiam vtriusq; curam habebat, id quod difficillimum  
 erat, multaq; sapiētia opus. Nam & moderatē se ge-  
 rit, deq; seipso magnum quid dicit. Considera autem  
 quomodo & hīc rem istam magnam facit. Ea quę in  
 conspectu sunt videtis. Vide etiam hoc loco sapiētiam.  
 Nam increpatis his qui decipiebant illos, non cōten-  
 tus illorū increpatione, sermonem finiuit, sed ab illis  
 etiā ad hos transiit. Continuō autē hoc sic facit. Nō  
 enim iam solos decipientes, sed & deceptos perstrin-  
 git: etenim si illos sine correctione reliquisset, non tā  
 facile ex dictis correcti essent, sed valde elati facti fu-  
 issent. Et nō solūm hoc illis est admirabile, sed vicis-  
 sim vtriusq; increpat. Audi igitur, quid illis dicat, Ea  
 quę in conspectu sunt videtis. Nō parū crimen, sed  
 quod ferē semper hominibus imponit. Quod autem  
 dicit, hunc sensum habet: Ab his quę vidētur, † pro-  
 batū est satis, a carnalibus, a corporalibus. Quid est,  
 ab his quę vidētur? Si quis diues est, si quis inflat' est,  
 si quis multis adulatorib' septus est, si quis magna de  
 se sentit, si quis vana gloria fruitur, si quis simulat nō  
 habens virtutē: hoc enim est, Ea quę in cōspectu vi-  
 detis. Si quis cōfidit de seipso q̄ Christi est: illud rur-  
 sum cogitet ex seipso, q̄ sicut ipse Christi, ita & nos.  
 Nō enim vult ab intio vehemēs esse, sed & paulatim  
 crescit & exurgit. Expēde sanē hoc loco mirā aspe-  
 ritatis, & magnā obscuritatis. Nam ex seipso, prægnā-  
 toris sentētia est: dicit enim, Ne expectet vt a nobis  
 discat, hoc est, per increpationē, quę aduersus ipsum:  
 sed ex seipso hoc cogitet, q̄ sicut ipse Christi, ita &  
 nos. Non quoniā sic erat Christi, vt ille: sed q̄ quem-  
 admodum ille Christi, ita & ego Christi, secundum  
 quod societas est. Non enim ille quidem Christi, ego  
 autem alterius cuiusdam. Et posito q̄ hoc sit æquale,  
 addit excellentius quiddam: Si enim amplius gloriarer de  
 potestate quam dedit mihi dominus ad ædificationem, & nō ad  
 destructionem, non confundar. Et magnum quid diciturus,  
 vide quomodo isthuc præmitigat. Nihil enim ita of-  
 fendit auditores plerisq; vt q̄ sese quis commendat.  
 † propter † augēs grauitatē] hanc, dicit, si enim am-  
 plius quid gloriar: & nō dicit, q̄ [si quis] confidat esse  
 Christi, cogitet, quod multū a nobis absit. Ego enim  
 habeo ab illo magnam illam quos volo puniendi &  
 rescedādi potestātē. Sed quid? nam licet amplius quid  
 etiam & ineffabile habuisset, attamē sermonē depri-

† existima-  
tionem su-  
mūm

† sicut  
molestus

mit: & nō dicit, quod gloriar: sed, si gloriar, [si volue-  
 ro. simul & moderatē agens, & excellentiā ostendēs.  
 Si igitur gloriar,] inquit, de potestate quā dedit mihi  
 dominus. Iterum totum illi adscribit, & commune fa-  
 cit donum: Ad ædificationem, & non ad destructionē. Vi-  
 disti quomodo iterum mitigat inuidiam quę ex lau-  
 dibus, & auditorem allicit, vsum propter quem pote-  
 statē accepit exponens. Et quomodo dicit, destruen-  
 tes cogitationes? quia isthuc maximum ædificationis  
 genus est, auferre ea quę impediunt, & quę putria a-  
 mouere, & vera ad ædificationem componere. Sanē  
 ad hoc accēpimus, vt ædificemur. Si autem quis cer-  
 tet, ac resistat, & incurabilis sit, etiā altera vtemur ef-  
 ficacia, destruentes illum & deiiciētes. Idcirco etiam  
 dicit, non confundar, hoc est, non monstrer mendax,  
 neq; arrogans. Vt autem ne videar quasi terrens vos, quod  
 epistola quidē, inquit, graues sunt ac robuste, at præsentia cor-  
 poris infirma, & sermo contemptus. Hoc cogitet qui talis est,  
 quod quales sumus per epistolas absentes, tales sumus & opere  
 presentes. Quod dicit, hunc sensum habet: Possem glo-  
 riari, sed ne hæc eadē dicant, q̄ gloriæ studiosus scri-  
 bam, & contemptibilis sim præsens, nihil magnū di-  
 cens: ] sanē & postea loquutus est, sed nō de potesta-  
 te hac, propter quam erat terribilis, sed de reuelationi-  
 bus, & quod amplius, de afflictionibus. Vt igitur ne  
 videar terrere vos, hoc cogitet qui talis est, q̄ quales  
 sumus per epistolā absentes, tales & præsentis facti.  
 Nam quoniam dicebant, q̄ magna de se scribat, præ-  
 sens verō nullius reputationis sit, propter hoc hæc di-  
 cit, & ipsa iterum humiliter. Non enim dixit, q̄ ma-  
 gnifica scribimus, magnifica etiā operamur corā, sed  
 submissius. Quando enim cum illis loquitur, cum ve-  
 hemētia istud posuit dicens, Rogo autem ne præsens  
 ea fiducia audeā, qua existimer audeam fuisse in quod-  
 dam. Quando autem cum his, se submittit. Vnde etiā  
 dicit, Quales sumus præsentis & absentes, hoc est, hu-  
 miles, submissi, minimē elati. Et manifestum est ex se-  
 quentibus: Non enim audemus inserere aut conferre nos ip-  
 sos cum quibusdam qui seipsum commendant. Hic & arrogā-  
 tes ostendit esse illos, & magnifica de se loquentes, &  
 incesit illos, quasi seipsum commendantes. At nos ni-  
 hil tale, sed si quid etiam magnum operemur, totum  
 deo ascribimus, & nos ipsos inter nos ipsos conferi-  
 mus, idcirco & subdidit: \* Sed isti non intelligunt, quod ip-  
 si inter sese seipsum metuntur, & cōparant semet sibiipsis. Quod  
 autem dicit, hunc sensum habet: non cum illis nos ip-  
 sos conferimus, sed inter nos ipsos. Hinc est, quod di-  
 cit postea, Nulla re inferior fui summis apostolis. Et  
 in priori epistola, plus omnibus laboravi. Et iterum,  
 Signa quidem apostoli facta sunt inter nos in omni  
 patientia, & ita nos conferimus inter nos ipsos, & nō  
 cum illis nihil valentibus. Talis enim arrogantia, de-  
 mentia est. Vel igitur de seipso hoc, vel de illis, non  
 audemus cōferre nos ipsos illis qui inter se certant &  
 magnifica loquūtur, nihilq; intelligunt: hoc est, non  
 sentientibus quā sint ridiculi sic arrogātes, & inter  
 sese seipsum efferentes. Nos autem non in immensum glo-  
 riabimur sicut illi. Etenim verisimile erat illos arrogan-  
 tes dicere, q̄ orbem terrarum conuertimus, ad fines  
 terræ peruenimus, & multa talia magnificē concio-  
 nari: sed, nos non sic, dicit: Sed secundum mensuram quam  
 partitus est nobis deus, mensura pertingendi etiam vsque ad vos.  
 Et ita vtrinq; modestia illius manifesta, & quod nihil  
 amplius fecerit dixit, & quod hoc deo tribuat. Secū-  
 dum enim mensuram, inquit, regulā quam partitus  
 est nobis

† dicitur

† hic q̄

† vniuersi

† huius

† lecti

† &

† interpre-

† tatio, vide

† Eras.

† in

† 1. Cor. 11. b.

† 1. Cor. 15. b.

† Infr. 12. d.

est nobis deus, mēsurā pertingendi etiā vsq; ad vos:  
 quemadmodū agricolis vineā distribuens, ita nobis  
 segregauit. Eatenus igitur gloriatur, quatenus per-  
 tingere datū est. Nō enim nō quasi pertigerimus ad vos ex-  
 tulimus nos, nā & vsq; ad vos peruenimus in euāgelio Christi.  
 Nō simpliciter affuimus, sed annūciauimus, prædica-  
 uimus, persuasimus, emēdauimus. Verisimile em̄ &  
 illos simpliciter affuisse, ac apostolorū discipulis ip-  
 sis totū imputasse ex modica peregrinatione, at non  
 sic nos. Neq; poterit quis dicere, q̄ non potuerimus  
 vsq; ad vos peruenire, & sermone solo extendamus  
 gloriationē vsq; ad vos: Etenim & vobis sermonē prædica-  
 uimus. Non in immensum gloriantes in alienis laboribus, spem  
 autem habētes fidei quę subcreuit in vobis, quod magnificemur  
 iuxta regulā nostrā in exuberantiā, vt is quoq; regionib' quę vl-  
 tra vos sunt euangelizē, nō per alienā regulā, vt de his quę pa-  
 rata sunt, gloriemur. Multā hinc illorū vituperationem  
 ostēdit, q̄ & in immensum gloriantur, & quod in alie-  
 no, & q̄ omnis labor apostolorū fuerit: illi vero ho-  
 nestabatur aiorū laboribus. Nos autē, inquit, factis  
 hæc declarauimus. Non igitur illos imitabimur, sed  
 hic nobis opera testimoniū perhibēt. Hæc dicimus.  
 Et quid dico, inquit, ego? Spem enim habeo fidei ve-  
 stræ quę subcreuit. Nō em̄ affirmat simpliciter suo  
 more, sed spero, inquit, vobis accedētibus, q̄ & vlte-  
 rius regula vestra extendetur, vt euangelizē vltra ve-  
 stras regiones: profecimus em̄ & vltra, ita vt prædica-  
 mus & laborem', & nō solis sermonib', vbi alij labo-  
 rarūt, gloriemur. Bene autē regulā vocat & mēsurā,  
 quasi ad possessionē orbis terrarū & ad optimam he-  
 reditatē accesserit: & ostēdens totum hoc opus esse  
 dei. Proinde habētes talia opera & maiora expectā-  
 tes, nō gloriosi sumus, vt illi quib' nihil est, neq; no-  
 bis ipsis quid imputam', sed deo totū. Idcirco & ad-  
 dit, Qui gloriatur, in domino gloriatur. Et hoc, inquit, ex deo  
 nobis aduenit. Nō enim qui seipsum cōmendat, probatus est, sed  
 quem dominus cōmendat. Non dixit, nos sumus: sed, quē  
 dominus cōmendat. Vidisti quomodo humiliter lo-  
 quitur? Si autē procedens sublimiora ponit, ne mire-  
 ris: id enim Paulinā sapiētia est. Si em̄ vbiq; humi-  
 lia dicitur' fuisse, nō illos sic perstrinxisset, neq; disci-  
 pulos ab errore liberasset. Fieri enim potest, q̄ & hu-  
 milia loquēs intēpestiue, damnū faciat, & dicēs de  
 se ipso mirabile quiddā tēpestiue, profit, quēadmo-  
 dum scilicet & ille fecit. Non enim parū periculum  
 erat discipulis malū quiddā de Paulo persuaderi, nō  
 quod Paulus gloriā ab hominibus quæreret: nam si  
 hāc quæsiuisset, nō magna illa & mirabilia, quę ante  
 tēpus quatuordecim annorū viderat, siluisset, & vr-  
 gente necessitate nō sic cessasset, & tardus fuisset ad  
 loquendū: manifestum autē, quod neq; tūc dixisset,  
 nisi multū coactus fuisset. Igitur non humanā gloriā  
 sectans hæc dicebat, sed discipulorū curam habebat.  
 Quoniam enim vituperabant ipsum vt arrogantem,  
 & sermonibus superbū, factisq; nihil declarare va-  
 lentem, cogitur vltro ad ipsas venire reuelationes.  
 Quāuis valeret tūc cū hæc diceret illis, operibus per-  
 suadere: attamē vt maluit minis suæ potētia. Nam a  
 vana gloria alien' erat ac purus, id quod omnis etiā  
 superior, ac sequēs eius vita ostēdit. Hāc em̄ ob cau-  
 sam repente cōuersus est, & conuersus confudit Iu-  
 deos, & omnē illum honorē quem ab illis expectare  
 poterat, abiicit, quāuis inter illos esset caput & præ-  
 cipuus: sed inuenta veritate ne cogitabat quidem de  
 ea re, quin pro contumeliis & iniuriis bona repēde-

† cū simpli-  
e ter af-  
fuisse  
apostolorū  
discipulis,  
submissis  
rotum im-  
putasse ex  
longa.

1. Cor. 4. c ea re, quin pro contumeliis & iniuriis bona repēde-

bat, & ad multorū salutē respiciebat, in quo torū col-  
 locabat. Quī enim neque gehennā, neq; regnū putā-  
 uit aliquid esse, neque innumeros mundos, si cū de-  
 siderio Christi cōferatur: quomodo gloriā a multis  
 venatus esset? Minime, sed & valde humilis erat: quā-  
 do licebat, etiā superiorem vitā suam infamabat, se  
 scilicet blasphemū, & persecutorē, & cōtumeliarum  
 authorē vocās: discipulus quoq; illius Lucas multa  
 de illo dicit, certum q̄ ab illo edoctus vitā suā prio-  
 rem, nō minus quā sequentem diuulgante. Hæc Mora-  
 autem dico, non vt audiamus solum, sed vt & disca-  
 mus. Nam si ille delictorū quę ante lauacrum memi-  
 nit, quāuis omnia euauissent: quā igitur veniā habi-  
 turi sumus, si nos post lauacrū non fuerimus memo-  
 res? Quid dicis homo? offendisti deū & obliuisceris?  
 en noua offensa, secundāq; inimicitia. Itaq; quorū  
 peccatorū solutionē petis, eorūne quę ipse nescis?  
 Vtiq; nō enim sollicitus es, nec curas vt rationē red-  
 das: qui autē non est memor, is magis illudit: erit au-  
 tem tempus, quādo nihil proficiet nostra correptio.  
 Etenim necesse est, vt moriamur: (nā quia adeo in-  
 sensati sumus pleriq; & de manifestariis reb' sermo-  
 nem facere oportet) & resurgamus omnino, & iudi-  
 cemur ac puniamur, imō [hoc] non omnino, si volue-  
 rimus: † mortis em̄ nostre, resurrectionis, atq; iudicii,  
 nos nō sumus domini, sed dominus noster. Ad dan-  
 dā autē pœnā, an nō nos sumus domini? hoc enim  
 est ex possibilibus, & si voluerimus, impossibile istud  
 faciemus. Quēadmodū igitur Paulus, ita & Petrus &  
 sancti omnes. † Etenim & ille quod impossibile erat,  
 vi trahēs possibile fecit. Quod si & nos voluerimus,  
 etiā nos similiter impossibile † quiddam a nobis fieri  
 experiemur. Nam licet innumera deliquerim', pos-  
 sibile tamē est, vt reparemur, quādo adhuc hic sum'.  
 Reparem' igitur nos ipsos. † Et quę diligit] recogitet,  
 quod paruo post tēpore hinc emigraturus sit, quādo  
 satis per ætatē suam deliciis vacarit. Quāuis quales  
 habēdā sunt deliciæ, in malitia versari? Verū iam ad  
 illius gloriā hoc loquor. Recogitet cum illis, q̄ possit  
 in breui hoc tēpore hoc totū abluere. Itē adolescēs  
 expendat etiā ipse, quā incerta mors, & quod sæpe  
 adolescentes ante senes mortui sint. Nā vt ne mortē  
 nostrā difficiliorem faciamus, incerta relicta est: vn-  
 de & sapiēs quis admonet dicens: Ne moreris con-  
 uerti ad dominū, & ne differas de die in diem, nescis  
 quid paritura sit superuētura dies: periculū enim &  
 metus est in differēdo, sal' vero certa ac secura, si nul-  
 la sit dilatio. Virtutē igitur cole. Sic enim licet iuue-  
 nis moriari, [secure discesseris, quod si ad senectutē  
 peruenieris,] cū multa abundātia salutē habiturus es,  
 duplicemq; festiuitatē, nēpe abstinēs a vitæ malitia,  
 & virtutē colens. Ne dicas, erit aliquando tempus,  
 quādo cōuerti licebit. Verba enim hæc deū valde ex-  
 asperant. Cū nā, cum ipse tibi infinita secula promi-  
 sit, tu in præsentī vita laborare non vis, quæ parua &  
 momentanea est: sed sic marcidus ac dissolutus agis,  
 quasi hac breuiore aliā quandā inquiras? Nōne illę  
 quotidianæ comestationes, nōne illæ mēlæ, nōne  
 scorta illa, nōne theatra illa, nōne diuitiæ illæ id  
 testātur? Quādiu quasi sint, illa amas? quādiu habes  
 inexplēbilē malitiæ concupiscentiā? Cogita bene, q̄  
 quoties scortatus es, toties condemnasti te ipsum.  
 Peccatū enim ita se habet, vt mox atq; patratum fue-  
 rit, sententiā ferat iudex. Inebriatus es? vētri indulsisti:  
 rapuisti? Siste iam gradū, verte te in diuersum, cō-  
 ferre

phili. 3. b

1. Tim. 1. c

† siquidē  
illorū mor-  
tis nostræ,  
&c.

† Etenim  
vt illi pu-  
niantur,  
est impos-  
sibile.

† ferit quic  
quā pati-  
† Et senex  
quidem.

Eccl. 5. b

fitere deo gratiā, q̄ nō in mediis peccatis te abstulit: ne quare aliud priuilegiū, vt male opereris. Multi cū iam aliis dānum fraudulenter facerent, subitō perierunt, & ad manifestū iudiciū abierunt. Time ne & tu hoc patiare inexcusabilis. Sed multis, inquit, dedit deus priuilegium, vt in vltima senecta cōfiterentur. Quid igitur nūquid & tibi dabit? Fortasse dabit, inquit. Cur dicis, fortasse? Cōtingit aliquoties? Cogita quōd de anima deliberas, proinde etiā de contrario cogita, & dic: Quid autē, si nō det? Quid autē si det, inquit? Det quidē ipse. Verūtamē hoc illo certius & vtilius. Nā si iam cōperis, totū lucrifeceris, siue priuilegiū assequare, siue nō assequare. Si autem semper cessas, ob hoc sēpe nō accipies. Tu autē in bellum egressus, nō dicis, Non est opus vt me pręparē, ] fortassis redibo. neq; de nuptiis deliberās dices, Accipiā vxorē pauperē: multi em̄ & sic pręter spem ditati sunt. neq; domū extruēs, subiiciā fundamenta putria: multæ em̄ & sic cōstitere domus. de anima autē agēs apprehēdis magis putria dicēs, fortassis & sēpius euenit, & cōtingit aliquādo, tēq; incertis tradis. Incertū quidē est, inquit, sed fido dei misericordiæ: misericors em̄ est deus. Scio & ego, sed misericors ille deus, & illos de quib⁹ dixi hinc abstulit. Quid autē si etiā multum tēporis acceperis, & similiter idē māferis? Qui enim talis, etiā in senecta segnis erit. Non, inquit. Nam quæ est illa ratiocinatio, etiā post octoginta annos nonaginta inquirere, & post nonaginta centū? & post centum, negligentior eris, sicq; vita omnis frustra cōsumetur, & euenient etiā tibi ea quæ de ludæis dicta sunt, quōd defecerit in vanitate dies eorū: & vtinā in vanitate solum, & non in malitia. Nā quando hinc migrabimus graue pondus peccatorū gestātes, accedit id mali quōd fomitē afferem⁹ igni, mensām; largā vermi. Ideo oro & obsecro, vt sistamus aliquando strenue gressum, & recedamus a malis, vt & promissa bona assequamur. Quæ nobis omnia cōcedatur gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quē & cū quo patri ac sancto spiritui sit gloria nunc & semper, & in secula seculorū, Amē.

Homilia XXIII.

Cap. XI.



**V**tinam sustinuissetis me paulisper in insipientia, imō & sustinetis me. Zelotypus enim sum erga vos zelo dei. Laudes suas ingressurus, multa præcastigatione vsus est, non cōtentus hoc semel &

iterum fecisse. ] Et quoniā magna illi erat necessitas pro se dicere, ac defendere etiam ea quæ sēpe dixerat: Nam memor erat peccatorum, quorum deus nō erat memor, & idcirco dicens, ] Indignus sum vt Apostolus vocer: etiā insensatis manifestū, quōd quæ nunc dicturus est, ea non propter vanā gloriā dicat. Oportebat enim mirabile quiddā dicere, & de seipso magna loqui: id quod gloriā maxime offendit, & accidit hoc multis. At nec hoc omittit, sed ad solā respexit auditorū salutē: ita autem, vt per hoc insipientiores non læderentur, dum magna de se loquitur. Multū enim vsus est illis præcastigationibus, dicitq;: *Vtinam sustinuissetis me paulisper [ineptientem], imō & sustinuetis me.* Vidisti sapientiam? dieendo enim, vtinam, illos facit dominos: & quod affirmat, fiduciam illius, erga ipsos declarat, ostenditq; quōd amet ac ametur, imō nō a parua dilectione simpliciter, sed a feruido quodam amore & infaniente dicit debere ipsos sustinere etiā ineptientē. Vnde & subdit, *Zelotypus enim sum erga vos dei zelo.* Non dixit, diligo enim vos, sed quod

his multo vehementius erat ponit: zelotypæ enim sunt animæ, quæ immodico dilectorū amore flagrāt, & nō aliūde nascitur zelotypia, quā ex vehemēti dilectione. Ad hęc ne putēt, q̄ vel dominationis, vel honoris, vel diuitiarū, vel aliorū istorū gratia amicitia illorum cupiat, adiecit dicens, zelo dei. Etenim deus dicitur zelare, non vt affectiōē quādam in ipso suspicetur quispiam. Deus enim passionibus non est obnoxius, sed vt discant omnes, quōd propter nihil aliud quā propter eos quos tā efflicim amat, omnia faciat: non vt ipse aliquid lucrifaciat, sed vt illi feruetur. Etenim in hominib⁹ nō est zelus talis, sed ob propriā quietem: nō vt decedat amicorū contumeliis, sed ne ipsi qui diligūt contristentur, & minus chari sint, minūq; inueniāt apud eos qui diligūtur. Hic nō sic. Nō enim hoc mihi curē est, inquit, ne minus apud vos habeā, sed ne vos pessundare videam. Talis em̄ est dei zelus, talis & meus est, magnus scilicet & purus. Deinde additur & necessaria causa: *Despondi enim vos vni viro virginē castā.* Itaq; nō mihi ipsi, sed illi cui vos despōdi zelotypus sum. Præfens enim tēpus despōsationis est, thalamorū vero aliud, nempe quando dicent, Surrexit sponsus. O nouas res. In mūdo virgines manēt ante nuptias, post nuptias nō item. Hic autē nō sic. Nam licet nō sint virgines ante nuptias illas, post nuptias tamen virgines fiunt. Sic oīs ecclesia virgo est. Hæc enim omnibus loquēs dicit & cōiugatis, & nō cōiugatis. Cæterum videam⁹, quid ferēs, nos despōsarit, quales dotes, nō aurū, nō argentū, sed regnū cœlorum. Idcirco & dicebat, Pro Christo legatione fungimur, & exhortatur quando spōsam sumpturi sint. Huius typus erāt ea quæ de Abraham leguntur: etenim ille quoq; seruū fideliē misit despōsaturū filiā Gentilē. Et hoc loco misit deus ministros suos despōsaturus filio ecclesiā, & olim prophetas hæc dicētes: Audi filia & vide, & obliuiscere populi tui, & domus patris tui, & cōcupiscet rex decorem tuū. Vidisti etiā prophetam, qui despōsabat? Audisti Apostolū quoq; magna fiducia hoc verbum loquentem ac dicentē, *Despōsaui vos vni viro, virginem castā vt exhiberetis Christo?* Vidisti iterū sapientia: nam postquā dixit, *Vtinam sustinuissetis me, nō dixit, Doctor enim vester sum, & nō propter me ipsum dico, sed dignitatē quam illis potissimū afferebat, ponit, statuens se in loco pronubi, illos vero in ordine spōsæ, subdēsq; dicit: Metuo autem, ne quo pacto serps Hecia decepit per versutiā suā, ita corrūpantur sensus vestri a simplicitate quæ est in Christum.* Nam quanuis vester sit interitus, tristitia tamē cōmunis est. Considera sapientia quoq;: Non enim isthuc apparet, quāuis fuerint corrupti. Et hoc manifestās dicebat, *Quādo impleatur vestra obedientia, lugeāq; multos ex his qui antea peccauerūt: attamē non permittit illos absq; pudore: idcirco & inquit, ne forte. Nā neq; cōdemnat, neq; silet: neutrū enim securū, siue manifeste dicat, siue perpetuo celes: p̄pterea mediū ponit dicēs, ne forte. Sic enim dicere, nō est omnino condēnare, neq; omnino absoluere, sed intra mediū horū duorū consistere: vnde sic quidem mitigabat: mentione vero historiarū, metum indicibilem illis immisit, & omni illos venia destituit: nā cum & malignus serps hūc, insensatus fuerit, mulierē licet talis esset, malis inuoluerit, ] videte igit ne hæc patiamini. Etem⁹ & ille maioribus promissis decepit, quæ admodū & superbi ac elati illi ipsos decipiebāt: quod nō solū hinc, sed etiā aliunde*

aliūde cōiectare licet, nempe ex his quæ post hęc dicit: *Nā si is qui venit, aliū Iesum prædicat, quē non prædicauimus, vel spiritum aliū accipitis [quem non accepistis] vel aliud euangeliū quod non accepistis, recte sustinuissetis.* Et nō dixit, *Ne forte sicut Adā deceptus est: sed ostēdit mulieres esse eos, qui hæc patiūtur: mulierum enim est decipi.* Nec dixit, sic & vos decipiāmini: sed p̄manēs in metaphora, inquit, *Corrūpātur sensus vestri a simplicitate ea quæ est in Christū: tob securitatē, ] nō ob malitiā dico, neq; ob malignū, neq; quia vos nō creditis, sed ob securitatē, propter quam qui decipiūtur, venia digni nō sūt: ] id quod declarauit Heua. Quod si hoc venia indignum, multo magis si quis propter vanā gloriā hæc patiatur. Nam siquidē is qui venit aliū Iesum prædicat, quē nos non prædicauimus, ostēdens hinc nō Corinthios esse, sed aliūde eos qui decipiūt pri⁹ corruptos, ideo dicit: *Qui venit. Si spiritū aliū accipitis, si Euāgelium aliud quod nō accepistis, recte sustinuissetis.* Quid dicis? *Qui dixit Galatis, Si quis euāgelizauerit vobis præter id quod accepistis, anathema sit: nūc dicis, Recte sustinuissetis: Quin & propter hoc nō oportebat sustinere, sed resilire. Nā si eadē dicerēt, oportebat sustinere: quomodo igitur dicis, si eadē dicūt, nō sustinēdos? Num si alia dicerēt sustinēdi essent? Nō. Attēdamus ergo, magnū enim periculū & profundum præcipitium, si obiter hoc præterierimus: ] quod si dicatur, ] omnib⁹ hæresibus aditū patefaciet. ] Quid igitur est? Nomen verborū illorum ] sic iactabant illi, quasi imperfecte Apostoli docuerint, & illi aliquid amplius afferentes dixerint. Verisimile enim est illos multū nugātes, intolerabilē stultitiā suis dogmatis admiscuisse. Eapropter & serpētis ac Heuæ meminit expectatione maximarū rerū deceptæ. Hoc em̄ in priore epistola insinuās dicebat, ] diuites facti estis, absq; nobis regnastis. Iterū, Nos stulti propter Christū, vos autem prudentes in Christo. Quoniā igitur verisimile est illos multū nugatos, externa sapiētia vsos: hoc inquit, q̄ siquidē amplius quid dicerēt illi, & aliū prædicarēt Christum, quem non oportebat prædicari, nos autē omissem⁹, recte sustinuissetis: propter hoc addidit, quē nō prædicauimus. Si autē hæc capita fidei sunt, quid amplius poterāt? quicquid enim dixerint, non ampli⁹ dicēt his quæ a nobis dicta sunt. Et vide quomodo istud ponit diligēter: non dixit, *Siquidē is qui venit, maius quid dicit. Dicebant enim maius quid, cū maiore potestate cōcionātes, ampliorēq; verborum ornatu: propterea hoc non dixit, sed quid? Qui venit, aliū Iesum prædicat, id quod nō opus habebat multa verborum supellectile. Vel spiritum aliū accipitis, neq; hic opus verbis, id est, ditiores vos facit, ] si ] domini gratiam, vel euangeliū aliud accipitis, quod nō accepistis. Etiā hoc nō egebat verbis, recte sustinuissetis. Tu autē obserua, quomodo vbiq; discretionē vsus sit, quæ declaret, q̄ nihil amplius, neq; maius ab illis introducū sit. Nā cū dixisset, Nam siquidē is qui venit, aliū Iesum prædicat, adiecit, quem nō prædicauimus: & spiritū aliū accipitis, addidit, quē nō accepistis: vel euāgelii aliud, ] adiecit, ] quod non suscepistis: per omnia demōstrans, q̄ non statim attendere oporteat, si amplius quid dixerint: sed semper, quid amplius dixerint, quod dici oportebat, & a nobis prætermisissum est: quod si non opus erat, & p̄pterea neq; a nobis dictū est, & eadē dicūt, quid ergo illos sic obstupefcitis? Et si dicat, Si eadē***

dicūt, quare illos prohibes? quia hypocritis vtētes aliā introducūt dogmata: verū hoc quidē iam nō ponit, postea autē quādo, inquit, persona assumpta apostolorū Christi, iam vero per minus molesta ab autoritate illorū discipulos abducit, & non illis inuidens, sed hos muniēs. Quia & aliās Apollo non prohibet, tametsi vir eloquēs esset, & in scripturis potēs, sed & obsecrat & promittit missurū illū: quia cū eruditionē ille etiā dogmatum retinebat rectitudinem, hi vero cōtrario modo se habebant. Idcirco illos impugnat, & discipulis ab illis p̄dentibus improperat dicēs: q̄ siquidem nos omissem⁹ aliquid quod oportebat annūciari, implessent autē illi, non prohiberemus attendere: si autē omnia a nobis absoluta sunt, & omissum est nihil, quomodo vos rapuerūt illi? proinde & addit dicens: *Arbitror enim me nihil inferiorem fuisse eximiis apostolis.* Non iā cum illis, sed cum Petro & cæteris se cōparat, ] & ita magnum quid inter me & illos distat. ] Et vide quomodo etiā hoc loco modeste loquitur. Non enim dixit, nihil me amplius locuti sunt apostoli. Sed quomodo? Arbitror, sic puto, q̄ nihil minor sum eximiis apostolis. Quoniā em̄ & hoc videbatur illū humiliorē facere, quia illi priores maius nomē habebāt, & magis de illis sciebatur, erantq; hi seipos cōmendaturi, & idcirco cū illis se cōfert, habitu sibi cōgruēte. Ideo & cū laudibus illorū meminit apostolorū nō simpliciter dicens, sed eximiis illis Petro, Iacobo, & Ioanne scilicet: *Cæterum licet imperitus sim sermone, non tamē scientia.* Nam quoniā illo multum gloriabantur hi qui Corinthios corrūpebant, q̄ non essent imperiti, etiā hoc ponit, monstrans quōd non inde cōfundatur, sed magis honestetur. Et nō dixit, si autē & imperitus sermone, sunt etiā illi tales. Hoc em̄ vsū fuisse esse scillos accusantis, & hos exaltātis: verum istā impugnat externam sapientiam. Et in priore quidē epistola multū cerrat de hoc, dicens q̄ non solum nihil conducat ad hanc prædicationem, sed etiam adumbret gloriā crucis. Veni enim, inquit, non secundum excellentiā sermonis, vel sapiētiæ ad vos, vt ne vacuetur crux Christi, & alia multa id genus, eo q̄ scientia imperiti essent, ] & in summa laborarent imperitia. ] Igitur in magnis quidē rebus se magnis apostolis cōfert: quando autem ostendēdum imperfectius quiddā, nō idem facit, sed re ipsa colligit ac ostēdit abundantiam esse hoc quod factū: & quādo nulla necessitas vrget, etiā minimum se esse apostolorū, ] & nulla prædicatione ] dignū dicit. Hic vero iterum, quādo tēpus postulat, dicit se nō minorē eximiis apostolis. Ita enim decebat, vt maxime prodesset discipulis. Vnde etiam subdit, dicens: *Verū vbiq; manifesti sumus in omnibus erga vos.* Enimvero hoc loco iterū accusat pseudapostolos, quasi maligne obābulantes. Hæc autē & antea de seipso dicebat, q̄ non iuxta personam viueret, neque fraudulētus, & adulterās sermonē prædicaret. Illi autem ] alij quidā erāt, alij etiā apparebant: ] sed nō ipse. Idcirco & vbiq; superbit in eo, quod nihil ad hominū gloriā faciat, neque occultet res suas: id quod & antea dicebat, manifestatione veritatis cōmendātes nos ipsos ad omniū conscientia hominū. Nūc autem dicit, In omnibus manifestati sumus erga vos. Quid autē hoc est? Imperiti sumus, & nō celamus: accipimus a quibusdam, & nō silemus. De vobis itaq; accipimus, & non simulamus nō accipere, sicut illi accipiētes, sed omnia facimus manifesta vobis. Sūt verba bene cōfidentis

simplicitatem, tamen neque hinc venia digni sunt qui decipiuntur:

Gal. 1. b

quod hic dicitur, Quis igitur est sensus istorum verborum? sic

1. Cor. 4. b

secundū

itaque si distat. ] Et vide quomodo etiam hoc loco modeste loquitur. Non enim dixit, nihil me amplius locuti sunt apostoli. Sed quomodo? Arbitror, sic puto, q̄ nihil minor sum eximiis apostolis.

1. Cor. 1. b

quæ quidam de summa est imperitia.

1. Cor. 1. b

neque se apostoli appellatiōne.

alij quidam dem erāt, alij vero apparebant.

Sup. 4. b

fidēntis



fidētis illis, & cū veritate omnia annūciatis. Idcirco & testes illos vocat & nūc vbi dixit, In omnibus erga vos: & antea, Nō enim alia scribimus vobis, quā quā legitis. Deinde vbi pro se rationē reddidit, grauitur quod reliquum erat, apponit dicens: *Num peccatum feci meipsum humiliās, vt vos exaltemini?* Et interpretās istud dicit: *Alius ecclesias deprædatus sum, accepto ab illis stipendio ad vestrū ministeriū.* Quod autē dicit, hūc sensum habet: In angustia versabar, hoc em̄ est, humiliās meipsum. Hoc igitur est, quod potestis mihi impropere, & ppter hoc mihi onerosi estis, quia humiliāui meipsum mēdicās angustias obrut, esuriens, vt vos exaltemini. & quomodo exaltantur hi, hoc in tāta angustia existēte? imō ædificabātur, & nō offēdebātur, quo & maxime accusabātur, & infirmitatis redarguebātur: neq; em̄ illi aliter induci poterāt, nisi ipso prius humiliatō. Impropere, inquit, mihi, q̄ humiliis fuerim, sed ppterea vos exaltati estis. Quoniam enim & superius dicebat, quod accusabāt illum quod præsens quidē humilis est, absens vero audax: excusans perstringit illos, iterū hic dicens: quod hoc ppter vos feci, alias ecclesias deprædat sum. Hoc loco iterū, cū cōfusione, sed priora t̄non permittit] duriora apparere. dixerat enim, Vtinā sustineretis me paulisper in insipiētia. Et anteq̄ illa] sua bene gesta, in hoc primo gloriatur. Hoc em̄ maxime quærūt seculares, & in hoc etiā illi aduersarij superbiebāt: eapropter nō pri<sup>o</sup> sermonē de periculis aggreditur, vel de signis, sed de opum contēptu, quoniam per hoc superbiebāt: insinuat simul & illos esse diuites. Hoc autem admirabile est ī illo, quod poterat dicere, q̄ ex laboribus manū pascatur, & nō dixit, sed q̄ maxime illos admonebat, & neq; illius laus erat. Dicit, ab aliis accepi: & nō dixit, accepi, sed, deprædatus sum, hoc est illos nudāui & pauperes feci. Et q̄ maius, nō ad abūdantiā, sed in vsum necessariū: quādo enim dicit, accepto ab illis stipēdio, intelligit necessariū alimētum: & quod grauius est, in vestrū ministeriū: vobis prædicam, & a vobis debebā ali, ab aliis autē accepi. Duplex crimē, imō triplex, quia & apud illos erat, & illis ministrabat, & necessariū quærebat alimentū, alios habebat suppeditātes. † Nō solū enim aliorum multorū erat excellentia, quorū illi segnitie, alij studio præcellēbāt: nā illi quidē absenti mittebāt, hi vero præsentē] non alēbant. Porro quoniam acriter illos reprehēderat, sensim iterū vehemētiā reprehēditionis retrahit, dicens: *Et cum præsens essem apud vos at in studio: que egerem, nullum grauabam.* Non enim dixit, Nō deditis mihi: sed, ego non accepi. Parcit enim iam illis, attamē in contextu sermonis clam̄ iterū perstringit. Præsentē esse & egere, emphaticū est, & prægnantē habet significatiōē. Vt em̄ nō dicāt, quid si habuisses? subdidit, & egēs non grauaui vos. Hic iterū modestē illos pūgit, q̄ quod eo periculo obnoxij fuerint, vt sic grauarētur. Præterea causa accusatiōis referata est ac zelotypia. Ideo & posuit illā simpliciter, sed docēs vnde & a quib<sup>o</sup> educatus sit. Et iterū ipsos sine suspiciōne extimulat ad elemosynā opus. *Nam quod mihi deerat, suppleuerunt fratres qui venerant a Macedonia.* Vidisti quomodo exacerbat iterū positus in medium fratib<sup>o</sup> qui ministrarēt. Primū em̄ desiderare eos facit, vt cognoscāt quinā illi sint, [de quib<sup>o</sup> loquerētur cum diceret.] *Alias ecclesias deprædatus sum: & deinde, rominib<sup>o</sup> eos exprimit, quo sane & ad elemosynā illos prouocat. Nā is qui negligebāt alere apostolū*

Ibid. 1. c.

† non permittunt ista. Hic sup. talia.

† et mult. ad illos erat excellentia. Nā illi in se. dem absenti mittebant, illi vero præsentem. † quod tāquam grauius cunctis talia referent.

stolū, persuadet, ne in pauperū subsidio minores videantur. Hoc autē & ipsis Macedonibus scribēs dicit, In vsus meos misistis mihi semel ac iterum: & in principio euāgelij: quod sanē maximū illorū præconiū erat, quod statim ab initio euāgelij sic floruerūt. Ceterū vide vbiq; posuisse, quod vsui sibi fuerint, & nusquā in abundantiam. Etenim dicēdo, Præsens & egēs: ostēdit q̄ apud Corinthios indigebat pasci: dicēdo vero, ea quæ mihi deerāt, suppleuerūt, ostēdit quod nō petiuerit, neq; causam posuerit, quæ nō esset. Quænam hæc? q̄ ab aliis acceperit: nā quæ mihi deerāt, inquit, suppleuerūt qui venerūt. Propter hoc, inquit, nō grauari sunt, nō q̄ non ausim. Etenim propter hoc istud ponit, & ostēdit per sequētia, sed non dicit ipsum manifeste, verū adūbrat, conscientia auditorū relinquens, & occulte per sequētia ostēdit dicens: *Et in omnibus, ne cui grauis essem me seruauit, & seruabo.* Ne em̄, inquit, putetis me dicere vt accipiā: nam q̄ dicit seruabo, grauius dicit. Et nisi quā de illis fiduciam haberet, sed semel abnegat se quippiā accepturum. Ostēdit autē q̄, & hoc graue putarit esse futurū, vnde dicebat, seruauit me & seruabo me, ne cui sim grauis. Hoc & in priore epistola dicit, nō scripsi vt sic fiat in me. Bonū enim mihi est mori, quā vt quis gloriatiōē meā euacuet. Et hoc loco iterum, ne vobis sim grauis, me seruauit & seruabo. Et deinde ne videatur hæc dicere, vt magis illos cōciliet, inquit: *Est veritas Christi in me.* Ne putetis q̄ idcirco dixi, vt accipiam, vt magis attraham. *Est enim, inquit, veritas in me, quod gloriatio ista nō interrumpetur in regionibus Achaie.* Vt enim ne quis illū putet super hac re iterū dolere, vel iratū hæc dicere, factū ipsum gloriatiōē vocat. Et in priore quoque epistola similiter istud facit, atque adeo neq; illic perstringi illos dicit. *Quæ igitur, inquit, mihi est merces? vt euāgelizās sine sumptu ponā euāgelij Christi.* Et quæ admodū illic mercedem, ita hic gloriatiōem vocat, vt ne valde cōfundantur dicitis, quasi petenti non exhibētes. *Quid enim? & vos datis, inquit, sed ego nō accipio. & nō interrumpetur, à metaphora fluminū vel fontis quasi vbique fluentis, quia nō accipit, nō obturabitur dono libertatē meā. Non tamen dixit, nō obturabitur, id quod austerius erat: sed, nō interrumpetur in regionibus Achaie.* Hoc iterum erat dictū dans plagā, sufficiebātq; ad humiliādum illos ac contristandū: siquidē solos illos depræcatus esset. Si enim gloriatus esset, vbique oportebat gloriari: si autē in vno solo, propter infirmitatē fortasse nostrā: vt igitur ne hæc cogitātes cōtristētur, vide quomodo istuc corrigat. *Quare? num quia nō diligo vos? Deus nouit.* Statim & mox corrigit, sed neque sic alienauit illos à criminibus. Neq; enim dixit, nō estis infirmi, neq; nō estis fortes, sed diligo vos: quod maxime illorum crimē auxit. Quod enim impensē diligit illos, declarabat nō accipiēdo ab illis, quoniam valde perstringebātur: & ita diuersā ab amore faciebat, & accipiebat, & nō accipiebat. Diuersitas autē hæc erat iuxta dantiū habitū: & non dixit quidē, Propter hoc nō accipio, quia valde vos diligo: alioqui infirmitatē illorū accusasset, & perplexos fecisset: sed vertit in aliam causam sermonē. *Qualē mne? Vt amputem occasionē eorū, qui volunt occasionē, vt in quo gloriantur, inueniatur sicut & nos.* Quoniam hoc curabant vt ansam quādam apprehenderent, & hanc tollere oportebat: hoc enim est, in quo solo gloriantur, igitur vt nihil amplius habeāt, q̄ quod corrigere oporteat. In aliis em̄ inferiores

Phil. 4.

1. Cor. 9.

Ibid.

1. Cor. 10.

inferiores fuerūt. Nihil enim sic edificat seculares, vt nō accipere. Vnde malignus ille diabolus, hæc potissimū escā parat, volēs illos aliō tractos lædere. Videtur autē mihi etiā hoc ad hypocrisin pertinere, eo q̄ neque dixit, in quo bene egerunt: sed quid? in quo gloriātur, quod certe taxātis est arrogatiā. Glorianē enim esse quod nō sunt, cū virum spectabilē virtute, nō solū nō de his quæ nō habet, sed neq; de his quæ habet gloriari oporteat: sicut beatus ille Apostolus faciebat, & sicut Abrahā patriarcha dicēs: *Ego autē sum terra ac cinis.* Quoniam em̄ nō habebat peccata, quæ diceret, sed vndiq; bonis operib<sup>o</sup> fulgebat, circūcursans, & nihil cōtra se inueniēs, ad naturā ipsam cōfugit. Et quoniam terræ videtur quodāmodo honestū etiā nomē, cineris addidit. Proinde ali<sup>o</sup> quispiam dicebat, *Quid superbit terra & cinis?* Ne igitur dicas mihi, florē oculorū, neq; erectā ceruicē, neq; chlamydē & equū, & ministros: sed vbi moritur, hæc omnia cogita & attēde. Si autē ea quæ vidētur dixeris, dicā & ego ea quæ in scripturis inuenio multo his clariora: nam quæ admodū propter aspectū nō admiramur substantiā illorū, videntes quod totum limus sit: ita certe neque hæc, quæ etiam ipsa limus: imō etiam priusquā dissoluatur, & fiat puluis, ostēde mihi erectum illum febre laborantē animāq; agentē, tunc que tibi dicā & loquar: *Quid factus magn<sup>o</sup> ille cult<sup>o</sup>? Quod puenit frequēs illa adulatio, & pōpa ministrorum, abūdantia pecuniarū & opum? Quis ventus ingressus diffudit omnia? Quin & in feretro iacēs fert diuitiarū & superbix symbola, vestitu splendido adiacēte, pauperibus & diuitibus præcedētibus, vulgo celebrāte.* Maxime quidem & hæc ridicula, & facile reprehēduntur, sicut flos vbi diffuit: nā quando viā trāseo portarū ciuitatis, & vbi illi corpus tradiderūt vermib<sup>o</sup>, iterū dicam tibi: *Quod vadit multitudo illa? quid facta est vociferatio & commotio? vbi faces? vbi chori mulierum? Nōne hæc omnia somniū sunt? Quid autem factum ex acclamationibus? vbi multa illa ora quæ clamabant & iubebant fidere, quia t̄nullus immortalis?* Nō hæc nūc oportebat dicere non audiēt, sed quādo rapiebat, quādo defraudabat: tūc parū mutatis verbis dicere oportebat, Nō est fidendum in illis, nullus immortalis, cohibe infantiā, extingue cōcupiscentiā. *† Ei vero qui læditur, dicatur, Fidendū est: illi vero qui talia nūc curat, parcēdū erat, nec illudēdū: nō enim propter hoc illum iam oportet fiduciā habere, sed timere pot<sup>o</sup> ac tremere: quāuis & illi qui iā stadiū egressus sine vtilitate dicatur, est diuites hoc morbo detenti, & laborātes audiāt: nam quoniam antea præ ebrietate diuitiarū nihil tale cogitant, sed in tēpore illo, quādo ab aspectu moriētis, quod dicūt, credibile fit, prudētiores fiāt, erudiātur intelligentes, q̄ paulo post & ipsi ad terribilia sequētes, illa iudicia ducentur, & dare cogētur rationem eorū quæ rapuerunt, & fraudibus conquisuerūt. Et quid hæc ad pauperes dicis pertinēt? Maxime: multis em̄ & hoc gratū & iucundum, videre eū qui læsit puniri: sed vobis nō est iucundū, sed si nihil mali patiat: laudo enim vos & approbo alienis calamitatibus nō gaudētis, sed propriam vtilitatē sectantes. Agē igitur & hæc vobis promittamus: nā si ab hominib<sup>o</sup> male patiamur, t̄ & nō paruo debito destituimur, ferentes viriliter quæ fiūt, nunquid lædimur? Deus em̄ in mercedē imputat, non quod iuste nobis debeat, sed q̄ misericors est, t̄ & pius] non iuuat eū qui affligebatur.*

Gen. 18. d

Eccl. 10. b. Mora. le.

† nulla mors.

† Ceterū quāuis illi, qui iam stadium egressus sit, sine vtilitate hæc dicatur: diuites tamen eadē morbo detenti, & ad sepulchrum sequētes, illa iudicia ducentur, & dare cogētur rationem eorū quæ rapuerunt, & fraudibus conquisuerūt. Et quid hæc ad pauperes dicis pertinēt? Maxime: multis em̄ & hoc gratū & iucundum, videre eū qui læsit puniri: sed vobis nō est iucundū, sed si nihil mali patiat: laudo enim vos & approbo alienis calamitatibus nō gaudētis, sed propriam vtilitatē sectantes. Agē igitur & hæc vobis promittamus: nā si ab hominib<sup>o</sup> male patiamur, t̄ & nō paruo debito destituimur, ferentes viriliter quæ fiūt, nunquid lædimur? Deus em̄ in mercedē imputat, non quod iuste nobis debeat, sed q̄ misericors est, t̄ & pius] non iuuat eū qui affligebatur.

tur. Vnde hoc manifestum? inquit. Male vexabatur olim à Babyloniis Iudæi, nec phibeat dominus, & abducebatur pueri ac mulieres, & secuta est captiuitas ista. Iuxta rationē peccatorū facta est illis cōsolatio. Idcirco Esaiā dicit: *Cōsolamini, cōsolamini populum meū sacerdotes, loquamini ad cor Hierusalē, quia accepit de manu domini duplicia peccata sua.* Et iterū: *Da nobis pacē. Omnia enim perfoluisti nobis.* Et Dauid inquit, *Vide inimicos meos, quia multiplicati sunt, & dimitte oīa peccata mea.* Et quando Semei maledicētē ferebat, dicit: *Dimitte illū, vt videat dominus humilitatē meā, & retribuatur mihi pro die illo.* Quādo enim nō vlciscitur qui læditur, tunc potissimū vtilitatē accipimus: nam si cum gratiarum actione tulerimus, pro satisfactiōe peccatorū impunitur: & ita cū videris diuitē, qui pauperē rapina opprimit, relicto eo qui opprimitur, deplora opprimētē: nā ille quidē sordes deponit, hic vero se coinquinat. Sic & Elisai discipulus patiebatur in Naaman: nā licet nō rapuerit, est tamē & fraude cōquirere iniustitia. *Quid igitur factū est? Accepit cū iniustitia & lepram: & ille quidem iniuste læsus, vtilitatē habuit: qui vero iniustitia affecit, maximū damnū tulit.* Hoc & nunc in anima fit. Tātūmq; hoc est, vt ipsum solū sæpenumero deum misericordem reddiderit, licet adiutorio indignus esset qui patiebatur, quādo grauius luebat, deū, vt sibi misereretur, concilians, & hinc solū excitās, vt adiuuet. Propterea de etiā olim Barbaris dicebat: *Ego quidē tradidi illos parum, ipsi autē cōspirarunt in mala, incurabili patietur.* Nihil enim omnino est, quod deum sic exacerbet, atq; rapere, & violētia opprimere, & fraudare. Cur nā? quia valde facile ab hoc malo quis liberari posset: non est em̄ naturalis cōcupiscentia infestās, sed à negligentia euenit. Quomodo igitur Paulus radicē malorū vocat avaritiam? Etiam ego sic dico. Sed apud nos talis illa præter naturā rei: & si vultis, cōparatiōē faciamus, vtra cōcupiscentia diuitiarū ne vel corporū violētior sit, hoc est grauior. Videamus igitur, quæ magnum vicit cōcupiscentia pecuniarū? nullum, sed miserabiles valde ac abiectos, Gieze, Achab, Iudam, sacerdotes Iudæos: concupiscentia vero corporum, magnū prophetam vicit Dauidem. Et hæc dico, nō veniā dans his qui hoc cōcupiscentia illaqueatur, sed magis hoc ago, vt respiscant. Quando enim ostēdero magnū malum, tūc maxime illos venia omni priuatos ostēdo: nam ignorans bestia, posses ad illā cōfugere, nunc autem sciens & incidens in illā, nō habes excusationem. Post hūc illius filij, grauius abripuit, quāuis illo sapiētior fuerit nemo, omnēsq; alias exercuerit virtutes, attamē ab hoc malo sic capt<sup>o</sup> est, vt & letalē acceperit plagā. Et pater quidē surrexit, & iterū præliatus est ac coronatus: hic autē nihil tale declarauit. Propter hoc & Paulus dicebat: *Melius est nubere quā vni.* Et Christus, *Qui potest capere capiat.* De diuitiis autē nō sic: sed, qui reliquerit facultates suas, cētupla recipiet. Quomodo igitur dices, de diuitibus dicit, q̄ difficile assequitur regnum? Iterū illorū insulam stupiditatē insinuas, non diuitiarum violentiā, sed illorū miseram seruitutem. Quod & ex his quæ Paulus cōsuluit manifestū. Abducit enim ab illa cōcupiscentia dicens: *Qui autē volunt diuites fieri, in tentationem incidunt: in hac non item, sed ad tempus solum dissoluit, & iterū cōcorditer ad idipsum redire cōsulit.* Timuit enim fluctus cōcupiscentiæ,

Esai. 40. d

Ibid. 26. c

Psalm. 42. d

2. Reg. 16. b

4. Reg. 5. f

1. Tim. 6. b

2. Reg. 11. a

1. Cor. 7. b

Mar. 19. b

Ibid. d

Ibid. c. &

Mar. 10. b

1. Tim. 6.

tia, ne forte naufragiū graue fiat. Hæc affectio & ira pertinacior est. Nō em̄ ira loc<sup>o</sup> est, vbi nemo est qui exasperat: cōcupiscentia autē oritur, etiam si non sit aspect<sup>o</sup>, qui ad hoc moueat. Ideo hāc quidē nō exequit totā, sed adiecit, qui irascitur sine causa: neq; illā cōcupiscentiā sustulit, sed iniustā, nam propter cōcupiscentias, inquit, vnusquisq; suam vxorē habeat: thesaurizare autē neq; temere, neque sine causa concessit. Nā hæc passiones, sūt nobis vtilitatis gratia implātata: nā cōcupiscentia, propter procreandā prolem, ira vero, vt læsos adiuuemus, opum vero amor minime. Vnde nō est naturalis affectio, vnde quādo ab illa caperis, tāto scēdiora pateris. Propter hoc sanē & scēdas nequias permittit Paulus. In diuitiis vero magnam requirit diligentiam dicēs: Quare nō potius dānum accipitis, cur nō potius iniuriā fertis? Et de virginitate differēs dicit, Præceptū nō habeo, & ad vtilitatem vestrā dico, nō vt laqueū vobis iniiciā. Quādo vero de diuitiis loquitur, Habētes, inquit, tegmēta & cibos, his contenti simus. Quomodo igitur, dicēs, hoc malo tam multi irretiuntur? Quia non sic se in aciem cōtra illud parant, sicut contra libidinē ac scortationē: quod si quidem similiter videretur esse malū, nō facile capti essent: sic & miseræ illæ virgines à thalamo eiectæ sunt, quoniā maiore obluatōre prostrato, ab infirmiore & nihili deiectæ sunt. Ad hæc etiā dici potest, q̄ si concupiscentiam refrēnās à diuitiis vincitur, neq; concupiscentiis sæpe imperat, sed à natura sortitus est, q̄ inde non valde impugnat. nō em̄ omnes similiter propensī sunt. Hæc igitur sciētēs, & virginū exēplum nobiscum continuo versantes, fugiamus malam hanc bestiam. Si enim virginitas nihil profuit, sed perierūt post infinitos labores ac sudores illæ ppter auaritiā, quis nos liberabit, si in illā inciderimus passionē? Idcirco oro vt omnia faciam<sup>o</sup>, ne aut capiamur, aut capti detineamur, sed rūpam<sup>o</sup> grauiā illa vincula. Ita em̄ poterim<sup>o</sup> apud cœlestē iudicē stare, & infinita bona assequi, quæ nobis concedantur gratia & misericordia dñi nostri, &c.

## Homilia XXIII.

**V**i autē tales, pseudapostoli, operarij dolosi, assumpta persona apostolorum Christi. Quid dicis: Christū prædicantes, pecunias non accipientes, vel euangelium aliud non introducentes, pseudapostoli nūc sunt? Etiam, has ob causas potissimum, quia hæc omnia simulant, vt decipiant. Operarij dolosi: nam operantur quidem, sed reuellunt ea quæ sunt plantata: nam quoniam sciunt se aliter non posse esse acceptos, persona veritatis sumpta, erroris actum simulantes peragunt. Sed, aiunt, pecunias non accipiunt? vt maiora accipiāt, vt animas perdant: imō & hoc mēdacium est, & accipiebant, sed clam. Et hoc ostendit in proximis, nam iam etiam insinuarat istuc dicēs: In eo de quo gloriatur, tinuenti sunt sicut & nos. Sed postea ipsum manifesti<sup>o</sup> insinauit dicēs: Si quis vos deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, illum sustinuitis. Nunc autem aliunde illos accusat dicēs: Persona assumpta, persona illis sola adiacet ouilla pellis. Nec mirum nam si ipse satanas trāsfiguratur in angelum lucis, quid magnum igitur est, si & ministri illius personā in se trāsferunt, quasi sint ministri iustitiæ? Atque adeo si oportet mirari, hoc oportet mirari, illud autem non itē: nam quando magister illorum audet omnia, haud mirum est, si & discipuli sequantur. Quid autem est, angelus lucis: dicit eum qui habet fiduciā loquēdi, & deo af-

Hic sup. e  
+ inueniā  
tur.  
Hic inf. e

**A** sistit. Sunt enim angeli tenebrarū, diaboli tenebrofi, ac feroces. Et multos diabol<sup>o</sup> sic decepit, persona in se accepta, & non factus angelus lucis: sic & illi personam Apostolorū circūferunt, non ipsam potentiā, neq; fortes sunt. Nihil autē sic diabolicū, vt ad ostentationē quippiā facere. Quid autem est, ministerium iustitiæ? id scilicet quod nos sumus, euangelion prædicantes vobis, quod iustitiā habet: nā vel hoc dicit, vel quod iustorū virorum sibi opinionem assumunt. Quomodo igitur illos agnoscemus? ab operib<sup>o</sup> ipsis, sicut & Christus dixit: eaq; propter cogitur sua præclara opera, & illorum malitiā inter se cōponere, vt ex cōparatione appareāt nothi. Et ingressus iterū ad encomia, illa primum vituperat, vt ostendat hoc argumentū sibi necessariū, vt ne quis dicat q̄ seipsum laudet. Et dicit, Iterum dico. Etenim iam multa præmitigatione vsus erat, attamen nō cōtentus dictis, sed iterum dico: Ne quis me putet insipientem esse. Hoc enim solebāt illi, absq; causa gloriantes. Tu autem cōsidera repellentem, quoties ad suas laudes ingreditur: & hanc rem, nēpe gloriationē, opus insipientiæ esse dicit: ego autem non tanquam desipiēs istud facio, sed cōpulsus: si autē nō creditis, sed, licet necessitatē esse videatis, condēnatis, neq; sic deprecor. Vidisti, quomodo ostendit multā dicendī necessitatem. Nā quæ neq; tāta suspicio remorata est à dicēdo, cogita quātam vim sustinuerit dicendo, & quantū doluerit, ac coactus sit eloquendo, attamen & sic in hac re modestia vsus est. Non enim dixit vt gloriari parum gloriaturus. Iterum alia vsus est deprecatione dicēs: Quod loquor, nō loquor secundū dominū, sed tanquā in insipientia, in hoc argumento gloriationis. Vides quomodo gloriatio, iam nō sit secundū dominū: dicit enim, Quando omnia feceritis, dicite, q̄ serui inutilis sumus. Itā istuc quidē per seipsum nō est secundū dominū, fit tamē à mēte bona: propter hoc dicit, Quod loquor, nō causam arguēs, sed verba: alioqui mēs eius ita erat mirabilis, vt & verba honestaret. Sicut enim homicida, quāuis occidere prohibeatur, bona tamen mente sapius id facere eligit, & occidere non secundū dominum, sed ex bona mēte fit, sic & gloriari. Et cur nā nō est vsus tanta sermonis accurati diligentia? quia ad aliud properat, & ex abūdātia, etiā volētibus carpere cōdonat, solū vt dicat, quæ profunt. Etenim quæ dicta erant, sufficiebāt tollere omnē suspensionem. Sed quasi in insipientia, prius dixerat, Vtinam sustinuissetis me paulisper in insipientia mea. Nunc autem, quasi in insipientia: quod em̄ magis progreditur, hoc magis sermonē expurgat. Deinde, vt ne putes semper illū desipere, apposuit, in hoc argumento gloriationis: secundū hanc partē, inquit, quæ admodū & alibi dicebat, Ne cōfundamur: & apponebat, in hoc argumento gloriationis. Et alibi iterū dicēs: Nū quæ cōsulo, secundū carnē cōsulo, vt sit apud me etiā etiam, non non. Et ostendens, q̄ non possit semper ea quæ promittit, implere: quoniā non secundū carnē cōsulit, vt ne suspensionē hanc etiam ad dogma quidam trahāt, inquit, Fidelis autem deus, quia sermo noster, qui ad vos factus est, non fuit etiā & nō. Et vide quāta prius dixerat, & iterū alias defensiones apponit, sic dicēs: Quoniam multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor. Quid est, secundum carnem? ab externis, à nobilitate, à diuitiis, à sapiētia, à circūcisione & progenitoribus Hebræis, à magna exultatione. Et vide sapiētiā: illa ponit, quæ tamen nō enumerat. Et tūc etiam insipient-

Mat. 7. a

Luc. 17. a

Hic sup. a

Sup. 4. a

Ibid. 1. b

Ibidem.

**I**nsipientiā cēset. Nam si in veris bonis gloriari insipientia est, multo magis in vanis: & hoc est quod scilicet, nō secundū dominū, vocat. Nulla enim vtilitas est, Hebræum esse, & similia. Ne igitur putetis, quod quasi virtutē hæc ponam, sed quoniam illi gloriātur, cogor & ego hinc cōparationē facere, quod scilicet & alibi facit, dicens: Si quis videtur cōfidere in carne, ego magis: & illic ppter eos qui cōfidūt in hoc. Quæ admodū enim si quis clari generis, philosophicam vitā eligēs viderit sublime sentiētēs alios de generositate sua, volēs etiā illorū fastum tollere, nōne cogitur propriā claritudinē dicere, non t̄ gloriofos, sed humiles alios reddens? Hoc sanē & Paulus facit. Deinde t̄ relicto illo, apud Corinthios totā causam extenuat dicēs: Libenter enim sustinetis insipientes. Et ita, vos authores horum, & magis quā illi. Nisi em̄ vos illos sustinuissetis, & dānum passi essetis, nihil certe propter illos fuisset locutus, sed vestræ salutis curā gerēs, & vobis seruiēs. Et vide quomodo increpationē etiā cū laudibus ponit, vt dixit enim, Libenter sustinetis insipientes, addidit, cum prudentes sitis. Insipientiā em̄ est gloriari, maxime in talibus: quāuis oportebat increpare & dicere, Ne sustinete insipientes, sed abundantius faciebat. Nā ille quidē vsus fuisset increpare, quasi priuatus illis: nunc autē cū ostēderet se quoq; in his præcellere, eaq; nihili facere, magis illos corrigit. Iam autem prius q̄ laudes ingreditur, & cōparationē: magnā Corinthiorum seruitutem illis opprobrat, quod intantum illis se inflexerint. Et obserua, quomodo incessit, Sustinetis enim, inquit, si quis deuorat. Quomodo igitur dicebas, vt in quo gloriātur, inueniatur sicut & nos? Vides q̄ ostēdit illos accipientes, & non simpliciter accipientes, sed plurimū? Hoc enim significat, deuorare. Si quis vos in seruitute redigit. Et diuitias vestras, inquit, & corpora & libertatē exposuistis. Hoc enim plus est quā accipere, non solū pecuniarum, sed & vestri ipsorū dominos esse: quod & antea manifestās dicit: Si alij substātiæ vestræ participes sunt, non multo magis nos? Deinde id quod molestius apponit, dicēs: Si quis extollitur. Neq; vestræ seruitutis ratio habetur cōgrua, neque mansueti sunt domini, sed asperi & molesti. Si quis in faciem cedit. Vidisti iterum incrementū tyrānidis. Hæc autem dicebat, non q̄ in faciem cædebant, sed quod respuebāt illos & contemnebant, ideo adiecit: Iuxta cōtumeliam loquor. Nō minus enim patiebamini, quā si in facie cæsi essetis. Quid autem hoc dominio acerbius, quādo & opes vestras, & libertatē, & honorem auferentes, neq; sic sint mansueti: neque in seruorum ordine vos manere sinūt, sed quouis venalitiō mācipio cōtemptius vobis abutuntur. Perinde quasi nos infirmi fuimus. Obscurē hoc dictū est. Quoniā enim molestū erat, propterea istud sic posuit, vt molestiam obscuritate tollat. Vult autem sic dicere, Nūquid nō possumus & nos hæc facere? Sed nō facim<sup>o</sup>. Cuius gratia istos sustinetis, quasi nos nō possim<sup>o</sup> hæc facere? Itaq; crimen est & stultē agēs ferre: q̄ autem & sic contemnent vos, & vestra rapientes, & se extollentes, & percutientes sustinetis, neq; defensionē habet, neque vllam rationē. Noua enim hæc deceptionis species est. Nam decipientes quidē dant, & adulātur: hi autē & decipiunt & accipiūt, & contumeliam faciūt: vnde neq; vmbra habetis veniæ, quod eos qui se sic humiliāt propter vos, vt vos exaltemini, respuitis: & eos qui se exaltant, vt vos humiliemini, admiramini.

Phil. 3. a

+ gloriās,

+ illis relictis,

3. Cor. 9. b

+ iustitiam

**A** Nōne & nos hæc facere possemus? sed nolumus, cōsiderātes potius quid vobis proficit: nā illi quidē quæ vestra sunt destruetes, quæ sua sunt quærūt. Vides q̄ vbiq; per ea illos terret, per quæ & fidēter illos alloquitur. Si em̄ propterea illos honoratis, inquit, quia percutiūt, contumelia afficiūt: possemus & nos eadē facere, in seruitutē redigere, percutere, extolli cōtra vos. Vidisti quomodo totā causam in illos vertit, vt quæ sua videatur insipientia, illorū sit stultitia. Nō em̄ vt meipsum clarū ostentem, sed vt vos ab amara hac seruitute liberē, cogor parum gloriari. Oportet autē non simpliciter quæ dicuntur exquirere, sed causam apponere. Quoniam & Samuēl pro se magnam proposuit laudē, quādo Saūl vnxit dicens: Cuius vestrū asinum accepi, vel vitulum, vel calciamentū? nūquid oppressi aliquem vestrum? Attamen nullus illum arguit. Causa est, quia nō dicebat, vt seipsum laudaret: sed quoniā regem constituturus erat, pro defensione sua posuit, volens illum erudire, vt humilis sit ac mansuetus. Et considera sapiētiā prophetæ, imō dei misericordiā. Nā quia illos auertere volebat multa difficilia cōgrēs, dicebat de futuris regibus, quod dvxores illorū facturi essent molēdinarias, viros pastores mulorū magistros: & alia regum ministeria diligēter persequitur, quoniam videbat illos nulla persuasione auocari, sed incurabili morbo laborare, & sic illis parcat, instituitq; regem, vt mansuetus fiat. Et idcirco se testem producit: neq; enim quis illū tunc iure cōuenerat, neque quis arguerat, vt defensione haberet opus: sed vt illū faceret meliorē, hæc dicebat. Ideo & subdidit, deprimēs illius superciliū: Si audieritis vos & rex vester, hæc & hæc erūt vobis bona: [si vero nō audieritis,] cōtraria omnia. Et Amos quoq; dicebat, Non erā propheta, neq; filius propheta, sed caprarū pastor eram, sycamoros cōterēs, & susceperit me deus. Nō extollēs seipsum dicebat, sed obturans ora suspicantiū ipsum non esse prophetā: & vt ostendat quod nō decipiat, neque à seipso dicat ea quæ dicit. Alius quoq; isthuc ipsum declarās dicit, Veruntamen ego impletus sum fortitudine domini in spiritu ac potētia. Et Dauid cū de vrsō & leone narraet, nō gloriatus, sed magnū & mirabile quiddā moliens dicebat: quoniam enim non credebatur, q̄ nudus & armage stare nō valēs, victurus esset Barbarū: coactus est suā strenuitatis referre argumēta. Et sibi Saūlis quādo auferebat, nō ostēdendo loquebatur quæ loquebatur, sed malam repellēs suspensionē, quam sinxerāt dicentes, quod vellet illum occidere. Igitur vbiq; inquirēda est causa. Nam qui ad vtilitatē auditorum spectarit, etiam si commendat seipsum, non solū non meretur reprehēdi, sed & coronari, & propter silentium taxādus. Quoniā & Dauid tunc, si siluisset, cōtra Goliath nō esset permissus egredi in prælium, neque præclarū illud retulisset trophæū. Sanē propter hoc dicere coactus est, & nō fratrib<sup>o</sup>: quāuis & apud illos nō inueniebat fidē, sicut etiā apud regē, sed inuidia aures illorū obstruebat: eapropter ipsis relictis, nondū inuidētī nariabat. Graue enim malum, inuidia, & propriam salutem contēnere facit. Ita & Caïn seipsum perdidit, & ante illum quoq; qui patrem ipsius interfecerat diabolus: sic Saūl malum dæmonē contra suā animam accersit, & vocato medico iterum inuidit. Talē enim faciebat inuidia, quod seruatus etiā perire maluit, quā seruatorē gloriosum videre. Quid hac affectiōne molesti<sup>o</sup> fieret? Nō errabit, qui il-

1. Re. 12. a

Ibidem.

Amos. 7. d

Mich. 3. e

1. Re. 17. d

Ibi. 2. 4. a

Mora-



scilicet ipsa simul confirmare solent.

1. Re. 18. b

\* Budanus pro idem legit in p. Nam si bonus fuerit, nullus invidet laudato. Sed si vero talis non sit, quid cruciarius?

Esa. 40. b. 1. Pet. 1. d

qui illam germē diaboli dixerit: & in illo quidē vana glorię studij fructus, imō & radix. Vtraq; em̄ hęc mala ipsa simul efficere solita est: sic sanē & tūc inuidebat Saül, quia dicebāt, Percussit David decē milia. Quo quid fieret absurdus? Cur em̄ dic mihi inuides, q̄ laudat quispiā, vbi certe gaudere oportebat? Aliter em̄ nescires, verā esse laudē. An propter hoc luges, q̄ non existens admirabilis, laudatus sit? quin misereri oportet. \* nā si nō bon⁹ fuerit, nulla inuidia laudato. Sed laudant illū, ais, clari? Dic autē oro, qui talis es, quid cruciarius? cur ī teipsū figis gladiū? Quōd admirabilis est hominib⁹. Sed hominibus qui hodie sunt, & cras non sunt. Sed gloria, ais, fruitur? quānam dic oro? de qua propheta dicit, quod flos est fœni? Quare inuides, quod nō grauer fert? tu autem fœni circūfers onera talia. Si autē ille tibi zelo dignus esse videt, ppter hoc, cur nō & arborū sectores, qui quotidie graua onera portāt, & in ciuitatē ingressi? Nihil em̄ hoc melius est istud onus, imō deteri⁹: nā hoc quidē corpus solū premit, istud autē & animā sapius incommo dauit, & maiorē laborem habet quān voluptatē: licet enim dicam celebrē maiorē, tamen habet timorē quān gloriā, & hanc quidem breuē, illum vero continuū. Sed apud principes, inquit, clarus est? Et illic iterū periculū ac inuidia: nam vt tu afficeris erga illū, ita & alij plures. Sed laudatur continuo, ais? hoc illi durā seruitutē facit. nō enim audebit aliquid eorū facere libere quā cupit, ne scilicet laudatores suos offendat: claritas enim ei graue vinculū est: & ita quō plurib⁹ familiaris est, hoc plures habet dominos: augetur em̄ seruitus eius, deminis vbiq; apparentibus. Et seruus quidē quando à conspectu domini liberatur, respicit, & cū omni libertate agit: hic autē vbiq; occupatur, omnium enim seruus est, qui in foro apparent: etiā si aliquid necessariū vrgat, non audet se foro cōmittere ministris non sequentibus, & equis, & alio ornatu cōiuncto, ne domini cōdemnent: etsi amicū videt germanum, non audet æquali honore cum illo loqui, timet enim dominū, ne deponat illū à gloria: & ita quō clarior, hoc & seruior. & si quid insuaue ei cōtingat, cōtumelia grauior, quō & plures [habet] testes, & ppter dignitatē res esse videtur: nō solum autē contumelia, sed & calamitas grauior est, etenim multos habet, quibus gratum est: quē admodum, licet bono quodā fruatur, plures patit inuidos & æmulos, qui illū deponere studeāt. Est ne hoc bonū dic oro? Est ne gloria? minime, sed ignominia & seruit⁹, & vincula, & quicquid dicere licet onerosum. Licet autē & sic amabile quiddā gloria est apud homines, & turbat, q̄ multi illi applaudunt: quādo videris fruētē plausibus, ad futurū seculū trāsi cogitatione, & gloriā quā illic est. & sicut quādo bestia inuadit, studes euadere, in domicilium ingressus claudis fores: ita & nūc ad futurā vitā confugito, ac ad ineffabile gloriā illā: ita enim & hęc cōculcabis, & illā apprehēdes facile, verāque libertate frueris, ac æternis bonis: quā nobis omnibus cōtingant gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri gloria, simul spiritui sancto nunc & semper, & in secula seculorū, Amen.

Homilia XXV.

**N** quo autem quis audeat, in insipientia loquor, audeo & ego. Vide iterum reculantem, & deprecatione vtentem ac præcastigatione, tametsi iam multa id genus dixisset. Vtinam sustineretis me

Paulisper in insipientia. Et iterum, ne quis me putet insipientē esse. Quōd si minus, vel vt insipientem accipite, q̄ loquor non secundum dominū, sed quasi in insipientia: quoniam multi gloriātur secundū carnē, & ego gloriabor. Et hic iterum, In quo autē quis audeat, in insipientia loquor, audeo & ego. Dicit etiam insipientiam, audeo de seipso magna loqui, etiā vbi necessitas postulat, multū nos vt hoc fugiamus erudiens. Nam si postquam omnia fecerimus, debemus nos pro inutilibus habere: vbi autē nulla causa impulerit, qua venia dignus erit, qui seipsum extollit & gloriatur? Propter hoc & Phariseo acciderūt ea quę euenerunt, nepe quōd in portu naufragiū fecit, eo q̄ impedit in hęc scopulum. Et idcirco Paulus magna in necessitate recusabat, & subinde sculcabat memoriis, insipientiam esse, sic agere, tandēmq; necessitatis defensione præmissa, audeo ac dicit: *Hebræi sunt, & ego.* Non enim omnes Hebræi Israëlitæ sunt, quia & Ammonitæ & Moabitæ Hebræi sunt. Ideo subdit, exponens nobilitatem, ac dicit: *Semen Abraham sunt, & ego.* De Isaac loquit. *Ministri Christi sum: insipientes loquor, plus ego.* Non contentus priori deprecatione, sed etiā hic iterū eadē vtitur dicens, [insipientes loquor.] plus ego: id est, superior illis sum ac melior: licet autem manifesta haberet eminentiē suā argumenta, attamē insipientiā etiam sic, rem vocat, quāuis cum pseudopostoli essent, non opus erat hac excellentiā cōparatione: poterat em̄ simpliciter negare, illos esse ministros. Negarat sanē istuc ipsum dicens, *Pseudopostoli, operarij dolosi, persona assumpta apostolorum Christi: nunc autē istud non sic facit.* Transit em̄ sermo, vt inquirat. Nullus autē vbi inquisitio nondum facta est, simpliciter sententiā fert, sed primum cōparatione posita, negationē solidam esse re ipsa declarat. Aliter etiā dicere licet, q̄ in eō illorum ponat, & non suam sententiam, Ministri Christi sunt: & dicens, plus ego, proponit cōparationem, & ostēdit, quomodo non asserēs loquatur, sed re ipsa argumentum proferens, charactērem ac notam apostolatus cōseruat, relictisq; [signis omnibus] à tētationibus incipit sic dicēs: *In laboribus abundantijs, in plagis excellentijs: quod illo maius est: plus enim est verberari ac flagellari. In carceribus abundantius: & hoc loco iterum augmentum. In mortibus frequēter: quotidie enim, inquit, morior: hoc autem loco etiam factō. Sēpius enim in pericula mortis vicin⁹ venit: A Iudæis qui quies quadragenas vna minus accepi. Quare vna min⁹? lex erat vetus, dem. 1. d*

**D**ignominiosum fieri eū qui supra quadraginta accepisset: ne igitur percutientis impetus, supra numerū plagas inferēs, ignominia notaret, decreuerunt vna minus inferri, vt licet verberās multiplicet, ne supra quadraginta excidat, sed intra cōstitutū numerū maneat, verberatūsq; ignominia nō notet. *Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragiū feci.* Et quid hoc ad euangeliū? Quia lōga itinera & trāsmarina perfecit. *Noctē ac diē in profundo egi:* Dicit alij, in medio mari: alij quod verius dictū videtur, supernataffe: nā illud neque vt miraculum magnū, neque vt naufragio mai⁹ posuisset, si solū in medio mari fuisset nauigās. *In periculis fluminū.* Cogebatur enim & flumina trāscere. *Periculis latronū, periculis in ciuitate, periculis in solitudine.* Vbiq; mihi certamina proposita erāt, in regionibus, in prouincijs, in ciuitatibus, in solitudinib⁹. *Periculis ex gentibus, periculis ex falsis fratribus.* Vide quale belligenus: nō enim soli hostes, sed & qui [fraternitatē] simulant,

simulant, impetebant, multaq; opus habebat constantia, ac prudētia. *In labore & molestia.* Pericula labores, labores pericula excipiebāt vicissim ac subinde, & ne parum quidem respirare sinebat. *In itineribus sepius, in fame ac siti & nuditate, præter ea quę extrinsecus sunt.* Plura tamen omīssa sunt, q̄ enumerata: imō neq; quę enumerata, quāta sunt, ostensa sunt: neq; enim per species enumerauit, sed potius, prout numerus breuior, faciliusq; teneri poterat, recensuit, ter & ter dicens, & semel: de alijs nō similiter, eo q̄ sepe sustinuit. Et nō dicit, quę ex illis secuta sunt, vt pote quātos cōuerterit, sed sola ea quę passus est pro prædicatione: simulq; & modestia vritur, & ostendit, q̄ licet nihil præter laborem habuerit, mercedes sint perfectæ. *Incumbens mihi quotidiana cura:* tumultus, turbationes, obsidiones populorum, vrbium insidiæ. Ipsum enim maxime impugnabant Iudæi, quoniā maxime omnium illos cōfundebat, & maximum infantiæ argumentum videbatur, q̄ tam repente se auerterat: vnde graui bello eū vrgēbant, sui, alieni, & hypocritæ, & vbiq; fluctus ac præcipitia, in orbe habitabili & non habitabili: in terra & mari, intus & foris: & neq; necessario cibo abūdabat, neq; tenui amictu tegebatur, sed luctator ille orbis, nudus luctabatur, & esuriēs pugillabat, tantū aberat ne opib⁹ cumulādis inhiaret. neq; hoc ægrē ferebat sed gratias pro his habebat agonothetæ. *Sollicitudo omnium ecclesiarū.* Hoc autē caput omnium, q̄ & anima discerpebatur, & mēs dissecabatur. Si enim nihil extrinsecus accidisset, satis bellorū intus erat, fluctus reciproci, cumuli curarū, prælia cogitationum. Nam si qui vni soli domui præest ac ministros habet, & dispē factores ac curatores, sæpe præ curis neq; respirat, tamen intra domū nemo obturbet: qui autē nō vnus domus sed ciuitatū ac populorum & gentium, & totius orbis curam gerit, & pro tātis negocijs, & tot inuadentibus, solus existens, ac tanta ferens, & tā sollicitus vt pater pro filiis, cogita quid sustinuerit? Nam ne dicas, *Quid q̄ sollicitus fuit? sed sollicitus fuit simpliciter: addit etiam magnitudinem curæ dicens, Quis infirmatur, & non infirmus sum?* Non dixit, non cōmunicō mœstitię, sed quasi in ipsa passione essem & in ipsa infirmitate, sic cōturbor & commoueor. *Quis offenditur, & ego non vror?* Vide quāta excellentia doloris? Quomodo apparēt vstionē nominans? accēdor, vror, inquit: quod certe omnium maximū est. Nam illa quidem licet sint violenta, recedunt tamē statim, & voluptatem habēt immarcescibile. Hoc autē erat quod tribulabat ipsum, & angebat ac sauciabat eius mentē, q̄ in singulis infirmis hæc pateretur quicunq; illi essent. Nō enim de maioribus quidē dicebat, minores autē despiciebat, sed etiā abiectū inter necessarios ponebat. Ideo dicebat, *Quis infirmatur, quisquis fuerit: & quasi ipse esset ecclesia, quę in toto orbe, sic in singulis dolebat mēbris. Si gloriari oportet, de his quę infirmitatis meæ sunt gloriabor.* Vides q̄ nusquam à signis, sed vbiq; à persecutionib⁹ & tētationib⁹ gloriatur. Hoc enim, inquit, infirmitatis, & variū & multiplex bellū indicat. Etenim Iudæi & gentes cōtra ipsum stabāt, & falsi fratres ipsum impugnabāt, & fratres infirmi illū contristabāt, & qui scandalizabantur. Vnde quaq; illi turbationes atq; cōmōtiones, à suis, ab alienis. Hic apostolic⁹ est character, per hæc cōtēxitur euangeliū. *Deus & pater domini nostri Iesu Christi scit, quod nō mentior.* *1. Cor. 9. a Præfatus Aretæ regis obseruabat Damascenorū ciuitatē, vt apprehenderet me. Quidnā hic affirmatur & asseritur, cum inuio*

nihil tale antea fecerit? forte q̄ hoc antiquius erat, ac minus notū: illa autē & alijs nota, sollicitudo ecclesiarum, & alia omnia. Vide igitur quantū bellū, siquidē propter illū ciuitatem obseruabat. Quando autē bellum dico, zelū dico Pauli: nam nisi vehementiam spirasset, non in tantā infantiā præfectū succendisset. Hęc sunt apostolicę animę, tanta pati, & minime succumbere, sed generose ferre omnia quę accidunt, simulq; cedere periculis, & temerē se non ingerere. Vide ergo hoc quomodo voluerit obsidionem effugere, *per fenestram demissus in sporta.* Nam licet desideraret hinc emigrare, attamen & hominū amabat salutē. Idcirco sæpe etiam talia struebat, seruās seipsum prædicationi, & non detrectabat etiā humanis vt inuentis, quādo exigebat tempus, ita erat prudēs ac vigil: nā [hic] ubi quidem ineffugabilia mala erant, gratia sola habebat opus [alibi] par illius humeris tentatio, multa & a se excogitat, & hoc loco iterum deo totum impurās: & quasi flāma inextinguibilis ignis, si in mare lapsa, multis opprimētibus fluctibus mergitur, & iterū fulgida ascendit: sic sanē & beatus Paulus, nūc quidē periclitans obscurabatur, nūc pericula trāsiens clarior redibat patiēdo victor. *Ista est enim vere fulgida victoria, hoc ecclesiæ trophæū: sic diabolus configitur nobis male afflictis, nobis em̄ afflictis capitur, & patitur ipse, quod nos pati voluit, id quod & Paulō cōrigit, nā quo magis satan pericula multiplicabat, hoc magis vincebatur: nō enim vnū genus tentationum adornabat, sed multa & varia: nā alia laborē, alia timorem, alia tristitiā, alia dolorem, alia curam, alia cōfessionem, alia omnia simul habebant: attamē in omnibus vincebat. & quasi miles vnus habens totū orbem militantem cōtra se, in medijs hostiū versetur agminibus, nihilq; graue patitur: ita & Paulus. Solus inter Barbaros, inter Gentes, vbiq; terrarum, vbiq; mariū apparebat, & inuictus manebat. Et quasi flāma in calamos & scœnum incidens, in suā naturam quę vruntur transfert: sic & iste omnes inuadens, omnia ad veritatem transferebat, sicut torrens qui omnia corripit, & impedimenta reuellit. & sicut athleta quidam, ipse luctans, currens, & pugilē agens, vel miles muros oppugnans, in cāpo prælians, & in nauibus belligerās: ita omne genus pugnæ tractabat, & ignem inspirabat, & omnibus inaccessus erat, vno corpore orbem cōprehendens, vna lingua omnes euertens. Nō sic multę tubę in Hierichuntinorum ciuitatis lapides irruebat & destruebant illos, vt illius vox resonans diabolica in humum trahebat subsidia, & aduersarios ad se transferebat: & quando collegit captiuorū multitudinem, ipse illos iterū armauit, & suum exercitum facere cœpit, p̄que illos mirē vincebat. *David Goliath vno solo lapide deiciebat: at si Pauli præclara opera scrutatus fueris, pueri fuerit opus illud, & quantum inter militē ac pastorē distat, tantum videbis discrimē.* Hic enim nō lapidē mittens deiecit Goliath, sed solū loquēs, omnem diaboli destruxit flammam: sicut leo rugiens, & flammam de lingua emittens, ita omnibus intolerabilis: & vbiq; asslicbat continuo, currebat ad hos, veniebat ad illos, assistebat illis, irrupēbat ad alios, insiliens v̄to velocior, & quasi vnām domum vel nauem vnā, totum orbem gubernās, eos qui mergebantur sursum trahēs, & qui turbabātur ac cadebāt confirmās, nautis imperans, in puppi sedēs, proram obseruans, rudentes extendens, remū apprehendens, velum trahens, in cœlum suspiciens, omnia ipse*

Tomus quartus;

ipse existēs, & nauta, & gubernator, & prorę director, & velum, & nauem, & omnia ferēs, vt omnium mala soluat. Considera autē, sustinuit naufragium, vt naufragium totius orbis auferret: noctē ac diem in profundo fecit, vt à profundo erroris extraheret: in molestiis fuit, vt laborātes refocillaret: verbera sustinuit, vt à diabolo percussos sanaret: in carceribus cōuersatus est, vt in carcere & tenebris sedentes, in lucē produceret: in mortibus saepe, vt à grauib⁹ mortibus liberaret. Quinquies quadraginta minus vna accepit, vt illos hęc faciētes à diaboli flagello liberaret. Virgis cęsus est, vt sub virgā & baculū Christi mitteret. Lapidatus est, vt ab insensibilibus lapidib⁹ liberaret. In solitudine fuit, vt à solitudine liberaret. In itineribus, vt susterēt errantes, & viā in cœlū ferentē aperiret. In ciuitatibus periclitatus est, vt supernā ciuitatem ostenderet. In fame & siti, vt auferret grauiorem famem. In nuditate, vt turpiter agētes stola Christi indueret. In cōmōtione turbę, vt à circumstantia dæmonū abduceret. Arsit, vt extingueret ignea tela diaboli. Per fenestrā de muro demissus est, vt eos qui humi erāt, inde sursum trāsmitteret. Adhuc igitur loquemur, neq; sciētes ea quę scilicet Paulus passus est: adhuc pecuniarū recordabimur: adhuc vxoris, & ciuitatis, libertatisq; illum hanc vitā millies contemnere videntes? Martyr semel moritur: at beatus ille vno corpore & vna anima tot pericula sustinuit, quę poterant etiam adamantinam animā conturbare. & quę scilicet omnes tot corporib⁹ sancti passi sunt: hęc ille in vno omnia tulit, in orbē quasi in stadium ingressus, & omnibus vestib⁹ exutus, adeo fortis stat. Cognoscebat enī pugnatēs secū dēmones. Ideo & clarus statim ab initio apparuit, ab ipsa repaguli porta, & vsq; ad finem perseuerauit, imo & proximē brabiū maior fuit persecutio. Et hoc sanē mirabile, q̄ talia patiēs ac faciēs, valde modestē agere sciebat. Etenim in necessitatem narrationis suorū præclarorum operū perductus, statim omnia pertrāsīt, tametsi libros innumeros impleset: siquidē singula voluisset latius narrare, & ecclesias dixisset, pro quibus anxius erat, si carceres, & quę in illis ab se bene gesta, si alias quotidianas sollicitudines & insidias, sed noluit. Hęc igitur & nos scientes, discamus modestē agere, & nunquā t̄ diutius gloriari, neque in aliis huius vitę rebus, sed in contumeliis propter Christum, & in his quando necesse fuerit: q̄ si nihil est quod vrget, neq; horum memores simus, ne extollamur, sed solumus peccatorū: sic enim & ab illis facile liberabimur, & deum propitiū habebimus, futurāq; assequemur vitā: quę nobis omnibus eueniat gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri ac spiritui sancto gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xxvj.

Cap. xij.

**G**loriari sanē non expedit mihi, veniā enim ad visiones & reuelationes domini. Quid sibi hoc vult, q̄ tot ac tantis dictis, gloriari sanē, inquit, non expedit mihi, quasi nihil dixisset? Non quasi nihil dixisset, sed quoniā aliud gloriationis genus ingressurus erat, quod mercedē quidē tantā nō habet, clarius autē pleriq; videtur ostendi, non his qui diligenter inquirunt: dicit, Gloriari sanē non expedit mihi. Magnę enim gloriationes illę, quas scilicet enumerauit, ab afflictionibus erant. Habet & alias quas dicat, nēpe reuelationes, & arcana sacramenta. Et cuius gratia inquit, non expedit? Vt ne in superbiam efferatur, di-

cit. Quid loqueris: nisi dixisses illas, nesciuisses eas? At nō similiter extollimur ipsi scientes eas, & in alios efferentes. Neq; bonorū operū natura facit extolli, sed multorum testimoniū & scientia. Vnde propter hoc dicit: Gloriari non expedit mihi, nē maiorem de me opinionem audiētibus ingerā: nam illi quidē pseudapostoli, etiam ea quę non erant de seipsis dicebāt: hic etiā obtinet ea, quę fecerat, tametsi tanta vrgeret necessitas, dicitq; Non expedit mihi. Doceo omnes abundantibus argumentis, hoc fugiendū, nullū enim lucrum, sed potius damnū res hęc affert, nisi necessaria quędā sit occasio & vtilis, quę in hoc inducat. Vt igitur dixit pericula, afflictiones, insidias, tristitias, & naufragia, ad aliud gloriationis genus transit dicens: *Novi hominem ante annos quatuordecim, an in corpore nescio, an extra corpus nescio, deus novit, raptum fuisse [huiusmodi] que ad tertium cœlum. Et novi raptum fuisse in paradysum, siue in corpore nescio, siue extra corpus nescio, & audisse arcana verba, quę fuis non sit hominibus loqui: pro huiusmodi gloriabor, de meipso vero non gloriabor.* Magna quidem hęc reuelatio: non sola autē facta fuit, sed etiam alię multę: ipse vero vnā ex multis ponit. Quod enim multę fuerunt, audi quid dicat, Excellētia reuelationum, vt ne extollar. Iam dixerit quispiā, Si occultare voluit, omnino ænigma afferendū non erat, neq; tale quiddam dicendū: sin dicere voluit, manifestē dicendū. Quare igitur neq; manifestē dixit, neq; siluit? vt & hoc loco ostēdat, q̄ inuitus ad hoc perueniat: propter hoc etiā tempus posuit, quatuordecim annorum. Neq; enim obiter illius meminit, sed ostēdens, q̄ qui tanto tempore se à dicendo cōtinuit, non iam effaretur, nisi magna esset necessitas: siluisset tamen, nisi fratres pereūtē vidisset. Quod si ab initio talis erat Paulus, vt tantam assequeretur reuelationē: quando nondum tanta bona opera habuit, cogita qualis in quatuordecim annis factus sit. Vide item quāta etiam in hac modestia sit vsus: nam alia quidem dicit, alia autem se ignorare fatetur: nam raptum quidem se esse dicit, siue in corpore, siue nō in corpore, id se ignorare dicit: quāuis sufficiebat dicere de raptu, & hoc silere, sed per modestiā etiam hoc addit. Quid igitur mēs ne rapta est ac anima, corpus vero mortuū mansit? num corpus raptū est? Sed non est dicēdum. Nam cū Paulus, qui tot ac talia arcana cōsecutus ignorarit, multo magis nos. Etenim q̄ in paradiso quidē fuerit, sciebat: & q̄ in tertio cœlo fuerit, nō ignorabat: modum autem haud sciebat manifestē. Considera & aliunde quā sit à fastu alienus. De Damascenorum enim ciuitate confirmabat sermonē, hic autem nō item: neq; enim istud agere volebat, sed dicere & insinuare solū. Ideo & addit dicens: Pro huiusmodi gloriabor. Neq; hoc manifestabat, q̄ alius quispiam fuerit raptus, sed sicut permittebatur, ac possibile erat, & loqui, & reicere manifestum de seipso sermonem, sic illum figurabat. Qualis enim esset consequentia, de seipso disserentem, alium proferre in medium? quamobrem hoc potuisset? Non enim t̄ erat dicere, raptum esse, & t̄ idē scio raptum: & gloriabor pro me ipso, & pro tali gloriabor. Si autem dixerit quispiam, Et quomodo potuit absque corpore rapi? dicam, quomodo potuit cum corpore rapi? etenim si rationem relicta fide consulueris, hoc quā illud difficilius. Quare autem raptus est? vt mihi videtur, ne haberetur aliis Apostolis minor, quoniam illi simul fuerant cum Christo, propter hoc in gloriā raptus est, hoc est in paradysum.

**N**am loci illius nomē vbiq; noscitur. Idcirco & Christ⁹ dicebat: Hodie mecū eris in paradiso. Pro hoc tali gloriabor. Cuius gratia? nā si raptus ali⁹, quid tu gloriaris? Vnde manifestum, q̄ de seipso hęc dicebat. Quod autem adiecit, Pro meipso autem non gloriabor: nihil aliud dicit, q̄ quod nisi sit necessitas, nihil tale dicerem simpliciter ac temerē: vel adumbrās iterum dixerat, quantum licebat. nam q̄ pro illo ipso omnis sermo fuerit, etiā sequentia declarant. adiecit enim dicens: *Si autem voluero gloriari, non ero insipiens, veritatem enim dicam.* Quomodo igitur antea dicebas, Vtinā sustineretis me paulisper in insipientia. & Quod loquor, non secundū dominum loquor, quasi in insipientia: hic autē, Si autē & gloriari voluero, non ero insipiens: nō secundum hoc q̄ gloriator, sed secundum hoc q̄ mentior. [Si enim gloriari insipientia sit, quāto magis mentiri:] Itaq; secundum dicit. Non ero insipiens, eapropter etiam addidit: *Veritatem enim dico. Sed parco, ne quis de me cogitet supra id quod videt, vel audit quid de me.* Ita est manifesta causa. Etenim & deos illos putauerunt propter signorū magnitudinem. Nam sicut in elemētis deus fecit duplicia, & infirma & præclara, hęc quidē vt prædicent suā potentiam, illa vero vt prohibeant hominū errorē: sic vtiq; & hoc loco. Admirabiles erant & infirmi, sicq; operibus ipsis erudiebant infideles: nam si admirabiles solū manifestent, & nullū infirmitatis indicium præ se tulissent, sermone multos adduxissent, vt de se maiora, q̄ veritas ferebat, suspicati essent: & non solum nihil perfecissent, sed & contraria facta essent, eo q̄ deprecationes, quę per sermones fiunt, maiorē declarassent humilitatem, magisq; illos reddidissent admirabiles, & idcirco re ipsa manifestabatur illorum infirmitas. Viderit hoc quis & in hominib⁹ veteris legis. Erat enim & Helias admirabilis, sed aliquando ob formidinem reprehensus est. Et Moses magnus erat, sed & hic ob eandē animi affectionem fugā inuit. Hęc autē patiebantur deo derelinquēte, & redargui sinente humanam naturam. Nam cum postquā eduxit illos, dicebāt: Vbi est Moses? si & induxisset, quid nō dixissent? Idcirco & hic noster dicit, Parco ne quis cogitet: nō dixit, dicat: sed, vt neq; cogitet aliquid vltra meā dignitatē: & ita etiā hinc manifestum, q̄ de seipso omnem sermonē habet. Vnde & incipiens dicebat, Gloriari autē non expedit mihi. Non dixisset hęc, si de alio sermonē habuisset. [Quare enim non expedit de alio gloriari? Sed is ipse est qui his dign⁹ fuerat habitus. Ideoq; adiecit: *Et ne excellentia reuelationum supra modum exsuperet, datus est mihi stimulus per carnē, nuncius satanę, vt me colaphis cedat.* Quid ais? qui regnū & gehēnam pro desiderio Christi nihili faceret, honorē qui à multitudine defertur, magni estimabat, ita vt efferretur, & asfiduo freno opus haberet? non em̄ dixit, qui colaphis ceciderit: sed, qui colaphis cedat. Et quis hoc dixerit? quid igitur dicit? Posteaquā aperuerimus quisnam sit stimulus, & quis item satanę nuncius: tunc hoc quoq; dicemus. Quidā capitis dolorē à diabolo immisum hic Paulū significare dixerūt. Sed absit, minime enim Pauli corpus diaboli manibus deditū fuit: quādoquidem & diabolus ipse Pauli simplici mādato obtēperauit, ac leges ipsi limitēsq; præfixit, cū ei fornicariū in carnis perniciē tradidit, quos ille prætergredi non est ausus. Quid ergo sibi vult? Satā Hebręorū lingua aduersari⁹ dicitur: & Regnorū tertio aduersarios ita vocauit scriptura: & de Salomone loquens, ait, Non

erit satan in dieb⁹ ipsius: hoc est, aduersarius qui oppugnaret, aut molestus esset. Itaq; quod dicit hęc habet sensum: Deus prædicationē liberius progredi nō est passus, fastū nostrū comprimēs: sed aduersariis nostri inuadendi potestātē facit. Siquidem hoc vt fastū deprimeret, idoneū erat. Ille autem capitis dolor nō item. Nunciū igitur satanę dicit Alexandrum, fabrum illum ætariū, Hymenæum & Philetū, omnes qui verbo aduersarentur, omnes qui cum ipso contenderent bellūmq; gererent, qui in carcerem conicerent, qui verberarent, qui abducerent, quoniā satanę opera faciebant. Igitur quēadmodū diaboli filios Iudęos appellat, qui illius opera imitabantur: sic & nunciū satanę vocat quēuis aduersariū. Proinde hoc dicit: Datus est mihi stimulus, vt me colaphis cedat, non tantū deo istiusmodi homines armante, absit, non puniente neq; cruciante, sed ad tempus sinente ac permittente. *Super hoc te dominum rogavi:* hoc est, sapenimero. Et magnę erat humilitatis non occultare q̄ ferendis insidiis non esset par, q̄ laboraret, atq; vt liberaretur, precibus opus esset. *Et dixit mihi, sufficit tibi gratia mea, nam virtus mea in infirmitate perficitur:* hoc est, sufficit tibi q̄ mortuos excitas, q̄ cæcos curas, q̄ leprosos mundas, q̄ alia miracula facis. Ne quærās securitatem à periculis liberā, & vt sine molestiis prædices. Sed ægro deiectōq; es animo? caue hoc meæ imbecillitatis esse putes, q̄ multos habes insidiantes, cædentes, vexantes & flagellātes: hoc enim ipsum meā declarat virtutē. Nam virtus mea, inquit, in infirmitate perficitur, quādo persecutionem patientes superatis, petsequētes, quādo vexati vicitis: vexātes, quādo vincit, is qui vos cædunt superiores euaditis. Ne quærās igitur superuacua. vidēsne, quomodo aliā causam ipse proferat, aliam deus? Siquidem ipse dicit, ne efferat, datus est mihi stimulus per carnē: deum vero dixisse ait, vt suā declaret potestatem hoc se permittere. Non igitur tantum rem superuacuam petis, sed etiam quę meā potētia gloriā obscuret. Nam illud, *sufficit tibi:* alterius accessione nil opus esse significat, sed oīa esse suis numeris absoluta & perfectā. Quare vel hinc perspicuum est, q̄ non de capitis dolore loquatur. Siquidē morbo laborātes haud prædicabant: non enim prædicare poterāt ægroti: sed quando vexati ac persecutionem passi, omnes superarent. Itaq; posteaquam ista audiui, inquit: *Libentissimē igitur gloriabor in infirmitatibus meis.* Ne enim animo cōcidant, cū pseudapostoli ob res diuersas atq; istis cōtrarias gloriarētur, hi vero in persecutionibus versarētur: ostendit se ob id clariorē euadere, sicq; virtutē dei magis relucere, atq; hęc digna esse ob quę merito quis gloriari possit. Propterea dicit: *Libentissimē igitur gloriabor.* Non cū animi dolore hęc dixi, quę recensui, aut hoc quod nunc dixi, q̄ datus sit mihi stimulus, sed gloriari ac maiorem virtutem mihi concilians. Idcirco etiam adiungit: *Vt inhabitet in me virtus Christi.* Hic & aliud quiddā innuit: nimirū quāto plus ingruat tentationum, tanto magis augeri gratiam, esseq; diuturniorem. *Quamobrem mihi placeo in infirmitatibus multis.* Qualibus quærso? In cōtumeliis, in persecutionibus, in necessitatibus, in anxietatib⁹. Vides qui nūc clarissimē hoc aperuerit? Enarrans enim infirmitatis genus, nō dixit febres aut periodum aliquā huiusmodi, aut aliam infirmitatem corporalē: sed, contumelias, persecutiones, angustias. Vides animū æquū & beneuolū? expetebat vt à molestiis liberaretur. Cæterū vbi diuino respōso



doctus est hoc fieri non conuenire, non solū non despondit animum voto nō potitus, sed etiā letatus est. Propterea dicebat, mihi placeo, gaudeo, cupio cōtumeliā & persecutionē pati, ac pro Christo angustiis premi. Hæc autē dicebat, tum illos deprimens, tū horū spiritus attollens, ne ob Pauli afflictiones pudeficerent. materiā enim & causam huiusmodi res præbet, quō aliis omnibus clariore euadamus. Deinde aliā quoque causam ponit: *Cum enim infirmor, tunc robustus sum.* Quid admiraris, si dei virtus eo rerū statu declaratur? ego etiā tūc robustus sum, eo enim potissimū tempore gratia accedit. Nā quemadmodū abundāt afflictiones ipsius, sic abūdāt & cōsolatio nostra. Vbi afflictio, ibi & cōsolatio: vbi cōsolatio, ibi & gratia. Quando igitur in carcerem cōiectus est, tunc admiranda illa gessit. Quando naufragium passus est, atq; in barbaram regionē eiectus: tunc maxime inclaruit. Quando ad tribunal victus accessit, tunc & iudicem

**Mora-** vicit. Sic & in veteri testamēto contingebat: in tentationib⁹ iusti florebat. Sic tres illi pueri, sic Daniel & Moses & Ioseph. Oēs hinc clari, & magnis coronis digni iudicati sunt. Tunc enim & anima purgatur, cum propter deū affligitur: tunc maiori fruitur auxilio, cū ampliore eget subsidio, gratiāq; meretur copiosiorē. Quin & ante præmia à deo, pposita, magna bona cōsequitur, dum interim sapiētia redditur. Siquidem factum detrahit, ac focordiā omnem extirpat afflictio. & ad tolerantia exercet: quā sint viles res humanæ deregit, ac multā adfert sapientia. Huic enim cedunt omnes animi motus cōcitati, inuidia, æmulatio, concupiscentia, pecuniarū potētatus, corporū amor, arrogantia, fastus, ira, omne deniq; huiusmodi morborum agmē. Quod si in rebus ipsis cernere lubet, & virum seorsim & integrū populū tibi ostēdere potero, qui partim in afflictione versatus sit, partim solum quoddā & liberius vitæ genus sit nactus, atque docere quantū hinc lucri exoritur, quāta focordia illinc.

**Exod. 1. c.** Etenim Hebræorū populū cum malis affligebatur, exagitabatūq; suspirabat, ac deū precabatur, & magnum sibi fauorem cœlitus cōciliabat: cum vero incrassatus est, resiliit. Rursum Niniuite quādo securitate fruebantur, ita deū exacerbarunt, vt minaretur totam se funditus ciuitatē euersurū: cum vero ad prædicationem illam humiliati sunt, plenam demonstrarunt philosophiam. Porro si virū aliquem separatim intueri velis, Salomonem mihi considerato. Is enim

**3. Reg. 3. c. 9. a.** cum curis angeretur, ac perturbaretur: de gētis illius perturbatione consiliū iniens, visione illa dignus est habitus. Ceterū quando deliciis indulsit, in ipsum vitiorum omniū barathrum delapsus est. Quid autē huius pater? quādo nā suspiciēdus erat & admirabilis?

**2. Re. 13. d.** nōne quādo tētationibus exercebatur? Absalō vero nōne quādiu patrē fugeret, moderatē se gerebat? vbi autem reuersus est, tyrāni animum induit, ac parricida factus est. Porro quid Iob? Nam hic quidē clarus etiam extra afflictionē fuit, clarior tamen post afflictionē extitit. Et quid attinet prisca & vetera cōmemorare? Si quispiā enim quæ nobis hisce tēporibus acciderunt expendat: conspiciet quantū sit afflictionis lucrū. Nunc enim pace fruenter, supini & desides facti sumus, diffleximus, innumeris ecclesiā malis impleuimus. Quādo vero agirabamur, temperantiores, mansuetiores, meliores, & in hisce cœtib⁹ eramus ad auscultandū prōptiores & alacriores. Quippe quod auro ignis, hoc animabus afflictio: fordes pur-

**Ibid. 15. a.** gans, puros reddēs, splendidos efficiēs & hilares: hæc enim in regnū introducit, illa in gehennam. Propterea lata quidem est altera, angusta vero altera. Vnde & ipse dicebat, In mundo tribulationem habebitis: tanquam magnū aliquod bonū, quod nos comprehēderet. Proinde si discipulus es, angustā & afflictā ingredi: ne molestē feras, neq; fastidias. Siquidem etiā si hac ratione nō affligaris: alia tamen ex causā, eāq; inutili, affligi omnino est necesse. Nam & inuidus, & pecuniarū auid⁹, ac meretricis amore flagrās, & inanis gloriæ cupidus, tum deniq; quiuis alius qui praua sectat: multas sustinet molestias & afflictiones, ac iis qui lugēt, nihilo minus affligitur. Quod si nō lachrymatur neq; luget, præ pudore sit & stupore. Nā si ipsius animū perspexeris, infinitis fluctib⁹ exundantem cōspicies. Cum igitur siue hanc siue illā sectemur vitæ rationem, afflictiones perpeti sit necesse: quare hanc nō eligimus, quæ cum afflictione innumeras adfert coronas? Etenim sanctos omnes sic ad regnū adduxit deus per afflictiones & angustias: simul & illos iuuans, & aliis interim consulens, ne maiorem q̄ par esset, de ipsis opinionem cōciperent. Sic enim initio idololatriæ inualuerūt, cum homines supra dignitatem admirationi essent. Hac ratione Alexandrū decimum tertium Romanorum senatus vt deus esset, sanxit. hic enim ea præditus erat autoritate, vt suffragiis deos crearet, approbarēq;. Cum igitur facta Christi omnia renūciata essent, per nuncios rogauit prouincię præfes num illis videretur ipsum quoq; suis suffragiis creare deū. Illi vero non annuerunt, irascentes & indignantes q̄ ante ipsorum calculum & sententiam crucifixi virtus inclarecēs, vniuersum terrarū orbem ad sui cultū attraxisset. hoc autem diuino cōsilio administrabatur, ipsis etiā inuitis: ne ex humano suffragio Christi diuinitas prædicaretur: ne vnus esse ex multis ipse existimaretur, qui ab illis creati essent. Siquidē & pugiles suis legibus in deorū numerū referbant: immo & Adriani amores ac delicias. Vnde & vrbi Antinoi nomē inditum est. Nam cum mors naturam mortale esse testetur, aliam diabolus viam adinuenit, animæ immortalitatem: cui ingenti admixta adulatione plurimos in impietate abduxit. Et malitiam quælo considera. Quando nos de ipsa recte cōmodēq; sentimus, nostrum euertit sermonem: ipsam vero quādo vt nocet vult adstruere, magno eā studio confirmat. Nam si dicat quispiā, Qui fieri potest vt deus sit Alexander, nōne mortuus est, idq; miserē? Sed immortalis, inquit, est anima. nūc scilicet de immortalitate verba facis ac philosopharis, vt à summo deo abducas? Verū vbi nos maximū hoc dei donum prædicamus, humilib⁹ & abiectis hominibus, brutisq; animatibus nihilo melius affectis q̄ decepti sint, persuadere conaris. Et si dicamus crucifixū viuere, risus protinus: quanuis clamet vniuersus terrarum orbis olim & nunc, tunc quidem per signa, nunc vero per eos qui mundū ad Christum cōuerterunt, non enim hominis mortui sunt ista adeo præclare gesta. Ceterum si quis viuere Alexandrū dixerit, credis: cum tamen nullū huius rei proferre possis argumētum. Immo, ais, multa enim & magna dum viueret, præclare fecit. Siquidē nationes & vrbes subegit, in bellis multis ac pugnis superior euasit, ac trophæa erexit. Si igitur ego, quod ille viuus ne cogitarit quidē, nec alius quisquam ex omni hominum memoria, ostendero: aliāne quæres resurrectionis demonstratiōem? Nā quod

q̄ viuus quispiam qui rex sit, & exercitus habeat, bella prosperē fœlicitēq; conficiat & vincat: nihil mirū supraq; vulgi opinionē, neq; nouum. At post crucem & sepulturam tāta passim terra mariq; gessisse, id demum maxime stupendū, ac diuinā & arcanam declarat potentiā. Alexander post mortem suā dissipatum regnū ac funditus euersum non reduxit: quī enim potuisset mortuus? Christus vero tūc potissimū cū mortu⁹ esset. Et quid de ipso Christo loquor, cū suis quoque discipulis vt post mortē celebres essent & clari, largitus sit? Vbi est, dic quælo, Alexandri sepulchrum? mihi ostēdito, ac diē quo mortuus est dicito. Seruorū autē Christi splēdida sunt sepulchra, quæ vrbē maxime regiā occupauerūt: & dies perspicui sunt, diem festum terrarū orbi faciētes. Ad hæc, Sepulchrum illius vel familiares ac domestici ignorant: huius autē etiā barbari sciunt. Quin sepulchra seruorum crucifixi regis aulis sunt splendidiore, non ædificiorū amplitudine ac splēdore (hac etenim parte excellūt) sed quod multo amplius est, cōuenientium studio. Nam & ipse ille purpura indutus, peregrē p̄ficiscitur sepulchra illa complexurus, & factu posito cōsistit sanctos rogans, vt sibi apud deū patrocinentur, & tabernaculorum artificē ac piscatorē patronos etiam mortuos precatur ipse diademata gestans. Audebisne igitur, dic quælo, horum dominū dicere mortuum, cuius famuli etiam mortui huius mundi regum sunt patroni? atq; id cernat quis non Romæ tantum fieri, sed etiā Constantinopoli. Nā & hic Constantinū illum magnum magno se honore affecturū existimauit filius, si in vestibulis collocaret piscatoris. Et quod in regis ianitores sunt regibus, id in sepulchro reges sunt piscatoribus. Et illi quidē veluti ipsius loci domini intus habitāt: hi vero tanquā accolæ ac vicini præclare secū agi putāt, si inuā ipsis assignetur vestibularis: per hæc infidelibus planū faciētes, maiore in resurrectione futurā piscatorum excellentiā. Si enim hic ad eū modū excellāt in sepulchris, multo magis in resurrectione: atque immutata est status ac dignitatis ratio. Reges quidē seruorū ac domesticorum subeunt officium, subditi autem regū induunt dignitatem, immo vero etiā clariorem. Et q̄ istud citra adulationem dicatur, ipsa declarat veritas. Nam ab illis etiā isti clariore euaserunt, multo enim q̄ alia illa regum sepulchra, ista sunt veneranda magis. Siquidem illic multa solitudo, hic celebritas multa. Quod si velis cū regiis aulis hæc sepulchra cōparare, rursum & hic ipsa excellunt. Illic enim qui alios magno cū factu submoueāt multi: hic multi qui vocāt & attrahūt, diuites, pauperes: viros, mulieres: seruos, liberos. Illic metus mult⁹: hic ineffabilis voluptas. Sed suaue spectaculū regē aureis amictū vestibus coronaque ornatum cōspicere, tum ad stātes imperatores, duces, centuriones, tribunos, præfectos. Sed hæc sunt adeo venerāda magis ac stupēda, vt illa cum his collata fabulā ac res ludicras existimes, nam simulatq; limina conscenderis, protinus locus ipse mentem in cœlū transmittit, ad supernum regem, ad angelorū exercitum, ad thronum excelsum, ad gloriā illam inaccessam: atq; hic in terrestri dominio principis potestati subiacet, vt subditorū quosdā soluat, alios autē vinciat. At sanctorū ossa non hanc habēt potestatem miserabile & abiectam, sed illā multo maiore. Demones enim sistunt, ac torquēt, & à vinculis illis acerbissimis victos liberant. Quid hoc tribunali terribilius? cū null⁹ videatur, nul-

*Imuocatio sanctorū.*

*† Græcus codex habebat τὸτα ἢ τὸς ὁμοματι οὐ βουλομαι τοῖς θεοῖς. sed legendum arbitror, τὸτα ἢ οὐ ματι οὐ βουλομαι τῶν ἀνθρώπων.*

lus immineat dæmonis lateribus: clamores, dilacerationes, flagella, tormēta, dæmone nō ferētē admirandam illā virtutem. Et qui corpora gestarunt, incorporeas superāt potestates. Puluis, ossa, deniq; cineres inuisibiles illas affligunt naturas. Propterea sanē vt regias aulas conspiciat, nemo vnquā peregrē proficisci sustineat. Atqui hui⁹ spectaculi gratia, reges multi sapius peregrinati sunt, futuri enim iudicij vestigia & signa nobis exhibent sanctorū martyria: cū dæmones flagellētur, homines affligantur & liberentur. Vidisti sanctorū virtutem etiā mortuorū? Vidisti peccatorū imbecillitatē etiā viuentiū? Quare vt huiusmodi obtineas, vitia fugito, & omni studio virtutē sectare. Si enim talia sunt præsentia, cogita qualia erunt futura: atque huic amorī assiduē deditus, amplectere vitam æternam: quam nos omnes assequi contingat gratia & benignitate domini nostri, &c.

*Homilia xxvij.*

**Actus sum insipiens gloriando, vos me coegistis, ego enim debueram à vobis commendari.** Absoluto de propriis laudibus sermone: eo nō contentus, rursum excusat, & veniā dictis deprecatur, necessitatis esse dicens quod facit, non consilij. Attamen licet etiā vrgeat necessitas, insipientem se vocat. In initio quidem dicebat, tanquā insipientē suscipite me. & tanquā in insipientia. Nunc vero hac dictione, rāquam, ablata, insipientē se vocat. Postquā enim confirmauit per prædicta quæ voluit, magna cum fiducia deinceps ac liberē huiusmodi reprehendit delictū: omnes docens, ne quis vnquā, ne proposita quidē necessitate, seipsum laudet, cum causā etiā oblata insipientem seipsum vocet Paulus. Deinde dictorū culpā non in pseudapostolos, sed in discipulos omnem conuertit. Vos enim, inquit, me coegistis. Si enim gloriarentur illi, neq; id vos in errorē adduceret, aut perniciē: nequaquam sic adductus fuisset, vt in hoc sermone delaberer. Sed cū totam corrumpent ecclesiā, vestram spectans vtilitatem, insipiens fieri coactus sum. Nec dixit, metui eū ne præcipatū apud vos adepti sua dogmata disseminarent, sed istud quidē superius posuit dicens, Timeo ne sicut serpens Heuam decepti, ita corrūpantur sensus vestri. Ad eum modū hic non loquitur, sed liberius, ac maiori cū autoritate, sumpta ex antē dictis fiducia. Ego enim debui à vobis commendari. Deinde & causam ponit, nō dicit rursum ipsas reuelationes, neq; signa solum, sed etiam tentationes. *Nulla enim in re inferior sui summis apostolis.* Vide quō pacto rursum hoc quoq; in loco maiori cum autoritate loquatur. Prius enim dixerat, Existimo me nihilo inferiorē fuisse: hic vero pronūciatiuē sic, quod dixi, post probationes magna cū fiducia deinceps loquitur. Neq; sic tamē à t̄ modo, aut à suo more discedit. veluti enim magni quippiā locutus, atq; sui rationē transcendens, q̄ cū Apostolis se numerarit: ita rursum mitigat, & addit, dicēs: *Esti nihil sum, signa apostoli peracta sunt inter vos.* Ne hoc spectes, inquit, num vilis sim & pusillus, sed an non ea sis cōsecutus quæ ab apostolo consequi oportuit. Nec dixit, vilis, sed quod minus est, nihil. Nam quæ inde prouenit vtilitas, q̄ magnus sis, si nulli prosis? Sicuti videlicet periti medici nullus est vsus, si laborantium neminē sanet. Ne igitur, inquit, istud expendas q̄ nihil sum, sed illud cōsideres q̄ commodorum, quæ vos accipere oportuit, nullum omiserim: sed ego apostolatus mei experimentum dederim. Proinde nil verbis meis fuit opus?

*Supr. 11. d. Ibidem.*

*Supr. 11. a.*

*Ibid. b.*

*† modestia*

Porro hæc dicebat non cōmendari cupiēs ( quo pā-  
cto enim id faceret, qui p̄æ desiderio Christi cœlum  
paruipenderet?) sed illorum salutis appetens. Deinde  
ne dicāt, quid ad nos, si nulla in re inferior fueris exi-  
miis apostolis? Propterea adiecit: *Perfecta sunt inter vos  
apostoli signa in omni patientia, & signis, & prodigiis.* Papæ  
quantū p̄æclarè factorū pelagus paucis verbis p̄æ-  
tercurrit? Ac vide quōdnā primum ponat, ipsam pa-  
tientiam. Istud enim est apostoli indicium, ferre omnia  
generose. hoc paucis vnica dictione exposuit. Signa  
vero quæ ipsius industria nō erant facta, pluribus ex-  
pressit. Cogita enim quot carceres, quot plagas, quot  
pericula, quot insidias, quot tentationū fluctus, quot  
bella intestina externa, quot dolores, quot deniq; im-  
petus hic patiētīē nomine significauerit? Rursum per  
signa quot excitatos mortuos, quot cæcos curatos,  
quot leprosos mūdatos quot dēmones expulsos? Hęc  
audiētes, facta nostra cōcise narrare dicam, si quā-  
do ad ea narrāda adigamur: quod & ipse fecit. Deinde  
ne aliqui dicant, etiā si magnus ac multa sis opera-  
tus, non tanta tamē quāta in aliis ecclesiis fecerint a-  
postoli, subiunxit: *Nam quid est in quo fuistis inferiores cæ-  
teris ecclesiis?* Non minorem, inquit, q̄ alij gratiam con-  
secuti estis. Sed fortasse dicet quispiā, Quid ita tandē  
omissa in pseudapostolos pugna ad Apostolos ser-  
monē conuertit? Ex abūdanti iporū sensus excitare  
volens, & ostendere se non illis modo p̄stantiorē,  
verum ne magnis quidem Apostolis inferiorē esse.  
Idcirco cū de illis verba facit, ait, magis ego. Cū ve-  
ro apostolis se cōparat, satis esse dicit, q̄ inferior non  
fuit, etiā si plus q̄ ipsi laborauerit. Hinc porro ostē-  
dit q̄ & Apostolos iniuria afficiant, cum eum qui illis  
par sit, pseudapostolis posthabeant. *Nisi quod ipse ego  
non fuerim vobis onerosus.* Multa cum acerbitate rursum  
obiurgationem posuit. & quod sequitur acerbius est:  
*Condonate mihi iniuriam hanc.* Attamen acerbitas ista dile-  
ctionis verba, & laudem illorum continet, siquidē  
iniuriā suam existimarent, q̄ ab ipsis aliquid sumere  
atq; hinc ali non sustineret. Si hoc, inquit, accusatis:  
non dixit, male accusatis: sed multa cum lenitate, ve-  
niam peto, cōdonate mihi hoc peccatū. Ac vide pru-  
dentiam: quoniā quidē istuc subinde agitatū, dede-  
cus ac probrū ipsis adferebat, cōtinenter illud miti-  
gat: nam superius quidē dicens, Est veritas Christi in  
me, quia gloriatio mea ista nō rumpeatur. Deinde ite-  
rum, Non diligo vos: deus nouit, sed vt auferam oc-  
casionē eorum, qui volunt occasionem. & vt in quo  
gloriantur, inueniantur sicut & nos. Et in priore, Que-  
ritur mea est merces? vt euangelizās sine sumptu po-  
nam euangeliū. Et hic, condonate mihi offensionem  
hanc. Vbiq; enim fugit gloriā, quia] propter infirmita-  
tem illorū nō accipit, & hoc loco nō est asper. Vnde  
hic sic dicit, Si hoc delictū esse putatis, veniā pe-  
to. Hęc autē dicebat percutiēs & curans. Enimvero  
ne hoc dixeris, Si percutere vis, quid excusas: si sana-  
re, quid percutis? Hoc enim sapientiæ est, & secare &  
obligare vulnus. Deinde ne videatur t̄gloriosus, & li-  
cet prius dixerit, continuo idē tractat, eo q̄ nō acce-  
perit. Nam] curat quidē istud, & in priore dicens: Nō  
scripsi autē vobis, vt sic fiat in me: melius enim mihi  
mori, q̄ vt gloriationē meam quis euacuet. Dulcius  
autē] hoc loco] & blādius. Quomodo? *Ecce tertia vice  
nunc promptus sum venire ad vos, & non grauabo vos: nō enim  
quæro ea quæ vestra sunt, sed vos. Non enim debent filij paren-  
tibus thesauros reponere, sed parentes filiis.* Quod autem di-

cit, hunc sensum habet: Non quia non accipio, pro-  
pterea nō adero, sed & secundo inuisi, & paratus sum  
tertio venire, & non grauabo vos. Et causa iusta. Nō  
enim dixit, quia cōtēptibiles estis, quia verberamini,  
quia infirmi estis: sed quid? Non em̄ quæro vestra, sed  
vos: maiora inquirō, animas pro opib; salutē pro au-  
ro. Præterea quia suspicabātur adhuc, quasi egre erga  
se afficeretur, ideo & causam ponit. Quoniā enim ve-  
rissimile erat dicere illos, Nō enim licet & nos habere  
& nostra? addit cum multa gratia defensionē illorum  
dicēs: Nō enim oportet filios parētib; thesauros re-  
ponere, sed parētēs filiis. Pro p̄ceptorib; & discipu-  
lis parentes ac filios ponens, & ostendens q̄ rem de-  
bitā faciat, id quod non erat ex debito: non enim sic  
p̄cepit Christ; sed parētēs illis hæc dicit. Propter-  
ea & amplius quiddā in medio interponit. Nō enim  
dixit solum, q̄ non debent filij thesauros ponere, sed  
q̄ & debent parētēs hoc facere. Igitur t̄ indulgēdū  
erit illis. *Ego vero libentissime impendam & expendar pro  
animabus vestris.* Nam parentes quidē filiis thesauriza-  
re lex naturæ p̄cipit. Ego autē non solū hoc facio,  
sed & meipsum addo. Et ista excellentia est, non solū  
nō accipere, sed & addere, nō simpliciter, sed cū ma-  
gna liberalitate, idq; ex magna penuria. Nam q̄ dicit  
t̄ expendere,] insinuantis est. Si & ipsam carnem in su-  
mere oporteat, nō parcā propter vestram salutem:  
vnde additur cum improperatione & charitate. *Licet  
amplius vos diligā, minus diligar.* Et hæc facio, inquit, pro  
his qui diliguntur, & non diligunt similiter. Confide-  
ra igitur quot gradus cōmemorat. Licebat accipere,  
ipse autem non accipiebat. Ecce primū opus bonum.  
& quanuis inopia premeretur: ecce secundum. & illis  
p̄dicans: en tertiū. & impendit, ecce quartū. & non  
simpliciter adiicit, sed & cum incrementō: ecce quin-  
tum. & non solum pecuniā, sed & seipsum: en sextum.  
& his qui non valde diligebāt ipsum: ecce septimū. &  
his qui valde diligebantur: ecce octauum. Hūc fanē  
& nos imitemur: nam magnū quidē crimen est etiam  
nō diligere: maius autem crimen sit, quādo quis dili-  
gitur, & non diligit: nam qui diligit diligentem, nihil  
amplius habet telonariis. at si neq; hoc habes, bestiis  
inferior fueris. Quid dicis homo? Nō diligis diligen-  
tem, & cuius gratia viues? vbi autē posthac proderis,  
& ad quæ negotia idoneus? Num ad ciuilia? Num ad  
priuata? Minime: nihil enim inutilius viro qui amore  
caret. Nā id vitij solent odisse & latrones, & homici-  
dæ, & parietum perfractores, & cōmunicato solo sa-  
le, mētēq; participes facti, mores mutauerunt. Tu ve-  
ro non salis duntaxat, sed & verborū & rerum parti-  
ceps, & ingrederis simul ac egrederis, nō amas? Et illi  
quidē fœdē amātes totas substantias in mulieres im-  
pudicas profundunt: tu autē ita frigidus es ac fœdus,  
infirmusq; ac imbellis, vt vel sine sumptu amorē non  
suscipias, qui honestissim; esset. Et quis, inquit, erit sic  
miser? Et quis sic efferus, vt auerfetur, & odio habeat  
amantem? Tu quidē bene facis q̄ nō credis tā absur-  
dā rē, ego vero si mōstrauero multos esse tales, quo-  
modo posthac confusionē nō portabimus? Quando  
enim dilectū traducis, quando aliū maledicentē au-  
dis, & nō excusas, quando aliū clarescentē inuides: qualis  
est ista amicitia? Quāuis nec hoc amicitia monstrare  
sufficiat, si non inuideas: sicut neq; si non aperto bel-  
lo impugnes ac hostis sis: sed amico assistere ac sup-  
petias afferre decet. Quādo autē eūcta facis & dicis,  
quibus proximus humilietur, quid ista anima mise-  
rius?

Hactenus  
ex Verone-  
si exemplari  
Græco,  
quæ in Ba-  
siliens. de-  
serant, ad-  
dita sunt.  
Supr. 11. c.  
Ibidem.  
Ibidem.  
1. Cor. 9. c.  
† cauet ne  
ostendar,  
quod  
† istud a si-  
due tra-  
ctare vt  
aliquid  
accipiat.  
Ibidem.

777  
rius? Heri & pridie amicus, & loquebaris cū illo, for-  
tassis etiā comedebas: repente quoniam vidisti mem-  
brum tuū magis honestatum, abiecta amicitie perso-  
na, hostilē induisti, imō insaniā. Insania enim mani-  
festa est, alienis bonis cruciari. Hoc enim rabidorū ca-  
num, & insanientium hominum est. Nam sicut illi, in  
omniū insiliūt facies inuidia exacerbati. Melius esset  
habere serpentē in visceribus sese volutantem, q̄ li-  
uorem intus depascētem: nam illū sæpe pharmaco-  
rum vsu euomi contingit, & alimēto mitigari. Liuor  
autē nō voluitur in visceribus, sed in animę sinu ver-  
satur, affectioq; est difficile curabilis. Et serpens quidē  
cum intus sit, apposito alimēto humana corpora nō  
cōtingit. Liuor autē, licet plurima illi edulia propo-  
nas, illam deuorat animam, vnde quaq; mordēs, dis-  
rumpēs, distrahens, neq; inuicere potes vllam medi-  
cinā, per quā à suo furore liberetur. Nunquid vna in-  
fœlicitate ei; qui bene agebat meli; habet, imō neq;  
sic: nam licet ille æger sit, aliū tamen videns bene ha-  
bentē illis doloribus obnoxius est, & vbiq; vulnera,  
vbiq; plagæ. Neq; vllus est qui super terram habitat,  
& non videt clarescere quosdā. Adeoq; excellens est  
morb; vt licet quis se domi includat, priscis tamē vi-  
ris olim mortuis inuideat. Et seculares quidem viros  
hec pati, graue quidē est, verū tamē nō ita graue: quā-  
tō magis censendū, q̄ hi qui à turbis semoti huic ma-  
lo sunt obnoxij: hoc omnibus grauius est. Et voluif-  
sem quidē tacere, sed siquidem silentium, licet ipsam  
minis pudendā faceret, vile foret tacere: at licet ego  
silēā, res tamen lingua mea fortius clamabit. Damnū  
enim nullū à verbis meis erit, quasi euulgēt vobis ma-  
la, lucrū autem fortassis & vtilitas quædam. Hic enim  
morb; & ecclesiā inuasit, & hoc est quod omnia sur-  
sum ac deorsum conuertit, corporisq; cōpagem dif-  
cidit, & stamus alter cōtra alterū, inuidia nos arman-  
te. Idcirco valde distorta est rerū facies. Si enim om-  
nibus ædificātib; vix stabunt qui docentur, quando  
omnes destruemus, quis tādē erit finis? Quid facis ho-  
mo, nō censes ferendum quod ea quæ pximi sunt de-  
struantur? Nōne tua prius q̄ quæ illius sunt, infirma  
facis? Nō vides extractores domuū, agricolas, quo-  
modo omnes t̄ quidem] currunt, & ille quidem effo-  
dit, alius vero plantauit, alius autē radicem purgauit,  
alius item rigauit quod plantatū, alius sepit ac muni-  
uit, alius iumenta abegit, & omnes ad vnū respiciunt,  
plantæ scilicet conseruationē. Hic autem non sic, sed  
plātō quidē ego, turbat vero ali; ac dissipat. Sine sal-  
tē bene firmari, vt robustior fiat, & insidias ferre va-  
leat: non meū opus perdis, sed tuū destruis: ego plan-  
taui, te autē oportebat rigare. Si igitur turbaris, & ra-  
dicē euulseris: non habebis quod tu riges. Sed vides  
clarescere plātantē, ne timeas. Neq; ego quid sū, neq;  
tu, neq; enim plantans, neq; rigans est aliquid. Vnius  
est opus dei, atq; ita cū illo pugnat, qui plātata reuel-  
lit. Excitemur igitur aliquando, vigilemus: nō timeo  
externū bellum, quantū pugnam domesticā. Quoniā  
& radix, quādo bene compacta fuerit in terra, nihil à  
ventis patietur, licet cōcutiatur: si autē illā intus ver-  
mes deuorent, etiā nullo turbāte cadet. Vt que quo si-  
cut teredines ecclesiæ radicem vorabimus? etenim à  
terra tales nascūtur cogitationes, immo non à terra,  
sed à stercore, cuius mater putredo est: & nō desisti-  
mus à contēptibili cura mulierū? Simus aliquādo vi-  
ri fortes, simus athletæ virtutum, repellamus magnā  
malorum horū corruptionē. Nam sicut corpus mor-

A  
tuum, ecclesiæ video multitudinē nunc abiectam. Et  
quemadmodū in corpore recens mortuo est videre  
oculos, manus, pedes, ceruicē & caput, sed nullū mē-  
brū facit quod debet: ita & hic omnes fideles p̄sen-  
tes, sed nō est efficax fides. Feruorē enim extinxim;  
& corpus Christi mortuū fecimus. Si autem horribi-  
le quod dictum est, multo horribilius quando opera  
ipsa vidētur. Nomina enim fratrum habemus, opera  
autem hostiū: & membra omnes dicimur, & sicut be-  
stia dissidemus. Hęc nostra non dico vt euulgē, sed  
vt admoneā & cessetur. Ingressus est quis in domum,  
honorē obrinuit, decet vt gratias agas deo, quod me  
brum tuū honoratur, & deus glorificatur: tu autē con-  
trarium facis, male loqueris honestato, & ita vtroq;  
subneruas: nam & te quoque confundis. Quare miser  
& ærumnose? Audisti laudari fratrem à viris vel à mu-  
lieribus, [& dolore affectus es:] adde laudib; & sic te-  
ipsum laudabis. Sin laudē corrueris, prius t̄ seipsum  
malum dixisti,] suspectus factus, illum magis extollis:  
quando audis laudari, esto eorū quæ dicuntur parti-  
ceps, et si non vita ac virtute, saltē congratulando il-  
lius bonis. Laudauit aliquē, admirare etiā tu: sic & te  
laudabit ille vt bonum & æquum. Ne timeas, q̄ tuas  
laudes destruas alterū laudās. Id enim accusando fiet:  
contentiosum enim est hominū genus, & quando  
viderit te maledicentē, auget encomia. Hac ratione  
accusatores torquere volens, te ipsum etiā apud alios  
accusa. Vidisti quantē fœditatis authores [nobis ipsis]  
facti sum? quomodo perdimus gregē ac discerpim?  
Fiamus aliquādo membra, fiamus vnū corpus, & qui  
laudatur, is quidē repellat laudes, & eas in frattē con-  
uertat: qui autē de alio audit, collatetur, sic nos ipsos  
cōgregemus, & caput nobis cōciliemus. Si autem se-  
parati fuerimus, etiā illius subsidio destituemur, quo  
absente, corpus magnum accipiet damnum, quod su-  
perne non cōstringitur. Ne igitur hoc fiat, inuidia &  
liuore pulso, multorū opinionem non curantes, cha-  
ritatem & concordia amplexemur, & futura bona cō-  
sequemur: quæ nobis omnibus eueniāt gratia & mi-  
sericordia domini nostri Iesu Christi, per quem & cū  
quo patri ac spiritui sancto gloria, nunc & semper, &  
secula seculorum, Amen.

Homilia xxviii.

**S**ed esto, ego non grauavi vos, sed cū essem astutus, dolo  
vos cepi. Num per quenquā eorū quos misi ad vos, cir-  
cunueni vos? [Rogavi Titum, & misi cum illo fratrem  
Nunquid Titus vos circunuenit? nōne eodem spiritu ambulauim-  
us? Nōne iisdem vestigiis?] Verba hæc admodum ob-  
scure dicta sunt à Paulo, sed non frustra, neq; temere.  
Nam quoniam de pecuniis sermo, & propter illos est  
defensio, merito adubrata sunt dicta. Quid igitur est  
quod ait, dicēdo: Non accepi, sed paratus sum & ad-  
dere & infumere: & multa de hoc etiam in priore &  
in ista epistola dicta sunt: nunc aliud quid dicit, quasi  
ex oppositione sermonē inducens, & p̄ueniendo  
soluens. Quod autem dicit, hunc sensum habet: Ego  
quidem vos non circunueni. Possent autem quis dice-  
re, Fortassis ipse quidem nō accepit, cum esset verfu-  
tus: sed subornarim missos à me, vt meo nomine ali-  
quid à vobis acciperent, & per illos ipse acceperim,  
& videar accepisse, per alios accipiens, nō per me ip-  
sum. Sed neq; hoc poterit quis dicere, etiā vobis te-  
stibus. Idcirco per interrogationem p̄mittit ser-  
monem dicens: *Obscraui Titum, & cum illo misi fratrem.  
Nunquid vos fraudauit Titus? An nō ipse sicut ego ambulauit?*  
hoc est,



hoc est, neq; ipse accepit. Vidisti quantum diligētię incrementū? non solū seipsum ab accipiendo purū seruare, sed etiā eos qui à se mittebātur, sic instituit, vt ne parū quidē carpere volētibus ansam det. Hoc multo maius erat eo quod fecerat patriarcha: nā ille quidem à victoria rediens, rege dāte spolia non accipiebat pręter ea quę illi comederāt. Hic autē necessario alimēto neq; ipse vſus est, neq; socios vti permisit, vt impudentiū ora magis obturaret. Idcirco neq; affirmat, neq; dicit, q; neq; illi acceperint, sed qđ hoc multo maius erat, ipse Corinthios testes adducit, qđ ipsi nihil acceperūt, vt ne ipse sibi videretur testis esse, sed illorum sententiā citat. Id quod solemus in valde manifestis, & in his pro quibus audemus aliquid. Dicite, inquit, nūquid aliquis eorū qui à nobis missi sunt fraudauit vos? nō dixit, num quis accepit aliquid à vobis, sed rem vocat fraudē, carpens illos & ostēdens, qđ ab inuoluntariis accipere fraus est. Et non dixit, Nū Titus: sed dixit, Nū aliquis: neq; enim hoc poteritis dicere, inquit, qđ alius quidē non accepit, alius vero accepit: nullus enim accepit. Rogauit Titū: & hoc seuerē dicit. Non enim dixit, Misi Titū, sed rogauit, ostendensq; etiā si accepisset, iuste accepisset, & sic quoq; purus mansisset. Vnde iterū interrogat dicens: Nunquid vos fraudauit Titus? Nōne eodē spiritu ambulabamus? Quid est, eodē spiritu? Gratię totū tribuit, & ostendit qđ tota hęc laus non à nostris laboribus, sed à spiritus dono bonū opus sit & à gratia. Etenim maxima erat gratia, inopia pressos & esuriētes nihil accipere propter docēdorū edificationem. Nōne iisdē vestigiis, hoc est, ne parū quidem ab hac diligētia recesserūt, sed eandem seruauerūt regulā? *Rursum arbitrari quod nos vobis excusamus?* Vidisti quomodo vbiq; metuit, ne adulationis suspiciōē admittat? Vidisti sapientiam apostolicā, quomodo cōtinue istud ponit? Etenim antea dixerat, Non iterū nos ipsos cōmendamus, sed dantes vobis occasionem gloriationis. & in proemio epistolę, Nū opus habemus cōmendatiōis epistolis? *Omnia autē ad vestram edificationē.* Iterū illos curat, & non manifeste dicit, qđ propter infirmitatem vestrā nō accipimus, sed vt edificemus vos. Manifestius quidē qđ prius dicens, & cōtegens id quod dolebat non seuerē. Non enim dixit, propter infirmitatē vestrā, sed vt edificemini. *Metuo enim ne forte veniens nō quales volo inueniā vos, & ego inueniar vobis qualē [non] velitis.* Dicitur magnū & molestū quiddā, capropter & defensionē ponit dicēdo, qđ omnia pro vestra edificatione: & apponēdo, metuo, quod alperius dicendū pręmitigat. Hoc enim iā nō erat peruicacię, neq; autoritatis doctoris, sed curę paternę: quando eos qui peccarūt correcturus, metuit ac tremuit. Sed neq; sic desinit, neq; pronūciat, sed tcedēs, inquit, ne forte veniēs non quales volo inueniā: non dixit, virtute pręditos: sed, nō quales volo, per oīa amicitię nomina declarans. Et quid dicit, inueniā? significat pręter expectationē. Sicut igitur inueniā à vobis. Nō enim voluntas est, sed necessitas, quę ex vobis originē habet. Vnde dicit, Inueniā qualē nolitis. Hic non dixit qualē nolim: sed quod vehemētius, qualē nolitis. Ceterū voluntas illius erat, nō tpraua] quidem, voluntas tamē erat. Poterat enim tverū] dicere, qualē nolim, & sic monstrare charitatē: sed non vult auditorem perturbare, imō etiam alperior sermo sic factus est, nunc etiam magis verberauit, & mansuetiorem sese exhibuit. Hoc enim sapientię illius proprium est, vt man-

Gen. 14. d

supr. 5. b

ibid. 3. a

dubitas.

præcipua  
rursum.

fuctius percutiat & pfundius scet. Porro quonlā obsecurius dixerat, detegit istud dicēs: *Ne forte sint contentiones, emulationes, irę, obtrectationes, susurri, tumores.* Et qđ primū positurus erat, hoc postea ponit: nam cōtrarium efferebantur. Vt igitur non videatur primum suarere, cōmune ponit primū. Hęc enim omnia ab inuidia prodierūt, calūnię, accusationes, diffidia. Nā inuidia quasi radix quę dā mala, iram, vituperationē, insolentiā, aliāq; omnia mala peperit, & ex illis maiora incrementa sumit. *Ne iterū veniētē me humiliet deus meus apud vos.* Iterū & hęc perstringit. Sufficiebant enim priora, inquit, quod & incipiēs dicebat, parcēs vobis, non iam veni Corinthū. Vidisti quomodo & indignationē mōstrat, & amoris indulgētiā? Quid est autē, humiliet? cretū gloria est, punire, improbare, pœnas exigere, locū iudicis occupare: sed hoc humilitatē vocat, adeo abfuit ab humilitate illa qđ aduentus corporis infirmus, & sermo contēptus, quia perpetuo voluisset sic placidus esse, & cōtrariū deprecabatur: & dicit in pcessu illud manifestū, humilitatēq; potissimū putat, in tantam incidere puniēdi necessitatē. Et cuius gratia nō dicit, ne veniēs humiliet: sed, ne veniētē me humiliet deus? Quia nisi per illum nō aduertissem, nō curassem. Neq; enim quasi potestātē habēs & ferox pœnā exigo, sed propter illius pręceptū. Sanē superius quidē istud ponit dicens: Inueniar qualem non vultis. Hic autē & mansuetius ac mitius loquitur, dicens: *Lygeam multos eorū qui peccauerunt, non simpliciter qui peccauerunt, sed qui non egerunt pœnitentiā.* Et non dixit, oēs: sed, multos, quos nec ipsos manifestos facit, dans etiā hinc ad pœnitentiā reditū, declarāsq; pœnitentiā posse neglecta emēdare: non pœnitentes luget, sed qđ incurabiliiter infirmi sint, & vulneribus saucij maneāt. Cogita igitur Apostoli virtutē, cū si bi ipsi nihil mali cōsciūs sit, pro alienis malis luget, & le. pro his quę ab aliis neglecta sunt humiliatur. Hoc enim potissimū doctoris est, sic cōdolere discipulorū calamitatibus, & lugere ac deplorare subditorū vulnera. Deinde dicit & speciē peccati, *In libidine & immundicia quę parauerunt.* Etiā hoc loco scortationē obsecurius insinuat. At si quis diligēter inquiserit, inueniat hoc nomine etiā omne genus peccati vocari: nā licet per excellentiā scortator & adulter vocetur immundus, attamē etiā alia peccata immundiciā faciūt in anima. Propter hoc certe & Christus Iudęos immūdos vocat, non solā scortationē illis improperās, sed & alia flagitia. Vnde dicit, fecisse illos t immūda] ea quę foris sunt, & qđ nō ea quę ingrediuntur, coinquinant hominē, sed ea quę egrediūtur. Et t alibi, dictus est immūdos, omnis immūdos corde. Nihil em virtute purius, nihil malitia impurius. Nam illa quidē Sole fulgidior, hęc vero luto fœtidior. Idq; testatur etiā hi qui in luto volūtātur, & qui in tenebris versantur, quādo scilicet quis illos vel parū respicere fecerit. Etenim quādiu suo more egerint, affectionibus ebrij, quasi t tenebris versantes, magna cū turpitudine fœde iacēt, & nec sentiūt quidē satis vbi sint. Vbi vero viderint aliquē virtute pręditū se redarguentem, vel etiā comparantē solū, tunc manifestius suā miseriā dignoscūt, quasi fulgore immisso: sic & suā fœditatē emendant & cōscios erubescūt, licet ille quidem seruus sit, & ipse liber, & ipse quidem rex, ille autem subditus. Sic Helia visō, Achab confundebar, & quanuis ille nihil adhuc dixisset, solo tamen aspectu illius confusus, & silente accusatore, condēnantem se tulit

supr. 1. d

Mora.

t mundi.

Mar. 15. b

Mar. 7. c

t alibi di-

ctum est,

immundus

apud do-

minū om-

nes que de

to est cor-

de.

tulit sententiā, loquens sicut hi qui capti sunt, ac dicens: Inuenisti me inimice meus. Sic multa libertate cū tyrāno illo Helias tunc loquebatur. Sic Herodes agrē ferēs cōfusiōē ex reprehensionibus manifestū indicauit, voce linguę propheticę magis & clarius fulgēte. Cōiecit in carcerē Ioānē, quasi nudus, & lumen extinguere attentās, vt iterū in tenebris sit, imō ipse quidē nō est ausus extinguere, sed quasi scabelum] in domo posuit. Misera autē & infœlix illa hoc facere cōpult. At qui neq; sic obuelare potuerūt reprehensionē, sed magis accenderunt. Interrogantes enim, quare Ioānes in carcerē coniectus est, causam didicerūt, & oēs qui post ea secula in terra marique habitāt, & qui tūc fuerūt, & qui nūc sunt, & qui erūt rursus, manifestē sciēt malam istam tragœdiam, tam libidinis quām cædis illorum, neq; vllum tēpus memoriam horū delere poterit. Tanta res est virtus, sic immortalē habet memoriam, sic etiā solis verbis sibi aduersantes perstringit. Quare coniecit illum in carcerem? quare nō contēpsit? Nunquid ad tribunal illum tractur? erat? num adulterij pœnā exegit? Nōne reprehensio in solis verbis erat? Quid igitur timet ac tremuit? Nōne verba erant ac reprehensio nuda? imō [magis quām] res mordebat. Nō duxit ad tribunal, sed traxit ad aliud, nēpe cōsciētia tribunal, & omnes cōstituit illi iudices, qui in mente illius sententiā ferre poterāt. Hęc ob causam tremebat tyrannus, virtutis facē nō ferens. Vidisti magnā virtutem? vincit tyrannus clarior fecit, & hūc ille metuūt ac tremuit. Sed ipse quidē ligauit solūm. Polluta autem illa etiam ad cædem impulit, tamen t in hoc maius illi crimen erat. Neq; enim tunc ad illam vt corripere, iuratur, & occurrendo dixerat, Quare cohabitas tyranno? nō quoniā reprehensione carebat. Nequaquā, sed hinc totū corrigere volebat. Idcirco reprehendit illum, neque illum austerius. Non enim dixit, scelestē, pollute, & pręuaricator ac prophane cōculcasti Christi legē, contēpsisti quę statuta sunt, potentiā tuam legē fecisti: nihil horū, sed etiā in reprehensione apparuit multa māfuetudo viri ac mititas. Dixit enim, Nō licet tibi habere vxorē Philippi fratris tui, erat enim magis verbū docētis, quām reprehendentis: erudientis, qđ punientis: instituentis, quām traductis: corrigētis, quām insultantis. Sed hoc est quod dixi, Furi lux inimica est: molest? est iust? peccantibus etiam solūm apparens: grauis etiam, si vel spectetur. Nō enim ferūt illius radios, sicut nec Solis iubar, qui oculorum morbo tenētur. Quin grauis est multis malis, etiā si audiatur solūm. Idcirco & polluta ac scelestā illa doctrix filię, imō filię trucidatrix, quāuis neq; vidisset illū, neq; audiuisset illius vocem, ad cædem incitat: ac facit, vt quam ad mollitiē educarat, ea ad homicidium properaret. Ita illū valde timebat. Et quid dicit? Da mihi in patina hęc caput Ioannis Baptistę. Quō te fers pręceps misera & calamitosa? Nūquid adest accusator? Nūquid obturbare videtur? Alij dicebāt, Grauis nobis est ad vidēdū illa etiā ait, vt audiat. Ideo dicit, Da mihi caput Ioānis. Quin & in carcere est propter te, & catena circūligatur, & licet tibi sic insolenter agere in amore, ac dicere, Sic deuinxit regē, qđ neq; publicē reprehensus dimisit ac recessit ab amore, neq; adulteriū t amisit, sed reprehendentē vinxit. Quid insanis & rabida es, habēs & reprehēsa adulterū? Quare mensam furiarū inquiris, & crudeliū dæmonum instruis conuiuium?

3. Re. 27. f

t sub modum.

t in hunc crimē magis vergat.

t dei legē,

Mar. 14. a. et Mar. 6. c

t analit.

Vidisti, qđ contēptibilis, quām meticulosa, qđ minimē virilis res sit inuidia? Quomodo quādo maximē inualefcit, tūc infirmior sit. Etenim ista nō sic turbabatur antequā Ioannem in carcerem coniecisset, sicut detēto illo turbatur. Et addit, Da mihi hęc in patina caput Ioānis. Et quare hęc? Ne obūbretur, inquit, inuidia, ne eripiāt illum quidā à periculo. Et quare nō totum mortuū requiris, sed caput? Caput quod contristauit, linguāq; hanc silentem videre desidero. At secus euenit: nam o misera & ærumnosa, vt abscēta est, clarius postea clamauit. Nam tunc quidem in Iudæa solū clamabat, nūc autem ad fines terrę venit, & vbiunque in ecclesiam ingrederis, siue Maurorum, siue Persarū, siue etiam Britannicarum insularum, audis clamantem Ioannem, Nō licet tibi habere vxorē Philippi fratris tui. Verūm ista nihil sciēs sapienter agere, vrget & impellit stultum tyrannū ad homicidium, timēs ne forte pœniteat. Tu autem disce iterum etiam hinc virtutis robur, neque inclusum, neq; ligatum etiam, silentē ferre iustum. Vidisti quām infirma malitia, quām immunda? nam pro cibis humanis caput in patina affert. Quid pollutius? quid scelestius? quid impudentius pueila illa? Quam emisit vocē in teatro diaboli, & in cōuiuiō dæmonum? Vidisti linguam & linguam, illam afferre remedium, hanc venenum, & instruentem mensam cōuiuij diabolici. Cuius gratia nō iussit in cōuiuiō intus occidi, & maior illi fuisset voluptas? Timebat ne pręsens vifus, omnes suo aspectu mutaret, ob sermonis fiduciam. Propter hoc caput requirit, clarum [fornicationis] triumphum statuere volens, deditq; matri suę. Vidisti saltatriculę pręmia? Vidisti spolia diabolicarū insidiarū? Nō caput Ioānis dico, sed ipsum cohabitantem. Nam si quis diligēter inquirat, cōtra regem erit triumphus: & quę vicerat, victa est: & cui caput defectum, coronatus, ac laudabatur etiā post mortem, vehementius cōcutiens eorum qui peccarant conscientiam ac mentē. Et qđ non rhetoricando hęc dicā, ipsum audi Herodem, qui vbi Christi miracula audiuit dicebat, Hic est Ioānes, ipse excitatus est ex mortuis, & propter hoc operatur in illo virtutes: adeo virefcētē habebat metum, & perpetuum certamen, & neq; conscientia poterat abiicere formidinē, sed māsit iudex ille incorruptus, cōstringens illū, & quotidie pœnā cædis exigens. Hęc sciēs ne timeam? qđ mala patimur, sed qđ male facimus. Nam illud quidem vincere est, hoc autem vinci. Vnde & Paulus dicebat, Quare nō magis iniuriam patimini? imō vos iniuriā facitis & damno afficitis, idque fratres. Nam dum mala patimur, expectamus coronas, brabia, celebritatē: quod etiā in omnibus sanctis videre licet, quoniā omnes sic coronati sunt, sic celebrati sunt: sic & nos hęc incedamus viam, & oremus quidē, ne intremus tentationem: si autem aduenerit, magna feramus constantia, congruam alacritatem declarātes, vt futurorum bonorum cōpotes fiamus, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri ac sancto spiritui gloria, nūc & semper, & in secula seculorum, Amen.

malitia?

t silentem fert.

Mar. 14. a  
Mar. 6. b  
Lu. 9. a

1. Cor. 6. b

Homilia xxix.

**E**tia vice nunc veniam ad vos in ore duorum testium Ca. XIII. **E**trium stabit omne verbum. Ex multis quidem etiā aliis locis, sed & ex hoc potissimū videre licet insignem Pauli & sapientiam, & dilectionem. Quām potens enim & frequens in promissionibus,

fionibus, q̄ tardus & cunctabundus est in punitionibus. Nō enim statim peccātes puniuit, sed denūciās semel ac iterū, & neq; sic prauaricātes punit, sed iterum denūciat dicens: Tertia vice nunc venio ad vos. Et antequam adero, iterum scribo. Deinde ne mora ignauiam operetur, vide quomodo etiam hoc corrigat, subinde interminās, intētānsq; plagam ac dicēs: Si iterum venero, non parcā: & ne forte veniēs luceam multos. Hęc autem facit & dicit, dominum omnium etiam sic imitans. Quoniam & deus quidem frequēter minatur & sæpe denūciat, nō autē crebrō punit & cruciat: id ipsum etiam ipse facit. Eapropter etiā antea dicebat, parcēs vobis nō iā veni in Corinthum. Quid est, parcēs vobis? Ne inueniā peccantes, & emendationē respuentes, inferam supplicium & pœnā. & hęc: tertia vice nunc veniam ad vos, in ore duūm testium & triū stabit omne verbum. Non scriptum scripto cōiungit, quod & alibi fecit dicēs: Qui adhæret scorto, vnū corpus est. Erūt enim, inquit, in carnem vnā, tamen hoc de legitimo coniugio dictum esset: sed abusus est dicto hoc, in hoc vtiliter, ita vt magis terreat: quod certē & hoc loco facit, † pœnarum loco suum aduentū]ponēs & denūciationes. Quod autē dicit, hoc sibi vult: Semel dixi ac iterum, quando aderam, dico & nunc per literas, & siquidē audietis, ex mea sententia facietis. Sin eritis inobedientes, necessariū deinde, vt statuatur ea quę dicta sunt, & inferat pœna. Ideo dicit, Prædixi & prædico vt præfens secundō, & absens nunc scribo, his qui antea peccarunt, & reliquis omnibus, quod si venero iterū, nō parcā. Si enim in ore duūm testium & trium stabit omne verbū: affui secundō & dixi: dico autē & nunc per epistolam: necesse est deinde liberē loqui verū. Ne em̄ putes min⁹ habere literas quām præfentiam: nam quemadmodum præfens dicebā, ita & absens nunc scribo. Vidisti paternā curā? vidisti doctrinā prouidentia dignā? [neq; siluit, neque puniuit.] quin & prædicat sepius & perpetuō minatur, & remoratur, [suppliciiū] et si manserint incorrigibiles, minatur tunc illos experturos pœnam. Quid autem prædixisti præfens, & absens scribis? Si denuo venero, non parcā. Quoniā prius mōstrat q̄ nō possit cogi vt hoc faciat,] & rem hęc vocat luctum & humiliationem. Ne fortassis enim, inquit, quū venero ego, deus me humiliet apud vos, & luceam multos, ex his qui prius peccarūt, & pœnitentiam nō egerunt: rationēq; reddiderit illis, quod & semel ac iterum & tertio prædixerit, & q̄ omnia fecerit, ac conatus fuerit, impedire pœnā, ac metu verborū meliores reddere: tūc tandē graue & valde horrendum hoc verbum posuit dicēs, Si venero denuo, non parcā: nō dixit, puniam, & exigam pœnam, sed verbis admodum paternis etiam ipsam pœnam posuit, mōstrans sua viscera, & cōdolentē illis mentem, propter quod semper parcens differebat. Deinde vt ne etiam nunc putent quod iterū differat, & simpliciter minetur verbis, propter hoc & antea dixit, In ore duū vel trium testium stabit omne verbum. & Si venero denuo, nō parcā. Quod autē dicit, hunc sensum habet: Nō vltra differā si incorrigibiles inuenero, quod absit, sed planē intētābo pœnas, & psequar id quod dixi. Deinde cū multa ira feruētq; indignatione ad subsannātes se tanquam infirmū, & aduētū suum irridentes ac dicentes, aduentus ille inefficax est, & sermo friuolus, quasi his respōdens dicit: Quandoquidem experimentū quærūt eius qui in me loquitur Christi.

sup. 12. g.

ibid. 1. d.

1. Cor. 6. d.

† testimo-  
nariū loco  
suos ad-  
uentus.

† hoc face-  
re nisi co-  
gatur.  
sup. 12. g.

Nam hoc & illud perstringēs ac carpēs dixit. Quod autē dixit, hoc est: Quoniam vultis probare, num in me Christus habitet, & correctiones exigitis, & propterea me irridetis quasi vilē & cōtēptibilem, quasi hac virtute destitutū: scitote quod nō sumus destituti si exhibueritis occasionē: quod absit. Quid igitur, dic obsecro, Num propter hoc punis q̄ experimentū quærūt? Non, dicit: nam si hoc quæruiisset, principiō statim peccātes puniisset, & nō distulisset. Quod autem hoc nō quærat, pergens manifestius ostendit, ac dicit: Precor autē vt ne quid mali faciatis, nō quod nos probati appareamus, sed vos probati sitis: mos verō [veluti] reprobis sim⁹. Non igitur tanquam causam reddens hoc ponit, sed magis succēlens, imō perstringens se contempnentem. Nam ego quidē, inquit, nolim vobis id experimentū dare: si autē vos dederitis causam & volueritis me puocare, scietis re ipsa. Et vide vt onerosum facit sermōnē, nō enim dicit, quādoquidē experimentū mei quæritis: sed, eius qui in me loquitur Christi, monstrans q̄ in illum peccarunt: & non simpliciter dixit, eius qui inhabitat, sed, qui loquitur, ostendens spiritualia esse verba: [quæ si illius virtutē non indicent,] neque puniat, (deinde enim à seipso sermonem illic trāstulit, terribiliores minas faciens,) nō propter infirmitatē, potens enim erat, sed propter longanimitatem. Ne igitur patientiā illius infirmitatē quis patet. Quid enim miraris, si nō aggreditur nunc vt puniat peccātes, neq; exigat pœnā, sed patiens est ac lōganimis, quum & ipse se crucifigi scilicet sustinuerit, tantāq; passus nō puniuerit? Idcirco & subdidit: Qui erga vos non est infirmus, sed potens est in vobis: nam quāuis crucifixus fuit ex infirmitate, viuit tamē ex potētia dei. Multā obscuritatem habent verba hęc, & infirmiores turbant, eapropter operæ precium fuerit ea manifestius explanare, & dictionis illius circa quam est obscuritas exponere significata, ita vt ne minimus quidē offendatur. Quid igit hoc quod dictū, & quid indicat? Infirmitatis nomē, & in quo significato dictū est, discere necessariū. Vna em̄ dicitio, sed multa eius significata sunt: nā & corporis aduersa valetudo infirmitas dicitur. Vnde & in euāgelio dictū, Ecce quē diligis, infirmus est, de sancto Lazaro: & ipse dicebat, Infirmitas ista nō est ad mortē. Et de Epaphra Paulus, Etenim infirmus fuit ferē vsq; ad mortem. sed deus miser⁹ est illius. Et de Timotheo, Vino modico vtēre propter stomachū tuum, & frequētes infirmitates tuas. Hęc enim omnia corporalē infirmitatē significant. Dicitur itē infirmitas, non esse solidatū in fide simpliciter, neq; perfectū esse. Et hoc significās Paulus dicebat, Infirmū autem in fide suscipite. Et iterū, Ille quidem credit, vt manducet omnia: alius autem infirmus olera comedit, infirmum in fide significās. Ecce duo significata infirmitatis. Est & aliud tertiuū significatū infirmitatis. Quale hoc? persequutiones, insidiæ, insultus, tētationes, adductiones ad tribunal. Et hoc manifestans Paulus, Pro hoc ter dominū rogauī, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: virtus em̄ mea in infirmitate perficiē. Quid est, in infirmitate? in persequutionib⁹, in periculis, in tētationib⁹, in insidiis, i mortib⁹. Et hoc manifestās dicebat, propterea glorior in infirmitate. Deinde ostendens quā dicat infirmitatē: non febrē dicit, non ambiguam fidē. Sed quid: in contumeliis, in persequutionibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, vt inhabitet in me virtus Christi. Quando enim infirmus sum,

† si vobis  
ipsum  
autem nō  
inducit.

1. Cor. 11. d.

1. Cor. 1. c.

ibidem.

ibidem. d.

ibid. 2. d.

sup. 12. g.

1. Cor. 11. g.

1. Cor. 11. g.

ibid. 12. a.

ibidem.

sum,

sum, tūc potens sum: hoc est, quando persequutionē patior, quādo expellor, insidiis impetor, tunc potens sum, tū magis valeo, & superior sum insidiātib⁹, gratia vberius in me inhabitāte. Sanē secundū hoc tertium, Paulus infirmitatē hoc loco posuit. & quod dicit, hūc sensum habet: vt iterū refutet, quod & antea dicebā, quia cōtēptibilis esse videbatur: nō enim volebat gloriari, neque id quod erat, esse videri, neque ostētare potētiā qua præditus erat, vt puniat & vindicet, vnde & cōtēptior esse putabatur. Igitur quoniā hoc putantes in magna ignauia & stupore erant, nec à peccatis respiciēbāt, accepta oecisione oportuna, etiā de his magna austeritate differit, ostendēs q̄ nō non per infirmitatem hoc faciat, sed ob longanimitatē. Deinde, id quod dixi, ab ipso trāsferens in Christū sermo intēdit timorem, & auget minas: vult autē dicere, Nō enim, licet puniam & castigem peccātes, ego sum qui punio & castigo. Est qui in me habitat ipse Christus. si autē nō creditis hoc, sed vultis experimentū accipere re ipsa eius qui in me habitat, scietis statim. Neq; em̄ infirmus est erga vos, sed potens est, quāuis vbiq; potēs sit: nam siue infideles voluerit punire, siue dæmones, siue quiduis, potens est. Et propter quid apposuit, erga vos? Quid igitur vult additio? Verbū est, quo multū inhortatur illos ex his quæ olim experti erāt. Vel hoc significat: iā in vobis potētiā declarat, q̄ debeatis corrigi: quod & alibi dicebat, Quid autē ad me, etiā exteros iudicare? Nā ab exteris, inquit, pœnā sumet in die iudicij: à vobis autem nūc, vt ab illo supplicio liberet. Attamē vide quomodo hoc cū magna cura & dilectione factū, eo feruore dicit, vt & metū ponat, inquit: Qui non infirmus est erga vos, sed potens est in vobis. Etenim licet crucifixus sit ex infirmitate, viuit tamē ex potētia dei. Quid est, licet crucifixus sit ex infirmitate? Etenim licet voluerit, inquit, hoc sustinere quod infirmitatis esse videtur, sed p̄pterea suā potētiā imminuere noluit. Manet enim eadē, & inexpugnabilis, & nihil læditur à facto hoc quod infirmitatis esse putat: sed istuc ipsum maximē illius ostēdit potētiā, q̄ & talia sustinuit, & suā virtutem nō mutilauit. Ne igitur te offēdat infirmitatis verbū. Quoniā & alio loco dicit, Quod stultū dei, sapientius hominibus est: & quod infirmū dei, potentius est hominibus: quāuis deus nihil stultū vel infirmum habeat, sed crucē sic vocauit, iuxta infidelium suspitionē de ea loquēs. Audi igitur illū seipsum interpretantē: Verbum enim crucis, his quidē qui pereūt, stultitia est: nobis verō qui seruamur, virtus dei est. Et iterū: Nos autē prædicam⁹ Christū crucifixū, Iudæis quidē offendiculū, gentibus autem stultitiā, illis autem qui vocati sunt cum Iudæis tum gentibus Christum dei virtutem ac dei sapientiam. Et iterum: Animalis autem homo non percipit ea quæ spiritus sunt. Stultitia enim illi est. Vide quomodo vbiq; infirmitatē existimantiū. Ita etiā hoc loco infirmitatem dicit, non quæ erat, sed quæ ab infidelibus esse putabatur. Non hoc igitur dicit, qui quum infirmus esset, crucifixus est, absit. nam quod omnino potuisset nō crucifigi, ostendens, alibi prosternit hos, qui capere conabantur, ita vt supini caderent: alibi radios è corpore emittit trāsfiguratus, alibi ficulneam arefacit, & oculos eorū qui ad se veniebāt excæcat, & innumera alia facit. Quid igitur est, quod dicit, ex infirmitate? licet crucifixus sit periculū & insidias ferēs (nam ad-

1. Cor. 5. d.

1. Cor. 1. c.

ibidem.

ibidem. d.

ibid. 2. d.

1. Cor. 18. b.

Mat. 17. a.

ibid. 21. b.

missi iam infirmitatē pericula & insidias vocari) atamen nullū dānum sensit. Hęc autem dicebat in seipsum exemplū trāsferens. Nam quoniā videbant se in persequutione esse, vexari, contēni, & non vlciſcebātur se, nec euadebāt, docēs illos, q̄ neq; ipsi per infirmitatē hęc patiebantur, ob hoc, q̄ non possunt euadere, transfert sermōnē ad dominum: Quia & ipse, inquit, crucifixus est, ligatus est, innumera passus est, & non euasit, sed māsit sustinens ea quæ infirmitatis esse putabātur, & hac ratione potētiā suam declarans, q̄ etiam nec euadens nec se vlciſcens, nihil omnino damni acceperit. Vitā igitur non remorata est crux, nec resurrectionē impediuit, sed & resurrexit & viuit. Quando autem crucem audis & vitā, de dispēfatione accipe sermōnē. De illa enim omnis sermo ille. Quod autē inquit, ex potētia dei, dicit nō quod ipse infirmus sit ad viuificandā carnem, sed quod eadem sit illi cū patre. Dicens enim, Ex potētia dei, nō quod infirmus sit: sed, ex potentia sua dixit. Quod & ipse illā resuscitavit & conseruet, audi ipsum dicentē, Soluite tēplum hoc, & ego in tribus dieb⁹ sulcabo illud. Quod si autē patris esse dicit, quod suum est, ne turberis. Omnia enim quæ patris mei, mea sunt, inquit. Et iterū: Omnia mea tua sunt, & tua mea. Igitur quemadmodū ille crucifixus nihil dāni passus est, inquit: sic neq; nos qui in persequutione sum⁹, & infestamur. Idcirco & addit, Etenim & nos infirmi sumus in illo, sed viuemus in illo ex potentia dei. Quid est, infirmi sumus in illo? Persequutionē patimur, vexamur, extrema patimur. Sed quid est, in illo? Propter prædicationē, inquit, & fidē quæ in illū. Quod si dura & grauia sustinemus propter illū, manifestū quod & præclarē habituri sumus. Ideo & subdit, Sed seruamur cum illo ex potētia dei. Vos ipsos tētate, nūc sitis in fide, vos ipsos probate. An nō cognoscitis vos ipsos quod Christus in vobis est? nisi aliquatenus reprobi sitis: spero autē vos cognituros, quod nos nō sim⁹ reprobi. Nam quoniā per prædicta ostendit, q̄ quāuis nō teuadat, inō quasi nō habēs in se Christū, sed imitans lōganimitatē illius, qui crucifixus, & nō se vltus est. Iterū aliter istuc ipsum operatur, & maiore abundantia à discipulis sermōnē cōficit. Quid enim dicā de me doctore, inquit, cui tanta cura est, & cui cōcreditus totus orbis, & qui tanta feci signa? vos enim ipsos si volueritis discutere qui in discipulorū ordine estis, videbitis q̄ & in vobis Christus. Si autē in vobis, multō magis in magistro. Nam si fidem habetis, & in vobis est Christus: nā qui tūc credebāt, miracula operabātur. Proinde & subdidit: Vos ipsos tentate, num sitis in fide, vos ipsos probate. An nō cognoscitis vos ipsos, q̄ Christus in vobis? nisi aliquatenus reprobi sitis. Si autem in vobis, multō magis in magistro. Cæterum mihi videtur hęc fidem dicere illam, quæ miraculorū est. Nam si habetis fidem illā, Christus in vobis est, nisi aliquaten⁹ reprobi facti sitis. Vidisti quomodo iterum terret, & abundatē ostendit apud se esse Christū. Hoc em̄ loco videtur mihi etiā ad vitam illos incitare. Nam quoniā nō sufficit fides ad cōciliandam sibi spiritualem efficaciam, dixit autem, Si estis in fide, Christum \* habere in vobis ipsis. \* id est, id cōtingit autem multos esse ab hac efficacia vacuos, est, habere licet fidem habeant, soluens dubiū, inquit, nisi aliqua ex parte reprobi sitis, & habetis vitam corruptam. Spes vero mihi est vos cognituros, q̄ nos nō sim⁹ reprobi. Cōsequēter erat dicendū, Si autem vos reprobi facti estis, sed non nos. At non sic dicit, vt ne plagam

1. Cor. 2. d.

1. Cor. 16. c.

ibid. 17. b.

1. Cor. 11. d.

\* id est, id

est, habere

licet fidem habeant, soluens dubiū, inquit, nisi aliqua

ex parte reprobi sitis, & habetis vitam corruptam.

1. Cor. 11. d.

gam



gam inferat, obliquè istud insinuat, neq; affirmans & dicens: Reprobi estis: neq; per interrogationè pronuncians & dicens: Si autè vos reprobi? sed illo ipso per interrogationè omisso, & obcurè in se ostendit addès, Spero autè vos cognituros quòd nos non sumus reprobi. [Rurù hìc minax multa, terror magnus. Quandoquidè, inquit, hinc per nostram in vos animadversionè experimentum sumere vultis, id perfacilè vobis planù faciemus. Cæterùm ad eum modù nò loquitur, sed maiori cù gravitate ac minis grauioribus. Spero autè vos cognituros, q; nò sumus reprobi.] Nam oportebat quidè etià absq; hoc scire, vos, inquit, scitis, & quòd Christum habemus in nobis loquentè & operantem. Quoniam autem & re ipsa vultis accipere experimentù, scitote quòd nò sumus reprobi. Deinde quoniam minas intentauit, & pœnas iam ad fores adduxit, & in timore constituit illos, & expectare fecit pœnã: vide quomodo iterù dulciore reddit sermonem, & mitigat timorem, & ostendit se ab ambitione alienum, discipulorùmq; curam gerentem, animo erectum, & consilio prudentem, vanamque gloriam aspernantem. Hæc enim omnia ostendit in his que subdit dicēs: *Precor autè deum, vt ne quid mali faciatis, [non quo nos approbati appareamus,] sed vos quod bonù est faciatis, nos autè quasi reprobi sumus. Nò enim possumus aliquid còtra veritatem, sed pro veritate. Gaudemus enim nos, quum nos infirmi fuerimus, vos autè potètes sitis: hoc autè in super precamur vestrà integritatè.* Quid huic animæ còparabitur? còtènèbatur, respuebatur, illudebatur, subsannabatur, quasi vilis, quasi contèptibilis, quasi arrogans, quasi gloriosus in verbis quidè, re autè ipsa neq; parum virtutis suæ vim ostètans, nò solum differt, neq; solum cessat, sed & precatur, ne detur sibi talis occasio. Precor enim, inquit, ne faciatis male quippiã, nò vt nos probati videamur, sed vt vos quod bonum est faciatis, nos autè quasi reprobi sumus. Quid est quod dicit? Obsecro deum, inquit, & oro, vt nullù inueniã incorrectù, nullum inueniã non pœnitentem, imò neque hoc solum, sed neq; inueniã initium peccati: dicit enim, Ne quid mali faciatis: si autè peccaueritis, pœniteatis & præoccupetis vos emédãdo, omnemque repellite irã: neq; em hoc studeo vt sic reprobi sumus, sed planè còtrariù, vt ne vos reprobi appareatis. Nã si mãseritis, inquit, sine pœnitentia peccãtes, necessariù erit vt puniamus & castigemus, & t exerceamus corpora nostra: quod & in Sapphira ac Mago factù est, & demus experimentum virtutis: nò autè precamur hoc, sed còtrariù, vt neq; nos sic probati appareamus, hoc est, ne sic experimètur declaremur potètiã nostrè in puniendis vobis & castigãdis peccatoribus, incurabilitèq; laborantibus. Sed quid? vt vos quod bonù est faciatis, hoc precamur, vt semper virtutem operemini, semper corrigamini, nos verò quasi reprobi sumus, nò declarantes nostrã punitiã vim: & nò dixit, reprobi: nò em futurus erat reprobus, licet nò punisset, sed propter istud ipsum magis probatus. Quasi dicat, quanuis nò nulli suspicentur nos, quia nò ostentamus nostrã potentiam, esse còtèptibiles, & ea destitutos, nihil hoc nobis curæ est. Satius enim vt tales ab illis habeamur, q; si plagis potentia, quam dedit nobis deus, t còsilio minus recto] declararemus. Non enim possumus contra veritatem, sed pro veritate: vt enim non videatur illis condonare, hoc enim est animi à vana gloria alieni, sed quòd faciat id quod rei postulabat natura, hoc subdidit di-

† probati sumus, sed plane contrarium vt ne nos probati appaream. † inutile mus corpora vestra: Ait. 5. a & 8. b

† in obsequio

ciēs: Nò enim possumus còtra veritatè. Nam si inuenimus, inquit, vos probè agètes & repellètes peccata per pœnitentiã, ac fiducia erga deũ habètes, neq; poterimus etiã velle in posterum punire: sed etiã si attètarem, nò cooperaturus esset deus. In hoc enim nobis dedit potentia, vt sententiã veram feramus, & iustam, non à veritate vel paululum diuersam. Vidisti quomodo vbiq; sermonè facit minimè molestum, & minarum asperitatem mitigat, sicut hoc fatagebat, ita & mentè suam illis vult esse addictam: propterea etiã subdidit dicens: *Gaudemus quum nos infirmi fuerimus, vos autè validi sitis. Hoc autè in super precamur vestrà integritatè.* Minimè enim, inquit, poterimus aliquid còtra veritatè, hoc est, punire vos bene agentes: & quia nò possumus, ppter hoc nolimus, sed còtrariù còcupiscimus: quum & propter istuc ipsum maximè gaudemus, q; non inuenimus vos tales, qui occasione nobis exhibeatis, vt nostrã quæ in puniendo est potentia ostendamus, licet talia faciètes nos claros & probatos & potètes declararemus, sed còtrarium volumus, nēpe vt vos probati & irreprehensibiles sitis, & nos nunquã inde gloria lucrifaciamus. Ideo dicit, Gaudemus enim quando nos infirmi sumus. Quid est, infirmi sumus: quãdo existimamur infirmi, non q; simus infirmi. Sic enim putabãt inimici, quum iam facultatem puniendi nò manifestaret: at tamen gaudemus quãdo sic conuersamini, q; nò datis occasione nobis castigãdi vos, quod nobis dulce est ac gratù, quãdo sic existimamur infirmi, modo vt vos irreprehensibiles sitis: vnde addit, vos autè validi sitis, hoc est, probati, & virtutibus còspicui, & nò solum volumus hæc, sed etiã precamur vt vos sitis ita irreprehensibiles, absoluti, nullamq; nobis dantes occasione. Hęc paterna viscera, discipulorum salutè, Moræ suæ gloriæ præferebãt. Hoc animæ fuerit vanæ gloriæ expertis. Tunc certè virtus maximè à corporis liberat vinculis, & à terra in cœlũ sublimè esse facit, si pura sit à vana gloria, quæ admodum hæc admittit in plurima inducit peccata. Fieri em non potest, vt qui non est purus à vana gloria, sublimis, magnus & strenuus fiat, sed necesse est vt humi repat, & t magis corrumpit sibi seruientè tam polluta domina quouis barbaro crudelior. ] Quid enim illa ferocius fuerit, q; si ei maximè seruitur: tunc enim maximè ferocit, quanuis hoc neq; bestia effera solèt, quæ multo ministerio mãsuecūt: còtra vanæ gloriæ cupiditas quando contènitur, mãsuecūt: quando autè colitur, effertur, & se armat contra se colentè. Hanc quũ colerent Iudæi, graui supplicio affecti sunt: hanc quum despiceret discipuli, coronati sunt. Et quid dico supplicia & coronas? Nã si illã respuere, maximè facit apparere claros, & videbis etiã hìc eos qui illã colunt, damnũ: eos verò qui contènunt, vtilitatè accipere. Nã discipuli qui illam contèpserunt, (nihil enim prohibet iterũ eodem vti exemplo) & quæ dei erant prætulere, clariore Sole fulserunt, immortalem adepti memoriam etiam post mortem. Iudæi verò qui ab illa victi, sine ciuitate, sine domo, sine honore, exules & instabiles facti sunt, vilèsq; ac contemptissimi. Et tu quoque si vis gloria fulgere, gloriam còtemne: sin gloriã sectaberis, gloria excides. Si autè placet, hunc sermonem & in secularibus rebus approbabitur. Quos em maximè scòmatis incessimus? Nòne eos qui illius cupidi sunt? Quid? nòne qui hac destituti sunt, inquit, plurimos habet vituperatores, & ab omnibus còtè-

Mora

† multa corrumpit qui in plura & quous barbari crudeliter

† inuauit

Es. 66. & Marc. 9. 8

† inuauit

789 isti destituntur, qui plurimos habet vituperatores, & ab omnibus còtèntur.

1. Cor. 15. e

Es. 38. b Ibi. 101. b Ibi. 102. c

† inuauit

Es. 66. & Marc. 9. 8

† inuauit

nuntur? Quos autè admiramur, dic oro? Nòne eos qui illã maximè contemnunt? Igitur hi sunt, qui glorificãtur. Quæ admodum enim diues est, nò qui multis, sed qui nullo eget: ita gloriosus est, non is qui gloriæ amãs est, sed illius contèptor. Vmbra enim gloriæ est ista gloria: nullus enim panè videns picũ, etiã si multum à fame exetur, picturam attinget. Igitur neq; tu vmbra sectare. Vmbra enim gloriæ hæc est, nò gloria. Et vt discas, quòd hæc sic se habeãt: illud cogita, quãdo res ab hominibus vituperatur, quãdo omnibus fugiẽda esse videtur, etiã illis qui ipsam desiderant, quãdo còfunditur qui vocatur illud habès, vel habere desideras. Vnde igitur desideriu istud, dicis, & quomodo nascitur hæc affectio? A pusillanimitate. Non enim oportet solũ vituperari, sed & emédari à mète imperfecta, à sensu puerili. Desinamus igitur esse pueri, & siamus viri, & vbiq; veritatè, nò vmbra sectemur, & in diuitiis, & in voluptatibus, & in deliciis, & in gloria, & in potètia, & cessabit morbus hic, multaq; alia: vmbra enim sequi insanientis est. Vnde & Paulus dicebat, Respiscite iustè, & nò peccate. Est enim & alia infania grauior ea quæ à dæmonib' est, vel ex curis. Illa enim veniã accipit, hæc autè exculatione caret, quãdo ipsa anima corrupta fuerit, & nò rectũ iudiciũ illius perit. Et instrumentum alterius insanie est corporalis passio, istam autem insaniam operatur animus. Quemadmodum enim febres illæ grauiore & incurabiles, quæ solida corpora inuadunt, latèntq; in neruis, & absconditæ sunt inuenis: ita certè & ista infania, quoniã intus in mente delitescit, corrupens & lædès illã. Quomodo enim nò est manifesta & clara infania, & omni infania grauior passio, insanietes quidè semper contènere, ingerere autem se summo cù studio semper his qui pereunt? Dic enim obsecro, si quis ventũ sectaretur, vel cohibere attentare, nòne diceremus illũ insanire? Quid autè est tenere vmbra neglecta veritate? si quis mulierè suam odio habeat, vmbra autè eius amplectatur: vel filium auerferet, & vmbra interim illi diligat: quærerèsne aliud insanie certius indicium? huiusmodi sunt & hi qui ad præsentia stupent. Etenim omnia vmbra, etiam si gloriã dicas, etiã si potentiam, etiam si bonam existimationem, etiam si diuitias, etiam si delicias, vel quicquid in hac vita est. Eapropter & propheta dicebat, In imagine pertransit homo, veruntamen frustra còturbatur. Et iterum, Dies nostri quasi vmbra declinauerunt. Et alibi fumũ & florem gramini vocat res humanas: non autè t diuitias] solũ vocat vmbra, sed & tristitia, etiã si mortem dicas vel infirmitatem, vel paupertatè, vel quicquid aliud. Qualia igitur manentia, & iucunda, & aspera? Regnum æternum, & gehenna perpetua, neq; enim vermibus morietur, neque ignis extinguetur, & resurgunt hi in vitam æternã, & illi in supplicium sempiternum. Vt igitur hoc effugiamus, & illa fruamur: relicta vmbra, apprehendamus veras res omni studio. Ita em assequemur regnũ cœlorum: quod nobis omnibus concedatur gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per què & cum quo patri gloria simul cum sancto spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia XXX.

**P**ropter hoc hæc absens scribo, vt præsens ne austeritate vtar, iuxta potestatem quam dedit mihi dominus in edificationem, & non in destructionè. Perstringit illos vehementius differens, & maximè ad finem

A epistolæ. Etenim antea dicebat, Ipse autem ego Paulus obsecro vos, per mansuetudinem & lenitatè Christi, qui iuxta faciem quidem humilis inter vos, absens confido de vobis: oro autem ne præsens audeã, ea fiducia qua existimor audax fuisse in quosdã, qui putant nos veluti secundum carnem ambulãtes, & in promptu habentes vindicare omnium inobediètiã, quando completa fuerit vestra obedientia. Et metuo ne fortè veniens non tales inueniam quales *Ibi. 12. g* velim, & ego ne inueniar à vobis, qualè me nò vultis. Et iterum, Ne forte cùm venero, me humiliet deus *Ibidem.* meus erga vos: & lugeã multos ex his qui antea peccarunt, & pœnitentiã non egerunt super libidine & immunditia quam patrarunt. Et post hæc, Prædixi & prædico sicut præsens secundo, & absens nunc scribo: quòd si venero denuò, non parcã, quandoquidem experimentũ quæritis eius qui in me loquitur Christi. Igitur quoniam hæc & multa alia dixit terrenis, in hortans, t approbãs, perstringès, excusans, de omnibus inquit: propter hoc hæc absens scribo, ne præsens austeritate vtar. Vellem enim literis insistant esse austeritatè, & nò ipsi operibus. Vellem vehementes esse epistolas, vt maneat minax, & in opus non exeat. Iterũ & in hac defensione terribiliorem facit sermonè, & ostendès quòd non ipse sit, qui puniturus, sed deus. Adiecit enim, Secundum potestatem quam dedit mihi dominus. Et iterum ostèdit, quòd non cupit potestate in illis puniendis abuti adiiciès, Non in destructionè, sed ædificationem. Et insinuat quidè hoc nunc quod dixi, & reliquit illis expendendum, si incorrigibiles mãserint, quid futurum. Et hoc iterũ ædificatio est, eos qui sic affecti fuerint punire. Etenim sic habet, & ipse hoc sciuit, & operibus monstrauit. *Quod superest fratres, gaudete, integri estote, consolationem habete, idem sapite, in pace agite, & deus charitatis ac pacis erit vobiscum.* Quid est, quod superest fratres gaudete? Contristasti, terruisti, in angustia constituisti, tremere fecisti & timere, & quomodo iubes gaudere? Dicere vult, Si res vestra successerint, vt à me impletæ sunt, nihil est, quod gaudiũ prohibeat. Ego em feci oia quæ mea sunt, lóganims fui, distuli, non execu, obsecraui, còsului, terrui, minat' sum, vt omnibus modis cogerè vos ad pœnitentiæ fructum: reliquum est, vt & vos quod vestrum est agatis, & sic immarcescibile sit gaudiũ vestrũ. *Integri estote. Quid est, integri estote? Perfecti sitis, implete quæ defunt. Consolationem accipite.* Quoniam & multæ fuerunt tentationes & magna pericula, inquit, còsolationem accipite, & à vobis mutuũ, & à nobis, & à mutatione in melius. Si enim à conscientia sit gaudiũ, & perfecti estote, nihil enim deficit ad gaudiũ & consolationem: nihil enim sic facit consolationem vt pura conscientia, etiam si innumeræ afflictiones ac tètationes. *Idem sapite, in pace agite.* Quod & in priore epistola ex proce-

Sup. 10. a

Ibi. 12. g

Ibidem.

Hic sup. a

† exprobrans.

1. Cor. 1. b

num

num bellū soluit, ista cœlo terram coniunxit, ista homines angelos fecit, istā igit & nos imitemur. Innumerabiliū enim honorū mater est dilectio, per istam saluati sum⁹, per istā ineffabilia bona omnia assequimur. Deinde reducēs illos ad hęc, inquit: *Salutate vos inuicem in osculo sancto.* Quid est, sancto? non subdolo, nō ficto, sicut Iudas Christum osculatus est: propter hoc enim osculū datū, vt charitatis fiat symbolū, vt accendat affectionē, vt sic mutuū diligamus, tanquā fratres fratres, tanquā filij patres, tanquā patres filios, imō & multō magis. Nam illa quidē est naturæ affectio, hęc autem spiritualis gratiæ. Sic animæ inter se colligātur. Propter hoc & ex peregrinatione redeūtes, oculis excipimus mutuis, cōuenientibus animabus. Hoc enim mēbrum est, quod animā nobis prædicat. De osculo autē illo sancto licet alium quoque sermonē dicere. *Qualēnam?* [Templum Christi sumus.] Igitur vestibula tēpli & ingressum osculamur, mutuū osculādo. Nōne videtis, quot etiā vestibula templi huius osculantur, illi quidē flectentes, alij autem manu continentes, & ori manum admouentes: per has etiā ianuas ac portas & ingressus est & ingreditur ad nos Christus, quādo cōmunicamus. Scitis, qui mysteriorū estis participes, quid dicatur: etenim nō vulgarē honorē consequutum est os nostrū, accipiens corpus dominicum, propter hoc maximē hęc osculamur. Audiāt qui fœda loquūtur, qui conuicia proferūt, & horrescant, q̄ tale os polluant: [audiant qui fœdē osculātur.] Audi qualia doceat te p̄ os tuū deus, & custodi immaculatum, differe de futuravita, de resurrectione, de immortalitate, q̄ mors non sit mors, & alia innumera arcana. Nam quēadmodum ad adytū ē quo oracula dātur, venit ad os sacerdotis initiandus. Audiamus quæ scilicet sunt horrores plena. Etenim perdidit suā vitam ex progenitoribus, & venit illā reparaturus, & rogaturus quomodo illā inueniat ac reparat: deinde respondet illi deus, quomodo inueniat: & fit os illud propitiatorio terribili⁹. Nā illud quidē propitiatoriu nullo modo talē emittebat vocē, sed de multō minoribus loquebatur rebus, de bello ac pace quæ subitus est. Hoc autem omnia de cœlo & futura vita, & rebus nouis, mentēmq; transcendentibus. Dicens autē, *Salutate vos mutuū in osculo sancto, adiecit: Salutate vos sancti omnes.* Et hinc dans illis bonā spem, † hoc adhortatus est, pro osculo per salutationē illos copulās: nam ab illo ore cuius osculum, procedunt & verba. Vides quomodo omnes cogit, & eos qui procul distāt corpore, & qui propē illos quidē per osculum, hos verō per literas. *Gratia domini nostri Iesu Christi, & dilectio dei, & cōmunicatio sancti spiritus cum omnibus vobis.* Quoniā cōiunxit illos inter se per salutationes & oscula: iterū ad præces defleat sermonē, magna diligētia illos etiā deo coniungens. Vbi nunc sunt qui dicunt, quia spiritus sanctus in epistolarū procemiis nō est simul ordinatus, ideo nō est eiisdē essentiæ? Ecce enim nūc cum patre ac filio illum cōnumerat. Cæterum præter hoc liceret etiā illud dicere, quod Colossensibus per epistolam scribit & dicit, *Gratia vobis & pax à deo patre nostro: filiū filēs, & nō addēs sicut in aliis epistolis: & domino nostro Iesu Christo.* Igitur neq; filius erit eiisdē essentiæ, eadem ratione, sed hoc extremæ dementiæ est. Nam istud maximē ostendit esse eiisdem essentiæ, q̄ diuersē Paulus hoc vitur: & id non per solā coniecturā esse dictū, audi quomodo filij &

spiritus meminit, & patrē obtinet. Corinthiis em scribēs, dicit: Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis, in nomine dñi Iesu, & in spiritu dei nostri. Quid igitur dic oro? Non baptizati fuerūt in patrem illi? Quare igitur nō dixit, abluti estis in nomine patris? Quia sine discrimine, nūc huius nūc illius meminit hypostasis, & inuenies hūc morem in epistolis sēpius. Etenim Romanis scribēs, inquit, *Obsecro igit vos per miserationes dei, quāuis filij sint miserationes: obsecro autem vos per charitatē spiritus, quāuis patris sit charitas.* Quare nō meminit in miserationibus filij, & in charitate patris? quia quasi manifesta & confessa filuit. Inuenietur autē & dona illa iterum mutato ordine narrare. Nā quū dixisset, *Gratia Christi, & charitas dei, & cōmunicatio spiritus sancti, alibi dicit cōmunionem filij & charitatem spiritus.* Obsecro enim vos, inquit, per cōmunionem spiritus. Et Corinthiis dicit, *Fidelis deus, per quē vocati estis in cōmunionem filij illius.* Sic ea quę trinitatis, indiuisa sunt: & cuius spiritus est cōmuniō, † is inuē⁹ est esse filij, & filij est gratia, & patris & spiritus sancti: Gratia enim vobis à deo patre. Et alibi quū multa illius genera percensuisset, subdidit: *Omnia autē hęc operatur vnus & idem spiritus, diuidens seotism cuique vt vult.* Et hęc dico, nō confundens hypostasē, absit, sed sciēs etiā quid his proprium sit, quid hęc discernat, & essentiæ vnitatē. Perseueranter igitur & horum dogmatū euidentiam habeamus, & dei dilectionem nobis cōciliemus. Prius enim nos, qui odio habebamus, dilexit: & qui inimici eramus, conciliauit. Ultra autē diligentes diligere vult. Perseueranter igitur diligamus illum, ita vt & ab illo diligamur: le. nam quū à potētibus hominibus diligimur, terrori sumus omnib⁹: multō magis si à deo, etiāsi oporteat diuitias, vel corpora, vel animā ipsam pro hac dilectione dare, ne parcamus. Nō enim sufficit verbis dicere, q̄ diligimus: sed oportet etiā operibus declarare. Neq; enim ille verbis solis, sed & re ipsa ostēdit dilectionē. Ostende igitur & tu operibus, & facito quæ illi probantur: sic enim & ipse iterū lucrum habebis: nam ille nullarū nostrarū rerū eget, quod & maximē sincera dilectionis est, q̄ vt diligatur à nobis, quāuis nullis egeat, neq; in suum vsum sua conuertat, faciat omnia. Ideo & Moses dicebat, *Quid em querit dominus deus à vobis, q̄ vt diligatis ipsum, & vt paratus sis ambulare post illū? & cita quando ille iubet se diligi, tūc maximē ostendit q̄ te diligit.* Nihil enim ita nostram salutem conferuat, atque illum diligere. Sanē vide, quomodo præcepta illius ad nostrā quietem, & salutem, & gloriam cōponit. Etenim quando dicit, *Beati mundi corde, beati misericordes, beati mites, beati pauperes spiritu, beati pacifici, ipse quidem nihil inde lucrū percipit: nos autē honestos faciens ac cōponēs hęc præcipit.* Et quādo dicit, *Esuriui, non egens nostro ministerio, sed te exercens ad misericordiā sic præcipit.* Poterat enim etiam absq; te pauperē pascere, sed thesaurū tibi donās maximū, hęc sperauit. Nā si sol q̄ creatura est, nō eget nostris oculis, & licet nemo ipsum videat, manet tamen in sua claritate, nos autē qui radii illius fruimur, vtilitatem percipimus: multō magis de deo sic loqui cōuenit. Vt autē & aliunde scias quantum inter deum & nos distet, num quantum inter culices & nos? multō magis manifestum, modōque immenso. Si igitur nos vanæ gloriæ studiosi & superbi nō egemus cultum

cū ministerio vel gloria: quanto magis deus qui est à passione & indigentia alienus, tantum nobis fruitur, quantum beneficiis fruimur, quantum nostræ saluti & deliciis cōducit. Eapropter & sēpius relictis iis quæ sua sunt, tua quærit. Si quis enim, inquit, vxorē habet infidelē, & illi probatur habitare cū ea, ne relinquat illam: qui autē dimittit vxorē nisi propter fornicationem, facit illam adulteram fieri. Vidisti indicibilem dilectionem? Si sit scortum, inquit, mulier, non cōpello, vt cohabites. Si autem infidelis, non prohibeo. Iterū si contristauerit te aliquis, præcipio illi, vt relicta oblatione mea, ad te quē contristauit, currat. Si enim obtuleris donum tuū, inquit, & illic recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid cōtra te, relinque donum tuum ante altare, & vade, primūque reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offer donum tuū. Quid autē parabola eius qui omnia decoxerat, nōne hoc ostēdit? Quādo em amisit multa talenta, misertus est eius & dimisit: quando autē ille centum denarios à cōseruo repetiit, & malū vocauit, & sup- plicio tradidit. Sic multa de tua quiete illi cura est. In vxorē iusti Barbarus peccaturus erat, & dicit, † per- perci tibi quod in me peccasti. Apostolos perseque- batur Paulus, & dicit ad illum, *Quid me persequeris?* Alij esuriūt, & dicit se esurisse, & nudū obābulasse, & hospitē fuisse, volēs te admonere & excitare hac ratione ad elemosinā curā. Cogitātes igitur quātam per omnia declarauit & declarat charitatē, certiores nos per seipsum reddere dignatus, quōd nā scilicet sit maximū bonorum caput, & mentis lumen, virtutisque doctrina & ad optimā vitam instituendam, & quod omnia faciat propter nos, & filium dedit, & regnū cœlorū promiserit, & ad ineffabilia bona nos vocarit, vitamq; beatissimam nobis præparauit, omnia faciamus, & dicamus, ita vt & digni appareamus dilectione illius, & assequamur futura bona. Quibus frui nobis omnib⁹ cōcedatur gratia & misericordia dñi nostri Iesu Christi, cum quo patri ac spiritui sancto gloria, nūc & semper, & in secula seculorū, Amē.

FINIS.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTO- MI IN HOC APOSTOLI DICTVM,

*Vtinam tolerassetis paululum quiddam insipientiæ meæ, Homilia: viro quodam docto interprete.*



Mneis equidem amo sanctos, maximē verō sanctum Paulum, vas electionis, tubam cœlestem, sponsā Christi ducem, ac pronubū. Id quod propterea dixi, & amorem in medium produxi, vt vos ille cōtamenti amoris participes facerem. Quādoquidem externo amore succumbentes, fateri palam propriē dispudet, tanquam deterritos tum sui pudore, tum audientium periculo. Atque hunc nostrum amantes nunquā tacent, quia sibi atque auditoribus iuxta profunt tam honesta professione. Nam amor ille vitio datur, hic laudi. Ille morb⁹ animi probris obiectus, hic animæ lætitia est & exultatio, mūdusque indicibilis: ille bellum in amantium cogitationem inuehit, hic bello, si quod fuerit, cieto, pacē

copiosam substituit. Ex amore quidem vulgari, non modō nihil accrescit emolumentū, sed ingentē quoque rei familiaris iacturam facit, inanem sumptum, vitāq; internecionem, adeōq; ædium è fundo subuersionem. Ex honesto autem, qui spectat animorū decorem, multę opes bonorū operum, magnaque virtutum supellex existit. Præterea bonam corporis formam adamantes, inhiantēsq; ad splendorem faciei, turpes sunt & inelegantis formæ, neque ad mutandam deformitatem quicquam ex concupiscentia lucrantur, quin semper in peiorem, abiectionemque oris habitum abeūt. Cæterum in hoc amore penitus est contrarium: quicūq; amat animam sanctā, formosam, claram, pulchrāq; etiam si ipse est turpis, ingratiq; aspectus: imō si omnium fœdissimus, modō perduret in amore sanctorum, continuo talis erit, qualis est quē amat. Etenim diuinæ id benignitatis argumentum est, quod corpus deforme & mutilum nequeat emendari: anima verō turpis & manca, in pristinā lucem & decorē facillē reformatur. Nā ex bonitate vultus nihil emolumentū, ex pulchritudine autē animæ tanta licet bona lucrari, quanta congruē possidet, qui deum habet amatorem. Audi em, inquit, filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populi tui & domus patris tui, & cōcupiscet rex pulchritudinē tuam. Pulchritudinē hęc eā dicit, quæ est secundū animā: cuiusmodi virtute & pietate contingit. Quæ de causa, cū tantum sit lucrum sanctorū amatoribus, opere precium facimus, si cōmuni amore amplectamur sanctū tam eximiū, idque cupidissimē. Nā si animā nostram amor ille vel semel subiēs in ea lucidam excitauerit flammam: quicquid senticosum, quicquid saxosum & asperum & insensatum offendit, in cogitatione nostra totum exponit, aut certē promitigat, & animam nostrā in decliuē fundum, lætūmq; aruum purgat, aptāq; reddit diuino semini suscipiendo. Et nemo dicat, quod nunc neque adsit Paulus, neq; oculis nostris videatur: & quōnam modo cōtingere queat, vt id quod nunquam vidimus, amemus? Nihil em hoc est impedimēti, quādo & absentem amplectimur, & inuisum diligimus, potissimū cuius virtutis agnoscimus argumenta tam magna, tamq; egregia, in omnibus vbique terrarum ecclesiis. Nempe impietatem dissipatam, malam vitā in meliorem versam, errantes in viam reductos: intemperantium sacra, vt Bacchanalia & id genus explosa: abdicata templa, obmutescentes dæmones, Vniuersa hęc tam admiranda linguæ Paulinæ potētia, inspirata gratia dei cōfecit, clarāq; flāmā pietatis vbique gentiū accendit. Cū quibus dotibus & sanctas huius epistolas habemus, quæ nobis characterē beatæ animæ diligenter insculpunt. Quēadmodum ergo cum Paulo in præsentia cōstituto differere animus esset: sic cū alacritate nos obsequētes eius literis præbeamus, quæ intus dicta sunt, explicemus. Discamus quid nā sit, quod exclamauit hodie, dicens: *Vtinam tolerassetis parū quiddā insipientiæ meæ, quin me sustinuisstis: æmulor enim vos dei æmulatione.* Quid ais Paule? qui discipulis legē præscribens, In sapiētia, iquis, ambulate erga extraneos: qui dicit, *Sermo vester semper in gratia sit sale conditus, vt sciatis quomodo oporteat vos vnicique respondere: qui preccaris omnibus vt sapiētia spiritali adimpleantur: ipse exclamas, Vtinam tolerassetis paululum quiddā insipientiæ meæ. Nū fatis tibi dixisse fuit, aliquid insipientiæ*



795  
 sapientia mea verbū? Ad discipulos etiam illud exponis, neq; ad discipulos tantum exponis, imò omnibus hominibus, quotquot cum illis fuerunt, per epistolam notū facis. Animaduerte quā nō oporteat, quā dicuntur simpliciter percurrere, sed vnū quodlibet accuratē disquirere. Illud em̄ quū legitur simpliciter, offendit auditores: peruestigatū verò eximiā aperit Pauli sapientiā, admirandam prudentiam, curam indicibilem. At quid tandem id est, quod dicitur? Pseudapostoli frequētes apud Corinthios agebant, qui præconio Christi deprauato, etiā accusati Pauli opinionē eruere, quam de ipso discipuli cōceperant, ceu per cuniculos tentarūt, eūmq; per ironiā falso dictis arrodētes, superbiā detulerunt: aduersus illos bona pars, vt videtur, epistolę pertinet. Quē admodū quum dicit, Nō sumus sicut reliqui, venditantes verbū dei: & rursum dicit, Sic me seruauī, ne cui essem onerosus: & addit, consilium semper fuisse, vt hanc legē immotam seruet. Nam est veritas, inquit, in me Christi, q̄ hęc mea gloriatio non interrumpitur in me, in regionibus Achaia. Quādo reddit causam, sceleratos istos tacitē notat, sic dicens: Quapropter, an q̄ nō diligā vos? Deus nouit. Verū quod facio, idem & faciā, vt amputem occasionē iis qui cupiunt occasionē. Et antea discipulos cohortatur, ne cōmittant, vt eis necessario potētiam suam declaret, dicens: Rogo autem vos, ne presens audeam ea fiducia, qua existimor audax fuisse in quosdam, qui putāt nos veluti secundum carnem ambulare. Nam sic illi maledici, de quibus hęc dicit, omnia rememorabāt per ironiā eum acerbis vellicant: quōd videlicet epistolę Pauli magnū præ se ferant tumorem & verborū arrogantia: ipse verò nihil sit, exiguus, abiectus. Postea quā igitur hoc loco traducitur, quasi in nullo sit numero, quasiq; indignus sit, de quo ratio habeatur, sicut iterū explicās pseudapostolis, Nū illud, inquit, peccauī, q̄ me ipsum humiliarim, vt vos exaltarem? Et istud obiectū crimē diluēs: Quales, inquit, sumus sermone per epistolas cum absūmus, tales sumus & cū adsumus factō. Quādo itaque multi fuerāt apud illos pseudapostoli, quos & operarios dolosos nominat, sic dicit: Siquidē istiusmodi pseudapostoli, operarij dolosi sunt, sumpta persona apostolorum Christi. Atq; haud mirū, quandoquidē ipse satanas transformatur in angelum lucis: nō magnum est igitur, si & ministri illius personam in se trāsferūt quasi sint ministri iustitię. Qua de causa, quū isti cōtumelias infinitas in hūc dicunt, damnōq; afficiunt discipulos: quo perperam persuasi, minus idoneam de eo existimationē habere queāt, deinceps necesse habet in magnificā, tamen veram laudum suarum recordationem descendere. Neq; enim consultū fuit in reliquū tēpus tacuisse. Ceterū quia pugnas suas nobis erat memoratur, & reuelationes quas vidit, & labores quos pertulit, ostēsurus omnibus, q̄ inuit, quā uve coactus id faciat: quanquā necessitatē vidit inuitabilem, tamē insipientiā quiddam vocat, sic dicit, Vtinam tolerassetis quiddam insipientiā meā. Facturus, inquit, sum rem absurdā & stultam, me ipse celebrabo & extollā. Verū ego prædicationis huiusmodi propria causa nō sum, sed illi poti, qui eō me detulerunt: propterea vos adhortor, perferatis me illis causam reddentē. Num perspicuē vides prudentiam Pauli? Etenim dicens: Vtinam tolerassetis paululum quiddam insipientiā meā, quinimo sustinete me: nā

zelotypus sum erga vos dei zelo: non continuo perrexit ad narrationē laudum, sed interim iterū interferit verba quædā, & in hunc prope modū dicit: Iterum dico, ne quis me putet insipientem, alioqui & vt 2. Co. 11. d. insipientē accipite me. At ne sic quidē attigit narrationē, sed iterū dicit: Quod dico, non dico secundū dominū, sed velut in insipientia, in hoc argumento gloriationis. Sed ne tum quidem audeat ingredi, tot verbis ceu in præsidū præmissis. Quin iterum repositus præludit & dicit: Quandoquidem multi gloriatur secundū carnem, & ego gloriabor: libenter enim suffertis insipientes, cum sitis sapientes. Mox iterum reculat & contatur, paucisq; interpositis addit: Sed in quocunq; audeat aliquis, in insipientia loquor, audeo & ego. Cum demum latissima excusatione, præmitigationēque præaudita, tentauit aggredi laudum suarum enarrationem. Et quemadmodū equus præcipitium aliquod, præruptūmq; cliuum transiturus se colligit, quasi hunc vno saltu exuperaturus foret: verū profundū despiciēs hiatum subiaceret, obstupescit metu, cōtrahiturq; deinde quū sentit equitem vehemētius vrgere, rursum aggreditur, idēq; quod antea perfert, necessitatē & vim indicās, substitit aliquandiu, hinnitus munitas super oram foueæ, resumpto tandē animo se vtrō fidenter adigit: Sic & beatus Paulus veluti se daturus in præcep̄s, in laudū suarum recitationē, semel atque iterum, ac tertio, & subinde sæpius retrocedit, sic dicit: Vtinam tolerassetis paululum quiddam insipientiā meā. Et rursum: Ne quis me putet insipientē esse, alioqui & vt insipientē accipite me. & Quod dico, nō dico secundum dominū, sed velut in insipientia, in hoc argumēto gloriationis. Et rursum: Quādoquidē multi gloriatur secundū carnem, & ego gloriabor: libenter enim suffertis insipientes, cū sitis sapientes. Et rursum: In quocunq; audeat aliquis, in insipientia loquor, audeo & ego. Et quū se millies insipientem nominasset & stultum, vix tandem audeat in proprias laudes descendere. Hebræi sunt, & ego: Israhelitæ sunt, & ego: semē Abrahamæ sunt, & ego: ministri Christi sunt, & ego. At nondum sibi excidit, sed iterum præmolit hoc pacto: Delirans, inquit, loquor, plus ego. Neq; hęc definit, nam absoluto laudū suarū catalogo, factus sum, inquit, insipiens gloriādo, vos me cogitis. Ecquid nō dixit, pseudapostoli me coegerunt: sed, vos me cogitis: Quoniā illorum, inquit, rationem nō habui. Vestra fermē fuerūt sana & sobria, nisi fuissetis auersi, nisi retulissetis pedē. Quōd si nos semper maledictis impetissent, illorum virulētia nihil nobis accreuisset detrimēti. Verū quia cognouit dissipatū esse ouile, discipulosque deficere, experiūde rei & arduę & perquam moleste animū insumpsi, adeoq; coactus sum desipere, mea recēsendo encomia, propter vos, vestrāque salutē. Ea sanctis cōsuetudo, quod perperā fecerūt, rependunt quotidie, deplorant, omnibūq; ob oculos ponunt: quod autē ingenuū & eximium, abscondunt, & obliuione transmittunt. Talis est hic sanctus noster, peccata sua vel nemine impellente perpetuō versat, excantātq;. Siquidē aliquādo dicit: Christus Iesus venit in hūc mundū, vt seruaret peccatores, quorū primus ego sum. Aliquādo verò: Gratiam habeo in eo, qui me confortat Christo, q̄ fidelem me arbitratus est, ponendo in ministeriū. Item prius fui contumeliosus, persecutor, & iniurius, sed cōmiserationē sum consecutus, quia ignorās feci in infidelitate. Et rursum;

797  
 sum: Postremò omnium tanquam putamento apparuit. & Ego enim sum minimus apostolorum, qui non sum idoneus nominari apostolus, quandoquidem sum ecclesiam persecutus. Et rursum: Mihi minimo omnium sanctorum data est hęc gratia. Non apostolorum tantum, sed generatim omnium fidelium postremum se asserit, ita dicens: Mihi minimo omnium sanctorum data est gratia hęc. Neque se dignum dicit gratia, qua est seruatus: Christus, inquit, Iesus in mundum venit, vt peccatores saluos fieret, quorum primus sum ego. Animaduerte quam causam salutis acceptę reddit. Nam dicit, ideo misericordiam sum adeptus, vt in me primo ostenderet Iesus Christus omnem longanimitatem, ad exprimendum exemplar iis qui credituri essent in se, in vitam æternam. Nullo pacto suam asserit dignitatem & meritum, ne vllus peccator in malitia quantumlibet confirmatus, deinceps animum abiiciat, etiam si bellum Christo fecit: quando Paulum videt postremum omnium, quo posterior non erat alius quisquam, qui in acie deo restitit, liberē seruatum. Quandoquidem Christus dicit: Quoniā vas electionis mihi est iste, vt portet nomen meum coram gentibus & regibus. Ille verò ne tantulum quidem ex tantis præconiis intumuit, se miserum pertinaciter contendit. Post tantam gratiam, post tam eximia virtutis opera, post præclaram dicendi libertatem, primum se peccatorem nominat. Et propterea se affirmat misericordiam consecutum, ne quisquam neque in extremam malitiam delapsus desperare queat, modò rem spectet, & in hunc exhibitam clementiam. Itaque præter necessitatem excantat quotidie in omnibus epistolis, se notatione atra describens. palāmque faciens, non solum eius ætatis hominibus, sed & omnibus posteris. Præconia vel vrgente necessitate grauat, vel potius refugit, enarrare. Nam sæpenumero eam rem insipientiam nominat, atque admirandam, diuinamque illam reuelationem multo tempore subicit: quam non paulò antè neque anno altero, aut tertio, aut decimo, sed aliquanto superioribus vidit. Quamobrem nunc tempus nominatim apponit, sic dicens: Scio hominem ante annos quatuordecim raptum vsque in tertium cœlum, vt tu discas, quòd ne tum quidē dixisset, nisi multā vidisset necessitatem imminere. Nam si animo sedisset proprias aliquando prædicare laudes, factam visionem tam obstupendam continuo prodidisset, aut primo, aut secundo, aut tertio anno, modò ad annum quartumdecimum tacitò suppressit. Neq; cuiquam aperuit, præterquam vnus Corinthiis: & tum potissimum, quando falsos mendacēque apostolos suboriri vidit, nimirum vt ostenderet, ne tum quidem fuisse animum dicendi, si non obseruasset luem illam pessimam in discipulos grassari. At nos non item. Contraria ratioe profus nitimur. Ne vnus quidem diei qua peccauimus, tenemus memoriam: imò referentibus indignamur, grauitēque succensemus, & perquam moleste suscipimus, conuicij loco ducimus, mille contumeliis retaliatur. Ceterū si quid bene fecimus, quantulumcunque fuerit, latissimè prosequimur: recēsentibus illud habemus gratiam, eos putamus amicos nobis. Sed & Christus diuersum præcepit benefactorum obliuionem, memoriā peccatorum. Quod nobis clarum effecit in hoc quòd


discipulos adhortatur, dicens: Quando omnia feceritis, dicite, inutiles serui sumus. Et in parabola pharisæi, cui publicanum præposuit. Quemadmodum enim illum delictorum memoria iustificauit, ita hunc memoria suorum operum destruxit. Quorum rerum deus Iudæos admonet, sic dicens: Ego sum is qui extinguit iniquitates tuas, & non memineris. Talis erat apostolis consuetudo, talis prophetis, atque iustis omnibus: quapropter David peccati sui perpetuò meminit, virtutis nunquam, nisi compulsus necessitate. Quando Barbaricum bellum Iudæam vexabat, omniaq; periculis plena videbantur, cum esset adhuc iuuenis, & rei bellicæ imperitus, ommissis ouibus in exercitum profectus, omnes animo deiectos conspexit, obstupescitq; metu ac tremens. nihil quod est humanæ fragilitatis persensit, neque formidolosum reddidit suę humilitatis cognitio: quum fide omnibus quæ videntur exuperatis, ad regem cœlorum suspiciens, multam animo alacritatem concepit, nō solum milites, sed & fratres accessit, seq; eos ex presente periculo promisit in securitatem vindicaturū. Cūque fratres quod dictum erat, risissent, vt qui deum à quo inuictus fuit, ac generosum animū ignorabant adeò redundantem cœlesti philosophia, illis ommissis ad alios diuertit. Tandem ad regem ductus, quem præ timore propè mortuum inuenit: principio illum solatus, cōsiliū atque animū reddidit, sic dicens: Ne concidat cor domini mei intra se, quia seruus tuus abibit expugnaturus istum. Rex verò cum non fidem haberet tantis pollicitis: abire, inquit, non poteris, admodum puer es, & ille vir bellicosus, & per omnem vitam exercitus. David in ancipiti constitutus, necesse habuit recensere sua præconia. Quā autem inuitus id fecerit, ex prioribus apparet. Nam de præclare à se gestis ne tantillum quidem narrauit, neque fratribus, neque militibus, neque regi ipsi, quoad eum non adhibentem fidem promissis ipsius, vidit tum angustia pressum, tum negantem facultatem cum illo congregandi. Quid enim præterea faciendum fuit? tacēne virtutes? At nequaquam ei cōcredita fuisset belli summa, neq; defensio periculi iam tum imminētis obtigisset. Qua de causa quatenus oportuit, obtexit silentium: inuitante autem ac efflagitante temporis ratione ad dicendum, consiliū diuersum inuit, dixitque ad regem: Pastor eram seruus tuus in ouili patris, & quando venit leo aut vrsus, & rapuit ouem ex grege, à tergo aggressum perterrefeci, corripui prædam ex ore, & comprehendi guttur, & interfeci eum: & leonem & vrsum percussit seruus tuus: & erit alienigena iste & incircuncisus sicut vnum ex illis. Num vides quo pacto declarauit, quā nam gratia laudes proprias percensuerit? Tum sanè rex in reliquum tempus assumpta fiducia, iussit vt abiret: atque abiuit, & in acie victor euasit. Quòd si laudes suas refugisset proferre, nequiquam cum rex ad singulare certamen idoneum putasset, & parum idoneum existimatum in aciem descendere quid dimisisset? Ceterū eo non dimisso, præclarum facinus fuisset impeditum: quo impedito, neq; dei gloria tum illustrata fuisset, neque ciuitas euitasset incumbens periculum. Ergo ne tot absurda committantur, neve tanta ministerij magnitudo secludatur, necesse fuit ipsi David suas referre laudes. **C** admodum

admodum enim tacere nouit, quando nulla vrgebat necessitas: ita & dicere nouit, quum instare multam vim perpendit. At non in hoc tantum, sed in altero etiam, nempe Samulē videre licet modestiæ rationem. Etenim ille tot annos præfectus populo Iudaico, iuxta id quod deus tum disposuerat, nihil tamen vnquam de se eximium prædicauit, tametsi vberimam, si amasset, gloriæ materiam habuit: vt pote laudabilem à puero educationem, sanctam in templo conuersationem, & amplissimam ab incunabulis prophetiam. Ad hæc tot bella, victoriam toties nactam, non tam armis quàm beneuolentia & fauore dei. Nihil horum superioribus annis, vt de se confiteretur, imperauit vsus. Cæterum vbi abdicatam reipublicam alteri curandam cedere parabat, tum inuitauit occasio ad laudes suas latè recitandas. Itaque coacta populi totius concione, præsentem Saul in hunc fermè modum locutus est: **1. Reg. 12. a.** Ecce vocem vestram audiui, & constitui regem super vos, & fenui: & ecce ego conuersatus sum cotam vobis ex adolescentia mea. vsq; in hunc diem iudicati estis à me coram domino, & coram Christo eius. Cuius vitulum accepi? aut cuius asinum accepi? quem vestrum imperio depressi? cui vestrum vim feci? aut ex cuius manibus corripui hostiam aut calceum, & abscondi oculos meos ab ipso? Dicite aduersum me, & reddam vobis. Aduerte quanta necessitas huiusmodi dicendi. Magna nimirum & vehemens. Quandoquidem daturus erat illis principem Saul, in suam ipsius excusationem docere hunc intendens, quoniam pacto imperium sit gerendum, & quàm vigilanter curiosè que pro subditis excubandum, eos qui nuper admodum ipsum iudicem recufarunt, philosophiæ suæ testes facit. Neque tamen eo tempore, quo præfuit magistratui, quòve ipsius dicto audierunt, ne cui videantur ceu timidi, metùque perterriti, quæ non fuerunt, affirmasse testimonio. Verùm præfectura iam tum præterita, mutatàque in successorem provincia gubernandi, vbi in reliquum tempus nihil periculi manebat accusatorem, tum demum apud eos iustitiam suam contestatur. Alius fortè iniuriæ memor, quam à Iudæis accepisset, ne utiquam exoptaret post se principem mansuetum exoriri ac moderatum. Idque non omnino propter memoriam iniuriæ, sed vt ipse queat amplius commendari. Siquidem grauis iste morbus magistratibus infestus est, vt post se administrationem rerum suscepturos, peruersos esse ac sceleratos precentur. Nam qui sunt generosi, magnique animi, in clariorem splendorem se existimant euasuros, quum cuiusmodi non fuerunt, qui in principatu sequuntur. Qui tantum vmbræ sunt, corruptique moris, arbitrantur malitiam successoris ipsis in prætextum flagitiorum fore. Atqui non sic beatus ille Samuël orauit, expetiuitq; votis summam rerum in eximium quandam traducere. Vsque adeo affectu charitatis tenebatur, vsque adeo mundus fuit & alienus ab inuidia, longèque semotus à vanitate & opinione sui. Quia salutem hominum duntaxat spectauit, illis gubernatorem ad sui expressit imitationem, in ea oratione qua de gestis suis rationem dedit. Nam cum ignarum sciret odiosumque regem adhortari, qui omnia coram erat auditurus, atque illi ceu formam præscribere reipublicæ: quàm scilicet


mansuetus esse debeat, quàm moderatus, quàm procul à munerum corruptione, vt nemini vim inferat, vt nemini sit iniustus, neque diuitiis congerendis studeat: rursus tacendo cunctus populus in prædam traditus fuisset: prætextu excusationis, vtrunque periculum declinauit. Illum docuit cuiusmodi gubernatorem esse conueniat, simulque vitauit odium doctrinæ. Siquidem videtur circa res suas occupatus, instruit tamen & præscribit, quanto studio, quæue via, subditorum commodis aduigilare par sit. Tu interim expende, quàm accuratè se ipse purum declarat ab omni delicto. Non enim dicit, neque agrum alicui ex vobis neque argentum abstuli: sed quod omnium vilissimum est dicit, nempe ne calceum quidem. Mox alteram ipsius, eximiamque nobis virtutem aperit. plerique enim principes dum furto plebem expoliant, mansueti sunt & moderati & suaues, non ex animo, sed propter necessitatem conscientie, adempta eis per futurum dicendi libertate. Si muneribus accipiendis abstinent, onerosi grauesq; sunt, quàmquam non ex animo abstinent. Eo nanq; ingenio existimationem captant, quasi ex proposito sint puri. Adeoque in vnum pariter vtrunque sæpenumero confluit, & quàm facillimè, vt idem sit ex æquo sæuus atque furax. Sanctus ille contendit se ambobus his malis eminere, non minus ab industria compilandæ plebis, quàm ab ira remotissimus, cum dicit: Cuius vitulum sumpsisti? nec desinit quin mox subiungit, aut quem ex vobis potentia suppressi, aut in vincula perpetua conieci, hoc est afflictionibus extinxit? Quod autem dicit, huiusmodi quiddam est: nemo illud aduersum me dicere poterit, cum nihil penitus accepi. Quando verò nihil accepi, consequens esset, me fuisse intolerabilem, difficilem, atrocem, ac inhumanum: eoque subnectit, Aut quem ex vobis imperio depressi? At quid illi responderunt? Non oppressisti nos, neque vinculis intrusisti, neque vnquam ex manibus nostris quicquam accepisti. & quò discas quòd regem illorum instructurus, illa sit præfatus, subiecit: Testis dominus, & testis vnctus eius, quin immo vobis idem est manifestum. Atque ostendit, quàm iniucunda testificatio. illum enim testem nominauit, qui arcana cogitationum perspexit, quod est mundæ conscientie probamentum, quia nemo profusus, nemo qui sanus, quique mente non excidit, testem deum euocat, nisi omnibus modis sibi confidat. Testificantibus itaque illis de his quæ modò narrauerat, aliam virtutem ingerit, veterum memoriam refricat, & eorum quæ gesta sunt apud Aegyptum, præfecturæ dei, ac bellorum quæ secuta sunt. Rememorat pugnam sub se pugnatam, insperatamque victoriam. Deducit quo modo sæpenumero propter peccata traditi sunt hostibus, inuocatoque deo ab eis rursus liberati. Veteribus noua committens, Misit, inquit, dominus Hieroboam & Barach Iephthæ, ipsumque Samuëlem, & eripuit vos circū vndiq; ex manu inimicorum vestrorum, magnaque fiducia domos vestras incoluistis. Num vides quemadmodum est consuetudo sanctis, propria benefacta pertinaciter contegere, nisi dum ad explanandum necessitas imperiosior impellit? Ideoque Paulus huc spectans, vt qui accuratè didicerat, quàm molestum odiosumque sit, audire de se magnificentius loquentem, dixit, Vtinam tolerassetis

tolerassetis meam insipientiæ paululum quiddam. Neque ait, vtinam tolerassetis insipientiam meam: sed paululum quiddam. Quandoquidem necessitas non fuit, vt se largius profunderet in encomiorum suorum narrationem, breuib; ea peruoluit, idque propter illos & ipsorum salutem. Quemadmodum enim suas recitare virtutes, extremè videtur dementiæ, si nulla superest necessitas; ita necessitate violentè incumbente propellentèque, proditio est ea tacere, quæ quis studiosè perfecit. At Paulus præsentem considerans necessitatem, adhuc subcontatur, insipientiæ negotium nominat: quò tu discas eius prudentiam, sapientiam & securissimam cautionem. Nam cum dicit, Quod loquor, non loquor secundum dominum, adnectit argumento gloriationis, Ne putes, inquit, ista me generatim differere, Itaq; in hoc eum laudo maximè & admiror, pronunciatq; sapientissimum, quòd rem stultam existimauit sese prædicare & extollere. Quòd si ille, quum necessitatem adesse videt, appellauit hoc insipientiam: qua venia, qua excusatione digni sunt, qui de se præter necessitatem eximia iactant, aut aliis vt ipsos apud auditores efferant iniungunt? Ergo cum illa cognoscimus, quæ dicta sunt, non tantum verbis commendemus, sed imitemur, & assequi contendamus, oblitum virtutum, tenacem vitiorum memoriam foueamus, quò mediocribus consentire possimus, in futurum protendere, brabion apprehendere supremæ vocationis. Quod omnibus nobis obueniat ex charitate & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui simul atque patri & sancto spiritui sit gloria, potentia, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

FINIS.



AD LECTOREM.



**D**I V V S Ioannes Chryso-  
mus, hoc est,  
os verè illud  
aureum, pie  
lector, quem-  
admodum Ni-  
cephorus Cal-  
listus se legisse  
testatur, libros  
vigiliarum sua-  
rum amplius mille ad posteritatem transmisit.  
Et si Suidæ asserenti fidem habere non recu-  
samus, cum tot exarasse volumina deprehen-

Tomus quartus.

demus, vt illa ne recensere quidem numerando possibile sit. Quantum verò ad verborum rationem, & genus dictionis attinet, omnes ei tribuunt natiuam ac venustam Attici sermonis puritatem admirabili docendi facilitati cò iunctam, qualis nulli vnquam vel Græcorum eloquentissimo contigit. Ac cum sit dilucidatque facili oratione, quam verè & germanè Atticam esse Plutarchus asseuerat, vsquequaque admirabilis, in eo opere tamen quòd de sacerdotio publicum esse voluit, summam laudem, (quòd non alibi stylo sit vsus grandiore, nec magis elaborato) apud omnes bonos hætenus promeruit. Idem ipsum in commentariis permultis ad vetus & nouum testamentum à se conscriptis similiter fecisse probabile est, quos iniuria temporum, cum nusquam appareant, intercidisse arbitramur. Qui si extarent, & in manibus studiosorum versaretur, eorum quæ hic significare cõtendimus, amplissimum testimonium præ se ferrent. Id quòd adhuc manifestissimè cernimus in continuo illo atque insigni eius commentario in epistolam Diui Pauli Apostoli ad Galatas, in cuius explicatione, recondita dei mysteria ita reserat & interius spectanda proponit, vt nullus deinceps hæsitare possit, beatam eius viri animam sancti spiritus afflatu, si vnquam aliàs, tunc maximè cum illa commentaretur, fuisse illustratam. Huic nostræ opinioni, ne quis arbitretur nos talia confingere, astipulatur Georgius patriarcha Alexandrinus, in vita Chryso-  
stomi à se edita, his verbis: Diuus Ioannes cum Pauli epistolas (quas præ cæteris diuinis libris vehementi complectebatur amore) explanare cœpisset, & in eas ad funalis cerei lumè singulis noctibus enarrationes multas cōscripsisset, iamque eas maximam ex parte interpretatus esset, nocte quadam cœpit, dicens, Et quis no-  
uit, deone accepta sint hæc, & gratiam ab eo relatura? Atque vtinam citra notam reprehensionis enarrata sint hæc. Scopumne argi sapientis istius, ac tanti viri? Hac de re vt argumento quo opiam redderetur certior, superplex efflagitauit Deum. Et ecce nocte eadem arreptis in manum chartis, cum pressius incumberet scribendis in Apostolum commentationibus, venit ad eum Paulus Apostolus, in aures eius expositionem immurmurans. Quæ Proclus cubiculari ad fores cubiculi excubans per foramen quoddam ianue prospectans, manifestè vidit immittentem os suum deorsum versus in aurem Ioannis dexteram, & fa-

C ij miliariff



miliariter dictatem ea que Ioannes scribebat. A  
 Forma autem, habitusque Apostoli erat om-  
 ni ex parte assimilis imagini Diui Pauli, quam  
 Chrysofomus, ad viuum depictam, in cubi-  
 culo suo summa cum veneratione seruabat.  
 Hæc Georgius. Ideoque mihi facillimè per-  
 suadeo, vt in diuinis literis & sacrosanctis scri-  
 pturis multum se, quod de Cicerone scriptum  
 reliquit Quintilianus, ij profecisse intelligant,  
 cui Diui Ioannis Chrysofomi lucubrationes  
 cordi fuerint. Atque eo magis diuinorum elo-  
 quiorum certissimam scientiam consequen-  
 tur, si tanti viri mores grauissimos, insignem  
 pietatem, & ipsissimam sacri pectoris ima-  
 ginem, in suis scriptis luculèter & ad viuū ex-  
 pressam, quam sequenti carmine vtcūque deli-  
 niatā exhibemus, sibi ad imitādū assiduè pro-  
 posuerint: quæ quidem diuini hominis imago,  
 in suis commentariis latissimè variisque colo-  
 ribus exornata, cœlestium rerum contempla-  
 toribus & talium scriptorum lectoribus nun-  
 quam non occurrit.

In imaginem Diui Ioannis  
 Chrysofomi.



Nimum venerāda mihi, mihi dulcis imago,  
 Quam bene diuini signa decoris habes?

Qui radij, quæue ora micat, quæ sidera frōti,

Quos ignes, vel quas fundis ab ore faces?

Salue magne parens, cœli decus, aurea fandi

Copia, cui meritum nomen & ora dedit.

Nil mortale sonas, summi seu scripta Parentis

Excusis immensis finibus ingenij,

Sive rudes firmare velis melioribus orsis,

Anxia seu tristi corda dolore leuas,

Seu dictis mulcere feros, seu flectere sensus,

Gratia diuino semper in ore sedet.

Antiochi te magne solum, te Thracia longè

Littora, & Euxini marmoris ora sonat.

Armeniusque canit cultor beneolentis amomi,

Quique Cilix rubri demetit arua croci.

Te totus terrarum orbis, te curia cœli

Suspicit, & cœlo tot benefacta beant.

Per te sancte pater, tua nos exempla secutos,

Ipsè pater cœlo transferat omnipotens.

**DIVI IOAN-**  
**NIS CHRYSOSTOMI, AR-**  
*chiepiscopi Constantinopolitani, enarratio*  
*in epistolam ad Galatas: Erasmo Rote-*  
*rodamo interprete, locis aliquot per*  
*ipsum restitutis ex editio-*  
*ne Veronensi.*



Aulus apostolus, non ab hominibus, ne-  
 que per homines, sed per Iesum Christum  
 & deum patrem, qui suscitauit eum a mor-  
 tuis, & omnes qui mecum sunt fratres, ec-  
 clesius Galatie, Gratia vobis & pax à  
 deo patre nostro & domino Iesu Christo.

Proœmium multa vehementia, magnoque spiritu  
 plenum est: nec proœmium modò, verum etiam  
 tota, vt ita dicam, epistola. Etenim tum placidè le-  
 nitèrque loqui discipulis, quum opus est acrimonia,  
 non doctòris, sed corruptoris potius fuerit & ho-  
 stis. Hanc ob causam & dominus, quum multa pla-  
 cidè, mansuetèque locutus sit discipulis, nonnun-  
 quam tamen & austeriorem adhibuit orationem,  
 nunc quidem illos beatos prædicans & collaudans,  
 nunc rursus increpans & obiurgans. Itaque quum  
 Petro dixisset: Beatus es Simon Bar Iona, promissis-  
 sètque futurum, vt ecclesiæ fundamenta super illius  
 professionem iaceret, haud multò post dicit eidem:  
 Vade post me satana, scandalum es mihi. Et alibi  
 rursus: Adhuc & vos sine intellectu estis? Tantum-  
 que terroris illis iniecit, vt Ioannes dicat, quòd vi-  
 dentes eum cum muliere Samaritana colloquen-  
 tem, de cibo quidè commonuerint: cæterum nemo  
 fuerit ausus dicere: quid quæris aut quid loqueris  
 cum ista? Hæc edoctus Paulus, ac præceptoris sui  
 vestigiis ingrediens, variè sermonem ad discipulo-  
 rum vtilitatem attemperat, nunc quidem vrens ac  
 secans, nunc rursus mitiora admouens remedia. Et  
 Corinthiis quidem dicebat: Quid vultis? vt in virga  
 veniam ad vos, an in charitate & spiritu lenitatis?  
 Porro Galatis ita loquitur: O stulti Galatæ. Neque  
 verò semel duntaxat, sed bis vsus est hac obiurga-  
 tione. Quin & sub finem epistolæ, taxans illos dixit:  
 Ne quis mihi facestat negocium. Cæterum hic acer-  
 bitatem denuo mitigat, quum ait: Filioli mei, quos  
 iterum parturio: alitque multis consimilibus verbis.

Cæterum hanc epistolam esse plenam vehementia,  
 cuius perspicuum est vel ex ipso statim lectionis in-  
 gressu. Sed aperiendum est, quid apostolum pro-  
 uocarit in discipulos. Neque enim id pusillum fuit,  
 neque parui momenti: alioqui nec ipse tam acerbè  
 fuisset in eos inuectus. Siquidem quibuslibet de cau-  
 sis irritari, hominis est pusillanimis, morosi, miser-  
 que: quemadmodum ex aduerso, in grauibus cau-  
 sis supinum ac negligentem esse, viri est inertis ac  
 somniculosi. At huiusmodi nequaquam erat Pau-  
 lus. Quod igitur erat peccatum, quo sic commotus  
 erat? Profecò magnum erat, & supra modum gra-  
 ue, quòdque illos omnes abalienabat à Christo,  
 quemadmodum ipse in progressu sermonis decla-  
 rat, dicens: Ecce ego Paulus dico vobis, quòd si  
 circumcidamini, Christus nihil vobis profuturus est.  
 Ac rursus: Quicumque in lege iustificamini, à gra-  
 tia

Argum-  
 tum epi-  
 stolæ.

tia excidistis. Quid igitur tandem hoc erat? Nam  
 apertius explanandum est. Qui ex Iudæis credide-  
 rant, partim occupati persuasione Iudaismi, partim  
 inanis gloriæ siti temulenti, dum sibi doctorum cu-  
 piunt parare dignitatem, autoritatèque, profecti  
 ad Galatas docuerunt illis opus esse circumcisione,  
 seruanda sabbata, & nouilunia, nec tolerandum esse  
 Paulum, qui harum rerum tolleret obseruationes.  
 Nam Petrus, Iacobus, ac Ioannes hæc, vt aiebant,  
 non prohibebant, quum essent inter apostolos pri-  
 mæ dignitatis, quumque cum Christo fuissent ver-  
 sati. Ac re vera non prohibebant. Cæterum id facie-  
 bant, non quòd ita faciendum esse decernerent,  
 sed vt eorum qui ex Iudæis crediderant, imbecilli-  
 tati morem gererent. At Paulus qui gentibus præ-  
 dicandi munus susceperat, nihil opus habebat hac  
 obsecundatione. Nam quum versaretur in Iudæa, ad  
 eundem modum & ipse morem gessit Iudæis. Ver-  
 um impostores quidam non explicantes causas, ob  
 quas tum hic tum illi Iudæis morem gererent, arte  
 fallebant simpliciòres, huiusmodi sermonibus: Non  
 est ferendus Paulus. Nam hic heri ac nudius tertius  
 exortus est: at Petrus & qui cum illo sunt, primi  
 sunt apostolorum. Tum hic quidem discipulus fuit  
 apostolorum, illi verò Iesu Christi. Propterea hic  
 solus est, illi multi & ecclesiæ columnæ. Denique &  
 simulationis calumniam Paulo intendebant dicen-  
 tes: Hic ipse qui tollit circumcisionem, alibi visus est  
 iis vti quæ damnat, aliter vobis, aliter aliis prædi-  
 cans. Proinde quum cereret totam Galatarum gen-  
 tem inflammatam, ac periculosum incendium ad-  
 uersus illorum ecclesiam excitatum esse, iamque do-  
 mum labefactam, periclitari: ne corrueret, partim  
 ira iusta commotus, partim immenso animi dolore  
 correptus (nam & hoc declarauit dicens: Cupiebam  
 nunc esse apud vos, & mutare vocem meam) scribit  
 epistolam ad vniuersos, ad ista respondens, & ad hoc  
 ab ipsis protinus exordiis tedit, videlicet quòd ij  
 qui suffossis cuniculis ipsius existimationem apud  
 Galatas subuertere conabantur, dicebant, alios  
 esse discipulos ipsius Christi, hunc apostorum dun-  
 taxat fuisse discipulum. Et hanc ob causam sic orsus  
 est: Paulus apostolus non ab hominibus, neque per homi-  
 nes. Prædicabant enim, quemadmodum iam cœ-  
 peram dicere, impostores illi, quòd Paulus aposto-  
 lorum omnium postremus esset, quòdque ab illis  
 edoctus esset: Petrum enim, Iacobum & Ioannem,  
 vt primi fuerant vocati, ita inter discipulos tenere  
 primas, qui sua dogmata ab ipso Christo accepe-  
 rant. Proinde magis credendum illis quàm huic. At  
 illos non vetare circumcisionem, neque legis obser-  
 uationem. Hæc & his similia dictitantes, hinc Pauli  
 deprimentes autoritatem, illinc aliorum aposto-  
 lorum gloriam attollentes, non vt illos laudibus or-  
 narent, sed vt Galatas seducerent, persuaserant vt  
 legi adhererent, quum iam legis tempus præterisset.  
 Proinde congruenter ad hunc exorsus est modum.  
 Quoniam enim ipsius doctrinam eleuabant, dicen-  
 tes illam ab hominibus profectam, quum Petri esset  
 à Iesu Christo, in ipso statim ingressu refellit hoc, di-  
 cens se apostolum esse non ab hominibus, neque  
 per homines. Nam baptizarat quidem illum Ana-  
 nias, at non ille liberauit eum ab errore, nec ad fidem  
 adduxit, sed ipse cœlitus Christus, emissa ad eum ad-  
 miranda illa voce, per quam hunc quoque piscatus

est. Nam Petrum quidem ac fratrem eius & Ioānem  
 cum fratre suo, ambulans iuxta mare vocarat: Pau-  
 lum verò vocauit quum iam ascendisset in cœlum.  
 Et quemadmodum illi non habebant opus iterata  
 vocatione, sed protinus relictis retibus, cæterisque  
 omnibus sequuti sunt eum: ita & hic à prima statim  
 vocatione, ad summum ascendit fastigium, simul ac  
 baptizatus est, bello cum Iudæis irreconciliabili sus-  
 cepto. Atque hoc nomine potissimum cæteris apo-  
 stolis antecellebat: Abundatius enim, inquit, illis la-  
 boravi. Verum nondum hoc aggreditur, sed sat ha-  
 bet cæteris æquiparari. Neque enim hoc illi studio  
 fuit, vt ostenderet se cæteris eminentiorem, sed vt er-  
 roris ac deceptionis argumentum materiamque dis-  
 solueret. Itaque quod dicit, non ab hominibus, om-  
 nium erat commune, siquidem euangelij prædicatio  
 originè ac radicem ducebat è cœlis. Cæterum quod  
 addit, neque per homines, ipsi proprium erat. Imò ve-  
 rius, non ipsius tantum, sed cæterorum etiam aposto-  
 lorum: neque enim per homines vocarat eos, sed per  
 se ipsum. Sed quamobrem non meminit vocationis  
 dicens: Paulus vocatus, non ab hominibus, sed apo-  
 stolici muneris facit mentionem? Quoniam in hoc  
 totius sermonis cardo vertebatur. Dicebant enim  
 hunc apostolum ab hominibus suscepisse illam do-  
 cendi prouinciam, eoque par esse, vt illos sequeretur.  
 Verum quòd non ab hominibus eam suscepisset, de-  
 clarat Lucas qui dicit: Ministrantibus autem illis ac  
 ieiunantibus domino, dixit spiritus sanctus, segrega-  
 te mihi Paulum & Barnabam. Vnde liquet eandem  
 esse potestatem filij & spiritus. Quum enim à spiritu  
 missus esset, à Christo se missum ait. Idem & alibi de-  
 clarat, ea quæ dei sunt, adscribens spiritui. Siquidem  
 senioribus Milesiis verba faciens, Attendite, inquit,  
 vobis ipsis, & vniuerso gregi, in quo posuit vos spiri-  
 tus sanctus pastores & episcopos: & tamè in alia qua-  
 dam epistola dicit, quos quidem posuit deus in ec-  
 clesia, primum apostolos, secundo loco prophetas,  
 deinde pastores ac doctores. Ad eòdè promiscuè citra-  
 que discrimen loquitur, quæ spiritus sunt, deo tri-  
 buens, rursus quæ dei, spiritui. Quin & obiter hære-  
 ticorum obturat ora, quum ait: Per Iesum Christum  
 & deum patrem. Etenim quoniam aiunt hanc vocè,  
 vel inferioris dignitatis adiectam filio, vide quid  
 facit: Eam patris vocabulo præponit, nos interim do-  
 cens, ne naturæ ineffabili leges statuamus, neque dei-  
 tatis modum præfiniamus inter filium & patrem. Nā  
 vbi dixisset, per Iesum Christum: adiecit, & deum pa-  
 trem. Etenim si sola patris mētionē facta dixisset, per  
 quem: fortassis cōmento reperto dixissent hanc par-  
 ticulam, per quem, cōgruere patri, eò quòd filij ope-  
 ra ad illum referantur. At nunc simul & filij & patris  
 facta mentione, communitèrque de vtroque loqui-  
 tus, isti commento non passus est locum esse reliquū.  
 Neque enim id facit, quòd ea quæ filij sunt propria,  
 referat ad patrem: sed vt declaret, quòd hæc oratio  
 nullum naturæ discrimen inducat. Quid porro hic  
 habituri sint quod dicant isti, qui in baptismo com-  
 menti sunt, vnde putent aliam personam alia mino-  
 rem, eò quòd baptizemur in nomine patris & filij &  
 spiritus sancti? Nā si ideo inferior est filius, quòd post  
 patrem ponitur, quum hic apostolus à Christo orsus  
 ad patrem veniat, quid dicturi sunt? Verum nihil ad-  
 huc blasphemum dicemus. Non enim committendū  
 est, vt cum illis decertantes à veritate excidamus.

Inf. 4. c.

Mat. 9. b

Quin potius etiam si decies milies infiant illi, nos tamen intra veritatis limites contineamur oportet. Quemadmodum igitur nos haudquaquam dixerimus filium patre maiore, eò quòd Paulus hunc priore loco commemoravit (nam id quidem summæ dementiæ, totiusque impietatis extrema linea fuerit) ita nec illic quia patri postponitur filius, arbitrari debemus filium patre minorem. *Qui excitavit eum à mortuis.* Quid agis Paule? Quum cupias Iudaizantes ad fidem perducere, nihil ex illis magnis ac præclaris adducis in medium? Quale est illud quod ad Philippenses scripsisti dicens: Quum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æquale deo. Item quod Hebræis scribens clara voce protulisti, splendor est gloriæ, & figura substantiæ illius. Rursum quod in euangelij sui initio ille tonitruum filius exsonuit: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Præterea quod ad Iudæos crebrò pronunciauit dominus dicens: Quæ facit pater, eadem & filium facere. Declarat enim, quòd eandem potentiam habeat cum patre, eademque operandi facultatē. Horum nihil dicis, verum his omnibus omisissis, de carnis dispensatione facis mentionem, crucem ac mortificationem in medium adferens. Hoc esse verum falsus aliquis, sic pro Paulo respondebit: Si illi sermo fuisset apud homines qui nihil magni de Christo cõcepissent animis, æquum erat illa magnifica proferre. Verum quoniam illi nobis mouent seditionem, qui sibi videbantur pœnas daturi si descuissent à lege, ideo mentionem facit eius rei, per quam excludit totam legis necessitatem, nimirum commemorans dei munificentiam ex cruce & resurrectione collatâ vniuersis. Etenim si dixisset: In principio erat verbum, & quum in forma dei esset, & si fecisset eum æqualem patri, aliâque his consimilia si dixisset, declarasset quidem verbi diuinitatem: verum nihil ad id quod hîc agebatur, illa contulissent. Porro quòd ait, qui excitavit eum à mortuis, commonefacit eos summi beneficij, quod in nos contulit Christus, quæ res haud mediocriter ipsi conducebat ad id quod agebatur, eò quòd homines plerique non perinde solent attentis auribus audire eos sermones, qui dei maiestatem commendant, atque hos qui eiusdem in homines beneficentiam declarant. Hanc ob causam omisissis illorum mentione, de collata in nos munificentia verba facit. Verum hîc insultant heretici dicentes: Ecce pater suscitavit filium. Nam posteaquã semel eos corripuit infantiæ morbus, ad sublimes illas sententias spontè surdi sunt: cæterum si qua humiliora vel ob carnem assumptam ita dicta sunt, vel ob patri debitum honorem, vel ob aliam quampiam dispensationem, hæc seligunt, & hæc sola expendentes, circa aliorum locorum collationem, ipsi sibi noxam accersunt, nolim enim dicere scripturæ. Quos equidem lubens perconter, quas ob res ista dicant? Num ideo, quòd studeant filium ostendere imbecillum, nec satis idoneum ad vnius corporis suscitationem? Atqui fides erga illum effecit, vt & vmbra eorum qui in ipsum credebant, excitarent mortuos. Itane qui credebant in eum, homines adhuc mortales, ex vmbra sola luteorum corporum quæ gerebant, æque vestibus horum corporibus admotis, excitabant mortuos, & ipse seipsum excitare non potuit? An non hæc evidens est infania, vehemènsque deliratio? Non audis illum dicentem: Soluite templum hoc, & in tri-

Ordo in personis inæqualitatem non denotat.

Phil. 2. a

Hebr. 1. a

Ioan. 1. a

Ibid. 5. d

Christus excitatus à patre, nihilominus seipsum excitavit.

Act. 5. c

Ioan. 2. do

duo excitabo illud? Ac rursus: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam? Quam igitur ob causam pater illum excitasse dicitur? Sic illum excitare dicitur, quemadmodum & alia facere dicitur, quæ facit filius. Siquidem hoc partim honoris gratia, qui patri debetur, dictum est: partim ob auditorum imbecillitatem. *Et qui mecum sunt fratres.* Quam tandem ob causam nequaquam hoc addit in ceteris epistolis? In illis enim aut suum nomen solum ponit, aut duorum duntaxat triumve addit nomina: hîc autem totam multitudinem posuit. Ideo posuit vniuersos, quòd neminem commemorat nominatim. Verum hoc ipsum quur facit? Traduxerant Paulum hoc nomine, quòd solus hæc prædicaret, nouamque dogmatum rationem inueheret. Hanc igitur illorum suspitionem cupiens eximere, simulque declarare, quòd multos haberet eiusdem sententiæ, adiungit sibi fratres, significans se ex illorum sententia scribere quæ scribit. *Ecclesiis Galatiæ.* Neque enim vnam ciuitatem, neque duas, neque tres, sed totam Galatarum gentem huius erroris incendium peruaserat. Contemplare verò mihi & hîc vehementem indignationem apostoli. Non enim dixit, dilectis, neque sanctificatis, sed ecclesiis Galatiæ. Nam hoc erat ægrè affecti animo, suumque dolorem aperientis, quòd eos non à charitate, neque propriis nominibus appellauit, sed à sola congregatione: quòdque non addidit, ecclesiis dei, sed simpliciter dixit, ecclesiis Galatiæ. Quanquam & alioqui ipsa statim præfatione festinat illorum dissidium redigere in concordiam, eaq; gratia ecclesiæ, id est, congregationis vocabulum posuit, pudorem illis incutiens, & cogens in vnum. Etenim qui dissecti sunt in varias partes, nequaquam possunt hoc appellari cognomine. Siquidem ecclesiæ nomen, consensus concordiaque nomen est. *Gratia vobis & pax à deo patre & domino Iesu Christo.* Quum vbiq; necessario ponit hanc particulam, tum maximè nunc Galatis scribens. Quum enim periclitarentur, ne à gratia exciderent, optat illis huius instaurationem ac sarturâ. Et quoniam seipsum hostes reddiderant deo, obsecrat deum, vt eos ad eandem pacem reducat. *Deo patri.* Et hoc ex loco rursus cõficiuntur heretici. Nam qui Ioannem in initio sui euangelij, quum ait: & deus erat verbum, dicunt ideo *θεός*, id est deum absq; articulo posuisse, vt filij deitatem induceret paterna minorem. Itémque Paulum, quum ait filium in forma *θεός*, id est, dei fuisse, non de patre fuisse loquutum, eo quòd ibi quoque dei nomē careat articulo: quid hîc dicturi sunt, quum ipse Paulus sic loquatur, non *ἀπὸ τοῦ θεοῦ*, id est, à deo, præfixo articulo: sed, *ἀπὸ τοῦ πατρὸς*, id est, à deo patre, sine articulo? Patrem verò hîc deum appellat, non quidem illis assentans ac blandiens, sed acriter taxans, eiusque memoriam refricans causæ, per quam facti fuerat filij. Non enim per legem, sed per lauacrum regenerationis hoc honoris adepti sunt, eòque passim in ipsis etiam epistolarum exordiis spargit ac disseminat beneficentiæ diuinæ vestigia, tantum non dicens: Quum serui sitis, quum sitis hostes & alienati, qua fronte vocatis patrem deum? Num lex vobis largita est istâ cognationem? Quur igitur deserto eo, qui vos in hanc propinquitatem induxit, rursus transcurritis ad pedagogum? Neque verò patris nomen tantum, verum & filij cognomina sufficiebant ad declarandam illis dei erga

Ibid. 1. d

Quæstio

B

C

Ecclesiæ

Ioan. 1. d

Articuli

Phil. 1. e

Rom. 8. b

Ioan. 17. b

Ibidem. c

erga ipsos munificentiam. Etenim domini Iesu Christi nomen si diligenter expendatur, totam illius erga nos beneficentiã declarat. Iesus enim, inquit, ob hoc vocabitur, quoniam ipse saluum faciet populum suum à peccatis ipsorum. Christi verò cognomē spiritus vntionem reuocat in memoriam. *Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris.* Vides quod haudquaquam seruire & adactum sustinuerit ministerium, nec à quoquam sit traditus, sed ipse seipsum tradiderit. Itaque quū audis Ioannem dicentem, quod pater filium suum vnigenitum dedit pro nobis, ne ob id diminuas vnigeniti dignitatem, neve quid humanum de illo suspiceris. Quamquam enim pater dicitur tradidisse, non hoc dicitur, vt imaginis, quod filiū patri seruili more inseruiat, sed vt intelligas hoc patri quoque fuisse placitum. Quod & hîc Paulus declarat, dicens: *Iuxta voluntatem dei & patris nostri.* Vide, nō dixit, iuxta præscriptionem: sed, secundum voluntatem. Etenim quum eadem sit voluntas patris ac filij, quæcunq; voluit filius, eadem voluit & pater. Quid est, pro peccatis nostris? Innumeris, inquit, malis nos ipsos inuolueramus, eramusque rei extremi supplicij. Ac lex quidē adeo non liberabat, vt cõdēnarit etiã sic prodito peccato & in apertum prolato, vt nec liberos reddere, nec iram dei sedare valeret. Sed dei filius & hoc quod erat impossibile, reddidit possibile, dum & peccata dissoluit, & inimicos constituit in amicorum ordinem, & alia denique innumera bona largitus est. Post hæc ait: *Vt eriperet nos ex præsentis seculo malo.* Rursum hoc dictum alij arripiunt heretici, dānantes hanc præsentē vitam, & in hoc Pauli testimonium allegantes: Ecce, inquit, præsens seculum appellat malum. Sed agē dic mihi, quid est seculum? Tēpus diebus & horis discretum. Quid igitur? An spacium dierum malum est? An malus est Solis cursus? At nemo quisquā istud vnquam dicturus est, etiam si ad extremā venerit amentiam. Verum, inquiet, nō tempus dixit malum, sed præsentē vitam appellauit malam. Atqui non istuc sonant verba Pauli, verum non intelligis verba, ex quibus necis huius vitæ accusationē, sed ipse tibi aperis interpretandi viā. Proinde nobis quoque concedas, vt quæ dicta sunt interpretemur, idque eò magis, quòd quæ nos adferimus, & pia sunt, & rationi consentaneæ. Quid igitur dicturi sumus? An quod nullum malum esse queat vnquam causa boni? Sed hæc vita præsens innumerabiles coronas, tantaque præmia parit. Vnde & ipse Paulus supra modum laudat eam, loquens hunc in modum: Quod si viuere in carne hîc mihi fructus est operis, & quid eligā ignoro. Hîc verò quū sibi proponat optionem, vtrū hîc mallet viuere, an dissolui, & esse cum Christo, potius ducit hîc cõmorari. Quòd si mala esset vita, nequaquam hoc ille de seipso dixisset, nec alius quisquā potuisset ea ad virtutem abuti, quātumuis adhibuisset studij. Nullus enim vnquam malitia possit in bonum vti, non scortatione ad pudicitiam, non inuidia ad benevolentiam. Nam quū Paulus de prudentia carnis loquens scribit, eam nō esse subiectā legi dei: neque enim posse: hoc sentit, malitiā donec manet malitia, non posse esse virtutē. Proinde quum audis malum seculum, intellige prauas actiones, propositum animi corruptum. Neque enim ob id venit Christus, vt nos excuteret exigeretque ex hac vita, sed vt nos in mundo relictos, dignos efficeret, qui in cœlis verseremur. Eòque patri loquens, sic ait: Et hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Ac rursus: Non rogo, vt tollas eos de mun-

Mat. 1. d

Ioan. 3. b

Ibid. 6. d

Vita quomodo dicitur mala.

Phil. 1. e

Rom. 8. b

Ioan. 17. b

Ibidem. c

do, sed vt serues eos à malo, hoc est, à malitia. Quòd si nō pateris hanc interpretationem, sed adhuc prædicas hanc vitam esse malam, ne crimineris eos qui sibi ipsis cõsciscunt necē. Vt enim qui se subducit malis, non criminationē meretur, sed coronam promeretur: ita qui violenta morte, seu laqueo, seu aliis modis vitam abrumpit, hunc haudquaquam æquum fuerit in crimen vocari, iuxta vestram sententiam. Nunc verò deus illos acrius punit quàm homicidas, & nos omnes eos detestamur. Atque id iure, meritoque. Nā si alios occidere fas nō est, multò magis nefas est seipsum occidere. Quòd si hæc vita res est mala, coronadi foret homicidæ, qui nos à malitia liberarent. Ad hæc autē qui hæc dicunt, suis ipsorum verbis inuoluuntur. Etenim quum Solem prædicent esse deum, post hunc & lunam deam, hōsq; adorent, veluti multorum bonorum authoros, secū pugnantiā loquuntur. Nam horum vt & reliquorum astrorum, non alius est vsus, nisi quod præsentem vitā nobis absoluunt, hanc inquam, vt isti loquuntur, malam, dum & alunt corpora, & splendore prælucent, & terræ fructus vegetat: qui sit igitur, vt ad huius malæ vitæ constitutionē, adeo subserviant isti vestro iudicio dii? Sed neque astrā dii sunt: Absit, sed opera sunt dei, in nostram vtilitatem condita: neque mundus malus est. Quòd si mihi memores homicidas, adulteros, & monumentorum suffosores, ista demonstro tibi nihil ad præsentē vitam attinere. Neque enim hæc peccata sunt vitæ quā agimus in carne, sed corruptæ volūtatis. Etenim si ista sic essent vitæ præsentis, vt forte fatore quodā illi essent affixa: nullus ab his malis liber esset, neque purus. Proinde cõsidera neminem effugere posse quæ propria sunt huius vitæ. Quæ porro sunt hæc? Edere, bibere, dormire, crescere, esurire, sitire, nasci, mori, cunctaque his similia. Hæc nullus vnquā vicerit, non peccator, non iustus, non rex, nō plebeius, sed omnes subiaccemus naturæ necessitati. Itidē & scelera perpetrare, si pertineret ad sortē conditionemque naturæ, nullus hæc effugere posset, quemadmodum nec illa. Nec enim mihi dixeris, raros esse qui rectè vitam gerūt. Nam nullum omnino reperies qui naturalibus necessitatibus vnquā fuerit superior. Itaque donec vel vnus inuenietur, qui virtutem præstiterit, cõstabit vndique illæsa nostra ratio. Quid ais miser & infœlix? Num hæc vita mala, in qua deum agnouimus, in qua de futuris philosophamur, in qua ex hominibus facti sumus angeli, cumque cœlestibus virtutibus simul choros ducimus? Et quod tadē aliud queremus malæ peruersæque vestre mentis argumentum? Quur igitur, inquis, Paulus seculum præsens dixit malum? Nimirum communi hominum more sic loquutus est, quando quidē & nos ad eum modum loqui solemus, malum habuit diē: non ipsum tēpus, sed circumstantiā & actionē inculpantes. Eadē ratione Paulus damnans prauas hominum voluntates, hac loquendi consuetudine est vsus, ostendens quod Christus nos nō modò liberauerit à prioribus peccatis, verum etiã in posterum aduersus hæc tutos reddiderit. Prius enim illud declarat, quū ait: qui dedit semetipsum pro peccatis nostris. Quum autē addit, Vt eriperet nos ex præsentis seculo malo, tutamē & custodiā in posterum aperit. Nam lex quidem etiã ad vnū horum erat infirma & inefficax, gratia vero ad vtrumque valuit. Eòque subiunxit: *Iuxta voluntatem dei & patris nostri.* Quum enim illi putaret se dei iussa negligere, vtpote qui legē seruandam dederat, metuerentque ne perirent, si deserta



vetere lege in noua progredierentur, & hanc illorum opinionem corrigit dicēs, hæc patri quoq; placita esse. Nec simpliciter dixit patri, sed, patri nostro: idq; perpetuo repetit, pudorē illis incutiens, eo q̄ ostendit, quod suum patrē Christus nostrum patrem effecit. *Cui gloria in secula, amen.* Et hoc nouum est & inuitatum. Nam hanc vocē, amen, nusquam alibi reperimus in epistolarū initio positam, sed multis præcedentibus solet addi. At hic ostendens ea quæ dicta sunt, satis euidentē habere Galatarū acculationē, & sermonē esse perfectū & absolutū, hoc vsus est exordio: quandoquidē manifesta crimina nō egent multo probationis apparatu. Posteaquā enim illis in memoriam redegisset crucē & resurrectionem, redemptionem ē peccatis, in posterū datam tutelam, paternam volūtatem, filij consiliū, gratiam, pacem, deniq; totum illius donum gratuitum, glorificando deum sermonē clausit. Verū non hac de causa solum hoc fecit, verum etiam q̄ supra modum doni magnitudinem admiraretur ac stuperet, gratiæq; immensitatē, simūq; secū reputaret, quū tales effemus, quales nos reddidisset deus, idq; subito in pūcto momētōq; tēporis, tanquā qui hæc oratione consequi non posset, glorificatione finit sermonem, non eam quæ deo digna sit, sed quā ipse poterat laudem pro toto terrarū orbe deprecari. Atq; ob id deinceps concitatore vsus est oratione, velut inflāmatuſ vehemēter ex cōsideratis dei erga nos beneficiis. Quū enim dixisset, cui gloria in secula, amē: ab acriori obiurgatione orditur, dicens: *Miror quod tam citō transferimini ab eo qui vocauit vos in gratia Christi, in aliud euangelium.* Quoniam per legis obseruationē arbitrabantur sese placere patri, quemadmodū existimabant Iudæi Christum persequentes, hoc primū demonstrat, illos dum hæc faciunt, nō modō Christum, sed & patrem offendere. Non enim inquit, à Christo, sed à patre deficitis ista faciendo. Nā vt vetus testamētum non patris tantum est, verū & filij: ita gratia non filij solum est, sed & patris. Denique cōmunia omnia. Omnia, inquit, quæ patris mei sunt, mea sunt. Ergo quū dicit eos à patre desciuisse, duplicem impingit culpam, alteram q̄ defecerint, alterā q̄ celerrimē defecerint. Atqui cōtrarium potius erat reprehensione dignum, videlicet si post multum tēporis desciuissent, verū hīc agitur de circūuentione. Est quidem & ille dignus reprehensione, qui post lōgum tēporis spacium deficit. Cæterum qui ad primam irruptionem & in ipso sagittarum ē longinquo volantium iactu concidit, extremæ inbecillitatis de se specimē præbuit: hoc nomine & hos inculcat, dicens: *Quid hoc rei est, q̄ ij qui vos decipiunt, nec spacio tēporis ad id opus habēt, sed prima statim inuitatio sufficit eis ad subuertendū vos & capiendū? Quam tandē impetrare possitis veniam? Etenim si hoc crimen in amicos cōmissum esset, is qui priores vtiles ac necessarios amicos reliquisset, dignus esset cōdemnatione: qui deo vocante resistit, cogita quanto supplicio sit obnoxius. Cæterū quum ait, admiror, non solū verecundiā illis ingerit hoc dicto, q̄ post tantā munificentiā, post tantā peccatorum condonationem, post immensam exhibitā humanitatem, illtrō currant ad iugum seruitutis: verū simul & illud ostendit, qualem habeat de illis opinionem, nimirum ingentem quandam & egregiā. Neque enim si iudicasset eos de numero vulgariū, & eorum quibus faciliē imponitur: nequaquā admi-*

raretur quod acciderat. Verū quoniā vos, inquit, estis de numero syncerorum, & qui multum laboris sustinuerūt: ideo miror. Id igitur satis erat ad eos restitutos, & ad priora reuocandos, quod ipsum in huius epistolæ medio declarat, dicens: *Tā multa passi estis frustra, si tamen frustra. Transferimini.* Non dixit, translati estis, sed, transferimini, hoc est, nondum credo, nondum arbitrōr perpetrata circūuentionem. Quod ipsum rursus est reuocare studētis. Hoc igitur in sequētibus dicit apertius: *Ego cōfido de vobis, q̄ nihil aliud sapietis. Ab eo qui vocauit vos in gratia Christi.* Ipsa quidem vocatio patris est, vocationis autem causa filius est. Nam ipse est qui nos recōciliauit, qui donū dedit. Neque enim ex operibus iustitię salui facti sumus: quin potius & hæc illius sunt, & illa huius. Nā mea, inquit, tua sunt, & tua mea. Nec dixit, ab euangelio transferimini: sed, à deo, qui vos vocauit, quod erat dictū horribilius, & accōmodatius ad terrorē illis incutiendum, id posuit. Siquidē qui studebāt illos seducere, non id semel ac repentiē faciebāt, sed paulatim eos ab ipsis rebus trāsferentes, à nō minibus non transferebant. Nam huiusmodi diaboli fraus est, haudquaquam nudos proponere laqueos, quibus venatur homines. Etenim si dixissent, desciscite à Christo, Galatę vitassent eos, velut impostores & corruptores. Nūc verō sinentes eos adhuc in fide manere, & interim fraudi prætexētes euāgelij nomē, impunē summāq; audacia perfodiebāt domū, videlicet iis quæ dixi, velut obtētis velamētis per hæc nomina cælantibus parietū perfossores. Quoniam igitur illi suam imposturā appellabant euangelium, ipse etiam aduersus nomē repugnat, liberēq; agit, dicēs: *In aliud euangelium, quod non est aliud.* Pulchrē: neque enim est aliud. Attamē quod accidit egrotātibus, dū saiubribus cibis offenduntur, hoc idem vsu venit hīc Marcionistis. Arripuerūt enim quæ dicta sunt hīc, ac dicebant: Ecce Paulus etiam ipse dixit non esse aliud euangelium. Neq; enim hi recipiūt omnes euangelistas, sed vnum duntaxat, quod ipsum tamē suo arbitratu mutilarunt, cōmiscueruntque. Quid igitur sibi vult quum ait, iuxta euāgelij meum & prædicationem Iesu Christi? Sunt quidem vehemēter ridicula, quæ isti adferūt, verūtamen quanquā sunt deridenda, operæ precij tamē est ea refellere, ppter eos qui faciliē decipiūtur. Quid igitur dicemus, an q̄ etiam si decies mille sint euangelistæ qui scribunt euangelia, modō scribant eadem, multa illa vnicū esse euangelium, neque quicquā obstare scribentium multitudinem, quō minus vnum sit euangelium? quemadmodū ex aduerso, si quis vnus scribens cōmemoret contraria, non esset vnum euāgelij quæ scribuntur. Vt enim vnum sit euāgelij aut non vnum: non estimatur numero scribentium, sed hinc, eadē ne sint, an diuersa quæ scribūtur. Vnde dilucidū est, quatuor euāgelia vnum esse euāgelij. Quum enim quatuor eadem loquantur, nō est aliud atque aliud ob personarum differētiam, sed vnum ob eorum qui loquuntur consonātiā. Neque enim Paulus nunc de numero loquitur, sed de pugnātia eorum quæ dicuntur. Proinde si iuxta vim eorū quæ in illis scripta sunt, iuxtaque dogmatum excussam rationē, aliud est euāgelium Matthæi, aliud Luca: rectē Pauli sermonē hunc arripuit. Sin vnū & idē est, desinat ineptire, simulantē hęc ignorare sese, quæ vel admodum pueris nota perspicuāque sunt. *Nisi quod quidam sunt, qui conturbant*

140.17.6

Enagidā vnum est multa.

vos, &

*vos, & volunt subuere euāgelij Christi.* Hoc est, donec fueritis sanæ mētis, [ne agnoscat] aliud euāgelium, donec recto minimēq; distorto fueritis obtutu: nec imaginemini vos videre quæ nusquā sunt. Quemadmodū oculus turbatus aliud pro alio cernit: ita mēs prauarū cogitationū cōfusione perturbata, idē pati cōsuevit. Itidē & qui laborant infania, alias pro aliis rerū species se videre credūt. Verū hæc infania q̄ illa periculosior est, quæ noxā adfert nō in rebus sensibilibus, sed in rebus intelligibilibus: non in pupilla corporaliū oculorū, sed in oculis animi distortionē gignens. *Et volunt subuere euāgelij Christi.* Atqui vnū aut alterum dūtaxat præscriptum induxerant, circūcisionem, & dierum obseruationem innouantes. Verum vt ostenderet quod pusillū quiddam perperam admixtum, totum corrumpit, dixit subuerti euāgelium. Quēadmodum enim in moneta regia, qui paulum aliquid amputarit de impressa imagine, totū numisma reddidit adulterinum: ita quisquis sanæ fidei vel minimā particulam subuerterit, in totū corrūpitur, ab hoc initio semper ad deteriora procedēs. Vbi sunt igitur qui nos vt cōtentiosos damnant, eo quod cum hæreticis habemus diffidiū, dicitantq; nullum esse discrimē inter nos & illos, sed ex principat⁹ ambitu proficisci discordiā? Audiant quid dicit Paulus, nimirū illos subuertisse euāgelij, qui paululū quiddam rerū nouarum inuexerant: Isti vero nō simpliciter pusillum quiddā innouant, nam qui pusillum, qui filij dei prædicant esse creaturā? sed quod est omnium maximū, immutant. An non audisti, q̄ is qui in veteri quoq; testamento, sabbato ligna collegerat, vnicū mandatum, nec id maximum transgressus, extremo affectus est supplicio? Quodq; Oza, quoniā arcā alioqui subuertendā fulcit, ē vestigio mortuus est, eo q̄ ministerium ipsi non congruens vsurpauit? Ergo ne sabbatum violatum, & solus arcæ ruituræ contactus, ad tantam indignationē prouocauit, vt qui hæc ausi fuerant, ne minimū quidē veniē sint cōsecuti: hic vero qui adorāda & ineffabilia dogmata corrūpit, excusationē habiturus est: & veniā cōsequetur? Nō potest hoc fieri, nō potest in quā. Hoc ipsum igitur est omnium malorum causa, quod ob pusilla nō indignamur. Ob id enim maiora scelera subierūt, q̄ minorib⁹ debita correctio nō adhibetur. Et quemadmodum in corporibus, qui vulnera neglexerūt, febres gignūt, & putrefactiones, ac mortē deniq;: itidem & in animis qui pusilla dissimulant, maiora inuitant. Ille, inquit, labitur in ieiunio, neque quicquā est magni. Alter vero valet quidem recta fide, cæterū temporis gratia simulans, profitendi libertatem prodidit. Ne id quidē est aliquid magni mali. Alius irritat⁹, minatus est se defecturū à recta fide. Ne id quidē supplicio dignū, eo q̄ ira animiq; commotione peccauit. Quin & innumera reperiet aliquis hui⁹ generis quotidie peccata in uehi ecclesiis. Hanc ob causam deridiculi facti sumus & gentibus, & Iudæis, dū ecclesia in mille partes discinditur. Etenim si iis qui à diuinis præscriptis resilire conabātur, & paulū quiddā secus quam oportet tētabāt, mox ab initio fuisset adhibita cōueniēs increpatio: nequaquam nata fuisset hæc pestis, haudquaquā tāta tēpeſtas ecclesias occupasset. Vide igitur quomodo Paulus circūcisionē appellat euāgelij subuersionē. Nūc autem multi sunt apud nos, qui eodē die ieiunāt quo Iudæi, qui similiter obseruāt sabbata, & animosē serimus, imō poti⁹ calami-

no agnoscat facit.

Num. 17. d. 2. Re. 6. b

Pusilla delicta non negligenda.

Ieiunium Iudæi.

Conceptum ecclesiæ.

tosē. Et quid loquor de rebus Iudæorū? Multi gētū mores apud nostros aliquot seruātur, sortilegia, auguria, omina, ac dierū obseruatiōes, superstitiosa sup genēsim cura, & omnis impietatis plenæ literę, quas puerorū protinus vt nati sunt, magno malo capitib⁹ imponūt, ab ipso protin⁹ exordio docētes illos virtutis adipiscēda: studiū abiicere, & ad fallacē fati tyrannidē, quod quidem in ipsis est, illos adducentes. Quod si iis qui circūcidūtur Christus nihil prodest, istis qui tāta inuehūt mala, cur adeo deinceps profutura est fides ad salutē? Quanquā à deo erat data circūcisio, verū quoniā nō in tēpore seruata, corruptelam inferebat euāgelio, nihil nō fecit Paulus, vt eam amputaret. Et post hæc cum Paulus ad excludēdas cōsuetudines Iudaicas tantū adhibuerit studiū, eo q̄ intempestiuē seruarentur: nos ne paganā quidē consuetudinē amputabimus? Et quam obsecro sum⁹ habituri excusationē? Has ob causas in tumultu ac turbatione sunt res nostræ, ad eovt qui discipuli esse debuerāt, multa repleti mētis elatione, subuerterint ordinē: & quæ erāt superiora, facta sint inferiora. Quod si quis illos vel leuiter accuset, cōspuunt eos, quorum imperio subsunt. Id eō faciūt, q̄ nos eos perperam à pueris instituumus. Verū enim uero etiam si qui præsumpti, improbi forēt, innumerisq; scaterēt malis, ne sic quidē fas esset discipulo dictis nō audientē esse. Etenim si de Iudæorū doctōribus dictū est, quoniā super cathedrā Moſis sedebāt, eos esse dignos qui à discipulis audirētur, quanquā operib⁹ erāt tam malis, vt dominus præceperit ne illa imitaretur: qua uenia digni erunt, qui ecclesię præfides per gratiā dei modestē uiuētēs, cōspuunt & cōculcant? Quod si nefas est, vt alius aliū iudicet, quanto magis fas non est iudicare doctores? Sed etiam si ego aut angelus de cœlo euāgelizauerit vobis præter id quod accepistis, anathema sit. Vide prudētiam apostolicam. Ne quis diceret, illū sua ipsius ostētare dogmata, etiā seipsum deuouit. Cæterū quoniā ad authoritatē confugiebāt, & vbiq; celebrant Iacobū & Ioannē, hac de causa & angelorū meminit. Ne mihi, inquit, Iacobū narres, & Ioannē, etiam si quis angelorum ē cœlis descenderit, corrūpens euāgelij prædicationē, anathema sit. Non temerē dixit, de cœlo. Sed quoniam sacerdotes quoq; dicti sunt angeli: Labia enim sacerdotis custodient scientiam, & legem exquirēt ex ore eius, quoniā angelus domini omnipotentis est: ne quis existimaret de his angelis nūc uerba fieri, addita particula, de cœlis, supernas virtutes indicauit. Neq; dixit, si cōtraria annunciauerint, aut totū euāgelij subuerterint, verū si vel paulum euāgelizauerint præter euāgelium quod accepistis, etiā si quiduis labefactarint, anathema sint. *Sicut ante dixi, & rursus nunc dico.* Ne putares ea uerba ab ira profecta esse, aut iuxta hyperbolen magnificentius q̄ pro re dicta, aut impetu cursūque sermonis raptim excidisse, repetit eadē. Etenim qui animi cōmotione occupatus dixit aliquid, hūc mox dicti pœnitere solet. Cæterū qui de nouo repetit eadē, declarat sese iudicio locutū, ac prius animi consilio fuisse decretū & cōprobatum, atq; ita demum voce proditū. Abraham igitur cum rogaretur, vt mitteret Lazarum, respōdit, Habent Moſem & prophetas: si illis nō crediderint, neq; mortuos resuscitados audituri sunt. Hæc autē Christus ipse inducit in parabola loquentem Abrahā, declarans se uelle plus fidei habendum esse scripturis, q̄ si mortui reuiuiscant. Paulus

Etiā mōdo his præsumptis obediendum.

Mat. 23. 6

Mal. 2. 6

Luc. 16. 8

lus vero, porro cū Paulū dico, rursum ipsum Christū dico: hic enim erat, qui mentē illius agebat: etiā angelis ē cœlo descēdētibus prapōnit scripturas, idq; valde cōgruenter. Siquidem angeli quālibet magni, tamē serui sunt, ac ministri. Caterū omnes scripturā nō à seruis, sed ab vniuersorū domino deo venerunt ad nos. Hāc ob causam dicit, Si quis vobis euāgelizauerit prater id quod euāgelizauimus vobis. Nō dixit, si ille aut ille, idq; prudēter admodū citra odiū & inuidiam. Quorsum enim opus erat iam edere nomina, posteaquā tam vehemētī sublimiq; fuerat vsus sermone, vt vniuersos & qui in cœlis sunt, & qui in terris cōplecteretur? Per hoc enim quod euāgelistas & angelos pronūciat anathema, omnem dignitatem cōprehendit: per hoc vero q̄ seipsum quoque pronūciat anathema, omnem familiaritatem ac germanitatē cōplex<sup>o</sup> est. Ne mihi dixeris, inquit, collegæ tui & socij Apostoli hęc dicunt: nec mihi ipsi parco, si diuersa prædicē. Neq; vero Paulus hęc dicit, q̄ damnaret apostolos tanquā euāgelicā prædicationis præuaricatores, absit: ait enim, Siue nos, siue illi, sic prædicam<sup>o</sup>: sed vt ostēderet personarū dignitatē nō recipi, quoties expenditur veritas. *Nunc enim hominibus suadeo, an deo, aut quæro hominib<sup>o</sup> placere? Si enim adhuc hominibus placere, Christi seruus non essem.* Quauis enim, inquit, vos fallerē hęc dicēs: num & deo valeā imponere, qui perspicit arcana mentis, & cui vt placerem, semper omne mihi studiū fuit? Vides spiritū apostolicū, vides sublimitatē euāgelicam. Hęc eadem autē in epistola ad Corinthios dixit: Non vobis excusamus nos, sed occasionē damus vobis glorianti. Atq; iterū: Mihi vero pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Cū enim doctōr cogere se discipulis excusare, sustinet qui dē illud, sed tamē indignē fert, haud quidē ob insolentiam, absit hoc, sed partim ob id q̄ ij qui seducebātur, tā mobili forēt animo, tamq; instabili sentētia: partim q̄ ipsius verbis apud illos parū certa fides haberetur. hęc de causa dixit hęc quoq; propemodū his vtens verbis: An mihi apud vos est habenda oratio? An homines mihi ius dicturi sūt: apud deū nobis est causæ dictio. Atq; vt apud illud tribunal bonā habeamus causam, omnia facimus, ac nequaquā eō deuenim<sup>o</sup> infelicitatis, vt cū rationē redditori simus omniū domino super his quæ prædicamus, corrumpamus euāgelij dogmata. Itaq; partim sese excusans, partim illos extimulās, hęc verba posuit. Nō enim cōuenieb at discipulis, ius dicere præceptorib<sup>o</sup>, sed credere & obtēperare. Verū quoniā, inquit, inuersus est rerū ordo, & iudices nunc sedistis: scitote mihi nō esse magnopere curā, quomodo me purgē apud vos, sed omnia facimus propter deū, vtq; illi de hisce dogmatibus reddamus rationē. Etenim qui studet hominib<sup>o</sup> suadere, multa facit insyncera prauāq; & fraudibus vitur & mēdacio, quo persuadeat, mētēq; capiat auditorum: cōtrā, qui deo suadet, illiq; placere studet, huic simplici purāq; mēte est opus: Deus enī falli nō potest. Vnde perspicuū est, iquit, nos quoq; nec principatū ambiētēs, nec discipulos colligēdi studio, neque gloriā ac laudem à vobis captātes hęc scriberet: neque enim nobis studio est placere hominibus, sed deo. Nā si voluissem hominibus placere, adhuc à Iudæis starē, adhuc persequerer ecclesiā dei. Caterum qui totā Iudæorū gentem, qui familiares, amicos & cognatos, qui tātā contēpsi gloriā, prōq; his cōmu-

taui persecutiones, inimicitias, bella ac mortes quotidianas, satis declaravi me hęc quoq; quæ nūc loquor, nō humanę laudis studio loqui. Hoc autē ideo præfatus est, quoniā cōmemoratur<sup>o</sup> erat prioris vitę suę historiā, & quomodo repēte fuerit immutatus, & argumētis euidētibus demonstraturus, se pro veritate stare. Rursum autē ne putarēt illū hęc eō facere, quod ipsis redderet rationē, atq; hinc efferrentur, in superioribus illa dixit, Nūc hominibus suadeo. Nouerat enim prout postulabat opportunitas, etiā sublimē quippiā ac magnificū loqui, ad eorū quos instituebat correctiōnē. Atqui poterat aliunde probare, se cū veritate ac synceritate prædicare euāgelij, nimirū ē prodigiis, ē miraculis, ē periculis, ē carcerib<sup>o</sup>, & quotidianis mortib<sup>o</sup>, ē fame, siti & nuditate, ex aliis horū similibus: verum quoniā illi nūc dirigitur oratio nō ad pseudapostolos, sed ad apostolos, qui horū periculorū erāt cōsortes, alia via aggreditur causę tractationē. Alioqui cū ad pseudapostolos sermonē intēderet, hūc in modū induxit cōparationē, tolerantiā in periculis adducēs in medium, dicēnsque: Ministri Christi sunt, despicens loquor, plus ego, in laboribus abūdātius, in plagis supra modū, in carceribus abūdātius, in mortibus frequēter. Nunc sanē superioris vitę cōuersationē memorat, dicens: *Notum vobis facio fratres euāgelium, quod prædicatū est à me, non esse secundum hominē: neq; ego enim ab homine accepi illud, neq; edocui sum, sed per reuelationē Iesu Christi.* Vide vt vndiquaq; confirmat se fuisse Christi discipulū, nullo hominis interuētū, sed ipso Christo per seipsum omnē ipsi cognitionē dignato patefacere. Et quomodo, inquit, p̄bari possit incredulis, q̄ de<sup>o</sup> per se, nullo hominis interuētū tibi patefecerit illa arcana mysteria? Probat hoc, inquit, illa superior mea conuersatio. Nisi enim deus fuisset, qui effulserat, haudquaquā adeo repēte fuisset immutatus. Nā qui docentur ab hominibus, etiā si sint acri celeriq; ingenio, tamen vt ad diuersa trāserantur, tēpore est opus multōq; studio. Ceterū qui cū vehemētissimē laboraret infania, totus ac pure rediit ad sanā mentē, declarat sibi diuinā visionē ac doctrinā adfuisse, p̄erq; hęc subito ad purā redisse sanitatē: eōq; cogitur de priore sua vita cōmemorare, atque ipsos testes citat eorū quæ gesta sunt. Vos quidē, inquit, nescitis, q̄ vnigenit<sup>o</sup> dei filius me ē cœlis per se vocare dignatus est. Nā qui possitis id scire, cū nō adfueritis? Verū illud omnino nostis, quod fuerim persecutor, quando quidē vsq; ad vos quoq; mea sæuitia penetrauit, cum ingens sit interuallum inter Palæstinā & Galatiam, vt non fuerit rumor in tam longinquū dimanaturus, nisi quæ fiebant à nobis modū excessissent, fuissentq; intolerabilia. Vnde & dicit: *Audistis meam conuersationē, quod supra modū persequebar ecclesiam dei, & expugnabam illam.* Vides vt singula cum exaggeratione cōmemorat, nec pudet sua mala cōfiteri. Non enī tantū est persecutus, sed omni cū vehementia: nec persecutus est modo, verum etiā expugnauit: hoc est, conat<sup>o</sup> est ecclesiam extinguere, subuertere, demoliri, abolere. Nā id est expugnatoris op<sup>o</sup>. *Et proficibā in Iudaismo vltra multos æquales meos, cū essem abūdantiū amulator patrarū mearū trā-* *im genit*

2. Co. 5. b

1. Co. 4. a

† Deum quidem ait quod. Act. 9. c. Iponit, ipse. I. Tim. 1. e. in ipse. vel ob ipse. Sum. nem. pe Paulū. qui peccator talis veniā se cōsecutus. Mat. 11. d. Ioan. 17. a

autē sermonis hic est sensus: Si quę feci aduersus ecclesiā, nō humano feci affectu, sed zelo diuino, erratē quidē, sed zelo tamen: qui consentaneū est me nunc, dum prō ecclesia curro, agnitaveritate, inanis glorię causā hęc facere? Etenim si in errore talis affectus mihi nō est dominatus, sed dei zelus eō me perpulit, multo magis posteaquā agnoui veritatē oportet me ab omni istiusmodi suspitione liberū esse. Nā simul atq; cōuersus sum ad ecclesiastica dogmata, protin<sup>o</sup> quicquid Iudaicarū opinionum occuparat animum meū, totū exui, multōq; maiorem zelū hic præstiti q̄ illic præstiterā. Quę res arguit me verē fuisse trāsmutatū, diuinōq; zelo teneri. Quod ni sic haberet, agē dic mihi, quid aliud erat in causa vt tantā sustinerem immutationē, ac pro honore cōtumeliā, pro requie pericula, pro securitate afflictiones suscipere? Nulla causa erat alia, nisi tantū veritatis amor. *Cum autē placuisset deo, qui me segregauit ex vtero matris mee, & vocauit per gratiā suā, vt reuelaret filiū suum in me, vt predicē illum in gentibus, protinus nō cōmunicauit cum carne & sanguine.* Vide quēadmodum hic studet ostendere, q̄ per id etiā tēporis quo relictus est in errore, propter occultam aliquā diuinę prouidētię rationē relict<sup>o</sup> sit. Etenim si ab vtero matris segregatus erat vt fieret apostolus, & ad hoc ministeriū vocaretur, vocatus est autē tūc, & simul vt vocatus est, obsecutus est: perspicuum est deum ob causam aliquā arcanam eō vsq; distulisse. Quæ igitur est hęc dispensatio? Fortassis inhiantes auctis hoc ab initio audire, cur tandē nō eū cū duodecim apostolis vocauerit. Verū ne ego digressus ab eo quod est in manibus, prolixiorē faciā sermonem, oro charitatem vestram, ne omnia ex me velitiscere, sed ex vobis etiam ipsis inquiratis, deum obsecrantes vt vobis patefaciat. Quaquam & nos super hac re aliās sumus locuti, cū de mutato Pauli nomine apud vos differeremus, causāmq; redderemus, ob quā deus prius dictū Saulum, Paulū appellarit. Quæ si vobis exciderūt, ex eo libro hęc omnia cognoscetis. Nūc à tenore sermonis nō recedamus, cōsideremusq; quomodo rursum ostēdit nihil in ipso casu aut hominū more factū esse, sed deū omnia suo arbitratu multa prouidētia dispēfasse: ostēdit autē his verbis: *Et vocasset per gratiā suam.* Hinc declarat q̄ deus ipsum ob virtutē vocauerit. Ait enim ad Ananiam: *Vas electionis est mihi, vt portet nomen meū coram gentibus ac regibus: hoc est, Idoneus est ministerio præclaroq; facinori sustinendo.* Atq; hęc vocationis causam [hic ponit, idē] tamen vbiq; totum gratiæ & ineffabili numinis humanitati tribuit, loquēs hūc in modū: Sed misericordiā cōsecutus sum, non q̄ sufficiens essem, neq; q̄ idoneus, sed vt in me delecterem lenitatem, in exemplū eorū qui credituri erant illi in vitam aternā. Vides excellentiā modestię, vides eximie submissum animū. Ideo, inquit, ego misericordiam cōsecutus sum, ne quis de seipso desperet, sed quisq; bonā spem habeat, posteaquā omniū mortaliū pessimus, dei benignitatē affecutus sum. Id enim declarat, dicens: *Vt in me demonstraret omnē lenitatem, in exemplum eorum qui credituri essent se Christus: Nemo nouit filium nisi pater, nec vllus nouit patrem, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.* Vides quod & pater filium, & filius patrē reuelat. idē fit in gloria, Filius glorificat patrem, & pater filium. *Ioan. 17. a* Glorifica filium tuum, vt & filius tuus glorificet te.

Et rursum, Quēadmodū ego te glorificaui. Sed quā ob causam nō dixit, vt reuelaret filiū suum mihi, sed in me? Ob id ita locutus est, vt ostenderet, q̄ nō modo verbis edocutus esset de fide, verum etiam copioso spiritu dono repletus. Reuelatione siquidē illustratē illius animū, simul & Christum habebat in ipso loquentē, *Vt euāgelizem illum in gentibus.* A deo nanque factum est, nō solū vt crederet, verū etiam vt ad apostolicum munus deligeretur. Sic enim, inquit, mihi seipsum reuelauit, nō tantum vt ipsum cognoscerē, verum etiam vt eius notitiā ad alios proferrē. Nec tamen simpliciter dixit, apud alios, sed vt euāgelizē eum in gentibus: iam hinc incipiens attingere non minimum suę defensionis caput, ex ipsa discipulorū persona. Nec enim erat illi par necessitas prædicandi Iudæis & gentibus. *Protinus nō contuli cum carne & sanguine.* Apostolos hic testē significat, naturę cognomento eos designans. Quod si hoc sentit de cunctis hominibus, nos nō cōtradicemus. *Neque ascēdi Hierosolymam ad antecessores meos apostolos.* Hęc verba si quis per se expendat, videntur spirare nō vulgarē magniloquentiā & arrogantiam, plurimūq; abesse ab apostolico spiritu. Etenim q̄ ipse sibi suffragiū fert, neq; cum quoquā sententiā cōmunicat, videtur esse fast<sup>o</sup>. Videbam, inquit, hominē, qui sibi videbatur esse sapiens, sed maiorē illo spem habet inspicēs. & Vx his qui prudētes sunt apud semetipsos, & in oculis suis intelligentes, Ac idem rursum: Ne sitis prudētes apud vosmetipsos. Itaq; qui tā multa huiusmodi præcepta ab aliis audierat, quiq; eadē aliis præceperat, ipse in hęc incidit, nō dicā Paul<sup>o</sup>, sed vel homo quiuis? Verum hic sermo si per se nudus expendatur, offendere mouerēq; potest auditorē. Ceterū si causam adiecerimus, ob quā hęc dicebat Apostolus, & applaudēt & admirabūtur omnes ita locutū. Hoc igitur faciamus. Nō enim oportet verba nuda expendere, alioqui multæ cōsequenter absurditates, Neq; cōuenit sermonē per se nudū examinare, sed obseruare mētē scribētis. In humanis enim sermonibus nisi hac ratione fuerimus vsi, expēdentes quid senserit is qui loquitur, multas inducem<sup>o</sup> simultates, omnia subuertētur. Et quid attinet loqui de verbis, quādo & in factis, nisi regulā hęc seruauerim<sup>o</sup>, omnia sursum deorsum miscbūtur? Nā & medici secant carnē, nonnūquam & ossa frangunt: quæ frequenter eadē faciunt & latrones. An non igitur fuerit extremæ infelicitatis, si nequeam<sup>o</sup> latronē à medico discernere? Rursum homicidæ pariter vt martyres torquētur, at non quia patiūtur eadē tormēta, vtriq; eodē habētur loco, sed plurimum interest inter hos & illos. Quod ni regulā hanc seruauerimus, nulla de re recte iudicare poterimus: sed ipsum etiā Heliam homicidā censebimus, cūmq; hoc Samuēlē, & Phinees. Quin & Abraham filij interfectore dicemus, si res nudas expēdimus, nō addentes quam ob rē, quo animo id fecerit. exquiramus igitur & Pauli mentē, qua hęc scripsit, cōsideremus quod spectarit, quē scopū sibi proposuerit, & quis in totū fuerit erga apostolos, Tum enī intelligemus, quo animo hęc scribat. Neq; enim quo vel eorū autoritatē eleuaret, vel seipsum prædicaret, locut<sup>o</sup> est vel hęc vel illa superiora. Qui enī id faciat, qui seipsum pronūciat anathema? sed vt vbi que seruaret euāgelij synceritatē. Cum enim ij qui oppugnabāt ecclesiā, dicerent, iis apostolis adhærēdum esse, qui ista minime prohiberēt, nō Paulo qui prohiberet.

Ibidem. Pro. 26. b. Esa. 5. e. Rom. 12. b. Rom. 9. a.





cundū reuelationē ascendi, eadēmq; de causa Barnabam ac Titum sibi adiūxit, testes futuros eorum, quę Paulus prædicasset. Et contuli, inquit, cum illis euangeliū, quod prædico in gentibus, hoc est, sine circūcisione. Scorsum autem qui videretur alicuius existimationis. Quid significare voluit, dicēdo, scorsum? At qui cōmunia dogmata studet corrigere, nō scorsum, sed in publicū ea proponit. Paulus autē nō ita. Nō enim cupiebat aliquid discere, corrigereve suorū dogmatum, sed occasionē adimere cupientibus alios decipere. Cū cū Hierosolymis offenderentur omnes, si quis trāsgrederetur legē, si quis prohiberet circūcisionē, vnde &

**Acto. 21.** Jacob⁹ dicebat: Vides frater quot milia sunt Iudęorum qui crediderunt: & hi omnes au dierunt de te, & defectionem doces à lege. Cum igitur offenderentur, palām quidem accedere suāmque prædicationē aperire nō sustinebat, sed deorsum contulit cum his qui erāt alicui⁹ opinionis, præsentib⁹ Barnaba ac Tito, vt hi apud eos, qui ipsū criminabātur, forēt idonei testes, ne apostolis quidē visū, pauli prædicationem in gētibus peractā, pugnare cū apostolorū sententia. Porrō q; ait, qui videbātur alicuius existimationis, non ideo dicit, vt detrahat eis suā magnitudinem: quādoquidē de seipso quoq; loquitur, Videor

**1. Cor. 7. 8** autem & ipse mihi spiritum dei habere: quod vtique est modestē loquētis, non abnegātis se habere. Hoc pacto & hic dixit, qui videbantur, suum iudiciū cum publico omnium iudicio cōiungens. Sed ne Titus quidem, qui mecum erat, cum Græcus esset, coactus est circūcidi. Quid est, cum Græcus esset? E Græcorū, inquit, hoc est, è gentium erat genere, præputium gerens. Non enim ego solū ita prædicaui, verumetiā Titus ita fecit: quē cum esset Græcus, apostoli nō compulerunt circūcidi. Quod quidem certissimum erat argumētum, illos nō damnare quā: à Paulo dicebātur ac gerebantur. Et quod hoc quoq; multo maius est, cū vrgerent aduersarij, eaq; scirent, ne sic quidē apostoli per eos huc adacti sunt, vt iuberent eū circūcidi. Id quod ipse declarat dicēs: Sed propter subintroductos falsos fratres. Qui sunt isti falsi fratres? si quidem hinc non mediocris exiit quæstio. Nam si apostoli permittebāt circūcisionem, quare nūc falsos fratres appellat eos, qui & ipsi secūdū apostolorū sententiā iubebāt hoc fieri? Primum quia nō est idem iubere vt fiat, & quod sit permittere. Eteim qui præcipit, is studiose seriōq; ceu rē necessariā ac præcipuā agit. Verū qui cum ipse non præcipiat, tamen non prohibet volentem, is nō cōcedit vt rem factu necessariā, sed dispensationē quandam implet: Quale quiddā & in epistola ad Corinthios Paulus scripsit dicens: Ne fraudetis vos inuicem, nisi forte ex cōsensu ad tempus, ac rursum conuenite in vnum. Loquitur autē viris & vxorib⁹. Deinde ne putares eū hoc illis pro lege scribere, subiūxit, Hoc autem dico secundum indulgentiā, non secundū imperium: eo quod hoc nō esset principale iudicium autoritatis ipsius, sed indulgentia erga illorū incontinentiā. Eōq; dicit, propter incōtinentiam vestram. Nam si Pauli sententiā cupis cognoscere, audi quid dicat: Volo oēs homines esse, vt ipse sum. Itidē & hic accidit, apostoli nō vt legis defensores hoc cōcedebāt, sed obsecūdātes infirmitati Iudaicæ, Alioqui si legem tueri voluissent, haudquaquam alio modo prædicassent Iudæis, alio gētibus. Eteim si res eiulmodi fuisset, vt ab infidelib⁹ necessario fuerit obseruāda: perspicuū est etiā ab omnib⁹ fi-

**ibidem.**  
**1. Cor. 7. b**  
**ibidem.**

**A** delibus obseruandā fuisse. Cōtrā, si decretū illis est, ne quis gentibus harū rerū gratia molestus esset, satis declaratū se hoc Iudæis morē gerēdo permisisse: at falsi fratres nō eodē modo, sed hoc agebant vt eos excluderent à gratia, ac denuo in seruitutis iugū pertraherēt. Hoc igitur est primum discrimen inter Apostolo: & falsos fratres, lōgo intervallo alterōs ab alteris dirimēs. Alterū erat, q; apostoli id faciebāt in Iudæa, vbi lex vigeat. Ceterū falsi fratres nusquam hoc nō faciebāt. Nam & Galatas omnes attigerant, Vnde dilucidū est, hoc non factū ædificationis gratia, sed ad subuertendū totum euangeliij negotium. Aliter ab apostolis concedebatur legis obseruatio, aliter à falsis fratrib⁹ studiose curabatur. Qui subintroierunt, vt explorarent libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu. Vides vt exploratorū appellatiōe expressit bellū eorū? Exploratores cū ob nihil aliud ingrediuntur, nisi vt cognitis reb⁹ aduersariorū, ipsi sibi facillimū aditū parēt ad expugnandū capiendūque, que maedmodum & illi tum taciebāt, studētes eos in veterē retrahere seruitutē. Vnde vel hinc liquet, non idem fuisse profectū apostolorū & istis, imō magnopere diuersum. Illi siquidem concedebāt, vt eos paulatim eximerēt è seruitute: isti cōtrā hoc moliebantur, vt eos in grauiorē pertraherent seruitutē. Eōque clām obseruabāt, attētē circūspiciētes, & curiose disquiretes quānā haberēt præputiū, quod & Paul⁹ declarans ait: Subintroierunt, vt explorarent libertatē nostram. Non tantum exploratorū vocabulo, verumetiā ex eo q; clām ingressi sunt, tēq; surtim intro submiserunt, demonstrat eorū insidias. Quib⁹ nec ad horam cessimus subiectione. Vide te: monis artificiu ac significantiam. Non dixit, cessimus verbo, sed subiectione. Non enim id faciebant, vt aliquid frugiferū docerēt, sed vt eos subigerēt, & in seruitutē pertraherēt. Idcirco apostolis quidē cessimus, istis vero nō amplī⁹ cessimus: Vt euangeliij verita maneret apud vos. Vt, inquit, quod prius verbis prædicaueramus, factis cōfirmaremus, nimirū quod vetera transierunt, & noua facta sunt omnia: & quod si quis est in Christo, noua est creatura: & q; his qui circūciduntur, Christus nihil proderit. Hanc veritatē cōsumantes, nec ad horam cessimus. At mox quoniam protinus cōstabant illa quæ faciebant apostoli, erātq; veris mile futuros aliquos qui dicerent, Qui sit igitur, vt hæc illi præcipiant? Vide q; sapienter soluit obiectionē. Non enim explicat verā causam, videlicet quid facerēt apostoli quō morē gererent Iudæis: nec hoc fuisse iudicij illorum, sed dispensationis. Hanc enim si protulisset, offensi fuissent audientes. Oportet enim dispensationis ignorare causam ad quos sit aliquis ex ea fructus rediturus. Nā si pateat causa eorū quę sūt, tota periret vtilitas. Quapropter ipsum quidē, qui dispensationem adhibet, scire causam oportet eorū quæ geruntur: ceterū eos quibus est profutura dispensatio, hanc oportet ignorare. Atq; vt magis fiat dilucidū quod dico, ex hoc ipso argumēto sumemus exemplum. Hic ipse beatus Paulus, qui tollit circūcisionē, cu Timotheum esset missurus ad docendū Iudæos, prius illū circūcidit, atq; ita misit. Id autem faciebat, quō doctor esset acceptior apud auditores, & ingressus est cū circūcisione, vt abrogaret circūcisionē. Atq; huius facti causam ipse quidē cum Timotheo nouerat, discipulis autē nequaquam aperuit. Etenim si nouissent quod illum hoc animo circūcidisset vt circū-

**825**  
cisionē abrogaret, nec au dissent omnino Timotheū cōcionantē, totūmq; lucrū & vtilitas perisset. Nunc vero hæc ignorantia maximā illis attulit vtilitatem. Dum enim arbitrantur illū seruādæ legis studio hoc facere, beneuolis animis placidēq; tū ipsū doctorē, tum ei⁹ doctrinā excipiūt. Qua recepta, ac paulatim eruditi, recesserunt à prioribus. Quod haudquaquā euenisset, si initio causam nouisset. Eteim si nouisset, auersati fuisset illū, aduersates autē nequaquā auscullassent. Si non auscultassent, perseuerassent in errore pristino. Id vero ne fieret, nō aperuit causam. Proinde nec hic aperit dispensationis causam, sed alia via rē agreditur, ita loquēs: Ab iis vero qui videbātur esse aliquid, quales aliquādo fuerint, nihil mea refert, personā hominis deus nō accipit. Hic non solum non excusat apostolos, verū etiā vehemēter grauat sanctos, vt prosit infirmis. Tale autē est quod dicit: Et si illi permittūt circūcisionem, ipsi deo reddituri sunt rationē. Non enim quia magni sunt, ac dignitate præminētes, deus personā illorū accipiet. Neq; tamē sic apertē locutus est, sed moderatius. Nā non dixit, Quod si illi turbāt prædicationem, præter ea quæ mandata sunt prædicātes, luent extrema supplicia. Nihil in quā horū dixit, sed reuerētius videtur illos attingere, loquēs hūc in modum: Ab his autem qui videbātur esse aliquid, quales aliquādo fuerint. Nō dixit, quales iā olim sunt, sed quales fuerint: ] nimirum delarans, q; & illi iam defissent hoc modo prædicare, vt pote iā vbiq; coruscate euāgelio. Ceterū quod ait, Quales aliquādo fuerint, hoc declarat: Si sic, inquit, prædicauerūt, ipsi reddent rationē. Non enim hominibus, sed deo sunt rationē reddituri. Hęc autē dicebat, nō velut ambigēs aut ignorās quid quo animo facerēt illi, sed vt dicere cōperā, q; expedire iudicaret, vt hac via rē aggrediretur. Deinde ne velut diuersę factionis videretur illos accusare, & hinc oriretur cōtentionis ac dissidij suspicio, mox correctionem adiunxit, dicens: Mihi enim qui habebantur in precio, nihil cōtulerunt. Quid autē hoc est? Quæ vos dicitis, inquit, nescio: illud certō scio, q; mihi non modo nō sunt aduersati, verumetiā cōspirarunt mecum, concordiaq; sociati sunt. Id enim declarat, cū ait, Dextras dederūt. Verum nondū hoc dicit, sed illud tantū dicit, q; nō docuissent, non correxissent, neque quicquam addidissent iis quæ prius sciuerat. Mihi enim, inquit, qui erāt in precio, nihil præterea cōtulerunt. Hoc est, posteaquā cognouerant que prædicarem, nihil adiecerunt, nihil inde correxerūt: idq; cum scirent me ea gratia venisse Hierosolymam, vt cū ipsis cōmunicarem. Nam iuxta reuelationem spiritus acceperā, vt cum illis cōmunicarem, ac Titum incircūcisum habebam mecum. Itaq; nec illi mihi quicquā dixerunt vltra ea quę prius sciueram, nec illum circūcidi. Sed cōtrā. Quid est cōtrā? Quidnam hoc sentire Paulum dicūt, q; non solum ipsum nihil docuerint, verumetiā ab ipso docti sint. Ego vero nequaquam hoc dixerim. Quid enim ab illo præterea erant docendi? quandoquidem vnusquisque illorum perfectus erat. Non igitur hoc sentit cū ait, Cōtrā: sed illud potius vult dicere, quod non solum nihil reprehēderunt, verum in tantum abfuerunt ab incusando, vt cōprobarint etiam. Nam cōprobatio cōtraria est incusationi. Mox quoniam coniectandū erat dicturos aliquos: Si cōprobarunt, quare non sustulerunt circūcisionem? Nam si cōprobarunt, tollenda erat. Hic si dixisset, sustulerūt, iudicabat nimis iuc-

quales fuerint, sed fuerint:

hic sup. a

**A** recundum fore, atq; hinc orituram pugnam manifestam aduersus ea quę confessus fuerat. Rursus si cōfiteretur concedendā esse circūcisionem, videbat necessario fore, vt in aliā incidere obiectiōne. Si enim, inquit, cōprobarunt tuā prædicationem, cum cōtrā permiserint circūcisionē, ipsi secū pugnant. Quo pacto igit hic soluitur nodus? Dicere poterat, quod ista fecissent morē gerentes infirmitati Iudaicæ. Verum hoc dicendo totum dispensationis fundamentū conuulssisset, eōq; nō dicit hoc, sed relinquit in dubio atq; ancipiti, dicens: Ab iis autē qui videbantur esse aliquid, nihil mea refert: perinde quasi diceret, Non accuso, neq; sugillo sanctos illos. Sciūt ipsi quid fecerint. Deo siquidē reddituri sunt rationem. Quod autem hic demonstrare studeo, hoc est, quod à me gesta non resciderūt neq; correxerunt, neq; quippiam addiderunt, quasi quicquam illis deesset, verumetiā cōprobarūt & asēsī sunt. Atq; huiusce rei testes habeo Titum ac Barnabā, vnde subiicit dicēs: Cum viderentur mihi cōmissum euangeliū præputij, quemadmodū Petro circūcisionis, dextras dederūt mihi & Barnabæ societatis. Circūcisionem & præputium dicēs nō res ipsas, sed gētes hac nota distinctas. Subiunxit igitur, Qui enim operatus est in Petro in apostolatū circūcisionis, operatus est & in me inter gētes. Quē admodū igitur præputij nomine designat gentes, ita & circūcisionis nomine Iudæos, Iamq; se cæteris honore parē ostēdit, nec se reliquis illis, sed ipsi summo cōparat, declarans quod horū vnusquisq; parē sortitus sit dignitatē. Posteaquam enim argumentis declarauit Apostolorū inter ipsos concordia, quod superest sumpta fiducia liberē profequitur: neq; iam solum peruenit vsq; ad apostolos, sed ad Christū ipsum deducit sermonē, adq; gratiā ipsi ab illo donatam, quarū rerum testes citat Apostolos, dicens: Vbi cognouissent gratiam dei quæ data est mihi, Iacobus, Cephas, & Ioannes. Non dixit, postquam au dissent, sed cognouissent: hoc est, ex ipsis didicissent factis, dextras dederūt mihi & Barnabæ societatis. Vides vt paulatim demonstrat hoc & Christo visum, & apostolis. Neq; em data fuisset, neq; in illo fuisset operata gratia, ni prædicationē eā cōprobasset. Ac Petri quidem solius meminit, vbi se cogitatur cū illis cōferre. Ceterum vbi citandū est testimonium, triū pariter facit mentionē, idq; nō sine laudis elogio: Cephas, inquit, Iacobus & Ioannes, qui videbātur esse columna. Nec rursus dicit videbātur, q; tolleretur rei veritatē, sed aliorum quoq; assumit sententiā, dicēs: Qui magni sunt & eximij, quosq; omnes vbiq; celebrant, huiusmodi testes sunt eorū q; dico, q; eadē placet & Christo, quodq; hæc ex ipsis rebus cognouerunt, ipsaq; rerum experiētia cōmoti sunt, vt erederent. Ideoque & dextras mihi dedere, non mihi tantum, sed & Barnabæ, vt nos quidē ad gentes, ipsi vero in circūcisionē. O prudentiā eximiam, o cōcordiā demonstrationē irrefutabilem: ostēdit & illorum doctrinā ipsius esse, & ipsius doctrinā illorum esse. Eadem enim vtrisque placebāt: videlicet vt & illi sic prædicarent Iudæis, & hic gentibus. Eōq; subiecit ita loquēs: Vt nos quidē in gentes, ipsi vero in circūcisionē. Vides quod hic quoq; circūcisionē appellat nō rem ipsam, sed Iudæos. Quoties enim rem ipsam sentit, addito cōtrario discernit, ipsumq; nominat præputiū, veluti cum ait: Circūcisio quidē prodest, si legē obserues. Quod si transgressor legis fueris, circūcisio tua præputium facta est. Ac rursum: Neque circūcisio quicquā va-

Paulus b; non par. Petrus.

Rom. 2. d.

1. Cor. 7. d

lect, neque



let, neque preputiū. Cæterū ubi sic appellat Iudæos, nec rem intelligi vult, sed populū: non opponit præputium, sed gentes. Etenim velut è regione discernuntur, Iudæi quidē à gentibus, à circūcisione verò præputium. Quēadmodum cū superius diceret, qui operat<sup>o</sup> est in Petro ad apostolici muneris functionē in circūcisione, operatus est & in me inter gētes. & hic rursus, Nos inter gētes, ipsi vero in circūcisione. nō rem ipsam, sed Iudæorū populū sic appellās, distinguens eum à gentibus. *Tantum ut pauperū memores essemus, quod ipsum etiam studui facere.* Quid tandē est hoc quod dicit? In prædicādi, inquit, munere partiti sumus inter nos orbē terrarū. Atq; ego quidē eos qui ex gētib<sup>o</sup> sunt, illi verò Iudæos fortiti sunt, iuxta dei placitū. Cæterū curā pauperū qui sunt apud Iudæos, ego ex meipso iunxerā cum illorū voluntate. Quod si bellū fuisset inter eos & contentio, nequaquā hoc illi recepissent. Qui sunt autē isti pauperes? Pleriq; Iudæi qui crediderāt in Palæstina, facultatibus omnib<sup>o</sup> erāt exuti, ac per omnes regiones dissecti exulabāt. Quod quidē & in epistola ad Hebræos scripsit dicēs: *Heb. 10. g* Nam bonorū vestrorum rapinam cum gaudio suscepistis. Declarat idē & Thesalonicensibus scribēs, ac fortitudinē illorum prædicans: Vos enim, inquit, imitatores facti estis ecclesiarum dei, quę sunt in Iudæa: quoniā & vos eadem passi estis à propriis cōtribulibus, quemadmodū & illi à Iudæis. omnib<sup>o</sup>q; modis ostendit, quod ij qui ex gentibus crediderāt, non perinde oppugnabātur à Græcis, quemadmodum ij qui ex Iudæis crediderāt, à suę gentis hominibus vexabātur, sed hæc gens ceteris omnibus erat atrocior: eōq; summa sollicitudinem odis omnibus curā illorū gerūt, atq; ob hoc ipsum & Romanis præcipit & Corinthiis: neque solū colligit pecunias, verū etiam ipse eas perfert, dicens, Nunc autē proficiscor Hierosolymā, ministraturus sanctis. Nam & ad victum necessariis egebāt. Quod igitur hic significat, illud est: Hac in re mihi visum est illis opitulari: quod vt recepi, ita non cessavi in suscepto negotio. At postquā ostēdit suam cum apostolis cōcordiā consensumq; cogitur deinceps & disceptationis cū Petro Antiochię habitæ mentionē facere, dicens: *Cum autem venisset Petrus Antiochiā, in facie illi restitit, quoniā reprehensus erat. Priusquam enim venisset quidā à Iacobo, simul cū gētib<sup>o</sup> edebat. At postquam venisset, subduxit ac separavit seipsum, metuens eos qui erāt ex circūcisione.* Multi qui parum attentē legunt hunc epistolæ locū, existimant Petrum à Paulo in simulari de simulatione. Verum hoc non ita se habet, nō ita se habet in quā. Absit vt ita sit. Multam enim hic cōperimus tum Petri tum Pauli prudentiā in hoc adhibitam, vt clam teatēq; prodesse audietibus. Sed prius dicēdum est de Petri fiducia, & quomodo hic vnus ante ceteros discipulos solitus sit p̄fiteri, quādoquidem etiā cognomen fortius est ob immutabilem & immobilē fidem. Cum enim omnes essent interrogati, hic ante ceteros p̄filiēs, Tu es, inquit, Christus filius dei viui. quo tēpore illi & clauēs regni cælorū cōcreditæ sunt. Præterea in mōte solus extitit qui loqueretur. Ad hæc cū de cruce fieret sermo, cæteris tacentibus ipse dixit, Propitius esto tibi. Quanquā autem hæc verba non erant circūspectæ mentis, erāt tamē feruidæ charitatis. Quin & in cæteris omnibus videmus illū aliis feruidiorem, & ad pericula præfiliētē. Ita cum dominus visus esset in littore, ceteris nauim trahētib<sup>o</sup> ipse nō sustinuit nauigio accedere.

Heb. 10. g

1. Thes. 2. e

4.

1. Cor. 16. a.

Rom. 15. f

Mat. 16. c

Mat. 17. et

Marci 9. a

Mat. 16. d

Ibid. 14. d

Iam & post resurrectionē Iudæis vociferantibus infanientibusque, ac discipulos discernere querētibus, primus accedens ausus est in vocē erumpere ac dicere, q; ille crucifixus assumptus esset, iamque in cælis ageret. Aliud est autē, ostium clausum recludere ac negotio dare principiū: aliud post deinceps confidēter agere. Itaq; qui suam ipsius animā tam numeroso populo exposuerat, quomodo simulasset vnquā: qui flagellatus, qui vincens, nihil de sua fiducia voluerit remittere, idq; tū in ipso statim prædicationis initio, tū in media metropoli, ubi tātū erat discriminis: quomodo post tantum tēporis Antiochię, ubi nullū erat periculū, cum iam ipsis factis cōprobatus ac spectat<sup>o</sup> esset, eos qui ex Iudæis crediderāt, formidasset? Qui Iudæos ipsos nō metuerat & in p̄ncipio & in ciuitate primaria: quī cōsentaneum est, vt post tantum tēporis, cū esset in aliena ciuitate, eos qui ab illis defecerant metuerit? Non igitur hæc dicēs Paulus aduersus Petrū loquitur, sed quo cōsilio dixerat illud, Ab his autē qui videbātur esse aliquid, quales aliquādo fuerit, nihil mea refert: eodē & hæc loquitur. Verum ne diutius his de rebus dubitemus, eorū quę dicta sunt, causam oportet explicare. Apostoli, quēadmodū dicere cœperā, Hierosolymis quidē permittebāt circūcisionē: non enim poterāt subito à lege reuelli. Vbi vero venissent Antiochiā, iam nihil istarum rerū obseruabāt, sed cum his qui ex gētib<sup>o</sup> crediderāt, indifferēter viuēbāt: quod sanē & Petrus tū faciebat. Vbi vero venissent ex vrbe Hierosolymarum, qui viderant eum ibi sic prædicantem, nō vltorius tentabat idē facere, metuens nē illos offenderet: sed secessit, hic duo per dispensationē agens, alterū ne offenderet eos qui erant ex Iudæis, alterū vt Paulo iustā præberet occasionem increpandi. Etenim si ipse qui Hierosolymis prædicarat cū circūcisionis p̄missu, Antiochię secessisset: visus fuisset iis qui ex Iudæis crediderāt, Pauli metu id facere: ac Petri nimīā facilitatē reprehendissent discipuli: quæ res nō mediocriter peperisset offendiculū: quāquam Paulo quē nihil latebat, suo discessu nullā huiusmodi præbisset suspitionē. nouerat enim quo animo hæc fierēt. Vnde & Paulus obiurgat, & Petrus sustinet: vt dū magister obiurgat<sup>o</sup> obtricescit, facillime discipuli mutarēt sententiā. Nam si Paulus, cū tale nihil accidisset, admonuisset, nihil magni fecisset. Nūc vero quoniā nactus occasionē acrius increpauit, maiorē Petri discipulis timorē iniicit. Quod si Petrus hæc audiens cōtradixisset, merito quis eū culpāre potuisset, q; dispensationē subuertisset. Nunc vero dū alter obiurgat, alter obtracet, multis timor incutitur iis qui ex Iudæis crediderāt: eōq; vehemētius tractat Petrū. Vide autē quanta circūspectatione sermonē temperat, prudētibus subindicans, ea quæ loquitur, nō esse dissidij, sed dispensationis. *Cum enim, inquit, Petrus venisset Antiochiā, in facie illi restitit, quoniā reprehensus erat.* Nō dixit, reprehensus à me, sed simpliciter, reprehensus: haud dubiū, quin ab aliis. Nā id aliū de subaudiēdū est. Quod si ipse reprehēdisset illum, haudquaquā veritus fuisset hoc dicere. Quod autē dixit, *νεταρθεσωντοι*, id est iuxta faciē: perīde est quasi dixisset, in speciē. Etenim si vere fuisset inter ipsos cōtentio, nequaquam præsentib<sup>o</sup> discipulis se inuicē increpassent. Graui enim illis fuissent offendiculo. Nunc autē vtilis erat palām in speciē adhibita dissensio. Et quēadmodū Paulus Hierosolymę cessit illis, ita iudē Paulo cessarunt An-

Antiochi

Hic sup

sup

runt Antiochię. Quænam igitur erat reprehensio? *Priusquam enim venissent quidā à Iacobo (Reete: Nā ipsi fuerat doctor Hierosolymis) simul cum gētib<sup>o</sup> edebat. postquam autē venisset, subtraxit ac subduxit sese, metuens eos qui erāt ex circūcisione.* Non hoc metuens, ne veniret in discrimen. Nā qui in initio nō metuerat, multo minus tū metuisset. Verū illud metuebat, ne deficeret: quandoquidē & ipse Paulus loquitur Galatis, Timeo de vobis, ne frustra laborauerim. Ac rursus: Timeo ne quēadmodū serpens decepit Heuam, corrumpantur sensus vestri. Apud illos igitur mortis metus nihil erat, verū metus ne perderēt suos discipulos, vehementer cōcutiebat illorū animos. *Ac simularunt cum illo & reliqui Iudæi, vt & Barnabas simul abductus fuerit in illorum simulationē.* Ne mireris si factū hoc appellat hypocrisim, hoc est simulationē. Non enim vult, vt prius dixi, patefacere cōsiliū, vt illi corrigerētur. Quoniā enim vehemēter hærebant legi, ideo Petri factū appellat simulationē, & seuerius increpat, vt persuasione illis radicibus infixā euelleret. Et hæc audiēs Petrus, iungit cū Paulo simulationē, quasi deliquisset, vt per ipsi<sup>o</sup> obiurgationē corrigerētur. Etenim si Paulus obiurgasset eos qui erāt ex Iudæis, indigne tulissent ac respuisēt illius obiurgationē. Nec enim admodū magnificē de illo sentiebāt. Nūc autē cum cōspiciunt doctorē suum obiurgatū obtracere, neq; cōtemnere, neq; cōtradocere Pauli verbis poterāt. *Sed cum viderē quod nō recte incederent ad veritatē euangelij.* Ne hæc quidē dictio vos cōturbet. Non enim hæc dicit reprehendēs Petrum, sed ita figuratā facit orationē, vt audita prodesse iis qui ob Petrum obiurgatū erāt futuri meliores. *Dixi Petro corā omnibus.* Vides quomodo hinc corrigat alios? Nā ideo dixit corā, vt qui audirent, timerēt. Agē dic quid dixeris: *Si tu Iudæus cū sis, gentiliter viuis, & non Iudaicē: cur cogis gētes Iudaizare?* Atqui gentes non simul cum illo fuerāt in simulationē illā abductæ, sed Iudæi. Cur igitur incufas quod factū non est? Quin potius vertis sermonem ad eos qui simularant, qui quidē erant ex Iudæis, & nō ad gentes? Cur autē Petrum solum incufas? Cæteri quoq; cum illo simulauerāt. Videamus porrō & quid sit in quo aculat. *Si tu Iudæus cum sis, gentiliter viuis, ac non Iudaicē: cur gentes cogis Iudaizare?* Atqui solus hic se subduxerat. Quid igitur est, quod vult efficere? Vt obiurgatio careat suspitione. Nam si dixisset, Malē facis, qui legē obseruas: increpassent illū Iudæi tanquā cōfidentius agentē aduersus præceptorē ipsorum. Nūc vero dum illū obiurgat pro suis discipulis, nimirū pro his qui erāt ex gentibus, molliorē reddidit hunc sermonem: quanquā non hoc modo tantum, verum etiam hoc, q; abstinens ab omnium reprehensione, totā increpationem cōfert in doctorem. Si enim tu, inquit, Iudæus cum sis, gentiliter viuis non Iudaicē: prope modū apertē clamās. Imitamini doctorē, ecce & ipse Iudæus cum sit, gentiū more viuit. Verum id nō dicit. Non enim accepissent admonitionē, sed prætextu reprehensionis pro gentibus patefacit Petri sententiam. Rursus si dixisset, cur eos qui sunt ex Iudæis, cogis gentium more viuere? ] acerbior fuisset oratio. Nunc vero sic moderans sermonem, non quasi defendat discipulos Iudæos, sed eos qui erāt ex gentibus, hoc pacto corrigit illos. Increpationes enim si nō fuerint vehementer acerbæ, facillimē possunt recipi. Nullus enim eorū qui erāt ex gētib<sup>o</sup>, incufare Paulū poterat, si de Iudæis fecisset verba. Hoc totū

Infr. 4. b. 2. Cor. 11. 4.

Quidam Græci dicunt hæc Iudaicē

suo silētio correxit Petrus, recepta in se simulationis opinione, quò vera simulatione Iudæos liberaret. Primū igitur in Petri personā torfit sermonē, si tu Iudæus cū sis. Cæterū in progressū cōmuniter ad omnes vertit orationē, seipsum etiā cōplectens cum ceteris, atq; ita dicēs: *Nos natura Iudæi, ac non ex gentibus peccatores.* Ac sermo quidem admonitionem habet, nisi quòd addita est species obiurgationis, propter eos qui erant ex Iudæis. Facit autē idem alibi quoq; vt aliud videat dicere, aliud agēs: veluti cū Romanis scribens, ait: Nunc autē eo Hierosolymā ministrans sanctis. Nō enim volebat dicere, nec hoc eos simpliciter docere, cuius rei gratia proficisceretur Hierosolymā: sed illud agebat, vt eos prouocaret ad æmulationē beneficentiæ. Nā si causam modo voluisset explicare, satis erat dicere, eo ministrās sanctis. Nūc vero cōsidera q; multa connectat. Cōplacuit enim Macedoniæ & Achaia cōmunionē aliquā facere in sanctos pauperes qui sunt Hierosolymis. Cōplacitū est enim, & debitores illorū sunt. Ac rursus, Etenim si in spiritualibus gētes fuerunt illorū consortes, debent illis & in carnalibus subministrare. Vide igitur quomodo Iudæorū spiritus premit, aliud per aliud agēs, vtq; cū autoritate loquitur. *Nos, inquit, natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores.* Quid est, natura Iudæi? Nimirū non profelyti, sed à teneris annis educati in lege. Nos itaq; relicto vitę genere in quo fueramus nutriti, cōfugimus ad fidē quæ est in Christū. *Sciētes quòd nō iustificabitur homo ex operibus legis, sed tantū per fidē Iesu Christi. & nos in Christū credimus, vt iustificemur ex fide Christi, & nō ex operibus legis, eo quòd nō iustificabitur ex operibus legis omnis caro.* Vide & hic vt omnia circūspectē loquitur. Nō enim ait, reliquimus eam vt malam, sed vt infirmā. Proinde si lex non cōfert iustitiā, ociosa est circūcisio. Sed nunc quidē ad hunc modū loquitur: cæterum in progressū declarat, non solum ociosam esse, verū etiam periculosam: quod quidem vel maxime obseruādum, q; cum initio dixerit, non iustificatur homo ex operibus legis: progressus vehementius loquitur. *Quod si querētes in Christo iustificari, reperti sumus & ipsi peccatores, nimirum Christus peccati minister est.* Nā si non potest, inquit, fides in eū iustificare, sed opus est rursus amplecti legē: & si postea quā legē reliquimus ob Christū, non iustificamur ex legis omissione, sed condēnamur: cōperiemus illū esse causam cōdemnationis, cuius gratia cum legem reliquerimus, ad legē vltro recurrimus. Vides in quā tam absurditatis necessitatē cōegit orationē, quam que valide pugnet. Nam si, inquit, non oportuit legē relinquere, nos autē reliquimus propter Christum: quomodo sumus iudicandī? Quid igitur Petro dicis, quid admones eū, qui hæc omnia plenissimē nouit? An non deus illi ostendit, non esse iudicandū hominem qui præputiū habet, in circūcisione? Nōne cū Iudæis hisce de rebus differēs, liberē illis ex hac visionē restitit? Nōne decreta publica super his denuo misit ex Hierosolymis? Hęc igitur nō vt Petrū corrigat loquitur, sed sermo in illū erat intēdendus, cū discipulos redargueret. Nec ista p̄prie pertinet ad Galatas, sed in omnes quadrāt qui eodē cū illis errore tenebantur. Quanquā enim nunc non multi circūciduntur, sed ieiunant, seruātq; sabbata, eadē cum illis faciunt, excutiētes semetipso à gratia. Nam si iis qui tantum circūcidebātur, Christus nihil prodest: vbi ieiuniū ac sabbatū accesserit, pro vno præcepto

Rom. 15. f

Ibidem

Ibidem

Ieiunia Iudaica

duo seruantur. Vide quantū sit periculū, quod ab ipso etiā tempore sit formidabilius. Siquidē illi in initio hęc faciebāt, cum adhuc extaret ciuitas, cum tēplum, cum cætera omnia. Hi vero cum & cōspiciāt quas pœnas Iudei dederint, & vrbē fundit<sup>r</sup> deletā videant, nihilo secius plura etiā obseruant: quā habere poterūt exculationē, eo tempore seruantes legē, quo ipsi Iudæi quāuis vehementer cupientes nō possunt hęc cōseruare? Induisti Christum, membrū factus es domini, in supernam ciuitatē adscriptus es, & adhuc circa legē serpis? Et quomodo potes regnū illud cōsequi? Audi Paulū dicentem, euangeliū subuerti per legis obseruationē. Quod si vis etiā, rei modū discito, simul horrefcito, fugitōq; barathrū. Cur em̄ obseruas sabbatū, ac ieiunas cum illis? Videlicet veritus legē ac ritus illos ommittere? At nequaquā timeres legem, nisi fidē cōtemneres, vt quæ sit imbecillis, nec per se valeat cōferre salutē. Quod si metuis non seruare sabbatū, cōspicuum est te adhuc metuere legē velut etiamnū autoritate pollentē. Quod si quis rursus vſus est legis, pfecto nō est opus parte, aut vnico pcepto, sed tota lege est opus. Si vero tota est opus, excussa est paulatim, quæ per fidē datur iustitia. Nā si obseruas sabbata, cur non & circuncideris? Quod si circuncideris, quin & pecudes immolas? Etenim si seruanda lex est, tota seruāda est. Quod si nō est necesse seruare totā, ne partem quidē seruare necesse est. Quod si pro parte formidas ne cōdemneris, multo magis pro tota metuas oportet. Quod si tota violata nō punit, palā est nec partē id facere. Quod si portio legis violata punit, multo magis id faciet tota. Si tota seruāda est, nō oportet auscultare Christo: aut si Christo auscultamus, legis trāsgressores efficiamur oportet. Etenim si oportet eā seruare, qui nō seruāt, trāsgressores sunt: huius autē trāsgressionis Christus nobis author esse deprehenditur, nā ipse legē soluit, eam quæ talia pcepit, & aliis vt soluerēt pcepit. Vides quid moliat̄ istī Iudaizantes? Christū qui nobis est author salutis, hūc etiā peccati faciūt authorē, quēadmodū & Paulus ait, nimirū Christus minister est peccati. Post hęc cum sermonē eō deduxisset, vt videretur absurdus, nō iam opus erat probationū apparatu ad cōfutationē, sed satis erat negasse ac dicere, *Abfit*. Siquidē aduersus vehemēter absurda & inuerecunda nihil opus est oratoriis rationibus, sed sufficit abnegare solum. Nā si quæ destruxi, hęc iterū ædifico, trāsgressorē meipsum cōstituo. Vide Pauli prudentiā. Illi studebāt ostendere, qui non seruaret legē, eum trāsgressorē esse: hic in diuersum torquet sermonem, ostendens eum esse trāsgressorē qui seruaret legē, trāsgressorē inquā, nō modo fidei, sed & ipsius legis. Quæ enim destruxi, hęc rursus ædifico, nimirū legē. Quod vero dicit, tale est: Cessat lex, & hoc pfecti sumus, & ob id ea relicta cōfugimus ad salutē quæ est ex fide. Itaq; si cōtendamus eam statuere, hoc ipso reddimur trāsgressores, qui cōtendamus seruare quæ deus antiquauit. Deinceps quomodo soluta sit, ostendit: *Ego enim per legem legi mortuus sum*. Duplicem habet hic sermo cōsiderationē. Aut enim de lege gratiæ loquitur: solet enim Paulus & hanc appellare legē, veluti cum ait: Lex autē spiritus vitæ liberauit me. aut hic de lege veteri loquitur, significās se per legem ipsam legi mortuum esse: hoc est, ipsa lex me huc perduxit, ne posthac ipsi auscultarē. Itaq; si nūc illi sum auscultaturus, ipsam etiā legē trāsgredior. Quinā: & quomo-

do: Moses ait: Prophetā suscitabit vobis dominus deus ex fratribus vestris tanquā me, eum audietis: nimirū de Christo loquēs. Itaq; qui huic nō obtēperant, legē trāsgrediuntur. Rursus & alio modo nobis intelligendū est quod ait, Per legē legi mortuus sum. Lex enim iubet omnia fieri quæ in ipsa scripta sunt, ac nō facientē punit. Omnes igitur illi mortui sumus, eo quod nullus eā implevit. Ac vide quæ hic quoq; moderatē pugnet aduersus legē. Non enim dixit, lex mihi mortua est, sed, ego legi mortuus sum. Huius dicti sensus est. Quemadmodū exanimis ac mortuus non potest auscultare pceptis legis, ita nec ego, qui ex illi maledictione mortuus sum: siquidē iis quæ loquitur illa, mortuus sum. Ne igitur pceptat mortuo, quæ ipsa etiā occidit, id quod nō solū morte corporali, verū etiā animæ, per quā mortē corporis inuexit. Hoc em̄ sentire se declarat in his quæ sequuntur, dum subnectit: *Vt deo viuā, simul cum Christo crucifixus sum*. Nā quoniā dixerat, mortuus sum, ne quis diceret, quomodo igitur viuus? subiecit & vitæ causam, declarās quod lex quidē viuētem occidit, Christus autē mortuum assumptū per mortē viuificauit. Declaratq; duplex miraculū, alterum quod mortuū renouauit ad vitā, alterum quod per mortē largitus est vitā. Siquidē hoc loco mortis nomine vitā designat. Hoc enim est quod ait, vt deo viuam, simul cum Christo crucifixus sum. Quomodo, dixerit quispiā, viuēs ac spirans simul crucifixus est? Nā Christum quidē fuisse crucifixum, clarū est. Tu vero quomodo crucifixus es ac viuus? Vide quemadmodum & hoc interpretatur, dicens: *Viuo autē non iam ego, viuio vero in me Christus*. Nam dicēdo, simul cum Christo crucifixus sum, baptismū tēcē significat: eū vero dicit, viuio autē iam nō ego, significat sequentē vitæ rationē per quā mortificantur mēbra. Quod autem est, viuio vero in me Christus? Nihil, inquit, geritur a me, quod nolit Christus. Sicut enim mortē appellat non istam cōmunem, sed mortē à peccatis: sic & vitā appellat liberationē à peccatis. Deo siquidē nemo potest aliter viuere nisi mortuus fuerit peccato. Quēadmodū igitur Christus corporalē sustinuit mortē, ita & ego mortē à peccatis sustinui. Mortificate, inquit, mēbra vestra quæ sunt super terrā, quæ sunt scortatio, adulteriū, immūditia. Ac rursus, Verus noster homo crucifixus est, id quod in lauacro factū est. Quod si māferis mortuus peccato, viuio deo: sin denuo peccatū suscitatis, corrupisti talē vitā. At nō talis erat Paulus, qui perseuerauit ppetuo mortuus. Proinde si viuio, inquit, deo alia vitā quæ in lege vixeram, ac legi factus sum mortuus: nullā legis partē seruare possum. Vide exactā vitæ rationē, ac beatā illā animā admirare. Non dixit, viuio ego: sed, viuio in me Christus. Quis ausit in hęc vocē erūpere? Quoniā em̄ seipsum Christo domino ac cruci pbeuerat, cūctaq; reiecerat tēporalia, & ad illius volūtātē faciebat omnia, nō dixit, viuio Christo, sed quod lōge maius erat dixit, Viuio in me Christus. Quemadmodū enim peccatum si vicerit, ipsum est quod viuio in homine, animinum ad quæ vult pertrahēs: ita si illo mortuo, quæ Christo sunt placita fiāt, nec humana deinceps est eiusmodi vitā, videlicet ipso Christo viuēte in nobis, hoc est agēte ac domināte. Porro quoniā dixit, simul crucifixus sum, nec iā viuio sed mortuus sum, videbaturq; multis absurda dicere, subiūxit: *Quod autē nūc viuio in carne, in fide viuio filij dei*. Quæ hactenus, inquit, dixi, de vitā intellectuāli dicta sunt. Quod si quis expē-

Rom. 8.4.

dat & hanc vitā sensibilē, & ea mihi per fidē in Christum cōtigit. Quantū enim ad veteris vitæ rationem ac legē attinet, dignus erā extremo supplicio, ac iā pridem perierā: Omnes enim, inquit, peccauerūt, & egēt gloria dei. Nos enim cum essemus obnoxij sententiæ dānationis, Christus liberauit: omnes enim eramur mortui, si minus experiētia, certe iudicio, iam iamq; plagā expectantes liberauit. Cum igitur & lex accusasset, & deus condēnasset: Christus interueniēs, ac semet exponēs morti, nos omnes eripuit à morte. Itaq; quod nunc viuio in carne, in fide viuio: hoc est per fidem quā habeo in ipso viuio. Nam ni id fuisset, nihil obstabat quod minus interirēt vniuersi, quod & accidit in diluuiio, sed Christi aduentus inhibens irā dei, fecit vt per fidē viuereamus. Vt autē scias hoc illū sentire, audi quæ sequatur. cum enim dixisset: quod autē nūc viuio in carne, in fide viuio, subiecit: *Filij dei qui dilexerunt me, deditq; seipsum pro me*. Quid facis o Paule, dum cōmunia proprie tibi vindicas, quæ quod pro toto terrarū orbe facta sunt, tibi facis peculiaria? Nō enim dixisti, qui dilexit nos, sed, qui dilexit me. At qui Euāgelista dicit: Sic dilexit deus mūdum. Quin & tu ipse dicit, *Qui proprio filio nō pepercit, sed tradidit eū pro nobis*. Nō igitur pro te, sed pro omnibus. Ac rursus, Vt acquireret sibi populum peculiarem. Quid est igitur quod hic dicit? Cum cōsideraret apostolus infirmitatē humanæ naturæ, & ineffabilē dei sollicitudinē, tum quibus ipsum malis liberasset, quæ bona largitus esset, infāmatus illius desiderio, hunc in modum loquitur: Quandoquidē & prophetæ non raro deum cōmunem, sibi propriū faciūt, hoc modo loquēs: Deus deus meus ad te de luce vigilo. Præterea verō declarat hoc quoq; par esse, vt quisq; nostrū nō min⁹ agat gratias Christo, quā si ob ipsum solum aduenisset. Neq; enim recusaturus erat vel ob vnū tantū exhibere dispēsationē, ad eum singulū quæq; hominē pari charitatis modo diligit, quo diligit orbē vniuersum. Itaq; victima quidē pro tota oblata est natura, ac sufficiebat omnibus seruādis. Cæterū soli illi qui crederūt, sunt quibus vſui fuit beneficiū. Attamē nō absterruit eum ab eiusmodi dispensatione, quod non omnes accederēt: sed quemadmodum in euāgelio cōuiuuium omnibus quidē paratum erat, verū quoniam qui vocati fuerāt, venire noluerūt, non pariter sustulit quæ fuerāt parata, sed alios vocauit: Itidem & hic fecit. Nā & ouis quæ fuerat à nonagintanouē distracta, vnica erat, nec hęc tamē contēpsit. Hoc idē & de Iudæis differens Paulus, in hunc fermē modū significauit dicens: Quid enim si quidam non crediderūt? Num incredulitas eorū fidem dei faciet irritā? Abfit: Sir autē deus verax, omnis verō homo mendax. Ergo cum ille sic dilexerit, vt semetipsum etiā tradiderit, omnīq; salutis spe destitutū ad tantā talēq; vitā adduxerit: tu post tot accepta bona, denuo recurris ad vetera? Posteaquā igitur diligēter interiecit, quæ rationibus erant tractāda, quod superest acriter asseuerando pronunciat, dicens: *Non reuicō gratiā dei*. Audiānt hoc isti, qui hīsce quoq; tēporibus Iudaizant, legiq; attendunt. ad eos siquidē hęc dicūtur. *Etenim si per legē est iustitia, nimirū frustra Christus mortuus est*. Quid hoc peccato grauius? quid his verbis ad incutiendū pudorē efficacius? Etenim si mortuus est Christus, clarum est legē nō posse iustificare nos. Quod si lex iustificat, superuacanea est Christi mors. Et qui possit hoc videri rationi cōgruens, rem tātā, tam ad-

Rom. 3.6.

Gen. 7.

Ioh. 3. b.

Rom. 8. f.

Ipsal. 62. a.

Luc. 14. c.

Mat. 18. b.

Rom. 3. a.

randam ac reuerēdam, omnēq; superantē hominū cogitationē, tam ineffabile mysterium, quod patriarchæ quidē parturiebant, prophete vero pcederūt, angeli vidētes obstupuerūt, tū quod caput est diuine erga nos sollicitudinis, apud omnes creditū ac receptū, hoc frustra & incassum factū dicere? Ergo cū cōsideraret insignē absurditatem si tantā talēq; rem diceret superflue fuisse factā: (hoc em̄ colligebatur ex his quæ faciebāt) etiā conuiciis obiurgat illos, dicens: *O stulti Galatæ, quis vos fascinauit? quibus ante oculos Iesus Christus pscriptus est, in vobis crucifixus*. Hic iā ad aliud trāsit caput. In superiorib⁹ quidē ostēdit se nō esse apostolū hominū, neq; per homines, nec eguisse apostolorū doctrina: hic vero posteaquā se iam doctorem dignū cui fides haberetur declarauit, maiore cum autoritate differit, fidei legiq; faciēs cōparationem. Sic igitur illic ingrediēs dicit: Admiror quod tā cito tāsferimini: hinc verō, O stulti Galatæ. Tum enim paturiebat indignationē, quam vbi iam pro se respōdit, in mediū erumpēs protulit, re cōprobata. Quod si stultos vocat, ne mireris. Nō em̄ trāsgrediēs Christi legē, quæ vetat ne quis fratrem suum appeller fatuum, hoc facit, sed admodū illā obseruās. Non em̄ simpliciter dictū est, Qui vocarit fratrem suum fatuum, sed qui temerē vocarit. Horū vero nōnulli digni erāt hac appellatione, qui post tāta taliāq; perinde quasi nihil esset actū, prioribus hērebant circūuenti. Quod si hęc ob causam Paulum appellas cōtumeliosum, simul & propter Sapphirā & Ananiam Petrū dices homicidā. Quod si demētia sit illud dicere, multo magis demētia fuerit hęc dicere. At tu mihi contēplator, vt non statim in initio vſus est hac vehementia, sed post tot redargutiones, tōtq; pbationes, cum iā nō ab illo, sed ab ipsis argumētis accipiebant obiurgationē. Cum enim demōstrasset fidē repellerēt, Christi mortē superuacaneā redderent, tum adiūgit obiurgationē, ac ne id quidē vt merebantur: digni quippe qui seuerioribus etiā verbis acciperētur. Ceterum & illud mihi cōsidera, quomodo protinus etiā vulnere inflicto tēperat dolorem. Non enim dixit, Quis vos seduxit? quis vobis abusus est? quis vos circūuenit? sed, quis vos fascinauit? Sic moderās increpationē, vt non careat laude. Hęc enim verba sunt indicātis, quod prius inuidia digna fecerint, quodq; id quod accidit, dæmonis insultu factū sit, qui secūdis illorū successibus, vehementer reclamauerit. Porro cum audis inuidiam, quemadmodū hic & citē in euāgelio, audis oculū malum, idē declarantē: ne sic existimes, quod oculorū coniectus intuētis lædere soleat. Oculus siquidē, hoc est, ipsum mēbrum nequaquam possit esse malū: verum hic eo modo Christus notat inuidiā. Nam oculorum est, simpliciter videre tantū; cæterū videre perperam, animi est intus deprauati. Quoniam enim per hunc sensum in animū nostrum influit eorū quæ videntur cōsideratio, & plerunq; diuitiis innascitur inuidia, porro diuitiæ cernuntur oculis quemadmodū & principatus & satellitia: propterea vocauit malū oculum, qui nō simpliciter cerneret, sed qui cum liuore, animiq; malitia. Cum vero dicit, quis vos fascinauit? declarat eos, quod non veluti curā habentes, nec vt id quod deerat supplentes, verum etiam id quod erat mutilātes ac decimātes id facerent. Siquidē liuoris est, nō addere quod deest, sed de pleno etiā aliquid detrahere; totūq; corrūpere. Hęc autē dicit, non quasi liuor per se nocere possit.

Cap. III.

Supra 1. a.

Mat. 5. c.

Acto. 5. a.

Baptis. 1. a.

Iudas. 1. a.

Iudas. 1. a.

Iudas. 1. a.

Iudas. 1. a.

Iudas. 1. a.

Iudas. 1. a.

Iudas. 1. a.

Iudas. 1. a.

Iudas. 1. a.

Iudas. 1. a.

Iudas. 1. a.

Iudas. 1. a.

Iudas. 1. a.

Iudas. 1. a.

Iudas. 1. a.

Iudas. 1. a.

Iudas. 1. a.

Iudas. 1. a.

Iudas. 1. a.

Iudas. 1. a.

Iudas. 1. a.

Iudas. 1. a.

Iudas. 1. a.

Iudas. 1. a.

Iudas. 1. a.

Iudas. 1. a.

Iudas. 1. a.



set, sed ut ostendat eos qui ista docebant, per inuidiam ad hoc venisse. Quibus Christus ante oculos prius depictus erat, in vobis crucifixus. Atqui non apud Galatas, sed Hierosolymis crucifixus fuit. Quomodo igitur dicit in vobis? Ut fidei vim ostenderet, quæ possit & peccata discernere. Nec dixit, crucifixus est: sed, præscriptus est crucifixus: indicans quod oculis fidei quidam exactius perspicerent, quæ nonnulli qui presentes adfuerant, eaque quæ gerebantur conspexerant. Illorum enim qui spectarant complures nullum inde fructum retulerunt, hi vero quæ oculis ipsis non viderant, tamen per fidem evidentius viderant. Hæc autem loquitur simul & taxans eos, & laudans: laudans quidem, quod tanta cum fiducia recepissent id quod acciderat: taxans vero, quod quem viderant pro ipsis nudari, colaphis cædi, affigi clavis, conspui, probris incessi, aceto potari, accusari à latronibus, lancea vulnerari, (nam hæc omnia significauit dicendo, præscriptus est in vobis crucifixus): eo deserto ad legem currebant, nihil reueriti cruciatus illos. Tu vero & illud considera, quemadmodum ubique prætermisso cælo, terra, mari, cæterisque rebus omnibus, Christi potentiam prædicarit, crucem ubique celebras. Hoc enim erat præcipuum caput diuinæ pro nobis sollicitudinis. Hoc solum volo discere à vobis, ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Quoniam, inquit, non præbetis perpetuam attentionem prolixis sermonibus, nec vultis magnitudinem huius dispensationis intueri, conspectio sermone breuissimamque demonstratione volo persuadere vobis, [vosque extremam ingratitude ac demeritis coarguere.] Ac prius quidem in his quæ superius dicta sunt, ex his quæ locutus est Petro, persuaserat: sed hic iam ipsos aggreditur, non ex his quæ alibi cõtingerunt, sed ex his quæ inter eos gesta sunt, omnia demonstrans: neque tantum ex his donis quæ cæteris acceperat cõmunia, verum etiam ex his quæ ipsis peculiariter donata fuerant, fidem facit, simul & probationem instruit, eoque dicit: Hoc solum volo discere à vobis, ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Accepistis, inquit, spiritum sanctum, edidistis multa miracula, perfectistis prodigia mortuos excitando, leprosos mundando, prophetando, linguis loquendo. Hanc igitur tam insignem potestatem num vobis dedit lex? Atqui prius nihil tale faciebatis, sed posteaquæ credidistis, talia facere cœpistis. An non igitur extremam demeritis est, cum tantum beneficiorum in vos cõtulerit fides, hanc relinquere, & ad legem quæ tale nihil vobis præstitit, vltro recurrere? *Ad deo stulti estis, qui in spiritu accepistis, nunc carne consummamini?* Rursum opportunè cõuicium addidit. Cum, inquit, oportuerit vos temporis progressu, prioribus bonis accessione adiungere, non solum non profecistis, verum denuo ad relicta estis retroacti. Et ceterum qui ab exiguis initiis faciunt, procedentes ad maiora cõscendunt. Vos contra à magnis oris, ad diuersa retrocessistis. Si à carnalibus cœpissetis, oportebat ad spiritualia proficere: nunc vero cum à spiritualibus cœperitis, ad carnalia diuertistis. Nam edere miracula, spiritualis est: circuncidi vero, carnale. Vos autem post signa deuenistis ad circuncisionem, post apprehensam veritatem ad typos recidistis, post conspectum Solis lucernam quæritis, post solidum cibum ad lac recurritis. Et non dixit, carne consummamini: sed, deinde carne consummamini: illud indicans, quod pseudoapostoli peccatum ritu correptos eos cõciderent, dum semet ipsis præbent ad ferendum quicquid illis collibuisse, perinde ac si quis à ducibus ac fortibus viris, post innu-

mera trophæa victoriisque: seipsum in desertorum infamia tradat, corpus suum exhibeat volentibus imprimere notas. *Tam multa passi estis frustra? si tamè & frustra.* Hoc multo acrius vulnerat quæ illud prius. Non enim si gnorū reficta memoria æque poterat illorū animos mordere, ut ostensa certaminum malorumque tolerantia, quæ propter Christum fuerant perpeffi. Omnium, inquit, illorum quæ sustinuitis, isti iacturam vos facere volunt, & coronam vobis student interuere. Mox ne cõcuteret illorū animos, neruorumque; dissolueret, non expectauit inficiationem, sed continenter subtexit, si tamen frustra, significans videlicet, si volueritis expergisci, ac reuocare vos ipsos, non frustra passi fueritis. Vbi nunc sunt qui tollunt poenitentiam? Ecce hi spiritum acceperant, signa fecerant, cõfessores fuerant, innumerabilia pericula, varias persecutiones Christi causa perpeffi fuerant, & post tam multa recte facta à gratia exciderant: & tamè dicit, si volueritis, potestis vos ipsos reuocare. *Qui igitur subministrat vobis spiritum, quisque in vobis operatur miracula, ex operibus legis, an ex auditu fidei?* Cum tatum, inquit, donum adepti sitis, ut & miracula ederetis: utrum quia legem seruastis, ideo ista faciendi potestate dignatus est vos deus, an propter fidem? Non dubium est quin propter fidem. Quoniam enim sursum deorsum hoc vertebant illi, & vndique iactabant dicentes fidem non valere nisi adiuncta lege, Paulus contra demonstrat, additis præceptis fidem iam nihil profuturam. Tum enim valet fides, cum nihil accesserit ex lege. Quicumque enim, inquit, in lege iustificamini, à gratia excidistis. Verum id quidem in progressu declaratur, cum etià liberius loquitur, ex his quæ iam probata sunt sumes occasionem, hæcenus vero ex præteritis parat occasionem. Cum, inquit, non attendebatis legi sed fidei, tunc spiritum accepistis, tunc signa prodidistis. Deinceps quoniam de lege dicendum erat, & alium mouet locum, qui plurimum habet cõtentionis. Abraham in mediū adducit, idque valde oportune, multaque copia, loquens hunc in modum: *Sicut Abraham credidit deo, & imputatum est illi ad iustitiam.* Declarant quidem, inquit, fidei vim & à vobis edita miracula. Quod si vultis, etià ex vetustis historiis conabor vobis facere fidem. Itaque quoniam celebris magnaque existimationis apud illos erat patriarcha Abraham, & hunc profert in medium, declarans hunc quoque sic fuisse iustificatum. Quod si is ante gratiam ex fide iustificatus est, idque cum & operibus bonis floreret, multo magis vos. Quid igitur illi detrimenti attulit, quod non esset sub lege? Nihil. Sed sufficiebat ei fides ad iustitiam. Dixit aliquis, Non erat tum lex. Pulchre. Neque nunc est lex, sicuti nec tum. ob id enim sublaturus legis necessitatem, eum qui tum ante legem iustificatus fuit inducit, ne hoc possit obiici. Nam quemadmodum tunc data nondum erat, ita nunc quæ data fuit, antiquata est. Ad hæc quoniam efferebatur animis quod ab Abraham duceret genus, metuentes ne si legem relinquerent, ab illius cognatione fieret alieni: id quoque rursus in contrarium vertit, metumque soluit, declarans quod fides potissimum conciliat cum illo propinquitatem: quod quidem manifestius in epistola ad Romanos probauit, non minus tamen idem hic agit dicens hoc pacto: *Scitote ergo, quod qui ex fide sunt, hi filij sunt Abraham.* Deinde hoc ipsum veteris scripture testimonio probat. *Præuidens enim scriptura, quod ex fide iustificat gentes deus, prænuñciauit Abraham, dicens, In te benedicentur omnes gentes.* Itaque si quæ nullam cum illo naturalem habet cognationem, sed fidem illius imitati sunt, filij sunt: perspicuum est quod in

quod in hanc inferuntur gentes qui crediderunt. Id enim significat cum ait, In te benedicentur omnes gentes. Per hæc autem & aliud quiddam magnam delatur. Nam quoniam illud eos turbauerat, videlicet legem antiquiorē esse, fidem autem post legem: & hæc illis eximit suspicionem, ostendens fidem esse lege antiquiorē, idque liquere ex Abraham. Priusquam enim existeret lex, ille iustificatus est. Porro ut ostendat eaque quoque nunc sunt, iuxta vaticinia prophetarum euenisse: *Præuidens, inquit, scriptura, quod ex fide iustificat deus gentes, non ex lege, prænuñciauit Abraham.* Quid tandem hoc est? Qui, inquit, legem dedit, idem & priusquam legem daret, hoc definierat, ut gentes per fidem iustificarentur. Non dixit, reuelauit: sed, *εὐαγγελίσσατο*, id est, lætum nuncium attulit, ut intelligas & patriarcham tali iustificationis modo gauisum fuisse, ac vehementer ut hoc cõtingeret desiderasse. Cæterum quoniam illos & alter quidam habebat metus, scriptum erat enim, *Maledictioni obnoxius est omnis qui non mauerit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis huius, ut faciat ea: & hunc eximit metum, sapienter ac prudenter rursus hoc vertens in diuersum, & ostendens quod non solum non sint execrationi obnoxij qui legem relinquerent, sed & benedictionis participes: contra qui legem obtinerent, adeo non benedicti, ut etià execrabiles. Siquidem illi dicebant, Qui non seruauerit legem, execrationi est obnoxius. Hic vero declarat, eum qui seruatur, execrabilem esse: id diuerso qui non seruatur, benedictionis cõsortem. Rursum illi dicebant, qui sola fide nititur, execrabilis est: hic contra demonstrat, qui sola fide nititur, eum benedictum esse. Agere igitur hæc omnia demonstramus vobis iam euenisse. Sed his quæ iam dicentur, attendite diligenter: non enim rem vulgarem pollicemur. Ostendat quidem hoc antea, cum narraret scripturam dixisse patriarchæ, In te benedicentur omnes gentes. Tum vero lex non erat, sed fides, eoque rationcinans subiunxit: *Itaque qui sunt ex fide, benedicuntur cum fidei Abraham.* Porro ne hinc ansam arriperet contradicendi, dicerentque, Merito ex fide iustificatus est, nondum enim erat lex: At tu mihi demonstra post traditam legem, fidem iustificare. Ad id venit, ac plus demonstrat quæ illi quærunt, nimirum non modo iustificare fidem, verum etiam legem ipsa vtentes obnoxios execrationi reddere. Hæc quod magis intelligas, audi ipsius apostoli verba. *Quæ tandem sunt illa? Quotquot enim ex operibus legis sunt, sub maledictione sunt.* Verum hæc est sententia, nondum habens probationem. Vnde igitur probatio? Ex ipsa lege. *Maledictus enim, inquit, qui non mauerit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis huius, ut faciat ea. In lege autem neminem iustificari, cuius perspicuum est.* Omnes enim peccauerunt, & execrationi sunt obnoxij. Verum hoc modo non loquitur, ne videatur ipse ex se pronunciare, sed iterum idem probat testimonio breuiter vturumque cõplectente, alterum quod nullus legem impleffet, vnde & execrationi erat obnoxij: alterum quod fides iustificat. Vnde igitur testimonium? Ex propheta Abacuc ita loquente: *Iustus autem ex fide viuere.* Hoc enim non solum ostendit ex fide iustificationem esse, verum etiam fieri non posse ut per legem contingat salus. Posteaquam, inquit, legem nemo seruauit, sed omnes ob transgressionem erant obnoxij maledicto, excogitata est facilius quædam via per fidem: quod ipsum maximè est argumentum, ex lege neminem posse iustitiam adipisci. Non enim dixit propheta, iustus ex lege viuere: sed, ex fide. *Lex autem non est**

*ex fide.* Quid autem & hoc sibi vult, *Qui fecerit hæc, viuere in eis?* Hoc est, non tantum fidem requirit lex, sed opera quoque: gratia vero ex fide seruat ac iustificat. Vides quomodo demonstrauerit eos qui legi hærent, eoque impleri non possit, execrationi fuisse obnoxios. Sed quomodo fides habet hæc vim, ut iustificet? Audi. Nam hæc antea promisit, eaque magna vi cõprobauit. Quum enim lex esset infirmior, quæ ut posset hominem ad iustitiam perducere, repertum est non leue remedium, nepe fides, quæ quod legi erat impossibile, per se redderet possibile. Ergo si & scriptura dicit iustum ex fide victurum, reitens iustitiam quæ est per legem: & si Abraham ex fide iustificatus est, manifestum est, magnam esse vim fidei. Quin & eum qui non perseuerauerit in lege, execrabile esse: & eum qui fidei ininititur, iustum esse manifestum est. Sed vnde, inquiet aliquis, poteris nobis probare quod illa execratio non amplius subsistit? Nam Abraham quidem ante legem fuit, nos autem qui semel sub iugo fuimus seruituris, nos ipsos reddidimus obnoxios execrationi. Quis igitur est qui soluit illam execrationem? Vide quam celeriter huic etiam obiectioni occurrit: quanquam & ea quæ dicta sunt, suffecerant. Etenim qui semel iustificatus est, mortuusque legi, ac vitam nouam amplexus est, qui possit esse obnoxios execrationi? At his cõtensus non est, verum & aliis modis rem aggreditur, scribens: *Christus nos redemit ab execratione legis, factus pro nobis execratio. Scriptum est enim, Execratus quisquis pedit in ligno.* Verum alij populus execrationi fuit obnoxios d. quæ dicit: *Maledictus omnis qui non permauerit in libro legis huius.* Et quid hoc? Nam populus quidem obnoxios erat. Non enim permanserat in lege, neque quisquam erat qui legem totam impleuerat. At Christus hæc execrationem altera permutauit, quæ dicit: *Maledictus qui pendet in ligno.* Quoniam igitur & qui pedit, execrabilis est: & qui legem transgreditur, execrabilis est: non oportuit illum qui execrationem illam erat sublaturus, obnoxium eidem fieri execrationi: verum pro illa erat alia suscipienda execratio, quam & suscepit, ac per eam illam sustulit, perinde faciens, ac si morti adiudicatus quopiam, alij insons, illius danati vice sponte mori volens eripiat illum, [sic & Christus fecit.] Quum enim Christus non esset obnoxios execrationi transgressionis, hæc in se recepit pro omnibus, ut omnes ab illa liberaret. Peccatum enim, inquit, non fecit, nec inuentus est in ore illius dolus. Itaque sicut mortuus eos quibus erat moriendum, exemit à morte, ita & [execratione in se recepta] ab execratione liberauit. *Ut in gentes veniret benedictio Abraham in Christo Iesu.* Quomodo in gentes? In semine, inquit, tuo benedicentur omnes gentes: hoc est in Christo. Quod si hoc de Iudeis dictum esset, nequaquam ita locutus fuisset. Neque enim rationi consentaneum erat, ut qui ob transgressionem execrationi erat obnoxios, hi cæteris essent authores benedictionis. Nullus enim execratus alij dat benedictionem, cuius ipse est expers. Vnde liquet totum hoc de Christo dictum esse. Ipse enim erat semet Abraham, & per hoc gentes benedicuntur, atque ita denunciat spiritus promissio, quod ipsum significans dicebat: *Ut promissionem spiritus accipiant per fidem.* Etenim quum non posset gratia spiritus in eum qui ingratus erat & offenderat, venire, primum benedicuntur sublata maledictione: deinde per fidem iustificati, accipiunt spiritus gratiam. Proinde crux sustulit execrationem, *D iij tionem,*

\* τὸ ἐκ τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ αἵματος καὶ τοῦ οὐρανοῦ γεννηθῆναι. Θεοφύλακτος.

Gen. 22.

Es. 53.

1. i. 17.

Deut. 27.

Rom. 4.

Gen. 12.

1. i. 8.

Ab. 2.

tionem, fides inuexit iustitiam, iustitia vero gratiam spiritus allexit. *Frates, secundum hominem loquor, hominis licet confirmatum testamentum nullus irritum facit, aut aliquid adordinat. Quid est secundum hominem loquor? Humanis utrorque exemplis. Posteaquam enim & ex scripturis, & ex miraculis apud illos editis, & ex his quae Christus passus est, denique ab ipso patriarcha sermone confirmavit, iam ad communem digreditur consuetudinem. solet enim Paulus hoc semper facere, quod conculcet etiam sermonem, quod & facilius recipiatur, & crassioribus fiat intelligibilior. Sic & Corinthiis differens ait, Quis pascit gregem, & ex lacte eius non vescitur? [Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit?] **Hebr. 9. c** Ac rursum Hebraeis, Testamentum enim in mortuis ratum est, quoniam nondum valet dum vivit qui testatus est. Quin & aliis compluribus locis aliquis cooperiet illum talibus libenter immorantem rationibus, quandoquidem & deus in veteri testamento idem hoc assidue facit, hunc in modum loquens: Num mulier obliuiscetur filium suum? Ac rursum, Num dicet figmentum figulo, quid facis? Item in Osee maritum imitatur ab uxore despectum: Insuper & in figuris multum humanorum exemplorum cernere quispiam poterit: Veluti quum cingulum accipit propheta, & in domunculam figuli subit. Quid igitur sibi vult exemplum? Nimirum illud quod fides fuit antiquior, lex vero tum recetior tum temporaria, & in hoc data, ut praecedens viam aperiret fidei. Et ideo dicit, Frates secundum hominem loquor. Quum superius illos appellaret stultos, hic fratres vocat, simul & perstringens eos & consolans. Homini licet confirmatum testamentum. Si homo, inquit, condidit testamentum, num quis audet superueniens invertere, aut adiicere quidpiam? Nam hoc est quod ait, aut superordinat. Magis igitur hoc non est faciendum in deo. Et ad quem, inquiet aliquis, deus condidit testamentum? Ad nullum quidem aliorum hominum, praeterquam Abraham. Nam illi dictum est. In semine tuo benedicetur omnes gentes. Non dicit, in seminibus, tanquam in multis; sed tanquam in uno, & semine tuo, quod est Christus. Hoc autem dico, testamentum prius confirmatum a deo in Christo, lex quae post quadringentos ac triginta annos facta est, non irritum facit, ut manere reddat promissionem. Nam si ex lege hereditas, non iam ex promissione. Abraham vero per repromissionem donauit deo. En igitur & deus fecit testamentum Abraham, dicens, per seminem eius venturas benedictiones in gentes. Quomodo igitur lex eas potest subvertere? At tu charissime quum haec audis, caue ne quid noxae tibi adferat exemplum, ut minus bene sentias de maiestate dei. Nam quoniam exemplum totum non potuit conquadrare ad materiam propositam, ideo praemisit, Secundum hominem loquor. Verum age rursum ab initio consideremus exemplum. Promiserat Abraham deo fore, ut per semen ipsius benedicerentur gentes. Semen autem eius secundum carnem fuit Christus. Venit post quadringentos & triginta annos lex. Itaque si lex confert benedictiones, vitam, & iustitiam, repromissio illa irrita est. Itane fit igitur, ut quum hominis testamentum nullus irritum faciat, dei testamentum post quadringentos triginta annos irritum sit? Etenim si quod illud testamentum promissit, non praestat ipsum, sed lex pro illo praestat, nimirum illud reiectum est. Et quomodo possit haec cogruere rationi? Cuius igitur gratia, dixerit aliquis, dedit legem? Audi ipsum dicentem, subneceit enim: Quid igitur lex? praenaricationum causa addita fuit. Itaque nec haec est superflua. Vides ut omnia per-*

spicit, ut innumeris vitetur oculis. Quonia extulerat fidem, declarans eam fuisse antiquiore lege, ne quis existimaret legem esse superuacaneam, hanc quoque partem corrigit, demonstrans eam non frustra, sed admodum vtiliter fuisse datam. Ob transgressiones, inquit, addita fuit: hoc est, ne liceret Iudeis securum viuere, atque in extremam prolabi malitiam, sed lex illis fratri vice foret imposita, erudiens componens prohibentemque transgredi, si minus omnia, certe aliquot praecipua. Itaque non mediocris erat ex lege fructus: ac significans apostolus, quousque esset addita lex, subtexuit: Donec veniret semen, cui repromissio facta fuerat. De Christo loquitur. Proinde si usque ad Christi aduentum data est, quid eam longius & ultra tempus prorogas? Disposita per manus angelorum in manu mediatoris. Aut sacerdos vocat angelos, aut sentit ipsos etiam angelos subministrasse ferendam legem. Mediatorem autem hic appellat Christum, declarans quod is ante legem fuerit, ipseque legem dedit. Mediator autem vnus non est, sed deus vnus est. Quid hic dicturi sunt haeretici? Etenim si quod solus pater dicitur verus deus, obstat quod minus filius sit verus deus, profecto nec deus erit, eo quod de solo patre dicitur, deus vnus est. Quod si dum vnus deus dicitur pater, deus est & filius: perspicuum est, quod dum solus pater dicitur verus deus, verus deus sit & filius. Mediator autem, inquit, non vnus, sed duorum quorundam mediator est. Cuius igitur mediator fuit Christus? Clarum est quod inter deum & homines intercesserit. Vide quomodo declarat quod ipse etiam legem dedit. Quod si ille legem dedit, nimirum idem habet auctoritatem abrogandi. Lex igitur aduersus promissa dei? Nam si in semine Abraham repromissiones datae sunt, lex autem inducit maledictionem, est vtiq; aduersus promissa dei. Quomodo igitur soluit objectionem? Primum quidem negat dicens, Absit. Deinde etiam probat, ita loquens: Nam si fuisset data lex, ut posset viuificare, verum ex lege fuisset iustitia. Quod autem dicit, hoc est: Si in lege, inquit, vitam spiritum habuissimus, & haec potestatem habuisset nostrae salutis, fortassis ista recte diceres. Contra, si per fidem seruaris, etiam si lex reddat execrabiles, nihil detrimenti capiebas, posteaquam venit fides, omnia dissoluens. Nam si per legem fuisset repromissio, iure metueres, ne exclusus a lege, simul & a iustitia excludereris. At si ideo data est lex, ut omnes concluderet, hoc est, coargueret, ostenderetque eis ipsorum peccata, non solum non obstat quod minus consequaris repromissiones, verum etiam confert ad eas adipiscendas. Hoc itaque significans dicebat, Sed conclusit scriptura omnia sub peccatum, ut promissio per fidem Iesu Christi daretur credentibus. Nam quoniam Iudei ne sentiebant quidem sua peccata, non sentientes autem nec desiderabant remissionem, dedit legem quae proderet vulnera, quod medicum requirerent. Quod enim dixit, conclusit, perinde valet ac si dixisset, coarguit, & coargutos continuit in metu. Vides quod non solum aduersus dei promissa data non fuit, verum etiam promissis. Etenim si lex sibi negotium hoc vindicasset, & auctoritatem habuisset, recte ista dicerentur. Sin alteri currit, ac propter illum omnia facit, quomodo est aduersus promissa dei? Nam si lex data non fuisset, omnes in malitiam fuissent deuoluti, neque quicquam Iudaeorum fuisset auditurus Christum. Nunc vero data haec duo praestitit commoda, alterum quod virtutem mediocrem docuit eos qui ipsi parebant; alterum, quod per hanc agnouerunt sua peccata, quae

ta, quae res illos maxime reddidit promptos ad querendum dei filium. Itaque qui non crediderit legi, eo quod non agnoscerent eodem narentque sua peccata, non crediderunt Christo. Idque significans ait: Ignorantes enim dei iustitiam, & propriam iustitiam statuerent quarentes, iustitiae dei non fuerunt subiecti. Priusquam autem veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi in fide, quae erat reuelanda in nos. Vides ut dilucide quae diximus confirmat. Nam quod dixit, custodiebamur, & conclusi, nihil aliud significat, quam tutelam ex legis praecipis adhibitam. Lex enim timore veluti muro quodam continens illos, ac secundum ipsam viuendi necessitate constringens, reseruabat illos fidei. Itaque lex paedagogus noster fuit ad Christum, ut sub fide iustificaremur. Ergo non est aduersa. Paedagogus enim non aduersatur praepetori, sed adiuuat, arcens adolescentem ab omni vitio, reddens illum idoneum omni studio percipiendis quae tradit praepetor. Verum ubi iam habitum collegerit, discedit paedagogus, eoque dicit: At ubi venit fides, quae in vitam perfectam educit, non amplius sub paedagogo sumus. Omnes enim filij dei estis per fidem, quae est in Christo Iesu. Itaque si lex est paedagogus, & sub hoc custodiebamur conclusi, non aduersatur gratiae, sed adiuuat. Quod si postquam aduenit gratia, perseverat constringere, tum est aduersaria. Etenim si quos oportebat exire ad illam, apud sese concluderet, tum nostram corrumpere salutem. Quae admodum si lucerna quae noctu preluxit, iam orto die vetet nos obtueri Solem, non solum non praestaret officium, verum etiam laederet: Itidem & lex si obstatet ad meliora pergentibus. Qui nunc eam seruant, iam maxime traducunt illum: siquidem & paedagogus tunc ridiculum reddit adolescentem, cum tempore postulante ut ab eo discedat, apud se detinet. Et ideo Paulus sic ait: Postquam venit fides, non amplius sub paedagogo sumus. Omnes enim, inquit, filij dei estis. Patet, quanta fidei vis, & quomodo eam progressu sermonis aperit? Prius enim ostendit, quod fides redderet filios patriarchae: Scitote, inquiens, qui ex fide sunt, hos esse filios Abraham. Nunc vero demonstrat eosdem esse filios dei. Omnes enim, inquit, estis filij dei per fidem quae est in Christo Iesu, per fidem, non per legem. Post haec quoniam rem magnam dixit & admirabilem, explicat & modum quo fiunt filij dei. Quicumque enim in Christum baptizati estis, Christum induistis. Et quam ob causam non dixit, quicumque in Christum baptizati estis, ex deo nati estis? Hoc enim congruebat ad demonstrandum quod essent filij. Sed hic sermo plene habebat maiestatis ac religionis, eoque sic loqui maluit. Etenim si Christus est filius dei, tu vero illum induisti, cum habes filium in te, & in illum per similitudinem transformatus es in eandem cognationem, vnamque speciem perductus es. Non est Iudaeus neque Graecus, non est seruus neque liber, non est mas aut femina: omnes enim vos unum estis in Christo Iesu. Vides animam insatiabilem. Cum enim dixisset, Omnes facti sumus filij dei per fidem, non haecenus constitit, sed quaerit etiam amplius aliquid inuenire, quod euidentius approbare queat propiore erga Christum societatem. Cumque dixisset, Christum induistis, ne hoc quidem dicto contentus est, sed explanans illud, ultra tale coniunctionem progreditur, & ait: Omnes vnus estis in Christo, hoc est, eandem formam, eandem figuram habetis omnes, videlicet Christi. Quid his verbis esse possit magis stupendum aut reuerendum? Qui prius erat ethnicus, aut Iudaeus, aut seruus, nunc obambulat formam gestans non angeli, neque archangeli,

sed vniuersorum domini, atque in sese Christum representat. Quod si vos estis Christi, nimirum Abraham semen estis, ac iuxta repromissionem haeredes. Vides ut quod antea dixerat, nunc demonstrat, videlicet de semine, quod Abraham & semini eius benedictiones sunt datae. Dico autem, quanto tempore haeres paruulus est, nihil differt a seruo, quum sit dominus omnium, sed sub tutoribus & procuratoribus est, usque ad tempus praefinitum a patre: Sic & nos quum essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruientes. Paruulum hic non grate dicit, sed animo, significans quod deus initio voluerit ista largiri; verum ubi vidit nos adhuc paruuli esse affectu, passus est nos sub elementis mundi agere, hoc est, sub neomeniis & sabbatis. Nam hi dies nobis a Lunae Solisque cursu redeunt. Proinde si nunc quoque vos sub legem redigunt, nihilo secius faciunt quod si vos tempore aetatis adultae rursus ad relictum pueritiae tempus traherent. Vides quanta res sit obseruatio dierum. Eum qui dominus est ac paterfamilias, & omnem potestatem habet, in famuli locum redigit. Posteaquam autem venit plenitudo temporis, emisit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptione iocum filiorum reciperemus. Duas hic causas refert ac beneficia assumptae carnis, videlicet liberationem a malis, & bonorum subministrationem, quae quidem nullus praestare poterat, nisi ipse solus. At quae tandem erant illa? Liberari ab executione legis, & adoptari in ius filiorum. Ait enim, ut eos qui sub lege erant redimeret, & ut adoptionem filiorum reciperemus. Pulchre dixit, reciperemus, indicans esse debitum. Coelitus enim repromisit Abraham, quemadmodum & ipse multis verbis declarauit his de rebus factas repromissiones. Et vnde constat, inquiet aliquis, nos factos esse filios dei? Dixit modum vnum, quia Christum induimus, qui est filius. Dicit & alterum, quia spiritum adoptionis accepimus. Quonia autem estis filij, emisit deus spiritum filij sui in corda vestra, clamantem, abba pater. Itaque iam non es seruus, sed filius. Quod si filius, ergo & haeres: haeres quidem dei, cohaeres autem Christi. Ac si diceret, haudquaquam potuissimus illum appellare patrem, nisi prius facti fuissimus filij. Igitur pro seruis, liberos; pro paruulis, adultos: pro alienis, haeredes ac filios fecit gratia. An non igitur absurdum, extremamque sit ingratitudinis, hac ommissa reuolui in ea quae relictas sunt a tergo? Sed tunc quidem ignorantes deum, seruiebatis iis qui natura non sunt dii. Nunc autem quum cognoueritis deum, immo potius cogniti sitis a deo, quomodo denovo conuertimini ad infirma & egena elementa, quibus rursus ab integro vultis seruire? Hic ad eos qui ex gentibus crediderat, orationem dirigens ait, quod tale quiddam est simulachrorum cultus, qualis est dierum obseruandorum custodia, quodque nunc his grauius debetur supplicium. Eoque elementa vocauit, non natura deos, haec ipsa persuadere cupiens, eosque in maiorem impellere perturbationem. Quod autem dicit, illud est: Tum quidem obtenebrati, & in errore versantes, humi trahebamini: nunc vero posteaquam nouistis deum, vel cogniti potius estis ab illo, qui fieri potest, ut non vobis maius & acerbius supplicium accersatis, post tantam vobis impensam curam, in eandem relapsi insaniam? Neque enim vos labore vestro deum inuenistis, sed vos quidem in errore versamini, ille vero vos ad se traxit. Porro elementa infirma vocat & egena, quae nullam vim habeant ad bona proposita perducendi. Dies obseruatis, & mensis, & tempora, & annos. Ex his clarum est, quod non solum circuncisionem eis praedicauerat illi, verum etiam dies festos, & neomenias



menias. *Timeo de vobis, ne forte frustra laboraverim erga vos.* Vides viscera & affectus apostolicos? Illi iactantur fluitibus, & hic tremunt ac metuit, eoque vehementer illis incutiens pudorē, ait hoc laboravi erga vos: perinde quasi dixisset, ne rātos meos sudores reddatis inanes. Cū autē dicit metuo, & addit, ne forte simul & de-  
 \* *si dicitur, id est curam aut sollicitudinem.*  
 sperationem illis iniecit, & in bonam spē erexit. Nō enim dixit, frustra laboravi, sed, ne forte. Nōndū, inquit, accidit naufragiū, sed adhuc tempestatem hoc parturientem cerno: propterea metuo, non despero. Vobis em̄ in manu est totū hoc corrigere, & ad pristinam redire tranquillitatem. Deinde ea tēpestate iactatis manum porrigens, seipsum in mediū profert dicens: *Estote sicut ego, quoniam ego sicut vos.* Hęc ad eos qui crediderant ex Iudæis, eoque; semet in mediū adfert, hinc illis persuadere cupiēs, vt vetera relinquāt. Nam etiā si nullum alium haberetis pro exēplo, sufficiebat me tantum intueri, vt similitē faciatis mutationem, faciliq; sumatis fiduciam. Ergo me intuemini. Nam & ego simili modo quondam fuerā affectus, & quidē vehemētē, & ardebā studio legis: attamē postea nō veritus sum legē relinquere, nec ab illo vitę instituto desciscere. Et hęc vos probē nostis, quomodo supra modū certarim pro retinēdo Iudaismo, & quomodo postea maiore studio eū reliquerim. Ac re-  
 † *per*  
 cte quidē illud posteriore posuit loco. Siquidē vulgus hominū, etiam si innumeras inueniant rationes, easq; iustas, tamen ab eo quod est cognatū, magis attrahuntur: cūmq; viderint alium hęc agentē, facilius hārent iisdem. *Fratres, rogo vos, nihil me læsistis.* Vide vt rursus honorifico nomine cōpellat illos, quanquam hoc ipsum submonet gratiā. Posteaquam enim illos acriter taxauerat vndiq; facta cōparans, ostenderatque eos legē transgredi, deniq; omni ex parte in eos iacula torferat, rursus medicatur ac mitigat, vtēs dicitis mollioribus. Quemadmodū qui perpetuo mitigat in medicādo, remissum hominē facit: ita semper asperis vt sermonibus, magis exacerbatur hominē, eoque bonum est vbiq; moderatis vt. Vide igitur quomodo se purgat super his quę dixit, declarās q̄ non vulgi more infensus illis, sed curā illorū gerēs dicat quę dicit. Etenim posteaquā altiorē fecerat sectionem, deinceps hanc consolationē velut oleū infundit, ac declarās nō ab odio nec à similitate profecta esse q̄ dicta sunt, cōmonefacit illos charitatis, quā illis exhibuerat, miscētq; laudē excusationi. Ideo dicit: *Rogo vos, nihil me læsistis: sed scitis quod in infirmitatē carnis meę euāgelizauerim vobis prius, ac meā tentationem quę erat in carne meā, non spreuistis.* Verum illud nihil adhuc magni est, in nullo læsistis. Neq; vulgaris sanē quispiam homo eum qui nō fecit iniuriā, lædere vellet, frustra-  
 † *si dicitur, id est obsequio propter: aut per, quod hic aptius videtur: ut per infirmitatē, anima māfuetius, nihil dulcius, nihil amantius. Proinde nec illa superiora ab impotente iracundia, animiq; cōmōtione fuerant profecta, sed ex abundantia sollicitudinis. Et quid dico non læsistis me? multā etiā ac synceram sollicitudinē erga me exhibuistis. Nostis enim, inquit, q̄ ob infirmitatē carnis euāgelizauerim*

in vobis, & tentationē quę erat in carne meā, non spreuistis. Quid tandē est quod dicit: *Eiiciebar, inquit, flagellabar, innumeras mortes sustinebā predicās vobis, ac ne sic quidē spreuistis me.* Nam hoc innuit dicēs: *Tentationē quę erat in carne meā, non spreuistis, neq; respuistis.* Vides prudētiam spirituale? In ipsa etiā purgatione, pudorē illis ingerit, ostendens q̄ multa pro illis passus fuerit. Attamē horum, inquit, nihil vobis fuit offēdiculo, nec ob afflictiones & persecutiones meas auersati me fuistis. hoc enim vocat infirmitatē ac tē-  
 † *per*  
 tationem: *Sed velut angelum dei excepistis me.* An non igitur absurdū sit, persecutionibus agitatū, exilio propulsum, velut angelum dei excipere, admonētē & hortantē ad vtilia non recipere? *Quę est igitur beatitudo vestra? Nam præbeo vobis testimoniū, quod si fieri potuisset, oculos vestros eruissetis, mihi que dedissetis.* Itaque inimicus factus sum vobis, vera loquendo vobis? Hic dubitat ac vehementer admiratur, cupitque ab ipsis mutationis causam discere. Quis em̄, inquit, vos seduxit, ac persuasit, vt aliter sitis erga nos affecti? Nōne vos estis q̄ mihi inseruicbatis, qui mei curam gerebatis, qui me oculis chariorē habebatis? Quid igitur accidit? vnde inimicitia? vnde suspicio? An quia vera locutus sum vobis? Atqui hac de causa par erat, vt me magis in honore haberetis, maiorēq; studio psequeremini. Nūc autē inimicus factus sum, vera loquens vobis. Ego, inquit, aliā causam non noui, quā q̄ vera dixerim vobis. Et vide quanta submissione sese excusat. Neq; enim ex officiis quę ipse in eos contulerat, sed ex iis qui illi in ipsum præstiterant, ratiocinatur fieri non posse, vt hęc ex maleuolētia dicantur. Non enim ad hunc modū verba fecit. Et qui cōuenit, vt qui vestra causa flagellabatur, eiiciebatur, innumera patiebatur mala, nūc de vobis mala cogitet: sed de quibus gloriari poterāt illi, ab iis argumenta colligit, dicēs: Qui cōsentaneum est, vt qui à vobis sic honoratus est, qui vt angelus exceptus est, is diuersa repēdat. *Amulatur vos non bene, sed excludere vos volunt, vt ipsos amulemini.* Est enim bona æmulatio, cū quis sic emulatur, vt virtutem imitetur. Est & mala æmulatio, cū quis ea facit, vt recte agentē depellat à virtute. Quod sanē & isti nūc conantur, studētes vos à perfecta legitimāq; virtute detrudere, & ad mutilatam ac nothā deducere: non aliā ob causam, nisi vt ipsi quidem in loco magistrorū sedeant, vos autē qui nunc estis illis sublimiores, in classe discipulorū collocent. Hoc em̄ declarauit dicēs, vt ipsos æmulemini. Ego vero, inquit, cōtrariū opto, vt vos illos antecederetis, & perfectioribus exemplum efficiamini. Quod sanē factū est cū apud vos essem: ob id subiūxit, *Bonum est emulari in bono semper, & non solū cum adsum apud vos.* Hic subnotat ipsius absentia huius mali fuisse causam, idq; beatum esse, si discipuli non solū præsentē magistro mentem quā oportet, obtineant, verū etiam absente. Cæterū quoniā illi nondū ad hoc perfectionis peruenerant, omnia facit, vt in hoc illos instruat. *Filioli mei, quos iterū parturio, donec Christus formetur in vobis.* Vide commotum, vide turbatū. Fratres mei rogo vos, filioli mei quos iterū parturio. Matrē refert de liberis trepidatē. donec formetur Christus in vobis. Vides paterna viscera, vides anxietatē apostolo dignam: vides qualem emittit eiulatū, multo tristiore, quā solet esse parturientium. Corruptis, inquit, imaginem, perdidistis generositatē, formā immutastis: opus est vt renascamini, vtq; refingamini. Et tamen filios voco

fœtus imperfectos & abortiuos. Verū hunc in modū nō loquitur, sed aliter: parcit enim illis, nec vult ferire, nec vulnera vulneribus addere: quemadmodū eruditi medici eos qui in longum incidunt morbum, non p̄tinus ac semel, sed ex interuallo curant, ne despōdentes animum, pereant: Sic & hic beatus. Nā & hi parturiētis dolores hoc sunt acriores, quō maior erat affectus charitatis, & peccatū erat haudquaquā vulgare. Hoc enim semper dixi, nec dicere desinam quōd pusilla quæpiam trāsgressio, ingens detrimentum parere solet. Quōd quidē & tunc accidit. Siquidem ab exiguis ortum initiis malum, totam ecclesiā peruaserat, totamque faciem ac formam vitiauerat. *Vellem esse præfens apud vos nunc, & mutare vocem meam.* Considera mihi sibi non tēperantem, considera feruentem, cōsidera non potentem talia ferre. Talis nimirum res est charitas. Vt non cōtētus est verbis, sed insuper quærit præsentiam. Vt, inquit, *immutem vocem meam.* Hoc est, vt vertam eam in ploratum, vt moueā lachrymas, quō simul omnes ad lamenta pertrahā. Per epistolam enim nō licebat ostēdere lachrymas, neque cōplorationem. Et hinc ardet præsentia desiderās. *Quoniam confundor in vobis.* Non enim, inquit, habeo quod dicam, non habeo quid cogitem. Vnde hoc, vt qui prius ad ipsum cœlorum culmen ascēderatis partū ob pericula fidei causa tolerata, partim ob signa quę per fidē edidistis, nūc adeō repētē ad tantā vilitatē deducti sitis, vt ad circuncisionē & sabbata pertrahamini, & Iudaizātib⁹ adhæreatis? Ob id etiā initio dixerat, *Miror quōd tam citō trāserimini.* Et hic dixit, *Cōfundor in vobis, perinde quasi dixisset, Quid dicam? quid loquar? quid cogitabo?* perplexus sum, vnde & plorē necesse est: quōd quidē in reb⁹ perplexis faciunt etiam prophete. Est autē & hęc nō leuis curandi ratio, si non solum cōsulas, verū etiam lamenteris. Nā hoc & Milesius loquēs dicebat. Triennium cum lachrymis admonere vos non cessauit. Idē hic dicit, vt immutem vocem meam. Siquidem quoties reb⁹ perplexis ac desperatis derēpētē obortis vicimur, deinceps ad lachrymas vertimur. Posteaquā igitur obiurgarat acriter, pudorem incusserat, ac rursus hęc mitigauerat, deinde complorationem addit. Hęc autem comploratio non solū habet castigationem, verū etiam blandiloquium. Neque enim exasperat, sicut castigatio: neque remissum facit, quē ad modum mitigatio, sed remedium est vtrinq; mixtū, multāmq; vim habet ad exhortandum. Posteaquam igitur deplorauit, & eorum mentē emolliit, ac vehementius sibi cōciliauit, denuo redit ad contentionē, maius proponēs caput, & ostēdēs quōd ipsa lex nolit se seruari. Tum quidem ab Abraham sumptū exemplum adduxerat, nunc verō legem ipsam inducit admonentem ne seruetur, sed vt ipsa iam secedat, quod erat vehemētius. Itaque si legi parēre vultis, inquit, discedite ab illa. nam hoc vult ipsa, verum hoc pacto non loquitur, sed alia ratione idem agit, admiscēs etiam historiam. *Dicite mihi, qui sub lege vultis esse, legē non audistis?* Rectē dixit, qui vultis. Neque enim hoc quod gerebatur, rerum cōgruentia persuasit, sed illorū intempestiua contentio. Legem autem hic vocat, librū cōditi mūdi, quod aliās crebrō facit, vetus omne testamentum sic appellans. *Scriptum est enim, quod Abraham hā duos filios habuit, vnū ex ancilla, & alterū ex libera.* Rursus ad Abraham reuertitur, non eadē iterās, sed quoniam apud Iudæos patriarchę nomen admodū erat

celebre, declaratq; quōd illinc figurę ceperint initium, quōdque ea quę nūc fiunt, prius in illo fuerint depicta. Quūmq; prius demonstrasset Galatas esse filios Abraham, quoniam non eiusdem dignitatis erant patriarchę filij, quorū alter ex ancilla, alter ex libera susceptus erat, iam deinceps declarat eos non solum esse filios sed eo modo filios, quo fuit ille liber ac generosus. Tāta est fidei vis. *Sid is quidē qui ex ancilla, iuxta carnē natus est: qui verō ex libera, iuxta repromissionē.* Quid est, iuxta carnem? Quoniam dixerat q̄ fides nos iungit Abraham, idq; videbatur audiētibus esse incredibile, si qui ex illo nati nō fuissent, eos vocare filios illius, ostēdit hoc quod videbatur incredibile, diuinitus esse factum. Nam Isaac non iuxta naturę ordinē, neque iuxta cōiugiorū legem, neque iuxta carnis vires natus, & fili⁹ & germanus filius fuit, ex aridis corporibus satus, & à vulua illa emortua progressus. Neque enim caro cōceptum, neque semen partum dedit. Siquidem bis erat emortua, & propter etatem, & propter sterilitatem, sed dei sermo: hęc præstitit. In seruo verō non itidem factū est, sed ille naturę legibus, & iuxta coniugiorum morem natus est. Attamē qui non erat secundum carnem natus, prælatus est ei qui secundum carnem fuerat natus. Itaque ne vos cōturbet, quōd iuxta carnem nati non estis. Nā ob hoc ipsum maximē estis illius cognati vos, q̄ secundum carnem nati non estis. Quandoquidē secundum carnem esse natum, nō solum nō reddidit honoratiores, verum etiā efficit minus honorabiles. Mirabilior autē magisq; spiritualis est partus qui nō est iuxta carnem, nimirū ex his qui cœlitus nati sunt. Natus est enim iuxta carnem Ismael, sed seruus erat, nec id solū, verū etiā exactus est è patrii ædib⁹: Isaac verō iuxta repromissionem natus, tanquā verus, vt erat, filius & ingenuus, omnium dominus fuit. *Quę sunt per allegoriam dicta.* Abusuē figurā dixit allegoriam. Cæterum quod dicit, illud est, Hęc historia non hoc solum declarat quod apparet, verū & alia quędā altiora prædicat, vnde & allegoria dicta est. Quid autē prædicat? Nihil aliud quā hęc omnia quę nunc fiunt. *Hęc enim sunt duo testamenta, vnum quidem à mōte Sina in seruitutem generās, qui est Agar. Hęc sunt. Quę hęc? Matres puorū illorum Sara & Agar.* Duo verō testamentajduæ leges. Quoniā nomina fœminarū erāt, in historia perseuerauit Apostolus in appellatione generis, & ex ipsis nominibus multā ostendit cōgruentiam. Quomodo ex ipsis nominibus? *Agar enim mons Sina est in Arabia.* Agar dicta est ancilla. Mons autē Sina, ita sonat illius gētis lingua, vt omnes qui ex veteri testamento nati sunt, oporteat seruos esse. Nam mons ille vbi vetus testamentum datum est, cōmune nomen habet cum ancilla. Complectitur autem hic mons etiam Hierosolymam. Nam hoc est quod ait: *Qui coniunctus est ei quę nunc est Hierosalem:* Hoc est, vicinus est, cōtiguus est. *Seruit autē cum filiis suis.* Quid igitur ex hoc docet? Quōd non solum illa fuit ancilla, ac seruos genuit, verū etiam hęc, videlicet testamentum, cuius figura fuit ancilla. Siquidem Hierosolyma finitima est monti cognomini ancillæ. In hoc autem monte etiā testamentum est datum. Vbi ergo est figura Sarę? Audi: *Quę autē sursum est Hierosolyma, libera est, quę est mater omnium nostrū.* Non igitur qui ex ea nascuntur, serui sunt. Inferioris igitur Hierosolymę figura erat Sara, nec dubium quin ex monte eius nominis: *Agar po-*  
 \* *si dicitur, id est hęc, vt refertur post ad mulieres & ad testamenta. Hęc, quoniam puorū illorū matres, Sara & Agar: quid sunt? duo testamen-*  
 \* *pro Sara*

\* *si dicitur, id est curam aut sollicitudinem.*

† *per*

\* *si dicitur, id est obsequio propter: aut per, quod hic aptius videtur: ut per infirmitatē, anima māfuetius, nihil dulcius, nihil amantius. Proinde nec illa superiora ab impotente iracundia, animiq; cōmōtione fuerant profecta, sed ex abundantia sollicitudinis. Et quid dico non læsistis me? multā etiā ac synceram sollicitudinē erga me exhibuistis. Nostis enim, inquit, q̄ ob infirmitatē carnis euāgelizauerim*

ibid. 21. a.

hęc sermo

\* *si dicitur, id est hęc, vt refertur post ad mulieres & ad testamenta.*

\* *si dicitur, id est hęc, vt refertur post ad mulieres & ad testamenta.*

† *per*

\* *pro Sara*

*legendum videtur.* tentus figuris, verum & Esaiam adhibet testē his quę dicta sunt. Quum enim dixisset, supernam illā Hierusalem esse matrē nostram, & hanc vocasset ecclesiā, citat prophetā ipsi suo calculo suffragantem. *Scriptū est enim, Exulta sterilis, quę nō parit, erūpe & clama quę nō parituris, quia multi filij deserte, magis quā eius quę habet virū.* Quę igitur sterilis, & quę deserta? An non perspicuum est, hęc esse ecclesiam ex gētibus, quę antehac dei cognitione fuit priuata? Quę verō est illa quę habet virum? Nōne liquet hanc esse synagogam? At tamen hanc multitudinem liberorū superauit † vidua, siquidem hęc vnā duntaxat habebat gentem. Ceterum ecclesię filij, Græciam, Barbariam, terrā, mare, deniq; orbem vniuersum implēt. Vides vt factis quidem Sara, verbis autē propheta nobis futura subnotarint? Sed & illud cōsidera. Sterilē appellauit Esaias, & hanc ostēdit factam complurium liberorum matrem. Idē sub figura accidit in Sara. Nam & hęc quū esset sterilis, numerosā sobolis mater est facta. Ceterum ne hęc quidē Paulo sufficiebāt, verum etiā quomodo sterilis mater sit facta disquirat, vt hinc etiā ad veritatem accōmodet figuram, eōq; subdit dicens:

*Nos autem fratres, secundum Isaac repromissionis filij sumus.* Non enim sterilis tantum erat ecclesia, quę admodū Sara, neq; solum multorum liberorū mater facta est vt illa, sed & ita genuit, quemadmodū illa. Vt enim illam nō natura, sed dei repromissio fecit matrē (nam qui dixit, Secundū temp<sup>o</sup> hoc veniā, & erit Sarę filius, idem ingressus in vterum infantem formauit) sic & nostra renascencia, natura quidem nulla est, ceterum verba dei, quę norunt fideles, hęc in aque lauacro per sacerdotē pronūciata, tanquā in vtero quodam formant ac regenerāt eum qui baptizatur. Proinde si sterilis filij sumus, sum<sup>o</sup> & liberi. Et quānā est ista libertas, dixerit aliquis, quū Iudei quidē cōstringerent ac flagellarēt eos qui crediderāt: illi verō qui putabantur esse liberi, persecutionibus affligerētur? Hęc enim accidebant quum arderet fidelium persecutio. Verū ne hoc vos perturbet, inquit, quandoquidē hoc quoq; p̄cessit in figura. Nā & Isaac quū esset liber, a seruo persecutionē sustinuit, eōq; subiungit dicens: *Sed quemadmodum tunc qui secundū carnem, natus erat, persequatur eum qui natus erat secundum spiritū.*

*Gen. 12. a. ita & nunc. Sed quid dicit scriptura? Eiecit filium ancillę. Non enim erit hęc filius ancillę cum filio liberę.* Quid igitur? Hęc cōsolatio, demōstrasse liberos a seruis persecutionem perpeti? Nequaquā, inquit. Neq; enim hęc subsisto, sed audi quę sequuntur, & hęc accipies cōsolationem, quę sufficiat leniēdis pusillanimatorum persecutionibus. Quānā igitur sunt quę sequuntur? *Eiecit filium ancillę. Non enim erit hęc cum filio liberę.* Vis nosse quod sit autoramentū temporarię tyrannidis, & intēpestiū in solētia? Eiectus est ē paternis facultatib<sup>o</sup> puer, sitq; exul & erro simul cum matre. Iā mihi cōsidera quę sapiētē ista dicta sint. Non enim dixit, persequatur, & ideo eiecit, sed ne fieret hęc. Neq; enim ob temporariam persecutionem hanc de illo p̄nam sumpsit. Nam id quidē leue erat, ac nihil ad eam rem, sed non permisit illum cōsortem fieri bonorū filio paratorum, significans quod etiā sublata persecutione, hoc illi ab initio prius signatum esset, quę res nō ceperit initiū a persecutione, sed a voluntate dei. Nec dixit, non erit hęc filius Abraham: sed, filius ancillę, a viliori genere illi cognomen addēs. At Sara, inquit, sterilis erat: Ergo & ecclesia ex Gē-

tibus cōgregata talis erat. Vides in omnibus seruari figurā. Sicut enim illa quum per omnes ætatis annos non peperisset, in extrema senectute fit mater: ita & hęc, vbi venit plenitudo tēporis, parit. Hoc autē & propheta p̄dixerat, ita loquēs: *Lætare sterilis quę non parit, erumpe & clama quę non parituris: quoniam multi filij deserte, magis quā eius quę habet virum.* Hoc modo designas ecclesiam. Non enim nouerat deum, tamen vbi cognouit, vicit numerosē sobolis synagogam. *Itaque fratres non sumus ancillę filij, sed liberę.* Hęc omnia mouet versatq; ostēdere studens id quod factū est, non esse nuperum, neq; recens, sed iam inde ab initio & ante multa secula p̄figuratum. An non igitur absurdū, ante tantū seculorum selectos, ac liberatis cōsortes, vltro semetipsos in seruitutis iugū tradere? Post hęc aliā addit causam quę persuadeat eis vt in decretis perseuerēt. *Libertate igitur qua Christus vos liberauit, state.* Cap. 1.

Num vos ipsos liberaatis, quandoquidem rursus ad priorē recurratis dominatum? Ipse est qui vos liberauit, alius est qui precii dedit pro vobis. Vides quot modis illos abducat ab errore Iudaico. Primū ostendens extremę dementiae esse, eos qui pro seruis facti fuerant liberi, pro liberis velle fieri seruos. Deinde quod erga benemeritū immemores & ingratos sese declaraturi sint, cōtemnentes eum qui liberauit, & amātes eum qui in seruitutem pertraxit. Tertio loco, quod hoc esset impossibile. Lex enim iā nō habebat dominii, quū alter eos omnes semel ab illius dominatu redemisset. Quum verō dicit, state, fluctuationē subindicat. *Ac ne rursus iugo seruitutis implicemini.* Nomine iugi, negocij molestiā illis significat. At quum ait, rursus, ingentē illorum indicat stupiditatem. Nam si non fuissetis hanc experti molestiam, non eratis periinde grauiter inculandi. Verum si cum experimento cognitum habeatis quod graue sit huius iugi pondus, post hęc denuō vos ipsos eidē submittitis, quam veniam mereri poteritis? *Ecce ego Paulus dico vobis, quod si circumcidamini, Christus nihil vobis proderit.* Vide quā atrocitas minæ. Merito, quandoquidē & angelos anathemati deuouit. At † ciuilitate dixit quod Christus eis nihil esset p̄futurus. Nā ipse hoc non probauit, sed pronūciavit quod deinceps personę autoritas satis esset pro quauis probatione. Et ideo occupauit dicere, ecce ego Paulus dico vobis, quę vox erat cōfidentis iis quibus loquebatur. Nos pro nostra virili ex nobis ipsis hoc addemus, demōstrabimūsq; quomodo circūcisis profuturus sit Christus. Qui circūciditur, tāquam legem metuēs circūciditur. Eam qui metuit, diffidit viribus gratię. Porrō qui diffidit, nihil fructus capit ab ea cui diffidit. Rursus alio modo: *Qui circūciditur, legem facit dominā, & autoritate pollentē.* Qui verō putat illam esse dominā, eamque ex maiore parte transgreditur, ex minore seruans, semetipsum subiicit execrationi. Qui verō seipsum submittit execrationi, libertatem quę est in fide repellens, quomodo potest esse saluus? Nam si dicere fas est quiddā incredibile, hic neq; Christo, neque legi fidit, sed in medio cōsistit, & hinc & illinc volens lucrum facere, eōq; nec hinc nec illinc lucrum accipiet. Deinde posteaquā dixisset quod nihil esset illis profuturus Christus, testē ac paucis probationē adfert, ita loquēs: *Testificor autē omni homini qui circūciditur, quod debitor est totius legis implendę.* Etenim ne putates hęc inimicē dici: Non vobis, inquit, solum dico, sed cuiuis homini, quisquis circūciditur, quod debitor est totius legis

tius legis implendę. Legis enim p̄cepta inter se cohærēt. Et qui ex libero descriptus est in seruitutē, nō amplius facit quę vult, sed omnibus seruitutis legib<sup>o</sup> obstrictus est. Itidē accidit in lege, vbi pusillā aliquā legis partē receperis, tēq; ipsum iugo submiseris, totum illius dominatū tibi accersisti. Idem fit in hęcitate mūdana: *Qui nihil attigit, ab omnibus liberatus est negociis quę sequuntur defuncti hęcitatē.* Quod si paulum aliquid attigerit, etiā si non acceperit omnia, omnibus tamē sese obstrinxit, qui partem attigit. Idem accidit in lege, non ob hęc tantum quę dixi modum, verum etiā ob alium quendam. Legis enim partes inuicem cohærēt. Circūcisio, vt exempli causa dicam aliquid, immolationē pecudum habet annexam, ac dierū obseruationē, immolatio rursus tum diei tum loci obseruationē habet annexam. Locus innumerabiles purgationum ritus, purificationes examen quoddā obseruationum secum adferunt variarum. Non enim fas est impurū sacrificare, non sacra ingredi adyta, deniq; non aliud quicquam eiusmodi rerum agere. Quapropter per vnicum p̄ceptum multa lex attrahit. Itaq; si circūcidaris, nisi circūcidaris octauo die: aut quum octauo quidē, sed non offertur sacrificium: aut quum sacrificiū quidē offertur, sed non in loco p̄finito: aut si in loco p̄finito, sed non iuxta legis p̄scripta: aut si iuxta legis p̄scripta, sed non purus: aut si purus, non cōueniente ritu purificatus, cuncta illa pereunt. Proinde dicit: *Debitor est totius legis implendę.* Quod si lex habet auctoritatem, noli partē implere, sed totam. Si non habet auctoritatem, ne partem quidē seruare velis. *Euaeuati estis a Christo, quicquid in lege iustificamini: a gratia excidistis.* Posteaquā argumentis rem probauit, deinceps pronūciat, eōq; suspendit in extremo discrimine. Quum enim is qui decurrit ad legē, nec hinc possit salutē consequi, & a gratia exciderit, nihil superest nisi supplicii indeprecabile, dum illa caret vigore, hęc non admittit hominem. Posteaquam igitur illis hoc pacto metū exaggerauit, ac mentem illorū perturbauit, posteaquā ostendit totum naufragiū quod perpeffuri sunt, ē p̄pinquo patefacit illis gratię portum, id quod vbiq; facit, facillimā simul & tutissimā demonstrans illinc esse salutē. Eōq; subdit dicens: *Nos autē per fidem in spiritu, iustitię sp̄m accepimus.* Nihil, inquit, opus habemus illis legalibus. Sufficit enim fides ad hoc, vt donet nobis spiritum, & per hunc iustitiā, multaq; insup & magna bona. *In Christo enim Iesu neq; circūcisio quicquā valet, neque p̄putium, sed fides quę per dilectionē operatur.* Vides vt eos iam maiore cum libertate aggreditur? *Qui Christū induit, ne post, inquit, talium sit curiosus.* Atqui dixerat, noxiam esse circūcisionem, quomodo igitur eam facit indifferentē? In his hoc facit, qui iam ante fidem eam habuerāt, nō in his qui post fidem circūcidebantur. Vide verō quod illam deiecerit, collocans eam cum p̄putio. Quod enim eorū facit discrimen, fides est. Quemadmodū igitur si qui athletas deligit, siue naso adūco, siue simo, siue nigros, siue candidos, eligat nihil refert ad probationē, sed illud vnum spectandum est, vt validi doctiq; sint: ita qui adscribendus est in nouum testamentū, huic nihil nocēt hęc omnia corporalia si absint, quemadmodū neq; iuuant si adsint. Quid autem est, *Quę per dilectionem operatur?* Hic illis ingentem inflixit plagam, significans hanc subreptionē inde natam, quod charitas erga Christum in eis nō egerit radi-

ces. Non enim credere solum est quod queritur, verum etiam in charitate perseuerandum est, ac si dixisset: *Si dilexissetis Christum, sicut oportuit, nequaquā cōfugissetis ad seruitutem: nequaquam eum qui vos redemit, deseruissetis: nequaquam contumelia affecissetis eum qui vos in libertatem asseruit.* Tēcē verō notat & illos qui Galatis insidiabantur, significās quod si illi quoque charitatem habuissent erga Galatas, nequaquā ista facere sustinuissent. Vult autē hoc verbo vitam illorum corrigere: *Currebatis bene, quis vos impediuit?* Non hoc interrogatis est, sed deploratis & anxij. Quomodo tantus cuius interuptus est? Quis est qui tantum potuit? *Qui omnibus quidem superiores, & in magistrorū eratis ordine, ne in discipulorū quidem classe mansistis. Quid accidit? quis tantum valuit? Hęc potius sunt exclamantis ac lamentantis, sicut & antea dicebat, Quis vos fascinauit? Persuasio* *Supra 3. a.* *non est ex eo qui vocauit vos.* Non in hoc vos vocauit, qui vocauit vt ad istū vacillaretis modum. Non hęc legē vobis p̄scripsit, vt iudaizaretis. Deinde ne quis diceret, *Quid rē verbis attollis, & oratione reddis atrocem? vnicum tantum legis p̄ceptum seruauim<sup>o</sup>, & tantos cics tumultus? Vide quomodo terrorē illis incutit, nō ex p̄sentibus, sed ex futuris, loquēs hęc in modum: *Exiguum fermentum totam massam corrumpit.* Sic & vos, inquit, hoc exiguum malū si non corrigatur, poterit in perfectum Iudaismū pertrahere, sicut fermentum consersionem. *Ego confido de vobis in Christo, quod nihil aliud sentietis.* Non dixit, nō sentietis: sed, non sentietis, hoc est, corrigemini. Vnde hoc nosti? Non dixit, scio: sed, cōfido. Cōfido, inquit, deo, & illius opem inuoco ad vestri correctionem. Cōfido. ] *† de vestri* *Correptio-* *ne bene sperans.* Nec simpliciter dixit, cōfido de vobis, sed adiecit, in Christo. Vbiq; enim laudē miscet accusationi. Quasi dixisset, *Noui meos discipulos, noui quā sitis correpti faciles. Cōfido partim ob Christum, qui nō patitur quidlibet etiā perire, partim propter vos, qui facile potestis reuocare vos ipsos. Simul autē & adhortatur, vt ipsi etiam studium adhibeant: tanquam non possint a deo consequi, nisi pariter quod in ipsis sitū erat, adhiberent. *Qui autem conturbat vos, portabit iudiciū suum, quisquis fuerit.* Vtrinque delinit illos, tum ex eo quod illis addidit fiducia, tum ex eo quod pseudoapostolos execratur, aut poti<sup>o</sup> p̄dicit illis eueturū supplicium. Tu vero iam illud mihi cōtemplator, vt nequaquam nomen edidit insidiantium, ne fierēt impudentiores. Quod autem dicit, illud est: *Non quia vos nihil aliud sentietis, eō seductionis authores liberati sunt a supplicio, sed dabūt p̄nas.* Non enim par est, vt aliorum probitas aliorū malitiā subleuet. Hoc autē facit, ne & alios rursus inuadāt. Nec simpliciter dixit qui cōturbat, sed exaggerauit sermonē, dicens: *quisquis fuerit. Ego autē fratres, si circūcisionem adhuc p̄dico, quid etiānum persecutionem patior?* Quoniam tradebatur apostolus hoc nomine, quod vbiq; Iudaizaret, sitēq; p̄dicaret: vide quā purē semet explicet a suspicione, ipsos appellans testes. Nam vos quoque scitis, inquit, istam fuisse persecutionū mearū causam, quod a lege iubeo desciscere. Itaq; si circūcisionem p̄dico, quare persecutionē patior? Neque enim aliud crimen mihi possunt intēdere qui ex Iudæis sunt, p̄ter quā hoc solum. Nam si cōcessissem vt seruatis maiorum ritibus crederent, haudquaquā mihi fuissent insidiati nec ij qui crediderunt, nec ij qui non crediderunt: quum nihil ex ipsorum institu-**



Act. 16.

Ibid. 6. d.

Ioan. 5. c.

Supra 3. d.

Titim. 3. c.

tis labefactaretur. Quid igitur? An nō predicauit circuncisionem? An nō circuncidit Timotheum? Circuncidit quidem, at non prædicauit. Quid igitur est quod hīc dicit? Disce eius exactam in dicēdo circūspectionem. Non dixit, non facio circuncisionē, sed non prædico: hoc est, nō ita iubeo credere. Etenī ne hinc caperes dogmatum confirmationem, circūcidi quidē, sed non prædicauit circuncisionem. Ergo *enacuatum est scandalum crucis*. Hoc est, obstaculū impedimentūq; sublatum est, si verum est quod dicitis. Neque enim perinde crux erat offendiculo Iudæis, vt q; nō pareremus patriis legibus. Etenim quum Stephanum perduxissent in consilium, non dixerūt, Hic est qui crucifixum adorat. sed loquitur, inquit, contra legem & locum sanctum. Idem crimē Christo impegērāt, quōd legem solueret. Propterea Paulus ait: Si cōcessa est circuncisio, soluta est quā habent aduersus nos contentio: nulla iam inimicitia manet aduersus crucem & prædicationē. Quōd si quotidie cædē exercent contra nos, quomodo hoc intendūt nobis crimē? Me quidē propter hoc adorti sunt, quōd incircuncisum induxissē in tēplum. An igitur adeo stultus sum, inquit, vt quum permiserim circuncisionem, frustra & incassum tātum in me receperim mali, vt tātum offendiculum ponerem cruci? Videtis enim, quōd nullā ob causam æquē nobis sunt hostes, atq; ob circuncisionē. Num igitur adeo vecors erā, vt p. re nihili & ipse affligeret, & aliis essē offendiculo? Porro crucis offendiculum vocauit, eō q; etiā sermo crucis hoc imperabat, idque potissimum erat quod offēdebat Iudæos, & vetabat ne crucē reciperent, videlicet quōd iuberentur à maiorum institutis discedere. *Vtinam & concidantur, qui vos conturbant*. Vide quā hic est amarulētus in eos qui Galatas seduxerant. In initio torquebat accusationē in seductos, semel atque iterū eos appellās stultos: verūm vbi illos rectē castigauit corripitq;, deinceps in seductores fertur. Oportet autem nos & hanc apostoli sapiētiam perspicere, quomodo hos tāquam proprios filios, & tanquā correctionis capaces admonet, & ad mentem reuocat: eos verō qui seduxerant, velut alienos & insanabili morbo laborātes refecat, partī quā ita dicit, Portabit iudiciū suum quisquis fuerit: partim quum imprecans ait, *Vtinam & abscindātur*, qui vos cōturbāt. Ac rectē dixit *ἀνατρεψέτε*, hoc est statu mouent. Compulerāt enim eos, vt propria patria, vt libertate, vt cœlesti cognatione relicta, alienā ac peregrinam persequerentur, vt iam ab illa superna liberāque Hierosolyma exules, cogātur veluti captiui solumque vertere iussi, incertis vagari sedibus. Quapropter illis imprecā. Quod autē dicit, hoc est: Nulla est mihi cura de illis. Hæreticū enim, inquit, hominem post vnam & alteram admonitionem deuita. Si volunt, non solum circuncidantur, verūm etiam excentur. Vbi nūc sunt, qui seipos audēt euirare, simul & apostolicā imprecationē sibi accercentes, & dei opificium accusantes, & à Manichæis stantes? Nā illi quidē aiūt, corpus infidiosum esse, malæq; materiæ, hī verō factis suis, crudelib⁹ illis opinionibus præbēt ansam, dum mēbrū amputant velut infidians & inimicū. Itaq; multo magis oportebat exēcare oculos. per oculos enim in animā descēdit concupiscentia. Verūm nec oculos, nec vllum aliud membrum est in culpa, sed sola praua animi inductio. Quōd si non sustines, quur non & linguam ob blasphemias, quur nō

& manus ob rapinas, quur non & pedes ad malitiā currentes, denique quur non totum refecas corpus? Nam & aures delinitæ tibia, frequēter effœminarūt animam: & nares accepto suauī odore imposuerūt menti, & ad voluptatem lympharunt. Itaque circūcidam⁹ omnia, & aures, & manus, & nares. Verūm hæc extremē sunt impietatis, ac satanici consilij. Tātum oportet corrigere inconditum mentis impetum. Isti verō sua refecant membra. Ita malus dæmon peride quasi errauerit opifex, persuasit vt instrumēta perderent, semper gaudēs cædibus. Quī fit igitur, dicit aliquis, vt faginato corpore efferuescat cōcupiscentia? Quoniā hoc ipsum rursus est animi delictum. Nam faginare carnē, non est carnis, sed animi. Nam si vellet extenuare, habet idem omnē potestātē. At tu perinde facis, quasi si quis videns aliquem accēdentem ignē, ac lignis impositis domū incendere, omisso eō qui fecit incendium, flammā accuset, quæ correptis multis lignis in altū se sustulerit. Atqui culpa nō est ignis, sed eius qui ignem accēdit. Hic enim ad paradōs cibos, ad præbendam lucem, adque alia id gen⁹ ministeria datus est, non ad cōflagrationem ædium. Quemadmodum & cōcupiscentia ad liberorum procreationem vitæq; conseruationē data est, nō ad adulterium, scortationes ac lasciuias: vt pater fieres, nō vt adulter: vt legitime verferis cum vxore, non vt cōtra fas eam corrupas: vt relinquant tuum semen, nō vt alienum vities. Siquidem adulterium nō est naturalis appetitus, sed cōtumelię præter naturam. Siquidē appetitus ille tantum desiderat mixturam, non talem mixturam. Hęc autē mihi non temere dicta nūc sunt, sed præludimus ad disputationes quasdam ac ceu velitamus in eos qui dicunt dei opificiū esse malum: omissa animæ fœcordia aduersus corpus insanientes, carnemq; nostram calumniantes, de quibus & Paulus deinceps differit, non carnē inculans, sed diabolicas cogitationes. Vos autē fratres in libertate vocati estis, tantum ne libertatē in occasione carni. Hic iam videtur exspaciari in sermonē moralē. Accidit autē illi quiddam nouum, quōd q; in nulla cæterarum epistolarū accidit. Quum enim omnes in duas partes solitus sit partiri, sic vt primū de dogmatibus, in fine de moribus differat: hic posteaquā incidit in sermonē de moribus, rursus admiscet disputationē de dogmatibus. Nam hic sermo vicissim hæret illi, illi inquā qui pugnat aduersus Manichæos. Sed quid est, Tantū ne libertatē in occasione carni? Liberati, inquit, nos Christus à iugo seruitutis, liberū nobis esse voluit facere quicquid volumus, non vt hac potestate ad malitiam abutamur, sed vt ad maioris præmij sumamus occasionē, ad altiorem philosophiā progressi. Posteaquā enim passim legē appellat iugum seruitutis, & supra

Leuit. 19. & Mat. 22. d.

\* igitur dicit, id est, comeditis, deuoratis, eraditis, depascimini. \* Bpōsus. comestiones, deuorations, timeas.

compositē incedetis. Post hæc ostēdit modum, quo hæc facile queat corrigi. Quis igitur modus? *Per charitatē, inquit, inuicem vobis seruite*. Rursus hic subindicat ambitionem, seditionem, dominādī studium, & insolentiā huius erroris illis fuisse causam, quippe hæreseon mater est principatus cupiditas. Etenim quū dicit, *Seruite vobis inuicem*, ostendit hoc mali ex arrogantia fastūque cepisse exordiū. Eōque malo respondens admouet remediū: Quoniam, inquit, dum alius alij vultis dominari, dissecti fuitis, seruite vobis inuicem: sic enim denuo in vnū redigemini. At peccatū quidem nō explicat aperte, sed aperte refert emēdationis modum, vt hinc etiam illud cognoscerēt, perinde ac si quis lasciuienti non dicat quidē quōd lasciuat, tamen frequēter hortetur ad pudicitiam. Nā qui proximum sicut oportet diligit, non grauatur illi seruire submissius quā quisquam seruus. quemadmodum enim ignis ad motus ceræ facillē mollit eam, sic & amoris calor omnem fastum & arrogantiam vehementius quā ignis soluit. Eōque non simpliciter dixit, *Diligite inuicem*, sed *seruite*, intensam ac vehementem declarans amicitiam. Etenim quū legis iugum detraxisset, ne subsilirent, aliud illis imponit iugum, nimirū charitatis, illo quidē validius, sed multo leuius, ac iucūdus. Deinde quid boni præstet charitas, ostendit dicēs: *Tota enim lex in vno verbo impletur, videlicet in hoc, Diliges proximum tuum vt teipsum*. Quoniā legem suscipit deq; versauit, si vis, inquit, illā implere, ne circūcidaris, non enim circūcisione, sed dilectione impletur. Vide vt doloris sui nō obliuiscitur, sed id quod dolet, identidem attingit, etiā ingressus moralem tractationē. *Quod si inuicē mordetis & comeditis, videte ne à vobis inuicem consumamini*. Non pronūtiat, ne grauet illos, nouerat tamē id fieri: verum hoc ambigūe profert. Non enim dixit, quoniā vos inuicē mordetis, & quod sequitur consimili modo. nec em̄ illic rursus pronūtiat, sed obūbrat ac dicit, Ne à vobis inuicem cōsumamini, qui sermo est metuentis & cōfulentis vt caueant, non condemnantis. Ac dictionibus significantibus est vsus. Non enim tantum dixit, *mordetis*, quod sanē est cōmoti: sed addidit, & *comeditis*, quod est in malitia perseuerantis. Nam qui mordet quod appetebat, iram expleuit: cæterū qui deuorat, extremæ feritatis & immanitatis specimen dedit. Morsus autem ac\* deuorationes nō corporales dicit, sed eas quæ sunt his multo crudeliores. Nō enim qui carnem gustauit humanam, tātum mali dedit, quantum is qui morsum fixit in animū. Siquidē quanto corpore præstantior est anima, tantō grauius est hanc læsisse. *Videte*, inquit, *ne à vobis inuicē consumamini*. Quoniam qui lædunt & insidiantur velut alios consumpturi, hoc animo veniunt: ideo dicit, *Videte ne res in vos reuoluatur*. Nā seditio & cōtentio corruptionem & consumptionem adfert tū iis qui recipiunt ea, tum iis qui inuehant, ac magis intus corrūpit omnia quā tinea. *Dico autem, spiritu ambulate, & cōcupiscentiam carnis non perficietis*. Ecce alterā indicat viā, quæ virtutem reddit facilem, ac præstat ea que dicta sunt, viā que gignit charitatē, quæque stricta redditur à charitate. Nihil enim, nihil inquā sic charitatē inserit nobis, vt si simus spirituales, nec alia res æquē persuadet spiritui, vt apud nos maneat, atque vis charitatis. eōque dicit, *Spiritu ambulate, & carnis concupiscentiam non perficietis*. Quoniā expresserat, quæ res gigneret morbum, & remedium aperit quod adfert sanita-

tem. Quod autē est illud? Nō aliud, quā vivere spiritu. Vbi verō dixerat, spiritu ambulate, & carnis cōcupiscentiā non perficietis, subiicit: *Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem: hæc enim sibi inuicē aduersantur, vt non quecumq; volueritis, ea faciatis*. Hic quidā adoriuntur nos dicentes, q; apostolus hominem in duo disseuerit, inducēs eum velut ex cōtrariis naturis cōpositum, dum ostēdit pugnam esse corpori aduersus animam. Verūm hæc nō ita se habēt, non ita se habent inquam. Neq; enim hic carnē appellat corpus. Alioqui si hoc sentiret, quomodo cōsentauit sit quod mox dicitur, *Concupiscit enim inquit, aduersus spiritū*? Atqui corpus nō est de eorum numero quæ mouēt, sed quæ mouentur: non de eorū numero quæ agunt, sed de eorū quæ aguntur. Quomodo igitur cōcupiscit, quandoquidē concupiscentia non carnis est, sed animi? Siquidē alibi dicit, *Concupiscit anima mea*. Et, *Quid desiderat anima tua? & faciā tibi*. Et, *ne ambules iuxta desiderium animę tuę*. Ac rursus, *Sic desiderat anima mea*. Quomodo igitur Paulus dicit, *Caro cōcupiscit aduersus spiritum*? Solet appellare carnem, non corporis naturam, sed prauā voluntatem: veluti quum dicit, *Vos non estis in carne, sed in spiritu*. Et rursus, *Qui verō in carne sunt, deo placere non possunt*. Quid igitur? Tollenda est caro? Ipse verō qui hæc dicebat, an nō carne circūdatus erat? Nō carnis sunt ista, sed diabolici dogmata. Ille enim homicida erat ab initio. Quid igitur dicit? Carnem hic appellat cogitationē terrestrem, scordē & incogitatem. Hęc enim nō corporis est accusatio, sed animæ negligētis crimen: siquidem huius instrumentū est caro. Instrumentum autē nullus auersatur odire, sed eum potius qui organū malē tractat. Neq; enim ferrum, sed homicidā & odim⁹ & punimus. Atqui dixerit aliquis, hoc ipsum est accusare corpus, animi peccata carnis appellare vocabulo. Ego verō fateor quidē carnem anima inferiorē esse, sed hęc quoq; pulchram esse. Non enim quod pulchro inferius est, statim malum est, sed ipsum quoq; bonum. Malum autē non est minus bono, sed cōtrarium. At tu si demonstrare potes malitiā è corpore proficisci, accusa carnē. Quod si ex appellatione conaris struere calumniā, tempus tibi est vt simul accuses & animam: quandoquidē & animalis homo dicitur, qui veritate priuatus est. Et spiritus malitiæ dicūtur dem onū multitudo. Rursus carnis vocabulo scriptura solet appellare mysteria, totāq; ecclesiā, *Coloss. 1. c.* dicēs eā Christi esse corpus. Quod si vis etiā officia cernere quę per carnē præstātur, hinc cōsidera. Imaginare sensus extinctos esse, & videbis animā omnī cognitione destitutā, neq; quicquā eorū quę nūc nouit, nosse. Etenim si potētia dei dum ex opificio mudi per res cōditas intelligitur, cōspiciatur, quomodo videre poterimus absque oculis? Quod si & fides ex auditu est, quomodo sine aurib⁹ audiemus? Prædicare verō & circūcurrere, linguę pedūmq; cōstat admīniculo. Quomodo enim, inquit, prædicabūt, nisi mittantur? Et scribēdi munus peragitur manibus. Vides vt innumerabiliū causa bonorum est carnis ministerium? Cæterum quum dicit, *Caro cōcupiscit aduersus spiritū, de duplici loquitur cognitionē, quarū altera alteri aduersatur, videlicet virtutis & malitię, nō anima & corpus*. Nam si hæc sibi inuicem aduersarentur, se ipsa tollerent, non aliter quā ignem aqua, tenebræ lucem. Sin corporis curam agit anima, multa quæ

multaque sollicitudine illi prospicit, innumeratque patitur ne deferat illud, quum vi abruptur, obfistit, ac vicissim corpus animæ subseruit, [multarumque rerum ipsi cognitionem adfert] & ad illius operationem compositum est: qui possunt hæc esse contraria, & inter sese pugnantia: Nam ego non solum non contraria, verum etiam magnopere concordia, seque vicissim tuentia conspicio ex ipsis factis. Non igitur de his loquitur, quod sibi inuicem aduersantur, sed malarum ac bonarum cogitationum pugnam proponit. Velle enim & non velle animæ est. Ideo dicit, Hæc autem aduersantur, ne fineres animam pergere in suis prauis affectibus. Siquidem hæc loquutus est apostolus ceu pædagogus quispiam ac præceptor terrorem incutiens. *Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege.* Quænam est hæc consequentia? Maxima quidem & euidens. Etenim qui spiritum, ut oportet, habet: per hunc extinguit omnem prauam concupiscentiam. Porro qui liberatus est ab his, non eget legis auxilio, sed multo factus est præceptis illis sublimior. Nam qui non irascitur, quid opus habet ut audiat, non occides? Qui non intuetur intemperantibus oculis, quid opus habet eo qui doceat non esse mœchandum? Quis enim illi verba facit de fructu malitiæ, qui radicem malitiæ iam euulsit? Radix enim homicidij, ira: & adulterij radix, curiosus oculorum obtutus. Eapropter dicit: Si spiritu ducimini, non estis sub lege. Hic autem mihi videtur magnas etiã & admirandas legis laudes retulisse. Quas illas? Quanquam, inquit, lex erat loco spiritus, iuxta suas vires, priusquam spiritus adueniret, non tamen ob id oportet manere in pædagogio. Tum quidem merito sub lege eram, ut metu castigarem concupiscentias, non dum prodito spiritu. Nunc vero posteaquam venit gratia, quæ non solum iubet ab illis abstinere, verum & ad altiora prouehit, & ad perfectiorem vite rationem adducit, quid opus est lege? Etenim qui ex sese suo fungitur officio, huic quid opus pædago? Neque enim qui philosophus est, opus habet Grammatico. Quare igitur vos ipsos redditis viliores? Quum prius vos exhibueritis spiritui, nunc alsidetis legi. *Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt, scortatio, adulteriũ, immundities, lasciuia, veneficiũ, simulachrorum cultus, inimicitia, contentio, æmulationes, ira, concertationes, seditiones, hereses, inuidia, cædes, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prædico vobis, quæadmodum & prædixi, quod qui talia faciunt, non erunt hæredes regni dei.* Hic iam mihi dicito tu qui carnis accusator es, & arbitraris hæc ob simultatē & discordiam esse dicta: Sit adulteriũ, & scortatio carnis, iuxta vestram opinionem: inimicitie, contentio, æmulationes, concertationes, hereses, & veneficia, cuius erunt? Nam hæc tantummodo sunt corruptæ voluntatis, nimirum ut cætera: quo modo igitur erunt carnis? Vides igitur, quod hic non loquitur de carne, sed de terrestri cogitatione quæ humi serpit, eoque terrorem ingerit, dicens, *Qui talia faciunt, regni dei non erunt hæredes.* Quod si hæc essent naturæ malæ, non voluntatis prauæ, superflue dixisset, faciunt: sed, patiuntur. Huius autem rei gratia etiã exulant à regno cœlorum. Neque enim ad ea quæ sunt naturæ, sed ad ea quæ sunt voluntatis, pertinent vel coronæ vel supplicia. Quapropter etiam hæc minatur Paulus: *Fructus autem spiritus, charitas, gaudium, pax.* Non dixit, opus spiritus: sed, fructus. Num igitur anima superuacanea est? Nã si de carne & spiritu verba fiunt, ubi anima? Num de inanimis loquitur? Siquidem ubi quæ mala sunt, carnis sunt: quæ bona, spiritus: superuacanea est ani-

ma. Nequaquam. Nam huius est temperatura affectuum, & ad hæc pertinet. Ipsa in medio sita inter virtutem & vitium, si ad id quod oportet virtutem corpore, reddit illud spirituale: si recedit à spiritu, si seipsam præbet malis cupiditatibus, reddit illud magis terrenum. Vides eum non loqui de substantia carnis, sed de mala & bona voluntate. Quare autem vocat fructum spiritus? Quoniam mala opera ex nobis solis oriuntur, unde & opera vocat. Bona vero non tantum egent non solum cura, verum etiam opus habet diuina benignitate. Igitur hæc disserturus prius radicem bonorum proponit, ita dicens: *Charitas, gaudium, pax, lenitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, temperantia, aduersus huiusmodi non est lex.* Quid enim aliquis præcipiat illi qui omnia in se habet, etiam perfectam philosophiæ magistratam charitatem? Quemadmodum enim equi freno morigeri, omniaque ex sese facientes, non opus habent scutica: sic & anima quæ impulsu spiritus recta facit, non eget admonitrice lege. Cæterum hic quoque legem valde mirabiliter deiecit, non ut malam, sed ut inferiorē philosophiam quam dat spiritus. *Qui vero sunt Christi, carnem crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis.* Etenim ne dicerent, & quis est istiusmodi? ex factis ostendit qui sint qui talia præstāt, rursus hic carnem appellat malefactam. Non enim sanam carnem sustulerat, alioqui quomodo viueret? Nam quod crucifixum est, mortuum est & inefficax. Sed perfectam indicat philosophiam. Siquidem concupiscentiæ quauis obturbant, in cassum rapiunt. Quoniam igitur tanta vis est spiritus, illi viuamus, illo contenti simus. Et hoc declaras subdit: *Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus.* Hoc est, contenti simus spiritus vi, neque requiramus legis accessionem. Mox ostendens eos qui circuncisionem inducebant, id ambitionis gratia facere, ait: *Ne efficiamur inanis gloriæ cupidi, quæ est causa omnium malorum, nos inuicem prouocantes.* Hoc in contentiones & concertationes dictum est. *Inuicem inuidentes.* Siquidem ex inanis gloriæ studio nascitur inuidia, rursus ex inuidia hæc innumera mala. *Fratres etiam si præuentus fuerit homo.* Quoniam increpationis prætextu vlciscebatur suas cupiditates, videbanturque id facere propter delicta corrigenda, quæ verba studebant suam dominandi cupiditatē stabilire, ait: *Fratres si etiam præuentus fuerit. Non dicit, si fecerit: sed si præuentus fuerit, hoc est, si abreptus.* *Vos qui spirituales estis, instaurate talē.* Non dixit, punite, aut condemnate: sed, instaurate, hoc est, corrigite. Ne hic quidem constitit, verum ut ostenderet eos vehementer mites esse oportere erga eos qui supplāterentur, ita subiicit: *In spiritu mansuetudinis.* Non dixit, in mansuetudine: sed, in spiritu mansuetudinis, declarat hæc etiam spiritui placere, quippe quum hoc ipsum posse cum humanitate corrigere peccates, doni sit spiritualis. deinde ne qui corrigital terum, efferatur animo, & ipsum eidem timori subiicit, ita loquens: *Considerans te ipsum, ne & tu veteris.* Quemadmodum enim diuites sportulas mittunt egētibus, quod siquādo & ipsi in egestatem inciderint, eadem ab aliis consequantur: sic & nobis est faciendum. Quapropter & causam necessariam memorat, ita loquens: *Considerans te ipsum, ne & tu tenteris.* Simul excusat eum qui peccauit: primum ita dicens: *Quauis præuentus fuerit.* Deinde vox illa multam declarat infirmitatem, dum usurpat pronomen, tu, ita loquens, ne & tu tenteris. Quod igitur dicit, tale est: *Corrige fratrem si præuentus fuerit, sed cum mansuetudine, dæmonis incurfionem, accusans magis quam animi negligentiam.*

nam. *Alij aliorum onera inuicem portate.* Quoniam fieri non potest, ut homo viuat absque defectu, admonet ne rigidi sint expēsores alienorum delictorum, sed tolerent etiam proximorum defectus, ut & ipsorum delicta tolerantur ab aliis. Sicut enim in structura domus non omnes lapides eundem habent locum, sed hic quidem in angulum est accommodus, ad fundamenta non item: ille contra, ad fundamenta comodus est, non item ad angulum: iridem sane est in corpore, quod est ecclesia. Quin & in nostra carne licet idē cernere, at tamen aliud membrum ab alio toleratur, nec ab omnibus omnia requirimus. Nam ex comuni facta collectio, & corpus & ædificiū constituit. *Et sic adimplete legem Christi.* Non dixit *ἀπαλώσατε*, id est, implete: sed, *ἀπαλώσατε*, hoc est, simul omnes implete, vos inuicem ferendo. Velut ille est iracundus, tu somnolētus. Tolerat igitur illius acrem imperiū, ut vicissim ille tuā ferat segnitie: Ita fiet, ut nec ille peccet, dum abs te toleratur: neque tu, dum in his in quibus molestus es, sustineris à fratre tuo. Ad hunc autem modum vobis inuicem, ubi lapsus imminet periculum, manum porrigentes, mutuis officiis implete legem, sic ut unusquisque quod proximo deest, sua tolerantia suppleat. Porro nisi sic egeritis, sed quisque proximi vitam tēdat excutere, nunquam inter vos fiet quicquam eorum que fieri decet. Ut enim in corpore si quis ab omnibus meis eundem postulet usum, nunquam cōstitit corpus: sic & inter fratres graue bellum erit, si ab omnibus omnia requirimus. *Etenim si quis videtur aliquid esse, quum nihil sit, seipsum decipit.* Hic rursus arrogantiam spectat. *Qui sibi videtur esse aliquid, nihil est, primum suæ vilitatis argumentum edens, talem morum leuitatem.* *Sed suum opus probet unusquisque.* Hic ostendit quod oportet nos vite nostræ expēsores esse, nec leuiter, sed exacta cura pbare quæ nobis gesta sunt: videlicet, fecisti boni quidpiam, cōsidera ne forte propter inanem gloriam, ne propter necessitatē, ne in odium, ne per simulationem, ne ob aliam aliquam causam humanam. Sicut enim aurum videtur quidem esse splendidum priusquam mittatur in fornacem: verum ubi traditum fuerit igni, tum vero certò dignoscitur, eo quod adulterinum est, ab eo quod est syncerum, separato: Sic & nostra opera ubi diligenter examinaueris, tum euidenter retegētur, videbimurque nos ipsos multis criminibus obnoxios esse. *Et tunc in seipso tantum gloriam habebit, & non in altero.* Hæc dicit non veluti legem præscribens ut fiat, sed illis obsecūdans, perinde ac si dixisset, Absurdum quidem est gloriari: quod si porro gloriari vis, ne gloriaris aduersus proximū, ut ille Pharisæus. Nã qui hoc didicerit, is & ab illo facile abstinebit. Quapropter etiam illud concessit, ut paulatim totum eximeret. Nam qui cōsuērit in seipso tantum habere gloriam, & non aduersus alios, statim & hunc defectum corriget. Nam qui non existimat se cæteris meliorem, quandoquidem hoc est quod dicit, non in alterum, sed semetipsum apud sese examinat, etiã si gloriatur, desinet tamē id facere in posterum. Atque ut intelligas eum hoc velle docere, vide ut illum metu cōhibet, superius dicendo: *Probet suum opus: hic addendo, Unusquisque enim suum onus portabit.* Videtur quidem proponere rationem quæ verat gloriari aduersus alium, sed corrigat gloriantem, ne sibi placeat, reuocans illum ad priorum delictorum considerationem, dum onus nominat, & sarcinam gestationis meminit, premēs illi conscientiam. *Communicet autem is qui instituitur sermone, ei*

qui instituit, in omnibus bonis. Hic iam de doctoribus loquitur, vult enim illos diligenter curari ab his quos institunt. Et quomobrem Christus hoc ita præscripsit, (nam in nouo testamento lex hæc posita est, & qui cuiusgelium prædicant, ex euangelio viuunt) & in veteri similitur multi prouentus erant Leuitis è subditis. Cui igitur gratia sic hæc constituit, sed prius substrato modestiæ & charitatis fundamentis? Quoniam etiam doctoralis autoritas frequenter inflat ea præditos, cohibens doctoris spiritum, constituit illum in hac necessitate, ut opus habeat discipulis: & his rursus præbet occasionem, ut faciliores reddantur ad beneuolentiam, exercēs eos per beneuolentiam erga doctores, ut & erga cæteros sint mansuetiores, quæ res non mediocriter charitatē excitauit in vtraque parte. Alioqui nisi hoc esset quod dixi, quæ ob causam deus, qui ingratos Iudeos manna aluit, apostolos in mendicorum deiecit necessitatem? An non perspicuum est, quod hinc magna pararet bona, modestiam & charitatem? Et ne puerderet discipulos, sed subditos esse probro obnoxios. Probrum enim esse videtur, petere. At iam non videbatur, quum idē palam omnique cum libertate faceret doctores. Itaque non mediocrem fructum & hinc tulere discipuli, dum per hæc docentur gloriam omnem despiciere. Idcirco dicit: *Communicet autem qui instituitur in sermone, ei qui instituit, in omnibus bonis:* Hoc est, omnem in illum exhibeat liberalitatem. Hoc enim innuens dicebat, in omnibus bonis. Nihil, inquit, discipuli proprium est, sed omnia communia, quippe qui maiora quàm dat accipit, atque hoc maiora, quod præstabiliora sunt cœlestia terrenis. Quod & alibi significans, ait: *Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnū est si nos vestra carnalia metamus: Eoque negotium hoc appellat communicationem, indicans fieri repensationem.* Ex hoc vero charitas quoque redditur feruentior, multoque firmior. Itaque si doctor quærit quod naturæ fatis est, nihilo minus accipiens manet in sua dignitate: quādoquidem & hoc laudi dandum est, doctorem sic assequi esse ministerio sermonis, ut cæteris egeat, altissimamque labore inopia, contentēs omnia que ad victus necessitatem pertinent. Quod si modum transgressus fuerit, corrumpit suam dignitatē, non eò quod accipit, sed quod præter modum. Post hæc ne doctoris improba vita segniorem ad hæc redderet discipulum, eumque pauperem frequenter prætercurreret ob mores malos, pergat ac dicit: *Bonum autem facientes non defatigamur.* Hic ostendit discrimen ambitionis huiusmodi, & eius qui incumbit rebus temporariis, ita dicens: *Ne erretis, deus non irridetur, quidquid enim seminauerit homo, hoc & metet. Nã qui seminat in carne sua, ex carne sua metet corruptionem. Qui vero seminat in spiritu, spiritu metet vitam eternam.* Quæadmodum enim in semete, qui seminat, non potest ex hordeo metere triticum, eò quod oporteat & sementem & messem eiusdem esse generis: sic & in operibus. Qui in carne deposuerit delicias, temulentiam, concupiscentiam absurdam, quæ hinc proueniunt, metet. Quæ autem sunt ista? supplicium, vltio, probrum, risus, corruptio. Siquidem mensarum sumptuosarum & condimentorum nullus alius prouentus est quàm corruptio. Nam simul & ipsa corrumpuntur, & corrumpunt corpus. Quæ vero sunt spiritus, haud sunt eiusmodi, sed his omnibus omnino diuersa. Cōsidera verò, seminasti eleemosynam, manet te thesauri cœlestes, gloria: & sempiterna. Seminasti pudicitiam, excipiet te honor & brabium, & ab angelis gratulationes, & ab agno-





ate notū faciā mysteriū Euangelij, pro quo legatione fungor in catena. Abundat autē, vt dixi, vehementer sublimibus & excellētibus sensibus. Nam quæ ferè nusquā loquutus est hic loquitur, vtpote cū dicit: Vt nota fiat principatibus ac potestatibus in cœlestibus per ecclesiā multiformis sapiētia dei. Et iterū: Excitauit, & simul cum eo sedere fecit inter cœlestes. Et: Quod aliis generationibus nō est manifestū, sicut nunc reuelatū est sanctis ipsius Apostolis ac prophetis in spiritu, nimirū quæ gentes cohæredes sunt & eiusdem corporis, confortēsque hæreditatis ipsius in Christo.

† conuersi sunt.

Cap. 3.

### DIUI IOANNIS

CHRYSOSTOMI, ARCHIEPISCOPI Constantinopolitani enarratio in epistola ad Ephesios, V. wolfgango Musculo interprete. Homilia prima.

Cap. 1.



AVLV S apostolus Iesu Christi, per voluntatem dei, sanctus qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu. Gratia vobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Vide illud (per) deo patri tribuit. Quid igitur? Minorem illū dicemus? Nequaquā. Sanctis, inquit, qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu. Ecce sanctos vocat viros, & liberos habentes, & vxores & famulos, atque istud ex fine liquet epistolæ, & quando dicit: Mulieres propriis viris subditæ estote. Et rursus filij obedite patribus vestris. Et: Serui obedite dominis. Consideremus autem quāta nunc obtineat socordia, quomodo quæ virtutis sunt rarefiant, quantāque tum temporis copia fuerit eorum qui virtuti studebant, ita vt & mūdani homines sancti ac fideles vocarētur. Gratia vobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo.

Notat Arrianos.

Infr. 5. e & 6. a

Gala. 4. b

Gratiam vbi dixit, mox deum patrem vocauit. Nam istud gratiæ huius signum est. Quomodo? Audi ipsum alibi dicentem: Quoniam filij estis, misit deus spiritū filij sui clamantem, Abba pater. Et domino Iesu Christo. Nostri quippe gratia Christus factus est & in carnem venit. Benedictus deus, inquit, & pater domini nostri Iesu Christi. Ecce deus incarnati, si vero nobis, at verbi dei pater. Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in cœlestibus, in Christo. Iudaicam benedictionem hic notat. Nam & illa benedictio quidem erat, sed non spiritualis. Quale est quod legimus: Benedicat te deus, & benedicit filios vteri tui, benedicit introitum tuum, & exitum tuum. Hic vero non ita. Sed quid? In omni benedictione spirituali. Quid enim adhuc desideras? Immortalis factus es, factus es liber, factus es filius, iustus es factus, factus es frater, factus es cohæres, simus regnas, simul glorificatus es, omnia tibi gratuito data sunt. Quomodo, inquit, non & omnia nobis cū ipso largietur? Primitiæ tuæ adorantur ab angelis, à Cherubim, à Seraphim, Quid quæris amplius? In omni benedictione spirituali. Nihil hic carnale. Propterea omnia illa exemit Christus, cum diceret: Tribulationem habebitis in mundo, vt ad ista nos subduceret. Quemadmodum enim qui carnalia complectuntur, spiritualia ne audire quidem possunt, tita spiritualia possidentes, frui nequeunt illis, nisi carnalibus prius abstineant. Quid est spiritualis bene-

Num. 6. Deut. 7

Rom. 8. f

Ioan. 6. † sic qui spiritualia sectantur, illa sequi nequeunt.

dictio in cœlestibus? Non in terris, inquit, quemadmodum apud Iudæos legimus, nempe, Bona terra comedetis, terram ingrediemini fluentem melle & lacte, benedicet deus terram tuam. Hic vero nihil tale, sed quid? Qui diligit me, præcepta mea seruabit, & ego & pater ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui audit sermones meos hosce, illōque facit, comparabitur viro prudenti, qui domum suam supra petram ædificauit, & flauerūt venti, & uenerunt flumina, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. Fundata enim erat supra petram. Petra vero illa quæ est, nisi res spirituales, omni mutatione superiores? Quisquis enim, inquit, confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego ipsum corā patre meo in cœlis. Et quisquis negauerit me, negabo ipsum & ego. Et iterum: Beati mūdo corde, quoniam ipsi deū videbunt. Et rursus: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Item: Beati estis persecutionem ferentes iustitiæ gratia, quoniam merces vestra multa est in cœlis. Vides vbiq; cœlos, nusquam terram, neq; quæ sunt in terra? Et iterum: Nostra conuersatio in cœlis est, vnde & saluatorem expectamus dominum Iesum. Item: Nō quæ super terram sed quæ in cœlis sunt sapientes. In Christo Iesu. Hoc est: Quæ sunt per Christum Iesum. Non erat per Mo-

sem ista benedictio. Itaque non solum benedictionis qualitate, sed & ipso mediatore nos excellimus. Quæ admodum & in ea quæ ad Hebræos est dicit, Et Moses quidē fidelis erat in omni domo ipsius, veluti minister, in testimonium dicendorum: Christus vero tanquam filius supra domum suam, cuius domus sumus nos. Quemadmodum & elegit nos in ipso, antequam fundaretur mundus, vt effemus sancti & irreprehensibiles coram illo. Quod autem dicit, huiusmodi est: per quem benedixit nos, per hunc & elegit. Ipse igitur illic omnia illa nobis dabit. Ipse iudex est, qui dicit: Venite benedicti patris mei, possidete hereditario regnum à fundato mundo vobis præparatum. Et iterum, Vbi ego sum, volo vt illic & ipsi sint. Et in omnibus ferè epistolis diligenter istud ostendit. nimirum non esse recentiora quæ nobis obueniunt, sed ab initio diuinitus præfigurata, neque esse ex pœnitentia, sed ita dispensata ac præfinita, idque multa prouidentia. Quid est autem, elegit nos in ipso? Per fidem quæ in ipsum esset, istud Christus, antequam nasceremur, disposuit, imò priusquam orbis fundamenta iacerētur. Et bene est quod dicit, antequam fundaretur mundus, veluti ab altitudine quapiam magna iacto fundamento fundatum esse ostendens. Magna quippe & ineffabilis est altitudo dei, non loci ratione, sed recessu naturæ: multumque discriminis est inter opificem & opificium. Erubescant hæretici ista audientes. Ad quid autē elegit? Vt effemus sancti atq; irreprehensibiles coram ipso. Itaq; ne putes, quoniam elegit, solam sufficere fidem, & vitam adiicit: Propterea elegit, inquit, & ad hoc, vt sancti simus atque irreprehensibiles. Elegerat aliquando & Iudæos. [Qualis est hic populus inquit, quem elegit ex Gentibus?] Quod si homines si quando eligunt, optima sibi deligunt, multo magis deus. Eligi vero & diuinæ benignitatis indicium est, & virtutis eorum qui eliguntur. Omnino siquidem probatos elegit. Sanctos nos ipse fecit: verum oportet vt sancti maneamus. Sanctus autem est, qui fidei confors est, † immaculatus vero, qui vitam habet irreprehensibilem. Rursus sanctimoniam, &

quædam in-  
culpatus, ipso  
irreprehensibilis.  
At tales nō querit, sed quales ppheta dicit? Et secundum puritatē manū mearum. Quam? In conspectu, inquit, oculorū eius. Sanctimoniam querit quam videat oculus dei: siquidē & taliū acta recte facta sunt. Rursus ad gratiam ipse redit. Neq; enim in laboribus, sed ex dilectione est: imò neq; ex dilectione solū, sed & ex nostra quoq; virtute. Nam si ex sola esset dilectione, oporteret omnes saluari. Rursus si ex sola nostra virtute esset, superfluis fuisset & Christi aduentus, & quæcunq; per illum dispensata sunt. Itaq; neq; ex sola dilectione, neq; ex sola nostra virtute est, sed ex vtriusq;. Elegit enim nos, inquit, eligens vero nouit quid eligat. (in dilectione, inquit, prædestinans nos) Sed neminem vtiq; sua virtus saluauit, dilectione dei nō existēte. Dicas enim velim, quid Paulus profecisset, quidq; designasset egregij, nisi illū Christus quoque è supernis vocasset, diligēdoq; ad seipsum traxisset? Alioqui & hoc dilectionis est, nō nostræ virtutis, quæ tantis nos rebus dignatus est. Virtuti quippe deditos nos fieri, ac credere, accederēque, & hoc ipsum quidē vocantis erat. Veruntamen simul & nostrum. Quod vero tātis honoribus accedētes afficit, vt mox ex inimicitia in adoptionē filiorū dei transferat, excellentis reuera dilectionis est. In dilectione, inquit, prædestinans nos, vt adoptaret in filios per Iesum Christū in ipsum. Vides quomodo nihil geratur sine Christo? Quomodo nihil sine patre? Ille prædestinauit, iste adduxit. Et hæc ideo ponit, vt quæ facta sunt extollat, quæ admodum & alibi dicit: Non solū autem, sed & gloriamur per dominū nostrum Iesum Christum. Nam magna quidem sunt quæ data sunt, multo vero maiora ex eo fiunt quæ per Christum traduntur, quod non seruorum quempiam ad seruos, sed ipsum vnigenitum misit. Iuxta beneplacitū, inquit, voluntatis suæ. Hoc est, propterea quod vehementer hoc vult, concupiscentia eius, vt ita dicam, ista est. Vbiq; siquidē beneplacitū, præcipua voluntas est. Nam & alia quædam voluntas est, exempli gratia, prima est voluntas illa, qua eos perire non vult, qui peccauerant. Secunda vero, qua perduntur qui mali facti sunt. Nam non necessitas quædam illos punit, sed voluntas. Tale quid & in ipso Paulo videre est, vt quando dicit, volo omnes homines esse sicut ego sum. Rursus, volo iuniores nubere, filios gignere. Beneplacitū igitur primariā voluntatem dicit, vehementer scilicet, & quæ cū desiderio & concupiscentia sit, quā habet erga nos. Neq; enim vel \* impuriorem dictionem, perspicuitatis gratia, vsurpare recusabo. Quod nos dicimus ad simpliciorū persuasionē & confirmationē & ad nostram quoq; persuasionē, hoc est, vehementer concupiscit, vehementer desiderat nostrā salutē. Quamobrē ita diligit? Solius scilicet bonitatis suæ gratia. Gratia siquidē, bonitas est. Propterea dicit: In adoptionē filiorū nos prædestinauit volēs, idque vehementer volēs, ad hoc vt conspicua reddatur gratiæ suæ gloria. Iuxta beneplacitū, inquit, voluntatis suæ, vt laudetur gloria gratiæ suæ quæ charos reddidit nos in dilecto. Vt pbetur inquit, gloria gratiæ, in qua charos nos reddidit in dilecto. Itaq; ad hoc gratiā suā impendit, ad laudē videlicet gloriæ gratiæ suæ: & vt ostēdat gratiā suam, manēs in illa: vt laudetur, inquit, gloria gratiæ suæ, vt sint qui laudent, qui glorificent, nos, angeli,

Tomus quartus.

archāgeli, imò omnis creatura. Et quid tū? Nihil: numē enim nullius eget. Cuius ergo gratia vult à nobis prædicari & glorificari? Ad hoc scilicet, vt feruētior nobis in ipsum dilectio innascatur. Nihil enim desiderat eorum quæ apud nos sunt, nisi solā nostram salutem, non ministerium, non gloriā, aut aliud quippiā. & huius gratia nihil nō facit. Is enim qui gratiā sibi factam laudat ac stupet, & attentior erit & diligentior. Qua gratiosos nos reddidit, inquit: Nō dixit, quā largitus est, sed qua gratiosos nos reddidit. Hoc est: Nō solū peccatis liberauit, sed & dilectos amicos effecit. Quemadmodū enim si quis scabiosum quendam, peste, morbo, senio, paupertate pariter ac fame corruptū nactus, formosum mox adolēcentem reddat, qui quosuis venustate superet, vehementer splendorem ex genis emittat, ipsaq; fulgura oculorū repercussionibus obscuret, quæ deinde & in ipsum ætatis florem constituat, atq; insuper & purpura, & omnigeno mūdo vestiat atq; diademate exornet: nō aliter animā nostrā deus & elaboratā & pulchram, & desiderabilē ac dilectā reddidit. Nam & angeli & archangeli, & omnes sancti, ad huiusmodi animam introspicere desiderāt. Ita videlicet nos & gratiosissimos fecit & sibi ipsi desiderabiles. Concupiscet enim, inquit, rex speciē tuā. Vide quippe quā ante istā gratiā nociua, & quæ nunc gratiosa loquamur. Iam nō amplius diuitias, non amplius quæ in hoc seculo, sed cœlestia & quæ in cœlis sunt admiramur. Nunquid gratiosum hunc dicimus puerulum, qui cum corpusculi elegātia, multā etiam in verbis gratiā habet? Tales scilicet sūt fideles. Vide qualia loquātur initiati. Quid huiusmodi ore poterit esse gratiosus, quæ & admiranda loquitur, & mūdo corde, mundisq; labijs mysticæ huius mēlæ communionē multa animi claritate simul & fiducia sumit? Quid gratiosus his verbis, quibus diabolo renūciamus, quibus Christo nomē damus? Quid iucūdius illa cōfessione quæ & ante & post lauacrum fit? Consideremus quot nostrū sint, qui baptismū corrupimus, ingemiscamūsque, quatenus ipsum denuo recipere liceat. Per dilectū, inquit, in quo habemus redemptionē per sanguinē ipsius. Quomodo? Non solum quod filium dedit, admirandum est, sed & quod ita dedit, vt occiderit ipsum dilectum. Multa hic excellentia. Dilectū pro exosis dedit. Vide quāto honore nos adfecerit. Si cum ipsum odio prosequeremur, inimicūque eramus, dilectum dedit, quid deinceps non faciet, posteaquam illi per gratiā reconciliati sumus? Remissionem, inquit, peccatorum. † Ad inferiora descendit adoptionem primum, & sanctimoniam, & quæ irreprehensibiles nos esse oporteat, ponens, & tū demum passionem: non minuens neque à magnis ad modica sermonē deducens, sed à modicis ad magna ascendens. Nihil enim ita magnū est atq; sanguinē dei pro nobis effundi. Adoptione etiā aliisque donis omnibus maius est, quod neq; filio pepercit. Magnum est quod peccata remissa sunt, sed maius est, quod per sanguinē dominicum remissa sunt. Quod enim istud reliquis omnibus multo sit maius, vide quomodo & hic succinuerit, dicens: Iuxta diuitias gratiæ suæ, de qua vbertim nobis impartiuit. Nam diuitiæ quidem sunt & illæ, multo vero magis istæ. De qua vbertim, inquit, nobis impartiuit. Et diuitiæ, & effusæ. Hoc scilicet est vbertim impartiuit. Nequit sermone comprehendī, quibus beneficiis affecti & honorati simus. Diuitiæ siquidem hic etiam exuberantes sunt. Ad hæc & ad exuberantiam illas dedit. Diuitiæ exuberantes, non hominum.

Tomus quartus.



num, sed dei, ita ut omnino immensa dici debeant. *In omni sapientia & prudentia patfacto nobis arcano voluntatis sue.* Hoc est, sapientes ac prudentes efficiens, veram dedit & sapientiam & prudentiam. Papè, quanta dilectio. Nam mysteria sua nobis ostendit. *Voluntatis sue,* inquit. Quasi dicas: Secreta cordis sui nobis manifestavit. Nam hoc est mysterium quod & omni sapientia refertum est & prudentia. Quid enim hac sapientia maius quæres? Qui nullius planè momenti erant, istos reperit quomodo ad diuitias eueheret. Quidnã poterit egregie huic solerti cõferri? inimicus & exosus cõfessit sublimis redditur. Et istud non solũ, sed & in hoc tẽpore, quod & ipsum sapientiẽ erat. Longo enĩ sermone hic opus esset: quomodo & illud quod per crucẽ res ista facta est, sapientiã fuerit, & quomodo rursus sapientes nos reddiderit. *Iuxta beneplacitum suum, quod proposuerat in ipso.* Hoc est: hoc concupiuit, hoc parturiit. Vtinã esset, qui mysterium istud nobis edicere posset. Quale vero istud est? Quod hominẽ in sublimi sedere vult. Istud autem vult. *Ad dispensationem plenitudinis tẽporũ, ut summam instauraret omnia in Christo tã quã in cœlis sunt, quã quã in terra, in ipso.* Auulsa, inquit, à terrenis erãt cœlestia. Nõ habebant vnũ caput. Nam iuxta creationis quidẽ rationẽ, deus vnus erat, iuxta vero domesticam obedientiam, non erat, errore gentili nusquam non diffuso, sed abalienati erant ab ipso obedientia. Ad dispensationem, inquit, plenitudinis tẽporum. Idem vocat plenitudinẽ temporum. Vide quã diligenter loquatur. Principium quidem, propositũ, consiliũ, primum motum ab ipso patre esse: plenitudinẽ vero, quã operum est, per Christum fieri demonstrat, nusquam ipsum ministrum nominãs. Elegit nos, inquit, in ipso, prãdestinãs nos in adoptionẽ filiorum per Christum Iesum in ipsum, & in laudẽ gloriã gratiã suã, in quo habemus redẽptionẽ, per sanguinẽ ipsius, quam proposuerat in ipso, ad dispensationem plenitudinis temporum, ut summam instauraret oĩa in Christo: atq; ita nullo modo ministrũ ipsum esse dixit. Si vero, in, & per, \* ministri sunt, vide vbi rem istã inuertat. Mox enim atq; epistolam esset exorsus, per voluntatẽ, inquit, patris. Pater voluit, inquit, filius \* inoperatus est. Sed neque filius extra operationem atq; efficaciam ob id est, q; pater voluit, neq; pater voluntate sua priuatus est, q; filius rem ipsã perfecit: sed omnia pariter & patri & filio communia sunt. Nam omnia mea, inquit, tua, & quã tua, mea sunt. Plenitudo vero temporũ aduẽtus erat ipsius. Quoniã igitur nihil non tẽtauerat cũ per angelos tũ per prophetas ac legẽ, nihilo vero res melius habuerat, sed eo periculi venerat, ut frustra factus esset homo, frustra productus: imò ad malũ etiã, omnibus in vniuersum perditis, idq; magis q̃ in diluuiõ: dispensationẽ hanc, quã per charitatẽ esset, inuenit, ne frustra & inaniter factus esset homo. Plenitudinẽ etiam hanc temporũ, sapientiam dei dicit, qua genus humanum tum saluauit, quando potissimum perituum erat. Ut summam instauraret, inquit. Quid est *ανακαταλίσσει*? Coptari. Sed demus operam ut veritate ipsam propius accedamus. Nam apud nos quidem, & cõmuni vsũ, *ανακαταλίσσει* dicitur, quando quã longo sermonis tractu fuse dicta sunt, in cõpendium ac breuem summam contrahuntur, atq; omnia quã copiose dicta sunt, breuiter dicuntur. Atque id etiam hic est. Nam quã longo tẽpore dispẽfata sunt, in ipso summam resumpsit, hoc est, abbreviauit (ser-

monẽ enim, inquit, consummans & abbrevians in iustitia) & illa cõplexus est, & alia adiecit: hoc est scilicet summaria abbreviatio. Quin & aliud quippiã hic manifestauit. Vnũ omnibus posuit caput, nepe Christum secundũ carnem, omnibus, inquam, & angelis & hominibus. Hoc est, alium dederat angelis principatum, & aliũ hominibus. Illis quidẽ quod secundum carnẽ est, istis vero verbum deum. Quemadmodum si quis de domo quapiã partim quidẽ marcidẽ partim vero robuste habẽte, diceret: Domũ hãc iste restaurauit, hoc est, firmiorẽ fecit, firmius fundamentum supposuit: ita & hic deus sub vnũ caput reduxit oēs. Nam ad hunc modum utiq; fit vnio, ad hunc modũ fit fortis coaptatio, quando sub vnũ caput omnia coacta insolubili quodã & inuictõ nodo cõsuperis continentur. Tanto itaque dono, tanto honore, tantãque benignitate cum dignatus nos sit deus, ne dedecoremus benefactorem, ne tantã gratiam inanem reddamus, vitam angelicã, angelicam planè oro ac supplico virtutem & cõuersationem ostẽdamus, quatenus non ad iudicium neque ad condemnationem omnia ista nobis fiant, sed ad fruitionẽ bonorum: quã contingat nos omnes consequi gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi &c.

Homilia ij.

**I**n quo & in sorte asciti sumus, prãdestinati secundũ propositũ ipsius cuius virtute sũt vniuersa, iuxta cõsiliũ filii voluntatis ipsius, ut sumus nos in laudem gloriã ipsius, qui priores sperauimus in Christo, in quo & vos, audito verbo veritatis Euãgelio salutis vestrã, in quo etiã posteaquam credidistis, ob signati estis spiritu promissionis sancto, qui est arrabõ hereditatis nostrã in redemptionem acquisitã possessionis, in laudẽ gloriã ipsius. Vbiq; Paulus ineffabilẽ erga nos dei bonitatẽ quantum potuit, conspicuam facere satagit. Quod enĩ exacte hoc fieri prorsus impossibile sit, audi quid ipse dicat: O altitudo diuitiarum sapientiẽ ac sciẽtiã dei: quã inscrutabilia sunt iudicia ipsius, & imperuestigabiles viẽ ipsius: verũtamen quoad licet, ostẽdit. Quid itaq; dicit? In quo & in sortem asciti sumus. Supra dixerat, elegit nos, hic dicit in sortem asciti sumus. At quoniã fors res est casus & euẽtus, nõ propositi liberi neq; virtutis: ignorantia quippe & euẽtum habet, atq; sepe numero relinquẽs qui virtuti student, eos in mediũ producit, qui nullius sunt momenti, vide quomodo istud corrigat. Prãdestinati, inquit, secundum propositũ ipsius, cuius virtute sũnt vniuersa, hoc est non temere, in sorte asciti sumus, quemadmodum neq; temere electi sumus. Deus enim est qui elegit, ita neq; temere in sortem asciti sumus (deus enim asciiuit) sed secundũ propositum. Istud & in epistola ad Romanos scribẽs dicit: Qui iuxta propositũ vocati sunt, quos vocauit, hos & iustificauit, quos iustificauit, hos & glorificauit. Quoniã primum dixerat qui iuxta propositum vocati sunt, volẽs simul prerogatiuam illã & prãcellentiam, qua erant ab aliis discreti manifestare, & sortẽ quoque adiecit: & ne liberam hic potestãtẽ auferat, id quod magis beatitudinis est, ponit. Sors enim non virtutis, sed, ut dicitur, euẽtus est: tanquam si diceret, missa sorte nos elegit: omnino vero iuxta delectum liberũmq; propositum prãdestinatos: hoc est, prãdestinauit quos sibi ipsi delegerat, iuxta quod nos vidit antequam in sortem ascisceremur. Admirãda siquidẽ est dei prãscientia, oĩa priusquã nascãtur cognoscẽs. Tu vero mihi contemplare quomodo nusquã non diligẽter in hoc sit, ut ostendat

ut ostendat res istas nõ ex pœnitẽtia priorum, sed ab initio diuinitus ad eum modum prãfiguratas esse, ut hac in re nequaquã simus Iudæis inferiores. Atq; huus gratia, prõq; re ista, oĩa facit. Quomodo igitur, dices, Christus ipse nõ est missus, nisi ad perditas oues domus Israël? Et rursus, discipulis dixit: in viã gentiũ ne abieritis: & in ciuitatẽ Samaritarum ne ingrediamini. Et ipse Paulus quoq; dixit: Vobis oportebat primum loqui sermonem dei, sed quoniam illum reiicitis, vósque ipsos vita æterna iudicatis indignos, ecce cõuertimur ad Gẽtes. Ista propterea dicitur, ne quis hoc putet velut obiter factum esse. Iuxta propositũ, inquit, ipsius: cuius virtute sũt vniuersa: secundũ consiliũ voluntatis ipsi: hoc est, nihil post ista operatũ est, omnibus mox ab initio dispositis. Ita ipse cũta iuxta consiliũ voluntatis suã inducit, ut non posteaquã Iudæi attẽdere noluerũt, propterea Gentes vocauerit, siue coactus ab illis siue impulsus. Ut sim⁹ nos, inquit, in laudẽ gloriã ipsi, qui priores sperauimus in Christo, in quo & vos, audito verbo veritatis Euãgelio salutis vestrẽ: hoc est, per quem. Vide Christum omniũ vbiq; causam esse, ac nequaquam illi nomẽ serui aut ministri tribui, quemadmodũ & alibi Hebræis scribens dicit: Olim loquẽs partibus in Prophetis, nouissimis dieb⁹ loquutus nobis est in filio, hoc est, per filium. Verbo, inquit, veritatis: non amplius typi, neq; imaginis. Euãgelio salutis vestrã. Bene vocat Euangelium, salutis Euangelium, partim ad legem, partim ad futurũ supplicium clanculum respiciens. Nihil enim aliud est prãdicatio, q̃ salutis Euãgelium, eo qd non amplius perdit eos, qui tamen ut perderẽtur digni essent. In quo etiam posteaquã credidistis, ob signati estis in spiritu promissionis sancto, qui est arrabõ hereditatis nostrã. Rursus multa prouidẽtiã finguntur, ob signari. Non solũ, inquam, prãdestinari, neq; solũ in sortem ascisci, sed & ob signari. Quemadmodũ enim si quis forte delectos manifestos faceret, ita & deus \* prãdestinauit, ad hoc, ut credãt: ob signauit ad hoc, ut ad futura hereditãda sorte asciscãtur. Vides quomodo tẽporis progressu celebres eos faciat? Nam donec in diuina prãsciẽtia detinebãtur, nemini erãt manifesti. Posteaquã vero ob signati sũt, manifesti quoq; facti sunt, sed non quemadmodum vos. \* Erũt enim prãter paucos manifesti. Ob signati sunt & Israëlita, sed circuncisione, quẽadmodum peccudes & si qua sunt ratione carẽtia. Ob signati sumus & nos, sed spiritu, utpote filij. Quid est spiritu promissionis? videlicet, qd spiritum iuxta promissionẽ accepimus. Duã siquidẽ sunt promissiones. Vna quidem per prophetas, altera vero à filio. Per prophetas, audi quid Ioel dicat: Effundã, inquit, de spiritu meo super omnem carnẽ, & prophetabunt filij vestri, filiaq; vestrẽ, & iuuenes vestri visiones videbũt, ac seniores vestri somnia somniabunt. Audi rursus Christũ dicentem: Et accipietis virtutem veniẽte super vos spiritu sancto, & eritis mihi testes nõ solũ Hierosolymis, sed & in vniuersa Iudẽa & Samaria, deniq; vsq; ad extrema terrẽ. Quãquã, inquit, oportuerit illi, velut deo, fidem habere, verũtamen non ex eo quicquã affirmat, sed non aliter rei certitudinẽ exquirat, quã si de homine negocium esset, quẽadmodum & in ea quã ad Hebræos est dicit: Vti per duas res immutabiles, in quibus impossibile est mentiri deũ, fortẽ haberemus consolationẽ: ita & hic euidentẽ indicium de rebus in futurũ promissis dedit, nimirum per ea quã iam da-

ta sunt, propterea istud & arrabonem vocat. Arrabõ quippe totius pars est. A nobis salutẽ nostram emit, atq; interea arrabonem nobis dedit. Quomobrẽ igitur non statim totum dedit? Quoniam scilicet neque nos dum totũ perfecimus, Credidimus. Principium hoc est. Ita & ipse arrabonẽ dedit. Quando fidem nostram ipsis operibus probatã reddiderimus, tũ totũ adiecit. Quin & aliud dedit preciũ, sanguinẽ propriũ, & aliud rursus promissit. Quemadmodum cum gẽtes bello inter se cõfigunt, obsides exhibent, ita & deus filium suum, atq; qui ex ipso est, spiritum sanctum, pacis ac fœderũ pignus dedit. Nam qui vere de spiritu Christi participant, optime illum hereditatis nostrã arrabonem esse sciunt. Talis erat Paulus, qui & hic ea quẽ in cœlis sunt gustauerat, atque ideo & festinabat & parturiebat, & vt pœnitentia relinquere daretur, anxie gemebat. Aliis siquidẽ oculis cõtemplabatur, omnem ad cœlestia & futura mētis acie transferens. Nihil in rebus ipsis communionis habes, atque ideo & à verbis excidis. Quòd si spiritus omnes, ut oportebat, cõsortes effemus, & cœlos utiq; contempleremur, & qui illic est, cœlestiũ statum. Arrabõ cuius est? Redẽptionis, acquisitionis. Tũ quippe pura ac plena erit redẽptio. Nam nunc quidem & in mũdo versamur, & multa humana accidunt, & cũ impiis sumus. Pura vero redẽptio tum est, quando neq; peccata fuerint, neq; affectus humani, neq; cum reliquis omnibus imixti fuerimus. At iam arrabonem accepimus. Nam alioqui & nũc à rebus terrenis defecimus. Non enim super terrã est cõuersatio nostra. Et iam extra terrena sumus. Etenim & iam aduenã sumus. *In laudem gloriã ipsius.* Indefinenter hoc ponit. Quomobrẽ: Sufficiens ac validum est ad persuadendum auditoribus. Nam siquidem nostri gratia, inquit, ista fecisset, sine hæsitatione utiq; non fuisset. Si vero propter seipsum, & vt bonitatẽ suam ostendat, veluti quoddam testimoniũ, causam ponit, qua ista nõ aliter fiant, quẽadmodum & apud Israëlitas sursum ac deorsum dici videmus, nepe. Fac nobis propter nomen tuũ. Et iterũ *psal. 108.* deus ipse. Faciã, inquit, propter me ipsum. Et Moyses, *Esã. 48.* fac nobis propter nomen tuũ, siquidem nullius alterius gratia facturus es. Hoc quippe auditores certos ac quietos facit, cognoscentes qd omnino deus propter suam bonitatẽ quicquid promiserit facturus sit. *Moralis exhortatio.*

Interea tamen ista audientes non socorditer agamus. Licet enĩ propter seipsum faciat, nihilominus tamen & quẽ nos cõcernunt exigit. Etenim si dicit, glorificantes me glorificabo, & qui contẽnunt me erunt ignobiles: cogitemus qd & quã nostra sunt quærat. Prãconium est gloriã ipsius, qd inimicos saluat, sed eos, qui posteaquam amici facti sunt, amici perseuerant. Quòd si ad priorem inimicitiam denuo fuerint relapsi, frustra & inaniter fient omnia. Non enim aliter est lauacrum, neq; altera rursus reconciliatio, sed terribilis quãdam expectatio iudicij, & ignis vehementia, qui deuoraturus est aduersarios. Nam si nos, etiam cum illi perpetuo inimici fuerimus, nihilominus honore dignaturus esset, ab inimicitia non cessaremus, & delicias, & peiores facti, & præsente iustitiã Sole excæcati. Non vides Solis radium oculos tuos aperientem, quã bonos illos, sanos, & acutos faciat? Veram tibi lucem ostẽdit & exhibuit. Quòd si fugiẽs ipsam, ad tenebras denuo cucurreris, quã habebis excusationem? quam veniam? Nullam *scilicet*

*† hoc concupiuit, hoc parturiit. Vtinã esset, qui mysterium istud nobis edicere posset. Quale vero istud est? Quod hominẽ in sublimi sedere vult. Istud autem vult. Ad dispensationem plenitudinis tẽporũ, ut summam instauraret omnia in Christo tã quã in cœlis sunt, quã quã in terra, in ipso. Auulsa, inquit, à terrenis erãt cœlestia. Nõ habebant vnũ caput. Nam iuxta creationis quidẽ rationẽ, deus vnus erat, iuxta vero domesticam obedientiam, non erat, errore gentili nusquam non diffuso, sed abalienati erant ab ipso obedientia. Ad dispensationem, inquit, plenitudinis tẽporum. Idem vocat plenitudinẽ temporum. Vide quã diligenter loquatur. Principium quidem, propositũ, consiliũ, primum motum ab ipso patre esse: plenitudinẽ vero, quã operum est, per Christum fieri demonstrat, nusquam ipsum ministrum nominãs. Elegit nos, inquit, in ipso, prãdestinãs nos in adoptionẽ filiorum per Christum Iesum in ipsum, & in laudẽ gloriã gratiã suã, in quo habemus redẽptionẽ, per sanguinẽ ipsius, quam proposuerat in ipso, ad dispensationem plenitudinis temporum, ut summam instauraret oĩa in Christo: atq; ita nullo modo ministrũ ipsum esse dixit. Si vero, in, & per, \* ministri sunt, vide vbi rem istã inuertat. Mox enim atq; epistolam esset exorsus, per voluntatẽ, inquit, patris. Pater voluit, inquit, filius \* inoperatus est. Sed neque filius extra operationem atq; efficaciam ob id est, q; pater voluit, neq; pater voluntate sua priuatus est, q; filius rem ipsã perfecit: sed omnia pariter & patri & filio communia sunt. Nam omnia mea, inquit, tua, & quã tua, mea sunt. Plenitudo vero temporũ aduẽtus erat ipsius. Quoniã igitur nihil non tẽtauerat cũ per angelos tũ per prophetas ac legẽ, nihilo vero res melius habuerat, sed eo periculi venerat, ut frustra factus esset homo, frustra productus: imò ad malũ etiã, omnibus in vniuersum perditis, idq; magis q̃ in diluuiõ: dispensationẽ hanc, quã per charitatẽ esset, inuenit, ne frustra & inaniter factus esset homo. Plenitudinẽ etiam hanc temporũ, sapientiam dei dicit, qua genus humanum tum saluauit, quando potissimum perituum erat. Ut summam instauraret, inquit. Quid est *ανακαταλίσσει*? Coptari. Sed demus operam ut veritate ipsam propius accedamus. Nam apud nos quidem, & cõmuni vsũ, *ανακαταλίσσει* dicitur, quando quã longo sermonis tractu fuse dicta sunt, in cõpendium ac breuem summam contrahuntur, atq; omnia quã copiose dicta sunt, breuiter dicuntur. Atque id etiam hic est. Nam quã longo tẽpore dispẽfata sunt, in ipso summam resumpsit, hoc est, abbreviauit (ser-*

*\* dictio per, diminutionem non denotat, cum etiã patri apponatur. \* effectus est. Rom. 9. f*

*† hoc concupiuit, hoc parturiit. Vtinã esset, qui mysterium istud nobis edicere posset. Quale vero istud est? Quod hominẽ in sublimi sedere vult. Istud autem vult. Ad dispensationem plenitudinis tẽporũ, ut summam instauraret omnia in Christo tã quã in cœlis sunt, quã quã in terra, in ipso. Auulsa, inquit, à terrenis erãt cœlestia. Nõ habebant vnũ caput. Nam iuxta creationis quidẽ rationẽ, deus vnus erat, iuxta vero domesticam obedientiam, non erat, errore gentili nusquam non diffuso, sed abalienati erant ab ipso obedientia. Ad dispensationem, inquit, plenitudinis tẽporum. Idem vocat plenitudinẽ temporum. Vide quã diligenter loquatur. Principium quidem, propositũ, consiliũ, primum motum ab ipso patre esse: plenitudinẽ vero, quã operum est, per Christum fieri demonstrat, nusquam ipsum ministrum nominãs. Elegit nos, inquit, in ipso, prãdestinãs nos in adoptionẽ filiorum per Christum Iesum in ipsum, & in laudẽ gloriã gratiã suã, in quo habemus redẽptionẽ, per sanguinẽ ipsius, quam proposuerat in ipso, ad dispensationem plenitudinis temporum, ut summam instauraret oĩa in Christo: atq; ita nullo modo ministrũ ipsum esse dixit. Si vero, in, & per, \* ministri sunt, vide vbi rem istã inuertat. Mox enim atq; epistolam esset exorsus, per voluntatẽ, inquit, patris. Pater voluit, inquit, filius \* inoperatus est. Sed neque filius extra operationem atq; efficaciam ob id est, q; pater voluit, neq; pater voluntate sua priuatus est, q; filius rem ipsã perfecit: sed omnia pariter & patri & filio communia sunt. Nam omnia mea, inquit, tua, & quã tua, mea sunt. Plenitudo vero temporũ aduẽtus erat ipsius. Quoniã igitur nihil non tẽtauerat cũ per angelos tũ per prophetas ac legẽ, nihilo vero res melius habuerat, sed eo periculi venerat, ut frustra factus esset homo, frustra productus: imò ad malũ etiã, omnibus in vniuersum perditis, idq; magis q̃ in diluuiõ: dispensationẽ hanc, quã per charitatẽ esset, inuenit, ne frustra & inaniter factus esset homo. Plenitudinẽ etiam hanc temporũ, sapientiam dei dicit, qua genus humanum tum saluauit, quando potissimum perituum erat. Ut summam instauraret, inquit. Quid est *ανακαταλίσσει*? Coptari. Sed demus operam ut veritate ipsam propius accedamus. Nam apud nos quidem, & cõmuni vsũ, *ανακαταλίσσει* dicitur, quando quã longo sermonis tractu fuse dicta sunt, in cõpendium ac breuem summam contrahuntur, atq; omnia quã copiose dicta sunt, breuiter dicuntur. Atque id etiam hic est. Nam quã longo tẽpore dispẽfata sunt, in ipso summam resumpsit, hoc est, abbreviauit (ser-*

*Arrabõ. Rom. 9. f. Heb. 6. & 10. f. Tomus quartus. E iij scilicet*

scilicet. Eset enim istud odij nefarij signū. Cū enim deum non noueras, illi repugnans veniam quomodo-  
 docunq; tādē aliquam adipisci valebas: posteaquā  
 vero ipsius bonitate & dulcediēm gustaueris, si rur-  
 sum eo relicto ad vomitum tuū reuertaris, nihil aliud  
 quā magni odij & contēptus signa prae te fers. Nō,  
 inquis, hoc est: sed ab ipsa natura cogor & impellor.  
 Christum enim diligo, à natura vero cogor. Quōd si  
 necessitatem & violentiā pateris, veniam habebis: si  
 vero per socordiam decidis, non item. Sed age, scru-  
 temur hoc ipsum, vtrum ex necessitate & violentia, an  
 ex socordia multaq; oscitantia, peccata committan-  
 tur. Non occidas, inquit. Quae est hic necessitas? quae  
 coactio? Itaq; non occidere, nullam habet violentiam.  
 Quis enim nostrum gladiū velit in guttur proxi-  
 mi sui immergere, cruentamq; facere dexterā? Nemo.  
 Vides q; contrario modo peccare magis sit coactio &  
 violentia? Indidit quippe magis naturae nostrae deus  
 hūc amorem, vt alius alium vicissim diligamus. Omne  
 siquidem animans, inquit, quod sibi simile est diligit,  
 & homo proximum suum. Vides q; ab ipsa natura  
 habeamus ad virtutē indita seminaria? Quae vero  
 malitiae sunt, praeter naturā sunt. Quod si illa magis  
 nobis obtinent, vtiq; segniciei nostrae indicium est.  
 Quid vero in adulterio? Quae hic necessitas impellit?  
 Certe, inquis, concupiscentiae tyrannis. Quamobrem  
 dic quae? An non licet vti propria vxore, tyrannidemq;  
 istam compescere? Sed amor, inquis, qui spem  
 me erga proximi vxorem corripuit. Neq; istud adhuc  
 violentiam habet. Amor enim non est necessitas. Nemo  
 ex necessitate, sed ex libero voluntatis proposito  
 suapte sponte amat. Cōmisceri, forte necessitatis  
 fuerit: cum illa vero vel illa, neq; necessitatis neq;  
 concupiscentiae res est, sed vanae gloriae, contumeliae,  
 deliciarumq; quae mensuram iustam excedant. Vtrum  
 enim dic quae? rationi consonum magis fuerit, eam  
 quae desponsatione tibi est obstricta, quaeq; in pro-  
 creatione liberorum confors est, talem habere quam  
 ames, an eam quae tibi nō ita est cognita? An ignoras,  
 q; ex consuetudine generatur amicitia? Itaq; non est  
 naturae peruersus hic amor. Nō culpo concupiscentiā  
 quae propter nuptias, liberorumq; generationem tra-  
 dita est, non propter adulteriū aut corruptelam. No-  
 runt & ipsae leges necessitate peccantibus ignoscere.  
 Imō nullum est peccatū ex necessitate, sed omnia ex  
 contemptu & incōtinentia fiunt. Naturā enim deus  
 non ita creauit, vt peccandi necessitatē habeat. Istud  
 quippe si esset, nulla fuisset vnquā peccatorū poena.  
 Neq; nos etenim in iudiciū vocamus, si qui ex neces-  
 sitate & violentia quicquam committūt, quāto minus  
 deus adeo benignus ac bonus? Sed quid furtum? Nū  
 necessitatē habet? vtiq; dices: siquidem istud rerum  
 penuria facit. Atqui rerū penuria magis ad laborem  
 quā ad furtum impellit. Contrarium itaq; paupertas  
 facit. Nam furtū segniciei est, paupertas vero non  
 segniciei, sed erga mendicos benignitatem gignere  
 solet. Itaq; & istud socordiae est, id quod hinc discas.  
 Vtrum enim, dic oro, difficilius ac molestius, noctu  
 peruigilem circuire, parietes perfodere, in tenebris  
 ambulare, animā in manibus habere, ad cadē instru-  
 ctum tremere, timorēq; emortuū esse, an quotidianis  
 laboribus intēru & securitate frui & libertate? Post-  
 rius hoc facile est, & quoniā facile est, plures hoc faci-  
 unt, quā illud. Vides q; iuxta naturā sit virtus, prae-  
 ter vero naturam malitia: quemadmodum se habent

† violentia  
 equidē est  
 aduersus  
 naturam  
 dum aliu  
 occidit.

Eccl. 13.

Animā  
 in manib  
 habere.

& morbus & sanitas? Mendacium autē & periurium  
 quam necessitatem habet? Nullam prorsus habet vel  
 necessitatem, vel violentiam, sed volūtarij mentimur,  
 & peieramus. Diffiditur nobis, inquis. Quoniā ita vo-  
 lumus. Licebat enim nos ita habere, vt magis nobis ex  
 vitae moribus q; ex iuramentis crederetur. Qui nanq;  
 fit, quae so, q; quibusdam iuratis etiam non credimus,  
 quosdam vero praeter iuramentum fide dignos arbi-  
 tramur? Vides quōd nequaquam opus sit iuramentis?  
 \* † Quod si quispiā quid loquitur, & ego illi sine iu-  
 ramēto credo, tu vero cū iuramēto, igitur superfluū  
 erit iurandum, & magis incredulitatis q; fidei indi-  
 cium. Nam ad iurandum facilem esse, non permittit  
 pietatis opinione habere. Itaq; qui maxime ac inde-  
 finenter iuramento vtitur, is nequaquam iuramenti ne-  
 cessarium habet vsum: qui vero nusquam illo vtitur,  
 is vfu illius fruitur. Vfus illius ad hoc est inquis, vt si  
 des asserenti fiat. Videmus vero eos, potissimum fidē  
 mereri, qui nihil iurant. Ac contumeliosum esse, quid?  
 Num necessitatē habet? Certē, inquis. Nā hic ira exa-  
 gitat & inflammat, mentēq; quiescere non patitur.  
 Contumeliam & violentiam inferre, nō ira est, o ho-  
 mo, sed pusillanimitatis. Quod si ira esset, nemo ho-  
 minū iratus euaderet, quin contumeliari cogeretur.  
 Irā habemus, nō vt contumelias proximo inferamus,  
 sed vt peccates cōuertamus, vt excitemur, ne socor-  
 de ac segnes simus. Ira nobis stimuli instar indita est,  
 vt dentibus etiā aduersus diabolū frendamus, vt ve-  
 hementes aduersus illū simus, nō vt alius contra aliū  
 inuicē stemus. Arma habemus, non vt nos ipsos mu-  
 tuo impugnemus, sed vt armatura aduersus hostē no-  
 strum vtamur. Iracundus es? Esto talis aduersus tua ip-  
 sius peccata, animā tuā obiurga, conscientiā tuam fla-  
 gella, esto vehemēs hic arbiter & amarus iudex pro-  
 priis peccatis. Hic videlicet sit irae fructus. Propterea  
 illā nobis indidit deus. Sed rapina ex necessitate est?  
 Nullo modo. Quae nāq; dic oro, aliena rapere neces-  
 sitas fuerit? quae violentia? Paupertas, inquis, hoc facit,  
 & inopia necessitatorū. Atqui propterea non debes ra-  
 pinā exercere. Nam tales diuitiae incertae sunt. Tu ve-  
 ro tales cōgregans, non aliter facis, q; si quis rogatus  
 cur in arenā aedificij sui fundamenta iaciat, respōdeat  
 ppter tēpestatis ac pluuiae metū. Atqui ob id ipsum  
 non debebat fundamentū in arenam locari. Nam ita  
 ventus ac nimbi mox illud subuertūt. Itaq; si ditesce-  
 re voles, neminē circūuenias. Si liberis tuis voles di-  
 uitias tradere, iustas acquire, siquidē tales vsipiā sunt  
 Illae quippe manēt, ac firmāe persistūt, Quae vero tales  
 non sunt, cōfessim pereūt, ac corrūpuntur. Ditescere  
 vis, oro, & quae aliorū sunt rapis? Atqui istud nō est di-  
 uitias habere, sed diuitias habere est, quae ppria sunt,  
 possidere. Qui vero aliena habet, diues vtiq; non est.  
 Alioqui & qui serica vēdunt indumēta, ab aliis acce-  
 pta, & abūdantiores & ditiores omnibus dicerentur.  
 Interea quippe dum vēdunt, illorū sunt. Et tamen il-  
 los propterea diuites non vocamus. Quāobrē? Quo-  
 niam aliena habent. Nam etiam si vestimēta illorum  
 sint, precium tamen illorū non est. Immo etiā si pre-  
 cium illorum sit, diuitiae tamen istae non sunt. Quod si  
 cōmissa illa commercia diuites non faciunt, eo q; illis  
 mox sit carendum, quomodo quae ex rapina sunt, fa-  
 cient? Si vero omnino ditescere cupis (res enim ista  
 necessaria non est) quānam in re cupis abundantior  
 esse? an in vitē lōgitudine? At qui ex rapto ditescunt,  
 modico plerunq; tempore durant. Nam sapenume-  
 ro rapinae

Loq; hic  
 in graui  
 corruptio  
 videtur  
 puto autē  
 sic legi p  
 se.  
 Quod si  
 ille talis  
 dixerit, &  
 vel iuramē  
 to creāda  
 rim, tibi  
 vero ne in  
 rato qui-  
 dem.  
 Ira vsq;

ro rapinae & imposturae poenas dat, mortē videlicet  
 immaturam, idq; ita vt possessis nisi breui momento  
 frui nō liceat, & abeuntes gehennā sortiuntur. Fit ve-  
 ro & hoc sepe, vt ex deliciis, laborib; & curis egritu-  
 dines sibiipsis cōsciscant, & pereāt. Velim cognosce-  
 re quānā ratione diuitiae tāto studio ab hominibus af-  
 fectētur, & quærātur. Atqui deus propterea mensurā  
 ac terminum naturae posuit, ne vel aliquā haberemus  
 diuitias affectandi necessitatē. Vtpote q; vno aut alte-  
 ro vestimēto corpus amicare iussit, ita vt nullus sit ad  
 regendū superfluum vsus. Vnde igitur sunt, & quōd  
 pertinet innumera illa vestimēta, à tinea etiā come-  
 sta? Definita est veteris mēsurā, vltra quā quicquid illi  
 fuerit datū, necessario omne viuū corrūpit. Ad quid  
 opus tot armentis, gregibus, carniūmq; maetationi-  
 bus? Vno tecto vtimur. Vt quid igitur tot porticus,  
 magnorūmq; sumptuū edificia: vt vulvres & gracū-  
 li habitēt, pauperes exuis? Quae nō gehēna digna sunt  
 ista? Et in loca sapenūmero quae ne viderunt quidē,  
 & columnas & lapides preciosos, & aedificia eximiē  
 splēdida fabricāt. Quid enim nō machinati sunt, quō  
 nec ipsis nec aliis frui licuit? Solitudo quippe eos il-  
 luc abire non permittit. Quin neque vel sic cessant.  
 Vides q; ista neq; quae stus gratia fiant, sed omniū ho-  
 rum stultitia & amentia vanaq; gloriae studium cau-  
 sa sit? Hanc obsecro fugiatis, vt & reliqua mala fuge-  
 re, & quae diligentibus deum bona promissa sunt in  
 Christo Iesu domino nostro, consequi valeamus.

Homilia iij.

Vaproppter & ego quū audissem ea quae apud vos est  
 fide in Christo Iesu, & dilectionē in omnes sanctos,  
 nō cesso gratias agere pro vobis, memoriā vestri faciēs  
 in orationibus meis, vt deus domini nostri Iesu Christi, pater glo-  
 ria, det vobis spiritum sapientiae & reuelationis, in agnitione ip-  
 sius, illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis quae sit spes voca-  
 tionis ipsius, & quae diuitiae gloriae hereditatis eius in sanctis, aut  
 quae sit excellens magnitudo potentiae ipsius in nos qui credimus.  
 Apostolicis visceribus nihil poterit comparari, compa-  
 sioni ac benignitati beati Pauli nihil vnquam fuit  
 quod par esset, qui omnes suas preces pro vrbibus ac  
 populis impendit, & istud est quod omnibus scribit,  
 nimirum: Gratias ago deo meo pro vobis, memoriā  
 vestri faciēs in precationibus meis. Cōsiderate quot  
 homines in mente habuerit, quorum vel meminisse  
 laboris fuerit, quorum videlicet & in precationibus  
 meminit, pro omnibus deo gratias agens, tanquam  
 qui maximis esset beneficiis affectus. Quapropter, in-  
 quit, hoc est, propter futurū, repositaq; recte creden-  
 tibus & viuētibus bona. Dignum quippe erat vt gra-  
 tias ageret, idque pro omnibus quae ab ipso humano  
 generi tam antē quā post ista subministrata sunt.  
 Merito quoq; & pro fide credentium gratias agebat.  
 Cum audiuissem, inquit, eam quae apud vos est, fidē  
 per Christum, & dilectionē in omnes sanctos. Vbi-  
 que fidem & charitatem admirabile quoddam iugū  
 coniungit & conglutinat. Non indigenas, inquit, so-  
 lum ac vernaculos, sed in omnes sanctos. Non cesso  
 gratias agere pro vobis, memoriā vestri faciēs in  
 orationibus meis. Quid precaris atque obsecras? Vt  
 deus domini nostri Iesu Christi, pater gloriae, det vobis  
 spiritum sapientiae ac reuelationis. Duo precatur,  
 vt cognoscant quemadmodum cognoscere oportet:  
 vnum, ad quae vocati, alterum quomodo à prioribus  
 liberati sint. Quin ipse tria esse dicit. Quomodo itaq;  
 tria sunt? Vt de futuris cognoscamus. Nam ex repōsi-

tis quidē bonis ineffabiles ipsius & eximias diuitias:  
 ab eo vero q; cognoscimus quales existētes credide-  
 rimus, virtutē ac potestatem ipsius sciemus, videlicet  
 q; tanto tempore ab alienatos conuertit. Quod enim  
 infirmum est dei, potentius est hominibus. Per potē-  
 tiam quippe suam qua Christum excitauit, & nos ad  
 seipsum traxit. Non autem ad resurrectionem tantū-  
 modo diuina potentia, sed & multo latius pertigit.  
 Et sedere fecit ad dexteram suam supra omnem principatum  
 ac potestatem, & virtutem ac dominium, & omne nomen quod  
 nominatur. Et omnio subiecit sub pedes illius, & ipsum dedit ca-  
 put super omnia, ipsi ecclesiae, quae est corpus illius, complementū  
 eius qui omnia in omnibus adimplet. Magnorum profes-  
 cto, ineffabiliūque mysteriorum participes nos fecit.  
 Et ista non licet cognoscere nisi eos qui spiritus  
 sancti consortio multaq; gratia potiuntur. Propterea  
 & Paulus precatur. Pater, inquit, gloriae: hoc est, qui  
 magna nobis bona largitus est. A subiectis quippe il-  
 lum perpetuo vocat, vt quādo dicit, Pater misericor-  
 diarum, & deus omnis consolationis. Rursus Pro-  
 pheta, Dominus fortitudo mea, & auxilium meum. Pater  
 gloriae. Nequit ipsa dei dona ex nomine reprae-  
 sentare, atq; ideo illa vbiq; gloriam vocat, id quod  
 apud nos omnis splendoris nomen est & appellatio.  
 Vide. Gloriae pater, Christi vero deus. Quid igitur?  
 An gloria minor est filius? Sed hoc nemo, etiā si  
 maxime insanus, dixerit. Det nobis. Hoc est, mentem  
 vestram excitet, & in sublime velut alatum extollat.  
 Neque enim aliter ista cognoscere licet. Animalis si-  
 quidem homo non accipit ea quae spiritus sunt. Stul-  
 titia quippe est illi. Spiritualia itaque sapiētia opus est,  
 vt spiritualia intelligamus, vt abscondita videamus.  
 Spiritus omnia reuelat, mysteria dei enarraturus est:  
 mysteriorum vero dei scientiam solus spiritus nouit,  
 qui & profunda ipsius scrutatur. Neq; angelus, neq;  
 archangelus, neq; alia quaequam creata potentia gra-  
 tiam istā vobis exhibet. Si vero gratia ista reuelatio-  
 nis est, non est cogitationū humanarum inuentum.  
 Deū enim cognoscens ac intelligens de nulla re am-  
 plius disceptabit. Non dicet, hoc quidē impossibile,  
 istud vero possibile, & quomodo potuit hoc fieri? Si  
 deū cognouerimus quemadmodū cognoscere oportet:  
 si deū cognouerimus ab eo à quo oportet, nempe  
 ab illius spiritu, nō amplius de quoquā disceptando  
 cōtendemus. Propterea dicit: in agnitione ipsius, illu-  
 minatos oculos cordis vestri. Qui didicit quid sit  
 deus, de promissis ipsius nihil dubitabit, non his quae  
 facta sunt discredet. Precatur itaq; vt spiritus illis sa-  
 pientiae ac reuelationis detur: imō & ipse ex rationis  
 collectionibus, & iam cōcessis ac praesentibus donis,  
 quanta licet disponit & astruit. Quandoquidē enim  
 partim quae iam facta, partim vero quae nondū cōti-  
 gerunt dicturus est, per ea quae facta sunt, fidē parat  
 illis quae nōdū sunt facta. Tale est quod dico: Vt scia-  
 tis, inquit, quae sit spes vocationis ipsius: obscura est  
 adhuc, inquit, sed nō fidelibus. Et quae diuitiae gloriae  
 hereditatis eius in sanctis. Adhuc & istud obscurum  
 est. Quid vero clarū? Quod credidimus q; ex ipsi po-  
 tentia Christi excitauit. Mortuū enim excitare, tan-  
 tum miraculi non habet, quantum quōd animā illi  
 credunt. Et ego istud manifestum facere tentabo.  
 Audi igitur. Christus dixit emortuo, Lazare veni for-  
 ras. Et mox obediuit. Dixit Petrus Tabithae, Surge,  
 & nihil reluctata est. Dicit Christus in finali die, &  
 resurgent omnes, idque tanta velocitate, vt viuentes

1. Cor. 1.

2. Cor. 1. 4

Psal. 17.

3. 4

2. Cor. 2. d

1. Ioan. 11. f

Act. 9. g

1. Cor. 15. g



adhuc eos qui obdormierunt, praeuenire nequeant, omniaque in puncto & momento oculi fiant & concurrant. In credendo vero non ita: sed audi ipsum iterum dicentem: Quoties volui congregare filios vestros, & nolulistis? Vides quod istud sit difficilius? Itaque ab isto totum probat. Multo siquidem humanis rationibus difficilius est voluntatem obedientem reddere, quam naturam ipsam facere. Causa vero est quod ipse ita constituit, ut voluntarie boni reddamur. Itaque merito dixit, aut quae sit excellens magnitudo potentiae ipsius in nos qui credidimus. Quando enim nihil effecerant prophetae, nihil angeli, nihil archangeli, quando omnis creatura, tam visibilis quam invisibilis, nihil profuit, invisibilis quidem in medium proposita nihil profuit, invisibilis vero multa, tum potissimum adventum ipsius disposuit, ostendens ad rem istam diuina opus esse potentia. Diuinitis, inquit, gloriae, hoc est, ineffabilis gloria. Quis tunc sermo gloriae istam representare poterit, cuius tunc sancti consortes erunt? Quis sermo, inquam? Nullus. Sed reuera gratia opus est ad hoc, ut mens illa cognoscat, & omnino vel modicum quiddam ex illius radiis concipiat. Cognouerunt quidem & antea quiddam huius, sed vult illos amplius aliquanto discere, & clarius cognoscere. Vides quanta sit operatus? Christum excitauit. An hoc parum est? Sed rursus vide, et sedere fecit illum ad dexteram suam. Quo poterit itaque, istud sermone representari? Eum qui ex terra, qui piscibus mutus magis, qui daemonum erat ludibrium, vide quod extulerit? Reuera excellens magnitudo potentiae ipsius, & contemplantur quod euexerit. In caelestibus illum omni creata natura superior fecit: supra omnem principatum & potestatem. Supra omnem, inquit, principatum. Vere spiritu animoque sapiens in ipsius cognitione, vere, inquam, reuelatione opus est. Perpende quanta sit inter humanam & diuinam naturam differentia, & ab ista nostra vilitate ad honorem istum illum euexit. Non vnum aut alterum aut tertium etiam gradum transcedit. Pater. Non simpliciter dixit supra, sed sublimius quiddam. Supernis quippe potentiis sublimior est deus. Illuc itaque ipsum subuexit, qui ex nobis est, ab extremis carceribus illum in supremum principatum extulit, ultra quem non est alius quisquam honor. Supra omnem, inquit, principatum: non supra hunc vel illum, sed supra omnem principatum, potestatem, dominium, & omne nomen quod nominatur, si quid est in caelis, omnibus factus est superior. Hoc de eo qui ex mortuis est excitatus, id quod admiratione dignum est. De verbo siquidem dei, nequaquam. Quod enim sunt culices comparatione hominum, hoc est omnis creatura deo collata. Si omnes homines velut spuma reputabuntur, & sicut momentum staterae aestimati sunt, pone potentias invisibiles instar culicum. Ad deo qui ex nobis est, reuera magnus est istud & stupendum: ex infimis quippe terrae euexit illum. Si omnes gentes instar guttulae sunt, quanta quae so, portio guttulae est vnus homo? At hinc omnibus superiorem fecit non solum in hoc seculo, sed in futuro. Sunt utique, quarundam potentiarum ignota nobis & non manifesta nomina. Et omnia subiecit sub pedes eius. Non simpliciter superiorem illum effecit, tamquam praeter alios honorandum, neque iuxta comparationem, sed qui reliquis, velut seruis dominus, praesulatus sit. Pater, qui reuera stupenda res est. Homini serua facta est vniuersa creata potestas, propter inhabitationem dei verbi. Potest enim fieri ut in sublimi quisquam sit, qui tamen nemi-

nem habeat subiectum, sed simpliciter praeter aliis in honore habeatur. hic vero non ita, sed omnia subiecit sub pedes eius, & non simpliciter subiecit, sed extrema subiectione, post quam non est altera. Atque ideo dixit, sub pedes eius. *Et ipsum dedit caput super omnia, ipsi ecclesiae.* Pater, quod rursus & ipsam ecclesiam euexit? Quasi quaedam machina trahens, in magna ipsam sublimitatem sustulit, inquit, ipsum caelestem thronum sedere fecit. Nam ubi caput, ibi est & corpus: caput enim & corpus nullo medio intersepuntur loco. Si vero separantur, utique nec corpus erit, nec caput. Super omnia, inquit. Quid est super omnia? Aut est Christum esse super omnia visibilia & intelligibilia: aut super omnia bona hoc ipsum euexit. quod enim filius datur in caput, nec angelum, nec archangelum, nec alium quenquam superiorem esse relinquit. Non autem hoc solo nos honore affecit, quod ex nobis illum in sublime sustulit, sed & in commune vniuersum mortalium genus illum sequi, illi adherere, illi addictum esse fecit. *Quae quidem sit, est corpus ipsius.* Etenim ne audita capitis dictione, solum principatum intelligas, sed & confirmationem & stabilitatem, non tanquam principantem solum, sed ut corporis caput. *Complementum eius qui omnia in omnibus adimpleuit.* Quid hoc est? Deinde tanquam istud sufficiat ad ostendendam cognationem & propinquitatem illius, quid dicit? Plenitudo ut complementum Christi est ecclesia. Complementum quippe capitis est corpus, & complementum corporis est caput. *Vide quo ordine Paulus utatur, quamque nulli verbo parcat, quatenus gloriae dei exprimat. Complementum, inquit. Quale? Quo caput scilicet completur a corpore. hoc est, totum corpus plene compingit, & vnumquodque illius membrum non solum in communi, neque ipsum Christum alicuius egentem inducit. Nam si non fuimus multi, hic quidem manus, hic vero pes, alius autem alia quaequam corporis pars, non completur totum corpus. Per omnia igitur membra completur Christi corpus. Tunc completur caput, tunc perfectum est corpus, quando simul omnes coniuncti & conglutinati sumus. Vides opulentam & magnificam hereditatis gloriam? Vides excellentem virtutis magnitudinem in eos qui credunt? Vides spem vocationis? *Moralis exhortatio.* Veneremur itaque caput nostrum. Cogitemus cuius capitis corpus sumus, nimirum cui omnia subiecta sunt. Et angelis, iuxta hoc exemplum, meliores, & archangelis maiores nos esse oportet, utpote praeter illis omnibus honoratos. Non angelos deus, sicut Hebraeus scribens dicit, sed semetipsum Abraham assumpsit. Non principatum, non potestatem, non dominationem, neque aliam aliquam potentiam, sed nostram naturam assumpsit, & in sublimi sedere fecit. Et quid dico, sedere fecit? Suum ipsum pallium illam effecit, idque non simpliciter, sed omnia sub pedes illius subiecit. Quatas vis ponere mortes? quatas animas? Decem millia, imo multo plures? Sed nihil quod par sit, dixeris. Duo quippe maxima fecit. Et ipse in extremam humilitatem venit, & hominem in magnam sublimitatem euexit, suoque ipsius sanguine saluauit. Dixerat illud primum, nempe quod seipsum usque adeo deiecit: isto vero solidius & fortius dicit magnam illud & capitale. Atqui etiam si nihil, fuisset nos honorati, aut certe absque illo, hoc est, filij maiestatem nos honorasset, utique suffecisset. Quum vero duo ista coniunxeris, quae quae sermois excellentiam non superat ac transcendit? Ista dum cogito, nihil magnum habet resurrectione.*

Lac. 13.

\* nota multa, copiosa, numerosa.

etiam deo.

Esa. 40.

inhabitationem dei verbum.

resurrectio. De hoc dicit, Deus domini nostri Iesu Christi, non de deo verbo. Veneremur itaque cognationis propinquitatem. Solicite caueamus ne quis ab hoc corpore amputetur, ne quis excidat, ne quis indignus appareat. Si capiti nostro diadema quispiam imposuisset, coronam auream, an non omnia ita disposuisset, ne quo pacto inanimatis lapillis indigni videremur? Nunc vero non diadema capiti nostro impositum est, sed caput nostrum factus est Christus, id quod isto multo est maius, neque tamen huius aliquam rationem habemus. Et angeli quidem & archangeli, & omnes illarum potestates caput nostrum venerantur: nos vero qui & corpus illius sumus, neque hac, neque illa ratione illud reuerberimur? Et quae nobis salutis spes erit? Considera thronum illum regalem, considera honoris excellentiam. Hoc scilicet siquidem voluerimus, plus ipsa gehenna terrere poterit. Nam etiam si gehenna non esset, quod tamen supplicium, quam poenam non merebimur, si qui tanto honore affecti sumus, indigni & mali reperti fuimus? Cogita iuxta quem sedeat caput tuum. Hoc solum, nihil non, quicquid fuerit, poterit. In cuius dextra sedet? Caput ipsum supra omnem honorem, omnem potestatem & virtutem collocatum est: corpus vero illius a demonibus calcabitur? Sed absit. Neque enim tale deinceps sit corpus Christi. Caput tuum exhorruerunt etiam qui celebres inter seruos sunt, & tu corpus illius aduersariis & hostibus subiicis? Quo non supplicio dignus eris? Si quis pedes regis canibus ac pedicibus subiiciat, an non extremo supplicio obnoxius erit? Tu totum corpus coram diris bestiarum proiicias, & non horres? Sed quoniam de corpore dominico sermo nobis est, age & de illo memoremus, ut est crucis tormento traditum, affixum & oblatum. Si Christi corpus es, fer crucem. Illam quippe & Christus ipse tulit. Fer sputa, fer alapas, fer clauos. Tale erat illud Christi corpus. Corpus illud peccatum non fecit, neque dolus inuentus est in ore eius. Manus ipsius ad beneficentiam egenorum omnia fecerunt. Os nihil eorum quae comoda non essent, protulit. Audiuimus, demonium habes, & nihil respondit. De corpore nobis sermo est, & quidem de eo quod ab isto nihil differat nec distet. Quotquot in corpore Christi communicamus, quotquot sanguinem illius degustamus, cogitemus quod illius corpus & sanguinem gustamus, qui in caelestibus sedet, qui ab angelis adoratur, qui proxime consistit immortalis dei potentiae. Hei, quot nobis ad salutem viae sunt? Corpus suum nos fecit, corpus suum nobis tradidit, & tamen nihil horum a malis nos auertit. O tenebras, & multam profunditatem, & stupiditatem, omni dolore vacuam. Quae sursum sunt, inquit, sapite, ubi Christus est in dextera dei sedens. Et post ista pecunias quiddam anxie curat, alij ab animi affectibus ac passibus captiuantur. An non videtis, quod & quae in nostro corpore superflua sunt & inutilia, abscinduntur & amputentur, & quod nihil profuit, quod corporis membrum fuerit, quando obsecratum fuerit, quando emortuum, quando putrefactum, quando & reliquo corpori nocet? Nequam igitur fiduciam in hoc concipiamus, quod semel de corpore Christi facti sumus. Si enim corpus hoc naturale cum sit, nihilominus si quid inutile fuerit, abscinditur: quae voluntatis & electionis sunt, si non manserint, quid mali non patientur? Quando de cibo isto non participat corpus, quando pori obsepuntur, tunc moritur, quando obturatur fistula, tum destruitur. Ita & nos quando obturamus aures, caro nostra destruitur, quando de cibo spirituali non participamus, quae-

do malitiae quaedam loco corruptorum humorum nos inficiunt, omnia ista aegritudine pariunt, aegritudinem quae tabem ac corruptionem operatur, atque ita igne illo deinceps opus erit, opus erit disseccari. Neque enim cum tali corpore ad nuptias ingredi sustinet Christus. Si sordidis vestibus indutus abegit, eiecitque qui corpori suo sordidum amicum imposuerat, quid hic non faciet? quomodo non puniet? Multos video temere quomodo cunque, & ex consuetudine magis quam legitime, aut consideratione ac mente, de corpore Christi participantes: si immineret, inquit, sacrae quadragesimae tempus, si adesset Epiphaniae dies, nulla habitatio ratione qualis sit qui mysteriorum se consortem facit. Atque qui non tempus accessus, non Epiphania, neque quadragesima dignos facit qui accedat, sed mentis sinceritas ac puritas. Cum illa semper accede, sine illa nunquam. Quotiescumque siquidem, inquit, hoc feceritis, mortem domini annunciat, hoc est, memoriam facitis salutis, quae pro vobis facta est, ac beneficij mei. Cogita: qui de oblatione veteris testamenti participabat, quanta quaeque vtebatur abstinentia? quid non agebat? quid non faciebant? Omnino purgabatur. Tu vero oblationem accedens quae & angeli exhorrent, temporum circuitu remittam metiris? Et quomodo comparebis ante tribunal Christi, qui manibus ac labiis immundis ipsius aures contingere corpus? Et regem quidem nolles ore tuo foetido adofculari, regem vero caeli anima graueolenti ofcularis? Contumelia est res ista. Oro te, an voles manibus illotis ad oblationem accedere? Non arbitror, sed malles utique; potius omnino non accedere, quam sordidis accedere manibus. Cum ergo in modico adeo sis religiosus, aures accedere & contrectare, cum animam habeas sordidam? At qui manibus quidem ad tempus continetur, in illam vero totus resolutus. Cur non vasa vides ita vndique lota, ita splendida? Illis debent nobis animae et puriores & sanctiores atque illustriores esse. Quam obrem? Quoniam illa propter nos talia sunt. Illa non sunt participes illius quem in se habent, non sentiunt illum: nos vero plene. Nunc vero sordido vase nolles uti, anima vero sordida accedis? Multam video huius rei inequalitatem. In aliis quidem temporibus saepenumero, neque cum mundi estis, acceditis: in paschate vero, etiam si quid temerarium vobis sit commissum, nihilominus acceditis: ob consuetudinem, ob praesumptionem. Frustra habetur quotidiana oblatio, frustra stamus ad altare. Nemo est qui simul participet. Ista non ideo dico, ut simpliciter quomodo cumque comunicetis, sed ut dignos vos ipsos constituat. Non es oblatione aut comunione dignus? Igitur neque precatione. Praeconem audis stantem ac dicentem. Quotquot estis in poenitentia constituti, abstinetes. Quotquot ergo non comunicant, in poenitentia sunt. Si de poenitentibus es, participare non debes. Qui enim non participat, in poenitentia est. Qua igitur ratione praeco dicit, abite, qui preces fundere non potestis? Tu vero impudenter perstas. Verum non es istorum, sed de illis qui comunicare possunt, & tamen rem hanc nihil curas, nihil aestimas? Contemplantur obsecro. Adstat mensa regia, adstant angeli mensae huius ministri, adest rex ipse, & tu oscitabundus adstas? Sordidis indutus es, & nihil curas? Sed vestibus es mundis? Recumbes itaque & comunica. Quotidie venit ut discubentes videat, omnibus loquitur, & nunc etiam in consuetudine dicit: Amici quomodo statis hic vestre nuptiae non habentes? Non dicebat ad illum, quare recubuitis?

uesti...

Esa. 53.6

10. 7. Ista etiam ad verbum legitur 10. 7. hom. 61. ad populum Antiochenum.

Colof. 3. a

nos, mea...

Mar. 22. 8

qualis...

1. Cor. 11.

adversari...

abite.

Mar. 22. b





scētes desideamus, ipsa vtiq; nos vocationis spes adiuvit. Ad opera em̄ bona, inquit. Nihil itaq; nobis res ipsa, nisi ad hūc modum ambulauerimus, profuerit.

Moralis exhortatio.

Ita sanē & hic, non vt vnum dūtaxat, sed vt omnia operemur præcipit. Nam quēadmodum quinq; nobis sensus sunt, quibus omnibus pro rerū exigētia vti oportet, ita & omnibus vtendū est virtutibus. Quōd si quis modest<sup>o</sup> quidē, immitis tamē iuxta fuerit, aut misericors quidē, at simul inuasor rerū alienarū, aut si rebus alienis quidē abstinerit, sua vero egenis nō dederit, omnia frustra erūt. Neq; em̄ sufficet ad hoc vt cū fiducia ad tribunal Christi sistamur, si vna dūtaxat sit virtus, sed multis opus est & variis, omnigenis, inquit, atq; prorsus vniuersis. Audi Christum ipsum ad discipulos dicētē: Euntes docete omnes gētes, docentes eos seruare omnia quæcunq; mandauit vobis. Et iterū: Si quis soluerit vnum ex mādatis istis minimis, minimus vocabitur in regno cœlorū, hoc est in resurrectione. Nō em̄ in regnū ingreditur. Sōlet quippe & ipsum resurrectionis tēpus, regnū vocare. Vnū, inquit, si soluerit, minimus vocabitur. Itaque omnibus opus habemus. Et vide quomodo nō poterimus præter eleemosynam ingredi, sed illa sola neglecta in ignē abituri simus. Abite siquidē, inquit, maledicti in ignē æternū, diabolo præparatū & angelis eius. Qua quæso ratione? Quoniā esuriui, & nō dedistis mihi quod māducaſsem, sitiui & potum nō dedistis. Vide quomodo propter hoc vnū perdatur, qui nullius præterea culpæ arguūtur. Et virgines illę, hoc solo nomine ē nuptiis reiectæ sunt: quāquā castimoniam habuerint ac sanctimoniam vitæ, sine qua, quēadmodum Paulus dicit, nemo dominū videbit.

Mat. 23. d

Ibid. 5. c

Ibid. 25. d

Ibid. 12. d

Mat. 25. c

Mat. 5.

† accusando.

Eccl. 5.

Considera itaq; q̄ sine castimonia quidē vitæ dominum videre nō liceat, nō tamen omnino cum illa, si sola fuerit, videri queat. Nā sepe numero fit, vt aliud sit impedimētum, etiā si hinc nō sit. Rursus si omnia recte egerimus, proximovero nihil profuerimus, neque sic regnū ingrediemur. Vnde hoc liquet? A seruis illis quibus talenta cōcredebatur. Nam illic integra erat omnis reliqua virtus, ac nihil omisſum, Verum quoniā circa lucrū obeundū piger fuerat seru<sup>o</sup> ille, merito reiectus est. Potest & quis ob solum conuicium in gehennā incidere. Quisquis enim, inquit, fratri suo dicit, fatue, obnoxius erit gehēne incēdio. Et si quis reliqua oīa probe præstiterit, contumeliosus vero fuerit, nō ingrediet regnū. Nemo vero deū crudelitatis arguat, quōd vnū hoc delinquētes ē regno cœlorum reicit. Si nanquē apud homines ē cōspectu regio reicitur, qui vtcunque aliquid contra leges aulicas deliquit, etiā si vnum dūtaxat eorum quę decreta fuerāt trāsgressus sit, si vel calūniam cuiquam tēprobrādo intulit, principatum perdidit. Et si mœchatus fuerit, & cōprehensus, reprobus factus est, et si innumera præterea probe gesserit, oīa simul interierūt. Si homicidiū perpetraverit, ostensūque fuerit ac probatū, & hoc ad interitū ipsius sufficiens habetur. Quōd si humanæ leges tantā exigunt custodiam, quāto magis diuinę? Sed dicis, bonus est deus. Quouisq; stultū hūc sermonē loquimur? Stultum autem dixi, non ideo q̄ bonus non sit, sed quōd bonitatem ipsius ad ista nobis profuturā putamus, tamen si innumera de hac re sæpe differuerim<sup>o</sup>. Audi quippe scriptura quid dicat: Ne dixeris, inquit, quoniam miseratio dei multa est, multitudini peccatorū meo-

rum propitiabitur. Nō prohibet dicere, miseratiōnē ipsius esse multā. Nō hoc admonet, sed vult nos istud indefinenter etiā dicere. Et huius gratia nullum nō mouet lapidē Paulus. Sed ppter illa quæ subinde ex eo male colligūtur, hoc dicit. Nō ad hoc, inquit, benignitatē dei cōmenda, vt pecces & dicas, multitudini peccatorū meorū propitiabitur. Nam ideo tanta de bonitate dei differim<sup>o</sup>, nō vt ex illa sumpta cōfidētia nihil nō audeam<sup>o</sup> (alioqui bonitas ista in dānū cedit salutis nostræ) sed vt in peccatis nō desperātes resipiscamus. Bonitas enim, inquit, dei ad resipiscētiā te ducit, nō ad maiore malitiā. Si vero propter bonitatē dei flagitiosus redderis, tu illam magis apud homines criminari ac traducis. Multos enim video longanimitatē dei culpātes. Pœnas itaque dabis, vt qui illa non vt oportebat es vsus. Benignus est deus? Sed est & iustus iudex. Peccatis ignoscens? Sed & vnicuiq; retribuet secūdū quod gessit. † Iniustitias cōnuēdo transiit? Iniquitates ē medio tollit? Sed & peccatorū inquisitionē facit. Sūt ergo ista sibi inuicem cōtraria? Nō, siquidē tēporibus ipsa suis discreuerimus. Iniquitates hic tollit, idq; per lauacrum & pœnitentiā. Gestorum inquisitionem facit in futuro, videlicet per ignē ac tormēta. † Itaque si licet, inquis, innumera fecero mala, ob vnū tamen illorū reicior, & à regno dei excido, qua ratione nō quæuis mala perpetro? Ingrati famuli est hic sermo. Verū tamē & ipsum discutiam<sup>o</sup>. Noli mala facere, vt tibi ipsi proſis. Nam regno quidē dei omnes pariter excidimus, in gehēna vero nō easdē pœnas dabim<sup>o</sup> omnes, sed hic quidē maiore, iste vero mitiorem. Si nāque per contemptum hic multa, tu vero modica peccaueris, pariter ē regno dei excidētis. Si autē nō pariter, sed hic plus tu minus, in gehēna differentiā sentietis. Quid igitur, inquis, in ignē minatur ingressuros eos qui eleemosynā nō dederunt, neque simpliciter in ignē, sed in eum qui diabolo præparatus sit & angelis eius? Quāobrē hoc est quæso? Nihil ita deū irritat, sed omnib<sup>o</sup> illud malis præponit. Si enim inimicos diligere oportet, perpende qua pœna dignus sit qui amicos etiā perire sinit, hoc ipso Gētib<sup>o</sup> quoque peior. Magnitudo itaq; peccati hui<sup>o</sup>, cū diabolo gehennā ingredi facit. Væ siquidem eleemosynam nō facienti. Nā si in veteri istud testamēto fuit, multo magis in nouo. Si em̄, vbi cōcessa erat pecuniarū possessio, fruitio, ac cura, tanta prouidentia pauperū habita est ratio, quanto magis hoc fieri debebat vbi omnia proiicere iubemur? Quid em̄ nō fecerūt hac in re Iudæi? Decimas ac rursus decimas orphanis, viduis ac Profelytis cōtribuerunt. Nunc vero admitādo quēpiam dicere solem<sup>o</sup>, decimas ille vel iste dāt. Quanta quæso turpitudine scatet, si quod apud Iudæos nulli<sup>o</sup> erat admirationis aut celebritatis, apud Christianos iā sit vnde quis debeat admirari? Si tunc periculū erat decimas negligere, perpēde quāti nūc istud fuerit? Ebrietas quoque regnū dei nō hereditabit. Sed quis est multorū sermo? Hic nimirū. Itaq; si & ego & ille, inquit, eis dē futuri sumus obnoxii, non modica erit inde cōsolatio. Quid igitur? Primum nō eodē afficiemini supplicio: Deinde nō habet res ista cōsolationē. Tum enim cōsolationē habet passionum cōmunicatio, quando cōmensurata & modica sunt mala: quando vero excellētia sunt, ita vt in ecclāsim nos constituant, nihil cōsolationis amplius permittūt. Dicis enim licet flagellis cæso, ac in rogū

ardentem

ardentē immisso, quod & alius quispiā istud supplicij patiat, neq; tamen hinc quicquam cōsolationis sentiet. Nūquid omnes pariter perierūt Israëlita? At quantum illis attulit cōsolationis? An nō hoc ipsum illos magis cōtristauit? Propterea & dicebāt: Disperditi sumus, deleti sumus, cōsumpti sumus. Quæ igitur erat illis cōsolatio? frustra nos ipsos his spebus solamur. Vna dūtaxat cōsolatio est, in ignē illū inextinguibile nō incidere. Eum vero qui incidit, cōsolatione aliqua potiri nō dabitur, vbi fremitus erit dentitū, vbi stetus, vbi vermis nō moriēs, vbi ignis inextinguibilis. An omnino cogitas aliquā, dic quæso, cōsolationem in tribulatione & angustia cōsistenti futuram? In teipso siquidē, non in aliis, deinceps futurus es. Oro igitur atq; obtestor, ne nos ipsos frustra decipiamus, & his sermonibus vane solemur, sed ea faciamus quæ saluare nos queāt. Cū Christo sedere, ppositū est, & tu de his rebus anxie disputas? Etiā si nullū esset aliud peccatū, quā quæso pœnā vel pro his verbis sustinere dignū fuerit, q̄ adeo segnes, adeo deiecti ac socordes sumus, vt cū tantus sit honor propositus, nihilominus ista dicamus? Quando post resurrectionē contēplaberis eos qui aliquādo probe vixerunt, an non hoc amplius, tabescēs? Quādo videbis ex seruis & ignobilibus, exiguum hic afflictiis, regalis throni participes fieri, nūquid quouis tibi supplicio grauiora erūt ista? Nā si in hoc seculo celebres quosdam vidēs, etiā cum nihil mali patiaris, omni tamen supplicio pei<sup>o</sup> ab eo solo perderis, tēq; ipsum affligis ac ploras, innumerisq; mortib<sup>o</sup> dignū æstimas, quid in futuro sustinebis? Etm̄ & si nulla esset gehēna, an nō ipsa regni cogitatio ad perditionis atq; interitus suggerendū dolorē sufficeret? Et q̄ istud omnino ita habiturum sit, licet ab ipsa rerū experientia cognoscere. Ne lacremus itaq; nos ipsos inaniter his verbis, sed attēdamus ac curemus nostram ipsorum salutē, virtutisq; rationē habentes ad bonorū lucrum] nos ipsos excitemus, quatenus tantam gloriam consequi mereamur in Christo Iesu domino nostro, &c.

Homilia V.

**V**apropter mementote, quod vos quondam Gentes in carne qui præputium vocabamini ab ea quæ dicitur circumcisio, quæ manibus fit in carne, quod eratis in tēpore illo sine Christo, abalienati à Republica Israëlitis, & extranei à testamenti promissionis, spem non habentes, deoque carentes in mundo. Multa sunt quæ benignitatē dei erga nos declarant. Primum quōd per seipsum saluauit, idq; tali modo per seipsum. Alterum q̄ tales existētes saluauit. Tertiū, q̄ eō nos euexit. Hæc siquidem omnia in seipsis pēfata, maximam habēt benignitatis ipsius demonstrationē. Atq; omnia illa Paulus his quæ nūc scribit monet. Dixerat quōd nos saluauerit deus mortuos existētes delictis, ac filios iræ: iam cōmemorat quib<sup>o</sup> nos adæquarit. Propterea dicit: Mementote: solemus enim omnes, si quando ex multa tenuitate in æqualem aliis aut certe maiore quendā honorē euecti fuerimus, ne meminisse quidem priorum, gloria illa inescati. Propterea memētote, inquit. Quid est illud propterea? Quōd videlicet conditi sumus ad opera bona. Istud vero persuadere poterit, vt virtuti operā ac curam impendatis. Memētote, valet enim illa rememoratio gratos erga benefactorem reddere. Quōd vos quondam Gentes. Vide quomodo Iudæorum prærogatiuam deiiciat, Gentiumque deiectioem ac vilitatem celebrem faciat, quæ qui-

† bona opera.

Supra.

dem deiectio ac vilitas non erat, sed ab ipso consuetudinis ac vitę genere vtrifq; suadet. Qui vocabamini. In verbis erat hic honor, in carne erat ista prærogatiua. Nihil enim est præputiū, nihil circūcisio. Ab ea quæ dicebatur circūcisio, quæ manibus fit in carne, q̄ eratis in tempore illo sine Christo, abalienati à Republica Israëlitis, & extranei à testamenti promissionis, spem nō habentes, deoque carentes in mūdo. Vos qui à Iudæis ita vocabamini. Quid igitur? Cū esset beneficiū Gentibus præstitū declaraturus in eo quōd cōmunionem Israëlitis essent nacti, rursus Israëliticā dignitatē non deiicit, sed in illis eam extollit, quæ ad salutē sunt necessaria, in eis vero deiicit, quibus Gentes nō cōmunicabāt. In ipso nanq; progressu dicit, Conciues estis sanctorum ac domestici dei. Vide quomodo non deiiciat. Ista, inquit, indifferentia sunt. Nolite putare differre vos à Iudæis, q̄ circūcisionem nō adepti, in præputio estis. Nam hoc demū graue ac molestū erat, q̄ sine Christo eratis. Abalienati à Republica Israëlitis. Hoc est, nō esse in Republica, extraneos esse à testamenti promissionis, nō habere futurorū spem, deo carere in hoc mūdo. At hæc omnia illorū erāt. Dixerat de rebus cœlestibus, mentionem iam & eorū facit quæ super terrā erant, quoniam in illis magnā habebāt Iudæi gloriā. Ita & Christus, cōsolādo discipulos cum dixisset, Beati qni persecutionē sustinent propter iustitiā, quoniā ipsorum est regnū cœlorū, quod minus est subiungens ponit. Nam ita, inquit, prophetas quoque qui ante vos fuerunt, persecuti sunt. Istud quippe ad magnitudinem quidē priorū minus est: ad hoc vero, vt propinquum faciat, ac persuadeat, sufficiens est ac multum habens roboris. Hoc itaq; erat esse in Republica. Nō dicit separati, sed abalienati à Republica Israëlitis. Nec dicit, nō attēdentes, sed nec participātes, & extranei. Multa est in verbis emphasis, multā ostēdēs separationē. Alioqui & ipsi Israëlita extra Republicam erant, at non vt alieni, sed vt socordes, & à testamenti exciderant, sed nō vt extranei. Quæ erāt autē promissionis testamenti? Tibi ac semini tuo dabo terrā hanc, & quicquid aliud illis promisit. Spem, inquit, nō habētes, & sine deo. Atqui deos adorabāt. Verū nō erant dij. Nihil enim est idolū. Nunc autem in Christo Iesu vos qui quondam eratis longinqui, propinqui facti estis in sanguine Christi. Ipse siquidem est pax nostra qui fecit ex vtrifque vnū, & interfuitū sepis, inimicitia videlicet in carne sua solūēs. An hoc magnū est, inquis, quōd in Iudæorum Republicam venimus? Quid dicis? Summatim instaurata sunt omnia, siue quæ in cœlis siue quę in terra, & nūc demum de Israëlitis loqueris? Certe, inquit: Nā illa quidē fide oportet cōprehendere, ista vero ipsis etiā operibus. Nunc autē inquit, in Christo Iesu vos qui olim eratis longinqui, propinqui facti estis huic Republicæ. Ioginquitas em̄ illa, & propinquitas electionis dūtaxat sunt liberæ. Ipse em̄ est pax nostra, qui fecit ex vtrifque vnum. Quid est vtraque vnum fieri? Non hoc dicit, quōd in illā Israëlitis nobilitatē nos eueerit, sed q̄ & nos & illos in maiorem extulerit. Veruntamen maius est beneficiū quod nobis obtigit. Nam illis quidem & promiserat, & viciniore erant: nobis vero & nihil promiserat & præterea remotiores eramus: propterea & alibi dicit: Gētes vero pro misericordia glorificēt deū. Promisit quidē Israëlitis, licet indignis: nobis vero neque promisit etiā, sed extranei eramus, nihil habebamus cōmunionis cum illis.

Re. 15. b

Fecit





apostolos, qui tamē tēpore posteriores sunt. Hoc sanē dicens, ostendit illos esse fundamentū, totum tamen vnam esse structurā & radicē vnā. Intelligit hic & Gentes fundamenti loco patriarchas habere. Hic certe quod propriū est magis dicit, quā dum insitionis alicubi meminit: illic magis taxat. Deinde omnia cōtinēs, inquit, Christus est. Sūmus em̄ angularis lapis, & parietes cōtinēt & fundamēta. In quo tota structura. Vide quomodo cōiūxerit. Nūc quidem superne totū corpus continentem & conseruantem, nunc verō infernē & stucturā sustinentem, & radicē existentem inducit. Illud vero, quod supra dixit, vt duos conderet in seipso in vnum nouum hominem, per istud declarauit, quod ostēdit Christū vtroque parietes per seipsum cōiunxisse, eo quod in ipso cōditi sunt: Et primogenitus, inquit, omnis creaturæ. Hoc est, ipse sustinet ac portat oīa, in quo tota structura coaptata est. Quicquid dixeris, siue fastigiū, siue parietes, siue quicquid aliud fuerit, totū ipse baiulat. Alibi & fundamētū ipsum vocat. Fundamētū em̄ aliud, inquit, nemo potest ponere, præterquā quod positū est, quod est Iesus Christus. In quo tota structura coaptata. Declarat & ipsa exacta structura cōsummatio, nō posse aliter poni eū, qui nō cum multa diligētia vixerit. Crescit em̄, inquit, in tēplū sanctū, in domino, in quo & vos pariter ædificamini. Sæpi hoc dicit: in tēplū, in habitaculū dei, in spiritu. Quid sibi vult illa structura? Vt inhabitet deus in isto tēplo, & quisq; vestrū, inquit, tēplum est, & cōmuniter omnes, & velut in Christi corpore habitat, & tanquā in tēplo spirituali. Non dixit *προσόδον* accessum, sed *εἰσόδον* id est introductionē. Nō enim a nobis ipsi accessimus, sed ab ipso introducti sumus. Nam nemo, inquit, venit ad patrē, nisi per me. Et iterū: Ego sum via, veritas, & vita. Coniungit etiā illos sanctis. Rursus ad primū redit exēplum, nequaquā a Christo elongari permittens. Ista vtiq; structura vsque ad aduentū Christi pertingit. Et propterea sanē Paulus dixit, Vt sapiēs architectus fundamētū posui. Et iterum: Quoniā fundamētū est Christus. Quidnā hoc est? Vides quod ad ea quæ causæ subiecta sunt, animaduertere oporteat? Hoc autem nō simpliciter de exēplis dixerim, vt quando patrē suū agricolam, & seipsum radicē facit. *Huius rei gratia ego Paulus vincētus sum Iesu Christi, pro vobis gentibus.* Dixit de multa Christi cura & prouidētia, egrēditur deinceps & ad suam ipsius, modicā quidē & admodū nullam, ad eā quæ Christi est collatā, sufficientem tamē & ipsam ad adtrahendum illos. Huius, inquit, rei gratia & ego vincētus sum. Nā si dominus meus crucifixus est pro vobis, multo magis ego vincior. Nō solum vincētus fuit ipse, sed & seruos suos in vincula coniciit. Pro vobis gētibus. Multa emphasis hic est. Nō solū, inquit, non abominamur vos, sed & vincimur ppter vos, & ego quoq; qui tanta potitus sum gratia. *Siquidem audistis dispensationē gratiæ dei quæ data est mihi in vos.* Vaticinium illud subindicat, quod de se ad Ananiam in Damasco factum est, quādo illi dicebat dominus: Vade, quoniam vas electionis mihi est iste, vt portet nomen meum coram gentibus ac regibus. Dispensationem gratiæ, reuelationē intelligit, quasi dicat: Nō didici ab hominē. Et propter vos vni mihi reuelare gratiam istam dignatus est dominus. Ipse nanque ad me dixit: Vade, quoniā ad gentes procul amandabote. Siquidē audistis: Dispensatio quippe magna erat,

Rom. 11. c

Colof. 1. b

1. Cor. 3. e

a Cor. 6. d

Ioan. 14. a

Ibidem.

\* apou-

siu, adue-

rum, præ-

sentiam.

1. Cor. 3. b

Ibid. c

Ioan. 15. a

Cap. 11. l

Act. 9. c

quod hominē nulla ex parte persuasum, cœlitus vocabat, ac dicebat: Saule Saule, quid me persequeris? lucēq; illa ineffabili exæcabat. Siquidē audistis, inquit, dispensationem gratiæ dei, quæ data est mihi in vos. *Quod secundum reuelationē notum mihi factū sit mysterium, quēadmodū ante scripsi paucis.* Forte per aliquos manifestauit, aut propter multos scripsit. Ostendit autē hic totū esse dei, nihilq; nos attulisse. Quid enim, dic quæso? Paulus ille magnus, & admirabilis, legē edoctus, ad pedes Gamalielis diligenter & exactē eruditus, an non gratia saluatus est? Mysterium enim est, quod gentes in maiorem, quā Iudæorum sit, nobilitatē continuo ac subito euehūtur. Quemadmodum antē scripsi in modico, id est, breuibus. *Iuxta quod potestis legentes intelligere.* Papē, itaq; neq; rem omnē scripsit, neque quantum scribi oportebat. Sed hic quidem istud rei natura, alibi vero auditorum ignauia fecit, vt apud Hebræos & Corinthios. Iuxta quod potestis legentes intelligere. *Cognitionē meam in mysterio Christi.* Hoc est, quomodo intellexerim, quomodo cognouerim, siue illa quæ dixit deus, siue quod ad dextram illius sedet Christus. Deinde & dignitatem illam, nimirum quod ita non fecerit deus cuius gēti, & qualis sit gens ista, quam ad hunc modum dignatus est deus. *Quod aliis ætatibus non innotuit filiis hominum, quemadmodū nunc reuelatum est sanctis apostolis eius ac prophetis in spiritu.* Quid igitur dic quæso? Non cognouerunt ista propheta? Quomodo ergo dicit Christus, quoniā Moyses ac propheta ista de me scripserunt? Et iterum: Si credidissetis Moyse, credidissetis vtiq; & mihi. Et rursus: Scrutamini scripturas, quoniā putatis vos in illis vitam æternā habere. Et illæ sunt, quæ mihi testimonium ferunt. Hoc dicit aut quod nō omnibus hominib; reuelatū sit hoc mysterium, adiecit enim, quod aliis ætatibus vel generationibus, nō innotuit filiis hominū quēadmodum nunc reuelatum est: aut quod ita non innotuerit rebus ipsis & operib; quēadmodum nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius ac prophetis in spiritu. Perpende siquidem: Ipse Petrus nisi audisset ex spiritu, ad gētes vtiq; non accessisset. Audi nāq; quid dicat. Dedit igitur illis, inquit, deus spiritū sanctum, quemadmodum & nobis. Hoc est, elegit illos deus in spiritu, vt gratiæ cōmunionem accipiant. Prophetæ itaq; prædixerunt quidem ista, adeo tamē exactē nō cognouerunt, quandoquidem ea neque ipsi apostoli planē tenuerunt, etiā postquam audissent. Multū enim excellēbant humanam cogitationem communēmq; spem, *Cohæredes esse gentes, & eiusdē corporis consortesque promissionis.* Quid est coheredē esse cōfortēque promissionis, & eiusdē corporis? Hoc videlicet est magnū illud, vnum esse corpus, hæc est magna illa propinquitas. Quod vocāda essent gentes, nouerunt quidē propheta, tantum vero huius rei non nouerunt. Nā hoc vocat mysteriū promissionis. In forte promissionis dei erāt Israëlites, & illorum consortes factæ sunt gentes. *In Christo, per Euangelium.* Hoc est, quod euangelium & ad gentes mittendum sit, & quod illi essent credituri. Nō enim simpliciter, sed per euāgelium, inquit. At istud quidem, nihil magni fuerit. Exiguū enim est: sed aliud quiddā nobis, quod maius est, reuelat deus: nimirum quod non solū homines, sed neque angeli neque archāgeli, nec alia quæpiā creata potestas istud cognouerit. Mysteriū enim erat nōdum reuelatum: cognitionem meā, inquit, intelligere potestis. Fortē quod illis &

illis & in actis dixit, quam habeat cognitionē, nempe quod & gentes ad istam gratiam debeant vocari, hoc vocat hic suam ipsius cognitionem in mysterio, de quo supra dixit, quod in seipso duos condiderit in vnum nouum hominē. Nam ex reuelatione & hic didicerat & Petrus, quod gentes abominabiles haberi non debeant. Atque hoc est, quod & in Apologia sua Petrus dicit: *Cuius factus sum minister, secundū donum gratiæ dei, quæ data est mihi, iuxta efficaciam potentiæ illius.* Dixerat: Huius rei gratia vincētus sum: sed rursus totū deo adscribit, Secundum donum ipsius inquit, secundum potentiam doni ipsius, honoris huius dignitas obrigit. Sed non suffecisset donum, nisi & potentiam illi indidisset. **Moralis exhortatio.** Reuera quippe magna fuit hīc potētia, nec suffecisset humana diligētia. \* Nam tria cōtulit ad prædicationem Paulus. Alacritatē videlicet feruidam & audentē, animum nihil non ferre paratū, & intellectum ac sapientiam. (neq; enim satis ad hanc functionem fuisset animus ad pericula intrepidus.) deinde & potentia spiritus, & vitam inculpatā. Cōtemplare vero quod ad ipsum primum attinet, atq; audi quid scribat: Vt nō vituperetur, inquit, ministerium nostrum. Et iterū: Adhortatio siquidem nostra, non ex errore, neq; ex immundicia, neq; in sermone adulandi, neq; in occasione auaricię. Vides integritatē, quæ nullo pacto culpari queat? Et rursus: Procurantes quæ bona sunt, non solū corā domino, sed & corā hominibus. Deinde post ista: Singulis diebus, inquit, morior pro vestrā gloriā,] quā habeo in Christo Iesu. Et iterū: Quis nos separabit a dilectione Christi? Tribulatio? aut angustia? aut persecutio? Rursus: In multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in persecutionib; in angustiis, in plagis, in custodiis. Deinde quātū attinet ad dispensationē ipsius, audi, Factus sum, inquit, Iudæis tanquā Iudæus, illis qui sine lege sunt, tanquā & ipse sine lege, his qui sub lege sunt, velut sub lege essem. Raditur etiā & innumera facit. Quod vero omnīū est caput, ista omnia facit in potentia spiritus. Nō enim audeo quicquā loqui, inquit, eorum, quæ Christus per me nō fecerit. Et iterū, Quid enim est, in quo reliquis ecclesiis inferiores sitis? Et rursus: Nihilō eū minor fui illis, qui excellenter sunt apostoli, etiā si nihil sum. Sine his vero, quæ cōmemorauī, erat istud impossibile. Non igitur propter signa ipsius fideles facti sunt. Neq; em̄ signa hoc fecerūt, neq; per illa, magna de se sentiri sperauerūt, sed aliūde. Oportet em̄ vt irreprehensibilis fuerit, dispensandi muneris sui peritus, in quoduis periculum sese proiciens, & ad docendū appositus. His videlicet plus quā miraculis promotum est. Ista si fuerūt, nihil opus erat miraculis. Quin perpēdamus illum etiā ante miracula innumera talia præstitisse. Nunc vero, cū nihil horū habeamus, nihil nō obtinere præstarēq; volumus. At cū alterū diuellitur ab altero, quod reliquū est, inutile redditur. Quæ nāque fuerit vtilitas, ad nullū pallere periculū, vita existente reprehensibili? Si enim lumē, inquit, quod in te est, tenebrę sunt, ipse tenebrę quātā? Rursus quis fructus erit vita esse inculcata, segnis si fueris ac somnolentus? Nisi enim crucē suā quis tulerit meq; secutus fuerit, inquit, non est me dignus. Et nisi posuerit quis animam suā pro ouibus. Quis vero sperabitur profectus, si etiam his existentibus vtiq; non fueris tamē ad obeundam dispensationē accommodus, nouerisque quomodo vnicuiq; respōdere oporteat? Quod si

Supr. 2. c

\* Hac etiā in Græcis perturbata videtur, quæ clarior Theophyl. dicit his verbis. Triamantem que oportet nos adferre & tribuere ad ministrum animam periculorum amantem, sapientiam & intellectum, vti inique inculpatū: Deum autē vixit dare, per quam hæc omnia efficiantur.

2. Cor. 6. a 2. Th. 2. a Rom. 12. d 1. Co. 15. d 1. Cor. 6. d Rom. 15. d 2. Co. 11. b

† postulauit

Matt. 6. c

Ibid. 10. d

Ioan. 10. b

signa nō fuerint, sint nobis tamen vtraq; ista. Veruntamen licet tāra ex seipso attulerit apostolus, totū tamen gratiæ adscripsit. Istud autē grati est famuli. Nos vero vtiq; nondū cognouissemus ipsius virtutes, nisi rerū fuisset necessitate adobrutus. Num igitur digni sumus, qui vel mētionē faciamus Pauli? Ille licet gratiā habuerit adiutricē, contentus tamen non fuit, sed & mille pericula quæ sustinuit, veluti tributū intulit ac pēsitauit. Nos autē, qui fiducia illa destituti sumus, vnde, dic quæso, sperabim; nos vel cōseruatuos eos qui Christianæ fidei iam dediti sunt,] vel acquisitores eos qui nondū accesserūt, homines deliciis hactenus dediti, refocillationēmq; vbiq; quærentes, & pericula ne in somnis quidē ferre valētes, immō neq; volentes etiā, & præterea à Pauli sapientia nō minus distātes, quā à cœlo terra? Propterea & discipuli nostri multū ab illis qui tum erant, defecerunt, quādoquidē & illorū temporum discipuli meliores erant, quā nunc sunt doctores, qui tum in mediis populis, & à tyrānis minarum insultus omniumq; mortalium vndiq; hostiles inimicitias passi, neq; tamen vel tantillum deiecti, aut à sentētia deflexi sunt. Audi quippe quid Philippensibus dicat: Quoniā vobis, inquit, datū est pro Christo, vt non solū in ipsum credatis, sed & pro illo patiamini. Et Thessalonicensibus iterū: Quoniā, inquit, imitatores facti estis ecclesiarū dei, quæ in Iudæa sunt. Et Hebræis scribens dicit: Et direptionē facultatum vestrarum cum gaudio accepistis. Colossensibus autem testimonium fert dicēs: Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Et hos ipsos multa tulisse pericula testatur. Galatis vero scribens dicit: Tanta passi estis frustra, si quidē & frustra. Et vides istos oēs iustitię studio deditos fuisse. Propterea & ipsa gratia tū efficax fuit. Et ob eā tē illi in virtutibus vixerunt, Corinthiis autē quid scribit? Audi: Quos multis modis culpauerat, nūquid & illis ipsis virtutū testimonium adfert, cum dicit: Sed zelū vestrum, sed desiderū vestrum? Et quæ rursus de his rebus ad eos dicit, illa nūc neq; in doctoribus quisquā deprehēderit. Itaq; illa omnia cessarunt ac perierūt. In causa vero est, quod charitas refriguit, & quod peccatores non castigantur. Audi nanq; ipsum ad Timotheum scribentem: Peccantes, inquit, corā omnibus argue. Et quod principes ægrotant. Capite quidē non existente sano, quomodo reliquum corpus validum manebit? Vide igitur quanta sit rerum turbatio. Qui recte viuendo, rectamq; aliquo modo fiduciam obtinendo montiū cacumina occuparūt, è medio sublati, & velut ab hostili alienoq; & minime domestico corpore auulsi sunt. Corrupti vero, quiq; innumeris malis scātēt, in ecclesias irruperūt. Venales factę sunt dignitates. Mille hinc mala nascūtur, & tamen nemo est qui corrigat, nemo qui reprehendat, sed viā quandā atq; sequelā nacta est hæc merces. Peccauit quispiam culpatusq; est? Is nō in hoc laborat, vt innocentē se ostēdat, sed vt criminū socios reperire liceat. Quid patior ac turbor cū gehēne minæ obiectæ sint? Credite mihi, nisi illic nobis deus suppliciiū referuasset, maiores tragœdias singulis diebus videretis, quā vnquā Iudæicæ calamitates fuerunt. Quid enim (sed nemo molestē ferat, neq; enim nominatim dicam) si quis ecclesiam ingressus, postulatis ad iudiciū vobis, qui nobiscū nunc hic estis, inquisitionē faceret: immō vero nō nūc, sed si circa paschatis diē quotquot accesserūt ac baptizati sunt, post mysteriorū participationem dili-

† nobis siue commissi.

Phil. 1. d

1. Thes. 2. c

Heb. 10. g

Colof. 3. a

Galat. 3. a

2. Cor. 7. c

1. Tim. 5. c

gēter quis scrutatus esset, tali accepto spiritu, ut exacte quicquid egissent cognouisset, multa sanē Iudaeis malis grauiora deprehēdisset. Nā inuenisset utiq; qui & auriis & diuinationibus, & incantationibus vsi essent: inuenisset & scortatores: auaros nolo dicere, & ebrietati deditos & cōiuratores: auaros nolo dicere, ne quos hic stantium tangam. Quid vero si quis scrutatus esset quotquot in vniuerso orbe accedūt, quōdnam putas nō reperisset delictum? Quid si principes? Nunquid deprehēdisset pecuniarum cupidos? num principatum emptores? num inuidos? nunquid tortores? nūquid vanā gloriā deditos? helluones? pecuniarum seruos? Quod igitur malorum expectandum non erit, posteaquā tanta obtinuit impietas? Et ut discatis, quāto supplicio sint obnoxij qui peccatis hīce detinētur, respicite vetera. Sacra pecuniā furatus erat homo militaris vnus, & omnes periclitabantur.

Iosue. 7. a

**H**omilia septima.  
**I**hi omnium sanctorum minimo data est gratia haec, ut inter gentes euangelizem imperuestigabiles diuitias Christi, & in lucem proferam omnibus, quae sit dispensatio mysterij, quod erat absconditum a seculis in deo, qui vniuersa condidit per Iesum Christum, ut manifestetur nunc principatibus ac potestatibus, in caelestibus, per ecclesiam vehementer varia sapientia dei, secundum praefinitionem seculorum, qua fecit in Christo Iesu domino nostro. Qui se conferunt in medicorum officinam, illis non solum eō simpliciter eūdum est, sed curandum, ut discant, quomodo curētur ac pharmacis vtantur: ita & nobis, qui huc conuenimus, non hoc tantum modo agendum, sed discendū fuerit, quanta sit Pauline modestiā excellentia. Posteaquam enim diuinā gratiā magnificentiam praedicaturus est, audi quid dicat: Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia haec. Animi quidem erat demissi, quod super prioribus peccatis, deletis etiam, lamentabatur, illorumq; recordabatur, ac modestiā tenebat, ut quando seipsum blasphemū vocat, & persecutorem & contumeliosum. Verum huic quod iam

**A** dicit, nihil poterit conferri. Primum enim, inquit, talis eram: Et abortiuū etiam se vocat. Quod vero post tantas virtutes, & in eo quod praesens erat, adeo modestus est, ut & omnium se minimum esse dicat, multae & excellentis est modestiā. Mihi omnium sanctorum minimo. Non dicit: apostolorum. Itaq; & illud isto minus est. Nam illic dicit: Non sum dignus, ut vocer apostolus. Hic vero & sanctorum omnium se minimum esse dicit: Mihi inquit, sanctorum omnium minimo data est gratia haec. Quae? Ut euangelizē in gentibus imperuestigabiles diuitias Christi, & illuminem quosuis ut videant quae sit dispensatio mysterij a seculis absconditi in deo: qui condidit omnia per Iesum Christum, ut manifestetur nunc principatibus ac potestatibus in caelestibus, per ecclesiam, vehementer varia illa sapientia dei. Fac hominibus non fuisse reuelatum: nunquid & angelos & archangelos, principatūsq; ac potestates illuminas? Vtiq; inquit. Atqui cū in deo fuerit absconditum, in deo, in qua, qui vniuersa condidit per Iesum Christum, quomodo audes hoc dicere? Sed quomodo hoc manifestum factū est angelis? Per ecclesiam. Non dixit autem simpliciter, varia dei sapientia, sed vehementer varia. Mysterium itaq; istud, quid fuerit, ignorabant angeli. Nā si principatus ignorabant, utiq; multo magis angeli. Quid igitur? Num & archangeli non cognouerunt? Neque etiam illi. Vnde cognituri? Quo reuelante? Quando videlicet illud nos cognouimus, tum per nos & illi. Audi enim quid ad Iosephum dixerit angelus. Vocabis, inquit, nomē eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populū suum a peccatis suis. Nam ipse Paulus ad gentes missus est, illi vero ad circumcisionem. Admirabilis itaq; est & stupendum, quod dicit: Mihi minimo data est gratia haec. Erat autem & hoc gratiā, quae exigua maiora illa concredebantur, ut esset eorum Euangelista. Qui enim maiorum sit Euangelista, hoc ipso magnum est. Ut euangelizem in gentibus imperuestigabiles diuitias Christi. Si diuitias Christi, etiam postquam manifestatae sunt, imperuestigabiles fuerūt, multo magis ipsa essentia, siquidem mysterium adhuc est. Nam mysterium ipsum propterea vocat, quod illud neque angeli cognoscebant, neque cuiquam alteri notum erat. Et illuminem quosuis, ut sciant, quae sit dispensatio mysterij a seculis absconditi, in deo, qui condidit vniuersa per Iesum Christum. Hoc solū sciebant angeli, quae portio domini esset populus eius. Et iterum: Princeps, inquit, Persarum restitit mihi. Nihil itaq; mirū, si & hoc ignorarunt. Si enim quae ad remigrationē e Babylone concernebant, ignorarunt, multo magis & ista. Euāgelium nanque istud est: Qui saluum faciet, inquit, populum suum Israël. Nihil hic de gentibus, sed de gentibus reuelat spiritus. Itaque quae vocatae essent, sciebant: quae vero ad eandem Israël sortem vocatae essent, & ad hoc, ut iuxta thronum dei collocarētur istud sanē quis expectasset? quis nā credidisset? Absconditi, inquit, in deo. Istam autem dispensationē, in ea quae ad Romanos est, euidentius reuelat. In deo, inquit, qui condidit vniuersa per Iesum Christum. Bene huius meminit, dicens, per Iesum Christum. Qui enim vniuersa per ipsum condidit, is & hoc mysteriū per ipsum reuelat. Nam sine ipso nihil fecit. Nihil enim, inquit, sine ipso factum est. Cum dicit, principatus & potestates, tā superiores quā inferiores intelligit. Secundū praefinitionē seculorū. Nunc quidē factum est, inquit, non autem nunc primum definitum, sed olim

Math. 11

Math. 11

Ibid.

Math. 11

sed olim ab initio praefiguratū est. Secundū praefinitionē seculorū quā fecit in Christo Iesu domino nostro. Hoc est, secundū praescientiam seculorum, futura prauidēs, quae futura secula dicit: Cognouit enim futura, atq; ita definiuit. Secundū praefinitionem seculorum. Forte eorū, quae fecit in Christo Iesu. Vniuersa vero per ipsum facta sunt. In quo habemus, inquit, audaciam, & aditū in fiducia, per fidem ipsius. Non adducti sumus velut captiui, neque tanquam veniam rogantes, neque ut solent qui peccarunt. Et audaciam, inquit, habemus in fiducia. Hoc est, cū confidentia. Vnde? Per fidem ipsius. Propterea peto, ne deficiatis ob afflictiones meas quas pro vobis sustineo, quae est gloria vestra. Quomodo pro illis? Quomodo illorum est gloria? Quoniam illos deus vsq; adeo dilexit, ut & filium suum pro ipsis dederit, & serui sui illorum gratia malis afficerentur. Vt enim illi tantis potirentur bonis, vincula expertus est Paulus. Istud utiq; multae erat erga illos diuinā dilectionis indicium, quod quidem & de prophetis suis dicit deus. Occiderunt, inquit, eos propter verbum oris mei. Quomodo vero defecissent propter alterius afflictionē? Si videlicet percussi turbatiq; fuissent. Ista & Thessalonicensibus scribens, dicit: Nec quisquam turberet in afflictionibus istis. Non enim non dolere duntaxat, sed & gaudere oportet. Nam si a vaticinio cōsolationē admittitis, ecce praedicimus vobis, adfligendos nos hic fore. Quāobrem? Quoniam ita dispositus fuit dominus. Huius gratia fleō genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paterna cognatio tā in caelis quā in terra nominatur. Quo affectu pro illis precatus sit ostēdit. Nō dicit simpliciter, oro, sed per id quod dicit, fleō genua mea, ita se precari declarat, quomodo solent qui rebus adflictis anxij precantur. Ex quo omnis paterna cognatio. Nō amplius, inquit, secundum angelorum numerum ac rationem tantum, sed etiam intelligit cognationē, vnde & quae supra & quae infra sunt tribus fiunt, non quales Iudaicae illae. Vt det vobis secundū diuitias gloriā suae, consolidari virtute per spiritum suū, in internū hominem, ut inhabitet Christus per fidem in cordibus vestris. Vide quā insatiabiliter illis bona imprecatur, ne quo pacto circumferantur ac fluctuent. Quomodo vero fit istud? Per spiritum sanctum, inquit, in internū vestrum hominē, ut inhabitet Christus per fidem in cordibus vestris. Quomodo? Fixus in charitate radicibus, ut valeatis comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit latitudo, quae longitudo, quae profunditas & sublimitas, cognoscerēsque praecellentem cognitionis Christi dilectionem. Quod statim exorsus precatus est, idem precatur & nunc. Quid autem & in principio illis optauit? Vt deus domini nostri Iesu Christi, inquit, pater gloriā, det vobis spiritū sapientiā ac reuelationis, in cognitione ipsius, illuminetos videlicet oculos cordiū vestrorum, ut sciatis quae sit spes vocationis ipsius, & quae opulēta gloria haereditatis ipsius in sanctis, & quae sit excellēs magnitudo potētiae ipsius in nos, qui credimus. Et nunc idem dicit, ut possitis comprehendere cū omnibus sanctis, quae sit latitudo, quae longitudo, quae profunditas & sublimitas. Hoc est, ut cognoscatis mysterium, quod pro nobis diligenter dispensatum est. Quae sit latitudo, longitudo, profunditas & sublimitas. Id est, quae sit magnitudo dilectionis dei, quomodo illa nusquā non sese extēderit. Descripsit autē illā corporalibus figuris, ut hominē ostenderet. Amplexus est quae supernē, quae infernē, & quae sunt ex lateribus. Nam dicimus, inquit, non esse nostrarū vitam

† occidi eos in verbo oris mei Iose. 6. b

supr. 1. c

**A** riū, ut ista sermone doceamus, sed ut virtute, inquit, spiritus sancti cōsolidemini ad tētationes, ne circumferamini. Itaque non licet aliter corroborari, nisi per spiritū ac tētationes. Quomodo vero Christus habitat in corribus nostris, audi Christū ipsum: Venimus, inquit, ego & pater, ac mansionem apud cum faciemus. In cordib' fidelibus, in dilectione ipsius radicatis, nō circumfluctuantibus. Vt valeatis, inquit. Itaque multa fortitudine opus est. Ut impleamini in omnē plenitudinē dei. ei vero qui potest plusquā abunde vltra omnia facere quae petimus aut cogitamus, iuxta potentia agentē in nobis. Quod iuxta potentiam deus abunde supra ea quae petimus aut cogitamus fecerit, ex his liquet quae scripsit ipse apostolus. Nam ego quidem, inquit, precor, ipse vero etiam praeter meam precationem maiora precibus nostris operatur. Et non simpliciter maiora, aut abunde, sed plusquam abunde. Atq; hoc ex ipsius potentia clarum est, quae in nobis agit. Neque enim ista vel petiuimus vel sperauimus vnquā. Ipsi sit gloria, in ecclesia, in Christo Iesu, in omnes aetates seculi seculorum. Amen. Bene sermonem in precationem & glorificationem conclusit: Oportebat enim eū, qui omnia nobis exhibet, & glorificari & benedici. Est ergo & haec sermōnis portio, stuporis & magnitudinis beneficiorū, quae a deo nobis facta sunt, quae deum videlicet glorificat, idq; per Iesum Christum. Gloria ipsius sit in ecclesia. Recte: nā ipsa sola indefinenter persistere nouit. Quae recurrent sint illae paternae cognationes, necessariū est ut dicamus. In hoc quippe seculo paternae cognationes sunt generationes, in caelo vero quomodo, ubi nemo ex quoquā nascitur? aut paternas illic cognationes vocat ordines ac familias caelestes, quae admodum & in scripturis positū inuenire licet, familia Hamatharei, eo quod inde patres vocantur. Non autem totum a deo petit, sed & ab ipsis exigit fidem & charitatem. Neque simpliciter charitatem, sed ita radicatum & fundatū vt neque venti illam quatiant, neque aliud quicquam deiiciat. Dixerat adflitiones esse gloriam. Si vero meae, multo magis vestrae. Et precatur rursus.

Iosue. 1. 4

Recurrit ad superio

ra

ra

ra

ra

ra

ra

Moralis exhortatio.

Non est itaq; derelictionis indicium quod affigimur. Neque enim nos deserit, qui tanta nostri gratia operatus est. Si vero precatione opus est Paulo ac spiritali insinuatione, ad hoc ut dilectio dei cognoscatur, essentia Christi quis sciet, ratiocinationibus suis obsecutus? Quāquā quid difficilius discitur, quā quod nos diligit deus? Istud dilectē, vehementer difficile est. Nā sunt quidā qui & hoc ignorant, vnde & innumera mala dicunt in mundum nasci. Alij vero quantum nos diligit, ignorant. Et Paulus sanē non querit ut quātum nos diligit dimetiamur. Quomodo enim possibile esset? Sed ut discam' hoc ipsum quod excel-lens est, & magnū. Et dicit, quod per hoc ipsum ostēdere queat & probare deus, quod nos diligit, nimirum quanta cognitione dignatus est. Equidē exuberantiam quandā habet diuinā dignationis, cōsolidari potētia spiritus, & Christū habere intrō in cordibus: vnde magna, inquit, sunt quae petimus, verū nouit & vltra illa praestare vt non solū diligit, sed etiam vehementer diligit. Hoc itaq; curemus dilecti, nempe vt dilectionē dei cognoscāmus. Magnum hoc est: Nihil quippe nobis ita proderit, nihil ita conueniet. Plus enim istud habet momenti ad attrahendū animas nostras, quāmetus gehennae. Vnde igitur illam sciemus? Ex his videlicet, quae dicta iā sunt, & quae quotidie con-

† Atqui, ecquid istud habet difficultatis, quod nos diligit?



tingunt. Quamobrē ista facta sunt? Cuius commodi necessarii gratia quod illi cesserit? Nullius prorsus. Vbiq; horum omnium causam Paulus dilectionē ponit. Ista vero potissimum est vera dilectio, quādo benefici hominibus, à quibus nihil captū est prioris benefici. Hāc itaq; imitemur & nos. Beneficiamus inimicis, odio nos habētib; & auerfantib;. Accedamus & recipiamus illos. Hoc scilicet nos deo similes faciet. Si enim amicum dilexeris, inquit, quid habebis lucrū? Istud faciunt & gentes. Sed quōdnam est dilectionis iudiciū? Odio prosequenter diligere. Ignoscite, volo exēplo rem declarare, & in spiritualibus nō inuenio quod adducam, sumā igitur ab exteris. Nō videtis amatores illos, quomodo tot damnis affecti nihilominus affixi teneantur & ardeant, & mulierculas illas, ante quarū ianuas integram subinde noctem cōtempti perdurant, plus diligant q̄ suas ipsorum animas? Hinc sumamus dilectionis exemplum, nō vt tales diligamus (fornicarias mulierculas intelligo) sed vt ad hunc modū diligamus inimicos. Etenim, dicas velim, an nō contumeliosius illis abutuntur, quā si inimicæ essent? An non substantiam inuolant? An non in faciem procaciter cōtumeliantur? An nō illis plus quā seruis imperat? Et tamen nihilominus non abfistūt isti, tametsi talem nemo habeat inimicum, qualem habet qui amicam diligit. Nam pro sua intemperantia iam lasciuuit, iam callide dissimulat, & illo sepe numero temere abutitur, & quo diligitur amplius, hoc magis diligentē floccipendit. Quid autem mente sic affecta immanius esse poterit? At nihilominus illi diligunt. Sed forte & in spiritualibus talem dilectionē inueniemus, nō in illis qui nunc sunt (refrigerauit enim iam charitas) sed in magnis olim & celeberrimis illis viris. Moyses, beatus ille, etiā amatores istos diligendo excelluit. Quo pacto? Primū quidem regia relicta, relictiis quas illic habebat delicias, relicto famulatio, & quo colebatur honore, elegit esse cū Israēlitis. Atqui nō solum nō fecisset hoc quisquā alius, sed cognatus seruorum suorum videri non sustinisset, illos si quispiam increpasset, siq; illi non solum serui, sed & scelesti reputati fuissent. ] Hic vero non solum horum cognationem non erubuit, sed & toto animo vindicauit, seq; ipsum illorū gratia periculis obiecit. Quomodo? Cum videret, inquit, quempiam iniuriis adfectum, & vindicauit oppressum, & iniurium occidit. Sed ista nōdum pro inimicis fecit. Magna quidē, verum non vt ea quæ subsequuntur. Postero itaq; die, cum idem fieri videret, nimirum eum quem antea ab iniuria vindicauerat, iniuriā facere fratri, vt ab iniuria defisteret hortat<sup>o</sup> est. Is vero summe ingratus, quis te, inquit, principem ac iudicem super nos cōstituit? Quem quæso hæc verba non inflammassent? Itaq; si furore & incōmodi cuiusdam gratia primum hoc factum esset, poterat & istum percussum ē medio tollere. Neq; enim alter eum prodidisset, cuius gratia facinus istud designatum fuisset. Verum quoniam cognati erant, ista dicebat. Improbis ille cum iniuriam aliunde pateretur, nihil tale loquebatur. Quis te cōstituit principē ac iudicem super nos? Cur istud nō die præcedēti dixerat? Iniuria illa tua, inquit, & crudelitas, ipsa me principē ac iudicem constituit. Sed vide, quomodo nunc quidam & ipsi deo ista obiciāt, dum in illos à quibus læduntur, vehementē illum esse volunt, longanimitatēq; illius reprehendunt, secus si iniuriā ipsi intulerint aliis. Quid vero improbi huius

Matt. 5. g

† sed ipsi  
pudisset  
si quispiam  
obiecisset,  
quod ser-  
uorum suo-  
rum videretur esse  
cognatus  
nec seruo-  
rum sim-  
pliciter,  
sed eorum  
qui spurci  
haberentur.  
Exod. 2. c.

verbis amarius? Veruntamē ad perfidos istos postea & ingratos, diuinitus missus venit, nihil recusans. Et tamen etiam post signa illa, post portenta, quæ per illū fiebāt, lapidibus eum obruere sæpenumero tētarunt, ita vt manus ipsorū coactus sit effugere. Indefinenter quoque aduersus ipsum murmurabant, nihilo tamen fecius tāto ipsos amore prosequeretur, vt post graue illud peccatū ab ipsis perpetratum, ad deum dixerit: Quod si peccatū hoc illis remittis, remitte: sin min<sup>o</sup>, me quoq; ē libro quem scripsisti expungito. Cum ipse, inquit, perire volo magis, q̄ sine ipsis saluari. Reuera insania, reuera magnus amor. Quid dicis? Cælū contemnis? Vtiq; inquit. Diligo siquidē illos, licet iniuste egerint. Expūgi petis? Et quid patiar? Amor enim est. Quid vero postea? Audi quid alibi dicat scriptura. Et Moyses propter illos afflictus est. Quoties cōtumeliati sunt? Quoties ipsum officio deturbare conati sunt? Quoties fratrem ipsius in Aegyptum remigrare voluerunt? Et tamen post ista omnia exardebat & insaniebat, pati etiā illorum gratia paratus. Ita oportet diligere inimicos, vt plāgens, laborans, omnia faciens, separatūq;, salutem ipsorum quæras. Quid vero Paulus, dic quæso? Nunquid gehēnam ipsorū gratia sibi ipsi petiit? Sed ab ipso domino necessarium est exemplum adducere. Nam & ipse ad eum modum facit dicens: Quoniā solem suum exoriri facit super malos & bonos, à patre sumēs exemplum. Nos vero sumamus ab ipso Christo. Venit ad eos (secundū dispersionē loquor) seruus factus est propter eos, seipsum humiliavit & exinanivit, formamq; serui accepit. Cum autem aduenisset, neq; ipse in viam gētium abiit, neq; discipulis id permisit, & non hoc solum, sed & circuiēs omnem orbū & quamuis ægritudinem curauit. Quid igitur? Reliqui quidē omnes stupebant & admirabatur dicentes, Vnde huic funt ista? isti vero, quibus benefiebat, dicebāt: Dæmonium habet, & blasphematur, & insanit, & seductor est. Nū igitur auersatus est illos? Nequaquā. Sed his auditis magis etiā benefecit, accessitq; eos à quibus erat crucifigendus, tātum vt illos saluaret. Et postea quā crucifixus etiam esset, quid dixit? Pater, inquit, ne statuas illis hoc peccatū. Et cū antea & post male esset affectus, ad extremum tamen vitæ halitum nihil nō illorum gratia conatus, etiam pro eis orauit. Post crucem quoq; quid nō propter ipsos fecit? Num apostolos nō misit? Nū signa non patrauit? Nū aliquid quod ad salutem ipsorū faceret, non tentauit? Ita videlicet diligendi nobis sunt inimici, ita Christū imitari oportet. Ad hunc modū fecit & Paulus. Lapidatus etiam, & innumera mala passus, nihil nō ipsorum gratia molitus est. Audi quid ipse dicat. Quoniam propensa, inquit, cordis mei voluntas & deprecatio, pro illis est ad salutem. Et iterum. Testimonium enim illis perhibeo, q̄ studium dei habent. Item: Si tu cum esses ex oleastro, insitus es, quāto magis ipsi propriæ oleæ inferentur? Ex quāto dilectionis affectu putas hæc verba dici? Ex quāto animi benignitate? Dicit non potest. Non potest inquam. Isto videlicet modo diligēdi sunt inimici. Ita diligere inimicum, est deū diligere, istud & præcipiētē & admonētē. Imitatio dei, dilectio est inimici. Cogita te nō inimico sed tibi ipsi benefacere, nō inimicum diligere, sed deo obedire. His itaq; cognitis obfirmemus mutuā inter nos ipsos dilectionem, quatenus illa exacte præstita, promissa bona consequamur in Christo Iesu domino nostro, &c.

Homilia

Homilia octaua.

Cap. iij.

**H**ortor itaq; vos ego vinc<sup>o</sup> in domino vt ambuletis ita vt exigit dignitas vocationis qua vocati estis, cū omni submissione, & mansuetudine. Præceptorum virtus est, nihil honoris, nihil gloriæ à subditis, sed salutem ipsorū quærere, atq; huius gratia nihil non facere, ita vt qui non istud sed gloriā suam quærit, non iam præceptor sed tyrannus sit. Non enim propterea te deus illis præfecit, vt maius acquiras obsequiū ac famulitiū, sed vt neglectis rebus tuis, quicquid illorū est rite dispensetur & edificetur. Hoc videlicet doctoris est, talis erat beatus Paulus, qui quidem omni fastu liber, non aliter erat affectus q̄ vulgaris quispiā, immò & minimus etiam istorū. Propterea & seruum eorum seipsum vocat, & potissimum per supplicandi modum loquitur. Et nunc quoq; vide q̄ nihil imperiosum, nihil authenticū, sed contractū ac submissum scribat. Hortor itaq; vos, inquit, vinc<sup>o</sup> ego in dño, vt ambuletis ita vt exigit dignitas vocationis qua vocati estis. Quid hortaris dic quæso? vt emolumentum quicquam consequaris ipse? Nequaquā, inquit, sed vt alios saluem. Atqui qui hortantur, eorum gratia plerunq; hortatur, quæ ipsorum intersunt. Et mea quoque refert, inquit, quod hic hortor. Quæadmodum & alibi scribens dixit: Nunc viuimus, siquidē vos in domino statis. Perpetuo quippe vehemēter illorū, quos in domino instituit, salutē desiderabat. Ego vinc<sup>o</sup>, inquit, in dño. Magna dignitas, & regno quouis & cōsultatōge maior. Istud & ad Philemonem scribens cōmemorat. Vt Paulus senior, nūc vero & vinc<sup>o</sup> in Christo. Nam nihil ita splendidū, vt vinc<sup>o</sup> esse] propter Christū, vt catenæ sunt sanctis illis manibus circumdata. Vinc<sup>o</sup> esse propter Christum illustrius est, q̄ siue apostolum, siue doctorem siue Euangelistā esse. Si quis Christū diligit, is nouit quid sit quod dico. Si quis erga dominū insanit, vt ita dicā, & ardet, is nouit quæ sit vinculorū virtus. Hic vtiq; prius habebit, optione data, vincula ferre propter Christum, q̄ cælos inhabitare. Quouis auro splendidiore, quouis diademate regali illustriore manus has illis ostendit. Non enim caput ita splendidum reddit imposita corona margaritis cōspicua, vt catena ferrea quæ propter Christum fertur. Tum videlicet ipsis regiis illustrior erat carcer, ipso etiam cælo. Quid dico regiis? Vinc<sup>o</sup> enim habebat Christi. Si quis Christū diligit, is nouit hanc dignitatē, hanc intelligit virtutē, agnoscit quantū sit illud, quod humano generi largitus est deus, nimirum ligari pro eo. Istud forsā illustrius etiam est q̄ sedere ad dexteram ipsius, honestius q̄ sedere super duodecim thronos. Et quid dicam de humanis? Pudet diuitias & aureā mūditiem huiusmodi conferre vinculis. De magnis itaq; illis quid dicam? Etiam si nullā haberet mercedem res ista, hoc tamen solum magnum est præmiū, hoc multa retributio, q̄ ista mala propter dilectum feruntur. Nouerunt istud etiam qui non deum sed homines diligunt, qui videlicet maiore voluptate mala patiuntur propter dilectos, q̄ si honore ab illis adficerentur. Hæc conscire sibi, sancti tantummodo cœtus, hoc est, apostolorum fuerit. Audi quippe quid beatus Lucas dicat, Quoniā reuerſi sunt, inquit, gaudentes à cōspectu concilij, eo q̄ digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliā pati. Aliis quidem ridiculum videtur, q̄ probris adfici, dignitatem & honorem, contumeliā ferre gaudiū esse dicimus. Christi vero desiderium non ignoran-

1. thes. 3. c.

ad phile. b  
† vinculis

Matt. 5. g

Tomus quartus.

tibus, omnium istud scelicissimū habitum est. Quod si quis mihi vel vniuersi cœli vel huius catenæ copiā & optionem largitus esset, catenam hanc ego planē elegissem. Deinde si aut mihi cum angelis standum fuisset sursum, aut cum Paulo vinc<sup>o</sup>, carcerem vtiq; præoptassem. Ad hæc si quis me aut in numerum & ordinem collocasset cœlestiū potentiārum, earū etiā quæ prope sunt thronum dei, aut talē ligatum fecisset, talis vtiq; ligatus esse voluissem. Nihil hac catena beatius. Vellem nunc etiam in eis esse locis, in quibus ista dicuntur esse vincula. Et merito: Celebrare viros istos, qui huius erga Christum desiderij fuerunt. Cuperem videre catenas illas, quas quidem verentur & horrent dæmones, veneratur vero angeli. Nihil melius q̄ male propter Christum adfici. Non ita beatū dico Paulum, q̄ in paradysum raptus, atq; q̄ in carcerem est coniectus. Non ita beatum æstimo q̄ verba audiuit ineffabilia, atque q̄ vincula sustinuit. Non ob id adeo beatum illum prædico, q̄ in tertium cœlum raptus est, atq; propter vincula. Quod enim ista reliquis sint maiora, audi eū ipsum quomodo gloriatur. Neq; enim dicit: hortor vos ego, qui verba ineffabilia audiui: sed quid? Hortor vos, inquit, ego vinc<sup>o</sup> in domino. Quod vero non omnibus istud epistolis adiecit, nihil est quod mireris. Neq; enim perpetuo in vinculis fuit, sed quibusdā duntaxat tēporibus. Potius mihi habetur male adfici pro Christo, q̄ honorari à Christo. Istud demū magni honoris est, istud gloriæ est nihil non excellentis. Si Christus ipse pro me seruus factus, gloriāq; suam exutus, tanti non duxit esse in gloria, quanti q̄ mei gratia crucē subiret, quid quæso illius nomine ferre nō debeo? Audi siquidem quid ipse dicat. Glorifica me, inquit, tu pater. Quid dicis? Ad crucem cum latronibus ac prædonibus duendus, maledictorūq; necem subiturus, deinde & conspuendus, & virgis percutiendus es atq; alapis, & ista vocas gloriā? Vtiq;, inquit. Nam pro dilectis ista patiar, atq; ea nunc mihi pro gloria duco. Si gloriam istud vocat, q̄ miseros & calamitosos ita dilexerat, si gloria illi nō in patrio throno, neq; in diuina illa gloria, sed in cōtumelia reputata est, eamq; reliquis præposuit, multo magis mihi istud pro gloria duendum est. O beata vincula, o beatas manus, quas catena illa exornauit. Non erant ita præclarę Pauli manus, quādo claudum illum in Lystris erigebat ac restituebat, atq; quando vinculis erant circumligatæ. Quod si mihi temporibus illis esse licuisset, tum potissimū illas circumplexus fuisset, inq; sinus meos collocaſsem. Vtiq; non cessassem exosculari illas, quibus pro dño meo ligari licuit. Admiraris Paulū, tum potissimum, quando nihil illi, quæ manui adhæserat, detrimenti adferebat vipera? Nihil mireris. Catenā istam quippe reuerbatur. Immò & vniuersum illam mare veneratū fuerat: nam tum quoq; vinc<sup>o</sup> erat. Si quis modo mortuos mihi largiretur excitandi facultatē, istud planē non præferrem huic catenæ. Quod si liberum fuisset per curas ecclesiasticas, & corpus habuissem validum, nihil vtiq; causatus fuisset quominus tāta suscepta peregrinatione, catenas duntaxat illas, & carcerem vbi ligatus fuit, vidissem. Quanquam & miraculorum ipsius multa sunt in plerisq; locis signa, non tamen adeo sunt amabilia, atq; stigmatum indicia. Et in scripturis me nō tantum delectat miracula patrans, quantū male adfectus, flagellatus ac miserabiliter tractus, Ita vt à corpore eius, inquit, sudar-

2. Cor. 12.

1. Cor. 16.

1. Cor. 14.

1. Cor. 28. a

Chryso-  
stomus  
corpo-  
re fuit in-  
firmo.

F iij ria deser-

*Ibid.* 19. *c*ria deferrentur ac semicineta. Admiranda quidē reuera fuerūt ista, verū non talia, qualia illa: Cæsum autem, multis impositis plagis, cōiecerunt in carcerem. Et iterum: Et vincti laudabant dominū. Item, & cum illum lapidassent, extraxerunt ē ciuitate, existimātes esse mortuum. Vultis discere quantē sit dignitatis catena ferrea propter Christum corpori serui ipsius circumdata? Audite Christū ipsum dicentem: Beati estis, inquit. Quid? Quod mortuos excitaturi estis? Non. Sed quid? Quod cæcos curabitis? Nequaquā. Quādo ergo? Quādo, pbris vos affecerint, insectatiq; fuerint, ac dixerint quoduis malum contra vos, mentientes propter me. Quod si male propter Christum audire adeo facit beatos, quid nō faciet male etiā affici? Hoc beatus ipse alibi dicit: Quod superest, reposita est mihi corona iustitiæ. Verū ista corona illustrius est vinculum. Isto me dignetur, inquit, & nihil illa morabor. Satis mihi sit ad quāuis retributionem, male propter Christū tractari. Detur mihi, vt dicere liceat, quoniā adimpleo quod deerat afflictionum Christi in carne mea, & nihil præterea desiderabo. Honorat<sup>o</sup> est & Petrus ista catena. Erat enim, inquit, vinctus, ac traditus militib<sup>o</sup>, & dormiebat, ita videlicet erat hilaris ac nihil prorsus immutatus, & grauis illum habebat somnus. Vnde liquet vtiq; q̄ minima fuerit cura ac solitudine: dormiebat, eratq; inter milites, & veniebat ad eum angelus, ac percusso latere excitabat illū. Hic si mihi quispiā dixisset, elige vtrum velis, vis esse angelus Petrum stimulans ac soluēs, an Petrus seruatus? Petrus vtiq; maluissim esse, propter quem & angelus descendit. Vinculis istis potiri libuisset. Quid igitur dices? Quomodo alibi precatur & optat, vt à magnis malis liberetur? Nihil mireris. Mortem veritus, precatur. Mortem vero ideo timebat, q̄ adhuc esset passionū occasio. Audi quippe quid dicat ipse beatus Paulus, desiderans, inquit, dissolui, & esse cum Christo, multo longēq; melius est. In carne vero manere necessarium magis propter vos. Et gratiam istud vocauit alibi scribens: Hoc vobis, inquit, gratiæ datū est à Christo, vt nō solum in ipsum credatis, sed & pro eo patiamini. Istud itaq; illo maius est. Est enim doni ac gratiæ vice datū. Reuera maximum donum, & omnibus istis maius, siue solē sistendi, siue lunam, mundūque mouendi. Maius est etiam quā dominari dæmonibus, aut dæmones expellere. Illos quippe nō adeo male habet, q̄ fide nostra eiiciuntur, quemadmodum si quando nos pro Christo vinctos ac male adfici viderint. Istud quippe maiore fiduciam parit. Non est autem ideo bonum pro Christo ligari, quod inde regnum cælorum acquiritur, sed ideo bonum q̄ pro Christo fit. Non ideo beata prædico vincula, q̄ in cælum destinant ligatum, sed q̄ pro cæli domino feruntur. Quanta quæso gloriatio, quāta fuerit voluptas, quantus honoris splendor, pro Christo se vinculum esse cognoscere? Vellē ista mihi perpetuo gloriari liceret, vellē adhærere catenæ. Et quoniā ipsa re destitutus sum, vellē vel cogitatione & affectu animæ meæ circumdare catenam. **Commotus est, inquit, carcer vincto Paulo, solutūq; sunt omnium vincula.** Vides naturam vinculorum, vincula soluentem? Nam quemadmodum mortē interemit mors domini, ita ligatos soluerūt vincula Pauli, carceremq; conculserūt, ac ianuas illius aperuerūt. Atqui non est ista vinculorum natura, sed contraria, nimirum vinculum in munitione & cautione detinēdi, nō ianuas illi & pa-

rietes carceris laxādi. Verū quorūuis simpliciter vinculorum non est ista natura, est autē eorum quæ Christi nomine ferūtur. Procidit ad pedes Pauli ac silicatos carceris: at neq; istud faciūt vincula quāuis, quæ non eos qui ligauerant, ante pedes ligatorū, sed contrario ligatos istis subiiciūt. Nūc vero qui solutus erat, pedib<sup>o</sup> aduoluitur ligati, qui ligauerat ligatū orat, quo timore solui queat. Non tu ligaueras, dic quæso? Nō in interiorē custodiā conieceras? Nō ligno pedes munieras? Quid ergo tremis? Quid tumultuaris? Quid ploras? Quid gladiū eximis? Nihil vnquā tale ligauit, inquit. Ignorabā tantā esse eorum potētiam qui propter Christū vinculis subiiciuntur. Quid dices? cælos aperiendi potestatem acceperunt, & carcerem aperiendi potestatem acceperunt, & carcerem aperiendi potestatem acceperunt, & carcerem aperiendi potestatem acceperunt. Qui soluunt à dæmonibus ligatos, istos ferrea fuerat detētura catena? Nō noueras hos viros. Propterea & veniā adeptus es. Paulus vinct<sup>o</sup> est, quē vnuerſi venerati sunt angeli. Paul<sup>o</sup> est, cuius sudaria & semicineta dæmones expulerūt, ac morbos fugarūt. Atqui quouis ferro adamātino infractus est vinculum, quod à dæmone est. Istud enim animā etiā, illud vero corpus ligat. Itaq; qui animas ligatas soluit, quomodo corpus suū soluere non valuisset? Qui dæmonū vincula frāgit, ferri ligaturā non soluisse? Qui vestibus suis captiuos illos relaxat & à dæmonibus liberat, an ipse seipsum, nō per seipsum soluisse? Propterea primū ipse vinct<sup>o</sup> est, ac deinde reliquos vinctos soluit: vt discas seruos Christi etiā ligatos, multo maiore habere virtutē quā reliqui soluti. Siquidē adeo mirū non fuisse, si liber ac solutus hoc fecisset. Itaq; non erat infirmitatis hoc vinculum, sed maioris potentia. Nā hoc pacto illustrior fit sancti huius virtus, q̄ vinctus ipse vinctis dominatur, quādo non solum seipsum vinctus, sed & reliquos vinctos exoluit. Quid hic profuerūt parietes? Quid plenioris securitatis contulit carceris custodi q̄ in interiorē custodiā Paulum coniecit, quando & exteriorē patefecit? Quamobrem vero & noctu istud & cum terramotu factū est? Indulgete paululū, atq; concedite, apostolicis verbis detēto, apostolicisq; in rebus delicianti, permittite, inquā, in Pauli catena iocūdari, date huic plus aliquāto immorari. Vincula prehendi, nemo me eximat. Tutius ego nunc desiderio ligor, q̄ ipse tum ligno. Istud vinculum nemo soluat. Nequitur em̄ à desiderio & amore Christi. Istud certe vinculum neq; angeli, neq; ipsum cælorū regnū laxare valuerit. Ipsum potes audire Paulū dicentem: Neq; angeli, neq; principatus, neq; potentatus, neq; præsentia, neq; futura, neq; sublimitas, neq; profundū separare nos poterūt à dilectione Christi. Quāobrē igitur circa noctis mediū res ista facta est? Qua ratione deniq; cū terrēmotu? Audite & stupeſcite dispensationē dei. Vniuersa vincula soluta sunt, & ianua patefacta. Sed istud propter carceris duntaxat custodē factū est, nō ad ostentationē, sed ad illius salutē. Quod enim reliqui vincti, q̄ soluti iam essent, ignorauerint, ex ipsis Pauli verbis liquet. Quid enim dicit? Clamauit autē voce magna dicēs, nihil mali tibi ipsi facias. Nam vniuersi hic sumus. Vtiq; nō omnes intus fuissent, si & ianuas vidissent apertas, & seipſos iam solutos. Cum enim soleāt & parietes perfodere, & tectorum fastigia superioraque tabulata transire, & cum ipsis quoque vinculis nihil non quo effugiant audere, intus consistere vti que non sustinuisſent solutis iam vinculis ac ianuis apertis, deniq; & ipſo custode altum dormiente. Verum pro

Matt. 5.

2. Tim. 4.

Coloss. 1. d

Act. 12. 4

Phil. 1. c

Ibidem. d

† loqui.

4 Act. 16.

Rom. 8.

Act. 16.

rum pro vinculis ferreis, erat illis vinculum somni, ad hoc, vt & res ista fieret, & nihil ab hoc miraculo dāni, saluādo accederet carceris custodi. Aliās vero solēt maxime noctu vinciri captiui, nō die. Videre itaque licebat captiuos tū diligēter denuo vinctos, idq; dormientes. Si vero ista diurno fuissent tēpore facta, multū planē dedissent tumultus. Iam cuius gratia motum etiā est carceris ædificiū? Ad hoc videlicet, vt ad rei gestę spectaculū excitaretur carceris custos. Nā is solus dignus erat qui saluaretur. Tu vero mihi excellentiam gratiæ Christi cōtemplare. Profuerit quippe & interea dū de vinculis agitur Pauli, Christi quoq; gratiam cōmemorare: immo & ipsa diuinæ sunt gratiæ. Sunt qui factū hoc reprehendunt, nempe q̄ saluatus est carceris custos, inde vituperantes benignitatem dei, vnde illā admirari debuerāt. Sed nihil mirum. Tales quippe sunt & ægroti, qui cibum sanū ac pascentem, quem cōmendare debebant, improbant, quibus & mel ipsum amarū est. Quem in modum & cæcutientes, vnde debebāt illuminati, inde obcæcatur, id quod huic hominū generi non ab ipsa rerum natura, sed ex propria infirmitate contingit, qua fit q̄ rebus rite nequeant vti. Quid igitur dicunt? cū mirari debent, q̄ eum qui in extremam inciderat malitiam, attraxerit melioremque fecerit, Quomodo inquit, non estimauit rē istā præstigio, & incantatione factā, vt eo magis illos cohibuisset, se iurationēque abstinuisset? Multa sunt quæ ad hoc illi, ne tale quid cogitaret, cōtulerunt. Primum, q̄ audiuit illos deum laudātes. Tales vtiq; hymnos non nouerunt incantatores. Audiebat enim eos, inquit, laudātes deū. Alterum, q̄ non solū non effugerant, sed & prohibebant eum ne seipsum occideret. Nā si hoc propij commodi gratia fecissent, intus certe non mansissent, sed primū seipſos exemissent. Quin & multa hic apparet ipsorum benignitas. Prohibuerunt eum ne se occideret, à quo iā fuerant multa diligētia vincti. Dure, inquit, ligasti nos, vt ipse à maioribus ac durioribus vinculis absoluereris. Catenis quippe suorum quisq; peccatorū constringitur. Illa nanq; execranda sunt vincula, ista vero beata, multaque precatione & optione digna. Quod em̄ illa per ista soluta sint, patuit in eis quę senfibilia fuerūt. Vides solutos eos, qui ferro detinebantur? vide & te ipsum aliis grauiorib<sup>o</sup> viculis absolutū. Ista vero vincula, nō Pauli dico, sed aliorū vinctorū, ex peccatorū vinculis causata fuerāt. Duplex erat in hoc carcere vinctorū genus. Et ipse quoque carceris custos vinctus erat. Illi quidē & ferro vincti erant & peccatis, iste vero peccatis dūtaxat. Soluit illos Paul<sup>o</sup> ad istius plenariā instructionē. Erāt enim visibilia vincula. Ita fecit & Christus, immo cōtrario modo. Gemina aderat paralyſis. Quānā? peccatorū vna, corporis altera. Quid igitur Christ<sup>o</sup>? Bono, inquit, esto animo fili, remittūtur peccata tua. Potiorē reuera paralyſim soluit primū, deinde & ad alterā transit. Cū enim dixisset quidā scribarū apud seipſos, hic blasphematur, cognitis Iesus cogitationibus eorū dicit: vt quid mala cogitatis in cordibus vestris? vtrū enim facilius est dicere, remittūtur peccata tua, an surge & ambula? vt autē videatis, potestare esse filio hominis super terrā remittēdi peccata (dicit paralytico) surge, & tolle lectum tuum, ac vade in domum tuam. Quod intelligibile erat, confirmauit à sensibili: & quod attinebat ad animam, in eo quod corporale erat, operatus est. **Qua vero ratione hoc fecit? vt impleret illud: Serue**

nequā, ex ore tuo te iudico. Quid illi dicebāt? Nemo potest, inquit, peccata remittere, nisi vn<sup>o</sup> deus, neq; angelus neq; archāgelus, neq; alia quæcunq; creata potestas. Vos istud, inquit, ipsi cōfessi estis. Quid itaq; dicendū fuerat? Si probauero me peccata remittere, deum esse me manifestū erit. Verum ita nō dicit: sed quid? vt videatis potestare esse filio hominis in terra remittēdi peccata (tūc dicit Paralytico) Surge, tolle lectū tuū ac vade in domū tuā. Quando itaque quod difficilius est, inquit, præstitero, patebit nihil prorsus prætextus ac cōtradictionis de eo quod facilius est, relinqui. Propterea per contrariū Christus, quod intelligibile erat, primū præstitit, q̄ multi essent contradicētes. Hic vero Paul<sup>o</sup> à sensibili carceris custodē, ad id quod mentis erat, subduxit. Non erat res adeo facilis fides, videbat vinctos, nihil vel videbat vel audiebat quod vitiosum esset aut peruersum, videbat nihil esse per incantationē factū. Deū enim laudabāt, videlicet omnia multa benignitate geri. Nihil enim vltionis præsumebāt aduersus ipsum, tamen si potuissent: poterant enim & seipſos & reliquos vinctos eximere & abire. Et si nō reliquos vinctos, vel seipſos tamen exemissent, verum nihil huiusmodi moliebātur: itaq; nō miraculo solū, sed & moribus illis suis ipsum obstupefaciebāt. Quomodo exclamabat Paulus? Magna voce dicebat: nihil mali tibi ipsi inferas, vniuersi siquidem hic sumus, vides modestiā & alacritatem, & benignitatē? Non dicebat: Per nos ista facta sunt, sed tanquam vnus ē numero vinctorum, vniuersi, inquit, hic sumus. Quāquā etiam si neq; antea, neq; per miraculū illud seipſos soluisſent, poterāt tamē tacere, & omnes vinctos simul absoluerē. Nā si tacuisſent manusq; custodis per magnā illā exclamandi vocē notū cohibuisſent, impulisset vtiq; per guttur suū correptū iam gladiū. Propterea & exclamabat Paulus, nempe, q̄ erat in interiorē carceris custodiam cōiectus. Ex teipſo, inquit, hoc habes, qui eos, quorum eras beneficio liberandus à periculo, in interiora conieceris. Verum nihil eorū quæ ab ipſo passi fuerant, vicissim imitabantur: nā si seipsum occidisset, vniuersi vtiq; facile effugissent. Vides q̄ maluerint vincula ferre, q̄ custodem periclitantē contemnere? Cogitabat itaq; penes seipsum, si subdoli essent & præstigiatores, omnino & istos absoluisſent, & seipſos ab his vinculis liberassent. Potest enim esse, vt plures tales in carcerē aliquando cōiecti fuerint, verum etiā cum sæpenumero tales præstigiatores ac subdolos custodiendos suscepisset, nihil tamē huiusmodi ab illis factum esset, propterea hic admirat<sup>o</sup> est. Præstigiator vtiq; fundamēta carceris non cōcussisset, vt & custodē excitaret, & difficiliorem fugā sibi ipsi faceret: sed videamus iā deinceps custodis huius fidē. Postulato, inquit, lumine introrupit, ac tremefact<sup>o</sup> accidit Paulo & Silæ ad pedes: & pductis illis foras, domini, inquit, quid me oportet facere vt saluus fiā? Ignē tenebat ac gladiū, & dicebat: Quid me oportet facere, vt saluus fiā? Illi vero dicebāt: Crede in dñm, & saluaberis tu ac domus tua. Non est istud præstigiatorū, tale dogma tradere. Nulli<sup>o</sup> hic omnino dæmonis metio. Vides quomodo dignus ille, qui saluetur, factus sit? Viso em̄ miraculo, timorēq; isto liberatus, nō est eorū quæ pdesse poterāt oblitus, sed in tali periculo salutis eius quę animā concernat curam egit, & ita illos accessit quomodo præceptores accedere oportet. Accidit ad pedes illorū, & locuti sunt ei, inquit, sermonē dei, & omnibus

Mar. 2.

Luc. 5. d

† cōtra teipsum hoc fecisti, dicat aliquis

Act. 16. f

Matt. 9. 4

Zuc. 19.



qui erāt in domo eius. Et assumptis illis nocte illa, abluuit plagas ipsorū & baptizatus est ipse & omnes domestici illius cōtinuo. Vides viri huius feruorem? Nō distulit, nec dixit, expectetur dies: videamus primū, ac consideremus quid in re sit, sed multo feruore baptizatus est & ipse, & domus eius tota. Verum nō ita solent hodie pleriq; qui rem istam ita cōtemnunt, vt & seruos habeāt, & vxores, & pueros sacris nō initiatos. Sitis, obsecro, qualis hic carceris custos, nō iuxta conditionis dignitatem dico, sed secundum animi illius sententiā ac propositū. Quid enim vtilitatis conditionis dignitas habet, animi deficiente pposito: Siquidē crudelis hic, immitis & innumeris affuetus malis, qui hoc vitæ genus perpetuo exercuit, mox adeo factus est benignus & tāte salutis procurator. Abluit, inquit, plagas illorum: vide rursus & Pauli feruorem, vincētus cum esset, & flagellis cæsus, nihilominus ita euāgelizauit. O beatam catenā. Quib' doloribus illa nocte parturiit? Quos filios peperit? Possibile est vt & de istis dicat, quos genui in vinculis meis. Vides quomodo exultet, natōsq; sibi filios splendidiore etiam ab eo æstimeret, q̄ illos in vinculis pepererit. Vides q̄ exuberans sit vinculorum gloria, quandoquidem nō solum vincētum Paulum, quem circumdatum tenebāt, sed & eos qui captiuitatis tēpore ab illo nascebātur, illustres faciunt? Habent quiddam præ cæteris amplius, qui in vinculis Pauli nascebantur, non quidem quantum attinet ad gloriam, eadem enim est gratia: neq; quod peccatorum remissionem concernit, omnium enim eadem est remissio: sed ideo q̄ mox ab ipsis cunabulis, fidei scilicet initiis, ad hoc imbuebātur vt in huiusmodi rerum calamitatibus & gauderēt & exultaret. In ipsa, inquit, noctis hora asūptos à plagis lauit, & baptizatus est. Et vide deinceps fructū: mox carnalia bona rependit. Cū perduxisset eos, inquit, in domū suā, statim apposuit illis mensam, & præ gaudio exultauit, q̄ cum vniuersa domo sua credidisset deo. Quid ni fecisset, cū patefactis carceris ianuis, cœlum illi apertum sit? Lauit præceptorē, mensam apposuit, animo gestiente exultauit. Carcerem ingressa est Pauli catena, & omnia quæ illic erant ecclesiā effecit, & corpus Christi attraxit, & mēsam spiritalem apposuit, & fœtus parturiit, in quibus & angeli gaudent. Num frustra dixi carcerē hūc cœlo illustriore esse factū? Is enim gaudio quod in cœlis est, causam dedit. Si nanq; propter vnius peccatoris respiscētiam gaudium est in cœlis, si vbicunq; duo fuerint in nomine ipsius cōgregati, in medio ipsorū est Christus, vbi Silas & Paul' & carceris custos totaq; simul illius dom' cū tota congregantur fide, quāto magis ibi Christus est? vide fidei vehementiā. Verum interea alterius cuiusdā admonet me hic carcer. Cuiusnā? Eius scilicet in quo Petr' erat. At in eo nihil tale factū est, sed erat traditus quatuor quaternionib' militū custodiēdus, & ne hymnū dicebat, nec vigilabat, sed dormiebat neq; flagellis etiā cæsus erat. Verū maius hic erat periculum. Hic quippe iam omnia peracta erant, pœnāsq; iā dederāt. Illic vero nondū, vnde & nullæ erant plagæ vnde dolor fuisset, sed dūtaxat futurorū metus & expectatio turbabat, vide vero q̄ illic quoq; miraculū fuerit. Ecce, inquit, angelus domini astitit, & lumē refulsit in habitaculo, percussōq; latere Petri excitauit eum dicens: Surge velociter, & mox ceciderūt catenæ de manibus eius. Itaque ne putaretur res ista luminis dūtaxat negotium esse, Petrum etiam pūgebat

Nota.

Zuc. 15. Mat. 18.6.

Act. 12.

ac stimulabat. Lumē vero istud nemo præterea videbat, nisi Petrus solus, videbatur autē sibi visum videre. Ita videlicet beneficia dei dormiētes non sentiūt. Dixit vero angelus, inquit, ad eū: Præcingere & subliga soleas tuas, & fecit sic. Et dicit illi: Circunda tibi vestimētū tuū, ac sequere me. Et egressus sequebatur eum, & nesciebat verū esse quod fiebat per angelum, sed putabat se visum videre. Cum autē pertrāsiissent primam ac secundā custodiam, venerunt ad portam ferream, quæ ducit in ciuitatē, quæ quidē vltro aperta est eis. Illa penetrata processerunt vicū vnū, & continuo discessit angelus ab eo. Quāobrē non hic quoque cōtigit, quod illic, Paulo ac Silæ? Ideo scilicet q̄ eos illi qui ceperāt, dimissuri erāt: propterea nolebat eos deus hoc pacto solui ac dimitti. Apud beatū Petrum vero res aliter habebat: nam ad supplicium illum educuri fuerāt. Quid igitur dices: an nō maioris fuisset miraculi pariter ac stuporis, si eductus & iā in manus regis traditus, tū demū ex mediis periculis fuisset diuinitus raptus, nihilq; passus? Nā hoc pacto neq; milites periissent. Magna hic mouetur quæstio: An de' inquit, cum aliorū supplicio & perditione seruum suum saluauit? Primū quidem non cum aliorum perditione: nō enim istud ex rei huius dispensatione, sed ex iudicis infania factū est. Quomodo? Deus quidem ita rē hanc dispensauit, vt non solū isti non perirent, sed & ipse Herodes saluaretur, quēadmodum & hic carceris custodi vsuenerit. Ille vero dono dei non est vsus, vt oportebat. Exorto, inquit, die facta est turbatio nō modica inter milites, quidnā Petro accidisset. Cur igit rei discussionē habet Herodes, examinātōque custodes\* duci iubet? Nisi enim illos examinasset poterat excusari. Nūc vero custodes exhiberi sibi fecit, examinauit, & didicit, vincētū fuisse Petrū, carcerē fuisse probe munitū, ante illi' ianuas fuisse custodes, nec tamē parietes effossos, nec quicquā adesse q̄ allicuius maleficii indicium daret. Debebat autē ex istis diuinā admirari potentiā, quæ Petrum etiā ex mediis eripuit periculis, adoraretq; eum qui tanta potuisset. Quam igitur culpā hic deo adscribes? Nam siquidē parietē effringi fecisset, atq; ita primum clabi, merito rem omnem custodiū fœcordiæ ac negligentia impuasset Herodes. Si vero rē ita dispensauit, vt certo liqueret nō humano illā maleficio, sed admiranda dei virtute trāfactā esse, quid opus erat custodes ducere? Nā si fugere voluisset, cum catenis vtiq;, vt illas habebat, effugisset. Si fugere turbatus voluisset, tātū certe prudentiæ non impēdisset tollendis sandaliis, sed illa planē post se reliquisset. Nunc vero propterea ad eū angelus, subliga, inquit, sandalia tua, vt discerēt illum nō fugiētem, sed multa quiete ac securitate rem hanc fecisse. Non enim tantū sibi sumpsisset ocij, vincētus & inter duos milites, vt catenas soluisset, idq; in interiorē custodiam etiā ipse quēadmodū Paulus ac Silas cōiectus. Supplicium itaq; de custodibus sumptum ex iniustitia est iudicis. Qua nanq; ratione istud Iudæi nō fecerunt? Nā & alterius carceris iam recorder. Memini quidē prioris illius qui Romæ, deinde & huius qui Cæsareæ, nunc autē & eius qui erat Hierosolymis. Cū enim summi sacerdotes ac Pharisei ab eis quos in carcerē ad educendū Petrū miserant, audissent q̄ nemine in carcere reperto ianuas inuenissent clausas, & custodes ante ianuas stantes, cur non occidebāt custodes, sed ambigebāt de illis, quidnam hoc futurum esset? Si vero nihil eiusmodi cogitarunt qui adeo

ibidem.

2. Cor. 12. Act. 12. 2. Cor. 11.

ibid. 11.

qui adeo vehementer aduersum illos sæuiebāt, multo minus tu cogitares, qui omnia ad illorū gratiā faceres. Propterea mox cōsequuta est Herodē pœna. Quōd si deum propter istud reprehendis, reprehēde quoq; propter eos qui in viis trucidātur, & innumeros alios qui iniuste occiduntur, adhæc & propter pueros pro Christi nomine occisos. Nā & illis Christus, si verū est quod dicis, mortis causa fuit: imō non Christus, sed infania tyranniq; patris Herodis. Si vero dicis, & quamobrē nō ex manib' Herodis eripuit illos? Et hoc facere poterat, verū neq; ex eo quicquā profecisset: nam & Christus sæpenumero è mediis illorū manibus euasit. Quid autem istud ingratis ac stupidis profuit? Hic sane fidelibus multū etiam adiuuenti quæ facta sunt contulerunt: factis enim monumentis, inimicisq; ipsis, rebus hūc ita gestis, testimonium ferentibus factū est, vt res iam præter suspicionē certissima sit. Quēadmodū & illic aduersariorum ora nusquam aliū de obturata sunt fortius, quā ex eo quod qui adductum eos perrexerant, quæ gesta fuerant ingenuè fatebantur. Qua ratione nihil tale faciebat carceris custos? At qui nihilo minoris miraculi erāt quæ apud Herodē, q̄ quæ hic fiebant. Nō enim minus erat, quātum ad stuporem attinet, quod ille vincētū clausis abiisse ianuis discebat, quam quod hic ianuas videbat apertas. Quāquam ista phantasia magis referre videbātur, illud vero nō itē, quod ita diligenter annunciabatur. Itaque si custos carceris adeo fuisset malus atq; hic Herodes, occidisset sanē Paulum & ipse, quemadmodum ille milites: verū ita malus non erat. Quōd si quis dixerit, quamobrem & pueros occidi permisit deus, in prolixiorē sermonem incidemus, quē ab initio ad vos habere oportebat. Nunc vero quoniam plurimum Pauli catenę indulgimus immoratiq; sumus, eo quod nobis illa tantorum causa bonorū facta est, terminabimus sermonem, adhortātes & obsecrātes, vt nō solum nō ægreferatis si quid propter Christum ferēdum fuerit, sed & gaudeatis quemadmodum gaudebant apostoli, & gloriemini, quemadmodū Paulus dixit: Suauissime, inquit, gloriabor in infirmitatibus meis. Propterea & audiuit: Sufficit tibi gratia mea. Paulus in vinculis gloriatur, & tu interim in diuitiis superbis? Gaudebāt admodū apostoli quod digni habiti essent qui flagellis cæderentur, & tu requiē ac delicias quæris? Et quomodo iisdē cum illis poteris, quam contrarium iter aduersum illos hic ingrediare? Et nunc, inquit, Hierosolymam peto vincētus spiritu, ignorās quid illic mihi futurū sit, nisi quod spirit' meus oppidatim testatur manere me vincula ac tribulationes. Quis igitur illō abis, si vincula te manent ac tribulationes? Propter hoc ipsum, videlicet, vt propter Christum vinciar, vt propter ipsum & moriar. Non enim vinciri duntaxat, sed & mori paratus sum pro nomine domini nostri Iesu Christi.

2. Cor. 12.

Act. 12.

Act. 20.

Gal. 6. g

Act. 28.

Infr. 6. d

2. Cor. 5. d

enonit. 111.

Moralis exhortatio.

Nihil hac mēte beatius. In quib' gloriatur? in vinculis, in afflictionibus, in catena, in stigmatibus. Ego, inquit, stigmata Iesu Christi in corpore meo gesto, velut magnū quoddā trophæum. Et iterum: Propter Israël, inquit, catena ista circumdatus sum, & in quo legatione fungor in catena. Quid igitur hoc est? Non erubescis? Nō vereris quod vincētus orbē circuis? Nō meruis ne quis imbecillitatis deum tuum condēnet? ne quis ob hoc ipsum ad fidem quam prædicās non

accedat: Vincula mea, inquit, talia non sunt: nouerūt & in regum curiis splendescere. Ita, inquit, vt vincula mea manifesta facta sint in toto prætorio, & plures ex fratribus in domino freti vinculis meis vberius ausi sint impauide sermonē loqui. Vides maiorē esse vinculorum quā sulcationis mortuorum virtutē. Vincētū me viderunt, & cōfidentius agunt. Vbi quippe vincula sunt, illic necesse est magnū quid fieri: vbi afflictio, illic omnino & salus est, illic magna omnino fiducia, illic profus magnæ sunt virtutes. Diabolus enim quando calcatur, tum potissimū percutitur: quando seruos dei ligat, tum maxime sermo dei crescit. Et vide quā istud vbiq; sit factū: vincētus erat Paulus, & tamen ista in carcere operabatur. In ipsis enim, inquit, vinculis meis. Vincētus erat Romæ, & plures adducebat. Non enim ipse solus cōfidenter agebat, sed & per ipsum multi alij: vincētus Hierosolymis, & vt erat ligatus cōcionādo, regē terrebat, ac principē in timorē cōiiciebat. Nam terrefactus absoluit ipsum, nō pudēfact' is qui ligauerat, de futuris ab eo qui vincētus erat discere. Vincētus nauigabat, & naufragiū soluebat, & tempestatem ligabat: in vinculis existentem mordebat bestia illa, sed nullo illato damno decidebat. Vincētus Romæ, & vt ligatus erat cōcionādo innumeros attrahebat, hoc ipso quod pro omnib' catenam prætendebat. Sed iam non est quod catenis quisquam ligetur, nisi quod aliud quoddam catenæ genus est, siquidē voluerimus. Quod illud? Vt manū scilicet cohibeas, vt ad auaritiam paratus nō sis: hac scilicet catena ligem' nos ipsos, pro ferro sit nobis timor dei, abfoluamus eos qui rerū penuria & afflictione ligati sunt. Longe minus est carceris referare ianuas, q̄ animā occlusam liberare: minus est captiuorum soluere vincula, quā vulneratos animos ad remissionem absolucere. Hoc enim illo maius est. illius enim nulla cōstituta merces est, huius vero plurimæ: Longa facta est Pauli catena, multūmq; nos detinet: est enim ita longa omnique aurea catena venustior. Vincētus ipsa velut quadā machina, & quasi quadam aurea catena, ad ipsum cœlū, & quod admirandum est, quū infernē vinciat, vincētus tamen sursum trahit, quāquam non ea sit rerum natura. Verum quando deus dispensat, non est quod rerum quæras vel naturam vel naturalem ordinē, sed quæ naturam naturæque ordinem excedat. Discamus itaque in afflictionib' nec decidere, nec quæ aduersa sunt moleste ferre. Intuere beatū hunc Paulum: flagellis erat cæsus, idq; grauitur. Nā multis, inquit, plagis impositis. Deinde & vincētus erat, atq; id quoq; grauitur. Cōiecerat enim illū in interiorem carcerem, idq; magna cū diligentia & munitione. Et licet in tantis esset periculis, media tamen nocte, quādo & qui vehementer vigiles sunt, dormiunt, alio grauiori incumbēte vinculo, somno videlicet, nihilominus & canebar, & dominum laudabat. Quidnā huiusmodi mentibus adamantinū magis esse poterit? Cogitabat quod & pueri illi in igne cecinerint ē camino. Merito magni reputati sunt: nos enim nihil tale vnquam perpeffimus. Verū rectē sermo ad alia nos vincula, aliūque carcerem detulit. Quid accidit? Sermoni finem imponere volebam, sed planē nequeo. Alium reperi carcerem, illo magis stupendū & admirandum. Vos ergo expergiscimini mihi, non aliter quā si primū iam sermonē hunc exordiremur, renouatisq; mentibus accedite: volebā intercidere sermonem, sed ipsa rei series

Phili. 1. b

ibidem.

Act. 28.

2. Cor. 11.

Quid fa. ci am?

rei series hoc non patitur. Quemadmodum potum suū intercidere nequit, qui iam bibit, etiā si quis præcipiat: ita & ego degustato isto mirabili calice, carceris videlicet eorū qui propter Christū ligātur, cessare nequeo, quiescere nō valeo. Nā si ipse Paulus nec in ipso carcere, nec in ipsa nocte, neq; flagellatus etiā cōticuit, ego tacerē hic sedēdo, existēte die, multaq; requie loquens, id quod illis non contigit qui & vincti erant & flagellati, inque media nocte constituti? Pueri illi nec in igne caminōq; tacebant, & nos si tacerimus, nō erubescemus? Cōsideremus igitur carcerem istum, vincti erant & hic. Mox ab initio ostendit illos non arduos, sed velut carcerem ingressuros. Quid enim vincires arduos? Vincti erant quēadmodum Paulus, & manus & pedes vincti erant, etiā non minore furore. Nam in interiorē ille custodiam ipsos cōiecit, & hic caminum vehementer incendi iussit. Sed videamus quæ subinde sequūtur: Pfallētibus illis motus est carcer, aperta quæ sunt illius ianua. Et istis quoq; pfallētibus soluta sunt vincula & pedū & manūū, illic apertus est carcer, & hic aperta sunt ianua camini. Roris enim instar ventus quidam illum pflabat. Sed rerū copia turbat, quib; ita obruor, vt ignorē quid primo, quidve secundo sit loco dicendum. Propterea obsecro ne quis à me dicendorū ordinē exigat. Multa siquidē est hic rerū cognatio: illic soluebātur qui simul vincti erant, sed dormiebāt, hic vero aliud quid ab istis accidit. Cōbusti sunt ministri qui in caminum pueros istos iniecerāt, sed quod dicere volebāt, vidit illos rex solutos, & accidit illis, audiuit pfallentes, viditq; quatuor in camino inambulantes, & euocavit illos. Quēadmodum itaque carcerē Paulus non egrediebatur, tametsi potuisset, donec qui iniecerat, egredi quoq; iussisset. Quid hic docemur? Ne videlicet in captiuitate solliciti simus, nēve in afflictionib; anxie liberari festinemus. Et rursus ne, si quādo nos soluerint, proterue immaneamus. Et ille quidē ad pedes Pauli ac Silæ procidebat. Poterat enim introgredi vbi erāt sancti, hic vero ad ianuam camini accessit. Neq; enim audebat in interiora carceris huius ingredi, quē per ignis ardorē istis parauerat. Et obserua mihi ipsa verba. Ille dicebat: Dñi quid me oportet facere vt salutē cōsequar? Hic vero non quidē tanta animi modestia & humilitate, nihilo tamen minus amicam & suauem vocē edebat, Sidrach, inquiens, Misac & Abdenago serui dei altissimi, egredimini & venite. Magn; honor: Serui dei altissimi, egredimini & venite. Quomodo egredientur o rex? Vinctos in ignē abiicisti. Tantum iam temporis in igne fuerūt: nam etiā si adamantini fuissent, aut ex metallica quapiam materia, quomodo sub hymni huius spatio, quē totum cōpleuerunt, non periiissent? Verum hoc ipso saluati sunt, q; deum laudarūt. Alacritatem eorum reueritus est ipse ignis: postremo reueritus est & odam illam admirabilē, & diuinā laudis cōcentus. Quomodo vocas eos? iam præueniens dixi, Serui dei altissimi. Seruis enim dei omnia possibilita sunt. nam si quidam quōd hominum serui sint, in rebus ipsorum non parum possunt, dominantur & disponūt, multo magis serui dei. Suauissima voce illos appellauit, hoc ipso illos potissimum blandiendo veneratus est. Si enim ideo ignē ingressi sunt, vt serui dei manerent, non potuit illis vox alia suauior esse q;

hæc ipsa. Nam non ita gauisi fuissent, si vel reges eos vel orbis dominos vocasset, atq; qd dixit, Serui dei altissimi. Et quid miraris? Quum enim vrbi scriberet Paulus adeo magnæ, orbis videlicet dominiū gerēt, & de magnis dignitatibus glorianti ac superbienti, tanquam quod ad illius dignitatem respōderet, imò quod multo esset maius, incōparabiliter etiā & cōsulatū excelleret & regnū simul & orbis principatū, hoc posuit, nēpe, Paulus seru; Iesu Christi. Serui dei altissimi. Si em̄ tantū, inquit, studij diligētiaq; impēdunt vt serui dei sint, omnino illos hac appellatione permouebimus. Obserua igitur & pietatē puerorū: nec indignati sunt, nec ira cōmoti, neq; quicquā cōtradixerūt, sed mox egressi sunt. Si em̄ supplicij loco, quōd in caminū iniecti fuerant, habuissent, molesto quoq; animo aduersus eū fuissent, à quo in illū fuerāt coniecti. Nunc vero nihil horum præ se tulerunt, sed non aliter progressi sunt ex camino, quā si ex ipso cœlo prodiret. Et quod de sole propheta dicit, quōd velut sponus è thalamo suo progrediatur, illud & de ipsis si quispiā dixerit, nihil planē peccauerit. Quin sole tanto splendore progrediente splendiores illi egressi sunt. Is enim sensibili luce orbem illuminaturus progreditur, illi vero alia, nimirū spiritali orbē illustrarunt. Propter ipsos siquidem mandatum mox emisit rex, cuius hæc erant verba: Visum est mihi, vt signa & portenta quæ deus operatus est nobiscum, & velut magna & fortia prædicemus. Exhibāt itaq; illustriores emittētes radios, splendidos quidem & in ipsis regalis curiæ locis, tales tamen qui simul vbiq; sese per regalis mandati literas extendere, tenebrāq; illas omnia iam occupantes discutere valebant. Egredimini, inquit, & venite. Nō ausus est extinguere camini ardorem, sed hoc magis illos honorauit, q; persuasus esset eos nō solum intrō deambulare, sed & ardente etiam adhuc camino egredi posse. Videamus autem, si placet, & custodis carceris verba. Domini, inquit, quid me oportet facere, vt saluus fiam? Quid hac voce iucūdius? Et angelos exultare facit, & vt hanc vocē audiret, vnigenitus dei seruus factus est. Hanc vocem & primi credētes ad Petrum emittebāt. Quid faciemus, vt salutē consequamur? Quid respōdebat? Credite & baptismum suscipite. Cum voluptate Paulus & in gehennā incidisset, vt hanc vocem à Iudæis audisset: tanta auiditate saluti & obediētiae illorū tenebatur. Obserua vero: Omnia illis cōmittit, nihil curiose agēs: sed videamus quæ sequuntur. Ille non dicit, quid faciam vt saluus fiam? sed doctrinam emittit quauis voce sonorā magis, & mox diuinæ potentia præco fit & prædicator. Nihil opus habet vt fide imbuatur, quēadmodū carceris custos, sed quid? Deum prædicat, & potentiam illius confitetur. In veritate, inquit, cognosco quōd deus vester ipse deus est deorū, & dominus dominātium. Quoniam angelum suum demisit, & eripuit vos è camino. Et quid post ista? Non vnus duntaxat carceris custos, sed plurimi per regales illas literas, perque rerum illarū cōspectum fide imbuti sunt. Manifestum enim erat omnino q; nihil horum ementitus esset rex. Neque enim statim præter causam captiuis talium testimonium tulisset, neque sua deiecit, nec tantæ stultitiæ famam sibi admisisset. Itaque nisi multus fuisset veritatis splendor, talia vtique, totque ac tantis præsentibus non scripsisset. Videtis quanta sit vinculorū potentia: quanta sit diuinæ laudis, quæ in afflictione

afflictione canitur, fortitudo. Nec desperabant, nec elanguescebant in afflictione, sed tum potissimū feruebāt, tum maiore erāt animi alacritate. Merito ista considerauimus. Vnum adhuc restat, nempe cur qui in carcere ligati erant, soluti: qui vero pueros in caminū mittebant, cōbusti sint: alioqui debebat istud regi ipsi accidere. Neq; enim tantū peccauerāt, siue qui ligauerant, siue qui in caminum illos iniecerant, quantū qui istud præceperat. Quamobrem igitur isti perierūt? Nō opus est hic multa diligentiq; perscrutatione: erāt enim impij. Propterea diuina dispensatione hoc factū est, vt & probaretur ignis potētia, & maius fieret miraculū. Si enim extra positos ita deuorauit, quā eos quos intus in medio sui iam habebat inflexibili cōstātia præditos & impassibiles ostēdit, ad hoc vt manifesta fieret diuina potētia? Miretur autē nemo, quōd regem ad carceris custodem cōtuli. Idē enim & iste præstitit, nā hoc nihilo splendidior erat ille. Vtriq; siquidem & exultarunt, & adiuti sunt. Verū, vt dixi, tū maxime feruēt iusti, quādo in afflictionibus & vinculis sunt. Nā propter Christū quicquam pati, quouis solatio iucundius est. Vultis vobis mentionem & alterius cuiusdam carceris faciam? Necesse est vt ab hac catena ad alium carcerē sermonis trāslatio fiat. Quē vultis? An in quo Hieremias fuit? An in quo Ioseph? An qui Ioānem habuit? Gratia Pauli catenæ, quot sermoni nostro carceres aperuit? Ioānis carcerē vultis? vinctus erat & ille propter Christū, legēmq; dei. Quid autē in carcere cōstitutus fecit? ociosūne ibi fuit? An nō ex illo missis discipulis suis dixit: Euntes dicite Christo, Tu es vēturus ille, an aliū expectabimus? Itaq; & illic existens docuit: non enim erat negligens. Et Hieremias nunquid de Babyloniorum rege in carcere prophetauit, omnia & illic quæ se concernebant, exequens? Quid vero Ioseph? An nō tredecim annos in vinculis fuit? Quid ergo? Nec illic virtutis suæ oblitus est. Adhuc vnus cōmemoratis vinculis, finiemus sermonē. Vinctus erat & dominus noster, qui totius orbis peccata soluit. Vinctæ erant manus quæ innumera bona patrauerāt. Vinctū enim, inquit, duxerūt ad Caiapham. Vinctus itaq; fuit qui tāta miracula fecerat. His consideratis, nō moleste feramus, sed magis gaudeamus, si quando vincti fuerimus. Et quamquam in vinculis nō sumus, simus tamen velut simul vincti. Vides quātum sit vinculorum bonum? Cognitis his omnibus, gratias deo pro vniuersis destinemus, in Christo Iesu domino nostro, &c.

## Homilia IX.

**H**ortor itaque vos ego vinctus in domino, vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni animi submissione & mansuetudine, cum longanimitate tolerantēs vos inuicem in dilectione, studentes seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Demonstrata est magna illa Paulinæ catenæ virtus signis etiam illustrior. Nō itaque frustra illam, & præter causam more suo profert ac præterdit, sed tanquam qui per illam grauitèr permoueat auditorem, & quod hortatur, persuadeat. Vt digne, inquit, ambuletis vocatione qua vocati estis. Quomodo? Cum omni animi submissione & mansuetudine, cum longanimitate tolerantēs vos inuicem in dilectione. Vinctum esse simpliciter in se bonum non est, sed propter Christum vinctum esse. Propterea dicit: vinctus ego propter Christum. Nihil est quod huic æquari

possit, sed rursus nos Pauli catena ab iis quæ iā propolita sunt, abstrahit & reuellit, ita vt resistere non sustineamus, verum sponte trahimur & volentes, optātes etiam. Et vtinam perpetuo mihi de Pauli catena differendū fuisset, sed ne torpeatis obsecro. Est enim adhuc mihi tractanda iā quæstio. Nā quod in defensione ad Agrippā dixit: Optarim à deo nō solū mōdice, sed & plurimū, non tantū te, verum etiam omnes qui me audiūt hodie, tales fieri qualis ego sū, exceptis vinculis his. nō ideo dixit, quōd vinctum esse pro Christo, rē putari execrandam esse. Absit: Nam si hoc sensisset, non fuisset gloriat; in vinculis, in carcerib;, in aliis afflictionib;, nec alibi scribēs dixisset, Quam suauissime in infirmitatibus meis gloriabor. Quid ergo? Hoc ipsum indicium erat, quōd vincula magnificiebat, quemadmodū & Corinthiis scribēs, dicit: Lac vobis potū dedi, non cibum: neque dū em̄ poteratis. Ita & hic vinculorū pulchritudinē, decorem & vtilitatem nō dum audire poterant. Propterea dicit: Exceptis vinculis his. Alioqui Hebræis non ita, sed illos vt vinctis sint tanquam & ipsi vincti admonuit. Propterea & ipse in vinculis lætatus, & vinctus, & cum aliis vinctis pariter in custodia abductus est. Magna est Paulinæ catenæ fortitudo: satis fuerit vnum hoc spectaculū aduersus omnia, Paulū & vinctum videre, & ex carcere educitum. Quam nō excelleret voluptatem & vinctum videre Paulum, & intus in carcere sedentem? Quid adeo preciosum est, quonon censerē rem hanc dignam esse? Nō videtis reges & consules in rhedis circumuectos, auroque conspicuos, milites quoque illorum quib; stipati sunt, omnia deaurata habētes, deauratas læceas, deaurata scuta, equos etiā auro insignes? Quanto autē illo spectaculo iucundius est istud? Optarim vel semel videre Paulum ex carcere cum vinctis egredientem, magis quā millies illos cū ista stipatione militari prætereuntes. Quot putatis angelos illum, cum ita educeretur, præcessisse? Quōd autem nihil hic mentiar, rem istam vobis ex veteri quapiam historia manifestā efficiam. Elisæ; propheta (virū fortē notis) cū rex Syriæ bellū aduersus regem Israël gereret, quicquid ille in secretis cū consiliariis cōsiliij sui cōsciis agebat, apud semetipsum constitutus nullo indice & cognouit, & in medium protulit, regisq; insidias, arcana illius prædicendo, irritas fecit, nō permittēs Israelitas in insidias quas ille collocauerat, incidere. male habebat hoc regem, & consiliij inopem reddebat, dū cognoscere nequiret quisnā esset qui omnia efferret ac insidiaretur, omnēsq; ipsius artes irritas faceret. Hæsitanti regi causamq; quæretī, satellitū quispiam insinuauit, esse Samariæ prophetam quendam Elisæum nomine, qui regis consiliū consistere non sineret, sed omnia patefaceret. Ille mox putauit iā omnia cōfecta esse. Nihil hoc homine dementi ac miseri. Oportebat virū honorare, admirari, ac planē stupere, q; cum tot stadiis abesset, tanta virtute, nullius indicio quicquid ī secretis regis agebat, cognoscebat. Istud nō solū nō fecit, sed sola ira & indignatione accēsus equestres & armatas copias misit, quæ Prophetā adducerent. Habebat autem Propheta discipulū quēdam in vestibulis, qui talibus prophetiæ reuelationibus nōdū imbutus aut ad imbuēdū aptus fuerat. Imminebāt iā milites regis, veluti virū modo, imò Prophetā ligaturi. Rursus in vincula incidimus, & omnis hic sermo vndique sic textitur. Visis autem discipulus mi-



lus militū copiis obstupuit, & trepidus ac tremebundus ad magistrū ac doctorem currens, calamitatem, vt putabat, inuitabileq; periculū annunciauit: subridens Propheta, quod quæ timenda non erant, timebat, hortatus est animo esse bono & cōfidenti. Is vero vt imperfectus erat, non persuadebatur, sed ex eo quod viderat adhuc mēte percussus, timore cōcepto detinebatur. Quid igitur Propheta? Domine, inquit, aperi oculos pueri istius, & videat quomodo plures sunt qui nobiscum, quam qui cum illis sunt. Et repente totum montē in quo tū Propheta habitabat, videt equis ignitis, curribusque talibus refertū. Hoc vero nihil erat aliud quam angelorum acies. Si vero Elisæo vnus discipuli gratia tāta obsecūdata est angelorū acies, quid Paulo putas defuisse? Istud & propheta Dauid dixit: Angelus, inquit, domini castra metatur in circuitu timentium eū. Et iterū: In manibus tollēt te, ne fortē offendat ad lapidē pes tuus. Et quid de angelis dico? ipse dominus quū ex carcere egrediebatur, cū illo erat. Nō enim Abrahæ quidem apparuit, huic autē defuit: Ipse enim promisit hoc, dicēs: Ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad cōsummationem seculi. Et iterum apparens illi dixit: Ne timeas, sed loquere, quoniam ego tecū sum, & nemo adorietur te, vt affligat te. Et in somnis astitit illi dicēs, Bono esto animo. Quemadmodū enī testificatus es de me Hierosolymis, ita oportet te & Romę testificari. Semper quidē admirandi sunt sancti, multaque gratia pleni, maxime vero quādo ppter Christū periclitant, quādo in vinculis sunt. Sicut enim generosus miles semper quidem ac simpliciter iucundū est videntibus spectaculū, potissimū vero quādo iuxta regem ipsum in acie stat, ita & de Paulo cogitātū fuerit docentem ipsum in vinculis videre. Dicam cogitationem meam quæ dicēti iam suggeritur. Babylas beatus martyr, & ipse eadē causa qua Ioannes vincētus erat, quod regē inique agentē arguerat. Hic cū moreretur, præcepit vincula iuxta corp⁹ suū collocari, corp⁹que vincētum sepeliri, & nūc pedicæ simul cū cinere illius sepultę iacent, tanto videlicet ille desiderio pro Christo vincēt⁹ esse cupiebat. Ferrū, inquit Propheta de Ioseph, pertrāsīt animā ei⁹. Iam vero & mulieres vinculorū istorum experimentum ceperunt. Verū nos non ligamur: neque ad istud horror, quippe huius nulla iā existente occasione. Nihil opus est vt manus ligatas, sed mentē vincētā habeas. Sunt & alia vincula, illa ferent qui istis non ligantur. Audi Christum dicētem, ligate illi manus ac pedes: sed absit vinculorū illorū experiētia, istis potius abūde vinciri cōtingat. De istis dixit Paulus: Hortor vos ego vincētus in domino, vt dignē ambuletis vocatione qua vocati estis. Caput, inquit, habetis Christum. Hic excitauit vos, simulq; secū sedere fecit, cum adhuc essetis inimici, millēque malorū patratores. Magnifica planē vocatione, & ad res magnificas destinata. Nō solū quod ab illis malis, sed etiam quod ad talia bona, idque tali modo facta sit. Quomodo vero digne ambulabit? Cum omni videlicet animi submissione, qui talis est digne ambulat. Est enī istud omnis virtutis substantia & fundamentū. Si fueris humilis, perpēderisq; quis existēs, quomodo saluatus sis, occasione ad virtutē ex hac memoria capies, neque vinculorum gratia extolleris, ne eorum quidē de quibus dixi, sed cognito quod omnia diuinę sint gratiæ, ad modestiam teipsum cōtrahas. Qui animo est humili

A & modesto, seruius esse potest & gratus & iucundus. Quid enim habes, inquit, quod non accepisti? Audi vero ipsum rursus dicentem. Abūdātius, inquit, ipsis omnibus laboraui: nō autem ego, sed gratia dei quæ mecum est. Cum omni, inquit, animi submissione: nō ea quæ in verbis, neque quæ in rebus dūtaxat, sed quæ & in habitu & in voce est, vt non erga hunc humilis quidē, erga illum vero arrogans sis. Humilis esto erga oēs, siue amici sint, siue inimici, siue magni, siue tenues. Istud enī demū est animo submitto esse. Et in rectē factis etiā humilis esto. audi enī quid Christus dicat: Beati, inquit, pauperes spiritu, & vide quomodo istud primo loco ponat. Propterea & Paulus hic cū omni, inquit, animi submissione & mansuetudine & lōganimitate. Potest enim esse vt humilis quidem quisquam sit, sed iuxta acer & iracundus, verum istud nihil prodest. Fit enim sæpenumero, vt ira correptus omnia perdat. *Tolerantes vos inuicem in dilectione.* Quomodo tolerari potest, si iracundus fuerit quisquam & cōuiciator? Modū hūc dicit: in dilectiōe. Si tu proximum, inquit, ferre nō potes, quomodo feret te deus? Si cōseruū tuū seruius ipse nō fers, quomodo tolerabit te dominus? vbi dilectio est, ibi tolerabilia sunt omnia. *Studentes seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.* Liga ergo manus tuas mansuetudine. Rursus bonū nomen est vinculum, dimissimus ipsum, sed spōte nobis denuo recurrit: bonū est illud vinculū, bonum est & hoc, ab isto nascitur illud, Alliga teipsum fratri. Qui tales sunt, nempe dilectione fratribus alligati, omnia facile ferunt, Colliga teipsum illi, & illū tibi: vtrunq; in tua potestate est. Possumus enim si quem voluerimus, facile amicū nobis reddere. Studentes, inquit, nō obiter istud agendū, neque cuiusuis est. Studentes, inquit, seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Quid est vnitas spiritus? Quemadmodum in corpore spiritus est omnia cōtinens, quanquam diuersa sint membra, ita & hic. Nam ad hoc datus est spiritus, vt genere ac moribus diuersis discretos vniat. Hic enim senex & iuuenis, pauper & diues, puer ephebus & vir, mulier ac masculus, & omnis anima, vnū quid sunt, idq; magis quam si corpus vnū essent. Est enim ista cognatione illa maior & plenior vnitatis huius perfectio. Animæ siquidē propinquitas tāto est exactior, quāto est simplicior, & nō diuersarū specierū. Quomodo vero custoditur? In vinculo pacis, in inimicitias & dissensione cōsistere non potest. Cum enim in vobis sint æmulationes, inquit, & cōtentiones, nōne carnales estis, & secundum hominē ambulatis? Quemadmodum enim ignis si quando arida ligna nactus fuerit, vnam pyram ex omnibus facit: si vero humida fuerint, neque in illis operatur, nec illa conglutinata: ita & hic nihil eorum quæ frigida sunt, vnitatem hanc complecti poterit, sed quicquid velut magna ex parte feruidū fuerit. Ex hoc igitur & dilectionis feruor nascitur. vinculo itaque pacis omnes nos colligari vult Apostolus. Nam quemadmodū si quando teipsum alij cuiuspiam alligare volueris, alia ratione illud nō potes, nisi illum tibi colligaueris, (nam si quidē duplex volueris efficere vinculum, oportebit & illū tibi alligari) ita & hic alligari nos inuicem vult, non simpliciter pacificos esse, neque vt cunq; diligere, sed in omnibus vnā esse animā. Bonum est hoc vinculū. Isto siquidem & nos inuicem mutuo, & deo nos ipsos colligabim⁹. Nō stringit vincētas manus, nec premit hoc vinculum, sed relaxat, & in spaciosam velut campestrē

campestrē latitudinē constituit, solutisque alacrior res facit. Qui robustus est, si fuerit infirmo alligatus, & illum portabit, & perire non sinet, & si cū pigro ligatus fuerit, excitabit illū. Frater enim à fratre adiutus, inquit, tanquam ciuitas munita, istam catenā impedire non poterit viarum interstitium, non cælum, nō terra, nec mors, nec aliud quippiā, sed omnium est optima & robustissima. Ista etiam si ab vna dūtaxat anima parta fuerit, plures tamen simul complecti potest. Audi quippe quid Paulus dicat: Non estis angusti in nobis, angusti autē estis in visceribus vestris: dilatamini & vos. Quid autem vinculū hoc lædit ac perdit? Pecuniarū amor, ambitio dominandi & gloriæ, aliorūque talium vincula ista laxāt ac intercident. Quomodo cauebitur ne intercident? Si amoueris illa, nihilque eorum quæ dilectionē corrumpunt, inturbauerit. Audi enim Christum dicentē: Quādo abūdauerit iniquitas, refrigescet dilectio multorum. Nihil adeo charitati aduersatur, atque peccatū. Et non de illa duntaxat dico quæ erga deum, sed & quæ erga proximū est. Quomodo ergo latrones pacem habēt inquis? Quādo habent, dic quæso? Certē non quando prædandi moribus vtuntur. Nisi enim cū prædā inter se diuidunt, iustitię leges custodiāt, & vnicique iustam portionem distribuāt, inuenies vtique illos etiam inter se belligerari pugnarēq;. Itaque neque in malis inueniri potest custodia pacis, vbi cunq; vero illā reperire licet, cum iustitia vtique & virtute, vbi ubi illa fuerint, inuenietur. Sed inter rituales & emulos pax est? Nequaquā. Sed quæ vis proferam? Auarus cum auaro nunquā pacificus erit. Ita enim habent, vt nisi essent in medio illorū & iusti, & mansueti, & qui iniuriam ferrent, dilaniaretur ac cōfumeretur mutuis moribus istud hominū genus, nō aliter quā duæ bestię vehemētē famelicę, quæ nisi esset in medio illarū quod consumi ab ipsis posset, seipsas consumerent. Ita & ab auaris & malis vtique fieret: itaque non potest esse pax, nisi virtute primum parta. Dic enim obsecro: si mœchus quisquā fuerit, quomodo cuiuspiam amicus erit? Ponamus ciuitatem vbi omnes sint auari, eiusdē omnes honoris, hic nemo iniuriam feret, sed omnes iniuriam inferent. Sed mœchis fortē pax est. Verū nō reperies hic ne duos quidem cōsentientes. Nulla igitur huius alia causa est, quā charitatis refrigeratio. Quod charitas vero refrigeratur, in causa est iniquitatis multiplicatio & abūdantia. In philautiam enim illa ducit, corp⁹que diuellit, proscindit, laxat, & dissipat: virt⁹ vero vbi fuerit, contrarium efficit. Virtuti enim deditus pecuniarūque victor, etiam si cū innumeris in paupertate fuerit, pacificus tamē esse potest: auari vero & si bini dūtaxat fuerint, nunquam poterunt in pace cōsistere. Itaque si virtutis studiosi fuerimus, non perdetur charitas. Est enī à charitate virtus, & à virtute vicissim charitas. Quomodo? Dicam, Qui virtute imbut⁹ est, nō præfert pecunias dilectioni, non est memor iniuriarum, nihil iniuriæ committit in proximū, non cōuiciatur, omnia generose tolerat, ab illis continuatur charitas. Rursus q; diligit, omnia ista præstat: itaque quæque istarū alterā parit. Et istud quidē hinc probatur quod ex virtute sit charitas. Quod enim dixit: quādo abūdabit iniquitas, refrigescet charitas, hoc satis declarauit. Quod verò ex charitate sit virtus, ex eo liquet quod inquit Paulus: Qui proximū diligit, legē impleuit. Oportet itaque duorum istorum vnū esse,

A aut valde diligentem & amatē, aut vehemētē virtute imbutū. Vtrumvis enim istorū si quis habuerit, necessariò & altero potietur, & è contrario qui diligere nescit, multa quoque mala patrabit: & qui mala perpetrat, diligere quoque non nouit.

Moralis exhortatio.

Persequamur igitur charitatem. Custodia siquidē illa est & munimentum ad hoc vt non permittamur aliquid pati quod malū sit. Conligemus ergo nos ipsos inuicem: nihil sit apud nos quod vel dolū sapiat, vel fictionē: nam nihil tale reperitur, vbi fuerit amicitia. Dixit autē hoc & alius quispiam sapiens vir. Et si gladium, inquit, contra amicū strinxeris, de amicitia tamen illius nihil desperes. Est enim regressus ad amicū. Si contra illū os tuum aperueris, ne despondeas animū, est enim apud illū reconciliatio, exprobrationē duntaxat contumeliosam, secretorūque reuelationē & læsionem dolosam caueas. per ista siquidē fugatur amicus, maxime si secreta illius reuelaueris. Quod si omnes fuerim⁹ amici, nihil opus erit secretis. Quemadmodū enī nemo apud seipsum secretū quid habet, neque etiā seipsum celare quicquā potest, ita neque amicos. vbi vero nulla sunt secreta, ibi non potest esse ex secretorum reuelatione amicitia diremptio. Secreta siquidem non habemus aliūde, quā ex eo q; non omnibus fidem habemus. Itaque ex charitatis refrigeratione nascūtur secreta. vt quid enim secretū habes? Iniuria vis afficere proximum, aut prohibere, ne boni cuiuspiam tecum particeps sit, atque ideo propositum tuū abscondis. Verū nihil fortē horū, sed pudor in causa est. Est ergo hoc ipsum iam indicium, quod proximo fidē nō habeas. Itaque si charitas nobis fuerit, nō erit inter nos secretorum reuelatio, immo neque contumeliosa quæpiā exprobratio. Quid enim, dic quæso, anime suæ quisquam exprobrauit vnquā? licet illud ad vtilitatē fortē aliquādo fiat, quomodo & pueris nostris subinde exprobram⁹, stimulare illos volētes. Et Christus tum tēporis ciuitatibus exprobrare cœperat, dicens: Vae tibi Corazin, vae tibi Bethsaida. sed ad hoc vt ab opprobriis illas liberaret. Nihil enim aliud adeo valide mentem & morder, & magis excitat, remissamq; restituit. Non ergo simpliciter alius alij exprobrems. Quid enim? Pecuniarū gratia proximo exprobrabis? Nequaquā. Siquidē quæ possidentur, cōmunia sunt. Sed propter delicta? Neque istud. quin magis in viam restitues. Et læsionē, inquit, dolosam caueas. An seipsum quisquā interficiet, aut percutiet? Nequaquam. Charitatē itaque persequamur: non dixit simpliciter diligamus, sed diligēdo persequamur. Multa diligentia opus est: aliās enim mox interit: nā præceps est, & ad secessum prona. Quippe tot sunt in hac vita, quibus res ista vastat ac perditur. Si persequuti fuerimus illā, non præueniet nos, vt aufugiat, sed confestim eā retrahemus. Charitas dei cælo terrā coniunxit, charitas dei hominem in thronū regalē constituit: charitas dei deū in terris declarauit & ostendit: charitas dei ex domino seruū fecit: charitas dei pro inimicis dilectum, pro odio deū habentibus filium, pro seruis dominum, pro hominibus deū, pro famulis liberum tradi fecit. Et neque hic substitit, sed & in maiora nos conuocauit: non enim prioribus nos malis duntaxat liberauit, sed & alia multo maiora daturā se pollicita est. Pro his itaque deo gratias agentes, omnem virtutem persequamur, & ad omnes charitatē nobis diligenti

genti studio comparemus, vt promissa bona consequi mereamur gratia & benignitate, &c.

Homilia x.

**V**nu corpus, & vnus spiritus, quæ admodum & vocati estis in vna spe vocationis vestre. Quando de rebus maioribus admonet beatus Paulus, vehementer prudens & spiritualis à cœlestibus exhortationem texit. Hoc ipsum autem à domino didicit, quemadmodum & alibi dicit: Ambulate in dilectione, sicut & deus nos dilexit, tradiditque semetipsum pro nobis. Et iterum: Hoc affectu estote qui & in Christo Iesu fuit, qui quum esset in forma dei, non rapinam arbitratus est, vt esset equalis deo: istud & hic facit. Quando enim magna proponuntur exempla, vehemens quoque est & zelus & desiderium. Quid enim ad vnitatem nos adhortans dicit: Vnu corpus, inquit, & vnus spiritus, sicut & vocati estis in vna spe vocationis vestre. Vnus dominus, vna fides, vnu baptisma.

Infr. 5. a

Phil. 2. a

Vnu corpus quid sit.

Ioh. 8. g. Ibid. 5. g.

Quomodo caput præbet reliquo corpori.

Princ. 1. b

Quid est autem vnum corpus? omnes vbi que terrarum fideles, & qui iam sunt, & qui fuerunt, quique futuri sunt: denique & qui ante Christi aduentum deo placuerunt, vnum corpus sunt. Vnde liquet? Abraham, inquit, pater vester exultauit vt videret diem meum, & vidit, & gauisus est. Et iterum: Si Moyse credidisset, inquit, credidisset & mihi. De me siquidem ille scripsit, vt & propheta: non autem scripserunt tanquam de quo quæ dicerent, ignorassent, viderunt enim illum & adorauerunt. Itaque & illi vnum corpus sunt: non est diuisum corpus spiritus, alioqui corpus non esset. Nam & nos de coadunatis, multamque affectionem habentibus, dicere solemus, vnum corpus sunt: Ita & nos hic, quod ad vnitatem attinet, corpus accipimus, quod sub vno est capite. Si vero caput vnu, vnu est & corpus. Corpus ex honestis & inhonestis membris componitur. Veruntamen nec maius aduersus minus etiam si vilissimum sit, eleuatur, aut insolecit, nec istud vicissim huic inuidet. Nam alioqui non eandem omnia perfectionem adferunt, sed iuxta quod in vnoquoque necessitatis ratio poposcerit. Et quoniam omnia necessario facta sunt, licet in varios versus, omnia quoque eiusdem honoris sunt. Sunt autem quedam potiora, quedam vero minus, vt caput omni reliquo corpore præstantius est, quod & omnes sensus, & imperium animæ habeat in seipso, & quod sine capite nemo viuere queat, quum amputatis pedibus multum temporis plurimi vixerint. Melius est itaque reliquis membris, non solum situ, sed & ipsa energia, ipsoque ordinandi moderandique regimine. Quorsum ista dico: Sunt in Ecclesia multi. Horum quidam in sublime capitis instar euecti sunt: cœlestia quidam velut in capite oculi contemplantes, multumque à terrenis distantes, nihil cum illis commune habentes: alij vero in pedum sunt ordine, terram calcantes, pedum, inquam, sanorum. Non enim culpabile est pedibus terram calcare, sed ad malitiam currere. Nam pedes, inquit, illorum ad malitiam currunt. Neque isti, inquit, aduersus pedes superbiunt, nec istis quicquam inuideat illi: alioqui propria cuiusque pulchritudo destruetur, & perfectus versus impediatur. Et qui proximo insidiatur, sibi ipsi primum insidiatus est. Siue enim pedes ad necessariam egressionem caput aliquod portare noluerint, sibi ipsi per immobilitatem illam & pigritiam nocuum adferent: siue vicissim caput nullam voluerit pedum habere curam ac rationem, damno

A primū seipsum adficiet. Sed merito fortassis illa sibi ipsis inuicē nō aduersantur. Naturaliter enim ira disposita sunt. Quomodo vero possibile est hominem aduersus hominē nō extolli? Neque enim aduersus angelos erigitur: quādoquidē neque illi aduersum archangelos. Rursus neque bruta animantia aliqua in re superbire aduersum me poterunt. vbi vero natura paris est honoris, donum etiā vnum, & nihil hic præ illo amplius habuit, quomodo non extolleretur qui potior est? Atqui hoc ipso nō debes aduersus proximum erigi. Si enim cōmunia sunt omnia, & alius præ alio nihil habet ampli⁹, vnde est arrogantiæ causa? Eiusdem naturæ, eiusdem animæ pariter ac corporis participes, eundem spiramus aërem, isdem vtimur alimentis, vnde igitur irrepit elatio? Attamē si qui per virtutē incorporaliū potestati victores esse possunt, istud eos fortē in arrogantia euehere valuerit. Imō vero non fuerit istud arrogantiæ esse. Merito siquidē aduersus dæmonem sublime sapio, & valde sublime: & vide quomodo Paulus etiā contra dæmonem superbiuit. Quū enim de illo dæmon magnifica & admiranda prædicaret, cōpescerat eum, nec ferebat ne assentantem quidē. Dicente quippe puella illa Pythonē spiritū habente, Homines isti serui sunt dei altissimi, qui quidē nobis viā salutis annūciāt: increpatione vehementi impudentem ipseus linguam obturabat. Rursus & alibi scribit, dicēs: Satanā sub pedibus vestris breui conteret deus. Num naturæ differentiam alicuius fecit? Vides eū nullius æstimare naturarum discretionē? Propter dæmonū malam voluntatem, inquit: nā voluntate peiores sunt omnibus: aduersus angelum autē nō extollor. multum enim discriminis est inter me & illum. Sanē contra hominem non debes erigi, minus etiā quā cōtra angelum. Angelus enim te natura excellit, quod quidē illi neque laudis neque malitiæ loco reputatur. Homo vero ab homine nō natura quidē, verum voluntate distat. Est autē & in hominibus angelus. Itaque si contra angelos nemo erigitur, multo minus contra homines in humana ista natura angelos effectos. Si enim virtute præditus inter homines quispiā velut angel⁹ fuerit, multo iste te maior est quā angelus. Quāobrem? Quoniam quidē ille ex natura habet, hoc iste per voluntatis propositū adeptus est: & quoniam angelus habitationis loco abs te disunctus cœlū inhabitat, hic vero & tecū hic versatur, & æmulandi occasionem largitur. Quāquam hic habitatione semotior sit quā ille. Nostra enim, inquit, cōuersatio in cœlis est. Quod autē iste remotius habitat, audi vbi caput ipsum se deat, nepe in throno regali. Quantum autē hic thronus, tantū distat à nobis & iste. Sed in zelotypia rapiar, inquires, vbi honore illū potitū videro. Hoc enim est quod sursum ac deorsum versauit ac turbauit omnia, & non solum terrarum orbem, sed & ecclesiam innumeris malis oppleuit. Et quemadmodū in portum tranquillum irruentes, è contrario feroces vēti quouis illū turbine ac freto periculosiorē reddūt: ita & subingressa gloria cupido omnia subuertit & confudit. Adestis sæpenumero magnarum ædium incēdio, videtis quomodo ad cœlū vsq; fumus accēdat, & dum nemo malū extincturus prodit, sed quisque quæ sua sunt, spectat, ignis ille magna vi cuncta depascatur? Et circumsterit plerunq; ciuitas tota, circumsteterunt vero spectatores tantum, nō opitulatores, aut adiutores. Et videre est istic quā nihil faciunt

Phil. 1. b

Rem. 1. d

Phil. 1. d

Zelotypia malum.

921  
ciant omnes quotquot circum incendiū adstant, sed quisque illorū extensa manu recēter aduentanti vel locum ostendat, vel flammā è fenestris indefinenter exilientem, vel trabes deiectas, vel vniuersum culminum ambitum deuulsam, ad terrā que ruentem. Sunt autē plurimi audacium, inque pericula seipos proiciētium, qui quāproxime ad ædificia illa ardētia ausi sunt accedere, nō vt manus illis porrigerent, malūmq; extinguerēt, sed vt iucundius haberēt spectaculū, & vt è vicino cuncta diligēter spectare possent, quæ foris positos antea plerunq; latuerant. Si vero splendidis istud & magnis cōtigerit ædibus, miserabile videtur esse spectaculū, & multis lachrymis dignum. Et est reuera miserandū spectaculū videre columnarum capita in puluere redacta, plures etiam ex illis in frustra cōminutas. has quidē igne vastatas, illas vero etiā eorū manibus sæpenumero qui ædificauerant, impulsas ac demolitas, ne latius reliqua depasceretur incendiū. Videre est hic & columnarum monumēta, quæ multo ornata, imposito tecto stabant, iam sublato culmine in lucē detecta, multoque dedecore in patulo profstantia. Ope vero quæ intus erāt recōditæ, quis enarrabit? Vestes videlicet deauratas, vasāq; argētea, & locū illū quod nō facile herus ipse cū cōiuge sua ingrediebatur, vbi multorum erat vestimentorū, aromatum lapidūmq; preciosorū repositorium. Hic omnia in vnam pyram cōstantur, & balnearij, & stercorearij, & serui fugitiui, & quotquot intus sunt. Omnia in his ædibus iā nihil aliud sunt, quā aqua infusa, ignis, lutum & fimus, cinis & semiuista ligna. Sed quāobrem hanc imaginem ad eō fufe extendit? Nolo simpliciter domus alicuius incendiū describere. Quæ enim mihi esset illius cura? Sed ecclesiæ mala oculis vestris, quantū licuerit, subiicere volo. Nō enim aliter illa reuera quā velut incendiū, aut fulmen quoddā cœlitus delapsū, ita in ipsum ecclesiæ culmen deuenerunt, & tamen neminem excitāt, sed paternis ædibus incensis, profundo quodā & insensibili preffi somno, altū dormimus omnes. Quæ enim hic ignis, quāsq; colūnas in ecclesia stātes nō corripuit? Nam nihil aliud est ecclesia, quā ex nostris animabus cōstructa domus. Non est autē ipsa domus, eiusdem honoris in omnibus, sed lapidum, ex quibus est perfecta, quidam quidē splendidi sunt & illustres, quidam vero minoris gloriæ & obscuriores. Est autē hic melius multo videre quā multi sint qui auri locum ac dignitatem obtinēt, tectum exornent, quomodo alij eum repræsentent ornatum, qui est à monumentis. Videre est etiā hic multos columnarū instar stare. Nouit enim ecclesia & homines vocare columnas, non virtute ac robore duntaxat, sed & venustate quadam, quæ ex deauratis capitibus habent, plurimum ornatus exhibēt. Videre est hic & multitudinem, vt plerunq; est, interstitium & capax septorū ac ambituū latitudo. Plurima enim illa ecclesiæ multitudo in ordine est eorū lapidum è quibus parietes construuntur: imō ad illustriorem aliquanto imaginem transeundum est. Ipsa ecclesia non ex his lapidibus ædificata est, sed ex auro & argēto, lapidibusq; preciosis, & plurimū vbi que aurum in illa disparsum cōspicitur. Sed ò rem amaris lachrymis dignam. Nā omnia ista incendit vanæ gloriæ tyrannis, flamma illa nihil non vorans, & nemo est qui malo isto superior factus sit, sed stetimus flammā quidē ipsam admirantes, malum vero nondum extinguere valētes.

\* hanc, ut te, statuas imagines, signa.

\* qui vnus alij denique intus sunt. ] vt intel ligamus penetrabilia & loca prius arcana iam vulgo pate re.

\* & dō & yelut arbor.

\* vt magnum est.

A Etsi extinxerimus aliquādo modico & exiguo tempore, mox tamē duob⁹ aut tribus elapsis diebus, vclut cū ex cinere quodā rediuiua scintilla omnia subvertit, & nō minus quā antea fecerat, demolitur, ita & hic cōtingit. Ad eum enim modum cum incēdiis euenire solet. In causa vero est quæ columnarum quæ in ecclesia sunt, sustentacula destituerūt nos, qui ipsum culmē recipimus, & qui omne ædificiū cōtinemus, & nos igne primi correpti sumus. ] Propterea & in reliquos parietes facile peruenit incendium. Nam & in ædificiis quidem quando ligna corripuerit ignis, eo fortius aduersum lapides armatur: quādo vero colūnas demolitas ad terrā proiecerit, nihil iam ampli⁹ opus est flāma, quod reliqua deualet. Cadentibus enim sustentaculis, quorū est superiora suffulcire, spōte iam & magna promptitudine sequuntur & ipsa suprema. Ita sanē & nunc in ecclesia factum est. Omnia corripuit ignis. Honores ab hominibus quærimus, & gloriæ desiderio accēdimur, nec audimus dicentē lob: Et si volūtariē peccās, multitudinē & cōfusionē veritus sum. Vides animū generosa virtute præditum? Non erubui, inquit, coram vniersa multitudinē quæ inuitus deliqueram fateri. Si vero ille non erubuit, multo magis nos istud facere oportebat. Dic enim tu iniquitates tuas, inquit, prior, vt iustificeris. Multa facta est & magna mali hui⁹ vehētia. Omnia subuersa sunt ac vastata. Honoris serui facti sumus relicto deo. Subditos iam non amplius increpare possumus, eadē & ipsi febre detenti. Opus autē curatione habemus & ipsi, qui ad hoc ordinati sum⁹ à deo, vt alios curem⁹? Quæ relinquitur ergo deinceps salutis spes medicis ipsi aliorū opera & cura opus habentibus? Ista nec obiter dico, nec frustra deploro, sed vt pariter oēs cū mulieribus ac liberis cinere sparsi, saccoque circumamicti, deum intenso precemur ieiunio, vt correcta nobis manu malū istud extinguat. Reuera quippe manu illi⁹ magna illa & admiranda opus habemus. Maiora certē à nobis quā à Niniuitis fieri oportet. Adhuc tres dies, inquit, & Niniue subuertetur. Horrenda prædicatio, & magnis planē referta minis. Quo modo enim tremendū nō fuisset, ciuitatē ipsam post tres dies vnu omnibus fieri sepulchrū, vniuersis que pariter vno supplicij conspectu & genere perdedos expectare? Si enim molestum ad eō malum est, quādo eodem temporis articulo in vnīs ædibus duo pariter intereunt pueri, & si hoc potissimū omnium intolerabile visum est beato lob, quæ tectum domus super omnes illius liberos ceciderat, atque ita simul obrotus enecauerat, quid putas fuisset nō vnam videre domū, nec duos duntaxat pueros, sed gentem duodecim myriadū tectorū culminibus pariter obtutam? Scitis iam mali quantitatem? Nam & nobis paulo ante eadē minæ factæ sunt, non quidē prophete cuiuspiā voce, neque enim qui talem audiamus, digni sumus, verum comminationibus desuper quauis tuba significantius intonantibus. Sed illud adhuc tres dies & Niniue subuertetur, horrendæ reuera sunt minæ. Sūt quidem, verum hic nihil tale est. Non enim tres dies nunc, neque Niniue subuertetur, sed multi iam dies sunt, ex quo totius orbis ecclesia & eversa est, & humili prostrata iacet, vniuersis pariter hoc malo cōprehensis, tanto vero primoribus ac præsentibus magis, quanto maior eorū est necessitas. Nihil est ergo quur miremini quæ hortatus sum, vt maiora quā Niniuitæ faciatis: Propterea vero non solum ieiunium

\* & nos qui prius totū ædificiū cōtinēbamur, in ignē cōiecerunt.

\* Loc⁹ iste corruptus videtur, pri⁹ enim dixit volūtariē inuictus, nūc vero inuictus, quæratur locū in lob.

\* Tres le-gunt lxx. interpretatio, alij vero legunt quadragesima.

lonæ. 3. b

lob. 1. d

nunc



nunc prædico, sed & pharmacū ipsum demonstro, q̄  
ciuitatem illam iamiam cadentē restituit. Quòdnam  
illud est? Quòd quisq; videlicet à viis suis malis ab-  
stinuit, vnde & dominum mali eius pœnituit, quod  
facturū se ipsis prædixerat. Istud faciamus & nos &  
vos. Abstineamus ab amore pecuniarū, vanæq; glo-  
riæ, obsecrantes deū manū vt porrigat, lapsaq; mēbra  
restituatur. Neque enim idē nobis timēdum est quod  
Niniuitis. Tum enim casura quidem erant & ligna &  
lapides, corporaq; adobruta necatura. Nūc vero ni-  
hil horum, sed animæ tradendæ sunt gehennæ igni.  
Obsecremus dominum, prioraque confessi, gratiam  
illi pro futuris spondeamus. Precemur item, vt graui  
ista seuisimāq; bestia liberati gratiā mereamur repē-  
dere benigno deo ac patri, cum quo gloria, potestas  
& honor sit filio pariter ac spiritui sancto nūc & sem-  
per, & in secula seculorum, Amen.

Homilia XI.

**V**Num corpus & vnus spiritus, quæadmodū & voca-  
ti estis in vna spe vocationis vestræ, vnus dominus,  
vna fides, vnum baptisma, vnus deus & pater om-  
nium, qui est super omnia, & per omnia, & in omni-  
bus. Vestrum autē vnicuique data est gratia secundum mensurā  
donationis Christi. Charitatem à nobis requirit Paulus,  
non vulgarē, sed quæ nos cōiungat, indiuisibiq; mu-  
tuo conglutinet, denique eam vnitatē itaque exactā  
præstet, qualis est membri ad membrum. Ipsa enim  
est, quæ magna bona perficit. Propterea cū dicit: Vnū  
corpus, per istud quomodo debeamus aliorum ma-  
lis cōpati, & rursus aliorum bonis non deiici, sed ma-  
gis congaudere, & simul omnia ostendit. Recte quo-  
que subiunxit, & vnus spiritus, ostendens quomodo  
ex vno corpore vnus sit spiritus, aut quomodo fieri  
possit, vt vnum quidem sit corpus, spiritus vero non  
vnus, vt pote si quis & hæreticorū fuerit amicus: aut  
quòd ab illo dissentendi malo forte nō nihil eis ti-  
meat, atque velut ad hunc modum dicat, quum vnū  
acceperitis spiritum, ex vnōq; fonte potati sitis, ani-  
mo non debetis esse duplici. aut spiritum hic volun-  
tatem dicit. Deinde, quemadmodum vocati estis, in-  
quit, in vna spe vocationis vestræ. Deus, inquit, ad e-  
dem vos vocauit. Nihil amplius cuiquam dedit præ-  
aliis. Omnibus immortalitē, omnibus vitam æter-  
nam, omnibus gloriam immortalem, omnibus fra-  
ternam cognationem, omnibus hæreditatē largitus  
est. Commune omnium caput factus est, omnes  
pariter & excitauit & secum sedere fecit. Qui ergo  
tantam in spiritualibus bonis honoris æqualitatem  
habetis, vnde quæso superbitis? Hic ideo q̄ diues, iste  
ob id quòd potens est? Et quomodo non ridiculum  
est istud? Dic enim. Quid si rex quispiam susceptos  
decem quosdam homines, omnes & purpura induif-  
set, & in thronū regalē constituisset, vniuersiq; eun-  
dem pariter honorē tribuisset, an aliquis illorum ad-  
uersum reliquos velut ditior aut illustrior ausus fuif-  
set insolescere? Nequaquam. Et nōdum omnia dixi.  
Non enim tantū est in cœlis differentia, quantū hic  
forte distinctū sumus. Vnus dominus, vna fides, vnū  
baptisma. Ecce spem fidei. Vnus de⁹ & pater omnū,  
qui est super omnia, & per omnia, & in omnibus idē.  
Non enim super te quidem maior, super illum vero  
minor inuocatus est. Neque tu fide, ille operibus sal-  
uatus est. Nec tibi quidē per baptisma dimissa pec-  
cata sunt, illi vero nihil. Vnus deus & pater omnium,  
qui est super omnia, & per omnia, & in omnibus vo-

bis. Super omnia: hoc est, dominus, & omnū supre-  
mus. Per omnia: prouidēs videlicet, & gubernans. Et  
in omnibus vobis: id est, inhabitans. Etiam filio istud  
adscribitur. Itaq; si diminutionis esset, de patre utiq;  
dictum non fuisset. Quid igitur? Vnde sunt, inquit,  
differētia illa dona? Istud em̄ perpetuo ipsos Corin-  
thios etiā, partim ad insolentiā, partim ad tristitiā &  
inuidentiā abduxit. Propterea vbique corporis exē-  
plum vsurpat, atque ideo illud & hoc loco ponit, q̄  
differentium donorum mentionem facturū esset.  
Exactius quidē illud in Epistola quæ ad Corinthios  
est exequitur. Nā & apud illos hoc morbi genus po-  
tissimum tryānidē obtinuerat. Nunc autem hoc lo-  
co breuibus hoc exemplum subindicat duntaxat. Et  
vide quid dicat. Non dicit, iuxta cuiusque fidem, ne  
in mœstitiā eos coniciat, qui magna nondum asse-  
quuti erant. Sed quid? Secundum mensuram, inquit,  
donatiōis Christi. Quæ apud quosuis, inquit, capita-  
lia sunt & potiora, illa omnibus pariter sunt cōmu-  
nia, vt pote baptismus, per fidē saluari, patrē habere  
deū, cuiusdē spiritus quosuis esse participes. Quòd si  
vero quispiā plus aliquāto diuini charismatis habet,  
ne doleas, quando quidē illi plus etiā laboris incūbit,  
& qui quinq; talēta accepit, quinq; talētorū quoque  
rationem exactus est: qui vero duo, duo duntaxat ex  
illis acquisita obtulit, & nihil quàm ille min⁹ habuit.  
Propterea ex ea ipsa ratione auditorē hic cōsolatur.  
Ad instauratiōē sanctorū, inquit, in opus ministerij, in-  
fusa ad ædificatiōē corporis Christi. Huius gratia & ip-  
se dixit, vā mihi si non euangelizauero, quæadmodū  
scilicet Apostolatus donum acceperat. Sed ideo illi  
vā, quoniā illud in mandatis diuinitus acceperat. Tu  
vero liberatus es periculo. Secundū mensurā, inquit,  
Quid est secundū mensuram? Hoc est, Non secundū  
nostram dignitatem. Alioqui neque accepisset quis-  
quam quæ accepit, sed vniuersi ex gratia & dono ac-  
cepimus. Quamobrē hic plus, ille minus accepit? Ni-  
hil hoc refert, inquit, sed promiscua res est. Ad ædifi-  
cationsē enim quisq; accepit. Et propterea declarat,  
q̄ non ex propria dignitate hic quidē ampli⁹, iste ve-  
ro min⁹ acceperit, sed q̄ omnia partitus sit t̄per alios, t̄propter  
tanquam per seipsum. ] Quemadmodum & alibi di-  
cit. Mēbra vero posuit vnum quodque ipsorum sicut  
ipse voluit. Et rationē huius non addit, ne mēres au-  
dientium deiiciat. Propterea dicit, ascendēs in altum capti-  
uam duxit captiuitatem, & dona dedit hominibus. Hoc est.  
Quid insolescis? Totū dei est. Propheta quidē in psal-  
mo dicit: Dona accepisti in hominib⁹, ipse vero, do-  
na, inquit, dedit hominibus. Sed idem est vtrunque.  
Illud autē ascendit, quid est, nisi quòd & prius in inferiores terræ  
partes descēderat? Qui descēderat, idē ille est qui & ascendit su-  
pra omnes cœlos, vt impleteret omnia. Ista cū audis, nō est q̄  
trāsitu cogites. Quòd em̄ in Epistola quæ ad Philip-  
pensēs est astruit, illud & hic agit. Quæadmodum il-  
lic de animi modestia & humilitate admonēs, Chri-  
stū inducit: ita & hoc loco, ex eo q̄ in inferiores par-  
tes terræ descēdit. Nisi em̄ hoc esset, inanis esset ser-  
mo ille quē illic dicit, nēpe quòd obediens factus sit  
vsque ad mortē. Ex ascensione vero, descēsum illius in-  
subostēdit. Inferiores terræ partes, mortē dicit, id-  
que ex hominum suspitione & opinione, quæadmo-  
dum & Iacob dixit: Deducetis senectutem meā cum  
dolore ad inferos. Et rursus ī psalmo: Similis ero de-  
scendētib⁹ in lacū, hoc est, morientibus. Quamobrē  
rem hunc locū hic tractādum assumit? Et quā capti-  
uitatem

uitatem dicit? Captiuitatē scilicet diaboli. Captiuū  
apprehendit tyrannū diabolum, & mortem, & male-  
dictum, & peccatum. Vides spolia & prædā. Illud au-  
tem ascendit, quid est, nisi q̄ & descēderat? Istud  
Paulo Samofateo repugnat. Qui descēderat, idē il-  
le est qui & ascēdit super cœlos, vt impleteret omnia.  
In inferiores, inquit, terræ partes post quas non sunt  
aliæ descēderat. Et ascēdit super omnes cœlos, vltra  
quos quoq; nihil est aliud, hoc videlicet est potētia  
& dominationis ipsius. Nā & ab antiquo adimpleuit  
omnia. Et idē dedit alios quidem Apostolos, alios vero Pro-  
phetas, alios autē Euāgelistas, alios vero pastores ac doctores ad  
instauratiōē sanctorū in opus ministerij, ad ædificatiōē corpo-  
ris Christi. Quod alibi dicit, Propterea & exaltauit illū  
deus, illud & hic dicit. Qui descēderat, idē ipse est  
qui & ascendit. Nihil illi nocumētī attulit in inferio-  
res partes terræ descēdisse, neq; impediuit ab eo, vt  
cœlis fieret sublimior. Itaq; quanto seipsum quis hu-  
miliauerit, tanto magis exaltabitur. Quemadmodū  
enim in aqua fit, quæ tātō altius ascēdit quanto illā  
quisquā ad ima deduxerit, & quātū quis ex interual-  
lo iaculauerit, tanto potitur, ita habet & animi humi-  
litas. Verū quādo deo tribuūtur ascēssiones, necessā-  
rium est primū descensum illius cōsiderare: quando  
autē homo ascēdisse cōmemoratur, non item. De-  
inde & prouidentiā ipsius & sapientiam ostēdit. Ad  
hęc, qui tanta fecit tantāq; potuit, quiq; ad inferiores  
terræ partes nostri gratia descēdere nō detrectauit,  
non simpliciter charismatū distributiones dispensa-  
uit. Alibi vero spiritū sanctum charismatum dispen-  
satorē facit, cum dicit: In quo posuit vos spiritus san-  
ctus episcopos ad pascēdū ecclesiā dei. Hic ista filio  
tribuit. Alio vero loco deo, cum dicit: Dedit autē &  
ipse deus ecclesiæ, alios quidē Apostolos, alios autē  
Prophetas, ad Corinthios vero dicit, ego plātaui, A-  
pollo rigauit, deus autē incrementū dedit. Et iterū:  
Qui plātat vero & qui rigat, vnum sunt. Quisq; autē  
propriam mercedē iuxta propriū suum laborem ac-  
cipiet. Ita & hic. Quid enim si minus attuleris? Tan-  
tum scilicet accipies. Primū apostolos. Illi enim ha-  
bebant omnia. Secūdo loco prophetas. Erant enim,  
qui quidē quum Apostoli nō essent, Prophetæ tamē  
erāt, quæadmodū Agabus ille. Tertio Euangelistas,  
non circūeuntes scilicet, sed Euangelizantes, vt erāt  
Priscilla & Aquila. Pastores ac Doctores, quib⁹ vide-  
licet vniuersus populus cōcreditus erat. Quid ergo?  
Minoris erāt pastores ac doctores? Admodum. Erāt  
em̄ circūeuntibus & Euangelizātib⁹ inferiores, qui  
habitando quieti, circa vnū duntaxat locū occupa-  
bantur, vt Timotheus ac Titus. Verū aliās ex hoc lo-  
co subiectio & prelatura colligi non potest, sed ex a-  
lia Epistola. Ipse dedit, inquit. Ne quid huic exposi-  
tioni meæ cōtradicas, potest fieri, vt Euāgelistas eos  
hic intelligat, ] qui Euangeliū cōscripserūt. Ad instau-  
ratiōē sanctorū, in opus ministerij, ad ædificatiōē  
corporis Christi. Vides dignitatē? Quisq; illorū ædi-  
ficat, quisq; instaurat, quisq; ministrat. Donec omnes per-  
ueniamus in vnitatem fidei, & cognitionis filij dei, in virū per-  
fectum, in mensurā plenē adultæ ætatis Christi. Aetatem hic,  
perfectā Christi cognitionē dicit. Quæadmodū enim  
qui in virū euasit, firmus perstat, pueri vero mēte va-  
gantur, ita & fidelibus vsuuenit. In vnitatem, inquit,  
fidei. Hoc est, donec vnā nos omnes habere fidē de-  
clarauerimus. Istud em̄ demū est vnitas fidei, quādo  
omnes vnum fuerimus, quando cōiunctiōem istam

pariter omnes agnouerimus. Interea donec eò per-  
uenerimus, operandum & laborandum erit, siquidē  
ad hoc donū istud tuum accepisti, vt alios ædifices.  
Vide ne dum inuides alteri, teipsum euertas. Honore  
te deus affecit, & hoc ordinauit, vt alios instaures.  
Nam ad hunc scopum datus erat Apostolus, ad hūc  
Propheta & prophetabat & persuadebat, & Euāge-  
lista euāgelizabat, huc respiciebāt & pastor & doctor,  
omnes vnum hoc opus curandum susceperant. Non  
est enim q̄ discrimen mihi donorū obicias, sed ob-  
seruandū quomodo omnibus vnum & idē opus in-  
iunctum fuerit. Quādo enim omnes pariter credide-  
rimus eandem adepti fidem, tum demum vnitas erit.  
Quòd enim istud virum perfectū vocet, manifestum  
est. Quamquā alibi nos paruulos appellat, etiā quum  
perfecti fuerimus, verum aliō respiciens. Illic enim  
nos collatione futuræ cognitionis paruulos vocauit.  
Nam quū dixisset, ex parte cognoscimus, subiunxit,  
& per ænigmata, & si qua huiusmodi sunt. Hic vero  
aliō respexit, nēpe q̄ facilis adhuc sit sentētiæ lapsus  
& mutatio, id quod puerorū est: quemadmodū & a-  
libi dicit: Perfectorū solidus est cibus. Vides & illic  
quomodo perfectos dicat? Vide em̄ quomodo per-  
fectos hic vocauerit, vel ex sequētibus. Vt non amplius,  
inquit, paruuli simus. Vt mēsuram, inquit, illam modi-  
cam quam accepimus, cum diligentia, fortitudine &  
cōstantia contineamus. Vt non amplius. Istud indi-  
cat eos olim hoc perpeffos esse. Ponit autē & seipsum,  
atq; in numerū eorum qui correctione opus habent  
redigit. Propterea dicit: Tot in hoc dati sunt fabri, ne  
cōquassetur istud ædificium, nēve vacillet, vt cōpa-  
ctiores sint lapides. Illorū em̄ est vacillare, circumagi  
ac concuti. Vt non amplius simus paruuli, qui fluctuamus &  
circumferamur quouis vento doctrinæ per versutiā hominum,  
per astutiam qua nos adoriuntur, vt imponant nobis. Et cir-  
cūferamur, inquit, quouis vento. Diligenter hac me-  
taphora vsus est, ostēdēs in quo periculo sint ancipi-  
tes animæ. Quouis vento, inquit, per versutiā homi-  
num, per astutiā qua nos adoriuntur, vt imponāt no-  
bis. καβερταί dicuntur qui talis vtūtur. Tales sunt &  
παιστροί, si quādo simpliciores nacti fuerūt. Illi quip-  
pe transponūt & transferunt omnia. Vitā quoq; hic  
reprehēdit. Veritatem autē sectātes in charitate crescimus  
in ipsum per omnia, qui est caput, nēpe Christus, ex quo totū corp⁹  
coaptatū & cōpactum, per omnē cōmissurā subministratiōis,  
iuxta vniuscuiusque mēbra ad mensuratum actum, incrementū  
corporis facit, in ædificatiōē sui ipsius in charitate. Admodū  
obscure mentē suam exposuit, dum simul omnia di-  
cere voluit. Quòd autē dicit, hoc est. Quemadmodū  
spiritus ille sensibilib⁹, qui ex cerebro per nervos in  
corpus descendit, non simpliciter omnibus omnia  
tradit, sed iuxta cuiusq; membri analogiam, plus il-  
li quod plus, & minus ei quod minus capere potest.  
Istud enim radix est & principale, nempe corpus cō-  
seruandū. Ita & Christus. Ipsius enim prouidētia, cha-  
rismatūque subministratio, vniuscuiusq; membri,  
animarū videlicet earū, quæ velut membra quædā  
illi adaptatę sunt, iuxta mensuram & analogiā incre-  
mētum facit. Quid est autē illud, per cōmissurā sub-  
ministratiōis? Idē videlicet quod per sensum. Spi-  
ritus enim ille mēbris ex capite subministratus, vnū  
quodq; membrum, quod quidem attigerit, ita viuax  
& efficax reddit, ac si quis dicat: Corpus subministra-  
tionem iuxta membrorū suorum rationem & analo-  
giam adeptū, incrementū ita facit. Aut aliter: Mem-  
bra corporis,

philip. 2.

act. 20.

1. Cor. 11. d. Ibidē 3. b. Ibidem.

† integratio cōmissa.

† nihil cōtra dixeris: vel euangeli- stas dixit.

Phil. 2. b. Theophrastus in inferos pr. nit. 2. d. id-feras p. d. quā mēti- bic quos scribam? Gen. 4. 4. psal. 14. b.

1. Cor. 13. d.

Hebr. 5. d.

† qui ex cerebro per nervos de- scendit, nō simpliciter sensum om- nibus tra- dit.

bra corporis, si iuxta propriam suam mensuram necessariam subministrationem nata fuerint, ita crescunt. Vel adhuc aliter, Spiritus ille est superioribus abunde infusus, cunctisque membris prehensus, iuxta cuiusque capitulum subministratus, incrementum ita facit. Quod ob rem vero adiecit, in charitate? Ideo scilicet, quod spiritus alius in membra descendere nequeat. Quemadmodum enim, si manus fuerit a corpore diuisa, spiritus ex cerebro descendens, atque in illa sese effundere quaerens, si non inuenit in corpore, extra illud utique nec exilit, nec perforato illo ad manus auulsam egreditur, sed quam in corpore positam non inuenit, non contingit etiam: ita & hic, nisi charitate colligati fuerimus, spiritus subministrationem non capiemus. Haec autem illi omnia propter inculcandam animi modestiam & humilitatem dicuntur. Quid enim, inquit, quod alius quisquam plus accipit? Eundem spiritum accepit, ab eodem capite demissum, similiter in operam, similiter pertinentem. Coaptatum & compactum, hoc est, multa cura subministrationeque fruens. Non utcumque simpliciter, sed valde commode & artificiose disponi corpus oportet, ita ut si locum suum membrum aliquod egressum fuerit, iam amplius in corpore collocari nequeat. Itaque non satis est unitum esse corpori, sed oportet & proprium locum obtinere, utpote qui nec unitus esse queas, nec spiritum accipere, si loco cesseris. Non vides in officium transpositionibus, quae casu vel incommodum quopiam contingunt, quando legitimum transgressa locum, alium occupare coeperint, quo pacto totum corpus laedant, mortemque saepenumero adferant? Fit autem aliquid, ut ineptum sit membrum ad hoc, ut alio deinceps loco potiat. Nam multi saepissime prorsus exciso, si quod tale fuerit, vacuum reddiderunt locum. Mala enim ubique est superfluitas. Et ipsa elementa si quando legitimam transgressa mensuram nimium abundare coeperint, omnia perdunt. Hoc est itaque, quod dicit, coaptatum & compactum. Perpende ergo quantum sit, si quodque membrum suo loco consistens, in ea quae sibi non conueniunt, non transgrediatur. Tu membra componis, ille est supernis quae necessaria sunt subministrat. Quemadmodum enim in corpore organa sunt necessarium capacia, ita sunt & in spiritu, omni radice in supernis existit esse. Utpote organum spiritus cor, & sanguinis iecur, splen felis, & alia aliorum. Omnia vero ista a cerebro causam habent. Ita & deus hominem fecit, honore admodum afficiens, nec volens illum a se alienum relinquere, causam ipsam quidem per seipsum administrans, cooperatoreque sibi constituens, hunc quidem ad hoc, alium vero ad aliud locauit: utpote Apostolus membrum & vasculum est corporis reliquae praecipuum magis, ab ipso cuncta recipiens, qui quasi per venas & arterias, sermonis videlicet, aeternam vitam in omnes percurrere facit. Prophetes futura praedicit, atque eadem agit & ipse. Qui membra componit, idem & ipse vitam illis administrat. Ad instauracionem, inquit, sanctorum in opus ministerij. Caritas aedificat & restaurat. Istud autem, & mutuo conglutinari, & compingi, & complicari facit.

Moralis exhortatio.

Itaque si spiritu qui a capite est potiri voluerimus, mutuo cohareamus. Sunt autem duae corporis ecclesiastici diuisiones, Vna quidem, quando refrigerata in nobis fuerit charitas. Altera vero, quando in corpus illud ausi fuerim, quae nec expiari nec restitui queat. Nam utrinque nos ipsos ipsa corporis plenitudine pri-

uamus. Si vero qui ad hoc instituti sumus ut alios edificemus, corpus istud primi scindimus, quid illi non accidit? Nihil est autem quod ecclesiam ita diuellere queat, atque ambitio illa praesidendi. Nihil ita deum irrat, sicut ecclesiae diuisio. Et si innumera bona operati fuerimus, non minores tamen poenas dabimus quam corpus ipsius proficerent, si plenitudinem & integritatem ecclesiasticam discerpserimus. Illud enim lucrum quidem factum est totius orbis, tamen si non eo animo si reprobos illos respexeris. Istud vero nihil vspici commodi habet, sed plurimum nocenti. Ista mihi non ad ecclesiae primores duntaxat dicuntur, sed & ad subditos. Vir quidam sanctus quippiam dixit, quod audacia sapere videtur, attamen dixit. Quid autem est istud? Peccatum videlicet istud ne martyrij quidem sanguine deleri. Dic enim quae so quae ob causam martyrii subis? An non propter Christi gloria? Quo itaque pacto, qui animam pro Christo exponis, ecclesiam oppugnans, pro qua animam suam tradidit Christus? Audi Paulum ipsum: Non sum, inquit, dignus ut vocer Apostolus, quoniam ecclesiam dei persecutus sum, ac vastauimus. Non est autem hoc datum eo minus quod ab hostibus est, sed multo etiam maius. Illud enim ecclesiam illustriorem quoque facit, istud vero etiam apud inimicos & externos dedecore afficit, quando & a propriis filiis impugnatur. Videtur enim ipsis magnam esse seductionis indicium, quod qui in illa & nati sunt & alii, arcanaque illius diligenter edocti, subito mutati hostiliter in illam afficiuntur. Ista contra eos mihi potissimum dicuntur, qui seipsum sine omni discrimine scindentes ecclesiam committunt. Nam illis, si quidem contraria dogmata habuerint, commisceri non conuenit. Si vero idem cum ecclesia sentiunt, multo magis fugiendi sunt. Quobrem? Quonia videlicet ambitionis morbo laborat. Ignoratis quid illis acciderit qui Chore Datham & Abiram sequuti sunt? Num tres illi soli perierunt? An non & qui cum illis faciebant? Quid dicitis? Eadem, inquit, fides est, orthodoxi sunt & ipsi. Quae ergo ratione nobiscum non sunt? Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma. Si quae illorum sunt, recte habent, nostra utique male habent. Si vero nostra recte, ergo illorum male. Sicut paruuli, inquit, fluctuantes, ac quouis vento circumiacati. An satis esse putas, quae te, quod dicitis & ipsos orthodoxos esse, quum tamen interea quae communem & ecclesiasticam electionem concernunt, intereant & perdantur? Et quana fuerit utilitas si illa negligatur? Non enim pro conseruanda illa secus quae pro ipsa fide pugnari debet. Alioqui si cuius licet pro veterum more manus suas implere, sacerdotiumque arripere, accedat omnes, sitque frustra aedificatum istud altare, frustra corpus ac plenitudo ecclesiae, frustra ille sacerdotum numerus. Tollamus illa & conculemus. Absit, inquit. Atqui vos ista facitis, & dicitis: Absit, quum interea fiant. Ego ista dico & testificor, non meipsum, sed vestram quaerens salutem. Si vero quisquam est qui ista contemnenda nulliusque discriminis esse putat, ipse utique viderit. Si vero ista cuiquam ex illis curae non sunt, nobis certe sunt. Ego plautum, inquit, Apollo rigauit: Deus autem incrementum dedit. Quo pacto irrisione istam, qua subannamur a Gentibus, feremus? Si enim haesum gratia nos culpant, de istis quid dicent? Si eadem sunt dogmata, eademque mysteria, quana ratione in altera ecclesiam alter insilit praesul? Videtis, inquit, Gentes, quae omnia Christianorum vanae gloriae plena sint? Quomodo apud

do apud eos & ambitio regnet & fraus? Deme illis multitudinem, & nihil sunt. Morbum illorum amputa, nepe turbam corruptionem. Vultis dicam quid de hac urbe nostra loquatur? quomodo nos leuitatis arguant & traducant? Nemo est, inquit, qui apud illos, si quidem voluerit, non inueniat quiduis sibi credentes, neque deficiet illum vnquam talium copia. O meritam irrisionem. Quantum habet res ista dedecoris? Sed & aliud quiddam est, quod irrisionem nobis & probum parit. Quod si qui a nobis in rebus turpissimis deprehensi supplicium aliquod subituri sint, multus hic tremor, multus vndique timor, ne resiliat inquit, & cum illis stet. resiliat equidem milites qui talis fuerit, & cum illis sit. Non de illis loquor, qui peccatores sunt. Sed si quispiam fuerit qui sine peccati labe sit, & transferri ab alienarique; voluerit, transferatur. Doleo quippe ac plango lametorque; & in intimis visceribus meis concutior, non secus quae si proprio quodam membro meo priuari contingat. Veruntamen non ita doleo ut cogar huius metus gratia quippiam quod indecorum sit admittere. Non dominamur fidei vestrae charissimi, neque imperij aut dominij iure ista praecipimus. Sermonis doctrina nobis commendata est, non principatus, nec potestatis autoritas. Ordinem tenemus consulentium & hortantium. Qui consulit sententiam suam dicens, auditorem non cogit, sed in illius potestate faciendorum optionem liberam relinquit, in hoc tantum culpabilis, si non quae decet & oportet dixerit. Propterea & nos ista loquimur, ista dicimus, ne vobis in illo die dicere liceat, Nemo nobis de hac re locutus est, nemo quicquam praecipit: ignorauimus, neque peccatum esse putauimus. Propterea dico & obtestor, ecclesiam scindere non minus esse peccatum, quam in haesim incidere. Responde quae so. Quid si quis regi cuidam subditus, nemini quidem praeterea addidit fuerit, nec alij se regi cuiquam tradiderit, huius vero ipsius prehensam purpuram, ab ipsa fibula ad imum usque totam sciderit, & in multas partes ruperit, an minus puniendus fuerit, quam qui ad alium descuerit? Quid vero si ad haec & regem ipsum appreheso gutture trucidauerit, corpusque ipsius per singula membra perciderit? Quae hic putas poenam dignam ac meritam luet? Si iam facinus quauis poena maius perpetraret, qui in regem conseruum suum ista designaret, quana gehenna dignus non erit, qui & Christum occidit, & membratim conuellit? An illa, cuius minae toties obiciuntur? Ego sane non puto, sed alia quadam longe sauiore, dicetis quotquot hic adestis. Ut enim plurimum mulierum istud est vitium, narrabitis hoc exemplum absentibus, & terrebitis illas. Quod si nos quidem meroe coficere, quaeque vltionem hoc pacto de nobis sumere putauerint, sciant illi frustra se hoc facere. Si enim in nos vltionem exercere volueris, modum ac rationem tibi facile tradam, quo sine tuo damno vlciscare. Imo non potest fieri sine damno plane vlciscaris, veruntamen cum minore nocumeto poteris. Alapis me percutere, coespue, publice reprehensio palgas intenta. Horres ista audies? Si ubi iubeo ut me percutias, ita horres, quomodo dominum tuum proscindis, & non horres, dominica membra discerpis, & nihil tremis? Paterna dominus est ecclesia. Vnum corpus est, & spiritus vnus. Sed me punitum cupis? De me ergo sumpta vltione, gradum sistito. Quid pro me Christum laedis? Imo quid corraclauos acutos calcitras? Nequaquam igitur bonum est vlcisci. Alium vero contumeliis afficere, multo peius est quam iniuriam simpliciter inferre. Iniuria a nobis ac-

Tomus quartus.

cepisti? Quid illud laedis, qui nihil iniuriae intulit? Istud certe extremae demeritae est. Quod dicitur sum, nec dissimulanter nec simpliciter dicam, sed ut sentio, & corde afficio. Velim vnumquemque eorum qui vobis: scilicet laeso aduersum nos sunt animo, atque eius gratia seipsum laedunt, alioque a nobis discedunt, in ipsam faciem nobis intendere plagas, exurisque vestibus nudos nos ad flagella & verbera rapere, siue iniuria nos siue merito culpam, atque ita conceptam iram in nos effundere magis quam quae nunc audet, audere. Istud si factum esset, nihil retulisset hominem nihili, cuiusque nulla habenda est ratio, ista pati. Alias vero & deum ut ut iniuria contumeliosque affectus, precatus fuisset, qui & peccata vobis remississet, non quod tantum pro mea dignitate fiducia habeat, sed quod multa fiducia obtineat laesus, si quando pro eo orauerit, a quo laesus fuerat. Si quis in hominem, inquit, peccauerit, deprecabuntur pro eo. Si vero nihil ego hac in re coram deo potuisset, alios utique sanctos quaesuissem, & ut istud exequeretur otassem. Nunc vero quem orabimus, deo ipso contumelios per nos adfecto? Vide rei deprauationem & absurditatem. Eorum enim qui aduersus ecclesiam ista perficiunt, alij quidem nunquam aut per annum semel duntaxat procedunt, idque tunc quoque frustra & ut cumque; alij vero saepius, sed & ipsi frustra, & simpliciter differentes, deique nihil rebus contententes: alij autem, qui de industria feruentiores videntur, illi ipsi sunt qui calamitatem istam operantur. Itaque si horum gratia in hac studia rapimini, melius erat & vos cum negligentibus censeri posse. Imo satius erat neque illos negligentes, neque vos tales esse. Non de vobis qui adestis loquor, sed de his qui resiliunt. Adulterium est hoc facinus. Si vero ferri nequit ut de illis ista audiantur, ergo neque de vobis Alterum enim est duobus inique fieri oportet. Igitur si de nobis ista suspicamini, parati sumus praelaturam hanc relinquere, quandoque; volueritis, modo vna sit ecclesia. Si vero nos legitime creati sumus, persuadebitis illis qui illegitime sedem hanc conscenderunt, ut munus istud deponant. Ista dixi, non velut imperans, sed ut vos custodiam, & muniam. Quandoquidem quisque vestrum aetate habet, rationemque gestorum suorum dabit, ad moneo, ne pondere vnuerfo in nos proiecto, obnoxios futuros vos putetis, frustra; vos ipsos seducentes, ecclesiam scindatis. Nam rationem quidem pro animabus vestris dabimus, sed si quod nostri est officij, non fuerim exequuti, si non hortati fuerimus, si non admonuerimus, si vos non fuerimus obtestati. Si vero nihil horum intermisero, dabitis & mihi ut dicam: Mundus ego sum a sanguine omnium, & quae animam meam liberaturus sit deus. Dicite, si quidem volueritis, iustam aliquam causam, ob quam disceditis, respondebo, sed non dicitis. Obsecro ut & vos generose instetis eos qui ab alienati sunt reducere, ut vnanimis gratiarum actionem destinemus deo, cui sit gloria in secula, Amen.

Homilia xij.

De itaque dico & testor in domino, ne post hac ambuletis quemadmodum & reliquae gentes ambulantes in vanitate mentis suae, obtenebratam mentem habentes.

Doctorem oportet non solum consulendo docendoque discipulorum mentes instruere ac corrigere, sed & terrendo, deoque tradendo. Quandoquidem quae ab hominibus tanquam conseruis dicuntur, animos auditorum satis mordere percilleret; nequeunt, necessarium est quae reliqua sunt domino tradere. Hoc igitur & Paulus facit. De animi siquidem modestia vnitatemque; lo-

G ij quatus,

† cōmunitate quarens;

I. Co. II.

Supra.

† quando in digna ut in illud corpus

I. Cor. II.

I. Cor. II.

† cōmunitate



quutus, & quomodo non debeat alter aduersus alterum insurgere, audi quid dicat: Hoc itaque dico, & obtestor, inquit, in domino, ne posthac ambuletis quemadmodum & reliquæ gentes ambulat. Non dicit, ne posthac ambuletis quemadmodum iam ambulatis. Grauior quippe fuisset hic sermo. Sed idem quidem insinuans, ab aliis vero exemplū induxit. Et ad Thesalonicensēs scribens hoc ipsum facit, quum dicit: Non in passione concupiscentia, quemadmodum & reliquæ gentes. Cum illorū, inquit, dogmatis vobis non conuenit, sed totum dei est. Ego vero vitā ipsam à vobis, & cōuersationē qua vita exprimitur, requiro. Hoc vestrum est. Testem autem cito dominū eorum quæ à me dicta sunt, quod nihil vobis subtraxerim, sed ostēderim quemadmodum ambulare oporteat. In vanitate, inquit, mentis suæ. Quid est mētis vanitas? Circa ea quæ vana sunt occupatū esse. Quæ sunt autē vana illa? Omnia scilicet presentia, de quib⁹ Ecclēsiastes dicit: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Sed dicit quispiam: Si vana sunt omnia, ipsaque vanitas, cuius gratia facta sunt? Si opera dei sunt, quomodo vana sunt? Multa de his dici possent. Sed audi dilectissime. Nō dixit opera dei vana esse. Absit. Cælum nō est vanū, neq; vana est terra. Absit hoc. Neq; sol vanus est, nec luna, nec astra reliqua, quin neque ipsum corpus nostrū. Omnia siquidem illa valde bona sunt. Sed quid vanū est? Audiam⁹ ipsum Ecclesiasten: Plantaui nihi vineas, inquit, constitui mihi cantores & cātatrices, feci mihi piscinas, delicias aquarū: fuerunt mihi greges & armenta. Coaceruavi aurū & argentum, & vidi omnia vanitatem esse: imō vanitatem vanitatum. Vniuersa scilicet vanitatē esse, audi & Prophetam dicentem: Coaceruat, ignorās cui cōgreget ea. Ad hunc modū vanitas vanitatum sunt domus splendidæ, plurimum & superfluum aurū, mancipiorum cateruæ per forum insequentes, fastus & vanæ gloriæ studium, mentis superbia & elatio. Hæc enim omnia vana sunt. A deo enim facta non sunt, sed nostri sunt opificij. Quam ob rem autē vana sunt? Quoniam bonum finē non habent. Pecuniæ vanæ sunt, quando deliciis consumuntur. Vanæ vero non sunt quādo in pauperes sparguntur. Quōd si ad delicias illas expēdis, videamus quis illarū sit finis. Quis? Corporis piguedo, eruclationes, crebri flatus, multū stercoreis ac sordiu, capitis grauemē, carnis molities, febris, & dissolutio: vt si quis in dolium perforatum liquorem infunderet, inanē planē operam sumeret, ita & qui deliciis deditus est, in pertusum doliū suas delicias infundit. Vanum enim dicitur, quod precij & honorem allaturum quidem expectatum est, sed nihil attulit. Id quod & inane dicitur, & inanes spes, & frustraneum & stultum, hoc vanū dicitur, nullius videlicet vsus. Videamus igitur, num talia sint humana illa: Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Quis ergo finis horum dic quæso? Induamur & amiciamur. Et quid postea? Nihil. Talia Græcorum quidā philosophati sunt, sed frustra. Duram vitæ cōuersationem ostenderūt, sed temere, præter rationē, non ad cōmodum finem respicientes, sed ad vanam gloriam, & qui à multis esset honorem. Quid est autē à multis in precio atq; honore haberi? Nihil. Si enim intereunt qui honorē impendunt, multo magis honor ipse, qui honorē exhibet alteri, sibi ipsi primū exhibere debet. Si vero illū sibi ipsi nō impēdit, quo pacto exhibebit alteri? Iam vero honores etiā ab igno-

miniosis, tenuib⁹ contēptibilib⁹q; viris quos ignominiosos & probrosos esse scimus, venamur. Qualis est ergo honor ipse? Vides quōd vanitas vanitatum sint omnia? Propterea dixit: In vanitate mentis suæ. Religio vero ipso nūquid & ipsa talis est, ligna videlicet & lapides? Solē nobis pro lychno lucere fecit. Quis lychnum suum adorat? Lucem exhibet ipse Sol. Sed quando nobis ille lucem administrare non potest, tum lychnus potest. Quid ergo lychnum non adoras? Etiam, inquis, ignem adoro. O rem ridiculā. Quanta est ista cōtumelia? Rursus vero & alia subiungitur: Quare extinguis quod adoras? Quare perdis & occidis deū tuū? Quare nō permittis vt domus illo adimpleatur? Imō si deus est ignis, pascatur ex corpore tuo, non ex suffecto illo ollæ lebetisque liquore. Introduc eū in prōptuarua thesaurorū tuorum, in serica illa vestimenta tua. Tu vero illum non solum nō introducis, sed & si forte cuiuspiam temeritate subingressus fuerit, vndique expellis, omnia claudis, & non secus quā si bestia quæpiam demolendi gratia ingressa esset, luges ac gemis, atque illud calamitatem vocas excellentem, nempe quod deus tuus illō accessit. Ego vero deum habeo talem, vt nihil omitam, quo in ipso peccatore meo illum includā, tum me beatissimū ratus, nō quādo domum meam tuetur & inuisit, sed quando ipsum in cor meum traxero. Trahe & tu ignem in cor tuum. Ridicula sunt ista, & ipsissima vanitas. Bonus est ignis, ad vsū, nō ad adorandū: ad hoc vt mihi ministret, famuletur ac feruiat, nō vt dominetur. Propter me fact⁹ est ille, nō ego ipsius gratia. Si omnino ignem adoras, qua ratione tu quidē lecto quiescis, coquum verō deo tuo ad stare seruiri que facis ac iubes? Quin ipse & coquus, si voles & pistor, & faber ærarius fias. Nihil enī his artib⁹ honestius, eo quod illas deus tuus tuetur & moderatur. Quare ignominiosam hanc artem esse putas, in qua mult⁹ est de⁹ tuus? Quid seruis impetras, quod ipse dedignaris? Bonus est ignis, & bonū est illius opificiū, sed deus non est. Opus enim dei, nō deus vocatus est. Nō vides ipsi⁹ immodestiā, quomodo nec finem nec modū, si quādo ædes quaspiā corripuerit, sciat, sed quicquid obtinuerit, demoliatur, & nisi per fabrorū aliorūmq; operā extingatur, ipsius insania nec amicos cognoscat, nec inimicos, sed pariter omnibus abutatur? Hic ergo deus est? An nō erubescitis? Reuera bene dixit, in vanitate mentis suæ, sed Sol, inquit, deus est. Istud etiā dic quæso, vnde & quāobrē? Quōd multum luminis emittit. Sed non vides ipsum à nebulis vinci, & necessitate coactū naturæ seruire, & deficere subinde, atq; a Luna nubiloq; abscondi? Atqui nebula Sole infirmior est, & tamē illum saepenumero vincit. Et hoc ipsum vero diuinę sapiētie opus est. Oportet etiā nullius egere deū, sed omnē in seipso sufficientiā habere. Sol autē multorū indigus est. Istud vero non est dei. Nā aere opus habet vt luceat, illōq; tenui ac subtili, ita vt si de⁹ fuerit aer, nō pmittat illū radiis suis quouis pertinere. Opus habet & aquis, & aliunde prohiberi, ne queis cōburat. Nisi enim & fontes & stagna, fluuiiq; & maria, & quicquid vsupia est humidū, per vaporū exhalationē cōspirassent & obstitissent, nihil cohibuisset quo minus omnia incendisset. Vides igitur, inquis, quod deus sit. O insaniam, o rem ridiculam. Quoniam nocere potest, inquis, deus est. Atqui hoc ipso non est deus, quōd vbi quidem nocet, nullius eget: vbi vero pro-

Contrariū  
qui ignem  
pro deo  
lebant.

De sole.

quæ  
dū  
humiditate  
di-  
quam per  
vaporum  
exhalatur  
nem susci-  
tassent &  
cōstassent.

dest, multis aliis opus habet. A deo autē procul est noxium esse, prodesse vero illius est proprium. Quū ergo hic contrariū sit, quomodo deus est Sol? Non vides quod venenata pharmaca quādo suapte natura nocent, nullius egeant, quando vero prodesse debent, multis opus habeant? Propter te ergo talis est tam bonus quā imbecillus. Bonus quidē, vt dominum per illum agnoscas. Imbecillus vero, ne dominū ipsum esse dicas. Sed fouet, inquis, & plantas & femina. Quid ergo? Num hoc pacto & fimus deus erit? Nam & ille nutrit. Quir non eadē ratione & falx & agricolę manus? Ostēde mihi vbi Sol solus foueat & nutriat, nulli⁹ egēs, neq; telluris, neq; aquę neq; agriculturę. Sed proiecta semina radiis illius temere permittito, spicāq; nobis hinc natas ostendito. Si vero non solum ipsius, sed & imbrium est seminis fomentum, qua ratione non & aqua deus est? Sed de isto nondū. Quā ob rem non & terra deus? Quare non & fimus & ligo? An igitur omnia, dic quæso, adorabimus? O nugæ: imō & spica & planta, & reliqua omnia, magis sine Sole quā sine terra & aqua nascuntur. Terra siquidem non existente, nihil horum vnquā videbitur. Si vero quisquā in figulinum quoddā vasculū, id quod pueri faciūt & mulieres, terram imponens, sub rectū illam multo fimo repleto vasculo, collocauerit, imbecillas quidē plantas producet, attamen producet. Itaque maior est à tellure ac fimo vtilitas, atque ideo magis ista quā solem adorare oporteret. Cælo opus habet, aere indiget, & ne noceat, aquarū istarum eger, quasi quorundā frænorum quibus ista potentia ipsius ferocitas cohibeat, ne in omnia radios suos velut ferocem quendā equum immittere sinatur. Dic quæso, vbi nobis nocturno tempore sol est? Quōd peregre abiit deus iste? Non enim dei est, ita circumscribi ac terminari. Nam istud reuera corporum duntaxat est. Sed & potentia quędam, inquis, in ipso est, ac motus. Ista igitur potentia, dic quæso, deus est? Quāobrem ergo & ipsa indiga est, & ignem nō cohibet? Recurrit enim mihi idē sermo. Quid est autē ista potentia? Illuminatio quędam vis est, aut per hunc luceat, nullius ipsa ex his omnibus particeps. Ipsa igitur Sol maior est. Sed quousq; immoramur huic Labyrintho? Quid vero aqua? Nūquid & ipsa deus est inquis? Rursus & hoc ridiculosam contentionē habet. Num deus est, inquis, qua ad res tantas vtimur? Iterum & de terra similiter insaniam. Reuera in vanitate mentis suæ obtenebratā mentem habentes. Sed de vita nunc ista dicit. Fornicatur & adulterantur Græci. Merito. Qui enim sibi ipsi tales deos fingunt, merito faciunt quicquid libuerit. Et si humanos cōspectus facta sua celare poterūt, nemo est qui illos à facinore cohibeat. Quid enim apud istos posset resurrectionis sermo, quib⁹ ille fabula quędā esse videtur? Sed poterunt forte quæ de his quæ in inferno sunt dicuntur. Verum & ista fabulæ. Et vide satanicam mentem: Quando illis de diis fornicatoribus sermo fit, non dicunt esse fabulas, sed mox credunt. Quando vero de supplicio instruantur: Poëtæ sunt, inquit, omnia fabulantur, vt melioris vitæ statum omnino subuertant. Sed philosophi, inquis, prorsus graue quiddam adinueniunt, istis que melius. Quomodo? Quōd fatum inducentes, omnia improuisa esse dicunt, nec cuiquam cuiusque curam esse, sed omnia ex atomis constare. Sed alij corpus esse deum dicunt. Verū quis ille, dic quæso? An illi sapiunt, qui

Tomus quartus;

humanas animas caninas faciunt, hominib⁹q; persuadēt fuisse aliquando qui ex homine canis factus sit, vel leo vel piscis: Quousq; nō cessatis à nugis hisce vestris obtenebratā mentem habentes? Tanquā enim qui reuera in tenebris sunt, omnia & dicunt & faciunt, siue ad dogmata respicias, siue ad vitam. Nā qui obtenebratus est, nihil eorū quæ in tenebris sunt videt, sed saepenumero fit, vt quum funiculū videat, serpentem suo pte vitio cernere se putet: & si à macceria quadā vel sepis obiectu detentus fuerit, ab homine se vel dæmone quopiam detineri credat. Et talia quędā multo cum timore, magnāq; mentis perturbatione metuunt. Timebunt, inquit, timore, vbi non erat timor. quæ verō meritō timenda essent, illa non timent: sed quemadmodū pueri qui dum a nutricibus baiulantur, in ignem quidē ac lucernam ardentem temere & cum audacia manus immittunt, virū verō qui sacco indutus sit, exhorrent: ita & Græci isti tanquā verē perpetuo pueri, vt & quidā de ipsis dixit, Græci semper pueri sunt, quæ quidē peccata nō sunt, metuunt, vt sunt sordes corporis, affinitatis & coniugij superstitiona cura, dierūmq; obseruatio, & quicquid eiusmodi est: quæ vero reuera peccata sunt, vt in pueros lasciuus amor, adulteriū & fornicatio, horum neq; rationem vllam habent. Sed videas ex eis qui a mortui quidē contactu se lauet, ab operibus vero mortuis nequaquam: & qui pecuniarum gratia multum impendat diligētia, reliqua vero omnia vno se gallo perfoluisse putet. Ita videlicet obtenebrata sunt mente. Animas habent plurimis terroribus refertas, vt pote possēt mihi domū egresso prius obuiam fieri talis quispiam, vt innumera prorsus mihi mala subeundum sit. Iam si famulus scelestus dum calceamenta porrigit, sinistrum primū exhibuerit, calamitates sunt graues & ignominiosę. Ego ipse domū egrediens, si sinistrum pedem primo promouero, est & istud calamitatum indicium. Et ista quidem mala circa domum sunt, domum vero egresso si dexter oculus sursum versus subsilierit, lachrymas istud portēdet. Et mulieres quoque, si quando ad histopodē textorium illidētes calami strepitum dederint, quādo fila peccine discutiūt, signum hoc faciūt. Rursus quando subtegmē peccine decutiunt, idq; solito vehemētius faciunt, siquidē exin superiores calami ab intento verbere ad histopodem illidentes strepitum ediderint, istud quoque signum habent, & præterea mille alia irrisione digna. Et si rudat asinus, cantēte gallus, item si quisquam sternutet, aut quicquid tale sit, non secus quā si innumeris vinculis obstricti essent, & vt dixi, quasi tenebris detēti, nihil nō suspicantur ac metuunt, quibusuis mācipiis seruiliores facti. Itaq; ne & nos tales simus, sed his omnibus derisis ac spretis, vt qui in luce viuimus, atq; in cælo cōuersamur, cūmq; hac terra nihil cōmune habem⁹, vnum duntaxat timēdum esse arbitremur, ne peccatum, atq; offensionem dei. Peccatum vero si non fuerit, omnia reliqua simul cum diabolo horū introductore subannemus. Pro his gratias agam⁹ deo, caueam⁹q; diligenter ne quando nos ipsi misera ista seruitute capiamur, & si quisquam amicorū nostrorū illa captus fuerit, ruptis vinculis ex grauissimo isto & ridiculo carcere illum eximamus, liberūmq; & expeditum ad cursum cœlestem faciamus, remigiūmq; illud alarum hætenus grauatam restituamus, & quātum ad vitam attinet, & sanam doctrinā philosophari doceamus.

psalm. 13.

G iij

ri doceamus.

ri doceamus. Gratias rependamus deo de omnibus. Oremus ipsum ne perceptis suis donis indignos nos deprehendi sinat, & ut ipsi adiungere studeamus illis quæ nostrarum sunt virium, ne solum verbis, sed & factis alios doceamus. Ad hunc enim modum futura bona consequi poterimus, quæ ut omnes nos consequamur, gratia fiat & benignitate, &c.

Homilia xij.

**H**oc itaque dico & restor in domino, ut non ambuletis amplius quemadmodum & reliquæ Gentes ambulantes, abalienati à vita dei, propter ignorantiam quæ est in illis, propter excæcationem cordis ipsorum: qui posteaquã dedoluerunt, seipsos lasciuia dederunt, ad patrandum quamuis immunditiam cum auiditate. Non ad Ephesios duntaxat ista dicta sunt, sed & ad vos hodie dicuntur, idque non à nobis, sed ab ipso Paulo. Imò vero neque à nobis neque à Paulo, sed à spiritu sancti gratia. Non itaque ad hæc aliter affici debemus, quam si ab ipsa dici audiremus. Hoc itaque dico, inquit, & obtestor in domino, ut non ambuletis amplius sicut & reliquæ gentes ambulantes in vanitate mentis suæ, mentem habentes obtenebratam, abalienati à vita dei, propter ignorantiam quæ in ipsis est, propter excæcationem cordis ipsorum. Si ergo ignorantia in illis est & cæcitas, quid accusas & culpas? Ignorantem enim non decet puniri aut reprehendi, sed quæ ignorat discere. Sed vide quæ mox illis excusa-

\* seipfos no agnouerunt, de seipfis desperarunt, sensu sui mali caruerunt: nã a seipfis, et à te excæcatis pro eodem capere videtur.

Roma. 1. d. Ioan. 3. c.

tionem & veniam auferat. Qui quidem, inquit, posteaquam dedoluerunt, lasciuia seipsos tradiderunt, ad patrandum quamuis immunditiam cum auiditate. Vos autem non ita didicistis Christum. Ostendit hic vitam illorum causam ipsis esse factam cæcitatibus: vitam vero talè ex socordia & stupiditate natam esse. Qui quidem, inquit, posteaquã dedoluerunt, tradiderunt seipsos. Quando igitur audis quod deus illos in reprobam mentem tradiderit, huius verbi memor esto, nempe quod seipsos tradiderunt. Si enim seipsos tradiderunt, quomodo deus illos tradidit? Si vero deus illos tradidit, quomodo seipsos tradiderunt? Vides quandam hic contrarietatem apparere? Illud ergo tradidit, idè est quod permisit. Vides ibi & dogmatum talium esse causam, ubi immunda est vita. Quisquis enim male facit, odit lucem, nec accedit ad lucem. Nam quomodo vitam hanc amplecti posset scelestus quispiam vir, quarumuis mulierum corporibus turpius, quæ qui quouis cæno volutatur, immixtus, pecuniarumque amas, & nihil prorsus quod ad modestiam faciat desiderans? Lasciuiam suam, inquit, studio patrarunt. Hinc est illa cæcitas, hinc illa mentis obtenebratio. Est etiã ex splendore lucis caligo, quãdo videlicet imbecilli sunt oculi. Imbecilli vero redduntur oculi, vel malorum humorum affluxu, vel cuiusuis fluxus inundantia. Ita & hic. Quando videlicet aciem & obtutum mentis nostre abundans quidam temporalium rerum fluxus occluserit, mox in tenebris sumus. Et quemadmodum in imo maris fundo positi, solè videre nequiremus propter instar densæ cuiusdam macerie incumbentem desuper aquæ copiam & molem, ita in oculis mentis fit cæcitas cordis, quando animum nullus

Psal. 13. Ibidem.

cõtrahit metus. Non est timor Dei, inquit, ante oculos eorum. Et iterum: Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Cæcitas vero non contrahitur aliunde quam à stupiditate. Hinc scilicet meatus obsepitur. Quando enim in vnum quendam locum congelatus fluxus colligitur, emortuum redditur ipsum mē-

brum, & omnem sensum amittit, ita ut nec adustionem, nec incisionem, siue quicquam aliud persentiscat: ita & qui lasciuie seipsos semel tradiderunt, nihilo permouentur nec mordentur, siue de ignis supplicio, siue de ferro sermonem inducas. Semel enim emortuum prorsus est ipsorum membrum. Et nisi stupiditatem illorum sustuleris, ut sanatis membris tactus sensum recipiant, frustra conaberis omnia. Cum auiditate, inquit. Hic potissimum excusationem illis adimit. Poterant enim, nisi sponte hoc voluissent, neque intemperanter auidi esse, neque lasciuia nec ventri seruire, concupiscentiisque locum dare. Licebat illis & pecuniis & voluptate & deliciis cum modestia uti. Verum quoniam his rebus immodeste abusi sunt, omnia corruperunt. Ad patrandum immunditiam, inquit. Vides quomodo venia illos priuet, cum dicit ad patrandum immunditiam? Non obiter, inquit, & fortuito præter animi sententiam peccarunt, sed mala ista patrarunt etiã, & rebus istis studio abusi sunt. In quauis immunditia, quouis adulterio, quouis fornicatione, in lasciuo insanòque puerorum amore, in inuidia, quauis intemperantia & lasciuia. Vos autem, inquit, non ita didicistis Christum, siquidem illum audistis & in ipso edocti estis, quemadmodum veritas est in Iesu. Illud, siquidem illum audistis, non dubitatis est, sed vehemèter confirmati & certi: quemadmodum & alibi dicit: Siquidem iustum est coram deo ad afflictionem rependere illis qui vos adligunt. Hoc dicit: Non ad ista Christum didicistis, siquidem audistis ipsum, & in eo edocti estis quemadmodum veritas est in Christo Iesu. Ut deponatis iuxta veterem conuersationem, veterem hominem. Igitur & hoc est Christum discere, recte instituere vitam. Nam qui male viuit, & deum ignorat, & à deo non agnoscitur. Audi enim quid alibi dicat: Deum se cognoscere fatentur, factis vero negat. Tit. 1. d.

Quemadmodum veritas est in Christo Iesu, ut deponatis iuxta veterem conuersationem, veterem hominem. Hoc est, Non istis assuecatis. Neque enim vanitas apud nos est, sed veritas. Quemadmodum dogmata vera sunt, ita & vita. Vanitas enim est peccatum, & mendacium. Recta vero vita, veritas est. Finem enim & præmiu magnum habet. Intemperantia vero ad nihil prodest. Qui corrumpitur iuxta concupiscentias erroris sui. Quemadmodum concupiscentia ipsius corrumpuntur, ita corrumpitur & ipse. Quomodo ergo concupiscentia ipsius corrumpuntur? Morte dissoluntur omnia. Audi enim prophetam dicentem: In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Et non morte solum, sed & aliis multis, utpote ingruentibus vel morbis vel senectute, pulchritudo corporis & tabesit & emoritur & corrumpitur. Robur potentia iisdem extinguitur. Delitia neque ipsæ eiusdem sunt in senectute voluptatis. Et istud nobis vel in Berzelai liquet, nostis omnes historiam, vel alias eundem ipsum veterem hominem concupiscentia corrumpit ac perdit. Quemadmodum enim lana tunc nascitur, hinc etiã tunc perditur, ita & vetus homo. Perdit enim ipsum & amorem vanæ gloriæ, perdidit eum sapennumero voluptates, seduxit illum concupiscentia. Non enim voluptas est quod putatur, sed amaritudo, & fallacia, & hypocrisis, & fabula. Et rerum quidem facies splendida est: ipse vero non aliud sunt quam miserie quedam, multaque paupertatis, mæstitia quoque, & plurimæ penuria abundantia, ita ut si persona detracta rem ipsam nudaueris, fallaciam planè videas. Istud enim demum fallacia est, quod id quod vere est occulit, & quod

Tit. 1. d. 2. Reg. 19.

quod

quod non est ostentat. Ita sunt paralogismi. Quatuor vero hominum genera nobis hic describit Apostolus, & horum demonstrationem iam exhibet. Hic quidem duorum, cum dicit: Deponentes veterem hominem, renouemini spiritu mentis vestrae, & induite nouum hominem. In ea vero quæ ad Romanos est, reliqua duo ponit cum dicit: Video autem aliam legem in membris meis rebellantem legi mentis meæ, & captiuantem me legi peccati quæ est in membris meis. Mens & caro, & isti duo homines ad illa cognationem habent. Ad internum quidem nouus, ad externum vero vetus se habet. Veruntamen tres corrupti sunt: imò vero hi tres sunt, nouus, & vetus, atque substantialis hic & naturalis. Renouemini vero spiritu mentis vestrae. Ne quis putet illum, cum veterem & nouum dicit, hominem inducere, vide quid dicat: Renouemini, inquit. Renouari est, quando quod inueterauit, aliud ex alio factum renouatur. Itaque eadem quidem permanet substantia & idem subiectum, immutatio vero fit circa accidens. Quemadmodum vnum quidem & idem est corpus, transmutatio vero fit iuxta id quod accidit: ita & hic. Quomodo fit autem renouatio? In spiritu, inquit, mentis vestrae. Itaque si veterem actum quisquam habuerit, nihil proficiet. Actus enim veteres non feret spiritus. Spiritu, inquit, mentis vestrae, hoc est, spiritu qui est in mente vestra. Et induite nouum hominem. Vides quod vnum quidem sit subiectum, indumenta vero duo. Vnum quod exiuit, & alterum quod induitur. Nouum, inquit, hominem, qui iuxta deum conditus est in iustitia & sanctitate veritatis. Qua vero ratione hominem vocat virtutem? Et quare malitiam vocat hominem? Quoniam homo sine operatione utique non declaratur, ut agnoscat, ita ut ex operibus non minus quam ex ipsa natura probetur homo, siue bonus sit, siue malus. Quemadmodum vero facile est exuere vestem, ita videre illud est etiã in induenda virtute, seu deponenda malitia. Nouus homo fortis est. Reddamur ergo & nos ad patrandum quæ bona sunt robusti. Rugam non habetes. Rugam non habet nouus, ergo neque nos. nouus non circumagitur, neque morbis facile est obnoxius: ergo neque nos. Vide quid hic creaturam vocet. Virtutis scilicet essentiam, ex his quæ non sunt, ad hoc ut sit, adducta. Quid vero malitia? An & ipsa iuxta deum condita est? Nequaquam, sed iuxta diabolum. Ipse quippe peccati opifex est. Quomodo? Nouus enim homo non ex aqua neque ex terra creatus est amplius, sed in iustitia & sanctitate veritatis. Quid hoc est? filium ipsum mox creauit. Istud enim per baptismum fit. Ipsa noui hominis essentia in iustitia est & sanctitate veritatis. Erat aliquando iustitia, erat & sanctitas apud Iudæos, at illa non veritatis, sed typi erat iustitia. Nam corpora mundum esse, munditiam typus erat, non vera munditia, typus erat iustitiam, non vera iustitia. In sanctitate, inquit, & iustitia veritatis. Respicit & ad falsam & mendacem iustitiam. Nam plurimi sunt qui ab externis quidem iusti videntur, mædaces vero sunt. Iustitia autem communis virtus dicitur. Audi quippe Christum dicentem, Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum. Et iterum iustus dicitur, qui nullam prorsus habet noxam. Nam & in iudiciis iustum cum dicimus qui cum iniuriâ passus sit, nihil tamen vicissim iniuriarum rependit. Itaque si & nos coram horribili illo tribunali alius erga alium iusti comparere poterimus, licebit & diuina beneficentia frui. Erga deum

Rom. 7. d.

τὴν οὐσίαν οὐ τὴν ἔξω

Matth. 5.

1. Ioan. 3.

quid fieri nequit, quicquid fecerimus. Ipse quippe ubique in iudicio vincet, quemadmodum & propheta dicit, Et vincas cum iudicaris. Si vero quod iustum est, alius erga alium non corruerimus, tum iusti erimus. Si poterimus ostendere, quod iniuriam patienter tulerimus, tum iusti censebimur. Quomodo ad indutos rursus dicit, induite? De vita iam & operibus loquitur. Tum ex baptismate dabatur vestimentum, nunc vero à conuersatione & operibus, quæ non amplius iuxta concupiscentias erroris sunt, sed iuxta deum. Sanctum vero quid est? Mundum videlicet & debitum. Propterea & innocentiam mortuorum τὴν ὀσίαν dicimus. Hoc est, nihil debeo ipsis amplius, non sum illis obnoxius. Sic etiã dicere solemus ἀφωσιώσαμην, hoc est, immunitus sum, & si qua sunt huiusmodi, id est, nihil debeo. Moralis exhortatio.

Psal. 50.

\* τὴν οὐσίαν id est, in-sta exequiarum paratam, vide hunc locum in Bu dei comēt. exponitur.

Nostrium est igitur, ut iustitia indumentum non exuamus, quod & Propheta indumentum salutis vocat, ut deo similes reddamur. Nam & ipsius vestimentum est iustitia. Hoc amiciamur indumento. Illud vero quod dicit, induite, nihil aliud significat, quæ ut induta iustitiæ vestem non deponamus. Audi quippe quid Propheta dicat: Induit maledictionem sicut vestimentum, & veniet illi. Et iterum: Amictus est lumine sicut vestimento. Et nos solemus de hominibus dicere: hic illum planè induit. Itaque non vnum & alterum diem, neque tertium, sed semper in virtute nos esse vult, & nunquam hoc vestimento carere. Nunquam enim adeo turpe est homini nudo esse corpore, atque virtute. Hic illum cõserui nudum ac turpem vident, illic vero & dominus & angeli. Quod si nudum quempiam, dic quæso, per fori incidere videres, num doleres? Quis ergo tu hoc virtutis indumento nudus discurras, quid quæso dicemus? Non vides mendicos illos, quos Lotagas vocare solemus, quo pacto circumeant, & quomodo illorum misereamur? Veruntamen nihil veni merentur, neque enim illis ignoscimus, siquidem taxillis ludendo vestimenta sua perdunt & amittunt. quomodo ergo nobis ignoscet deus, hoc noui hominis indumentum perdentibus? Diabolus enim si quando virtute nudus repererit quempiam, mox faciem & polluit & obfuscat, vulnerans etiã, & ad magna mala cogens. Nudi sumus pecuniis, ne nudi reddamur destituamurque iustitia. Pecuniarum indumentum, iustitiæ vestem lædit ac perdit. Est enim spinarum amictus. Tales videlicet sunt spinæ. Et quanto plures nobis circumderimus, tanto erimus nudiores. Et lasciuia quoque, iustitiæ vestem nobis adimit. Ignis enim est. Ignis vero huius indumenti consumptiuus est. Diuitiarum tinea sunt. Quæ admodum tinea cuncta permoluit, ita & diuitiarum. Ista itaque abiiciamus omnia, ut iusti reddamur, nouumque induamus hominem. Nihil apud nos cõtineamus quod vetus sit, quod ostentationem & fictionem sapiat, quodque sit corruptum. Non est molesta virtus, nec difficilis acquisitu. Non vides eos qui morantur in motibus? Illi & domos suas & uxores & liberos, ac omnem præfecturæ dignitatem relinquentes, extraque hunc mundum sese constituentes, induto sacco, cinerisque subsparso, & collo imposito veluti iugo, in exiguam seipsos cellulam incluserunt. Neque hic consistentes, ieiuniis etiam & continua fame seipsos conficiunt. Quod si quicquam vobis eiusmodi præcepissem, num omnes resisteretis? Non dixissetis rem esse grauè & molestantem? Nihil huius, inquã, opus est ut faciatis. Velle quidem, veruntamen nec decerno nec præcipio. Sed

Psal. 108. Ibi. 103. m.

C

D



quid? Et balneis vtere, & corpus curato, & forum ingreditor, ac domū possideto, & ministris tibi cibo ac potu inferuiri facito. \* Auaritiā vero ubiq; proiicito. Ipsa quippe est quę peccatum generat. Imò ipsum opus auarū & intemperanter auidū, peccatum fit. Itaque nihil aliud est immodesta illa auiditas quę peccatum. Et obserua: Animus si quando plus æquo cōmotus fuerit, tum exiliens cōiiciatur, tum iniuste ac improbe cuncta facit. Ita & corporum, & pecuniarū, & gloria, reliquorūmq; omnium amor. Et ne mihi dicat: Mōtanos istos nihil potuisse. Nā plurimi illorū te multo imbecilliores, ditiores ac delicatioris, duram illā & asperā vitam amplexi sunt. Et quid de viris dico: Puellę nondū viginti annos natę, quibus omnis illa ætas in thalamis & delicato ocio cōsumpta est, in thalamis, inquā, odoriferis vnguētis & suauissimo thymiamatū odore plenis, quę in lectis teneris decumbabant, tenerę & ipsa natura, multoq; & accurato cultu molliores factę, quę totos dies nihil aliud habebant operis, quę ornare seipias, aurum gestare, multiq; deliciis frui, ne sibi quidē ipsis quicquā inseruēt, sed plures circa se famulas ad omnia prōptas habentes, quarū vestes tenerę ipso etiā corpore teneriores, linteaque tenuia & delicata erant, quę in rosis quoque similibusq; fragrantis continue versabantur, istę mox vt igne Christi correptę sunt, omnē illam mollitię delicatamq; naturam exutę, educationisq; pariter ac ætatis suę oblitę, velut generosi quidā athletę proiecto quicquid molle erat, in media certamina proruperūt. Et videor forte incredibilia dicere, sed vera sunt. Audiui quippe ego ipse eas virgines olim quidē ita, vt dixi, teneras quę seipias tamē postea tam austerę disciplinę dederūt, vt indumenta ciliis asperiora nudis imponerēt corporibus, & plantis aliquādo admodū mollibus, iam nudis incederēt, stramentisq; incubarent, imò maiorē noctis partē vigiliis infumerent, & neq; vnguenti cuius neq; alterius cuiuspiā eorū quibus olim assueuissent, curā haberēt, sed caput etiam aded quondā diligenter curatum & ornatū, iam ita negligerēt, vt capillis essent temere ac negligenter vinctis, in eum duntaxat vsū, vt indecorum ac turpitudinem vitarent. Mensam vero haberent vespertinam duntaxat. Mensam, inquā, nec olerum nec panis, sed similia, fabarum, cicerum, oliuarum, & ficuum. Opera vero earum cōtinuum lanificium, & quę duriora essent quę famulę domi præstarent. Quidni? quę ægrotantium curam susceperunt, lecticas baiulantes, pedesq; abluentes, quinetiam plerūq; illarum coquinę inseruiunt. Tāta potest ignis Christi. Adeo scilicet mētis alacritas naturam ipsam superat. Veruntamen nihil horū a vobis exigo, quando quidē a sexu mulierū superari vultis. Quod si qua nō sunt graua, ista facite. Manus cōtinete & oculos immodestos. Istud, quęso, quid difficultatis habet? quid molestiæ? Quod iustū est facite, neminem lædite, siue sitis pauperes, siue diuites, siue forenses, siue mercenarij. Possunt enim & pauperes aliquādo lædere. Non videtis quas illi lites suscitent, quomodo omnia subuertant? Vtere cōnubio, acquire liberos. Et talib' sua præcepta dedit Paulus, & talibus scripsit. Magnū est illud certamen, sublimis est scopulus, & vertex ad cælū vsq; ptingēs, nec potes ad id quod magnū est pertingere? Igitur vel minora sequere, quę inferiora sunt cōcupisce. Nō potes expromere pecuniā? Tatum quę aliorum sunt

\* *id est avaritiā, auiditatem nimiam, excessum autē hic pulchre conuenit, vt qui de excessu irę, glorię, amoris, &c. loquatur. Tquod illi potuerunt.*

A ne rapias, neq; cuiquā iniuriam inferas. Ieiunare nō potes? Dūtaxat vide ne deliciis teipsum exponas. Super stramētis cubare nō sustines? spondas tibi argēto insignes ne cōpares, sed sponda vtere ac stratis nō ad ostentationē, sed ad necessariā corporis recreationē factis, non autē eburneis lecticis. Cohibe teipsum. Quid innumeris sarcinis onerariā nauem cōples? Si frugalis esses, nihil timeres, nō inuidiā, non latrūculos, non insidiatōres. Non enim ita pecuniis, quemadmodū curis, ditescēs. Non ita possessionibus bonorū abundabis, quomodo molestiis & periculis, tētationes & multa desideria introducētibus. Ista ferunt quicunq; volūt acquirere multa. Non iubeo vt misere habēti ministres: saltem præcipias vt puer hoc faciat. Vides quomodo non sit graue quod iniungitur? Qui sit q, virgines illę tenerę tanto nos intervallo post se relinquunt? Pudeat nos obsecro q in mūdānis quidem nusquam illis cedimus, neq; in bellis, neque in aliis certaminibus: in spiritualibus vero pugnis tolerantiores nobis illę, & brabiū priores corripiunt, & aqularū instar sublimius volāt, cum nos interea more graculorum circa nidorem & vapōrē in inferioribus versamur. Sunt enim reuera mensarū illi culinarū que sectatores, non aliter æstimādi quā quasi quidam graculi, canesq; voracitati dediti. Respice mulieres illas veteres. Erāt enim magne. Magne enim, inquā, & præclarę mulieres, vt pote Sara, Rebecca, Rachēl, Debbora, Anna, & quę Christum sequebantur. Viros tamē non præcesserunt, sed postremum locum tenuerunt. Nunc vero cōtrarium videmus. Mulieres nos præcedūt & obscurāt. Quā, quęso, istud ridiculum, quā turpe est? Nos vice capitis sumus, & vincimur a corpore. Constituti sumus in hoc, vt imperemus illis, nec imperemus temere, sed cum virtute. Qui enim imperat, propterea potissimū imperare debet, q in virtute reliquos superat. Si vero superat, iā nō est imperator. Videtis quāta sit aduentus Christi potētia? Quomodo maledictū soluerit? Etenim plures iam sunt virgines quę cōiugate. Maior nunc est apud illas quoq; modestia ac temperantia. Plures sunt viduę. Non facile mulieres impudēs quicquā effutiunt. Quir ergo tu, dic quęso, a turpiloquio nō abstinēs? Neq; enim est vt deploratas illas mihi obicias, quę vt plurimū mūdane sunt, & quod quasi peculiare vitium habent. Saltem in hoc superiores estote vos viri, qui in vxoribus tanquā peculiari vestro ornamēto gloriāmini. Non enim puto mulierem in muliebri suo mundo, vt vt deaurato ita gloriari, vt virum in illis quę cōiugem suā exornant. Nō ita in zona sua auro cōspicua superbit vir, vt q vxorem habet ornamenta auro insignia gestātem. Itaq; & huius causam vos administratis, dum mali scintillā & flammā suscitatis & prouehitis. Alioqui vero non tantum mulieri delictum imputatur quantum viro: officij tui est, vt illam in ordinem redigas. Dignum putas, vt ubiq; priores habeas. Et in hoc ergo declara quā in illis quę te ipsum cōcernunt, nullam magnorum sumptuū rerūmq; preciosarum rationē habeas. Mulieri peculiare ac cōmodū est ornari, magis quā viro. Quū ergo tu ipse nō fugias istas ineptias, quomodo ipsa effugiet? Habent in se mulieres quoddam vanę glorię studium, verum cōmune cum viris. Iracundę plerunque sunt. Et hoc commune habent cū viris. Cōmunia vero cum viris non habent, in quibus excellūt, pudicitia dico, feruorem, pietatē, & quam

& quam erga Christum habēt dilectionē. Quam obrem igitur, dices, a sede & officio docēdi abarcuit illas Apostolus? Et hoc ipsum indicium est, multū illas a viris differre, præclarasq; fuisse illius tēporis mulieres. Nā Paulo docente, ac Petro, thicebatne, dic quęso, etiā alicuius sanctorum illorum coniugē mulierē in hoc muneri infilire? Nunc vero in id malitię prolapsi sumus, vt non immerito iā quæri possit, cur mulieres non doceant, ita scilicet in muliebri imbecillitatem degenerauimus. Ista non ideo cōmemoro, vt illas extollam, sed vt nos ipsos pudefaciam, corripiā & admoneam, vt cōgruentem nobis principatū resumamus, non qui sit iuxta præcellentia magnitudinis duntaxat, sed secundū prouidentia, [præsidium] & virtutem. Nam & corpus tum demū suo loco est, quādo optimū habet gubernatorem. Faxit autē dominus, vt & mulieres & viri in vniuersum omnes ita viuant, vt deo placeant, vt mereamur vniuersi in horrenda illa die benignitate domini frui, promissaque bona consequi in Christo Iesu domino nostro.

*Sanctus illis mulierem ne dic quęso cōueniat*

*præsidium siue patris, mōstratio.*

Homilia xiiij.

*V*apropter deposito mendacio loquimini veritatem vniuersis cum proximo suo, quonia sumus inuicem membra. Irascimini & non peccetis. Sol ne occidat super irā vestram, neque detis locum diabolo. Veteris hominis in genere facta mentione, deinceps ipsum & per partes describit. Est enim ea doctrina captu facilior quam per partes discimus. Et quid dicit? Quapropter deposito mendacio. Quo mendacio? An de idolis intelligit? Non de illis. Et ipsa quidē mendacium sunt. Verum tum temporis nihil erat Ephesiis commune cum illis. De eo mendacio dicit, quo inter se alter alteri mentiebantur, hoc est de dolo & fictione. Loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo. Deinde adiungēs, quod magis vrget, quonia sumus, inquit, inuicem membra, nemo decipiat proximum suum, quod Psalmista sursum ac deorsum versat. Labia dolosa, inquit, in corde & in corde locuti sunt mala. Nihil enim est, nihil est inquā, quod ita pariat inimicitias, atq; seductio & deceptio. Vide quomodo ubiq; illos per exemplum corporis vrgeat. Num pedem, inquit, fallit oculus, aut oculus pes? Vtpote sicubi fouea profunda fuerit, quę superne in persis arundinibus humoq; occultis tecta, solidæ telluris speciē ipsa superficie ingerat oculis, nunquid vtetur hic pede, & cognoscet quale sit ibi solum, num subsit vacuum, aut resulet & repercutiat? Nō fallit hic pes, sed verum indicat. Quid vero si serpentē viderit oculus, aut malā bestiam, num fallit pedem? An nō mox periculum annūciat? Et pes illud ex oculi indicio cognoscens, vltra non progreditur. Quid vero si quādo cōtigerit nec pede nec oculo rerum cognitionē haberi posse, sed totū ab odoratu percipi oporteret, vt pote vtrum pestiferū sit pharmacū, nec ne: num ab odoratu fallitur os? Nequaquā. Quare? Quia seipsum simul perderet odoratus. Itaq; quod sibi sentit aduersarium esse, hoc indicat. Quid vero lingua? Num illa stomachū seducit? Nō seducit, sed vbi amarum quid & acerbū deprehenderit, proiicit, dulce vero immitit. Vide ministeriū, & vicissim ministerij retributionem. Vide prouidentia ex ipsa veritate & sua spē, vt dicitur, natam. Ita & nos non mentiamur. Si quidē mēbra sumus inuicem. Amoris istud est indicium, contrarium vero inimicitia. Quid ergo si quisquā insidias tetenderit? Disce quod verū est. Qui insidiatur,

*psal. 11. a.*

non est membrum. Dixerat, ne mētiamini aduersus mēbra. Addit, irascimini, & nō peccetis. Vide prudentiam. Et dicit quomodo peccare nō debeamus, & immitigeros iterū non relinquit. Neq; enim hoc permittit spiritualia ipsius viscera. Nam quemadmodū medicus ægroto quidē quę faciendā sunt ostendit, non obtemperantem tamen nō contēnit, sed ex persuasione rursus inducto consilio curat, ita & Paulus. Qui secus facit, nihil aliud quærīt quę gloriā suam, & hūc male habet si quando contēptus fuerit. Qui vero omnino ægroti sanitatē quærīt, ad hoc vnū respicit, vt iacentē ac prostratū erigat. Istud & Paulus facit, cū dicit: Ne mentiamini. Quod si vero subinde ex mēdacio suborta fuerit ira, & hęc denuo curat. Quid enim dicit? Irascimini, & nō peccetis. Nam bonum quidē est non irasci. Si vero in morbū hunc quisquā aliquādo incidit, videat tantū ne ingrauescat. Sol enim, inquit, ne occidat super iram vestram. Vis exaturari ira? Satis ad hoc fuerit vna & altera hora, vel certe tertia. Sol abiens non relinquat vos inuicē inimicos. Exorsus est ab ipsa bonitate, itaq; non abeat in indignos effuso lumine. Nam si ex multa illū bonitate terris immisit dominus, delictaq; tibi cōdonauit, tu vero proximo non dimittis, vide quātum cōmittas malū. Præterea & aliud quiddā accedit. Noctē metuit beat' Paulus, ne videlicet illa iniuriis adfectū in solitudine suā accēso adhuc animo nacta, ignē excitet ac foueat. Nam interea dum per diē multa recutis, bene satiari potes: ingruēte vero vespera recōciliato pximo, malū adhuc recēs extingue. Etenim si nox illud deprehēderit, nō poterit quod nocte accessit ventura dies extinguere malum, sed etiā si maiorem forte illius partē amputauerit, vniuersum vero nō poterit, fiet vt rursus accepto quod relictum est, vehemētius incendiū operetur nox altera. Quē admodū si quando quod aëri nebulosum ac dēsum per noctem accessit, diurno calore sol nec dissoluere poterit nec dissipare, causam ac materiā tempestatis exhibet, quod residuū est apprehendēte nocte, illudque rursus aliis vaporibus augmentante: ita & irę cōditio habet. Ne detis locum diabolo. Itaque per iram inuicē impugnare, est locū dare diabolo. Oportet em̄ omnes pariter esse mutua cōpactione constipatos, & simul illi resistere. Iubemus itaque vt solutis inimicitias quas quisq; erga proximū habet, in vnum inuicē cōuertamini. Nam ita non poterit vnquā locum habere diabolus, quē admodum si inimicitias inter vos alueritis. Hinc innumera mala generātur. Et quē admodum quandiu lapides bene cōpacti sunt, nihilq; vacuū inter se habent, firmi & infracti perstant: si vero vel foramē acus duntaxat quod vtrinq; penetret, aut scissurā quę capilli locum habeat, fieri cōtigerit, omnia dissoluuntur ac pereūt: ita & diabolus, donec cōpacti quidē ac bene compositi fuerimus, nihil suorum omnino poterit inferre. Quā primū vero vel modicum nos relaxare poterit, nō aliter quā quidā torrens toto impetu infunditur. Nam ubiq; illi solis dūtaxat initiis op' est. Et hoc laboriosum est. Si vero nactus fuerit initiū nocendi, omnia sibi ipsi subinde suo pte ingenio vestigat & amplificat. Posteaquā vero delationib' apertę sunt aures, fit vt qui mētiantur, fidiōres putentur. Habent enim illi inimicitia omnia damnantem, non veritatē recte iudicantem ac discernentem. Et quemadmodū existente amicitia mendacia videntur etiā quę vera de malis dicuntur: ita re-

*Exortus est.*

*similit.*

ita regnante inimicitia vicissim vera videtur que falsa sunt. Alius animus, aliud tribunal. Hic non ex æquo auditur, sed plurimum in partes inclinatur ac procliuiter assentitur. Quemadmodum enim in libra additum plumbum totum detrahit, ita & hoc loco. Quippe inimicitia pondus plumbo grauius est. Quapropter obsecro nihil non faciamus ut ante solis occasum inimicitias extinguamus. Nam si primo die inimicitiam detines, & sequenti, sæpenuero & in annum illam extendis, fit ut per seipsam excrescat, nec aliqua re alia deinceps opus habeat. Nam mox & verba aliter dicta in aliam suspicionem rapit, & habitus corporis, & quicquid huius est, ad ferociam atque agrestes mores immutat, peiusque affectum facit ac dispositum quam sunt qui plane infamant, nec patitur ut nomen eius que odio prosequeris, vel ipse proferas, vel ab alio audias, sed contumeliose omnia loquitur. Quomodo igitur furor subigimus? Quomodo flammam hanc extinguemus? Si nostra ipsorum delicta perpenderit, quantum obnoxij simus deo. Si cogitauerim nos hoc pacto non de hoste vindictam sumere, sed de nobis ipsis. Si considerauerimus qua lætitia diabolus exhalaremus, hostem illum nostrum, qui reuera hostis est, cuius gratia iniuriam membro nostro facimus. Vis esse memor iniuriarum & hostis? Hostis esto, sed diaboli, non membri tui. Propterea deus ira nos armavit, non ut aduersum corpora nostra stringamus & impellamus gladium, sed ut vniuersam machinam in ipsum diaboli peccatum immergamus. Huc intro poteris capulotenus abdere ferrum. Quin, si voles, & capulum ipsum, nec unquam inde gladium euellas, sed alium insuper addas. Hoc vero tum erit, quando nobis ipsis parcetes, pacifice inuicem animati fuerimus. Valeat pecunie, valeat gloria, valeat nominis celebritas. Omnibus his mihi membrum meum preciosius est, ad nos ipsos dicamus. Non afficiamini iniuria naturam nostram, ut pecunias acquiramus, ut gloriam consequamur. Qui furabatur, non furetur, inquit, amplius. Vides quæ sint veteris hominis membra? Nempe mendacium, iniuriarum memoria, & fuit. Quam ob rem non dicit, qui furatus est puniatur, torqueatur, tormentis subiiciatur, sed non furetur amplius. Magis autem laborat operando manibus quod bonum est, ut possit impertiri ei qui opus habuerit. Vbi sunt illi qui Cathari nominantur, qui cum omnis generis sordibus scateant, hoc tamen se ipsos vocare audet? Est enim, est, inquam, culpam exuere non solum ex eo quod sistitur peccati cursus, sed & quod bonum quid committitur. Videtis quomodo peccata diluere oportet? Furati sunt. Peccatum hoc est. Non sunt furati. Istud non dicitur peccatum exuisse, sed quomodo? Laborarunt, & aliis distribuerunt, atque ita peccatum exuerunt. Non vult autem nos simpliciter operari, sed cum labore etiam, & ita, ut aliis quoque imperiamur. Nam & qui furatur, utique operatur, sed quod malum est. *Omnis sermo spurcus ex ore vestro non procedat.* Quis est sermo spurcus? Is videlicet, quem & ociosum & inutilem dicit, ut sunt detractio, turpiloquium, festiua urbanitas, stultiloquium. Vides quomodo iræ radices amputet? Nepe mendacium, furtum, inanem & intempestiuam disputationem. Quod vero dicit, non furetur amplius, non tam ad hoc dicit, ut iis qui furant ignoscatur, quod ut eos quibus facta erat iniuria, mites reddat ac beneuolos, adhortans ut contenti sint quod nihil tale passuri sint amplius. Non enim rerum duntaxat sed & verborum penas pedemus. Sed si quis est bonus ad edificationem, quoties opus est, ut det gratiam audientibus.

Hoc est, quod proximum edificat, hoc solum loquere, superfluum vero nihil. Nam hac ratione deus os tibi dedit ac linguam, ut & sibi gratiarum actionem persoluas, & proximum edifices. Itaque si sermone tuo edificationem subuertis, melius est ut taceas, & nunquam loquaris. Nam si artificis manus muros ac parietes quos extruere debebant, subuerteret e consuescerent, utique dignæ essent que amputaretur. Etenim & Psalmista hoc dicit: Disperdet, inquit, dominus vniuersa labia dolosa. Tale os omnium malorum est causa: imò non os, sed qui illo male vtuntur. Hinc vituperia, conuicia, blasphemias, incendia & fometa voluptatum, cædes, adulteria, furti, breuiter hic omnia mala generantur. Et quomodo cædes, inquis? A contumelia in iram, ab ira in plagas, à plagis ad cædem progressus es. Quomodo hinc venit in adulterium? Illa te diligit, inquit, amater de te locuta est: atque ita rigorem tuum emollit, ac tibi quoque concupiscentiam fometa hoc pacto incedit. Propterea dicit Paulus: Si quis bonus est, quoniam ergo sermones illi qui inter mortales dicuntur, late patet, recte sine determinatione locutus, quæ loqui debeant prescripto typo iussit. Quis est ille typus? Si quis edificat, inquit. Aut loquere quod gratiam tibi apud auditorem pariat: utpote fornicatus est frater, ne vituperium fratris in vulgus spargas, neve illuferis. Nihil inde profueris auditori, sed magis dato stimulo nocueris. Atqui si quæ facienda sunt admonueris, multum illi gratiam contuleris. Si instruxeris ut os habeat benedictionibus assuetum. Si docueris, ut nemini male loquatur, sumopere ipsum erudieris, gratiamque præstiteris. Si de concupiscentia, si de pietate, de elemosina differueris, omnia ista mentem eius emolliet, pro his omnibus gratiam debere se fatebitur. Si vero risum moueris, si turpe quid locutus fueris, magis ad malum incenderis, quod si male agentem laudaueris, tui vero ipsum penitus perdidit. Atque hæc monet, ut gratiosos eos hominibus & charos reddat. Quemadmodum enim vnguentum odoriferum gratiam exhibet vsurpantibus, ita & sermo bonus. Propterea & quidam dixit, vnguentum effusum nomen tuum. Redolere fecit eos & spirare bonam istam fragrantiam. Vides eum quod semper adhortatur, idem & nunc dicit: Vnicuique præcipit, ut pro viribus proximis edificet. Qui vero alios horum admonet, multo magis seipsum. Et ne contristetis, inquit, spiritum sanctum. Istud horrendum magis est ac terribilius, quod & in ea quæ ad Thessalonicenses est dicit. nam & illic tale quid dicit, utpote, qui spernit, non hominem spernit, sed deum. Ita & hic. Si contumeliosum verbum dixeris, si percusseris fratrem, non illum percussisti, sed spiritum contristasti. Deinde & adiicit beneficium spiritus, quo maior reddatur reprehensio. Et ne contristetis, inquit, spiritum sanctum. In quo obsequati estis in die redemptionis. Hic spiritus nos regalem esse gregem ostendit, hic nos ab omnibus prioris vite actibus cohibuit, hic non est passus, ut coniuncti essemus illis qui iræ dei sunt obnoxij, & tu illum contristat? Vide quomodo ad Thessalonicenses quidem terribiliter, Qui enim spernit, inquit, non hominem spernit, sed deum. hic vero pudorem eis quedam incuties: Ne contristetis, inquit, spiritum sanctum, in quo obsequati estis.

Moralis adhortatio.

Hæc ipsa obsequatio in ore tuo est posita, ne tollas signacula. Os spirituale nihil tale loquitur. Ne dicas, nihil refert si turpe quid dixeris, si quemquam vituperaueris.

raueris. Propter hoc ipsum magnum est malum, quod nihil esse videtur. Etenim quæ nihil esse videtur, facile contemuntur: quæ vero contemuntur, augentur ac multiplicantur etiam. Quæ augentur autem, redduntur etiam incurabilia. Os habes spirituale. Cogita, quæ primum verbum protuleris, quid sis locutus, & quæ sit oris tui dignitas. Patrem vocas deum, & fratrem mox vituperas? Cogita vnde fit quod patrem vocas deum. A natura? Non poteris dicere. A virtute? Neque istud poteris. Sed vnde? Ex sola benignitate, commiseratione & multa misericordia. Quando itaque deum patrem vocas, non hoc solum perpendas, quod quæ nobilitatem istam non decent, vituperando committis, sed quod & à benignitate nobilitatem hanc habes. Noli itaque illam turpitudini exponere, id quod fit, dum ex diuina benignitate nobilitatem hanc nactus, crudelitate erga fratres fueris vsus. Patrem vocas deum, & vituperas? Atqui non sunt illa filij dei, sed porro aliena. Quod ergo opus est filij dei? Inimicis ignoscere, pro crucifigentibus precari, pro odio habere tibi sanguinem fundere. Ista demum digna sunt filio dei, inimicos, ingratos, fures, improbos, insidiatotes, fratres & hæredes facere, non eos qui fratres facti sunt, veluti incipia vituperare. Cogita quæ verba sit os tuum locutum, qua dignatum mensa, quæ contingat, quæ degustet, quo cibo fruatur. Nihil putas te mali facere, quod fratri maledicis? Quomodo ergo illum fratrem vocas? Si vero non est frater tuus, quomodo dicis, pater noster: illud enim noster, multas personas significat. Perpede cum quibus tempore mysteriorum adites, nempe cum Cherubim, cum Seraphim. Seraphim nemine vituperant, sed vnus & idem vsus ora illorum adimplet, nempe benedicendi & glorificandi deum. Quomodo potes ergo cum illis dicere, sanctus, sanctus, sanctus, quoniam tuo ad vituperium abuteris? Dic quæso, si vasculo regio, quod sepe cibos habeat regios, & ad illos ordinatum sit, ad stercorea ministro rum quisquam abuteretur, an auderet illum cum reliquis ad eadem regia edulia deputatis, stercore referentem de nouo reponere? Nequaquam. Atqui eiusmodi est quod fratrem accusas, quod vituperas. Pater noster. Et nunquid hoc solum? Audi & quæ sequuntur. Qui es in caelis. Mox atque dixisti, pater noster qui es in caelis, & excitauit te hoc verbum, & mentem tuam alacrem reddidit, ostenditque habere te patrem in caelis, ne facias quicquam nec dicas eorum quæ sunt super terram: in ordinem illum supernum constituit te, & choro illi celesti adiudicauit, quid te ipsum ad ima deiicis? Ad thronum regium aditas, & vituperas? Non vereris ne concupiscentie loco reputet illud rex? Atqui si seruus aliquis inter nos conseruorum suorum quæpiam percuteret, aut vituperaret, etiam si hoc merito faceret, mox illum obiurgaremus, factum eius contumeliam deputantes. Tu vero cum Cherubim apud thronum regis constitutus conuiciaris fratrem? Non vides sacra illa vasa? Non ad vnum illa semper vsurpatur? Audetne quisquam illis ad aliud quicquam vti? Iam tu vasis istis sanctior es, idque multo. Cur itaque te ipsum sordidum reddis & pollutum? In caelis consistis, & vituperas? Cum angelis conuersaris & vituperas? Osculo dominico dignatus es, & vituperas? Tot ac tantis rebus os tuum adornauit deus, utpote hymnis angelicis, cibo non tantum angelico, sed angelicam etiam dignitatem superanti, osculo, suo, complexus etiam suis, & vituperas? Noli, obsecro. Magnorum malorum causam habes res ista, quam longissime

absit à mente Christiana. Non persuademus ista dicentes, nec permouemus? dignum est ergo, ut quod reliquum est metuas. Audi enim quid Christus dicat: Qui dicit, inquit, fratri suo, fatue, obnoxius est gehennæ ignis. Si ergo quod omnium est leuissimum, gehennam meretur, qui adeo considerat ac temere vituperat, qua gehenna dignus non erit? Insuperamus potius ora nostra ad benedictionem & laudem. Magnus hinc erit lucrum, ex vituperio vero plurimum nocumeti. Non est hic quicquam sceleris expectandum. Claudamus os nostrum ianuam, obiciamus repagulum, mordeamus nos ipsos si quando graue ac durum quoddam verbum dentes nostros transilire voluerit. Precemur deum, precemur proximum concupiscentiam affectum, nihil huius ægreferamus. Nos ipsos percussimus, non illum. Imponamus pharmacum, nempe precationem, & cum vituperato reconciliationem. Quod si in verbis tantum impedimus prouidentiam, multo magis in factis leges nobis ponamus. Siue amicos habuerimus, siue alios quosuis, quam primum aliquid male dixerint, aut vituperauerint, exige ab illis penam. Discendum omnino, peccatum hoc esse. Nam si didicerimus istud, mox cessabimus. De vero pacis custodiat vestram mentem & linguam, muniatque; fideli munitione, timore videlicet Iesu, in Christo Iesu domino nostro, cum quo sit patri pariter & spiritui sancto gloria, &c.

Homilia xv.

Mnis amarulentia, & tumor, & ira, & vociferatio, & maledictio tollatur à vobis cum omni malitia. Quemadmodum in vas impurum, velut immundum vestimentum, nunquam seipsum immittit apum genus, nam hac de causa & vaporibus, & virgultis odoriferis, bonaque fragrantia locum apibus deputatum commodum reddunt, qui apum studio tenentur, vinorum fragrantia, & reliquis bene olentibus quasillos preparant, quibus apes aluearia egressæ infessuræ sunt, ne per iniucundum odorem offensæ deficiant iterum, ita habet & ingenium spiritus sancti. Vasculum quoddam est anima nostra, & quidam quasillus ad recipiendum aluearia] donis spiritualibus plena commodus. Verum si intus fuerit bilis, & amarulentia, & tumor, effugient ista aluearia. Propterea beatus hic & sapiens agricola, vascula nostra bene purgat, nec falcem nec aliud aliquod ferreum instrumentum habet. Et vocat nos spirituales apiarium, quod & conclusum] primum purgat precibus, laboribus, & reliquis huc pertinentibus omnibus. Vide itaque, quomodo corda nostra expurgat. Expulit mendacium, abegit iram. Ostendit rursum quomodo malum potius queat radicibus extirpari. Siquidem amara existente, dum rupto quo tenetur folliculo, vel modice fuerit agitata. Nam quando acutior aliquanto fuerit, quæ quidem admodum eius est qualitatis ut sit acuta, & vasculum illud primarium quo continetur, illam iam non capiens nec tegens amplius, utpote quasi vehementi igne peresum, amplius illam tegere, & in deputatis finibus continere nequit, sed conuulsam ab immodico acre, prorumpentem bilem totum corpori nocituram emittit. Et quemadmodum vrbis grauissima & intolerabilis illata fera, quadiu quidem commodis ac tutis continetur carceribus, etiam ferocia & immane rugiat, nemini tamen quicquam inferri damni potest. Quando vero inualescit furore obiectos repagulos perfringere exilireque; poterit, mox vrbem magno tumultu perturbationeque; adimplet ac quosuis



quosuis insequendo abigit. Ita sanè habet & natura bilis. Quousque terminis suis cõtinetur, nullo magno malo nos afficit. Posteaquã vero rupta pellicula fuerit quẽ illã circumplectitur, nihil vltra est quod prohibeat quin in vniuersam sese naturã effundat. Tũc vero, tũc, inquã, etiam si admodum modica sit quãtitate, propter excellentẽ tamẽ qualitatis vim & potentia omnia reliqua elemẽta agnata sua malitia imbuunt. Tũ enim sanguinem naçta & loco & qualitate vicinum, calorẽmq; in illo acutiore operata, & quicquid cominus est, quod quidẽ iuxta humiditatis cõmẽsurationem terminos suos excedit, isto assumpto, & in atram bilẽ simul immutato, omnibus deinceps mẽbris bellũ indicit, atq; ita omnibus corporis humoribus in suam malitiam insertis, mutum constituit hominem, & spiritu deficientẽ anima ipsius impulsã & agitata facit. Ad quid vero nobis hæc omnia tãta diligentia narrãtur? Ad hoc scilicet, vt à sãtibili illa amaritudine intolerabilẽ amaricatẽ mentis malitiam sentientes, quomodo videlicet illa postquam omnẽ animã primũ infecit, omnia sursum ac deorsum vertat, experientia ipsius effugiamus. Nam quẽ admodũ illa quoduis elemẽtũ, ita ista rationis sensus incendẽs, in barathrum gehennẽ captũ hominem abigit. Vt itaque perscrutati diligenter hæc omnia malũ istud fugiamus, frãnumq; huic iniiciamus bestię, imò radicibus extirpemus, Paulo morẽ geramus dicenti: omnis amarulentia, nõ purgetur duntaxat, sed tollatur à vobis. Quid enim mihi reb<sup>9</sup> hisce possessionẽque illarũ opus est? Quid opus est custodire & obseruare bestiam, quã licet ex anima mea secludere, reicereq; & in vltiora quãdã loca extorrem abigere? Morem ergo geramus Paulo dicenti: Omnis amarulentia tollatur à vobis. Sed heu miser os, quẽ nos obtinet peruersitas? Oportebat omnia huius gratia facere: verũ adeo reuera demẽtes quidã sunt, vt beatos etiã se putent gloriẽturq; ac iactent se in hoc malo, atq; alios tãmulẽtur. Amarulentus, inquit, est hic homo, scorpis est, serpens est & vipera. Atq; ita terribilẽ ipsum reputant. Quid metuis amarulentũ õ homo? Ne noceat, inquis, ne lædat, in expertus sum malitiã ipsius. Vereor ne me simplicem & incautũ hominẽ naçtus, qui nihil eorũ quẽ meditatur preiuderim, in laqueos suos cõiciat, & retribus nos suis, quẽ parata habet ad nostrã deceptionem, implicet. Quid ergo? Puerorũ sunt ista verba, metuentium quẽ metuẽda non sunt. Nihil itaq; ita contẽnere oportet, nihil ita ridere, vt hominem amarulentum & malũ. Nam nihil adeo est imbecille atque amarulentia: stultos facit & amẽtes. An non videtis quã cæca sit malitia? Non audistis quẽ qui proximo foueã foderat, sibi ipsi illã foderit? Quomodo igitur non est timenda mēs perturbatione referta? Si vt dæmonas & insanos, & quodãmodo stultos (nã & illi omnia temere faciũt) ita & amarulẽtos metuere oportet, assentior & ego. Si vero tãquã strenuos ad rerum executionẽ, nequaquã astipulor. Nihil enim ad rerũ administrationem ita necessarium est & accõmodum, atque prudentia. Atqui nihil ita prudentiã remoratur, atque malitia & versutia pariter ac fraus. Non videtis corpora cholericã, quomodo omni tabefacto flore tristitia sint & iniucũda? Quomodo sint imbecillia, & macilenta, atque ad omnia inepta? Tales sunt & animi amarulenti. Neque enim alius est animæ morbus regius, quã malitia. Nõ est igitur potens malitia, nõ est inquam. Si vultis & per

† ad amarulentiam  
prouocet.

A exemplum rursus adductis improbi simul & candidi imaginibus, clarũ efficiã quod dico. Improbis erat Absalon, & omniũ studia sibi conciliabat. vide igitur quãta erat improbitas. Circuens, inquit, dicebat, nũ est tibi causa diiudicanda? vnumquenque volẽs hoc pacto familiarem sibi & addictũ facere. David vero cãdidus erat & sine fraude. Quid ergo? vide quis fuerit vtriusque finis, vide quãta fuerit ille stultitia referus. Nam cum esset ad solum patris excidiũ intẽtus, in reliquis omnibus cãcutiebat. Qui em simpliciter ambulat, abulat fiducialiter, & merito, vt pote qui nihil agat curiose, nihil ppetret mali. Obediamus ergo beato Paulo, & miseremur deploremusq; amarulẽtos, omnia moliẽtes & faciẽtes, vt malitiã hæc eorum mẽtibus exantlemus, Quomodo enim absurdũ non est, quod bilem eã quẽ in nobis est, quanquam vtile est hoc elemẽtũ corporis (nã sine bile nequit esse homo, elemẽtalem autẽ illam dico) Quomodo, inquã absurdũ nõ est, quod corporalẽ quidẽ illã bilem, licet plurimum ab illa iuuemur, pro viribus euacuantes, eam quã prorsus inutilis est, imò & plurimum nociua, nullo studio conamur euacuare? Qui vult, inquit, inter vos sapiẽs esse, stultus fiat, vt sapiẽs fit. Audi rursus & ipsum Lucã dicentẽ. Sumbat cibum cũ exultatione & simplicitate cordis laudantes deum, & gratiam habebant apud omnem plebẽ. An non videmus etiam nũ simplices, & qui sine fictione sunt, cõmuniter apud quosuis in honore esse? Ei qui talis est, nemo inuidet prospere habẽti, & nemo insultat infelicitate ac misere agẽti, sed & rebus illi ex animi sentẽtia cedẽtibus cõgratulãtur omnes, & lapsi cõdolent omnes. Amarulentus vero si quãdo rebus vsus fuerit secundis, mox tanquã mali quicquã accidisset, ingemiscunt omnes: & rursus si male habuerit, lætantur omnes. Misereamur itaq; illorum. Habent enim cõmunes hostes, quocunq; se vertant circumeunt. Iacob simplex erat, & tamẽ maliciosum illũ Esãu deuicit. In animã enim malignã non ingredietur sapiẽtia. Omnis amarulentia tollatur à vobis, neque quicquã illius maneat reliquum. Solẽt enim reliquiã, si motã fuerint & irritatã, quẽ admodũ scintilla quãdam ingentẽ intus efficere pyram. Consideremus itaq; diligenter, quid sit amarulentia. Vt pote, exempli gratia, in viro subdolo, fraudulẽto, ad malefaciendũ instructo & male suspicioso. E tali sanè semper generatur & tumor & ira. Nequit em fieri vt talis anima trãquilla sit, tumoris & irẽ radix est amarulentia. Qui talis est, semper est animo graui ac tristi, nec vnquã mentẽ remittit, semper cogitãndus, semper micestus. Quẽ admodũ enim dixi, ipsi sua ipsorũ mala primi demetũt. Et vociferatio, inquit. Quid igitur & vociferationẽ tollis? Mansuetum quippe talẽ esse oportet. Equus enim quidã est vociferatio ascẽforem ferẽs furorẽ & iram. Equum cohibe, & ascẽforem ipsius euertisti.

Moralis adhortatio.

Audiant ista potissimũ mulieres, quã in nullo non negocio vociferantur & clamant. Vna in re dũtaxat vtilis est vociferatio, nempe in predicatione & docendo, aliis in rebus nequaquã, neque in precationibus etiam. Et si hoc vis reipsã cognoscere, nunquam clames, & nunquã irascẽris. Ecce habes modum quo vires iracundiam. Quemadmodũ enim fieri nõ potest, vt qui nõ vociferatur, irascatur, ita fieri nequit vt vociferans non irascatur. Neq; enim mihi iracundum & iniuriã

iniuriã memorẽ, ipsam videlicet amarulentia & bilem obiicias. Nos de affectus ipsi<sup>9</sup> violẽtia differim<sup>9</sup>. Itaq; non parũ cõferet, si animũ erudieris, vt nunquã clames ac vocifereris. Ira pẽnas amputas, dum clamorẽ tollis, ipsumq; cordis tumorem cõtrahis. Quẽ admodum enim fieri non potest vt pugnet, qui manus contra neminem extollit, ita fieri nequit, vt per irã implicetur qui non clamat. Liga manus verberãris: & iube vt percutiat, verũ non poterit: ita & ira habet. Vociferatio vero etiam nondum existentẽ iram elicit. Atq; hinc mox mulierum potissimũ genus capitur, quã dũ ancillis irascuntur, vniuersam domum vociferationibus suis adimplent. Fit autẽ sēpenumero vt adibus ad biuium celebrẽmve plateã aut angiportũ ædificatis audiãt quotquot adstant & istã vociferantẽ, & famulã ciulantem. Quid vero cum maiore dedecore vnquã poterit fieri, quã istos audire ploratus, & quã reliqua illic fiũt? Atq; hic mox quicunq; introspererint, famulã suã, inquit, illa verberat. Hoc autẽ quid esse potest turpius? Quid igitur verberare nõ oportet? Nõ hoc dico. Oportet quidẽ, sed neq; continuo, neque immodice, neque ad vlciẽdas proprias iniurias, quod semper admoneo, vt pote siquid in ministerio delictum fuerit: sed si quid dãni animã suã intulerit, hac de causa si verberaueris, laudabunt omnes, reprehẽdet nemo. Si vero tuarũ rerum gratia hoc feceris, crudelitatis ac sēuitiẽ argueris ab omnibus. Iam quod omniũ est turpissimũ, sunt quẽdam vsque adeo ferã & immites, vt tã atrociter flagellẽt famulas suas, vt ne toto quidẽ illo die extingui queãt verberũ vibices. Nudatas enim puellas, ad læsticã, cõuocato ad spectaculũ marito, verberaturã ligant. Heu, non venit tibi in mentẽ in ipso momento, dic queso, gehennã memoria? Quin puellã nudas, virõq; ostendis, nec erubescis, nõ metuẽs ne te reprehendat? Imò plerumque ipsam irritas, diraq; minaris, idq; posteaquã innumeris conuiciis miserã & calamitosã, nepe Thesalidã, fugitiuã ac profuturã vocando confeceris. Ira siquidẽ ne proprio quidem ori parcere permittit, sed vnũ hoc intendit, quomodo videlicet illam vlciẽcatur, etiam si interea seipsam turpitudini obnoxia reddat. Et post hæc omnia quasi quidam tyrãnus ad iudiciũ p̄sedit, ac seruos aduocat, assumptõq; stulto viro velut licitoris vice vtitur. Debẽt ne ista in Christianorũ quibus fieri? Sed malũ est, inquis, seruire hoc genus, & improbũ & impudẽs, & quod corrigi nõ sustinet. Noui & ego. Verũ potest aliter corrigi, metu scilicet, minis ac verbis, idq; talibus, quẽ & illã amplius mordere possent, & te ab isto dedecore liberare. Quod turpia verba loqueris, cũ sis libera, nunquid hoc ipso te magis pudore afficis quã illã? Deinde cũ in balneo illi progrediẽdum fuerit, vibices in tergo nudatẽ ancillã, indicia videlicet crudelitatis tuẽ circũfers. Sed intolerabile est, inquis, seruire genus, quã primum indulgẽtiã consecutum fuerit. Nõ ignoro. Verum quemadmodum dixi, aliter illã emenda, non solum flagellis, neque timore duntaxat, sed & blãditis, & beneficẽtia. Soror tua facta est, si fidelis fuerit: cogita te esse dominã, illã vero tibi seruire. Si temulenta fuerit, abscinde temulentiã causas. Virũ voca, & admone. An nõ vides quã turpe sit mulierem verberari? Qui innumera suppliciorũ genera aduersum viros legibus suis statuerũt, vt pote adustiones & tormẽta, raro mulierem suspẽderunt, sed irẽ metã vsque ad alapas aut

A virgarũ castigationem posuerunt. Tanta vero erga naturam hanc mulibrem vsi sunt reuerentia, vt nulla virgẽte necessitate distulerit sēpenumero castigatiõnẽ, vt pote cum prãgnans fuerit mulier. Turpe quippe est viro verberare mulierẽ. Si vero turpe est viro, multo magis ei quã eiũdẽ est sexus. Hinc quoq; mulieres reddũtur viris exosã. Quid igitur, inquis, si fornicetur puella: iuge illam viro, amputa fornicationis causas, ne permittas ingurgitãdo lasciuire. Quid si fuerit? Custodi eã, & diligẽter obserua. O præceptum difficillimũ. Eron ego illius custos inquis? õ demẽtiam. Quamobrem obsecro, non eris ipsius custos? An non eadẽ mente & anima tecum cõmunicat? An non eisdẽ donis ac beneficiis tecũ à deo honorata est? Non eadẽ tecum mensã fruitur? Non eiũdẽ nobilitatis tecũ particeps est? Quid ergo, inquis, si fuerit cõtumeliõsa, loquax & ebria? Quot vero libere tales sunt? P̄cepit autem deus vt omnia mulierũ vitia ferant viri. Dũtaxat, inquit, nõ fornicetur mulier, reliqua vitia ferat. Et si temulẽta fuerit, aut cõtumeliõsa, aut loquax, aut inuida, vel sumptuosa, substantiam que dilapidãs, sociã habes vitẽ: cõpone illã. Id enim tibi necessario incũbit: nã ideo caput es. Quod tuũ est facito. Et si corrigi nequit, perpetuõque furatur, quẽ tua sunt custodi: ne excrucies illam tãtopere. Si loquax fuerit, os illi obturato. Atque hoc excellentissimã philosophiã est. Iam vero in tantam absurditatem abeunt quãdã, vt nudatis capitibus, per capillos ancillas suas raptent. Vt quid erubescitis omnes? Non ad omnes vos mihi sermo est, sed ad eas quẽ in istam ferocitatem abductã sunt. Est ne moris, dic queso, vt nudo capite stet mulier? Tu vero omnino & vittam capitis \* vides? Vides quomodo te ipsam contumelia afficias? Quod si suapte sponte nudo capite in conspectu tuo compareret, probro illi verteres: cum tu vero ipsa illam nudes, nihil esse mali dicis? Deinde, quid si non emendatur, inquis? Virga & plagis illam castigato. Quãta vero vitia tu ipsa habes, quã nõ corriguntur? Ista nobis iam non illarum sed vestri gratia dicuntur, quã libere estis, vt nihil designetis quod inhonestũ sit ac turpe, nec vos ipsas lædatis. Si ista domi tuẽ in ancilla tractãda didiceris, mãfueratq; fueris & nõ difficilis, multo magis erga virum talis eris. Nã si nihil tale operata vbi potestas erat, inuẽta fueris, multo magis nihil hui<sup>9</sup> facies, vbi vnde prohibearis impedimentũ est. Itaque philosophia ista erga ancillam seruat, plurimũ vobis ad acquirendam virorũ beneuolentiam cõferet. Nam quã mensura, inquit, metimini, eadẽ remetientur vobis & alij. Pone frãnum ori tuo. Et si ancillã molestã generose ferẽdo laboraueris, in ea quẽ paris honoris est tecum, etiã si contumeliõsa fuerit, nihil agrẽferes. Si vero nihil agrẽ tuleris, absolutã philosophiã consecuta es: Sunt vero quãdã quã deierant etiã: nihil autẽ est turpius ea quẽ ad eum modũ irascitur. Quid ergo, inquis, si lasciuẽ se iactet & ornet? Istuc prohibeto, & ego cõsentia. Ita vero prohibeto, vt à te ipsa incipias, non tantũ timore, quantũ exemplo. Sis in omnibus illi exemplaris imago. Et blasphemiam, inquit, tollatur a vobis. Vide quomodo progrediat & crescat malum. Amarulentia peperit tumorẽ, tumor irã, ita vociferationẽ, vociferatio blasphemiam, hoc est cõtumelias, blasphemiam deinde plagas, plagã vulnera, vulnera mortẽ: verum nihil horum proferre voluit Paulus: sed dixit, tollatur, cũ omni malitia. Quid est cum

Omnia mulierum vitia, excepta fornicatione, secula sunt à viris.

\* 3 p̄s. sed forte dicitur scribendum ut pro vides? legamus, deira his.

Mat. 7. c

est cū omni malitia? In hoc omnia cōcludit ac summat. Sunt autem quidam instar eorum canū, qui clāculum mordentes, p̄rtereuntem quidem nec allatrant, nec quicquā erga illum rancoris ostēdūt, ad b'an dientes vero māfuetudinīque speciem ostēdēt, sicubi naſti fuerint incautos, dentes clanculū infigunt. Iſti peiores sunt illis, qui ex aperto inimicitia in se suscipiunt & profitentur. Quoniam igitur & homines canes sunt, neque inclamantes quidē neq; irascentes, neque molestia quicquā minātes, occulte vero dolos cōcinnantes & innumera mala fabricantes, factiſq; seſe vlciscētes, & illos notare voluit Apostolus, Tollatur, inquit, à vobis cū omni malitia. Nō est q̄ verbis quidē parcas, factis vero vlciscare. Ego linguā ideo caſtigavi: vociferationēq; illi amputavi, ne flāmā vehemētius incēdat. Si vero sine vociferatione etiā eadē facis, incendiūmq; & carbones interne nutris, quā vtilitas erit silētij? An ignoras quōd eiufmodi incēdia omniū sunt nocētissima, quā cū intus nutriantur, non quibusuis circumstantibus apparent? Et vulnera quē in conspectu extra cutem seſe non egerunt? Et t̄rogi illi qui] interna comburūt: Ira & peior est reliquis ea ira quē mentē depascitur. Quin etiā ipsa, inquit, cum omni malitia, & amarulētia & iactātia tollatur. Obediam ergo Apostolo, omnēmq; amarulētiā & omnē malitiā eruamus, ne cōtristemus spiritum sanctum. Euellamus radicibus amarulētiā, excidamus eam. Ex animo amaricato nihil planē fit boni, nihil sani: omnia calamitates, omnia lachrymas, omnia ploratus & fletus spirant. Nō videtis vel bestias quomodo eas cū vociferant auersemur? ut pote leonem aut vřsam: ouē vero nō ita. Nō enim illic est vociferatio, sed māfuetua quēdā vox. Et instrumentorū musicorum quādā iniucūdiōra sunt sonitu, dum perſtrepunt, ut tympana & tuba. Quē vero nō ita sed submissa sunt & mollia, illa iucūda sunt ut tibia, & cithara, & fistulā. Ad hunc itaque modū mentē nostrā instituamus, ne vociferemur, atque ita poterimus & irā vincere: illa vero excisa nos primi trāquillitate potiemur, & in serenum tranquillūmq; portum enauigabimus, quod contingat nos omnes consequi in Christo Iesu domino nostro, &c.

Homilia xvj.



Mnis amarulētia, & tumor, & ira, & vociferatio, & maledicētia tollatur à vobis cum omni malitia. Sitis vero inuicem alius in aliū comes, misericordes, largiētes vobis ipsis, sicut & deus largitus est vobis. Nō est satis à malitia liberari, si quidē cōsequendum sit regnū cœlorum, sed & multo virtutum lucro ac prouentu

Quomodo nō satis sit malis abstinnisse.

opus est. Nam ad hoc quidē vt à gehenna liberemur opus est vt abſtineamus à malitia: vt vero regnū cōsequamur, amplectēda & vsurpāda est virtus. An ignoratis quōd ita fiat & in externo illo mundano foro, quando factorū habetur inquisitio, omnisq; ciuitas in vnū cōgregatur? Nam vetus erat apud eos qui foris sunt cōsuetudo, vt aurea donaretur corona, nō is qui nihil mali perpetrasset in ciuitatem (nam istud ad hoc dūtaxat sufficiebat, ne subcūdū esset suppliciu) sed qui etiam magna beneficia cōtulisset. Ita scilicet oportebat ad istum honorem cōsequendū duci. Sed nescio quomodo penē oblitus sim, quod ad vos potissimū erat dicēdum. Primā enim distinctionis istius partem freiciam, modica quadam correctione vtus. Posteaquā enim dixi secessum à malis sufficere nobis ad hoc ne in gehennā incidamus, incidit interea di-

† retrahit bo

centi horrida quādā cōminatio, quā non illis qui mali quicquā ausi sunt, suppliciu inducit, sed eos qui bonorum quippiam omiserunt, punit. Quā est autē ista? Imminente, inquit, die illa terribili, aduētantēq; certa illa & fixa iudiciaria cognitione, cōstitutus in tribunali suo iudex, & ouibus quidē ad dextrā collocatis, hœdis vero à sinistris, ad oues dicit: Venite benedicti patris mei, possidete regnū vobis ab exordio mūdi paratū. Esturiū em̄, & dedistis mihi edere. istud bene habet. Oportebat enim eos tanta beneuolētia tantā vicissim retributionē recipere. Quod autē illi qui de bonis suis egentibus non cōtribuerūt, non solum vsq; ad bonorum priuationē puniuntur, sed & in gehennā ignē amandātur, istud quēto quānam habet rationem? Et istud sanē potissimū probabilem habet rationē, non minus q̄ illud prius. Nā ex eo instruimur, quōd illi quidē qui bona fecerūt, cœlestib' sint potituri bonis: qui vero culpātur, q̄ etsi nihil habeant mali, bonorū tamen aliquid omiserunt, simul cum illis qui mala fecerunt, in ignē gehennē sint abducendi. Nisi quisquā illud dixerit, q̄ & bonum non facere, malitiā pars quādā sit. nam ocij istud est & segnitiei. Ocium vero malitię pars est: imō vero non pars, sed causa & mala radix. Omnē quippe malitiā docuit ocium. Itaq; cauendum ne stultē quæstiones istas indagemus & inquiramus, nēpe quē sit habiturus locū qui nihil boni fecit. Nihil enim boni facere hoc ipsum est malum facere. Dicas enim velim, si famulum quempiā haberes, qui etsi nec furaretur, nec cōuiciaretur, nec cōtradiceret, imō nec inebriaretur, nec reliquorum malorum quicquam designaret, sederet tamē perpetuo ociosus, nec aliquid eorum quē seruus hero suo prestare debet, faceret, nō flagellares illū, nō vt puerum castigares, dic quæso? Atqui nihil dū mali operatus esset. Itaq; hoc ipsum malum est. Producamus autē & ad reliqua vitæ genera sermonem. Sit agricola quisquā qui nulla in parte lēdat nostra bona, nec illis insidietur, nec furtum intenter, duntaxat cōfertis domi manibus ociose sedeat, nec seminans, nec sulcū profcindēs, nec boues subiugās, nec vitē colens, nec alium quenquā eorum laborum faciens qui ad terræ culturā pertinent: an huiusmodi non puniemus? Atqui nihil iniuriā intulit, ne culpare talem possimus. Verū hoc ipso q̄ ociosus fuit, iniuriā intulit. Iniuriā enim cōmittit cōmuni ratione, qui quā debet vtilitatē suam non præstat. Quid enim, dic quæso, si quisq; opificū & artificū, eum qui alterius artis esset, imō qui & suæ, nihil quidē laederet aut impediret, quiesceret vero & ociaretur duntaxat, an nō hoc pacto omnis vita nostra perderetur & corrūperetur? Vis vt & ipsum corpus in hāc rationem ducamus? Manus igitur nec caput verberet, neque linguā excidat, nec oculus effodiat, nec aliud quicquā eiufmodi mali cōmittat, tantū vero ociosa maneat, & ministeriū suum quod debet toti corpori nō præster: an digna non esset quæ amputaretur potius quā circūferretur ociosa, totique corpori nocua? Quid si os nec manderet manū, nec morderet pectus, quæ vero sui sunt officij omitteret omnia, an non melius obruratum esset magis os tale? Itaq; si & in domesticis, & in opificibus, & in toto corpore magna est iniuria, non solum mali quicquam facere, sed & bona omittere, multo magis istud vtique in corpore Christi erit. Propterea nos & beatus Paulus abductos à malitia ad virtutem ducit.

Moralis

Moralis adhortatio.

simile.

Quid enim proderit, dic quæso, spinas omnes excidere, si bonū semen iactum non fuerit? In idē quippe damni nos iterū constituet labor inutilis manens & imperfectus. Propterea sanē & Paulus curā nostri habēs, admonitiones suas non in eo sistit, vt mala excidamus & tollamus, sed illico adhortatur vt & bonorum sementē & plantationē ostēdamus. Cū enim dixisset: Omnis amarulētia, & tumor, & ira, & vociferatio, & maledicētia tollatur à vobis cū omni malitia, subiunxit: Sitis vero inuicem alius in aliū comes, misericordes, largiētes vobis ipsis. Iſti em̄ sunt habitus & affectus, & nō sufficit vno liberari ad hoc vt in alterius affectū habitū restituamur: sed opus est rursus instinctu quodā & impulsu nō minore eo qui ad fugā malorum permouit, vt ad possessionē bonorum perueniamus. Etenim qui corpore niger est, etiam si ab ea corporis qualitate liberetur, non tamen mox albus euasit. Immo vero rei huius rationē ac iudiciū non in naturalib' exerceamus, sed ex illis quē ad voluntatem pertinet, exēplum adducamus. Qui inimicus nō est, nondū omnino amicus est, sed est mediū quiddam, quod neq; ad inimicitia neq; ad amicitia pertinet: in quo maxime cōstituta est erga nos maior hominū pars. Qui non illachrymatur, nō planē etiā ridet, sed est media quādā conditio. Ita sanē & hic, nondū omnino comis est qui amarus nō est, nec planē misericors qui tumorem non habet, sed adhuc & alio quodā studio opus est, vt istud bonum possideatur. Cōtemplare vero quomodo iuxta legē ac rationem optimæ agricolationis concreditā sibi ab agricola tellurem beatus Paulus perpurget, & operando exerceat. Sustulerat adulterinā sementem, hortatur deinceps vt contineant genuinā sationem. Sitis comes, inquit. Nam si euulsis spinis ociosus iacet ager, inutiles iterū herbas proferet. Propterea ocij ipsius ac desidii bonorum seminum ac plantarum satione præoccupare oportet. Euulsit irā, posuit in locū comitatē: euulsit amarulētiā, reposuit misericordiam: excidit malitiā ac maledicētiā, plantauit remissionē ac condonationem. Hoc enim est quod dicit, largiētes vobis ipsis. Sitis, inquit, ignoscentes ac cōdonātes. Iſta quippe largitio maior est ea quæ fit in pecuniis. Nā qui pecunias remittit ei cui mutuū dedit, bonū quidem opus facit & celebrandū, veruntamē ad corpus vsq; duntaxat ista largitio pertingit, licet sibi ipsi retributionē in illis donis acquirat, quē spiritualia sunt, & ad animā pertinent. Qui vero peccata largitur ac cōdonat, & animę suę ipsius prodest, & ei pariter cui remittit. Non enim seipsum dūtaxat hoc pacto, sed & illum mansuetiorē reddidit. Nam animos eorum, qui nobis iniuriā intulerunt, nō ita morderemus si in ius eos vocemus, atq; si iniuriā cōdonemus: hoc modo illos pudefacientes, & placātes. Aliās etenim nec nobis ipsis nec illis psumus, sed vtrosque damno afficimus, dum & nos vindictā ac retributionē more principū Iudeorum persequimur, & tumore in illis incēdimus. Si vero acceptam iniuriā mansuetudine cōpensauerimus, omnem ipsius iram excutiem', posito apud ipsius cōscientiā iudicio, vnde pro nobis prolatis sentētiis, seipsum condēnabit, iudicabitq; peiorē esse quā nos. Nam reprehēdet & damnabit seipsum, quērētq; omnē occasionē, quo mutuo acceptam longanimitatis partē maiore mensura reponat, sciens, si par duntaxat beneficiū repen-

simile.

Exēplum.

simile.

† ad verē cōndā flēntes.

derit, inferiorē se fore ob id quōd non prior ipse benefecerit, sed exēplum beneficiendi primū à nobis sumpserit, atq; ideo minus rependat. Studebit itaq; atque eō cōtendet, vt beneficij sui reddita semina in mētura excellant, vt minores quas ex eo sustinet, q̄ nō prior sed secundus ad beneficij retributionē accessit, retributionis excellētia superet & abscondat, & inferiores quas ex tēpore tulit, sei' scilicet, qui prior male affectus est, eas per mansuetudinis excellentiā cōmunes faciat. Homines enim quādo grati sunt, nō ita propter accepta mala, quomodo propter bona quibus ab illis afficiuntur quos læserant, anguntur & gemunt. Nam illud quidem malitiæ, istud vero probri cōtemptusq; plenū est, cū scilicet cui benefactū est, nullo beneficio respōdere. Hoc etenim laudē habet & applausum, & præconium ab omnibus, q̄ qui iniuriā passus est, nullā meditatatur vicissim vltionē. Atque ideo potissimū hoc pacto qui mali sunt mordentur. Itaq; si voles vlcisci, isto modo vlciscere. Mafactis repende bona, vt & ipsum mafactorē debitorem tuum constituas, & victoriā feras admirabilē. Affectus es male? vicissim benefacito. Ita vlciscere inimicum. Nā si in ius ipsum vocaueris, & te pariter & illū reprehēdet omnes. Aliter vero fiet si iniuriā tuleris. Te quidē laudabūt & admirabuntur, illū vero reprehēdet & inculabunt. Quid vero maius poterit, fieri inimico, q̄ vt videat eum quem odit admirari laudariq; ab omnibus: Quid inimico poterit obtinere amarius, q̄ seipsum videre ab omnibus in eius cōspectu quem odit, calumniari & probri affici? Si vindicaueris in ipsum, & cōdēnaberis pariter, & solus vltionem patieris. Si vero noxam remiseris, vindictam in hostē tuum pro te exercebūt omnes. Istud quidē grauius est, q̄ si male abs te afficeretur, nempe quōd tot vltiores in ipsum hostem tuum insurgunt. Quōd si tu quoq; os tuum aduersus illum aperueris, tacebūt illi. Si vero taceris, non iam vni ori, sed innumeris aliorū illum obiciēs, & magis hoc pacto vlcisceris. Et te si probri inimicū tuum affeceris, multi etiā culpabunt. Dicent enim verba esse animi cōmoti. Si vero is qui nulla sit laceſſitus iniuria, conuiciis ipsum ita perfuderit, tum maxime à suspitione ista pura fuerit vltio. Nam quando nihil mali perpeſſi, propter excellentiam mansuetudinis tuæ, non aliter condolent atque compatiuntur, quā si iniuriis essent affecti, tum certe ab omni suspitione mūda erit ista vltio. Quid igit, inquis, si nemo vlciscetur? Non potest fieri vt adeo lapidei sint homines, quin admirentur philosophiam istam videntes. Et si tum vlti non fuerint, faciant tamen hoc postea, mox vbi cōposita mētis perturbatione ad seipſos redierint. Interea qui illum suggillant & probri afficiunt, istud adimplent. Et si nemo alius te admirabatur, admirabitur tamen ille ipse inimicus tuus, etiam si nihil dicat. Nam iudiciū boni incorruptum ac nulla parte deflexum etiā in ipsum malitiæ barathrū deueniamus, nihilominus adhuc nobiscū persistit. Aut quamobrē putas dominum nostrū Christum ista dicere: Si quis te percusserit in dextrā maxillā, obuerte illi & aliā? An non ideo, q̄ quāto quis longanimior fuerit, tanto magis & seipsum & aduersariū suum maxima vtilitate afficiet? Propterea præcepit & aliā obuertere, vt irati ac tumidi desiderium expleas. Quis enim adeo ferinis est morib', qui postea nō pudeſcat? Canes hoc inter se facere dicuntur, vt quādo in aliquem

† eo

† forrasse etiā condēnaberis, tu solus vltior nem sum-

Matth. 5. Luca 6.





in fornicationē prolabitur, ita fit etiā, vt vrbalitas illa gratiosa videat. Nihil vero illa minus habet gratiæ. **A**udi quippe quid scriptura dicat: Ante tonitruū præperat fulgur, & verecūdię obseruantem præcedit gratia. Vrbano autē nihil impudentius. Itaq; os illius nō gratia, sed dolore plenū est. Eliminemus cōsuetudinē hanc mensarum. Sunt vero nōnulli, qui & pauperes istud doceāt. O absurditatē. Eos qui in tribulationib⁹ sunt, vrbanis facetiis inseruire faciūt. Vbi quęso morbus iste nō inualuit? Iā & in ecclesiā introduct⁹ est, iam & scripturas apprehēdit. Dicāme, quo mali huius excellentiā demonstrē? Pudet quidē, attamen dicā. Volo enim ostēdere, quousq; malū hoc progressum sit, ne videar minutula exaggerare, deq; re modica quadā vobis differere, si forte vel ita queam ab isto vos errore abducere. Neq; putet me quisquā aliquid fingere, sed quę audiui referā. Cōrigit vt aliquis huius farinae apud quenquā eorū existens, qui scientiæ gratia sese plurimū iactitant (scio quidē me scisum moturū, veruntamē dicam) apposita scutella dixerit, *ὁρα ἔα σθε παύσα, μή ποτε ὀργισθῆ κοιλία*, hoc est, apprehendite pueri, ne qua sit ira vētri. Et alij rursus, vt tibi Māmona, & ei nō qui te habet. Et multa huiusmodi absurda vrbalitas ista induxit, vt quādo dicunt: Iā nō est genesis. Ad absurditatē dico illud, inquit, & mores turpes. Sūt enim hęc verba mētis ab omni pietate desolatā. An igitur ista verba non sunt fulmine digna? Et multa eiusmodi alia, quæ ab illis dicuntur, inuenire quis poterit. Propterea adhortor, vt ista omnino exterminata cōsuetudine, ea loquamur, quę nos deceāt. Nec loquātur ora sanctorū verba hominum ignominiosorū ac turpiū. Quæ enim participatio iustitiæ cū iniquitate? Quæ cōmunicatio luci cū tenebris? Debebat enim iocundū esse nobis & amabile, vt ab omnib⁹ absurdis nos ipsos abduceremus, quōd promissa bona cōsequi valeremus, ne tātopefe dissoluti essemus, mētisq; diligentiā & acrimoniā tot modis vastaremus ac perderemus. Mox em̄ cōuiciatur & maledicit qui eiusmodi facetiis vrbanis studet. Qui vero cōuiciatur, innumera mala sibi ipsi accumulāt. Cōpositis itaq; duabus istis animæ speciebus, rationiq; instar equorū bene parētium subiugatis, cōcupiscentia scilicet & iræ tumore, ita mētem vice aurigæ illis imponamus, vt & palmam supernæ vocationis apprehendamus, quod contingat, oro, nos omnes cōsequi in Christo Iesu domino nostro, &c.

Homilia xvij.

**N**am istud cognoscetes scitis, quod omnis scortator, aut immūdus, aut auarus qui simulachrorū cultor est, hereditatē in regno Christi ac dei nō habet. Nemo vos inanibus sermonibus decipiat: nā istorū gratia venit ira dei super filios inobediētiae. Erāt & apud maiores nostros quidā, quemadmodū fieri solet, qui populi manus dissolueret, & quod ab Ezechiele dictū est, in opus & effectū deducētes, immo quę pseudoprophetarū sunt faciētes, pro pugillo hordei deū ante populū suū vilipendebant, quod & nunc à quibusdā fieri puto. Quando igitur dicimus in gehennā abiturum eum, qui fratrem suum vocauerit fatuū, dicūt alij, etiā qui fratrem suum fatuū vocauit in gehennā ibit? Nō inquit. Et quādo dicimus auarū simulachrorū esse cultorē, & istud quoq; vilipēdunt hyperbolē esse dicētes. Atq; ad eū modum omnia præcepta extenuāt. Istos itaq; & tunc significās beatus Paul⁹, scripsit Ephesiis sic dicēs: Nā istud cognoscetes scitis, q̄ omnis scortator, aut im-

mūdus, aut auarus, qui est simulachrorū cultor, hereditatē in regno Christi & dei nō habet. Deinde adiūgit: Nemo vos inanibus sermonibus decipiat. Inanes sunt illi sermones qui ad tēpus gratiam habentes, nequaquā re ipsa ostenduntur. Est em̄ seductio res ista. Propterea venit ira dei super filios inobediētiae. Propter fornicationē, inquit, ppter auaritiā, propter immunditiā. Aut propter ista, & propter seductionem, quoniā sunt impostores. Filios inobediētiae vocat valde inobediētes, qui sibi nō obediebāt. *Ne sitis igitur cōfortes illorū. Eratis enim aliquādo tenebræ, nūc vero lux in domino.* Vide quomodo prudēter adhortatus sit. Primū à Christo sumpto argumēto, quoniā diligitis vos iniucē, & nemini iniuriā facitis. Rursus hortatur argumēto supplicij & gehennæ. Eratis enim, inquit, aliquādo tenebræ, nūc vero lux in domino. Quod quidē & in epistola ad Romanos dicit: Quē igitur fructū tūc habuistis in illis, quorū vos iā pudet? Reuocat illis quoque in memoriā priorē malitiam, quasi dicat: Cogitate quid aliquādo fueritis vos, & quid facti sitis. Ne recurratis denuo ad priorē malitiā, neq; contumelia gratiā dei afficiatis. Eratis aliquādo tenebræ, nunc autē lux in domino, idq; nō ex vestra virtute vobis, sed per gratiā dei cōparatum est: hoc est, Eratis eodē supplicio & vos aliquādo digni, sed iā non amplius. *Vt filij lucis itaq; ambulate.* Quid est quod dicit, vt filij lucis? *Fruct⁹ enim spiritus est in omni iustitia, & bonitate & veritate, probātes quid sit acceptū domino.* In omni, inquit, bonitate. Istud cōtra iracūdos & amarulētos dicit. Et iustitia: hoc aduers⁹ circūuētōres ac defraudatores. Et veritate. Hoc cōtra mētiēdi voluptatē loquitur. Nō illa dicit, quę memorauī, sed contraria. In omni. Istud est scilicet, spiritualiter fructificare. Probātes quid sit acceptū dño. Igitur lubricę mētis sunt illa & inutilis. *Et ne cōmerciū habueritis cū infrugiferis tenebrarū operibus. Quin etiā redarguite illa potius. Nā quæ secreto sunt ab istis turpe est vel dicere: omnia vero quæ arguuntur à luce manifesta sunt.* Dixerat, qm̄ lux estis, lux vero arguit ea quæ in tenebris sūt. Si vos, inquit, virtute fueritis cōspicui & admirandi, nō poterunt mali latere. Quēadmodū enim posita lucerna illuminātur & cōspicui redduntur omnes, nec latro quispiā audet irrūpere: ita & luce nostra lucēte, deprehēdentur mali redarguti cōspicuiq; facti. Itaq; redarguere oportet. Quomodo igitur dicit: Nolite iudicare, ne iudicemini? Redarguere, nō condēnare, hoc est, instruere & erudire præcepit. Illud vero, nolite iudicare ne iudicemini, de minimis delictis dicit Christ⁹. Deniq; subiūxit: Quid vides festucā in oculo fratris tui, trabē vero quę est in oculo tuo non animaduertis? Quid est autē, inquit, qd̄ dicit? Tale qd̄ est. Quēadmodū vulnus donec superne tectū latuerit, & p̄funda penetraverit, nulla ratione curat: ita & peccatū quādiu absconditur, multa licētia velut in tenebris plurimū audet: posteaquā vero manifestū fuerit, iā lux est, nō ipsum peccatū. Quomodo? Qui peccatū fecit, quādo in mediū producitur & accusatur, quādo admonetur, quādo respicit, quādo remissione potitur, nūquid tenebras eius hoc pacto expulsiūt? Nunquid tunc vulnus eius curasti? Nūquid sterilitatem eius ad fertilitatem prouocasti? Siue hoc, inquit, siue illud, vita nostra cū manifesta est, lux est. Vitam enim irreprehensibilē nemo abscondit. Quæ vero celantur, per hoc quod obtenebrantur, absconduntur. Propterea dicit: *Expergiscere qui dormis, & surge à mortuis, & illucescet tibi Christus.* Dormiētē & mortuū eum dicit, qui

cit, qui in peccatis est. Nā & male foetet vt mortuus, & inutilis est vt dormiens, & nihil videt quemadmodū & ille, sed somniat, & vana imaginatur. \* Et continges Christū. Sunt vero qui dicant, & illucescet tibi Christus: imō magist illud est: Abstine à peccato & poteris videre Christū: nā qui mala facit odit lucē, & non venit ad lucē. Itaq; qui nō malefacit venit ad lucem: & continget Christū. Verum nō de infidelibus dūtaxat istud dicit. Multi quippe fidelīū nihil minus q̄ infideles malitiæ adhærent: quin sunt qui multo etiam amplius. Propterea & ad istos necessariū est dicere: Expergiscere qui dormis & surge à mortuis, & illucescet tibi Christ⁹. Ad istos apposite & hoc dices: Deus nō est mortuorū sed viuentiū: si ergo mortuorum deus nō est, viuamus. Sunt autē qui hyperbolen esse dicāt q̄ auarū dixit idolorū esse cultorem. Verū nō est hyperbolice dictū, sed vere. Quomodo & quare ratione? Deficit à deo auarus, quēadmodum simulachrorū cultor. Et ne putes istud temere dici, est sentētia Christi quæ dicit: Nō potestis deo seruire & māmonæ. qui māmonæ seruiunt, seipos extra seruitutē dei eiecerunt. Qui vero dominiū ipsius abnegant, & inanimato seruiunt auro, clarū est eiusmodi idolorū esse cultores. Sed nullū, inquit, feci simulachrū, neq; constitui arā, neq; immolauī oues, neq; vinum libando obtuli, sed ecclesiā ingressus sum, manūsq; ad vni-genitum dei filium extēdi, ad hęc mysteriorū quoq; participationē, & præcandi cōmunionem ac reliqua omnia, quæ ad Christianū hominē pertinent, obseruo. Quomodo igitur idola, inquit, adoro? Istud ergo ipsum summopere admirandum est, q̄ cum experimētum ceperis & gustū diuinæ benignitatis, cognoscās; Christū esse dominū, relicto tamē Christo crudelem tyrānum cōplexus es. Et simulas illi quidē te seruire, reuera tamē duro & graui auaritiæ iugo teipsum subiecisti. Nondum mihi virtutē tuā narraſti, sed dona domini. Dic mihi obsecro, vnde probam⁹ militem? An ex eo q̄ cum reliquis satellitibus comitatur regē, & ab eo nutritur, illiusq; nomini accēsetur? An inde q̄ quæ illius sunt curat? Si cum rege se facere & quę illius sunt curare simulauerit quidē, interea vero res hostiū agendas susceperit, grauius delictū esse dicimus, q̄ si planē seipsum à seruitute regis abruptum hostibus addixerit. Et nūc vituperas deū quēadmodū & idolorū cultor, idq; non vno ore tuo, sed innumeris eorū quos iniuria afficit ac lædis. Sed simulachrorū cultor, inquit, non est. Quando igitur Græci infideles dicunt, Christianus iste auarus est, tū nō solū ipse deū malefactis suis vituperat, sed & eos quos iniuste læsit sæpe cogit istud dicere. Si vero nō dicūt, ipforū erit religioni & pietati adscribendum. An nō videmus res istas ita fieri? Quid aliud est idolorū cultor? An nō & ipse vitiosam mētis affectiōnē sæpenu-mero adorat dum illā nō cohibet? vt exempli gratia, cum illi dicimus, q̄ simulachra adoret. Non, inquit, simulachra, sed Venerē, sed Martē. Et cum rogamus, Quę est ista Venus? qui grauiores inter eos sunt respōdēt, voluptas est. Et quis est Mars? Anim⁹ masculus & vehemēs. Ad eum modum & tu Mammonā adoras. Quod si dixerimus: Quis est iste Māmonas? Auaritia est, & tu illā adoras. Nō adoro, inquit. Quare? Quod teipsum illi nō accutuas? Iā multo illū amplius opere rēq; ipsa adoras. Nā ista potior est adoratio. Et vt rē ipsam cognoscas, ad deū animi intuitū cōuerte: considerāq; quānā illum verius ac magis adorent: an qui

simpliciter adstāt in precationibus, an qui voluntarē ipsius faciunt. Ita & qui Māmonā adorat, verius illū ac magis adorat, qui voluntati ipsius obsequuntur. Quāquā qui mētis affectiōnes adorāt, extra illas sæpenu-mero cōstituti sunt. Est em̄ videre Martis cultorem qui animi vehementiā sæpenu-mero cohibeat ac vincat. Tu vero non ita, sed animi affectiōni teipsum subiicis. At nō maſtas illi oues? Maſtas vero homines & animas rationales, illas quidē fame, istas autē maledictis. Isto sacrificij genere nihil est bacchicū magis, nihil scilicet insanius. Quis vidit vnquā animas maſtari? maledicta est auaritię ara: nā si ad simulachrorū illā acceſſeris arā, videbis eam caprinum & bouinum olentem sanguinē, ad istam vero auaritiæ aram si veneris, humanū sanguinē videbis misere & crudeliter exhalātem. Hic si steteris, nō contēplaberis halitum, alas incensas, nec redditū nidorē, & fūmum, sed perditum humanū corpus. Hic videbis quosdā quidem qui seipos in præcipitia cōiecerūt, alios vero qui laqueū applicuerunt, nonnullos etiā qui ensem per ipsum guttur trāſegerūt. Vides hostias crudeles & inhumanas? Vis istis etiā ſauiores videre? Oſtēdam tibi iā nō humana corpora illic, sed & hominū animas maſtari. Nā & animæ maſtari possunt, maſtatione quæ cōueniat animæ: quēadmodum scilicet animæ mors est. Anima em̄, inquit, quę peccat, moritur. Nō quidē talis qualis est corporis, sed multo grauior est mors animę: nā corporalis illa mors est, quæ solutis & ſeūtis inuicē anima & corpore, hoc quidē à multis curis & laboribus liberat ac recreat, illā vero in illustrē locū dimittit. Deinde quod dissolutū est & sine spiritu, suo tēpore denuo cū incorruptione coniungitur, propriamq; recipit animā. Atq; hęc mors talis quidē est, animę vero horrida & terribilis. Animā em̄ posteaquā à corpore soluta fuerit, nō ita vt corporalis facit ad potiora dimittit, sed rursus incorruptibili corpori deuinctā in ignē detrudit inextinguibilē. Eiusmodi est mors animæ. Quēadmodum est ergo mors animæ, ita est & animæ maſtatio. Quid est corporis maſtatio? Mortificari scilicet, & ab energia illa quę animę est abrūpi. Quid est animę maſtatio? & istud est mortificatio. Quid autē est animę mortificatio? Quēadmodū enim tūc corpus mortificatur, quādo anima illud in operatione sua desolatū ac priuarū relinquit: ita & anima tūc est mortua, quādo illā energia sua destituta relinquit spiritus sanct⁹. Atq; istę maſtationes potissimū apud aram auaritiæ fiunt. Nō saturatur nec sifistitur humano fuso sanguine, nisi ipsam etiā animā immolaueris, nec adimpletur auaritiæ ara, nisi vtriusq; & immolatis & immolati animas recipiat. Necesse est enim hic vt qui immolat aliū, primū immoletur ipse, atq; ita immolet, vt mortu⁹ immolet interea viuētē. Quādo enim maledicit, quando cōuiciatur, quando indignatur, nūquid istæ animę plagæ immedicabiles sunt? Vides iā quomodo nō hyperbolice dictū sit, q̄ Paulus auarū idolorū esse cultorē dicit? Vis & aliud audire, & cognoscere quomodo auaritia sit idolorū cultus, immo peior etiā idolorū cultu? Idolorū cultores creaturas dei adorāt. Et venerati sunt, inquit, & cōluerunt creaturā plufquā creatorē. Tu vero tuam ipsius creaturā adoras, auaritiā em̄ deus nō creauit, sed infatigabilis illa immodestia tua eā adinuenit. Et vide infaniā & vanitatem ridiculā. Qui idola adorant, honori etiā habent quæ adorāt, & si quis contradixerit, aut conuiciis illa insectetur, pro virili tuētur. Tu vero

Eccl. 32. b.

2 pri ois. 2 si p̄uiois.

2. Cor. 6.

vel scire debetis.

\* in 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Regrēdi- tur ad id quod auarus simulachrorū est alter dicitur. Luc. 16. c.

Peior est auarus quā simulachrorū cultor.

Eccl. 18. d.

Mat. 7. d.

Rom. 1. d.



quali per ebrietatē rem adoras, quā nō solum reprehensione nō vacat, sed & impietate plena est. Itaq; peior es illis: neq; enim defendere potes auaritiam, ac dicere non esse malam. Licet & illi potissimū inexcusabiles sint, tu tamen multo magis, qui sēp numero auaritiā taxas ipse, & eos qui illā colunt, illiq; seruiūt & obediunt, omnes in vniuersum improbas. Quod si placet inquiramus vnde subingressa sit simulachrorū cultura. Sapiens quidam vir dicit, diuitem quempiā hominē, immaturo mortui filij luctu exhaustū, cum nullam prorsus luctus sui consolationem haberet, sic mentis suae passionem solatū esse, vt inanimato simulachro ad imaginē mortui filij sui factō, ita perpetuo oculos intēderit, vt putauerit se in imagine ista quasi prēsentem habere defunctum filium: Adulatores vero quosdam, quorū deus venter erat, ad honorem & assentationē diuitis simulachrum istud coluisse, atq; ita consuetudinē simulachra colendi in mediū produxisse. Introducta est igitur ab impotentia animā, à consuetudine incōsiderata, & immodestia. Auaritia vero non ita. Ab impotenti quidē & imbecilla mēte profecta est & ipsa, verū à peiore. Non amisit hic aliquis filiū, nec luctus solamē quisquam quāsiuit, neq; ab adulatoribus pertractus est, sed quomodo? Dicam vobis. Cain est qui auaritia sua deum fraudauit. Nam quā illi dare debebat, sibiip̄i detinens, quā ipse debebat habere, illi obtulit, atque ita malum istud erga deum primus inuenit. Si enim dei nos sumus, multo magis quē potiora sunt in bonis nostris. Deinde & in mulieres impetum fecit \* auaritia. videbant enim filias hominum, & in concupiscentiā deuoluti sunt: ab illis postea ad pecunias. Plus enim in tēporalibus habere velle q̄ proximis habeat, non est aliunde factū, quā ex eo q̄ dilectio refriguit. Plus habere velle nulla est ex re alia q̄ ex arrogantia, odiōq; & cōtemptu hominū. Terram non vides quāta sit? Quomodo multo maior q̄ vsus exoptulet, sit † maritus eius, nēpe cōelum? Vt enim auaritiam tuā extinguat deus, in tantam mensurā creaturas suas extendit: tu vero vel sic rapinā exeres, & licet audias auaritiam idolorū esse culturam, neq; sic tamen illam abhorres. Terram possidere vis? At interea non habes hāreditatē in cōelo. Aliis possessionem tuā relinquere studes, vt te ipsum illa priues? Dic quāso. Quod si quis tibi potestatem omnia acquirēdi faceret, an nō velles? Iam si volēs, licet. Quāquā quidā dicunt dolere hoc hominū genus, quando hāreditatem suam aliis transmittunt, mallēq; † illa caruisse prorsus, quā alios videre dominos illius fieri. Neq; ego te ab ista impotentia mētis libero: nam & istud animā est impotentis. Veruntamen etiā si istud sit, in testamentariis tamē legationibus saltem Christum relinque hāredē. Oportebat quidem viuētē hoc facere: esset enim illud recti ac liberi propositi: verum etiam si ex necessitate fiat, esto tamen vel tum liberalior & largior. Nam & Christus ideo pauperibus dare iussit, vt dum viuimus, philosophos nos faceret, persuaderētq; pecunias contemnere, & quā terrena sunt negligere. Nō est autem istud pecunias contemnere, q̄ iam moriturus, nec dominus cuiuscunq; rei existens, vel isti vel illi aliquid largiris. Non ex tuis bonis iam das, sed ipsa necessitate coactus illa relinquis. Mortis hāc est gratia, non tua: istud non est benevolentia, sed violentia imputandum, veruntamen vel sic liberalis esto, vel sic auaritię passionem excutito.

vnde sit idololatria. Sap. 14. b

Cain inuētor auaritia.

\* auaritia, immodica auaritas. Gen. 6. 4

† aer, quomodo cœli? inter pr pro an? legit an?

† illam se consumpsisse.

Moralis exhortatio.

Cogita quantū rapueris, quantū auaritię tuę fraude acquisieris, & oīa quadruplo redde: sic excusaberis apud deū. Sed sunt quidā qui in istud insanie cecitatisq; venerunt, vt neq; tunc quod oportet considerēt, nec aliter omnia faciāt, quā si data opera studeant sibiip̄is grauius atq; grauius reddere iudicium dei. Propterea & beatus iste Paulus scribēs dixit, vt filij lucis ambulate. Auarus vero in tenebris potissimū uiuit, & multū tenebrarum omnibus aspergit. Et ne cōmercium, inquit, habueritis cum infrugiferis tenebrarū operibus, quin ea potius etiam redarguite. Nā quā secreto fiunt ab istis, turpe est vel dicere. Omnia vero quē arguūtur, à luce manifesta fiunt. Audite obsecro quotquot non vultis temere odiosi esse. Rapit quisquā, & non arguis, sed metuis odium? Atqui non est istud frustra reprehēdere, sed tum iuste & merito reprehendis, & times odiū? Argue fratrem, & suscipe in te inimicitiam propter dilectionē Christi, propter dilectionē ipsi⁹ etiā fratris tui. Cohibe ipsum ac prohibe in perditionis barathrū abeuntem. Nam mensa quidē participem esse, verbāq; iucunda impartiri, & amice appellare, simūq; deliciarū, nō admodū est vere amicitia. Talia largiamur amicis nostris, quib⁹ animas ip̄orū ex ira dei eruamus. Cum videamus eos in caminū malitię positos, excitemus ipsos. Sed non emendantur, inquis. At tu quod tuū est facito, & excusatus eris apud deū. Ne abscondas talentum. Propterea rationē habes, propterea linguam & os, vt proximum corrigas. Irrationalia dūtaxat proximū non curant, neq; aliquā habent irrationalium rationem. Tu vero qui deum patrē vocas, & proximū fratrem, cum videas ipsum innumera mala perpetrare, magis quāris quomodo gratus illi sis q̄ quomodo proflis? Noli obsecro. Nullū tam certum est amicitia indicium, atq; non cōnuere delinquentibus fratribus. Vides qui inimicētur sibi inuicem? Inimicitias eorum dissolue. Vides qui auare circunueniāt alios? Cohibe. Vides quibus iniuria fiat? Tuere. Nō illis, si hoc feceris, sed tibi ipsi primū gratificaris. Propterea amici sumus vt alij p̄sit. Aliter obaudietur ab amico, & aliter à quolibet vulgari. Vulgarē forsā suspectū habebit quisquam, pariter & doctorē, amicum vero non ita. Nam quē secreto fiunt, turpe est, inquit, vel dicere. Omnia vero quā arguuntur, à luce manifestantur. Quid vult hic dicere? Hoc dicit: Nempe q̄ quā occulte fiunt, delicta sint. Quā vero & manifeste, nō item. Illic autem nō ita erit. Nemo est enim qui non sibiip̄i peccati cōscius sit. Propterea dicit: Oīa vero quā arguuntur, à luce manifesta fiūt. Quid igitur de idolorū cultu hic dicit? Non: sed de vitā cōuersatione, deq; peccatis sermo est. Quicquid enim, inquit, manifestatur, lux est. Hortor itaq; vt neq; ad arguēdum pigri sitis, neq; moleste feratis si ab aliis arguamini. Nā quādiu in tenebris quicquā patratur, maiore licentia & securitate patrat, posteaquā vero malefactis multi testes accesserint illuminatur. Propterea oīa ad hoc potissimū faciamus, vt mortē fratrum nostrorum remoueamus, vt tenebras delictorū dispellamus, vt iustitiā solē attrahamus. Nā si multi fuerint luminariorū vice, & ipsis erit facile virtutis iter, & qui in tenebris sunt magis capiētur, dum per lucis accessionem etiā tenebrę ip̄e pelluntur. Si vero contrariū fuerit, timendū est, ne etiā isti crassitie tenebrarū & delictorum lucē ip̄orū exiguā vincente, & quod conspicuū in eis est, remouente,

remouente,

remouente, extinguitur. Vt itaq; nobis ipsis p̄simus, ad hunc modū cōparati simus, quo per omnia gloriā benigno deo remittamus, gratia & benignitate, &c.

Homilia xix.

**V**idete igitur circumspecte quomodo ambuletis, nō vt insipientes, sed vt sapientes, redimētes \* occasione, quoniā dies mali sunt. Propterea ne sitis imprudentes, sed intel-  
 ligite quā sit voluntas domini. Adhuc amarulentię radicē expurgat, adhuc irē causam amputat. Quid auē dicit? videte diligēter quomodo ambuletis. Oues in medio luporū sunt, & iubet eos instar colūbarum esse. Nam eritis, inquit, simplices & innocui, sicut columbæ. Cū igitur & inter lupos essent, & præceptū adhuc haberent seip̄os non vlciscendi, sed illata mala ferendi, quāquā primum illud satis fuisset ad deiciendos & infirmandos ipsos, cum vero duorū adhuc fiat additio, perpende quā sit mandati excellentia. Vide quomodo Paulus illos cōmuniat. Vniuersæ ciuitates hostiliter illos impugnabant: ad hęc domos etiam bellum istud subingressum iam erat. Ita diuisi erāt, vt pater aduersaretur filio, & filius patri, mater filia, filia matri. Quid igitur? Vnde erant ista dissidia? Audierāt Christum dicentē: Qui amat patrem & matrem plus q̄ me, non est me dignus. Ne putarent itaq; Apostolum temere bella & pugnas introducere, cum alioqui magnā pariturum esset iram, si & fideles aduersarios suos essent in ius rapturi, hui⁹ gratia dicit, videte quomodo accurate ambuletis. Hoc est, videte ne quo pacto aliunde nisi vnius prædicationis Christianę fidei gratia inimicitia cuiusquā contra vos causam detis. Sola euangelij annunciatio inimicitia causa sit. Nemo vos alterius rei gratia culpet, sed & honorem, & omnem obedientiam exhibere, quousq; nihil læditur prædicationi fidei, nihil impeditur pietas. Nā reddite, inquit, omnibus quod debetur, cui tributū, tributum, cui vectigal, vectigal. Pudefient quippe increduli, si viderint vos extra fidei causam in reliquis omnibus esse māsuetos & morigeros. Nō vt insipientes, inquit, sed vt sapientes, redimētes opportunitatē. Non vult nos ista admonēs varios & versutos esse. Sed quid dicit? Non est vestrū hoc tempus. Incolæ nunc estis, & peregrini, & alieni. Ne queratis honores, ne queratis gloriā, ne queratis potentatū, neq; vltionem. Omnia ferte, atq; hoc pacto tēpus redimite, multa aduersariis largimini ac deferre, imò omnia, si ita voluerint. Cogita mihi quendā, domum habentē illustrē, deinde quosdā hoc nomine subingressos vt eū occidant, illū vero multis largitionibus seip̄sum liberantē, tunc dicimus, iste seip̄sum redemit. Ita & tu. Amplas habes ædes, veniunt ablatum fidem tuā genuinā & veram. Largire omnia, quicquid petatur, duntaxat caput, fidem dico, conserues. Dies enim prauū sunt. Quæ est diei prauitas? Diei prauitatē oportet circa diem esse. Quæ est prauitas corporis? Morbus. Quæ est animæ prauitas? Malitia. Quæ est prauitas aquæ? Acerbitas amara. Vniuscuiusque rei prauitas, vitiositas est circa naturam illā cuius est prauitas. Si ergo circa diem est prauitas, oportet vt circa ipsum sit diē, circa horas, circa lucē. Et Christus dicit: Sufficit diei malitia sua, ex isto cognoscemus & illud. Quomodo ergo dies prauos vocat? Quomodo tēpus prauū? Non propter essentiam, neq; propter creaturas, sed propter ea quē in illis fiunt. Quemadmodum & nos dicere solemus, Molestū duxi hunc diem & malū. Quomodo quāso molestus est? Propter ea quæ in illo cōtingunt. Quæ

\* occasio, tempus, occasioem opportunitatem.

Mat. 10.

ibidem. d.

Rem. 13. b

Mat. 6. d

vero in illo cōtingunt, bona quidem sunt à deo, mala vero ab hominibus prauis. Sunt igitur homines eorū malorū patratores quē in his tēporibus cōtingit, atque hac ratione tēpora praua dicuntur. Ita & nos quoque tēpora praua vocamus, Propterea, inquit, ne sitis imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas dei. Et ne inebriemini vino, in quo est luxus. Et hoc immodice sumptum animosos, temerarios, molles, irritabiles & molestos homines facit. Ad animi lætitiā datum est vinū, non ad ebrietatem. Nunc vero res ista eō abiit, vt effœminatē ridēdq; ignauia loco habeatur nolle inebriari, vbi omnī maxime res debebat esse ridicula vino inebriari. Nam & idiotā hominem procul esse ab ebrietate bonum est: multo vero magis militē, qui inter gladios, in sanguine & mactatione versatur, multo inquam magis militem quādo & aliunde plus satis ad ferociā acuitur illius animus, nēpe à potestate, à vi potentatus, ab eo q̄ perpetuo est in insidiis & pugnis. Vis discere vbi bonum sit vinum? Audi quid scriptura dicat: Date vinū iis qui in mœrore sunt, & ficerā his qui in dolore. Recte. Quod enim asperū est ac triste, emollire potest: & quod obnubilū, abigere. Vinum lætificat cor hominis. Quomodo est ergo ex vino ebrietas? Nequit enim fieri vt contraria sibiip̄i operetur vinū. Non est igitur ex vino ebrietas, sed ex nimietate. Vinum non datur propter aliquid aliud, q̄ propter corporis sanitatē. Illam vero impedit etiā nimietas. Audi quippe quid beatus iste Paul⁹ ad Timotheū scribat & dicat. Vino, inquit, modico vtere propter stomachū tuum, & crebras infirmitates tuas. Nā eius gratia deus corpora nostra cōmensurata fecit, & quæ modicis saturentur, hinc nos instruens q̄ ad aliā nos vitam accommodarit. Volebat quidē illam etiā ab initio dare, verum quoniam indignos illa nos ipsos constituimus, aliquousq; distulit. Et neque in eo tēpore, quo distulit, immodico rerū vsu nos frui permisit. Vini quippe hemina & panis vnus ad implēdū hominis ventrem sufficiunt. Et eum qui brutorū omnium dominium habet, minoribus contentum quāmi ipsa sint bruta, si proportionē corporū spectes, fecit. Ad hęc & corpus paruū dedit, nihil innuens aliud, q̄ q̄ ad aliam vitam festinamus. Ne inebriemini vino, inquit, in quo est luxus. Nō enim saluat sed perdit, nō corpus duntaxat sed & animam. Sed impleamini spiritu, loquentes vobis ipsis in psalmis & hymnis, & cantionibus spiritualibus, canentes & psallētes in corde vestro domino, gratias agentes semper pro omnibus, in nomine domini nostri Iesu Christi, Deo & patri, subditi vicissim alij in timore Christi. Vis, inquit, latari? Vis diem consumere? Ego tibi potum dabo spiritualē. Ebrietas enim etiā clarā linguā nostrā vocem excidit, & balbutire facit, oculōsq; & omnia simpliciter peruertit. Psallere discas, & videbis rei iucunditatē. Implentur enim spiritu sancto qui psallunt, quēadmodum spiritu immuado qui satanicas cantiones modulantur. Quid est quod dicit, in cordibus vestris domino? Hoc scilicet cum intellectu attendentes. Qui enim nō attendunt, temere psallūt, verba duntaxat proferentes, corde interea alibi oberante. Semper, inquit, pro omnibus gratias agentes in nomine domini nostri Iesu Christi deo & patri, subditi vicissim alij in timore Christi. Petitiones vestrę cum gratiarum actione innotescant apud deū. Nihil enim ita deum lætificat, atq; si gratus quisquā fuerit. Gratias vero tum potissimū agere poterimus, quando animis nostris ab iis quæ iam dicta sunt ab-

ibid. 103.

Tim. 5.

Phil. 4. a

ductis, istis etiā eos quæ cōmemorauī perpurgaui-  
 mus. Sed impleamini, inquit, spiritu. In nobis igitur  
 istud est? Profecto in nobis. Quādo enim mendaciū,  
 quando amarulentiā, quando fornicationē, quando  
 immunditiā, quando auaritiā à mēte nostra remoue-  
 rimus, quando facti fuerimus comes, misericordes,  
 largientes nobis spīs mutuo, quando vrbānitas non  
 adfuerit, quādo nos ipsos digne accōmodauerimus,  
 quid prohibebit quin spiritus sanct⁹ adueniat, immō  
 aduolet? Non solū adueniet & ingredietur, sed & ad-  
 implebit cor nostrū. Tanta vero intra nos existēte lu-  
 ce, non difficilis præstitū nobis deinceps virtus erit,  
 sed prōpta & facilis. Semper gratias agentes, inquit.  
 Oportet ne pro omnibus quæ cōtingunt gratias age-  
 re? Vtiq; Etiam si sit morbus, vel paupertas. Si enim  
 in veteri testamēto sapiēs quisquā hoc admonet di-  
 cens: Quicquid mali tibi euenerit, cōplectere liben-  
 ter, & in crebris humiliatiōnis tuæ vicissitudinib⁹ lō-  
 ganimus esto: multo magis istud in nouo fieri oportet.  
 Itaq; gratias age, etiam si rationē euentus non videas.  
 Istud enim demū est gratiarū actio. Si vero gratias  
 agis beneficiis affectus, & rerū abundans, & bene  
 habens, rerūq; prospero successu potitus, nihil magni  
 facis, nihil præcipui. Quod autē queritur est, vt in  
 tribulationibus & doloribus & mœrore existens, gra-  
 tias agas. Nihil prorsus loquere, nisi primū dicas, gra-  
 tias ago tibi domine. Et quid de tribulationib⁹ huius  
 vitæ loquor? Pro gehēna ipsa deo gratias agere oportet,  
 prōq; pœnis atq; suppliciis illis futuris. Plurimū  
 enim nobis res ista profuerit, siquidē attenderimus.  
 Loco frāni cordibus nostris gehennæ metus imponitur.  
 Gratias igitur agamus nō solum pro manifestis beneficiis,  
 sed & pro occultis, etiā pro illis, quibus inuiti afficimur.  
 Etenim multis nos beneficiis cumulat etiā nec volēs  
 nec obseruātes. Si vero nō creditis, faciā vobis istud  
 iam manifestū. Aduertite quæso animum. Immūdi illi  
 & infideles Græci, an non omnia Soli, idolisq;  
 suis adscribunt? Quid igitur nunquid & illis bene  
 facit deus? An nō ipse est prouidentē, q; & viuunt,  
 & sani sunt, & liberos procreant, & quicquid aliud  
 est eiusmodi? Quid vero qui Marcionistę dicuntur?  
 Nunquid blasphemāt ipsum, quæadmodū & Manichæi?  
 Quid itaq;, nōne & istis singulis diebus bene facit?  
 Si vero illos etiam beneficiis afficit, qui istud nō vidēt,  
 multo magis nos. Quid enim aliud est opus dei, q̄  
 benefacere humano generi, siue id fiat per supplicia,  
 siue per relaxationē & quietē? Non itaq; prospere  
 tantū habentes gratias agamus. Nā istud nihil esset  
 magni. Et diabolus istud nouit, quapropter & dixit.  
 Nunquid gratis timet Iob deū? An nō tu illius omnia  
 siue interna siue externa circunuallasti? Aufer om-  
 nem substantiā illius, nimirū in faciē tibi benedicet.  
 Sed nihil t̄ scelesto illi grauius quod eū mordeat cō-  
 tigit, neq; à nobis illi quicquā quod peius odiat, fieri  
 etiā ut de potest, q̄ si quando in paupertate, siue in  
 morbis, siue in calūniis & violentia fuerimus, hoc amplius  
 gratias agerimus. ] Gratias vero dico quæ nō verbis,  
 non lingua duntaxat, sed re ipsa, operibus ipsis, mēte  
 & corde fiāt. Ex omni anima gratias agamus deo. Plus  
 enī nos, q̄ qui nos genuerunt, amat, & quantū discrimi-  
 nis est inter malitiā & bonitatē, tantū dilectio dei  
 dilectionē parētum nostrorū excellit. Et hæc verba nō  
 mea sunt, sed ipsius qui nos amat Christi. Audi quid  
 dicat: Quis ex vobis est homo, qui filio suo si panem  
 ab eo petierit, lapidē daturus sit? Quod si vos mali cū

**A** fitis, nostis bona dona dare liberis vestris, quanto magis  
 pater vester cœlestis dabit bona poscentibus se?  
 Rursus quid & alio loco dicat audi. Nūquid obliuiscetur  
 mulier misereri filiorū vteri sui? Etiā si ipsorū obliuisceretur  
 mulier, ego tamē tui nō obliuiscar, dicit dominus. Nisi enim  
 nos amaret, qua ratione condidisset? Num enim nostri  
 necessitatē aliquā habuit? Num vtilitatē illi ministeriūq;  
 exhibemus? Nū aliqua re, corū quæ apud nos sunt, op⁹  
 habet? Audi quid Propheta dicat. Dixi, inquit, domino,  
 dominus meus es tu, quoniā bonorū meorū non eges. Sed  
 ingrati & insensati dicunt, sūnt ne ista bonitatis dei? Et  
 infidelis forte dicet, honoris æqualitatē apud omnes esse  
 debere. Dic mihi homo ingratus. Quānā dicis non esse  
 bonitatis dei? & quā honoris æqualitatē exis? Hic, inquit,  
 fractis est pedibus, ] alter furit & insanit, alius ad  
 extremā vsq; senectutē progressus omnem vitā in paupertate  
 peregit: ille in morbis sœuissimis. Sūnt ne ista prouidentię  
 opera? Hic surdus est, ille mutus, hic pauper, ille vero &  
 scelestus: imō omnino scelestus & innumeris malis  
 refertus pecunias possidet, scorta nutrit & parasitos,  
 & domū habet splendidā, ac vitā vuit inertem & ociosam.  
 Talia multa connectentes, lōgum reprehensionis sermonē  
 aduersus prouidentiam dei contexunt. Quid itaq; si  
 dixerimus ad eos, ergo improvide fiunt ista? Si quidē  
 Græci fuerint, & responderint mundū à quopiā  
 gubernari, eadem & nos rursus ad eos dicemus, quid  
 igitur sine prouidentia fiunt ista? Quomodo ergo vos  
 deos colitis? adoratis demonas & herosas? Nam si  
 prouide sūt, oportet vt aliquis præsit omnibus. Si vero  
 quidā hæsitabūdi fuerint, & nihil respondentes ] siue  
 Christiani siue Græci, quid ad illos dicemus? Sūntne  
 tanta, dic quæso, bona per seipsa facta, lux illa  
 quotidiana, rerum ordo tam bonus & constans,  
 tanta prouidentia, astrorū chorea, æqualis ille noctium  
 atq; dierum cursus, naturæ series & ordo, siue in  
 plantis, siue in animantibus, siue in hominibus?  
 Dic age quis ista moderatur, si nemo præfuit,  
 sed omnia suapte sponte ita constituta sunt? Quis  
 arcuatum istum fornice adeo pulchrum, adeo magnum,  
 cœlum dico, circunqua; volubile factum, super  
 terram, aut etiam ipsas aquas constituit? Quis tēpora  
 frugifera dedit? Quis tam efficacem potentiam  
 feminibus indidit & plantis? quod enim suapte  
 sponte fit, præter ordinem est omnino: quod vero  
 ordine disponitur, arte fit. Quid enim dic quæso,  
 ea quæ apud nos suapte sponte fiunt, nō multa  
 confusione, multa tumultuatione perturbationēq;  
 plena sunt? Et nō dico, quæ suo arbitrio, sed  
 quæ per opificem aliquem quidem fiunt, talem  
 vero, qui præter artem operetur, vt pote ligna &  
 lapides. Ponamus calcē: hæc accipiat homo  
 edificandi ignarus, edificetq; & operetur in illa:  
 an non omnia perdet & corrumpet? Rursus, sit  
 nauis sine gubernatore, omnia habens quæ nauem  
 habere oporteat, dempto artifice, non dico im-  
 parata, sed ne parata quidem nauigare poterit:  
 & tāta tellus super aquas constituta, sine conseruante  
 ipsam virtute adeo solidē tantum temporis stetit:  
 Hæbent ne ista rationem? An non infinitis modis  
 ridiculum est ista cogitare? Quin & si cœlum etiam  
 aqua portat, vides aliud quoque pondus. Si vero &  
 cœlum in vnda fertur, nascitur rursus alia quæstio.  
 \* Sed prouidentię opus est. Nam ea quæ in aquis  
 feruntur, non incuruari sed cauari oportet. Quamobrem?  
 Quia scilicet, concaui corpus totum quidem in aquis

in aquis mergitur quæadmodum & nauis: incuruatū  
 vero corpus totum est superne, extremitatibus autē  
 duntaxat a aquis incumbit. Opus igitur habet corpore  
 quodam firmo & duro, & quod tolerare queat,  
 quo impositum onus ferat. Sed aer forsan cœlum portat.  
 At hic multo mollior est & laxior q̄ ipsa aqua, & nihil  
 ferre valens ne minutissima quidem, nedum tantū  
 onus. Porro si voluerimus prouidentię [rei] ratio-  
 nem per omnia & minutatim persequi, totū nobis se-  
 culum nō suffecerit. Proinde nunc interrogabo eum  
 qui ista quærit ac mouet: Sūntne ista prouidentię,  
 an temere accidētia? Dicis non esse prouidentię.  
 Rogo ergo rursus, quomodo sunt facta? Sed non potest  
 aliqua illorū ratio assignari. Debes igitur multo minus  
 de rebus humanis inquirere, & curiose scrutari.  
 Quā obrem? Ob eam scilicet q̄ istis rebus omnibus homo  
 preciosior est, & illę propter hominē factæ sunt, non  
 homo propter illas. Itaque si prouidentię illius quæ  
 hominem duntaxat cōcernit, sapientiam & œconomiā  
 nō intelligis, quomodo poteris rationes eas scire,  
 quæ ipsum hominē concernunt? Dic mihi, qua  
 ratione illi boreales loci & australes inhabitabiles  
 sunt. Qua ratione hominē ipsum adeo paruū fecit,  
 tantūq; ab altitudine cœli distātem vt nihil certi  
 scire possit eorū quæ superne apparent? Dic mihi,  
 quare facta est nox hyeme lōgior, æstate vero breuior?  
 Quare tātum est frigus? quare calor? quare corpus  
 mortale? Innumera tāta rogabo. Et si uoles, ab  
 interrogationibus non cessabo, in quibus omnibus  
 dubitabis. Itaq; vel hoc ipsum maximæ est prouidentię,  
 quod rerum nobis rationes arcanę sunt & ineffabiles.  
 An est quisquam qui putasset hominē omnium causam?  
 An non intellectum nostrum vel istud excellit & repressit?  
 Sed hic pauper est, inquit, & mala est paupertas.  
 Quid vero est morbus? Quid cæcitas? Nihil sunt illa  
 o homo. Vnū duntaxat est malū, peccare: Et hoc solū  
 scrutari debemus. At nos relictis eorum, quæ vere  
 mala sunt, causis inquirēdis, alia curiose sectamur.  
 Vnde est q̄ nemo nostrum inquit, quare peccauerit, & apud  
 se cogitat, t̄ num aliquod in me peccatum est, ] an  
 est? Et quid opus est me multis non necessariis  
 superuacuum esse? In me ipso rem istam exquiram.  
 Num aliquando tumorē & vehementiam animi  
 cohibuit? Num irā aliquando vici? Idq; an propter  
 turpitudinem vitādam, aut propter humanum metum?  
 Quod si illud esse factum reperero, nimirum inueniam  
 t̄ an in me sit aliquod peccatū. ] Nemo ista scrutatur,  
 nemo hic curiose inquit, sed temere, vt est in Iob,  
 aliis rebus inuoluitur homo. Quid enī tibi curę est  
 cur hic cæcus sit, iste pauper? Non hoc tibi spectandū  
 præcepit deus, sed qua tandē ratione hoc facis?  
 Nam si dubitas, an aliqua potētia præsit mūdo,  
 omnibus es insipientior. Si vero istud persuasum  
 habes, quid ambigis oportere deo placere? Sēper, inquit,  
 pro omnibus gratias agentes deo. Audi obsecro. Abi  
 in officinam medicorum, & vide, quando vulneratus  
 quisquā adfuerit, quomodo illū medicus incidat &  
 vrat. Verum t̄ te nō eō amandabo, ] sed abi in  
 fabrile aliquam officinam. Illic rationē nullius  
 rei exquiris, etiam si nihil eorū quæ sunt  
 intelligas, videanturq; tibi multa inutilia esse,  
 vt pote quando lignū erudit faber, quando  
 transformatur. Imō ad faciliorem artem te  
 duco, & illic stupebis, nempe ad picturā. An non  
 tibi videtur temere facere pictor quæ facit, vt  
 sunt lineę linearūque circuitus? At quā primū  
 illis colorem addide-

rit, tum demū apparet tibi bonitas ac pulchritudo  
 artis. Quāquā ne sic quidem illam exacte cognoscere  
 potes. Quid vero de fabris, pictoribus, & cōseruis lo-  
 quor? Apis quomodo fauos suos operatur, dic mihi,  
 atq; tū de deo interrogabis. Formicarū, aranci,  
 hirūdinis industriā discet, & tūc de deo loqueris.  
 Dic mihi ista. Sed nō potes. Nō desines ergo o homo  
 superflua quærere? Nā ista vere superflua sunt.  
 Nō desines curiose scrutari quæ ad te nō  
 pertinent? Nihil ista ruditate & inscitia  
 sapientius est. In istis qui nihil esse pronun-  
 ciātur, omnīū sunt sapientissimi: qui vero  
 curiosi, omnibus sunt insipientiores. Itaq;  
 nō in omnib⁹ mox est sapientię rerum  
 cognitionē profiteri, sed est vbi etiā stultitię  
 fuerit. Nam dic mihi, si duo essent quorum  
 vnus profiteretur se aerē à terra in cœlum  
 vsq; funibus extēsis percurrēdo metiri posse,  
 alter vero ridendo fateretur etiā apertē se  
 illud non posse, quem ex istis, dic quæso,  
 ridebim⁹? An eū qui se hoc scire dicit, an  
 ignorantē? Absq; dubio eū qui scientiam  
 istā profiteretur. Itaq; ignorans hoc loco  
 sapientior esset eo qui istud se scire  
 promitteret. Quid vero si quisquam dicitur  
 se promitteret quot habeat mare cyathos,  
 alius vero ignorare se istud fateretur, nū  
 & hic ignorantia scientia ista sapientior  
 esset? Esset fanē. Quā obrē? Eō scilicet,  
 quod t̄ & illa ignorantia scientia aliquid  
 habet. ] Nā qui se ignorare dicit, partem  
 aliquā veritatis nouit. Quā vero illam?  
 Quod videlicet istud sit homini incōpre-  
 hensibile. Neq; enim hoc scire parum est.  
 Qui vero scire se dicit, is potissimum  
 ignorat quod se scire dicit, atq; ob hoc  
 ipsum ridiculus est. Moralī exhortatio.

Heu quot modis instruimur intempestiuam  
 illam curiositatē & præposteram sedulitatē  
 refranare, neque sic tamen cohibemur,  
 sed aliorum vitam curiose scrutamur,  
 cur ille sit cæcus, iste pauper. Hac itaq;  
 ratione & in alias nugas incidemus,  
 nepe cur illa sit mulier, & nō omnes  
 sint viri. Cur sit asinus, cur bos, quare  
 canis, quam obrē lupus, qua ratione lapis,  
 propter quid ligna, atque ita in infinitam  
 prolixitatem excurret curiositatis huius  
 sermo. Quapropter nobis mēsuram  
 cognitionis determinauit deus, ipsiq;  
 naturę inseruit. Et cōsidera mihi  
 multam istam curiositatem: Cum tātam  
 celsitudinem à tellure in cœlum vsq;  
 vidētes nihil mali patiamur, in turri  
 tamē aliqua sublimi constituti, mox  
 atque terram desuper vel modice  
 deflexi intueri voluerimus, vertigo  
 quardā nos & caligo prehēdit.  
 Dic mihi huius rei causam. Sed nō poteris.  
 Qua ratione maiores vires habet oculus,  
 & à remotioribus detinetur? Et in  
 auditu similiter idem videre est.  
 Neq; enim tantum in clamare quisquam  
 potest, vt aërem adimpleat, quātū  
 occupare visu potest oculus, neq;  
 audire etiam ex tāta locorum  
 distantia. Qua ratione non eiusdem  
 honoris sunt omnia membra. Qua  
 ratione non eundem sortita sunt  
 vsum, neq; eūdem corporis locū?  
 & Paulus ista scrutatus est: imō  
 vero nō est scrutatus. Sapiens enim  
 erat. Sed in hunc cum incidisset  
 locum, vnicuique ipsorum dixit, sicut  
 voluit: vt volūtati dei duntaxat  
 omnia committeret: Gratias agamus  
 pro omnibus. Propter quid dicit,  
 gratias agite pro omnib⁹? Istud  
 synceri & grati est famuli, istud  
 sapientis, istud prudētis, illud vero  
 loquaculi, inertis, & curiosi. Nō  
 vides in famulis, quomodo quī  
 sunt inter eos viliores, & prorsus  
 inutiles, illi ipsi sint dicaculi &  
 nugatores, curiose quæ dominorū  
 sunt & quæ illi celata cupiūt,  
 scrutātes: qui vero prudētes &  
 synceri,

Prov. 12. c  
 Eccl. 2. 4  
 Job. 1.  
 t̄ inde scelestus ille  
 lucrat  
 est. absit  
 etiā ut de  
 nostris af-  
 flictioni-  
 b⁹ aliquid  
 lucretur.  
 sed si quā  
 do in pau-  
 per. etc.  
 gratias a-  
 gamus.  
 Quāsum  
 dilectio  
 dei, dile-

t̄ an in me  
 sit peccare ]  
 t̄ quod in  
 me sit pec-  
 care.  
 t̄ de re i-  
 bud non  
 dico.  
 \* t̄ an a sed  
 budam  
 p̄nat le-  
 p̄dū esse  
 a nō id est  
 aliud.

t̄ etiā illa  
 ignorantia  
 sit maxi-  
 ma ] q. d.  
 illa scientia  
 iactantia  
 perma-  
 gna est i-  
 gnorantia.

1. Cor. 12. 6



fyneri, ad vnū hoc duntaxat respiciāt, vt ministeriū suum adimpleāt? Qui multa loquitur, nihil operatur, quemadmodū & qui multa operatur, nihil intempēstium loquitur. Propterea Paulus de viduis scribēs dicit: Non solum autem ociosā consuecunt circuire domos, sed & nugaces. Dic quāso vtrū maius est delictum: id quod inter nostrā est & puerorū atatem, an quod inter deum est & homines: inter nos & culices, an inter deum & nos? Manifestū est. Quid igitur tantopere curiosa sectaris? Gratias age pro omnibus. Quid igitur, inquis, si Gracis quispiā quæstionē istā mouerit? Quomodo respōdebo? Vult ex me discere, num sit prouidentia. Ipse siquidem non dicit aliquos esse qui rebus provideant. Versa itaq; vice ipsū interroga tu quoq;: Non dicis ergo esse prouidentiam? Quod quidē sit prouidentia, ex his ipsis liquet quæ dixisti. Quod vero sit incomprehensibilis, patet ex illis, quorum non inuenimus rationem. Si enim in iis, quæ homines administrāt, sapenūmero administrationis rationē ignoramus: quāquam ex ipsis multa & absurda putamus & admittimus, quāto magis in his quæ a deo gubernantur? Sed in deo nihil est absurdi, neque etiā fidelibus esse videtur. Propterea pro omnib; gratias agamus, pro omnib; glorificemus. Subditi vicissim, inquit, alij in timore dei. Si enī propter principem, aut propter pecunias, aut propter reuerētiam subditus es, multo magis propter timorem dei sit seruitutis & subiectionis retributio. Nam ita nō erit seruitus. Nō hic locum occupet liberi, ille serui, sed melius est vt & domini & serui inuicem alij alij seruiat. Multo satius est ita seruum esse q̄ aliter liberum. Atq; illud hinc patet. Sit quisquā qui famulos habeat centum, & nihil illis administret: rursus sint alij quidam centum amici, qui inter se mutuo, alij alij, seruiant: quānam melius uiuent? Qui cum maiore voluptate, cumque maiore lætitia? Hic neq; est ira, neque irritatio, neque tumor, neque aliud huiusmodi quicquam. Illic vero timor ac metus. Illic etiam seruiēdi necessitas, hic vero omnia spōtanea voluntate geruntur. Illic coacti, hic gratiam habētes inuicem, alij alij seruiunt. Sic vult deus. Propterea discipulorū pedes lauit, imō vero si velis exacte rem istā inquirere, etiam illa seruitus retributionem habet, quæ fit dominis. Quid enim, si fastus nō permittit apparere mercedē? Quando enim iste corporalē quidem seruitutem exhibet, tu vero corpus ipsius nutris: & alimētis & vestibus & calceis curas & sustētas, & hoc seruitutis est, nē pe q̄ nisi & tu tuum exhibeas ministerium, neq; iste præstabit suū, sed liber erit, & nulla lex ipsum coget, vt nō nutritus istud faciat. Si ergo & in seruis hoc est, quid absurdi est, si apud liberos quoque ita fiat? In timore, inquit, Christi subditi. Quanta gratia, quod & mercedē habituri sumus? Sed non vult tibi subdi? At tu subdere. Non solū obedias, sed & subditus sis. Nō aliter erga quosuis affectus sis q̄ erga dominos. Nam hoc pacto mox ipsos seruos tuos habebis non minus subiectos, q̄ si tyrannicissima potentia in seruitutem adacti essent. Nam tum magis ipsos capies, si quando nihil ex bonis ipsorum consecutus, ipse quæ tua sunt exhibueris. Hoc scilicet est quod dicit: subditi inuicem, alij alij in timore Christi, vt omnes affectiones superemus, vt deo seruiamus, vt dilectionem mutuā alij alij erga alium conferuamus, atque tunc poterimus benignitate dei digni esse, gratia & benignitate, &c.

Homilia xx.

**V**xores propriis viris subditæ sitis, veluti domino, quoniā vir est caput vxoris, quēadmodum & Christus caput est ecclesie: & ipse est qui salutē dat corpori. Verum vt ecclesia subdita est domino, ita & vxores propriis viris subditæ sunt in quacumque re. Vir quidā sapiens multis in numerum rerū beatarū positis, etiā vnū hoc inter eas collocauit. Et mulier, inquit, viro suo obsequens. Et rursus alio loco cū rebus bene habentibus ipsum ponit, dicens, & mulierem viro suo vnanimiter consentire. Atq; mox ab ipso initio apparet deū multā coniugij istius prouidentia fecisse. Et tanquā de vno ita de ambobus locutus, sic dixit. Masculū & fœminā fecit eos. Et iterum: Non est masculus & fœmina. Non enim tanta est viri ad virum familiaritas, quāta mulieris ad virum, siquidē legitime illi cōiuncta fuerit. Quapropter & beatus quidā vir excellentē dilectionē ostendens, ac quendā amicorum suorum, & eorum qui sibi planē concordēs erant, lugens, non patrem t̄ illum vocauit, non matrem, non filium, non fratrem, non amicum, sed quid? Cecidit super me dilectio tua, super me, inquit, sicut dilectio mulierum. Reuera enim, reuera inquā, quāuis tyrannide violentior est ista dilectio. Nam alia quidem vehementer sunt, ista vero concupiscentia & vehementiam habet pariter & immarcescibile vigorē. Est enim amor quidam in ipsa natura abditus intrāq; nos latens, qui corpora ista cōiungit & cōglutināt. Propterea & ab initio ex viro facta est mulier, & postea ex viro & muliere & vir & mulier. Vides vinculum & cōplexionem, quomodo non permiserit aliam creaturam externam, illō non pertinentem, subingredi? Et vide quomodo rem istam instituerit: Permisit Adā vt sororem suam in vxorem duceret, imō verō non sororem, sed filiam, quin adhuc ne filiam quidem, sed propinquius quiddam filia, carnem videlicet suam ipsius. Totum vero statim ab initio fecit, vt pote cum adhuc essent simplices, in vnum eos coniungens. Mulierem enim non fecit ex eo q̄ esset extra corpus Adę, ne tanquam cum aliena cohæreret. Neque rursus in ipsa sola nuptias statuit, ne seipsum in sese constringens & cōtrahens, reliquos desereret. Et quemadmodum in plātis illa potissimum sunt optima, quæ & robur habent vnum, & in multos ramusculos extenduntur, ita vt etsi duntaxat circa radicem scindātur ac luxentur, omnia sint frustra, etiam si multas habeant radices, & iam non poterit esse celebris arbor: ita sanē & hic. Ex vno Adā plantari fecit totum humanum genus, & ne diuelleretur ac separaretur, in magnam illud necessitudinē mutuam constituit, & magis contraxit. Deinceps vero cavit ne ducerentur sorores ac filia, ne dilectionē rursus in vnum constringeremus, nosque ipsos aliorum separaremus. Propterea dixit: Qui fecit ab initio, masculum & fœminam fecit eos. Nā magna vel mala vel bona ex eo familiis & ciuitatibus generantur. Nihil enim ita vitam nostrā turbat, quēadmodū amor viri ac mulieris. Huius gratia multi etiā arma sumunt. Huius gratia & animam tradunt. Neq; sanē temere neq; frustra Paulus propriis viris subditæ sitis, veluti domino. Qua ratione? Quoniam si vir & vxor cōcordes fuerint, & liberi bene educantur, & domestici probe instituuntur, & vicini ex eo pariter & amici & cognati, quasi boni odoris fragrantia fruuntur. Si vero contrarium fuerit, omnia subuersa sunt & confusa. Et quemadmodum militibus inter se bene pacatis omnia

omnia prospere succedūt, & vicissim turbatis illis omnia fursum ac deorsum voluntur, ita sanē & hic: Vxores, inquit, propriis viris subditæ sitis veluti domino. Papē. Quomodo ergo alibi dicit Christ? Nisi quis renūciauerit & vxori & viro, nō poterit me sequi? Si enī veluti dño subdi oportet, p̄pter Christū, vtiq; vehemēter opus est vt nō deseratur. Sed illud, veluti, non omnino eiusdem valoris vbique est. Aut certe hoc dicit, veluti quæ sciatis vos domino seruire. Id quod & alio quodā loco dicit: Quoniā, inquit, & si non propter virum sed præcipue propter dominum, quando viro subderis, veluti domino serujs. Si enim dei ordinationi resistit, qui principatibus illis externis, politicis videlicet, repugnat, multo magis quæ viro non subditur. Ita ab initio voluit deus. Admonemur itaq;: virū positū esse in locū ac dignitatē capitis, mulierē vero in locū corporis. Deinde & à rationibus. Quoniā vir caput est, inquit, vxoris, quēadmodum & Christus Ecclesie, & ipse est qui corpus saluat. Verum vt ecclesia subdita est domino, ita & vxores propriis viris in quacūque re. Deinde, inquit, vir est caput vxoris, quemadmodum & Christus ecclesie. Et ipse est, qui corpus saluat. Caput enim salus est corporis. Præstruxit iā viro & vxori dilectionis causam, & prouidentia, vniciq; cōpetentem distribuens locū, huic quidē principatus & prouidentia, illi vero subiectionis. Quēadmodum igitur ecclesia subdita est Christo (Quid est ecclesia? Viri & mulieres:) ita & vxores viris suis, tanquam deo. Viri diligite vxores vestras, quemadmodum & Christus dilexit ecclesiam. Audisti subiectionis hyperbolē? Laudasti & admiratus es Paulum, t̄ quod attinet ad ea quæ vitā nostram turbant, tanquā admirabilem quendam & spirituale virū: Bene. Sed audi quæ & abs te petat. Nā rursus eodē vtitur exemplo. Viri, inquit, diligite vxores vestras quēadmodum & Christus dilexit ecclesiam. Intellexisti obedientia mensuram? Audi & mensuram dilectionis. Vis vt vxor tibi obediat, quemadmodū ecclesia Christo? Prouide ipse quoq; illi, quēadmodū Christus ecclesie. Etsi animā pro ipsa dare oporteat ac millies trucidari, & quacūque rem ferre & pati, ne detrectes. Nam etiā si ista passus fueris, nihil tamen vnquā tale feceris, quale Christus. Etenim tu quidē iam cōiunctus cum illa ista facis, ille vero pro auersante se & odiēte. Quēadmodū igitur Christus auersante se & odientē, & cōspuentē ac lasciuientem, multa sollicitudine, nec minis, nec conuiciis, nec metu, neque alia re eiusmodi sibi subiecit, ita & tu adhære vxori tuæ. Et si despicientē, lasciuiētē, & cōtemnentem te videris, poteris tamē ipsam sub pedes tuos redigere, si multa fueris vsus prouidentia, dilectione, & amicitia. Nihil enim violentius his vinculis, maxime viro & mulieri. Famulū quidem metu cogere ac sibi deuincire quisquā poterit: imō ne illum quidē. Mox enim resiliendo aufugiet. Eam vero quæ vitæ tuæ est focia, quæ liberorū mater, quæ omnis lætitiæ materia, non timore & minis cōstringere ac deuincire oportet, sed dilectiōe & cordis affectu. Quale est enim istud coniugii, quando vxor viro tremebunda exhorret? Qua vero vir ipse iucunditate fruetur, qui vxori nō vnliberæ, sed velut famulæ cohabitatur? Itaq; etiā si quid vxoris gratia ferendum sit, ne exprobes. Nam neq; Christus hoc fecit. Et semetipsum, inquit, tradidit pro ea, vt mūdaret illā & sanctificaret. Erat ergo immūda, habebat ergo maculā, erat ergo

A deformis, erat vilis ac tenuis. Qualēcūq; igitur vxorem acceperis, nondū tamē talem spōsam accepisti, qualem Christus accepit ecclesiam, neque tibi vsquē adeo imparē, quomodo ecclesia impar est Christo. Veruntamen non fastidiuit illā, nō odio habuit propter nimiam deformitatē. Vis deformitatē ecclesie audire? Audi quid Paulus dicat: Eratis enim, inquit, aliquādo tenebræ. Vides ipsius nigredinē? Quid nigrius tenebris? Vides temeritatē? In malitia, inquit, & inuidia vitā dūcētes. Agnoscis immunditiā? Imperfuasibiles, insipientes. Quid dico? Et fatua erat & blasphema. Attamen quāuis tot essent odij causæ, nihilominus pro deformi illa ita seipsum tradidit, ac si esset formosa, ac si esset amabilis, ac si esset admiratio-ne digna. Atq; hoc est quod admiratus Paulus dixit: Vix enī pro iusto quisquā moritur. Et iterū: Si Christus pro nobis mortuus est, cū adhuc peccatores essemus. Talē itaq; nactus spōsam Christus, ornauit eā ac lauit, neq; istud detrectans: Vt illam, inquit, sanctificaret, mūdaram lauacro aque in verbo, vt adhiberet eam sibi ipsi gloriosam ecclesiam, non habentē maculā aut rugā, aut quicquam eiusmodi, sed vt sit sancta & irreprehensibilis. Lauacro immunditiam ipsius lauit. In verbo, inquit. Quo? In nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Et nō simpliciter ornauit ipsam, sed gloriosam fecit, nō habentē maculā aut rugam aut quicquā eiusmodi. Et nos itaque pulchritudinē istam inquiramus, & poterimus eam nobis cōparare. Ne quæras tu apud vxorē, quæ ipsius nō sunt, vides quod omnia à domino acceperit ecclesia? Ab ipso facta est gloriosa, ab ipso irreprehensibilis. Noli propter deformitatē fastidire vxorē tuā. Audi quid scriptura dicat: Exigua est inter volucres apes, & tamē fructus eius principatū in reb; dulcibus obtinet. Dei figmentū est vxor tua. Non iā illā sed factorem illius vituperas, quicquid ferat vxor. Quod si laudaueris ipsam propter pulchritudinem, laus ista, & rursus illud odiū, intēperantiū est & lasciuorū animorū. Et ipsa dilectio animę pulchritudinē quærit. Ecclesia sponsam imitare. Externa corporis pulchritudo plena est multæ superbiæ & arrogantię, atque in zelotypiam conuicit, absurdāq; plerunque suspicari facit. Sed voluptatē habet: vsque ad primū, scilicet, aut secundū mēsem, aut si multū vsq; ad annum. Deinceps vero nō ita, sed per cōsuetudinē rapulchritudine nascūtur, manēt, vt sunt fastus, arrogantia & contemptus. In ea vero quæ adeo formoso corpore nō est, nihil tale metuēdū, sed recte primus amor admodum perdurat, eo quod anima formosa est, nō corpus. Quid cœlo, die quēso, pulchrius? quid pulchrius aſtris? Iam quodcūq; produxeris corpus adeo candidū nō est, quoscūque narraueris oculos, adeo hilares nō sunt. Quū vero ista fierēt, angeli etiā stupebant & admirabantur. Et nos quoq; iam admiramur ea, sed nō æque vt ab initio. Nam cōsuetudo facit, vt etiam talis ac tanta pulchritudo non ita nos stupefaciat. Quāto magis istud in muliere vsuenerit? Deinde quamprimū morbus aliquis corpori formoso incubuerit, mox omnis illa pulchritudo euanuit. Quin potius beneuolentiā, animū modestum, mansuetudinē quæramus in vxoribus. Istæ sunt verę pulchritudinis notæ. Corporis pulchritudinem nō quæramus: neq; vitio demus vxoribus ea quorū ipse nullam habent potestatem. Imō vero ne omnino quidem illas culpemus (nam temerariorū istud est) neque

1. Tim. 5. b

1. Tim. 13.

Luc. 14.

Coloss. 3.

Rom. 13. 4

Hic sup. b

Rom. 5. 4

Ibidem.

Ecd. 11. 4

Gen. 1. d

neq; fastidio habeamus, neq; molesti illis sumus. An non videtis, quot eorum sint, qui cum formosis vxoribus cohabitauerint vitam suam misere duxerint, imò subuerterint? Et rursus quot eorum, qui cum non admodum pulchris cum magna iucunditate ad extremam usque senectutem pertigerint? Internas maculas extergamus, internas rugas explicemus, eas auferamus maculas quae in anima sunt. Tale pulchritudinem querit deus. Deo pulchritudinem istam comparemus, non nobis. Non quaramus pecunias, neque nobilitatem istam externam, sed nobilitatem ac generositatem animae. Nemo expectet ab vxore diuitias. Turpes enim ac probrosae sunt illae diuitiae. Neq; omnino querat quisquam hinc ditescere. Nam qui hoc pacto ditescere voluit, incidit in tentationem, & desideria inutilia & nociua, & in laqueos, & in perniciem ac perditionem. Ex vxore itaq; ne querat pecuniarum opulentiam, & omnia reliqua facile inuenies. Quis est, dic quae so, qui neglectis praestantioribus minorum curam habeat? Sed heu vbiq; hoc morbi patimur. Si filios habuerimus, non hoc satagimus quomodo boni fiant, sed quomodo opulenter illis vxores accipiamus: non quomodo probis moribus, sed quomodo diuites fiant. Et si institutum quoddam aggrediendum fuerit, non querimus quomodo peccatis liberum sit, sed quomodo magnam nobis emolumentum accedat. Pecuniam iam sunt omnia. Propterea corrupta sunt etiam omnia, eo quod nos amor iste corripuit. Ita debet, inquit, viri diligere vxores suas, vt sua ipsorum corpora. Quid hoc est? Venerat tanquam ab sublimiore imaginem, & vehementius exemplum. Iam vero non istud, sed velut propius ac clarius ponit, & aliam iustitiae normam inducit. Nam prior illa non erat multa & vrgens necessitatis. Ille Christus erat, ac deus erat, & seipsum tradidit. Aliunde igitur deinceps istud tentat, dicens: Ita debet. Non enim gratia res ista est, sed debitum. Et, vt sua ipsorum corpora. Quare? Nemo enim vnquam suam ipsius carnem odio habuit, sed nutrit ac fouet eam. Hoc est, curam ipsius habet cum multa sollicitudine. Quomodo caro viri est vxor? Hoc nunc os, inquit, ex ossibus meis, & caro de carne mea. Nam ex nostra facta est materia. Et non istud solum, sed & erunt, inquit, duo in carnem vniam. Quemadmodum & Christus dilexit Ecclesiam. Ad primum exemplum regreditur. Quonia membra sumus corporis eius, ex carne eius, & ossibus eius. Quemadmodum ex Adam, ex carne & ossibus eius est Eva. Sunt enim caro & ossa praestantiora in nobis. Illa velut fundamentum quoddam locata subiacent, ista tanquam aedificium. Sed illud quidem manifestum est, istud vero quomodo? Quemadmodum illic tanta est, inquit, propinquitas, ita & hic. Quid est quod dicit, ex carne eius? Hoc est, gei mane ac legitime ex ipso. Et quomodo nos hoc pacto membra Christi sumus? Quonia secundum ipsum facti sumus. Et quomodo ex carne? Scitis quotquot mysteriorum participes estis, quoniam os eius non cōfringetur, inquit. Ex ipso statim fingimur. Et quomodo? Iterum audi quid beatus iste dicat. Quonia igitur pueri commercium habuerunt cum carne & sanguine, & ipse similiter particeps factus est eorum. Sed hic ipse nobiscum commercium traxit, non nos cum illo. Quomodo ergo ex carne eius & ex ossibus eius sumus? Sunt qui sanguinem dicant & aquam. Verum nihil est. Sed quemadmodum ille sine virili congressu natus est ex spiritu sancto, ita & nos illud efficimur in lauacro. Vide quanta exempla adducat vt generationi illi fidem faciat.

1. Tim. 6

1. Tim. 6

Gen. 2. d

Heb. 2.

**A** O haereticorum demetia. Quod nunc nascitur, ex aqua nascitur, verus foetus, & verum corpus. Quomodo ergo ex carne eius & ex ossibus eius? Hoc est, ex integra ipsius substantia formatum est Adam, & natus est Christus. Quomodo? Ex latere ipsius accepit. In cruce facta est susceptio, & nos substantiam eiusdem cum ipso. Habet in seipso deum verbum, & nos. Huius rei gratia relinquit homo patrem suum, ac matrem suam, & adglutinetur vxori suae, & erunt duo in carnem vniam. Quid iam? Ecce adiungit & tertiam iustitiae normam, quod relictis quisquam parentibus, ex quibus natus est, vxori coheret. Deinde caro est & pater & mater, & filius quoque ex vtriusque parentis congressu & commixtione ortus. Nam commixtis feminibus nascitur filius, ita vt hi tres vna sint caro. Sed rursus fit vna caro filius per congressum cum vxore. Nam illa quoque ac multo amplius ligat, quam filius infans. Quamobrem? Quonia ab initio ita factum est. Ne dicas mihi de vxore tua, quae talis ac talis fit. Non vides quae & in carne multos defectus habent? Hic claudus est, iste distortos habet pedes. Manus aridas alius, alius aliud quoddam membrum infirmum habet, & tamen illud nec dolendo occultat nec amputat, sed & reliquis saepenumero praeponeit. Et merito. Est enim suum. Quantum itaque quisque dilectionis habet erga seipsum, tantum vult nos apostolus & erga vxores nostras habere. Vnius sumus nature, verum pluris istud monitorium nobis esse debet erga vxores, quae duo sunt corpora, sed hoc quidem caput, istud vero corpus, caput autem Christi deus est. Hoc & ego dico. Nimirum quae quomodo vnus est corpus, ita Christus est & pater. Reperitur ergo quod & pater caput nostrum est. Duo ponit exempla. Magnum est istud corporis Christi mysterium. Ego autem dico, in Christo & in ecclesia. Quid est mysterium hoc magnam, inquit? Quonia magnum quid & admirandum beatus Moses indicauit, imò de ipse. Interea sane de Christo, inquit, loquor, quonia & ipse relicto patre descendit, & ad ipsam venit, & factus est in spiritum vnum. Qui adharet domino, vnus est spiritus. Et bene dixit: Magnum est hoc mysterium. Ac si dixisset, verumtamen allegoria ista dilectionem coniugalem non euertit. Quamquam & vos singulatim curate, vt quisque suam vxorem tanquam seipsum diligat, vxor autem vt reueretur virum. Reuera namque, reuera inquam, mysterium est, & magnum mysterium, relicto patre eo qui genuit, eo qui aluit, etiam ea quae peperit, quae misere & cum labore parturiuit, illis videlicet desertis qui tanta beneficia praestiterunt, quibus cum consuetudo tracta est, adherere virum illi quae antea neque visa sit, neque aliquid commercij cum illo habuerit, atque hanc etiam omnibus praeferre. Vere mysterium est. Et parentes etiam cum ista fiunt, non offenduntur, sed magis offenduntur ac dolent quam non fiunt, expensis quoque pecuniis, ac sumptu facto laetantur. Magnum reuera mysterium & ineffabilem quandam sapientiam habens. Istud supra praefatus dixit, in Christo & ecclesia. Veruntamen non propter ipsum solum ita dictum est. Sed quid? Vt vxorem scilicet tanquam propriam carnem foueat, quemadmodum & Christus ecclesiam, vxor vero vt reueretur virum. Iam non ea duntaxat quae dilectionis sunt ponit. Sed quid? vt reueretur virum. Alterum principatus locum habet vxor. Proinde neque ipsa honoris aequalitate appetat. Est enim sub capite, neque ille tanquam subiectam contemnat. Corpus namque est. Et si caput contempserit corpus, & ipsam simul peribit. Sed dilectione inducat,

ducatur, quae obedientiae ac subiectioni ex aequo respondeat, quale est, quando manus, pedes, & reliqua omnia membra capiti seruiunt, illud vicissim eorum curam ac prouidentiam agit, omnem sensum in ipsis habens. Nihil isto coniugio melius. Et quomodo potest esse dilectio, inquit, praesente timore? Tum sane potissimum potest. Quae enim timet virum, diligit etiam, quae diligit, timet vt caput, diligit vt membrum, quandoquidem & caput membrum est totius corporis. Propterea mulierem deus subiecit, virum vero illi praefecit, vt pax sit. Nam vbi honoris est aequalitas, aut vbi familia dominatur, vel omnes principatum gerunt, ibi nunquam poterit esse pax, sed necesse est vnum esse principatum, atque id vbiq; in rebus corporalibus. Nam si fuerint viri spirituales, erit inter eos pax. Animae erant quinquies mille, & nemo quicquam eorum quae possidebat suum esse dicebat, sed subditi erant inuicem alij. Istud erat intellectus & timoris dei signum. Dilectionis itaque formulam ostendit, timoris vero non ita. Et vide, quomodo dilectionis quidem normam multis amplificat, ad quam promouendam, quae Christum, deinde & quae propriam carnem cōcernunt, differit, & illud adducit: Eius gratia relinquit homo patrem & matrem. quae vero timoris sunt, non adeo dilatat. Quae ratione? Quonia vult, vt quod dilectionis est magis obtineat. Nam ista existente, reliqua sequuntur omnia, obtinente vero timore, nequaquam. Qui enim vxorem diligit, etsi non admodum morigeram, is omnia pariter sustinebit. Adeo difficile est & graue, vt cōcordes sint vir & vxor, quando dilectionis non fuerint vi ac tyrannide in vnum coniuncti. Timor sane omnino non praestabit istud. Propterea illi magis immoratur Apostolus, quod est ad concordiam faciendam potens. Videtur autem vxor eo quod iussa est virum reuereri, vinci minorisque haberi, verum ipsa vincit, ac maiores obtinet. Nam quod magis est proprium & herile, viro imperatum est praestare vxori, nempe, vt illam diligat. Quid ergo, inquit, si virum non reueretur vxor? Tu illam dilige, quod tuum est praeserta. Nam etiam si quae aliorum sunt non sequuntur, sequi tamen oportet quae nos concernunt, vt exempli gratia. Subiecti, inquit, inuicem alij in timore Christi. Quid ergo si alius non subiiciatur? Tu morem gere legi dei. Ita sane & hoc loco. Itaque mulier, etiam si non diligatur, virum tamen reueretur, ne quid ab ipsa mali committatur: & vir, etiam si vxor illum non reueretur, tamen diligit, ne quid ipse interpeste designet aut suo muneri desit: Nam vnusquisque proprium ac peculiare munus accepit. Factae sunt itaque nuptiae istae, quod ad Christum attinet, nuptiae spirituales, & generatio spiritualis. Nostra generatio non est ex sanguinibus, non ex matris parturitionibus. Talis erat & generatio Isaac. Audi quid scriptura dicat: Et desiderat Sarrax fieri muliebria eius. Et nuptiae nostrae non sunt ex desiderij passionibus neque corporales, sed omnino spirituales, animae scilicet cum deo coniunctae, congressu arcano & ineffabili, & quae ipse solus sciat. Propterea dicit: Qui domino adharet, vnus est spiritus. Vide quomodo conetur & carnem carni & spiritum coadunare spiritui. Vbi sunt haeretici? Si nuptiae inter ea essent connumeratae quae vt criminosa traducuntur, non vocasset Christum spiritum & ecclesiam sponsam, nec hortando adduxisset illud, relinquit homo patrem & matrem: nec rursus subiunxisset, de Christo & ecclesia dictum esse. Nam de ecclesia & Psaltes dicit: Audi filia & vide, &

1. Cor. 6. d

1. Cor. 7.

Gen. 2.

1. Cor. 6.

1. Cor. 6. d

1. Cor. 6. d

Psal. 44.

**A** inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet rex pulchritudinem tuam. Quapropter & Christus dixit: Ego a patre exiui, & veni. Sed quando dico Christum reliquisse patrem, non imaginaberis locorum transitum, qualis apud homines fit. Quae admodum egressus esse dicitur, non quae exiuerit, sed propter carnem hoc dicitur, ita & hoc intelligendum est, quod dico cum reliquisse patrem. Quae vero ratione non de vxore quoque dixit, adharet viro suo? Quamobrem id factum est? Quoniam de dilectione differuit, idque viro. Nam quum vxori de metuendo viro differeret, virum dixit esse caput vxoris, & Christum quoque caput ecclesiae. De viri vero officio ad virum egit & quae dilectionis sunt commendauit, de dilectione ad ipsum loquutus est, ipsum constringens ac cōglutinans. Qui enim patrem reliquit propter vxorem, si illam ipsam quoque postea dimiserit ac reliquerit, quamnam venia dignus erit? Non vides quanto honore velit eam potiri deus, quae te a patre abductum ipsi adfixit? Quid igitur, inquit, si quae nostri sunt officij praestiterimus, illa vero obsequuta non fuerit? Si incredulus discedit, discedat. Non est seruituri subiectus frater aut soror in huiusmodi. Verum cum audis timorem, eum exiges ab vxore timorem qui conuat liberam, non qualis a famula exigitur. Corpus namque tuum est. Nam si hoc feceris, te ipsum probro afficies, dehonestans corpus tuum. Qualis est autem ille timor? Ne contradicat, ne aduersus virum insurgat, ne priores appetat. Satis est hactenus consistere timore. Si vero quemadmodum iussus es, illam dilexeris, maiora etiam faciet. Imò iam non ex timore hoc faciet, sed & ipsa dilectio non nihil operabitur. imbecillius plerumque genus est, multo egens auxilio, multa cōdonatione & accōmodatione. Quid dicent qui secundis nuptiis iunguntur? Non quod illas condēnem hoc dico. Absit. Nam & Apostolus illas concessit. Veruntamen omnia vxori per accōmodationem largitor, omnia ipsius gratia facito, atque etiam cum labore molitor. Necessitas tibi incumbit. Non putauit dignum hoc loco quicquam externorum exemplorum inducere, quod saepenumero facit. Satis enim fuit quod magnum & vehemens illud de Christo adduxit. Imò & ad subiectionis rationem. Et rursus, relinquit, inquit, patrem ac matrem. Ecce ab externis. Et non dixit, & cohabitabit, sed cohaerebit vxori suae, vehementer vnionem dilectionemque cum vehementia declarans. Neque isto contentus est, sed & inductione subiectionem ita declarauit, vt duo non videantur amplius esse duo. Non dixit, in spiritum, nec dixit in animam. Est enim illud clarum, & cuius possibile, sed ita, vt in carne sint vna. Altera quidem princeps est vxor, principatum habet & multam honoris aequalitatem, veruntamen aliquid amplius praestilla vir habet. Istud maxima salus domus est. Nam illud quidem quod de Christo est, non in hoc assumpsit, quod oporteat duntaxat diligere vxorem, sed & corrigere & cōponere. Vt esset, inquit, sancta & irreprehensibilis. Illud quidem quod de carne est, ad hoc induxit, vt dilectionem persuadeat: & illud quoque adharet vxori suae, ad dilectionem facit. Si vero sanctam ipsam effeceris, & irreprehensibilem, sequuntur reliqua omnia. Quae quae dei sunt, & humana multa facilitate consequentur. Corrige vxorem, atque ita cōseruabitur domus. Audi quid Paulus dicat: Si vero est quod discere volent, domi viros suos interroget. Quod si domos nostras ad eum modum gubernauerimus, erimus &

1. Cor. 16.

1. Cor. 7.

De secundis nuptiis.

Gen. 2. d

1. Cor. 14.



mus & ad ecclesiæ præfecturâ idonei. Nâ & domus exigua est ecclesia. Hoc pacto possunt viri & mulieres, boni facti, omnes excellere. Cõsidera Abraham, Sarâ, Isaac, trecentosq; illos decem & octo vernaculos, quomodo vniuersa domus cõpacta fuerit, quomodo tota pietatis plena Apostolicû præceptû adimpleuerit, & ipsa Sara virum suum reuerita sit. Audi quippe quid dicat: Nondû, inquit, tale quid mihi cõtigat vsq; nûc, & dominus meus senior est. Et ille ipsam ita dilexit, vt quiduis iubeti morê gesserit, & filius generosus erat, & vernaculi etiâ ipsi admirandi, qui periclitari quoq; cum hero suo nec detrectarût, nec contati, neque quiquam caufati sunt. Sed & vnus eorum, nimirum qui reliquis præerat, ita erat admirabilis, vt nuptiæ etiam vnigeniti filij, legatiõque extorris, illi concreditæ sint. Nam quæadmodum in militari, quâdo exercitus bene cõpactus est, nusquâ subingreditur hostis: ita sanè & hic quâdo vir & vxor & liberi & domestici eodê studio tenêtur, multa est domus illius concordia. Alioqui si id nõ fuerit, plerunque per vnû peruersum famulum omnia subuertuntur & dissoluuntur. Sæpenumero vnus duntaxat totum disperdidit ac corruptit.

Moralis exhortatio.

Multa itaq; prouidentia euremus & vxores & liberos, & seruos, scientes quod principatum nostrum hoc pacto nobis & ipsis facillè cõstituemus, & quod rationû quæstiones & placidas ac mites habituri sumus, dicunturq; ecce ego & pueri mei quos dedit mihi deus. Si vir præcipuus fuerit & celebris, & caput bonû, & reliquû corpus nullâ prorsus vim sustinere necesse habebit. Diligenter itaq; dixit quidem Apostolus, quomodo quæ vxorê pariter ac virum concernunt bene sint disponenda, hanc nepe adhortatus vt virû reueretur veluti caput, istum vicissim, vt diligat tanquam corpus vxorê. Quomodo vero ista fiet, inquit: Nam q̄ ea fieri oporteat, istud quidem ostendit, quomodo vero fiant, ego vobis dicam: Si pecunias cõtempserimus, si ad vnum duntaxat respexerimus, animi videlicet virtutê, si timorê dei ob oculos habuerim. Nam quod, cum ad seruos differeret, dixit, quoniâ quicquid vnusquisque fecerit, siue bonû siue malû, hoc accipiet à domino, istuc & hic cogitandum. Non igitur tantum diligatur vxor propter seipsam, quantum propter Christum. Hoc etiâ indicauit dicens, veluti domino, itaque cuncta sic facito, tanquam qui domino obedias, & propter ipsum omnia facias. Sufficiet hoc ad inducendû & persuadendum ac prohibendû ne qua sit contentio aut dissensio. Nemo fidelium calumniâ viro apud vxorê struat. Sed neque vir temere quicquâ aduersus vxorê credat, neq; vxor temere ingressus & exitus viri curiose scrutetur. Neque vero vir ipse vsquam se talem exhibeat, vt aliqua mali suspicione dignus sit. Quid enim, dic queso, totû diem amicis teipsum tradis, vxori vero vesperâ? Nõ poteris vel sic persuadere illi, extrâq; suspitione cõstituere. Quod si te culpauerit vxor, ne moleste feras. Amicitia est indicium nõ arrogantis. Accusationes illæ feruetis amicitia sunt, ardentisq; affectus atque timoris. Timet ne qua forsân cubile suum circumuenerit, ne qua sibi circa bonorum summâ nocuerit, ne qua sibi caput abstulerit, ne qua cubile suum perfoderit. Est & alia pusillanimitatis causa: nemo sibi vindicet famulos vltra præscriptâ mensurâ, neq; puellam vir, neque famulum vxor. possunt

enim ista suspiciones parere. Perpede nanq; mihi iustos illos veteres. Ipsa Sara patriarchæ iusserat accipere Hagar, ipsa imperauerat, nemo coegerat: neq; accessisset ad eâ vir, sed maluisset nõquâ fieri pater, q̄ contristare vxorem, quanquam multum temporis iam sine prole protraxerat. Veruntamen post ista omnia quid dicit Sara: iudicet deus, inquit, inter me & te. Iam si istud cuiquam alteri contigisset, an non ad iram cõmotus fuisset? An non manus in eâ extendisset, tantû nõ dicens: Quid inquis? Eo nolebâ cõgredi mulieri. Tuum est totum istud institutum, & iam me accusas? Verum nihil tale dixit Abraham. Sed quid? Ecce, inquit, ancilla est in manib' tuis, vt ere ea quæadmodû tibi placuerit, sociam lecti tradidit, ne contristaret Saram. Quanquam nihil hac re ad benevolentia rationem magis facit: Si enim mensq; participem esse etiam latronibus vnanimitatê erga aduersarios conciliat, & Psaltes dicit, Qui simul mecum suauiter epularis: vnâ fieri carnè (istuc enim est lecti consortem esse) multo magis in vnum cõtrahere conciliarêque potest. Verum nihil tale potuit ipsum cõstringere, quin tradiderit vxori ancillâ, ostendens nihil sua causa hac in re cõmissum esse: & quod sanè maius est, prægnantê etiâ dimisit. Quis non misertus fuisset eius, quæ ex se cõcepto puero iam prægnâs esset? Sed nihil flexus est hic iustus. Dilectionem enim quâ habebat ad vxorem, prætulit omnibus. Hinc imitemur & nos, nemo paupertatê exprobrat proximo, nemo pecunias amet, & erunt resoluta & facilia omnia. Neq; dicat vxor aduersus virû, ignaue, meticolose, pigritia segnitiq; ac multo somno plene, ecce hic vilis & abiectus, abiectorumq; natalium, toleratis periculis peregrinq; profectus multas diuitias adeptus est, & vxor eius auro conspicua, rhedâq; mulis albis vecta, circumfertur vbiq; greges habens domesticorum, eunuchorumq; copiam. Tu vero meticolosus factus frustra & inaniter viuis. Ne dicat ista, istisq; similia mulier. Corpus enim est, non vt imperet capiti, sed vt illi morê gerat & obediat. Quomodo ergo feret paupertatê? Vnde inueniet consolationem? Deligat & proponat sibi ipsi pauperiores. Reputet quod generosa, & ex generosis ortæ puellâ, nõ solû à viris nihil acceperint, sed & sua traderint, omniâq; insumpserint. Cogitet quæ ex eiusmodi diuitiis nascantur pericula, & quietâ illâ & ociosam vitâ amplectatur, nihil omnino tale dicet, si fuerit amâter erga virum suû affecta, sed eliget magis apud se domi habere illum nihil lucrantê, quàm decem milia auri talenta cum cura & sollicitudine, quæ mulieribus plerûque ex virorum peregrinationibus incutitur. Sed neque vir ista audiens, ad cõuicia & verbera, tanquam principatû habês, se vertat, sed magis eam veluti imperfectiorê admoneat, hortetur, & rationib' persuadeat, manus vero in eam nunquam iniiciat. Sint ista procul à libera mête. Neque cõuiciis eam, neq; probris, neq; vituperiis afficiat, sed velut minore prudentia præditam corrigat & componat. Vnde vero istuc erit? Si discat quæ veræ sint diuitia, si cœlestis philosophiâ cognouerit, nihil taliû criminabitur. Instruat eam paupertatê nihil habere mali. Instruat autê non solû verbis sed & factis. Doceat contênerere gloriâ, & nihil eiusmodi vxor vel dicet, vel concupiscet. Tanquam statuam quandâ fingendam & ornandam natûs, ita ab ipsa vesperâ, qua in thalamum nuptialem eam primum accipit, modestiam & mansuetudinem, & quo-

& quomodo viuere debeat, mox ab exordio doceat, ex ipsisq; vestibulis pecuniarû amorê deiiciat, atque ad philosophiâ imbuat, & adhortetur, ne sint illi monilia aurea siue ab auribus siue circa genas, siue circa collum pudentia, neq; circa thalamû apposita, neve vestes sint deauratæ ac sumptuosæ, sed sit quidem nitidus ornatus, ita tamê ne splendor vituperio obnoxius fiat. Verû relictis illis quæ ad scenicû magis apparatus pertinet, tu ipse multa venustate domû adorna, modestiam, imò plurimum bonæ fragrantia spirantem. Sequuntur enim hinc duo imò tria bona. Primum, nõ dolebit sponsa solutis thalamis, neq; si amittantur vtrique vel vestimenta, vel vasa siue aurea siue argentea. Alterû, non erit sollicitus spõsus de acquirentorû vel perditione, vel custodia. Tertium quoque præterea, quod bonorû est caput, demonstrabit etiâ ex istis animi sui sententiâ, quod nihilo horum adficiatur, quod & reliqua omnia pessundabit, & neque saltationes, neque inhonestos cantus aliquâdo fieri concedet. At noui quidê quod ridiculus forte quibusdâ videor, qui talia præscribâ. Verûtamen si morem mihi gesseritis, processu tẽporis rei vtilitate acquisita, fructum ac lucrum intelligetis: atque tũc iste risus eximetur, ridebiturq; quod nunc fieri solet, ac videbitis, ea quæ nunc sunt reuera puerorû insipientium esse, & virorû temulëtorum: quæ vero ego iam admoneo, esse modestia & philosophia cœlestisq; cõuersationis. Quid igitur necessarium dico? Amputari à nuptiis omnia turpia satanicâq; cantica, inhonestas odas, cõsursusq; immundorum adolecëntum, atque tum poterit sponsus ad istorû normam moderari spõsam. Statim em apud seipsam cogitabit. Papè qualis est hic vir? philosophus est: nihili reputat præsentem vitam. Ad generandos & educandos liberos custodiendâque domum me in ædes suas induxit. Verum iniucunda erunt ista sponsa, vnum aut alterû diem, deinceps vero nequaquam, sed magnâ etiam inde voluptatem capiet, liberans hoc pacto seipsam ab omni suspitione. Qui enim neque tibias, neq; saltantes, neq; præfractos cantus tolerat, idque nuptiarum tẽpore, difficillime sustinebit aliquid vnquam quod turpe sit, vel facere vel dicere. Posteaquâ vero omnia ista à nuptiis abstuleris, accepta sponsa, bene facies si nõ mox pudorê tollas, sed ad multû tẽporis producas. Nam etiâ si impudentior sit puella, aliquo tamen vsque virum reuerita, rebûsq; istis insueta, tacere nouerit. Tu itaque pudorê istum non statim illi eximas, quod lasciuvi viri faciût, sed magis longo tẽpore erigas ac proferas. Dabit em istud tibi magnos fructus. Interea quippe dum pudorem adhuc habet, nihil eorû quæ disponis culpabit, nihil repreheder. Omnia itaq; iuxta rationem temporis illius sancito, quo pudor menti ipsius quasi quoddam frænnum iniectus non permittit quicquâ cõqueri, vel quæ fiunt reprehendere. Si nanque confidentiam nacta fuerit, multa temeritate subuertet & cõfusa faciet omnia. Itaq; quâdo aliud tẽpus est adeo fingendâ vxori idoneum, quàm illud quo virû reueretur, & adhuc metuit, ac verecundatur? Tunc scilicet ipsi quasuis leges ponito, & obsequetur omnino siue sponte siue iniurê. Quomodo vero pudorem non solues? Quâdo videberis & ipse nõ minus verecundus quàm ipsa, paucâque colloquutus fueris, atque ea cû multa grauitate atq; cõpendio. Tũc illi de amicitia loquere: nam animus recipiet. In pulcherrimû ipsam habitum vi-

delicet pudorê, cõstitue. Si vultis, dicâ exẽpli gratia quæ debeant ad sponsam differi. Si enim Paulus nõ detrectauit dicere: Ne fraudetis vos inuicê, & pnubet 1. Cor. 7. a verba loquutus est, imò nõ pronubæ, sed animi spiritualis, multo minus nos detrectabim' de hac re dicere. Quid igitur ad eam loqui oportet? Cum multa gratia dicendum illi est: Nos te ô puella vitæ sociam accepimus, introduximûsq; eorum quæ preciosiora sunt & magis necessaria cõsortem, nimirum creatio- nis liberorû, & gubernandæ domus. Quid igitur te obsecramus? Imò vero prius quæ dilectionis sunt cû illa loquere. Nihil em ita confert ad hoc vt qui audit persuadeatur ad recipiendum quæ dicuntur, atque si cognoscat q̄ cû magna dilectione dicatur. Quo pacto ergo ostêdes dilectionem? Si dixeris, multas acquirere potui & opulëntiores & illustri genere, verum nolui, sed te tuamq; conuersationem, munditiê, mansuetudinem, & modestiam adamaui. Deinde statim ab istis viam de philosophia differendi parato, diuitias factõ quodam loquedi circuitu, culpato. Nam si simpliciter ac temere sermonem aduersum diuitias direxeris, molestus eris: si vero occasionê ceperis, omnia expedies. Videberis enim rē istâ apologia loco facere, non tanquâ austerus, ingratus, & circa minuta curiosus. Verû quando ex iis quæ ad eam pertinent occasionem sumpseris, ac senserit, dices (necessarium enim est resumere sermonem) licebat diuitiẽ sponsam ducere & opulentâ, sed talem non accepi. Quâobrem? Non temere, nec sine causa, sed tâquam bene instructus, diuitias non esse possessione ac substantiam, sed rem contẽptibilem, quam & latrones, & fornicariae mulieres, & sepulchrorû effosores sacrilegi habere possunt. Propterea relictis illis, ad animi tui virtutê accessi, quâ præfero cuius auro. Prudês em ac libera puella iuuenula, & cui pictas curæ est, vniuerso orbi cõparanda est. Propterea te & cõplexus sum, & diligo, & ipsi animæ meæ præpono. nihil est em præsens hæc vita. Opto etiâ ac precor, nihilq; nõ faciâ, vt ita præsentẽ mereamur viuere vitâ, vt & alibi in futuro seculo cû multa securitate simul esse ac cõuersari valeamus. Tẽpus em istud breue est ac fragile. Si vero diuina gratia dignata nos fuerit, vt deo placetibus vitâ istâ ita trãsigere liceat, perpetuo & apud Christû & vnâ cû maiore iucunditate simul erimus. Ego dilectionem tuam omnibus antepono. Et nihil ita difficile mihi aut graue fuerit, quod aliquâdo tibi præferâ. ] Et si oporteat omnia perdere, & pro pauperiorê fieri, extremâque pericula sustinere, aut quicquid tãdê sit pati, omnia mihi erunt tolerabilia ac leuia, dũmodo tecû mihi bene conueniat. Et liberi mei tum mihi iucûdi erunt, quâdo animo erga nos beneuolo affecta fueris. Opus est autê vt & tu ista facias. Deinde immiscebis & Apostolica verba, q̄ deus benevolentiam nobis ita velit cõciliari. Audi enim quid scriptura dicat: Huius gratia, inquit, relinquet homo patrê suum & cõglutinabitur ad vxorê suam. Nulla sit nobis prorsus pusillanimitatis occasio, valeant pecuniar, mancipiorûque multitudo, & honores externi. Istud mihi omnibus est præstantius. Quanto auro, quantis thesauris nõ erût verba ista vxori iucûdiora? Ne metuas, ne in arrogantia aliquando aduersus te rapiatur, si fuerit adamata, sed cõfessum ac certum facito, quod eam ames. Reliquæ quidê, quæ nunc huic nûc illi applicantur viro, extollerentur forte aduersum amato-

Gen. 18. b

Gen. 24. a

Gen. 16.

ibid. b

psa. 54.

ampl. cõstitur.

Quomodo spõsus debeat alloqui sponsam.

quàm si contingat tecû discipulare & alterari.

Gen. 2. d Hic sup. g

meretri- cer] inu-

res suos, si quando talia verba audirent: libera vero vxor & generosa puella nō insolescet vnquam ex his verbis, sed magis etiā flectetur. Ostēde illi, quanti facias apud eam cohabitare, quāque malis domi esse propter ipsam quā in foro. Omnibus etiā amicis eā & liberis quoque ex ipsa natis, præserto, qui tamē ipsi propter eā abs te diligantur. Si boni quicquā fecerit lauda & præsica, si vero absurdū aliquid & iuvenile quodammodo obtigerit, hortare & admone. Pecunias ac sumptuositatē sursum ac deorsum indefinēter incusa, & ostende ornatū illū qui est à munditie & ab honestate, & cōtinuō quæ vtilia sunt doce. Sint vobis preces cōmunes. Ad ecclesiam quisq; accedat, & eorū quæ ibi dicūtur & legūtur vel partem aliquam domi & vir ab vxore, & vxor à viro exigat. Si paupertas prefferit, adduc in medium sanctos viros, Paulum ac Petrū, qui omnibus & regibus etiā clariores ac celebriores quā fuerint, quomodo tamē in fame ac siti vixerunt? Instrue vxorē nihil esse eorū quæ in hac vita sunt metuendum, nisi vnum illud, ne deus offendatur. Si ita quis matrimonium contraxerit, istaq; obseruauerit, non multo minor erit illis qui solitariē viuunt, neq; inferior erit coniugatus nō cōiugatis. Si volueris & prandia facere & cōiuiua parare, nihil addit inhonestum, nihil indecorum ac incōpositum. Si pauperem quandam sanctum inuenieris, qui domum vestram benedicere queat, quiq; ad ingressum pedum suorum omnem possit dei benedictionē simul adferre, istum vocato. Dicam & aliud. Nemo vestrum opulentiorē vxorē ducere studeat, sed multo magis pauperiorē. Nō enim opulēta tantam voluptatis materiā ex pecuniis suis adferet, quātam tristitiam ex opprobriationibus, ex eo q̄ plura q̄ attulerit exiget, ex conuiciis, ex sūptuositate, ex onerosis & intolerabilibus verbis. Dicit enim forte: nōdum tuorū quicquā insumpsi. Adhuc vestibus meis induor, illis amicior quæ mihi parentes dederunt. Quid dicis o mulier? vestiris adhuc reb<sup>o</sup> tuis? Et quid hoc verbo poterit cōtingere miserū? Corp<sup>o</sup> propriū iā nō habes amplius, & pecunias habes proprias? Nō estis amplius post nuptias duæ carnes, sed facti estis in vnam, & habetis duas bonorum ac facultatū substantias, & nō vnā? O pecuniarū amorem. Vnus homo & vnū animans vterq; facti estis, & adhuc dicis, hæc mea sunt? Execrandū hoc verbum ac scelestum à diabolo inuectum est. Omnia nobis deus quæ istis quoq; necessaria magis sunt, cōmunia fecit, & ista nō sunt communia? Non potes dicere, lux mea est, meus est Sol, mea est aqua. Omnia maiora cōmunia nobis sunt, pecuniæ vero cōmunes non sunt: Pereant pecuniæ millies: imō non pecuniæ, sed mētes illæ quæ pecuniis vti nesciunt, sed omnibus illas anteponunt. Et ista cum aliis vxorē tuā doce, sed cum multa gratia. Quoniam enim ipsa virtutis adhortatio per seipsam multum habet tristitiæ, & maxime ad puellam facta teneram & iuenculam, quando de philosophia sermones habētur, multū gratiæ cōstruc, atq; istud meū & tuum potissimū ex animo ipsius extermina. Si dixerit, hæc mea sunt, responde, quæ sunt ista quæ tua dicis? Neq; em̄ noui: ego nihil proprij habeo. Quomodo ergo dicis, hæc mea sunt, quā omnia tua sint? Gratificaberis illi hoc verbo. Non vides quomodo istud & erga pueros nostros facimus? quando nobis aliquid eripiunt eorum quæ possidemus, atq; rursus & aliud accipere volūt, permittimus ac dicimus: etiā

A & hoc tuum est & illud. Istud & cum vxore faciam. Est nanque animus ipsius puerilior. Et si dixerit, hæc mea sunt, dic tu, omnia tua sunt, & ego quoque tuus sum. Non est adulantis hoc verbum, sed plurimum prudētis. Atq; ita poteris fastum ipsius deprimere, & animi tristitiā extinguere. Adulatio quippe est quādo quis parū virile quid mali gratia fecerit. Istud vero maxima philosophia est. dic igitur: Et ego tu<sup>o</sup> sum, o puella. Hoc me Paulus admonuit dicens, vir proprij corporis sui potestare nō habet, sed vxor. si corporis mei potestare ego nō habeo, sed tu, multo minus pecuniarū. Ista si loquit<sup>o</sup> fueris, recreabis ipsam, flammā extinguēs, diabolū pudore suffundes, famulam tibi ex vxore facies obsequentiore quā si emptitia esset, in summa deuincies illā tibi planē hisverbis. Itaq; quicquid loquaris, doce eam vt nunquā dicat, meum & tuum. Et nunquam simpliciter ipsam ac nude voca, sed cum blanditiis, cum honore, cū multa dilectione. Honora ipsam, & nullū ab aliis desiderabit honorem, nullam cōcupiscet ab aliis gloriam, si gloria fuerit abs te potita. Omnibus eam præpone, lauda etiā eam propter omnia, siue pulchritudinem, siue prudētiā, ita persuadabis illi te nulli externę mulieri intēdere, sed omnes alias cōtēnere. Doce timorem dei, & omnia tanquā ex fonte aliunde adfluent, eritq; domus tua innumeris bonis referta. Si quæsierimus incorruptibilia bona, adueniēt & corruptibilia. Nam primum, inquit, quærite regnum dei, & hæc omnia adiucientur vobis. Quales cōsequens est fore liberos talium dominorum, tales erunt & omnes qui prope illos fuerint. An non continget & ipsos innumeris bonis abūdare? Vt enim plerunq; sit, serui etiā mores suos ad ingenium dominorum componunt, desideriiq; illorum assimilantur, eadem amant, quæ & docentur, eadem loquuntur, in eisdem pariter cōuersantur. Si ad hunc modum nos ipsos composuerimus, scripturāque obseruauerimus, plurib<sup>o</sup> per illas instruemur, atque ita poterimus placere deo, præsentiēque vitam omnem cum virtute transcurrere, & bona diligentibus ipsum promissa consequi, quibus nos omnes, precor, dignos fieri contingat gratia & benignitate, &c.

Homilia XXI.

**H**ilij obedite parentibus vestris in domino: hoc enim iustum est. Honora patrem tuum & matrem, quod exord. 10. est præceptum primum in promissione, vt beneficit. Deut. 5.

D **H**ilij obedite parentibus vestris in domino: hoc enim iustum est. Honora patrem tuum & matrem, quod exord. 10. est præceptum primum in promissione, vt beneficit. Deut. 5. Quomodo ergo dicis, hæc mea sunt, quā omnia tua sint? Gratificaberis illi hoc verbo. Non vides quomodo istud & erga pueros nostros facimus? quando nobis aliquid eripiunt eorum quæ possidemus, atq; rursus & aliud accipere volūt, permittimus ac dicimus: etiā

positū propofuerit, dicemus ideo factum q̄ pueriliores adhuc essent, & quod sciret viro & vxore iuxta legem quam præscripserat dispositis, non multi laboris esse subiicere liberos. Bono nāque firmo & honesto initio ac fundamento collocato, recto deinceps itinere & ordine res ac multa facilitate procedit. Est em̄ difficilium fundamentū ponere, validamq; rebus subiicere basim. Filij, inquit, obedite parentibus vestris in domino, hoc est, secundū dominū. Deus, inquit, ita iussit. Quid ergo si absurda præscripserat pareres? Potissimū quidem pater nunquā absurda iubet, etiam si ipse sit absurdus. Verūtamen, vt sit, ita etiā hoc cauit, dicens, in domino, hoc est, in illis quibus deum non offendes, vt pote si Græcus infidelis fuerit aut hæreticus, non erit illi amplius obediendum. Nō enim illud iam in domino est. Quomodo vero dicit, quod est primum præceptum? Primum enim præceptum est, non mœchaberis, non occides. Non dixit illud ordine sed promissione primū esse. Illis quidem quæ de malis secessūq; à malis posita præcepta sunt nō est adiecta merces, illis vero quæ de bonis sunt, lucri etiā addita est pmissio. Et vide q̄ admirabile virtutis profectui basim posuerit, honorē scilicet ac reuerentiā erga parētes. Abducēs à malis operib<sup>o</sup>, ingressurūq; iam bona, primum præcipit honorem erga parētes, eo quod & ante omnia ipsi post deū causa viuendi sunt. Merito igitur primi bonis nostris potiri debent, deinde post illos & reliqui homines omnes. Nunquā enim erit erga externos mansuetus, quisquis isto caruerit. Adhortat<sup>o</sup> itaq; pueros quæ oportebat, transit ad patres ac dicit: Et patres ne prouocetis ad iram liberos vestros, sed educate eos in eruditione & correptione domini. Nō dicit, diligite ipsos. Ad hoc enim eos etiā inuitos ipsa natura impellit, vnde superfluū fuisset de talibus legē ponere. Sed quid dicit? Ne prouocetis ad irā liberos vestros. Hoc multi faciūt, liberos suos exhæredātes & abdicantes, atq; intolerabiliter premētes, nō tāquā liberos sed veluti mācipia. Propterea dicit: Ne prouocetis ad iram liberos vestros. Deinde quod omnium summā habet ostendit, nepe quomodo obedire debeant liberi, in caput ac principiū omnem causam reducens. Et quemadmodū ostendit muliebris obediētiæ causam virum esse factum, vnde & ad ipsum plura differit, admonēs, vt dilectionis vi vxorē complectatur: ita & hic quoq; in ipsum causam reducit dicēs, sed educate ipsos in eruditione & correptione domini. Vides quod & carnalia sequantur eos qui spirituales sunt? Vis filium tuum esse morigerum? Ab initio ipsum educa in eruditione & correptione domini. Ne putes superfluum esse, si diuinas scripturas audierit, nā illic hoc primū audiet: Honora patrem tuum ac matrem tuam. Itaque istud tui gratia fit. Ne dicas, solitariorū est audire scripturas. Num solitarium ipsum faciā? Non est necesse vt solitarius fiat. Quid metuis qd̄ multo lucro refertum est: fac ipsum Christianū. Mundanis potissimum necessariū est scire quæ ex scripturis docentur, maxime pueris: est enim plurimū insipiētię in illa ætate. Reditur autē illa stultitia puerorū auctior etiā externis rebus, quando cognouerint heroas illos quoq; quos admirātur, passionū esse seruos & ad mortē metuculosos: quale erat quod Achillem cum pro concubina sibi moriendū iam esset, facti iam pœnitebat: quale est & cū alius inebriatur, & reliqua multa talia cōmittūtur. Opus est igitur pharmacis istis: nā quomodo

A do nō absurdū est ad disciplinas quidem mittere liberos & ad præceptores, & ad huiusmodi institutionem omnia facere, in eruditione vero ac correptione domini ipsos nō educare? Propterea & nos primi fructus huius rei carpinus, temerarios, scelestos, ac immorigeros & illiberales educātes liberos nostros. Ne faciamus igitur istud, sed obediamus beato huic Apostolo bene admonēti. Educem<sup>o</sup> eos in eruditione & correptione dñi. Demus illis exēplum, faciētes eos à primæua ætate scripturarū lectioni vacare. Heu mihi, cōtinue ista dicēs nugari videor: verūtamen nō cessabo quod mei est officij facere. Quamobrem dic quæso, nō imitamini veteres? Maxime vos mulieres, celebres illas mulieres amulamini. Peperisti puerū? Imitare Annā. Disce quid fecerit illa. Mox illū subduxit atq; obtulit in tēplum. Quis vestrū nō innumeris modis mallet filiū suum Samuēlem fieri potius q̄ totius orbis regem? Et quomodo, inquis, possibile est eum talem fieri? Quamobrem non est possibile: Ideo scilicet quod non vis, neque tradis eum illis qui talē eum facere possent. Et quis talis est, inquis, qui hoc possit? Deus. Quandoquidē & illa filiū suum ipsi cōmēdauit ac tradidit. Neque enim Eli erat ex illis qui potuissent ipsum admodum fingere. Quomodo em̄ potuisset qui ne proprios quidem filios suos potuit? Sed fides ac promptitudo mulieris totum fecerunt. Primum pepererat hunc, & solū, nec sciebat an alios esset paritura. Neque dicebat, expectabo donec crescat puer, vt rebus mundanis antea vtatur, permittā, vt paululum puerili ætati immoretur: sed reiectis his omnibus mulier vnū dūtaxat intēdit, quomodo statim ab ipsis vitæ exordiis spiritualem imagunculam deo fingendā offerret. Pudorem nobis viris incuriam mulieris huius philosophia. Obtulit ipsum deo, illicque reliquit. Propterea & coniugiū illius factum est illustrius, quoniā primitias deo obrulit, & huius gratia alius eius facta est fœcunda, viditq; puerū hūc in mundo celebrē esse, atque alios etiam fratres illi acquisiuit. Si enim homines honore affectivissimū honorāt, nō multo magis hoc faceret deus, qui istud nō hōnoratus etiā facit? Quousq; caro sumus? Quousq; ad terrā inclinamur? Omnia nobis prouidentia puerorum, eruditioniq; & correptioni, quo in domino educentur, postponātur. Si didicerit filius tuus ab ipsis initiis philosophus esse, diuitias acquireret omnib<sup>o</sup> diuitiis maiores, gloriāque potentiorē. Tantum non lucraberis artem ipsum docens, & eruditionem externā, per quam pecunias acquirat, quantum si artem doceas per quam pecunias contemnat. Si voles ipsum facere diuitem, ita facias. Non enim diues est, qui multis pecuniis eget, & sumptuose vestitur, sed qui nulla re opus habet. Istuc instrue filium tuū, istuc doce. Hæ sunt maxime diuitię. Ne quæras quomodo celebrē eū in externis doctrinis, & gloriosum facias, sed cura quomodo doceas eum gloriā in hac vita cōtēnere. Hinc fiet illustrior & gloriosior. Ista factu sunt possibilia tam pauperi quā diuiti: ista neq; ex præceptore quisquā, neq; per artem discet, sed per diuinos sermones. Ne quæras quomodo vitā longā viuat, sed quomodo viuat perpetuam & sine carentem. Magna ipsi largire non modica. Audi Paulū dicentem: Educate ipsos in eruditione & correptione domini. Ne cures vt rhetorē ex ipso facias, sed ad philosophiā erudi. Nihil enim damni erit, etiam si nō sit rhetor. Sine philosophia vero nihil proderit innumera

Mundanis & pueris potissimum sacra scripturā sci-re necessarium est.

1. Reg. 1. 1bid. 2.



dicendi  
vi et sua-  
mitate.

mera etiā rhetorica. Modestia opus est, nō sermonibus: bonis & honestis moribus, non fastuta calliditate, operibus nō verbis. Ista regnū cōciliant: ista etiā vera bona largiūtur: non linguam acuas, sed mentem expurges. Ista non dico vt prohibeam erudire pueros, sed vt prohibeam ne istis solis intē datur. Ne putes solitario duntaxat eruditionibus istis quę ex scripturis sunt opus esse. Nam eis potissimum pueris necessarię sunt, qui mūdo isto vsuri sunt. Quemadmodum enim apparatu nauium, gubernatoręq; ac supplemento nautarum non ita opus habet qui semper in portu consistit, atque qui semper in mari versatur: ita habent & mundanus & solitarius. Ille quidem in portu tranquillo est, quietam & ociosam vitam atq; ab omni tempestate liberam viuens: iste vero perpetuus in marinis negotiis est, fluctuātq; in medio mari, cū multis & magnis procellis pugnam habēs. Et si ipse nō habuerit opus, instructū tamen esse oportet, vt aliorū linguas obruret. Itaq; quāto celebrior fuerit filius tuus in hac pręsenti vita, tanto magis opus habebit ista eruditione. Nā si in regalibus curiis educatus fuerit, aderūt multi & gręci infideles & philosophi, & pręsenti mūdāna gloria inflati, vt sit veluti in loco aquaticis fluctibus referto. Tale quid sunt regales aulę, inflati sunt omnes ac tumidi. Qui vero nō sunt, fieri tamen studēt. Cogita itaq; quantum fuerit bonum, filium tuū ad illos concedentē boni medici instar cum instrumētis penetrare valētibus vniuscuiusque tumorē deprimere, atque vnumquęque accedere, ac differere, ægrotūque corpus ex scripturis impositis pharmacis & effusis philosophię sermonibus sanare posse. Solitarius em̄ cui differet? Parietib; & tecto? An solitudini & saltibus, aut auib; & arboribus? Nō multū igitur ille tali doctrina opus habet. Veruntamen hoc opus perficiendū sibi sumit, non vt alios tantopere, sed vt seipsum erudiat. Multo itaque necessarius est talis doctrina potissimum illis qui in hac vita cōuersantur. Habet em̄ qui in hac mundana vita degit, maiorē delinquendi necessitatē, quā solitarius. Si vero scire voles, erit etiā aptior filius tuus in ipso mundo ad hunc modum instructus. Reuerentur enim ipsum omnes propter verba illa, quum viderint ipsum in igne nō cōburi, neque principatū aliquē concupiscere. Tunc scilicet hoc ipso principatum sibi parabit, quando illum non desiderabit, & ab ipso rege in maiore reuerentia & honore habebitur. Nequit enim talis latere. Nā inter multos sanos non æstimatur sanus: inter multos vero ægrotos si vnus fuerit sanus, mox fama illi; ad regias aures percurrit, multisque Gentibus ipsum præficit.


Moralis adhortatio.

Istis itaq; cognitis, educate liberos vestros in eruditione & correptione Dñi. Sed pauper est quisquā? Denique sit pauper, nihilo vilior est in regiis versante: etiam si non sit in regiis, celebris tamen erit & admirabilis, statimq; ad principatū veniet spontaneum, non plebiscito designatum. Si enim Gręci infideles, triobolares quidam viri & canes, philosophiā istam triobolarem ac vilem (talis enim est Gręcorum philosophia) imō non ipsam sed nomen ipsius amplexi, palliōq; amicti, ac comam nutrientes, multorū reuerentiam sibi cōciliant, quanto magis qui vere philosophus est? Si habitus mendax, si umbra philosophię apparens ita excellit, quid futurum est, si verā ac sinceram philosophiā dilexerimus? An non omnes co-

lēt, & domos, & vxores, & pueros talibus cū magna facultate & libertate cōmendabunt? Sed nō est iam, non est, inquā, talis quisquā philosophus. Propterea neq; exemplum aliquod inueniri potest. Sunt quidē tales inter solitarios, inter mundanos vero non amplius. Quōd autē inter solitarios sint, possunt multi adduci: veruntamen vnū ex pluribus proferā. Scitis sane & audistis, quidam vero vestrum viderūt etiam virum illū de quo dicturus nunc sum, Iulianum dico <sup>Iulianum</sup> admirabilē ac celebrē. Hic erat vir rudis & agrestis <sup>Saba</sup> humili sorte, & ex obscuris parentibus ortus, neque omnino externę eruditionis perit, sed sincera philosophia plenus. Isto in ciuitates introcūte, (raro autē hoc fiebat) ita cateruatim colligebatur populus, vt nihil tale factū sit vel rhetorib; vel sophistis, aut aliis quibuscunq; ingrediētibus. Quid dico? An non & nunc quidē nomen eius cunctis regibus illustrius ac venerandū magis habetur? Si vero ista in hoc mūdo fiunt, in eo scilicet mundo, in quo nobis nihil boni promisit dominus, in quo peregrinos nos esse dixit, cogitemus quāta bona nobis reposita sunt in cœlis. Si vbi aduenę erāt, tātū adepti sunt honoris, quanta potiētur ibi gloria, vbi ciues sunt? Si tātum reuerētia <sup>Eph. 2.4</sup> inuenerūt vbi tribulationē prædixit Christus, quāta erit illic requies vbi veros promittit honores? Verū vultis vt & mūdānos ostēdamus? Nūc quidē tales nō habemus: nam sunt quidē mūdāni māsuēti forte, sed in philosophiā verticē non ascendunt. Propterea ex veteribus & sanctis exempla vobis proferam. Quot eorum fuerunt qui quum vxores haberent, & pueros educarent, nihil minus iam didicis, nihil, inquam, minus habuerunt? Iam vero istud non est propter instā- <sup>1. Cor. 7.4</sup> tem necessitatem, quemadmodū beatus iste Paulus dicit: Quem igitur vultis dicā? An Noē vel Abrahā? Aut filium huius vel illius? aut Ioseph? vel vultis vt ad prophetas veniamus? Mosen dico, vel Esaiā. Verū si videtur, ad Abrahā trahamus sermonē, quem nobis potissimum proferunt omnes. An non vxorem habuit? nō habuit liberos? Nam illud ego ad vos dico, quod vos ad nos, vxorē habuit: sed non ideo factus est admirabilis quōd vxorē habuit. Pecunias habuit. Verū non propterea deo placuit q̄ pecunias habuit. Liberos genuit. At non ideo beatus est factus, quōd liberos genuit. Trecentos decem & octo vernaculos possedit, sed nō huius gratia celebris factus est. Sed vis discere vnde? Ex hospitalitate, à cōtemptu pecuniarū, ab honestate. Quid enim, dic quęso, philosophi est? Nūquid & pecunias & gloriā contemnere, inuidiam & omnē animi passionem vincere? Age adducam; ergo ipsum in mediū, aggrediamurque & ostēdamus vobis qualis fuerit philosophus. Primum, patriā suam paruipendit. Nam egredere, inquit, ex terra tua & cognatione tua: & mox egressus est: nō alligatus fuit domui, alioqui nō exiuisset. Non cōsuetudinis amicitia, nulli alteri cuiquā rei. Sed quid? Gloriam omnīū potissimum & pecunias ille contempsit. Nam fugatis etiam hostibus cum oblata essent spolia, accipere respuit. Quin & filius huius quoque non propter pecunias spectabilis factus est, sed propter hospitalitatē, nō propter liberos, sed propter obediētia, nō propter vxorē, sed propter sterilitatē in vxore. Nihil æstimarunt pręsentem vitam, pecunias nō collegerunt, despexerunt omnia. Nam dicas mihi quānā sunt plantarum optimā? An nō quę ex seipsis vires suas habent, & neque imbribus neque grādine, neque

neq; ventorum impetu, nec alia quapiam asperitate lædūtur, sed nudę persistant omnia contemnent, neque operculorū, neq; sepium munitioibus opus habēt. At talis est philosophus, talis Paulus ille. Nihil habet, & tamē omnia habet: omnia habet, & nihil habet. Paries enim non intrō, sed forinsecus est: & sepes nō naturalis munitio est, sed externa. Quōd autē corpus, dic quāso, validū est ac firmum? An quod sanum est, quod neq; fame, neque fatietate, nec frigore, nec estu cōsumitur: an quod coquis & textorib; & venatoribus ac medicis cōtra hęc omnia, vt sanū sit, opus habet? Ille diues est, qui vere philosoph; est, qui nullius horū eget. Propterea beat; iste dixit: Educate ipsos in eruditione & correptione. Nolite igitur externe illos obsepire: nam istud sunt diuitiā, istud gloria. Quādo enim ista ceciderint (cadēt autē) nudū stabit quod plantatum est, & læsioni obnoxium, non solum nullo adepto in pręsenti tempore lucro, sed accepto etiam nocumento. Nam septa illa, quę prohibent ne plantula per ventorum impetus & incurfus exerceatur, nunc illa eō parauerunt, vt simul planē decidat. Itaq; magis etiam nocēt diuitiā, pigros ad vitam inæqualem & asperiore facietes. Tales itaq; paremus liberos, vt possint omnibus obistere, & ad vĕtura insolentes non esse: sed educemus eos in eruditione & correptione domini, multa merces nobis reponetur. Si enim qui regū statuas faciūt, & imagines pingunt, tantum consequuntur honoris, nos qui regiā imaginē ornamus (est enim homo imago dei) nō innumeris potiemur bonis, quod ad similitudinē attinet illi restituētes: virtus enim animę est, in qua sita est similitudo illa, quādo scilicet erudierim; liberos nostros ad hoc, vt sint boni, vt sint placabiles, vt sint immemores offensarū: ista oīa propria sunt dei: quando fecerimus eos ad benefaciendū propēsos & humanos ac benignos, quando erudierimus, vt pręsentia nullius æstiment. Istud itaque opus nostrum sit, vt & nos ipsos & liberos nostros fingamus, atq; quomodo oportet cōponamus. Alioqui qua fiducia stabimus ante tribunal Christi? Si em̄ episcopatu indign; est pueros habens non subditos, multo magis regno cœlorum. Quid dicis? Ergo pœnas luem; si vxores habuerimus immorigeras, & liberos incōpositos? Planē: nisi diligēter quę nostri sunt officij præstiterimus: non enim ad salutem nobis satis est propria virtus. Nam si qui vnum illud talentū in terram defodit, non solum nihil lucratus, sed & punitus est, liquet q̄ ad salutē nō sufficiat propria virtus, sed opus sit & alterius. Multā itaq; curam impendamus vxoribus, multam & liberis, multam quoq; domesticis, & nobis quoque ipsis. Atq; dum & nos ipsos componimus & illos, oremus deum, vt in opere hoc nostro nos adiuuet. Si viderit nos istud curare, in hoc sollicitos esse, opē feret: si vero viderit nullam huius nos habere rationem, manū non porriget. Non enim auxiliū nobis suppeditabit dormiētibus, sed simul & ipsis operātibus. Auxiliator enim nō est ociosi auxiliator, sed simul operantis. Potens vero bonus ille deus est per seipsum opus hoc in finem deducere, vt digni reddamur omnes qui promissa bona consequamur gratia & benignitate, &c.

Homilia xxij.

 Erui obedite iis qui domini sunt iuxta carnē, cum timore ac tremore, in simplicitate cordis vestri tanquā domino, non ad oculū seruientes, velut hominibus placere studentes, sed tanquā serui Christi, facientes voluntatē dei ex a-

Tomus quartus.

nimo, cum benevolentia seruientes veluti domino & non hominibus, scientes quōd si boni quicquam fecerit homo, hoc reportaturus sit à domino, siue seruus fuerit siue liber. Itaq; non solū vir, nō solū vxor, neq; solū liberi, sed & domesticorū virtus ad constituendam regendamq; domum confert. propterea beatus Paulus neq; hanc partē neglexit. Attingit tamen eam postremo, quoniā & dignitate postrema est. Multa vero & ad ipsos differit, nō vt ad pueros, sed multo perfectius. Nullā enim promissionē ipsis in hac vita ponit, sed in futura. Sciētes, inquit, q̄ vnusquisq; à domino reportabit quod fecerit, siue bonū siue malū. & docet eos iam philosophari. Licet enim dignitate sint infra liberos, prudētia tamē maiores sunt. Serui, inquit, obedite iis qui domini sunt iuxta carnē. Confestim animum tristē restituit, confestim consolatus est. Ne doleas, inquit, q̄ & vxore & liberis minor es. Nomē duntaxat seruitutis habes, dominiū istud iuxta carnem est, temporale ac breue. Nam quicquid carnale est, fragile est ac marcidum. Cum timore, inquit, ac tremore. Vides q̄ eundem timorē exigit ab vxore & seruis? Nam illic quidem simpliciter dixit, vxor vero vt timeat virum: hic vero cum intentione, cū timore, inquit, ac tremore in simplicitate cordis vestri tanquam Christo. Crebro hoc dicit. Quid dicis o beate Paule? Frater est, imō frater & talis factus est, qui eisdē bonis positus, atq; in idem corpus initiatus est, frater factus est non domini tantum sui, sed & filij dei: omnia eadem possidet, & dicis, obedite iis qui domini sunt secundum carnem cum timore ac tremore? Propter hoc ipsum, inquit, hoc dico. Si enim liberos inuicem alium alij propter timorē dei subiici iubeo (quemadmodum supra dixit, subditi inuicē in timore dei) si etiam vxori impero vt virū timeat, quanquam ipsa pari quoq; honore sit, multo magis seruū hoc decet. Nō enim ignobilitatem res ista, sed primā habet nobilitatē, nempe cedere & modeste agere posse, proximōq; obedire. Et liberi etiam liberis cum multo timore ac tremore seruiuerunt. In simplicitate cordis, inquit. Bene dixit. Quandoquidē fieri potest vt cum timore quisquā ac tremore seruiat, verū non cum beneuolētia, sed quātum fieri potest celēt multi multa quę male erga heros suos faciūt, & istā igitur malefaciendi astutiā tollit dicens: In simplicitate cordis vestri tanquā domino, non ad oculū seruientes, velut hominibus placere studentes, sed tanquā serui Christi, facietes voluntatē dei ex animo, cū benevolentia seruientes veluti domino, & non hominibus. Vides quot verbis opus habuerit, vt bonū istuc illis inſereret, nepe vt cū benevolentia & ex animo seruirēt? Nam illud quidē, cum timore videlicet ac tremore, multos videmus dominis suis præstare. Et ad illud etiā dominorum cōminationes plurimū faciunt. Verū ostende, inquit, q̄ seruias tanquā seruus Christi, non hominis. Fac seruitutem tuā nō necessitatis esse sed virtutis. Quemadmodum male ab aliis affecto suadet, atq; ex illis quę sequuntur docet, vt quod patitur, virtutis suę ac voluntatis esse faciat. Quandoquidē enim qui maxillam allicuius percussit, non ex animo percussit ad hoc facinus venit, sed ex propria malitia, quid dicit? Obuertite ipsi, inquit, & alteram, vt ostendas q̄ & istam alampam non inuitus tuleris. Qui enim abundāter ad malum ferendum paratus est, is etiam quod suum non erat, suum esse facit, nempe, in maxillam t̄ cædi non t̄ casum solum ad ferendum paratum esse. Nam istud quidem fuisse.

I timoris

timoris forsan esse videtur, nempe cædi. Illud vero, videlicet ad vltiora ferenda paratū esse, multæ philosophiæ. Atq; ita ostēderis etiam, q̄ & istud propter philosophiā tuleris. itaq; nunc istud quoq; demōstra, q̄ & istam seruitutem sponte feras. Non est igitur seruus Christi, qui hominibus placere studet. Qui vero seruus Christi est, hominibus placere nō studet. Quis enim cū seruus dei sit, hominibus placere volent? Quis vero hominibus placere cupiens, seruus dei esse poterit? Ex animo, inquit, cum benevolentia seruitutes. Quoniam enim fieri potest vt & in simplicitate quis & sine malitia seruiat, nō tamen illud cū omni virtute faciat, sed tantum quod debet adimpleat, propterea hoc dicit: Prompte, inquit, nō ex necessitate, volūtariē nō ex malitia. Si ita seruiaris nō es seruus, si voluntarie, si cum benevolentia, si ex animo, si propter Christum. Nam istam seruitutē seruit Paulus etiā liber, ac clamat dicens: Non enim nos ipsos prædicamus, sed Christum Iesum dominū, nos vero ipsos seruos vestros propter Iesum. Vide quomodo seruitutis ignobilitatē abs te auferat. Quemadmodū enim qui pecuniis priuatus est, si & reliqua auferenti adiecerit, non priuatus sed ambitiosus & superbis, non male affectis sed malefaciētib; imputatur, ] & magis ista sua largitione auferentē in probū coniciit, q̄ ipse damno afficiatur pecuniis suis priuatus: ita & hic largitate magnanimior apparet, ostendēsq; rapinam se non sensit, raptorē suum pudefacit. Propter Christū seruiamus dominis. Scientes, inquit, q̄ si quicquā boni fecerit homo, reportaturus sit illud à domino, siue fuerit seruus siue liber. Quoniā enim possibile erat, multos dominorū infideles existentes nullo pudore affici, neq; domesticis obedientiæ mercedem dare, vide quomodo seruos cōsolatus sit, ne de retributione dubitent, sed securi admodū sint nō defore mercedem. Nam quemadmodū qui beneficio affecti, quādo nihil vicissim benefactoribus suis rependunt, deum ipsis debitorē constituunt: ita sanē & domini isti, si beneficiis abs te acceptis nihil mercedis regesserint, hoc ipso amplius etiā retribuerunt, deum tibi debitorem constituentes. Et domini, inquit, eadem facite erga illos. Eadem. Quæ? cum benevolentia seruite: Sed nō dixit, seruite. Quāquā cum dicit, eadē, istud euidēter ostēdit: seruit enim & dominus. Non vt hominibus, inquit, placere cupiētes, cum timore & tremore apud deū, metuentes ne ille vos aliquādo propter neglectos seruos reprehēdat. Remittentes minas. Non onerosi, inquit, neq; molesti. Scientes quod & vester & ipsorum dominus est in cælis. Papē, quantā rem clāculum innuit. Quomodo terruit? Hoc est autem quod dixit: Quamensura mensus fueris, eadē tibi remetientur & alij. Noli cōmittere vt audias aliquando, serue scelestē, omne illud debitū remisi tibi. Nec personæ respectus est apud illum. Ne putes, inquit, q̄ quæ in seruum committuntur, propterea remissurus sit q̄ in seruum sunt facta. Nam externæ quidē leges differentiam horum generum nouerūt, tanquā leges hominum. Lex vero communis domini nullā prorsus differentiam nouit, eo q̄ communiter benefaciat omnibus, & vniuersis iuxta facta sua retribuat. Si vero quisquam rogauerit, vnde sit seruitus, & vnde in vitā humanam irrepperit (nouit enim multos qui libēter talia & rogāt & disce- re vellent) ego illud vobis dicam: Auaritia, \* vulgaris negligentia, & infatigabilis seruitutem pepererunt. Alioqui Noë seruum non habuit, neq; Abel, neque

Seth, sed neque qui post illorum tempora vixerunt. Peccatum seruitutē peperit, & contumelia in parentes. Audiant liberi, dignos esse se qui seruiant, quādo ingrati fuerint erga parentes. Nobilitatem suam sibi ipsi ademit quisquis talis est. Qui enim patrem cōtumelia afficit, iam nō est amplius filius. Qui in verū patrem nostrum cōtumeliosus est, quomodo filius erit? Decidit à nobilitate sua, improbus aduersus naturam fuit. Deinde & bella & pugne captiuos prehenderūt. Sed Abrahā seruos habuit. Verum non vt seruis vsus est. Vide quomodo omnia ad caput applicat, & vxorem vt istam diligat, & liberos, vt educet eos in eruditione & correptione domini, & seruos, scientes, inquit, q̄ & vester & ipsorū dominus in cælis est. Ita, inquit, & ipsi, tanquam serui, ita & vos benigni eritis & misericordes. Quod superest fratres mei sitis fortes in domino, & in potentia roboris eius. Si vero vultis, primum quæ seruos concernunt audite. Audite interea de pueris: Docete eos, vt pij sint, & omnino sequentur omnia. Nunc quidē in theatrum si quis ascēderit, & in balneum abierit, omnes pueros secum trahit: in ecclesiā vero non ita, hic non cogit adesse pueros & audire. Quomodo seruus audiet quum tu herus aliis intētus sis? Seruū mercatus emisti? Præcipe illi quæ dei sunt, vt erga reliquos cōseruos mitis & quietus, multam habeat virtutis rationē. Ciuitas quædā est vniuscuiusq; domus: princeps est quisq; domus suæ. De diuitum ædibus manifestum quidē est, vbi & agri sunt & procuratores, & præfecti supra præfectos. Ego vero & pauperum domum ciuitatem esse dico. Nam & hic principatus sunt, vt pote dum vir dominatur vxoris, & vxor seruorum, & serui mulierum: rursus & viri & vxores liberorum. Non igitur tibi vir quasi rex quidā esse videtur, tot principes sibi subiectos habens, conuenirēq; vt ad gubernādum omnium sit peritissimus ac ciuillissimus? Sciens enim discriminatim illis vt, no uit etiam accōmodos principes eligere, eligit quoq; illustres, vt exēpli gratia: Rex alter in domo est vxor, licet sine diademate: qui nouit regem istum eligere, reliqua omnia bene disponet. Quod superest fratres mei, sitis fortes in domino, semper sermonē conclusurus hoc loquendi modo vtur. Non bene ab initio dicebam integra castra esse vniuscuiusq; domum? Nā ecce, dispositis omnibus principatibus, deinceps eos armat & ad bellum educit. Etenim si nemo principatum alterius rapuerit, sed sub quisq; loco persistit, omnia erunt optime disposita. Sitis, inquit, fortes in domino, per spem in ipsum, per auxilium eius. Quoniam multa præceperat quæ fieri oportebat, ne metuatis, inquit, proiicite spem in dominum, is omnia reddet facilia. Et in potentia, inquit, roboris eius. Et induite totam armaturam dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Non dixit, aduersus pugnas, neq; aduersus bella: neq; enim simpliciter nos, neq; aperte impugnat hostis, sed insidias. Quid est *μεθοδία*, *μεθοδία* id est fallere, & per compendium & abruptē adori, quod & arte fit, verbis & operibus, & certaminibus seducentium nos, vt exempli gratia: Nunquam aperta peccata proponit, idololatriam non dicit, sed idem aliter insidiosè stult, hoc est, persuasibilem ac verisimilem sermonem adornat, operculis vsus. Nouerat igitur istud Apostolus, atque in eo milites excitauit, vigilarēque fecit, quando persuasit ac docuit cum peritissimo nobis bellatore & hoste pugnam esse, qui non simpliciter neque aperte bellum

1. Cor. 4. b

† nō inter spoliatos, sed inter liberales numeratur, nec tēter eos qui incommo- dis sunt affecti, sed inter eos qui alios beneficiis affecterūt.

Matt. 7. a  
Ibid. 18.

\* Bonauia

bellum gerat, sed cum multis insidiis. Et primū quidem ab arte ac fraude eius arguit: deinde vero ab ipsius natura & multitudine discipulos excitat. Sophismata vero diaboli non ideo dixit & vigilare fecit, vt quos habebat sub se milites deiceret, sed vt excitaret & erigeret. Nā si de aduersariorū duntaxat potētia loquutus sermonē clauissimē, deiecerit eos vti que. Cum vero antē & post ostendit posse illū talem prehēdi & vinci, magis eos excitauit. Quanto enim clarius aduersariorum robur domesticis nostris à nobis annunciat, tanto illos diligentiores facit. Quoniam nō est nobis lucta aduersus sanguinē & carnē, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mūdi dominos, retores tenebrarū seculi huius, aduersus spirituales nequitas in cælestibus. Deinde & à præmiis que posita sunt certantibus, illos erigit. Quid ergo? Cū dixisset vehemētes esse hostes, subiūxit quomodo & magnis nos spoliēt. Quib? In cælestibus sita est pugna. Nō de pecuniis, non de gloria, sed propter mancipationē certatur. Propterea & irrecōciliabiles hic sunt inimicitia. Vehementior est contentio & pugna quādo pro magnis pugnatur: illud enim, in cælestibus, idē est atq; pro cælestibus. Non vt spiritus mali si vicerint, aliquid rerum cælestiū consequantur, sed vt nos illis spolient, ac si dixisset qua in re sita sit pugnādi cōditio. In, est loco, pro, & loco, propter. Vide quomodo nos hostis potentia excitet, vigilarēq; faciat, dū scimus magnorū bonorum esse periculū, magnāq; nos cōsequuturos si quidem vicerimus. Nā è cælis nos eiicere studet. Principatus quosdā dicit, & potestates, & mundi dominos tenebrarū seculi huius. Quarum tenebrarum? An noctis? Nequaquā, sed malitię. Eramus enim, inquit, aliquando tenebræ, malitiā intelligens quæ in præsentī vita est. Non enim vltra præsentem vitam locum habet malitia, non in cælo, non in futuro post istud seculo. Mundi vero dominos eos vocat, non q̄ mundū gubernent, sed solet scriptura malos actus hunc mundum vocare, vt quando Christus dicit: Vos non estis ex hoc mundo, quemadmodū ego non sum ex mundo. Num igitur ex mundo non erant? Nō carne amicti erant? Non ex illis erant qui in hoc mūdo sunt? Et iterum: Mundus me odit, vos autem odisse nō potest, iterum malos actus mundum vocans. Ita mūdum hic malos homines Apostolus dicit, Dæmones vero horum magis dominātur. Contra spirituales nequitas, inquit, in cælestibus. Principatus & potestates dicit, quæ admodū & in cælestib; sunt throni, dominationes, principatus, & potestates. Quapropter assumite vniuersam armaturā dei, vt possitis resistere in die malo, & omnib; cōfectis stare. Diē malū præsentē vitā dicit, & seculum malū præsens hoc vocat, à malis illis quæ in eo sunt: Hoc est, semper armati estote. Et omnibus, inquit, cōfectis: Hoc est, & passionib; & desiderijs absurdis, & omnibus quæ nos interturbāt. Non simpliciter conficienda dixit, sed ita plane cōficienda, vt non solum tollātur, sed vt & sublatis omnibus ipsi firmi persistāt. Nam multi istam adepti victoriā denuo ceciderunt. Omnibus inquit confectis, non isto quidē confectō, illo vero nequaquā. Oportet enim & post victoriam persistere: eiecta aliquando sunt mala, verum nisi stemus iterū reuiuiscēt. Si vero quæ ceciderunt resuscitantur, donec steterimus deciderunt, quousq; circūuenti non fuerimus, malus ille nō exurget. Induatius vniuersam armaturā dei. Vides quomodo timorem exemerit, si eim possibile est omnia conficere & per-

Supr. s. b

Ioh. 8.

Ibid. 15.

fistere, quod de inimicorū potentia differit, non metum inducit ac timorē, sed socordiā excutit. Vt possitis, inquit, resistere in die malo. Et à tēpore eos consolatur. Breue, inquit, tempus est, itaq; stare oportet. Ne fatigemini post cædem. Moralit exhortatio. Itaq; si bellum est, si tales sunt instructæ acies, si incorporales principatus, si mūdi domini, si spirituales nequitiæ aduersum nos sunt, quomodo, dic quæso, deliciaris? quomodo adeo dissolutus ac discinctus es? Quomodo inermes vincere poterim? Ista quisq; sibi ipsi singulis diebus dicat, quādo per fastū occupatur, quando per concupiscentiā, quando mollē vitā incōsulto ac frustra quærit. Audiat beatū Paulū dicentē: Nō est nobis lucta aduersus sanguinē & carnem, sed aduersus principatus, aduersus potestates. Grauius ac difficilius hoc bellū est q̄ vllum sensibile, vehemētiore hæc pugna est. Cogita quātum temporis iam duret. Nunc ergo, inquit, pugnandū mihi est? Ista quidā socordiū loquuntur. Debebas gratias agere, o homo, q̄ tibi facultas huius belli victoriæ que, si voles, data est, nunc vero per cōtrariū indignaris etiā, pigri ac somnolenti cuiusdā militis verba loquēs. \* Causas intelligis, si voles. Circūspice ac muni te ipsum. Nō aduersus diabolum duntaxat nobis pugna est, sed & aduersus potētias illius. Quomodo ergo luctabimur aduersus tenebras? Si lux facti fuerimus. Quomodo aduersus spirituales nequitas? Si boni fuerimus. Bono nanque cōtraria est malitia. Et tenebras abigit lux. Si vero & nos tenebrę fuerimus, capiemur omnino. Quomodo igitur istas superabimus? Si quod illæ ex natura sunt, istud nos ex volūtate fuerimus, extra carnē & sanguinē, ita ipsas interimemus. Nā quoniā verisimile erat à multis illos agitari, ne putetis, inquit, q̄ homines isti vos impugnet, sed dæmones in ipsis agētes vos impugnant. Aduersum illos nobis pugna est. Per ista vero duo agit: † vnum q̄ austeriores eos facit, alterum q̄ animum illis aduersum impugnatōres suos homines remissum indit. Et cuius gratia pugna nobis aduersus dæmones nata est? Quoniā adiutorē habemus inexpugnabilē, nempe spiritus sancti gratiā, artem talem edocti sumus, vt nequeamus aduersus homines lucta-pugnātes, sed aduersus dæmones. Si vero voluerimus, nō luctabimur etiā. Nam lucta nobis est eo, q̄ ita volumus. Alioqui tanta est potentia illius qui nos inhabitat, vt dicat: Ecce dedi vobis potestatem calcare supra serpētes & scorpiones, & omnē potentiā inimici. Omnem nobis potestare dedit, siue luctandi siue non luctādi. Quoniā vero nos segnes ac imbelles sumus, luctamur cum illis. Alioqui q̄ Paulus non sit luctatus, audi quid ipse dicat: Quis nos separabit à dilectione Christi? Tribulatio? An angustia? An sequentio? An nuditas? An periculū? An gladius? Et rursus audi quid dicat. Deus conteret satanā sub pedibus vestris celeriter. Habebat enim ipsum subiectum. Propterea & dixit: Præcipio tibi in nomine domini Iesu, vt ex eas ab ipsa. Istud vero non est luctantis. Nam qui luctatur, nondum vicit: Qui vero vicit, non luctatur amplius. Subiecit ipsum & captiuauit. Et Petrus quoq; nō est cum diabolo luctatus, sed quod melius erat, quā si cum illo luctatus fuisset in fidelibus, in obediētibus, in catechumenis † iam diu circumeuntis] satanā domi- minatus est. Propterea & beatus Paulus dixit: Nō em cogitationes eius ignoramus. Vnde & potissimū ipsum vicit. Et rursus audi quid dicat. Nō est mirum, si

\* dæmōnes, anas, occāsiones, captiōnes, prehensōnes.

† Contra dæmones, austeri- mus, cōtrā vero homi- nes nos im- mansueti.

Luc. 10.

Rom. 8. g.

Ibid. 16. a.

Act. 16. d.

† ab ipso danti.

2. Co. 12. e



& ministri illius personam sibi sumunt, quasi ministri sint iustitiae. Ita sciebat omnem pugnam, nec quicquam ipsum latebat. Et mysterium iniquitatis, inquit, iam operatur. Sed pugna illi aduersum nos est. Alioqui rursus quid dicat audi. Certus sum, inquit, quod neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque virtutes, neque praesentia, neque futura, neque creatura alia poterit nos separare a dilectione dei. Non dixit, a Christo. Nam multi sunt qui quasi cum Christo vniti videntur, ipsum tamen non diligentes. Non solum, inquit, mihi non persuadebis ut Christum abnegem, sed neque ut minus aequo quanto ipsum diligam. Si vero supernae virtutes hoc non potuerunt, quis alius ipsum immutasset? Ista vero non ideo dixit, quod illa quae numerauit, hoc facere conaretur, sed ut animi sui propositum declararet. Unde & dixit: Certus sum. Igitur non luctabatur. Verum tamen veritas fatanae metuebat. Etenim audi dicentem, Metuo ne qua fiat, ut quemadmodum serpens Euam veritas sua decepit, ita corrumpantur sensus vestri a simplicitate quae est erga Christum. Et de seipso hoc verbo vsus est, dicens: Nam metuo, inquit, ne cum aliis praedicauerim, ipse reprobus efficiar. Quomodo ergo certus es, quod nemo te sit a dilectione Christi separaturus? Vides quod animi humilis ac modesti sint haec verba: Coelum enim ille iam inhabitabat. Propterea & dixit: Nihil enim mihi conscius sum. Et iterum: Cursum consummaui. Itaque quod ad ista attinebat nihil Paulum impediuit diabolus, sed quod attinebat ad discipulos. Quamobrem? Quoniam illorum ipse non solus erat dominus, sed & eorum simul dominabatur voluntas. Illi scilicet erat, ubi satanas vincebat: immo vero neque illic ipsum vincebat, sed magis fociordiam non aduertentium. Si enim quae sua sunt, non praestitisset, siue segniciei, siue alterius cuiusquam eiusmodi rei gratia, certe ipsum vicisset. Si vero ipse quidem cuncta fecit, illi autem non obediebant, non ipsum vicit, sed illorum inobedientiam. Et morbus quidem medicum non superat, sed aegrotantis incoposita & inordinata vita. Quando vero medicus quidem omnia adornat, aegrotus autem vicissim omnia corrumpit, non ipse, sed illi superatur. Itaque nequaquam Paulum deuicit. Veruntamen apud nos etiam luctari posse iucundum est. Romanus quidem non hoc optat, sed quid? Conteret, inquit, fatana sub pedibus vestris celeriter. Et istis ita exoptat. Ei vero qui potest cumulate facere ultra omnia quae petimus, aut cogitamus. Qui luctatur adhuc detinetur. Veruntamen etiam non cadere iucundum est. Tunc i. sufficiens, scilicet illustris erit victoria, quando hinc excesserimus, ut exempli gratia. Sit concupiscentia quaedam mala, admirabile quidem fuerit illam neque admittere etiam, sed extinguere. Si vero istud possibile non fuerit, vel luctando semper illam cohibeamus. Quod si luctando euaserimus, vicimus. Non enim hic habet quaedam apud athletas. Nam illic quidem, nisi deieceris aduersarium, non viceris. Hic vero viceris, si deiectus non fueris: rite deieceris aduersarium si deiectus non fueris. Illic ambo certantes vincere studet: & si alter deiectus fuerit, alter coronatur. Hic vero non ita. Sed diabolus huc laborat, vt nos inferiores reddat, & vincat. Quando igitur illi hoc quod studet, abstulero, vici. Non enim vrget vt simpliciter nos deiciat, sed vt secum pariter deiciat. Ergo iam victus est, ipse enim iam proiectus & in perditione est. Victoria vero eius non in eo est, vt coronam adipiscatur, sed vt nos perdat. Itaque vici, etiam si illum non deiecero, duntaxat deiectus

2. Thes. 2. b.  
Rom. 8. g  
† per sup. positione  
2. Co. 11. 4  
1. Cor. 9. 4  
Ibid. 4. 4  
2. Tim. 4. b.

† satis fuerit.  
Rom. 10. 6  
Sup. cap. 3  
\* ἀγαπῶν  
i. sufficiens  
ferendum  
boni consuetudinis, bene nobiscum  
agere praevidendum, si  
ple fuerit.

non fuero. Quae est ergo illustris victoria? Ex abundanti ipsum etiam conculcare, quomodo Paulus fecit, nihil arbitratus res esse praesentes. Hunc imitemur & nos, studeamusque superiores esse, & nullo pacto illi vincendi ansam dare. Ansam vero illi dat diuitia, pecunia, & vanae gloriae studium. Ipsum etiam saepenumero incitarunt, saepe irritarunt quoque. Sed quis vsus lucte, quis vsus congressus? Qui congregatur cum hoste, obscurum finem habet & incertum, ne & ipse vincatur, & capiatur. Qui vero illum conculcat, manifestam habet victoriam. Conculcabitur diaboli potentiam, si peccata conculcauerimus. Omnia dico temporalia, iram, concupiscentiam, superbiam, omnes animi passiones, ne hinc ad futuram vitam profecti, potestatem quam nobis deus contulit, prodidisse inueniamur. Ita quippe & futura nobis comparabimus. Si vero in isto mali fuerimus, quis nobis maiora commedabit? Si enim repressum, ignominiosum, contemptum, pedibus nostris subiectum, conculcare nequiverimus, quomodo paterna bona nobis dabit pater? Si ita subiectum non vicerimus, quam habebimus fiduciam paternam ingrediendi domum? Nam dic quae so. Si filium haberes, qui relictis honestioribus seruis, miseretur illis qui te contristassent, quique extra paternas aedes excidissent, qui taxillis vacassent, idque constaret ad finem usque faceret: an non exhaerendum esset? Apertum est quod esset. Ita & nos, si relictis qui deo perplacuerit, adiunctisque nobis angelis, conuersari fuerimus cum diabolo, omnino exhaeredes erimus. Sed abist. Quin bellum aduersum ipsum suscipiamus. Si quis inimicum habet, si quis iniuria lesus est ab inimico, si quis ira percitus est, omnem furor illum, omnem sequitiam collectam in caput diaboli effundat & euacuet. Hic furor bonus est, hic ira utilis, hic iniuriam memoria laudem habet. Quemadmodum enim in externis iniuriam memorem esse malum est, ita hic bonum est. Itaque si vitia habes, hic illa exerce (si deponere nequis) potius quam in eos qui membra tua sunt. Percussit te quisquam, iniuriam memoriam aduersus diabolum serues, inimicitiamque aduersus ipsum nunquam soluas. Sed non es percussus? Etiam sic iniuriam memor esto, quod videlicet dominum tuum contumelia affecit, quod illi aduersatus est, quod fratres vastat & impugnat. Huic semper inimicus esto, semper acerbus, semper immittis. Ita abiectus erit ille, ita contemptibilis, ita facilis captus. Si nos saeuierimus aduersum eum, ipse non erit nobis saeuus. Si nos mansueti fuerimus, tunc ipse saeuus erit. Non ita est in fratribus nostris. Inimicus est & hostis & vitae & salutis tam nostrae quam suae. Si se ipsum non diligit, quomodo nos diligere poterit? Instruamus itaque aciem, prosternamusque ipsum, magnum habentes auxiliatorem dominum nostrum Iesum Christum, qui potest & nos laqueis ipsius incomprehensibiles facere, & futuris bonis dignos reddere, quae contingat, oro, nos omnes consequi gratia & benignitate, &c.

Homilia xxij.  
**S**tate igitur lumbis vestris baltheo circumcincti in veritate. Posteaquam exercitum istum construxerit, alacritatemque ipsorum excitauerat, (nam utroque opus erat, videlicet vt essent ordine coadunati, & vt alternis animus istum utique excitarent) & posteaquam adhortatus esset eos (nam & istud necessarium erat) deinceps eos etiam armat. Nihil profuissent arma, nisi ipsi primum fuissent ordinati & instructi, nisi quae fuisset animus mentem militis excitans. Oportet

Oportet enim ipsum primum intus armari, deinde forinsecus. Si vero apud externos milites ita habet, multo magis apud istos spirituales: immo vero apud istos non licet forinsecus armari, sed omnia sunt interna. Animum excitauit & accendit, confidentiam addidit, in ordine eos constituit, vide quomodo & armis eos induat. State igitur, inquit, primum est quod ad ordinem militarem pertinet, bene stare posse. Et hinc multa sanè pendet. Propterea & multis quomodo persistendum sit, differit & alibi, dicens: State, vigilate. Et iterum: Ita state in domino. Et rursus: Qui stare videretur, prospiciat sibi ne cadat. Item: Vt possitis omnibus confectis stare. Non igitur simpliciter quauis stationem dicit, sed bene ordinatam. Et quotquot bellorum periti sunt, nouerunt quantum sit si quis stare sciat. Si enim pugiles & qui luctantur, huius vt persistent scilicet, praeter alios admonentur, multo magis istud in bellicis & militaribus rebus opus fuerit. Qui rectus & arduus stat, non stat dissolutus, non cuiquam rei incubens. Vehemens & exacta reseruitudo in statione apparet. Itaque qui vere recti sunt, illi stant: qui vero non stant, utique recti non sunt, sed dissoluti & effusi. Qui deliciatur, qui lasciuus est, qui pecuniis studet, non stat, sed inclinatur. Qui stare nouit, ex ipsa statione tanquam ex fundamento quodam quaecumque ad luctum attinet, facilia habebit. State igitur circumcinctis baltheo lumbis vestris in veritate. Non de sensibili baltheo dicit. Nam omnia hoc loco intelligibiliter ac spiritualiter dicit. Et vide quomodo ordine progrediarur. Primum baltheo cingit militem. Quid hoc est? Eum qui perfluit, quique concupiscentiis resolutus est, & sensus habet humi piectos, per baltheum restringens, non permittit vt vestibus tibias concupiscentibus impediatur, sed solutis pedibus illum ad cursum liberum reddit. State igitur lumbis vestris baltheo circumcinctis. Lumbos vero hic dicit, quaedam in nauibus carina. Nam ita in nobis totius corporis subiectum sunt lumbi: quaedam fundamētum est, super quod omnis structura aedificatur, quaedam modum medicinae studiosi dicunt. Initiu itaque ad fontem nostrum constringit, dum lumbos cingit. Non autem istos lumbos intelligit, sed spiritualiter & intelligibiliter differit. Et quaedam lumbi superiorum & inferiorum corporis partium fundamentum sunt, ita habet & in spiritalibus & intelligibilibus lumbis. Hinc est quod laborantes plerumque manus suas illuc tanquam in fundamentum quoddam immittentes, hoc pacto seipos confortant. Et baltheus huius gratia in bellis habetur, vt fundamentum corporis nostri tueatur, & contineat. Propterea curretes etiam baltheo cingimur. Is robur corporis nostri tuetur ac munit. Hoc igitur, inquit, etiam in animo fiat, & robusti erimus ad omnia quicquid fecerimus. Millies enim potissimum res ista sanè decet, inquit. Sed lumbos istos corporales zona coriacea cingimus, qua vero nos spirituales cingemus? Ea scilicet quae summa & caput cogitationum nostrarum esse debet. Lumbis, inquit, nostris baltheo circumcinctis in veritate. Nullum diligamus mendacium, res omnes per veritatem metiamur, non inuicem alius contra alium mentiamur. Et si gloria quaerenda sit, quaeramus veram: si vita, quaeramus veram. Si hoc pacto nos ipsos comunerimus, si in veritate vixerimus, nemo nos vincet. Qui veritatis doctrinam quaerit, ad terram non prosternetur. Quod enim quae vera non sunt, ex terra sint, ex eo liquet, quod omnes qui extra veritatem sunt, passionibus animi seruiunt, proprias cogitationes suas sequentes. Propterea si sobrie vigilauerimus;

1. Cor. 16.  
Philip. 4.  
1. Cor. 10.  
† defari-gati.

non opus habebimus vt contra Graecorum infidelium sermones doctrina instruemur. Quoniam molles illi sunt ac laxi, nihil quod feruere sit, nihil quod humanam rationem excedat, de deo concipere valentes. Non enim sunt in veritate cincti. Propterea soluti sunt ipsorum lumbi, receptaculum scilicet genitalium feminum, & cogitationum rationalium robur: Nihil igitur illis imbecillius. Manichaeos vero vides, quomodo & illi omnia ex propriis cogitationibus suis loqui audeant? Non potuit, inquit, mundum deus absque materia facere. Vnde hoc liquet? Ex humo & terra ista dicunt, & ex humanis rationibus. Quoniam homo, inquit, aliter quicquam facere non potest. Rursus Marcion quid dicat, vide. Non potuit deus accepta carne, manere purus. Vnde istud liquet? Quoniam neque homines, inquit, tranquillum homines, istud possunt. Valentinus quoque ex humo tractos sensus habens, de terra loquitur, vt & Paulus Samosatenus. Arius vero quid dicit? Non potuit deus gignens sine passione gignere. Vnde hoc audes dicere o Arius? Ex nostris, id est, humanis rationibus. Vides omnium ex humo tractas cogitationes depressas, terram spirantes? Et ita quidem habet quod attinet ad dogmata. Quod vero ad vitam attinet, fornicatores, pecuniarum, gloriae, reliquorum omnium amatores humi trahuntur. Non habet quod consistant, vt fatigati concuiescant, sed si laborauerint, non manum firmant & persistunt, sed discedunt. Qui vero cinctus est veritate, primum nunquam fatigabitur: deinde etiam si fatigatus fuerit, in eandem ipsam reclinabitur & concuiescet veritatem. Quid enim ipsum, dic quae so, fatigabit? Paupertas? Nequaquam. Requiescet enim in veris diuitiis, & per paupertatem istam cognoscet quae vera sit paupertas. Sed seruitus ipsum fatigabit? Nequaquam. Nouit enim quae vera seruitus sit. At aegritudo: Quin neque illa: Sint lumbi vestri, inquit Christus, praecincti, lucernae ardentes, lux inextinguibilis. Istud & ex Aegypto egredientibus praecipiebatur. Nam quamobrem pascha praecincti comedebant? vis discere causam hanc omnem? Vis iuxta historiam aut anagogen dicam? Quin iuxta vtranque dicam, vos vero animaduertite, ac mente conseruate. Non enim verba nostra ad hoc funduntur, vt simpliciter sermonem dicam, sed vt opus ipsum in vobis praestetur. Erant, inquit, praecincti, & baculi eorum in manibus, ac calceamenta in pedibus, atque ita comedebant pascha. Horrenda ac tremenda mysteria, multamque profunditatem habentia. Si vero in typis ita sunt tremenda, multo magis in ipsa veritate. Egrediuntur ex Aegypto, pascha comedunt. Attende: Pascha nostrum, inquit, immolatus est Christus. Quamobrem praecincti sunt? Habitus iste est iter facientium. Etenim habere calceamenta, & virgas in manibus, & stado comedere, nihil aliud nisi istud innuit. Vultis primum audire historiam, aut anagogen? Melius fuerit primum audire historiam. Qui dicitur vult historia? Beneficiorum dei facile obliuisceretur Iudaei. Non igitur beneficia sua deus temporum duntaxat alligauit, sed & vscetium habitum. Nam ideo nunc praecincti & calceati vscuntur, vt rogati dicant, quoniam ad iter faciendum eram parati, & quoniam ex Aegypto iam in terram promissionis egredi parati eram. Hoc quidem vult typus. Veritas vero ipsa est, quod & nos pascha comedimus, Christum. Pascha enim nostrum, inquit, Christus est. Quid igitur? Et nos calceati, & nos praecincti comedere debemus. Quamobrem? Vt & nos ad egressum & ad peregrinandum ex hoc seculo parati simus.

† Argui homines possunt.

† dilabuntur.

Luc. 12. 2

Exo. 12. 6

1. Cor. 5.

Moralis exhortatio.

Nemo eorū qui hoc paschate vescuntur, ad Aegyptū respiciat, sed ad cœlum, ad cœlestē Hierusalem. Propterea præcinctus, propterea calceatus comedis, vt discas quāprimū hoc paschate vesci cœperis peregrinandū tibi, itēq; faciendū esse. Duo vero innuit. Et q̄ egredi oporteat ex Aegypto, & q̄ in Aegypto manentes deinceps non alio loco futuri sint q̄ ipsi a-  
*Philip. 3.* lieni. Nostra enim, inquit, conuersatio in cœlis est. Et q̄ per omnē vitā semper parati esse debemus, vt vocati non cōtemur morā nectentes, sed dicamus: Paratum cor nostrū. Paulus sanē istud dicere potuit, qui nihil sibi ipsi conscius erat: ego vero qui multo tēpore ad respiciendā opus habeo, hoc dicere nō possum. Quod autē præcingi animæ sit vigilantis, audi deum iusto illi dicentē: Sed accinge instar viri lūbos tuos. Interrogabo autem te, tu vero responde mihi. Et rursus ad prophetas omnes hoc dicit deus, accingere. Et ad Mosē etiam. Atq; ipse quoq; accinctus apparet in Ezechiele: imō vero & angeli nobis præcincti apparent, tanquā milites essent. Militibus enim ex eo q̄ accincti sunt, generose standi virtus est. Ita à stando est præcingi. Nam & nos egressuri sumus, & inter ambulandū multas laturi molestias. Mox atq; puericiā istā superauimus, imminet diabolus nihil non faciēs ac tentans, quo ex Aegypto seruos, per mare rubrū traductos, à dæmonibus & simul innumeris plagis liberatos, prehensos perdat. At si sobrie vigilauerimus, habemus & nos columnam ignis, si voluerimus, gratiam scilicet spiritus sancti. Illa & illuminat & obumbrat. Habemus māna: imō vero non māna habemus, sed quod multo plus est q̄ manna. Potū habemus spiritualem, non aquam de petra exeuntem. Habemus quoq; castra, nunc etiam eremum inhabitantes. Reuera nūc quoq; terra, magis etiam q̄ illa olim, virtutis solitudo facta est. Quamobrē solitudo horribilis erat? Propterea q̄ scorpiones in se habuit, & viperas. Per quam, inquit, nō pertransiuit homo. Verum non est, non est, inquam, ita infrugiferū desertum illud, vt est humana natura. Iam quod scorpiones, quot vipers, quot serpentes, quot viperarum scetus, † per quos nunc transiuimus, ] in ista sunt solitudine? Sed ne timeamus. Exitus enim huius ducem agit nō Moyses, sed Iesus. Quomodo igitur? Ne iisdem afficiamus, ne eadem faciamus, vt & eadem non patiamur. Illi murmurabant, illi ingrati erant. Non igitur eadē accidāt & nobis. Quomodo ceciderunt illi omnes? Annihilauerunt terram desiderabilē. Quo pacto annihilauerunt? Atqui admirabantur illā. Verum eo annihilauerunt illam, q̄ pigrescebant, nullūmq; pro illa laborem suscipere volebant. Ne vilipendamus itaq; nos cœlū. Cœli contēptus hic est. Delatus est & ad nos è cœlo fructus, non in amphoris deportatus botrus, sed arrhabō spiritus, cōuersatio in cœlis, quā Paulus docuit, & reliqui celebres agricolæ. Nō Chaleb Iephone, nō Iesus Naue fructus istos attulit, sed Iesus patris miserariorum veri dei filius, omnē virtutē attulit, omnes è cœlo fructus, hymnūsq; nobis cœlestes detulit. Eadem enim nobis vt dicamus, mandauit, quæ Cherubim in cœlis dicunt, nempe Sanctus, sanctus, sanctus. Attulit nobis angelorū virtutem. Non nubunt, neq; nuptum dantur angeli. Istud bonum & in hac terra plantauit. Neq; pecunias illi, neque aliud quicquam amānt. Et istud nobis largitus est. Non amplius inter nos mors est, sed somnus. Audi enim quid ipse dicat: Lazarus

*Philip. 3.*  
*psal. 56.*  
*Job. 38.*

† quos nūc  
 recensui-  
 m] vide-  
 tur supra  
 nomina-  
 tes hereti-  
 cos intelli-  
 gere, Mar-  
 cione, Valen-  
 tinum,  
 Paulum  
 samosata-  
 senū. Et  
 vium.

A amicus noster obdormiuit. Agnosce fructus super-  
 næ Hierusalē. Et quod admirabilius est, non cōfecto  
 iam bello, sed ante promissionē omnia ista nobis do-  
 no dedit. Nam illi quidē etiam quū in terrā promif-  
 sionis venissent, laborabant: immo vero non labora-  
 bant. Si enim deo obedire voluissent, omnes vtq; vr-  
 bes sine armis & militari acie subuertissent: Hiericho  
 certē saltantiū magis q̄ præliantium habitu deuice-  
 rūt. Nos vero posteaquā in terram promissionis, hoc  
 est, in cœlum ingressi fuerimus, nō bella geremus, sed  
 donec in solitudine, in præsentī videlicet vita, ege-  
 rimus. Nā qui ingressus fuerit in requiē suam, requie-  
 uit iam ab operibus suis, quēadmodū & deus à suis.  
 Ne deficiamus itaq; quod bonū est faciendo, etenim  
 suo tempore metemus etiam non deficientes. Vides  
 quomodo nos deduxerit quēadmodū & illos? Illic  
 de manna & solitudine dicit, Qui multum, non abun-  
 dauit, & qui modicū, minus nō habuit. Et nobis istud  
 præceptum est, ne thesauros scilicet in terra colliga-  
 mus. Si vero collegerimus, non iam sensibilis vermis,  
 sed vermis iustitiæ collecta perdet. Omnia itaque fa-  
 ciamus, ne vermi isti cibū paremus. Qui multū enim,  
 inquit, non abundauit. Nā & istud in nobis etiā quo-  
 tidie fit. Omnes enim eandē ventris mensurā adim-  
 plē: q̄d vero illā excedit, inanis curæ ac sollicitudi-  
 nis additamentū est, quod quidem iam vltro daturus  
 erat. Quod dicit, sufficit sua diei afflictio, illud & olim  
 iam docuerat, sed neq; ita receperant. Nos vero non  
 simus infatigabiles, aut ingrati, non queramus ædes il-  
 lustres, iter enim facimus, non certō habitamus. Itaq;  
 si quisquā est qui nouit præsentem vitam iter esse &  
 militiam, & vt ita dicam, quod à militibus vocatur  
 \* fossatum, is non quæret splendidas domos. Quis e-  
 nim, dic quæso, etiam si admodū diues sit, in eo quod  
 fossatū dicitur, splendidas ædes ædificare cupiat? Ne  
 vnus quidem. Ridiculus enim fieret, & hostibus ædi-  
 ficaret, ipsosque ædificio suo attraheret. Itaque si so-  
 brii fuerimus, nihil nobis præsens vita discriminis ha-  
 bebūt à militia & fossato castrensi. Quapropter obse-  
 cro, \* vendamus omnia, vt nullum hic thesaurum col-  
 ligamus. Si enim fur venerit, continuo † eum pelle-  
 mus. ] Vigilate, inquit, quoniam ignoratis qua hora  
 fur venturus sit, mortem ita vocans. Priusquam itaq;  
 veniat, omnia præmittamus in patriam nostram. Hic  
 vero succincti simus ac strenui, vt hostes superate ve-  
 leamus, quos contingat nos vincere gratia & beni-  
 gnitate, &c.

Homilia xxiiij.

**S**ate igitur lumbis vestris baltheo circumcincti in ve-  
 ritate, & induti thoracē iustitiæ, & calceati pedibus  
 parati existentes ad Euangeliū pacis, super omnia sum-  
 pro fidei scuto, quo positus omnia iacula ignea scelesti extinguere,  
 galeamque salutaris accipite, & gladium spiritus, qui est verbum  
 dei. Circūcinctis, inquit, baltheo lumbis vestris in ve-  
 ritate. Quidnā hoc est? Dicitum est vobis præcedenti  
 disputatione quomodo debeatis & succincti expedi-  
 tiq; esse, & ita currere vt nihil sit quod impediāt. Et  
 induti, inquit, thoracem iustitiæ. Quemadmodū tho-  
 rax vulnera non admittit, ita & iustitia. Iustitiam vero  
 hic catholicam & virtute præditam vitam vocat. Ta-  
 lem nemo vnquā deiicere poterit, sed vulnerare qui-  
 dem conantur plurimi, vulnerabit ac proscindet ta-  
 men nemo, ne ipse quidē diabolus. Ac si dicat quis-  
 quā, munitis pectoribus vestris per facta iusta. De il-  
 lis dicit Christus: Beati qui esuriūt ac sitiūt iustitiam,  
 quoniam

*psal. 98*

*Mat. 17*

*Heb. 4*

† præmedi-  
 tabatur ea  
 que dice-  
 bas.  
*Mat. 10*

1001  
 quoniam ipsi saturabuntur. Robusta est ad eō iustitia &  
 veluti thorax. Qui talis est, nunquā irascetur. Et cal-  
 ceati pedibus parati existētes ad Euangeliū pacis. Ob-  
 scurior est istud quomodo dictū sit. Quid igitur est?  
 bonis nos ocreis calceauit. Aut sanē hoc dicit, vt pro-  
 prii sunt ad Euangeliū, & pedibus ad illud vtatur, viāq;  
 illi præstruat ac præparet. Aut si nō hoc, istud saltē,  
 vt ad profectiōnē prōpti sint. Præparatio igitur Euā-  
 gelij quid est, nisi vita optima? Id quod Propheta dixit:  
 Præparationē cordis ipsorum attendat auris tua. Hoc est,  
 instructionē & accōmodationē. Euangeliū pacis, inquit.  
 Recte dixit: Quoniā em belli ac pugnæ mentionē fecerat,  
 ostendit hoc verbo, q̄ pugna nobis aduersus dæmones  
 habenda sit. Euangeliū enim pacis est. Bellū illud cum  
 diabolo: aliud bellū quod cum deo erat, dissoluit. Si  
 diabolū impugnauerimus, pacē habebimus cum deo. Ne  
 metuas igitur dilecte, Euangelium bonū scilicet nuncium  
 est: victoria iam parta est. Super omnia sumpto fidei  
 scuto. Fidem hic non vocat scientiam. (Non enim illam  
 postremo locasset) sed eam fidem per quam signa fiunt.  
 Et merito fidem scutum nominauit. Quemadmodū enim  
 scutum ante totum corpus instar parietis proponitur,  
 ita sanē & fides. Nam illi cedūt omnia. Quō possitis,  
 inquit, oīa iacula ignea scelesti extinguere. Nihil enim  
 poterit huic scuto resistere. Audi nanque quid Christus  
 discipulis dicat: Si fidem habueritis sicut granū  
 sinapis, dicetis mōti huic, demigra hinc illuc, & demi-  
 grabit. Quomodo vero fidē habebimus? Quando illa  
 rite præstituerimus. Iacula vero ipsius & tentationes  
 dicit, & absurda desideria. Et ignea dicit. Talia nēpe  
 sunt desideria. Si enim dæmonibus imperauit fides,  
 multo magis animi quoq; passionibus. Et galeam salu-  
 taris, inquit, accipite. Hoc est, salutis vestræ. Nā cir-  
 cunquaq; illos cōmunit. Et gladium spiritus, qui est  
 verbum dei. Aut spiritum certē dicit, aut spiritualem  
 gladium. Per illum nanq; scinduntur omnia, per illū  
 omnia amputantur, etiā caput draconis per illum ab-  
 scindimus. In omni deprecatione & obsecratione, inquit,  
 orantes in omni tēpore in spiritu, & ad hoc ipsum  
 vigilantes in omni sedulitate & obsecratione pro omnibus  
 sanctis, & pro me, vt sermo mihi detur in apertione  
 oris mei, vt cū fiducia notū faciā mysteriū Euāgelij,  
 super quo legatione fungor in catena, vt in eo libere loquar,  
 quēadmodū oportet me loqui. Quēadmodum enim  
 verbū dei omnia potest, ita & qui gratiā habet  
 spiritualē. Nam viuus est, inquit, sermo dei & efficacis,  
 & penetratior quouis gladio vtrinq; incidente. Vide  
 autē beati huius prudētiam. Armavit eos cum omni  
 munitione. Quid igitur deinceps opus adhuc est? Re-  
 gē inuocare & obsecrare vt manū porrigat. Per om-  
 nem, inquit, deprecationē & obsecrationē orātes in  
 omni tēpore in spiritu. Nō enim orare sitū est in mū-  
 tiloquio. Et ad hoc ipsum, inquit, vigilantes. Hoc est,  
 sobrie incumbētēs. Talem enim esse oportet armatū  
 militem qui coram rege stare debeat, nempe vigilem  
 ac sobriū. In omni sedulitate & obsecratione pro om-  
 nibus sanctis & pro me, vt detur mihi sermo in apertione  
 oris mei. Quid dicis beate Paule? Discipulis opus  
 habes? Et bene dixit, in apertione oris mei. Nō igitur  
 † præmeditata sunt quę dixit, sed quēadmodū Christus  
 dixit: Quādo tradiderint vos, ne sitis solliciti quo-  
 modo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa  
 hora quid loquamini: Ita oīa fide, omnia gratia dei  
 peregit. Vt cum fiducia, inquit, notum faciam mysteriū  
 Euangelij. Hoc est, vt defendā ac respondeam

AD EPHESIOS, CAP. VI. HOMIL. XXIIII. 1002  
 quemadmodum opus fuerit. Catena circumdatus es,  
 & aliorum opera indiges? Etiam, inquit. Nam & Pe-  
 trus catena circumdatus erat, & tamen sine intermis-  
 sione precatio p̄ eo fiebat. Super quo legatione fun-  
 gor in catena, vt in eo libere loquar, quemadmodum  
 oportet me loqui. Hoc est, vt cum fiducia, animo vi-  
 rili, multaque cum prudentia respondeam. Vt autem  
 sciatis & vos quæ ad me pertinent, quid agā, omnia vobis nota  
 faciet Tychicus dilectus frater, & fidei minister in domino. Quo-  
 niā vinculorū meminerat, permisit quædā & Ty-  
 chico quæ de se illis narraret. Quæ enim dogmata cō-  
 cernebant & cōsolationem, ea per epistolam decla-  
 rauit: quæ vero tenuis erāt nunciij, ea epistolæ baiulo  
 cōmisi. Vt sciatis, inquit, quæ ad me pertinent. Hoc  
 est, vt discatis. Et hoc declarabat q̄ eos diligeret, & q̄  
 eum vicissim ipsi. Quem in hoc ipsum, inquit, ad vos misi,  
 vt cognosceretis de rebus nostris, consolareturque cordi vestro.  
 Nō simpliciter ac temere hoc dicit, sed præmissō pri-  
 mum, vt induti & circumcincti essent, id quod semper  
 & indefinenter cōgrediendi indicium est. Nam audi  
 quid Propheta dicat: Fiat illi sicut vestimentum quo  
 induatur, & sicut zona qua semper circūcingatur. Et  
 deū Propheta iustitiæ thoracē esse dicit, per hoc nos  
 erudiens, q̄ semper ista non ad modicum tempus ha-  
 bere oporteat. Semper enim bellandū est. Iustus nāq;  
 vt leo, inquit, confidit. Et qui hoc thorace ad hunc  
 modum munitus est, nō poterit aciem instructā hor-  
 rere, sed in medios hostes insiliet. Speciosi siquidem,  
 inquit, sunt pedes euangelizantiū pacem. Quis sanē  
 non curret? quis non huic negotio ministrabit, cū  
 pacē annūciat? Et pacem dei ad homines, pacem nō  
 hominū laborantium & languentiū, sed dei qui om-  
 niam cōfecit? Quid vero sit præparatio Euangelij,  
 audiamus Ioannē dicentē: Præparate viam domini,  
 rectas facite semitas eius. Rursus est & alia præpara-  
 tio post baptisimā, vt nihil scilicet baptizatus cōmit-  
 tat, quod pace ista dignū nō sit. Quoniā enim vt plu-  
 rimum vitæ symbolū pedes habent, propterea admō-  
 nēs dicit: Videte quomodo accurate ambuletis, de vi-  
 ta loquēs. Propterea, inquit, quę Euāgelio digna sūt,  
 faciamus, & ostēdamus, hoc est vitā mundā, & actus  
 mūdos. Annūciata pax est, date nūciis istis bonis pa-  
 ratā ac promptā viam. Quod si rursus hostes fueritis,  
 nō relinquitur amplius præparatio pacis. Parati sitis.  
 Nolite moram nectere, contariq; erga hanc pacem.  
 Quemadmodū prompti fuistis ad pacem & fidē sus-  
 cipiēdam, ita & perdurate. Scutum est quod primū  
 aduersariorū iacula excipit, & arma vulnerū exper-  
 tia custodit. Multa vero de fide differit, maxime ad  
 Hebræos scribēs, multa etiā de spe: fidē, inquit, habete  
 futuris bonis, & nihil horū vulnerabitur. In aduersis  
 em & laboribus si fide fueris & spe munitus, illa sa-  
 la custodies. Oportet enim accedentē ad deum cre-  
 dere q̄ sit, & q̄ quærentibus se remunerator sit. Fides  
 scutum est. Si vero sophismata fuerint, rationes & ar-  
 gutiæ, illa non scutū nobis erunt, sed impediēt nos.  
 Talis sit fides, vt rotū contegat & obūbrēt. Nō igitur  
 sit modica vt pedes nudos, aut aliā quāuis partē cor-  
 poris relinquat, sed sit cōmensuratum corpori scutū.  
 Ignea: Multæ sunt enim ratiocinationes animū incē-  
 dētēs, multæ hæsitaciones, multæ desperationes. Sed  
 omnia vera fides reficit. Multa immittit diabolus in-  
 flammans animā nostram, & in dubium impellens, vt  
 quādo dicūt: An est resurrectio? An est retributio? An  
 est fides? Et possitis extinguere, inquit, tela diaboli in

*Act. 12*

*psal. 108*

*Esa. 52*

*Mat. 3*

*Hebr. 11*



† sed peribit. Omnia iacula, nō illa quidem certe. Rom. 8.

fide. Irruit concupiscentia, obiice fidē futurorum bonorum, & neq; apparebit amplius, † sed peribunt omnia iacula, non illa quidem certō peribunt,] ista vero nō, sed omnia. Audi quippe quid Paulus dicat: Arbitror enim nō esse pares passiones præsens temporis ad gloriā quæ reuelabitur erga nos. Vides quot iacula tunc tēporis extinxerint iusti? An non videntur tibi ignea iacula fuisse, quibus Patriarcha interno igne filium offerendo vrebatur? Et alij quoq; iusti omnia diaboli iacula extinxerūt. Siue ratiocinationes igitur nos impugnaverint, fidē obiiciamus, siue absurda desideria, fide vtamur, siue labores & erūnā, in fidē inuitamur & cōquiescamus. Omnium armorum certē tutela est fides. Istā nisi habuerimus, & illa continuo laudentur. Super oīa, inquit sumpto fidei scuto. Quid est super omnia? Et in veritate, inquit, & in iustitia, & in preparatione Euāgelij. Hoc est, omnia ista opus habēt fide: propterea subiunxit: Et galeā salutaris accipite, id est, quo periculū liceat effugere. Quemadmodum enim galea caput vndiq; diligenter obtegens, non permittit mali quicquā pati, sed seruat: ita & fides & pro scuto est & pro galea salutari. Si em̄ tela illius ignea extinxerim, mox & salubres cogitationes recipiemus, quæ mentem nostrā quicquam mali pati non sinent. Nam si contrariē illā cogitationes extinctæ fuerint, cōfestim generabuntur aliæ quæ non tales sunt, sed quæ nos & saluāt, & bene sperātes faciūt: & quemadmodum galea capiti, ita illæ menti nostræ imponentur. Et nō hanc solā, sed & gladium spiritus accipiemus, vt nō solū deinceps immissa iacula propulsemus, sed & diabolu ipsū percutiāmus. Animus enim seipsum non despondens, neq; iacula ignea admittens, cum multa alacritate aduersus hostē stabit, thoracemq; illius hoc gladio perfringet, per quē infregit cogitationēsq; ipsius captiuauit Paulus, & draconis caput abscidit & amputauit. Vel mādatum hic verbum vocat, vel admonitiōē, aut illud, In nomine domini nostri Iesu Christi. Si mādata ipsi fecerim, per illa interficiemus & occidemus draconē illum, serpentē tortuosum. Quoniā vero dixerat, vt possitis ignea diaboli iacula extinguere, ne inflādi occasiōē illis tribuat, ostendit eos omniū potissimum opus habere deo. Quid enim dicit? Per omnē deprecationē & obsecrationem ista vobis euenient, & obsecrando omnia perficietis. Ad orationē autem accedens nunquam pro te solo preceris, & sic deum propitium habebis. Per omnē, inquit, deprecationē & obsecrationem orantes in omni tempore in spiritu sancto, & ad hoc ipsum vigilantes in omni sedulitate & deprecatione pro omnibus sanctis in spiritu sancto. Nō mihi diei tempora determines. Nā audi quid dicat: In omni tempore ad orandū accede. Sine intermissione, inquit, orantes. Non audisti viduam illā, quomodo sedulitate sua vicerit? Non audisti amicum illum quomodo mediis noctibus constantia interpellādi exorauerit? Nō audisti de Syrophœnissā, quo pacto precandi assiduitate dominū prouocauerit & permouerit: Illi omnes sedulitate sua quæ petebant, expedierunt. Orantes, inquit, in omni tempore in spiritu sancto, hoc est, quæ dei sunt, quæramus, nihil mundanū, nihil temporariū. Non autē sine intermissione duntaxat opus est orare, sed & vigilanter. Et ad hoc ipsum, inquit, vigilātes. Aut excubias nocturnas hic dicit, aut animi † sobrietatem. Vtrunque recipio. Vides quomodo vigilauerit Chananaea illa, quæ cū nō re-

1. Thef. 5. c. Luc. 18. a. Luc. 11. a. Mar. 15. c.

† assiduitate

sponderet dominus, sed & abnegaret, catellūmq; vocaret, dicebat, Etiam domine, & catelli quoq; edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum, nec desisteat donec voti cōpos euaderet? Quomodo vero vidua illa in clamauerit iudicem, tamque diu perstiterit quousq; perfectum, qui neque deum metuebat, neq; homines reuerbatur, flectere potuerit? Amicus vero ille quomodo intempestiuo noctis tēpore institerit, atq; eousq; perdurauerit, quō efficeret vt ille excitaretur, exorans eum ac flectens petēdi sedulitate? Hoc scilicet est euigilare. Vis discere animi vigilias? Abi ad Annam, audi ipsa eius verba: Adonai Eloi Sabaoth. Imō vero audi quæ verba ista præcesserunt. Surgebāt, inquit, omnes de mensa, & illa confestim nō ad somnum conuersa est, non ad quietem: vnde mihi videtur etiā quum ad mensam sederet, leuiter resecta, & nō cibis quibusdā grauata fuisse. Non enim tot alioqui lachrymas emisisset. Si enim nos sobrii existentes & ieiuni difficulter ita oramus, imō ne sic quidem vnquam oramus, multo minus illa post mensam sic orasset, nisi & in mēsa ieiuniis assueuisset. Pudefaciat nos viros hæc mulier, pudeat nos, qui dū pro regno quoq; supplicamus, oscitamur, quum mulier ista pro puero orans, lachrymetur etiā. Et stetit, inquit, corā domino. Et quid dicit? Adonai domine Eloi Sabaoth. Hoc vero est, si interpreteris, domine deus virtutū. Præoccuparūt linguam lachrymē. Istis inflectere dominū sperauit. Vbi lachrymæ sunt, omnino illic & tribulatio est: vbi tribulatio, ibi est & multa philosophia & attētiō. Si audiendo, inquit, audieris precatōē ancillæ tuæ, & dederis mihi filium, dabo illum donum domino omni tempore. Non dixit vnum duntaxat aut alterum annum, quemadmodum nos solemus: neque dixit, si dederis mihi puerū, dabo pecunias, sed ipsum totū donum retribuam, primogenitum & orationis filiū. Ipsa erat Abraham filia. Ille postquā petitus erat filium suum dedit. Ista vero etiā ante petitiōē dedit. Sed vide & hinc pietatē ipsius. Vox eius, inquit, non audiebatur, at labia eius mouebātur. Ita precatur qui vult quicquā efficere, non pigre, nō oscitāter, nō remisse, neq; pruriginem interea scalpēs, neq; tediosē torpēs. Etenim non potuit deus etiam sine precatōe dare? An desiderium mulieris non ante petitiōem quoq; cognouit? Verum si ante petitiōē dedisset, non apparuisset mulieris alacritas, non fuisset manifesta virtus eius, tantum præmij non acquisiisset. Itaq; dilationis mora, non est inuidētis, neq; indignationis, sed prouidentia. Quando igitur scripturam audis dicētem, q̄ dominus vterū eius concluderit, & q̄ irritarit eam æmula eius, cogita illā philosophiam mulieris ostendere velle. Etenim obserua: Habebat virum sibi subiectum. Dicebat nanq; ad eā: Non sum ego tibi melior vel decem liberis? Et irritabat eam æmula eius. Hoc est, improperebat, insultabat illa: ista vero nunquam vlciscebatur, neq; male illi imprecabatur, neque dicebat: Vindica me domine, quoniam impropereat mihi æmula mea. Habebat illa liberos, sed habebat ista è regione æquivalentem viri dilectionem. Hoc nomine ipsam etiam consolabatur, dicens: Non sum ego tibi melior quā vel decem liberi? Sed videamus iterum mulieris philosophiam. Et reputabat eam, inquit, Heli temulentam esse. Sed vide quid ad ipsum quoque dicat: Ne reputes ancillam tuam tanquam filiam perditā, quoniam ex multitudine meditationis meæ consumpta sum

ibidem.

ibidem.

ibidem.

Gen. 25. c.

† cognoscat  
eis quæ  
circa nos  
sunt. ] sic  
enim alij  
legunt.

† et vt

\* ad præparatiōem  
sinceritate,  
te, incorruptiōe,  
quæ postest  
rius inter-  
pretatio  
hic meli⁹  
quadra-  
ret.  
2. Cor. 11.  
Quid sit  
corruptio.

sum hucusq;. Istud vere cordis cōtriti est, quādo erga eos qui nos conuiciis afficiunt, non irascimur, quādo moleste non ferimus, quando nos excusamur: nihil adeo cor philosophicū facit, atque tribulatio. Nulla res adeo iucunda, vt luctus secundū deum. Ex multitudine, inquit, contemplationis meæ cōsumpta sum hucusq; istā imitemur omnes. Audite quotquot steriles estis, & audite quotquot liberos amatis. Audite & viri & mulieres. Nā & viri simul hac in re sēp numero nō nihil cōtulerūt. Audi em̄ quid scriptura dicat, Et precat⁹ est Isaac pro Rebecca vxore sua, quoniā sterilis erat. Magna nimirū potest oratio. In omni, inquit, sedulitate & oratione, pro omnibus sanctus & pro me. Te ipsum postremo loco ponis? Etiam, inquit, vt detur mihi sermo in apertione oris mei, vt cum fiducia notum faciam mysteriū Euāgelij, super quo legatione fungor in catena. Vbi legatione fungeris? Apud homines, inquit. Papē benigritatē dei. E cœlis misit qui legatione pro se, prōq; pace fungeretur. Et arreptos eos ligarūt homines, & ne cōmunē quidē legē reueriti sunt, quoniā qui legatus est, nunquā mali quicquam patitur. Veruntamen ego legatione fungor in catena: vt in eo libere loquar, quē admodū oportet me loqui. Catena mihi imposita est, quæ libertatē loquēdi obturet, sed oratio vestra os mihi aperiat, vt omnia ad quæ dicēda amādatum sum, dicā. Vt vero sciat⁹ & vos quæ ad me pertinet, quid agam, omnia vobis nota faciet Tychicus dilectus frater, & fidus minister in domino. Si fid⁹ nihil mētietur, sed omnia vera dicet. Quem misi ad vos ad hoc ipsum vt cognoscat quæ circa vos sunt, & cōsoletur corda vestra. Papē, quāta dilectio? Ne queāt, inquit, terrere vos qui vellēt. Nā possibile est in rebus illos fuisse aduersis. Illud em̄ innuit quod dicit, vt cōsoletur corda vestra. Ne permittat, inquit, vos decidere. Pax fratribus, & dilectio cum fide, à deo patre, & domino Iesu Christo. Imprecatur illis pacem & dilectiōē cū fide. Bene dixit simpliciter dilectiōnis habendā rationē, † & ne illis qui diuersæ sunt fidei, seipso immiscerēt. Aut hoc aut illud dicit. Vt & fidem habeant, & cōfidentes sint ac certi de futuris. Pax & dilectio erga deū. Si enim pax fuerit, erit & dilectio: si dilectio, & pax erit cū fide. Nihil enim proderit dilectio sine fide. Imō vero nō poterit aliter esse dilectio. Et gratia sit cum omnibus diligentibus dominum nostrū Iesum Christū in sinceritate, Amē. Qua ratione hoc loco discreuit, pacē separatim ponēs, & seorsim gratiā? In sinceritate, inquit, Amē. Quid est in sinceritate? Aut idē est quod in puritate & honestate, aut p incorruptis, vt pote nō in diuitiis, neq; in gloria, sed in illis quæ vnt in corrupta. Illud, in, idem est quod per, per sinceritatē, inquit, id est, per virtutē. Omne enim peccatū, corruptio est. Et quemadmodū virginem corrupti dicimus, ita & animā. Propterea Paulus dixit, ne quo pacto corrupantur sensus vestri. Rursus & in doctrina incorruptiōē dicit. Quid em̄, inquit, dic quæso corporis est corruptio? Nunquid dissolutio totius cōpositionisq; ipsius? Illud & in anima fit, accedēte peccato. Nā animæ pulchritudo est modestia, fortitudo, iustitia. Sanitas animæ est, animus virilis, prudētia, bona valetudo. Quādo em̄ turpis, deformis, auar⁹, quiq; improbis actib⁹ seipsum dedit, quādo meticulous, effeminat⁹ & imbecillis marcescit, adhuc peccata corruptionē in illis operatur. Turpes enim faciūt & imbecilles, & lāguores pariunt. Corrupti nanq; virginē ob id proprie dicimus, nō solū quod corpus corrumpitur, sed & propter iniquitatē

ac scel⁹. Cōmixtio enim est quod fit. Si autē illa corruptio esset, vtiq; corruptio essent & nuptiæ. Sed peccatū est corruptio. Illud em̄ eā deturpauit. Quin corruptio domus quid est, nisi dissolutio? Et vbiq; corruptio trāsitus & immutatio quædā est, quæ fit ad peius & in aliū habitū, & interniciem prioris. Audi quippe quid scriptura dicat. Corrupt em̄ omnis caro viam suā. Et iterū: In corruptiōe intolerabili. Itē, homines mēte corrupti. Corruptibile nobis est corpus. Verū incorruptibilis anima, ne itaq; & ipsam corrupamus. Hoc primū peccatū fecit. Quod vero cōmittit post lauacrū, animā & corrūpere potest, & caput facilem facere vermi immortalī. Nō enim attigisset, nisi corruptibilem inuenisset animā. Adamantē vermī non attingit, & si attigerit, nihil efficit. Ne corrupas animam. Quod enim corrūpitur, putredine plenum est. Nā audi prophetā dicentē: Male foetuerunt & emaruerūt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Hæc vero, inquit, corruptio induet incorruptiōē. Illave-ro nō ita. In anima em̄ incorruptio, corruptio est. Itaque corruptio animæ incorruptibilis est finē nō habēs, mors est immortalis, id quod futurū erat, si corpus immortale mansisset. Si illo abierimus ita corruptiōē animæ habētes, incorruptibilē & perpetuam corruptiōē habemus. Ardere enim, & per vermem ppetuo consumi, corruptio est incorruptibilis. Qualis erat & in beato Iob. Corrumpebatur & nō peribat, sed perstabat semper telluris glebas sanie sua poliens ac fricans, idque multo tēporis progressū. Tale quid tunc patietur anima, circūqua; instantibus in eam vermibus & confumentibus, non duobus annis, neque tribus, neque decem, nec centum neque decem milibus etiam, sed sine carentibus. Vermis enim, inquit, ipso non morietur.

Gene. 6. 2. Tim. 3. b.

Peccatum originale vocat primum peccatum.

Isal. 37.

1. Co. 15. g.

Iob. 2.

Mar. 9. g.

Moralis exhortatio.

Metuamus igitur, obsecro, vereamur verba, ne in res ipsas incidam⁹. Auaritia corruptio est, corruptio omniū pessima, in idololatriam inducens. Fugiamus corruptiōē, eligamus incorruptiōē. Defraudasti quenquā: Ea quidē quæ fraude acquisiisti, corrumpuntur, avaritiā vero manet, corruptio incorruptibilis facta materiæ. ] Fruitio quidē trāsit, incorruptibile vero peccatū manet. Graue malum est, q̄ non omnia in præsentī vita corrūpuntur. Magna calamitas est, q̄ peccatorum onera habentes hinc illō discedunt. Nā in inferno, inquit, quis confitebitur tibi? Locus illic est iudicij, non amplius respiciētiæ tempus. Quomodo plorauit diues in inferno? Et tamen nihil effectum. Quanta dixerunt qui Christū nō pauerunt? verū tamen abacti sunt in ignē æternum. Quanta tunc dixerunt, qui iniquitatem operati sunt? Domine, nunquid in nomine tuo prophetaui? & in nomine tuo dæmonia eiecimus? veruntamen agniti non sunt. Omnia ista tūc fient, & nulla omnino re tū iuuabimur, nisi nunc fiat. Metuamus igitur, ne quo pacto tūc dicamus, Domine quando te vidimus esuriētem, & nō pauimus? Iam ipsum pascamus, non vnū & alterū, aut tertium diem. Nam eleemosynā, inquit, & fides non deserant te. Non dixit, semel facias, neque secundo. Alioqui virgines illæ oleū habebant, sed non quod sufficisset. Itaque multo oleo nobis opus est, & oportet nos esse instar oliuæ frugiferæ in domo dei. Perpendamus itaq; quāta vnusquisque nostrum peccatorū habeat onera, & ex benignitatibus remedia faciamus correspondentiā, imō vero multa etiam plu-

tres incorruptibile facta materia.

Isal. 6. b.

Luc. 6. f.

Mat. 25. d.

Ibid. 7. c.

Ibi. 25. d.

Pro. 3. a.

ra, vt

ra, vt nō solū extinguantur peccata, sed vt & iustitiæ sint quæ nobis ad iustitiã reputentur. Nisi enim tanta fuerint bona, vt & culpas exuamus, & ex reliquis sit quod ad iustitiã nobis reputet, nemo nos à supplicio liberabit, à quo liberari nos omnes cōtingat gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, Amē.

FINIS.

**DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, ARCHIEPISCOPI Constantinopolitani enarratio in epistolā Pauli ad Philippenses à Vuolfgango Musculo latinè conuersa: quibusdam partim ex Erasmo, partim ex editione Veronensi, per Philippum Montanum emendatis.**

ARGUMENTVM EPISTOLAE.

**P**hilippenses dicti sunt à Philippis ciuitate Macedoniae, quae est ciuitas colonia, quae admodum Lucas refert. Hic purpurarum venditrix mulier vehementer pia, rebuſque diuinis attentata, ad dominum conuersa est. Hic archisynagogus domino credidit: hic Paulus ac Silas virgines caesi sunt: hic magistratus, vt abirent, precati sunt eos, idque non sine timore. Habuit & hic splendidum euangelij praedicationis initium. Multorum autem illis magnorumque & ipse Paulus testimonia confert, coronam suam eos vocans, multaque illos passos fuisse dicens. Vobis enim, inquit, datum est à deo, vt non solum in illum credatis, sed & pro eo patiamini. Cum vero ad eos scriberet, contigit vt esset in vinculis. Propterea dicit: Ita vt vincula mea propter Christum manifesta fierent in vniuerso praetorio, praetorium vocas Neronis regiam. Verum vinculus quidem fuerat ac deinde dimissus, atque id manifestauit ad Timotheum dicens: In prima mea defensione, nemo mihi adfuit, sed omnes me deseruerunt: ne illis imputetur, sed dominus mihi adstitit, & corroborauit me. Erant itaque ista vincula, in quibus tum fuit, ante istam defensionem. Quod enim tum non adfuerit Timotheus, plane liquet. Nam in prima, inquit, defensione mea nemo mihi adfuit. Atque id ita scribendo manifestauit. Neque enim istud illi scripisset, si is iam antea cognouisset. Cum istam vero scriberet epistolam, Timotheum apud se habebat. Atque id ex iis quae dicit clarum est, nepe: Spero autem in domino Iesu, quod Timotheum cito vobis missurus sim. Et iterum: Huc quidem spero me missurum vobis, cum primam expeditio mea negotia. Dimissus enim est à vinculis illis, ac denuo, posteaquam ad eos venerat, in vincula coniectus. Quod vero dicit, quonia & immolor super hostia & sacrificio fidei vestrae, non hoc dicit velut iam tum ageretur, sed si quando istud contigerit, gaudeo inquit, excitans illos ab animi tristitia qua ex vinculis ipsi conueperat. Quod enim tum nondum fuerit moriturus pater ex iis quae dicit: Spero autem, inquit, in domino, quod & ipse cito vterus sim ad vos. Et iterum: Persuasus etiam istud scio, quod mansurus sim, & cum omnibus vobis perman-

surus. Miserant autem ad eum Philippenses Epaphroditum, qui & pecunias ad eum deferret, & quae cum eo agerentur cognosceret. Vehementer quippe in illum propendebant, valde pro eo solliciti. Quod enim huc miserint, audi Paulum ipsum dicentem: Recepti omnia, & abundo, expletus sum, posteaquam accepi ab Epaphrodito, quae à vobis missa fuerant. Miserant siquidem vt quae cum Paulo ageretur, per hunc cognosceret. Quod enim ea cognituri miserint, in ipso mox epistolae initio declarat, vbi de rebus suis scribit dicens: Scire autem vos volo, quod quae mihi accidit, magis ad profectum euangelij euenerunt. Et, spero me Timotheum vobis breui missurum, vt & ego lato sim animo, de rebus vestris edoctus. Illud, vt & ego, hoc significat, quemadmodum vos vt plane ac certo quid mihi eueniat cognoscatis, huc misistis, ita & ego mittam, vt bono sim animo, posteaquam statum vestrum cognouero. Quandoquidem multo iam tempore neminem miserant, (nam hoc patet ex eo quod dicit, iam tandem aliquando reuiguit vestra pro me sollicitudo) & tum audiebant eum in vinculis esse. Si enim de Epaphrodito audierunt, quod egrotus erat, qui tamen adeo illustris non erat, quemadmodum Paulus, multo probabilius est illos de Paulo fuisse conturbatos. Propterea in epistolae principio multum adfert consolationis, ostendens quod propter vincula sua non solum turbari non debeant, sed & gaudere. Deinde consulit, vt concordiae studeant & modestiae, docens in his maximum esse praesidium, atque hoc pacto illos facile posse hostibus suis superiores euadere. Quod enim praecipites in vincula coniciuntur, nihil fuerit acerbi, sed hoc demum graue, si quando discipuli concordēs non fuerint. Illud enim incrementum etiam adfert euangelio, hoc vero dissipat. Hortatus itaque illos ad concordiam, ostendens quod ex modestia nascatur concordia, deinde contra Iudaeos inuectus qui praetextu Christianismi nusquam non nocebant doctrinae euangelicæ, quos & canes vocat & malos operarios, à quibus etiam abstinendum hortatur, admonito quibus oporteat attendere: ad haec posteaquam multa de moribus differuisset, coposuisse etque illos, ac recreasset, per id quod dominum prope esse dixerat, competenti sibi prudentia & eorum meminit quae miserant, atque ita multum illis consolationis adfert. Videtur autem illis potissimum magna cum honorificetia & nihil omnino obiurgatorium scribere, id quod & virtutis illorum indicium est, nimirum quod nullam praecatori dederint occasionem, quo per modum reprehensionis, sed duntaxat adhortando omnia ad eos scriberet. Hoc autem ipsum est quod initio dixi, nempe quod haec ciuitas multum commoditatis ad fidem Christi exhibuerit. Siquidem ipse carceris custos, licet cognouerit rem hanc summe periculosam esse, mox tamen ad vniuersi miraculi conspectum & aduolauit, & cum omni domo sua baptizatus est. Factum enim hoc signum praeter ipsum quidem nemo nouerat, fructum vero illius non solum, sed cum vxore simul & vniuersa domo sua tulit. Quin & ipsi magistratus, qui verberauerat ipsum, id quod magis per tumultum, quam malitia fecerant, mox misisse dimittitque; illum iussisse, ac postremo sibi metuiffe deprehenduntur. Testimonium vero illis non solum fidei, neque duntaxat periculorum, sed & beneficetiae, in eo adfert, quod dicit: quonia & in principio euangelij & semel ac iterum ad necessitatem meam subleuandam misistis, nemine alio praeter vos istud faciente. Nulla siquidem, inquit,

inquit, ecclesia mihi comunicauit in ratione dandi & accipiendi. Quod vero aliquandiu nihil miserant, magis oportunitatem quam voluntatem illis defuisse ostendit, cum dicit: Non quod non solliciti pro me fueritis, sed quod defuerit oportunitas. **Morale.** His itaque cognitis, habitisque tot ac tantis mutuis inter illos charitatis exemplis (Quod enim vehementer eos dilexerit, ex eo liquet quod dicit: Neminem siquidem habeo pari mecum animo praeditum qui germane res vestras curatur sit: Et, propterea quod in corde meo habeam vos, in vinculis meis) His, inquam, cognitis, & nos ipsos talibus exemplis dignos exhibeamus, parati ad hoc, vt pro Christo patiamur. Verum nunc nulla est persecutio. Imitemur igitur & si nihil aliud, vel diligenter illorum beneficetiam. Neque putemus omnia praestitisse, si quando semel atque iterum quicquam dederimus. Per omnem quippe vitam istud facere oportet. Non enim semel duntaxat, sed indefinenter deo place-re debemus. Etenim qui in stadio decem dolichos currit, si post deficiat, totam laudem perdidit: & nos si semel aggressi bona opera, postea defecerimus, totum perdidimus, totum corrupimus. Audi admonitionem perutilem, quae dicit: Eleemosynae ac fides ne deserant te. Non dicit: Semel facias, neque secundo, neque tertio, nec decies, nec cetis, sed perpetuo. Non deserant te, inquit. Et non dicit, ne deserat illas, sed ipsae ne deserant te, ostendens nos illarum non illas nostro adiuuamento opus habere, docensque eo satagendum nobis esse, vt illas apud nos contineamus. Adapta eas, inquit, collo tuo. Quae admodum diuitum liberi circa collum bul-lam habent auream, illamque nunquam deponunt, vtpote quam tanquam nobilitatis suae insigne gestant: ita & nos eleemosyna semper amiciendi sumus, vt ostendamus nos misericordis ac benigni patris esse filios, qui solè suum exoriri facit super malos & bonos. At non credunt nobis infideles. Credent igitur propterea si quando talia operabimur, vt videant nos omnium misereri, praecptoremque illum nostrum exprimere, sciantque nos ista ad illius imitationem facere. Eleemosyna, inquit, ac fides vera. Recte addit, vera: Non ex rapina, non ex furto. Id enim non est fides, non est veritas. Eum enim qui furatur, necesse est mentiri ac peierare. Tu vero non ita, sed cum eleemosyna & fidem habe, inquit. Circumdemus nobis istum ornatum. Torquem faciamus auream (eleemosynam dico) donec hic fuerimus. Quae primum enim haec aetas transierit, nullus amplius erit eius usus. Quomodo? Non sunt in futuro seculo pauperes, non sunt illic pecuniae, nulla est illic inopia. Quae diu fuerit sumus, non priuemus nos ipsos isto ornatu. Quae admodum enim pueri solent ista mox vt in viros euaserunt, detrahunt, atque ad alium ornatum transferunt: ita & apud nos non erit amplius eleemosyna illa quae fit per pecuniam, posteaquam hinc abierimus, sed alia quaedam hac multo maior. Hac itaque nos ipsos interea non priuemus. Efficiamus vt anima compareat bona. Magnum bonum ac preciosum est eleemosyna. Magnum est donum: imò magna est bonitas: si per hanc pecunias vilipendere didicerimus, discemus & reliqua. Nam vide quot hinc bona nascantur. Qui eleemosynam, vt oportet, largitur, pecunias contemnere discit. Pecunias quisquis continere didicit, radicem malorum amputauit. Itaque non magis bene facit, quam beneficiu accipit, non solum quod lucrum & retributionem per eleemosynam sibi reponit, sed & quod animam reddit philosophicam, sublimem ac diuitem. Qui elec-

mosynam dat, eruditur ad hoc vt nec pecuniam miretur, nec aurum, hanc cruditionem affectus, & amplissimum ad caelum ascendendi nactus est exordium, & innumeras amputauit pugnandi, contendendi, inuidendi ac lugendi radices. Scitis enim, scitis, inquam, & vos omnia ista fieri propter pecuniam, esseque innumera bella propter pecunias. Has vero qui continere didicit, in tranquillitate seipsum constituit. Neminem damnum amplius infert, inquam istud illum eleemosyna docuit. Quae proximi sunt amplius non appetit. Quomodo enim faceret, qui sua etiam proiicit ac largitur? Non inuidebit deinceps diuiti. Quomodo enim inuideret, qui pauper fieri cupit? Perpurgat desiderij sui oculum, idque in hoc quidem seculo: in futuro vero, dici nequit, quanta consecutus sit bona. Non manebit foris cum virginibus fatuis, sed cum prudentibus ac sponso illustres habes lampadas ingredietur: potiorque erit in virginitate seruanda defatigatis, qui instituti eius labores ne gustauit quidem. Tanta videlicet est eleemosynae virtus, vt audacter aliuos suos introducat. Nota siquidem est ipsis caeli ianitoribus, qui ianuam spoli obtinet, nec solum nota, sed & venerabilis. Et si quos cognouerit sui studiosos, cum magna illos fiducia introducet, contradicetque nemo, sed cedent omnes. Si enim deum ipsum misericordia ad terram deduxit, hominemque fieri persuasit, multo magis hominem ad caelum euehere poterit. Magna quippe est illius virtus. Itaque si per misericordiam deus ac benignitatem, & homo factus, & vt seruus fieret, persuasus est, multo magis seruus in domum illius inducet. Hanc diligamus, hanc amemus, non vnum diem, non alterum, sed per omnem tempus, vt nos agnoscat. Si ipsa nos agnouerit, agnoscat & Christus ipse. Si non agnoscerit ipsa, neque Christus nos agnoscerit, sed dicit, non noui vos. Absit autem vt hanc vocem audituri simus, sed magis illam: venite benedicti patris mei, haereditario possidete regnum vobis ab origine mundi paratum, quod omnes nos assequi contingat gratia & benignitate, &c.

Homilia I.

**A**ulus & Timotheus serui Iesu Christi omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis, vna cum Episcopis, ac diaconis, gratia vobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Praeceptoriam suam dignitatem hic non posuit, vtpote ad aequales scribens, sed aliam & ipsam quoque magnam. Quam illam? Seruum seipsum vocat, non Apostolum. Nam & ista dignitas reuera magna est, & caput bonorum, nimirum seruum esse Iesu Christi, & non simpliciter dici. Qui seruus Christi est, is vere peccati liber est. Et germanus Christi seruus nullus est alterius seruus. Alioqui non esset plane Christi seruus, sed dimidiatus. Et Romanis quoque scribens dicit: Paulus seruus Iesu Christi. Corinthiis autem & Timotheo scribens apostolum se vocat. Quanam ratione? Non quod isti Timotheo sunt meliores. Absit. Sed magis illos honorat, & omnium quibus scripsit, potissimum curat & colit. Etenim multae virtutis testimonium illis exhibet. Nam illic quidem multa erat ordinaturus ac praecpturus, atque ideo apostolicam sibi dignitatem usurpat. Hic vero nihil praecipit, nisi quaecunque vel ex seipsis considerabant. Sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis;

Acto. 16.

2. Tim. 4.

Act. 16.

fg

Phil. 4.

† nec iam amplius dani metis terrenis:

Mat. 25. 4

Phil. 2. c

Ibid. 1. b

Prou. 3. 4

Mat. 5. 8



Deut. 7. es lippis. Quoniā contingebat vt & Iudæi seipfos propter priuū illud oraculū sanctos vocatēt, quo dicti sunt populus sanctus & peculiaris, propterea adiecit hic, qui sunt in Christo Iesu. Isti quippe dūtaxat sancti sunt, illi vero profani deinceps. Cū Episcopis ac diaconis. Quid hoc? Erantne multi vni<sup>o</sup> ciuitatis episcopi? Nequaquā. Sed presbyteros ita vocauit. Tum enim tēporis adhuc vocabulū erat cōmune, adeo vt episcopus diceretur diaconus, hoc est minister. Propterea Timotheo scribēs dixit, Diaconatū tuū adimpleto, cū esset episcop<sup>o</sup>. Quoniā em̄ episcop<sup>o</sup> erat, dicit ad eū: Manus nemini cito imposueris. Et rursus, 1. Tim. 5. d. Quod datū est tibi cū impositione manū presbyterij. Neq; vero presbyteri manus imponebāt Episcopo. Rursus & ad Titū scribēs dicit: Huius rei gratia reliqui te in Creta, vt cōstituas oppidatim presbyteros, sicut ego tibi ordinā, si quis est inculpatus vni<sup>o</sup> vxoris vir. De episcopo loquitur. Et cū ista dixisset, mox subiungit: Oportet enim episcopum inculpatū esse, tanquā dei dispensatorem, non præfractū. Quē admodum igitur dixi, & presbyteri olim vocabātur episcopi & diaconi Christi. Vnde & nunc plerique episcopi scribunt, cōseniori & comministro. Postea vero seorsum suū cuique datum est nomen, vel episcopo, vel presbytero. \*Cum episcopis, inquit, & diaconis, gratia vobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Quid hoc rei est, quod cū nusquā clero scribat, neque Romano, neque Corinthio, nec Ephesino, sed in genere omnibus sanctis, fidelib<sup>o</sup>, dilectis, hic clero scribit? Nimirū ipsi priores ad illum scripserāt, & fructū tulerāt, ipsi Epaphroditum ad eū miserant. Gratias ago deo meo, inquit, in omni memoria vestri semper. Alibi scribēs dixit: Obedite præpositis vestris, atque obsecundate, quoniam ipsi vigilant pro animabus vestris, tanquā rationē daturi, vt cū gaudio illud faciāt & nō gemētis. Itaque si cū gemitu præesse ex malitia discipulorum est, cū gaudio istud facere ex illorū profectu erit. Quoties, inquit, vestri recordor, deū glorifico. Hoc vero ideo facit, quod plurimorum apud eos honorum conscius erat. Et glorifico, inquit, & precor. Quanquam enim virtuti addicī sitis, non tamen cesso precari pro vobis. Sed gratias ago deo in omni memoria vestri semper in omni precationē mea pro omnib<sup>o</sup> vobis, cū gaudio etiā precationē facies. Non tū solū, quādo precor. Nā id poterat cū dolore facere, vt quādo alibi dicit: Nam ex multa tristitia & anxietate cordis scripsi vobis per multas lachrymas. Propter cōmunicationē vestrā in euāgelij, à primo die vsq; ad hoc tēpus. Magnū quid hic de illis testatur, & vehementer magnum, etiā si quis de Apostolis illud & Euangelistis testatus esset. Quanquā, inquit, vnius dūtaxat ciuitatis curā susceperitis, nō tamē illius dūtaxat profectū queritis, sed nihil nō facitis, quo laborū meorū participes sitis, nusquam nō præsentēs, collaborantes, & pariter mecum in prædicatione cōmunicantes. Idq; non vno, aut altero, aut tertio deniq; tēporis momento, sed semper ac perpetuo, ex quo credidistis, in hūc vsq; diem Apostolorū vobis alacritatē & promptitudinem apprehēdistis. Vide quomodo illum etiam qui Romæ erant auersati sint. Audi quippe quid dicit: Nosti hoc q̄ auersati sint me omnes qui in Asia sunt. Et rursus, Demas me reliquit, & in prima mea defensione nemo, inquit, mihi adfuit. Isti vero absentes etiā cōmunicarūt tribulationibus illius, mittētes viros quosdā ad illū, & pro virili ministrātes, bre-

\* cum episcopis, diaconis, ut prius.

Hebr. 13. e

2. Tim. 1. d. ibid. ult. c.

1012 uiter nulla in parte cessantes in officio. Non nunc solum inquit, sed semper, quouis modo, adiuuēto mihi estis. Hoc itaq; est cōmunicatio in euāgelij. Nā quando ille quidem prædicat, tu vero in externis illi certaminibus opem fers, non iam solius certantis est corona, sed & pædotribæ, & inseruētis, & in summa omnī quoquo modo athletam dei curantium. Qui enim illū reficiunt ac refouent, illi vtiq; & victoriæ ipsius merito participes sunt. Et in bellis nō solū cæteris fortius egit ac vicit, sed & quotquot ipsum iuuarūt, merito sibi trophæorū ac gloriæ partē vendicauerint. Nō enim parū valet, sed planē magnum, curā agere sanctorū. Socios quippe nos facit eorum, quæ illis reposita sunt præmiorū, vt pote: Est qui multam pecuniā propter deum proiecit, qui semper intētus est rebus diuinis, magnā virtutē exercet, multāmq; diligentia & ad verba vsq; & ad cogitationes, imō ad omnia, custodit & impēdit. Licet tibi, etiā si nō tantū ostēdas diligentia, nihilominus eorū participem fieri præmiorū, quæ his ipsis reponūtur. Quomodo? Si ministraueris huic & verbo & opere, si cōsolatus & adhortat<sup>o</sup> fueris, si quæ necessaria sunt suppeditaueris, si nullo nō ministerio iuueris. Tu enim miseris, qui vitam hanc asperā faciliorem illi hoc pacto facis. Itaque si admiramini eos qui in solitudinibus sunt, qui vitā susceperūt angelicam, aut eos qui eadē cum istis in ecclesiis præstant, si admiramini, inquā, atque doletis q̄ tanto interuallo ab illis superamini, potestis alia via cōsortes illorū fieri, nimirū inferuēdo ac subministrando. Nā & istud diuinæ benignitatis est, quod & segniores istos, qui austeram illā, asperam & exactam vitam suscipere nequeunt, per aliam viam in eundem cum illis ordinem adducit. Atque istud est, quod Paulus cōmunicationem vocat. Cōmunicat nobis, inquit, in carnalibus, cōmunicamus nos illis in spiritalibus. Etenim si pro modicis & nihili rebus regnū largitur deus, pro modicis & sensibilibus, & serui illi<sup>o</sup> merito dat spiritalia. Imō ipse deus est, qui per eos & ista largitur & illa. Ieiunare nō potes? Nec solitari<sup>o</sup> esse, nec humi cubare, nec integras noctes peruigilare vales? Potes tamen horum omnīū præmium accipere, si per cōpendium rem istam aggressus, in his laborantē curaueris, recreaueris, cōtinuōq; iuueris, & ex his rebus cōtractam lassitudinem alleuiaris. Ipse pugnā sustinēdo perstat, ipse vulnera accipit. Tu vero ex agone regressum curato, placidis atq; obuuis manib<sup>o</sup> excipito, recreādo sudorē abstergito, fatigatū & adfluctum animum solator, refoueto; ac refocillato. Quod si ad hunc modum iusta animi præptitudine sanctis ministrauerimus, eorundē cum illis præmiorum participes erimus. Hoc & Christus dicit: Facite vobis amicos, inquit, ex mammona iniquitatis, vt recipiāt vos in æterna sua tabernacula. Vides q̄ participes fiāt. A primo die, inquit, vsq; ad hoc tēpus. Gaudeo vero nō solū propter præterita, sed & propter futura. Ex præteritis quippe & illa conicio. Persuasum habēs hoc ipsum, quod qui cœpit in vobis opus bonū, ipse perficiet vsq; ad diem Iesu Christi. Vide quomodo illos interea modestiā quoque doceat. Nam quoniā illis magnarū rerum testimoniū tulerat, ne quid hic humani patiātur, mox instruit eos & præterita & futura Christo accepta referre. Quomodo? Nō em̄ dicit, persuasum habēs, quod vt cœpistis, ita & perfecturi sitis. Sed quid? Qui cœpit, inquit, in vobis op<sup>o</sup> bonū, ipse perficiet. Neq; tamē exemit eos ab hac virtute: Dixit

Lm. 16.

† præcepit patet iam opinione.

† vt nulli cedat occasioni, Danie. 3.

1013 Dixit enim quoniā super cōmunicatione vestra gaudeo, videlicet q̄ ipsi hic probe egerant. Neq; dixit q̄ ipsorū dūtaxat fuerint ista recte facta, sed præcipue dei. Confido siquidē, inquit, quod qui cœpit in vobis opus bonum, ipse perficiet vsq; ad diem Iesu Christi. Deus videlicet, Nō autē erga vos solum, inquit, sed & erga ea quæ ex vobis proficiscūtur, ita afficior. Nam neq; istud exiguum habet laudem, quod deus operatur in aliquo. Si em̄ personarū acceptor nō est, quemadmodū planē nō est, sed ad animi propositum respiciēs, adiuuat rectas nostras actiones, liquet q̄ ipsi sumus in causa vt ille nobis concilietur. Itaq; ne sic quidem loquēs Paulus, priuauit illos sua laude. Alioqui si simpliciter operatus est in illis, nihil vtiq; prohibuit, quo minus & in gētib<sup>o</sup> & in vniuersis hominibus operaretur, siquidē velut ligna nos ac lapides mouit, & nihil quod nos ageremus quæsiuit. Quod igitur dicit, ipse de<sup>o</sup> perficiet, & hoc ipsū quoque encomiū est eorū, qui gratiā dei attraxerunt, vt illa adiuti humanā superarent naturam. Et alias quoque encomium habet, q̄ recte facta vestra talia sunt, vt humana nō sint, sed diuino indigeāt auxilio. Si vero deus perficiet, nō multo labore res agetur, sed bono oportet esse animo, quod facile perficiātur, quæcunq; ipsius vsa fuerint adiumento. Sicut iustum est vt hoc sentiam de omnibus vobis, propterea quod habēt vos in corde meo, & in vinculis meis, & in defensione mea, & cōfirmatione euāgelij, omnes vos, inquā, qui estis mihi cōsortes gratiæ. Multū hic desiderij ostēdit. Siquidē i corde illos habuit, & in ipso carcere vincētus Philippēsiū recordatus est, id quod nō modicū exprimit virorū istorū encomium. Neq; enim affectus est sancti huius dilectio, sed iudicij restarūq; rationū. A Paulo itaq; adeo vehementer diligi, indicium est, magnum quēdam & admirabilē esse. Et in defensione mea, inquit, & cōfirmatione euāgelij. Et quid mirum, si in carcere illos in corde suo habuit? Neq; tū tēporis, inquit, cum ad tribunal accederē causam dicturus, memoria mea excidistis. Adeo quippe violentus est amor ille spiritalis, vt nullo tempore cedat, sed perpetuo amātis adhæreat animo, nulliq; tribulationi siue doloti permittat, vt animū hūc vincat. Quemadmodū enim in fornace Babylonica flāma adeo vehemēter in sublime lata ros quidā beatis illis pueris erat, ita & amicitia diligētis deoq; placentis animum nacta, omnem flammā excutit, rorēq; ex illa mirabilē efficit. Et in cōfirmatione, inquit, euāgelij. Num vincula confirmabant euāgelij, num defensio? Admodū confirmabant. Nam siquidem vincula detrectasset, impostorē agere videri poterat. Cū vero nihil nō tolerat, & vincula quoq; & tribulationem, declarat nō humanam quampiam subesse causam, propter quam ista patiatur, sed omnia se ferre propter deū qui aliquando rependat. Nemo enim vtiq; esse est, qui & mori cupiat, & tāta subire pericula: nemo qui tātum regem offedere sustineat (Neronem dico) nisi ad aliū regē isto multo maiore respiciat. Erāt itaque vincula cōfirmatio euāgelij. Vide quomodo ex abundantia omnia verterit in contrariū. Quod enim infirmitatē putabant & accusationem, hoc confirmationem esse dicit. Et nisi istud factum esset, in infirmitate futurus erat. Deinde ostendit dilectionem suam non affectū esse, sed sanum iudicium. Vnde? Habeo vos, inquit, in vinculis meis, & in defensione, propterea q̄ participes simul mecū estis gratiæ. Quid hoc est? Erat istud

A Apostoli gratia vinciri, exagitari, innumera mala ferre? Erat certe. Nā sufficit, inquit, tibi gratia mea. Po- 2. Cor. 12. tentia quippe mea in infirmitate perficitur. Propterea, inquit, placeo mihi in infirmitatib<sup>o</sup> & cōtumeliis. Cum itaq; videam vos virtutē ipsi operibus exprimere, & tātæ gratiæ participes esse, idq; cum animi præptitudine, merito ista de vobis cōiecto. Cū enim vestri ceperim experimētū, sicq; vos cognitos habēā vt nemo melius, vestraq; benefacta perspexerim, q̄ cū tanto interuallo sciūcti sitis à nobis, nō tamen deseruistis nos in afflictionibus, sed pro euāgelio participes esse voluistis tentationum: & quanquam ipsi procul abessetis, tamē in pericula descendistis, sic vt nihilo min<sup>o</sup> haberetis q̄ ego: merito hoc testimoniū fero de vobis. Sed quāobrem nō dixit cōsortes, sed simul cōsortes, hoc est nō cōsortes, sed cōsortes? Et ego ipse, inquit, cum alio participo, vt cōsors sim euāgelij, hoc est, vt cōsors reddar eorum bonorum quæ per euāgelium reponuntur. Et mirū est quod euāgelij omnes ita affecti erāt. Dicit enim, omnes vos, inquā, qui pariter estis mihi cōsortes gratiæ. Ex talibus, inquit, initiis persuasus sum, eiusmodi futuros vos in finem vsque. Nequit enim tam splendidū initiū extinguī, aut deficere, sed magnos ostēdit futuros exitus. Moralis exhortatio.

Cum ergo liceat & alia via, gratiæ, tentationūq; ac tribulationū cōsortes fieri, cōsors obsecro reddamur & nos. Velletis puto, quotquot hic statis, imō omnes, cōsors esse bonorū illorū quæ Paulo reposita sunt. Atqui licebit hoc, si cōmilitare, auxiliōque volueritis illis esse, qui ministeriū Pauli representāt, qui graue quid propter Christū patiūtur. Vides fratrem in tētationibus cōstitutū, porrigē illi manū. Vides præceptorē certantē, assiste illi. Sed nemo iā talis est, inquit, qualis erat Paulus. Mox desperant, inquit, iudicant. Nemo est sicut Paulus, fateor & ego. At interim qui Prophetā accipit, inquit, in nomine Prophetæ, mercedē Prophetæ accipiet. Nō em̄ Philippēs ideo celebres facti sunt, q̄ Paulo collaborarūt. Verū quoniā Paulus susceperat euāgelij prædicationem, ob id ab illis magnificēbat, quodq; illa patiebatur propter Christū. Nemo quidē sic vt Paulus est, imō nemo est qui ad beatum illum vel paululum accedat. Prædicatio vero eadē est hodie, quæ tum erat, nec in vinculis duntaxat illi cōmunicarunt, sed & ab initio. Audi quippe quid ipse dicat. Nostis em̄, inquit, & vos Philippenses, q̄ in principio euāgelij ne vna quidē mihi ecclesia cōmunicauerit in ratione dandi & accipiendi, nisi vos soli. Et aliās vero præter tētationes multū laboris habet præceptor, nimirū vigilias, laborē in prædicādo verbo, doctrinā, reprehensiones, accusationes, querelas, inuidiā. An ista modica sunt, innumera deferentiū & iudicantium ora ferre, cum liceret illi quæ sua sunt curare? Heu quid patior? In medio duarum rerū interceptus & cōstrictus sum. In hoc sum vt instruam vos & adhorter ad id, vt opem ac subsidiū feratis sanctis dei. Vereor vero, vt aliud quispiā hic suspicetur, nempe non vestri, sed illorū gratia ista me dicere. Scitis autē quod nō propter illos, sed propter vosipfos hæc dico. Et si attendere volueritis, his ipsis vos sermonib<sup>o</sup> certos facio. Non est idē lucrī vobis & illis. Nam vos quidē si derideritis, ea dabitur quæ & breui tadē, nolētes volētes, resignabitur aliisq; cedetis. Quæ vero vicissim recipitis, admodum magna, imō multo maiora sunt. An non hic

† euāgelij prædicato-ribus.

† summum fastum, Matt. 10.

† scitote.

nō hic est vobis animus vt existimetis vos dādo accipere: Quod si ad eū modū nō habetis, neq; volo vt detis. Ita videlicet nō pro illis loquor. Nisi quis seipsum primo ita disposuerit, tanquā magis accipiat q̄ det, tanquā innumera lucretur, tanquā beneficiū magis capiat quā largiatur, non contribuat. Si putat se accipiētī tantū dare, non det. Nō enim hoc mihi vsque adeo studiose quæritur vt alatur sancti. Nā etiam si tu non dederis, dabit alius. Quod igitur volo, hoc est, nempe vt habeatis peccatorū vestrorum consolationē. Qui vero nō ita largitur, nihil habebit cōsolationis. Neq; enim simpliciter dare, elemosynam est facere, sed prōpto alacriq; animo dare, vt eum decet qui gratiā accipit. Nō ex tristitia, inquit, neq; ex necessitate. Hilarem quippe datorem diligat deus. Si quis igitur hoc pacto non dederit, non det. Damnu enim istud est, nō elemosyna. Itaq; si scitis, nō illis accedere lucrum sed vobis, scitote q̄ potior vtilitas vobis cedit. Illis enim corp' alitur, vobis vero saginatur & inclarescit anima, nihil illis peccatorū remittitur tum quādo accipiūt, vobis autē multę offensiones mitiores reddentur. Consortes ergo simus magnorū prāmiorū quæ illis parantur. Quidam reges sibi adoptantes, nō putāt se magis dare q̄ accipere. Adopta tu Christū, & habebis plurimū securitatis. Vis & Pauli cōsors esse? Quid dico Pauli, vbi Christ' est qui accipit? Vt autē sciat q̄ omnia vestri gratia & dico & facio, non qđ ad aliorum refocillationem attinet curans, si quis eorū qui ecclesiæ præsumt, in rerū abundantia viuit, nullius egens, etiam si sanctus sit, nihil illi tribuas, sed eū præpone, qui penuria premitur, licet nō adeo sit celebris & admirabilis. Quā obrem? Quoniā illud & Christus ita vult, vt quando dicit: Si quando facis prandiu aut cœnam, nō voces amicos tuos, neque cognatos, sed voca debiles, claudos, cæcos, eos videlicet qui tibi inuicem rependere nequeunt. Nō em̄ oportet simpliciter quoluis recipere, sed esuriētes, sed sitientes, sed nudos, sed aduenas. Neq; enim simpliciter dicit, cibo refectus sum, sed esuriui, inquit. Nā esuriētē me vidistis, & aluistis. Duplex scilicet iustitia. Si enim cibare oportet simpliciter, quisquis fuerit, esuriētē, multo magis quādo & qui esurit sanct' est. Itaq; si sanctus quidem est, nihil tamē patitur inopiæ, nihil tribuito. Nihil enim hic vtilitatis est. Christus quippe non hoc præcepit. imō neq; sanctus is est, qui cum abūdet, nihilominus accipit. Vides q̄ ista nobis nō turpis lucri, sed cōmodi vestri gratia dicta sunt. Ale esuriētē, ne alas gehēnæ ignē. Ille de rebus tuis comedēs, & ea quę tibi relinquūtur, sanctificat. Considera quomodo Heliam

1. Cor. 14. c

3. Reg. 17. b

Mat. 12. d

\* Ios. 1. fortasse vel pariter sic a qualiter.

nec curiosum esse erga eū qui beneficio sit afficiendus. Si curiose voluisset singula expēdere, dubitasset utiq; nec credidisset. Ita & Abrahamā si curiose egisset, angelos certe hospitio nō suscepisset. Nequit enim, nequit inquā, quisquis oīa curiose scrutari pergit, aliquādo voti cōpos fieri, sed is omniū maxime in impostores scidit. Et quomodo hoc fiat? dicā. Religiosus nō vult videri religiosus, atq; ideo nullum sibi ipsi religionis habitū ac prætextū imponit, sed studet esse aspernabilis. Impostor vero rem omnē arte tenēs, multū sibi religionis, idq; adeo artificiose vsurpabit, vt difficillime deprehendas. Fit itaque vt qui videtur irreligiosus benefacere, in religiosos incidat: & vicissim qui studiose eos inquit qui religiosi putātur, in irreligiosos sæpenumero incidat. Faciamus igitur omnia, obsecro, in simplicitate. Ponam' em̄ impostorem eū esse qui accedit, nō tamē iustus es ista curiose inquirere. Omni siquidē, inquit, petenti te tribue. \* Et si in eum incideris qui occidendus sit, non auerferis, ] quanquā plures eorū qui occiduntur, in malis deprehensi istud patientur. Sed ne auerferis, inquit. Hoc enim pacto deo similes erimus, hoc pacto ad mirationem erimus, immortalia que bona assequemur. quæ nos omnes adipisci contingat, &c.

Homilia II.

**E**stis enim mihi deus est, quam desiderem vos omnes in visceribus Iesu Christi. Et illud oro, vt charitas vestra adhuc magis atque magis exuberet in agnitione, & in omni sensu, vt probetis quæ sint præstantia, vt sitis sinceri ac sine offensione in deū Christū, repleti fructibus iustitiæ, qui sunt per Iesum Christum ad gloriam ac laudem dei. Deum testem non ideo citat, quod fidem non mereatur, sed multo istud affectu & ad hoc facit, vt vehementer persuadeantur, certoque confidant. Quoniam dixerat eos cōsortes suos factos esse, ne putaret eum huius gratia] isto esse desiderio erga se, propterea subiunxit, in visceribus Christi. Quid hoc est? Idem scilicet q̄, scilicet cūdum Christum, quasi dicat: Quoniam fideles estis, quoniam Christum amatis, propter dilectionē quæ secundum Christum est. Et nō dixit dilectionem, sed quod feruentius erat, nempe: Viscera Christi. Tanquam parens vester factus, inquit, propter cognitionem quę secundum Christum est. Ipsa quippe vobis viscera largitur, viscera calentia & ignita. Germanis em̄ seruis suis viscera sua donat. In illis, inquit, visceribus, diligo vos, visceribus non naturalibus, sed feruentioribus, quippe ipsius Christi. Quam desiderem, inquit, vos omnes. Quoniā omnes tales estis, sermone consequi nequeo quomodo vos desiderem. Dicit itaq; nequit. Propterea deo istud cognoscēdū permitto, corda penetranti. Quod si adulatus illis fuisset, deū utiq; testem nō aduocasset. Neq; enim istud periculo caret. Et hoc, inquit, oro, vt dilectio vestra adhuc magis atq; magis exuberet. Est enim istud insatiabile bonū. Vide siquidē. Ita dilectus magis adhuc diligi voluit. Qui em̄ diligit, dilectū nusquā certo gradu dilectionis stare cupit. Nequit em̄ esse boni hui' mēsurā, & illud Paulus semper debere vult. Nemini quicquā, inquit, debeatis, nisi vt mutuo vos inuicē diligatis. Dilectionis mēsurā est, nequaquā gradū figere. Vt dilectio vestra, inquit, adhuc magis atq; magis exuberet. Vide dilectionis affectū, ] vt adhuc magis atq; magis, inquit, exuberet in agnitione, & in omni sensu, nō simpliciter quāuis amicitiam, neque simpliciter dilectionē admiratur & celebrat, sed eā quæ est

Rom. 13. b

† egre tulisset ac fuisse.

quę est ex cognitione, hoc est, qua non erga omnes fit vt eū. Istud enim nō dilectionis, sed frigidum fuerit animi ac imbecillis. Quid est in agnitione? Cum iudicio, cū ratione, cum sensu. Sūt enim qui præter rationē quoluis simpliciter ac fortuito diligunt. Vnde & fit, vt nō sint admodū vehemētes tales amicitij. In agnitione, inquit, & in omni sensu, vt probetis quæ sint præstantia. Non propter me, sed propter vos, ista dico. Timor em̄ est, ne quis hæreticorum dilectione corrūpatur. Hoc em̄ totū subindicat. Et vide quomodo ipsum ponat. Nō ista, inquit, mea gratia dico, sed vt vos sinceri sitis. Hoc est, ne adulterinū dogma dilectionis prætextu suscipiatis. Quomodo igitur alibi, Cū omnibus, inquit, hominibus quantū in vobis est, pacē habete? Pacem dixit habete, nō ita diligētes, vt amicitia damnū adferat. Si enim oculus tuus dexter, inquit, offensaculo tibi fuerit, erue illū, ac proiice abs te. Vt sitis sinceri, nimirū erga deū, & sine offensione erga homines. Multis quippe sæpenumero detrimento sunt amicitia. Etiā si te nihil læserint, inquit, alius tamē interea offenditur. In diem Christi. Hoc est: Vt tū mundi reperiāmini, quippe qui nemini offensioni fueritis. Repleti fructibus iustitiæ, qui sunt per Iesum Christū, ad gloriā & laudem dei. Id est: cū dogmatibus vitam quoq; rectā habentes. Et non simpliciter rectā, sed repletā etiam fructibus iustitiæ. Est autem & iustitia quæ dā, sed nō secundū Christū. Qualis est vita eorū qui fortiter ac strenue viuunt. Qui sunt per Iesum Christū ad laudem ac gloriā dei. Vides quod non gloriam meam, sed iustitiā dei dico? Multis subinde locis iustitiā vocat elemosynā. Nihil adferat, inquit, impedimēti vobis dilectio, ad hoc vt cognoscatis quæ sunt præstantia. Non decidas propterea q̄ illum vel illum diligis. Auctam quippe volo dilectionem vestram, at nō ita, vt damnovobis sit. Et nō simpliciter velut ex præiudicio illud volo, sed vt probetis primum, num recte dicamus. Et non dixit, vt quæ nostra sunt, eligatis, sed vt probetis. Neq; apertē dixit, ne cuiuis approprietis, aut applicemini, sed ad vestram vtilitatē dilectionē vobis esse volo, non vt sine sensu temere feramini. Stultū quippe fuerit, si iustitiā nō propter Christū & per ipsum operati fueritis. Vide rursus illud, per seipsum. Ergo deo vsus est ministro? Non vt ego, inquit, laudē capiā, sed vt deus glorificetur. Scire autem volo vos fratres, quod quæ mihi acciderunt, magis ad profectum Euangelij euenerunt ita, vt vincula mea manifesta facta sint in Christo, in toto prætorio, ac ceteris omnib'. Possibile erat illos, audito q̄ vincus esset, dolere, putarēq; ex ea re moras habiturā Euāgelij prædicationem. Quid igitur facit? mox illam suspicionē tollit. Et istud amantis est, vt quæ sibi accidunt, illis manifestet, qui suo nomine curis anguntur. Quid dicis? In vinculis & cōpedibus es, & quomodo Euāgelium ex eo incrementum sumit? Ita, inquit, q̄ vincula mea manifesta sunt in toto prætorio. Deinde nō solum hæc mea vincula aliorum ora nō obturarūt, aut timidos effecerūt, sed magis cōfidentes reddiderūt. Itaq; si illi qui periculis hisce vicini sunt, nō solū nihil hinc damni, sed plus etiā animi cōfidētis tulerūt, multo magis istud vobis accidere oportet. Nam si Paulus vincus & generose quidem vincula tulisset, verū interea siluisset, ] merito & ipsi eadē passi fuissent. Si vero vinc' maiore etiā fiducia egit, plus illis animi addidit, q̄ si vincus non fuisset. Quomodo vero ad profectū Euangelij facta sunt vincula? deus istud

Rom. 12. d

Mat. 5. c

† egre tulisset ac fuisse.

ita dispēsauit, inquit, vt nō esēt occultavincula mea, aut vincula in Christo, id est, propter Christū, in toto prætorio (Tū enim regias ita vocabant) & in vniuersa ciuitate. Vtq; plures ex fratribus in domino, freti vinculis meis, vberius iā audeāt intrepide sermonē loqui. Ostendit quidē q̄ & ante vincula sua fortes fuerint, cūq; fiducia differuerint, nūc vero multo amplius. Itaq; si alii, inquit, animos ex vinculis meis sumūt: multo magis ego, si aliis causa fiducia sum, multo magis mihi ipsi. Vtq; plures ex fratrib' in domino. Quoniā magnum quid erat q̄ vincula sua aliis fiducia addidisse dicit, propterea præoccupando, in domino, inquit. Vides quomodo a modestia etiā ibi nō abstineat, vbi gloriādi necessitatē incubere videt? Vberius, inquit, iam audeāt intrepide sermonē loqui. Vberius illud ostēditis est illos iā audere cœpisse. Nonnulli quidem propter inuidiam & contentionem, nonnulli vero & propter bonam voluntatē Christū prædicāt. Quid hoc sit, dignū fuerit cognoscere. Quoniā in vinculis detinebatur Paulus, vehemēs bellū multi infidelīū apud regē excitare cupientes, Christū & ipsi prædicabāt, vt aucta regis ira tanquā ob prædicationē latius disseminatam, omnis furor & cōmotio in caput ipsius Pauli redundaret. Causam itaq; duplici, inquit, occasione vincula mea dederūt: Istis quidē multū pepererūt fiducia, illos vero in spem perditionis meæ ductos ad prædicandum Christum permouerūt. Hoc est: Inuidentes gloriæ & instātiæ meæ, meq; perditū volentes, contrāq; tendentes, in hoc opere mecum laborant. Aut vt & ipsi in precio habiti reputatq; non nihil gloriæ meæ detrahāt. Nonnulli vero & propter bonam voluntatem, hoc est, sine hypocrisis, ex omni animi prōptitudine. Illi quidem ex contentione Christum annunciant non purē. Id est, nō sincere. Neq; propter rem ipsam, sed cuius gratia? Existimantes sese afflictionem addere vinculis meis. Putātes me hoc pacto in maius periculū casurum, tribulationi tribulationē superinducūt. O crudelitātē, o diabolicam energiam. Vincum videbāt, & in carcerem coniectū, & tamen adhuc inuidebant. Auctas volebant illius calamitates, maioriq; iræ regis obnoxiiū factū. Et bene dixit, existimātes. Neque enim ita euenit. Illi quidē, inquit, putabāt hoc pacto se tristitiā mihi adferre, ego vero gauisus etiam sum, propter prædicationis profectum. Isti vero ex dilectione, sciētes quod in defensionē euāgelij cōstitutus sum. Quid est istud q̄ in defensionē euāgelij cōstitutus sum? Hoc est, rationes meas quas corā deo redditur' sum, promouētēs & adiuuantes. Quid est, in defensionē? iustus sum, inquit, prædicare, & iam rationē datur' sum, defensionemq; obiturus pro opere isto quod in mādatis accepi. Itaq; vt facilis mihi sit defensio, adiuuāt me. Nam si plurimi fuerint catechizati ac credentes inuēti, facilis erit parata defensio. Ita potest opus bonum, etiā ex proposito nō bono fieri. Et nō solū nulla reposita est pro ea re merces, sed & suppliciu. Quoniam enim Christum ideo prædicarūt, vt maioribus periculis præconē illius inuoluerent, mercedem non solū nō recipient, sed & pœnis & supplicio erunt obnoxij. Isti vero ex dilectione. Hoc est: sciūt q̄ euāgelij mihi reddenda sit ratio. Quid enim? dummodo quouis pacto siue per occasionem, siue per veritatē Christi annuntietur. Videte viri philosophiā! Non admodū vehementer ipsos accusauit, sed quod factum est narrauit. Quid em̄ mea refert, inquit, siue isto, siue illo pacto prædicetur, dummodo quouis modo, siue p occasione, siue per



per veritatē Christus annūciatur? Nō dixit, annūciator, velut legislator, sed quod contigerat, declaravit. Deinde etiā si prācipiēdo hoc dixisset, neq; sic tamē hāereses induxisset. Inquiramus em̄ rē ipsam. Nā etiā si ad eū modū prādicare iussisset, quemadmodū illi prādicabāt, neq; tamē vel hoc pacto hāresib⁹ causam dedisset. Quomodo? Quoniam illi sanē prādicabāt: scopus vero & animus quo prādicabāt, corrupt⁹ erat, nihil immutata ipsa prādicatione, imō vt ita prādicarēt, plurima cogebat necessitas. Nisi enim ita sanē prādicassent, nō prādicassent vt Paulus. Si aliter docuissent q̄ Paulus, regis vtiq; irā nō auxissent. Nūc vero vbi prādicationē illius augebāt, similiter docebāt, & pariter cū illo discipulos faciebāt, inimicum illi regē hoc pacto, cōspecta tāta discipulorum multitudine, reddere valebant. Sed quis scelestus & impudēs hūc sibi locū vsurpauit, inquis? Atqui contrariū potius fecisset. Eos qui iā crediderāt, abegissent, tantū abest vt numerū credentiū auctiorē reddidissent, si quidē Paulum mordere voluissent. Quid ergo dicemus? Nimirū hoc. Quōd vnū istud spectarint illi, vt prāsentibus periculis Paulum, ne quo pacto dimitteretur, aut effugeret, hoc modo inuoluerent. Atq; hac via putabāt illū magis tristitia cōficiēdum, prādicationēq; extinguendā, quā per reliquos incredulos. Nā aliās quidē & regis irā extinxissent, & Paulū exire, denuōq; prādicare permisissent: sed hoc pacto totū euāgelij negotiū sublatū iri propter ipsum putabāt, si ipsum sustulissent. Nō erāt autem multi cōsiliij huius cōscij, nisi nōnulli amariōres. *Et in hoc, inquit, gaudeo, quin & gaudebo.* Quid est, quin & gaudebo? Et amplius etiā fiat, inquit. Mihi quippe, inuiti licet, adiuuētō sunt, & pro laboribus illis suis supplicii: ego vero qui nihil cōfero, mercedē accipiam. An diabolo scelesti⁹ quicquā est? Prādicationis supplicii, laborūq; pœnā cōsidera. Vides quāris malis suos circūquaq; stimulet? Quomodo alius quispiā vtcunq; hostis & inimicus, quicquid salutis est, ita profligasset? Vides q̄ quisquis veritati aduersatur, nihil efficiat, sed seipsum magis percutiat, quē admodum qui cōtra stimulū calcitrat? *Noui enim, inquit, quōd hoc mihi cedit ad salutem, per vestrā deprecationē & subministratiōē spiritus Iesu Christi.* Diabolo nihil est scelestius, ita suos vndiq; inutilibus laboribus obruit & dissipat. Et nō solū nihil prāmiorū acquirere permittit, sed & supplicio obnoxios facere nouit, nō solum prādicationē, sed & ieiuniū tale ac virginatē ipsi prāfigit, quā nō solū prāmii illos priuet, sed & magnū malū aggredientibus se inducat. De quibus, *1. Tim. 4.* inquit, cauterio notatam habentes conscientiam.

Moralis exhortatio.

Proinde adhortor, vt pro omnib⁹ deo gratias agamus. Nobis em̄ & labores leuiōres fecit, & prāmia adauxit. Quibus enim prāmii fruūtur apud nos qui mōdestē vtūtur matrimonio, illa nō assequūtur qui virginatē etiā apud eos custodiūt, sed fornicatiū iudicio obnoxij erūt, qui apud hāreticos de virginatē gloriātur. Totū vero istud inde est, q̄ nihil recta intētiōe, recto scopo faciūt, sed per calumniā creaturarum dei, ineffabilisq; ipsius sapientiā. Ne tamen torpeamus, certamina nobis deus cōmensurata prāscripsit, quā nihil habeāt laboris. Verum illa nō ideo cōtemnamus. Si em̄ hāretici seipso inutilibus laboribus deiiciūt & affligūt, quid nobis excusationis relinquetur, qui neq; eos labores ferre volumus, qui &

minores sunt, & plus mercedis habēt? Quid em̄ graue, quid onerosum est in prāceptis Christi? In virginatē degere nequis? Licet tibi nubere. Non potes ferre vt omnib⁹ bonis tuis priueris? Potes de illis quę habes, aliquid dare. Vt vestra, inquit, abundantia suppleat illorū inopiā. Hęc quidē, quę ad superādas corporales cōcupiscētiās attinēt, grauiā vidētur. Alia vero nullo indigēt sumptu, nulla violētia. Quę nāque fuerit, dic quāso, violētia, simpliciter nemini maledicere, neq; calūniā omnino struere? Quę vis fuerit nō inuidere aliorū bonis? Aut quę vis, gloria nō capi? Tormēta patiēter ferre, cōstātiē est: philosophicā vitā exercere, cōstātiā est: paupertatē tolerare, cum famē & siti luctari, cōstātiā est. Quando vero nihil horū fuerit, sed licet vt bonis tuis, quaten⁹ Christianum decet, fruaris: quę, quāso, violētia fuerit aliorū bonis nō inuidere? Inuidētia aliunde non est, quā ex eo q̄ rebus prāsentibus nimio es addictior: imō hinc omnia mala. Nā si pecuniā & mundi huius gloriam nihili fecisses, nihil vtique inuidiā erga eos qui istis potiūtur, sensisses. At quoniā illis inhias, illa miraris, illa stupes, propterea te & quę inuidiē sunt oburbāt & fatigāt. Atq; ideo & quę vanę glorię studium cōcernūt, imō omnia huiusmodi ex eo nascūtur, q̄ quę prāsentis sunt vitę, admirationi habeūtur. Inuidia torqueris, q̄ ille vel ille diues est? Atqui commiseratione potius, & lachrymis etiā qui talis est, dignus esse debebat. Sed statim istud, ridendo, subinfers: Ego dignus sum qui deplorē, non ille qui diues est. Dignus planē es lachrymis & tu quoq; nō ideo q̄ pauper sis, sed q̄ teipsum pro misero habes. Deploramus enim illos, qui cū nihil habeāt mali, nihilominus molestē sortem suam ferūt, non q̄ male habeāt: sed quōd cum non habeant male, habere se putant. Vtpote si quis à febrili liberatus ardore, nihilominus mōreat, & cū sanus sit, in lectō tamen plusquā febricitātes ipsi soleāt, circūferatur: nōne is dignus fuerit qui deplorētur? ita & tu quoq; sanē dignus es lachrymis, ob id q̄ miserū teipsum æstimas, nō ideo q̄ pauper es. Paupertatis quippe gratia beatissimus etiā es. Vt quid inuides diuiti? Quōd seipsum plurib⁹ curis obnoxiiū fecit? Quōd grauiori seruituti se subdidit? Quōd innumeris veluti catenis, canis instar, pecuniis suis ligatus est? Si quādo vespera illum, & nox ipsa prehēdit: quod aliis tempus est recreationis ac quietis, id huic tēpus est tumultuatiōis, molestię, tristitiā, & curarū. Si quid in ædib⁹ vel modicē strepit, mox ille turbat⁹ exilit. A prādonib⁹ spoliāt⁹ est quispiā? Plus perditō ipso curis cōscitur cui nihil periit. Is em̄ semel quidē periit, tristitiāq; affect⁹, omnē postea curā abiecit: hic vero indefinēter curis angitur. Si nox apprehendit, nox inquā illa malorū nostrorum portus, calamitatum nostrarum solatium, vulnerum pharmacū. Nam qui continuis ac magnis doloribus vndiq; premuntur, qui neq; amicorum, neq; cognatorum, nec domesticorū, ac sæpenumero neq; parētum cōsolationibus cedunt, aut obtemperant, sed etiam ad illorum verba indignantur, ad imperium somni, quietē iubentis, ne respicere quidē poterunt. Omni siquidem ardore magis animos nostros doloris amaritudo frangit. Quemadmodum igitur corpus calore succensum, feruentiorib⁹q; Solis radiis reluctando fatigatum, si hospitium quoddam aut diuersorium, locum multis fontibus irriguum aurāque tenui iueūdum, nactum fuerit, refocillatur: ita &

nox animos nostros, quū somno illos tradit, recreat. Imō illud nō nox neq; somnus operatur, sed deus ipse miserā generis humani intuitus, hęc omnia ita disposuit. Nos vero nulla nostri ipsorum misericordia tacti: neq; sec⁹ q̄ si hostiliter aduersum nos ipsos effemus adfecti, tyrannidē meditamur ac struimus ipsa naturali necessitate quietēq; maiorē, vigiliis nempe diuitiarū gratia susceptas. Nā cura diuitiarū, inquit, somnū abigit. Et vide quanta sit dei erga nos cura & prouidentia. Nō animi nostri proposito quietē cōmisit: sed naturalibus illam necessitatibus ita obuinxit, vt nobis bene fiat vel inuitis. Dormire quippe naturę est. Nos autem, tanquā nos ipsos vehemēti odio prosequentes, nec minus q̄ alios impugnātes ac molestantes, tyrannidem nobis procuramus & imponimus hac naturali necessitate maiorem, eam videlicet quę à pecuniis est. Dies est? Tum scyphatas, qui talis est, metuit. Nox illū apprehendit? Timet latrones. Mors imminet? Plus eo mordetur, q̄ quę habet, aliorum futura sunt, quā morte ipsa. Liberos habet? Tū maior illi est cōcupiscētia habendi, vidēturque sibi tum esse pauper. Non habet? Luger ac dolet. An hūc igitur beatum æstimas, qui nusquam vel aliqua ex re gaudere potest? Huic inuides aded fluctuātī, cū tu in paupertate, velut tranquillo portu, securus cōsistas? Et hoc re vera humanę naturę vitium est, q̄ quę bona sunt non generose ferimus, sed in luxum lasciuimus. Atq; ita hic quidē ista habent. Cum vero hinc in aliud seculum abierimus, audi quid ibi dicat diues ille multorū bonorum dominus, quēadmodū tu dicis. Ego quippe ista vtiq; non dixerim bona. Hic itaque in finitorum bonorum dominus quid dicat, & in qua sit penuria, audi: Pater, inquit, Abrahā mitte Lazarum vt extremo digito linguę meę aquę guttulā instillet, quoniā velut i sartagine planē torrefio. Quōd si diues hic nihil etiā eorum quę supra memini, peressus esset, sed in summa securitate, extra quauis sollicitudinē omnē vitā egisset, quid dico omnem vitam? vnicum illud momentum, (momentum enim quoddam est omne nostrum seculum ad infinitū illud futurum cōparatum) quōd si etiā, inquam, omnia illi iuxta animi sententiam cessissent: an non ex his verbis nihilominus, imō ex his rebus, miserabilis est? Age o diues: num mensa tua vino vndiq; perfundebar? Nunc vero ne guttā quidem aquę in potestate habes, idq; in magna ista necessitate cōstitutus. Nō pauperem illum vlcerosum cōtemnebas? Nūc verō videre illum petis, & nemo est qui det. Erat tum ante ianuā tuam, nunc vero est in sinu Abrahę. Sub amplis fastigiis tum accūbebas, nūc vero in igne gehennę. Audiant ista diuites: imō non diuites, sed immisericordes. Non enim ideo punitus hic est, q̄ diues, sed q̄ sine misericordia fuit. Potest enim fieri, vt qui diues est pariter & misericors, omne bonū assequatur. Et propterea neminem alium, in tormentis cum esset, vidit, q̄ cum à quo fuerat elemosynā rogatus, vt diceret, quā iustē tormenta illa ferret, in memoriā ductus eorū quę male gesserat. Non enim & innumeri alij pauperes iusti quoq; fuerūt: Vtique. Sed hic illi apparet, qui ante illius ianuā iacuerat, instruens eum, & nos quoque, quantū sit bonum, nullo ad pecunias affectu fuisse. Lazaro ad regni cōsecutionem nihil obfuit ipsa paupertas, huic ad effugiū gehennę nihil profuere diuitiā. Quādiu egeni? Quādiu pauperes? Non est pauper, non est, inquā, qui ni-

hil habet, sed qui multa cōcupiscit. Vicissim non est diues, qui multa possidet, sed qui nullius eget. Quid enim profuerit, si orbē quidē vniuersum possederis, vitā verō duxeris tristiorē quā soleant qui nihil habent? Volūtates hominū & diuites faciūt & pauperes, non pecuniarū vel abundantia vel defectus. Vis diues fieri, qui pauper es? Licet si volueris, atq; id nemine etiā prohibēte, cōtemne mundi pecunias. Cogita illas nihil esse, quēadmodū & nihil sunt. Reice abs te diuitiarū cupidinē, & planē ditatus es. Iste demū verē diues est, quid itescere nō cupit. Qui pauper esse non vult, is pauper est. Quemadmodū enim ille verē ægrotus est, qui & in ipsa sanitate infirmi morē mōeret, nō qui morbū quauis sanitate facili⁹ fert: ita & pauper est, qui paupertatē ferre nequit, sed in ipsis diuitiis pauperiorē se pauperib⁹ esse putat, non is qui paupertatē fert facilius, q̄ diuitias suas diuites. Is em̄ ditior est. Dic enim quāso, quāobrem paupertatem metuis? Quare ad illā tremis? Num propter famem? Nunquid propter sitim? an propter frigus, aut neque propter ista? Verum non est, non est inquā, quispiam, qui istorū eguerit aliquando. Respicite etenim primordiales illas generationes, & videte. Quis credit domino, & derelictus est? Aut quis sperauit in illū, tac despectus est? & rursum, Respicite volatilia cęli, quoniā non serunt neq; metunt, neque colligunt in horrea, & pater vester cęlestis pascit illa. Neminē citō quisquā nobis ostēdere poterit, qui fame perierit ac frigore. Quia igitur ratione paupertatē horres? Dicere nō poteris. Nam si necessariorum facultatē habes, quid paupertatē times? Quōd cares multitudine domesticorū? Istud est à dominis liberari. Istud est cōtinua beatitudo. Hoc certē est à curis libertas. An quę vasa tua, lecticę, & reliqua supellecilia nō sunt ex argēto fabrefacta? Quid iam plus habet q̄ tu si vsum respexeris ac fruitionē, qui ista possidet? Nihil. Vfus enim idē & par est siue ex ista siue ex illa materia. Sed ob id forte, q̄ non multis es formidini? Absit vt hoc vnquā fiat. Quid nāque voluptatis haberet, si quidā te & timerēt ac horrerent? Sed quōd tu alios formidas? Verum potes non formidare. Vis enim, inquit, nō timere potest? fac quod bonū est, & laudē habebis ab illa. Sed contemptui patemur, inquis, & ad quoduis malū ferendum expositi? Istud maxime nō paupertas facit, sed malitia, eo quōd multis pauperibus vitā sine negotio agentibus, & principes, & diuites, & magnates, omnibus & malefactoribus, & latronibus, & sacrilegis peius & miserius egerunt. Idē enim in diuite diuitiā operātur, quod in te paupertas. Nam quemadmodū hic tibi qui malefacere volunt, ideo malefaciūt, q̄ cōtemptus es: ita diuiti, propterea quōd odio illum & inuidia psequuntur. Atq; hi magis quā illi. Imō ista inuidendi vis fortior est quā sit malefaciendi. Qui enim inuidet, nihil nō omni facultate & potentia quā studiofissimē operatur. Qui vero contemnit, sæpenumero miseretur etiam contempti. Atque ita hoc ipsum illi causa fit remittendi & liberandi, quōd pauper est, quōd nihil habere potest roboris ac virium. Est hinc est, quōd subinde dum ei qui pauperi molestus est, dicimus: Gregium vero facinus designaueris, si hūc sustuleris, si vnum hunc pauperculū occideris: quę prāmia nō consequeris? Et hoc pacto furorem huiusmodi hominum suppressimus. Inuidia vero quę est erga diuites, vehemēter vrget: quietis non prius patiens, q̄ quōd

1. Tim. 4.

Mat. 16. d

Eccle. 2. b. Matr. 6. d. cōsist. sū est?

Rom. 13. a

\* an dicitur, id est degerunt, vel mortui sunt.

† ad malū faciēdum.

volebat operata fuerit, venenūmq; cconceptū effuderit. Vides quod neq; paupertas neq; diuitiē, bonū quid sint, sed nostrū ipſorum propositū & voluntas. Voluntatem itaq; nostram dirigamus, illā ad philosophiā studiū instruamus. Si illa bene habuerit, neque diuitiā nos regno dei eiicere poterūt, neq; paupertatem efficiere vt minus quid habeamus: sed paupertatem ipsam placidē feremus, nihil à consecutione futurorum bonorum, etiam eorum quæ hic sunt, impediti. Veum & istis potiemur, & cœlestia bona cōsequemur: quæ contingat nos omnes assequi, &c.

Homilia tertia.

**T** in hoc gaudeo, quin etiā gaudebo. Noui enim quod istud mihi cedit ad salutem, per vestrā deprecationē & subministrationem spiritus Iesu Christi, secundū expectationē & spem meam. Quoniā in nulla re pudeſiam, sed cū omni fiducia, vt semper, ita nūc quoq; magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitā, siue per mortē. Magnū & philosophicum animū nihil earum rerū quę in hac vita ristes accidūt, molestare potest, nō inimici accusationes, nō detractioes, nō pericula, nō insidiæ. Nequit enim, quasi in quoddā excelsum mōtis receptū cacumē, à quoquā eorū quibus ab imo subiectæ teluris impetitur prehēdi. Talis erat mēs Pauli. Quouis montiū cacumine sublimiorē spiritualis philosophię locū tenebat, eius vtiq; quæ vera demū philosophia est. Quæ extrinsecus accidūt, verba duntaxat sunt, & puerorū ludus: sed de his nobis iam non est sermo: Pauli vero verba tractāda sunt. Habebat tū beatus ille & regē hostiliter sibi aduersantē, & præterea alios quoq; inimicos, a quibus præcipuē, & amaris calūniis adfligebatur. Et quid dicit? Nō solū, inquit, nullo hīc dolore adficior, neque ab officio decido, sed & gaudeo, & gaudebo. Non ad tempus, inquit, sed semper horū gratia gaudebo. Noui em̄ q; hoc mihi cedit ad salutē, futuram scilicet: quādo videlicet ista inimicitia, & quæ aduersum me est æmulatio, prædicationē euangeliij iuuet etiā & promoueat. Per vestram deprecationem ac subministrationē spiritus Iesu Christi, secundū expectationē & spem meam. Vide modestiā beati hui⁹. Luctabatur in certaminibus. Præter ipsam coronā innumera quoq; affecutus erat: Paulus enim erat. Nā quid amplius quispiā dicit? Et ad Philippenses: Quoniam per vestrā, inquit, deprecationem saluari potero, cū tamē ex innumeris rebus bene gestis salutē possideret, & subministrationē spiritus Iesu Christi. Hoc est, si vestras preces & gratiā naetus fuero. Id enim est quod dicit, & subministrationē spiritus, nepe si subministratus, si plus aliquāto adauctus mihi fuerit spiritus. Sanē illud, ad salutē, liberationē intelligit, quasi dicat: quantū attinet ad præsens, primū hoc periculum effugiā: nā de illo dicit: In prima mea defensione nemo mihi adfuit. Nō imputetur illis: sed domin⁹ mihi adstitit, & corroborauit me. Hoc itaq; iam propheticē prædicat. Per vestram deprecationem & subministrationem spiritus Iesu Christi, secundū expectationē & spem meā: ita quippe spero. Etenim ne totū nos illorū precibus committamus, nihil ipsi adferentes, vide quomodo quod suum erat ponat: Spem videlicet omniū bonorum causam. Quemadmodū propheta dicit: Fiat misericordia tua domine super nos, quemadmodū sperauimus in te. Quemadmodū & alibi dicit: Respiciate generationes priores & videte. Quis sperauit in dominum, & cōsufus est? Et rursus beatus hic dicit, Spes autē non pudeſcit. Secundum expectationem, inquit, &

spem meam, quoniā nulla in re pudeſiam. Hæc ipsa est Pauli spes sperare quod nusquā pudeſiam. Vides quā sit virtutis, sperare in deum? Non pudeſiā, inquit, quicquid euenerit: hoc est, Non vincēt illi, sed cum omni fiducia quemadmodū semper, ita & nūc magnificabitur Christus in corpore meo. Sperabāt illi Paulum se quidē hoc veluti laqueo è medio tollere, prædicationē vero prorsus extinguere, tanquā illud iste corū dolus efficere posset. Hoc itaq; dicit: Quod illivolūt, non fiet: iam non moriar. Sed quomodo semper, ita nūc quoq; magnificabitur Christus in corpore meo. Quomodo videlicet sæpenumero in pericula incidimus, in quibus de nobis desperabāt omnes, imō nos ipsi de nobis ipsis: (Nā ipsi in nobis ipsis, inquit, sententiā mortis acceperamus, sed ex omnibus eripuit nos domin⁹) ita & nūc quoq; magnificabitur in corpore meo. Ne quis cogitet ac dicat: Quid igitur? Si tu mortuus fueris, nō magnificabit? Scio plane, inquit. Neque hoc ideo dixi, q; sola illū vita magnificet, magnificat illū & mors. Interea tamen magnificatur per vitā, inquit: nō enim occidēt me. Et si occiderint me, tamen etiā sic magnificabitur Christus. Quomodo? Per vitā quidē, q; eripuit me. Per mortē vero, quod neq; mors mihi persuasit, vt ipsum negem, q; tantam animi præoptitudinem mihi largitus est, q; morte robustiorem me reddidit. Illic q; periculis me exemit: hic, q; non permisit vt mortis tyrannidē exhorrerē. Ita videlicet magnificabitur siue per vitam siue per mortem. Ista vero dicit, non tāquā moriturus, sed vt nihil tum humani patiantur si quādo cōtingat ipsum mori. Quod enim ista non velut moriturus (id quod ipsos omniū potissimū afflixisset) dixerit, vide quomodo id ipsum mitiget, tantū non apertē dicēs: Hęc autē nō tanquā iam moriturus dico. propterea & in ipso progressu subiūgit: Et hoc certo scio, q; mansurus sum, & cum omnibus vobis permansurus. Quoniā nulla in re, inquit, pudeſiam: hoc est, Nullū incuriet mihi pudorem, si moriendū sit, sed magnum etiā lucrū adferet. Neq; enim immortalis sum. splēdidior enim ero q; si & immortalis essem. Quippe non idē est, eum qui immortalis est, cōtemnere mortē, atq; si mortalis hoc fecerit. Itaq; neq; hoc turpe fuerit, nepe si iam morerer, sed nō morior. In neutro pudeſiā, neq; in vita neq; in morte. Vtrūq; enim generosē faciam, siue viuēdum sit, siue bene moriendū. Hoc videlicet animi Christiani est. Sed in omni, inquit, fiducia. Vides quomodo nō pudeſiam? Nā si mortis metus fiducia meam amputasset, meritō cum dedecore morerer. Si vero nihil me terruit mors imminens, nihil etiā si morerer, pudoris fuerit. Sed siue per vitā, non pudeſiam. Prædico enim euangeliij prædicationē. siue per mortē, neq; sic pudeſiam. Siquidē nihil me timoris detinet: eandē quæpē fiduciā vsque ostēdo. Neq; enim causam istā ideo turpitudinis quicquā habere putabitis, q; vinculorū nemini. Tantorum nanteque bonorum causam mihi dederūt hæc vincula, vt & aliis inde nata sit maior loquēdi fiducia. Nō enim propter Christū vincitū esse, sed vinculorū metu quæ Christi sunt, pdere, turpe demū est. Donec istud nō fuerit, etiā fiduciam pariēt hęc vincula. Quandoquidem frequēter pericula effugerim, ob eaq; aduersus infideles gloriari valeā: si quādo nos affligi cōtingerit, ne ad pudorē nostrū istud fieri existimetis. hoc enim nō min⁹ q; illud nobis fiducię largitur. Vide quomodo in ppria sua persona hoc adducat, id quod multis in

tis in locis facit, quemadmodū ad Romanos: Nō enim, inquit, me pudet euangeliij. Et ad Corinthios, Hęc vero, inquit, per figurā trāstuli in meipsum & Apollo, siue per vitā, siue per mortē. Non hoc tanquā rerum ignarus dicit. Sciebat enim q; tum nondū moriturus esset, sed demū post ista. Verum animos illorum iam ita in futurum præparat. Nam mihi vita Christus est, & mors lucrum. Etiam moriēdo, inquit, nō moriar, eo quod vitā habeo in meipso. Tum vero demū me occiderint, si per metum & terrorē animo meo fidē potuerint excutere. Donec vero Christus in me fuerit, etiā si mors ingruerit, viuam. Et in hac quoq; vita non meum est istud viuere, sed Christi. Si vero neque in hac vita, quid in futura: Quod vero nunc in carne, inquit, viuo, in fide viuo. Illud & alibi dicit: Viuo autē non iam ego, sed viuūt in me Christus. Talē oportet esse Christianum. Non viuo, inquit, cōmunem vitam. Quomodo ergo viuis o beate Paule: Solem nō vides: Cōmunem hunc aërem nō spiras? Nūcibis istis quibus nemo non vescitur, non pasceris? Non terrā istam nostro more calcas? Non somno indiges? Non vestimētis? Non calceis? Quid est quod dicis non viuo: Quomodo non viuis? Quid gloriaris? Non habent ista vanā iactantiā. Nisi enim rem ipsam probasset, merito quis vanā hic esse iactantiā dixerit. Si vero quæ dicit, certo testimonio probat, quæ erit hic iactantiā? Quomodo ergo nō viuat, discamus. Nā & alibi dicit: Ego mūdo crucifixus sum, & mihi mundus. Quomodo igitur dicat, Non iam viuo, & quomodo hic, vita mihi Christus est, audite. Vitē nō men, dilecti, multæ significationis est: hoc est, plura significat, quemadmodū & mortis est: vita corporis, est vita peccati. Quemadmodū ipse alibi dicit: Si vero mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuem⁹ in illo? Est ergo vita qua peccato viuunt. Attendite, obsecro, diligēter, ne frustra fatigemur. Est vita æterna & immortalis, quā significās dicit, Per ipsum viuimus, mouemur & sumus. Itaque non dicit se naturalem istā non viuere vitā, sed eam quæ peccatorū est, quā omnes homines viuunt. Qui præsentē vitam nō appetit, quomodo eā quæ in peccatis est, viuere? Qui ad aliam festinat, quomodo peccatis viuere? Qui mortē contēnit, quomodo peccatis viuere? Qui nihil eorū quæ hic sunt, cōcupiscit, quomodo peccatis viuere? Quemadmodū enim ex adamante cōstans, si inflecti nequit, etiā si millies percutiatur, ita neq; hic Paulus. Viuo autē, inquit, non iam ego: hoc est, vetus homo iam non viuūt. Et alibi: Miser ego homo, quis me eripiet ex corpore mortis huius? Iā qui nec cibū curat, nec vestimentum, nec quicquā rerū præsentiu, quomodo ille viuūt? Is certē neq; naturalē hanc vitā viuūt, qui tēporalia nullius estimat, nō viuūt. Nos hęc vitam viuimus, qui nihil non illius gratia facimus. Ille vero hanc non viuēbat, nihilque eorum quæ hic sunt, ex animo querebat. Quomodo igit viuēbat? Ad eum modum & nos de quibusdā dicimus: Mihi nō adest ille, quando nihil eorū facit, quæ me cōcernūt. Mihi non viuūt ille, & vicissim. Quod enim naturalē hanc vitā nō detrectauerit, patet alibi vbi dicit: Quod verò nūc viuo in carne, in fide viuo filij dei, q; dilexit me, quicq; seipsum tradidit pro me: hoc est, nouā quādam immutatā & inſtratā vitā viuo. Ista sanē omnia ad cōsolationem Philippensium dicit. Nolite, inquit, putare q; naturali hac vita priuatus sum. Quanquam neq; viuendo istā vitam, sed eam quā Christus vole-

bat viuēbat. Nam dicas velim, num eum qui nec pecunias, nec delicias, nec famē, nec sitim neq; pericula, neq; sanitatē, nec salutē suam alicuius facit, vitam hanc viuere putes? Qui nihil hic habet, qui vitā hanc sæpenumero piicere cupiēs premēte necessitate, nihil cōtrā molitur, an hic vitā hanc viuūt? Nequaquā. Et vt proposito exēplo vobis istud clarū reddā: Sit quispiā in multis diuitiis cōstitutus, habeat famulos & aurū, vtatur autē nihilo horū: num is diuitiis istis diues erit? Nequaquā. Videat bona sua per liberos vanē deceptos, aut turpiter vagabūdos, dissipari, & nihil horū curet, percussus ne doleat quidē: num dicemus istū in diuitiis esse? Nequaquā: quāquā diuitiē illius sint. Mihi, inquit, vita Christus est. Si voles indagare vitā meam, is ipse est. Et mors lucrum. Quāobrem? Quoniā clarius & manifestius post mortē cum ipso futur⁹ sum. Mori igitur præstaret potius q; viuere. Nihil molestiæ inferent qui me occidēt, eo quod & ad vitā meam me dimittēt & promouebūt, & ab ista non admodum cōmoda liberabūt. Quid igitur? Nūc hic existēs, Christi nō es? Et hic planē illius sum. Quod si vero cōtingat in carne viuere, id mihi fruct⁹ est operis: & quid eligā ignoro. Ne quis dicat: Quod si mors tibi vita est, qua te ratione Christi hic reliquit? Fruct⁹ est operis, inquit. Potest itaq; fieri, vt præsentivita bene vt oportet vtat, etiā qui illā nō viuūt, ne putes illū huic vitæ calumniā struere. Nam si nihil nobis, quod vsui sit, in hac vita relinquatur: quānam ratione nos ipsos nō è medio tollimus & occidimus? Nequaquā, inquit. Possumus & in hac vita cōstituti lucrū quicquā adipisci, si non eam, sed alteram vitā vixerimus. Sed forte dicit quispiā, an & istud fructū tibi adfert? Vtiq; inquit. Vbi nūc sunt hæretici? Ecce iam in carne viuere fructus est operis. Quod autē nunc in carne viuo, in fide viuo: ppter eam fruct⁹ est operis. Et quid eligam, ignoro. Pape, quāta fuit Apostoli philosophia? Quomodo & præsentis vitæ desideriu excussit, & ipsam tamē nihil criminatus est? Quod em̄ dicit, mors mihi lucrū est, eo ostēdit vitā se desideriu abieciſſe. Quod vero subdit, in carne viuere, fruct⁹ est operis, declarat præsentē vitam necessariā quoq; esse, siquidem recte illa vsi fuerimus, si fructū tulerimus, ita vt si infrugifera fuerit, iā vita non sit. Nā & arbores infrugiferas non minus quā aridas auerſamur, igniq; tradimus. Viuere enim mediū est & indifferēs. Bene vero vel male viuere, in nobis est fitū. vitā itaq; nullo psequamur odio. Possumus em̄ bene viuere: imō etiā si male vita hac vsi fuerimus, neq; sic tamen illā culpauerimus. Quare? Quia non ipsum viuere causa illius est, sed voluntas eorum qui vita male vtuntur. Deus enim vitā fecit, vt ipsi viuas. Tu vero ex malitię studio peccatis viuens, nullo nō iudicio te ipsum obnoxiiū facis. Quid ais, dic quæso? Ignoras quid eligas? Magnū hic mysterium aperuit. Nepe, potestati habere se abeundi. Quādo em̄ optio datur & electio, potestati eligēdorum habemus. Quid eligā, inquit, ignoro. In tua ergo potestate est: vtiq; si voluero deū orare gratiam. Coarctor ex his duobus, desiderium habens. Vide paternum affectū & amorē beati huius. Et hæc ratione illos cōsolatur, quādo vident eum electionis huius esse dominum, mortēmq; illius non in humana sitam esse malitia, sed dispensatione diuina. Quid, inquit, mortis gratia mœretis? Multo melius erat iā olim vitā hęc excessisse. Nam dissolui, inquit, & esse cum Christo, longē melius est. In carne vero manere, necessarium magis propter



propter vos. His illos ad futuram mortem suam parat, ut generose illam ferat. His illos ad philosophiam imbut, Bonum, inquit, est dissolui, & esse cum Christo. Mors enim ex indifferentibus est: nam mori malum non est: sed cum qui mortuus est, ad supplicium rapi, hoc demum malum est. Neque bonum est mori, sed posteaquam mortuus fueris, apud Christum esse, istud bonum est. Quae post mortem accidunt, vel bona sunt, vel mala.

Morale.

Mortuos itaque non eo nomine lugeamus quod mortui sunt, neque viuorum gratia ob id simpliciter gaudeamus quod viuunt. Sed quid? Lugeamus peccatores, non solum mortuos, sed & viuentes. Gaudeamus propter iustos non solum viuentes, sed & mortuos. Nam illi quidem etiam viuentes mortui sunt: isti vero mortui quoque viuunt. Illi etiam hic existentes omnibus deplorandi sunt, eo quod deum offendunt: isti in aliam quoque vitam translati beati sunt, eo quod ad Christum hinc abierunt. Peccatores ubiubi fuerint, procul a rege sunt, atque ideo digni qui desceantur. Iusti vero siue hic siue in futuro seculo fuerint, cum rege sunt: illic tamen magis & propius non per accessum ac fidem, sed facie ad faciem. Non itaque deplere simpliciter mortuos, sed eos qui in peccatis sunt. Hi quippe & lacrimis & placentia & lacrymis digni sunt. Nam dic quae spes esse poterit illis, qui cum peccatis suis eodem hinc abscedunt, ubi peccata exuere non licet? Donec enim erant in hoc seculo, plurimum forte erat expectationis ac spei, immutandos illos, melioresque fore. Digressi vero in infernum, ubi nihil potest prodesse poenitentia: (In inferno siquidem, inquit, quis confitebitur tibi?) quomodo digni non sunt qui deplere? Desceamus eos, qui hoc pacto hinc abeunt, non prohibeo. Desceamus eos: sed non preter decorum, non capillos euellentes, non brachia nudantes, non faciem lacerantes, non nigris nos vestibus obuelantes, sed in animo duntaxat amaras lacrymas tacite fundentes. Potest enim etiam sine ista pompa plorari, & non ita duntaxat ludere. Nihil enim a ludis differunt, quae a quibusdam fiunt. Quonia enim illi planctus qui in foro fiunt, non ex compassione sed ostentatione & ambitione, vanaque gloriae studio fiunt, multum hoc mulieris ex artificio & composito faciunt. Amarum plorato, gemitu apud teipsum, nemine vidente, atque istud demum compassionis fuerit, istud tibi proderit. Qui namque peccator ita lugeat, multo magis cauebit ne in eadem aliquando delicta incidat. Terribile enim deinceps peccatum erit. Deserto infideles, deserto eos qui nihil ab infidelibus differunt, qui sine illustratione hinc abeunt, sine signaculo. Isti reuera digni sunt placentibus, digni lamentationibus: quippe qui extra regias caelestes cum iudicio obnoxii sunt & condempnati. Amen enim, inquit, dico vobis, nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum caelorum. Deplorato eos qui in diuitiis mortui sunt, & nihil consolationis suis ipsorum animabus ex diuitiis suis procurarunt: eos qui cum potestate abluendorum peccatorum habuissent, noluerunt. hos desceamus & priuatim & communiter omnes, sed cum modestiae decoro, sed cum grauitate, sed non velut ludibrio nos ipsos exponentes. Hos, inquam, non vnum aut alterum deplere diem, sed omnem nostram vitam. Non sunt absurdi affectus hae lacrymae, sed magni amoris. Alii vero absurdo & irrationali affectu fiunt, atque ideo mox etiam desinunt. Quando vero ex timore dei nascuntur, semper durat. Desceamus istos, iuueamus eos pro viribus,

procurarem illis aliquid auxilij, modici quidem, attamen iuueamus eos. Quomodo quae ratione? Precates adhortemur & alios ut pro illis orent, pauperibusque indefinenter pro illis elemosinas demus. Habet res ista non nihil consolationis. Audi quippe quid deo dicat: Proregam ciuitatem istam propter me, & propter David seruum meum. Si memoria duntaxat iusti tantum valuit, quando & opera pro tali fiunt, quid non poterunt? Non frustra ab apostolis sancitum est, ut in celebratione venerandorum mysteriorum memoria fiat eorum qui hinc discesserunt. Nouerunt illis multum hinc emolumentum fieri, multum utilitatis. Stante siquidem vniuerso populo, manus in caelos extendente, coetu ite sacerdotali, veredoque posito sacrificio: quomodo deum non placemus pro istis orantes? Verum istud quidem de illis dicimus, qui in fide abscesserunt. Catechumenos vero neque isto solatio dignamur, sed omni huiusmodi destituti sunt auxilio, vno quodam deo. Quoniam illo? Pauperibus illorum nomine dare licet, unde illis non nihil refrigerij accedit. Nam ita vult deus, ut nos iniuicem mutuo iuueamus. Qua namque alia ratione pro mundi nos pace & incolumitate precari iussit? Quomodo pro omnibus hominibus? Tametsi hic ubi omnes dicit, & latrones & sacrilegi, sepulchrorum spoliatores, ac fures, innumerisque malis aliis scateles comprehendantur, nihilo tamen minus pro omnibus oremus: erit forte aliqua illorum conuersio. Quemadmodum itaque pro viuus istis oramus, qui tamen nihilo differunt a mortuis: ita & pro mortuis orari potest. Pro liberis suis sacrificabat Iob, & a peccatis illos liberabat. Ne quid, inquit, forte peruersi cogitauerint in cordibus suis. Itaque uidendum est liberis. Non dicebat, quemadmodum plurimi solent, relinquo illis quae habeo substantiam. Non dicebat, dabo illis gloriam: non dicebat, etiam illis principatum: non dicebat, etiam illis agros: sed quid? Ne forte cogitauerint aliquid in cordibus suis. Quae namque poterit esse eorum utilitas, quae in hac vita sunt? Nulla. Regem, inquit, omnium propitium illis efficiam, & nihil erit amplius quod desiderari queat. Dominus enim, inquit, pascit me, & nihil mihi deerit. Is magnarum diuitiarum, is thesauri loco est: quod si nobis timor esset dei, nulla re destitueremur. Hic vero si non fuerit, etiam si regnum habuerimus, omnibus tamen pauperiores sumus. Nihil illi adaequari poterit, qui timore dei praeditus est. Timor siquidem domini omnia, inquit, excellit. Huc acquiramus, pro hoc omnia faciamus, etiam si anima relinquenda sit, non parciamus. Etiam si trucidandum sit corpus, faciamus omnia, ut timorem hunc assequamur. Ita quippe omnibus erimus opulentiores, bonisque futuris potiemur.

Homilia quarta.

Quid eligam ignoro. Coarctor autem ex his duobus, desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, id quod longe melius est: manere vero in carne, necessarium magis propter vos. Et hoc certo non quod mensurus sum, & cum omnibus vobis permansurus sim in vestrum profectum, & gaudium fidei, ut gloriatio vestra exuberet in Christo Iesu, in me, per meum ad vos reditum. Nihil animo Pauli beatus, quandoquidem nihil generosius. Propterea mortem horremus omnes: nonnulli quidem propter peccatorum multitudinem, quorum & ipse vnus sum: alij vero propter vitam cupiditatem, & moriendi laboriosam miseriam, quorum ego nunquam fuero. Animales enim sunt qui hoc timore tenentur. Hoc itaque quod nos omnes experiescimus, ille exoptabat etiam, & ad hoc summopere anhelabat,

anhelabat, dissolui dicere loqui esse melius. Quid dicis Paule: Cum hinc abiens in ipsum caelum migraturus sis, atque cum Christo futurus, ignoras quid eligere debeas? Sed procul istud est a mente Pauli. Quis enim fuerit, cui si quisquam istud dixisset, obfirmassetque, qui non mox arripuisset utique; nemo. Quae admodum enim in nostra potestate non est dissolui, & esse cum Christo: ita neque quod praesens est obtinere, nepe ut hic maneamus, nostrum est, sed utraque ista Pauli, animique illi fuerunt. Ille persuasus, horumque certus erat. Cum Christo futurus es, & dicis, quid eligam ignoro? Et non solum istud, sed & quod huius est vitae eligis? Nepe ut in carne maneam? Quomodo? Num acerbam vitam ducebas in vigiliis, in naufragiis, in fame ac siti, in nuditate, in curis ac sollicitudinibus? cum infirmis infirmus eras, propter eos qui offendebantur vrebarris? In multa patientia, inquit, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in ieiuniis, in puritate. Quinquies quadragenas plagas vna minus accepisti, ter virgis es caesus, semel lapidatus, nocte ac die in profundo egisti, in periculis fluminum, periculis latronum, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in falsis fratribus. Nunquid quando vniuersa Galatarum gens ad legis esset obseruantiam reuersa, clamabas dicens: Quicumque in lege iustificamini, a gratia excidistis? Quantum, quae, tum lugebas? Et adhuc infelicem hanc vitam desideras? Si namque nihil horum tibi obtigisset, sed quicquid agebas, liberem & cum voluptate etiam patrales: nunquid oportebat incertitudinem futuri euentus metuentem, ad portum quandam confugere? Quis mercator nauem habens multis rerum copiis plena, cum liceat ad portum iam appellere, tutoque quiescere: adhuc tamen in mari nauigare mallet? Quis athleta cupiet amplius certare, cum iam liceat coronari? Quis pugilum eligit denuo certamen ingressus de suo ipsius capite periclitari: cum iam si vellet, coronam possit accipere? Quis est ille miles, qui cum liceat iam cum celebritate & trophaeis a bello liberari, cumque rege in ipsis quiescere ac refocillari regiis, sustineat adhuc in bello & sudare, & in acie collocari? Quomodo ergo cupis adhuc in hac vita consistere, quam admodum amaram viuus? an non dicebas: Timeo ne quo pacto, cum aliis predicauerim, ipse reprobus efficiam? Et si ob nulla aliam causam, ob hanc certe liberationem desiderare oportebat. Et si innumeris bonis referta fuissent praesentia, propter Christum tamen dilectum ac desideratum, ab illis liberatum iri concupiscendum fuerat. Paule, quis est hic Apostoli animus? Nihil illi par vnumquam vel fuit vel erit. Futura metuis, innumeris malis obnoxius es: & apud Christum tamen esse non vis? Non, inquit: atque id propter ipsum Christum, ut quos illi lucrifici seruos, expeditores constituta & solidiores, & ut agriculturalionem illam quam plantavi, frugiferam reddam. Non audisti me, non quod mihi est vile, sed quae sunt proximorum quarentem? Non audisti, quomodo anathema a Christo fieri concupierim, quod ad ipsum multum concederem? Qui illud volui: quomodo non multo amplius istud eligam, cum mihi ipsi libenter ex mora ac dilatione danum inferam, quod aliqua possit illis obtingere salus? Quis loquetur potentias tuas domine, quod Paulum non es passus delitescere, sed orbi vniuerso virum hunc in lucem exhibuisti? Laudarunt te simul omnes angeli, cum astra creares, & solem: veruntamen non ita quemadmodum cum Paulum nobis toto orbe conspiciendum faceres. Propterea caelo splendidior facta est terra.

Tomus quartus.

Nam clarior iste solari lumine, illustrior emisit splendor, claros extendit radios. Quantum hic nobis peperit fructum, non spicas pinguefacies aut humectas, sed pietatis frugem & proferens, & ad vigorem ducens, languidumque; indefinenter recreas? Sol enim ille, si quid ex arborum fructibus emarcidum fuerit, nihil poterit iuare. Paulus vero etiam eos qui innumeram ex peccatis mercedem contraxerant, restituit. Et ille quidem nocti cedit, hic vero & satanam vicit, nihil hunc sustulit, nihil vicit. Sol ille in sublimi veletur, radios demittit: ipse vero Paulus inferne ortus, non caeli medium ac terrae luce sua adimpleuit, sed simul atque os suum aperuit, angelos etiam multa voluptate affecit. Nam si super vno peccatore respiciente gaudium sit in caelis: ipse vero cum prima mox concione multos venatus sit, quomodo non gaudio caelestes potestates repleuisset? Et quid dico? Simpliciter Paulum loqui sufficebat, ad hoc ut caeli exultaret & letaretur. Si enim cum ex Aegypto egressus esset Israelites, motes exiliebant velut arietes: quando in caelum ex terra transferebantur homines, quantum putas fuisse gaudij? Propterea dicit: Manere in carne necessarium magis est, propter vos. Quae deinceps nos excusationem habebimus? Fit enim saepenumero ut exigua quandam ciuitatem ac pauperem homo quispiam fortitus, non sustineat aliud abire, propria hac in re quiete considerans & antepones. Ad Christum erat abeundum Paulum, & Christum illum nolebat, quem tamen usque adeo desiderabat, ut illius gratia & gehennam elegerit, & in certamine diutius adhuc propter homines manserit. Quae quae, nobis reliquetur excusatio? Omnino vero cadidem Pauli mentionem facere oportet. Vide quid fecerit. Ostendit quod melius esset si abiret, persuadens ne sui gratia doleret. Ostendit quod & si maneat, ipsorum gratia maneat, quod istud non ex insidiantium malitia fiat, ut igitur & fide illis faciat, causam quoque apposit. Nam si necessarium est, inquit, ut maneam, non temere manebo solum, sed & vobiscum manebo: hoc est, videbo vos. Quomodo? Ad fidei vestrae profectum & gaudium. Hic ipsos etiam excitat, ut sibi ipsi diligenter attendat. Si enim propter vos, inquit, manebo: videte ne praesentiam meam dedecore afficiatis. Cum iam Christum visurus essem, elegi propter vestrum commodum adhuc manere. Quandoquidem mea praesentia & ad fidem vestram & gaudium confert, propterea volui manere. Quid igitur? Philippensium duntaxat gratia mansit? Non solum illorum gratia mansit, sed ideo illud dicit, ut eis medeatur. Quomodo vero promouebatur fide? Ut vos magis atque magis confirmem, inquit, quemadmodum pullis necessaria est matris opera, donec solidiores nati fuerint alas. Magnae dilectionis indicium est istud. Ad hunc modum & nos quosdam excitamus, ut cum dicimus: Tui gratia hic mansi, ut bonum te reddam. Ut gloriatio vestra, inquit, exuberet in Christo Iesu, in me, per meum ad vos reditum. Vides quod illud simul manebam, hoc sit quod dixi: vide animi modestiam & humilitatem. Quonia dixerat ad vestrum profectum, ostendit quod illud & ad suam ipsius utilitatem facturus sit. Quod ad Romanos scribens facit, cum dicit, Hoc vero est, ut communem acquiram in vobis consolationem, cum praemisisset, ut aliquod spirituale donum vobis impertiar. Quid est autem, ut gloriatio vestra exuberet? Gloriatio erat in fide corroboratum esse. Nam istud demum in Christo gloriari est, recte viuere. Gloriatio vestra in me per meum est ad vos reditum: planem, inquit. Quae est enim spes nostra?

K iij aut quae

aut que corona exultationis? Nūquid & vos? Quoniā gloriatio nostra vos estis, quēadmodū & nos vestra: Hoc est, vt habeā quō magis in vobis glorier. Quomodo? vt exuberet gloriatio vestra, magis gloriari possum\* crescentibus vobis, per meū ad vos reditū. Quid igitur? Ad eos venit? hoc scilicet quæritur, nū ad eos redierit? Duntaxat vt euangelio Christi dignū est cōuerfemini. Vides illū p̄pterea cuncta dixisse, vt admo- neat eos ad hoc, vt in virtute augetant. Tantum, vt dignū est euāgelio Christi cōuerfemini. Quid est il- lud, tantū? Hoc scilicet solum est qđ quæritur, & p̄p- terea nihil. Istud si fuerit, nihil mali nobis obtinget. Vt siue cum venero & videro vos, siue absens sim, audiat de re- vobis vestris. Ista non dicit tanquam mutatus, aut velut nō venturus ad eos: sed, si fuerit istud, inquit, possum & absens bono in vobis esse animo. Si audiero vos in vno stare spiritu, & anima vna. Istud est quod potissimū fidei cōiungit, dilectionemq; cōtinet, vt vnū sint. Regnū enim in seipso diuisum non stabit. Propterea & Luce vbiq; tam multis ad cōsensum cōsulit: Et Christus di- cit, In hoc cognoscēt omnes, qđ discipuli mei estis, si dilexeritis vos inuicē. hoc est, Nolite in expectatum meū ad vos reditum respicientes obdormire, quem- admodū solēt qui venturos expectāt: deinde si quā- do videritis me non venturū, ne frangamini. ] nam possum non minus ex auditu & fama rerū vestrarum gaudere. Quid est autē in vno spiritu? Id est, in vno cōcordiē alacritatisq; charismate. Spiritus enim vn⁹ est. Ostendit etiā (nam ita res habet) in vna tum nos stare anima, quando spiritum vnū habemus omnes. Vide quomodo illud vnū, ad concordia & consen- sum referatur. Ecce multē animē vna dicitur: ita erat antiquitus. Erat omnibus, inquit, cor vnū, & anima vna. Adiuuantes decertantes & laborantes euāgelii fidem. Igitur tanquā luctante certantēq; fide, iuuate simul vos inuicē. Non enim aduersus seipfos inuicē lucta- bantur, sed adiuuate vos inuicē, inquit, interea dum euāgelij fides luctatur. Et nulla in re cōsternemini ab ad- uersariis, quā illis quidē euidens est perditionis argumentū, vobis verō salutis. Recte dixit, cōsternemini. Nam talia quæ ab inimicis fiunt, territāt dūtaxat. Nulla igitur in re, inquit, quicquid tandē eueniat, siue sint pericula, siue insidiæ. Hoc enim est recte ac solidē persistētium: nā illi nihil possunt, nisi terrere tantū. Cum ergo possibi- le esset territari ipsos, vtpote innumera mala Paulū pati vidētes: nō dico, inquit, ne fluctuetis, sed ne ter- reamini: imō vehemētē illos cōtemnite etiā. Etenim si ita fueritis animati, & vestrā hinc salutē iam, & il- lorum perditionē manifestā & euidētē facietis. Nā quādo viderint se nullo pacto terrere vos posse, vt vt innumera moliatū, suę ipsorū perditionis certa hinc indicia capient. Etenim quando nec persecutores eorū quos persequuntur, nec insidiatōres quibus in- fidiantur: nec potentes, quorū dominantur, victores euadere possunt: an non vel ex hoc ipso manifestū il- lis sit, qđ pereāt, quōd nihil possint, qđ quæ illorū sunt, falsa sint, qđ quæ horū vero firma? Et hoc, a deo, inquit, quia vobis datū est pro Christo non solum vt in ipsum credatis, sed vt & patiamini pro ipso. Rursus mentē ipsorum ad modestiā instruit, dum omnia deo adscribens & gra- tiam esse dicit, & gratuitum munus ac donum pro Christo pati: itaq; nolite pudeferi. Gratuitum enim munus est, ac maioris admirationis, qđ sit reuera mor- tuos excitare, & signa mirāda patrare. Nā illic quidē debitor sum, hic vero debitorē habeo Christū. Itaq;

\* inuiv  
in dicitur  
vultus  
quæritur  
id est cō-  
trouerti-  
tur, dispu-  
tatur.  
Mat. 12. b  
& Luce  
11. b. Ioan.  
13. b.  
† venien-  
tē, dissol-  
uamini:  
vultus  
Eras. red-  
dit cau-  
sam.  
† in-  
firma?

non solum pudeferi non oportet, sed gaudere etiā, tanquā donationem gratuitā has virtutes habentē. Donationes, inquit. Nō simili quidē & eadē ratione quemadmodū & aliæ. Nam illæ quidē totæ omni- no dei sunt, istæ vero & nostræ. Sed quoniā & hic po- tior pars dei est, propterea totū ipse esse dicit, nō li- berum tollens arbitriū, sed ad modestiā illos & ani- mi gratitudinē instituens. Idem certamen habentes, quale vidistis in me. hoc est: cuius exemplū habetis. Rursus illos hic extollit, vbiq; ostēdens eos eadē secum pas- sos, eadem decertates priuatim etiā & apud seipfos, & qđ pariter p̄cipuas secum tētationes ferant. Nō dicit, audistis, sed, vidistis. Nā illic Philippis decerta- uerat. Magna itaq; ista horū virtus est, vnde & ad Ga- latas scribēs dixit: Tanta passi estis frustra, si tamē & frustra. Rursus & Hebræis scribēs dixit: Ad memoriā vero reuocate superiores dies, in quib⁹ illuminati, in- gēs certamē afflictionū sustinuitis, dū partī quidē probris & pressuris, velut in teatro collocati adfe- cti estis. Item & Macedonibus: hoc est Thessalonicē- sibus scribēs dixit: Ipsi enim de nobis annūciāt, qua- lem ingressum habuerimus ad vos. Et iterū: Ipsi enim nostis fratres ingressum nostrum ad vos, qđ nō fuerit inanis. Et omnibus pariter eorundē certaminū & lu- ctarum testimoniū p̄bet. Sed istuc nunc apud nos nō inuenietis. Iā enim satis habetur, si vel in pecuniis quicquā detrimenti quispiā ferat. Quin & hic, quod ad pecuniarū rerūmq; iacturam attinet, magna de il- lis proficitur Apostolus. Nā quibusdā dicit: quoniā rapinā bonorum vestrorū cum gaudio sustinuitis. aliis vero: Quoniā Macedonię placuit & Achaię cō- municationē quādam facere in pauperes. Et iterum: Zelus vester excitauit plurimos. Morale. Vides encomia virorū illorum qui tum fuerunt? Nos vero neq; ad alapas vsque, neque ad plagas pa- tientēs sumus, nec conuiciū, nec pecuniarū iacturā fe- rimus. At illi iā omnes zelotæ erāt & martyres in a- gone decertates. Nos vero qđ dilectionē in Christū cōcernit, planē refriximus. Cogor iterū p̄sentem rerū statum carpere. Et quid accidit? Nolebā enim, sed cogor: nam si tacendo, & nihil eorum quæ fiunt carpēdo, per silentium quæ geruntur, amoliri licuif- set, silere vtiq; oportebat. si vero cōtrariū sit, ita vt nō solum tacentibus nobis nō extirpētur, sed & peiora fiant, necessariō loquimur. Peccatores enim corri- piens, et si nihil aliud, hoc tamē efficit, vt malū vltra progredi non sinat. Non enim quispiā est tam impu- dens & improbus animus, qui cū audiat se à nōnul- lis indefinēter improbari, nullo afficiatur pudore, ne- que plurimū malitiæ remittat. Est enim, est in quā & impudentibus vel modicus aliquis pudor. Pudorem enim deus nature nostræ indidit. Nam quoniā ad cō- ponendum nos nō satis valet timor, visum est illi & alias quasdā instituere vias ad hoc, vt nō peccemus, nempe vt reprehendatur homo, vt leges positas re- uereatur, gloriā amet, amicitias appetat. Omnia em̄ ista viæ quæ dā ad hoc sunt, vt non peccetur. Nā sæ- penumero quæ dei gratia facta nō sunt, pudore fa- cta sunt: quæ propter deum cōmissa non sunt, cōmis- sa sunt timore hominum. Primū enim qđ quæritur, est non peccare: propter deū vero nō peccare, po- stremo loco p̄stiterimus. Alioqui quam ob causam Paulus eos quibus superandi erāt inimici, nō à timore dei adhortatur, sed qđ illos vltio diuina maneret? Istud

Istud enim, inquit, faciēs carbonēs ignis cōgeres su- per caput eius. Vult etenim hoc pacto virtutē interea promouere. Quemadmodū igitur dixi, est quoddā in nobis pudoris seminariū: multa nobis ad virtutē sunt naturalia bona, vtpote qđ ex natura ad miseri- cordiā vniuersi mouentur homines: atq; nihil ita in nostra natura bonum est. Verum id solū cum sit, nō immerito quisquā vnde sit quæsierit: & quamobrem hoc potissimū naturæ nostræ seminariū sit inditum, quōd lachrymis frangimur, quōd flectimur, qđ ad mi- sericordiā parati & accōmodi sum⁹. Nemo natura stre- nuus est, nemo natura vanę glorię studio caret, nemo natura zelo atque æmulatione superior est: misereri vero natura est omnib⁹ inditū, vt vt crudelis quisquā sit, & immitis. Et quid mirum? Erga bestias etiā miseri- cordia mouemur, adeo ex abundāti nobis insita est misericordia. Et si catulū leonis viderimus, tale quid patimur, multoq; magis super eo quod eiudē nobis- cū est generis. Vide quot cæci sint & coporib⁹ mu- tilatis, id quod satis valet ad misericordiā nos indu- cere. Nihil æquē deū delectat, atq; elemosyna. Pro- pterea & sacerdotes, & reges, & pphete oleo vngē- batur: nā diuinę benignitatis symbolū habebat oleū. Rursus docuit, principem plus misericordiæ habere debere. Declarauit etiā spiritum sanctū p̄pter miseri- cordiā venturum ad hominem. Quandoquidē ho- minum miseretur deus, benignēq; illos cōplectitur, propterea inungebatur oleo. Nam sacerdotiū ex mi- sericordia instituit, & reges † per misericordiā inun- gebatur. Etenim misereri, inquit, omnī, quoniā po- tes omnia. Et si quis principē laudare velit, nihil illi adeo decorū adscribet, atq; misericordiā. Principa- tus enim propriū est misereri. Considera, qđ propter misericordiā cōstitutus sit mūdus, & imitare domi- num. Hominis misericordia est erga proximū suum, misericordiā vero domini erga omnē carnē. Quomo- do erga omnē carnem? Siue peccatores protuleris, siue iustos, omnes in vniuersum misericordia dei o- pus habem⁹, omnes illa fruimur, etiā si ipse fueris Pau- lus, siue Petrus, siue Ioānes. Sed audi quid ipsi dicāt: Nihil opus est nostris misericordibus. Quid autē dicit beatus Paulus? Verū misericordiā, inquit, cōsecutus sum, quoniā ignorans feci. Quid igitur, postea nihil opus habuit misericordia? Audi quid dicat: Abundā- tius ipsis omnibus laboraui, verū non ego, sed gratia dei quę mecū est. Et de Epaphrodito inquit: Etenim ægrotabat, pximus morti, sed misertus est deus illi⁹: nō vero illius tantū, sed & mei, ne mœstitiā haberem super mœstitiā. Et iterū: Grauari, inquit, eram⁹ supra vires, ita vt desperauerimus etiā de vita, quin ipsi in nobis ipsi sententiā mortis acceperam⁹: ne cōfiderem- us in nobis ipsis, sed in deo, qui ex tātis mortib⁹ eri- puit nos, & eripiet. Et rursus: Ereptus sum ex ore leo- nis, & eripiet me dominus. Et vbiq; de hoc illū glo- riantē reperiemus, qđ per misericordiā saluatus sit. Et Petrus quoq; ex eo qđ misericordiā cōsecutus erat, talis factus est. Christū nanq; ad idipsum dicentem audi: Quoniā vos cribrare voluit satanas, velut triti- cum: & orauit pro te, ne deficiat fides tua. Ioānes etiā ex misericordiā talis erat, & in vniuersum omnes. Au- di enim quid Christus dicat: Nō vos me elegistis, in- quit, sed ego elegi vos. Egemus em̄ omnes misericor- dia dei. Nā misericordia dei, inquit, super omnē car- nem. Iam si isti misericordia dei opus habuerūt, quid de reliquis dicendum? Etenim vnde dic, quæso, Solē

suū exoriri facit super malos ac bonos? Quid vero si annum duntaxat vnū pluuiam suā prohiberet? Nun- quid perderet omnes? Quid si cōtinuam humiditatē efficeret? Quid si diluuium quoddā induceret? Quid si muscas mitteret? Sed quid dico? Quōd si nobiscū fecisset, quēadmodū aliquādo, nunquid omnes per- didisset? Si terrā concussisset, an nō periissent omnes? Opportunē nūc dixerō, Quid est homo qđ memor il- lius es? Si terrę duntaxat indignādo minaretur, om- nes vnū redderem sepulchrum. Sicut stilla aquæ, inquit, à situla decidēs, ita sunt gentes corā ipso: sicut spuma reputabūtur, & velut momētum stare. Quē- admodum nobis facillimū est mouere trutinā, ita illi cuncta perdere & restituere. Qui igitur tantā habet nostri potestātē, & cū quotidie peccare nos videat, interea tamen non punit: an nō misericordia sua nos sustinet? Nam & iumēta alioqui misericordię dei be- neficio persistūt. Homines em̄, inquit, & iumēta sal- uabis domine. Terrā respexit, & bestiis illā repleuit. Quōbrē? Propter te. Te vero cuius gratia fecit? Boni- tatis videlicet. Misericordia nihil est meli⁹. Causa lucis est, & ad futurū quoq; lucis est causa. Et orietur, inquit, ppheta, matutino tēpore lux tua, si miseri- cordiam in proximū feceris. Et quēadmodū oleum lu- cem istā conseruat, ita & elemosyna magnā nobis & admirabilē in futuro lucē largietur. Et multā olei huius rationē habebat Paulus. Audi siquidē ipsum vero per aliquādo dicentē: Duntaxat, inquit, vt pauperū me- mores essemus. Alibi vero dicit: Et si dignū fuerit me quoq; proficiisci. Et vbiq; vides ipsum sursum ac de- orsum de hac re solicitē agentem. Rursus quoq; Di- scant & nostri bonis operibus p̄esse. Itē, ista enim bona sunt, & vtilitatē hominibus adferētia. Audi ve- ro & alium quendā dicentē: Elemosyna ex morte liberat. Si vero misericordiam abstuleris o deus, quis persistet? Et si ingressus fueris, inquit, in iudiciū cum seruo tuo. Magnum quid est homo, propter quid? & preciosum, inquit, vir misericors. Istud em̄ est homo misericors: imō misereri, est deū esse. Vides quāta sit misericordię dei potētia? Illa omnia fecit, illa mundū operata est, illa angelos fecit propter solā bonitatē. Propterea & gehennā minatus est, vt regnum cōse- quamur: regnū vero consequimur per misericordiā. Quānam ratione cum solus esset, tot ac tāta fecit? an non propter bonitatem? an nō propter benignitatē? Si quæsieris cur vel hoc vel illud fecerit, vbiq; boni- tatē reperies. Misereamur proximorū, vt & nos ipsi misericordiā cōsequamur. Non magis illis qđ nobis ipsis † cōciliemus misericordiā istam in illum diem. Quādo vehemens erit flāma ignis, oleum istud miseri- cordię hoc virtutis habebit, vt ignē extinguat. Misericordia vero illa lucis nobis causa erit, atq; ita à gehēne igni per illā liberabimur. Alioquin vnde no- stri miserebuntur? Ex dilectione nascitur misericordia. Nihil adeo deum irrat, atq; immisericordem esse. Oblatus est illi qui mille talēta debebat, misertus ve- ro illi omnia remisit. Et huic ex cōseruis quisquā de- bebant centū denarios, atq; illū strangulabat, propter- ea tradidit hūc dominus tortorib⁹, quoad usq; quod debebat, redderet. Ista audiētes, misericordes simus erga debitores, tam in pecuniis, qđ in delictis. Nemo iniurię memot sit, nisi velit seipsum lædere. Nō enim illū tantopere cōtristabit, siue in ius illū vocauerit, siue minus. Tu vero cum proximo delicta nō remit- tas, regnum quæris: Istud ne patiamur, remittamus

Rom. 12. d  
vultus  
Naturalis  
quædā in  
hominib⁹  
est miseri-  
cordia.  
Cur & re-  
ges & sa-  
cerdotes et  
ppheta o-  
leo sint un-  
cti.  
Epaphro-  
ditus  
† dicitur, id  
est oleo.  
Sep. 11. d  
Eccl. 18. b  
1. Tim. 1. c.  
1. Cor. 15. b  
Infra 2. d.  
2. Cor. 1. b  
2. Tim. 4.  
d.  
Luce 22. c  
Ioan. 15. c.  
Eccl. 18. b  
Mat. 5. g. de

† dicitur  
propter  
† dicitur  
† dicitur  
Psal. 8. b.  
Esa. 40. d  
Psal. 35. b.  
Esa. 58. c.  
\* xis. i. mi-  
sericordiæ  
habet ve-  
ronē. codex  
per  
in  
penul. si  
vero per  
ai, scriba-  
tur, erat o-  
lei, quæ  
hic subin-  
de cōfin-  
duntur.  
Galat. 2. h  
ad Tit. 3. d  
Ibidem. c.  
Tob. 4. b.  
Psal. 142.  
4.  
† conciliā-  
mus.  
Mat. 18. d



omnibus, (nam sic nobis ipsi remittimus) & condonemus: ut & nobis condonet deus delicta nostra, atque ita futura bona consequamur.

Homilia quinta.

Cap. II.

**I**ta consolatio in Christo, si quod solatium dilectionis, si qua communio spiritus, si qua viscera ac miserationes, cōplete gaudium meum, & eodem affectu sitis, eandē charitatem habentes, vnanimes, vnum sentientes, ne quid fiat per contentionem aut per inanem gloriam, sed per humilitatem animi alium quisque se præstantiorem existimet, ne sua quisque spectetis, sed vnusquisque quæ sunt aliorum.

Tota homilia moralis est.

Nihil melius, nihil amantius doctore spirituali: cuius naturalis patris benevolentia superat. Vide igitur qualē supplicationem ad Philippenses pro cōmodis ipsorum ponat beatus iste. Quid enim dicit de vnanimitate bonorum omnium causa adhortans? Vide quā suppliciter, quā diligenter, quomodo cum multa compassione. Si qua igitur cōsolatio, inquit, in Christo Iesu: hoc est, si quā habetis in Christo cōsolationem. Ac si dicat: Si quam mei rationē habes, si quo pacto tibi curę sum, si vnquā aliqua in re tibi benefeci, hoc facias. Hoc vero affectus genere vtimur, quādo pro eo oramus, quod omnibus præponimus. Nisi enim omnibus illud præponeremus, non omnē vtiq; retributionem in eo recipere vellemus, nec per ipsum totam vicissitudinem exhiberi nobis dicere-mus. Itaq; nos quidē carnalium æquitatū admone-mus, vtpote si pater diceret, si qua tibi erga patrem est reuerentia, si qua educationis, si qua paterni amoris, si qua honoris quem ex me consecutus es, si qua benevolentia memoria, ne sis, quæso, fratri inimicus: hoc est, pro omnibus illis hanc exigo retri-butionē. Paulus vero nō ita: nihil carnaliū admonet sed omnium spiritualium. Ac si diceret: Si quam mihi in tentationū aduersitatibus cōsolationem & ex-citationem in Christo dare, si quod solatiū dilectio-nis, si quam cōmunicationē exhibere volueritis quæ sit in spiritu, si qua habetis viscera & miserationes, cōplete gaudiū meū. Si qua viscera & miserationes. Miserationes suas ipsius, discipulorum concordia di-cit Paulus, ostendens extremum esse periculum, nisi concordēs fuerint. Si qua cōsolatione, inquit, ex vo-bis frui licet, si quo licet ex dilectione vestra frui so-latio, si licet cōmunicare vobiscum in spiritu, si com-municare licet in domino, si qua misericordia mihi & cōmiseratio poterit à vobis impendi, omnium horū retributionē in dilectione ostendite. Omnia ista cō-secutus sum, si vos mutuo alius aliū dilexeritis. Cōple-te gaudiū meum. Vide, ne videatur parænesis ista tā-quam ad eos qui vnquamquam rem adhuc planē miserant, facta esse, non dixit, facite mihi, sed, cōple-te est, cœpistis plantare in me, iā mihi tradidistis vt quietus sim, verū ad cōsummationē venire desi-dero. Quid vis, dic, quæso? vt te liberem? à periculo? vt tibi quicquid subministremus? Nihil horū, inquit, sed vt vos eodē sitis affectu, charitatem eandem ha-bentes, in qua cœpistis, vnanimes, idē sentientes. Pa-pæ, quoties præ magno affectu eadē dicit: vt idē sen-tiatis, imò potius, vt vnū sentiatis. hoc em̄ hoc in-quam ipsum maius est. Eandem charitatē habentes, hoc est, non solū circa fidem, sed & in aliis omnibus. Potest enim fieri vt eodē sint affectu quidē, & tamē charitatem non habeant. charitatem eandem habē-tes: id est, pariter & amare & amari studentes. Noli

A tu quidē multū velle diligi, parū vero dilectionis vi-cissim repēdere, vt & in hac re potiores partes feras. Vnanimes, inquit. Animę vni omnium corpora appro-priat, non ipsa essentia (neq; enim fieri potest) sed a-nimo ac volūtate, vt ex anima vna omnia fiāt. Quid sit, vnanimes esse, declarauit dicens, vnū sentientes. Sensus sit vnus tanquā animę vnus. Nihil secundum contētionem. Dignatur deinceps modū etiam dice-re, quo istud fieri debeat: nihil secundū contētionē aut vanā gloriam. Quod semper dico, malorum om-nium istud causa est: hinc pugna & lites, hinc odia & contētionēs, hinc dilectionis frigiditas, quādo glo-riam hominū amaucrimus, quādo honoris qui à mul-tis sit, serui fuerimus. Nō em̄ fieri potest, vt qui glorię seruus est, Christi quoq; syncerus sit seruus. Quo pa-cto ergo vanā gloriā effugiemus? Viam enim nondū ostendisti. Audi quæ subiūguntur: Sed humilitate a-nimi, inquit, aliū quisq; præstantiorē se existimet. Pa-pæ, q̄ plenū philosophię dogma, omniq; salutis no-stræ subsidiū quoddā exprefit. Si credideris, inquit, q̄ quidam te sit maior, tibiq; ipsi istud certō persua-feris, nō solum dixeris, dabis illi & honorem quoq;. Si vero tu ipse honorē illi tribueris, non ægreferes si videris eum apud alios in honore esse. Nō itaq; sim-pliciter existima maiorē illū esse te, sed & excellere, quod quidē sit vehementis excellētiæ, & non inso-lesces, neq; dolebis si honoratū videris. Et si cōtume-liosus fuerit, generose feres. Nam maiorē te illū iam existimasti. Et si obiurgauerit, patieris: & si male fece-rit, feres tacitē. Nā si quādo semel persuasus fuerit a-nimus tuus, maiorē illū esse, in iram nō incidet, neq; in inuidentiā propter ea quę male ab ipso patitur. Il-lis enim qui vehementer excellūt, nemo sanē inuide-rit: excellētię quippe cedunt omnia. Igitur hic quidē istum ita affectum esse docet. Quādo vero & ille qui tāto abs te potitur honore, ad hunc modū erga te vi-cissim fuerit affectus, cogita, inquit, quomodo tū sit duplici nomine robustus māsuetudinis murus. Quā-do enim tu illū honore dignum habueris, & ille te si-militer, nihil vnquā erit acerbum. Nā si ab altero dū-taxat istud præstitum, omnē contētionem dissolue-re potest, quādo ab vtriusq; seruatum fuerit, quis istā securitatē ac munitiōnem interciderit? Ne ipse quidē diabolus. Triplex enim erit, & quadruplex, imò mul-tiplex ista munitio. Omnium quippe bonorū causa est animi humilitas. Et vt discas, audi Prophetā dicē-tem: Quonia si voluisses sacrificiū, dedissem vtiq; holocausta tibi non placēt. Sacrificium deo spiritus cōtritrus: cor contritum & humiliatū deus nō despi-ciet. Non solum animi humilitatem, sed & intentio-nem animi humilis posuit. Quemadmodum enim in corporibus quod cōtritum est, duro ac solido nūquā sanē resistet, sed quæcunque tandē mala ab eo ferat, peribit citius quā vt cum altero cōtendat: ita & in animo est. Eliget magis perpetuo male pati & mori, q̄ cōtendere & vlciſci. Quousq; spirabimus inflatio-nem istam risu dignā? Quemadmodum enim pueros ridemus, cum elatos & iactabundos videmus: aut rur-sus eos ridemus, quum lapides tollunt ac proiciunt: ita & humana arrogantia animi puerilis est, & mētis imperfectæ ac vilis. Quid enim superbit terra & ci-nis? Magna iactas homo? Quam ob rem? Quæ vtili-tas, dic, quæso? Vnde vero superbis etiam contra eos qui eiusdem tecum sunt generis? Non eiusdem cōsors es natura? Non eiusdem animæ? Non pari-ter à deo

ter à deo honorat⁹ es? Sed sapiēs es? Gratias agere de-bes, nō inflari. Prima ingratitude, arrogantia est: au-fer enim beneficentię donum. Qui enim extollitur, tanquam ipse quod rectum est, perfecit, extollitur. Qui verò perfecisse se quod rectū est, putat, ingratus est erga eum qui precii dedit. Habes aliquid boni? Gratias age datori. Audi quid Ioseph dicat, quid & Daniel. Cū rex Aegypti ipsum accersisset, & in om-ni exercitu de re quapiā rogasset, in quo cesserāt ac defecerāt omnes Aegyptij, qui circa talia potissimū idonei habebātur, & ablat⁹ ipse iā esset, & subuerſu-res illorū omnia, sapientiorque appariturus astrolo-gis, vatibus, incantatoribus, Magis, omnibus philoso-phis qui tum erant, ex captiuitate & seruitute sumpt⁹ puer. Etenim tunc maior est gloria: non enim par est conspicuū aliquid splendere, & præter expectatio-nem illustrem fieri. Itaque quod & præter spem hoc accidit, illustriorē eū fecit. Quid igitur? Cū acces-sisset, dicebātne Pharaoni, vtiq; ista noui? Sed quid? Nemine ipsum arguēte, cum multa animi gratitudi-ne quid dicit? Nunquid manifestatio horum per deū est? dominū confestim glorificauit, propterea & ipse glorificatus est. Etenim & illud non modicum erat. Quod enim deus illi reuelauerat, multo maius erat quā si ipse hoc perfecisset. Quæ enim dicebātur, o-stēdebat fide digna esse, familiaritatēq; cum deo ma-ximū indicium. Nihil enim adeo bonū est, atque fam-iliarē esse deo. Si enim ex operib⁹, inquit, iustificatus est, gloriationem habet, sed non apud deū. Si em̄ quem gratia dignatus est de⁹, in deo gloriatur, quod dilectus sit: quāquā concessum hoc illi sit, habet glo-riationem & qui operatur, sed nō apud deum quem-admodum ille. Est enim indicium magnæ nostrę in-firmitatis. Qui quis enim sapientiā à deo accepit, si quāto fuerit] celebrior, deum tāto magis glorifica-uit, vicissim quoq; glorificatus est ab ipso. Nam qui me, inquit, glorificauerint, illos glorificabo. Rursus si lius hominis, quo nemo sapiētior, num tu sapiētior, inquit, es Daniele? Hic Daniel, sapiētior omnibus in Babylone sapiētibus, ipsis quoq; astrologis, vatibus, Magis, incantatoribus, omni philosophia non solum culpata, sed & sublata (hoc enim ipsum q̄ sublata est, ostendit eos primum quoq; seductos fuisse) ingres-sus ad regem, quæstionemq; soluturus, neq; ipse quic-quam gloriabatur, sed primū deo omnia adscribe-bat dicēs: Mihi verò, o rex, non est per sapientiā quę omnes homines excedat, reuelatū hoc: & procedit ante ipsum rex, ac iussit illi oblationes offerri. Vides animi humilitatem? Vides gratitudinē? Vides morū modestiā: audi nanq; & Apostolos aliquando quidē dicētes, Quid nos intuemini, quasi nostra virtute aut pietate effecerimus vt hic ambularet? Et iterū: Nos eisdem quibus vos obnoxij malis, homines sumus. Si verò illis oblatos honores ita repulerūt, homines ma-iora quā Christus propter Christi humilitatem, & propter ipsius virtutē operari, (Qui enim mihi cre-dit, inquit, maiora faciet quā ego facio) quomodo non nos miseri & calamitosi, qui neq; culices expel-lere valemus, nedum dæmones, qui neq; vnum ho-minem iuuare possumus, taceo vniuersum orbem, & tamen tāto opere superbimus, quātō ne diabolus qui-dem ipse? Nihil adeo alienū est ab anima Christiana, atq; arrogantia. Arrogantiam, dico, nō fiduciam ne-que animi fortitudinē: illa enim propria sunt. Istud nāque aliud quicquā est, & aliud illud: vt aliud qui-

A dē animi humilitas, aliud verò illiberalitas & adula-tio & assentatio. Etsi vultis omnium horum vobis ex-empla exhibebo. Videntur enim contraria illa quodam modo coincidere & paria esse, quemadmodum cum tritico zizania, & cum rosis ananthe. Sed pueri quidē facile sanē falli possunt: qui vero viri sunt, spiritualis agriculturę periti, nouerunt vera bona à malis discer-nere. Agē igitur ex ipsis scripturis exempla vobis præ-ponamus. Quidnā est adulatio: illiberalitas, & assen-tatio. Siba Dauidi intēpestiue adulatus est, herumq; suū detuit: imò Achitophel Abesalomo: Dauid ve-rò non erat talis, sed animo humili. Adulatores enim sunt subdoli: vtpote quādo dicūt: Rex vive in secu-la. Rursus magi quādam sunt adulatores: Et in Paulo, in Actis, multa talia inueniemus, quando ad Iudęos nō adulando, sed animo humili differit. Sciebat enim & libere loqui, vt cūm dicit: Viri fratres, quū nihil vel contra populum vel patrios mores egerim, vincit⁹ ab Hierosolymis tradit⁹ sum. Quod enim animi humilis fuerint hæc verba, audi quomodo eos increpet in se-quentibus, dicens: Bene loquutus est spiritus sanctus: Auditū audietis, & non intelligetis: & vidētes videbi-tis, & non perspicietis. Vides animum virilē? Vide & Ioannis Baptiste virilem animum, quo erga Herodē vsus est, dicēs: Nō licet tibi habere Philippi fratris tui vxorē. hoc est fiducialiter, hoc est viriliter loqui: nō illud Semei, quādo dicebat: Egredere vir sanguinū. Atqui & ille confidenter agebat. Verum non est hoc animi fortitudo, sed temeritas, & conuiciū, & lingua cælestis. Cōuiciata est Iesabel Iehu, dicēs: Ecce occi-sor domini sui. Verūm temeritas erat, nō fiducia & li-bertas. Vituperabat & Elias: sed libertas & virilis for-titudo erat. Nō ego, dicebat, peruerto populū, sed tu & domus patris tui. Libere rursus loquebatur ad vni-uersum populū Elias, dicens: Quousque claudicabi-tis vtriusq; poplitibus vestris? Hoc pacto reprehēde-re, libertas erat & virilis animi dexteritas: illud verò temeritatis. Vis cognocere & humilis animi & liber-tatis verba? Audi Paulū dicentem: Mihi verò pro mi-nimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die: sed ne que me ipsum diiudico. Nihil enim mihi ipsi consci⁹ sum, verūm nō in hoc iustificatus sum. Hoc animi est Christiano digni. Et iterum: Audet quisquam vestrū negotiū habens cum altero, iudicio agere sub ini-ustis, & non sub sanctis? Vis cognoscere adulationē in-sipientium Iudęorum? Audi quid dicant: Nos nō ha-bemus regem nisi Cæsarē. Vis animi videre humili-tatem? Audi rursus dicentem Paulum: Non enim nos ipsos prædicamus, sed Christum Iesum dominū, nos verò ipsos seruos vestros ppter Iesum. Vis & adula-tionem videre & temeritatē: Vis & temeritatem Na-bal, & adulationē agrestium Ziphęorum? Prodebant enim cōsilio suo Dauidem. Vis philosophiā & non adulationē videre Dauidis, quomodo Sauli prehē-so parcebat? Vis adulationem cognoscere eorū qui Mēphibosthet occiderāt, quos & Dauid occidit? Ve-rum vt simpliciter, & velut per hypotyposim in sum-ma dicā: Temeritas est, quando quis ira percitus vlci-ſciatur, modo qui neminem decet, aut seipsum vlci-ſciatur, aut aliquo pacto iniuste quicquā audet. Liber-tas verò & animi virilis fortitudo est, quādo contra pericula quis & mortē audet, & tam amicitia quā inimicitiam, eorum gratia quæ deo placent, cōtem-nit. Rursus adulatio quidē est & illiberalitas, quādo quosdā colit quisquā, non propter quę colere oportet, sed

gratiam  
Cene. 4.1.c  
Rom. 4.  
quanto fuerit.  
Mar. 8. d  
Luc. 11. b  
Ezech. 28. a  
Dani. 2. d  
ado-  
rauit eū.  
Ibidem. f  
Acto. 3. b  
Ibi. 14. c.  
Ibid. 14. b.  
Ibid. d.  
dijuy.

1. Reg. 16.  
2. Reg. 16.  
3. Reg. 18.  
Ibidem. f.  
Mar. 6. c.  
2. Reg. 16.  
3. Reg. 18.  
Ibidem. d.  
1. Cor. 4. a  
Ibid. 6. a  
1. Ioh. 19. c  
2. Cor. 4. b  
1. Reg. 23.  
Ibid. 10. b  
Ibid. 10. b  
Ibid. 10. b

ter, sed ad captandū terrena. Animi vero humilitas est, quādo eorum quisquā gratia quē deo probantur hoc facit, & ut magnū quid & admirabile perficiat, à dignitate sua sese demittit. Ista si cognouerimus, beati erimus, si quidem ea fecerimus. Non enim satis est cognouisse. Nā non auditores legis, inquit, sed factores legis iustificabuntur: imò condemnat etiam scientia, si sine factis fuerit, & rectorū perpetratoe. Ut itaque cōdemnationē fugiamus, exerceamus virtutū actum, ut futura bona consequamur.

Homilia sexta.

**I**S enim affectus sit in vobis qui fuit & in Christo Iesu: qui cum esset in forma dei, non rapinā arbitratus est aequalem esse deo, sed semetipsum inaniuit forma serui sumpta, in similitudine hominum cōstitutus, & figura repperus ut homo, humilē praeiuit seipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

Dominus noster Iesus Christus, cum ad magna discipulos suos hortaretur, seipsum, & patrem, & prophetas in exēplum proponebat, utpote cum dicebat: Ita nanque faciebant p-

Matth. 5. b. Luc. 15. c. Luc. 6. c.

phetis qui fuerūt ante vos. Et iterum: Si me persecuti sunt, & vos persequentur. & Discite à me, quoniam mitis sum. Item: Misericordes sitis, sicut pater vester, qui in caelis est. Hoc & beatus Paulus fecit: Adhortans istos ad animi humilitatem, Christum in mediū adduxit. Et nō hic solum, sed & cum de amādis pauperibus differeret, ita quodam modo dicebat: Scitis enim gratiam domini nostri Iesu Christi, quod propter vos cum diues esset, pauper factus sit. Nihil enim ita magnum ac philosophicum animum ad bonorum operum perpetratoem excitat, atque si cognouerit deo se ea in re similem fieri. Quid enim huic ad exhortādū adæquari poterit: Nihil. Quod & Paulus sciens, cum ad animi humilitatem eos adhortaretur, primum quidem obsecrauit, supplicationemque posuit. Deinde & increpatoriē dixit: Quoniam in vno spiritu statis. Dixerat, quoniam illis ostensio perditionis est, vobis verò salutis. Et hoc deiceps ponit. Is enim affectus in vobis sit, qui fuit & in Christo Iesu, qui cum in forma esset dei, non rapinam arbitratus est aequalem esse deo, sed semetipsum inaniuit, forma serui sumpta. Attendite obsecro & excitemini. Quēadmodum enim gladius quidam agilis vtrinque acutus, quocumque incidit, etiam si in mille phalanges, facile eas intercidit & demolitur, eò quod femper agillis sit,] & nihil acie illius ferre queat: ita sanè & verba spiritus. Per hæc enim verba & Arii Alexandrini, & Pauli Samosatei, & Marcelli Galatæ, & Sabellij Libyci, & Marcionis Pōtici, & Valentini & Manetis, & Laodicēsis Apollinarij, & Photini, & Sophronij, & omnes in summa hærefes deiecit. Ut itaq; tale spectaculum vnāque plaga tot cadētes phalāges cōspecturi excitemini, ne vos pretereat spectaculi iucūditas. Si enim in curribus ad certandū paratis in equorum certaminibus, nihil adeò iucundū est, atq; quando vniuersos currus cum aurigis pulsos quisquā deiecerit, & multis quadrigis supinis proiectis, cū aurigis solus ad carceres & metā certaminis cōtenderit, & multus interea applausus & clamor ad caelos ascēderit, & ille volucris instar, ex gaudio illo & applausibus totum stadium cū equis percurrerit: quanto maior hic erit spectandi voluptas, quando omniū hereticorū cuneos & diabolicas officinas cū aurigis suis, gratia dei simul & pariter omnes deiecerimus? Et si viderē, sistamus primū in ordinē ipsas hærefes. Vultis

¶ undique acutus sit. Cōtra hereticos.

peribus differeret, ita quodam modo dicebat: Scitis enim gratiam domini nostri Iesu Christi, quod propter vos cum diues esset, pauper factus sit. Nihil enim ita magnum ac philosophicum animum ad bonorum operum perpetratoem excitat, atque si cognouerit deo se ea in re similem fieri. Quid enim huic ad exhortādū adæquari poterit: Nihil. Quod & Paulus sciens, cum ad animi humilitatem eos adhortaretur, primum quidem obsecrauit, supplicationemque posuit. Deinde & increpatoriē dixit: Quoniam in vno spiritu statis. Dixerat, quoniam illis ostensio perditionis est, vobis verò salutis. Et hoc deiceps ponit. Is enim affectus in vobis sit, qui fuit & in Christo Iesu, qui cum in forma esset dei, non rapinam arbitratus est aequalem esse deo, sed semetipsum inaniuit, forma serui sumpta. Attendite obsecro & excitemini. Quēadmodum enim gladius quidam agilis vtrinque acutus, quocumque incidit, etiam si in mille phalanges, facile eas intercidit & demolitur, eò quod femper agillis sit,] & nihil acie illius ferre queat: ita sanè & verba spiritus. Per hæc enim verba & Arii Alexandrini, & Pauli Samosatei, & Marcelli Galatæ, & Sabellij Libyci, & Marcionis Pōtici, & Valentini & Manetis, & Laodicēsis Apollinarij, & Photini, & Sophronij, & omnes in summa hærefes deiecit. Ut itaq; tale spectaculum vnāque plaga tot cadētes phalāges cōspecturi excitemini, ne vos pretereat spectaculi iucūditas. Si enim in curribus ad certandū paratis in equorum certaminibus, nihil adeò iucundū est, atq; quando vniuersos currus cum aurigis pulsos quisquā deiecerit, & multis quadrigis supinis proiectis, cū aurigis solus ad carceres & metā certaminis cōtenderit, & multus interea applausus & clamor ad caelos ascēderit, & ille volucris instar, ex gaudio illo & applausibus totum stadium cū equis percurrerit: quanto maior hic erit spectandi voluptas, quando omniū hereticorū cuneos & diabolicas officinas cū aurigis suis, gratia dei simul & pariter omnes deiecerimus? Et si viderē, sistamus primū in ordinē ipsas hærefes. Vultis

etiam quē impietate, vel quē tempore superior sit? Nā quē impietate sit, difficile est cognoscere. Primū itaq; Sabellius Libyus adductus est. Quid igitur dicit? Patrem, & filium, & spiritū sanctum, nuda esse nomina in vna persona posita. Marcio verò Pōticus dicit eū deum qui omnia constituit, nō esse bonū, neque patrem boni Christi, sed alium quēdam iustū, & quod carnem pro nobis nō sumpserit. Marcellus & Photinus ac Sophronius verbum energiam esse dicūt, energiamque illam inhabitare eum qui est ex semine Dauid, non essentiam substantiam. Arius filium quidē confitetur, verū solo verbo. Creaturam autem eum esse dicit, & patre multò minorē. Cæteri verò dicūt eum non habere animā. Vides stantes currus? Speculare igitur & eorū casum, quomodo simul omnes impellēs, vna quoq; plaga omnes pariter deiiciat. Quomodo? Is enim affectus, inquit, in vos sit, qui fuit & in Christo Iesu, qui cum in forma dei esset, non rapinā arbitratus est aequalē esse deo. Cecidit hic & Paulus Samosateus, & Marcellus, & Sabellius. Etenim inquit, qui cum in forma dei esset. Quomodo igitur dicitis, o sceleste, quod ex Maria primum cœperit, & antea nō fuerit? Quomodo tu verò dicitis, Energia erat? In forma nanq; dei, inquit Apostolus, formā serui accepit. forma serui estne energia serui, an natura serui? Omni no certe natura serui. igitur & forma dei, natura dei est: non ergo energia. Ecce & Marcellus, Galates, & Sophronius & Photinus deciderunt. Ecce & Sabellius. Non rapinam arbitratus est, inquit, aequalē esse deo. Aequalē autē esse, nō de vna persona dicitur. Quod enim aequale est, alicui aequale est. Vides duarū personarum hypostasim, nō nomina nuda sine rebus ipsi dicta? Audisti æternā ante secula vnigeniti essentiam? Quid ergo cōtra Arium deinceps dicemus, qui alterius essentia filii esse dicit? Dic mihi quid est, formam serui accepit? Homo factus est, inquit. Igitur & cum in forma dei esset, deus erat. Vtrobique enim forma ponitur. Si istud verum, verū & illud. Natura homo est, forma serui: igitur & natura deus, forma dei est. Et non hoc solum istud testatur, sed & quod aequalis deo dicitur. Quēadmodum ergo & Ioannes ostēdit nihil illum esse patre minorē, ita & Apostolus: nō rapinā arbitratus est, inquit, aequalē esse deo, sed sapiens quisquā scilicet sermo eorū:] atqui cōtrarium ostendit Apostolus, inquit. Dixit enim cum in forma dei esset, non rapuit ut aequalis esset deo. Atqui si deus erat, quomodo rapere necesse habuisset? Quomodo nō insensate hoc carpitur? Quis enim dixerit, quoniā ille cum homo esset, non rapuit ut homo esset? Quomodo enim rapiet quisquā id quod alioqui est? Non, inquit, sed quod cum inferior deus esset, non rapuit ut magno & maiori deo equalis esset. Estne modicus & magnus deus? Itāne ethnica, in ecclesiastica dogmata inducitis? Apud ipsos enim & paruus deus est & magnus. si verò & apud vos, hæc tenē ignorauit. Nam apud scripturas nusquā inuenies, sed magnum quidem vbiq; deum, paruus verò nusquā. Si enim paruus est, quomodo & deus est? Si nō est homo paruus & magnus, sed vna natura, & si quid non vnus illius naturæ fuerit, homo nō est: quomodo nā erit deus paruus & magnus? Qui nō naturæ illius est, deus non est. Vbiq; enim apud scripturā dicitur, magnus dominus, & laudabilis valde. Ecce & de filio. Nā vbiq; dominum eum vocat. Magnus, inquit, es tu, & facies mirabilia. tu es deus solus. Et iterū: Magnus dominus

etiam quē impietate, vel quē tempore superior sit? Nā quē impietate sit, difficile est cognoscere. Primū itaq; Sabellius Libyus adductus est. Quid igitur dicit? Patrem, & filium, & spiritū sanctum, nuda esse nomina in vna persona posita. Marcio verò Pōticus dicit eū deum qui omnia constituit, nō esse bonū, neque patrem boni Christi, sed alium quēdam iustū, & quod carnem pro nobis nō sumpserit. Marcellus & Photinus ac Sophronius verbum energiam esse dicūt, energiamque illam inhabitare eum qui est ex semine Dauid, non essentiam substantiam. Arius filium quidē confitetur, verū solo verbo. Creaturam autem eum esse dicit, & patre multò minorē. Cæteri verò dicūt eum non habere animā. Vides stantes currus? Speculare igitur & eorū casum, quomodo simul omnes impellēs, vna quoq; plaga omnes pariter deiiciat. Quomodo? Is enim affectus, inquit, in vos sit, qui fuit & in Christo Iesu, qui cum in forma dei esset, non rapinā arbitratus est aequalē esse deo. Cecidit hic & Paulus Samosateus, & Marcellus, & Sabellius. Etenim inquit, qui cum in forma dei esset. Quomodo igitur dicitis, o sceleste, quod ex Maria primum cœperit, & antea nō fuerit? Quomodo tu verò dicitis, Energia erat? In forma nanq; dei, inquit Apostolus, formā serui accepit. forma serui estne energia serui, an natura serui? Omni no certe natura serui. igitur & forma dei, natura dei est: non ergo energia. Ecce & Marcellus, Galates, & Sophronius & Photinus deciderunt. Ecce & Sabellius. Non rapinam arbitratus est, inquit, aequalē esse deo. Aequalē autē esse, nō de vna persona dicitur. Quod enim aequale est, alicui aequale est. Vides duarū personarum hypostasim, nō nomina nuda sine rebus ipsi dicta? Audisti æternā ante secula vnigeniti essentiam? Quid ergo cōtra Arium deinceps dicemus, qui alterius essentia filii esse dicit? Dic mihi quid est, formam serui accepit? Homo factus est, inquit. Igitur & cum in forma dei esset, deus erat. Vtrobique enim forma ponitur. Si istud verum, verū & illud. Natura homo est, forma serui: igitur & natura deus, forma dei est. Et non hoc solum istud testatur, sed & quod aequalis deo dicitur. Quēadmodum ergo & Ioannes ostēdit nihil illum esse patre minorē, ita & Apostolus: nō rapinā arbitratus est, inquit, aequalē esse deo, sed sapiens quisquā scilicet sermo eorū:] atqui cōtrarium ostendit Apostolus, inquit. Dixit enim cum in forma dei esset, non rapuit ut aequalis esset deo. Atqui si deus erat, quomodo rapere necesse habuisset? Quomodo nō insensate hoc carpitur? Quis enim dixerit, quoniā ille cum homo esset, non rapuit ut homo esset? Quomodo enim rapiet quisquā id quod alioqui est? Non, inquit, sed quod cum inferior deus esset, non rapuit ut magno & maiori deo equalis esset. Estne modicus & magnus deus? Itāne ethnica, in ecclesiastica dogmata inducitis? Apud ipsos enim & paruus deus est & magnus. si verò & apud vos, hæc tenē ignorauit. Nam apud scripturas nusquā inuenies, sed magnum quidem vbiq; deum, paruus verò nusquā. Si enim paruus est, quomodo & deus est? Si nō est homo paruus & magnus, sed vna natura, & si quid non vnus illius naturæ fuerit, homo nō est: quomodo nā erit deus paruus & magnus? Qui nō naturæ illius est, deus non est. Vbiq; enim apud scripturā dicitur, magnus dominus, & laudabilis valde. Ecce & de filio. Nā vbiq; dominum eum vocat. Magnus, inquit, es tu, & facies mirabilia. tu es deus solus. Et iterū: Magnus dominus

etiam quē impietate, vel quē tempore superior sit? Nā quē impietate sit, difficile est cognoscere. Primū itaq; Sabellius Libyus adductus est. Quid igitur dicit? Patrem, & filium, & spiritū sanctum, nuda esse nomina in vna persona posita. Marcio verò Pōticus dicit eū deum qui omnia constituit, nō esse bonū, neque patrem boni Christi, sed alium quēdam iustū, & quod carnem pro nobis nō sumpserit. Marcellus & Photinus ac Sophronius verbum energiam esse dicūt, energiamque illam inhabitare eum qui est ex semine Dauid, non essentiam substantiam. Arius filium quidē confitetur, verū solo verbo. Creaturam autem eum esse dicit, & patre multò minorē. Cæteri verò dicūt eum non habere animā. Vides stantes currus? Speculare igitur & eorū casum, quomodo simul omnes impellēs, vna quoq; plaga omnes pariter deiiciat. Quomodo? Is enim affectus, inquit, in vos sit, qui fuit & in Christo Iesu, qui cum in forma dei esset, non rapinā arbitratus est aequalē esse deo. Cecidit hic & Paulus Samosateus, & Marcellus, & Sabellius. Etenim inquit, qui cum in forma dei esset. Quomodo igitur dicitis, o sceleste, quod ex Maria primum cœperit, & antea nō fuerit? Quomodo tu verò dicitis, Energia erat? In forma nanq; dei, inquit Apostolus, formā serui accepit. forma serui estne energia serui, an natura serui? Omni no certe natura serui. igitur & forma dei, natura dei est: non ergo energia. Ecce & Marcellus, Galates, & Sophronius & Photinus deciderunt. Ecce & Sabellius. Non rapinam arbitratus est, inquit, aequalē esse deo. Aequalē autē esse, nō de vna persona dicitur. Quod enim aequale est, alicui aequale est. Vides duarū personarum hypostasim, nō nomina nuda sine rebus ipsi dicta? Audisti æternā ante secula vnigeniti essentiam? Quid ergo cōtra Arium deinceps dicemus, qui alterius essentia filii esse dicit? Dic mihi quid est, formam serui accepit? Homo factus est, inquit. Igitur & cum in forma dei esset, deus erat. Vtrobique enim forma ponitur. Si istud verum, verū & illud. Natura homo est, forma serui: igitur & natura deus, forma dei est. Et non hoc solum istud testatur, sed & quod aequalis deo dicitur. Quēadmodum ergo & Ioannes ostēdit nihil illum esse patre minorē, ita & Apostolus: nō rapinā arbitratus est, inquit, aequalē esse deo, sed sapiens quisquā scilicet sermo eorū:] atqui cōtrarium ostendit Apostolus, inquit. Dixit enim cum in forma dei esset, non rapuit ut aequalis esset deo. Atqui si deus erat, quomodo rapere necesse habuisset? Quomodo nō insensate hoc carpitur? Quis enim dixerit, quoniā ille cum homo esset, non rapuit ut homo esset? Quomodo enim rapiet quisquā id quod alioqui est? Non, inquit, sed quod cum inferior deus esset, non rapuit ut magno & maiori deo equalis esset. Estne modicus & magnus deus? Itāne ethnica, in ecclesiastica dogmata inducitis? Apud ipsos enim & paruus deus est & magnus. si verò & apud vos, hæc tenē ignorauit. Nam apud scripturas nusquā inuenies, sed magnum quidem vbiq; deum, paruus verò nusquā. Si enim paruus est, quomodo & deus est? Si nō est homo paruus & magnus, sed vna natura, & si quid non vnus illius naturæ fuerit, homo nō est: quomodo nā erit deus paruus & magnus? Qui nō naturæ illius est, deus non est. Vbiq; enim apud scripturā dicitur, magnus dominus, & laudabilis valde. Ecce & de filio. Nā vbiq; dominum eum vocat. Magnus, inquit, es tu, & facies mirabilia. tu es deus solus. Et iterū: Magnus dominus

etiam quē impietate, vel quē tempore superior sit? Nā quē impietate sit, difficile est cognoscere. Primū itaq; Sabellius Libyus adductus est. Quid igitur dicit? Patrem, & filium, & spiritū sanctum, nuda esse nomina in vna persona posita. Marcio verò Pōticus dicit eū deum qui omnia constituit, nō esse bonū, neque patrem boni Christi, sed alium quēdam iustū, & quod carnem pro nobis nō sumpserit. Marcellus & Photinus ac Sophronius verbum energiam esse dicūt, energiamque illam inhabitare eum qui est ex semine Dauid, non essentiam substantiam. Arius filium quidē confitetur, verū solo verbo. Creaturam autem eum esse dicit, & patre multò minorē. Cæteri verò dicūt eum non habere animā. Vides stantes currus? Speculare igitur & eorū casum, quomodo simul omnes impellēs, vna quoq; plaga omnes pariter deiiciat. Quomodo? Is enim affectus, inquit, in vos sit, qui fuit & in Christo Iesu, qui cum in forma dei esset, non rapinā arbitratus est aequalē esse deo. Cecidit hic & Paulus Samosateus, & Marcellus, & Sabellius. Etenim inquit, qui cum in forma dei esset. Quomodo igitur dicitis, o sceleste, quod ex Maria primum cœperit, & antea nō fuerit? Quomodo tu verò dicitis, Energia erat? In forma nanq; dei, inquit Apostolus, formā serui accepit. forma serui estne energia serui, an natura serui? Omni no certe natura serui. igitur & forma dei, natura dei est: non ergo energia. Ecce & Marcellus, Galates, & Sophronius & Photinus deciderunt. Ecce & Sabellius. Non rapinam arbitratus est, inquit, aequalē esse deo. Aequalē autē esse, nō de vna persona dicitur. Quod enim aequale est, alicui aequale est. Vides duarū personarum hypostasim, nō nomina nuda sine rebus ipsi dicta? Audisti æternā ante secula vnigeniti essentiam? Quid ergo cōtra Arium deinceps dicemus, qui alterius essentia filii esse dicit? Dic mihi quid est, formam serui accepit? Homo factus est, inquit. Igitur & cum in forma dei esset, deus erat. Vtrobique enim forma ponitur. Si istud verum, verū & illud. Natura homo est, forma serui: igitur & natura deus, forma dei est. Et non hoc solum istud testatur, sed & quod aequalis deo dicitur. Quēadmodum ergo & Ioannes ostēdit nihil illum esse patre minorē, ita & Apostolus: nō rapinā arbitratus est, inquit, aequalē esse deo, sed sapiens quisquā scilicet sermo eorū:] atqui cōtrarium ostendit Apostolus, inquit. Dixit enim cum in forma dei esset, non rapuit ut aequalis esset deo. Atqui si deus erat, quomodo rapere necesse habuisset? Quomodo nō insensate hoc carpitur? Quis enim dixerit, quoniā ille cum homo esset, non rapuit ut homo esset? Quomodo enim rapiet quisquā id quod alioqui est? Non, inquit, sed quod cum inferior deus esset, non rapuit ut magno & maiori deo equalis esset. Estne modicus & magnus deus? Itāne ethnica, in ecclesiastica dogmata inducitis? Apud ipsos enim & paruus deus est & magnus. si verò & apud vos, hæc tenē ignorauit. Nam apud scripturas nusquā inuenies, sed magnum quidem vbiq; deum, paruus verò nusquā. Si enim paruus est, quomodo & deus est? Si nō est homo paruus & magnus, sed vna natura, & si quid non vnus illius naturæ fuerit, homo nō est: quomodo nā erit deus paruus & magnus? Qui nō naturæ illius est, deus non est. Vbiq; enim apud scripturā dicitur, magnus dominus, & laudabilis valde. Ecce & de filio. Nā vbiq; dominum eum vocat. Magnus, inquit, es tu, & facies mirabilia. tu es deus solus. Et iterū: Magnus dominus

etiam quē impietate, vel quē tempore superior sit? Nā quē impietate sit, difficile est cognoscere. Primū itaq; Sabellius Libyus adductus est. Quid igitur dicit? Patrem, & filium, & spiritū sanctum, nuda esse nomina in vna persona posita. Marcio verò Pōticus dicit eū deum qui omnia constituit, nō esse bonū, neque patrem boni Christi, sed alium quēdam iustū, & quod carnem pro nobis nō sumpserit. Marcellus & Photinus ac Sophronius verbum energiam esse dicūt, energiamque illam inhabitare eum qui est ex semine Dauid, non essentiam substantiam. Arius filium quidē confitetur, verū solo verbo. Creaturam autem eum esse dicit, & patre multò minorē. Cæteri verò dicūt eum non habere animā. Vides stantes currus? Speculare igitur & eorū casum, quomodo simul omnes impellēs, vna quoq; plaga omnes pariter deiiciat. Quomodo? Is enim affectus, inquit, in vos sit, qui fuit & in Christo Iesu, qui cum in forma dei esset, non rapinā arbitratus est aequalē esse deo. Cecidit hic & Paulus Samosateus, & Marcellus, & Sabellius. Etenim inquit, qui cum in forma dei esset. Quomodo igitur dicitis, o sceleste, quod ex Maria primum cœperit, & antea nō fuerit? Quomodo tu verò dicitis, Energia erat? In forma nanq; dei, inquit Apostolus, formā serui accepit. forma serui estne energia serui, an natura serui? Omni no certe natura serui. igitur & forma dei, natura dei est: non ergo energia. Ecce & Marcellus, Galates, & Sophronius & Photinus deciderunt. Ecce & Sabellius. Non rapinam arbitratus est, inquit, aequalē esse deo. Aequalē autē esse, nō de vna persona dicitur. Quod enim aequale est, alicui aequale est. Vides duarū personarum hypostasim, nō nomina nuda sine rebus ipsi dicta? Audisti æternā ante secula vnigeniti essentiam? Quid ergo cōtra Arium deinceps dicemus, qui alterius essentia filii esse dicit? Dic mihi quid est, formam serui accepit? Homo factus est, inquit. Igitur & cum in forma dei esset, deus erat. Vtrobique enim forma ponitur. Si istud verum, verū & illud. Natura homo est, forma serui: igitur & natura deus, forma dei est. Et non hoc solum istud testatur, sed & quod aequalis deo dicitur. Quēadmodum ergo & Ioannes ostēdit nihil illum esse patre minorē, ita & Apostolus: nō rapinā arbitratus est, inquit, aequalē esse deo, sed sapiens quisquā scilicet sermo eorū:] atqui cōtrarium ostendit Apostolus, inquit. Dixit enim cum in forma dei esset, non rapuit ut aequalis esset deo. Atqui si deus erat, quomodo rapere necesse habuisset? Quomodo nō insensate hoc carpitur? Quis enim dixerit, quoniā ille cum homo esset, non rapuit ut homo esset? Quomodo enim rapiet quisquā id quod alioqui est? Non, inquit, sed quod cum inferior deus esset, non rapuit ut magno & maiori deo equalis esset. Estne modicus & magnus deus? Itāne ethnica, in ecclesiastica dogmata inducitis? Apud ipsos enim & paruus deus est & magnus. si verò & apud vos, hæc tenē ignorauit. Nam apud scripturas nusquā inuenies, sed magnum quidem vbiq; deum, paruus verò nusquā. Si enim paruus est, quomodo & deus est? Si nō est homo paruus & magnus, sed vna natura, & si quid non vnus illius naturæ fuerit, homo nō est: quomodo nā erit deus paruus & magnus? Qui nō naturæ illius est, deus non est. Vbiq; enim apud scripturā dicitur, magnus dominus, & laudabilis valde. Ecce & de filio. Nā vbiq; dominum eum vocat. Magnus, inquit, es tu, & facies mirabilia. tu es deus solus. Et iterū: Magnus dominus

etiam quē impietate, vel quē tempore superior sit? Nā quē impietate sit, difficile est cognoscere. Primū itaq; Sabellius Libyus adductus est. Quid igitur dicit? Patrem, & filium, & spiritū sanctum, nuda esse nomina in vna persona posita. Marcio verò Pōticus dicit eū deum qui omnia constituit, nō esse bonū, neque patrem boni Christi, sed alium quēdam iustū, & quod carnem pro nobis nō sumpserit. Marcellus & Photinus ac Sophronius verbum energiam esse dicūt, energiamque illam inhabitare eum qui est ex semine Dauid, non essentiam substantiam. Arius filium quidē confitetur, verū solo verbo. Creaturam autem eum esse dicit, & patre multò minorē. Cæteri verò dicūt eum non habere animā. Vides stantes currus? Speculare igitur & eorū casum, quomodo simul omnes impellēs, vna quoq; plaga omnes pariter deiiciat. Quomodo? Is enim affectus, inquit, in vos sit, qui fuit & in Christo Iesu, qui cum in forma dei esset, non rapinā arbitratus est aequalē esse deo. Cecidit hic & Paulus Samosateus, & Marcellus, & Sabellius. Etenim inquit, qui cum in forma dei esset. Quomodo igitur dicitis, o sceleste, quod ex Maria primum cœperit, & antea nō fuerit? Quomodo tu verò dicitis, Energia erat? In forma nanq; dei, inquit Apostolus, formā serui accepit. forma serui estne energia serui, an natura serui? Omni no certe natura serui. igitur & forma dei, natura dei est: non ergo energia. Ecce & Marcellus, Galates, & Sophronius & Photinus deciderunt. Ecce & Sabellius. Non rapinam arbitratus est, inquit, aequalē esse deo. Aequalē autē esse, nō de vna persona dicitur. Quod enim aequale est, alicui aequale est. Vides duarū personarum hypostasim, nō nomina nuda sine rebus ipsi dicta? Audisti æternā ante secula vnigeniti essentiam? Quid ergo cōtra Arium deinceps dicemus, qui alterius essentia filii esse dicit? Dic mihi quid est, formam serui accepit? Homo factus est, inquit. Igitur & cum in forma dei esset, deus erat. Vtrobique enim forma ponitur. Si istud verum, verū & illud. Natura homo est, forma serui: igitur & natura deus, forma dei est. Et non hoc solum istud testatur, sed & quod aequalis deo dicitur. Quēadmodum ergo & Ioannes ostēdit nihil illum esse patre minorē, ita & Apostolus: nō rapinā arbitratus est, inquit, aequalē esse deo, sed sapiens quisquā scilicet sermo eorū:] atqui cōtrarium ostendit Apostolus, inquit. Dixit enim cum in forma dei esset, non rapuit ut aequalis esset deo. Atqui si deus erat, quomodo rapere necesse habuisset? Quomodo nō insensate hoc carpitur? Quis enim dixerit, quoniā ille cum homo esset, non rapuit ut homo esset? Quomodo enim rapiet quisquā id quod alioqui est? Non, inquit, sed quod cum inferior deus esset, non rapuit ut magno & maiori deo equalis esset. Estne modicus & magnus deus? Itāne ethnica, in ecclesiastica dogmata inducitis? Apud ipsos enim & paruus deus est & magnus. si verò & apud vos, hæc tenē ignorauit. Nam apud scripturas nusquā inuenies, sed magnum quidem vbiq; deum, paruus verò nusquā. Si enim paruus est, quomodo & deus est? Si nō est homo paruus & magnus, sed vna natura, & si quid non vnus illius naturæ fuerit, homo nō est: quomodo nā erit deus paruus & magnus? Qui nō naturæ illius est, deus non est. Vbiq; enim apud scripturā dicitur, magnus dominus, & laudabilis valde. Ecce & de filio. Nā vbiq; dominum eum vocat. Magnus, inquit, es tu, & facies mirabilia. tu es deus solus. Et iterū: Magnus dominus

etiam quē impietate, vel quē tempore superior sit? Nā quē impietate sit, difficile est cognoscere. Primū itaq; Sabellius Libyus adductus est. Quid igitur dicit? Patrem, & filium, & spiritū sanctum, nuda esse nomina in vna persona posita. Marcio verò Pōticus dicit eū deum qui omnia constituit, nō esse bonū, neque patrem boni Christi, sed alium quēdam iustū, & quod carnem pro nobis nō sumpserit. Marcellus & Photinus ac Sophronius verbum energiam esse dicūt, energiamque illam inhabitare eum qui est ex semine Dauid, non essentiam substantiam. Arius filium quidē confitetur, verū solo verbo. Creaturam autem eum esse dicit, & patre multò minorē. Cæteri verò dicūt eum non habere animā. Vides stantes currus? Speculare igitur & eorū casum, quomodo simul omnes impellēs, vna quoq; plaga omnes pariter deiiciat. Quomodo? Is enim affectus, inquit, in vos sit, qui fuit & in Christo Iesu, qui cum in forma dei esset, non rapinā arbitratus est aequalē esse deo. Cecidit hic & Paulus Samosateus, & Marcellus, & Sabellius. Etenim inquit, qui cum in forma dei esset. Quomodo igitur dicitis, o sceleste, quod ex Maria primum cœperit, & antea nō fuerit? Quomodo tu verò dicitis, Energia erat? In forma nanq; dei, inquit Apostolus, formā serui accepit. forma serui estne energia serui, an natura serui? Omni no certe natura serui. igitur & forma dei, natura dei est: non ergo energia. Ecce & Marcellus, Galates, & Sophronius & Photinus deciderunt. Ecce & Sabellius. Non rapinam arbitratus est, inquit, aequalē esse deo. Aequalē autē esse, nō de vna persona dicitur. Quod enim aequale est, alicui aequale est. Vides duarū personarum hypostasim, nō nomina nuda sine rebus ipsi dicta? Audisti æternā ante secula vnigeniti essentiam? Quid ergo cōtra Arium deinceps dicemus, qui alterius essentia filii esse dicit? Dic mihi quid est, formam serui accepit? Homo factus est, inquit. Igitur & cum in forma dei esset, deus erat. Vtrobique enim forma ponitur. Si istud verum, verū & illud. Natura homo est, forma serui: igitur & natura deus, forma dei est. Et non hoc solum istud testatur, sed & quod aequalis deo dicitur. Quēadmodum ergo & Ioannes ostēdit nihil illum esse patre minorē, ita & Apostolus: nō rapinā arbitratus est, inquit, aequalē esse deo, sed sapiens quisquā scilicet sermo eorū:] atqui cōtrarium ostendit Apostolus, inquit. Dixit enim cum in forma dei esset, non rapuit ut aequalis esset deo. Atqui si deus erat, quomodo rapere necesse habuisset? Quomodo nō insensate hoc carpitur? Quis enim dixerit, quoniā ille cum homo esset, non rapuit ut homo esset? Quomodo enim rapiet quisquā id quod alioqui est? Non, inquit, sed quod cum inferior deus esset, non rapuit ut magno & maiori deo equalis esset. Estne modicus & magnus deus? Itāne ethnica, in ecclesiastica dogmata inducitis? Apud ipsos enim & paruus deus est & magnus. si verò & apud vos, hæc tenē ignorauit. Nam apud scripturas nusquā inuenies, sed magnum quidem vbiq; deum, paruus verò nusquā. Si enim paruus est, quomodo & deus est? Si nō est homo paruus & magnus, sed vna natura, & si quid non vnus illius naturæ fuerit, homo nō est: quomodo nā erit deus paruus & magnus? Qui nō naturæ illius est, deus non est. Vbiq; enim apud scripturā dicitur, magnus dominus, & laudabilis valde. Ecce & de filio. Nā vbiq; dominum eum vocat. Magnus, inquit, es tu, & facies mirabilia. tu es deus solus. Et iterū: Magnus dominus

dominus

domin⁹ noster, & magna virtus eius, & magnificentiē eius nō est terminus. Sed filius, inquit, paruus est. Sed tu hoc dicis. Nam scriptura contrariū. Quēadmodū de patre, ita & de filio loquitur. Audi nanq; quid Paulus dicat: Expectantes, inquit, beatā spēs, & apparitionē gloriæ magni dei. At nunquid de patre si loqueretur, apparitionē dixisset? Ut verò & vos magis argueret, ad apparitionē adiecit, magni dei. Nū igitur de patre dictum est? Nequaquā. Subiūctio enim illa non admittit, quē dicit, & apparitionē magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi. Ecce & filius magn⁹ est. Quomodo ergo paruus & magnum dicitis? Audi & prophetam magni cōsiliij angelum ipsum dicentē. Qui magni consilij angelus est, magnus non est? Qui fortis deus est & potens, non magnus, sed paruus est? Quid ergo impudentes & improbi dicemus deū esse paruū? Ea refero, quē ipsi sepe numero dicūt, ut eos eò magis fugiatis. Cum paru⁹ esset, inquit, nō rapuit, ut aequalis esset magno. Quid enim dic mihi, (sed ne putetis hæc nostra esse verba) si paru⁹ erat, ut ipsi volunt, & multò paterna virtute inferior: quomodo sanè potuisset rapere, ut aequalis esset deo? Inferior enim natura utiq; rapere nō poterit, ut sit in magna: utpote homo certē rapere non poterit, ut angelo aequalis sit iuxta naturam: & equus rapere non poterit, etiā si velit, ut homini aequalis sit secundum naturā. Ultra tamen istud, etiam illud dicam, quid velit Paulus adstruere per hoc adductum exemplū. In animi humilitatē vult inducere Philippenses omnes. Quid igitur dic, quæso, in medium istud adduxit? Nemo enim ad animi humilitatē adhortari volēs, hoc dicit: Esto humilis, & minorē te existimes illis qui parisi sunt honoris. etenim ille vel ille quum seruus esset, non rebellauit contra dominum suum. imitare igitur illū. Atqui istud non est animi humilis, dicit quisquam, sed deieci. Discite quid animi humilitas, vos qui diabolicā elationē habetis. Quid igitur est animi humilitas? Humilibus verò afficitur, nō qui necessario humili forte est, sed qui seipsum humiliat: ut exēpli gratia, quando qui sublimibus affici potest, humilibus afficitur, is animo est humili. Quādo verò in eo quod assequi nō potest, humilis est, nō amplius vere animo est humili: utpote rex si primati cuiuspiā subii ceret, animo esset humili, eò quod à sublimitate sua descendisset. Primas verò etiā si regi obediat, nō tamē propterea humilibus afficietur. Qua ratione? Nō enim de sublimi seipsum humiliat. Nequit enim aliter quisquā humilibus affici, nisi in potestate sit. Si enim necessaria & coacta fuerit humilitas, iam non est ex effectu virtutis opus, neque ex voluntate, sed ex necessitate. τῶν ἀνωφροσύνῃ verò propterea dicitur, ὅτι τῷ φρονήματος ἔστι τῶν ἐνωσίων, eò quod animi sit humilitas. Dic mihi: Si quis cum abundandi potestatem nō habeat, in eorum quę habet possessione permaneat, laudabim⁹ne illum tanquā iustum? Nequaquam. Quāobrem? Quoniam per necessitatem voluntatis encomium sublatum est. Dic mihi: Si quisquā cum tyrānum & regem agere nequeat, priuatus manserit, illū ne tanquā aliena non curātem laudabimus? Nequaquam. Ergo neque hic. Laus enim, o omniū indoctissimi, non est in horum abstinētia, sed in bonorū perpetratoe. Illud enim à vituperio quidē liberat, nōdum verò laudis participem facit, istud autē encomia meretur. Vide igitur Christū ita laudātem, cum dicit: Venite benedicti patris mei, possidete re-

ad



cernunt, adduxit: nempe quemadmodum vxor obed-  
dit viro, ita & vos obedite? Si verò quod æqualiū est  
ac liberorum, non adduxit, quoniam modica quædā  
fuiſſet ſubiectio: quantò magis quod ſerui eſt, vti que  
nō adduxit? Præoccupādo hoc dixit, ideo ſcilicet fa-  
ctū, quòd nemo ad hunc modum propter malorum  
abſtinentiā quæquam laudat, nepe omnino eius me-  
minit, nec ſi caſtum quiſquā laudare cupiat, ita dicit:  
quoniam non eſt mæchatus: ſed quoniam à propria  
quoque vxore abſtinuit. Nuſquam enim malorū ab-  
ſtinentiam ponimus, quippe quòd ridiculū eſſet. Di-  
xi formam ſerui fuiſſe verā, & nihil deficientem: atq;  
ideo & formam dei eſſe perfectam, & nihil deficientem.  
Qua ratione non dixit, in forma dei factus eſt, in  
forma dei exiſtēs? Idē hoc eſt, ac ſi diceret: Ego ſum  
qui ſum. ¶ Quòd formā ponit, quæ res ſcilicet ab eo  
cuius eſſe dicitur, nihil variat, oſtendit quomodo ſit  
forma. ¶ Nequit verò fieri vt quod alterius eſt nature,  
alteri formā habeat, vt pote nemo hominum ange-  
li formam habet, neq; brutum hominis formam ha-  
bet. Quomodo igitur filius? Deinde in nobis quidē,  
quoniā cōpoſiti ſumus, forma eſt corporis: in ea ve-  
rò quod ſimplex eſt & omnino incompoſitū, eſſentie  
eſt. Si verò, quod ſine articulo dictum eſt, patrē nō  
oſtendit, multis illud locis demōſtratur ſine articulo  
dictū eſſe. Et quid dico multis locis? Nam conſeſtim  
in ipſo loco, nō rapiuam, inquit, arbitratus eſt æqua-  
lem eſſe deo. Et non dixit *ſicut deus* de patre loquens.  
Volo & quæ nos cōcernūt adiciere, ſed vereor ne mē  
ſeſveſtras obruam. Inter ea verò quæ dicta ſunt, me-  
moria tenete, ad hæreticorum ſubuerſionē. Excida-  
mus interea ſpinas, & tunc bonum ſemen exciſis ſpi-  
nis, recreatāque paululū tellure, iaciamus, vt malitia  
quā ex illis contraxit, in vniuerſum depoſita, cū mul-  
ta virtute diuina femina capiat.

Morale.

Gratias agamus deo pro iam dictis. Precemur eū,  
vt cuſtodiam & obſeruantiam eorū donet, vt & no-  
bis & vobis exhilaratis cōfundatur heretici. Oremus  
eum vt & ad ſequentia nobis os aperiat, vt & quæ ad  
nos pertinent, eadē quoque diligētia diſſerēdo per-  
curramus. Precemur eum, vt & vitā nobis fide dignā  
præſtet, vt ad gloriā eius viuamus, vt nomē eius per  
nos non blaſphemetur. Nā vt vobis, inquit, propter  
quos nomē dei blaſphematur. Si enim filiū habētes,  
(quid enim filio ingenuū magis habemus?) ſi filiū ta-  
mē habentes, per quæ blaſphemamur, ipſum ab dica-  
mus, auerſamur, & nō admittimus: quāto magis de-  
ſeruos habēs ingratos, ipſum blaſphemantes, & pro-  
bris afficiētes, illos auerſabi, & odio habebit? Quæ  
verò deus oderit & auerſatur, quis amplectetur? Ne-  
mo, niſi diabolus, vel dæmones. Quem autē dæmo-  
nes naſti ſunt, quā ille ſalutis ſpem habebit? Quod vi-  
tæ ſolatiū? Donec in manu dei fuerimus, nemo nos  
rapere poterit. Potēs enim eſt ac robuſta. Si verò ex  
manu & adiutorio ipſius exciderimus, perierim, om-  
nibus parati & expoſiti ad rapinam, tanquā murus  
inclinat, & ſepes impulſa. Si fuerit murus imbecillis,  
expoſitus eſt ad tranſeundum omnibus. nō enim pu-  
tabitis iſtud de Hieruſalē duntaxat dici, quod dictu-  
rus ſum, ſed & de omni homine. Quid verò de Hieru-  
ſalem dictum eſt? Cantabo dilectio canticum dilecti  
mei vineæ meæ. Vineam factam dilectio in cornu, in lo-  
co pingui. Et ſepē circūdedi, & vallo cinxi, & plan-  
taui vineam Sorec, & edificavi turrim in medio eius,

ſine articulo  
lo, hoc eſt  
ipſo loco  
nō eſt  
nō eſt  
nō eſt  
nō eſt  
nō eſt  
nō eſt

Sine articulo  
lo, hoc eſt  
ipſo loco  
nō eſt  
nō eſt  
nō eſt  
nō eſt  
nō eſt  
nō eſt

Rem. 2. d.

ſaiæ. 5. a

A ac torcular fodi in ea, & expectaui vt faceret vna, fe-  
cit autē ſpinas. Et nunc homo Iuda, & qui habitatis  
in Hieruſalem, iudicate inter me & vineā meā. Quid  
oportebat facere vineæ meæ, quod illi non fecerim?  
Propterea expectaui vt faceret vna, fecit verò ſpinas.  
Nunc igitur pronūciabo vobis quid facturus ſim vi-  
neæ meæ: Auferam ſepem eius, & erit in direptionē:  
& diruam murum eius, & erit in conculcationem: &  
deſerā vineam meam, & nō putabitur, neq; fodietur,  
& aſcendent in ea tanquam in terra inculta, ſpinæ: &  
nubibus mandabo ne pluant in eam imbrem. Vineam  
quippe domini ſabaoth, dom⁹ Iſraēl eſt, & homo Iu-  
da dilectio noua plātula. Expectaui vt faceret iudicū,  
fecit autem iniquitatē, & nō iuſtitia, ſed clamorem.  
Iſtud & de vnaquaque anima dicitur. Quando enim  
quæcunq; oportebat impleuerit benignus deus, illa  
verò poſtea ſpinas p vna fecerit, auferet ſepē, & di-  
ruet murum, atq; ita in rapinam exponemur. Audi  
nanq; quomodo & alius propheta lamentādo dixit:  
Quam obrem deſtruxiſti ſepem eius, & deuinde  
miant eā quotquot via illa prætergrediuntur: Vaſta-  
uit eam aper ſylueſtris, & fera agreſtis cōſumpſit eā.  
Nam illic quidem de rege Medorum & Babylonico  
dixit: hic verò non de eo dici poteſt, ſed aper & fera  
ſylueſtris diabol⁹ eſt, atq; omnis illi⁹ virtus. Agreſtis  
ferocitas eſt impura eius audacia. Nam quādo rapa-  
citatē eius demonſtrare vult, dicit: Sicut leo rugiēs  
circuit quærens quem deuoret. Quādo verò quā  
ſit venenofus & letalis ac pernicioſus, ſerpentem vo-  
cat & ſcorpionē. Calcabit, inquit, ſuper ſerpētes &  
ſcorpiones, & ſuper omnem virtutē aduerſarij. Quā-  
do verò quā potēs ſimul & venenofus ſit, draconē  
eum vocat, vt cum dicit, Draco iſte quē finxiſti ad il-  
ludēdum ei. Et draconem ipſum & ſerpentē tortuo-  
ſum & aſpidē vbiq; vocat. Eſt enim beſtia multiplex  
& nodofa ac varia, multæq; virtutis. nihil non mouet,  
omnia turbat, omnia fuſum ac deorſum volutat &  
ſubuertit. Verūm ne timeatis, ne vereamini. Vigilate  
dūtaxat, & erit inſtar paſſerculi, inquit. Calcabit em  
ſupra ſerpentes & ſcorpiones. Cōculcationem pedū  
noſtrorum, ſi voluerimus, fecit eū. Vide igitur quā  
ridiculum ſit & miſerum, ſupra caput noſtrū ſtatem  
videre eum, quem cōculcandū ſuſcepimus. Quo ve-  
rò pacto iſtud à nobis ſit? Si nos voluerimus, magnus  
eſt: ſi nos voluerim⁹, paruus eſt. Si attēderim⁹ nobis ip-  
ſis, & cum rege noſtro fuerimus, contrahetur, & nihil  
habebit ab exili puero melius in hac aduerſam nos  
pugna. Si fugerimus ab eo, plurimū ſibiſtat, rugiet,  
fremet dentibus, tanquā qui nos magno dei auxilio  
deſtitutos prehēderit. Nō enim aggreditur, niſi per-  
miſerit deus. Neque enim gregem porcorū inuade-  
re auſus fuit, deo nō permittente: multò minus ani-  
mas hominū. Permittit verò deus vt vel erudiat, vel  
pœnam ſumat, vel illuſtriores nos faciat, quemadmo-  
dum Iob. Vides ipſum non progredientē, neque au-  
dētē propius accedere, ſed metuentem ac tremē-  
tem? Et quid dico de Iob? Cū enim in Iudā inſili-  
ret, quouſque eum Chriſtus à ſacro apoſtolorum choro  
non abſciderat, non auſus fuit totum eum rapere, in-  
que ipſum introgredi. Itaque tum quidē eum exter-  
nē inuaſerat, introgredi verò in eum nondū aude-  
bat. Poſtquā verò cognouit eum à ſacro cœtu auul-  
ſum, vehemētius in ipſum inſiliit, q̄ quouis ſermo-  
ne dici queat: nec prius deſtitit, quouſque eū duplici  
morte interemerit. Iſta ad admonitionē noſtrā ſcri-  
pta ſunt.

\*ſpinas  
gum  
aliqua  
brusca

ſai. 7. b

1. Petr. 3. d

Luc. 10. d

ſai. 10. d

Luce 8. d

Mat. 13. c

Mat. 6. d  
Ibidem. c

ra ſunt. Alioqui quod emolumētum fuerit, quis pfe-  
ctus, quæ vtilitas, cognofcere quòd vn⁹ ex duodecim  
Chriſtum prodidit: Multū profuerit. Quando enim  
cognouerimus vnde ille in pernicioſum hoc cōſiliū  
inciderit, cuſtodiemur & nos ne eadē faciamus. Vn-  
de igitur in hoc cōſilij venit? Ex auaritia. fur erat, tri-  
ginta argenteis dominū tradidit, ita ſcilicet iſta ani-  
mi paſſione inebriabatur, vt dominum orbis pro tri-  
ginta argenteis proderet. Quid iſta inſania peius? Ni-  
hil illi adæquari, nihil par eſſe poterit. quem tradidit,  
cui comparatē gentes nihil reputatē ſunt, illū pro tri-  
ginta argenteis tradidit. Grauis eſt enim auaritiē ty-  
rannis, ſtupidam potens efficere mentē. Non ita ab  
ebrietate quiſquā atque ab auaritia attonitus reddi-  
tur. Quid enim dic quæſo? obſcurū te & ignotū vo-  
cauit, & vnū ex duodecim effecit, doctrinam tibi im-  
pertuit, pmiſit innumera bona, miracula patrare fe-  
cit: menſā, itinerum, conuerſationis, cōuictus, & om-  
nium eorum particeps factus es, quorū & reliqui. An  
iſta te cohibere nō potuerūt? Cuius gratia tradidiſti?  
Quid queri poteſt ō ſceleſte? Quid verò beneficij nō  
accepitiſti? Mentem tuā ſciebat, nō ceſſabat quod ſuū  
erat impendere. Sæpe dicebat, Vn⁹ ex vobis me tradi-  
tur⁹ eſt. Sæpe pungebat, tibiq; parcebat, quāuis talē  
te ſciret, nō tamē choro illo eiiciebat. Adhuc te por-  
tabat, adhuc velut genuinum & vnum ex duodecim  
ita honorabat, ita diligebat, denique, ō animū ſcele-  
ſtū, accepto linteo immaculatis illis manibus impu-  
ros pedes tuos lauit: neq; hoc te cohibuit? Furabaris  
quæ pauperum erant: & ne in maius malū progrede-  
reris, etiā hoc ferebat. Nihil tibi perſuaſit. Etenim ſi  
beſtia fuiſſes, ſi lapis, nō fuiſſes beneficiis illis tibi im-  
penſis, non fuiſſes miraculis, nō fuiſſes adhortationi-  
bus immutatus? Verum etiam vſque adeo efferatū vo-  
cabat, & operibus mirandis lapidibus ſtupidiorē ad  
ſaniora inducebat, Tu verò nullo horum melior eua-  
ſiſti. Meritò tantam proditoris amentiam miramini.  
Formidate itaque vulnus illius. Per auaritiā talis fa-  
ctus eſt, per pecuniarum amorē. Excide affectū hūc.  
Tales em morbos parit. Impios facit, & efficit vt de-  
non agnoſcatur, etiam ſi innumeris beneficiis affecti  
fuerim⁹. Excide obſecro. Nō eſt ex vulgarib⁹. Mor-  
tes innumeras ac pernicioſas parere ſolet. Videmus  
Iudæ paſſionē & affectum. Formidemus ne in eadem  
incidam⁹ ipſi quoq;. Propterea ſcripta ſunt, ne eadē  
patiamur & nos. Quapropter & oēs euangelistæ iſta  
narrarunt, vt nos refrænaret. Procul & eminus malū  
hoc fuge. Non enim hoc ſolū eſt auarum eſſe, multas  
pecunias deſiderare, ſed omnino pecunias amare.  
Grauis eſt auaritia, plura q̄ opus ſit deſiderare. Num  
enim auri talenta tunc erant quæ proditiōē ſuade-  
bant? Triginta argēteis ipſum tradidit. Recordamini  
igitur, quomodo antea dixerim, quòd auaritia non  
demōſtretur in eo, ſi plura accipiantur, ſed multò ma-  
gis ſi pauca. Vide quantum malū iſte propter modic-  
um aurum fecerit. Imò verò non propter aurum,  
ſed propter argenteos. Non poteſt, nō poteſt, inquā,  
fieri, vt homo auarus vnquam Chriſti faciē videat.  
Vnum iſtud ex impoſſibilibus eſt. Radix eſt malorū.  
Si verò extra gloriā illam decidit, qui vnum malū  
habet: qui ipſam adfert radicē, vbi ſtatit? Nō poteſt  
pecunię ſeruus, german⁹ eſſe ſeru⁹ Chriſti. Ipſe Chri-  
ſtus ita decreuit, rem iſtā eſſe impoſſibilem. Non po-  
teſtis, inquit, deo ſeruire & māmonæ. & Nemo po-  
teſt duobus dominis ſeruire. Contraria nanq; præci-

piūt. Chriſtus dicit, parce pauperib⁹: Mamonas di-  
cit, exue & tolle quæ habent. Chriſtus dicit, Effundē  
quæ habes. Mamonas dicit, accipe etiā quæ nō habes.  
Vides contrarietate, vides bellum? Quomodo pote-  
rit quiſquam vtriſq; facile obedire? Verum vnū o-  
portet cōtēnere, aut certe nihil ſermone opus fuerit.  
Quomodo nō reipſa videmus iſtud, Chriſtum nepe  
contēptum, māmonā verò honoratum? Videte quo-  
modo & verba de hac re graua & moleſta ſint, quā-  
tò magis res ipſa? Verū res ipſa nō adeo videtur one-  
roſa, quādoquidē affectu ac paſſione illius occupamur.  
Etenim nunc quidē ſi vel modice ab hoc affe-  
ctu purgatus fuerit anim⁹, donec ſanē extra eū ſtete-  
rit, poterit rectē iudicare. In illū verò ſi abierit, igni-  
que illo perſuſus, atq; in rei ipſius voluptate cōſtitu-  
tus fuerit, non habebit amplius ſyncerum forum, nō  
habebit incorruptū tribunal. Chriſt⁹ dicit: Niſi quis  
abnegauerit omnia quæ poſſidet, nō eſt me⁹ diſcipu-  
lus. Mamonas dicit: Accipe ab eſuriēte panē. Chri-  
ſtus iubet, indue nudum: iſte verò, nudū etiam exue.  
Chriſtus dicit: Domesticos ſeminis tui ne deſpicias:  
Mamonas dicit, non miſereberis domesticorū ſemi-  
nis tui: & ſi matrē videris, ſi patrē, cōtēnne. Et quid  
dico patrē & matrē? Etiam animā tuam, & ipſam  
perde. Veruntamen auditur. Heu vt crudelia, vt  
ſæua & ferocia imperet, auditur tamen magis, quā  
qui mitia ſalutariaq; vobis præcipit. Propterea gehē-  
na, propterea ignis, propterea fluuius igneus, propterea  
vermis non moriens. Noui multos iſta nobis dicēti-  
bus non libenter audire. Neque ſanē ego libenter ea  
dico. Quid enim proderit iſta dicere? Vellem vobis  
perpetuo de regno diſſerere, de refocillatione, de  
aqua refocillationis, de loco viridis paſcuę. Nā ſuper  
aquā, inquit, recreationis pauit me, & in loco paſcuę  
cōmorari me fecit. Vellem de loco diſſerere, vbi nec  
dolor eſt, nec mœſtitia, nec anguſtia. Vellē diſſerere  
de iucunda Chriſti præſentia. Quanquam omnē ſu-  
perant ſermonem & omnem intellectū: attamen, vt  
poſſem, vellē iſta diſſerere, ſed quid faciam? Non po-  
teſt ad febricitantem & malē diſpoſitū de regno di-  
ci. Nam interea, donec talis eſt de ſanitate dicendum  
fuerit. Nō licet ad eū qui obnoxius eſt pœnæ, de ho-  
nore diſſerere. Nam antea quærendū eſt, quomodo  
à pœna & ſupplicio liberet. Niſi iſtud fuerit, quomo-  
do illud eſſe poterit? Propterea iſta continū dico, vt  
ad illa conſeſtim perueniamus. Nam & deus hoc no-  
mine gehennam minatus eſt, vt nemo in gehēnā in-  
cidat, vt omnes regnū cōſequamur. Et nos ideo cō-  
tinū gehennæ mentionē facimus, vt ad regnū vos  
impellamus, vt per timorem emollita mente veſtra,  
quæ regno digna ſunt, facere inſtruaſimus. Ne ſitis igi-  
tur ad verborum iſtorum grauitatē difficiles. Nam  
iſta verborum grauitas occaſionē animabus veſtris a  
peccatis fugiendi parit. Nā & ferrū graue eſt, & mal-  
leus grauis: verū parant vaſa vtilia & argētea, & di-  
ſtorta dirigunt, ita vt niſi graua & dura eſſent, diſtor-  
tam materiam vti que dirigere non poſſent. Ad hunc  
modum poteſt & grauis noſter ſermo animū com-  
ponere. Ne fugiamus itaq; verborū grauitatem, ne-  
que illorum verbera. Non inferuntur verbera, vt ani-  
mum frangant aut conterant, ſed vt corrigant. Noui-  
mus enim quo pacto per gratiā dei percutiamus, quo  
modo verbera inferamus, ad hoc valētia vt non cō-  
teramus vaſculum, ſed vt extenuemus, vt dirigamus,  
vt vtile faciamus domino, vt offeramus illud ſplēdi-  
dum, bene

ſai. 1. d.  
ſai. 1. d.  
ſai. 1. d.

Luce. 14. g

ſai. 22. a

dum bene exultum in illam diem, in qua fluuius erit igneus, ne opus habeat ferre flammam illic futuram. Nisi enim igne vos hic examinauerimus, necesse erit omnino ut illic igne examinemini, nec licet aliter fieri. Dies enim domini in igne reuelatur. Melius est ut sermonibus nostris exuramini modico tempore, quam perpetua illa gehennae flamma. prorsus enim manifestum est ita futurum. Et saepenumero vobis rationes irrefragabiles dixi. Oportet quidem ut ex scripturis persuadeamini: quoniam verò contentiosi quidam sunt, mouimus & ex rationibus multa. Nihil verò prohibet quò minus ipsas & nunc dicamus. Quae erant autem? Iustus est deus. Hoc fatemur omnes & Graeci & Iudei & heretici, & Christiani. At hinc multi eorum qui peccauerunt, abscesserunt non puniti: multi eorum qui quae recta sunt egerunt, abscesserunt innumeris malis affecti. Itaque si iustus est deus, ubi istis bona retribuet, ubi illis supplicia, si gehenna non est, si resurrectio non est? Hinc ergo sermonem semper & illis & vobis ipsis occinite, & non permittet vos de resurrectione dubitare. Qui verò de resurrectione non ambigit, cum multa attentione viuere studebit, ut aeterna bona consequatur: quae contingat nos omnes assequi, &c.

Homilia septima.

**H**is affectus sit in vobis qui fuit in Christo Iesu, qui cum accepisset in forma dei, non rapinam arbitratus est aequalem esse deo, sed semetipsum inaniuit forma serui sumpta, in similitudine hominum constitutus, & figura repertus ut homo, humilem praebuit seipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Quapropter & exaltauit ipsum deus in summam sublimitatem, & donauit illi nomen quod est supra omne nomen, ut in nomine Iesu omne se genua flectat, caelestium terrestrium & infernorum: omnisque lingua confiteatur quòd

Hoc est, Haretiici dicunt illud, non rapinam arbitratus est aequalem esse deo, sed de esse, atque non rapuit diuinitatem per superbiam, sed humilis esse voluit. hoc argumeto Christi diuinitatem refutare.

dominus sit Iesus Christus ad gloriam dei patris. Diximus de haereticis. Oportunum fuerit deinceps & quae nos concernunt, dicere. Illi dicunt, quòd istud, non est rapinam arbitratus, idem sit atque non rapuit. Ostendimus omnino vanum illud & absurdum esse, & quòd neque ad animi humilitatem hinc quisquam adhortetur, neque deum ita celebret, quin neque hominem. Quid est igitur dilecti? Attendite quae nunc dicantur. Quoniam multi homines putant, si animo fuerint humili, priuandos se fore dignitate sua, minorandosque & humiliandos: hunc metum eximè apostolus, quid dicit? Ostendit quòd non ita sentiendum sit, quòd deo vnigenitus in forma dei existens, nihil minus habes à patre, aequalis illi, non rapinam arbitratus sit aequallem esse deo. Quid verò istud est? Quòd rapuit quis, & praeter congruum accepit, istud deponere non audeat, veritus ne pereat, ne excidat, sed perpetuò ipsum detinet. Qui verò naturalem quandam dignitatem habet, non veretur descendere etiam ab illa, sciens quòd nihil tale passurus sit: ut exempli vice dicam: Tyrannidem rapuit Abesalom, & deponere illam deinceps ausus non fuit. Quin ad aliud veniamus exemplum: si verò exempla rem omnem exprimere nequiverint, ne egregeratis. Talia nanque sunt exempla. Potiorem partem menti reputandam permittunt. Regi si quis rebellauerit, regnumque rapuerit, ille raptam dignitatem nec deponere nec dissimulare audeat. Si enim semel dissimulauerit, mox periit. Aut ad aliud quoddam exemplum veniamus, utpote: Est qui quiddam rapuit, illud perpetuò continet, nam si deponeret raptum, confestim periit, & omnino qui aliquid ex rapina habent, deponere & dissimulare, & non semper in

eo esse in quo sunt, verentur. Sed non ita, qui quòd habet ex rapina, non habent: utpote dignitatem hanc habet homo, ut rationalis sit. Non inuenio exemplum. Non enim apud nos est principatus naturalis. Nam nihil bonorum naturale nobis est. Alioqui natura eiusdem fortis cum deo essemus. Quid ergo dicit? Quòd dei filius non sit veritus à dignitate sua descendere. Non enim rapinam arbitratus est diuinitatem, non timuit ne quis naturam aut dignitatem dei sibi auferret: propterea & deposuit eam, securus quòd recepturus esset eam: dissimulauitque eam, nihil se ex eo imminuendum ratus. Propterea non dixit, non rapuit: sed, non rapinam arbitratus est. Non raptum habebat principatum, sed naturalem: non donatum, sed legitimum ac securum. Propterea non contatur vel seruorum formam accipere. Tyrannus metuit in bello deponere purpuram, rex verò id cum magna securitate facit. Quare? Quia non habet raptum principatum. Non igitur tanquam qui rapuisset formam dei, non deposuit, sed tanquam naturalem habens, & quae nunquam deponi queat, eam abscondit ac dissimulauit. Istud aequalè esse deo, non ex raptu sed ex natura habuit, propterea inaniuit seipsum. Vbi sunt qui dicunt se necessitate passum esse, quòd subditus factus est? Seipsum, inquit, inaniuit, seipsum humiliauit, obediens factus usque ad mortem. Quomodo inaniuit? Forma serui accepta, in similitudine hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Hic ad illud, quisque alium praestantiorè se existimet: hoc dixit, nempe, seipsum inaniuit. Alioqui si subiectus fuisset, animi humilitas res ista non fuisset, nisi sua sponte, nisi ex seipso illud voluisset. Si enim ignorauit quòd oporteat istud fieri, erit imperfectus. Si huius ignarus expectauit mandati tempus, erit temporis ignarus. Vel si sciebat & quòd fieri, & quòd fieri oporteat: qua ratione subiectionem sustinuit? ut ostenderet excellentiam? Istud non est ostendere patris excellentiam, sed suam tenuitatem. Non enim potest patris nomen, patris ostendere praerogatiuam. Nam sine illo omnia eadem habet filius. Non enim sufficit ad exprimendam istam honoris patris in filium. Quid igitur dicunt haeretici? Ecce, inquit, non est factus homo. Eos intelligo, qui cum Marcione faciunt. Sed quid? In similitudine hominum inquit. Quomodo verò potest quis in similitudine hominum fieri? Vmbram indutus. Igitur idolum istud est, & non hominis similitudo. Hominis enim similitudo alter homo est. Quid verò ad Ioannem dices, qui dicit, Verbum caro factum est? Sed & ipse iste beatus alibi dicit, in similitudine carnis peccati. & Habitu inuentus ut homo. Ecce, inquit, & habitu, & ut homo. Hoc verò non est verè hominem esse, esse ut homo, & habitu hominem esse. Illud enim, habitu hominem esse, non est natura hominem esse. Videte quòd ego candore hostium argumenta ponam. Splendida enim demum & abunde parta victoria haec est, quòd quae videntur eorum robur esse, non absconderimus. Nam istud seductio magis esset, quam victoria. Quid itaque dicunt? Iterum eadem repetamus. Habitu esse, non est ex natura esse: & ut homo, & in similitudine hominis esse, istud non est hominem esse. Ergo & formam serui accipere, non est naturam serui accipere? Igitur hic pugna est. Et quare tu non prior illud soluis? Quae admodum enim putas ista aduersum nos esse, ita & nos tibi dicimus illud aduersari. Non enim dixit, tanquam formam serui, neque in similitudine formae seruili, sed formam serui accepit. Quid est igitur? Etenim pugnantia haec sunt.

quod ne cepturam subuenit.

facere.

quod per rapinam usum rapuit.

2. Cor. 4. b.

Ioan. 1. b. Rom. 8. a.

Nudus homo, pro nihil aliud quam homo, in u. i. de generatione suae euerfionem.

ut qui illo di-

haec sunt. Imò non pugnantia, absit, sed frigidus quidam & ridiculus ipsorum sermo est. Formam, inquit, serui accepit, quando linteo circumcinctus discipulorum pedes lauit. Est istud forma serui? Sed non est hoc forma serui. Aliud est, opus esse serui, & aliud formam serui accipere. Nam quòd obrem alioqui non dixit serui fecit opus, id quòd clarius fuisset? Nusquam verò in scriptura forma pro opere dicta est. Multum enim ab opere differt. Istud enim naturae est, illud verò efficaciae. Et ne in loquendi quidem consuetudine usquam formam pro opere sumimus. Alias verò neque opus, iuxta illos, assumpsit, neque succinctus est. Si enim phantasia negotium istud erat, non erat veritas. Si manus non habuit, quomodo lauit? Si lumbos non habuit, quomodo linteo cinctus est? Qualia verò vestimenta sumpsit? Accepit enim, inquit, vestimenta sua. Itaque neque opus hic factum reperitur, sed mera seductio est, neque discipulos lauit. Si enim natura incorporea fuit, non apparuit, in corpore non fuit. Quis ergo discipulos lauit? Quid igitur rursus ad Paulum Samosatensem dicemus? Quid enim ille dicit? Et ipse idem dicit: Verum non est istud inanitio, humanae existetiam naturae, & nudum hominem lauare conseruos. Quae enim contra Arianos dicimus, ea & contra istos dicenda sunt. Nihil enim inter se differunt, nisi exiguo tempore. Etenim & isti & illi creaturam filium dei dicit. Quid igitur aduersum eos dicemus? Si homo homines lauit, non inaniuit, non humiliauit seipsum. Si homo existens non rapinam arbitratus est, aequalè esse deo, nihil meretur laudis. Nam eum quidem qui deus est, hominem fieri, humiliatio est multa, ineffabilis, inenarrabilis. Eum verò qui homo est, quae hominum sunt facere, quae humiliatio? Vbi verò forma dei opus dei dicitur? Si enim nihil aliud erat quam homo, & propter opera dicitur in forma fuisse dei, qua ratione non etiam in Petro idem facimus? Nam maiora quam ipse operatus est. Quomobrem non de Paulo quoque dicitis, quòd formam dei habuerit? Quare non etiam à seipso hoc exemplum induxit Paulus, qui innumera seruilia operatus est, & nihil horum detrectauit? Dicit enim: Non nos ipsos predicamus, sed Christum Iesum dominum, nos verò ipsos seruos vestros propter Iesum. Ridicula sunt ista & nugae. Quomodo seipsum, inquit, inaniuit? Et quid inanitio est, & quid humiliatio? An ideo quod miracula operatus est? Ista fecit & Paulus & Petrus. Itaque non est istud praecipuum ac proprium filij. Quid igitur est, in similitudine hominum factus? Multa quidem nostra habebat, multa verò non habebat. Utpote quod à virili congressu non est natus, quòd peccatum non fecit. Ista sibi peculiariter reseruauit, quae nullus hominum habet. Non hoc solum erat quòd apparebat, sed & deus homo apparuit. Non erat autem in multis similis. Nam iuxta carnem quidem similis erat. Hoc ergo dicit, nempe quòd non fuerit nudus homo: propterea dicit, in similitudine hominum. Etenim nos quidem anima sumus & corpus, ille verò & deus & anima & corpus. Ideo dicit, in similitudine. Nam ne immutationem, inconstantiam, & abolitionem prioris naturae intelligas, cum audis quod seipsum inaniuerit: manens, inquit, quod erat, assumpsit quòd non erat, & caro factus mansit deus verbum existens. Igitur iuxta hunc modum similis homini factus est, & propterea dicit, & habitu. Natura non est immutata, nec aliqua confusio facta, sed habitu factus est. Cum enim dixisset eum serui formam accepisse, confideter postea & ista dixit, ut quibus omnia illius obtende-

ret. Nam & quòd dixit, in similitudine carnis peccati, non hoc dicit, quòd carnem non habuerit, sed quòd caro illa non peccauerit, similis quidem peccatrici fuerit. Secundum quid similis? Secundum naturam, non secundum malitiam. Propterea similis animae peccatricis. Quemadmodum igitur illic similitudo carnis peccati propterea dicitur, quòd non omnia aequalia sint: ita & hic similitudo hominum ideo dicitur, quòd non omnia aequalia sint, utpote quod non ex virili congressu, quòd sine peccato, quod non nudus homo. Et bene dixit, ut homo. Non enim erat vnus ex multis, sed tanquam vnus ex multis. Non enim in hominem mutatus est deus verbum, neque essentia eius immutata est: sed ut homo apparuit, non phantasia ac spectris nos praefringens & obtundens, sed ad animi humilitatem erudiens. Cum igitur dicit, ut homo, hoc dicit. Alioqui & alibi vocat eum hominem, cum dicit: Vnus deus & vnus mediator homo Christus Iesus. Dicta sunt etiam quae contra istos sunt, necessariū verò fuerit & contra eos dicere qui dicunt Christum non suscepisse animam. Si forma dei perfectus deus est, est & forma serui perfectus seruus. Rursus & contra Arianos est quòd nusquam hic de diuinitate ponitur, factus est, nusquam accepit: sed cum in forma dei esset, inquit, non rapinam arbitratus est aequalè esse deo. De humanitate hic illa sunt, accepit, & factus est. Istud accepit, illud fuit. Ecce, inquit, obediens factus est voluntarie, non ergo erat aequalis. Illud, obediuit, nihil ipsum imminuit. O insensati & amentes. Nam & amicis nos obediimus, & nihil hoc nos deiicit. Ut filius obediuit patri, non in seruilè conditione decidens, sed hoc potissimum ipso, multo erga patrem honore genuinam & legitimam suam celebrantemque dignitatem conseruans. Honorauit patrem, non ut tu ipsum de honestate, sed ut magis celebrares, ut & ex eo ipsum ut genuinum & germanum filium celebrares, quòd maximè omnium patrem honore affecerit. Nemo ita deum honorauit. Quantum habuit celsitudinis, tantum humilitatis vicissim subiit. Quemadmodum maior est omnibus, & nemo illi aequalis: ita & in honorando patre cunctos superauit, non coactus nec inuitus, sed & hoc ex sua ipsius virtute. An non habeo quomodo dicam? Pater, qui magnum & vehementer ineffabile est, quod seruus factus est? Quòd verò mortem quoque sustinuit, multo plus est. Sed est & aliud maius quiddam isto & admirabilius. Quomobrem? Quoniam non quavis mors ista similis est. Ista namque omnium videbatur esse probrosissima, ista plena dedecore, ista maledicta. Maledictus enim, inquit, omnis qui pender in ligno. Propterea & Iudei studio ista morte interimere eum sategerunt, ut probrosam quoque efficeret: ut & si nemo propterea ab ipso abstineret quòd occisus esset, abstineret tamen vel ideo quod hoc pacto occisus esset. Quapropter & duo latrones cum eo crucifixi sunt, ut pater & de ipso esset existimatio, & impleteretur quòd dictum est: Et cum iniquis reputatus est. Verum tantò magis splendet veritas, tantò redditur illustrior. Cum enim, tametsi tanta sint aduersus gloriam ipsius machinati hostes, nihilominus illustris sit, tantò maior esse ostenditur. Non enim morte duntaxat, sed isto mortis genere putabatur eum abominandum fore, & omnium abominatissimum, & tamè nihil potuerunt. Erant autem ita scelesti quidem vtrique latrones (postremo quippe vnus immutatus est) quod & in cruce existentes probris Christum affecerint: & insaniam eorum, neque

facis aduersarium reudisset.

du phantasiae.

1. Tim. 2. b.

Deu. 21. d. Gal. 3. b.

Esai. 53. d.



LUC. 23. f.

neque delictorū consciētia cohibuerit, neque quòd in supplicio essent, neque quòd eadem patērentur & ipsi. Quemadmodū & alter dicebat, atq; alterius os obturabat dicens: Neque tu times deum, quoniā in eadem damnatione sumus? Tantū habebant malitię. Propterea, inquit, extulit ipsum deus in summā sublimitatem, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen. Quoniam de carne sermonem cœperat beatus Paulus, deinceps omnia humilia securē loquitur. Quū enim nondum dixisset, quòd formam serui acceperit, sed de diuinitate adhuc differebat, vide quā sublimē, sublimē dico, quaten⁹ fieri poterat. Nā iuxta ipsius dignitatē nō loquitur, neque enim possibile erat. Cū in forma dei esset, inquit, non rapinam arbitratus est æqualē esse deo. Cū verò dixisset, q̄ homo factus sit, intrepidē deinceps quę humilia sunt loquitur, cōfidēs nihil fore damni. Quid verò est cœlestium, terrestrium, & infernorum? Hoc est: Omnis mundus, & angeli, & homines, & demones: aut, & iusti, & viuentes, & peccatores, & omnis lingua cōfitebitur quòd dominus sit Iesus Christus ad gloriā dei patris: id est, vt omnes hoc dicāt. Illud verò gloria est patris. Vides vbiq; glorificari patrem dū filius glorificatur? Ita & pater dehonestatur quādo dehonestatur filius. Si enim apud nos hoc est, vbi multū discriminis inter patres & filios est: multò magis apud deū, vbi nihil est inter patrem & filium differentię. In patrem pertingit filij seu honor, seu ignominia: istud patris est gloria. Itaque & quando dicim⁹ filiū esse perfectum ac nullius egētem, neque patre minorē, istud ad gloriā patris facit, quòd talē genuit. Et quòd ad bonitatē attinet & sapientiam, quando eum sapientem vt patrem esse dico, nihilq; in eo patre minorē, & hoc multæ sapientiæ patris indicium est. Quando dico de filio, potens est vt pater, paternæ istud potētiae indicium est. Cū dico, bonus est vt pater, maximum istud paternę bonitatis signum est, quòd talem genuit, qui nihil ipso sit inferior, nihil minor. Cū dico filium secundū essentiam non esse inferiorem sed æqualem, neq; alterius essentię, & in hoc quoq; deū, & potentiam & bonitatē & sapientiā eius admiror, quòd alium nobis ex se talem ostēdit & exhibuit, qui tantum non pater ipse sit. Itaque quęcumque tandem magnifica de filio prædicauero, ea in patrem redundāt. Si enim modicum istud est ac tenue, (modicum enim est ad gloriā dei, quòd orbis filium adorat) ad gloriā dei fit: quantò magis reliqua omnia?

Morale.

Credamus itaque ad gloriā eius, viuam⁹que ad gloriā eius. Nam alterius sine altero nulla erit vtilitas: & si bene ipsum glorificauerimus, non autē bene vixerimus, tum eum potissimū cōtumelia afficimus, quòd cū censeamus eum esse dominū & magistrū, nihilominus eum cōtemnimus, nec metuimus horrēdum eius tribunal. Nam quòd gręci quidem impure viuunt, nihil est miraculi, nec tanta condemnatione dignum. Quòd autem Christiani qui tantis mysteriis participant, tantāque potiti sunt gloria, adeò impure viuunt: istud demum est omnibus peius, immò pessimum & intolerabile. Nam dic mihi: An nō extremā præstitit Christus obedientiā? propterea accepit & supremum honorem. An nō seruus factus est? quapropter & dominus est omnium & angelorū & hominū. Ne putem⁹ itaq; & nos dilapsuros à dignitate nostra, si nos ipsos humiliauerimus. Tū enim meritò magis

A exaltari poterimus, tū potissimū celebres fieri. Quòd enim sublimis sit humilis, humilis verò sublimis, satis quidē fuerit vel Christi sententia, quę hoc dicit. Veruntamē & hęc ipsam rem excutiamus. Quid est humiliari? An nō vituperari, an nō reprehēdi & traduci? Quid verò exaltari? Honorari, laudari, bene glorificari. Videam⁹ itaq; quomodo hoc fiat. Angelus erat satanas, exaltauerat seipsum. Quid igitur? An nō omnium potissimum humiliatus est? An non terram habet locum suum? An nō ab omnibus incusatur & traducitur? Homo cū esset Paulus, humiliavit semetipsum. Quid ergo? An non celebratur? an nō laudatur? an non prædicatur? an non amicus est Christi? an nō maiora fecit quā Christus ipse? an nō diabolo sepe numero tanquam mancipio imperauit? An non vt licetorem circumegit? Non illū irrisit? Nō caput ipsius contritum sub pedibus suis habuit? Nō & aliis istud cum multa fiducia imprecat⁹ est? Quid dico? Exaltauit seipsum Absalō, humiliavit seipsum Dauid: vter sublimis factus est? vter gloriosus? Quid enim humili⁹ fuerit verbis istis, quæ de Semei beat⁹ hic ppheta loquebatur dicēs: Sinite ipsum mihi maledicere, dominus em̄ ita præcepit. Inquiramus verò res ipsas si videtur. Humiliauit seipsum publicanus: quanquā non tam hęc erat humiliatio, quā sui ipsius agnitio. Exaltauit seipsum pharisæus. Sed vt quid res istas perscrutabimur? Statuatur duo quidē, ambo diuites, & magni honoris cōsortes, & in sapientia, & potentia reliquiq; mundanis excellentiis gloriabūdi. Deinde ille quidē & quærat ab omnibus honorari, & nō affectus irascatur, plurāq; petat quā opus sit, seq; ipsum exaltet: iste verò rem hanc contemnat, aduersus neminem huius gratia indignetur, & oblatum etiā honorē abiiciat. Nequit enim alio pacto acquiri gloria, quā gloriā fugiēdo. Nam donec eam persequimur, fugit nos: quando verò eā fugimus, persequitur ipsa nos. Si vis gloriosus esse, ne cōcupiscas gloriā. si cupis sublimis esse, ne sis sublimis. Alioqui verò omnes eum honorāt, qui honorē non desiderat: eum verò qui honorari quærit, auersantur. Est enim natura quodāmodo cōtentiosum humanū genus, & quod cōtrariis afficiatur. Contēnam⁹ itaq; gloriā. Ita quippe poterimus humiles fieri, imò verò sublimes. Ne exaltes teipsum, vt ab alio exalteris. Qui à seipso exaltatur, ab aliis nō exaltatur. Qui a seipso humiliatur, ab aliis nō humiliatur. Magnū malum arrogantia. Sati⁹ fuerit fatuum quā arrogantē esse. Nam illic quidem stultitia ex solo mentis defectu est, hęc verò stultitia peior est, & stultitia cū insania cōiuncta. Fatuus sibiipso nocet, arrogās verò & alios lædit. Ex demētia ista animi passio generatur. Nō potest superbus esse, qui fatuus nō est. Qui verò stultitia plenus est, is & arrogans est. Audi sapientem quendā dicentem: Videbam hominē qui sibiipso prudēs esse videbatur: insipientis verò spem habet præ illo potiorē. Vides quòd non frustra dixerim arrogantia malū stultitia peius esse? Spem enim, inquit, potiorē habet stultus præ illo. Quapropter & Paul⁹ dixit: Ne sitis prudētes apud vosmetipsos. In corporibus, dic mihi, quę dicim⁹ esse sana? An quæ multū habent tumoris, & plena interne multo & flatu & humore, an sedata & humilē superficiē habētia? Liqueat quòd ista. Igitur & quod ad animos attinet, tumidus animus peiorem intercute morbū habet. Sedatus verò, ab omni perturbatione liberatus est. Quāta igitur bona nobis animi parit humilitas?

2. Reg. 16.

Præcedit sermone de vera animi humilitate disputant.

\* xii d. p. adu.

Rom. 11. d.

ad p. 1053

militas? Quid vis? clementiā, mansuetudinem, benignitatem, sobrietatē, alacritatem? Omnia ista bona à modestia, & cōtraria ab arrogātia nascuntur. Necessariò qui arrogās est, & contumeliosus est, & percussor, & iracūduus, & amarulētus, & tristis, bestia magis q̄ homo. Potēs es, & superbis? Debeas hoc ipso magis humiliari. Quapropter in re nihili superbis? Eteim & leo te confidentior est, & aper robustior. Quin ne culex quidem es illis collatus. Et latrones verò, & sepulchrorū perfossores, & gladiatores, & famuli tui, & improbiores fortē, te robustiores sūt. An igitur istud laude dignum putas, & non magis teipsum abdis, in hac re nihili superbiens? At pulcher es & formosus? Cornicū est ista iactātia. Nō es pauone pulchrior, siue virorem in eo, siue pennas inspicias. In pennis alitis victoria est. Plurimū te excellit & collo & virore. Et cygnus quoq; valde pulcher est, & plurimæ reliquarū auium, cum quibus si te contuleris, videbis te ipsum nihil esse. Sepe verò & tenues pueri, & virgines innuptæ, & meretrices, & viri molles hanc habēt gloriationem. An igitur istud arrogatia dignum est? Sed diues es? vnde? Quid possides? Aurum, argētum, lapides preciosos? Istam iactantiam habent & latrones & homicidæ, & qui in metallis operantur. Quod dānatorū labor est, ex eo tu gloriaris? At ornatus es & bene cultus? Et equos videre est ornatos. Apud Persas verò & camelos viderit quis ornari: inter homines autem, omnes qui in scena sunt. Nō pudet in illis superbire, in quibus tecū cōmunicant & bruta, & serui, & homicidæ, & molles, & latrones, & tumbarū perfossores? Sed domos splendidas ædificas? Et quid istuc? Multi graculi splendidiore in habitant, & venustiora habēt domicilia. An nō vides eos qui circa pecunias infani, in agrestibus & desertis locis domos ædificarūt, graculorū scilicet habitacula? At vocis gratia superbis? Cygno & luscinia nunquā poteris canere suauius. Sed variarū artiū gratia superbis? Et quid, quod ad hanc rē attinet, ape fuerit sapiētius & instructius? Quis artifex adeò varius, quis pictor, quis geometra, huius opera imitari poterit? At propter subtilē vestitum? Sed hęc te araneæ vincēt. At propter pedū velocitatē? Rursus primores habebūt bruta. Nec leporem, nec capreā, nec quæcumq; iumēta pedū velocitate anteuerter. Sed in longinqua peregrinaris? Verū non magis q̄ volatilia. Nam illa facilius peregrinationes cōficiunt. Nec viaticis sumptibus, nec iumētis opus habēt, sed sufficit illis ad omnia alarū vsus. Illæ sunt & nauis, illæ sunt & iumentū, illę vehiculum, illę ventus, & quicquid dici poterit. Sed acutē vides? Verū non vt caprea, neq; vt aquila. Acutē audis? At asinus acutius. Bene olfacis? At canis hęc se vinci non sustinebit. Ad instruendā alimoniam ingeniosus es? Verū à formica superaris. Aurū gestas? At non quomodo Indicę formicę. Sanitatis gratia superbis? Multò melius habent bruta q̄ nos, siue valetudinē siue facultatē inspicias: nō metuunt illa penuriā. Inspicite, inquit, volatilia cœli, quoniā nec seminant nec metunt, nec colligunt in apothecas. Melius itaque bruta finxit deus q̄ nos, inquis? Vides quanta sit hęc inconsiderantia? Vides quā in expensa stupiditas? Vides quantū nobis istarum rerum inquisitio largiatur. Qui plus omnibus hominibus superbit, brutis quoq; inferior esse reperitur. Sed parcamus illis, & nō imitemur eos, neq; quoniam quæ supra naturam nostram sunt affectauit qui huiusmodi est, ad brutorū numerum.

Mat. 6. d.

Tomus quartus.

rum & albū deductū relinquamus, sed restituamus ac reuocemus eum inde, nō propter ipsum (nā ipse quidem meritò deiectionē hanc pateretur) sed vt benignitas dei, & honor, quo nos affecit, ostēdatur & explicetur. Sunt enim, sunt, inquā, in quibus nihil cōfortij nobiscū habēt bruta. Quānā sunt illa? Pietas, & vita iuxta virtutē instituta. Hęc non potes obicere fornicatores, neq; molles, neq; homicidas. Separamus enim ab illis. Quidnā istud est? Deū scimus, providētia ipsius agnoscimus, de immortalitate philosophamus. Cedāt hęc bruta: † Præter hæsitacionem de istis sincere sentimus. Hęc verò bruta] nihil habēt cōmencij. Vt enim omnibus, quæ ipso sunt, inferiores simus: ipsis tamē dominamur. Nā iste potior est principatus, q̄ ipsis inferiores: ipso tamen dominamur, vt discas te nō horū causam esse, sed deū, qui te fecit, rationemque largitus est. Retia & laqueos ponimus, irruim⁹q; in illa, & capimus. Modestiā habemus, clementiā, mansuetudinē, pecuniarū contēptum. Verū quoniā tu ex arrogātib⁹ existens nihil horū habes, non immeritò vel vltra homines superbis, vel infra bruta humiliaris. Talis est enim arrogātia & cōfidentia: aut vltra q̄ oportet extollitur, aut contrā similiter humiliatur, nusquā rectā cōmensurationē custodiēs. Angelis pares sumus, tales, vt dixi, existentes. Regnū nobis promissum est, & cū Christo tripudiū. Flagellatur homo, & non succūbit. Homo mortē contēnit, nō tremit, nō metuit, plura nō desiderat. Itaq; quicūque tales nō sunt, brutis peiores sunt. Quādo enim in corporis quidē facultatibus inferior illis es, animi vero dotibus nihilo potior, quomodo brutis nō es peior? Duc enim in mediū quempiā eorū qui in malitia, quiq; irrationabiliter, & qui in deliciis & abundantia viuūt. Equus illo est bellicosior, aper robustior, lepus velocior, pavo formosior, cygn⁹ canorus magis, elephas maior, aquila visu acutior, oēs volucres ditiores. Vnde ergo dignus est, qui brutis dominetur? A ratione? At nō est. Quando enim ratione non vt oportet vitur, illis quoq; peior est. Nā quum rationē habēs irrationabilior illis est, melius esset, si neq; initio rationabilis factus fuisset. Non enim idē est, acceptā prodere rationē, & nullo tempore accepisse. Qui regnat, & satellitibus peior est, melius haberet, si purpuram ne induisset quidem: ita & hic. Scientes itaq; q̄ sine virtute brutis etiam peiores sumus, illam exerceamus, vt homines simus, imò angeli, promissāque bona consequamur.

Homilia octaua.

**I**Taque dilecti mei, quemadmodū semper obedistis, nō in præsentia mea solū, sed & nunc magis in absentia mea, cū timore ac tremore vestra ipsorum salutē operemini. Nam deus est is, qui operatur in vobis & vt velit, & vt efficiat⁹ pro bono animi proposito. Omnia facite sine murmurationibus ac disceptationibus, vt sitis inaccessibiles atque integri, filij dei irreprehensibiles in medio nationis tortuose ac peruersę, inter quos lucete tanquam luminaria in mundo, sermonē vitę continentes, vt gloriari possim in diem Christi. Paræneses adiunctis encomiis faciendæ sunt. Nam ita prætorres fiunt quos hortamur, quādo ad proprium zelum eos prouocamus. Tale est, quod & Paulus hęc facit. Vide quomodo prudenter. Itaq; dilecti mei, inquit. Non dixit simpliciter, obedite, sed præmissa primū laude, & cū dixisset, quemadmodum semper obedistis: hoc est, imitemini obsecro nō alios, sed vos ipsos. Non in præsentia mea solū, sed & multò magis

L in absentia

in absentia mea. Quamobrem multo magis in absentia? Tunc quidem forte videbimini omnia propter honorem ac reverentiam mei facere, nunc vero non ita. Si ergo apparuerit quod nunc in idem intederitis, apparebit simul quod & tunc non propter me, sed propter deum feceritis. Quid vis? Non ut me audiat, sed ut cum timore ac tremore vestram ipsorum salutem operemini. Nequit enim fieri ut qui sine timore vivit, generosum quid & celebre designet. Et non simpliciter dixit, cum timore, sed addidit, & cum tremore, qui quidem auctio quaedam est timoris. Tale timorem habebat Paulus, quapropter & dixit: Metuo ne quo pacto cum aliis predicaverim, ipse reprobus efficiar. Si enim temporaria sine timore comparari & disponi nequeunt, quanto minus spiritualia? Dic enim mihi: Quis literas absque timore didicit? Quis artis cuiuspiam peritus factus est absque timore? Si vero ubi nihil insidiatur diabolo, sed sola socordia interturbat, tanto nobis timore opus est, ut solum naturalem desideriam vincamus, ubi tantum bellum est, tanta impedimenta: quomodo fieri poterit, ut nunquam sine timore saluemur? Quomodo vero comparabitur iste timor? Si cogitauerimus deum ubique praesentem esse, omnia audire, omnia videre, non solum quae opere fiunt & quae dicuntur, sed & quae in corde sunt omnia, & quae in profundo sunt animi: iudex enim est consiliorum & cogitationum cordis. Si ita nos ipsos disposuerimus, nihil mali faciemus, nihil mali dicemus, nihil cogitabimus. Dic mihi: Si tibi semper proxime principem standum esset, non cum timore adstares? Quando comedis, cogita praesentem esse deum: adest enim. Quando dormiturus es, quando irasceris, quando rapis, quando deliciaris, & quicquid tandem feceris, cogita adesse deum, & nunquam in risum incidere, nunquam ad iram accenderis. Si cogitationem istam semper habueris, semper in timore eris ac tremore, tanquam si prope regem adstes. Artifex, etiam si peritus sit, & valde artificiosus, cum timore tamen & tremore stat, metuens ne ab aedificio decidat. Et tu credidisti, multa bona patraisti, in sublime ascendisti: cautem te ipsum continebis, & cum timore stabis, oculumque vigilantem habebis, ne inde decidat. Sunt enim multae nequitiae spirituales, quae te deicere conantur. Seruite domino in timore, & exultate ei in tremore. Et quomodo exultatio est cum tremore? Est igitur ea sola vera exultatio. Quando enim boni quicquam fecerimus, & tale quod deceat eos qui cum tremore quid faciunt, tunc solum laetabimur. Non dixit, *εργασθε* sed, *καταπαύεσθε*: hoc est, cum multo studio operemini, cum multa sollicitudine. Quoniam dixerat cum timore ac tremore, vide quomodo adiecto solatio certamen mitiget. Quid enim dicit? Deus est qui operatur in vobis. Ne timeas quod dixi, cum timore ac tremore. Non ideo istud dixi, ut desperes, ut virtutem incognoscibilem quiddam putes, sed ut attendas, ne te ipsum dissoluas ac remittas. Hoc si fuerit, deo omnia operabitur. Tu bono sis animo. Deus enim est qui operatur in vobis. Si ergo ipse operatur, oportet ut nos voluntatem exhibeamus simul applaudentem, complectentem, & minime effusam. Si vero voluntatem in nobis ipse operatur, quomodo nos adhortaris? Etenim si ut velimus ipse facit, frustra nobis dicis, obedite: non enim obedimus. Frustra dicis, in timore ac tremore? nam totum dei est. Non ad hoc dixi deum esse operantem in vobis, & ut velitis, & ut operemini, sed ut sollicitudinem vestram releuare. Si volueris, tunc

operabitur voluntatem. Et promptitudinem ipse nobis dat, & operandi efficaciam. Quando enim voluerimus, voluntatem nostram postea adauget: Vt pote, volo boni quidpiam operari, bonum istud ipse operatur, & per ipsum etiam voluntatem. Aut ex multa pietate hoc dicit, ut & facit quando recte facta nostra dona esse dei dicit. Quae admodum igitur cum ea dona dei dicit, non eiicit nos ex libero arbitrio, sed permittit in nobis liberum arbitrium: ita quando dicit, Operatur in vobis ut velitis, non auferit a nobis arbitrii libertatem: sed ostendit, quod a recte faciendo multam, ut velimus promptitudinem accipiamus. ut enim ex opere nascitur opus, ita ex ocio trahitur ocium. Dedit eleemosynam? Incitaris magis ad dandum. Non dedisti? Pigresces magis. Modestiam tenuisti unum diem? Habes incitamentum ad alterum. Segniter egisti? Auxisti segnitiam. Impius enim, inquit, cum venerit in profundum malorum contemnit. Quemadmodum igitur ille cum venerit in profundum malorum, contemnit: ita cum venerit iustus in profundum bonorum, diligenter satagit. Ut enim ille per desperationem socordior, ita iste considerata bonorum multitudine, diligentior redditur, veritus ne totum perdat. Pro bono, inquit, animi proposito, hoc est propter dilectionem, propter placiti ipsius comitatem, ut quae ipsi placere fiant, & iuxta voluntatem ipsius fiant. Ostendit hinc, & securus esse facit, deum omnino operari. Vult enim nos iuxta voluntatem suam vivere. Si vero vult, agit ergo nos ad hoc, imo ipse istud omnino operabitur. Vult enim ut recte viuamus. Vides quomodo non auferat arbitrii libertatem? Omnia, inquit, facite sine murmurationibus & disceptationibus. Diabolus quoniam nequit nos a benefactis abducere, alia via conatur mercedem nostram inanire. Aut enim vanam gloriam, aut arrogantiam inducit, aut si nihil horum, murmurationem, vel si neque illam, disceptationem. Vide itaque quomodo ista expurget Paulus. Dixerat de animi humilitate, quae quidem ad tollendam arrogantiam dicit: dixerat de inani gloria, in eo quod dixit, Non solum in praesentia mea, hinc de murmuratione & disceptatione loquitur. Quamobrem, quae cum in Corinthiis hanc animi passionem tolleret, Israelitarum meminit: hinc vero nihil tale dixit, sed simpliciter praecipit: Quoniam illuc iam illos corripuerat. Quapropter & vehementiore plaga, & maiore increpatione opus habebat: hinc vero ne fieret, admonet. Superfluum ergo fuisset eos qui nondum peccauerat durius castigare. Alioqui & ad animi humilitatem eos inducens, non adduxit exemplum illud ex evangelio, ubi superbi puniti sunt, sed a deo adhortationem induxit. Differit etiam ad eos, tanquam ad liberos & filios genuinos, non ut ad seruos. In bonis enim vir probus & generosus a recte facientium exemplo inducitur: improbus vero ab eorum qui malefecerunt. Ille ab honore, iste a supplicio. Propterea & Hebraeis scribens, Esau in medium adduxit, qui pro unico edulio primogeniturae suae praerogatiua vendidit. Et iterum: Si se subduxerit, non probabitur animam meam. Et inter Corinthios multi erant qui scortati fuerant. Quapropter & dixit: Ne iterum me ad vos venientem humiliet deus meus, & lugeat multos qui antea peccauerunt, & poenitentiam non negaverunt super immunditiam, fornicationem, & lasciuia quam perpetrarunt. Ut sitis, inquit, inaccusabiles atque integri: hoc est, irreprehensibiles, synceri. Non enim exiguam maculam adfert murmuratio.

ratio. Quid autem est absque disceptationibus? Num bonum? Nunquid non bonum? Nolite, inquit, disceptare, siue molestum sit, siue laboriosum, aut quicquid aliud. Nec dixit, ne puniamini. Supplicium enim huic rei imminet. Atque illud in epistola ad Corinthios patefecit, hinc vero nihil tale dixit: sed ut sitis, inquit, inculpabiles & integri. Filii dei irreprehensibiles, in medio nationis tortuosae atque peruersae, inter quos lucetis ut luminaria in mundo, sermonem vitae continentes ut gloriari possim in diem Christi. *Moralé.* Vides quod eos erudiat, ne murmurent? Est enim seruatorum improborum & insensatorum murmurare. Nam quis filius, dicit quae loquitur in bonis paternis, sibi quod ipsi laborans murmurat? Cogita, inquit, quod tibi ipsi laboras, quod tibi ipsi colligis. Illorum est proprium murmurare, qui aliis laborant, qui aliis molestiam sustinent. Qui vero sibi ipsi colligit, cuius gratia murmurat? quod opes, ipsius non augeantur? sed non conuenit qui sponte agit ac nullo cogente, quamobrem murmurat? Melius fuerit nihil operari, quam cum murmuracione. Nam & quod factum est perit. An non vides, quod & in edibus nostris ista perpetuo dicimus: nepe, satius esset haec non fieri, quam murmuratio fieri? Et sepe malum ministerio priuari, quam murmurantem sustinere. Grauis enim, grauis, inquam, est murmurator, & vicinus blasphemiae: alioqui cuius gratia tantum illi supplicij dederunt? Ingratitudo est res ista. Qui murmurat, ingratus est deo. Qui autem deo ingratus est, blasphemus quoque est. Nam tum potissimum continuatur tentationes erant, & cumulatione pericula, nec vlla recreatio, nec vlla requies, innumera vndique ingruerant mala. Nunc vero pax profunda, nunc tranquillitas. Quamobrem ergo murmurat? Quod pauper es? Sed considera Iob. Quod aegrotus es? Quid igitur, si tantorum bonorum ac virtutum tibi ipsi conscius, quot sanctus ille, aegrotas? Considera rursus illum, quomodo multum temporis vermibus scaturiens, & in stercore sedens, scabiemque fricans perseverauerit. Elapso nanque multo tempore, dicebat ad eum vxor, quousque perdurabis dicens, expectabo modicum adhuc temporis? Dic verbum quoddam aduersus dominum, & morere. At mortuus est tibi filius: Quid ergo si omnes amitteres, idque misera morte, quemadmodum ille? Scitis enim, scitis multum adferre solatij, affidere aegrotati, ore colloqui, oculos claudere, ad osculari genas, extrema verba audire. Verum nihil horum consequutus est iustus ille, sed omnes subitum adobrutus sunt. Et quid dico? Quod si iustus esses ipse filium tuum occidere & immolare, ardetemque videre, quemadmodum beatus ille patriarcha: quis quae soles dum altare edificares, ligna imponeres, filium ligares? Sed probris te quidam afficiunt: Quid ergo faceres, si ex amicis, qui ad consolationem venissent, ista audires? Nam nunc quidem multa delicta habemus, & merito probris afficiamur. Tunc vero, qui verax erat, qui iustus, qui pius, qui ab omni re mala abstinuerat, ista ab amicis audiebat. Quid vero dic mihi, si vxor exprobrantem audires ac dicentem: Ego errabundem, & ancillae instar de loco ad locum, de domo in domum oberrabo, Solem occidentem excipiam: & dolores qui me occuparunt solabor? Quamobrem ista dicis o insensata? Non enim vix tibi horum est causa, sed diabolus. Dic verbum aliquod aduersus dominum, inquit, & morere. Tu postea si aegrotus hoc diceret & moreretur, leuius haberes? Non enim morbus in se

gravior illa muliere, etiam si milles dixeris. \* Talis erat, ut quae ne in domo quidem & domestica esse posset. Talis erat, ut quae omnes fatigaret & abiiceret. Non enim nisi immedicabiliter aegrotasset, extra urbem fedisset, peius habes elephantico morbo laborantibus. Nam illi & domos ingrediuntur, & coniunguntur alternis: ille vero sub tempestate caeli nudus in stercore pernoctabat, & neque vestem aliquam induere poterat. Quomodo? forte dolores etiam auxisset. Nam liquefactio, inquit, telluris glebas, saniem & putredinem fricas. Putrida caro eius vermes etiam pariebat, idque continuè. Vides quomodo quisque nostrum ista audiendo stupeat? Si vero auditu ista intolerabilia sunt, visum quomodo essent? Si videri nequirent, multo minus perferri. Veruntamen passus est ea iustus non duos aut tres dies, sed multo tempore, & tamen non deliquit, ne in labiis quidem suis. Quem morbum mihi talem narrare poteris? Multos habere dolores? an non praestiterat sensibus carere? Nam foetorem, inquit, video esse cibos meos. Et non hoc solum, sed neque nox & fomnus, unde de alij recreantur, aliquid illi solatij contulerunt, sed quouis tormento grauius presserunt. Audi ipsum dicentem: Ut quid me in somniis terret, & visionibus confortatum reddis? Cum mane sit, dico, quando erit vespere? Nec tamen murmuravit. Nec hoc solum erat, sed gloria quam a multis habuerat, amiserat. Habebant enim iam eum tanquam innumeris malis obnoxium & reum, propter ea quae patiebatur. Illud & amici quodque ad eum dicebant, Non satis pro delictis flagellatus es. Quapropter & ipse dicebat: Et corripunt me minimi, quos canibus pastorum meorum dignos non fuisset arbitratus. Quot mortibus istud non erat mortale? At cum tanta esset rerum perturbatione adobrutus, vndique graui irruente tempestate, obnubilatione, procella, fulminibus, turbinibus, vorticibus, mansit tamen erectus & immobilis in tanta saeva tempestate, non secus quasi in tranquillo sedisset, nec murmuravit, idque ante gratiae tempus, antequam de resurrectione, de gehenna, de poena & supplicio quicquam dictum esset. Nos vero auditis & prophetis & apostolis & euangelistis, visisque innumeris exemplis, & de resurrectione quae dicuntur edocti, adhuc tristamur, cum tamen nemo dicere queat tanta sibi mala accidisse. Etenim si pecuniam quis amittat, non tamen tot filios & filias: & si tot liberos amiserit, forte cum peccauerit. Ille vero statim in medijs sacrificijs, in ipso cultu dei est. Et si liberos simul & pecunias quis, tot scilicet, quot possibile sit, amittat: nondum tamen omnino ita vlcibus scater, ut saniam & putredinem tanta effundat. Si vero & istud, at nondum insultates & exprobrantes passus est: id quod nos omnium maxime mordere solet, magis quam calamitates ipsae. Si enim cum consolatores in malis & consulentes habemus, qui spem bonam nobis administrent, adeo releuamur: cogita quid fuerit exprobrantes habere in malis. Si illud, Expectaui qui simul mecum contristarer, & nemo fuit: & qui consolarentur, & non inueni, graue est & intolerabile: quantum malum est pro consolatoribus inuenire qui exprobrant? Consolatores, inquit, malorum omnes. Si ista perpetuo versaffemus, si ea reputaffemus, vti quod nihil nos rerum praesentium contristaffet, respicientes in athletam istum, in adamantinum aut lapideum corpus habuisset. His consideratis, faciamus omnia sine murmuracionibus & disceptationibus.

1. Cor. 9.

psal. 2. c

\* quibus lucetis, vel luce re. Theophrasto magis placet, luce, in imperatissimo.

1. Cor. 13. 4

1. Cor. 13. 4

Iob. 2. c

Hebr. 11. 4

1. Cor. 13. 4

\* Talis scilicet vxor, vel morbus talis erat ut neq. in domo neque sub recto esse posset. s. Iob talis erat qui ois, etc. t. c. c. g. g. a. tur inter se m. tu. t. sanie v. r. m. e. ca. ro eius.

Iob. 6. b. 6. p. 1. 7. p. 6. q. u. i. r. a. m. u. v. Hic annotat istud & inter catera accidisse. Iob. 7. c. c. i. b. i. e. s. a. v. i. d. e. n. t. u. r. Iob. 7. c. i. b. i. d. 30. a.

psal. 68. f

Iob. 16. b



prationibus. Bonum quid facis, & murmurat? Quam obrem? Nam necessitas tibi incumbit. Noui, inquit, quod multi proximi murmurare vos cogunt. Istud enim inquit cum dixit: In medio nationis tortuosae ac peruersae. Sed hoc admirandum est, & quod iure nos velle etiam irriteretur, nihil mali patitur. Nam & stellae noctu lucent, & in tenebris comparent, & tamen nihilo laeditur illarum venustas, sed & splendidiores apparent: ita & tu, si apud tortuosos rectus manseris, magis splendescas. Admirabile istud est, irreprehensibile fieri. Etenim ne istuc dicerent, praecipuans hoc posuit. Quid est, sermonem vitae continentes? Id est, victuri, & de saluatis existentes. Vide quomodo confestim premia ponat. Luminaria, inquit, sermonem lucis continent. Vos sermonem vitae, semen vitae: hoc est, pignus vitae habetis ipsam vitam continentem, id est, semine vitae in vobis habentes. hoc dicit, sermonem vitae. An igitur reliqui omnes mortui sunt? Istud enim significauit: alioqui & reliqui sermonem vitae habuissent. Ut gloriari possim. Et ego, inquit, bonorum vestrorum particeps ero, tanta est virtus vestra, ut non solum vos seruet, sed etiam me clarum reddat. Qualem gloriationem dicitis o beate Paulus? flagellaris, agitaris, contumeliis afficeris propter nos. Propterea dicit, in diem Christi. Quod non in vanum cucurrerim, nec in vanum laborauerim, sed semper gloriari potero, etiam si immolator. Non dicit, etiam si morior, ut neque Timotheo scribens. Nam & illic eodem vitur sermone dicitis: Ego enim iam immolor, ut solaretur eos super morte sua, instrueretque ut mortem, quae pro Christo esset, prompto animo ferrent. tanquam libamen, inquit, & victima immolor. O beatam animam. Victimam vocat accessum eorum. Multo est melius animam offerre quam bouem. Itaque si circa oblationem istam, etiam me ipsum tradidero, & sicut libamen mortem meam, gaudeo. Super hostiam & sacrificio gaudeo, & congaudeo omnibus vobis. Ob id ipsum autem & vos gaudeat & congaudeat mihi. Quid congaudet? Vides quod oporteat eos gaudere? Nam gaudeo, inquit, quoniam libamen fio. Congaudeo autem quod victimam offero. Ob id ipsum autem & vos gaudeat, quod oblatum sum. Congaudeat mihi in meipso letanti. Non igitur lachrymis digna est mors iustorum, sed gaudio. Si ipsi gaudent, congaudendum est eis. Effet enim absurdum, si letantibus ipsis, nos eos deploraremus. At consuetudinem inquis, illorum inquirimus: fictio est istud & praetextus. Vide igitur quid admoneat: Congaudeat mihi & gaudeat. Consuetudinem quaeris? Quod si ipse hic manifestus es, merito dicitis. Si vero post modicum deprehendes tandem abeuntem, quam consuetudinem quaeris? Consuetudinem enim amicorum quaerit is, qui omnino & semper diuellitur. Si vero eandem viam, quam illi, ingressurus es, quam consuetudinem quaeris? Cur non eos deslemus qui in peregrinationibus sunt? An non post modicum & statim subinde post vnum & alterum diem quiescimus? Si consuetudinem abeuntium quaeris, tantum duntaxat fletu. Nihil, inquit, molestiae patior, sed & gaudeo etiam ad Christum proficiscens, & non gaudeatis? Congaudeat mihi. Gaudeamus & nos, si quando iustum mori viderimus, imò etiam si quem ex deploratis. Nam hic quidem abit mercedem laborum accepturus, iste vero cursum etiam peccatorum suorum amputauit. Sed, inquis, fuisset forte immutatus si vixisset. At non rapuisset eum deus, si quidem viuendo mutari potuisset, quum omnia ad nostram salutem dispenset. Cuius enim gratia non per-

mississet quadoque beneplacitum viuere? Si eos permittit, qui non immutantur, multo magis eos qui immutantur. Planctus itaque nobis vndique; amputatus est, vndique lamenta tollantur. Super omnibus gratias agamus deo, sine murmurationibus faciamus omnia. Latemur, & bene accepti reddamur illi, ut futura bona consequamur.

Homilia nona.

**S**pero autem in domino Iesu me Timotheum breui missurum vobis, ut & ego bono sim animo, cognitis rebus vestris. Nam neminem habeo pari mecum animo praeditum, qui germane res vestras curaturus sit. Omnes enim quaerunt quae sua ipsorum sunt, non quae Christi Iesu. Dixerat quonia quae mihi acciderunt, ad profectum euangelij euenerunt, ita ut vincula mea manifesta facta sint in toto praetorio. Dixerat, & si immolor super victima & sacrificio fidei vestrae, consolidauerat eos per ista. Fortè suspicati fuissent, quae primò dixerat, solatij gratia dicta esse. Ut quid igitur Timotheum, inquit, ad vos mitto? Etenim desiderabat audire omnia quae ipsi accidissent. Et quia obrem non dixit, ut sciatis res meas, sed ut ego cognoscam res vestras? Nam quae apostoli quidem erant, annuntiatus erat praeter Timotheum, Epaphroditus. Propterea progressus, inquit, necessarium autem putavi mittere ad vos Epaphroditum fratrem vestra verò cognoscere volo. Est enim verisimile multum temporis illum egisse apud Paulum, propter corporalem aegritudinem. Itaque volo, inquit, res vestras cognoscere. Vide itaque quomodo omnia ad Christum referat, etiam quod Timotheum missurus sit, dicens: Spero autem in domino Iesu: hoc est, Confido prosperaturum mihi deum & facile redditurum istud, ut & ego bono sim animo, cognitis rebus vestris. Quemadmodum vos, inquit, refocillauit postquam quae pro me precati estis audistis, nempe quod euangelium creuit, quod aduersarij pudefacti sunt, quod per ea ipsa me exhilararunt, quae obesse putabant: ita cupio & statum vestrum cognoscere, ut & ego bono sim animo, cognitis rebus vestris. Ostendit hic, quod gaudere eos oportuerit super vinculis suis, eaque; imitari: multam enim ipsi animi iucunditatem pepererant. Nam illud, ut & ego bono sim animo, idem est atque quemadmodum vos. Papae, quantum habebat Macedoniae desiderium? Et ad Thessalonicenses idem dicit, ut cum inquit, Nos verò orbatim vobis ad tempus horae. Hic, spero, inquit, missurum me Timotheum, ut cognoscam res vestras, quod magna erat prouidentiae. Cum enim ipse non posset adesse, discipulos mittebat, non sustinens vel modico tempore res illorum ignorare. Non enim spiritu omnia cognoscebat. Et hoc autem merito fiebat. Si enim istud persuasum fuissent discipuli, impudentes vtique facti fuissent. Nunc verò sperantes latere, etiam si factum correcti fuerint, & hoc eos potissimum conuertit quod dicit, ut & ego bono sim animo. Fecit eos diligentiones quoque, ut etiam si Timotheus non veniat, inuenturus tamen sit quenquam, qui annunciet eorum acta. Videtur autem ipse & hoc modo erga Corinthios usus esse, aduentumque suum distulisse, ut illis immutandi daretur occasio. Propterea & scripsit: Parcens vobis, nondum veni Corinthum. Non enim hoc solo ostenditur dilectio, quod sua annunciat, sed & eo, quod res ipsorum cognoscere quaerit. Est enim istud animi solliciti & curis adfecti, semperque in timore existentis. Simul verò eos etiam honorat quod Timotheum mittit. Quid dicitis? Timotheum mittitis?

quod qui etiam irriteretur, nihil mali patitur.

2. Tim. 4.

Accessu ad fidem scilicet.

quod non in vanum cucurrerim, nec in vanum laborauerim, sed semper gloriari potero, etiam si immolator.

1. Thess. 4.

si factum correcti fuerint, & hoc eos potissimum conuertit quod dicit, ut & ego bono sim animo.

2. Cor. 11.

mittis? Quam ratione? Etiam, inquit, Neminem enim habeo pari mecum animo praeditum, hoc est, qui pariter mecum sollicitus sit: qui germane res vestras curaturus sit. Neminem igitur habuit, eorum scilicet quos secum habebat pari animo praeditum, hoc est, qui similiter curam ac sollicitudinem vestri mecum habeat. Non enim facile quis, inquit, tantum volentis itineris negotij huius gratia conficere. Qui vos mecum amat, Timotheus est. Poteram enim & alios quidem mittere, sed nemo talis est. Igitur istud est a quo praeditum esse animo, eos quos ipse fide instruxerat, pariter amare. Qui germane, inquit, res vestras curaturus sit: hoc est, paterno affectu. Omnes enim quaerunt quae sua ipsorum sunt, non quae Christi Iesu. Id est, propriam recreationem quaerunt, & ut securi sint. Hoc & Timotheo scribens, dicit. Quia obrem ista deplorat? Ut nos, qui ista audimus, instruat, ne in eadem delabamur, ut audientes erudiat, ne requiem quaerant. Qui enim requiem quaerit, non quaerit Christi, sed quae ipsius sunt, quaerit. Oportet enim instructos & paratos esse ad quemuis laborem, ad omnem calamitatem ferendam. Probationem vero eius nostis, inquit, quod ut filius cum patre mecum seruiert in euangelio. Et ego non temere ista de eo dicam, nostis, ipsum, inquit, vos ipsi, quod ut filius cum patre mecum seruiert in euangelium. Commendat hic merito Timotheum, ut multo apud eos honore potiat. Hoc & ad Corinthios scribens facit, cum dicit: Ne quis eum contemnat. Opus enim domini operatur, quemadmodum & ego. Non illius curam ago, sed eorum qui ipsum recipiunt, ut multam auferant mercedem. Hunc igitur spero me missurum, mox ubi video mea negotia. Hoc est, cum videro quod statu sim, & quem habeant finem res meae. Confido autem in domino, quod & ipse breui venturus sim ad vos. Non ideo ipsum mitto, tanquam non venturus sim: sed ut bono sim animo cognitis rebus vestris, ne interea temporis in timore sim. Confido autem in domino, inquit. Vide quomodo omnia deo deferat. Nihil ex suo ipsius animo loquitur. Id est, si deus voluerit. Necessarium vero arbitratus sum Epaphroditum fratrem & cooperarium & commilitonem meum. Et hunc iterum cum iisdem encomiis mittit, quibus & Timotheum. Illi enim a duobus istis commendauit, nempe quod & eos diligat, cum dicit, Qui germane res vestras curaturus sit: deinde, quod in euangelio probatus sit. Et hunc ab iisdem de nouo, propter eandem causam, qua illum laudauit. Quomodo? Quod enim dicit, fratrem & cooperarium, & non hic consistit, sed addit, & commilitonem meum, ostendens est, multam eum communicationem periculorum secum habuisse, eademque de eo testantis, quae de seipso: illud vero, commilitonem, plus est, quam quod cooperarium eum vocat. Facile fortè in rebus exilibus cooperatus fuerit: in bello vero & periculis non item. Hoc vero istud declarauit, quod dixit, & commilitonem. Vestrum autem, inquit, Apostolum, & cooperarium necessitatis meae, mittere ad vos. Hoc est, quae nostra sunt, vobis largimur. Aut certe vestrum vel eum qui vos docuit, vobis mittimus. Rursus vero multa de dilectione eius adiecit, dicens: Quandoquidem desiderabat omnes vos, anxius animi, propterea quod audissetis eum infirmatum fuisse. Etenim infirmus fuit, ita ut esset vicinus morti, sed deus misertus est illius, ut non illius tantum, sed & mei, ne dolorem haberem super dolorem. Hic vero & alterum agit, ostendens quod & ipse Epaphroditus bene nouerit, quod a vobis, inquit, diligatur. Non parum autem istud ad diligendum attrahit. Quomodo? Infirmitas fuit, inquit, & doluit, quod sanus vos non

vidisset, & morore isto vos liberasset, quem propter infirmitatem suam habuistis. Et aliud hic agit, nempe quod pro tempore istum ad eos mittat, & non propter negligetiam. Timotheum vero propterea tum apud se detineat, quod neminem alioqui habeat. Non enim habeo, inquit, qui pari animo mecum sit. Epaphroditum autem, propter infirmitatem. Deinde ostendens quod infirmitas huius longa fuerit, & multum temporis consumpsit, inquit: Etenim infirmus fuit, ita ut esset vicinus morti. Vides quantum diligentiae impendat Paulus ad hoc, ut omnis sollicitudinis & negligentiae occasione ex animo discipulorum amputet, ne suspicentur propterea ipsum non venisse, quod eos contemneret. Nihil enim ita discipulum allicere poterit, ut si persuasus sit, cure se esse praeposito, illumque sui gratia anxium esse, quod quidem excellentis est dilectionis. Propterea, inquit, quod audissetis eum infirmatum fuisse. Etenim infirmus fuit, ita ut esset vicinus morti. Et quod ista non excusandi ac praetextus gratia dicam, audite: sed deus misertus est eius. Quid dicitis o haeretice? Misericordiam dei hic esse dicit, quod eum qui discessurus hinc erat continuit, & de nouo ad sanitatem conuertit. Atqui, si malus est mundus, non est misericordiae opus in malo permittere: sed aduersus haereticum quidem facile est dicere: ad Christianum verò quid dicemus? Nam & ipse fortè haesitabit, ac dicit: si resolui & esse cum Christo multo est melius, cuius gratia dicit huic factam esse misericordiam? Ego verò rogabo: cuius gratia dicit, necessarium magis est manere apud vos? Quemadmodum enim ipsi necessarium erat, ita & huic, cum maioribus diuitiis, & maiore fiducia ad deum hinc abituro. Illud enim & si nunc factum non fuisset, postremum mansisset. Animas vero lucrari non possunt amplius, qui hinc illud abscesserunt. Multa secundum communem audientium consuetudinem quoque loquitur Apostolus, & non ubique philosophatur. Erat enim illi sermo ad homines mundanos, mortem adhuc metuentes: deinde ostendit, quantum habeat Epaphroditum rationem, & ex eo venerabilem eum facit: utpote quod salutem eius adeo vtilem sibi dicit, ut misericordiam & ipse per illum consequutus sit. Alias verò & praeter ista, bona est praesens vita: alioqui si bona non est, qua ratione supplicij loco deputat mortes immaturas? Ut cum dicit: Propterea multi sunt inter vos infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Futura enim vita non est hac, ut mala, melior, nam alioqui bona non esset. Sed ut bona melior est, istam bonam excellit ut melior. Ne dolorem haberem super dolore. Dolor est a morte super dolorem quem ab aegritudine ipsius contraxerat. Per ista ostendit, quanto honore habeat Epaphroditum. Studiosus itaque misi illum. Quid est, studiosus? Hoc est, sine mora, sine cunctatione, cum multa festinantia, iubens eum ire ad vos, ut ab isto morore vos liberaret. Non enim ita gaudeamus audientes eos esse sanos, quos desideramus, ut quando eos videmus, & maxime si quando istud praeter spem acciderit, id quod in Epaphroditum factum est. Studiosus, inquit, misi illum ad vos, ut videretis illum gauderetis, & ego magis dolore vacem. Quomodo magis dolore vaces? Quoniam si vos gauisi fueritis, & ego gaudebo, & ipse gaudebit super eadem animi iucunditate, & ego magis dolore vacabo. Et non dicit, ut ego dolore vacem, sed, ut magis dolore vacem: ostendens quod animus eius nunquam dolore vacet. Qui enim dicit: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis offenditur, & ego non vror? quomodo extra dolorem fuisset?

1. Cor. 6. b

Supr. 1. d

postea expe[ct]abar fore scilicet ut cum Christo esset.

1. Co. 11. g

2. Co. 11. g

forte vult esse vestra.

set? Dicit ergo vt mcerorē istum deponā. *Excipite igitur illum in domino cum omni gaudio.* In domino: hoc est, spiritualiter, cum multa diligētia: imò verò cum dei voluntate dignè sanctos suscipiatis, quemadmodū decet sanctos cū omni gaudio. Hæc omnia propter eos ad quos mittebat, facit. Maior enim vtilitas accedit beneficianti, q̄ beneficium accipienti. *Et tales in precio habete.* Hoc est, Excipite eū quomodo decet sanctos excipere. *Quoniam propter opus Christi eo accessit, vt morti esset proximus, non habita vitæ ratione, vt suppleret id quod in vestro erga me officio fuit diminutum.* Erat ipse Epaphroditus cōmuni nomine à Philippensium ciuitate amādatus, vt Paulo ministraret, & fortè aliquid secū deferens ad eū venit. Quòd enim pecunias attulerit, ostendit circa finem dicens: posteaquā accepi ab Epaphrodito quæ à vobis missa fuerant. Verisimile igitur est eum cum ad urbē Romanorū applicuisset, in magno & vehementi periculo reperisse Paulū, ita vt illū accedentes securè hoc facere nequierint, sed cū periculo accesserint, quemadmodū in magnis periculis fieri solet, quando reges vehemēter irascuntur. Quādo enim qui regem offendit, in carcerem conicitur, multaq; custodia detinetur, tunc & famulis accessus obstruitur, quod verisimile est tum Paulo quoq; obtigisse: Epaphroditū verò, vt virum animo generosō, omne periculū contēpisse, ita vt illi adstiterit & administrauerit, ac cuncta quæ necessaria erant, fecerit. Duo itaq; ponit, ex quibus eū venerabilē facit. Vnū quidem, quoniā ad mortem vsq; in gratia, inquit, periclitatus est. Alterum verò, q̄ ciuitatis suę personā indutus, ista in illo periculo ita administravit, vt merces imputari meruerit illis qui eum miserāt, tanquā si legatum aliquem ciuitas ista misisset. Itaque q̄ cum obsequij famulatu excipitur, & propter præstita obsequia cōmendatur, † maius est q̄ cum rebus audacibus & periculosīs cōmercium habere. Et non dixit, propter me, sed digniorē eum facit, dicens: quoniam propter opus Christi morti accessit. Non enim propter me, sed propter deum eò accessit, vt morti esset proximus. Quid enim q̄ deo ita dispensante non est mortuus? Ipse nanque vitæ rationem non habuit, sed seipsum exposuit, ab officio ministrandi mihi nō desistens, quicquid tādum ferre oportuisset. Si verò ad hoc vt Paulo ministraret, in mortē seipsum tradidit: multò magis pro ipsa euāgelij prædicatione istud sanè passus fuisset, imò & hoc ipsum pro prædicatione erat, q̄ pro Paulo mori paratus fuit. Etenim martyrij corona non solūm pro eo est, q̄ idolis non immolatur, sed & tales occasiones martyriū faciunt. Et si admirandum quid dicendum est, multò magis istæ q̄ illę. Qui enim pro minore intrepidus est ad mortem, multo magis pro maiore. Itaq; & nos si quando sanctos in periculis viderimus, nullā habeamus vitæ nostræ rationē. Nequit enim fieri, vt qui nihil audet, generosum quid faciat vnquā: sed necesse est cum qui præsentis vitæ securitatē prospicit, excidere ex futura. *Vt suppleret, inquit, quod in vestro erga me officio fuit diminutum.* Quid hoc est? Ciuitas non aderat, sed mihi omne officiū per istū præstitit, quod eum misit. Quod igitur in vestro erga me officio diminutū fuit, ipse impleuit. Itaq; & huius nomine æquum fuerit vt multo potiatur honore, quoniā quod multos oportebat facere, hoc ipse pro vobis præstitit. Et ostēdit primum esse officiū quod ab illis qui securè agunt, periclitantibus impenditur. Illud enim diminutū, & illud, quod

A in vestro officio, ita dictum est. Vides prudentiam & curam apostolicam? Hoc non ex arrogancia fit, sed ex multa prouidentia. Nam ne extolleretur, sed modeste agerent, neq; se magnum quid præstitisse putarēt, sed humiliarētur, rem istam ministerium & officium vocat, diminutionisq; meminit.

Morale.

Etenim sanctis apud nos debetur ministerium, & nihil illis gratuitò facimus. Nam quemadmodum in exercitu stantibus, & bellum gerentibus sumptus debentur ab illis qui in pace sunt, & bellū non sustinet: pro illis enim isti in acie stant: ita & hic. Nisi enim docuisset Paulus, quisnā ipsum tum in carcerem coniecisset? Itaq; debetur ministerium & officium sanctis. Quomodo nanq; absurdum non fuerit, regi terreno bellum gerenti omnia administrare, & indumenta & alimoniam, non solūm quātum necessarius poposcerit vsus, sed & ad abundantiam vsq;: regi vero cœlesti aduersus multo grauiores hostes præliati (lucta enim nostra non est aduersus sanguinem & carnem) ne ea quidem subministrare quæ necessitas exegerit, quantæ non fuerit perfidiæ: quantæ ingratitude: quā turpis quæstus? Verūm vt solet, plus valet apud nos hominum metus, quā gehennæ & futurorum suppliciorum. Quapropter & omnia peruersa sunt. Nam res quidem politicæ quotidie magna diligentia perficiuntur, nec quicquam eorum omittere licet: spiritualium vero nulla vsquam ratio, sed quæ quidem coactè exiguntur, & cum tormentis, & tanquam à seruis & inuitis, exhibentur cum multa animi gratitudine: quæ verò à voluntariis, & tanquam à liberis petuntur, vicissim omittuntur, non de omnibus dico, sed de illis qui sumptus istos non porrigunt. Num enim poterit deus ista quoque necessaria facere & coacta? Sed non vult. Vobis enim parcit magis, quā illis qui aluntur. Propterea non vult vt coacti deponatis hos sumptus, alioqui nulla esset merces. Et multi corū qui hic sunt, ludæis inferiores sunt. Perpende quantū Iudei dederint, decimas, primitias, rursus decimas, iterum & alias decimas: deinde & alias † trigesimas,] & decimas. Sicilum, & tamen nemo dicebat q̄ multa consumerentur à sacerdotibus. Quātò plura accipiebant, tantò maior erat & merces. Non dicebant, multa accipiūt, ventri inseruiunt, quæ nunc quosdam audio dicere. Et quidem qui domos ædificant, & agros cœmunt, nihil se putant habere. Si verò sacerdotum quisquam splendidus indutus fuerit, aut victu necessario non egerit, aut ne præter decorū ipse cogatur obire singula, ministrum habuerit, pro diuitiis illi imputatur. Re vera diuites sumus. † Et in istis etiā] inuiti fatētur. Nos quidē, etiā si modica habeamus, diuites sumus. Illi verò etiā si omnibus cumulentur, pauperes sunt. Quousq; insipientes erimus? Non sufficit † q̄ nihil ad castigationem vobis facimus,] sed oportet damnū quod à malo est affectu quoq; adiciere? Nam etiam si ipse quæ possidet, illi dedisses, mercedem tamē perdidisses, quòd super illis quæ dedisses, quereris & criminaris. Omnino verò, si dedisti, quid conquereris? Primum itaque paupertatis illi testimonium exhibes, cum dicis, quæ habet ipse dedi. Quid ergo conquereris? Non debebas dare, si quidem conquestus fueras. Sed de aliorū datis ista dicis? Grauius delinquis, quòd cum nihil dederis, criminaris quæ alius bene facit. Quantam putas mercedē habent, quos ita criminando malè audire facis? Propter deum enim ista pa-

1065 ista patiuntur. Quomodo & quāobrem? Poterant, si quidem voluissent vel cauponariam amplecti vitam, etiā si nihil habuissent à maioribus suis. Nam & hæc impudēter audio multos dicere, cū dicimus, ille pauper est: Si voluisset, inquit, poterat diues fieri: deīde & cōtumeliosè, auus eius, & pater eius, & ille, talis ac talis erat. Nūc verò tali vestitu indut⁹ est? Sed dic mihi, estne illi nudo circumeundū? Tu verò curiosè ista inquiris. Vide autē ne cōtra teipsum loquaris. Sed au di admonitionē Christi dicentis: Nolite iudicare, ne iudicemini. At poterat, si voluisset, cauponariam vel mercatoriā vitā agere, & omnino locuples euasisset, sed noluit. Quid ergo, inquit, hic multa lucratur, dic quæso, sericis vestitur, multitudinē sequentiū & comitantium habens, circa forū arroganter incedit? equo vehitur, domos ædificat, habēs vbi maneat? Si ista facit, & ego reprehendā, & non parcam: imò ipsum sacerdotio quoq; indignū dico. Quomodo enim admonebit alios, ne superfluis istis vacēt, cū seipsum ipse admonere nequeat? Si verò necessariū victū abundè habuerit, ideōne iniust⁹ erit? Sed circuire oportebat & mendicare? Et tu, vt discipulus, nihil inde, dic quæso, pudefices? At pater quidē carnalis si hoc faceret, turpe putares: si vero spiritualis pater ad hoc cogercetur, nō queres pre pudore latebras? Ignominia patris, inquit, opprobriū est filiorū. Sed quid? Nūc fame perire oportebat? At neque hoc pietatis fuerit, de⁹ enim nō ita vult. Sed quid cōfestim philosophatur? Scriptū est, inquit, ne possideatis aurum, neq; argentum, neq; duas tunicas, neque pecuniam in zonis vestris, neq; baculum: isti verò & tres & quatuor vestes habent, & lecticas stratas. nunc animo meo subiit grauiter ingemiscere, & nisi indecorū esset, etiā illa chrymarer. Quāobrem? Quòd circa aliorū festucas excutiēdas adeo seduli ac diligētes sum⁹, trabes verò in oculis nostris habētes ne sentimus quidē. Dic mihi: Quæ ratione ista tibi ipsi nō dicis? Quòd doctoribus duntaxat, inquis, præcepta sint ista. Cū ergo Paulus dicit, habētes alimēta, & quibus tegamur, istis cōtēti erimus: ad solos doctores hoc dicit? Nequaquā, sed ad omnes homines: id quod ex præcedentibus liquet. Quid enim dicit? Est enim quæstus magnus pietas cum animo sua sorte contento. nihil enim intulimus in hunc mundum: liquet, q̄ nec efferre quicquā possimus. Postea statim subdit: Habentes autē alimēta & quibus tegamur, his cōtēti erimus. Qui verò ditescere volunt, incidunt in tentationē & laqueum, & cupiditates multas stultas ac noxias. Vides q̄, ad omnes hic sermo dictus sit? Quid verò cū iterū dicit, carnis curā ne agatis ad cōcupiscentias: nōne simpliciter omnibus dicit? Quid autē cum dicit, Escæ ventri & venter escis: deus autem & hunc & illas destruet? Quid cum dicit: Porrò quē in deliciis versatur, viuēs mortua est, de vidua differens? An & vidua doctoris habet officiū? Num ipse dicit, Mulieri, vt doceat, non permitto, neq; autoritatē vsurpare in virum? Si verò vidua, vbi & ætas est senilis (nam senectus multa cura opus habet) & ipsa natura (mulierū enim genus maiore recreatione indiget, vtpote infirmum ac debile) si, inquam, vbi & ætas ista est & natura, deliciari viduam non permittit, sed & mortuā eam esse dicit, (non enim simpliciter dicit, nō delicietur, sed quæ in deliciis versatur viuens mortua est) excidit eam quæque (quæ nanq; mortua est, excisa est) quam veniam habebit vir eadē ista faciens pro. quibus mulier pro-

uectæ ætatis punitur? Sed ista nemo ne cordi quidem accipit, nemo ista inquit. Ego verò ea agrè & coactè dixi, nō sacerdotes ab incusationibus liberare volens, sed vobis parcens. Nam illi quidem si meritò & non iniuria propter ista malè audiunt, tāquam pecuniarū quæstui dediti, nihil dāni à vobis accipiunt: sed siue dixeritis, siue non dixeritis, alibi rationē reddent iudici, ita vt nihil eis verba vestra noceāt. Si verò falsa fuerint quæ à vobis dicuntur, ipsi quidē lucrū inde acquirunt frustra calumniis adfecti, vos verò dānum hinc vobis ipsis infertis. Circa vos enim non ita habet, sed siue vera sint, siue falsa quibus illis maledicatis, damnū habetis. Quāobrem? Si nanq; vera sunt, & sic vobis nocetis, q̄ doctores iudicatis, ordinemq; inuertitis. Nam si fratrem non oportet iudicare, multò magis doctorē non oportet. Si verò falsa sunt, intolerabile supplicium & pœna. De quouis enim ocioso sermone rationē reddetis. Itaq; vestri gratia omnia facimus & laboramus. Quemadmodum autem dixi, nemo ista inquit, nemo in istis curiosus est, nemo ad seipsum quicquā horum dicit: vultis & alia addam? Nisi quis, inquit Christus, renūciauerit omnibus quæ possidet, non est me dignus. Quid verò quod difficile esse dicit, diuitē ingredi in regnum cœlorum? Quid quod dicit: Væ vobis diuites, quoniā recipitis hic cōsolationē vestrā? Nemo istud scrutatur, nemo perperdit, nemo ad seipsum differit, sed quæ aliorū sunt studiosè inquirimus. At istuc est participē criminū fieri. Vt verò & ab illis ipsis quibus sacerdotes obnoxios esse dicitis, vestri gratia eos eximā, audite. Nam illud ipsum, quod de eis persuasi estis, transgressores esse legis dei, multū habet momenti ad malū. Agē ergo & illa studiosè scrutemur. Dixit Christus: Ne possideatis aurum, neq; argentum, neq; duas tunicas, neq; calceamenta, neq; zonam, neq; baculū. Quid igitur, dic mihi? Petrusne iuxta præceptū hoc fecit? Quomodo fecit, cum & zonam habuerit & calceamenta? Audi enim quid angelus ad eum dicit: Præcingere, inquit, & subliga soleas tuas. Atqui nō tanta erat calceamentorū istorū necessitas. Potuit enim pro tēporis illius ratione nudus esse pedes. Si verò magna calceamentorum necessitas est, in hyeme est. Verū habebat calceamenta. Quid verò Paulus? Ad Timotheū scribēs dicit: Cura vt ante hyemē venias. deinde præcipit ac venies apporta, & libros, maximè mēbranas. Ecce penulam dicit. Nec poterit quisquam dicere q̄ & aliam quandam, quam gestarit, non habuerit. Si enim omnino illam non induit, superfluū erat q̄ adferri eam iubebat. Si verò fieri nequit quin eam gestarit, manifestum est q̄ alteram habuerit. Quid autē quod biennio toto mansit in suo conducto? Ergo Christo non obediuit vas illud benedictionis, ille qui dicit, Viuo verò iam non ego, sed viuūt in me Christus, de quo Christus testatus est, dicens: Quoniam mihi vas electionis est iste? Oportebat dubitationem istam apud vos relinquere, nec vllā quæstionis huius inducere solutionem, sed pœnam istam neglectarum scripturarū à vobis exigere: nam ex harum negligētia omnia ista nascuntur. Propterea & in aliorū peccatis amarulentū scrutatores & inquisitores sumus, nostrorū autem nullā rationē habemus, eò q̄ scripturas ignoramus, q̄ in diuinis legibus instructi nō sumus. Oportebat itaque à vobis pœnam istam quidem exigere, sed quid faciam? Multa largiuntur filiis patres, etiā vltra quā





Morale.

Paulus quidem conuersationē istam adeo exactā, ab incūte mox prima etate cōceptā, tantā generis nobilitatē, tanta pericula, tātas insidias, labores, ac studium proiecit, & quæ prius lucra erant, damnū arbitratus est, vt Christum lucraretur. Nos vero ne pecunias quidē cōtemnimus, vt Christum lucrifaciamus, sed malumus futura potius excidere vita, quā reb<sup>9</sup> istis præsentibus, quanquā nihil illæ aliud sunt quā damnū. Nā dic mihi (discutiamus enim singula diuitiarum bona) an nō damnū sit quod laborē quidem habet, lucrū vero nullum? Quæ nanq; dic quæso, vtilitas est ex multis ac sumptuosis vestibus? Quid lucratur, quādo illis amicumur? Nihil, nisi q̄ dāno duntaxat afficimur. Quomodo? Quoniam & pauper tenuiter ac protritit indutus, in calore nihilo te peius æstum fert: imō ille etiam facilius. Indumenta nanq; protrita, & sola induta, corpora pauperū minus constringunt: recētia vero nō ita etiā si subtiliora sint quā araneam tela. Tu autem propter maximum fastū, & duas vel tres tunicas, plerunq; & vestē subtile, & zonā, & subligacula habes. Illi vero nemo exprobrat, quod vna dūt axat tunica tegitur, atq; ita ex eo minus quoq; grauatur. Diuites quidē videm<sup>9</sup> sudātes: pauperes vero nihil horū patiētes. Cum ergo pauperi tenuia illa & propē nihilo cōempta indumēta, eodem, imō meliore sint vsu: illa vero, quum multum auri impēdere cogant, nō plus efficiāt: nunquid damnū est multitudo illa & superfluitas? Nihil enim amplius adferunt ad vsus necessarij obsequiūq; rationē, sed plus auri tibi exhauriūt. Et eundē vsū idēque indumentorū obsequiū tu quidē diues centum aureis, aut pluri emisti, pauper vero modico argēto. Vides damnū? Sed fastus nō permittit vt videas. Vis vt & eorum rationē excutiamus, in rebus deauratis quibus & equos, & vxores amiciūt? Diuitiæ nanque præter alia stultos etiā faciūt. Eodē honore dignantur & vxores & equos, & vnus est vtroque ornatus, & ab eisdē volūt illustriores apparere vxores, à quibus & rhedas, & cortinarū pelles, in quibus ferūtur. Dic quæso, quid profuerit mulū aut equū auro exornare? Mulier vero tanto auri lapidūque circumdata pōdere, quid amplius habet? Sed nō corrumpuntur, inquis, quæ aurea sunt. Et hoc quidē potissimū dicimus, q̄ in balneis, & aliis vbiq; & lapides, & indumēta deaurata multū de precio amittūt. Verū tamen sit hoc, nihil sit damni. Quid vero lucri, dic quæso? Quid autem si exciderint & perierint? Nunquid damnum fuerit? Quid etiam si inuidiam & insidias concitauerint? Nōne damnū? Cū enim nihil adferant emolumentum gestanti mulieri, incendiant vero inuidorum oculos, & latrones magis incitēt: nōne dānosa sunt? Quid vero, dic mihi, si cum viro liceat illis ad negotiū aliquod lucrosū vtī, ille propter vxoris nimios sumptus nequeat, sed cogatur cū angustia & suspiriis famem ferre, illāmque auro videre cōspiciam: non est res ista dānosa? Propterea nanque pecuniæ χρῆματα dicta sunt, non vt illis ita vtamur, vt aurifidorū prothecæ, sed vt bonum quid in illis operemur. Cum ergo desiderū auri hoc facere nō sinat, an istuc nō est damnū? Qui enim illis vtī non audet, tanquā ab alienis abstinet, atq; ita illarū nullus est vsus. Quid autē q̄ domos ædificamus splendidas & magnas, & colūnis eas, & marmore, & porticibus, & ambulacris omnino exornamus, vbiq; idola & statuas sistentes? Nā

A multi ab istis dāmonas etiam vocant. Verū tamen ista non excutiamus. Quid sibi vult \* rectum quoque aureū? An nō eundē vsū exhibet, quem & is habet, cui mediocris est domus? At multum habet delectationis? Verum, vnū & alterum diem. Deinceps vero non amplius. Si enim nos Sol iste nō stupefacit, propterea q̄ illi assueuimus, multo minus artis opera: sed his nō magis intēdimus quā luteis. Quid enim ad cōmodam habitationē, dic quæso, colūnarum multitudo, & statuarū pulchritudo, & aurū parietibus insertū, cōfert? Nihil, sed mollities quædā est & iactantia, & superbia, & nimius fastus, & amētia. Nā vbi que aliās de necessariis ea oporteret esse, & quæ exigit vsus, & nō de superfluis. Vides rē istā habere dānum? Vides esse superfluā & inutilem? Si enim neque plus exhibet vsus neq; delectationis (sit enim ex tempore satiētas) nihil est aliud q̄ damnū. Sed istud videre nō permittit obtās vana gloria. Deinde Paul<sup>9</sup> quæ quidem lucra putauit, ea quoq; reliquit: nos vero neque dānam relinquimus propter Christum. Quouique terræ affigimur? Quouique cœlum nō suspicimus? Nō videtis senio cōfectos, quomodo nullū habeāt rerū præteritarū sensum? Non videtis morientes eos qui in senectute sunt? Eos qui in iuuentute? Non eos videtis qui interea dum viuunt, bonis suis priuati sunt? Quid rebus istis instabilibus vsque adeo afficimur? Quid imbecillib<sup>9</sup> alligamur? Cur illorū loco nō apprehendimus manentia? Quid nō darēt senes, si liceret deponere seniū? Ad hæc, quantæ nō est insipientiæ, velle quidē ad priorē reuerti iuuentutē, & omnia promptē donare, vt liceat esse iuniorē, at cum liceat iuuentutē accipere quæ senium nunquam habeat, & iuuentutē cum multis diuitiis, videlicet spiritualement, ne minimū quidē illius gratia velle dimittere, sed ea cōtinere quæ nihil in præsens etiā profunt? A morte eximere te nequeunt, morbum expellere nō valent, nec à senio cohibere. Nihil illorū tex necessariis est, & quæ iuxta naturæ legem proueniunt, & adhuc tamē illis inhæres? Quid inde lucraris, obsecro? Ebrietas, vētris ingluuiēs, voluptates absurdæ, & omniuariæ, magis nos distendūt & cōficiunt q̄ acerbi domini. Ista duntaxat lucrari licet ex diuitiis, aliud vero nihil, quādo quidē nolumus. Alioqui si vellemus, cœlū ipsum vtiq; ex diuitiis acquirere. Itaq; bone sunt, inquit, diuitiæ. Diuitiæ nō hoc faciūt, sed possidētis volūtas. Quoniā enim volūtas hoc facit, licet & pauperi adipisci cœlum. Quemadmodum enim sepe dixi, non mensuræ datorum intendit deus, sed volūtatē exhibentium. Et potest in penuria existēs & modica largiens, totum accipere. Ea nanq; deus exigit, quæ quisq; dare poterit. Neque diuitiæ cœlum, neq; paupertas gehennam, sed vtraque conciliat voluntas vel bona vel flagitiosa. Illam itaq; corrigamus, illam acquiramus, illam componamus, & omnia nobis erunt facilia. Queadmodū enim artifex siue ferreā, siue aureā securim habeat, æquē in ligno operatur, imō magis per ferreā: ita & hic multo facilius per paupertatē paratur virtus. De diuitiis enim dicit Christus: Facilius est camelum per foramen acus intrare, quā diuitē in regnū cœlorū. De paupertate vero nihil tale respōdit, sed magis contrariū. Vēde quæ habes, inquit, & da pauperibus, & veni sequere me, tanquam sit ex animi proposito. Ne fugiam<sup>9</sup> itaq; paupertatē veluti malam. Regnū enim conciliat. Et rursus non psequamur diuitias, veluti bonas. Incautos enī perdunt.

κῆρ κλαίει δα.

χρῆματα

Mat. 19.4

Ibidē. 6.

Mar. 10. b

Luce. 8. b.

De lapidibus preciosis.

¶ viliores, sed maiores?

dunt. Sed vbiq; oculis in deū intētis vtamur vt oportet, bonis ab illo subministratis, siue corporis virtute, siue pecuniarū copia, siue aliis quibusuis. Absurdum enī fuerit, si qui ab illo facti sum<sup>9</sup>, aliis ista vtēda dederimus, & nō magis ei qui nos fecit. Oculū tibi fecit? Oculū illi vtendū exhibe, nō diabolo. Quomodo vero illi exhibebis? Si creaturis eius visis, ipsum glorificaueris, visūmq; à mulierū conspectu abduxeris. Fecit tibi manus? Illas ipsi possideto, nō diabolo, non ad rapinā & auaritiā: sed ad ipsius mādāta & beneficia, & ad cōtinuas preces, & ad succurrendū deficientibus, eas porrigens & extendēs. Fecit tibi aures? Illas ipsi exhibeto, nō præfractis & lasciuis concentibus, neque obsecris fabulis: sed omnis meditatio tua sit in lege excelsi. In cœtū enim, inquit, seniorū sta: & si quis sapiēs fuerit, illi adhereto. Os tibi fecit? Istud nihil agat eorum quæ illi nō probātur, sed psalmodias, hymnos, & odas spirituales concinito. Vt det gratiā, inquit, audiētib<sup>9</sup>: in ædificationē, & nō in subuersionem: ad benedictionē, & nō ad maledictionē: nō ad insidias, sed omnino contrariū. Fecit tibi pedes, non vt ad malitiā curras, sed ad ea quæ bona sunt. Fecit tibi ventrē, non vt illum tibi rumpas, sed vt philosophis. Indidit concupiscentiā ad procreandos liberos, sed non ad scortationē & adulterium. Dedit tibi mentē, nō vt ipsum blasphemēs, non vt conuiciator sis, sed ne mentiaris. Dedit etiam pecunias, vt ad necessaria illis vtamur. Et fortitudinem quoq; vt & illa vtamur quomodo oportet. Artes fecit, vt vita nostra cōstet, nō vt à spiritualibus nos ipsos abstraham<sup>9</sup>, nō vt illiberalibus ac sordidīs, sed necessariis artibus intēdamus: vt inuicē alius alij seruiamus, nō vt insidias struamus. Te cœtum dedit, vt ferre queas imbrem, tantum scilicet dūt axat, nō vt superbias. Te cœtū vero tuū auro splēdet, & pauper interea fame perit. Dedit indumenta, vt tegamur non ad ostentationē, nō vt illa quidem multum habeant auri, Christus vero nudus pereat. Casam dedit, nō vt solus habeas, sed vt & aliis impertias. Dedit terram, nō vt succisā potiore illius parte, in scorta, & saltatores, & mimos, & tibicines, & citharædos infumas bona dei, sed in esuriētes & egenos. Dedit tibi mare, vt nauiges, ne iter faciendo labores, non vt profunda eius curiose scruteris, & lapides, & quicquid tale est, inde tollas, neq; vt studio sū hūc quæstū facias. Cuius ergo gratia sunt lapides, inquis? Dicas tu mihi: Cuius vero gratia lapides isti cōmunes tales sunt, illi virtute preciosi sunt? imō vero isti vtiliores. Nā isti vel ad ædificandū vtilēs sunt, illi vero nusquā, & isti illis robustiores quoq; sunt. At illi, inquis, pulchritudini seruiunt. Quomodo? Opinio istud facit. Cādidiore sunt: sed marmore admodum cādido cādidiore nō sunt, imō ne pares quidē. Sed solidiores? At neque hoc quisquā dicere poterit. Sed ¶ preciosiores sunt, & pluri: Atq; neque hoc est, vnde ergo tantum admirationis & celebritatis adepti sunt, nisi ex sola opinione? Si enī neq; sunt venustiores, (nā inuenimus illis illustriores, & candidiores.) neq; vtiliores, neq; solidiores: vnde tantopere celebrati sunt? Nūquid ex sola opinione? Quāobrē ergo illos dedit? Sed tu eos magni æstimabas. Quid ergo, inquis, & scriptura eos celebrat? Iuxta opinionem tuam differit. Nā & præceptor ad puerū differēs, eadem cū illo vbiq; celebrat, cupiens ipsum allicere, & ad altiora subducere. Quid indumentorū pulchritudinem quæris? vestimento te induit & calceamentis.

A Ista verò vbinam rationē habent? Desiderabilia, inquit, super aurum & lapidē plurimū preciosum, iudicia dei. Nō sunt ista, dilecti, preciosa. Si preciosa essent, vtique cōtēnere ea non iussisset. Sed iuxta opinionem nostrā loquitur diuina scriptura. Et hoc ipsum sanē diuinæ benignitatis est. Quāobrē ergo, inquis, purpurā dedit & quæcūque talia sunt? Ex dono dei sunt opera ista. voluit enim & ab aliis diuitias suas ostendere. Alioqui, cibū duntaxat & alimoniam dedit: Tu vero multa inde struis, placentas, bellaria diuersa & omnifaria, multam habētia voluptatē. Voluptas & vna gloria, hæc omnia adinuerūt. Videbant tibi ista omnia præcellere. Quod si te peregrin<sup>9</sup> quisquā, aut agricola, & morū huius terræ ignarus & imperitus, videns q̄ ista admiteris, interroget, ac dicat, quāobrē hæc admiraris? Quid haberes quod respōderes? Quod bonū sit ea videre? Sed nō ita? Cessē igitur ab ista opinione. Quæ indubitato vera sunt, amplectamur. Ista quippe nō sūt, sed temerē trāseunt fluuij instar diffluētia. Quapropter obsecro instar saxi nos ipsos obfirmemus: vt futura bona consequamur.

Homilia XI.

**S**ed quæ mihi erant lucra, ea propter Christum arbitratus sum esse damnū. Quinetiā arbitror ea damnā esse propter excellentiam cognitionis Christi Iesu domini mei, propter quem omnia pro damnis duxi, habeoq; proiectamentis, vt Christum lucrifaciam, & reperiar in illo, non habens meam iustitiam ex lege, sed eam quæ per fidem est Iesu Christi, quæ ex deo est iustitia. Certaminibus quæ contra hæreticos fiunt, exercitatis & maturis animis intendendum est vt diligēter animaduertere queāt. Quapropter disputationis huius initium ex sine præcedētis faciemus: Quis autem erat iste? Enumeratis cunctis Iudaicis gloriationibus, tam quæ à natura, quā quæ ab animi proposito erāt, subiunxit: Sed quæ mihi lucra erant, ea arbitratus sum esse damnū, propter excellentiam cognitionis Iesu Christi domini mei, propter quem omnia pro damnis duxi, habeoq; proiectamētis, vt Christū lucrifaciam. In siliiūt hic hæretici. Nam & hoc sapiētē est spiritus sancti, spem illis victoriæ obicere, vt pugnā suscipiāt. Si enī aperte locut<sup>9</sup> esset, quod in aliis fecerūt, fecissent & in istis. Deleuerunt nanque literas, recularunt scripturā, omnino in illam intendere non valentes. Sed quemadmodum fit in piscium captura, vbi quod attrahere illos valeat, vt accurrāt occultitur, & manifestē nō ponitur: ita & hic. Reiectamentū dicta est lex, damnū dicta est, inquit, dicit, Christum lucrifacere nō potui, nisi legem pro damno duxissem. Hæc omnia illexerunt hæreticos locum istum captandi, putantes eum pro se facere. Postea quā vero illū captarunt, tū retibus suis eos vndique inuoluit. Quid enim dicunt illi? Ecce damnosa est lex, ecce reiectamētū est. Quomodo ergo eā dei esse dicitis? Ista igitur ipsa pro lege sunt, & vnde sint, hinc liquet. Attēdamus diligenter quæ dicuntur. Non dixit, damnū est lex, sed arbitror eam esse damnū. Et quādo quidē de lucro dixit: nō dixit, arbitror, sed, quæ erant mihi lucra. Quādo vero de dāno, arbitror, inquit, & merito. Erāt enī illa ex natura, istud vero ex nostra opinione factum est. Quid ergo est, inquit? Damnū est propter Christum. Et quomodo lucrū facta est lex, & nō reputatū est pro lucro, sed erat. Cogita nāque quantum fuerit homines natura feroces ad hominum conuersationem & vitā formare & instituere. Nisi enī lex fuisset, gratia

† super peccata uarā tū mīrpes iaurūsi gī- eu nō.

† Hæretici literas ex scriptura sacra deleuerunt.



gratia vtiq; data non esset. Quare? Quia pontis instar fuit. Cū enim nō liceret ex magnā illa humilitate in sublimē ascendere, facta est scala. Scala vero null<sup>o</sup> est amplius vtiq; & gratiam ipsi habere nouit. Ipsa quippe eō illū cōstituit, vt adminiculo isto amplius non habeat opus. Et pro hoc ipso, quod eius opera nō eget, æquū est vt ipsius gratia ingenuē cōfiteatur se nō volucrū more in sublimē volasse: Ita & de lege. Subiicit nos in sublimē. Igitur lucrum erat. Sed deinceps damnū eam arbitramur. Quomodo? Nō q; damnū sit, sed q; multo maior sit gratia. Quemadmodū enim pauper in fame cōstitutus, tantisper famem effugit dum argentum habet: Quando vero aurum nactus fuerit, & vtraq; cōtinere nō poterit, damnū arbitratū retinere argentū, ideo relicto argento, accipit aurum: Ita & hic. Non q; damnū sit argentum (non enim est) sed q; non liceat vtraque habere, & vnum necesse sit relinquere. Damnū ergo non est lex, sed legi adhærēdo a Christo deficere. Itaq; quando nos abducit a Christo, tunc damnū est. Si vero ad Christum destinatur, nō itē. Propterea dicit: Propter Christum arbitratus sum esse damnū. Si propter Christū, nō natura damnū est. Qua vero ratione ad Christū accedere nō permittit lex? Atqui ad hoc, inquit, data est, & plenitudo legis Christi, & finis legis Christi. Permittit, si voluerimus. Finis em̄ legis Christus est. Qui legi obediēs fuerit, ipsum permittit lex? Permittit, si quidē attēderimus: si vero nō attēderimus, nō permittit. Quinetiam arbitror omnia damnū esse. Quid de lege, inquit, hoc dico? Nunquid bonus est mūdus? Nūquid bona est præfens vita? Sed si me abduxerint a Christo, pro dānis ista duco. Quare? Propter excellētiā cognitionis Iesu Christi domini mei. Sole quippe lucente ad lucernā sedere damnū est. Itaq; a collatione damnū fit ab excellentia. Vides eū collationem facere? Propter excellentiam, inquit, nō propter alienum quid. Excellent enim, quod eiusdē est generis excellit. Ex eo igitur q; excellentiam per collationem facit, ostendit cognitionis cognationē & familiaritatem. Propter quem omnia pro damnis duxi, & reiectamenta esse arbitror, vt Christum lucrificiam. Reiectamēta nondū liquet an de lege dicat. Verissimile nanque est eū de rebus mundanis dicere. Cū enim dixisset, quæ quidē lucra mihi erāt, ea arbitror esse damnū propter Christum, subiūxit: Quin etiā omnia dānum arbitror. Et quid dixit omnia, nisi præsentia? Si vero & legē intelligere voles, neque sic probri quicquā fuerit. Nam reiectamentū a frumento est, & quod frumenti nascentis robur est & tutela, illud est σκῆλαρον, paleam dico. Sed antea vtilis erat palea. Atq; ideo & cum frumento illam colligimus. Nam nisi fuisset palea, frumentū vtiq; natum non esset. Vides quomodo vbiq; nō rem ipsam damnū vocat, sed propter Christū? Quin etiam omnia damnū arbitror. Quomobrem? Propter excellentiā cognitionis. Propter quē omnia pro damnis duxi. Iterū: Quapropter omnia damnū esse arbitror vt Christum lucrificiam. Vides quomodo vndiq; veluti sustēculo, Christo inhæreat, nec sinat vllō pacto p̄brose denudari legē, aut aliquid plagæ accipere, sed vndiq; eam muniat? Et reperiar in illo non habens meam iustitiā quæ est ex lege. Si iustitiā illā habens, propterea quod nihil esset, ad istam iustitiam cucurrerit, quomodo non magis ad eā properare debēt, qui

iustitiā non habēt: Et bene dixit, meā iustitiam, non quā laboribus, inquit, ac sudoribus acquisiui, sed quæ est ex gratia. si ergo qui recte operatus est, ex gratia saluatur, multo magis vos. Cū em̄ possibile esset eos eam iustitiā, quæ ex operibus est, maiorem reputare, ostēdit eā esse paleam & reiectamentū isti collatam. Nō enim vnquā, inquit, cum illā mihi comparassem, proiecta ea, ad istā accurrissem. Quæ vero est ista iustitiā? Quæ est ex fide dei: hoc est, & ista a deo datur. Dei est ista iustitia. Omnino donū dei est. Dona vero dei magna mēsurā tenuitatē eorū recte factorum quæ nostro studio fiunt, excellunt. Quid vero est? Per fidem eum cognoscere. Ergo per fidē est cognitio, & sine fide cognosci nequit. Quomodo autē per ipsam cognoscenda est virtus resurrectionis eius? Quæ nanque nobis ratiocinatio resurrectionē exprimet? Nulla, nisi fides. Si vero resurrectio Christi secundum carnem, fide cognoscenda est: quomodo verbi dei natiuitas ratiocinationibus cōprehēdetur? Est em̄ resurrectio natiuitate inferior. Quomobrem? Quoniā illius quidē multa sæpe facta sunt exēpla, huius vero nunquam. Nā multi mortui ante Christū resurrexerunt: licet postquam resurrexerāt, denuo mortui sint, ex virgine vero nemo vnquam natus est. Si ergo quod & carnali Christi natiuitate exilius est, fide cōprehēdi necesse habet: quod multo maius est, & infinitē & incōparabiliter maius est, quomodo per rationis collectionē cōprehēdetur? Ista iustitiā faciunt. Oportet enim credere istud fieri potuisse. Quomodo vero poterit, nō item est probandū. Est enim ex fide etiam communicatio passionum Christi. Quomodo? Si nō crediderimus, nihil vtiq; fidei gratia patiemur. Nisi crediderimus, quod si pariter passi fuerimus, pariter etiam regnaturi sumus, neque passionē vtiq; sustinebimus. Fide cōprehenditur & natiuitas & resurrectio. Vides q; nō simpliciter oporteat fidem habere, sed quæ sit per opera? Nam iste potissimū Christum resurrexisse credit, qui sui nullam habet rationē, periculis seipsum tradens, illiq; in passionibus cōmunicans. Ei nanque communicat, qui resurrexit aciuuit. Propterea dixit: Et reperiar in illo nō habēs meā iustitiam ex lege, sed eam quæ per fidē est Iesu Christi, quæ ex deo est iustitia. *Vt fide cognoscā illū, & potentiam resurrectionis illius, & cōmunionē ad afflictionē illius, conformis facti morti eius, si quo modo pertingā ad resurrectionē mortuorum.* Cōformis, inquit, factus morti illius: hoc est, cōmunicans. Quemadmodū ille pro hominibus passus est, ita & ego. Propterea dixit, cōformis facti. Et alibi rursus: Suppleo qd̄ deerat afflictionū Christi in carne mea: hoc est, p̄secutiones. Et istæ afflictiones imaginē mortis illius efficiūt. Non enim quod suū erat, quæ fuit, sed quod multorū. Itaq; p̄secutiones illæ & afflictiones, & angustia, non solū terrere vos non debēt, sed magis exhilarare, quoniā p̄ illas cōformes reddimur morti illi: quasi dicat, ad imaginē ei<sup>9</sup> fingimur, quod & alibi scribēs dicit: Mortificationem dñi Iesu in corpore nostro circūferentes. Et hoc vero ex multa fide fit. Nō enim eū resurrexisse dūtaxat credimus, sed & post resurrectionē multam habere potentiā. Propterea eandē viā ingredimur, quam ingressus est ipse: id est, fratres illi & huius gratia facti sumus, ac si dixisset: \*Christi facti sumus iuxta istā rationē. Papæ, quāta est afflictionum dignitas? Credimus nos cōformes fieri morti illius per afflictiones. Quæadmodū enim in baptisate similitudini mor-

is eius

tis eius cōsepulti sum<sup>9</sup>: ita hīc morti eius. Illic meritō dixit, similitudini mortis eius. Non enim prorsus omnem dum mortē obiuimus. Nā nō corpore & carne mortui sumus, sed peccato. Atqui mors & mors vtrinq; dicitur. Sed ille corpore mortu<sup>9</sup> est, nos peccato. Et illic homo mortuus est, quē accepit ipse in corpore nostro: hic vero homo peccati. Propterea dicit, similitudini mortis eius. Hic vero nō ampli<sup>9</sup> similitudini mortis, sed morti ipsi. Paulus em̄ nō peccato in p̄secutionibus mortuus est, sed ipso corpore. Itaq; eadem sustinuit mortē. Si quo pacto pertingā, inquit, ad resurrectionē mortuorū. Quid dicit? Atqui omnes illā assequētur. Nā nō quidem omnes, inquit, obdormiem<sup>9</sup>, immutabimur vero oēs: & nō solū resurrectionē omnes, sed & incorruptionē consequētur: illi quidē ad honorē, illi vero ad ingressum & viaticū supplicij. Si ergo resurrectionē assequētur omnes, & nō solum resurrectionē, sed & incorruptionem: quomodo tanquam præcipuū quicquā adepturus dixit, si quo pacto pertingam? Propterea, inquit, ista patior, vt aliquo pacto ad resurrectionē ex mortuis pertingā. Nisi em̄ mortuus fueris, non resurges. Quid est igitur? Videtur em̄ magnū quid hīc innuere. Erat enim ad eō magnum vt liquido definire non ausus sit, sed dixerit, si quo pacto. Credidi in illum & resurrectionē eius, imō & patior propter ipsum, sed nondū possumus de resurrectione cōfidentes esse & securi. Quam hīc ergo resurrectionē dicit? Eam scilicet quæ ad ipsum Christū ducit. Dixi me in ipsum credidisse, & potentiā resurrectionis eius, cōsortemque passionū ipsius factū, & conformatū morti eius: verūtamē post ista omnia nondū securus sum. Quod & alibi dicit: Qui stare videtur, videat ne cadat. Et iterū: Metuo ne cū aliis prædicauerim, ipse reprob<sup>9</sup> efficiat. *Non quod iam apprehenderim, aut iam perfectus sim. Persequor autem, si quoque apprehēdam, quatenus & apprehēsus sum a Christo Iesu.* Non q; iam apprehēderim. Quid est, iam apprehenderim? Brabium dicit. Si ergo qui tāta passus est, si qui p̄secutionē tulit, si qui mortificationē habebat, nondū de resurrectione illa securus fuit, quid sanē nos dicemus? Quid est, si apprehēdam? Resuscitationē ex mortuis, resurrectionē eius, inquit, si apprehendam: hoc est, si tāta pati potero, si potero ipsum imitari, si potero conformis ipsi fieri: Vtpote multa passus est Christ<sup>9</sup>, alapis percussus est, flagellatus est, postremō passus est. Quæ quidē passus est, istud est stadiū. Per omnia ista ad resurrectionem eius p̄tingere oportet quæuis certamina ferētes. Aut hoc dicit: Si meruero resurrectionem probi ministri assequi, quæ fiducia habeat in resuscitatione eius. Si em̄ quæuis certamina ferre potero, & resurrectionē eius habere potero, & cū gloria resurgere. Nondum em̄, inquit, dignus sum. Persequor vero, si apprehēdā. Adhuc mihi vita certaminū plena est, adhuc procul a meta sum, adhuc absum a brabiis, adhuc curro ac persequor. Imō nō dixit, curro, sed p̄sequor. Qui persequitur, scitis quāta cōtētionē persequatur. Neminē aspicit, quosuis impediētes magno impetu abigit, mentē & oculum, & robur, & animum, & corpus in vnū cōtrahit, ad aliud nihil nisi ad solum brabium intendēs. Si vero Paulus ita persequēs, tātāque passus, adhuc dicit, si quoq; apprehendam: quid nos dicemus? Deinde ostēdēs p̄secutionē istā debitā esse, quatenus, inquit, & apprehensus sum a Iesu Christo. Ex percūtibus, inquit, erā. Suffocabar, eram peri-

turus, apprehendit me deus. Nam & ipse nos, cū eum fugeremus, magno studio p̄secutus est. Itaque omnia exprimit. Quod enim dicit, quoniam & apprehensus sum, ostendit apprehendere volentis diligentiam, & nostram plurimam auersionem & errorem, quod ipsum scilicet fugerimus.

Morale.

Multo itaq; debito obnoxij sumus, & nemo iuger, nemo illachrymatur, nemo ingemiscit, omnibus ad pristinū statū relabētibus. Quemadmodū enim ante Christi aduentū, Christū fugimus: ita & nunc. Deum enim fugere nō fit loci respectu. Nam vbiq; est. Audi prophetā dicentē: Quō ibo a spiritu tuo, & a facie tua quō fugiam? Quomodo ergo fuga fit a deo? Quæadmodū potest esse, vt procul quis sit a deo, vt elongetur ab eo? Qui em̄ seipsum, inquit, elongauerint abs te, peribūt. Et iterū: Nunquid peccata vestra distinxerunt inter me & vos? Quomodo ergo elogatur ab eo? Quomodo fit diuisio? voluntate & animo. Loco quippe fieri nequit. Nā quomodo eū quisquā fugerit, qui vbiq; præfens est? Peccator ergo fugit. Hoc est qd̄ dicit scriptura, Fugit impi<sup>9</sup> nemine persequēte. Vehemēter deū fugimus, licet ille nos vsq; persequatur. Apostolus p̄secutus est eū, vt prope ipsum esset. Nos ita persequimur, vt procul ab eo simus. Nō sunt ista digna lamentis? Quō fugis miser? Quō fugis vitā & salutē tuā? Si deum fugis, ad quē cōfugies? Si lucē fugis, quō respicies? Si vitam fugis, vnde postea viues? Fugiamus hostē salutis nostræ. Cū peccamus, fugimus a deo, fugitiui in alienā terram discedimus. quæadmodū ille, qui bonis paternis cōsumptis abiit in terram alienam, qui malē consumpta paternā substantia, in fame viuebat. Habemus autem paternam substantiā & nos. Quāmnā illam? liberauit nos a peccatis. Largitus est potētiam validā ad efficaciam, & lucrum virtutis: largitus est animi p̄optitudinē & patientiam in baptisate, largitus est nobis spiritū sanctum. Si ista cōsumpserimus, fame postea laborabimus. Nā vt ægrotantes, quousque febribus fatigātur & humorū malitia, nec exurgere, nec quicquā operari valēt: si vero quisquā eos liberauerit, & ad sanitatē reduxerit, & illi postea nihil operis fecerint, exppria ipsorū istud est focordia: ita sanē & hīc res nostræ habent. Morbus em̄ hic grauis, & febris erat vehemens: & decūbebamus nō in lecto, sed in ipsa malitia, in prauitate veluti in stercore proiecti, vlcibus ac fœtore pleni, squalidi, suppressi, idola magis q̄ homines. Circūstabāt nos dæmones mali, princeps ille mūdi ridens insultabat. Venit vnigenit<sup>9</sup> dei, emisit aduentus sui radios, & caliginē confestim depulit: venit ad nos qui in throno paterno cōstitutus regē agebat, relinquēs paternū illum thronū: (Cum vero, relinquens, dico, ne immutationē aliquā putes. Cælum enim & terrā ipse adimplet, sed dispensationem intelligo) venit ad inimicū odio ipsum habētē, auersantem, & ne videre quidem sustinentem, nullo non die ipsum blasphemantem. Vidit in stercore iacentem, vermibus scatentem, & vlcibus plenum, febri & fame laborantem, omne morbi genus habentem. Nā & febris molestabat: Ea quippe est mala cōcupiscentia. Et inflāmationes premebāt: Hoc em̄ est arrogantia. Et vehemens fames, βελιμία quædā, vt dicitur, obrinuerat: Istud nanq; est auaritia. Et putredines vndiq;: Nā hoc est fornicatio. Et cæcitas oculorum: Ea quippe est idololatria. Et surditas, & infania: Hoc liquidem

Rom. 10. 4

Coloss. 1. 12

1. Cor. 4. 1

1. Cor. 4. 1

1. Cor. 4. 1

1. Cor. 4. 1

1. Cor. 4. 1

1. Cor. 4. 1

1. Cor. 4. 1

1. Cor. 4. 1

1. Cor. 4. 1

1. Cor. 4. 1

1. Cor. 4. 1

1. Cor. 4. 1

1. Cor. 4. 1

1. Cor. 4. 1

1. Cor. 4. 1

1. Cor. 4. 1

1. Cor. 4. 1

1. Cor. 4. 1

fiquidē est, procūbere corā lapidibus ac ligno, & illis colloqui. Et multa deformitas: Hoc scilicet est malitia, molestus quidā & grauissimus morbus. Rursus & peius loquētes vidit ipsis infans, lignū deum vocantes, & lapidē similiter. Vidit nos in tanta malitia: non tamē abominatus est, nō dedignatus, non auersatus, nō execratus. Erat enim dominus, & figmentum suū non odiuit. Sed quid facit? **Q**uemadmodum bonus medicus, parat pharmaca multi pretij, & primus ipse ea degustat. Virtutē enim ipse primus exercuit, atq; ita & nobis dedit. Et primū veluti antidotō quoddā pharmacum dedit baptisimi lauacrū, & sic omnē euouimus malitiā, & effugata sunt simul omnia, & inflammatio cessit, & febris extincta est, & putredines exiccatæ sunt. Nā omnia tā quæ erant ex auaritia, & quæ ab animi tumore, & reliqua mala omnia euacuata sunt & eiecta per spiritū. **A**periti sunt oculi, apertæ aures, locuta est bona voce lingua, robur accepit animus: accepit talem pulchritudinē, florē ac vigorem corpus, qualē decebat habere pulchritudinē filium dei: natum ex spiritū sancti gratia, qualē decebat habere gloriā filium regi iam recēs natum, & in purpura educatum. Heu quantā nobis largitus est nobilitatem, quanta nati, quanta educati sumus. Quid denuo fugimus benefactōrem, qui omnia ista fecit, & robur dedit? Neq; enim fieri poterat, vt hoc morbo detēti perduraremus, nisi ipse nobis virtutē & robur dedisset, & à peccatis liberasset. Consumperamus omnia, dedit nobis facultatē, sed iterū cōsumpsimus eā. Dedit nobis charisma, extinxim⁹ illud. Quomodo? Cōsumpsimus illud in eo quod opus nō erat, vñ sum⁹ ad id quod vtile non erat. Ista nos perdiderunt, & quod omnium est grauissimū, cū inter alienos simus, & siliquas comedamus, non tamen dicimus, Reuertamur ad patrem, & dicamus: Peccaui in cœlū & in te, cum patrem habeamus ad eō amoris affectu in nos propensum, & reditū nostrū vehemēter desiderantē. Si dūtaxat reuerteremur, ne opprobare quidē præterita sustineret, modō desisteremus. Est enim sufficiens & magna apologia, reuerti. Nō solum ipse non opprobrat, sed & si alius opprobauerit, reprimatur, etiā si celebris sit qui exprobrat. Regrediamur. Quovsq; recedimus? Sentiamus nostrā ignominia, sentiamus vilitatē. Malitia nos porcos esse facit anima. Recuperemus nos ipsos, & resipiscamus, redeam⁹sq; ad pristinam nobilitatem, vt futura bona assequamur.

Homilia XII.

**R**ates ego meipsum nōdum arbitror affecutum esse. **V**nū autē illud ago, ea quidem quæ à tergo sunt obliuiscens, ad ea verō quæ à frōte sunt enitēs, iuxta præfixum signum insequor ad palmam supernæ vocationis dei in Christo Iesu. Nihil adeo recte facta euacuat, & in ventū abigit, atque memoria bonorum eorū quæ nos operati sumus. Nam duo mala parit: & segniore facit, & in arrogantiam extollit. Quapropter Paulus quoniā videbat naturam nostram ad socordiam pronam, & Philippenses plurimum laudauerat, vide quomodo animos eorum contrahat per multa quidem & alia superiora: maxime vero per præsentem hunc locum. Quid dicit: fratres mei ego meipsum nondum arbitror affecutum esse. Si vero Paulus nondum affecutus est, neq; de resurrectione securus est, neq; de futuris: nullatenus igitur illi qui ne minimam quidem ipsius partem perfecerant, istud affecuti sunt, hoc est, nondum me virtutem omnem affecutum esse arbi-

tror. Ac si de cursu quisquam dicat: nondum totum absolui, inquit. Quod vero alibi dicit, certamen bonū certavi: & hīc, nondū arbitror me affecutum esse: si quis diligenter legerit, causam bene intelliget & illorum & istorum verborum. Nō enim oportet eadem torquere, quoniā ista multo antē dixit, illa vero circa finem. Sed in vno duntaxat illo sum, inquit, vt ad ea quæ à fronte sunt, enitar. Vnū autē illud ago, inquit, ea quidem quæ à tergo sunt obliuiscens, ad ea vero quæ ante me sunt enitens, iuxta præfixum signum insequor ad palmā supernæ vocationis dei in Christo Iesu. Istud em̄ ipsū fecit ad anteriora eniti. Qui ergo se iam perfectū esse, & nihil ad virtutis affecutionem deesse sibi putat, à cursu cessabit, tanquā totum iam affecutus. Qui vero se metam nondum attigisse putat, nunquā à cursu desistet. Hoc ergo nobis semper reputandū est, etiā si innumera bona executi fuerimus. Si em̄ Paulus post mille mortes, post tanta pericula istud arbitrat⁹ de se est, multo magis nos. Nōdum tamen animū despondi, inquit: quod, cum vsq; adeo cucurrerim, assequi non potui: neq; desperaui, sed adhuc curro, adhuc certo. Hoc solum obseruo, quomodo sanē promoueā. Ita & nobis faciendū est. Obluiscēda recte facta, & à tergo relinquenda sunt. Etenim & qui currit, nō reputat quātū spacij cōfecerit, sed quātū adhuc desit. Et nos nō quātū virtutis impleuerimus reputemus, sed quantum adhuc super sit. Quid em̄ nos iuuerit quod cōfectū est, si quod deest adiectū nō fuerit: Et nō dixit, nō reputās, neque memorans, sed obliuiscens. Nam ita demum diligentes & seduli reddimur, quādo omnem animi promptitudinem & alacritatē ad id quod adhuc superest, assequēdum recollerim⁹ & reparauerim⁹, quādo præterita obliuioni mādauerim⁹. Enitēs, inquit, antequā appropiauerimus, prehendere satagimus. Enitēs em̄ is est, qui pedes quāquam currētes, reliquo corpore anteuertere studens, seipsum in ea quæ à fronte sunt extendit, & manus quoq; protēdit, vt etiam amplius quiddā vltra cursum efficiat. Hoc vero fit ex multa animi alacritate, ex multo seruore. Ita oportet currētem currere, cū tanto studio, cū tanta alacritate, non pigrē. Quātū autē discriminis est inter ita currentē, & eū qui supinē iacendo torpescit: tātum est & inter Paulum & nos. Quotidie moriebatur ille, quotidie probabatur. Nō erat momētū aliquod, nō erat tēp⁹, in quo nō creuerit illi cursus. Non accipere volebat, sed rapere palmā. Ita enim accipiēda est. Sursū stat qui palmam porrigit, sursū posita est palma. Vide quātū sit spacij percurrēdū. Vide quanta sit sublimitas, quō peruolādū est spiritus alis. Nam sublimitas ista aliter obtineri nequit. Cum corpore eundem est illō. Potest em̄ fieri. Nā nostra cōuersatio, inquit, in cœlo est. Ibi est palma. Vides currētes quomodo ex lege & præscripto viuāt? Quomodo nihil eorū quæ robur corporis resoluūt, attingāt? Quomodo singulis diebus in palēstra sub pēdotribā & lege decerēt? Imitare illos. Imō maiorem etiam animi alacritatem ostende. Non enim palmā ferent multi tardantes. Ex lege viue: multa sunt quæ fortitudinē remittunt. Fac eā esse pedib⁹ tuis loco robusti cruris. Potes em̄. Nam non est naturæ, sed voluntatis. Facile eam efficiamus, ne grauitatē ac tarditatē pedum reliquū pōdus impediatur. Ostēde tibi pedes esse cautos. Multa em̄ est lubricitas: & si cecideris, perdes omnia. Vt rūtamen si cecideris, resurge. Potes em̄ & hoc pacto vincere.

vincere. Nunquā rebus lubricis innitere, & non cades. Super solidis ac firmis curre. Caput sursū, sursū oculos. Istud & pēdotribā currētib⁹ præcipiūt. Ita solidatur fortitudo. Si vero deorsū nutaueris, remissus decides. Sursū vbi palma est suspice. Ipse palmæ cōspectus multā facit alacritatē. Spes in tribulatione, labores sentire nō permittit. Lōginitas facit vt modica appareat palma. Quid est palma? Nō ram⁹ palmæ. Sed quid? Regnum cœlorū, requies æterna, gloria cum Christo, hæreditas, fraternitas, innumera bona, quæ memorari nequeūt. Nō potest palmæ huius pulchritudo enarrari. Solus nouit eā, qui eā obtinet, & qui accepturus est. Nō est aurea, nō est ex lapidibus insertis. Multo est istis preciosior. Aurū illi colatū, lutū est. Lapidēs preciosi ad palmā huius venustatē cōparari, lateres sunt. Si eā habēs ad cœlū hinc abscesseris, poteris illō cū multo honore trāsire. Et angeli te palmā istam ferentē venerabūtur. Accedes quosuis cū magna libertate. In Christo Iesu. Vide gratum ac probū. In Christo Iesu, inquit, hoc facio. Nō em̄ sine ipsius auxilio tantū spacij pertrāsire potero: multo op⁹ est auxilio, multo adiutorio. Infra te quidem certare voluit, suprā vero coronabit: non q̄ hīc, vbi certamē est, ibi & corona sit, sed in loco splēdido est corona. Nō videris & hīc, quomodo quos maxime honorāt, siue athletas, siue aurigas, nō ī stadio infra coronāt, sed ad superiora vocatos, rex illic coronat: Ita & hīc. In cœlo accipies palmā. *Quotquot igitur perfecti sumus, hoc sentiam⁹: & si quid aliter sentitis, hoc quoq; vobis deus reuelabit.* Quid? Nēpe q̄ oporteat quæ à tergo sunt obliuisci, q̄ perfecti sit nō putare seipsum esse perfectū. Quomodo ergo dicis, *Quotquot perfecti sumus?* Dic em̄ quāso, nū hoc sentimus, quod tu sentis? Si em̄ nō accepisti, neque perfectus factus es: quomodo perfectos iubes sentire quod tu sentis, cū nondū perfectus sis? Hoc em̄, inquit, perfectio est. Et si quid aliter sentitis, hoc quoq; vobis reuelabit de⁹: hoc est, si quisquā putat se omnia recte affecutum esse. Cautos eos reddit. At nō ita dicit. Sed quid? Et si quid aliter sentitis, hoc quoq; vobis reuelabit deus. Vide q̄ cōtractē ac cautē. Hoc, inquit, reuelabit vobis deus. id est, deus vobis persuadēbit, nō docebit. Nā Paulus docuit, sed deus inducet. Et non dixit, inducet: sed, reuelabit, vt res ista magis videat esse ignoratiæ. Nō de dogmatibus ista dicit, sed de perfectiōne vitæ, & ne putēt seipsum pfectos esse. Quisquis em̄ putat se affecutum esse totum, nihil habet. *Attamē ad id quod affecuti sum⁹, eadē regula procedam⁹, vt sim⁹ cōcordes.* Attamē ad id quod affecuti sumus. Quid est? Interea, inquit, quod recte fecimus, & affecuti sum⁹, cōtineam⁹, quod attinet ad dilectionē, quod ad cōcordiā, quod ad pacē. Hoc à nobis recte factū est, hoc affecuti sumus, ad quod pertigim⁹. Eadem regula procedam⁹, idē sentiēdo in eo, ad quod pertigimus. Istud iam affecuti sumus. Vides q̄ regulam vult esse mādata? Regula nec addi sibi quicquā, nec demi sustinet. Alioqui hoc ipsum quod regula est, amittit ac perdit. hoc est, eadē fide, eodē præscripto. *Imitatores mei estote, fratres, & considerate eos qui sic ambulāt, quemadmodum habetis hic sup. a nos pro exemplari.* Dixerat suprā: *Cauete canes.* Abduxerat eos ab illis. Iā adducit quos imitari oporteat. Si quisquā est, inquit, qui nos imitari vult, si quis est eadē via icedēs, illos obseruate. Licet ego nō ad sim, nostis tamē incessus mei modū, hoc est, vitæ cōuersationē. Nō em̄ solis verbis docuit, sed & re ipsa. Quē-

admodū in choro & exercitu, choragū & ducē reliquos imitari oportet, atq; ita cōpositē incedēdū est. Potest enim ordo vel à statione dissolui & dissipari. **M**orale. Exemplar ergo erant Apostoli, primarij quandam exemplaris imaginē seruantes. Cogitate quā exacta illis vita fuerit, vt archetypū & exemplū, viuāsq; leges aliis exhiberēt. Quod em̄ literē referebāt, illud re ipsa omnib⁹ cōspiciū faciebāt. Ea demū est optima doctrina. Ita discipulus induci ac persuaderi poterit. Si em̄ doctor verbis quidē doceat ac philosophetur, operibus vero cōtraria fecerit, nōdū doctor erit. Nā istuc & discipulo facile præstitū fuerit, nēpe verbis philosophari. Sed opus est admonitione & inductione, quæ sit ex ipsis operibus. Ista quippe & doctorē venerabilē facit, & discipulū obsequētē. Quomodo? Etenim si quando viderit verbis duntaxat philosophantē, dicit eū impossibilia præcipere. Quod autē impossibilia præcipiat, cum hoc ostendere primum qui ea non faciat. Si vero viderit per opera perfectā virtutē, iam nō poterit ista dicere. Verūtamen, etiam si negligēs ac dissoluta fuerit doctoris vita, nobis tamen ipsis intēdamus, audiam⁹sq; prophetā dicentē: Erunt omnes à deo docti, & nequaquā docebūt quifque fratrem suum dicentes, cognosce dominū: quoniam niam cognoscent me omnes à paruo vsq; ad magnū inter eos. Non habes virtute præditum ac strenuum doctorem? Habes autem verum doctorē, qui & solus est doctor vocandus. Ab illo discite. Ille dixit, Discite à me, quoniā mitis sum. Nō obserues doctorē, sed hunc & huius disciplinas. Hinc tibi exemplar sume, habes imaginē optimā. Ad illam te componas. Mille sunt in scripturis positæ solidæ & genuinæ vitæ imagines: vt pote, si voles, accede, & post doctorē, inter discipulos hic quidē inops claruit: ille vero cū pecuniis quoq; Exēpli gratia: Helias inops, Abraham cum pecuniis. Quam faciliore vitā ex istis putas, & cōmodiore, illā accede. Rursus hic quidem cōiugatus: ille vero virginitatē tenens. Abraham cōiugatus: Helias virginitatem tenens. Ad quam voles transi. Nā vtraque ad cœlū ducit. Alius per ieiunia, vt Ioannes: alius vero sine ieiuniis, vt Iob. Rursus hic ipse & vxoris, & filiorum, & filiarū, & domus curā gerēs, multāsq; diuitias possidens. Alter vero nihil possidebat, nisi pilosum indumentum. Et quid dico domū, & diuitias, & pecunias, cū & in regia dignitate quisquā cōstitutus virtutē assequi possit? Est enim domus regia quauis priuata negociosior. Dauid ergo splenduit in regia dignitate, & nihil eum relaxauit vel purpura, vel diadema. Alius integro populo præfectus, Moysen dico: quod quidē difficilius est. Erat enim hīc maior potestas, vnde erat & maior difficultas. Vides & ī diuitiis celebres & probatos? vides & in paupertate? vides in cōiugio? vides in virginitate? Speculare rursus ex cōtrario & in cōiugio, & in virginitate, & in diuitiis, & in paupertate pditos. In cōiugio quidē multi homines perierunt: vt pote Sampson. Verum non ex cōiugio, sed ex propria voluntate. In virginitate vero, vt quinq; illæ virgines. In diuitiis, diues ille Lazarus contēptor. In paupertate, innumeri & nunc quoq; pauperes pereūt. In regia dignitate ostēderim plurimos, itē & in rerum publicarū administratione. Vis & in ordine militari saluatos videre? Habes Corneliū. Er in gubernatione domestica? Habes Eunuchū Aethiopiā. Ita scilicet vndique, siquidē, vt oportet, diuitiis



uitiis probe vfi fuerim, nihil nos perdet. Si vero minus, perdet nos omnia, & regia dignitas, & paupertas, & diuitia. Sobriū autē nihil poterit lādere. Nam dic mihi nocētne captiuitas? Etenim cōtēplare mihi Ioseph illū, seruum factum, & virtutem tamen custodiētrem. Cōsidera mihi Danielē, & tres pueros captiuos factos, & quomodo tamē multo amplius splenduerint. Virtus enim vbiq; lucet & inexpugnabilis est, & nihil eā impedire potest. Quid dico paupertatem & captiuitatē? Adiungam & seruitutem, & famem, & vlcera, & morbū quemcūque grauem. Est enim morbū seruitute grauior. Talis erat Lazarus, talis Iob, talis & Timotheus crebris infirmitatibus pressus. Vides nihil esse quod virtutē superare valeat? Nō diuitias, nō paupertatem, nō principatū, nō subiectionē, nō rerum præsidentiam & administrationē, non morbos, non ignominia, non proiectum esse, sed his omnibus infra & in terra relictis ad cœlū ipsa pertingit. Duntaxat sit animus generosus, & nihil poterit virū bonū & virtute præseditum impedire. Quando enim operarius dexter fuerit, nihil illū ab externis impedit. Etenim & apud artifices, quando artifex peritus fuerit ac dexter, omnemq; artē sciens, etiā si morbus incidit, habet eā: etiā si pauper fuerit, habet eā: siue instrumentum in manu habeat, siue operetur, siue non operetur, nihil illi ex arte demitur. Scientiā enim habet in seipso: Ita & virtute præseditus, & a deo pēdens, etiā si in diuitias illū coniciat, ostēdit artē suam: etiā si in paupertatē, similiter: siue in morbos, siue in sanitatem, siue in gloriā, siue in ignominiam. An non per omnia ista efficaciter operati sunt apostoli? Per gloriam & ignominia, per diffamia & bonā famam? Istuc demum est atque ad omnia accōmodum esse. Etenim talis quoc; est virtutis natura. Si vero dixeris, nō possū præselle aliis, solitariē viuere debeo: virtutē cōtumelia affecisti. Ipsa nanq; potest omnibus vti: & tamen illustris esse, dūmodo sit in animo tuo. Fames est: Satietas & abūdantia est: Ipsa suam ipsius potentiam ostēdit. Quēadmodū Paulus dicit: Noui & abūdare, & penuriā habere. Erat operandum? Nihil erubescibat, sed duos annos operat<sup>9</sup> est. Erat ferēda fames? Nec deficiebat, nec vacillabat. Moriendū erat? Nō reddebatur animo abiecto & humili: per omnia mentē generosam & artē suam ostēdebat. Hunc igitur imitemur, & nulla nobis erit mōstitiā causa. Quid em̄ talē, dic quāso, contristare poterit? Nihil, quousq; a virtute abstracti nō fuerim<sup>9</sup>. Omnib<sup>9</sup> erat hominib<sup>9</sup> iste beator etiā hīc, nedum in alio seculo. Sit em̄ virtute quisquā præseditus: etsi vxorē habeat, & liberos, & pecunias, & gloriā multā, cū his omnibus virtute firmus & solidus manebit. Si ea vero amiserit: & sic quoq; firmus & solidus erit, neque ab afflictionib<sup>9</sup> demersus, neq; ab ipsa rerū prosperitate tumidus, sed vt petra tam procelloso mari q̄ trāquillo æquē firma persistit, neq; a procellis fracta, neque a tranquillitate aliud quicquā perpessa: ita & animus solidus, tam in tranquillo, q̄ in procellis firmus & inconcussus persistat. Et quemadmodū pueri quidē natiuitatē terretur, gubernator vero ridēs sedet & imitōsus, cū delectatione metū illorū videns: ita & animus philosophicus, omnibus aliis turbatis, rursus & intēpestiue pro rerū vicissitudine ridētibus, tanquā in sublimi quodā & temōne pietatis immotus sedet. Quid enim, dic mihi, animū piū conturbare poterit? Mors? Sed illa vitę melioris principū est. Paupertas?

A Sed ista ad virtutē illi cooperatur. Aegritudo? At nihil æstimat præsente vel aegritudinē, vel requiē, neque afflictionē etiā. Seipsum nanq; pręueniēdo primum afflixit. Ignominia? Sed mundus illi crucifixus est. Liberorū amissio? Sed nihil illis metuit, cū de resurrectione certus sit & securus. Quid ergo eum deicere poterit? Nihil horū omnium. Extollunt eum diuitiā? Nequaquā. Nouit enim pecunias nihil esse. At gloria? Sed instructus est, omnē humanā gloriā esse sicut florem fœni. At deliciā? Sed audiuit Paulū dicentem: Quoniam quā in deliciis versatur, viuēs est mortua. Quādo ergo nec inflāmetur nec cōtrahatur, quid poterit sanitati huic adæquari? Verum nō sunt aliorū animi tales, sed & mati & chamæleonte crebrius immutantur. Fuerit itaq; valde ridiculū, si quādo eundem videris nunc quidē ridentem, nunc vero flentem, nunc rursus curis confectum, nūc vero vltro mensuram dissolutū & effusum. Propterea dicit: Ne conformemini seculo huic: nam in cœlis conuersamur, vbi nulla rerū est vicissitudo. Promissa sunt nobis prēmia, nō immutemur. Talem vitę cōuersationem demonstramus, vt inde iam quoq; bona capiamus. Sed vt quid in Euripum nos ipsos, & in fluctū, & tēpestatem, & turbinē proiciamus? Simus in trāquil-litate: nec in diuitiis hęc omnia, nec in paupertate, nec in gloria, nec in ignominia, nec in aegritudine, nec in sanitate, nec in infirmitate, sed in animi nostri potestate sita sunt. Si ille solidus fuerit, & bene in virtutis scientia imbutus, omnia ipsi erūt facilia. Et hinc iam etiam requiem videbit, & portum serenū, & innumera bona ex hac vita profectus assequetur: quæ contingat nos omnes acquirere &c.

Homilia XIII.

**O**mplures ambulat, de quibus sepe dixi vobis, nunc autē & flens dico, inimici crucis Christi, quorū finis est perditio, quorum deus venter & gloria in dedecore ipsorum, qui terrestria curant. Nam nostra cōuersatio in cœlis est, ex quo & seruatorem expectamus dominum Iesum Christum, qui transfigurabit corpus nostrum humile, vt conforme fiat corpori suo glorioso, secundū efficaciam qua potest etiam subiicere sibi omnia. Nihil est q̄ adeo sit inconcinnum & alienum a Christiano, atq; requiem & recrea-tionem quærere: & ad præsente vitā nimium affici, alienum est a professione & militia nostra. Dominus tuus crucifixus est, & tu requiē quæris? Dominus tuus affixus est, & tu deliciaris? Hęc cœne sunt militis generosi? Propterea & Paulus dicit: Multi ambulat, de quibus sepe dixi vobis, nunc autē & flens dico, inimici crucis Christi. Erant enim quidam simulantes quidē Christianismū, remisit tamē & delicatē viuētes: hoc autē contrarium erat cruci. Quapropter ista dixit. Crux em̄ animi est ad aciē instructi, & mortificati, nihilque remissi quærētis: illi vero cōtraria sunt cōuersatione. Itaq; & si dicāt se Christi esse, sunt tamē inimici crucis. Nā alioqui si crucē dilexissent, vitam studuissent viuere crucifixā. Nō est crucifix<sup>9</sup> dominus tuus? Imitare dominū, crucifige teipsum, etiā si nemo te crucifigat. Crucifige teipsum, nō vt teipsum interimas, absit: esset enim hoc impiū: sed quomodo Paulus dixit: Mihi em̄, inquit, mūdus crucifixus est, & ego mundo. Si diligis dominū tuū, mortē illius morere. Dicce quāta sit crucis virtus, quāta pegerit, & quāta adhuc perficiat, quomodo sit munimētū vitę. Per hęc perfectā reddūtur omnia, baptis-ma quoq; per crucē datur. Oportet enim signaculum

1085  
+ ordina-  
tio fir,  
Mat. 16.  
d. Luc.  
14-f  
Gal. 6. d  
+ propter  
hoc, est de  
ipsis.  
Istud est.  
1. Co. 15. d  
Qui vtrū  
& deli-  
cūs serui-  
unt, dolo-  
larre peio-  
res sunt  
quān- qui  
pecunias.

lum istud assumere. Et manus imponūtur per crucē, & cruce vtimur siue in itinere simus, siue in domo, aut certe vbicunq; simus. Magnū bonum est crux, salutaris armatura, scutū inexpugnabile. Cū ergo sis illi inimicus, gestas crucē? Non solum ob signatus sis cruce, sed & crucē patiens. Solet Christus passiones & afflictiones crucē vocare, vt cū dicit: Nisi quis tulerit crucem suā, & me secutus fuerit: hoc est, nisi quis paratus fuerit ad mortē. Isti vero degeneres, & vitę & corporis amātes, inimici sūt crucis. Et quisquis deliciis gaudet, vitęq; huius securitate, inimic<sup>9</sup> est crucis, in qua Paulus gloriatur, quam cōplectitur, cum qua coadunari studet, ac laborat: vt cū dicit: Ego crucifixus sum mundo, & mundus mihi. Nunc autem, inquit, & flens dico. Quare? quoniam creuit malum, quoniam digni sunt isti qui desinantur. Reuera sunt lachrymis digni, qui deliciantur, qui indumentum quidem, id est corpus, bene saginant, futuri vero supplicij quod laturi sunt, nullā rationē habēt. Esto deliciaris, esto inebrieris, hodie & cras, & annos decem & viginti, & triginta, & quinquaginta, & centū etiā, quod est impossibile: imō si voles, ponamus etiā quod vltra centū, quid vero lucraberis? Nihil. Talem ergo viuere vitam, non est lachrymis & lamētis dignū: Duxit nos deus in stadiū istud, vt coronet: & nos abimus, nihil quod generosum sit, operati. Flet ergo Paul<sup>9</sup>, in quibus alij ridēt ac deliciantur. Tantæ scilicet cōpassionis est, ita sollicitus est pro omnibus hominibus. Quorum deus, inquit, venter est. Quid est illis deus? Hoc scilicet, comedamus & bibam<sup>9</sup>. Vides quātū malū sint delicia? Aliis quidē pecunię, aliis vero venter deus est. An nō & isti idololatrę sunt, illis quoq; peiores? Et gloria in dedecore eorū. De circuncisione quidam hoc intelligunt, ego vero nō hoc dico. Sed hoc est quod dicit Apostolus, in quibus debebant pudefieri, in illis etiā gloriatur. Graue quidē est & malum turpia patrare: patrante vero pudefieri mediocriter malū est. Quod si vero quisquā malē agēs gloriatur etiā, excellens est stupiditas. Sunt ergo ista de illis duntaxat dicta: qui vero nobiscū hīc præsentes sunt, crimine isto notari non poterunt? & nemo est illi obnoxius? neq; deum quisquam habet vētrem? neq; gloriam in dedecore? Vellem & vehemēter vellem, nihil horum apud nos esse magis, quān apud eos quibus tū ista dicebantur. Quādo enim omnē vitam quis in potationibus & cōmessationibus insumpsit, & in pauperes quidē modica quædā, potiorem vero partē in ventrem impenderit & cōsumpsit: nō & de illo istuc meritō dicitur? Nihil potuit ad incutiēdum pudorē aptius, nihil maiore aculeo dici. Quorū deus, inquit, venter est, & gloria in dedecore eorū. Quinam sunt illi? Qui terrestria, inquit, curant. Aedificemus domos. Vbi? In terra, inquit. Possideamus agros: in terra rursus. Acquiramus principatū, iterū in terra. Potiamur gloria, in terra quoq;. Ditescam<sup>9</sup>, omnia in terra. Isti sunt, quorum deus vēter est. Qui enim nihil rerū spiritualium curāt, sed hīc omnia possident, & terrena ista curant, meritō deum vētrē habent, dicētes: comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Et de corpore quidē doles, dic mihi, quod terrestre est, tamen si nihil hoc illi nōceat: & animā detrahis in terrā? Debebas corp<sup>9</sup> etiā spirituale efficere: licet enim, si velles. Ventrē accepisti, vt nutrias, nō vt saginādo extendas, vt domineris illius, nō vt tibi eum dominū habeas, vt tibi ad alēdas reliquas corporis partes inseruiat, nō vt tū ipsi

inferuias, nō vt terminos naturę excedas. Tāta mala non facit mare fines suos transgressum, quanta venter si corpus nostrū cum anima superauerit. Omnem orbem illuit mare, & venter totū corpus. Pone illi terminum, naturę sufficientiā, quemadmodū deus mari posuit arenam. Et si æstauerit & ferocierit, increpa illum virtute quam in te habes. Vide quomodo deus increpauerit, vt ipsum imiteris. Tu vero nō vis, sed cum videas ipsum transgrediētrem, omnemq; naturā corruptentē ac stagnātem, nec cohibere audes, nec castigare. Quorum deus, inquit, venter est. Videamus quomodo Paulus seruiert deo. Videamus quomodo & gulosi seruiāt ventri. Non innumeras mortes sustinent tales? An nō verentur ad ea quæ venter præcipit non obedire? An nō ad impossibilia illi seruiunt? Nō mancipiis quibusuis peius habēt? Nostrā vero cōuersatio, inquit, in cœlis est. Ne quæramus ergo requiē in hac vita. In cœlis splendidi sumus, vbi & cōuersamur. Ex quo & saluatorē, inquit, expectamus dominū Iesum, qui transfigurabit corpus nostrū humile, vt cori forme fiat corpori suo glorioso: modicū nos subduxit. Ex cœlo, inquit, saluator noster veniet, & a loco, & a persona grauitatē & sublimitatē Christi ostendēs. Qui trāsfigurabit corpus, inquit, nostrū humile. Multa patitur nūc corpus, ligatur, verberatur, mille mala patitur, sed & Christi corpus tāta passum est. Hoc igitur innuit dicēs, vt cōforme fiat corpori suo glorioso. Igitur idem quidē est, induet vero incorruptionē: Trāsfigurabit. Ergo & habitum alium dabit, aut immutationē ita abusuē vocauit. Corpus vero nostrum humile dixit, eo q̄ abiectum nunc sit, & corruptioni ac doloribus obnoxium. Videtur vile esse, & nihil præceteris habere præcipui. Vt cōforme fiat, inquit, corpori suo glorioso. Pape, illine quod ad dexteram patris sedet, cōforme fiet hoc corpus? Illi quod adoratur ab angelis? illi cui adstant incorporeales illæ virtutes? illi quod est supra omnē principatum & potestatem, & virtutē? illi conforme fiet? Si ergo totus orbis sumptis lachrymis eos deseret qui ab ista spe deciderunt: num dignē collachrymaretur? q̄ cum promissio nobis sit facta futurū corpus nostrū corpori Christi ita glorioso cōforme, illi cū dæmonibus abeunt? Nihil curabo amplius gehennā: quæcūq; dixeris, nullius æstimabo ad istā collata ruinā. Quid dicis o Paule? Illi cōforme fiet? Etiā, inquit. Deinde ne diffidas, rationē quoq; adduxit: Secundū efficaciam, inquit, qua potest etiā subiicere sibi omnia. Potentiam habet, inquit, vt omnia sibi subiiciat, itaq; & corruptionē & mortem: imō vero ex ipsa potētia & hoc faciet. Quæ nanq; potētia maior est, dic quæso? An dæmones, & angelos, & archangelos, & Cherubin, & Seraphin sibi subiicere, aut corpus facere incorruptum & immortale? Multo sanē magis hoc, q̄ illud. Ostēdit maiora potētiā suæ opera, vt & istis credas. Itaq; etiā si videritis istos lætantes, & si videritis gloriosos, state. Nihil lædamini ab ipsis, nihil cōturbemini. Poterunt spes istæ quāuis pigrū ac somnolentū erigere. Proinde fratres mei dilecti ac desiderati, gaudiū & coronam eadē, sic state in domino dilecti. Sic. Quomodo? Immoti. Vide quomodo post adhortationē subiungat encomia: Gaudiū & coronam eadē: non simpliciter gaudiū, sed & gloria: nō simpliciter gloria, sed & coronam. Cui gloria non fuerit adequandum, q̄ Pauli corona isti sunt? Sic state in dominis dilecti: id est, in spe dei. Euodiam obsecro, & Synthicen obsecro, vt sint concordēs in domino. Sanē rogo & te compar





tus, si qua laus. Vult hic eos etiam ea que ad homines pertinent prospicere. Hæc cogitate, inquit, vides quomnem malam cogitationem animis nostris eximere conatur? Ex cogitationibus enim mala facta nascuntur. Que & didicistis & accepistis. Istud est doctoris, in omnibus adhortationibus seipsum exemplar exhibere, quem admodum & alibi dicit: Sicut habetis nos pro exemplari. Et iterum hic: Quæ & didicistis, & accepistis: hoc est, edocti estis. Et audistis & vidistis in me. Siue quod ad verba, siue quod ad acta & conversationem attinet. Vides quod de quouis vite negotio ista præcipiat? Quonia enim non licebat exacte de omnibus admonere, de introitu, de exitu, de verbis, de habitu, de conuictu, de quibus omnibus Christiano homini prospiciendis, breuiter & summam dixit, quæcunque audistis & vidistis in me: hoc est, apud me. Et per opera vos, inquit, & per verba induxi. Nihil enim naturæ nostræ adeo inimicum est, atque malitia. *Ista facite.* Non solum verbis, sed & factis exprimit. *Et deus pacis erit vobiscum.* Hoc est, In tranquillo eritis, in multa securitate. Nihil patiemini triste, neque quicquam præter vestrum consilium inuitis vobis nocebit. Si quando enim nos pacem cum deo habuerimus, (habebimus autem per virtutem) multo magis ipse nobiscum erit. Qui enim nos adeo dilexit, ut & nolentes accesserit, si viderit accurrentes, non multo maiorem amicitiam ostendet?

Morale.

Quomodo sit autem inimica nobis malitia, & virtus amica, multis experimentis manifestum est. Quid vultis de fornicatione dicamus? Probrosos reddit, pauperes, ridiculos, & omnibus contemptibiles: quibus scilicet quenquam afficere, inimicorum est. Sæpe vero & morbis & periculis inuoluit. Cõplures quoque scortorum gratia perierunt, & vulnera acceperunt. Si vero ista conciliat fornicatio, adulterium certe multo magis. Num ita habet & eleemosyna? nequaquam: Sed ut mater amico affectu in multa honestate, decorum, & bonam gloriam filium constituit, facit nos circa ea que necessaria sunt immorari. Non dimittit nos, neque a necessariis abducit, sed & animum nostrum prudentiorem reddit. Nihil enim imprudentius est fornicatoribus. Sed vis & auaritia videamus? Et ista eisdem nos, quibus inimicus, afficit. Quomodo? Facit & ipsa nos odio haberi ab omnibus. Efficit ut nobis male imprecentur omnes, & iniuria affectis condoleant quidem, sibi vero ipsis a nobis timeant, & ut vniuersi nos ut communes hostes, ut bestias, ut demones aspiciant. Innumeræ hinc sunt inquisitiones, insidiæ, inuidiæ, quæ omnia sunt inimicorum. Iustitia vero contrarium agit. Omnes nobis facit amicos, omnes familiares, omnes beneuolè erga nos affectos. Preces pro nobis sunt ab omnibus. Quæ nos concernunt, in multa sunt libertate & securitate. Nullum hinc periculum, neque suspicio quidem: sed & somnus securè obrepit. Nulla prorsus hinc cura, nullus est plactus: vides quomulto melior sit iustitia? Quid autem? Vtrum inuidere, an conlaudare melius est? Discutiamus hæc omnia, & inueniemus virtutem quidem instar matris reuera amicè affectam in securitatem nos constituturæ: malitiã vero rem esse minime securam, sed periculosam. Audi namque propheta quid dicat: Firmamentum est dominus timentium eum, & testamentum ipsius manifestatur ipsis. Neminem metuit, qui nullius mali sibi ipsi conscius est. Nemini rursus fidit qui in malitia viuit: sed & erga domesticos tremit, & cum suspicione eos aspiciat. Quid dico domesticos? Consci-

tiæ suæ tribunal non fert. Non solum externæ, sed & internæ ratiocinationes ipsum fatigant, quiescere non permittentes. Quid ergo, inquis, laudine internum viuere oportet? Non dixit, laudè spectat, sed quæ laudabilia sunt facias: non tamen laudis respectu. Quæcunque sunt vera: ista enim sunt mendacia. Quæcunque sunt honesta. Honestum ad virtutem conuersionis externæ, purum vero ad animum pertinet. Ne detis offendiculum, inquit, neque ansam. Quoniam dixerat, quæcunque sunt boni nominis, ne putes eum simpliciter quæ hominibus conspicua sunt dicere, subiunxit: si qua virtus, & si qua laus, ista cogitate, ista facite: vult nos semper in istis esse, ista curare, ista cogitare. Si enim inter nos ipsos pacifici fuerimus, deus erit nobiscum. Si vero bellum excitauerimus, deus pacis non erit nobiscum. Nihil enim adeo hostiliter aduersatur animæ, atque malitia: hoc est, In securitatem constituit eam pax & virtus. Itaque gubernare oportet quæ nostra sunt, & tunc deum attrahemus: non est deus belli ac pugnae. Dissolue bellum & pugnam, tam quæ contra ipsum quam quæ est contra proximum. Pacificus esto cum omnibus. Cogita qualem te deus existentem saluet: Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Omnino filium dei, qui tales sunt, imitantur. Imitare illum & tu quoque. Pacem serua. Quomulto te magis impugnerit frater, tanto maior erit merces. Etenim audi quid propheta dicat: Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus. Hoc virtutis est, hoc maius est humana ratione, hoc deo vicinum esse facit. Nihil adeo deum exhilarat, atque si iniuriarum memores non fuerimus. Hoc tibi peccata remittit, hoc tibi culpas adimit. Si vero pugnaverimus ac concertauerimus, pariatur inimicitia. Ex inimicitia vero, iniuriarum memoria & vindicandi libido. Excide radicem, & non erit fructus: ita discemus continere temporalia. Non enim est, non est, inquam, in spiritualibus pugna: sed quicquid fieri videas, siue pugnas, siue inuidiam, seu quodcumque aliud dixerit quisquam, temporalium gratia committitur. Habet enim omnis pugna ortum suum vel ex auaritia, vel ex inuidia, vel ex inani gloria. Itaque si pacifici fuerimus, discemus & ea quæ in terra sunt continere. Rapuit tibi quisquam pecuniam? Sed nihil læsit, modo supernas diuitias tibi non abstulerit. Gloriam tuam præpediuit? At non eam quam habes apud deum, sed eam quæ prorsus nulla est. Neque enim ipsa gloria est, sed nomen duntaxat gloriæ, imò vero ignominia. Præripuit tibi honorem? Non tibi, sed sibi ipsi. Quemadmodum enim qui alium lædit, non lædit sed læditur: ita & qui proximo insidiatur, seipsum primum interimit. Nam qui proximo suo foueam parat, incidit in eandem: ne insidiamur itaque aliis, ne nos ipsos lædamus. Si quando aliorum gloriam subuertimus, cogitemus quomodo hoc pacto nos ipsos lædamus, quomodo nobis ipsis potius insidias struamus. Proximum quidem etiam si forte poterimus, apud homines dano afficimus, nos ipsos vero apud deum lædimus, ipsum irritantes. Ne vel nobis ipsis noceamus. Quomodo enim proximum lædentes nos ipsos lædimus: ita & illi benefacientes, nobis ipsis benefacimus. Quando ergo tibi incommodat inimicus, benefacit tibi, si sapueris. Et tu non solum pariam referendo illum non vlcisare, sed & benefacias: at illata plaga, inquis, vehementer inheret. Hoc ergo cogita, quod non illi benefacias, sed illum quidem pungis, tibi ipsi vero benefacias, & confestim ad hoc venies, ut benefacias. Quid ergo? non isto proposito benefaciendum est? Non est quidem isto faciendum pro-

dum proposito: quando vero cor tuum aliud non admittit, vel hoc pacto ipsum inducito, & mox persuadebis ut inimicitiam remittat: & deinceps ut amico benefacias, futuramque bona assequeris.

Homilia xv.

*Auisus sum autem in domino magnopere, quod iam tandem reuiguit vestra pro me sollicitudo, in eo in quo & solliciti eratis, verum deerat opportunitas: non quod iuxta penuriam loquar. Ego enim didici, in quibus sum contentus esse. Noui & humilis esse, noui & excellere: ubique & in omnibus institutus sum, & saturari, & esurire, & abundare, & penuriam pati. Omnia possum per Christum, qui me corroborat. At tamen recte fecistis, quod simul afflictioni meæ communicastis. Sæpenumero dixi, eleemosynam non accipietium, sed potius dantium gratia introducendam esse. Nam illi sunt qui potissimum inde lucrantur. Hoc scilicet & Paulus hic ostendit. Quomodo? Miserant illi quædam logo antè tempore Philippenses, quæ quidem ipsa Epaphrodito commendauerant. Cum esset ergo illud cum epistola ista missurus, vide quomodo & laudet eos, & simul ostendat hoc non propter accipientium necessitatem, sed dantium gratia factum esse. Hoc autem facit, ne benefacientes in arrogantiam extollantur, & ut alacriores ad benefaciendum reddantur, tanquam se ipsos magis hoc pacto iuuant, accipientes vero non adeo securè ac temerè ad accipiendum properent, ne ad iudicium illis vergat. Nam beatus est, inquit, dare quam accipere. Quid ergo dicit? Gaius sum autem in domino magnopere. Non mundano more, inquit, neque temporaliter gaudis sum, sed in domino. Non autem ideo gaudis sum, quod ego recreationem habuerim, sed quod vos prosperè profeceritis. Nam hoc ipsum recreatio mea est, unde & adiecit, magnopere. Quoniam non erat corporale gaudium, neque propter suam ipsius recreationem gaudebat, sed propter ipsorum profectum. Et vide quomodo, posteaquam eos sensim præteriti temporis gratia increpauerat, mox illud obumbraverit ac mitigauerit, instruens, ut continui sint & perpetui in benefaciendo. Quod iam tandem, inquit: illud, iam tandem, ostendit illos multo tempore torpuisse. Reuiguitis: more fructuum nascetium, deinde arescentium, & postremo denuo nascentium. Istud vero significatis est, eos cum primum essent floridi, deinde tabefactos, rursus tandem germinasse. Est ergo illud, Reuiguitis, & increpantis pariter & laudantis. Non enim parum est quod emarcuerat, denuo reuigescere. Ostendit autem eos omnia ista ex fœcordia passos esse: Declarat autem hic eos etiam antea in talibus liberaliter agere consueuisse. Quapropter subiunxit: Ad hoc, ut pro me solliciti sitis: & ne putes eos & in reliquis promptiores fuisse & emarcuisse, sed in hoc solo. Vide quomodo subdidit: Ad hoc, ut pro me solliciti sitis. Ad hoc solum, inquit, iam tandem: in aliis enim non ita. Quæstionem autem hic quisquam quomodo is qui dixerit: Beatus est dare, quam accipere: & quoniam manus meæ necessitatibus meis subministrarunt, & his qui mecum sunt: & rursus ad Corinthios scribens, dixerit: Melius enim mihi fuerit, ut moriar, quam ut gloriationem hanc meam quisquam euacuet, & inanè reddat. Continet id, unde gloriatio sua poterat inaniri. Quomodo? Si ab aliis accepisset. Si iam, ut inquit, gloriatio eius ea erat, quod nihil acceperat, quomodo nunc accipere sustinet? Quid ergo est? Illic merito nihil accipiebat propter pseudopostolos, ut in eo de quo gloriatur, inquit, reperiantur sicut & nos. Et non dixit in*

quo sunt: sed, in quo gloriantur. Nam accipiebant quidem ab aliis, sed occultè. Propterea dixit, in quo gloriantur. Unde & ipse dixit, ista gloriatio mea non interumpetur. Et non simpliciter dixit, non interumpetur, sed quid? In regionibus Achaia. Et illud: Cæteras Ecclesias deprædatus sum, & accepto ab illis stipendio, quod vobis inferuim, ostendit eum accepisse. Sed Paulus quidem merito accepit, tantum opus administrans, etiam sicubi acceperit. Qui vero nihil operatur, quomodo nam poterit accipere? Sed oro, inquis. At hoc non est opus. Est enim istud etiam cum opere faciendum. Sed ieiuno. At neque istud opus est. Sed vide beatum istum ubique prædicantem & operantem. Verum deerat, inquit, opportunitas. Quid est, deerat autem opportunitas? Non erat hoc, inquit, fœcordiæ vestræ, sed necessitatis. Non habebatis in manibus, neque eratis in abundantia. Hoc enim est quod dicit, deerat opportunitas: id quod ex communi loquendi consuetudine desumpsit. Nam plerique ita loquuntur, quando ipsis temporalia non abundè adfluunt, sed in angustiis detinentur. Non quod iuxta penuriam loquar. Dixi, inquit, iam tandem reuiguisse vestram pro me sollicitudinem, & increpauit, non quod meum est querens, nec ita reprehendens, tanquam in penuria existens. Neque enim propterea vos querui: unde hoc o Paulus? Neque enim te ipsum iactas. Corinthiis sanè dixit: Non enim scribimus vobis, nisi quæ legitis, aut etiam agnoscitis. Et apud istos utique non tanquam penuria periciens dixit. Non sanè siquidem gloriabatur ista dicens, nam apud scientes locutus est, & maior erat pudor ac turpitudine, quam penuria perire. Ego enim didici in iis contentus esse, inquit, in quibus sum. Negocium hoc ergo disciplinæ est & exercitij, & curæ. Non enim facilis assécutionis, sed difficile est & rarum. In quibus facilius accipere, sed difficile est & rarum. In quibus noui & humilis esse, noui & excellere, ubique & in omnibus institutus sum: hoc est, & modicis vti: noui & famè ferre & penuriam, & abundare, & egere. Sed hoc, inquis, non fuerit scientiæ & virtutis, neque excellere & abundare. Et hoc vehementer virtutis est, non minus quam illud. Quomodo? Quoniam quemadmodum angusta paupertas ad multa mala faciendâ allicit, ita & abundantia. Cõplures enim sæpenumero in abundantia rerum constituti, negligentiores facti sunt, nec prosperitatem eam ferre nouerunt. Complures plerumque & ansam inde ceperunt nihil amplius operandi. At non ita Paulus. Nam quæ accipiebat, in alios infumebat, & in alios effundebat. Hoc est autem scire abundantem esse. Non diffundebatur, nec gaudebat super abundantiam suam: sed æquo erat animo, siue in penuria, siue in abundantia, neque ex penuria repressus, neque ex abundantia relaxatus. Et saturari, inquit, & esurire, & abundare, & penuriam pati. Multi saturari nesciunt: utpote Israëlita, qui comedebant, & calcitrabant. Sed in eadem modestia & constantia ego maneo. Ostendit quod neque nunc gaudis, neque antea contristatus sit sui gratia, sed ipsorum. Ipse quippe eodem ad omnia affectu fuit. Ubique, inquit, & in omnibus institutus sum: hoc est, Omnium experientiam longo isto tempore cepi, & hæc omnia mihi bene gesta & perfecta sunt. Verum quonia istud iactantiæ videbatur, vide quomodo confestim sese continet ac silitat. *Omnia possum per Christum*, inquit, qui me confortat. Virtus ista non mea est, sed eius qui potentiam dedit. Quoniam vero qui benefacient, si quando viderint accipientem non affici donis, sed ea con-

supr. 3. c

2. Cor. 6.4

Matt. 5.4

psal. 119. b

reuiiguitis ut pro me solliciti sitis.

1. Cor. 9. c

ibidem.

1. Cor. 9. c. In fine conuenit gloriationem suam inaniri, quomodo accipiendo se enim.

2. Cor. 11. b

2. Cor. 1. c

1. Cor. 9. c. dargui possit, dicebat] & lauari. capi, conuincit, argui. redar. qui] & lauari.

1. Cor. 9. c

temnere, segniores ad dandū reddūt. Nam ipsi affectu prāditī sunt largiēdi & recreandi. Si ergo Paulus recreationē cōtemneret, necessariō isti segniores redderēt. Ne igitur hoc fieret, vide quomodo iterum medeatur. Per ea nanq; quę dicta sunt hactenus, animū eorum deiecit. Per ea vero quę sequūtur, alacritatem eorum iterum excitat, dicens: *Attamen recte fecistis, quod simul afflictioni meę cōmunicastis.* Vides & quomodo seipsum segregauerit, & quomodo rursus cū illis coadunauerit. Istuc germana est amicitie & spiritualis. Ne putetis me quoniā in penuria cōstitutus nō fui, beneficio isto nō egere. Ego ppter vos. Quomodo cōmunicarunt afflictionibus ipsis? Per subministrationem istam: id quod & vincētus dixit, Cum sitis omnes mihi cōfortes gratie. Est enim gratia pati pro Christo. Quēadmodum & ipse dixit, Quoniā vobis datum est à deo, vt non solū in ipsum credatis, sed & pro ipso patiamini. Quoniā enim illa seorsum ac solitariē dicta deicere eos tanquā contēptos poterāt, propterea medetur, & cōplectitur, & laudat. Rursus vero moderatē: nō em̄ dixit, quod dedistis, sed ostēdit eos omnia lucratos, siquidē premiorum cōfortes facti fuerāt. Nec dixit, q̄ releuastis ad afflictiones meas: sed q̄ simul afflictioni meę communicastis, quod honestius ac grauius erat. Vides humilitatē Pauli? Vides animum generosum? Posteaquā ostenderat se nihilo eorum quę ipforū erant, sui gratia egere, tunc deinceps securē humilia quoq; verba loquitur, quę quidē & medicantes dicunt: quemadmodū, inquiunt, dare soles. Nihil em̄ detrectat vel facere vel dicere. Hoc autem dicit: Ne putetis impudentiā verba esse, q̄ castigo ac dico, iam tādē reuiguitis, aut q̄ in penuria sim. Non enim egens ista dico. Sed quid? Ex eo q̄ vehemētī sum in vos fiducia: & huius vero vos estis causa. Vides quomodo illis medeatur? Quomodo vos estis causa? Ante alios beneficio vestro profluentes, fiduciam nobis indidistis, istorum vos commōnēdi. Et vide honestatē. Cum non mitteret, non opprobrait, ne quę sua ipsius essent, curare videretur. Quādo vero miserant quādā, tunc prāteriti temporis ac neglecti gratia eos increpauit, id quod & patiēter tulerunt. Nā non videbatur postea, quę sua essent, quę rere. *Notis autē & vos Philipenses, quod in principio euangelij, cum proficiscerer à Macedonia, ne vna mihi quidem ecclesia communicauerit in ratione dandi & accipiendi, nisi vos soli.* Papæ quantū testimoniū. Siquidem Corinthij, ex eo q̄ ista ab eo audierant, item & Romani, flexi sunt: isti vero hoc fecerūt, ne vna quidē ecclesia prāeēte. Et enim, inquit, in principio euangelij, tantum studij erga sanctum istum ostenderunt, vt cum nullum haberent exemplum, ipsi primi in isto fructu ferendo fuerint. Neq; dici potest q̄ manenti apud ipsos apostolo, neque quod eorum gratia quę ad ipsos pertinebāt, hoc fecerint. Cū enim, inquit, pficiscerer ex Macedonia, ne vna mihi quidem ecclesia cōmunicauit in ratione dandi & accipiendi, nisi vos soli. Quid est autē accipiendi? Quid est, cōmunicauit? Quamobrem non dixit, quoniā nulla mihi quidem ecclesia dedit: sed, cōmunicauit in ratione dādi & accipiēdi: Cōmunicatio nāq; est res ista: Si enim nos spiritualia vobis, inquit, seminauimus, quid magni fuerit si nos vicissim carnalia vestra messuerimus? Et iterū: Vt vestra copia suppleat illorū inopiam. Quomodo? Communicarūt in ratione dandi carnalia, & accipiēdi spiritualia. Quēadmodum nanq; vendētes & ementes comunicāt

alternis quę alij vicissim rependit, (hoc est enim cōmunicatio) ita & hīc. Non est enim, non est, in quā, mercatura ista & negociatione quicquā lucrosius: nā fit quidē in terra, consummatur vero in cōelo. Ementes enim in terra quidē consistunt, cōemunt vero & paciscuntur ea quę in cōelis sunt, terrenū rependētes preciū. Sed istud ne reprehēdas, cōlestia pecuniis nō emuntur. Non pecunię ea cōparant, sed volūtas eius qui pecunias depēdit. Philosophia est tēporalibus superiorē esse, esse benignū & misericordem: alioqui si argēto cōlestia venirent, quę æra minuta duo de-  
pendebat, nihil vtiq; magni accepisset. Quoniam vero non argentū sed voluntas hīc valebat, factum est vt quia omnē voluntatē suā exhibebat, omnia quoq; acceperit. Non ergo dicamus pecuniis venire regnū cōlorū, non pecuniis emitur, sed animi volūtatē quę pecuniis ostēditur & exhibetur. Igitur pecuniis opus est, inquit. Nō opus pecuniis, sed animi voluntate. Illā si habueris, potes & per æra minuta duo emere cōelum. Illā vero si non habueris, non poterunt hoc vel innumera auri talenta, qđ alioqui possent æra minuta duo. Quare? quia si cum multa habeas, minus dependis: elemosynā quidem facis, tantam vero nō quantam illa vidua. Non enim tāta animi promptitudine dependis, quāta illa. Omnibus enim quę habebat, se ipsam priuauit: imō non priuauit, sed oīa sibi ipsi largita est. Nec potui aquę frigidę pmisit deus regnū, sed animi voluntati & alacritati: nec morti etiam, sed volūtatē. Alioqui nō est magnum vnam dare animā. Dedit vnum hominē: Vnus autē ille homo æquiparari non poterit. Nam & in Thessalonica cum essem, semel & iterum quod opus erat, mihi misistis. Rursus magnū encomium. Siquidē in metropoli constitutus, à modica nutritus est ciuitate. Et vide ne si omnino se à necessitate rerum eximeret, (id quod proueniēdo dicebam) segniores eos efficeret, quia toties ostēderat se non egere, semel dūtaxat hoc fecit, dicēs, quod opus erat. Et nō dixit, quod mihi opus erat, sed simpliciter quod opus erat, honestatē curans. Et nō solum eam, sed & quod futurū erat. Quoniam enim sciebat vehementer esse humile & abiectū, rursus correctione ipsum communit. Non q̄ munus requiram, inquit. Id quod & supra dixit, non q̄ iuxta penuriam loquar. Illud maius est, qđ hoc sit. Aliud enim est egētē nō querere munus, & aliud cum in egestate sis, ne reputare quidem q̄ egeas. Non quod requirā munus, sed quod requiram fructum exuberantē in rationem vestrā. Vides q̄ fructus illis inde natus sit? Propter vos, inquit, ista dico, non propter meipsum ad vestrā salutem. Nam ego nihil lucrō accipiēdo: dantium est ista gratia. Dantibus enim seruatur in futuro merces, accipiētibus vero cōsumuntur in hac vita quę data sunt. Rursus cū encomio, & q̄ eisdem afficiatur, & egeat. Quoniā dixerat, nō requiro, ne denuo segniores eos faciat, dicit. *Recepi verō omnia, & abūdo.* Hoc est, Per hoc munus, & quę omīssa fuerant, cōpleuistis: quod quidem potissimum promptiores eos faciebat. Quanto nanque philosophię studiosiores fuerint qui benefaciunt, hoc magis quærunt illis gratificari, quibus benefaciunt. Dicit itaq;: Non solum resarciuistis quę prāterito tempore neglecta fuerant, sed & exuperastis. Etenim ne videatur eos propterea culpāre, vide quomodo se rursus communit: quoniam dixerat, non quod requirā munus, & quod iam tandem reuiguitis: & quoniam ostēderat, debitum esse officium istud, (hoc enim est quod

† uereatur scriptura sacra dicere ]  
Gene. 8. d

psal. 49. c

† omne gaudium.

1. Cor. 9. c

† ut illi grati sint.

Matt. 6. b

quod dicit: Recepi) rursus ostēdit eos supra qđ debuerant, prāstitisse. *Recepi, inquit, omnia, & abūdo: expletus sum.* Nō temerē istud, neq; ex affectu dico. Sed quid? *Posteaquam accepi ab Epaphrodito quę à vobis missa fuerant, odorē bonę fragrantie, hostiam acceptā gratamq; deo.* Papæ, quō munus eorū euexit: Non ego, inquit, accepi, sed deus per me. Itaq; etiā si ego non egeo, nihil vobis cura sit: quoniā neq; deus opus habuit, & tamen suscepit. Ita vt nō t̄ veritus sit iuxta diuinā scripturā dicere, odoratū esse deum odorē bonę fragrantie: quod quidē erat sese oblectātis. Scitis enim, scitis, inquam, quomodo bona fragrantia afficiatur, gaudeat & exhilaretur anima nostra. Non detrectauit itaq; scriptura humano & humili more loqui, vt ostēderet hominibus accepta esse corā deo eorū munera. Neq; enim vel nidor, vel fumus acceptā faciebat oblationē, sed animi voluntas quę offerebat. Alioqui si hoc fuisset, placuissent etiā quę Cain offerebat. Dixit deū inde esse exhilaratū. Quomodo exhilaratū? Non enim aliter cognouissent homines placuisse munera sua. Cū itaque in penuria nō esset, dixit ita se exhilaratū, ne propterea q̄ non egeret, negligētiores fierēt. Et si quando reliquā virtutem neglexissent, istis fiduciam conciperēt. Vide quomodo rursus eos corrigit, dicens: *Nunquid manducabo carnes taurorū, aut sanguinē hircorum bibā? Non requiro, inquit, munus. Deus vero meus suppleat quicquid opus fuerit vobis secundum diuitias suas cum gloria in Christo Iesu.* Vide quomodo vicissim bene precatur, quēadmodū solent pauperes. Si vero Paulus bene precatur dātibus, multo minus pudeat nos, cum acceperimus, idē facere. Nō accipiamus autem, tāquā ipsi egeamus: neq; gaudeam⁹ nostri gratia, sed potius dantiū. Ita merces erit nobis etiam accipiētibus, si propter illos gauisi fuerimus. Ita etiā nō ægreferemus, si nihil alij dederint, imō ipforū nomine dolebimus: ita prōptiores quoq; & alacriores eos redemus, si docuerimus, q̄ ista non nostri gratia faciamus. Deus me⁹, inquit, suppleat quicquid opus vobis fuerit: aut omnē gratiam, aut t̄ omnem necessitatem. Siue omnem gratiā dicat, non eam solam, quę in terra prāstatur elemosynā dicit, sed quodcunq; recte factū: siue omnem necessitatē, quod magis dici puto: hoc est, Quoniā dixerat, deerat oportunitas: subiūgit hīc, quod & in ea quę ad Corinthios est, facit dicens: Qui suppeditat semē feminati, is & panē in cibum suppeditet, & multiplicet sementē vestrā, & ageat prouentus iustitię vestrę. Optat illis, vt sint in abundantia, & habeāt quod seminēt. Optat autē non simpliciter vt in abūdantia sint, sed secundū diuitias dei. Itaq; & hoc moderatē facit. Si enim ea cōditione fuissent, qua erat ipse, & ad eum modū philosophi, ad eūmq; modum crucifixi, nō hoc vtiq; fecisset. Quoniā vero viri erant artifices, pauperes, vxores habentes, liberos educātes, domos gubernātes, & ex modica facultate tanta dederāt: & aliquod adhuc habebāt prāsentīū quoq; desiderium, ad illorum captum sese demittens, optat comperētia. Illis enim qui rebus ita utebantur, nihil erat absurdi sufficientiā optare & abundantiam. Vide ergo quid dixerit. Nō dixit, faciat vos diuites ac locupletes valde. Sed quid? suppleat quicquid vobis opus fuerit, vt nō sitis in penuria, sed habeatis quę opus fuerint. Nā & Christus voti huius terminum nobis ponens, precatōnis istud indidit, instruens vt dicamus: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Secundū diuitias suas, hoc est, secū dum

donum suū: Id est, quoniā illi facile est, & possibile, & in promptu. Et quoniā dixi, quicquid opus fuerit, ne putetis q̄ in angustias vos sit locatur⁹. Propterea subdidit, Secundū diuitias suas cū gloria in Christo Iesu. Ita abundabunt vobis omnia, vt cum gloria eius sitis habituri omnia, aut vt nulla re egeatis. Nā & gratia, inquit, magna erat super omnes illos: neq; enim quiscquam egēs erat inter eos: aut, vt ad gloriam eius omnia faciatis, vt ad gloriam eius copia vestra vtamini. *Deo autem & patri nostro sit gloria in secula seculorum, Amē.* Ista vero gloria nō solū filio sed & patri fit. Quomodo enim glorificatur fili⁹, tūc glorificatur & pater. Quoniam enim dixerat istud in gloriam filij fieri, ne quiscquam putet solius esse filij, subiunxit: Deo autē & patri nostro sit gloria ista quę filio fit. *Salutate omnē sanctum in Christo Iesu.* Nec hoc modicum est, sed magnę beneuolentię, nempe q̄ per literas eos salutat. *Salutant vos qui mecum sunt fratres.* Atqui dicebas te neminem habere pari tecū animo prāditū, qui res eorum germanē curatur⁹ sit. Quomodo igitur dicis, qui mecum sunt fratres? Aut eos fratres dicit, quos secū habebat: aut illud, Quoniā neminem habeo pari mecū animo prāditū, non de illis dicit qui in ciuitate erāt. Quid enim necesse fuisset illos, quę apostolorū sunt, exequēda subire? aut q̄ non dubitat etiā istos fratres vocare. *Salutant vos omnes sancti, maxime vero qui sunt ex Cesaris familia. Gratia domini nostri Iesu Christi sit cū omnibus vobis.* Restituit eos ac recreauit, dum ostendit euangelij prādicationē etiam ad Cesaris vsq; familiam pertinuisse. Si enim qui in regijs sunt, omnia contempserunt propter regnū cōlorū, multo magis oportebat eos hoc facere. Atq; hoc sanē indicium erat, q̄ à Paulo diligenterur, & q̄ multa de ipsis narrauerit, magnāq; dixerit. Vnde & eos qui in regijs erāt induxit, vt salutarent istos quos nondū viderant. Nā hinc potissimū tum multa erat dilectio inter credentes, q̄ in afflictione cōstituti erant. Et qui procul etiā aberāt, veluti germana mēbra mutuo cohērebant, & pauper æquo erat affectus animo erga diuitem, & diues vicissim erga pauperem. Et nulla proflus erat inter eos excellētia & prārogatiua, q̄ omnes pariter odio premerentur & iactarentur, idq; eisdem de causis. Quēadmodum enim si ex diuersis ciuitatibus captiui quidam sedibus suis expulsi in vnam venirent ciuitatē, vehementer illi cohāerent, & sese mutuo complecterentur, communionē calamitatis eos conglutināte: ita sanē & tunc communionē afflictionum & tribulationis eos coniungente, multam habebant inter se mutuō dilectionem fideles.

Morale.

Ad afflictio nanq; vinculum est infractum, dilectionis augmentū, cōpunctionis & pietatis occasio & materia. Etenim audi quid Dauid dicat: Bonū mihi domine, q̄ humiliasti me, vt discā iustificationes tuas. Et iterum alium prophetā audi dicentē: Bonum est homini, si portauerit iugum ab adolescentia sua. Et rursus: Beatus homo quem tu erudieris domine. Et aliū quendā dicentem: Ne paruipendas disciplinā domini: & si accesseris ad seruiendū dominō, accommoda animū tuum ad tērationem. Et Christus quoq; dixit: In mūdo afflictionem habēbitis, sed confidite. Et iterum: Plorabit & lamentabimini vos, mūdus autem gaudebit. Item, Angusta & stricta est via. Vides vbiq; laudari ad afflictionē vbiq; tanquā quę necessaria nobis sit, commēdari? Si enim in externis certaminibus



*παραλαβή* nemo sine ista coronā adipiscitur, nisi laboribus seipsum, & ciborū abstinentia, & legitimo victu, vigiliisq; & mille aliis munierit: multo magis hīc. Quem nanq; mihi regem dices? At neq; ille securam vitā viuit, sed multis & afflictionibus & curis plenam. Neq; enim diadema aspicias, sed fluctus illos eurarum, per quos corona illi parta est. Nec purpuram intuearis, sed animum magis, q̄ purpura ista sit, obfuscatum. Non ita corona caput obuincit, atq; animum sollicitudo. Neque vero satellitū multitudinē aspicias, sed multitudinem tristitiarū. Neq; enim poterit priuata reperiri domus, quę tot ac tantis referta sit curis, quātis referta sunt regię. Singulis dieb<sup>9</sup> mortes expectata, & ante mensam videtur sanguis, & ante conuiuīū. Noctu vero, dici nequit, quoties palpitet & imaginādo subsiliat: idq; in pace. Si vero bellū aliquid occupauerit, quid poterit ista vita miserius esse? Quod vero attinet ad domesticos (quęcunq; subditos concernūt dico) deniq; perpetuo madet cognato sanguine pauimentum regiū. Et si vultis, narrabo quędā, & cognoscetis forsā, maxime quidē & vetera, & quę ante tēpora nostra sunt facta, adhuc tamē in memoria conseruata. Quidā dicitur vxorem de adulterio suspectam, in motibus nudam ac ligatam, feris laniandam tradidisse, matrē iam illi multorum regum factam. Quam putatis illum vixisse vitā? Nisi enim illum vehemēter ista animi passio decoxisset, ad tātum supplicium sumendum animum nō appulisset. Idem vero ipse filiū quoque suum necauit. Vel potius frater huius filium *αὐτοῦ ἑαυτοῦ* ipsius interemit. Hic quidē seipsum a tyranno comprehensus occidit, iste vero & consobrīnum suū, regni consortē, in quam communicationem ipse eum collocauerat, & vxorē cognouit a Perfis corruptam. Vt enim non pepererat mulier quędā infelix & misera, (nam infelix est & misera, quę donū dei sperauit per propriam se dare sapiētiā) † institutis ludis] corrupit reginā, & corrupta est simul & ipsa. Dicitur & fratē ille suū occidisse. Rursus & alius post istum, venenatis sublatus est pharmacis, & poculum illi nō amplius erat potus, sed mors. † Et filius ipsi oculū effoderat, metu futurorū, præter vllam iniuriā. ] Alius neq; honestē dici potest, quā miserabiliter vitā finierit. Eorum vero qui post istos fuerunt, alius quidē † combustit, quemadmodū miser quidam & infelix, cum equis & fœminis, & aliis omnibus, & mulierculā in viduitate reliquit. Quas enim, dū viuēret, afflictiones passus sit, dici non potest: quas cū iste insurgeret, ferre coactus est. Hic vero qui nūc dominatur, an nō ex quo diadema suscepit, in laboribus, in periculis, in afflictionibus, in tribulationibus, calamitatibus & infidiis versatur? At non tale est regnum cœlorum, sed posteaquā illud acceptū fuerit, habetur pax, vita, gaudiū, & lætitia. Sed, quęadmodū dixi, non est vita quę careat ærumnis. Si vero in tēporalibus, etiā quę omnium fœlicissima putatur, nēpe regia, tātis referta est calamitatib<sup>9</sup>, quid putas in priuatis? Et quāta reliqua sint mala, ne dici quidē poterit. Quot sepenumero fabulæ de istis cōficiuntur? Omnes propē tragœdiæ in scenis & fabulæ de regibus ostenduntur. Plura nanq; in fabulis ex rebus gestis finguntur. Ita enim voluptatē habent Thyestæa conuiuia, q̄, omnis illa domus calamitatibus subuersa est. Sed ista quidē ex illis quę ab externis cōposita sunt scimus. Si vero vultis & ex scripturis dicemus: Saul primus regnauit. Sed scitis quomodo post ipsum Dauid, & ipse mille malis tentatus

periclitatus sit, Salomō, Abia, Ezechias, Iosias similiter. Nō enim potest sine afflictione, nō potest sine laboribus, nō potest sine tristitia præsentē vitā quisquā pertrāsire. Sed nos tristemur nō propter talia, ppter quę reges: sed propter talia, vnde magnum etiam lucrum habemus. Quę enim secundū deum est tristitia, pœnitentiam stabilē & constantem ad salutem operatur. Pro illis cōtristari oportet, pro illis dolere, pro illis morderi. Ita contristabatur Paulus. Nā ex multa, † iquit, afflictione & anxietate cordis scripsi vobis per multas lachrymas. Quoniā enim rerū suarū gratia non habebat vnde lugeret, pro alienis hoc faciebat. Imō & illa propria reputauit, iuxta luctus rationem. Alij offendebātur, ipse vrebatur. Alij infirmabantur, infirmabatur & ipse. Bona est eiusmodi tristitia, melior quouis mūdano gaudio. Ita lugentē ergo omnib<sup>9</sup> hominibus præposuero: imō & ipse dominus ita lugentes & compatiētes beatos dicit. Non ita Paulum periculatorum gratia admiror & stupeo. Imō non tantum pericula admiror, quantū ea pro quibus singulis diebus moriebatur. Sed hoc me magis mouet. Nā ex animo fiebat dei amāte & amicē affecto, ex dilectione, quā Christus ipse quęsiuit, ex cōpassione fraterna & paterna, imō vtraq; ista maiore: Ita affectum esse oportet, ita lachrymari. Tales lachrymę multa sunt referta lætitia, talis luctus causa est gaudij. Etiam si eos quos deploramus, nihil iuuerimus: nos tamē ipsos iuabimus. Qui enim alienorum gratia ita dolet, multo magis hoc suorum gratia faciet. Qui aliorum delicta ita deflet, sua ipsius deslere non negliget: imō nō statim delinquet. Hoc vero demū graue est & acerbum, q̄ ita pro peccantibus lamentari iussi, ne pro nostris quidem peccatis aliquā pœnitētiā ostendimus, sed sine omni dolore peccam<sup>9</sup>: & omnia magis curamus, omniāque potius reputamus, q̄ nostra peccata. Propterea gaudemus inane mundi huius gaudium, quod confestim extinguitur, quod mille tristitias parturit. Tristemur tristitia quę gaudij sit mater, & non lætemur gaudio quod tristitiam pariat. Fūdamus lachrymas multam voluptatē seminantes, & non rideamus risum qui nobis stridorē dētium generet. Tristemur tristitia, ex qua germinet requies & refocillatio: & nō quęramus delicias, ex quibus multa nobis afflictio & dolor nascatur. Laboremus modicū in terra, vt deliciemur in cœlis. In fragili & caduca hac vita adflagamus nos ipsos, vt in æterna illa requiem assequamur. Nō simus remissi ac dissoluti in breui hac vita, ne ingemiscamus in æterna & infinita. Non videtis quā pleriq; etiam hīc temporalium rerum gratia adflagantur? Cogita & te vnum ex illis esse. Ferto afflictionē & dolorē, spe futurorum nutritus. Non es Paulo melior, neq; Petro, qui nunquam hic requie potiti sunt, qui in fame & siti & nuditate vixerūt. Si eisdem cum illis potiri vis, cur contrariam viam ingrederis? Si vis ad ciuitatem illam pertingere, in quam illi peruenire meruerunt, eam ingreditor viā quę illuc ducit. Non ducit illuc via quietis ac recreationis, sed afflictionis: illa spaciofa est, ista angusta. Hāc eamus, vt æternā vitam assequamur, in Christo Iesu domino nostro, cum quo sit patri simul cum sancto spiritu gloria, imperiū & honor, nūc & semper & in secula seculorū, Amen.

Finis commentariorum D. Ioannis Chrysostomi in epistolam Pauli ad Philipenses.

**DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI DE PROPECTV EVANGELII**  
*homilia, in dictum Apostoli: Siue occasione, siue veritate, Christus annunciat.*

*Phil. 1. c.*

**V**M pridem pharisæi & publicani mentionem faciendo, bigas duas, ex vitio seilicet virtutē que iungeremus, ostēdimus quā sit vtilis humilitas animi, & quā damnosa mentis arrogantia. Nam arrogantia, licet iustitiæ societur, & ieiuniis, & decimarū solutioni, posterior sit. Humilitas autem licet peccato iungatur, præcurrit pharisæi bigam: nec impeditur, quia improbum habet aurigam. Quid enim publicano deterius? Tamē nihilominus, quoniam animam suam contriuit, & peccatorem se confessus est, præoccupauit pharisæum, & ieiunia, vt dicitur, habet, & decimas datem, aque malis omnibus liberatum. Quarēnam hoc? Quia tametsi ab auaritia & rapina fuerit alienus, matrem tamen malorum omnium inanem gloriā & arrogantiam habuit in anima profundius radicatā. Et idcirco Apostolus obsecrat, & dicit: Vnusquisq; opus suū probet, & tūc in semetipso tantum gloriationē habebit, & nō in alio. Ille autem in mediū prorumpit, omnium qui in toto orbe accusator, & omnibus se hominibus meliorem dicit. Non fuisset tolerabile, si se decē tantū, vel quinque, vel duobus, vel vni prætulisset, Nunc autē nō solum paucis, sed & toti orbi se præposuit: vnde non mirū, q̄ cursu posterior fuit. Et sicut naui, quę multos fluctus trāsīt, multasq; tempestates effugit, in ipso autē portu tādem in scopulum impingit, iacturam torius in se recōditi thesauri facit: ita & pharisæus ille postquā sustinuit labores ieiunij, aliāsq; virtutes omnes, quia linguā non coërcuit, arrogantia sua in ipso portu naufragium fecit. Nam abire cum tanto detrimento à precibus, à quibus lucrum erat sperandum, quid aliud est, quā naufragiū facere? Proinde dilecti, cū hęc sciamus, omnium nos postremos existimemus, etiā si in ipsum virtutis culmē cōscenderimus. Scim<sup>9</sup> quoque quod arrogantia ex ipsis cœlis superbientē deducere, & humilitas ex abyssō peccatorū, modestē agentem, in altū reducere potest. Humilitas pharisæo publicanum præposuit. Arrogantia autē & superbia incorporeas virtutes, diabolū inquam è cœlo deturbauit: humilitas & priorū peccatorū agnitio, latronem ante apostolos in paradysum induxit. Igitur si qui sua consententur peccata, tantam sibi met ipsis fiduciā cōciliant: qui multorum bonorū cōscij, animas suas humiliant, quantas nō coronas assequuntur? Si enim humilitas peccatis sociata, tā expeditē currit, vt iustitię ipsam rectē iūgas, quādo eā iustitiæ coniunxeris, quō non peruenit? quos nō trāsibit cœlos? Stabit planē fiducia magna inter angelos apud ipsum dei thronū. Contrā, si cū iustitia copulata fuerit arrogantia, immodica sua grauitate etiam illius fiduciam detrahet: peccato autem iuncta, in quam gehennæ profunditatē nō præcipitabit? Hęc dixerim, non vt iustitiam negligamus, sed vt arrogantiam fugiamus: non vt peccemus, sed vt modesti simus. Fundamētū enī philosophiæ nostræ est humilitas. Esto, multū ædifices, habeas elemosynas, preces, ieiunia, virtutēsq; omnes, hac nō præcicta, frustra & in vanū crunt omnia, facileque ruet super arenam extructum

ædificium. Nihil est in omnibus nostris bonis operibus, quod hac nō egeat: nihil est, quod sine hac stare poterit. Etiam si dicas continentiam, virginitatem, contemptum diuitiarū, & quęcunq; libet, omnia profana, impura, & abominabilia sunt absque humilitate. Cum hac dicitur ædificemus: hanc in verbis, in operibus, in cogitationibus, in omnibus præstemus. Sed de humilitate sufficiant hęc, non equidem vt virtutis postulat dignitas (nullus enim eam pro dignitate laudare potest) sed pro vestræ charitatis intellectu. Scio enim q̄ amplexabimini eam magno studio, licet paucis admoniti dictis. Quoniam autem apostoli dictum hodie lectū, multis videtur ignauitatem ansam præbere, operæ precium vt ipsum clarius reddamus, quō nulli frigidam defensionē in salutis suæ perniciem inde sumant. Igitur cō sermonem stectamus. Quod autem hoc dictum? Siue occasione, inquit, siue veritate Christus annūciatur. Hoc multi in ore habēt, & simpliciter ac temerē circumferunt, neque priora, neque sequentia legētes, sed absctā aliorum membrorum consequentia, in animarum perniciem ignauioribus proponentes. Attentāt enim illos hac via à saniore fide abducere: deinde cū pauidos ac trementes, & periculum suspicari vidēt, vt timorem illum ex animis eorum eximant, dictum hoc Apostoli in medium afferunt, dicentes: Paulus hoc admisit inquit: Siue occasione, siue veritate Christ<sup>9</sup> annūciatur. Verūm hęc neutiquam se ita habent. Primum enim non dixit annūciatur: sed, annūciatur. Dicere enim, annūciatur, eius est qui legem statuit. Dicere autē, annūciatur, est annūciari quod euenit. Quōd autem Paulus legem nō statuit, vt fiat hærefes, sed abducat omnes ab hoc instituto, habes ex his. dicit enim, Si quis vobis euangelizauerit aliquid præter id quod audistis, anathema sit, etiā si ego, vel angelus de cœlo. Non autem anathematizasset & seipsum, & angelos, si re periculo carere sciuisset. Et iterū dicit: Zelotypus sum erga vos dei zelo. Aptauit enim vos vni viro, vt virginē castā exhibeatis Christo. Vereor autē, ne fortē vt serpens Heuam versutia sua decepit, ita corrūpantur sensus vestri à simplicitate, quę erat in Christū. Ecce, & simplicitatē posuit, & veniam non dedit. Nam si condonasset, iam non erat periculum: & si periculum aberat, frustra timuit Paulus. Christus quoque nō iussisset exuri zizania, si res indifferens esset, nunc illū audire, nunc aliū, & omnes absq; discrimine. Et quid nā est quod dicit? Resperat paulō altius historiā. Sciendū enī, in quo statu res Pauli erāt cum hęc scriberet: Quomodo ergo tūc agebat? In carcere erat, in catenis, grauib<sup>9</sup>q; periculis. Vnde hoc manifestū? Ex epistola ipsa, Nā ante hęc dicit: Scire autem vos volo fratres, quod que mihi acciderunt, ad maiorem euangelij profectū euenere: ita vincula mea manifesta facta sunt in Christo, in toto prætorio, ac cæteris omnib<sup>9</sup>, vtq; plures ex fratrib<sup>9</sup> in domino freti vinculis mei, vberius auerēt impaudē sermonē loqui. Nero enim eū in vincula cōiecerat. Quippe quemadmodū prædo aliquis domū cūctis dormientibus ingressus, vt auferat omnia, si quem viderit accēdere candelā, illum mox interimit, & lumē extinguit, vt auferre & rapere aliquid absque metu possit: ita & Nero tūc latronē & furem quendam agens, dormientibus omnibus, profundōque somno grauatis, omnium bona diripiebat, nuptias inuadebat, domos subuertebat, nullūque malitię genus intermittebat. Proinde mox vt beatū Paulum vidit

*μαλινόμαρον*

*προσβήμιον*

*αὐτοῦ ἑαυτοῦ*

*† medicina mentis dicitur*

*† Et filio quod occidit, metu effoderat, metu futurorum, nihil cōmerit*

*Gal. 6. a*

*Phil. 1. c*

*Gal. 1. b*

*2. Co. 11. a*

*1. Co. 3. a*

*Mat. 13. d*

*Phil. 1. b*

vidit accendere in mūdo candelā, & afferre sermonē doctrinā, quo sua reprehēdebatur iniquitas, quō omnia facere licēter posset, uravit vt & extingueretur prædicatio, & interficeretur magister. Itaq; vinctum sanctū illū cōiecit in carcerē. Et tunc hæc scripsit Paulus. Quis non admiraretur, & obstupesceret generosam illam animā cœli municipem? Vincētus, constrictusque Philippensibus scribit. Scitis autem quanto interuallo distēt Macedonia & Roma. Neq; charitatē & memoriā discipulorum ex pectore eius vel viæ prolixitas, vel tēporis tanta intercapedo, vel negotiorū strepitus, vel molestiæ, vel quæcūque alia, abradebant: sed habebat omnes eos in mente. Neq; ita catenis manus eius erant vincētæ, vt amore discipulorum anima eius cōstricta: id quod etiam ipse in præmio epistolæ declarat, dicēs: Propterea q; habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defensione & cōfirmatione euāgelij. Et sicut rex manē super thronū suum conscendens, & in regalibus aulis cōsistens plurimas vndequaq; literas accipit: ita & ille in carcere, quasi in regalibus palatiis sedens, multō plures & accepit, & misit: vndequaq; gētibus ad eius sapientiam confugientibus, & ad eum referentibus de omnibus quæ apud se fiebant. Et tantō plura q̄ rex administrabat, quāto & maior principatus sibi concreditus erat. Nō enim eos solū qui in Romanorū ditione, sed & barbaros omnes, deus qui terrā & mare cōtinet, in manus eius dederat. Atq; hoc manifestans Romanis dicebat: Nolo vos ignorare fratres, q; sæpe proposuerā venire ad vos, licet præpeditus fuerim vsq; in hunc diē, quō fructū aliquē habere inter vos quoq; sicut & inter reliquas gētes. Græcis simul ac barbaris, eruditus pariter ac rudibus debitor sum. Quotidie igitur curæ ei erat, quid Corinthij, quid Macedones, quid Philippenses: quomodo Cappadoces, quomodo Galatæ, quomodo incolētes Pontū, quomodo omnes homines valerēt. Et licet toti orbis curam suscepisset, nihilominus tamen non solū pro gentibus integris, sed & pro vno homine sollicitus erat. Et nūc quidē propter Onesimum epistolam mittebat, & propter eū qui apud Corinthios stuprū cōmiserat. Non enim hoc considerabat, q; vnus esset qui peccauerat, & præsidio egeret, sed quōd homo esset. Homo dignissimum dei animal, & propter quē nec vnigenito suo pater pepercit. Non enim mihi hoc dicas, q; sit fugitiuus quispiam, vel latro, vel fur, vel facinorosus, vel q; sit pauper, abiectus, vilis, & nullius frugis: sed cogites, quōd & pro ipso mortuus est Christus, sufficiatq; tibi, vt pote idonea sollicitudinis causa. Cogita, quantū illum esse necessarium sit, quē tantus Christus ita appreciatus est, vt nec sanguini suo pepercerit. Neq; enim opinor, si rex pro aliquo occidi vellet, quereremus argumētū aliud, num magnus quispiā ille sit, quē rex tantū facit. Non autē ego tantū opinor, sed sufficiens est mors eius, qui mortuus est, vt ostēdat quāte charitatis fuerit erga illum. Nunc verō, cum non homo, nō angelus, nō archangelus, sed ipse cœlorū dominus, ipse vnigenitus dei filius, carne vestitus tradit semetipsum pro nobis ad mortē: si nō omnia fecerimus, & attentauerimus, vt homines tāto precio redēptos, in omni cura habeamus, qua nos tuebimur defensione: quā veniā impetrabimus? Et hoc ipsum Paulus indicans, dicebat: Ne cibo tuo perde illū, propter quem Christus mortuus est. Volens enim eos qui despiciabant & contemne-

bant fratres infirmos castigare, & in officio continere, vt persuaderet eis habendā proximorū curā, hæc vnicam rationē pro omnibus dedit. Igitur sedens in carcere, per tantum spacium epistolā scripsit Philippensibus. Caritas enim erga deum nullis humanis impeditur, vt pote supernē in cœlis radicata. Et quid scribit? *Scire autem volo vos fratres.* Vidisti curam magistri pro discipulis? audi & curam discipulorum pro magistro: vt scias q; hoc erat, quo fortes & inuicti fiebant, quādo quidē ita mutuū inter se amore vincētī erāt. Frater em̄ qui à fratre adiuuatur, est sicut ciuitas fortis, & multō magis tot actātī vinculo charitatis inter se iūcti, omnib; dæmonū restiterūt insidiis. Nō opus est vltiori demonstratione & sermone, quōd Paulus discipulis deuinctissimus fuerit, qui & catenatus sollicitus pro eis erat, & quotidie moriebatur. Quōd autem discipuli Paulo vicissim magno studio deuincti fuerint, & nō solū viri, sed & mulieres, audi quid dicat de Phœbe: Cōmendo autē vobis Phœben sororem, quæ est ministra ecclesiæ Cenchrēsis, vt illā suscipiatis in Christo, sicut decet sanctos, & assistitis ei, in quocunq; vobis egerit negotio. Nam & hæc cum multis affuit, tum & mihi. Et hæc quidem, quōd officiosē eum adiuuerit, magnum accepit testimoniū. Priscilla autē & Aquilas etiā mortē pro Paulo adierunt, de quibus sic scribens inquit: Salutate Priscillā & Aquilā, qui pro anima mea suā ipsorum ceruicē supposuere. Et de alio quoq; his ipsis scribēs dicit, q; appropriari vsque ad mortem, nō habita ratione vitæ, vt suppleret id quod investro erga me officio fuit diminutū. Vides quomodo amabant magistrum, quomodo suæ ipsorum animæ salutem illius præferēbāt? & propterea tūc nullus eorū superabatur. Hæc autē dico, non vt audiamus solū, sed & vt imitemur: & nō ad subditos solū, sed & ad principes sermo noster se protendit: quōd & discipuli frequens in magistrōs officiū, & vicissim magistrī eandē quam Paulus erga discipulos amoris affectionem declarēt. Etenim Paulus tam anxie omnium salutem curabat, perinde ac totus mundus sibi vnica domus foret, neglectisq; suis vinculis, & plagis, & afflictionibus, & pressuris, considerabat & inquirebat quotidie, quomodo res discipulorum se haberēt: & sæpe propter hoc ipsum solū misit nūc Timotheū, nūc Tychicum: nam de hoc quidem inquit, Vt sciat & vos quæ ad me pertinent, quid agam: de omnibus certiores vos reddet Tychicus dilectus frater, & fidus minister in domino, quē misi ad vos in hoc ipsum, vt cognosceretis de rebus nostris. Et iterū aliis: De omnib; rebus meis certiores vos faciet Tychicus dilectus frater & fidus minister, & cōseruus in domino, quem misi ad vos in hoc ipsum, vt cognoscat quid agatis, & cōsolatur corda vestra. De Timotheo autē: Quapropter & ego non amplius ferens, nisi ad hoc vt cognoscerem fidem vestrā, ne quo pacto tentasset vos ille qui tētat, & inanis factus esset labor noster. Et Titū quoque aliō mittit, & alium iterum in alium locum. Atque ipse vinculorum necessitate in vno sēpe loco detentus, visceribus suis adesse non poterat, ita discipulis suis aderat. Itaq; & tunc detentus in vinculis scribebat Philippensibus: Scire volo vos fratres. Discipulos fratres vocat. Tanta enim charitas est, vt abiciat omnem inæqualitatem, nullāque vel eminentiā vel dignitatē sciat: sed & si quis omnib; sit sublimior, adusque humillimū omnium descendit: id quod & Paulus

& Paulus faciebat. Audiamus autem quid eos scire volebat: Quæ mihi acciderunt, magis ad profectum euāgelij euenerē. Quo pacto, & quomodo dic oro? Num vinculis absoluebare? Num catenam deponēbas? num impaudē prædicabas in ciuitate, & in ecclesia multos & prolixos sermones faciebas de fide, susceptisq; inde multis discipulis abibas? Num suscitabas mortuos, & admirationi eras? Num leprofos purificabas, & obstupesciebant omnes? num dæmones fugabas? Nihil horum dicit, sed quid? & quomodo profectus euāgelij factus est? ita vt vincula manifesta fierent in toto prætorio, & cæteris omnibus. Quid dicis? Hic profectus est, hoc incrementum, hoc prædicationis lucrum, quōd omnes didicerunt te vincētum? Ita profecto, dicit. Audi ergo sequentia, vt discas quōd vincula non solū non sunt facta obstaculum, sed & magnæ fiduciæ materia: atq; adeo, vt plerique fratrum in domino freti vinculis meis, vberius ausi fuerint loqui impaudē. Quid dicis o Paulus? Non anxietatem, sed fiduciam iniecerūt vincula: non timorem, sed amorem? nō habent quæ sequuntur consequentiam: Scio & ego. Neque enim iuxta humanorum operum morem hæc contigerunt, ait: sed super naturam fiebant, erantque diuinæ gratiæ opera, vt vnde alij anxij, inde illi fidentes redderentur. Nam si quis capit cōstringitq; ducem, & sit hoc manifestum aliis, vertitur in fugam omnis exercitus. Et si quis pastorem abducit ab ouili, absq; timore abiguntur oues. Atqui hīc non ita euenit, sed per omnia seculis. Dux vincētus erat, & fiebant alacriores milites omnes, maiorib;que animis & fiducia in aduersarios irrūpebant. Pastor cōstrictus erat, & oues neque auferebāt, neque dissipabantur. Quis vidit? quis audiuit? magistrorū aduersitatibus discipulos plus solatij capere? Quomodo non timuerunt? quomodo nō dixerūt Paulo, Medice cura temetipsum, libera te ipsum à malis: & nobis quoque cōsultū erit? Quomodo nō dixerunt talia? Quomodo? Erant edocti à gratia spiritus sancti, hæc non ex infirmitate, sed ex permissione Christi fieri, vt magis effulgeat veritas, quæ per vincula & custodias, & afflictiones & angustias crescens, in altius fastigium erigitur. Etenim si vincula, Pauli mentem deiecerant, & timidiorē reddidissent: nō mirum, si & ipse, & qui eum accessissent, fuissent anxij. Verū quia plus afferēbāt fiduciæ, & ad maiorem gloriā cōducebant: magis obstupescendū est, & admirandum, quomodo per rem ignominiam plenam, gloria doctori conciliatur, & per terriculentum fiducia & consolatio discipulorum crescit. Quis non obstupesceret, vidēs illum catena circumdatum, & dæmones fugare? Non diadema regis caput tam decorat, vt illius manus catenæ: non sua quidem natura, sed gratia in ipsis efflorescente, quæ magis consolabatur discipulos, videntes quidem corpus vincētum, linguam autem solutam, manus cōstrictas, sermonem verò liberum, & in totum mundum citius, quā solis iubar percurrentē. Magna sanē discipulorū consolatio erat, cum re ipsa discerent, nullam præsentium molestiarum grauem. Anima enim quando diuino amore & desiderio verē corripitur, ad nihil huius vitæ se conuertit: sed sicut mēte moti, contemnunt ignem, & ferrum, & feras, & pelagus, & omnia: ita pij furore quodam, maximē spirituali ac honestissimo infantiunt, deridētes omnia quæ vidēt. Et propterea discipuli videntes magistrum vincētū,

exultabant magis & gaudebant: re ipsa declarantes aduersariis, quā sint vbiq; inuicti, & nullis mancipati. Itaque rebus sic se habētibus, & multi quidā Pauli, grauius bellum excitare, & tyrannum contra eum crudelius exasperare cupientes, simulabant & ipsi se esse prædicatores: prædicabantque rectam ac sanam fidē, ita vt & doctrina Pauli magis increfceret. Hoc autem non ideo faciebant, quōd fidem rectam feminare vellent: sed vt audiret Nero prædicationē crescere, & doctrinam inualescere, vt inde exasperatus, quamprimum Paulum in profundum demitteret ac perderet. Itaque duæ erant tūc doctrinæ, vna discipulorum Pauli, altera inimicorum eius: illis ex veritate, his ex odio & contentione in Paulum, prædicantibus, & hoc manifestans docebat: Alij quidē, inquit, propter inuidiā & cōtentionē Christum prædicant, inimicis illis designatis: alij autem bona voluntate, quo discipulos suos intelligit. Deinde iterū de illis inquit: Alij quidem ex contentione, nempe inimici, non castē, non candidē prædicantes, sed existimantes addere se afflictionem vinculis meis: alij contra ex charitate, & hoc quoque de fratribus illis suis dicit: scientes quōd in euāgelij defensionem cōstitutus sum. Quid ergo? Attamen quouis modo, siue per occasionem, siue per veritatem, Christus tamen annunciat. Atque ita frustra & vanē verbum hoc pro hæresibus assumitur. Nam qui tunc prædicabāt, non dogma corruptum prædicabant, sed fidē sanam & rectam. Quōd si adulteratam doctrinam prædicassent, & alia quā Paulus docuerat, non vtique euenisset quod volebant. Non volebant autem aliud, q̄ vt aucta fide & multiplicatis discipulis Paulus à Nerone in grauius periculum adduceretur. Quōd si alia quā Paulus prædicassent, non vtique discipulos Pauli multiplicassent: & si nō plures fecissent, neque exasperassent tyrannum. Igitur hīc non dicit, q; corruptas doctrinas introducant: sed quōd causa propter quam prædicabant, non fuerit sincera. Aliud enim est occasionem prædicationis non esse sanam: & aliud, non esse prædicationem sanam. Nam prædicatio quidem non fit sana, quando errores continent dogmata. Occasio autem non fit sana, quando dogma quidem sanum est, prædicantes autem non propter Christum prædicant, sed vel ad inimicitias, vel ad aliorū gratiam. Proinde non dicit, quōd hereses introduxerint: sed quōd non ob rectam occasionem, neque ob pietatem prædicauerint id quod prædicauerunt. Quandoquidem hoc non faciebant ad incrementum euāgelij, sed vt Paulo infesti essent, & in maius periculum eum adducerent: & propterea illos arguit. Cæterum vide quomodo diligenter hoc posuit. Existimantes, inquit, afferre vinculis meis: nō dixit, afferentes vinculis meis: sed, existimantes, hoc est putātes quōd afferant: insinuat, q; licet illi sic opinentur, non tamen ipse sic afficiatur, quin potius ob euāgelij incrementum gaudeat, vnde adiecit, dicēs: *Et in hoc gaudeo, quin & gaudebo.* Quid enim, si etiam semetipsum perdunt illi, ex odio mei hoc facientes, dūmodo & quæ mea sunt inuiti augeant? Vides quanta erat Pauli virtus? quomodo nullis diaboli versutis capiebatur, & non solum non capiebatur, sed & ipsum laqueis suis apprehendebat? Nam licet multiplex esset & diaboli versutia, & ministrorum eius malignitas, qui prædicabant quasi idem saperēt quod Paulus, qui tamen sapiētes in versutia sua apprehendit,



prehendit, nō permittebat hoc fieri. Proinde Paulus hoc tunc declarans, dicebat: *Manere quidem in carne, necessarium magis propter vos: hoc certus scio, quod mansurus sum, & cum omnibus vobis permanens, in vestrum profectum, & gaudium fidei.* Illi enim presenti quidem vita eicere me cupiunt, & propterea sustinent omnia: deus autem non permittet propter vos. Hęc igitur omnia diligēter seruate memoria, vt eos qui simpliciter, ac temerē scripturis, ac cum pernicie proximi vtuntur, omni cum sapientia corrigere possitis. Poterimus autem & dictorum meminisse, & alios corrigere, si ad preces semper cōfugimus: & oremus deū, vt det sermonem sapientiæ, & intellectum auditus, certamque & indepređabilem huius depositi custodiam. Sæpe enim cōtingit, vt quę studio nostro corrigere nō possumus, ea per preces efficere valeamus, per preces inquam perpetuas. Semper enim orandū est, & in afflictione & prosperitate, & tam ei qui in tribulationibus, quā qui in bonis. Et illi quidem, qui in bonis & prosperitate, vt immota hęc maneāt, & non transferantur: huic autem, qui in angustiis, & afflictione, vt benignam eorum vicissitudinem sentiat. In tranquillitate es, ora deum vt ipsa tibi tranquillitas stabilis maneant. Tempestatem vides grauē, ora deum vt auertat ipsam, & ex ipsa tranquillitate faciat. Exauditus es, gratias age, quod exauditus es. Non exauditus es, perseuera, vt exaudiaris. Et si differt aliquando dominus, non id odio facit, neque te auersatur: sed differendo, diutius te secum seruare vult. Sicuti & patres filios indulgentius amātes, quō illos diutius apud se detineant quos desides vident, dedita opera morantur aliquid daturi. Caterū nō opus tibi patronis apud deum, neque multo discursu, vt blandiare aliis: sed licet solus sis, patronūq; careas, & per teipsum deum preceris, omnino tamen voti compos eris. Neque enim tam facile deus annuit, cum alij pro nobis orant, vt cum ipsimet oramus, etiam si plurimis pleni simus malis. Nam & hominum, quos valde exulcerauimus, irā quiescunt, si diluculo & meridie, & vesperi apud eos comparemus, atque cum illis continua ac humili consuetudine conuersetur: & multo magis apud deum, si frequēs fueris: licet indignus sis, dignus tamē eris: quoniam & indignus diutina familiaritate dignus fieri potest. Porro tria hęc, nempe quod indignum frequens cōuersatio dignum reddat: & quod deus magis annuat, si per nos ipsos oremus, quā si alij orent: & quod dando sæpe differt, non vt nos vacuis manibus amandet, & animo hæsītando relinquit, sed vt bonorum maiorum nobis causa fiat. Tria hęc inquam, ex parabola hodie nobis lecta, manifesta facere tentabimus. Accessit Chananæa Christum pro filia orans, quæ a dæmone agitabatur, & clamans cū tanta voce, ait: Miserere mei domine, filia enim mea male a dæmonio torquetur. Ecce alienigena mulier & barbara, & extranea a Iudæorum iurisdictione. Et quid aliud erat, quā canis, & indigna quæ voti cōpos fieret? Nō enim honestum est, inquit, vt accipiantur panis filiorum, & obiciatur canibus. Attamen

A precum frequentia digna facta est, non solum vt inter filios recenseretur quæ erat canis, sed & vt multis laudibus honestata dimitteretur. Dixit enim: O mulier, magna est fides tua. Quoniam autem Christus dixit, Magna est fides tua: nulla opus est demonstratione, & inquisitione vltiori de mulieris huius gloria. Vides quomodo mulier, quæ indigna erat, ex assiduitate facta est digna? Vis discere, quod etiam per nos ipsos orantes apud deum plus efficiamus, quā dum alij pro nobis orant? Clamauit hęc: & vt accesserunt discipuli, dicunt: Dimitte eam, quia clamat post nos. Et ad illos quidem dixit: Nō sum misus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israël. Quādo autem ipsamet accessit, & perseuerauit clamans, & dicens: Domine, etiam: Nā & catuli edunt de mensa dominorum suorum: tūc beneficium dedit, & ait: Fiat tibi sicut vis. Vides, quomodo repulit, cum alij precarentur: vbi verō ipsamet orans pro dono clamauit, annuit? Illis enim inquit, Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israël: huic autem dicit, Magna est fides tua, fiat tibi vt vis. Similiter ab initio & ad ingressum petitionis nihil respondit: vbi autem semel & iterum, & tertio accessit, tunc denique beneficium concessit. Et in fine docet, quod dare distulerit: non vt eam repelleret, sed vt patientiam mulieris omnibus monstraret. Nam si propter repulsam distulisset, neque tardē ei donasset: & nos minimē agnouissemus mulieris ab initio vsque ad finem fortitudinem. Dimitte eam, inquit, quia clamat post nos. Vos auditis vocē, ego mentem video, scio quid dictura sit. Nolo thesaurum mentis suæ occultum permanere, sed expecto & ileo, vt manifestetur, & omnibus clarus fiat. Cum hęc omnia non ignoremus, posthac, licet peccatores simus, & indigni in quos conferantur beneficia: licet soli simus, & intercessoribus careamus, ne deficiamus orando, ne despondeamus animum: scientes, magnum apud deum patrociniū esse per semetipsum magna alacritate ad deum contendere: quanuis autem differat, & cesset vt largiatur, neque sic recedamus: scimus enim, quod misericordiæ, magnæque erga nos clementiæ est ita differre & tardare. Si ita senserimus, animaque dolente & feruida, ac excitata, & tali quali ad ipsum Chananæa accessit, etiam si canes simus, grauibusque in peccatis, & nostra amoliamur mala: tantūque fiducia accipiemus, vt aliis quoque patrocinari possimus: quemadmodum Chananæa hęc, non solum ipsa fiduciam, & multas laudes consecuta est, sed & filiam intolerabilibus molestiis eripere potuit. Nihil enim, nihil inquam, precatione ignita & sincera validius est. Ipsa enim & præsentia mala dissoluit, & a futuris pœnis eripit. Vt igitur & præsentem vitam facilius transigamus, & ad iudicium fidentius migremus, multo studio, alacritatēque sedula precibus vacemus. Nam sic & reposita bona obtinere poterimus: quæ nobis omnibus per gratiam & misericordiam suam cōcedat dominus noster Iesus Christus, cui cum patre, & sancto spiritu sit gloria, imperium, & honor, in secula seculorum, Amen.

IN EPISTO-

IN EPISTOLAM PAULI AD COLOSSENSES, Diui Ioannis Chrysofomi expositio Vvolfango Musculo interprete. Homilia prima.

CAPVT I.

Paulus Apostolus Iesu Christi, per voluntatem dei, & Timotheus frater, his qui Colossis sunt sanctis ac fidelibus fratribus in Christo, Gratia vobis & pax a deo patre nostro, & domino Iesu Christo.



Mnes quidem epistolæ Pauli sanctæ sunt, habent tamen amplius quiddam quæ ab eo ex vinculis sunt misse, vt potest quæ est ad Ephesios, quæ ad Philemonem, quæ ad Timotheum, quæ ad Philippenses, & præsens ista. Etenim & ipsam vincus misit, quemadmodum scribens dixit, Propter quod & vincus sum, vt manifestem illud, sicut oportet me loqui: videtur autem ista post eam quæ ad Romanos est data esse. Nam illam quidem Romanis scripsit, quum eos nondum vidisset, istam vero, cum iam vidisset, & prope finē esset prædicationis suæ, id quod & ex eo liquet, quod in epistola ad Philemonem, inquit, cum talis sim, nempe Paulus senex, & rogem pro Onesimo: in ista vero ipsum mittit Onesimum, quemadmodum dicit, quem misi vnā cum Onesimo fido & dilecto fratre, fidum & dilectum, & fratrem eum vocans. Quapropter & cum fiducia in hac epistola dicit, nec dimoueamini a spe Euangelij quod audistis, quod prædicatum est apud vniuersam creaturā, quæ sub cœlo est. Durauerat enim iam aliquādiu Euangelij prædicatio. Arbitror autem hac vetustiore esse eā quæ est ad Timotheū, & circa mortē eius quoque scriptam, Dicit enim illic: Nam ego nūc immolor. † Vetustior sanē est ista quæ sit quam ad Philippenses scripsit. Tum enim primum erat in vincula Romæ cōiectus. Qua vero ratione istas Epistolas pl' aliquid præ cæteris habere dico? Hac scilicet, quæ ex vinculis scribēs: quemadmodū si strenuus quidam in bello victor, interea dum confecta cæde trophæa statueret, suis scriberet: ita sanē fecit & ipse, Nā & ipse sciebat hoc magnum esse. Etenim Philemoni scribens, inquit, quē genui in vinculis meis. Hęc autē dixit, ne tristetur in aduersis, sed gaudeamus potius. † Cū hęc scriberet Colossensibus, erat apud eos Philemon. Nā ad Philemonē scribens, inquit, & Archippo cōmilitoni nostro. Et in hac præsentī epistola, Dicit, inquit, Archippo, vide ministeriū quod accepisti. Videtur autē mihi hic Archipp' aliquod Ecclesię munus administrandū suscepisse. Nondum viderat autē Apostolus, neque istos, neque Romanos, neque Hebræos, cū ad eos scriberet. Et de illis quidē multis ex locis clarū est, de istis vero audi quid ipse dicat: Et quotquot faciē meā in carne nō viderūt. Et iterū: licet carne absens sim, tamen spiritu vobiscum sum. Ita, scilicet, præsentīā suam vbiq; plurimum valere sciebat, vnde & semper præsentē seipsum facit & applicat, etiā cum absens esset. Et quādo fornicatorem castigabat, vide quomodo iudicio suo præsentem se exhibuerit. Nam ego quidē, inquit, vt absens

A corpore, præsens autē spiritu, iam decreui tanquam præsens: Et rursus, veniam ad vos, & cognoscam non sermonē istorum qui inflati sunt, sed virtutem. Item, Non solū cum præsens sum apud vos, sed multo magis cū absens sum. Paulus apostolus Iesu Christi per voluntatē dei. Dignum fuerit & argumentū dicere, quod ex ipsa epistola colligimus. Quod est igitur? Per angelos credebāt se conciliatos accessum habere ad deum. Habebāt multas obseruationes, tam Iudaicas quā Gentiles: istas itaq; corrigit. Vnde & initio statim dicit, per voluntatē dei. Ecce rursus illud, per, posuit. Et Timotheus frater, inquit, igitur & ille apostolus. Decebat ergo eum quoq; notū fieri, His qui Colossis sunt sanctis. Ciuitas ista Phrygiæ erat, quæ ex eo liquet, quod vicinam habuit Laodiccam. Ac fidelibus fratrib' in Christo. Vnde sanctus factus es, inquit, dic quæso? Vnde fidelis vocaris? An non ideo quod per mortem sanctificatus es? An non ideo quod in Christo credis? Vnde frater factus es? Non enim in opere, neque in verbo, neque in virtute quāpiam fidelis comparueras. Vnde dic quæso, tanta tibi concedita sunt mysteria? An non propter Christū? Gratia vobis & pax a deo patre nostro. Vnde vobis est gratia? Vnde pax? A deo, inquit, patre nostro. Atqui nomen Christi non hoc modo ponit, Contra eos dico, qui calumniantur spiritum. Vnde deus pater est? Quis seruorum? Magnalia ista perpetrasset? quis te sanctū fecit? quis fidelem? quis filium dei? Qui te fide dignū reddidit, is etiam causa est, quod ista tibi concedita sunt. Fideles nanque non ideo duntaxat vocamur quæ credimus, sed & propterea quod mysteria ista nobis a deo conceduntur quæ neque angeli ante nos cognouerunt, sed indifferenter ista a Paulo ad hūc modum ponuntur: Gratias agimus deo patri domini nostri Iesu Christi. Videtur mihi omnia ad patrē referre, ne mox illis sermone assentiatur. Semper de vobis, cum oramus. Dilectionem suam non solum ex eo declarat, quod deo gratias agebat, sed & ex eo quod continue pro illis orabat, quod & eos quos non viderat semper in animo suo habebat. Audita fide vestra in Christo Iesu, & charitate erga omnes sanctos. Beneuolētiā ipsorum istis sibi conciliat. \* Epaphroditus hęc illi nunciauerat. Epistolam autem mittit per Tychicum, Epaphroditū apud se detinens. Et charitate, inquit, erga omnes sanctos: Non erga vnum & alterum, sed erga omnes, ergo etiam erga nos. Propter spem repositam vobis in cælis. Futura bona intelligit. Dicit autē istud contra tentationes, ne hic sibi recreationem quærerent. Etenim ne quisquam inferret, & quid proderit charitas erga sanctos, quum & ipsi miserē habeant & adhiētī sint: gaudemus, inquit, quod magnificavobis ipsis in cælis comparatis. Propter spem, inquit, repositam. Securitatē futurorū bonorum ita declarauit. De qua prius audieratis per sermonem veracem. Reprehendit eos hoc verbo, propterea, quod cum diu iam in fide fuissent, immutari trāsferriq; se sustinuerint. De qua prius audieratis, inquit, per sermonē veracē Euangelij. Veritatis testimonium meritō tribuit Euangelio, quoniam nullum est in eo mendacium. Euangelij. Nō dicit prædicationis, sed continue vocat Euangelium, admonens eos beneficiorum dei. Et posteaquam eos prius laudauerat, tum horum admonet. Quod peruenit ad vos quemadmodum & in toto mundo est. Gratificatur iā ipsis. Illud autē peruenit ad vos, metaphoricē dixit. Non aduenit, inquit, ad vos, & rursus abscessit, sed quod per-

Mar. 15. c

Infra. 4. a

† rōbris dicitur. potest etiam de secunda persona dici. vide Erasim. annot. infra. 4. b

† posteriori.

2. Tim. 4. b.

† posterior

† eo in loco erat.

Infra. 4. d

Cap. 2.

† pater est seruorum? Quis

\* Epaphroditus ponitur legēdum videtur.

\* peruenit quod per-

*nenit, vel quod adest & praesens est, vel de re amata loquitur.*  
 māsīt & adhuc illic apud vos est. Deinde quoniā plerique ex eo confirmantur q̄ multos habent dogmatum cōfortes, propterea subiunxit: quēadmodum & in toto mūdo. Adest vbiq; superat & obtinet vbiq; ; perstat vbiq; . Et fructificat & crescit quemadmodum & in vobis. Fructificat eo q̄ efficaciter operatur, Crescit, propterea quōd multi illud amplectūtur, propterea quōd magis atque magis corroboratur. Nam & in plantis, quādo corroborata est plantula, tūc & dentantur ramusculi. ] *Quemadmodū & in vobis. Praeoccupat auditorē laudib; , ne inuitus si fuerit, deficiat aut repugnet. Ex eo die quo audistis. Admirabile est, quōd mox accessistis & credidistis, & statim in ipso exordio fructum protulistis. Et cognouistis gratiam dei in veritate. Non verbo, inquit, neque fraude, sed ipsis operibus. Hoc ergo est q̄ dixit, & fructificat, videlicet, signa & miracula facit, q̄ simul vt illud accepistis, gratiam dei pariter cognouistis. Cum ergo Euangelium cōfestim adēdō potentiā ac virtutē suam ostenderit, quomodo nō graue esset nūc demum suspectum fieri? Quemadmodū & didicistis ex Epaphra dilecto conseruo nostro. Consequens ergo est istum illic praedicasse, didicistis Euangeliū. Deinde vt ostenderet virum hūc fide dignum esse, dicit, conseruo nostro. Qui est fidus pro vobis minister Christi, qui & exposuit nobis vestram dilectionem in spiritu. Ne dubitetis, inquit, de futura spe: videtis orbē cōuersum. Et quid opus est quā apud alios geratur dicere? Quā apud vos geratur etiā sine istis certa sunt & explorata: cognouistis enim gratiā dei in veritate, id est, ipsis operibus. Itaque duo ista futura confirmantur, q̄ & omnes passim fidem suscipiūt, & quōd vos quoque. Neque enim alia quidē facta sunt, alia vero dixit Epaphras, qui est, inquit, fidelis: hoc est, verax. Quomodo p̄ illis erat minister Christi? Quod ad Paulū concesserat. Qui exposuit nobis, inquit, charitatē vestrā in spiritu, hoc est, spiritalem, quā habetis erga nos. Si iste Christi minister est, quomodo dicitis reconciliationē cū deo esse per Angelos? Qui & exposuit nobis, inquit, charitatē vestrā in spiritu. Ea nanq; admiranda est, & solida dilectio, ita vt reliquā nomē duntaxat dilectionis habeant. Sunt autem quidam nō tales: at hoc non est veram amicitiam habere. Propterea & facile dissoluitur.*

*Mōra- le. Multa amicitia causa.*  
 Multa sunt causae ex quib; nascitur amicitia. Et turpes quidē praeteribimus. Nā nemo nobis illarū gratia cōtradicit, tanquā quae mala sunt. Sed si vultis naturales & tēporales in mediū adducemus. Itaque temporales quidē istae sunt: vt pote, beneficium quiscquam affectus est, ab ipsis maioribus suis acquisiuit amicū, aut ex mēsa, aut peregrinationis cōmunionē, aut est vicinus. Bonae sunt & ipsae. Aut eiisdē factus est artificij. Ista quidē nō est sincera. Aemulationem enim quandā habet & inuidentiā. Naturales vero sunt, vt patris erga filiū, filij erga patrē, fratris erga fratrem, nepotis erga auum, matris erga liberos. Vultis autem adiungamus & vxoris erga virum. Nam omnes conjugales amicitiae temporales sunt & terrenae. Igitur istae quidem illis vehementiores esse videntur: videtur inquā, quia saepenumero illis inferiores sunt. Etenim alicubi visi sunt amici germanius affecti quā fratres, etiam q̄ filij erga parentes, & natus quidē nihil opis attulit, alienus vero adfuit & adiuuit. Spiritalis vero dilectio, omnes reliquas excellit, rāquam regina quaedam suorū dominium habens, & splendido conspicua est habitu. Nihil enim terrenum hic est,

vnde ista nascatur, quemadmodum temporalis illa. Non ex cōsuetudine nascitur, non ex beneficētia, nō ex natura, non ex tempore, sed ē supernis descendit, ex ipso caelo. Et quid miraris q̄ ad conuersionem eius nulla opus est beneficētia, quando neque illata iniuria subuertitur: Quod autē ista maior sit quā illa, audi quid Paulus dicat: Optabā enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratrib; meis. Quisnā pater optauerit filij gratia in malis esse? Et iterū: Dissolui esse cum Christo, multo melius esset, manere vero in carne necessarium magis est propter vos. Quae mater mallet ista dicere, vt quae sua ipsius essent negligeret? Et rursus audi ipsum dicētē, Orbativobis ad spatium horae, aspectu nō corde. Et hic quidem pater si contumelia fuerit affectus amicitia dirimit, illic vero nō item, sed vsq; ad lapidantes etiam pertigit, beneficiis illos adficiēs. Nihil enim, nihil est, inquam, adeo firmum ac validum, atque spiritus vinculū. Etenim qui ideo factus est amicus q̄ beneficiū accepit, nisi hoc sine intermissione fiat, inimicus erit. Qui ex cōsuetudine indiuisse coheret, is rursus amputata consuetudine amicitia extinguet. Vxor quoq; quamprimum pugna intercesserit, deserit virum, & desiderium erga eum remittit. Et filius si diu viderit parētem viuere, grauat. In spiritali vero amicitia prorsus nihil horū est. Nihil em̄ ex istis est, vnde dissoluatur, quandoquidem neque ex ipsis consistit. Neque tempus, neque itineris prolixitas, neq; illata iniuria, neq; difamia, neque tumor, neq; contumelia, neque aliud quicquā inuadet illam, neq; etiam poterit dissolueri. Et vt rem istam cognoscas, lapidabatur Moyses, & tamē pro eis orabar. Quisnā pater hoc pro lapidate se filio fecisset, & non magis ipsum quoq; lapidasset? Persequamur istam amicitiam quae est ex spiritu (est enim valida & insolubilis) & non eā quae est ex mensarum cōfortio: nam & tales prohibemur etiā in ista amicitia nobis adiungere. Etenim audi quid Christus in Euāgelio dicat: Si quando conuiuū facis, inquit, ne voces amicos tuos, neq; vicinos tuos, sed claudos ac mutilos. Merito. Nā multa ex illis merces est. Sed ne ferre quidē potes, vt cum claudis & caecis comedas? Graue hoc & intolerabile putas ac detrectas? Maxime quidē nō oportebat eos auersari, veruntamen nō est necesse vt simul cū eis comedas. Etiāsi nō collocaueris eos tecū ad mensam, mitte tamē illis escas de mēsa tua. Etenim qui amicos ad prandiū vocat, nihil magni facit. Recepit enim in hac vita mercedē. Qui vero mutilū vocat & pauperē, deum habet debitore. Ne tristemur itaq; si nō in hac vita receperimus, sed si quādo receperim; hic, alibi in futuro nihil recipiem; amplius. Quāprimū retribuerit homo, nō retribuet deus. Si homo nō retribuerit, retribuet deus. Ne queram; itaq; illis benefacere, qui nobis respondere possunt, neq; eiusmodi retributionis spe illis beneficiamus. frigida em̄ est haec cogitatio. Amicum si vocaueris, ad vesperā vsq; durabit gratitudo. Propterea cōsumitur ista amicitia velocius q̄ qualibet tēporum ac momentorum exordia. Pauperem sanē & mutilū si vocaueris, nūquā peribit gratitudo. Nam debitorem habes deum, qui perpetuo remittit, & nunquā obliuioni tradit. Quanta verō molities fuerit, dic quēso, cum pauperibus non posse ad mensam simul recumbere? Quid dicis? Immūdus est pauper, inquit, ac sordidus. Laua ipsum, & ita due ad mensam tuā. Sed indumēta habet fordida & squalida? Per-

muta cū tuis, da illi stolam mundam. Non vides quantū hic sit lucrū? Christus per ipsum ad te venit, & tu erga ipsum parcus es & sordidus: Cum regē voces ad mensam, adhuc istorum gratia contaris ac metuis? Ponantur duae mensae: vna quidē ex istis repleatur, & habeat caecos, debiles & claudos, manus habētes aridas & brachia mutila, nudos pedes, vnam indutos tunicā, eamq; protritā: altera vero habeat optimates, duces, toparchas, principes magnos, preciosis indutos vestib; , subtilib; etiā indumētis, & zonis praecinctos aureis. Rursus hic in mensa pauperū, neq; sit argentū, neque multum vini, sed quod sufficiat, & exhilarare valeat. Pocula vero & reliqua vasa ex vitro dūtaxat sint facta. Illic autē in mēsa diuitum sint quidē omnia vasa ex argēto & auro. Et tale sit hemicycliū vt nō vnus illud portet, sed duo strenui adolecētes vix loco moueāt. Deinde ponantur amphorae multo splēdidiore argēto, nēpe ex auro. Sit hemicyclium tenere ac delicate vndiq; stratum. Rursus sint hic accumbentiū multi ministri, non minus vestibus adornati & splēdide induti, anaxyridas etiam habētes. Pulchrum enim est aetatis flore vegetos videre & bene curato corpore. Illic vero ad mēsam pauperū duo dūtaxat stent famuli, quibus nihil cordi sit omnis ille fastus. Et sint illis quidem fercula sumptuosa, istis vero tāta quae excutere possint animi molestia, & hilares reddere. Dixine & cōcessi abunde satis? Et est ne vtraq; mēsa satis diligēter ad hunc modū instructa? Aut desideratur aliquid? Ego quidē non puto. Etenim & vocatos conuiuas & multum illum vatorū, stratorū, & ferculorū sumptum recensui. Verūtamen si quid omissum est, sermonē prosequētes inueniemus. Age ergo, quoniā commode nobis vtraque mensa instructa est, videamus vbi vos accubaturi sitis. Nam ego quidē ad eam proficiscor quae est caecorū & claudorū. Vestri vero plurimi mēsam forte ducum eligēt illustrem & splendidam. Videamus itaque vtra maiore sit voluptate & iucunditate referta. Nōdum autem futura bona discutiamus. Nā in istis etiā mea vincit. Quapropter? Propterea quod Christū hęc habet recubentē, illa vero homines, ista habet dominum, illa seruos. At nondum ista exquiram, sed videamus vtra maiore habeat iucunditatē, eam quae praesentis sit accubitus. Et iuxta hoc quidē maior est hic voluptas. Etenim accumbere cum Rege maiorem adfert voluptatem, quā si accubueris cū seruis. Sed discutiam; & istud, rem ipsam in seipsa exquirentes & pōderantes. Ego igitur & qui mecū hanc pauperū mensam eligūt, cum multa libertate & animi delectatione & loquemur & audiemus omnia, vos autē tremētes ac timidi, simūlq; discumbentes veriti, ne manum quidem protendere audebitis, tanquam in pædagogium quoddam, non ad pradium, ingressi, & veluti coram molestis ac sauis dominis trementes. At illi non ita. Sed magni honoris est, inquis, recubere cū potioribus. Atqui ego maiore potiar honore. Nā vestra tenuitas hinc magis apparet, quando eadē mensa cōmunicantes seruorum more abiectē loquimini. Etenim & serui tenuitas tum maxime apparet, quādo cū hero suo discumbit. Nam ille quidem loco sibi nō cōpetenti constitutus, nō tantum honoris ex mensae familiaritate acquirat, quā abiectionis & humilitatis. Tunc enim vehementer inferior redditur. Seorsum vero cōstitutū seruu, seorsum etiā constitutū pauperē, videre est illustri-

rem esse, quā si cū diuite gradiatur. Quicquid enim humile est & abiectū, tum maxime apparet quā sit humile, quādo sublimi coniunctū fuerit, & ipsa collocatio quod abiectū est, abiectius facit nō sublimi. Ita & vos, q̄ cum potioribus accumbitis, viliores facit. Nos vero non ita: Igitur in istis duplici nomine vos superamus, & libertate scilicet & honore, quibus quod ad voluptatis rationē attinet, nihil cōferri poterit. Ego quippe malim cū libertate panem sumere, quā cum seruitute mille fercula. Nā melius est, inquit, ad olera vocari cum amicitia & gratia, quā ad vitulum saginatum cum inimicitia. Quicquid enim illi dixerint, coguntur laudare praesentes, aut certe offendere, nisi parasitorū locum amplectantur, imō illis etiam peiores sint. Etenim illi, etsi cum dedecore, libere tamen opprobriandi ius habent: vobis vero neque hoc licet. Tantam itaque humilitatē illic habetis (metuitis enim & cum timore humilissimi) honorem vero non ita. Itaque omni iucunditate priuata est illa diuitum mensa, ista verō quae pauperum est, quāuis animi delectatione referta est. Sed ipsorū etiam ferculorum naturam discutiamus. Illic quidem, etiā inuito, necesse est multo vino rumpi. Hic vero nihil cogit nolētem comedere & bibere. Itaque voluptatem eam quae illic ex qualitate ciborum est, ignominia & repletionis molestia occupans aufert. Nā corpora nobis non minus repletio corrumpit, & dolore conficit, quā ipsa fames, imō multo etiam peius. Et des mihi quēcumq; voles, facilius ipsum repletionem quā fame rumpam ac perdam. Est enim reuera fames repletionem tolerabilior. Famem nanq; etiam viginti dies quisquam ferre poterit, repletionem vero ne solos quidē duos. Et qui cum fame continue luctantur, in agris nēpe, sani sunt, & nihil opus habent medicis. Hanc vero repletionem dico, nisi continue vocarent medicos, vtique non ferrent. Imō & medicorum auxiliū saepenumero ista repletionis tyrannis fefellit. Potiores itaq; quod ad voluptatē attinet, habet hęc pauperū mensa. Si enim suauior est honor, quā ignominia sit, etsi suauius est in potestate esse, quā subditū esse, & libere loqui, & agere iucūdius, q̄ tremere & meticulosum esse, & quantum satis est necessariis potiri, magis quā excedendo mensurā in deliciarum fluctus immergi, etiam voluptatis gratia melior est ista pauperū, quā illa diuitum mensa. Est etiam sumptus gratia melior. Nā illa multa insumit, ista vero non item. Sed quid? Ergo discumbenti- bus duntaxat suauior est pauperū mensa? An & conuiuatori plus adfert voluptatis quā illa? Hoc enim est quod nobis potissimū queritur. Igitur qui diuites & magnates ad prandiū vocat, ante cōplures dies pradium hoc praeparat, & cogitur subire negotia, curas ac sollicitudines, neque noctu dormiēs, neq; per diē quiescens, sed multa in seipso comminiscens, & coquis, & popinatoribus, & structoribus facienda praecipiens, deinde imminēte ipso conuiuij die, videre est ipsum timidiorē esse, quā sint quibus iā depugnandum est, ne quid cōtra praescripti rationē fiat, ne qua per inuidentiā fascinatio noceat, ne multos inde acquirat erimatores & opprobatores. Pauperes vero ad prandiū vocans omni hac cura negotiisq; istis liber est, mensam ex tēpore per seipsum parās, ac nihil ante multos dies curans. Et post ista oīa ille mox gratiā perdit, iste vero deum habet debitore, & bona spe nutritur, singulis dieb; ab ista mēsa saturatus. Etenim

*Anaxyridas brachia sunt, hoc est, laeui quoddam vestis genus quo contra frigus vrebantur.*

*Locus luc. 14. de uocandū ad prandiu pauperibus copiose tractatur.*



Etenim tibi quidē cōsumuntur, gratia vero non cōsumitur, sed quotidie magis gaudet & latatur, q̄ qui multū adeo vini ingurgitat. Nihil enim animū adeo nutrit, atq; spes bona, qua placida & vtilia expectantur: sed videamus & reliqua. Illic quidē sunt tibi citharæ, ac fistulæ: hic vero nulla est absurda catio, sed quid: Hymni & psalmodiæ. Illic laudatur demones, hic vero laudatur omniū deus. Vides quāta ista gratia, illa vero quāta abūdet ingratitudine & stupiditate: Nam dic mihi: Paut te deus ex bonis suis, vnde & postea quā pastus es illi oportebat agere gratias, & tu demones introducis? Quæ eū fistulis & musicis instrumentis canuntur, nihil aliud sunt quām dæmonū cātilenæ. Dicendū erat, Benedictus es domine quoniam aluisti me ex bonis tuis. Sed velut canis quidam ignominiosus & vilis ne recordaris quidē horū, sed demones superinducis. Imò canes siue accipiant aliquid, siue nō accipiāt, adulantur domesticis, tu vero nō ita. Canis etiā si nihil accipiat, adulatur hero suo, tu vero etiā cū acceperis latras cōtra dominū tuum. Rursus canis etiā si beneficij quicquam acceperit ab alieno, neq; sic tamē inimicitia quam aduersus illum habet remittit, neq; ad amicitiam illius attrahitur: tu vero etiā cū innumera mala patiaris à dæmonibus, nihilominus eos ad conuiuia tua introducis. Itaq; duplici nomine peior es cane. Opportune vero iam canum mentionē fecerim, cōtra eos qui tum solam gratias agunt, quando beneficiis afficiuntur. Obsecro pudorem vobis incutiant vel canes. Illi famem quoque patietes adulatur heris suis: tu vero mox atque quempiam à dæmone curatū esse audieris, Dominum tuū deseris, ô canibus stultior & improbior. Sed iucundum est, inquis, videre scorta. Quæ est illa iucunditas? Imò quæ non est ignominia? lupanar facta est domus tua. Furor est & infania. Nō erubescis, q̄ ista voluptatē vocas? Etiā si liceret qualibetvi voluptate, omne tamē voluptatē superaret turpitudine, & quæ ex turpitudine ista est, molestia & iniucūditas. Domum tuā lupanar facis porcorum instar in cæno volutatam. Si vero scorta duntaxat ad aspectum vsq; admittis, en etiam sic maior est dolor. Cōspectus enim nullam habet voluptatem, si non acceperit vsus. Imò maior etiam hinc est concupiscentia & vehemētor flamma. Sed vis cognoscere finem? Illi quidem insanis ac mente percussis à mensa surgētes similes sunt, temerarij, iracundi, atque etiam ipsis mancipiis ridiculi: & serui quidem abscedunt sobrii, illi vero ebrii, O dedecus. A pauperum vero mensa nihil tale videtur, sed prandium gratiarū actione claudētes, ita domū abeunt, iucunde dormiētes, iucunde rursus exurgentes, omni turpitudine & crimine liberi. Si voles & ipsos conuiuas vtrinque videre, aspice, quomodo illi quidem tales sint intus, quales isti foris, cæci, mutili, claudi: & qualia horū sunt corpora, tales illorum animæ, morbo intercute & inflāmatione correptæ. Talis est enim arrogātia. Nam post delicias nascitur cecitas. Talis quippe est repletio & ebrietas claudos faciēs ac debiles. Rursus & istos vide tales habētes animas, qualia illi corpora, nēpe splendidas & bene ornatas. Qui enim in gratiarum actione viuūt, qui nihil vltra necessariā sufficientiā requirūt, qui ita philosophantur, illi sunt in omni alacritate & splendore. Videamus vero quis & hic & illic sit finis. Illic quidem voluptas est lasciuia, risus effusus, ebrietas, vrbana factia, turpiloquiū. Nam quoniā ipsi verētur turpia

A & obscœna loqui, sit hoc per scorta. Hic vero benignitas & māsuetudo: igitur illū qui diuites vocat, vana gloria incitat, & contra hæc omnia veluti armat. Hūc vero qui pauperes vocat, benignitas & māsuetudo. Nam hanc quidē mensam cōmendat benignitas, illā vero vana gloria & crudelitas, quæ est ex iniustitia & auaritia. Et illa in ea desinit quæ cōmemorauit, nempe in arrogantiā, ecstasim & insanā. Tale siquidē est vanæ gloriæ germen: ista vero in gratiarū actionem & gloriam dei. Atque hic etiam maior est commendatio ab hominibus. Nam illi quidem inuidēt etiam, hunc autem velut cōmunem patrē suspiciunt omnes, etiā nullo beneficio adfecti: quæadmodum fit cū iniuria adfectis, quibus cōdolent etiā qui nihil sunt læsi, & cōmunes fiunt cōtra iniquē agentē inimici pariter omnes, ita & habet cū illis quibus beneficit, etiam qui nihil beneficij ceperunt, non minus laudant & prædicāt benefactorē quā quibus factū est bene. Et illic quidē multum est inuidiæ, hic vero multū prouidentia & auxiliij, mulæ ab omnibus preces. Atq; in hac sanè vita ista sunt, in futura vero quando Christus aduenerit, stabit iste cum multa securitate, & audiet coram vniuerso orbe, E surientē me vidisti & pauisti, nudū vidisti & operuisti, hospitium, & collegisti, & quæcunq; talia sunt. Ille vero cōtraria audiet, Serue male & piger: Et rursus. Væ qui deliciai sunt in stratis suis, & dormierunt in lecticiis eburneis, qui biberūt vinum defecatum, & primario vnguento delibuti sunt, & ista tanquā firma putarūt, & non tanquam fugacia. Ista nobis nō temerē dicta sunt, sed vt animus vester immutetur, & nihil inutile & noxium faciatis. Quid igitur, inquis, si & ista & illa fecerō? Multus est hic sermo in ore omnium. Et quid necesse est, dic quæso? Cū possis omnia vtiliter facere: ita tamen diuidas vt quædam in vanum & frustra cōsumas, alia vero vtiliter. Dic quæso, si inter seminandum alia quidē supra petram, alia vero interram bonam proieceris, an & hic satis hoc tibi fuerit, vt dicas, quid damni est, si alia quidē temere & inaniter, alia vero in terrā bonā proiecerim? Nam quæ ratione non omnia in terram bonam? Sed videamus quā obrē vtilitatē imminuas. Equidem si colligenda esset pecunia, nō hoc dicerēs, sed vndiq; colligentes: illic vero nō ita. Et si fœnerandū sit, an nō dices, quare hæc quidē egentibus, ista vero diuitibus dabimus? Quin demus illis omnia. Hic vero vbi tantū est lucri, non reputabis istud, & cessabis aliquando vane sumptū facere, & frustra bona tua perdere? Sed est & hic lucrū quoddā, inquis. Quod nā, dic quæso? Amicitias auget: Nihil est his hominibus vilius qui hinc amici fiunt, nempe à mensa, & repletionē. Parasitorū duntaxat amicitia ex istis nascuntur. Ne rem adeo celebrem cōtumelia afficias, dilectionem scilicet, neque dicas hæc ipsius esse radicē. Quæadmodū si quis arborē aurum & lapides preciosos ferentem, nō talē habere radicē, sed ex putredine nasci diceret. Idem tu quoq; facis. Etenim si hinc nascitur amicitia, nihil illa frigidius fuerit ac vilius. At pauperū mensæ amicitia generant, nō erga homines sed erga deū, eamq; cumulata & auctam, quoniā & ipse cumulata sunt. Nam qui partim in pauperes, partim vero in diuites infumit, etiam si multa dederit, nihil tamē magni fecit. Qui vero in pauperes omnia impenderit, etiam si modica dederit, totum tamen perfecit. Non enim quæritur, nū multa quisquæ dederit vel modica, sed

an non

an non minus dederit quā poterit. Consideremus eum qui quinq; & eum qui duo talenta lucratus est. Consideremus eam quæ duos obolos in gazophylacium misit. Consideremus viduam illā quæ pauit Eliam. Nō dicebat illa quæ duos obolos misit, quid nocuerit si vnū quidē obolum mihi ipsi retinuero, aliterum vero dederō? sed omnem vitam suam dabat. Tu vero cum in tanta sis abundātia, sordidior es illa. Ne negligamus itaq; nostram ipsorum salutem, sed summo studio per eleemosynā eam procuremus. nihil enim illa melius est. Atq; hoc declarabit tēpus futurū. Interea tamē & præsens hoc ostēdit. Viuamus ergo ad gloriā dei, & quæ illi probantur faciamus, vt pmissis bonis digni reddamur, quæ cōtingat nos omnes assequi gratia & benignitate domini nostri &c.

Homilia secunda

**P**ropterea & nos ex quo die audiuius, non cessamus pro vobis orare, & poscere vt impleamini agnitione voluntatis ipsius in omni sapientia & prudentia spirituali, vt ambuletis dignè domino, vt per omnia placeatis in omni opere bono fructificantes & crescentes in agnitione dei. Propterea. Quapropter? Quoniam audiuius fidem vestram ac charitatem, quoniam spem bonam nasci sumus, etiā de futuris spe bona deum precamur. Quæadmodum enim in certaminibus eos potissimū excitamus, qui non procul à victoria sunt: ita sanè facit & Paulus. Hos maximè adhortatur, qui plus cæteris assequuti sunt. Ex quo die, inquit, audiuius, nō cessamus pro vobis orare. Non vnum aut alterum, aut tres duntaxat dies pro vobis intercedimus. Declarat hic quoque dilectionem suam, & simul tacitè innuit quod nondum ad finem peruenerint. Hoc enim declarat quod dicit, vt impleamini. Et vide mihi prudentiam beati huius. Nusquam eos nihil omnino cōsequutos esse dicit, sed ostendit deesse adhuc quædā. Hoc illud, vt impleamini, vbiq; declarat. Et iterum: Vt per omnia placeatis in omni opere bono: rursus, In omni virtute corroborati. Item, Ad omnem patientiam & longanimitatem. Illud enim, in omni, testificans est, & si nondum totum, aliquid tamē eos perfecisse. Et vt impleamini, inquit. Non dicit, vt incipiatis: cœperāt enim: sed, quod adhuc reliquum est, vt impleamini. Ita & correptio minus inuidiosa facta est, & encomium adeo planè factum non permittit eos animis cōcidere, ac segnes fieri. Quid est autē, vt impleamini agnitione voluntatis eius? Quod per filium, inquit, reconciliati accessum ad eum habetis, & non itē per angelos. Cognouistis quidem q̄ reconciliatio opus sit: reliquum verò vobis est, vt & quā obrem filiū miserit discatis. Si enim opus fuisset saluari per angelos, filium vtiq; non tradidisset. In omni sapientia, inquit, & prudentia spirituali. Quoniam enim per philosophos seducti estis, volo vos, inquit, omni sapientia spirituali instructos esse, non iuxta sapientiam hominum. si vero spirituali sapientia opus est vt discatur voluntas dei: continuis ergo precibus quoq; opus est, vt quid sit essentia ipsius cognoscatur. Declarat etiā hic Paulus, q̄ ex quo orare cœpit, nec vnquā perfecit, nec ab orādo cessauerit. Hoc enim indicat, qd̄ supra dixit, ex eo die quo audistis. Cōdemnationem verò illis adfert, q̄ ex quo & precibus adiuti erāt, seipsum non recuperarūt. Et poscere, inquit, cum magna diligentia. Nam hoc declarat quod dixit: & cognouistis. Sed oportet adhuc aliquid cognoscere, vt ambuletis, inquit, dignè domino.

Tomus quartus.

no. De vita hic & operibus dicit, etenim & hoc vbi que facit. Semper cōiūgit fidei, vitæ cōuersationem, vt per omnia placeatis. Quomodo autem per omnia placeatis: in omni opere bono fructificantes & crescentes in agnitione dei. Quemadmodū, inquit, confestim & abundē seipsum vobis reuelauit, & quæadmodum tantā accepistis scientiam: ita & vitæ cōuersationē, quæ digna sit fide, ostēdit. Exigit enim ista magnam rectā vitæ cōuersationem, & maiorem multo quā vetus. Qui enim deum cognouit, & seruus dei fieri meruit, imò & filius. Vide quanta opus habeat virtute. *Omni robore corroborati.* De rētationibus hic & persequutionibus loquitur. Precamur, inquit, vt impleamini, corroboreminiq; ne torpescatis, neq; desperetis. *Iuxta robur & imperiū gloriæ illius.* Vt talem, inquit, animi alacritatem recipiatis, qualē dare decet imperiū gloriæ ipsius. *Ad omnem patientiam & longanimitatē.* Quod dicit, tale est: Breuiter, inquit, oramus, vt strenuā ac solidam vitā habeatis, cōuersationēque Christiana dignam, & stetis firmiter corroborati, quemadmodū à deo corroborari decet. Propterea dogmata nondū hauctenus attingit, sed in vitæ cōuersatione versatur, in qua nihil habebat quod reprehēderet. Et postea quā, in quibus oportebat, eos laudauit: tum demū & reprehensionē instituit. Hoc etiam vbiq; facit. Si quādo quibusdā scripturus, habet quidem quod reprehēdat, habet verò etiā quod laudet: primū laudat, deinde ad taxāda vitia deseēdit. Primum enim auditorē sibi familiarē & beneuolū reddit, atq; ita reprehensionē omni suspitione liberat, & declarat se per omnia quidē laudare & cōmendare malle, necessariò tamē in eos carpenti sermones induci & cogi. Atq; hoc etiā in priore ad Corinthios facit. Cū enim eos plurimū laudasset, vt qui eū diligerent, tū ab eo qui fornicatus fuerat exorsus, reprehensionē aggreditur. In ea verò quæ est ad Galatas, non ita sed cōtrariū agit. Imò verò si quis probē discusserit, etiā illa ipsa reprehētio ex laude est. Quū enim nullā haberet ipsorum virtutem, quā tum cōmendaret, & vehemēs esset vitiiū, vniuersis nimirū corruptis, posētq; eò q̄ essent robusti, correptionē ferre, ab ea exorditur, dicēs: *Miror.* Itaq; & istud encomium habet. Postremo tamē eos laudat, non quidē præsentiu virtutū gratia, attamē propter præteritas, cū dicit, Si fieri potuisset, oculos vestros eruisseris, mihiq; dedissetis. Fructificantes, inquit: hoc de operibus dicit. Corroborati. Istud ad tentationes pertinet, ad omnē patientiam & longanimitatē. Longanimitatē inter seipsum mutuò ferendos, patientiā erga externos. *Lōganimes em̄ erga eos sumus, quos vlcisci possumus: patientes verò erga eos quos vlcisci non possumus.* Propterea patientia quidē deo nunquam tribuitur, longanimitas verò sapissimè, quæadmodū hic ipse beatus alibi scribēs, dicit: An diuitias bonitatis illius ac tolerantia longanimitatēq; cōtemnis? Ad omnē. Non nūc quidē, postea verò nō amplius, sed semper. In omni, inquit, sapientia & prudentia spirituali. Nam alioqui voluntas ipsius cognosci nequit. Atqui putabāt se voluntatem eius tenere. Verū nō erat spiritualis sapientia. Vt dignè ambuletis domino: hoc enim iter est bonæ cōuersationis. Qui nanq; benignitatē dei edoctus, simul didicerit vt & filium dei traditū cognoscat, maiorē habebit alacritatē. Alioqui verò nō hoc solum oram, vt discatis, sed vt & ipsis operib; declaretis & exprimatis. Qui em̄ cognoscit

N & non

& non facit, punietur etiā. Vt ambuletis, inquit: hoc est, semper, nō semel dūtaxat, sed perpetuo. Quē admodum necessariū nobis est vt ambulemus, ita quoque vt rectē viuam. Atq; hoc semper deambulationem vocat, & meritō, declarās talē nobis p̄scriptā esse vitā: sed mundana talis non est. Et multū hic est encomij qđ dicit, vt dignē ambuletis domino, & in omni opere bono, vt semper pergatis ac crescatis, & nusquā pedē figatis. Et methaporicē, fructificātes, inquit, & crescentes in cognitione dei, quātū homini possibile furit. Per imperiū eius, multa cōsolatio est. Non dixit potentiā, sed imperiū & dominiū quod maius est. Per imperiū, inquit, gloriā eius. Quoniā gloria eius vbique dominatur & imperat. Consolatus iam est eos qui contumeliosē tractabantur. Et iterum: Vt ambuletis dignē domno. De filio dicit, nēpe q̄ vbiq; dominetur, tam in cōelo quā in terra, quōd gloria eius vbiq; regnet. Non simpliciter dicit corroborati, sed quē admodū decet eos qui tam potenti domino seruiunt. In cognitione dei, obiter simul & diuinę cognitionis rationes attingit. Hoc enim est seductū esse, deum quemadmodum oportet nō cognoscere, aut quomodo oporteat, inquit, crescere ī agnitione dei. Si enim qui filiū nō nouit, neq; patrem cognoscit, merito cognitione filij opus est. Nihil enim proderit vitā cōuersatio sine ista cognitione. Ad omnem potentiā, inquit, & longanimitatem. Cum gaudio gratias agētes deo. Deinceps adhortatur eos, nō meminit futurorum bonorū quę illis erāt reposita, sed hoc in principio quidē innuit, dicens, Propter spem quę vobis reposita est in cōelis: hīc verō eorū meminit, quę iam habebant. Faciebāt enim ea ad ipsorum confirmationem, & multis locis hoc facit. Ea quippe quę iam facta sunt, auditorē certum reddūt, & magis erigunt. Cum gaudio, inquit, gratias agentes deo. Ordo hic est, Non cessamus orare pro vobis simul & pro prioribus donis gratias agentes. Vides quomodo seipsum in sermonē de filio faciēdum inducat? Si enim cū magno gaudio gratias agimus, magnifica sunt quę dicūtur. Potest em̄ quisquā gratias agere timoris gratia duntaxat. Potest & in tristitia cōstitutus, vtpote Iob, qui quidē gratias egit, verū cum dolore. Et dixit: Dominus dedit, dominus abstulit. Neq; enim dicat quisquā quę cōtingebant, eum non cōtristasse, neq; m̄stitiam aliquam incussisse, ne magnum encomium iusto huic auferat. Quando vero talia fiunt, neq; propter timorē neque propter dominium solum, sed & propter ipsam rerū naturam fiunt. Gratias agamus ei, qui idoneos vos fecit ad partem fortis sanctorū in lumine. Magnum est quod dixit. Talia sunt, inquit, quę data sunt, vt nō solum dederit, sed & potētes fecerit ad accipiēdum. Quōd ergo dicit, qui idoneos fecit, multū esse dono huic pōderis ostendit: vtpote si tenuis quisquā fuerit rex factus, poterit p̄fecturam dare cuicunq; voluerit, & tantum poterit duntaxat, nempe dignitatē donare, idoneum verō ad principatum gerendum facere nō poterit: quin plerunque talē collatus honor ridiculum facit. Si quādo cum ipsa dignitate idoneum etiā ad honorē faceret & accōmodum ad gubernādum, tum res ista honoris esset. Hoc igitur & hic dicit, nēpe quōd nō solum honorē nobis, sed & vires ad amplectendū eum dederit. Duplicatur enim honor per id quod & idoneos ad collatum donū facit. Non dixit simpliciter, qui dedit, sed qui idoneos fecit ad

Non dixit potentiā, sed imperiū & dominiū quod maius est.

Faciebāt enim ea ad ipsorum confirmationem, & multis locis hoc facit.

Iob. 1. d.

ad partem fortis sanctorū in lumine: hoc est, qui vos in albū sanctorum retulit. Sed non simpliciter etiam hoc dixit: sed qui iisdē quoq; cum illis potiri dedit. Pars enim est, quod quisq; capit. Potest enim aliquis in eadē esse ciuitate, & tamē non iisdem cum aliis potiri. Fieri verō nequit, vt qui eandem partem habet, non etiam iisdē potiatur. Potest quisquam in eadem sorte esse, & tamē eandem non habere partem: vtpote in eadē sorte sumus omnes, at non eandem partē habemus omnes. Hīc verō istuc non dicit, sed & partem simul cum sorte coniungit. Qua ratione sortem vocat: vt ostēdat neminē ex propriis suis virtutibus acquirere regnū: sed quē admodum fors magis euentu est & casu, ita & hic. Nemo enim talē vitę cōuersationē ostendit, vt regno dignus esse possit, sed totum donum est ipsius dei. Quapropter & dicit: Si quādo feceritis omnia, dicit: Quoniam inutiles serui sumus: quę nāq; facere debuimus, fecimus. Ad partem fortis sanctorū in lumine. Et futuro, inquit, & p̄senti: hoc est, in sciētia. Videtur autē mihi & de p̄senti & de futuris bonis pariter dicere. Deinde declarat quibus nos dignatus sit deus. Non enim hoc solum admirādum est, q̄ regno nos dignatur, sed & appendendū est, quales existentes illo dignetur. Neque em̄ idē est, sed plus aliquid inde accedit. Id quod & in ea quę ad Romanos est facit, dicens: Nā vix pro iusto quisquā morietur. Siquidem pro bono forsītā aliquis etiā mori sustinet. Qui eripuit nos, inquit, a potestate tenebrarū. Totum ipsius est, & illa dare pariter & ista. Nusquā enim nostrę virtutis est. A potestate tenebrarum, inquit: id est, errorū ā tyrannide diaboli. Nō dixit, ā tenebris, sed ā potestate tenebrarum. Habebat enim multā in nos potestatem, & dominabatur nostri. Nam graue quidem est vel simpliciter esse sub diabolo, cū potestate verō illud demū grauius est. Et transtulit, inquit, in regnū filij dilectionis suę. Non igitur benignitatem suam in hoc solo declarauit, q̄ ā tenebris liberauit. Magnum quidē est, ā tenebris liberare: verū multō maius est, in regnum etiam introducere. Vide ergo q̄ multiplex fiat donum, quōd in imo iacentes nos liberauit, deinde quōd non solum liberauit, sed & in regnū transtulit. Qui eripuit nos. Nō dixit, exemit vel eduxit, sed eripuit, vt declararet multam nostram fuisse calamitatem, & illorū captiuitatem. Deinde & facilitatem diuinę virtutis exprimit, q̄ dicit, & transtulit. Quemadmodum si quis militem de loco in locum traduceret. Et non dixit, traduxit, neq; transposuit. Totum enim transponētis fuisset, & non trāseuntis: sed transtulit, inquit. Itaque & nostrum est & ipsius, in regnū filij dilectionis suę. Non dixit simpliciter in regnū celorum, sed honestiorem sermonem reddidit dicens, in regnū filij. Nullum enim isto maius est encomium, quod & alibi dixit: Si sustinebimus, & conregnabimus. Iisdem nos dignatus est cū filio, & non hoc solum, sed & q̄ rem istā plurimū exaggerat, cum dilecto inimicos & obscuros subito quodā modo eō transtulit vbi filius est, in eundem scilicet cum ipso honorem. Neq; hoc solo contentus est, vt ostendat doni magnitudinē, non satis habet dicere, in regnū, sed & addit, filij. Et neq; hoc dūtaxat, sed subdit, dilecti: imo nec istud solum, sed & naturę honorificū insigne adiicit. Quid enim dicit? Qui est imago dei inuisibilis. Verū non statim illud aggressus est, sed beneficentiam dei erga nos interseruit. Etenim ne audiens totū fuisse patris, filium

Luc. 17. 4.

Rom. 1. 4.

praed. i. 10.

trans. i. 10.

2. Tim. 2.

filium putares exclusum esse, totū tribuit filio, & totū quoq; patri. Nam ille quidem transtulit, sed hic causam exhibuit. Quid nanque dicit? Qui eripuit nos ex potestate tenebrarū. Idipsum verō est, In quo habemus redemptionem, remissionem peccatorum. Nisi enim nobis remissa fuissent peccata, eō vtique translati nō essemus. Vide rursus hīc illud, in quo. Et nō dixit, λυτρωσιν redemptionem simpliciter, sed, ἀπολύτρωσιν, plenā videlicet & cōsummatam redēptionē, ita vt deinceps in eadem non incidamus amplius, neq; mortales de nō reddamur. Qui est imago dei inuisibilis, primogenitus vniuersę creaturę. In quēstionē hęreticam incidimus. Propterea suspendētes illam hodie, in crastinum diē differemus, quatenus flagrantes aures vestras percellere liceat. Si verō amplius quidem dicere oportet, maius est opus filij. Quomodo? Nā illud quidem, nēpe vt in peccatis manētibus regnum detur, impossibile, istud verō facilius. itaque dono illi viā aperuit. Quid dicit? A peccatis ipse te liberauit. Ergo & ipse reconciliauit. P̄molitur est iam dogmatis radicē. Verūm dū illud prius dixerimus, necesse erit postea finire sermonem. Quod est illud? Quōd tanta beneficentia potiri, nunquā illius obliuisci, sed semper donum hoc dei in nobis ipsis versare, quibusq; liberati, & quę consequuti simus, cogitare debemus: atque ita erimus bene grati: ita dilectionem erga deum intēdemus. Quid dicit homo? Ad regnum vocatus, ad regnū filij dei, & oscitabundus es totus, ac desidum more scalpis, ac torpes? Si nanq; singulis diebus vel in mille mortes infiliēdum fuisset, an non omnia ferre oportebat? Atqui principatus gratia nihil nō faceres: cū verō cōsors futurus sis regni vnigeniti dei, nō obiciēs te vel mille gladiis? nō infilies in ignem? Et istuc nōdum graue quicquam fuerit. At tu luges etiam q̄ abiturus hinc es, & p̄senti bus libenter immoraris, plus a quo corporis curam agens. Quidnam hoc est? Et mortem etiam horrendū quid esse putas. Horū verō causa sunt delicia, & vitę remissio. Alioqui qui vitam viuūt acerbam, auolare quoq; vellet, & ab hac vita liberari. Nunc verō idem patimur quod euenit & auium pullis pigrescētibus, semperq; in nido manere cupientibus. Illi quantum diutius hęserint, tantō redduntur imbecilliores. Nidus enim quidam est p̄sens hęc vita, ex festucis & luto cōpactus. Etsi magnificas mihi ostenderis ædes, etiam ipsas regias auro multo & lapidibus preciosis splēdidas, nihil tamen illas ab hirundinū nidis differre putabo. Ingruente nanq; hyeme cadent omnia sponte sua. Hyemē verō diē illū dico, nō quidem omnibus hyemem. Nam & Christus illum noctem simul vocat & diē, noctem propter peccatores, diē propter iustos. ita & ego nunc hyemem illū voco. Si æstate bene enutriti non fuerimus, vt imminēte hyeme volare queamus, nō agnoscent nos matres nec fouebunt, sed fame perire sinent, aut cadente nido prorsus interire. Tanquā enim nidum quēdam, immō & facilius etiā nido subuertet tunc omnia deus reparans, ac restaurando adaptans omnia. Qui verō tū pennis carebūt, illiq; in aëra currere non poterunt, sed ita fuerint ignauius educati, vt leue alarum remigiū non habeant, ea patientur quę meritō ad hūc modū dispositis ferēda veniunt. Nidus quidē hirundinum si ceciderit, mox perit: nos verō non ita peribimus, sed cōtinuē puniemur. Hyems erit futurum illud tēpus, imō hyeme sēuius. Nō enim illic torrentes vndarum

nam ante obitum canit.

Nidus qui est p̄sens vita.

p̄cipitabūt, sed fluuij ignei: non fiet ex nubibus tenebrę, sed tenebrę insolubiles, atq; adeo crassę & obscurę, vt neq; cōelū videre liceat, neq; aërem: maiorēq; premantur angustia improbi, q̄ si qui in terram defodiēdi sint. Ita sēpenumero dicimus, sed nemini permunculi talia de his rebus differētes patimur, quādo & p̄phetę talia passi sint, non solum de istis, sed & de bello & captiuitate differētes. Et Sedechias ā Hieremia correptus est, attamē nihil pudefact. Propterea dicebāt prophetę: Vā dicentibus, accelerēt properē quę facturus est deus, vt videamus, & veniat cōsiliū sancti Israēlis, vt cognoscā. Ne miremur ista. Neq; enim credebant etiā qui arcę tempore erant, sed tū credebāt quādo nulla erat fidei vtilitas. Neq; qui in Sodomis erāt, quę p̄ dicebātur expectabant, sed tū demū credebant & ipsi, quando nihil illis amplius supererat. Et quid dico futura? Quisnā ea expectauit, quę nūc variis locis hincinde fiunt, nēpe ciuitatū motus & cōquassationes atq; interitus? Quāquā ista certiora sunt illis, de arca dico. Vnde hoc liquet? Ex eo q̄ illi quidē non habebāt aliud exemplū in quod respicere potuissent, neq; scripturā dū audierant: hīc verō innumera sunt exempla tam quę nostris, q̄ quę prioribus tēporibus facta sunt. Sed vnde erat illorū incredulitas? Ex animo delicato & molli. Bibebāt & comedebāt, & propterea non credebant. Quę enim quisq; vult, illa & opinatur, illa & expectat. Qui verō cōtradiciunt, nugantur & garriunt. Sed ne idē patiamur. Non enim amplius futurum est diluuium, neq; ad cōsummationē vsq; suppliciū, sed initiū pœnarum mors, eorū scilicet qui nō credunt esse iudiciū. Et quis inde venit, inquis, qui ista loquitur? Si quidem iocō ista dicit, neq; sic tamen bene. Nō enim in istis ludere oportet. Neq; enim in ludicris, sed in periculosis reb; hīc ludimus. Si verō seriō ita sentis, & nō putas aliquid post hanc vitā esse futurū: quomodo te Christianū esse dicit? Eos nanq; qui foris sunt, nihil moror. Quare baptisimū suscipis? Quare ecclesiā ingrederis? Nō enim principatus pollicemur. Oīs spes nostra in futuris est: vt quid ergo accedis, si non credis scripturis, si nō credis Christo? Nō em̄ dixerī talē esse Christianum. Absit: sed gētili peiorē. Quapropter? Propterea scilicet, q̄ cū putes Christū esse deum, illi nō credis vt deo. Nā illa quidem impietas necessariō sequitur, vt necesse sit eū qui non arbitratur Christū esse deum, neq; etiā in illum credere. Ea verō impietas nullā habet rationē, vt deum quis cōfiteatur, & tamē fide dignū non arbitretur in illis quę dixit. Ebrietatis sunt hęc verba, ludibrij, & deliciarū, Comedam & bibamus, cras enim moriemur. Nō cras, sed quādo cunq; ista dixeritis, iam mortui estis. Nihil ergo differimus ā porcis, dic quęso, nihil ab asinis: Si em̄ neq; iudiciū est, neq; retributio, neq; tribunal, quā obrē tali dono honorati sumus, nēpe ratione, & omnia nobis subiecta habem? Quare nos quidem dominamur, illa verō quę ratione carēt, nobis obedire cogūt? Vide quomodo diabolus vndiq; properet, quōd nobis donum dei non agnoscere persuadēat. Seruos immiscet dominis, & quē admodum plagiarius quidā & seruus scelestus liberum hominē cogit in eādē cum inimico & repulso redire vilitatem. Et videtur quidem tollere iudiciū, tollit verō fidē qua creditur esse deus. Nā semper talis est diabolus. Infidiosē obicit omnia, nō directē, vt vitare possimus;

Es. 5. c. 17.

ad. i. e.

magis credi-bilia.

mortem.





nera accepit. Nam ecclesie primus est, & hominum quide, que admodum creaturę, iuxta carnem primus est. Atque ideo hic primogenitum ponit. Quid est hic primogenitus? Qui primus creatus est, sicut qui ante omnes resurrexit. Quem admodum & illic, qui ante omnes est, ita & hic primitias posuit dicens: Qui est primogenitus, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primas tenens. Ostendens & alios tales esse. Illic vero non dicit, primitie creaturę. Atque illic quidem cum premississet, qui est imago dei inuisibilis, tunc quoque subiunxit, primogenitus uniuersę creaturę. Quonia in illo coplacitum est patri uniuersam plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare cuncta in ipsum, pacificatis per sanguinem crucis eius siue quę super terram sunt, siue quę in caelis. Quęcunque patris sunt, inquit, ea sunt & filij: idque maiore cum diligentia. Nam & mortuus est, & seipsum nobis coadunauit. Primitias vero dixit, tanquam de fructu quodam, Non dixit resurrectionem, sed primitias, declarans quod nos omnes sanctificauerit, & velut hostiam obtulerit. Quod plenitudinem dicit, quidam de plenitudine diuinitatis intelligunt. Quem admodum Ioannes dixit, De plenitudine eius nos omnes accepimus: hoc est, si quid erat filius, uerbum illic habitauit, non energia quędam, sed essentia. Non potest aliqua dicere causam, nisi uoluntate dei. Nam hoc est quod dicit, quonia in illo coplacitum est patri. Et per eum reconciliare omnia in ipsum. Ne putes eum conditionem ac locum ministri suscepisse, in ipsum, inquit. Atqui alibi dicit, quod deo reconciliari omnia, quem admodum in epistola ad Corinthios scribens dixit. Et bene dixit, per eum reconciliare. Erant enim iam conciliati. Sed perfecte reconciliati, ita ut non amplius inimicarentur illi, inquit. Quomodo? Non enim conciliatio duntaxat data est, sed & modus conciliationis. Pacificatis per sanguinem crucis eius. Conciliatio quidem inimicitia: illud uero, quod dicit pacificatis, bellum fuisse declarat. Per sanguinem crucis eius per ipsum, inquit, siue quę in terra, siue quę in caelis. Magnū quidem est conciliari: quod uero hoc per ipsum factū est, maius est. Atque hoc quoque ipso maius est istud, quod per sanguinem eius factum est, & non simpliciter per sanguinem, sed quod amplius etiam est, per crucem. Itaque quinquies hinc precipua & admiranda. Deo reconciliatur, per seipsum, per mortem, per crucem. Papę quomodo rursus illa commisit? Etenim ne putares unum esse, neque crucem aliquid esse iuxta seipsum, per seipsum dicit. Quomodo perpendit hoc magnum esse, quod non uerba profundens, sed seipsum pro conciliatione tradens, ita omnia perfecit? Quid uero est, siue quę in caelis? Ea nanque, siue quę in terra, non immerito dicit. Siquidem illa inimicitia referta, & in multa discepta erant. Et contra seipsum quisque nostrum diffidebat, & contra alios. Quę uero in caelis sunt, quomodo ea pacificauit? an & illic bellum erat & pugna? Et quomodo oramus dicentes, Fiat uoluntas tua quem admodum in caelo, ita & in terra? Quid est ergo? Diffidebat a caelo terra, hostiliter aduersabantur hominibus angeli, dominum suum contemni uidentes. Ut summam, inquit, restauraret omnia in Christo, tam quę in caelis quam quę in terra. Quomodo, illa quidem quę in caelis? Transtulit illuc hominem, restituit illis inimicū adeo exosum. Non solum quę in terris sunt pacificauit, sed reduxit ad eos ipsum inimicū & hostem. Ea demum profunda ac solida pax est. Angeli deinceps in terra rursus apparēt,

† an qui ante omnes resurrexit? an apud habet co-dex re-roñ. alij legunt apud xñ, id est principiu.

Ioan. 1. b. & xñ. ouia

2. Cor. 5. d

Matt. 6. b

ephes. 1. b

quandoquidē & homo in caelo comparuit. Videtur autē mihi raptus Pauli huius gratia factus esse, uide licet ut ostēderetur & filium illuc esse susceptum. Nam in terra quidē duplici nomine pax est, & cū celestibus, & erga seipsam. In caelis uero simpliciter. Si enim sup vno peccatore respiscēte gaudēt angeli, multo magis super tot ac tantis. Hęc omnia uirtus dei effecit. Quid ergo in angelos fiducia collocatis, inquit? Tantum enim absunt illi ab eo ut vos reconciliarēt, ut uobis magis infensi hostes fuerint. Nisi deus uos illis conciliasset, utique pacificati non fuissetis. Quid itaque ad illos accurritis? Vis discere quanto odio fuerint aduersum uos angeli, & quomodo nos semper aduersati sint? Ad suppliciu mittebantur contra Israelitas, contra Dauidem, contra Sodomitas, in ualle fletus. At nunc non ita, sed ē diuerso in terra cecinerūt uehemēter gaudentes. Et istos deduxit ad homines, & homines reduxit atque euexit in caelum ad ipsos. Et contēplare mihi paradoxon. Angelos primum dedit ad nos, & tūc hominē euexit ad ipsos. Caelū terra facta est, quandoquidē futurum iam erat, ut quę terra essent, caelum susciperet. Propterea gratias agentes dicim⁹, Gloria in altissimis deo, & in terra pax, in hominibus bona uolūtas. Ecce, inquit, & homines deinceps apparuerunt, comiter ac placidē se habētes. Quid est bona uolūtas? conciliatio. Non enim amplius interstitiu est caelum. Primum iuxta numerū Gentium erant angeli, nunc uero non secundū numerū Gentium, sed secundum numerū fidelium. Vnde liquet? Audi Christum dicentem: Videte, inquit, ne contemnatis unū ex paruulis istis. Nam angeli eorum semper uident faciē patris mei, qui in caelis est. Etenim unusquisque credentiū angelum habet. Nam & ab initio quisque uirorū celebrium ac probatorum angelū habebat, quę admodum Iacob dicit, Angel⁹ qui pascit me, & qui liberauit me à iuuetute mea. Si ergo angelos habemus, sobrii simus, tanquam si pædagogi quidam nobis adessent. Adest nāque & dæmō. Propterea oramus ac dicimus, petētes angelū pacis. Et ubique pacem petimus. Nihil enim illi adqueri potest, in ecclesiis pacem, in precationibus, in supplicationibus, in præfationibus, & semel atque iterū, ac tercio, & sæpe eandē, quam ecclesie præest, impertit dicēs, pax uobis. Quam obrem? Quonia ipsa mater est bonorum omnium, ipsa causa est & materia gaudij. Quapropter & Christ⁹ apostolis domos ingrediētibus hoc statim dicere precepit, tanquam symbolum quoddam bonorum. Cū intrabitis, inquit, in domos, dicite: pax uobis. Nam ista non existēte, omnia irrita sunt. Et Christus discipulis dixit, Pacem relinquo uobis, pacem meā do uobis. Ipsa dilectioni uia parat. Et non dicit ecclesie præsul, pax uobis simpliciter, sed pax omnibus. Quid enim si cum isto quidē pacem habuerimus, cum altero uero bellum ac pugnam? Quid hoc profuerit? Neque enim in corpore, si quędam ex elementis bene quidē & pacificē habeant, reliqua uero diffideant, sanitatem unquam consistere possibile fuerit, sed illa consistet ex omnimoda omnium moderatione, consonantia, & pace. Et nisi omnia quietē ac bene habeant, atque in terminis suis præscriptōque maneāt, omnia subuertētur. Et in animo nostro nisi omnes cogitationes sedate sint ac quietę, pax non erit. Tantum bonū est pax, ut filij dei uocētur, qui ipsam efficiunt & constituunt. Merito. Nam & filius dei ad hoc in terrā uenit, ut quę in terra sunt, & quę in caelis pacificaret. Si uero pacifici filij dei

Luc. 1. b

Luc. 1. b

Luc. 1. b

Mat. 18. b

Gen. 4. b

Respicit ad notā quędam ecclesie sue precationē

Mat. 10. b

Luc. 10. a

Joan. 1. b

Bonum paxis.

Matt. 1. a

Mat. 1. a

filij dei sunt, qui nouandis rebus studētes diffidia faciūt, filij sunt diaboli. Quid dicis? Cōtriciones & pugnas iniiciis? Et quis adeo miser & infelix est, inquis? Cōplures sunt, qui gaudent in malis, & corpus Christi diuellūt magis quam milites qui lancea illud incidebant: aut quam Iudei qui clauis perforabant. Minus illud malum erat quam istud. Membra illa quę tum intercidebantur, denuo coadunata sunt. Ista uero auulsa nisi hęc iterum cōiungantur, nunquam coniungentur amplius, sed manebunt extra corpus. Quando fratrem impugnare uis, cogita te membra Christi impugnaturū, & cessabis ab infania. Quid enim quod abiectus est, quod tenuis? Quid quod contemptibilis? Ita non est uolūtas, inquit, coram patre meo, ut pereat unus ex paruulis istis. Et iterum: Angeli eorum semper uident faciē patris mei qui in caelis est. Propter ipsum deus & seruus factus & occisus: tu uero nihil eum esse ducis? Itaque etiā hoc pacto deo repugnas, quod cōtrarium aduersus eum iudiciū profers. Mox atque præful ecclesie ingreditur, dicit, pax omnibus: quando concionatur, pax omnibus: quando benedicit, pax omnibus: quando salutē optare iubet, pax, inquit, omnibus: quando sacrificiū absoluitur, pax omnibus: & interea rursus, gratia uobis & pax. Quomodo ergo absurdū non est, quod cum toties pacem habendam nobis audiamus, nihilominus hostiliter inuicem alius aliū impugnamus? Accipientes pacem & reddentes, ei qui pacem offert inimicamur? Dicis, & spiritui tuo, & extra ecclesiam illū traducis? Heu me, quę ueneranda in ecclesia & suspicienda sunt, schemata rerum duntaxat facta sunt, & nulla prorsus adest ueritas. Heu me, exercitus huius symbola in uerbis duntaxat consistunt: unde & ignoratis, qua ratione dicatur, pax omnibus. Sed audite, quę post ista Christus dicat: In quacunque uero ciuitatem aut vicum fueritis ingressi, cum domū intrabitis, salutate illā: & si quidē fuerit domus digna, ueniat pax uestra sup illā. Si uero digna non fuerit, pax uestra ad uos reuertatur. Propterea ignorātes sumus, quonia ista uerborū typum esse putamus, licet nec animum aduertamus. Num ego pacem do? Christus per nos loqui dignatur. Etiam si reliquo tēpore omni gratia uacui sumus, non tamē nūc illa uacui sumus propter uos. Si enim in asino & in diuinatore operata est gratia dei propter dispensationem & utilitatē Israelitarum, manifestū est quod neque in nobis operari detrectabit, sed & hoc facere sustinebit propter uos. Nemo itaque dicat tenuem esse me & humilē, & nulla ratione dignum. Vel sic me obseruato. Sum enim talis. Sed perpetuus dei mos est, multorū gratia etiam talibus sese applicare. Et ut hoc discatis, ad Caïn loqui dignatus est propter Abel, diabolo propter Iob, Pharaoni propter Ioseph, Nabuchodonosor propter Danielē, Balthasaro propter eundem. Et magi quoque reuelationē cōsecuti sunt, & Caiphās cū esset occisor Christi & indignus, prophetauit propter sacerdotij dignitatē. Dicitur & Aaron huius gratia lepra non esse correptus. Nam dic quæso, qua ratione, cum utriusque Mosis obloquuti essent, Maria sola pœnas dedit? Nec mireris. Si enim in externis ac mundanis dignitatibus, etā si mille modis quisquā incusetur, non tamen primum ad iudicium ducitur, nisi prius principatum deposuerit, ne ille cum ipso opprobriis pateat: multo magis in prælatura spiritali, quisquis tādē ille sit qui eam gerit, operatur gratia dei. Alioquin omnia perierint. Quādo uero illā deposuerit, si-

Diuisio res corporis Christi.

Mat. 18. b

Ibidem.

Nota.

Mat. 10. b

Nu. 22. e. Gratia dei etiam per malos operatur.

Joan. 10. f. Cur Aaron non sit lepra percussus ut Maria.

ue morte, siue etiā in hac uita, tunc sanē, tunc eo grauiore supplicio punietur, ne opus sit ista a uobis dici. Gratia dei est etiā quę in indigno operatur, non propter nos, sed propter uos. Audite ergo quid dicat Christus: Si fuerit dom⁹ illa digna, ueniat pax uestra sup eā. Quomodo uero digna fit? Si receperint uos, inquit, si uero uos non receperint, neque sermonē uestrum audierint, amē dicovobis, tolerabilius erit terrę Sodomorum & Gomorrhę in die iudicij, quam ciuitati illi. Quę ergo utilitas erit, si receperitis nos, & quę a nobis dicuntur non audieritis? Quid profuerit, si colueritis nos, & quę uobis dicuntur non attēderitis? Is demum honor noster est, is cultus celebris, qui & nobis utilis erit & uobis, si nos audieritis. Audite & Paulum dicentem: Nesciebam fratres, quod princeps esset sacerdotū. Audi quoque quid Christus dicat: Quęcūque iusserint ut seruetis, seruate & facite. Non me cōtemnis, sed ipsum sacerdotium. Si quādo uideris sacerdotio exutū, tunc cōtemne, tūc neque ego præcipere potero. Quousque uero in hac sede constituti sumus, quousque præfidentiam habemus, habemus & dignitatē & potestatem, licet indigni simus. Si Moysis sedes adeo ueneranda fuit, ut propter ipsam audire oportuerit sacerdotem, multo magis sedes Christi. Illā nos suscepimus, ab illa loquimur, ex quo & Christus ministerium reconciliationis in nos posuit. Legati qualescunque tandem sint, propter legationis prærogatiuā multo potiuntur honore. Nam uide, in mediā Barbarorū terram, inter tot hostes, soli ingrediuntur, & quonia plurimū ualet legationis lex, omnes eos honorant, omnes in eos intendūt, omnes cū fiducia & libere dimittūt. Iam & nos legationis sermonē accepimus, & uenimus a deo. Hoc enim est episcopatus dignitas. Venimus ad uos legatione fungētes, ac postulātes ut bellū dissoluatur, & dicim⁹ quorum gratia adsumus, non ciuitates promittentes, neque tritici tot aut tantos modios, neque mācipia, neque aurum, sed regnū caelorum, uitam æternam, conuersationē ac præsentia cum Christo, & alia bona quę nec nobis dictu, nec uobis auditu possibilia sunt, donec in hac carne & in hac præsentia uita sumus. Legationē itaque fungimur. Honore uero potiri uolum⁹, non propter nos, absit: scimus enim ipsius uilitatē, sed propter uos, ut quę a nobis dicuntur, eodiligētius audiat, ut uos emolumentū capiatis, ne socorditer ac negligēter quę dicuntur attēdatis. Non uidetis legatos quomodo eos amplectūtur omnes? Nos dei legati sum⁹ ad homines. Si uero uēdicauerimus nobis istud, non nos, sed ipse episcopatus hoc potuit, non quis, sed episcopus. Nemo me audiat, sed dignitatē ipsam. Omnia itaque iuxta quod deo probatur, faciamus, ut ad gloriā eius uiuam⁹, & bonis quę diligentibus eū promissa sunt, digni reddamur, gratia & benignitate &c.

Homilia quarta.



I uos, qui quondam eratis inimici & abalienati mēte in operibus malis, nunc tamē reconciliati in corpore carnis sue per mortē, ut exhiberet uos sanctos & irreprehensibiles & inculpato in cōspectu suo. Ostēdit hęc quod & eos conciliarit, qui conciliatione digni non erant. Nam eo quidē quod dixit eos sub potestate tenebrarum fuisse, calamitatē demonstrat in qua fuerāt. Sed ne cū potestatem tenebrarum audis, necessitatem quandā putes, subiungit: Et uos qui quondam eratis abalienati. Videtur itaque idem quidem dicere, sed non est idem. Non enim eiusedē rationis est, cum li-

Mat. 10. b & Luca 10. a.

Ibidem.

Act. 23. a & Mat. 23. a



berare à malis qui necessitate mala ferre cogitur, & eum qui voluntariè mala patitur. Nam ille commiseratione quidem dignus est, iste verò odio. Veruntamen vos, inquit, neque inuitos, neque coactos: sed spontaneos, & voluntariè ab ipso resilientes, atque aded & conciliatione indignos liberavit. Et quoniam eorum meminerat quæ in cælis sunt, declarat omnè inimicitiam hinc à nobis, & non illinc ab ipsis ortum suum habuisse. Nam illi iam olim conciliationem volebant, inquit, & deus quoq; ipse, vos autem nolebatis. Et omnino declarat angelos anterioribus temporibus nihil potuisse, eò quod inimici manserint, nec persuadere potuerint, nec persuasos à diabolo liberare. Neque enim etiam si persuasisset, aliquid profuisset, nò legato eo qui captiuos detinebat, neque si illum ligassent captiuus reuerti nolentibus, sed vtrifq; opus erat, quorum quidem illi nihil, Christus verò omnia perfecit. Itaque admirabilius est quòd nolentibus persuasit, quàm q; à morte absoluit. Nam illud quidem totum ipsius erat, & ipse solus hoc poterat: hoc verò nò solù ipse, sed & nos. Ea vero facilius perficim, quæ in nostra potestate sunt. Hoc itaque tanquã maius postremò ponit. Et nò simpliciter inquit, inimici eratis, sed & abalienati: id quod magne erat inimicitie. Neque abalienati solù, sed neq; aliquè regressum vel suspicantes. Et inimici, inquit, mente. Deinde nec in voluntate duntaxat substitit abalienatio. Sed quousq; Et in operibus malis, inquit. Et inimici eratis, & quæ inimicorù erant, operabamini. Nùc verò recòciliauit in corpore carnis sue per mortem, vt exhiberet vos sanctos, & irreprehensibiles, & inculpato in conspectu suo. Rursus & modù reconciliationis ponit, addens, in corpore, qd nò simpliciter percussus, aut flagellatus, aut tereno quodã precio, sed morte turpissima mortuus reconciliauerit. Iterù crucis meminit, & aliud rursus beneficium inducit. Non enim duntaxat liberavit: sed q; suprà dixerat, qui idoneos nos fecit, id hinc quoq; innuit. Per mortem, inquit, eius, vt exhiberet vos sanctos & irreprehensibiles & inculpato in conspectu suo. Non enim peccatis solùm liberavit, sed & celebres & illustres reddidit. Tãta quippe nò hac solùm ratione passus est vt malis liberaret, sed vt primas etiã còsequeremur. Quemadmodum si quis còdemnatù non solùm supplico liberaret, sed & in honorè eueheret. Et in ordinem còstituit eorum qui non deliquerunt, imò non illorù solùm, sed & eorù qui maxima bona præstiterùt ac patrarunt. Et sanè magnum est quòd sanctimoniã quæ in còspectu suo persisteret dedit, simul & vitam inculpato. Reprehensionis intentione habet, quod dicit, & inculpato. Hoc erit quando scilicet neq; quod condemnari, neq; quod criminari poterit, còmissum à nobis fuerit. Sed quoniã totum posuit quod Christi est, quòd per mortem ista perfecit: quid ergo dicit ad nos? Nihil nobis præstãdum est? Propterea subiunxit: *Siquidẽ permãseritis fide fundati ac stabiles, & non dimoti à spe euangelij.* Ignauiam ac desidiã ipsorum hic amputat. Et nò simpliciter dixit: permaneritis. Potest enim fieri vt permaneat etiã qui fluctuat ac dissidet. Potest stare & manere quoq; qui vagatur & errat: sed, siquidẽ permaneretis fundati, inquit, ac stabiles & nò dimoti. Pape, quanta còuersione & solertia vritur? Non solùm nò fluctuantes, inquit, sed neq; aliquousq; dimoti. Et vide. Nihil hætenus onerosum ponit aut laboriosum,

nisi fidem ac spem: quasi dicat, permanete credentes, quoniã certa est ac verax futurorum spes. Nam hic quidem possibile est: in virtutis autè studio fieri nequit, quòd min⁹ vel modicè quis fluctuet ac dimoueat. Ita nò est onerosum quod ponit. A spe, inquit, euãgelij. *Quod audistis, quod prædicatũ est in vniuersa creatura quæ sub cælo est.* Quid est autè spes euangelij aliud nisi Christus? Ipse enim & pax nostra, & qui omnia ista perfecit. Itaq; qui aliis illã adscribit, dimotus est. Nã omnia perdidit, nisi in Christũ crediderit. Quod audistis, inquit. Rursus eos ipsos testes assumit, deinde orbem vniuersum. Non dicit quod prædicatur, sed quod creditũ est, & prædicatũ: id quod & initio fecit, ex multorù testimonio & istos còfirmare volēs. *Cuius factus sum ego Paulus minister.* Et hoc ad grauitatem fide dignã conciliandam facit. Ego, inquit, Paulus minister. Magna erat ipsius autoritas, vbiq; subinde celebrati, & totius orbis doctoris existentis. *Nunc gaudeo in afflictionibus meis pro vobis, & suppleo quod deerat afflictionũ Christi in carne mea pro corpore ipsius, quod est ecclesia.* Et quomodo ista prioribus cohæret? Videtur enim distracta. Verùm multũ habent rationis & ordinis. Cuius sum minister, pro eo dixit, nihil à me ipso adfero, sed quæ alterius sunt, adnũcio. Ita credo, vt pro eo & patiar. Et nò solùm patiar, sed & cũ gaudio patiar, ad futurorù spem prospiciēs. Et patior nò pro meipso, sed pro vobis. Et suppleo, inquit, quod deerat afflictionum Christi, in carne mea. Videtur quidẽ magnum esse quod dixit. At non est ex arrogantia, absit: sed ex magno amore erga Christũ. Non enim vult suas esse afflictiones, sed Christi, & has illi appropriare. Et quæ ego patior, inquit, ppter illũ patior. Itaque non mihi, sed illi gratiã referre debetis. Quemadmodum si quis ad alium quempiam mitteret, rogaretq; dicēs, Obsecro te, vade ad illum meo nomine: is deinde diceret, ppter eũ qui me misit, ista facio. Itaq; nò erubescit etiã istas afflictiones Christi dicere. Non enim duntaxat mortuus est pro vobis, inquit, sed & præterquã quòd mortuus est: paratus est etiã adfigi propter vos. Hoc contendit & vrit vt ostendat Christum etiã nunc periclitãtẽ pro ecclesia, per proprium corpus. Inuehirur autè còtra illos: quasi dicat, non per nos reconciliamini deo, sed per Christum, etiã si nos ista faciamus. Non enim propriũ opus nostrum suscepimus, sed illius. Atque hoc perinde est, ac si exercitus quisquã ducem protectorem nactus, in bello persisteret, atq; illo deinde abeũt, secundarũ partium dux vulnera eius in se trãseret & subiret, quousq; bellũ dirimeretur. Deinde q; & propter ipsum ista faciat, audi: Pro corpore, inquit, eius. Aut hoc vult dicere, non vobis gratificamur, sed Christo. Nam quæ illũ oportebat pati, ego pro ipso patior. Vide quanta agat. Ostendit multam amoris vim. Quemadmodum in secunda ad Corinthios epistola scribēs dixit: Imposuit nobis ministerium reconciliationis. Et iterũ: Pro Christo legatione fungimur, tãquam deo obsecrante per nos. Istuc & hinc dicit: Pro ipso patior, vt hoc magis eos alliciat: quasi dicat, etiã si q; vobis debet, abcessit: ego tamẽ reddo. Nam hac ratione & dixit, quod deerat afflictionum Christi, vt declararet se non totum sibi ipsi adscribere. Nondũ, inquit, omnia passus est pro vobis: etiã post mortem patitur, siquidem adhuc reliqua quædã manserunt. Hoc etiã in ea quæ ad Romanos est, aliter quidẽ facit dicēs, *Qui & interpellat pro nobis*

7 veditur.  
2. Cor. 3. b

2. Cor. 1. d  
ibidem.

Roma. 8. d  
pro nobis

pro nobis: declarans quòd nò mors sola suffecerit, sed & postea innumera faciat. Non igitur seipsum extollere vult cum ista dicit, sed ostendere Christũ etiã eorum habere curam. Sermonem autè hoc fide dignum esse ostedit, quod subiugit, pro corpore ei⁹. Quòd autem ita habeat, & nihil indecēs hinc sit, ex eo liquet, quòd ista pro corpore eius fuit. Vide quomodo nos sibi ipsi còiuxerit. Quid igitur angelos mediationis gratia superinducitis, cui⁹ ego minister sum, inquit: Quid alios nũcios ifertis? Ego sum minister. Deinde ostendit quòd ipse nihil fecerit, eo q; minister sit. *Cuius ego factus sum, inquit, minister, iuxta dispensationẽ dei quæ data est mihi in vos implendi sermonẽ dei.* Iuxta dispensationẽ. Aut hoc sane dicit: Quoniam ita cũ discederet, voluit vt nos dispensationẽ istã susciperemus, ne tanquam neglectos ac desertos vos putaretis. Ipse enim est qui patitur, ipse qui legatione fungitur. Aut certe dicit: Quoniam me potissimũ omnium persecutorẽ, hac ratione persequi permisit, vt fide dignus essem prædicator. Vel dispensationem dicit, quoniã nò opera quæsiuit, neque actiones, neq; virtutũ facta, sed fidem & baptisma. Nam alioqui sermonem nò accepissetis. in vos, inquit, implendi sermonẽ dei. De Gẽtibus dicit, ostendēs eos adhuc fluctuãtes, ex eo quòd dicit, implendi sermonẽ dei. Vt enim humile & proiectã Gẽtes tãtam dogmatum sublimitatem capere possent, non erat Pauli, sed dispensationis dei. nã ego inquit, alioqui non potuissem. Postquã quod maius erat declarauit, nepe afflictiones suas esse Christi, tũc demum quod clarius est, inducit. Quoniã & hoc dei est, inquit, implere sermonem in vos. Non autè aperte hic illud ostendit. Etenim & hoc dispensationis est, vt nũc dicatur, quòd quidem audire potestis: Verũ non negligenter, sed vt capaces reddamini. Non em̃ subito deus omnia facit, sed vtitur accommodatione propter multã suam benignitatẽ. Atque hoc in causa est, cur non olim, sed nũc aduenerit Christus. Et in euãgelio hoc declarat, quòd huius gratia seruos primum miserit, ne in necẽ filij inciderent. Si enim neq; post seruos adueniẽtẽ filium reueriti sunt, multo minus eũ ante illos reueriti fuissent. Si minora mãdata non audierũt, quomodo maiora audissent? Quid igitur, inquit, an non & nunc quoq; Iudæi pariter & Gẽtes ineptiores sunt, & minus ad veritatẽ affecti? Hoc iam ex nimia sit negligentia & scordia. Quod enim post tantum tẽporis, post tãtas disciplinas profani & inepti adhuc manēt, multẽ segnitie est. Quãdo ergo Gentes dicunt, quamobrem nunc demũ venit Christus? nò permittam⁹ hoc eos dicere: sed rogemus, an nò ad quod venit, perfecit. quemadmodum enim etiam si mox ab initio venisset, non tamẽ rem ipsam execut⁹ esset, nò suffecisset nobis ad defensionẽ tẽporis maturitas, ita quoniam omnia executus, est nò erimus obligati vt temporis rationes dem⁹. Neq; enim à medico quisquã sanitatis rationẽ exiget, si morbum dispulerit, & egrotum ad sanitatẽ reduxerit: neque a duce exquiret si vicerit, cur vel hoc tẽpore, vel hoc loco vicerit. Nam ista qui negotiũ non perfecit, rogãdus est. Qui vero omnia bene executus est, probari commendariq; debet. Vtra enim, dic quæso, fide dignior est, ratiocinatio & sycophãtia tua, an ipsa ne gocij còsummatio vicerit aut nõ vicerit, hoc proba: præualuerit, vel non præualuerit, ad finem quæ dixit, pduxerit, an min⁹: ista sunt exquirede rationes. Dic quæso: Deum esse omnino cõfiteris, etiam si Christũ

1133  
† morte sua non fuerit vis cõsuetus  
† non q; negligenter fuerit, nisi ppter vniuersã salutem.

† non ppter nos.

† non q; negligenter fuerit, nisi ppter vniuersã salutem.

minus? Rogo te, estne de⁹ sine principio? Prorsus, dices. Dic ergo mihi: Quamobrem homines nò ante decem annorum milia fecit? Nam ita plus tẽporis vixissent. si enim bonũ est esse, multo magis bonũ est diutius esse. Nunc vero tanti temporis dano affecti sunt, quanto non fuerũt. Verũ nullo temporis damno affecti sunt. Quomodo autem, nouit ipse qui eos fecit. Rursus te rogo: quare nò omnes simul fecit, sed huius quidẽ anima, qui primũ factus est, tot annos existēs habet, altera vero illis caret nondũ facta? Quare hũc primum, alterum vero postremò fecit, & in hũc mundũ induxit? Et talia reuera digna sunt quæ quærãtur: sed non quæ curiose indagentur. Nã istuc neq; quærere est. Ego quippe dicã causam, quam quidẽ & dixi. Suppone vero mihi humanam naturã tanquã etatem quandam esse, & primis quidem tẽporibus statũ adolescentis habere genus nostrum, illis vero quæ proximè subsecuta sunt, iuuenis: senectuti deinde vicinis, senis. Postea cum animus maturus factus est mēbris corporis subactis, bellõq; soluto, tũc ad philosophiã ducti sumus. At qui còtrarium verũ est, inquit. Adolescentẽ docemus. At nò sublimia dogmata, sed rhetoricam, sed grauitatẽ sermonũ. Ista igitur sublimia docemur, quando vegetus ac maturus est animus. Vide quomodo & deus istud cũ Iudæis fecerit. Etenim quomodo pueris solet p̃fici literator, ita Iudæis Moysen præposuit. Et is quæ pueris solēt, illis fecit adunbrans ac pingens vt nos solemus elementa. Nam vmbra, inquit, futurorũ bonorũ lex habens, non ipsam imaginem rerum. Quemadmodum pueris placitas emimus, & pecuniam damus, vnũ hoc ab ipsis exigentes interea, in disciplinam vt eant: ita & deus tũ fecit, & diuitias dedit & delicias, vnum ab ipsis duntaxat per multam remissionem & indulgentiã mercatus, Moysen vt audirẽt. Propterea tradidit eos præceptorĩ, ne se tanquam beneuolum & indulgentem patrem cõtemnerẽt. Et vide quomodo illum solũ reueriti sint. Nò enim dicebant, Vbi est deus? sed, vbi est Moyses? Et præsens duntaxat terribilis illis erat. Quãdo igitur mali quidquam patrabant, vide quomodo eos puniebat. Nam deus quidẽ eos abdicare volebat, ipse vero non permittebat. Imò vero totum dei opus tum illis erat instar patris minitantis: Moyses vero instar præceptoris detrectãtis ac dicentis: Permite illos mihi ex quo nũc eos recipio. Ita locus disciplinæ facta est sanis, deprecantis. *Perpetuo in Aegyptũ reueriti quærebant ac plorabãt dicentes: Perimus, cõsumpti sumus, sine omni cura male perditum sumus.* Et tabulam ipsorũ cõtruit Moyses, in qua illis veluti nomina quædã addiscenda cõscripserat: id quod & præceptor facere solet, cũ acceptam tabulam male scriptã vidēs, proiecit, multũ iræ hoc pacto ostendere volens: et si fracta quoq; fuerit, non tamen hinc irascitur pater. Nã ille quidem diligenter scribẽdo incubuerat, illi vero nò in ipsum attendētes, sed aliò auersũ petulãter se habebãt. Et quẽadmodum in schola alius aliũ percutit, ita & tũc per mittebat Moyses vt ali⁹ aliũ percuteret & occideret. Et rursus quomodo præceptor addiscenda quẽdam tradēs, deinde quomodo didicerint exigēs, si lusam viderit operam, punit & castigat: ita & Moyses fecit, vt pote scripta diuinam potētiam indicãtia illis exhibēs. An ea quæ in Aegypto dedit? Etiã. Sed illa scripta plagas demonstrabant, nepe q; inimicos puniret, erantq;

Actas huius manus gene...

Heb. 10. d

neq; ppter nos, nisi ppter vniuersã salutem, deprecantis.

Exo. 16. d  
ibid. 3. e.

† iubebat

erantq; illis instar discipline. Quid em̄ aliud erat sup-  
plicium de inimicis sumptum, quàm vestrū benefi-  
ciū? Alioqui vero vobis benefaciebat. Atq; hīc per-  
inde factum est, atque si puer cum elementa se probē  
cognoscere dicit, sparsim illa extra ordinē rogat<sup>o</sup> de  
prehēdit ignorare, vapulat: ita & illi dicebant se qui-  
dem virtutem & potentiā dei scire, sparsim vero eā-  
dem rogati scientiā nihil proferebāt, vnde & vapu-  
labant. Vides aquā? Reminisci debes aquę Aegyptia-  
cæ. Qui enim ex aqua sanguinem fecit, poterit idē &  
hodie facere. Quemadmodum & nos pueris sepenu-  
mero dicimus, quādo vides in libro literam a, remi-  
niscere quōd eam & in tabula tua habueris. Vides fa-  
mem? Recordare quōd idem eam faciat, qui & tū fru-  
ctus perdidit. Vides bella? Memēto quomodo Aegy-  
ptij in mari submersi sint. Vides magnos esse & robu-  
stos q̄ terrā inhabitāt? At maiores nō sunt Aegyptiis.  
Qui te ex Aegyptiorū medio eripuit, quomodo non  
multo magis extra Aegyptum existentē saluaret? Sed  
ignorabant literas, dum illas sparsim rogabātur. pro-  
pterea & percutiebātur. comedebāt & bibebāt, & re-  
calcitrabant. Nō debebāt in māna quęrere delicias,  
docti quid ex illis mali sequatur. Fecerūt autē perin-  
de, atque si puer ingenuus in disciplinā missus cupe-  
ret cum seruis conuersari, illisq; ministrare, & cū ne-  
cessariam ingenuoq; puero competentem alimonīā  
accipiat, inq; patris mēsa sedeat, nihilominus mallet  
ea potiri quę seruorū est, fœtida & perturbatione re-  
ferta, ita & illi Aegyptum quærebāt. Dicebāt quoq;  
Moysi, Etiā domine, omnia quęcūque dixeris, facie-  
mus, & obediemus. Et qđ cū deploratis filiis sit, quos  
pater occidere vult, p̄ceptor vero detrectat, hoc cō-  
tinuō cū istis tum quoque factum est. Cur autem non  
bis ista dicta sunt? Quoniam nihil à pueris differim<sup>o</sup>.  
Vis audire quōd & dogmata eorū puerilia sint? Ocu-  
lum pro oculo, inquit, & dentē pro dēte. Nihil enim  
ad eō aduersionem concitatuū est, atq; animus puerilis.  
Nā ea animi passio ex inopia rationis est. Multa vero  
rationis inopia, ac rectę considerationis multa deso-  
latio in ista est etate, vnde non abs re puer irę tyrāni-  
dem patitur, eamq; tantam, vt sæpenumero ad terrā  
procidēdo, rursusq; exurgendo, aut genu percutiēdo  
stomachetur, vel scabellū euertat, donec hoc pa-  
cto dolor cesset, & ira extinguatur. Tale quid & deus  
fecit, oculū pro oculo, dētēmq; pro dēte eruere per-  
mittēs, dū & Aegyptios occidit, & Amalecitas, qui  
eos cōtristauerāt. Et talia illis promisit, quemadmo-  
dum si filius quisquam patri dicat: Pater, percussit me  
quidam: pater vero respondeat, malus est hic homo,  
prosequemur eum odio: ita & deus: Inimicis tuis, in-  
quit, inimicus ero, & odiētes te odio habebō. Et rur-  
sus cum oraret Balaam, puerilis erat accommodatio  
quæ continebat illis. Quemadmodum enim pueris  
contingit, quando non metuenda timentes, vtpote  
lanam, aut aliud quippiā tale, subito terrētur: ne me-  
tus ille in eis perduret, inducimus illud sub manus  
eorū, & quid sit demonstrare facimus: ita & deus fe-  
cit. Quoniā terribilis erat diuinator ille, cōuertit ter-  
rorem eius in cōfidentiam. Et quomodo pueri abla-  
ctati in quasillis omnia habent, ita & illis omnia dedit  
multasq; delicias. Sed vt puer papillam requirit, ita  
& illi Aegyptum, & Aegypti carnes. Itaq; non pec-  
carit, si Moysen quisquam p̄ceptorē, educatorē &  
p̄dagogum appellauerit, multamq; viri huius sapiē-  
tiam esse dixerit. Non enim eiusdem virtutis est, vi-

Exo. 34. b  
Deu. 19. d  
Dogmata  
legis pue-  
rilia.

Deu. 19. d  
Dogmata  
legis pue-  
rilia.

ris imperare iam philosophantibus, & pueris p̄ces-  
se rationis industriam nondum consecutis. Et si vul-  
tis aliud quoque audire, quemadmodum puero nu-  
trix dicit, Quādo ventrem expurgas, collige & attol-  
le vestimenta, & hactenus desidebis: ita & Moyses fe-  
cit. Nam omnes animi passiones tyrannidem in pue-  
ros exercent. Nondum enim habent rationis aurigā.  
Vana gloria, concupiscentia, temeritas, fastus, inui-  
dientia, quemadmodum in pueris, ita in illis domina-  
bantur. Conspuebant & percutiebāt Moysen: & quē  
admodum puero lapidē arripiēte clamamus omnes,  
heus vide ne iacias: ita & illi lapides aduersus patrē ar-  
ripiēbāt, ipse vero fugiebat. Et quomodo si ornamē-  
tum quoddā pater habeat, puer illud ab eo ornamē-  
ti cupidus exigit: ita sanē qui cum Dathā & Abirō e-  
rat itaq; omnium ingratiissimi, animo pusillo, & ad om-  
nia inutiles. Dicas igitur veli, oportueritne Christū  
tunc temporis comparere: tūc philosophica illa p̄-  
cepta proponere? quando ex cōcupiscentia insanie-  
bant, quando equorū more post mulieres hinniebāt,  
quando pecuniarum, quando ventris erāt serui? Sed  
inaniter effudisset philosophiæ p̄cepta, si rudib<sup>o</sup> ac  
nihil dum intelligētibus disseuisset, & neq; illa sanē,  
neq; ista percepissent, & quemadmodū qui antequā  
elementa cognita sint lectionem institūēs, nunquam  
ne ipsa quidē elementa docebit: ita & tūc factū fuis-  
set, nunc vero non ita, sed multa iam est per dei gra-  
tiam tractabilitas, multa vbiq; plātata virtus. Gratias  
itaq; agamus pro omnibus, & nihil curiose inquiramus.  
Temporis enim opportunitas nō nobis, sed illi  
cognita est qui factor est tēporis, & secularū opifex  
ac dominator. Permittamus ergo illi omnia. Nā hoc  
est glorificare deū, nullas rationes exigere eorū quæ  
facit. Ita & Abrahā deo gloriā dedit. Et certō, inquit,  
persuasus q̄ potens sit ad p̄standum quod promi-  
sit. Ille neq; de eo quod futurum erat percōtatus est,  
nos vero & p̄teritorū rationē exigimus. Vide quā-  
ta sit ista demētia, quāta improbitas, & ingratitude.  
Sed cessemus in posterum. Nihil enim hinc lucri fe-  
remus, sed multum etiam damni. Et grati simus erga  
dominum nostrum, deoquę gloriā destinemus, vt  
pro omnibus gratias rependentes, benignitate ip-  
sius digni reddamur, gratia & benignitate &c.

di. vii. d.

Nume. 16

imperi.

Homilia quinta.

**M**ysterium quod reconditū fuit à seculis, & à genera-  
tionibus, nunc autē patefactū est sanctis eius, qui-  
bus voluit deus notū facere, quæ sint diuitiæ glorię  
mysterij huius in Gētibus, qui est Christus in nobis, spes glorię,  
quę nos annunciamus, admonētes omnē hominem, & docentes  
omnem hominē in omni sapientia, vt exhibeamus omnē hominē  
perfectū in Christo Iesu. Posteaquam ea recēdit quę cō-  
secuti sumus, benignitatēmq; dei, atq; acceptū ho-  
norem ex magnificentia donorū declarauit, aliā rur-  
sus causā huius intentionem inducit, nempe q̄ my-  
steriū hoc ante nos nemo cognouerit, id quod & in  
ea quę ad Ephesios est facit, cum dicit, Neq; angeli,  
neq; principatus, neq; alia quæpiam creata potētia,  
sed solus fili<sup>o</sup> dei cognouit. Et nō simpliciter dixit cō-  
ditum, sed reconditum: eo quōd licet nunc factū sit,  
vetus tamen est, & quōd ista deus ab initio ita voluit,  
atq; ita disposuit. Quare vero hoc ita voluerit, non-  
dum dicit. A seculis, inquit, ab initio. Et recte myste-  
riū vocat, qđ nemo cognouit nisi de<sup>o</sup>. Et vbi recōdi-  
tum? In Cristo, quē admodū ad Ephesios dicit. Aut  
quomodo

Ephes. 3. b

quomodo propheta dicit, A seculo & vsq; in seculū  
tu es? Nunc autē patefactū est, inquit, sanctis eius. Ita-  
que totū dispēsationis est diuinā. Nunc autē, inquit,  
patefactū est. Non dixit, nunc factum est: sed, patefa-  
ctum sanctis eius. Itaque & nunc quoq; absconditur.  
Siquidem solis patefactū est sanctis. Ne seducāt igitur  
vos illi. Nō enim mysteriū hoc sciūt. Quare solis  
sanctis? Quibus, inquit, voluit. Vide quomodo vbiq;  
percontationes eorum amputat. Quibus, inquit, vo-  
luit notū facere. Velle vero ipsius nō est p̄ter ratio-  
nem. Gratia magis obnoxios faciens, q̄ si in propria  
virtute permisisset eos quicquā gloriari, dixit, quib<sup>o</sup>  
voluit notū facere quæ sint diuitiæ glorię mysterij  
huius in Gētibus. Grauitē dixit, & ex magno animi  
affectu p̄odus adiecit, exaggerationū quę res exaggerationes.  
Nā & istuc exaggerationis est, quod inde-  
terminatē dixit, Quæ sint diuitiæ glorię mysterij hui<sup>o</sup>  
in Gentibus. Potissimum enim in Gentibus apparēt:  
quemadmodū & alibi dicit: Gentes pro misericor-  
dia glorificare deum. Apparet quidem & in reliquis  
magna mysterij huius gloria, verum multo magis in  
istis. Homines em̄ lapidibus stupidiōres ad angelorū  
subitō dignitatē simpliciter nudis verbis, solaq; fide,  
sine omni operū adminiculo euehere, reuera gloria  
est, ac mysterij huius diuitiæ: quemadmodū si quis ca-  
nem quempiā fame & scabie tabefactū, turpem ac  
deformē, & qui ne moueri quidē possit, proiectūq;  
mox hominem efficeret, & ad thronum regalē dedu-  
ceret. Lapidēs adorarunt & terrā: iam vero cognoue-  
rūt se & cœlo & Sole meliores esse, omnēmq; mūdū  
sibi seruire. Captiui erant ac vincti diaboli, subitō su-  
pra caput ipsi<sup>o</sup> erecti, illi & iperant, & verberib<sup>o</sup> ipsum  
cædunt. Qui dæmonū erant captiui & serui, eius qui  
angelorum & archāgelorum dominus est, facti sunt  
corp<sup>o</sup>. Qui nesciebāt quid esset deus, mox ad thronū  
dei euecti sunt. Vis mille videre gradus quos trāsili-  
runt? Addiscendum primū erat lapidēs nō esse deos:  
Deinde non solum eos nō esse deos: sed & hominib<sup>o</sup>  
inferiores. Tertio, inferiores esse & brutis ratione ca-  
rētibus. Quarto, etiā plātis. Quinto, quomodo mise-  
ros illos tāquam ē profundo quodā puteo subuectos  
in eum sustulerit verticem, vt agnouerint non solum  
non lapidēs, sed nec terram, nec animātia, nec plan-  
tas, nec hominem, aut rursus ab initio nō lapidēs, nō  
animantia, non plantas, non elementa, nec superiora,  
nec inferiora, non hominē, non demones, nō ange-  
los, non archangelos, non aliā quamcūque cœlestiū  
illarū virtutum, ab humana natura colī debere. Ad-  
discendum erat eum esse deum, qui omniū dominus  
est, eum solum esse colendum, bonam esse celebrē &  
admirabilem illā vitæ cōuersationem, p̄sentē cor-  
poris mortem non esse mortem, vitā istam non esse  
vitam, corpus resurrecturū, & incorruptibile futurū,  
in cœlum ascensurū, immortalitatem assecuturū,  
cum angelis staturū, ac transmigraturū. Sed eū qui  
hūc in imo constitutus erat, ista omnia transilientē, in  
superna super thronum angelorum & archāgelorum  
collocauit: & qui hūc lapidib<sup>o</sup> erat inferior, thronis il-  
lum & dominationibus potētiōrē effecit, reuera be-  
ne dicit, quę sint diuitiæ glorię mysterii huius. Quē-  
admodum si quis fatuū quēdam subito philosophū  
exhiberet: imō quæcunque dixerit quisquā, nihil di-  
cet. Sunt enim infinita quę Paulus dicit. Quę sint, in-  
quit, diuitiæ glorię mysterij huius in Gētibus, qui est  
Christus in vobis. Addiscendum rursus erat, eum qui

Notat ido-  
latrism.

omniū est supremus, quiq; angelis dominatur, & re-  
liquis omnib<sup>o</sup> virtutibus imperat, ad ima descēdisse,  
hominēmq; factū esse, & innumera passum, resurre-  
xisse, & rursus in cœlos assumptū esse. Hęc omnia my-  
sterij erāt. Et cum encomio addit dicēs: Qui est Chri-  
stus in vobis. Si vero Christus in vobis est, ad quid an-  
gelos quęritis? Mysterij huius, inquit, est em̄ & aliud  
mysterium. At istuc verē mysterium est, quod nemo  
cognouit, quod admirabile est, quod p̄ter commu-  
nem est expectationem, quod absconditū est. Qui est  
Christus in vobis, inquit, spes glorię, quę nos ē super-  
nis acceptum annuntiamus, nos, inquam, non angeli:  
docētes & admonēt es, non imperatorie neq; ex ne-  
cessitate. Nam & hoc diuinę benignitatis est, non ty-  
rannicē attrahere. Quoniā magni quicquam videba-  
tur quod dixit, docētes: adiūxit, admonētes: id quod  
magis patris erat, q̄ p̄ceptoris ac doctoris. Quem  
nos, inquit, annuntiamus, admonētes omnem homi-  
nem, & docentes omnem hominē in omni sapiētia.  
Itaq; omni sapientia opus est: hoc est, omnia in sapiē-  
tia dicētes. Nam talia discere non est quorumuis. Vt  
exhibeam<sup>o</sup> omnē hominē perfectū in Christo Iesu.  
Quid dicis, omnem hominem? Certē, inquit, hoc stu-  
dioso conamur. Quid enim si non fit? Diligēter cona-  
tus est beatus Paulus perfectū facere omnem homi-  
nē. Igitur hoc perfectionis, illud vero imperfectionis  
est, vt si quis nō omnem habuerit sapiētiā, imperfec-  
tus sit. Perfectum in Christo Iesu. Non in lege, nō in  
angelis. Illud enim imperfectū est. In Christo, id est,  
in sciētia Christi. Qui nouit quid Christus fecerit, plus  
sapit quā angelī. In Christo Iesu. Ad quod & enitor  
decertans. Et nō simpliciter studeo, inquit, nō q; vtcū-  
que temerē, sed enitor, cū multa diligentia decertās,  
cūmq; multa vigilātia. Si ego pro vestris bonis itavi-  
gilo, multo magis vos hoc facere debetis. Deinde rur-  
sus ostendit esse diuinum. Secundum efficaciam eius ope-  
rantē in me cum virtute. Declarat opus hoc esse dei. Qui  
ergo potentem me ad illud facit, manifestū est quōd  
hoc velit. Quapropter & exorsus dixit, per volūtātē  
dei. Itaq; non solum modestiæ gratia hoc posuit, sed  
& pro veritate: sermone cōtendens ac decertans, cū  
hoc dicit, à multis impugnari se declarat. Deīde mul-  
to amoris affectu subiungit: Volo enim vos scire quantum  
certaminis habeā vestri gratia, & eorū qui sunt in Laodicea.  
Postea ne videretur istud infirmitatis eorū esse, con-  
iunxit & cæteros, & nondū arguit. Sed quāobrem?  
Et quotquot non viderunt faciem meam in carne. Declarat  
hūc diuinitus eos vidisse se in spiritu. Exhibet autē il-  
lis magnæ dilectionis testimonium. Vt consolationē ac-  
cipiant corda illorū cū fuerint cōpacti in charitate, & in omnē  
opulētia certæ persuasionis intelligentiæ, in agnitionē mysterij dei  
patris ac Christi Iesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ ac  
sciētiæ reconditi. Iā deinceps studet & enitur ingredi  
dogma, neq; accusans eos, neq; ad accusationē libe-  
rans. Certamē, inquit, habeo. Ad quid: vt cōpangan-  
tur. Quod dicit, hoc est: Vt firmi stent in fide. Verum  
nō ita ponit, sed quę accusationis sunt, amputat. Qua-  
si dicat, vt coadunētur in charitate, neq; cū necessita-  
te, neq; cum violentia. Quemadmodum enim dixi,  
perpetuō cauet ne sit illis molestus & odiosus, admo-  
nens eos, atq; adeo & luctādo decertans. Quoniam,  
inquit, cū charitate illos & volūtarios volo, nō sim-  
pliciter ore, neq; simpliciter congregationē fieri vo-  
lo, sed vt corda eorum cōsolationem accipiāt. Con-  
pacti in charitate, in omnē opulētiam certæ persua-  
sionis

hec di-  
ctio Iesu, &  
Verone. co-  
dice nos-  
træ hic  
additur.



fionis intelligentia: hoc est, ut nulla in re hæret, ut in omnibus certo persuasi sint. Certâ vero persuasione eâ dixit, quæ per fidem est. Est enim & persuasio quædam quæ per rationum collectionem est. Verum illa digna non est quæ alicuius habeatur momenti. Noui vos credere, inquit, at volo ut certo persuadeamini. Non in opulentia solum, sed in omnem opulentiam, ut in & omnibus, & abundè persuasi sitis. Et contèplare beati huius prudentiam. Non dixit, male facitis, quod non certo persuasi estis, nec arguit: sed ignoratis, inquit, quo pacto diligèter incumbam: ut cum prudentia & non simpliciter, certo persuadeamini. Quoniâ enim dixerat, siquidè permanferitis fide fundati, nolite putare, inquit, quod temerè & inutiliter dixerim, sed cum prudètia & cum charitate. In agnitione mysterij dei patris, ac Christi Iesu. Itaq; dei est hoc mysteriû, per filium recõciliari & accessum habere ad patrem. Ac Christi Iesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi. Si vero in ipso sunt thesauri sapientiæ, ergo sapienter nunc demum venit. Quamobrem igitur queruntur & criminantur insensatorum quidâ? Vide quomodo cû simpliciorib; differit. In quo sunt iquit, omnes thesauri. Ipse nouit omnia. Recõditi etenim: ne putetis vos totum iam habere, recõditi sunt ab angelis quoque, non solû à vobis. Proinde omnia ab ipso petere oportet: ipse dat sapientiâ ac scientiâ. Quod thesaurus quidè dicit, copiâ ac multitudinè: quod vero addit, omnes, nihil ab eo ignorari: quod autem subiungit, recõditi, ipsum solum omnia scire declarat. Hoc autè dico, ne quis vobis imponat probabilitate sermonis. Vides inquit, quod ista ideo dixerim, ne ab hominibus sapientiâ quæretis. Ne quis vobis imponat probabilitate sermonis. Quid enim si probabiliter dicat? Etenim quâuis carne sim absens, spiritu tamen vobiscum sum. Ordine dicendum fuerat, Etenim quanuis carne sim absens, noui tamen seductores. Nûc vero in encomium definit. Gaudens ac videns vestrum ordinem, ac soliditatem vestrâ in Christum fidei. Ordinem: constantè disciplinam ac decorum intelligit. Ac soliditatè vestrâ in Christum fidei: ista magis ad encomia pertinet. Et nõ dixit fidem, sed soliditatè, quemadmodû si quis milites cõpositè & solide stantes commendaret. Quod solidû est, nec seductione, nec tentatione dimouetur. Non solum nõ cecidistis, inquit, verum neq; quisquâ ordinè vestrum cõfudit aut dissoluit. Coram illis se ipsum statuit, ut tanquam præsentè metuerent. Nam ita cõseruatur ordo, hoc scilicet quod à soliditate firmû est & condèsum. Etenim hoc pacto fit soliditas. Quando multa in vnum coacta dense conglutinaueris ac indiuisè, ita fit soliditas. Vtpote quomodo solidatur murus, istuc vero charitatis opus est. Quando enim seorsum existètes ac separatos quis diligèter cõglutinat ac coniugit, solidos facit ac firmos. Idè quoque fides facit, quâdo ratiocinationes excludit. Què admodum enim illæ diuellunt, & concutiunt: ita fides cõsolidat, & stabiles facit. Cum nâque maiora nobis beneficia contulerit deus, quæ quæ humana cogitatio comprehendere possit, meritò fidè induxit. Nequit enim solide persistere, qui rationes humanas cõsulit & inquit: Etenim vide quomodo quæ nobis præcipua sunt, omnia rationum collectionibus destituta sint, & soli inhæreant fidei. Nusquâ est deus, & tamen ubiq; est. Quid isto absurdi? rationi? Vnûquodq; in seipso hesitatione plenû est. Neq; enim in loco sanè est, neque vll; est locus in quo nõ sit. Nõ est factus, seipsum

A non fecit, neque esse aliquando cœpit. Quæ nâ ratio ista cõciperet, nisi fides esset? Aut nõ ridiculû videtur, vel magis ænigma esse, quod finè non habet? Igitur quod quidè sine principio est, & ingenuus, & incircumscriptus atque infinitus, ita est inexplicabile: quod vero incorporeus est, videam; an cogitatione aliquâdo discutere valeam;. Incorporeus est deus. Quid est incorporeum esse? Nudum duntaxat verbû. Nihil enim hic cogitatio cõcipit, neq; quicquâ sibi ipsi imaginari poterit. Nâ si quicquâ imaginata fuerit, ad naturâ dilabitur, & corporea figmenta. Incorporeû itaque dicit quidè, ignorat tamè animus quid dicat, nisi vnum duntaxat, nepe quod corpus non sit. Hoc solû nouit. Et quid de deo dico? In anima quid est incorporeû? In anima, inquâ, quæ facta est, quæ inclusa est, quæ circumscripita est, dicas ac demõstres. At nõ poteris, an ær est? Sed ær corpus est, licet nõ solidû. Et multis indiciis liquet ipsum corp; esse molle ac laxû. Ignis corp; est. At energia animæ incorporea est. Quâ obrè? Si ubiq; penetrat. Si ipsa corpus est, est in loco quod incorporeû est. Ergo circûscribitur. Quod vero circûscribitur, in forma est: formæ autè à delimitatione, lineæ vero corporum sunt. Rursus quam cogitationem habet quod informe est? Formâ non habet, non speciè, nõ figuram. Vides qua vertigine animus in istis laboret? Rursus natura malorû deus capax nõ est. Sed spõte sua bon;? Ergo capax. Sed dici nõ potest. Absit. Iterû aut volens ut esset productus est, aut nõ volens. At neq; istuc dici potest. Iterû aut circûscribit orbè, aut min;. Si minus, ipse circûscribitur. Si vero circûscribit, infinitus est natura: rursus seipsum circûscribit? Si circûscribit seipsum, ergo nõ est sine principio sibi ipsi, sed nobis. Igit nõ natura est sine principio. Vbiq; cõtraria cõcedèda esset. Vides quâta sit horû caligo, & quod ubique fide opus sit? Ipsa solida est. Sed si vultis, veniamus ad inferiora quæ hæc sint. Energiâ habet illa essentia. Et quid est energia? In se ipsa? an motio quædam? igitur nõ immutabilis. Quod enim mouetur, immutabile nõ est. Nâ tacite quidem & quietè mouetur: attamen mouetur, & nunquâ cõsistit. Quæ vero est ipsius motio, dic quæso? Nâ apud nos septè quædâ sunt. Infrâ, suprâ, intrâ, extrâ, ad dextram, ad sinistram, & quæ circulariter in gyrû fit. Aut si nihil ex istis, est præterea auctio, diminutio, genesis, corruptio, alteratio. Verû nulla harû est. an qua mès mouetur? Sed neq; hoc est. Absit. Mès enim plurimû & absurde importunèq; mouetur. an volûtas est energia? Iâ vult omnes homines bonos esse & saluari: quo pacto nõ fit? Sed aliud est velle, & aliud operari. Igit ad energiâ non sufficit voluntas. Quomodo dicit ergo scriptura: Omnia quæcunq; voluit fecit? Et rursus leprosus ad Christû inquit, Si velis, potes me mûdare? Vultis & aliud dicam? Quomodo ex nihilo, ea quæ sunt, facta sunt? Quomodo in nihilû iterû resoluntur? Quid cœlo sublimi? Et illo rursus quid sublimi? Et isto quid? Et quid post hoc? Atq; illud in infinitû. Infra terram est mare. Post mare vero quid? Rursus quid infra hoc quoq;? At in dextrâ, & sinistram. an nõ eadem est perplexitas? Verum ista sunt quidè inuisibilia. Vultis, de visibilibus loquar? de illis quæ iam cõtigerunt? Quomodo belua Ionam in ventre habuit, & tamen illum nõ perdidit? Nõ rationis expers est? Nõ temerè mouetur? Quomodo pepercit iusto? Quomodo illum non calore suo suffocauit? Quomodo non corrupti? Si em in profundo duntaxat esse, inexplicabile est:

Ratione certior est fides.

Nusquam est deus, & tamen ubiq; est.

Incorporeus deus.

In anima quid sit.

Scala Iacob.

Psal. 117. b. Matt. 8. a. Luc. 5.

Jonas in ventre Ceti.

bile est: in visceribus etiam esse & calore illo, multo est inexplicabilis. Si ærem illinc respiramus, quomodo sufficit duobus animantibus respiratio? Quomodo vero illum euomuit ille sum? Quomodo etiam loquebatur? Quomodo apud seipsum erat, & precabatur? Ista itaq; incredibilia sunt & suspecta, si ratione ea discusserimus. si vero fide, vehemèter certa sunt & firma. Dicamne plus aliquid? Frumentû in gremio telluris corrumpitur, & denuo exurgit. Vide mirabilia contraria, & sese mutuò superantia. Mirabile est non putrefieri: mirabile rursus putrefacta resurgere. Vbi sunt qui talia nugantes, & resurrectionem non credentes, dicunt: Quomodo os istud cohærebit ossi illi? & fabulose talia inducunt? Dic mihi, Elias quomodo curru igneo ascendit? Ignis nõ subuehere, sed cõburere consuevit. Quomodo tatum temporis viuuit? Vbi locorû est? Quamobrem hoc factû est? Quò vero & Enoch translatus est? an eo nutrimento vitur quos? Et quid prohibet ipsum hic esse? Sed non fruitur nostra hac vita. Et quare translatus est? Vide quomodo nos deus paulatim instruat. Trãstulit Enoch. Non hoc admodum magnum. Instruxit nos isto ad subuectionem Eliæ. Nõ è inclusit in arca. Neq; istud valde magnum. Erudiuit nos illo ad inclusionè prophetæ in ventrem Ceti. Ita scilicet & vetera illa præcursoribus ac typis opus habuerunt. Quemadmodû enim in scala primus gradus ad secundû mittit, à primo vero non ad quartû subito ascendit potest: & gradus iste ad illum, & ille ad istum viam parat: neque enim ante primum peruenire datur ad secundû: ita & hic. Et cõtemplare signorû signa. Etiâ in scala quam Iacob videbat, istud specularè. Suprà, inquit, innitebatur dominus: infrâ vero ascendebant angeli & descendebant. Prædicabatur patrè habere filiû. Oportebat huius fidè facere. Vnde vis illius tibi signa demonstrè? an è sublimi ad ima, aut ab imis ad sublimia? Quoniâ citra generandi passiones generat, propterea primum peperit sterilis. Imò vero prius etiam certû hoc facere oportebat quod ex ipso esset. Quid igitur? Fit hoc obscurè quidè tanquâ in typo & vmbra. Veruntamen fit. Et progressû ipso clarius admodum fit. Ex solo homine mulier, & manet tamen ille integer. Rursus oportebat signum aliquod & parturitionis virginis fieri. Non semel sterilis peperit, sed secûdo quoq; ac tertio, & sepe numero. Est enim virginici partus typus quidam sterilis. Et ipsa animû ad fidè promouet. Iterum hoc typus factû est, solû deû generare posse. Si enim quod præstantius est, homo etiâ sine isto nascitur, multo magis ex præstantiore generatur. Et & alia generatio, quæ veritatis typus est, nostra scilicet, quæ spiritus est. Huius iterum sterilis typû habet. Quoniam non ex sanguinibus. Ipsa verò supernæ generationis. Ista quidè impassibilitatè eius ostendit: illa vero, quod ex solo deo generari possit. Christ; supra omnes est potètes. Oportebat illud certum facere. Fit hoc in terra, in homine formando. Faciamus hominem, inquit, ad imaginè & similitudinè nostram, ad principatum omnium irrationalium. ita nõ verbis, sed rebus ipsis nos erudiuit. Humanæ naturæ à reliquis paradisi separationè & præstantiâ declarauit, & hominem omnium esse optimû ostendit. Resurrectur; erat Christus. Vide deinde quâta signa: Enoch, Elias, quæ in eremo facta sunt, Jonas, quæ i camino, quod cum Noè factû est, baptisma, semina, plântæ, nostra generatio, etiâ animarum omnium. Quo-

niâ enim in eo periclitabatur omnia, habuit quoque omnium maxime multos typos. Quod non omnia improuisa & neglecta sint, potest ab illis quæ apud nos fiunt cõiici. Nihil em quod improuisum est ac neglectû manet, sed & greges & reliqua omnia opus habet ut regatur. Et quod nõ spõte sua facta sint omnia, gehèna declarat. Demonstrat hoc & diluuiû temporibus Noè, ignis, submersio Aegyptiorû, & quæ facta sunt in eremo. Oportebat ut & baptismû multa præcederèt. Et innumera talia, utpote quæ in veteri testamento, quæ in colymbethra, quod qui sanus nõ erat purgabatur, & expiatur, ipsum diluuiû, & quæcûq; in aqua facta sunt. [Baptismû Ioannis certû & authenticum facere oportebat. Filiû suû tradidit deus.] Præueniès hoc fecit homo, Abrahâ patriarcha. Omnium ergo istorû typos, si voluerimus, inueniemus, siquidè in scriptura quæserimus. At ne defatigemur, nos ipsos in istis cõponamus. Solidâ habeamus fidè, & cõuersationis nostræ diligentiam ostendamus, ut per omnia deo gratias agentes, digni reddamur bonis, diligentibus illum promissis, gratia & benignitate &c.

Homilia sexta. Quemadmodû igitur accepistis Christû Iesum dominû, ita ipso ambulatè, radicati & superstructi in illo, fideiq; cõfirmati, sicut edocti estis, exuberates in ea, cû gratiarum actione. Rursus illos proprio ipsorum testimonio præoccupat, dicens: Quemadmodum igitur accepistis. Nihil, inquit, nouum aut peregrinû inducimus, neque vos. In ipso ambulate. Nam ipse via est, quæ ad patrem ducit, non angeli. Nõ illuc ducit via quæ per angelos est. Radicati: hoc est, fixi, & constabiliti. Nõ vt nunc quidem hanc, nûc vero illam arripiatis, sed vt radicati sitis. Quod vero radicatum est, nõ sanè facile mutatur. Vide quomodo proprii & appositi ditionib; vtatur. Et superstructi, inquit: hoc est, animo in ipsum pertingentes ac desinentes. Et cõfirmati in illo: id est, cõtinentes & amplexantes ipsum, veluti super fundamentû structi. Declarat eos prolapsos fuisse. Hoc nâque innuit quod dicit, & superstructi. Nam fides verè est ædificiû, & opus habet fundamentum validum, & ædificatione diligèti & munita. Nisi em quis securè ac munitè ædificauerit, concutietur. Si vero securè ac munitè satis struxerit, & nõ perstiterit, nõ persistet amplius: quemadmodum edocti estis. Rursus illud quemadmodum. Exuberates, inquit, in ea, cû gratiarum actione. hoc enim gratorum est ac proborû. Non dico vt simpliciter gratias agatis, sed cû multa exuberantia, plus quàm didiceritis: aut si fas sit dicere, cum multa cõtentione & ambitione. Videte ne quis sit qui vos deprædetur. Vides quomodo ostèderit furè esse & abalienatorem, & tacite subingrediètem aduersariû? Demonstrat enim eû iam subingressum. Et bene dixit, qui vos deprædetur. quemadmodû enim si quis aggerem inferne perfodiens, efficiat vt nõ sentiat, illum vero subuertat: ita & vos videte ac circûspicite. Nam hoc illi studium est, vt insidiarum nullum sensum exhibeat. Per philosophiam. Deinde quoniam honesta videbatur esse philosophiæ opinio, adiecit, Et inanem deceptionem. Est enim & bona quædâ deceptio, qua decepti sunt multi: quæ neq; deceptio vocanda est, de qua Hieremias dicit: Decepisti me domine, & deceptus sum. Ego vero non credo. Nam istud nõ debet vocari deceptio. Alioqui & Iacob patrem suû decepisset: verum nõ erat deceptio, sed dispensatio. per philosophiam, inquit, & inanem deceptionem.

Baptism; Ioannis. Credi oportebat quod filius suus tradidit deus.

Hic. 20. b. Gen. 27. b.

INTRA

Iuxta traditionem hominum, iuxta elementa mundi, & non iuxta Christum. Tandem correptionem attingit, propter obferuantiam dierum. Solem & lunam, vocans elementa mundi, quemadmodum & in ea que ad Galatas est, dicitur. Quomodo denuo conuertimini ad infirma & egena elementa: Non dixit autem, iuxta dierum obseruantiam, sed totum omnino presentem mundum inuoluit, ut vilitatem ostenderet. Si enim mundus nihil valet, multo minus valebunt elementa. Postea que igitur primum ostenderat quatis beneficiis essent affecti, quata bona cepissent: tunc reprehensionem inducit, ut magis mordeat, & auditores moueat. hoc & prophetam faciunt. Semper prestita beneficia primum declarant, & tunc correptiones intendunt. Quemadmodum Esaias dicit: Filios genui, & exaltaui: ipsi vero spreuerunt me. Et iterum: Popule meus quid feci tibi: aut qua in te contumacia: aut quo pacto molestus tibi fui? Et Hieremias & David: Audiui te in abscondito tepestatum. Itaque: Aperi os tuum, & adimplebo illud. Et ubique ita inuenies. Non debetis igitur credere, etiam si que maxime quid dixissent. Nunc vero etiam sine acceptis beneficiis debetis, inquit, ista fugere. Et non secundum Christum, inquit, etiam si quam maxime, inquit, ita fuisset, ut potuissetis partem huic, partem illi seruire: neque sic tam fieri oportebat. Nunc vero non permittit vos incedere iuxta Christum. Nam ab eo vos ista in diuersum deferunt. Concussis primum gentilibus obseruationibus, tunc & Iudaeis aufert. Nam plura obseruabant & gentes & Iudaei: sed ille quidem ex philosophia, isti vero ex lege. Primum itaque ea aggreditur, ubi maiore opus est reprehensione. Quomodo non iuxta Christum? Quonia in illo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo completi, qui est caput omnis principatus ac potestatis. Vide quomodo illorum reprehensione istud perfodit, ac demolitur, primum ponens solutionem, & tunc demum antithesim. Nam eiusmodi solutio suspicione caret, & auditor eam magis admittit, tanquam eo qui loquitur, non hoc solite ac studiose agere. Nam illic quidem contendit etiam ne vincatur: hic vero non ita: quonia in illo inhabitat, inquit: hoc est, quonia deus habitat in illo. Verum ne putes ipsum velut in corpore inclusum, dicit: Omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo completi. Alij dicunt Apostolum ecclesiam a diuinitate ipsius impletam dicere, quemadmodum alibi inquit, Qui omnia in omnibus adimplet. Quod vero hic corporaliter dicit, perinde esse, atque in capite corpus. Quomodo ergo non subiunxit, que est ecclesia, de patre? Quidam vero dicunt Apostolum velle, quod plenitudo diuinitatis in Christo habitet, primum quod verbum inhabitandi non proprie de deo dicatur: deinde quonia plenitudo non est quod aliud capit. Domini enim est terra, & plenitudo eius. Et rursum Apostolus: Donec plenitudo gentium aduenerit. Quod totum est, plenitudo dicitur. Iam vero quid est illud corporaliter? Tanquam in capite. Ad quid vero idem denuo dicit? Et estis in illo completi. Quid est igitur? Quonia nihil minus habetis ab illo: quemadmodum in illo habitauit, ita & in vobis. Satagit enim & vult perpetuo Paulus, ut ad Christum nos proximè adducat: ut quado dicit. Excitauit & federe nos simul cum illo fecit. Si sustinuerimus, & cogerabimus. Et quomodo non & omnia nobis cum illo donabit? Et dum confortes & coheredes vocat: deinde de dignitate, Et ipse est caput omnis principatus & potestatis. Omnium supremum, causa & author omnis principatus ac potestatis, non consubstantialis. Istis iam quod preclarum est in beneficio subiungit, idque multo preclarior in epistola ad Romanos. Nam illic quidem circuncisionem cordis dicit, que non litera, sed spiritus consistat: hic vero eam que est in Christo, in quo & circumcisi estis circuncisione que fit sine manibus, dum exuistis corpus peccatorum carnis circuncisione Christi. Vide quomodo ad rem ipsam vita exprimendam appropriat. Dum exuistis, inquit. Non dixit simpliciter exuistis, sed exuendo abiecistis corpus peccatorum. Loquitur de veteri vita. Continuo eadem versat, & diuersimodè: quemadmodum supra dixit, Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & reconciliauit ab alienos ad hoc ut simus sancti, & irreprehensibiles. Non amplius, inquit, in machera, & circuncisione, sed in ipso Christo. Non enim manus quemadmodum illic circuncisionem istam efficit, sed spiritus. Non partem duntaxat, sed totum hominem circuncidit, corpus utrobique & illic, & hic: verum illic quidem carne, hic vero spiritualiter circunciditur, sed non ut Iudaei. Non enim carnem, sed peccata exuendo abiecistis. Quando? Et ubi? In baptisate. Et quod circuncisionem vocat, idem quoque sepulturam vocat. Vide quomodo rursus ad iustitiam studia transit. Peccatorum, inquit, carnis, que in carne fecerant. Maius quiddam dicit, que circuncisio fit. Non enim quod circuncidebatur, proiiciebatur, sed perdebat & corrumpebatur. Consepulti, inquit, simul cum illo in baptisate, in quo & simul cum illo excitati estis per fidem operationis dei, qui excitauit illum ex mortuis. Verum non solum sepultura est. Etenim vide quid dicat: In quo & simul cum illo excitati estis per fidem operationis dei, qui excitauit illum ex mortuis. Bene dixit. Totum enim fidei est. Credidistis deum excitare posse, atque ita excitati estis. Denique & fide dignum hoc facit: qui excitauit illum, inquit, ex mortuis. Resurrectionem iam probat: Et vos cum essetis mortui per delicta, & per preputium carnis vestrae simul cum illo viuificauit. Eratis enim iudicio ad moriendum obnoxij. Et si mortui quoque essetis, morte debita mortui essetis. Vide quomodo rursus declarat quid meriti fuerint, per ea que subiungit: Condonas nobis omnia delicta, deleto quod aduersus nos erat chirographum in decretis, quod erat contrarium nobis: & illud sustulit e medio affigens illud cruci, expoliatusque principatus ac potestates ostendit palam, triumphans de illis per seipsum. Condonas nobis, inquit, omnia delicta, que mortalitatem effecerat. Et quid? an permanere illa permisit? Non sed deleuit quoque, non solum dispunxit, ne deinceps comparerent. In decretis, inquit. Quibus decretis? fide satis est credere. Non operibus opera, sed fidei adiunxit opera. Et quid postea? Post remissionem, deletionem quoque statuit. Et illud sustulit e medio, inquit. Et neque sic conseruauit, sed dirupit illud, affigens cruci. Expoliatus principatus ac potestates ostendit palam, triumphans de illis per seipsum. Nusquam ita magnifice locutus est. Vides quantam diligentiam impenderit, ut chirographum e medio tolleretur? utpote eram omnes sub peccato, penaque obnoxij. Ipse supplicio affectus, & peccatum sustulit & supplicium. Supplicio vero, affectus in cruce. Igitur ipsum chirographum affixit, & deinceps tanquam potestatem habens discidit ac rupit. Quomodo chirographum? Aut hoc intelligit quod ad Moysen dixerat: Quaecumque dixit deus faciemus, & audiemus. Aut si non istud, quod obedientiam deo debemus: aut quod diabolus detinuit chirographum, nimirum quod deus fecerat ad Adam dicens: Quocumque die comederis ex hoc ligno, morieris. Detinuit itaque & occupauit hoc chirographum diabolus.

diabolus. Christus vero nobis ipsum non dedit, sed ipse illud fecit: id quod indicium est cum gaudio debita remittetis. Spoliatus principatus ac potestates. Diabolicae virtutes dicit. Quonia igitur illas humana natura induerat, aut quoniam ipsas tanquam occasione habebat & manubrium, homo factus manubrium illud exebat. Quid est, ostendit? Bene dixit, ostendit. Nunciam enim diabolus tantam turpitudinem passus est. Nam cum speraret se Christum quoque habiturum, quotquot etiam habebat, perdidit: & cum cruci affixum esset corpus Christi, resurrexerunt mortui. illic plagam accepit mors, a mortuo corpore letali vulnere caesa, & quemadmodum si athleta cum aduersarium suum se iam prostrauisse putat, letale plagam acciperet: ita & morti factum est. Declarat turpitudinem & confusionem esse diaboli, quod Christus adeo confidenter palam & secure mortuus est. Nihil enim ille intetatum reliquit, an ut aliquo pacto hominibus persuadere posset non esse mortuum Christum. Quonia enim omne tempus quod mortem eius secutum est, resurrectionis argumentum & testimonia habiturum erat: mortis vero, nisi hoc fuisset, non fuisset aliud tempus, propterea publice quidem videntibus omnibus mortuus est, verum non publice resurrexit, sciens futurum tempus veritati testimonium allaturum. Preclarum enim est quod inspectore mundo sursum in ligno serpens ille immolabatur. Nam quid non fecit diabolus, quod occulte moreretur? Audi Pilatum dicentem: Tollite eum vos, & crucifigite: ego enim nullam causam in eo reperio. Et iterum Iudaei ad ipsum dicebant: Si filius dei es, descende de cruce. Postea igitur quia letale plagam acceperat, nec de cruce descenderat, propterea sepulture quoque traditus est. Poterat enim subito resurgere: verum sepeliri oportebat, ut fides pararetur huic causae. Quamquam in vulgaribus quidem mortibus defectio atque imbecillitas spiritus praetexti poterit, hic vero nequaquam. Nam & milites crura eius non fregerunt, quemadmodum aliorum, ut conspicuum esset illum iam mortuum esse. Obscuri quoque non sunt, qui corpus ipsius sepelierunt. Propterea & Iudaei ipsi lapidem obsignarunt, & adhibitis militibus communierunt. Hoc enim maxime omnium summo studio diuinitus agebat, ne obscura esset mors Christi. Et testes huius apud inimicos esse oportebat apud Iudaeos. Audi eos ipsos, quid Pilato dixerit: Dixit seductor ille, inquit, cum adhuc viueret, post tres dies resurgam. Iube ergo a militibus custodiri sepulchrum. Et hoc illis quoque obsignantibus factum est. Audi vero quomodo etiam post ista illi ipsi ad Apostolos mortem Christi testificantes dixerunt: Vultis inducere super nos sanguinem hominis huius? Modum enim & rationem crucis ipsius confundi non permisit. Quonia nanque angelum nihil tale passi sunt, propterea huius gratia cuncta facit, declarans mortem suam magna perfecisse. Factum est enim hic perire atque in singulari certamine solet. Mortem percussit Christus: verum Christus primum percussus, postremo mortem interemit. A mortuo destructa & enecata est corpore, que videbatur immortalis. Atque illud orbis ipse vidit. Et quod preclarum est non commisit hoc alteri. Sed rursus aliud chirographum factum est, non tale quale prius fuerat. Videte igitur ne isto quoque danemur, posteaquam diximus, Renunciamus satanae, & coniungimur tibi Christe: imò non vocetur hoc chirographum, sed foedus ac pactum. Chirographum namque est, quando quis debitis obnoxius detinetur. Hoc autem foedus est & pactum. Poena

non habet, neque dicit: si hoc, & nisi hoc sit, id quod Moyses cum sanguinem testamenti aspergeret, dicebat. Hoc deus quoque vitam aeternam pronunciauit. Haec omnia pactum sunt ac foedus. Illic agebat seruus cum domino, hic amicus cum amico. Quacumque die comederis, inquit, morieris. Mox minime. Hic vero nihil tale. Aduenit deus. Et hic nuditas, & illic nuditas: verum illic quidem ex peccato nudus factus erat, quoniam peccauerat: hic vero reconciliationis gratia nudatus. Exuerat ille tunc gloriam quam habuerat, nunc exiit veterem hominem. Et antequam ascendat e lauacro, ad eum facile exiit, atque vestimenta. Inungitur more athletarum qui stadium iam ingressuri sunt. Simul enim nascitur, & non quemadmodum primus ille, qui paulatim formabatur. Sed subito nascitur, non quomodo sacerdos olim, caput duntaxat, sed multo amplius. Nam ille quidem caput, dexteram auriculam & manum, ut & ad obediendum & opera bona ipsum excitaret, hic vero totum. Non enim instruendi gratia duntaxat accedit, sed & certandi & exercendi, in alteram creaturam eaudit. Quando namque ad vitam aeternam fide proficitur, alteram proficitur creaturam. Accepit puluerem de terra, & finxit hominem. Postea vero non amplius puluerem, sed spiritum sanctum. Illo fingitur, illo componitur: quemadmodum & ipse in utero virginis. Non dixit in paradiso, sed in caelo. Etenim ne putes in terra esse, propterea quod terra subiacet: translatus es in caelum. Illic ista inter angelos sunt. Sursum accipit animam tuam deus, sursum illam transformat, iuxta thronum regalem te sistit. Fingitur in aqua quidem nouus homo, accipit vero aliter animam spiritum. Postea quia autem iam formatus est, non ducit ad illum bestias, sed daemones & ducit ipsorum, & dicit: Calcate supra serpentes & scorpiones. Non dicit, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, sed quid? Dat illis potestatem filios dei fieri. Qui ex deo, inquit, nati sunt. Deinde ne serpentem audias, mox docet ut dicas: Renuncio tibi. ut idem sit ac si dicas: non audiam te. Ad haec ne per alios quoque te capiat, inquit, & pompe tuam, & seruituti tuam, & angelis tuis. Posuit ipsum non amplius ad custodiendum paradysum, sed ad conuersandum in caelo. Confestim enim atque a baptisate regreditur, haec verba loquitur: Pater noster, qui es in caelis, fiat voluntas tua quemadmodum in caelo ita & in terra. Non in faciem cadit puer, non lignum vides, non fontem, sed mox dominum ipsum amplecteris. Commiseris & subiectus coniungeris corpori illi quod sursum in caelis sedet, quod non licet accedere diabolo. Non est mulier illic quam accedat, & tanquam imbecillior seducat. Non est enim, inquit, mulier, non est masculus, nisi tu deficias ad ipsum, non poterit illuc ascendere, ubi tu constitutus es. Es enim in caelo: caelum autem inaccessum est diabolo. Non habet lignum scientiae boni ac mali, sed lignum vitae duntaxat. Non amplius ex latere tuo mulier, sed omnes vnus sumus, ex latere Christi. Si qui ab hominibus vncti sunt, nihil patiuntur a serpentibus: neque tu patieris quicquam dum vnctus fueris, ut serpentem tenere queas & suffocare, calcare supra serpentes & scorpiones. Sed quemadmodum magna sunt dona, ita magna quoque transgressoribus posita est poena. Non potest esse paradysum excidens, e regione paradysi habitare. Neque poterimus denuo redire, si quando exciderimus: sed quid postea? Gehenna, & vermis non moriens. Verum absit, ut quisquam nostrum isto supplicio fiat obnoxius, sed strenue virtutis dediti

Galat. 4. b. xit: Quomodo denuo conuertimini ad infirma & egena elementa: Non dixit autem, iuxta dierum obseruantiam, sed totum omnino presentem mundum inuoluit, ut vilitatem ostenderet. Si enim mundus nihil valet, multo minus valebunt elementa. Postea que igitur primum ostenderat quatis beneficiis essent affecti, quata bona cepissent: tunc reprehensionem inducit, ut magis mordeat, & auditores moueat. hoc & prophetam faciunt. Semper prestita beneficia primum declarant, & tunc correptiones intendunt. Quemadmodum Esaias dicit: Filios genui, & exaltaui: ipsi vero spreuerunt me. Et iterum: Popule meus quid feci tibi: aut qua in te contumacia: aut quo pacto molestus tibi fui? Et Hieremias & David: Audiui te in abscondito tepestatum. Itaque: Aperi os tuum, & adimplebo illud. Et ubique ita inuenies. Non debetis igitur credere, etiam si que maxime quid dixissent. Nunc vero etiam sine acceptis beneficiis debetis, inquit, ista fugere. Et non secundum Christum, inquit, etiam si quam maxime, inquit, ita fuisset, ut potuissetis partem huic, partem illi seruire: neque sic tam fieri oportebat. Nunc vero non permittit vos incedere iuxta Christum. Nam ab eo vos ista in diuersum deferunt. Concussis primum gentilibus obseruationibus, tunc & Iudaeis aufert. Nam plura obseruabant & gentes & Iudaei: sed ille quidem ex philosophia, isti vero ex lege. Primum itaque ea aggreditur, ubi maiore opus est reprehensione. Quomodo non iuxta Christum? Quonia in illo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo completi, qui est caput omnis principatus ac potestatis. Vide quomodo illorum reprehensione istud perfodit, ac demolitur, primum ponens solutionem, & tunc demum antithesim. Nam eiusmodi solutio suspicione caret, & auditor eam magis admittit, tanquam eo qui loquitur, non hoc solite ac studiose agere. Nam illic quidem contendit etiam ne vincatur: hic vero non ita: quonia in illo inhabitat, inquit: hoc est, quonia deus habitat in illo. Verum ne putes ipsum velut in corpore inclusum, dicit: Omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo completi. Alij dicunt Apostolum ecclesiam a diuinitate ipsius impletam dicere, quemadmodum alibi inquit, Qui omnia in omnibus adimplet. Quod vero hic corporaliter dicit, perinde esse, atque in capite corpus. Quomodo ergo non subiunxit, que est ecclesia, de patre? Quidam vero dicunt Apostolum velle, quod plenitudo diuinitatis in Christo habitet, primum quod verbum inhabitandi non proprie de deo dicatur: deinde quonia plenitudo non est quod aliud capit. Domini enim est terra, & plenitudo eius. Et rursum Apostolus: Donec plenitudo gentium aduenerit. Quod totum est, plenitudo dicitur. Iam vero quid est illud corporaliter? Tanquam in capite. Ad quid vero idem denuo dicit? Et estis in illo completi. Quid est igitur? Quonia nihil minus habetis ab illo: quemadmodum in illo habitauit, ita & in vobis. Satagit enim & vult perpetuo Paulus, ut ad Christum nos proximè adducat: ut quado dicit. Excitauit & federe nos simul cum illo fecit. Si sustinuerimus, & cogerabimus. Et quomodo non & omnia nobis cum illo donabit? Et dum confortes & coheredes vocat: deinde de dignitate, Et ipse est caput omnis principatus & potestatis. Omnium supremum, causa & author omnis principatus ac potestatis, non consubstantialis. Istis iam quod preclarum est in beneficio subiungit, idque multo preclarior in epistola ad Romanos. Nam illic quidem circuncisionem cordis dicit, que non litera, sed spiritus consistat: hic vero eam que est in Christo, in quo & circumcisi estis circuncisione que fit sine manibus, dum exuistis corpus peccatorum carnis circuncisione Christi. Vide quomodo ad rem ipsam vita exprimendam appropriat. Dum exuistis, inquit. Non dixit simpliciter exuistis, sed exuendo abiecistis corpus peccatorum. Loquitur de veteri vita. Continuo eadem versat, & diuersimodè: quemadmodum supra dixit, Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & reconciliauit ab alienos ad hoc ut simus sancti, & irreprehensibiles. Non amplius, inquit, in machera, & circuncisione, sed in ipso Christo. Non enim manus quemadmodum illic circuncisionem istam efficit, sed spiritus. Non partem duntaxat, sed totum hominem circuncidit, corpus utrobique & illic, & hic: verum illic quidem carne, hic vero spiritualiter circunciditur, sed non ut Iudaei. Non enim carnem, sed peccata exuendo abiecistis. Quando? Et ubi? In baptisate. Et quod circuncisionem vocat, idem quoque sepulturam vocat. Vide quomodo rursus ad iustitiam studia transit. Peccatorum, inquit, carnis, que in carne fecerant. Maius quiddam dicit, que circuncisio fit. Non enim quod circuncidebatur, proiiciebatur, sed perdebat & corrumpebatur. Consepulti, inquit, simul cum illo in baptisate, in quo & simul cum illo excitati estis per fidem operationis dei, qui excitauit illum ex mortuis. Verum non solum sepultura est. Etenim vide quid dicat: In quo & simul cum illo excitati estis per fidem operationis dei, qui excitauit illum ex mortuis. Bene dixit. Totum enim fidei est. Credidistis deum excitare posse, atque ita excitati estis. Denique & fide dignum hoc facit: qui excitauit illum, inquit, ex mortuis. Resurrectionem iam probat: Et vos cum essetis mortui per delicta, & per preputium carnis vestrae simul cum illo viuificauit. Eratis enim iudicio ad moriendum obnoxij. Et si mortui quoque essetis, morte debita mortui essetis. Vide quomodo rursus declarat quid meriti fuerint, per ea que subiungit: Condonas nobis omnia delicta, deleto quod aduersus nos erat chirographum in decretis, quod erat contrarium nobis: & illud sustulit e medio affigens illud cruci, expoliatusque principatus ac potestates ostendit palam, triumphans de illis per seipsum. Condonas nobis, inquit, omnia delicta, que mortalitatem effecerat. Et quid? an permanere illa permisit? Non sed deleuit quoque, non solum dispunxit, ne deinceps comparerent. In decretis, inquit. Quibus decretis? fide satis est credere. Non operibus opera, sed fidei adiunxit opera. Et quid postea? Post remissionem, deletionem quoque statuit. Et illud sustulit e medio, inquit. Et neque sic conseruauit, sed dirupit illud, affigens cruci. Expoliatus principatus ac potestates ostendit palam, triumphans de illis per seipsum. Nusquam ita magnifice locutus est. Vides quantam diligentiam impenderit, ut chirographum e medio tolleretur? utpote eram omnes sub peccato, penaque obnoxij. Ipse supplicio affectus, & peccatum sustulit & supplicium. Supplicio vero, affectus in cruce. Igitur ipsum chirographum affixit, & deinceps tanquam potestatem habens discidit ac rupit. Quomodo chirographum? Aut hoc intelligit quod ad Moysen dixerat: Quaecumque dixit deus faciemus, & audiemus. Aut si non istud, quod obedientiam deo debemus: aut quod diabolus detinuit chirographum, nimirum quod deus fecerat ad Adam dicens: Quocumque die comederis ex hoc ligno, morieris. Detinuit itaque & occupauit hoc chirographum diabolus.

non habet, neque dicit: si hoc, & nisi hoc sit, id quod Moyses cum sanguinem testamenti aspergeret, dicebat. Hoc deus quoque vitam aeternam pronunciauit. Haec omnia pactum sunt ac foedus. Illic agebat seruus cum domino, hic amicus cum amico. Quacumque die comederis, inquit, morieris. Mox minime. Hic vero nihil tale. Aduenit deus. Et hic nuditas, & illic nuditas: verum illic quidem ex peccato nudus factus erat, quoniam peccauerat: hic vero reconciliationis gratia nudatus. Exuerat ille tunc gloriam quam habuerat, nunc exiit veterem hominem. Et antequam ascendat e lauacro, ad eum facile exiit, atque vestimenta. Inungitur more athletarum qui stadium iam ingressuri sunt. Simul enim nascitur, & non quemadmodum primus ille, qui paulatim formabatur. Sed subito nascitur, non quomodo sacerdos olim, caput duntaxat, sed multo amplius. Nam ille quidem caput, dexteram auriculam & manum, ut & ad obediendum & opera bona ipsum excitaret, hic vero totum. Non enim instruendi gratia duntaxat accedit, sed & certandi & exercendi, in alteram creaturam eaudit. Quando namque ad vitam aeternam fide proficitur, alteram proficitur creaturam. Accepit puluerem de terra, & finxit hominem. Postea vero non amplius puluerem, sed spiritum sanctum. Illo fingitur, illo componitur: quemadmodum & ipse in utero virginis. Non dixit in paradiso, sed in caelo. Etenim ne putes in terra esse, propterea quod terra subiacet: translatus es in caelum. Illic ista inter angelos sunt. Sursum accipit animam tuam deus, sursum illam transformat, iuxta thronum regalem te sistit. Fingitur in aqua quidem nouus homo, accipit vero aliter animam spiritum. Postea quia autem iam formatus est, non ducit ad illum bestias, sed daemones & ducit ipsorum, & dicit: Calcate supra serpentes & scorpiones. Non dicit, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, sed quid? Dat illis potestatem filios dei fieri. Qui ex deo, inquit, nati sunt. Deinde ne serpentem audias, mox docet ut dicas: Renuncio tibi. ut idem sit ac si dicas: non audiam te. Ad haec ne per alios quoque te capiat, inquit, & pompe tuam, & seruituti tuam, & angelis tuis. Posuit ipsum non amplius ad custodiendum paradysum, sed ad conuersandum in caelo. Confestim enim atque a baptisate regreditur, haec verba loquitur: Pater noster, qui es in caelis, fiat voluntas tua quemadmodum in caelo ita & in terra. Non in faciem cadit puer, non lignum vides, non fontem, sed mox dominum ipsum amplecteris. Commiseris & subiectus coniungeris corpori illi quod sursum in caelis sedet, quod non licet accedere diabolo. Non est mulier illic quam accedat, & tanquam imbecillior seducat. Non est enim, inquit, mulier, non est masculus, nisi tu deficias ad ipsum, non poterit illuc ascendere, ubi tu constitutus es. Es enim in caelo: caelum autem inaccessum est diabolo. Non habet lignum scientiae boni ac mali, sed lignum vitae duntaxat. Non amplius ex latere tuo mulier, sed omnes vnus sumus, ex latere Christi. Si qui ab hominibus vncti sunt, nihil patiuntur a serpentibus: neque tu patieris quicquam dum vnctus fueris, ut serpentem tenere queas & suffocare, calcare supra serpentes & scorpiones. Sed quemadmodum magna sunt dona, ita magna quoque transgressoribus posita est poena. Non potest esse paradysum excidens, e regione paradysi habitare. Neque poterimus denuo redire, si quando exciderimus: sed quid postea? Gehenna, & vermis non moriens. Verum absit, ut quisquam nostrum isto supplicio fiat obnoxius, sed strenue virtutis dediti



dediti viuentes, studeamus quæ illi probatur facere. Placamus deo, vt & à supplicio liberari queamus, & æterna bona assequi gratia & benignitate &c.

Homilia septima.

**N**E quis igitur vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut nouilunij, aut sabbatorum, quæ sunt vmbra futurorum, corpus vero Christi. Nemo vobis palmam interuertat, data opera in humilitate, & superstitione angelorum, in iis quæ non vidit, incedens, frustra inflatus à mente carnis suæ, nec obtinens caput, ex quo totum corpus per cõmissuras & compagines subministratum & cõpactum augetur augmento dei. Cum primùm ænigmatice dixisset, Videte ne quis sit qui vos deprædetur, iuxta traditione hominum: & rursus superius aliquantò, Hoc autem dico, ne quis vobis imponat probabilitate sermonis: animùmque auditoris præoccupasset, sollicitumque reddidisset: deinde & beneficia dei interseruisset, tunc videlicet magnificètius, cum hoc fecisset: reprehensionè postremo inducit, ac dicit: Ne quis igitur vos iudicet in cibo aut potu, aut in parte diei festi, aut nouilunij, aut sabbatorum. Vides quomodo ista subuertit? Si talia, inquit, assecuti estis: quid modicis istis obnoxios vos ipsos facitis? Et extenuat dicēs: aut in parte diei festi. Non enim omnia priora tenebāt: aut nouilunij, aut sabbatorū. Non dicit, itaque ne custodiat illa: sed, ne quis vos iudicet. Declarauit eos esse transgressos & deliquisse, verum in alios culpā reiecit. Ne feratis, inquit, iudices: imò non hoc dicit, sed cum illis solis disputat, nō reprimēs eos, ne discernere & diiudicare ista debeant: sed istos vtique non reprehedit. Non dixit, in mundis & immūdis: neque dixit, in scenopegiis & azymis, & Pētecoste: sed, in parte diei festi. Nō enim sustinebant totum custodire Et si obseruauerunt, non tamen veluti feriando. In parte, inquit, ostendēs maiorem partē sublatā esse. Et si enim sabbatizabant, nō tamē exacte: quæ sunt vmbra futurorum: Noui, inquit, testamēti, Corpus vero Christi. Igitur illa quidem hoc signabāt. Corpus vero Christi, veritas in Christo facta est: ista vero corpus ipsum Christi sunt. Nemo vobis palmā interuertat: hoc est offendat ac lædat. Palma enim interuertitur, quando alij quidem vincūt, alij vero palmam tollunt, quādo cū viceris, fraude læderis. Supra diabolū & peccatū stas, quid denuo te ipsum peccato subiicis? Propterea dixit: Quoniā debitor est vniuersæ legis impēdæ. Et iterum: Nū inuenitur Christus peccati minister? id quod ad Galatas scribens dixit. Postquā eos cõmouerat per id quod dixit, nemo vobis palmā interuertat, tum reprehensionē orditur, data opera, inquit, in humilitate & superstitione angelorū, in iis quæ nō vidit, incedens, frustra inflat à mente carnis suæ. Aut quomodo in humilitate? Aut quomodo inflat? ostēdit totum esse ex vana gloria. Quid vero prorsus est quod dicitur? Sunt nōnulli qui dicunt non oportere per Christum recõciliari, & ad patrem accedere, sed per angelos. Illud vero maius est, quā nobis videatur. Propterea sursum ac deorsum quæ de Christo sūt verfat. Per sanguinē crucis eius, inquit: Propterea dicit, quod pro nobis passus sit, & nos dilexerit. Et in eo ipso verò rursus tētabantur. Et nō dixit, conciliationem aut accessum: sed, superstitionem angelorū. In iis quæ non vidit, incedens. Angelos enim non vidit, & tamē ita afficitur illorum superstitione, ac si vidisset. Quapropter inquit, inflatus à mente carnis suæ frustra, neque enim ex veraci quādā causa aut dogma-

neque ista repreh.

Collatio veteris ac noui testamenti. Nonnulli quidem istud distinguunt. Corpus vero, Christi. veritas in Christo facta est. Alij vero, Corpus Christi. in humilitate & superstitione angelorū, in iis quæ nō vidit, incedens, frustra inflat à mente carnis suæ. Aut quomodo in humilitate? Aut quomodo inflat? ostēdit totum esse ex vana gloria. Quid vero prorsus est quod dicitur? Sunt nōnulli qui dicunt non oportere per Christum recõciliari, & ad patrem accedere, sed per angelos. Illud vero maius est, quā nobis videatur. Propterea sursum ac deorsum quæ de Christo sūt verfat. Per sanguinē crucis eius, inquit: Propterea dicit, quod pro nobis passus sit, & nos dilexerit. Et in eo ipso verò rursus tētabantur. Et nō dixit, conciliationem aut accessum: sed, superstitionem angelorū. In iis quæ non vidit, incedens. Angelos enim non vidit, & tamē ita afficitur illorum superstitione, ac si vidisset. Quapropter inquit, inflatus à mente carnis suæ frustra, neque enim ex veraci quādā causa aut dogma-

trōnemias

te inflatus est, prætextum vero animi humilis ac modesti præfert. A mente carnali nō spiritali humana est cogitatio. Nec obtinēs caput, inquit, ex quo totum corp⁹. Hic scilicet corp⁹ habet vt sit, & vt bene habeat. Quid relicto capite mēbris adherēs? Capite si excideris, periisti. Ex quo totū corp⁹. Quisquis tandē sit, viuere nequit, nisi ex capite illi coadunat⁹ vitā habeat. Omnis ecclesia quousq; caput habuerit, crescet. Nā tunc non amplius præualebit arrogatiæ & vanæ gloriæ passio, humanę cogitationis inuentū. Vide illud, ex quo, filio adscribit. Per cõmissuras & cõpagines, inquit, subministratum & cõpactum, crescit augmento dei. Augmento quod sit iuxta deū: quod sit cõuersationis optimæ. Si mortui estis cum Christo. Medium illud ponit, & quod vtrinque vehementius est. Si mortui estis cum Christo. Ab elementis mundi, quid quasi in mundo viuentes decernitis? Rationem cõsequentię nō seruat. Oportebat enim dicere: quomodo quasi viuentes subditi estis elementis? Sed relicto illo quid dicit? Ne tetigeris, neque gustaris, neque contrectaris, quæ omnia ipso abusu corruptioni patent, iuxta præcepta & doctrinas hominū.

Non estis in mundo, inquit, quomodo elementis subditi estis? quomodo mūdi obseruationibus? Et vide quomodo eos obiurgat. Ne contrectaris, ne tetigeris, ne gustaris, tanquam si magna quædam tradatis, aut à magnis quibusdā abstineatis: Quæ omnia ipso abusu corruptioni patent. Inflationē ac factum multorum deiecit, & subiunxit, iuxta præcepta & doctrinas hominum. Quid dicis? Etiam si legē obicias, ea tamen ipsa iam deinceps humana doctrina est, elapso videlicet tēporis sui præscripto. Aut hoc ideo dicit, quod illam corrumpebant. Aut traditiones Græcorū taxat, totū, inquit, humanum dogma est. Quæ quidem verbotenus sapiētia prætexūt, in superstitione & animi humilitate, & lesione corporis, ad expletionem carnis. Verbotenus, inquit, non efficacia, nō ipsa veritate. Itaque etiā si sermonem sapiētia habueris, auerfamur. Videtur enim talis religiosus quidā esse & modestus, corpūq; cõtemnere: non aliquo honore ad expletionem carnis. Deus enim corpori honorē suum contribuit, ipsi vero illo non cum honore vtuntur. Ita solet enim, quādo ad dogma attinet, honorem ipsum vocare. Ignominia, inquit, carnem afficiunt, priuantes illā honore debito, & potestati concessam auferētes, nec permittebant vt spōtanē illi imperetur: carnē deus honestauit. Itaque si resurrexistis vnā cum Christo. Coniungit eos Christo, quoniā supra instruxerat, dicens: Si mortui estis. Propterea iam inquit, itaque si resurrexistis vnā cum Christo, quæ sursum sunt quærite. Non est illic talis obseruatio. Superna quærite vbi Christus est ad dexteram dei sedens. Papæ, quod animum nostrum subuertit? Quomodo illos magno repleuit animo? Non satis habuit dicere, superna quærite, vbi Christus est: sed quid? ad dexteram dei sedēs, inquit. Illinc scilicet ex terra, deinceps cælum effecit. Superna curate, non terrestria. Siquidē mortui estis, & vita vestra abscondita est cū Christo in deo. Quādo Christus manifestat⁹ fuerit vita nostra, tūc & vos cū illo manifestabimini in gloria. Non est ista, inquit, nostra vita. Alia quædam vita est. Iam vrgenter laborat eos immutare, alioq; transferre, conaturq; pbare eos iā in supernis sedere, atq; hīc mortuos esse, vtrinque instruens, ne præsentia quærat. Siue enim mortui estis, nō debetis, inquit, terrena quætere: siue in supernis estis, neque sic quætere debetis. neque hic apparet Christus, neque vita vestra in deo est supernē. Quid igitur?

vel illis efficitur, terrenā deo incepto nō aspiciantur.

igitur? Quādo viuemus? Quando Christus apparuerit gloria vestra, tunc gloriam quærite, tunc vitam, tunc delicias quærite. Ista veluti præparamēta quædā sunt, vt à deliciis eos & à vitæ remissione ac quiete abducant. Ita solet, vt dū alia molitur, in alia trāsiliat, vt pote quomodo apud Corinthios facit de illis differēs qui cœnā præsumebāt, mox in obseruationem mysteriorum incidit. Magnū enim quid in se habet reprehensio, quādo sine suspitione fit. Abscondita est, inquit, à vobis. Tūc & vos apparebitis cum ipso. Itaque iam nō estis conspicui. Vide quomodo eos in ipsum cælum trāsulerit. Quēadmodum enim dicebam, perpetuò probare cõtendit, eadē illos habere cum Christo. Et per omnes illius epistolas ea inest ratio declarandi, in omnib⁹ fideles Christi cõsortes esse. Propterea & caput dicit & corp⁹, & omnia facit, vt hoc exprimat. Si ergo tunc apparebimus, ne doleat, si quidē honorem hīc consecuti non fuerimus. Si hæc vita, vita non est, sed abscondita est vita nostra, tanquam mortui vitam istā viuere debemus. Tūc & vos, inquit, cum ipso apparebitis in gloria. In gloria, inquit, nō simpliciter. Nā & margarita abscondita est, quousq; in ostreo fuerit. Siue igit vituperemur, siue aliud quicquā, quicquid fit, patiamur, nō lugemus. Non enim nostra est vita, hæc vita. Aduenē sum⁹ & peregrini. Nā mortui estis, inquit. Quis adeò desipit vt mortuo corpori, corpori sepulto, aut famulos cõemere, aut ædes struere, aut preciosa indumēta cõparare cupiat? Nemo. Itaque ne vos quoq; sed quemadmodum vnum quærimus, ne nudi scilicet simus, ita & hīc vnū dūtaxat quæramus. Sepultus est noster primus homo. Sepultus est nō in terra, sed in aqua: nō morte ipsum enecāte, sed eo qui mortē ipsam interemit, ipsum sepeliente, nō lege naturæ, sed mandato potentiore quā natura sit, naturæq; dominiū. Quæ enim ex natura sunt, destruxerit quicquam forte: quæ verò ex ipsius mādato, nō item. Nihil hac sepultura beatius, super qua gaudēt omnes & angeli & homines, & angelorū dominus. Hæc sepultura nihil opus habet vestibus, nihil vna, aut alia re quapiā huiusmodi. Vis illi⁹ videre symbolū? Ostēdā tibi colymbethrā in qua is quidē sepult⁹ est, iste verò resurrexit. In mari rubro submersi sunt Aegyptij, traducti verò & seruati Israëlita. In eadē re hūc quidē sepelit, illum verò generat. Ne mireris quod in baptisate & natiuitas est & corruptio. Nā dic mihi, an res dirimere ac dissoluere non contrariū sit ei quod est cõiungere? Nemini nō liquet. Atqui hoc ignis facit. Nam ceram quidē dissoluit ac perdit, terrā verò metallicā conglutinat, & aurum efficit: ita & hīc fit. Statuam⁹ ex cera factā demolita ignis vis, vicissim aureā loco illi⁹ exhibet. Verè quippe lutei fumus ante lauachrū, post lauachrū verò aurei. Vnde hoc liquet? Audi Paulū ipsum dicentem: Primus homo ex terra terrenus, secundus homo dominus est à cœlo. Ego quidē tantū differentia dixi, quātum est inter lutum & aurum. Reperi tamē maius discrimen, nepe cœlestis & terreni. Non est autē tantū discriminis inter lutea & aurea, quātum inter terrena & cœlestia. Cerei sumus & lutei. Liquefecit enim nos cõcupiscētię flāma, multo magis quā ceram ignis, & vulgaris quelibet tentatio multo magis nos fregit, quā lutea vasa saxum. Et si vultis, depingamus priorem nostram vitā, an non omnia terra fuerint & vnda, instar Euripi, puluerē & instabilem & fluidū habentia. Si vultis nō priora, sed præsentia discutiamus, an nō inuenturi simus omnia pul-

De baptisate.

Exo. 14. 8

1. Cor. 15. f

uerem esse & vndā. Quid enim vis dicā? principatus & potētatus? Nam istis quidē nihil magis æmulationi patere in præsentī hac vita videtur. Verū inuenit quiscquam puluerē in aère magis persistentē, quā istos nunc potissimū. Cui nanq; subiecti non sunt? Amori-bus suis, eunuchis, illis qui pecuniarū gratia nihil non faciūt, furori populi, indignationibus potentiorum. Qui heri in tribunali sedebat sublimis, qui præcones habebat voce magnifica clamātes, & multos præcursores, & circa forū insequētes, hodie vilis & abiectus, & omnibus illis spoliatus & nudus, instar pulueris excussi & vndæ præterfluentis habet. Quēadmodū autem puluis pedibus nostris excitatur, ita & principatus ab illis creatur, qui circa pecunias versantur, & pedum locū obtinent in omni vita. Et quēadmodū puluis quando excitatur, magnā aëris partē occupat, cū ipse sit exiguus: ita & principatus. Atq; vt puluis oculos excæcat, ita & principatus fastus oculos mētis excæcat. Sed quid vis rem istā peroptabilē, diuitias videlicet discutiamus? Agē, illas vicissim expendamus: Habent delicias, habēt honores, habent potentiam. Primū ergo, si placet, exquiram⁹ delicias. An illę puluis non sunt? Imò puluere citius euanescūt: Voluptas enim deliciarum ad linguam vsq; pertingit. Quando verò repletus fuerit venter, iam ne ad linguā quidem vsq; Sed honores habere iucundū est, inquit. Et quid est honore illo iniucundius, qui propter pecuniarum necessitatē obtingit, quando is non ex animi sententia, neq; ex alacritate aliqua exhibetur? Non tu honore illo potiris, sed ipsæ diuitiē. Itaque hoc ipsum omnium potissimū ignominia diuitem afficit. Nam dic mihi, si te amicū quendam habentem omnes illius gratia honore afficerent, simul tamē ingenuè fateretur nullo te prorsus honore dignū esse, cogiq; se propter illum amicū tuum honorare te, quomodo nō magis ignominia te afficerent isti? Itaque diuitiē nobis ignominia causa sunt, maiore præditæ honore quā qui possident. Sunt quoq; non potentia, sed infirmitatis indicium & argumentū. Quomodo igitur absurdum non est, terra nos & cinere (hoc enim aurum est) nō putare dignos esse, sed nos illius gratia honore cõsequi? Meritò. Verū talis non est qui diuitias contemnit. Melius enim est non honorari, quā hoc pacto honorari. Etenim dic, quæso: Si quis tibi diceret, te quidē nullo arbitror honore dignū, verum propter seruos tuos honore te afficio: an hac ignominia quicquam peius esse posset? Si vero turpe est honori esse propter seruos, qui tamen eiusdē animæ nobiscum & eiusdē naturæ participes sunt: multo magis propter ista quæ viliora sunt, parietes dico edii, & aulas, & vasa aurea, & vestimenta. Ridicula verè sunt ista & turpia. Satius fuerit mori quā ad hunc modū honorari: nam dic mihi, Si te in isto factu periclitatē vilis quisquā & despuēndus periculo eximere vellet, quid tibi nam turpius euenire posset? Quod verò de ciuitate ista inuicē alius alij dicitis, ad vos quoq; dicere volo. Offenderat aliquādo regē ciuitas hæc nostra, iusseratq; illam totā funditus perdere cum viris, pueris, & ædificiis: tales enim sunt regij furores. Potestati suæ quantū volunt, permittunt & largiuntur. Tantum malum est libera potestas. Erat igitur in extremis periculis. Vicina ciuitas maritima illa succurrens, regem pro nobis obsecrabat. Qui verò urbem hanc nostram inhabitabant, dicebant hoc peius esse quā si vrbs ipsa solo adquaretur. Ita feliciter ad hūc modum honorari peius est,

terre & cineri (hoc enim aurum est) non existimare nos equiparandos esse.

est, quàm ignominia affici. Etenim vide unde radicē suam habeat honor iste. Coquorum manus faciūt vt honorem ini: itaq; illis gratiam referre debemus. Et subulci exhibent diuitē mensam, & textores, & lanarij, & qui metallis operantur, & placentarij, & stuctores. An non melius est itaq; non honorari, q̄ illis honoris gratiam debere? Et præterea verò, q̄ plenum sit ignominia diuitē esse, manifestè declarare conabor. Animū turpē faciunt diuitiæ. Quid isto inhonestius? Etenim dic, quæso: Si formoso quodā existente corpore, cunctōsq; pulchritudine sua superante, accedētes diuitiæ denunciarēt ac pollicerētur illud pro formoso reddere turpe, & pro sano ægrotū, & pro sedato inflatum, omniāq; mēbra intercute replerent, tumefacerent quoq; faciem, atq; vndiq; inflarent, item & pedes, trabibus etiā grauiore eos redderēt, rursus tumefacerent & ventrē, & quouis dolio maius exhiberent: & post ista neq; curare volentibus veniam & indulgentiam promitterēt, (nam hoc facit potestas) sed tantā libidini licentiā darent, vt si quis accederet nocumēta illa ablaturus, illum etiā punirēt: dic quæso, quādo diuitiæ ista faciunt & infligant animē, quomodo bonum est esse diuitem? Sed potestas illa licētiosa peior est morbo. Aegrotū nanq; ne medicorū quidē acquiescere legibus peius est q̄ simpliciter ægrotum esse. Id quod in se habent diuitiē, vndiq; animum intumescere facientes, medicorūmq; accessum & operam prohibēt. Itaq; non arbitremur illos licētīe ac potestatis gratia beatos esse, sed misereamur potius. Neq; enim si videro iacentē hydropicum, & neminem prohibentē quò minus potando se quātū voluerit, carnibūsq; nociferis ingurgitet, libertatis & potestatis huius gratia beatū illum reputaero. Neq; enim vbiq; bonum est quiduis posse, quemadmodū neq; in honore esse. Nam & honores multo fastu animum replent. Si vero non voles corpus tuū cum diuitiis tanto morbo obnoxium fieri, quomodo animam tuam contēnis non hoc tantum mali, sed & aliud inde supplicij sibi conciliantē? Etenim febribus vndiq; & inflammationibus inde cōburitur, & febrem illā nemo extinguere poterit. Neq; enim diuitiē permittūt, quæ sunt delicta & vitia, ista persuadētes esse quæstū & lucra: vt pote, neminem tolerare, & pro libidine ac licentia omnia facere. Nam non inuenerit quisquam alium animū adeo concupiscētis, idq; tam absurdum refertum, atq; eorū sunt, qui ditescere volūt. Etenim quantas nugas sibiipfis illinunt, magis q̄ qui hippocentaurus & chimæras imaginātur & fingunt? Et dracontopodas, & scyllas, & reliqua mōstra viderit quis illos referre & fingere. Et si quisquā vnam eorū concupiscentiam fingere & exprimere volet, nihil neque scylla, neq; chimæra, neq; hippocentaurus, ad monstrositatē illā esse videbitur, sed inuenies eam oēs cōplecti bestias. Et forte putabit me quisquā in multis fuisse diuitiis, ita rerum istarū de quibus loquor, gnarū & consciū. Dicitur quidā (nam primū ex illis quæ apud Græcos decātata sunt sermonē firmabo) dicitur, in quā, rex quidā apud eos vsq; adeo in deliciis peulans & luxurians fuisse, vt platanum etiā aureā fecerit, & sursum cœlū, atq; ita sederit, idq; in expeditione bellica cum hominibus belligerari doctis conuersatus. An nō ista cōcupiscentia hippocentaurorū est? An nō scylla? Rursus alius in bouem ligneū homines coniecit. An hoc nō scylla est? Tandē vero priorem illum regem ex viro mulierem fecit, militē rur-

sus ex muliere. Quid dico? Bestiam irrationalē, atque hac etiam peiorem. Nam bestia quidē si sub arboribus sint, contentē sunt naturæ beneficio, nec quicquā quærunt amplius. Hic vero bestias quoq; superauit. Quid ergo dementius diuitibus? Istud vero ex concupiscentiarū violentia & libidine nascitur. An nō multi illum celebrant & admirantur? Atqui probro illi cōmunicant. Illud autē non diuitias ostendit, sed stultitiam & amentiam. Quanto melior est terrestris platanus q̄ erat aurea illa? Naturalia quippe iucundiora sunt illis quæ præter naturā sunt. Quid vero tibi cœlum aureū volebat stulte? Vides quomodo multæ diuitiæ insanos faciant? quomodo inflent & inflant? Puto ipsum & mare ignorasse suprāq; illud forsā incedere voluisse. An ista non sunt chimæra? an nō sunt hippocentaurus? Sed sunt & nunc quidam nihil illo inferiores, sed multo etiā insaniore. Quid enim, dic quæso, quod ad insaniam attinet, discriminis est inter platanū aureā, & eos qui scitilia faciūt aurea, ollas & alabastra? Quid vero mulieres (pudet quidem, sed necessariū est vt dicam) quæ matulas faciunt argenteas? vos oportebat pudesceri quæ illas facitis. Tu Christo tuo esuriēte ad hunc modū deliciaris? imò despis & insanis? Quā istæ pœnam non pendent? quæris adhuc cur sint latrones, cur homicidæ, cur tot mala, cū vos ita vexet ac distrahat diabolus? Etenim scutellas habere argēteas, neq; istuc quidē animo philosophico conuenit, sed totū deliciarū est, vasa vero etiam immunda ex argento facere, an deliciarū est? At non dixerim hoc esse deliciarum sed stultitiæ, imò ne hoc quidem, sed insanix, quin insaniam quoq; peius. Noui multos me huius gratia suggillaturos. Verū nihil hoc curo, modo aliquid efficiā. Reuera stultos faciunt diuitiē & insanos. Si tanta fuisset copia, voluissent vtiq; & terrā esse aureā, & muros aureos, forsā & cœlum aureū, & aērē quoq; ex auro. Quæ est insaniam? quæ iniquitas? quæ febris? Alius frigore perit, qui ad imaginē dei factus est, tu vero talia struis? O fastū. Quid enim insanus amplius fecisset? Ita scilicet excrementa tua honoras, vt argento excipiātur? Noui q̄ nō sine nausea audiat. Verū quæ hoc faciunt, torporē & nausē hinc contrahere debēt: & viri quoq; qui his morbis formēta ministrāt. Est enim istud prodigalitas, & crudelitas, & inhumanitas, & feritas, & obscœna petulantia. Quæ scylla? quæ chimæra? quis draco? Imò quis dæmon? quis diabolus ista fecit? Quid proderit hic Christus? quid fides? Quando aliquid Græcorum hominum istud, imò non Græcorum sed dæmonum facere sustinebit? Si auro & margaritis caput ornādum non est, qui argēto ad tam immundum officium abutitur, quā veniā consequetur? Non sufficiunt reliqua? Quanquā neq; illa tolerabilia sunt. Cathedræ & scabellæ, ex argēto sunt omnia. Atqui & illa stultitiæ sūt. Sed vbiq; fastus abundans & nimius, vbiq; vana gloria, nusquā necessarius vsus, vbiq; superflua. Ego reor ne ab ista insaniam progrediēs mulierū genus mōstrorū sit abrepturū formas. Credibile nanq; est eas capillos etiā aureos concupiscere. Aut fatebimini, q̄ nihil ad id quod dictum est, affectæ sitis? Et excitatæ estis & in concupiscentiam istam incidistis, & nisi pudor cohiberet, nihil vtiq; detrectaretis. Si enim istis absurdiora quoq; audetis, multo magis illas puto capillos etiam aureos cōcupiscere, & labia quoq; & supercilia, & omnia auro liquefacto circumlinire velle. Si vero non creditis, & putatis me rem dicere ridiculam,

culam, ego narrabo quod audiui, imò quod & nunc quoq; est. Rex Persarum barbā habet auream. Nam qui ad ista operāda apti sunt, quasi subtegmīne quodā ita aureis laminis barbē ipsi capillos intexuerūt. Sed mōstri similis est. Gloria sit Christe tibi, quantis nos bonis accumulasti, qui sanos effecisti: quāta mōstrofitate, quāta insipiētia nos liberasti? Ecce prædico, nō amplius admoneo, sed præcipio & denuncio, qui volet audiat, qui vero minus, cōtumax sit & immorigerus. q̄ si ista facere perrexeritis, non sum laturus, neq; vos recipiā, neq; patiar hæc limina trāsire. Quid enim mihi morbidorum multitudo? Quid vero si vos erudiēs, nō prohibeo quæ superflua sunt? Atqui Paulus & aurū prohibuit & margaritas. Ridemur à Græcis. Nostra vidētur illis esse fabulæ: & viros quoq; hic admoneo. In locū disciplinæ huc accedis, vt in spiritali philosophia instruaris. Amputa fastum istū: huius & viros & mulieres admoneo. Et si quicquā aliter egeris, nō ferā. Duodecim erant discipuli. Audi quid ad illos dixerit Christus: Nū & vos abire vultis? Etenim si perpetuò vobis obsecuti fuerimus, quādo recuperabimus perditos, quādo proficiemus? Sed sunt, inquis, hæreses aliæ, ad quas pleriq; transibūt. Vanus & frigidus est hic sermo: Melior est vnus qui voluntatem dei faciat, quàm mille improbi. Nam & tu vtrū voles dic, quæso, an mille fugitiosos habere seruos & fures domesticos, an vnū beneuolū? Ecce admoneo, & iubeo, vt & ornātū illum facierum, & quæ alia huiusmodi sunt vasa, cōteratis, & pauperibus detis, & vt non ad hunc modū insanietis. Qui volet resiliat, qui volet incuset & cōquærat: nemini planè parcā. Quando iudicandus ad Christi sistar tribunal, vos mihi nimio procul stabitis. Tum nihil proderit vestra gratia, quādo mihi reddēda erit officij ratio. Hæc verba corruerunt omnia: Ne abeat, inquis, & trāsseat ad aliam hæresim. Infirmus est, condonetur illi. Sed quousq;? Quandiu? Semel, bis, ter. Verum nō semper. Ecce rursus denuncio, & iuxta beatū Paulū protestor, q̄ si deno reuertar, non parcā. Quando vero correcti fueritis, tūc scietis, quantū hinc sit lucri, quantū vtilitatis. Etiam obsecro, & supplico, neq; detrectabo genibus quoq; aduolui, supplicandiq; morē huius gratia subire. Quæ est ista mollities? quæ sunt illæ deliciae? quæ illa ignominia? (nō enim deliciae sunt, sed ignominia) quæ isthæc amētia? quæ insaniam? Tot pauperes ecclesiam circūdant, & tot habēs ecclesia liberos adeo opulētos, nulli pauperi succurrere potest, sed hic quidē esurit, ille vero ebrius est, & argēto excrementa sua excipit, cū interea iste ne panis quidem particeps est. Quæ est ista insaniam? quæ tāta feritas? Faxit dominus ne sit periculū faciendū castigandi immorigeros, neve ista cum indignatione iudicio committere cogar, sed vt voluntariē & paciēter hæc omnia in melius cōmuteris, vt ad gloriam dei viamur, & futuro supplicio liberemur, bonāque diligentibus ipsum promissa consequamur, gratia & benignitate &c.

Homilia octaua.

**M**ortificate mēbra vestra terrestria, fornicationē, immunditiā, mollitiem, malā concupiscentiā, & auaritiā, quæ est simulachrorū cultus, propter quā venit ira dei in filios intractabiles, in quibus & vos aliquādo ambulabatis, cū viueretis in ipsis. Noui multos præterita disputatione infensos mihi factos & abalienatos. Sed quid faciā? Audistis quid præceperit dominus. Num enim ego in causa sum? Quid faciā? Nō videtis debitorū

repetitores quomodo ingratos debitores & improbos carceribus & cōpedibus dedāt? Audistis quid hodie Paulus clamarit: Mortificate, inquit, mēbra vestra terrestria, fornicationē, immunditiem, mollitiem, cōcupiscentiam malā, & auaritiā, quæ quidē est simulachrorū cultus. Quid tali auaritia peius? hoc grauius est t̄ de quo dixi: Insania scilicet, & iactantia illa quæ fit circa argentū. Et auaritiā, inquit, quæ quidē est simulachrorū cultus. Videtis quò malū illud desinat? Ne, quæso, egreferatis. Nō enim lubens neq; temerè inimicos habere volo: sed velim vos eò progredi virtutis, vt de vobis audirē quæ deceat & oporteat. Istud itaq; non autoritaris meæ est, nō dignitatis, sed doloris ac mœroris. Ignoscite mihi, ignoscite. Nolo præter decorum agere, dū de talibus differo: interea tamen cogor. Nō propter dolorē pauperum ista dico, sed propter vestram salutem. Peribūt enim, peribunt qui Christum non pauerunt. Quid enim si pauperem pascas? Quousq; ita deliciaris genioq; indulges? vana sunt omnia. Nō enim hoc quæratur, vt multa des, sed vt non minus des q̄ facultas tua suppetat. Istud enim ludētis est. Mortificate, inquit, membra vestra terrestria. Quid dicis? Nō dixisti, quoniā sepulti estis, quoniam simul cum illo sepulti estis, quoniam circuncisi estis, quoniā exuistis corpus peccatorū carnis? Quomodo ergo rursus dicis, mortificate? Num ludis? non aliter loqueris, quàm si adhuc ista in nobis essent. Nō est sibiipfi cōtraria ista locutio: sed quæ admodum si quis statuam antea squalidam iam expurgatam, imò denuo quoq; excusam, splendidamq; exhibens, dicat quidem exterfam esse, ac sublatam rubiginem, admo neat vero rursus vt diligenter tollatur rubigo, non is sibiipfi cōtradicit, neq; enim absterfam iā rubiginē, sed eā quæ postea rursus accedit, auferre hortatur: ita & Paulus hic nō priorem mortificationem dicit, neque priores fornicationes, sed eas quæ postea succedunt. Non enim est ista nostra vita, sed alia quæ in cœlis est. Dic mihi: quoniā dixit, mortificate mēbra vestra terrena, an igitur & terra quoq; taxata est? Deinde mēbra terrena ipsa vocat peccata, fornicationē & immunditiā, inquit: Præterit ea quæ neq; dici possunt honestè, & vna immunditiæ dictione reliqua omnia cōprehendit. Mollitiem, inquit, & concupiscentiam malam. Ecce in genere totum dixit. Nam omnia peccata, mala sunt cōcupiscentia: vt pote inuidentia, ira, tristitia. Et auaritiā, inquit, quæ est simulachrorū cultus. Propter ista quippe venit ira dei in filios immorigeros. Multis nunc eos induxit: per beneficia iā cōcessa, per futura, ex eo q̄ à malis liberati sumus, declarato etiam quales fuerimus, & cuius gratia liberati simus. Et omnia illa, vt pote qui fuerimus, & in quib⁹, & q̄ à malis liberati sumus, quomodo & qua via, & quibus satis fuerint ad auertendum à malis. Verū hoc omnium vehementissimum est, quod inuicundū quidem est dictū, non tamen inutile, sed & maxime vtile, propter quā, inquit, venit ira dei in filios immorigeros. Non dixit in vos, sed in filios immorigeros. In quibus & vos aliquando ambulabatis, cum viueretis in eis. \* Reuerenter, Cum viueretis, inquit, in ipsis. Et tamen cum encomiis quoq; tanquam iam non ambulabatis, cū viueretis in ipsis. Noui multos præterita disputatione infensos mihi factos & abalienatos. Sed quid faciā? Audistis quid præceperit dominus. Num enim ego in causa sum? Quid faciā? Nō videtis debitorū



quentiam, inquit, ex ore vestro, Significanter. Nā illud inquinat turpiloquentia. *Posteaquam exiistis veterē hominem cum actibus suis, & induistis novū, qui renouatur ad agnitionem & imaginē eius qui condidit illum.* Nō immerito quisquā hīc quāsierit, quānam ratione mēbra, & hominē, & corpus corruptam vocet vitam, & integrā rursus & rectam idipsum. Et si homo sunt peccata, quomodo dicat, cum actibus suis. Semel enim dixit, veterem hominem, ostendens non hoc hominē esse, sed illud. Animi volūtas p̄cipua magis & principalior est quā ipsa hominis essentia, atq; ea magis est homo quā illa. Neq; enim essentia ipsa in gehennā conicit, neq; in regnum cōlorū introducit, sed animi voluntas. Et neminē vel diligimus vel odio habemus quatenus homo est: sed quatenus vel bonus, vel malus fuerit. Si igitur essentia quidem corpus est, ipsa vero innoxia vtrinq; quomodo corpus malū esse dicit? Quid vero est quod dicit, cum factis suis? Animi voluntatē cum ipsis operibus dicit: veterē autem eum vocat, turpitudinē eius, ac deformitatem, imbecillitatēq; demonstrare volens. Et novū vocat istū, quasi dicat, non expectabitis q̄ idem passurus sit & iste quod vetus, sed cōtrariū. Quantūlibet enim progressus fuerit, non tamen ad senectutē, sed ad iuuentutem priore maiore properabit. Quando nanq; maiorem cognitionem nactus fuerit, tunc & maioribus honoratur, & magis viget, robustiorq; redditur, non solum à iuuentute, sed & ab ipsa specie ad quam formatus est. Ecce creatura dicitur, optima vitæ cōversatio, quæ sit ad imaginē Christi formata. Hoc enim est quod dicit, ad imaginem eius qui condidit illum. Nam neq; Christus ad senectutē desiit, sed adeo bonus & vegetus erat, ut dici non possit. *Vbi non est Græcus & Iudæus, circumcisio & præputium, Barbarus, Scythæ, servus, liber, sed omnia & in omnibus Christus.* Ecce tertium encomium novi huius hominis, in eo q̄ neq; gentis, neq; dignitatis, neq; maiorum aliqua differentia inducitur, q̄ nihil habet externorum, neq; illis indiget. Talia quippe omnia ab externis sunt, circumcisio & præputium, servus, liber, Græcus, hoc est profelytus, Iudæus ex maioribus. Si novū duntaxat habueris hominem, eadē consequeris cum aliis habentibus. Sed omnia & in omnibus Christus. Omnia vobis sit Christus, & dignitas & genus, & in omnibus vobis sit Christus. Aut aliud dicit: Quoniā omnes vnus Christus facti estis, corpus ipsius existētes. *Sitis igitur induti tanquā electi dei sancti ac dilecti.* Declarat virtutis facilitatē, & q̄ illam continuo debeant habere, & q̄ ea veluti maximo ornamento vti debeant. Ponit autē adhortationem cum encomio coniunctā: nam ita potissimū valet. Erāt enim sancti, sed non electi: nunc vero & electi, & sancti, & dilecti. *Viscera miserationum.* Non dixit misericordiā, sed quod duplici nomine significatius est. Et non dixit, tanquā fratribus, sed tanquā filiis patres. Etenim ne dicas q̄ errauerit, propterea dixit viscera. Nec dixit miserationes, ne illos extenuaret, sed viscera miserationū. *Comitatem, modestiam, mansuetudinem, longanimitatem, sufferentes vos inuicem, & condonantes vobis mutuo, si quis aduersus aliquem habuerit querelam, quemadmodum & Christus condonavit vobis, ita & vos.* Rursus ad species descendit. Etenim à comitate est modestia, & à modestia est longanimitas. Sufferentes, inquit, vos inuicem: hoc est, dimittentes noxā. Et vide quomodo nihil illam esse ostenderit, dum querelam vocat, & dicit, quemadmodum & Christus condonavit

vobis: magnum exemplum. hoc quidem semper facit à Christo illos incitās. Querelam, inquit, illic quidem modicum esse delictum ostendit: quando vero exemplū adduxit, condonandū esse persuasit, etiā si magna cōqueri possemus. Illud enim, quēadmodum & Christus, hoc innuit. Et non hoc solū, sed q̄ ex toto corde condonandū sit. Et neq; istud duntaxat, sed q̄ diligere debeamus. Christus enim in mediū adductus, omnia ista secū aduehit. Etiam si magna condonanda sint, & si nihil antea lēserimus, etsi nos magni sumus, illi vero modici, etsi contumelia nos etiam post ista affecturi sint, etsi animam pro ipsis ponere oporteat. Istud nanq; quēadmodū Christus, ista exigit: & q̄ nō solum ad mortem vsq; in istis persistere debeamus, sed & postea, si possibile sit. *Super omnia autem hæc charitatem, quæ est vinculum perfectionis.* Vides q̄ hoc dicit: Quoniam enim fieri potest, ut qui condonat offensam, nō diligat, etiam diligere, inquit, oportet. Et viam ostēdit per quam possibile fiat, ut cōdonemus. Potest enim quis & comis esse, & mansuetus, & modestus, & longanimis: & tamē nullius afflictione affici. Propterea exorsus dixit, viscera miserationū, & gener. dilectionem, & misericordiā. Super omnia autē hæc charitatem, quæ est vinculum perfectionis. Quod vero dicere vult, hoc est: nihil illa proderunt, peribunt enim omnia, nisi cum charitate cōiuncta fuerint: ista constringit & cōplectitur omnia. Quodcunq; bonū dixeris, nisi adsit charitas, nihil est, sed planē diffluit. Et quemadmodū in naui etiam si magna sint instrumenta, nisi fuerint subligacula, nihil proderunt. Et in domo nisi sint colligationes & contignationes, & in corpore etiā si magna sint ossa, si non fuerint vincula & cōpagines, nihil proderunt. Ita quæcunq; quis habuerit recte facta, inania erunt omnia, nisi sit charitas: non dixit, quæ fastigium est, sed quod maius est, quæ vinculum est. Necessarium magis est hoc q̄ illud. Nā fastigium quidem perfectionis est auctio & intentio, vinculum vero cōseruatio eorum est quæ perfectionem efficiunt, tanquam radix quædam. *Et pax dei palmam ferat in cordibus vestris, ad quam & vocati estis in vno corpore, & sitis grati.* Pax dei ipsa est, quæ firma est & solida: etenim si propter hominē pacē habueris, velociter dissoluitur: si vero propter deū, nō item. Quanta vniversaliter locutus est, dum charitatē dixit, verum rursus ad species redit. Est enim & immoderata quædam dilectio: utpote quando quis ex multa dilectione & temerē conqueritur, & lites excitat, & auersatur. Non, inquit, nō hoc volo, sed quemadmodum pacem vobiscū fecit deus, ita & vos facite. Quomodo fecit? Sponte sua volens, non à vobis quædam accipiens. Quid est, pax dei palmam ferat in cordibus vestris? Quod si disceptauerint duæ cogitationes, ne locum præbeas iræ, neq; contumeliæ palmam occupare conanti, sed paci: utpote sit quisquā contumelia per iniuriā affectus. Ex cōtumelia natæ sunt duæ cogitationes: vna quidē vindictam, altera vero patientiam meditari iubens. Pugnēt autem inuicem. Si pax dei præstiterit palmam tenens, iubenti patienter ferre palmam præbebit, & altera diuersam pudefaciet. Quomodo? Persuadens deū esse pacem, deum nobiscum fecisse pacē. Non simpliciter ostendit multum in hac re certaminis esse. Ne palmā, inquit, obtineat animi commotio, neq; contentio, neq; pax humana. Pax enim humana ex vindicta nascitur, ex eo q̄ nihil mali toleratur. At non istam volo, inquit, sed illā, quam &

quā & ipse reliquit. Stadium intus in cogitationibus fecit, & certamē & colluctationē, & disceptationem palmariā. Deinde rursus incitat: Ad quā, inquit, vocati estis: hoc est, in qua vocati estis. Admonet quātorū bonorū causa sit pax. Propter illam te vocauit, in illa te vocauit, ut certā palmā acciperes. Etenim quāobrem vnū corpus effecit? Nōne ideo, ut pax superaret? Nōne ideo, ut occasiōē haberemus ad cōsequendam & cōferendam pacē? Qua ratione omnes vnū corpus sumus? Quomodo vero vnū corpus sumus? Propter pacē vnū corp⁹ sum⁹: & propterea q̄ vnū corpus sumus, pacē etiā habemus. Quāobrem vero non dixit, pax dei vincat, sed palmā ferat? Certiorē & grauiorē eam fecit: malā cogitationē non permisit reluctādo appropriare, sed inferiorem esse fecit. Et ipsum palmæ nomē auditorē excitauit. Si enim palma bonæ cogitationi data fuerit, quicquid tum mala impudēter cōtrā egerit, nihil amplius efficiet. Alioqui vero sciebat, quicquid tandē molita fuerit, se nō recepturā palmā. Quæcunq; inspirare & obiicere vehementius tentauerit, tanquā inutilia conata desistet. Et bene adiecit, & grati sitis: nā hoc demū est gratū esse. Et valde argutē docet, ut cōseruos quisque tractet quomodo ipse à deo tractatur: ut similis si dño suo. Ut obediatur, ut pro omnibus gratias agat, etiā si quisquā calūniatur, etiā si percutiat. Nō enim malefactorē vlcisitur: qui illorū gratia quæ male passus est, deo gratias agit. Itaq; qui vlcisitur, deo nō agit gratias. Ne simus ergo similes illi cui centum debebatur denarij, ne audiamus, Serue improbē: nihil enim ista ingratitude peius est: ergo vltiores ingrati sunt. Qua vero ratione priore loco fornicationē adduxit? Cum enim dixisset, Mortificate mēbra vestra terrena, mox inquit, fornicationē. Atq; hoc pp̄ vbiq; facit. Ideo scilicet, q̄ ille morbus potissimū obtinet. Nā & in ea quæ ad Theſſalonicēses est scribēs, hoc fecit. Et quid mirū, cū & Timotheo dixerit: Conserua te ipsum castū & purū. Et rursus alibi: Pacem sectemini cū omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo deū videbit. Mortificate, inquit, membra vestra. Scitis qualis sit mortuus, q̄ exosus, quā abominabilis, q̄ corruptibilis. Si mortificaueris, quod mortuū est non durat, sed mox corrūpitur, quēadmodū corpus. Extingue itaq; calorem, & mortuū manebit. Ostēdit idem hīc fieri debere, quod & Christus in baptisate facit. Vnde & mēbra vocat, quasi strenuū quendā inducēs. Et ut in maiore emphasim induceret, bene dixit, \*terrena. In terra quippe manent, & in terra corrūpuntur, multo magis quā ista corporis membra. Itaq; non ita terrenum est corpus nostrum, atq; peccatū. Nam illud etiam bonum aliquando apparet: hæc vero membra nunquam. Concupiscunt quoq; hæc membra omnia terrena. Si ocul⁹ terrenus fuerit, ea quæ in cœlis sunt, non videt: ita & auditus, & manus, & quodcunq; aliud membrū dixeris. Oculus corpora videt, & pulchritudinē & pecunias. Illa vero terrena sunt, illis delectatur: Auditus cōcentu delicato, cithara, fistula, & turpiloquio afficitur. At illa terrena sunt. Posteaquā igitur eos in cœlis prope thronū dei statuit, tūc dicit: Mortificate mēbra vestra terrena. Non enim licet in cœlis cū his mēbris stare. Neq; enim illic est in quod operari debeant. Et hoc lutum deterius est illo. Illud enim mutatur in aurū: Oportet enim, inquit, corruptibile hoc induere incorruptionē. Hoc vero lutum posthac denuo cōflari ac mutari in melius nō potest.

*certa minus præfectum.*

*Mat. 18. d.*

*1 Tim. 5. d. Hebr. 12. c.*

*ap̄ta riva \* tē im \* nis, terrena, que sunt super terram: sic & aliis locis hui⁹ homilia plerisque.*

*1 Cor. 15. g.*

rit. Itaq; ista magis terrena sunt, quā illa. Atq; ideo non dixit, quæ sunt ex terra, sed quæ sunt super terrā. \*Possunt enim ea non ex terra esse. Ista quidē necesse est esse super terrā, illa vero non item. Nam quando auris nihil eorum audit, quæ in hac terra sunt, sed quæ in cœlis dicuntur: quādo oculus nihil terrenum videt, sed quæ supra sunt in cœlis, iam nō super terrā est: quādo os nihil eorum quæ hīc sunt loquitur, non iam super terrā est: quando manus nihil mali operatur, nō est ex illis quæ super terrā sunt, sed quæ in cœlis. Hoc & Christ⁹ dicit, Si ocul⁹ tuus dexter obstaculo tibi fuerit: hoc est, si petulater videris, excide ipsū: id est cogitationē mali. Videtur autem mihi, fornicationem, immunditiā, mollitiem, & concupiscentiam, non aliud dicere, quā fornicationem, quod per hæc omnia à fornicatione nos abducatur. Est enim reuera istud animi passio & mollities. Et quēadmodum corp⁹ patitur, siue febricitet, siue vulneretur: ita habet & animi passio. Et non dixit cohibete, sed mortificate: ne deinceps denuo resurgat, abiicite quoq; Quod emortuum est, abiicimus: utpote si vermes in corpore fuerint, mortuū est, abiicimus illud. At si viuum corpus incideris, dolorē exhibet: si vero emortuum, ne contristamur quidem: ita sanē habēt & animi passiones. Immundam faciunt animam, passibilem faciunt, animā quæ immortalis est. Quomodo auaritia dicta sit simulachrorū cultus, sæpenumero diximus. Quæ potissimū tyrannidem in genus humanum exercēt ista sunt, auaritia, intemperantia, & concupiscentia mala. Propter quæ, inquit, venit ira dei in filios immorigeros. Filios immorigeros dicit, priuans illos venia, & ostendēs eos ex inobediētia in istis esse. In quibus & vos, inquit, ambulabatis aliquādo, & immorigeri eratis. Ostēdens vero & adhuc eos in istis esse, cū encomio dicit: Nunc vero & vos abiicite omnia, iram, indignationē, malitiam, maledicentiam, turpiloquentiam. Verum sermonem in alios deducit: Animi passiones & maledicentiā, conuicia dicit. Quemadmodū & ab indignatione animi malitiā dicit. Alibi vero reuerter: quoniam sumus, inquit, inuicem membra. Quasi hominū opifices eos facit, hinc quidē repugnantium, istum vero amplectētium. Membra veteris hominis hīc recensuit. Cūcta, inquit, ipsius mēbra dixi: cor, indignationē: os, maledicentiā: oculos, fornicationem: auaritiam, manus, pedes: mē dacium, animū ipsum, & mētem veterem. Vnam vero formā regalem habet nouus homo, nēpe Christi. Videntur mihi isti magis ex gētib⁹ esse. Quemadmodū enim terra arenosa existēs, etiam si illa quidē plus, ista vestro minus sit: formā tamen suam primū amittit, & postmodō in aurū mutatur, & quēadmodum lana qualis qualis sit aliā faciem induit, & priorem occulit, ita & fidelis. Sufferentes, inquit, vos inuicem. Quid iustū & æquū sit ostendit. Suffer tu aliū, & alius te, id quod & in ea quæ ad Galatas est, dicit: Alter, inquit, alteri⁹ onera portate: & grati sitis, inquit. Hoc enim potissimū vbiq; requirit, utpote summā bonorum. Gratias itaq; agamus in omnibus, quicquid fiat: hoc enim est gratum esse. Etenim rebus prosperis hoc facere, nihil magis fuerit. Nam ipsa rerū natura eō impellit. Quādo vero in extremis existētes gratias agimus, tūc præclarum est. Quando enim ceteri maledicūt & fastidiūt, nos gratias agimus. Vide quanta sit philosophia. Primum deum letificas: alterum diabolū pudefacis: tertium, & quod malefactū est, nihil esse facis. Nā & tu facis.

*\* Bud. legendū putat, Non possunt enim &c.*

*Mat. 5. c.*

*Ephē. 4. f.*

*1 Tim. 5. d.*

*1bid. A*

*Gala. 6. A*

*facis.*

simul gratias agis, & deus dolorē amputat, & diabolus abscedit. Nam si tu quidē difficilis fueris, ipse magis incumbit, tanquā qui iam quod volebat, effecerit, & deus tanquā blasphematus deserit, & augetur malum. Si vero gratias egeris abscedit diabolus, tanquā qui nihil profecerit, & deus vicissim, velut honorat, maiore honore afficit. Non potest etiam fieri, vt afflictiones sentiat homo ille qui in afflictionibus gratias agit. Gaudet enim animus, vtpote qui confestim illustrē sibi cōscientiā cōparauerit, letatur encomiis suis. Nō potest autē animus illustris mœstus esse. Illic vero etiā cum calamitate instat conscientia flagellans, at hīc & coronat & prędicat. Nihil hac lingua sancti est quę in aduersis deo gratias agit. Certe nō inferior est lingua martyrum, vtraq; pariter coronatur. Nam & aduersus istam instat licitor, deū per maledicētiā negare cogens, instat diabolus argutis cogitationum quæstionibus lacerās, & animi angustiis obtenebrās. Si ergo dolores pertulerit, & gratias egerit, martyrij coronā sortitur: vtpote, morbo decūbit filioli, & tamē mater gratias agit deo. Quo tortore nō scior est animi angustia? Attramē verbulū aliquod acerbū extorquere nequit. Moritur? Rursus gratias agit. Fit filia Abrahæ. Nam etiā si non propria manu filiolum immolat, supra aram tamē illum velut victimam collocat, id quod idem est. Non cōqueritur ablato dono. Rursus in morbū incidit? Non applicat superstitionis remedia. Pro martyrio illi imputatur. Immolat enim filiū animi sententiā. Quid enim? Etsi nihil profint superstitionis illa remedia, sed seductio sint & ludibriū, sunt tamē qui prodesse suadeāt. At mauult ista mortuum videre puerum, quā idoloratriæ locum dare. Quemadmodū igitur ista martyr est quæ hoc siue in seipsa facit, siue in filio, siue in viro, siue in alio quocūq; ex amicissimis: ita quę diuersum facit, idoloratra est. Liqueat enim immolaturā fuisse, si licuisset. Imō iā fecit quod ad immolationē attinet. Etenim superstitionis illa, quę ægrotis applicantur etiā si mille modis philosophentur, qui quęstū ex ipsis faciunt, dicentes: Deum inuocamus, & pręterea nihil facimus, & quicquid eiusmodi prætendūt: & Christiana est hæc anus & fidelis, idoloratriā tamen sapiūt. Fidelis es? Crucis signaculo vtere. Dic, hoc duntaxat habeo scutū, hoc solum pharmacū, aliud ignoro. Dic mihi, si medicus ad ægrotū accedēs, relicis medicinæ pharmacis incantatione vteretur, an hūc medicū diceremus? Nequaquā: non enim videremus medicinæ pharmaca: ita neq; hīc quę sunt Christianismi. Alię vero fluuio- rum nomina collo appendunt, & mille talia audent. Ecce dico, & prędico vobis omnib; si quis deprehēdetur, postea nō parcā, siue superstitionis collo alliget, siue incātet, siue aliud quicquam huiusmodi artis faciat. Quid igitur? Morietur ne puer, inquis? Si hoc pacto viuat, tum mortuus est: si vero sine istis mortuus fuerit, tum viuat. Iam si videris filiū scortis deditum, mox velles defossū & sepultum, ac dicis: quid enim profuerit illum viuere? Cum vero videas salutis illū subire periculū, vis ita viuentem videre? Non audisti

A fatanica cogitatio est, ista sunt insidiæ diabolicæ ad occulendā seductionē, & ad porrigendum sub melle venenosum pharmacū. Sciēs enim te ad simulachrorum templū persuaderi nō posse, hac via ingreditur, ad amuleta & aniles fabulas abducens. Et crux quidē Christi dehonestatur, elemētorum vero superstitionis characteres preferūtur, Christus eiicitur, & inducitur temulēta & nugatrix anus, mysterium nostrum conculcatur, & seductio diaboli tripudiat. Quāobrē igitur nō arguit, inquis, ista deus? Superstitionū istarum auxiliū sæpenumero coarguit, & tibi tamen non persuasit. Proinde seductioni deinceps permittit. Nā tra- didit illos deus, inquit, in sensum reprobū. Ista vero neq; Græcus mente pręditus tulerit. Ferunt concionatorem aliquē Athenis aliquando ista amplexatum esse, & deinde philosophū quēdam, ipsius præcepto- rem, cum vidisset, illū increpasse, reprehēdisse, taxasse, suggillasse. A deo nanq; miseri sumus, vt & istis credamus. Quare nō etiā nunc sunt, inquis, qui mortuos suscitēt, & sanitates perficiūt? Quare non sint, nō dico: sed quare iam nō sunt, qui præsentem hanc vitam contēnant? Pro mercede seruiamus deo. Cū vitæ bellior esset humana natura, cū fides esset plātanda, tum multi erant tales. Nunc vero nō vult deus pendere à signis, sed paratos esse ad mortē. Quid igitur præsentis vitæ tenaciter adhæres? Quamobrē futura nō prospicis? Et quidē propter istam, etiam idoloratriā recipis, propter futurā vero neq; animi mœsticiam cohibes. Propterea nunc non sunt tales, eo q; obscura nobis videtur illa vita. Siquidē pro illa quidem nihil facimus, pro ista vero nihil ferre detrectamus. Quid vero & alia ridicula commemorem? Cinerem, fuliginem, & salem, & rursus vetulā in medium productā? Reuera ridiculū & dedecus. Et oculus quisquam, inquis, fascinauit puerū. Quousq; fatanica ista? Quomodo non ridebūt nos Græci? quomodo non subsannabunt? Quando illis dicimus magnā esse crucis virtutem, quomodo credent, cum videant nos istis egere, quę ipsi deridēt? An ideo de medicos dedit & phar- maca? Quid autem si illi nō curauerint, & morte discesserit puer: quō discedit puer, dic mihi, miser & infœlix? An ad demones abijt? an ad tyrānū? Nō ad cœlum hinc abijt? non ad dominū suum? Quid ergo dolēs? quid ploras? quid luges? cur puerum plus amas q̄ dominum tuum? Nō per ipsum etiam puerum tuum habes? Quare ingratus es, donū magis quā datorē diligēdo: Sed imbecillis sum, inquis, & nō fero timorē dei. Si in corporalibus malis, quod maius est min⁹ abigit, multō magis in anima timor timorem, & mœsticia mœsticiā extinguit. Elegans & bonus erat puer? At qualiscunq; tandē fuerit, formosior nō fuit quā Isaac. Vnigenitus erat? Et ille. In senectute tibi natus est? Et ille. Vrbānus autē erat? At vt vt fuerit, non erat elegantior Moysē, qui & barbaricā faciem ad sui desiderū attraxit, idq; in eo etatis articulo, in quo nondum apparet aliqua venustas. Et tamē illū tantopere amabilem in fluuiū exposuere parētes. Tu quidem & decumbētē vides, & sepulturæ tradis, & ad monumentum abis, illi vero ignorabant etiā, an futurus esset puer cibus vel pisciū, vel canum, vel alterius cuiusquam bestię, quales circa mare oberrare solent, atque hoc fecerunt cum nōdum siue de regno, siue de resurrectione quicquā cognouissent. At non est vnigenitus, sed post multos & ipse mortuus est? Verū nō adeo subitanea & cumulata & tristis est ista calamitas, atque

atq; erat illa Iob. Nō hīc delapsus tectum, non inter conuiuandū interitus, non calamitates annunciatæ. At erat tibi dilectus? Sed nō magis q̄ Ioseph, cuius tamen calamitatem pater, cum putaret à bestia deuoratum, patienter tulit, non solū eam quæ erat ex perditio Ioseph, sed & eā quę erat propter Benjamin. Flebat pater, sed impiē nihil agebat: lugebat, at molestus & difficilis nō erat, sed in verbis tantū cōsistebat dicens: Ioseph nō est, Simeon non est, & Benjamin auferis: in me recidūt hæc omnia. Vides quomodo illū famis vis & tyrānis adegerit liberos suos cōtemnere? Apud te vero non tantū potest timor dei, quantū famis? Plora, non prohibeo. Verū nihil blasphemū vel dicas vel facias. Qualiscūq; fuerit filius tuus, nō tamē est vt Abel, verū nihil huiusmodi dixit Adam, quāquā grauis admodū esset calamitas à fratre occisum esse Abelem. Sed & aliorū fratricidarum mētionem faciam, vtpote Abesalomī, qui Amnon primogenitū fratrē occidit. Et Dauid rex diligebat filiolum ægrotum, & in sacco quidē & cinere iacebat, verum neq; diuinus, neq; incantatores adduxit, quāquā tū tales essent, id quod in historia Saūlis liquet, sed deo supplicauit. Hoc & tu facias. Quod iust⁹ hic fecit, hoc, inquit, & tu facias. Eadem loquere: si quando tibi mortu⁹ fuerit filius, quę Dauid dicebat: Ego ad ipsum abibo, ipse vero nō reuertetur ad me. Hoc animi philosophici, hoc amoris paterni: vt vt diligas filiū, nō tantum diliges, quātum ille tum diligebat, desiderio flagrate erga matrē erat beatus ille, tametsi ex adulterio esset. Scitis vero liberos in amore parētum cōmunicare. Et tantus erat hic amor, vt filiū etiam culpabilē illum regni inuaforē viuere voluerit: veruntamē gratias egit deo. Quid putas passam esse Rebeccam, cum Esau minitaretur Iacobo? Et tamē nihil mœstū reddebat virū Isaac, sed iubebat illū dimittere aliō. Perpende q̄ filio tuo peiora accidere potuerint, si quādo aduersi quicquā passus fueris, & abunde solaberis. Et cogita, quid si in bello interiisset? Quid si in igne? Atque ita quicquid patiamur, cogitemus atrociora, & habebimus sufficientē consolationē, proponamūsq; ppetuō ob oculos, eos qui grauiora passi sunt, & nos etiā ipsos: si quidem aliquādo duriora passi fuerimus: Ira & Paulus admonet, cū dicit: Nondum vsq; ad sanguinē restitistis aduersus peccatū decertantes. Et iterum: Tentatio vos non cepit nisi humana. Quicquid igitur accidat mali, deteriora perpēdam: (poterim⁹ enim semper deteriora reperire) atq; ita erimus grati. Ante omnia vero, continuē gratias agamus in omnibus. Nā ita & præsentia mala quiescēt, & nos ad gloriā dei viuemus, & promissa bona lucrabimur, quę cōtingat nos omnes assequi gratia & benignitate &c.

*Homilia nona.*  
**S**ermo Christi inhabitet in vobis opulente in omni sapientia. Docete & admonete vos inuicem psalmis, & hymnis, & cantionibus spiritualibus in gratia, canentes in cordibus vestris domino. Et quicquid egeritis sermone aut opere, omnia in nomine domini Iesu facite, gratias agētes deo & patri per illū. Posteaquā illos vt grati essent admonuit, viam quoq; ostēdit, nimirū eam quam & nos primū vobis accuratē diximus. Quid dicit? Sermo Christi inhabitet in vobis opulente, inquit: imō nō hanc solā sed & alteram. Nam ego quidē dixi, quōd oporteat eorū recordari, qui grauiora perpessi sunt, & eos recogitare qui sæuiores tulere q̄ nos passi sumus, ac pro eo gratias agere quōd nō ea quoq; nobis acciderint.  
 Tomus quartus.

A Ipse vero quid dicit? Sermo Christi, inquit, inhabitet in vobis opulente: hoc est, doctrina, dogmata, adhortationes, in quibus nihil esse præsentē vitā dicit, neq; illius etiā bona. Si illa cognouerimus, nihil erit molestiarum, cui cessuri simus. Inhabitet, inquit, in vobis opulente. Nō simpliciter, sed cum multa opulentiā. Audite quotquot estis mundani, & vxoribus præestis ac liberis, quomodo & vobis potissimū præcipiat scripturas legere, idq; nō simpliciter, neq; obiter, sed magna diligētiā. Quēadmodū enim diues pecuniarum, damnū & noxā ferre potest: ita & diues dogmatū philosophicorū, non solū paupertatē, sed & quasuis calamitates faciliē feret, illo etiā facilius. Nā illic quidē dum è damno sese explicat pecuniarū diues, necesse est illū imminui, & cōfundi: & si sæpius hoc accidat, ferre non posse. Hic verò non ita: Nō enim sanas cogitationes infumimus, si quādo oporteat calamitatis quicquā ferre, sed semper manent. Et vide prudentiā beati huius: Nō dixit, sermo Christi in vobis sit, simpliciter. Sed quid? Inhabitet, & opulente in omni sapientia. Docete & admonete vos inuicē. Virtutem hīc sapientiā dicit, & animi modestia sapientia est, & misericordia, & quæcunq; talia, sapientiā sunt, quēadmodū istis cōtraria, stultitia. Crudelitas enim ex stultitia est: vnde & plerunq; omne peccatum insipientiā vocat. Dixit insipientes, inquit, in corde suo, nō est deus. Et iterum: Cōputruerunt & tabuerūt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Quid enim illo insipientius, dic quælo, qui vestibus quidem t proptis induitur, fratres vero suos nudos contemnit? qui canes cū pascit, imaginem dei fame laborantem despicit? qui res humanas omnes temerē nihil esse credit, illisq; non aliter afficitur q̄ si essent immortales? Quemadmodū rursus nihil eo sapientius est, qui virtutē affectus est. Etenim vide quā philosophus est, inquit. Elargitur sua, misericors & benignus. Naturam nouit q̄ sit communis: nouit pecuniarum vsum, q̄ nulla sit illarū habenda ratio, q̄ magis sit parcendum propriis corporibus q̄ pecuniis. Ideo gloriæ contemptor vehementer sapiēs est. Nouit enim res humanas. Scientia diuinarum pariter & humanarum rerum philosophia est. Nouit igitur & quæ sint diuina, & quæ sint humana, & illis quidem abstinet, ista vero operatur. Nouit etiā in omnibus gratias agere deo: præsentem vitam nihil esse putat. Quapropter neq; suaui⁹ delectatur, neq; aduersis contristatur: neq; moreris aliū doctorem. Habes oracula dei. Nemo te docebit quēadmodum illa. Alius tibi multa sæpe, siue per vanā gloriā, siue per inuidiam inuidebit. Audite obsecro seculares omnes: Comparete vobis Biblia, animæ pharmaca. Si nihil aliud vultis, vel nouum testamentū acquirite, Apostolum, Acta, Euangelia, cōtinuos ac sedulos doctores. Si acciderit mœstitia, huc veluti ad apothecam pharmacorum incumbite. Hinc tibi sume solamen mali, siue damnum euenerit, siue mors, siue amissio domesticorum. Imō non incumbite solum, sed assume omnia, mentēq; illa cōtine. Hoc demum maiorum omnium causa est, q̄ scripturæ ignorantur. Si ne armis bellum ingredimur, & quomodo seruaremur? Armati vincere seruariq; solēt, inermes nequaquā. Non omnia in humeros nostros proiicite. Quæ estis, verum non irracionales, sed rationales: multa & vobis committit Paulus. Qui ad instituendum mittuntur, non semper in eo commorantur vt discant: alioqui non addiscerent. Si semper didiceris, nunquā



**† addiscas.** † docebis. Non ita venias, tanquā semper imbuēdus: alioqui nunquā sciens eris, sed tanquā aliquando discendi finem facturus, aliōsq; in his artibus docturus. An non certis ac determinatis temporibus, disciplinis, & summatim artibus vniuersis vacant omnes? Ita certum tēpus præscribimus omnes. Si vero semper didiceris, indicium est, qd nihil addiscas. Istud probri **Eph. 4.6. b** & Iudæis obiecit deus: Quos ex vtero sustuli, inquit, & vsq; ad senium instruxi. Nisi semper istud expectassetis, nō ita retrocessissent omnia. Si fieri potuisset, vt partim iam instructi, partim vero instruendi essetis, profecisset vtiq; labor noster, cessisset & aliis, & nobis quoq; manum porrexisset. Dic mihi, si qui ad literatores abeunt, perpetuo in elementis addiscendis persistenter, an non multum laboris præceptorum exhiberent? Quousq; vobis de vita probē institutē differemus? Apud apostolos non ita habebat, sed continuē transmigrabant, eos qui primū didicerant, aliorū qui adhuc instituendi erant, doctores constituentes: ita orbem circuire potuerūt, eo qd non opus habebāt vni se alligare loco. Quāta putatis egere doctrina fratres nostros, eos scilicet qui in agro sunt, & eorū doctores? Sed vos me detinetis hīc affixum. Priusquam enim caput bene habeat, frustraneum fuerit reliquū corpus curandi gratia accedere. Omnia humeris nostris iniicitis. Vos oportebat dūtaxat à nobis institui, vxores vero à vobis, à vobis & liberos. At omnia nobis obeunda relinquitis: quapropter & multā sustinemus molestiā. Docete, inquit, & admonete vos inuicem psalmis & hymnis & cantionibus spiritualibus. Vide quomodo inuidiam declinet Paulus. Quoniam scripture lectio laboris & molestiæ plurimū habet: nō ad historias legēdas inducit, sed ad psalmos, vt & animum pariter cantādo oblectēs, & labores fallas. Hymnis, inquit, & cantionibus spiritualibus. Nunc vero satanicas cantiones ac saltationes præferunt pueri vestri, quemadmodum coci, & obsonatores, & chorearum ductores, psalmū autem nemo nouit vllum. Quin & res ista turpis esse videtur, ludicra & ridicula: hinc mala cuncta vigent. Qualēnam plātula terram sortita fuerit, talem quoq; fructū adferet: si arenosam & falsam, talem: si dulcem ac pinguem, rursus consimilē: ita fons quidam est doctrina. Doce puerū tuum psalmos illos canere philosophia plenos, vt pote statim de temperatā, imō ante omnia de vitando improborū cōsortio, mox ab initio libri. Nam huius gratia exordium hinc sumpsit propheta dicens: Beatus vir qui nō abiit in consilium impiorum. Et iterū: Non sedi cum consilio vanitatis. Item, Contemptus est in conspectu eius qui malē agit, timentes autē dominum glorificat. De consortio bonorum colendo. Etiā horū multa illic inuenies, vt de cohibendo ventre, de continendis manibus, de intēperantia, de non fraudādo, nihil esse pecunias, nihil gloriā, & quæcūque alia eiusmodi. Si à puero istis assuefeceris illū, paulatim & ad sublimiora subduces. Psalmi cōplectūtur omnia. Rursus & hymni quoq; nihil habent humani. Quod si in psalmis instructus fuerit, tū & hymnos intelliget ac sciēt, vt pote rem diuiniore. Etenim virtutes supernæ hymnos cōcinunt, nō psallunt. Nō enim speciosus est hymn⁹, inquit, in ore peccatoris. Et iterum: Oculi mei ad fideles terræ, vt collocē illos mecum. Itē, Non habitabat in medio domus meę faciēs superbiam. Rursus: Ambulās in via immaculata, ipse mihi ministrabat. Itaque non solum inter amicos, sed

A neq; inter seruos temerē seipos immiscebūt, sed caute agent. Innumera quippe mala liberis hinc sunt, qd corruptos illis præficimus seruos. Si enim cū paterna fruuntur beneuolētia & philosophia, tāta difficultate conseruātur, quando seruorū crudelitati illos tradimus, isti nō aliter illis abutūtur, quā si inimici essent, putātes sibi mitius fore dominium si stultos eos reddiderint, & viles, & prorsus nullius momenti. Ita itaq; curemus ante reliqua omnia: Dilexi, inquit, diligentes legem tuā. Hunc igitur emulemur & nos, atq; istos diligamus. Vt autem refrēntur quoque liberi, audiant prophetā dicentem: Quoniā lumbi mei impleti sunt illusionibus. Et iterum: Perdes omnē eum qui fornicatur abs te. Et qd ingluuicem cohibere oporteat, audiāt rursus: Et occidit, inquit, † pingues ac potiores eorum, adhuc esca in ore eorum existēte. Et qd munera vincere oporteat: Diuitiæ, inquit, si affluerint, cor ne adponitote: & gloriæ quoque dominari. Neq; descendet cū eo, nec post ipsum gloria eius. Itē nō æmulari malos: Ne æmuleris, inquit, eos qui male agūt. Potētatus quoq; nihili facere: Vidi impium, inquit, superexaltatū & eleuatū sicut cedros Libani, & trāsui, & ecce non erat. Pro nihilo habere præsentia. Beatū, inquit, dixerūt populū cui hæc sunt, beatus populus cuius dominus deus adiutor eius. Quod nō temerē & inultē delinquimus, sed retributio futura est: Quoniam tu reddes, inquit, vnicuiq; iuxta facta sua. Qua vero ratione nō quotidie retribuatur: Deus, inquit, iudex iustus, fortis & lōganimis. Bonā esse animi modestiā: Domine, inquit, non est exaltatū cor meū. Malam esse superbiā: Propterea, inquit, tenuit eos superbiā in finem vsq;. Et iterū: Dominus superbis resistit. Item, Egredietur tanquā ex adipe iniustitia eorū. Bona esse eleemosynā: Disperdit, inquit, ac dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculū. Quod laudabile sit misericordē esse: Suauis ille vir, inquit, qui miseretur & cōmodat. Et multa istis quoq; plura reperies illic philosophiæ dogmata, vt pote, nō esse maledicendū, Qui clā, inquit, detrahit proximo suo, illū persecutus sum. Quis sit hymnus cœlestiū, norunt fideles. Quid in cœlestibus dicūt Cherubim? quid dixerūt angelis? Gloria in altissimis deo. Propterea psalmorū cōcētum sequūtur hymni, tanquā diuiniore. Psalmis, inquit, & hymnis, & cātionib⁹ spiritualib⁹ in gratia, canentes in cordibus vestris deo. Aut hoc dicit, qd propter gratiā nobis deus ista dederit: aut dicit, cātionibus in gratia, vel admonete vos inuicem & docete in gratia: vel qd in gratia habeant ista charismata. Expositio est: ex gratia, inquit, spiritus sancti, canentes in cordibus vestris deo. Nō simpliciter ore, sed cū attentione. Hoc em̄ demū est deo canere, illud vero aeri. Vox nanq; temerē diffunditur. Nō ad ostētationem, inquit, etiā si ī foro fueris, poteris te ipsum colligere, deoq; nemine audiēte canere. Etenim & Moyses ita precatus est, & à deo auditus. Dixit em̄: Quid clamas ad me? Quamquam nihil dixisset, sed mēte clamasset, (vnde & deus solus audierat) idq; cū corde contrito. Nihil em̄ vetabat quod min⁹ & ambulādo corde precaretur, & in supernis esset. Et quicquid egeritis, inquit, sermone aut opere, omnia in nomine dñi nostri Iesu Christi facite, gratias agētes deo & patri per illū. Si nanq; ad hūc modū egerimus, nihil erit scelesti, nihil immūdi, vbi Christus inuocabitur. Siue edas, siue bibas, siue nugas, siue peregrē pficiscare, oīa in nomine dei facias: hoc est, ipsum adiutorē inuoces, ac tum demum

demum agenda cōtingas, posteaquā ipsum primūm precat⁹ fueris. Vis aliquid loqui? Nomē dei præstrue. Propterea & nos epistolam nomē domini præstruim⁹. Vbicunq; fuerit nomen domini, ibi omnia sunt prospera. Si em̄ consulū nomina securitatē literis addūt, multo magis Christi nomē. Aut hoc dicit: Secundū deum omnia & dicite & facite. Angelos non introducite. Comedis? Gratias age deo, & post ista quoq; idem facturus. Dormis? Gratias age deo, idem & postea facturus. Forum ingrederis? Idem facias. Nihil mundanū, nihil seculare, omnia in nomine domini facias, & prosperē succedēt omnia. Vbicūque additum fuerit hoc nomē, cūcta erunt secūda. Si dæmones eiicit, si morbos abigit: multo magis rerū prosperitatem efficit. Quid est autem facere vel in sermone, vel in opere? Siue orantē, siue quodcunq; aliud opus facientē intelligit. Audi quomodo Abraham in nomine dei seruum suam admiratur: Dauid in nomine dei Goliad interfecerat. Admirabile est nomē eius & magnū. Rursus & Iacob filios suos in Aegyptū mittēs, dicit: Deus verò meus, det vobis gratiā in cōspectu hominis. Qui enim hoc faciebat, adiutorem habebat deum, sine quo nihil audebat facere. Tanquā igitur ex inuocatione honoratus vicissim illū honore affecit deus, rebus illius successum administrādo. Inuoca filiū, gratias age patri. Etenim inuocato filio, inuocatur pater: & vicissim si gratias egeris patri, eadē opera egeris & filio. Ista dicamus nō solū verbotenus, sed & ipsis operibus adimplere. Nihil poterit huic nomini cōferri. Istud vbiq; admirabile: Vnguetum, inquit, effusum nomē tuū: mox bona fragrantia referūt est. Nemo potest dicere dominū Iesum, inquit, nisi in spiritu sancto. Tāta operatur hoc nomē: Si dixeris, in nomine patris & filij & spirit⁹ sancti, cū fide videlicet ista perfeceris. Vide quāta perfeceris. Hominē procreaueris, & quicquid reliquū est ex baptisate perfeceris. Ita & morbis imperās terribile est hoc nomē. Propterea diabolus angelorū superstitionē induxit, inuidēs nobis honorē istū. Dæmonum sunt istæ incātationes. Siue angelus sit, siue archāgelus, siue Cherubin, ne feras. Neq; ipse te virtutes suscipiēt, sed propulabūt etiā, si dominū suū de honestari viderint. Ego te, inquit, honorauī, & dixi, inuoca me. Et tu illū ignominia afficis. Istam incātationē si cū fide cecineris, & morbos abiges & dæmones. Et si non abegeris morbū, non hinc est quod infirmum sit hoc nomē, sed qd vtilis sit morbus. Secundum maiestatē tuā, inquit, sic & laus tua. Per hoc nomen cōuersus est orbis, tyrānis deuicta, diabolus cōculcatus, cœli aperti, & nos regenerati sum⁹ per hoc nomen. Istud si habuerimus, splendidi erimus. Istud & martyres facit & confessores. Amplectamur illud loco magnifici & præclari doni, vt in gloria viuam⁹, deoq; placeamus, ac bonis, diligentibus ipsum promissis digni reddamur, gratia & benignitate &c.

Homilia X.

**V**xores subditæ estote viris sicuti conuenit in domino. Viri diligite vxores, & ne sitis amarulētī aduersus illas. Filij obedite parentibus ad omnia: hoc enim bene placet domino. Patres ne prouocetis liberos vestros, ne despōdeant animum. Serui obedite per omnia iis, qui domino sunt secundum carnem, non obsequiis ad oculum exhibitis, tanquam hominibus placere studentes, sed cum simplicitate cordis timentes deum. Quicquid egeritis, ex animo facite tanquam domino & nō hominibus, scientes quod à domino recipietis mercedem.

**A**cedem hereditatis. Nā domino Christo seruitis. Ceterū qui peccarit, feret quod deliquit, & non est personarum respectus apud deum. Domini quod iustum est & æquum exhibete seruis, scientes & vos habere dominum in cœlis. Quam obrem nō vbiq; & in omnibus epistolis ista præcipit, sed hīc, & ad Ephesios, & in ea quæ ad Timotheum, & quæ ad Titum est: Ideo scilicet, quod in istis fortē ciuitatib⁹ essent dissidia: aut fortē quod alia iam assequutæ essent, atque ideo de istis admonendæ. Imō quod istis dicit, omnibus dicit. Plurimum autē huic epistolę, & ei quæ ad Ephesios est, etiam in istis conuenit. Aut qd viris cetera bene habētibus, quos oportebat de dogmatis instruere sublimibus, quæ illis adhuc deerant, non fuerit opus de istis scribere, aut qd superflū fuerit de istis audire, eos qui in tentationibus quoq; factis habebant consolationis. Itaq; cōiectamus hīc ecclesiam istam in aliis firmā fuisse & stabilē, & ista tāquam posteriora adiici, Vxores subditæ estote viris sicut conuenit in domino, pro eo dici, subditę estote propter dominū. Nam istud vos ornat, non illos. Nō enim seruilē subiectionē, neq; eam quæ à natura solūm, sed quæ sit propter deū dico. Viri diligite vxores, & ne sitis amarulenti aduersus illas. Vide quomodo rursus eorū admonuerit, quæ vicissim reddenda sunt. Quēadmodū illic timorē & dilectionē posuit, ita & hīc: potest enim fieri, vt & qui diligit, amarulētus sit. Quod autem dicit, hoc est: Ne sint inter vos lites. Nihil enim amarulētius, quā si viro pugna sit aduersus vxorem. Sunt nanq; acerbæ pugnæ ac lites quæ fiunt aduersus personas dilectas. Et ostēdit hoc fieri ex multa animi amarulētia, quādo à mēbro suo quisquā dissidet. Virorū itaq; est diligere, obtemperare verò vxorum. Si ergo quisque quod se decet atulerit ac præstitit, firma quisquē omnia. Vir si diligit, vxor quoq; ex eo reddetur amica. Vxor si subdita sit, reddetur vir quoq; mansuetus. Vide verò quomodo & in natura ita cōparatū sit, vt vir amet, vxor verò obtēperet. Quando nanq; qui præest subditum suum diligit, tunc omnia bene cōpacta sunt. Non ita subiecti quæritur dilectio, atque principantis erga subditū. Nam ab isto quæritur obedientia. Quod em̄ mulieri pulchritudo data est, viro verò concupiscētia, nihil aliud ostendit, quā hoc ideo esse factū, vt vxor à viro diligatur. Ne domineris itaq; temere, qd vxor subiecta est, neque tu mulier infleris quod à viro diligeris. Nec amor viri vxorē extollat, nec subiectio vxoris virum inflat. Propterea seipsum tibi subiecti, vt magis amaretur, & propterea amari fecit o mulier, vt eo facilius ferres qd subiecta es. Ne formides subiecta. Amanti quippe subiici, nihil omnino fuerit difficile. Nec tu amare metuas, habes em̄ obrēperantē quam amas. Neq; enim aliter cōparatum est hoc coniugale vinculū. Necessarium itaque ab ipsa natura principatum habes. Habeto & vineulū quoq; ab ipsa dilectione. Imbecillior enim tolerabilem reddet. Filij obedite parētibus ad omnia. Hoc enim acceptū est in domino. Rursus illud, in domino, posuit, & leges obedientiæ ponens, & reuerentiā & submissionem ineutiens. Hoc enim, inquit, acceptū est & præ illa ex iis magis quę deo probātur, cūcta nos vult facere, vt & mercedē inde habeamus. Patres ne prouocetis liberos vestros, ne despōdeāt animum. Vide rursus & hīc quoq; subiectionem & amorem. Et non dixit, diligite liberos vestros. Fuisset quippe superfluum.

Eph. 4.6. b

π ποιοδο-  
αρι.

Ephes. 5. d

psal. 1. a  
morum.

psal. 1. a  
Ibid. 12. a  
Ibid. 14. a

psal. 1. a  
hy-  
mmorum  
differētia.  
Ecc. 1. 15. c  
Ps. 100. b  
Ibidem.

psal. 37. b  
Ibid. 72. d

Ibid. 77. d  
Ibid. 61. c  
Ibid. 48. d  
Ibid. 36. a

Gen. 2. 4. a  
1. Re. 17. f

Gen. 2. 4. a

Ibid. 143. e

Ibid. 61. e

Ibid. 102. b  
Ibid. 130. a  
Ibid. 72. a

1. Co. 4. 9  
psal. 72. a  
Ibid. 111. b

Ibid. 111. a

Ibid. 100. a

Luc. 2. b

Deo can-

Ex. 14. d

1. Co. 10. g

Cur viro  
dilectio, et  
vxori sub-  
iectio præ-  
scribitur.

\* Chryso-  
legisse vi-  
detur in  
domino.  
plerique  
autē præ-  
positionē  
ad-  
dunt.

perfluū. Nā ad hoc ipsa natura cogit, sed quod opus erat correxit, q̄ & amor hic sit vehementior, quādo quidem & obedientia maior. Nusquā enim exemplū viri & vxoris ponit: sed quid? Audi prophetam dicentem: Quemadmodū pater miseretur filiorum, ita miserus est dominus timentū se. Et rursus Christus: Quis vestrū est, inquit, homo quem si panem petierit filius, an lapidem dabit illi? Et si piscem petierit, num serpentē dabit illi? Patres ne prouocetis liberos vestros, ne despondeāt animū. quod illos potissimū permouere posse sciebat, hoc posuit: & quod amicū magis erat, hoc illis prācipiēdo dixit. Et nusquā hīc deum ponit. Perfregit quippe parentes inflectendo eorum viscera. Dicit autē: ne contentiosiores eos faciatis. Est in quo cōdonare quandoq; debeatis. Deinde & ad tertiū principatum accedit. Et hic quoq; amor est, sed nō naturalis, quemadmodum suprā, sed cōsuetudinis, quā & ab ipso principatu, & ab ipsis est operibus. Quoniam igitur hīc quod amoris quidē est, succisum: quod verō obediētia, auctum est: huic immorari volēs, quod priores, de quib; prāmissum est, à natura habēt, hoc istis dare vult ab obediētia. Atque ideo nō solum dominorū gratia ad seruos differit, sed & sua ipsorum, vt amabiles seipsos reddāt dominis suis. Sed nō ponit istud apertē: siquidē remisos eos fecisset. Serui, inquit, obedite per oīa iis qui domini sunt secundū carnē. Et vide quomodo semper ponat nomina, vxores, filij, serui, & mox obediētia debitu. At ne doleas, subiunxit, qui domini sunt secundū carnē. Animus, inquit, qui potior tui portio est, liberatur: deinde temporalis est seruitus. Animū igitur subiice, ne sit amplius necessaria & coacta seruitus. Non obsequis ad oculū exhibitis, tanquā hominibus placere studēs: fac, inquit, vt quā ex lege est seruitus, fiat ex timore Christi. Etenim si quē faciēda sunt, & quā ad honorē heri attinēt, illo nō vidēte feceris, manifestum est quod ea propter oculum dei perpetuo vigilem & cuncta videntē facias. Non obsequis, inquit, ad oculum exhibitis, tanquam hominibus placere studēs. Hoc itaq; si feceritis, damnū sustinebitis. Audi nāque quid propheta dicat: Dissipauit dominus ossa eorū, inquit, qui hominibus placere student. Vide ergo quomodo illis parcat, & tamē corrigat. Sed cū simplicitate cordis timēs deū. Illud em̄ nō simplicitas, sed hypocrisis esset. Nempe si aliud corde habentes aliud opere facerētis: alios prāsente hero vos ostēderētis, & alios absente. Propterea nō simpliciter dixit, in simplicitate cordis: sed addidit, timēs deum. Hoc enim est timere deum, quādo etiā nemine vidente nihil mali fecerimus. Si verō fecerimus, non iam deum, sed homines formidamus. Vides quomodo eos corrigat? Quicquid egeritis, inquit, ex animo facite, tanquā domino & non hominibus. Nō solum hypocrisis, sed & segnitie liberatos esse cupit. Liberos eos pro seruis reddidit, quādo dominorū instantia, & prāceptis iam amplius non egeant. Hoc enim est quod dicit, ex animo: id est, cū beneuolentia, nō ex seruili coactione, sed libertate & animi prōpitudine. Et quā huius est merces? Sciētes, inquit, q̄ à domino recipietis mercedem hereditatis vestrā: nam domino seruitis. Liqueat ergo quod & ab ipso mercedē sitis accepturi. Et q̄ domino seruiatis manifestum est ex eo quod subditur, nepe, qui peccarit, feret quod deliquit. Hīc priorē sermonem confirmat. Etenim ne viderētur hęc verba adulatio-

nis & blanditiarū esse, feret, inquit, quisque quod deliquit: hoc est, pœnas dabit. Nō em̄ est personarū respectus. Quid enim q̄ seruus es? Nō hui; pudeat. At qui dominis hoc debebat dicere, quē admodum & in ea quā ad Ephesios est, fecit. Sed videtur hīc Græcos & ethnicos significare dominos. Quid enim, inquit, si ille Græcus sit, tu verō Christianus? Non personæ sed res ipse inquiruntur. Itaq; etiā si sic fuerit, cū beneuolentia & ex animo seruiendum est. Domini, quod iustum est & æquū exhibete seruis. Quid verō iustum est? Quid æquū? Omnia abundē suppeditare, & non ita, vt aliorum ope egeant, sed vt laborū mercede fruantur. Non enim ideo illos mercede priuabis, q̄ dixi eos mercedē habere à deo. Alibi verō dicit: Remittentes minas, mansuetiores volens facere dominos. Erāt enim illi initiati, quasi dicat: Qua mēfura metimini, eadē vicissim remetiētur vobis & alij. Et illud: Non est personarum respectus, dictum est ad istos. Illis verō imponitur, vt isti illud amplectantur. Quādo enim quod alteri cōpetit, ad aliū dicim; nō illum adeo, quātum eum qui obnoxius est, corrigimus. Et vos, inquit, cum illis. Communem hīc fecit vtriusq; seruitutē: sciētes, inquit, & vos habere dominum in cœlis. Obsecrationi instate vigilantes in ea, cum gratiarum actione. Quoniam enim desidies plerunque ex precum instātia nascitur, propterea adiecit, vigilantes: hoc est, sobrij existētes, nō vacillantes. Nouit enim, nouit diabolus quantū bonū sit precatio, atq; ideo molestus aduersus illā incumbit. Nouit autē & Paulus, quomodo multi precantes torpeāt. Propterea dicit, obsecrationi instate. Tāquam de re laboriosa quāpiam loquutus addit, vigilātes in ea cū gratiarum actione. Hoc enim, inquit, opus vestrū sit in precationibus, vt gratias agatis deo, & pro manifestis & pro occultis beneficiis, siue quibus voluntarios, siue quibus inuitos affecit, & p̄ regno, & pro gehēna, pro afflictione quoq; & trāquillitate. Ita quippe precari solent sancti, & pro cōmunibus quoq; beneficiis gratias agere. Noui ego sanctū quendā virū qui ita orabat: nihil dicebat ante hūc sermonē: Gratias agimus tibi pro omnibus beneficiis tuis, à primo die vsq; in hunc prāsente indignis nobis impēsis, siue nota nobis sint siue incognita, tam pro occultis q̄ pro manifestis, quā vel opere nobis vel sermone facta sunt, & quā volūtariis & quē inuitis sunt prāsita, pro omnibus quā immeritis nobis exhibita sunt, pro afflictionib; pro quiete, pro gehēna, p̄ supplicio, pro regno cœlorū. Obsecram; vt animas nostras sanctas custodias, mundam habentes cōscientiā, finem benignitate tua dignū. Qui nos ita dilexisti, vt vnigenitū tuum pro nobis dederis, dignare nos hac dilectiōe dignos reddere. Da sapientiā in verbo tuo, & in timore tuo, vnigenite Christe. Inspira nobis fortitudinem tuam, qui vnigenitū pro nobis dedisti, & spiritum sanctum tuum t̄ emittas in remissionem peccatorum: & siue spontē quid, siue inuiti deliquerimus, condona, nec reputes. Recordare omnium qui nomen tuum inuocant in veritate. Recordare omnium qui nobis vel bene vel malē volūt. Omnes enim homines sumus. His dictis addebat orationē fidelium, atque ita cessabat, tāquam coronide quadam & colligatione, post orationē pro omnibus factā imposita. Multis enim nos deus etiā inuitos beneficiis afficit, multis etiā & pluribus quoq; ignaros. Quando enim contraria precamur, ipse verō diuersa facit, manifestum est q̄ & in-

Psa. 102. c  
Matt. 7.  
Luce. 11.  
Phil. 1. b  
Psa. 52. b

Eph. 6. 4  
Cap. 111.  
Ibidem b  
Mat. 7. e  
Phil. 1. b  
Viri cuiusdā sancti gratiarū actio.

scis benefaciat. Orantes simul & pro nobis. Vide animi humilitatē. Post illos seipsum demum ponit. Vt deus aperiat nobis ostium sermonis, vt loquamur mysterium Christi. Accessum, inquit, & animi fiducia det. Papæ, quātus athleta. Nō dixit, vt liberer ab his vinctis. Sed cū esset in vinctulis alios adhortat; est, & adhortatus est pro re magna, nepe pro animi fiducia. Duo hīc magna sunt. Et qualitas personæ, item & qualitas rei pro qua admonet. Papæ, quāta dignitas. Mysteriū, inquit, Christi. Ostēdit nihil sibi iucūdi; esse hoc mysterio, quod loqui cuperet. Propter quod & vinctus sum, vt manifestem illud, sicut oportet me loqui. Cum multa, inquit, fiducia, & nihil dissimulatē aut timidē. Vincula illum illustrem reddunt nō obscurum. Cum multa, inquit, fiducia. Dic mihi: vinctus es, & alios consolaris? Etiā maiorē mihi fiduciā exhibēt vincula. Indigeo tamē ope diuina. Audiui quippe Christum dicentem: Quādo tradiderint vos, nolite sollicitē cogitare quomodo aut quid loquamini. Et vide quomodo metaphoricē dixerit: Vt deus aperiat nobis ostium sermonis. Ecce quomodo fastu careat, in vinctulis existēs, quomodo loquatur: quasi dicat, vt emolliat corda ipsorum. At nō ita dixit: sed, vt nobis det fiduciā loquēdi. Animo modesto ita loquutus est, atq; hoc quod iam habebat, precatus est vt acciperet. Ostendit autē in hac epistola, qua ratione ante hoc tempus nō venerit Christus, ex eo quod quæ veteris erāt testamēti vmbra vocauit, corpus verō ipsum dixit esse Christi. Oportebat igitur in vmbra exerceri. Simul quoq; & maximum dilectionis indicium qua erat erga eos affectus declarās, vt & vos, inquit, audiretis. Ego verō vinctus sum. Rursus vincula in medium adducit, quæ vehementer amo, quæ cor meum excitant, & semper desiderū incutiunt vidēdi Paulum vinctum, & in vinctulis scribentē, & prādicatē, & baptizantē, & instruentē, emergebat illi vincto omnium vndique ecclesiarum cura. Innumera dispēfabat vinctus. Tū magis solut; erat ac liber. Etenim audi quid ipse dicat, Vt plures ex fratribus sumpta ex vinctulis meis fiducia, abundantiū nūc audeāt sine timore sermonē loqui. Et ipse hoc rursus fatetur, dicens: Quando em̄ infirmus sum, tunc robustus sum. Propterea & dixit: At sermo dei nō est alligatus: vinctus erat cum malefactoribus, cū aliis captiuis ac vinctis, cū homicidis, doctor orbis. Qui in tertium vsque cœlum ascenderat, qui arcana verba audierat, vinctulis detinebatur. Sed tum velocior erat ipsius cursus. Qui in vinctulis erat, solutus: & qui solutus erat, vinctus erat. Nam hic quidē quod volebat faciebat, ille verō cum nō prohibebat, nec propositum suum adimplebat. Quid facis o stulte? Nō est enim corporalis cursor, nō in stadio, qualia apud nos sunt, decertat. In cœlo conuersatur. Eum qui in cœlo cursum suū habet, quæ super terrā sunt nec vincire poterūt, nec cohibere. Nō Solem istum vides? Iniice radiis illius vincula, siste cursum eius. Sed nō poteris. Ergo neq; Paulū: imò multo minus istum quā illum. Est enim maiore prāditus iste prudentia quā illi, tanquam qui lucem nobis nō talē sed verā apporet. Vbi nunc sunt qui nihil volunt pro Christo pati? Quid verō dico pati, quādo neque pecunias illius gratia amittere velint? Vinctus erat & Paulus aliquādo, & in carcerem coniciebat. Verum posteaquam Christi factus erat seruus, nō faciendo sed patiendo honoratus est. Et hoc verō prādicacionis est prācipuū insigne, quādo per patietes,

& nō per malē faciētes ita erigitur & augetur. Vbi nā quisquam talia certamina vidit? Qui malis afficitur, vincit: & qui malis afficit, superatur: ille illustrior q̄ iste. Per vincula progressa est euangelij prādicatio. Nihil pudet, sed etiam in eo glorior, inquit, & crucifixum prādicō. Etenim cogita mihi: Vniuersus orbis relictis illis qui soluti erāt & liberi ad vinctos cōcessit, auerfatus eos qui in vincula cōiiciebant, illos honorauit qui catenis erāt circūdati, crucifixores perofus, crucifixū adorat. Non hoc solum admirabile est quod homines piscatores, quod idiotæ prācones erant, sed q̄ & reliqua iuxta naturam impedimenta, nihil impediēbāt, sed magis etiā crescebat prādicatio. Non solum nihil oberat inficitia, sed & hoc ipsum illustriorem reddebat prādicacionem. Audi quippe quid Lucas dicat: Et comperto, inquit, quod essent homines illiterati & idiotæ, admirabātur. Non solum nō impediēbant vincula, sed & ea ipsa confidentiores eos reddebant. Non ita fiducialiter agebāt discipuli soluto Paulo, atq; vincto. Vt abundantiū, inquit, iam audeāt sine timore loqui sermonē dei. Vbi sunt qui cōtradiciunt prādicacioni, dicentes non esse diuinam? An non satis erat ad condemnandum eos, q̄ isti homines erant idiotæ? Debebant igitur vel hinc eos reuereri. Scitis enim quod his duabus animi afflictionibus detineatur multitudo, vana gloria scilicet, & metu. Inficitia non sinebat confundi? At pericula in metū cōiicere debebāt. Sed miracula, inquit, patrabāt. Credite igitur ob id q̄ miracula faciebant. Sed nō fecerint. Maius est ergo miraculū, quā miracula facere, si prēter miracula homines attraxerūt. Vinctus erat & Socrates à Græcis. Quid igitur, an nō mox fugiebant illius discipuli? Admodū. Non enim de immortalitate sermonē acceperāt. Sed vide hīc, vinctus erat Paulus, & cōfidentiores reddūtur discipuli. Merito: Videbant enim non impediri euangelij prādicacionē. Num em̄ linguā alligare poteris? Hac potissimum currit prādicatio. Quemadmodū enim nisi cursoris pedes ligaueris, cursum illius non impedieris: ita euangelistæ cursum, nisi linguam alligaueris, nō prohibueris: sed quomodo si cursuri lumbos vincieris, magis currit & in cursu solidatur, ita & iste magis prādicat: idque cum maiore fiducia. Meticulosus & pavidus est vinctus, cui nihil est, nisi vinctulū. Qui verō & mortem cōtemnit, quomodo ligaretur? Non secus egerunt qui Paulum ligauerunt, quā si vmbra eius alligassent, illiūsq; os obturassent. Erat enim vmbra vinctus pugna. Et suis em̄ reddebatur desiderabilior, & inimicis venerabilior, tanquā animi virilis ac strenui ferens prāmia, vinctulū. Et corona caput vincit, sed non deturpat, verū & illustre facit. Inuiti illū catena coronabāt. Etenim dic mihi: Potuitne ferro ligari, qui adamantinas mortis portas destruebat? Rapimur dilecti vinctulorū istorū zelo. Quęcunque mulieres ornamenta aurea fertis, Pauli desiderate vincula. Nō ita vos quod circa collū est monile illustres reddit, quē admodū ferreorū ille vinctulorum illius ornatus reluceret animæ vestræ impositus. Si quis illa Pauli vincula desiderauerit, ista prosequetur odio. Quæ nanque cōmunio mollitici cum animi virilitate? Ornamento corporali cum philosophia? Illa vincula venerātur angeli, ista verō deridēt etiam. Illa vincula à terra in cœlum vsque subuehere solēt, ista verō de cœlo in terrā detrahūt. Sūt em̄ vera ista vincula non illa. Illa sunt ornatus, ista verō vincula.

2. Co. 12. c  
2. Tim. 2. b  
2. Co. 12. d  
Phil. 1. b  
2. Tim. 2. b  
2. Co. 12. d  
2. Tim. 2. b  
2. Co. 12. d

Phil. 1. b  
Socrates  
Cōtra muliere ordinādi fundum.



vincula. Ista cū corpore & animā stringunt, illa cum corpore & animā exornāt. Vis discere q̄ illa sint ornamento? Dic mihi vter magis inspectores attraheret, tu, vel Paulus? Et quid dico tu? Ipsa regina profusus vndiq; auro cōspicua sanē non magis videntes attraheret, sed si cōtingeret eodē tēpore & Paulum ligatum, & reginam, ecclesiam ingredi, omnes utique visum ab illa ad istum trāsferrent. Et meritō. Admirabilis enim esset videre virū humana natura maiore, & nihil humani habentem, sed angelum in terra versantem, quā videre mulierem ad hunc modum ornata & iactabundam. Possunt enim ista quidē & in theatris, & in pompis, & in balneis, & vbiq; videri: hominē verō vinculis circūdatum, & in vinculis maximum habere se ornatum reputantem, & vinculis nihil cedentē si quis viderit, non terrenum, sed planē cœlo dignum spectaculum viderit. Animus terrenis istis circumdatus circūspicit quis videat, quis nō videat, fastu plenus, curis detentus, & innumeris aliis passionibus alligatus. Qui verō Pauli vinculis circūdatus est, & fastu caret, & mente exultat, & omni cura liberatus, hilaris atq; alacris ad cœlum suspicit. O si quis mihi Paulū daret ex ipso cœlo prospicientem videre, ac vocē emittentē audire, aut ex ipso carcere: ex carcere sanē mallems. Num enim ad ipsum non venerunt ē cœlo, cū esset in carcere? Prædicationis sustentaculū sunt vincula illa Pauli, fundamentū prædicationis est catena illa. Illa desideremus vincula. Et quomodo fieri potest, inquis? Si ista terrena cōtrierimus & fregerim⁹. Nulla nobis utilitas est ex his vinculis, sed damnū etiā. Vincōs nos illic esse t̄ ostēdūt ista: Pauli verō vinculis, t̄ solvuntur vincula illa. Quæ istis hīc vincōta est, etiam immortalibus alibi vinculis & manus ligabitur & pedes: quæ verō Pauli vinculis ligata est, tunc habebit tanquam splēdidum sibi circumdatum ornatum. Solue te ipsum simul à vinculo, & pauperem à fame. Quid peccatorum catenas cōnectis? Quomodo, inquis? Quādo tu quidem aurum gestas, alius verō interea perit: quādo tu quidem aurum auri insumis vt vanam assequaris gloriam, alius verō nihil interea habet quod edat, an non peccata cōnectis? Christū indue, non aurū. Vbi māmōnas est, ibi Christus nō est: vbi Christus est, ibi mammonas nō est. Non velles regē ipsum præ omnibus induere? Si quis tibi purpuram & diadema dedisset, non præ quouis auro accepisses? Ego tibi non ornatum regiū tribuam, sed ipsum regē induendū exhibeo. Et quomodo, inquis, Christū poterit quis induere? Audi quid Paul⁹ dicit: Quotquot ī Christū baptizati estis, Christum induistis. Audi adhortationē apostolicam: Carnis, inquit, curā ne feceritis ad concupiscētiam. Ita Christ⁹ induitur ab eo qui carnis curā ad cōcupiscētiam nō facit. Si Christum induta fueris, metuēt te & dæmones. Si verō aurū, ridebunt etiam homines. Si Christum induta fueris, venerabuntur te homines. Vis pulchra & honesta videri? Contenta sis creatoris tui figmento. Quid aurēa ornamēta inducis, tanquā figmētum dei correctura? Vis decora & honesta apparere? Indue misericordiā, indue benignitatē, indue temperantiā & animi modestiam. Cuncta hæc auro sunt præciosa. Ista pulchritudinem quoque venustiorefficiunt, ista etiam eam quæ formosa nō est, formosam reddunt. Si quando enim formā quis cum benevolentia coniunctam viderit, sententiā suā iuxta t̄ dilectionem feret: ] malitiā verō non poterit

A quisquam etiam pulchram existentem, pulchram dicere. Animus enim t̄ stupefact⁹ ac percussus nō rectē iudicat. Ornata erat aliquando Aegyptia. Sed ornatus erat & Ioseph. Vter erat formosior? Nō dico, quādo illa in regis, hic verō in carcere erat. Nudus erat Ioseph, sed indutus erat castitatis indumētis. Illa induta erat, sed quavis nuda turpior erat. Castitatem quippe non habebat. Quando vehementer ornaris o mulier, tunc nuda quavis turpior facta es. Decorum existi. Erat & Heua nuda: sed cū induta esset, tūc turpior erat. Cū enim nuda esset, gloria dei ornabatur. Mox verō atq; peccati vestem induit, turpis facta est. Et tu quando superbiæ vestimentū induis, tunc turpior appares. Quod em̄ sumptuositas vestimētorum nō sufficiat ad ostendendā pulchritudinem, sed possit esse, vt quæ induta est nuda sit turpior, demonstrabo. Dicite: Si tibicinis aut choraulis habitū esses & instrumenta induta, an nō dedecus esset? Atqui aurea sunt eorū indumēta. Verū hoc ipso dedecus esset, q̄ aurea sunt. Sumptuositas enim scenæ, Tragedis cōuenit, hypocritis, mimis, saltatoribus, illis qui cū bestiis pugnant: mulieri verō fidei alia sunt à deo data indumēta, nēpe ipse vnigenitus dei filius. Quotquot enim in Christū baptizati estis, inquit, Christū induistis. Dic mihi, si quis tibi regalem dedisset vestem, tu verō supra illā seruire quoddam nacta indumentum superindueres, an nō præterquam quod dedecus cōmitteres, pœnas quoq; meritō dares? Cœli & angelorū dominū induta es, & terrenis adhuc immoraris? Hæc ideo dixi, q̄ magnum quidem in seipso malum est studium illud ornandi, etiam si nullum aliud malū ex eo nasceretur, sed liceret tutō & citra periculum habere. Ad vanam enim gloriam & fastū imbuit. Nunc verō & alia multa exornādi studio nascuntur: aperte suspiciones, sumptus intēpestiui, maledicentia, auaritiē & fraudis argumenta. Quid enim ornaris dic quæso: vt viro placeas? Igitur domi hoc facias. Hic verō contrariū fit. Si em̄ proprio placere vis viro, aliis ne cura vt placeas. Si verō aliis placere vis, nō potes placere tuo. Oportebat itaq; forum ingredientem, aut ad ecclesiam procedentem, cunctū deponere ornatum. Præterea verō ne placere velis viro vnde placent & scorta, sed magis vnde placent muliebres liberæ. Quo nanque discrimine, dic quæso, discernitur vxor à scorto? Quod ista quidem hoc vnū respicit, quomodo corporis pulchritudine amicum attrahat, illa verō & domum gubernat, & liberorum particeps est, & reliquorum omnium. Filio lam habes? Vide ne damni quicquam capiat. Solent enim plerunque filiolæ ad rationem educationis cōponi, & mores imitari maternos. Esto filiolæ tuæ castitatis & modestiæ exemplar. Hoc ornatu cōponitor, & vide quomodo vanum illum contemnas. Hæc enim verē sunt ornamenta, ista verō turpitudine. Sufficiant ista. Deus autem qui mundum fecit, & qui animæ nobis munditiem dedit, ornet nos, & gloria sua circundet, vt cunctis bonis operibus illustres, & ad gloriam eius viuentes, gloriam destinemus & rependamus patri & filio & spiritui sancto, Amen.

Homilia XI.

Apienter ambulate erga extraneos, tempus redimētes. Sermo vester semper cum gratia sit sale conditus, vt sciatis quomodo oporteat vos vniciuique respondere. Quod Christus ad discipulos dixit, hoc & Paulus nunc admonet. Quid verō Christus dixit? Ecce ego mitto

† ostendit. † soluitur.

Gal. 3. d Rom. 13. d

† calculū pro bonitate ferret.] Ger.

Galat. 3. d

Philos. 4. d

Rom. 13. b

Act. 27. 4.

Ibid. 5. b

\* X. h. nov. grecis. eth. nicis. sic et in sequentibus accipere. v. r. v. v.

Mat. 10. b

mitto vos sicut oves in medio luporū. Sitis ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut colūbæ. Dicit ergo: Cauti sitis, ne vllā eis occasionē aduersum vos detis. Propterea verō addit, erga extraneos, vt discam⁹ nō tāta nobis cautione erga domestica mēbra opus esse, quāta erga extraneos. Nō enim perinde est inter hostes & inimicos versari, atq; inter amicos. Deinde quoniā terruerat, vide quomodo rursus animū illis indat. Tempus, inquit, redimētes: hoc est, Breue est hoc præsens tempus. Hæc verō non ideo dixit, q̄ velit eos varios & versutos aut hypocritas esse. Hoc em̄ nō sapiētia fuerit, sed stultitia. Sed quid? In quib⁹, inquit, nihil vobis dāni fuerit, nullā profus occasionē illis date. Quod & ad Romanos scribens dixit: Reddite omnibus debita, cui tributū debetis, tributū: cui veltigal, veltigal: cui honorem, honorē. Propter solam euangelij prædicationem, inquit, sit tibi dissidiū & bellum. Nullum aliud initiū hoc bellū accipiat. Si enim nobis etiā propter alia futuri sunt inimici, & nos mercede priuabimur, & ipsi deteriores erunt, videbunturque iustam aduersum nos habere querelam: vt pote si veltigalia non soluerimus, si honores debitos non exhibuerimus, si humiles & modesti nō fuerimus. Non vides q̄ submissus sit Paulus, sicubi nihil dāni sit prædicationi? Etenim audi quid ad Agrippam dicat: Beatū me reputo, qui causam diciturus sim corā te hodie, cū tu maximē sis gnarus earū quæ apud Iudæos sunt & consuetudinū & quæstionū. Si verō putasset se calūniari debere principē, omnia utiq; subuertisset. Audi autem etiam beatum Petrum, quā mansuetē Iudæis responderit, dicens: Obedire oportet deo magis quā hominibus. Quāquam homines isti vt erant animis abnegatis ac desponsis, faciliē & conuitiū dicere, & nihil non facere potuissent. Verū huius gratia semetipsum abnegauerant, animūmq; despōderant, ne vanæ gloria studeant: (est enim istud vanæ gloriæ studium) sed vt prædicarent, & cū fiducia cuncta loquerentur. Calūniari verō immodestia est. Sermo vester semper in gratia sale sit conditus: hoc est, ne dum omnibus gratificari vultis, sine discretionē promiscuē quosuis amplectamini, & quæuis faciatis. Potest enim ad gratiā loqui quisquā, potest etiā cum honestate & decoro cōpetenti. Vt sciatis quomodo oporteat vos vniciuique respondere. Itaq; non eodem pacto disputandū est, cum omnibus. Græcis dico, & fratribus. Nequamquam. Nam hoc extremæ esset insipientiæ. De omnibus reb⁹ meis certiores vos faciet Tychicus dilect⁹ frater, ac fidus minister & conseruus in domino. Papæ, quanta est sapientia Pauli, q̄ non quæuis epistolis mandat, sed quæ necessaria sunt & persuadendi inducendiq; vim habēt: primum quidē nolens eas prolixius extendere, deinde & tabellarium quem mittebat venerabiliorem facere, vt haberet seorsim etiam quæ narraret: tertio, vt probaret quo esset erga illū animo. Nisi enim fuisset bono, ista utique illi non credidisset & cōmendasset: postremō q̄ essent quædam literis non publicanda. Dilectus, inquit, frater. Si dilectus, omnia nouerat, & nihil illū celauerat. Et fidus minister, & conseruus in domino. Si fidus, nihil mentiebatur. Si cōseruus, cōsors ergo erat & tentationū. Ergo vndiq; illi fidem & auctoritatem fecit. Quem in hoc ipsum ad vos misi. Multam hīc dilectionem ostendit. Siquidem huius gratia istum amandauit, & hæc peregrinationis huius causa fuit, quod & Thessalonicensibus scribens dixit:

Proinde cū nō amplius ferremus, visum est nobis, vt Athenis resideremus soli, ac mitteremus Timotheum fratrem nostrum. Et Ephesiis quoque eundē ipsum, eadēmq; de causa misit. Vt cognoscat quid agatis, & consoletur corda vestra. Vide quid dicat: Non vt vos cognoscatis quomodo ego habeam, sed vt ego quid vos agatis, cognoscā. Ita nusquā quod se concernat, ponit. Ostendit autē eos & in tentationibus tūc fuisse, cū dicit, vt cōsoletur corda vestra. Cum Onesimo dilecto & fido fratre, qui ex vobis est. De omnibus vobis exponēt, quæ hic agūtur. Onesimus hic est, de quo Philemoni scribens dixit: Quē ego volebā apud me retinere, vt pro te mihi ministraret in vinculis euāgelij, sed absq; animi tui sententia nihil volui facere. Et encomium quoque ciuitatis adiicit, vt nō solū nihil eos pudeat, sed etiam habeāt vnde gloriētur: qui ex vobis est, inquit. De omnibus vobis exponēt, quæ hic aguntur. Salutat vos Aristarchus cōcaptiuus meus. Nihil isto encomiū maius. Hic est qui ab Hierosolymis abduct⁹ erat cū eo. Maius dixit hic quā prophetæ. Nam illi aduenas se & peregrinos vocarūt: hic verō & captiuū. Ad modū enim captiuū ita ducebatur & tractabatur, & omnibus ad formā patiendi proponebatur. Imò peius etiā habebat, quā captiuū. Nam illos quidem hostes, postquā capti sunt, in magna deinceps securitate cōseruant, curā eorū habentes, tanquā rerum & possessionū suarū. Hunc verō velut inimicum & hostem agebāt, & tractabāt omnes, distrahentes, verberantes, vituperantes, & calumniātes. Hoc verō discipulis etiam consolationi erat, q̄ & præceptorē suum in talibus esse videbant. Et Marcus consobrinus Barnabæ. Et istū à cognatione laudauit. Vir enim magnus erat Barnabas. De quo accepistis mandata, si venerit ad vos, excipite eum. Quid enim? An non exceperissent eum? Etiam. Sed cum magna, inquit, diligentia. Atq; hoc ostendit magnum fuisse virum illum. Vnde verō mandata ista acceperint, nō dicit. Et Iesus, qui dicitur iustus. Fortē Corinthius erat iste, Deinde omnib⁹ cōmune dat encomium, posteaquā vniciuique suum priuatim dedisset. Qui sunt ex circumcisione. Hi soli cooperarij sunt ad regnum dei, qui quidem fuisse mihi solatio. Quoniam dixerat, concaptiuus meus, ne animum auditorū deiiceret, vide quomodo hoc ponat, illōsque excitet. Cooperarij, inquit, ad regnum dei. Ergo qui consortes sunt tentationū, consortes sunt & regni. Qui quidē mihi solatio fuere. Declarat illos esse magnos, siquidem Paulo solatio fuere. Sed videamus prudētiam Pauli. Sapiēter, inquit, ambulate erga extraneos, temporis opportunitatē redimētes: quasi dicat: Non est vestrū hoc tempus, sed illorum. Ne velitis igitur dominari hoc tempus, sed illorum. Et nō dixit simpliciter emētes, sed redimētes, alio pacto, vt vestrum sit efficiētes. Dementiæ quippe fuerit superfluas dissidiorū & inimicitiarū causas cōstruere. Ad hoc enim, q̄ superflua tolerantur pericula, & quæ nihil habent lucri, etiam istud damni accedit, q̄ Græci nobis eō minus iunguntur. Nam si fueris inter fratres, meritō cōfidenter agis: apud extraneos verō non ita faciendum. Vides quomodo vbiq; Græcos vocat extraneos? Propterea & cum Timotheo scriberet, dixit: Oportet autem ipsum & ab extraneis bonum habere testimonium. Et iterum: Quid enim ad me attinet etiā de extraneis iudicare? In sapientia, inquit, ambulate erga extraneos. Extranei quippe sunt, etiam si eundem nobiscum mundum inhabitent, qui extra regnum sunt, & domum

1. The. 3. d Eph. vlt. d ad Phil. 1. Tim. 3. b 1. Cor. 5. d

sup. 3.4


domum paternam cōstituti. Cōsolatur autem simul eos, q̄ illos extraneos vocat. Quod & superi<sup>o</sup> aliquāto dixit: Quoniā vita vestra abicōdita est cum Christo in deo. Tunc, inquit, gloriā quārite, tūc honores, tunc reliqua omnia: nūc verò nō ita, sed illis ista permittite. Deinde quia redemptionis meminerat, ne putaret ipsum de pecuniis dicere, subiungit: Sermo vester semper in gratia sale sit cōditus, vt sciatis quē admodū oporteat vos vnicuiq; respōdere. Ne hypocrisim sapiat. Hoc enim non esset gratiā, neque sale cōditū esse sermonē: Vtpote, si quisquā citra periculum colēdus sit, ne detreces. Si oportunū sit placidē colloqui, ne putes istud adulationem esse. Quicquid ad honorem fuerit, præter pietatis iacturam hoc facias. Nō vides quomodo Daniel hominē impiū coluerit? Nō vides tres pueros, quomodo sese sapiēter exhibuerint, & animi dexteritatē & fiduciam demōstrātes: & tamē nihil audaciā, nihilq; molestiā præsumentes? Hoc enim iam nō verā fiduciā, sed vanā fuisse gloriā & ostentationis. Vt sciatis, inquit, quē admodum oporteat vos vnicuiq; respōdere. Aliter videlicet principi, & aliter subdito, aliter diuiti, aliter pauperi. Quare? Quia diuitū & principantium animi imbecilliores sunt plerunque, inflati, & delicati, ita vt necessaria sit hīc opportuna quēdam accōmodatio, pauperum verò ac subditorū solidiores & prudētiores, ita vt hīc maiore possis vti fiducia & libertate loquendi, ad vnū hoc aspiciēs, vt ædifices. Non ideo, quia hic diues quidē, iste verò pauper: hic plus honorandus erit, iste minus: sed propter animi infirmitatē hic quidem toleretur, iste verò nō ita: Vtpote nulla existente causa, ne voces Græcum impurum, neque illum vituperes: sed si de dogmate eorū rogatus fueris, responde quod sit impurū & impiū. Nemine verò rogante, neque cogente, non expedit vt temerē dicas, ne inimicitiam acquiras. Quæ nanque fuerit necessitas superfluas confiare inimicitias? Rursus si quenquā instruxeris, dicas iuxta rationem subiecti & auditoris: alioqui silcas. Si fuerit sermo tuus sale cōditus, siue in animum delicatum inciderit, astringet mollitiē: siue in confidentem, emolliet duritiem, si quidem gratiofus fuerit. Neque onerosus sit ac dur<sup>o</sup>, neq; rursus mollis, sed & q̄ stringat habeat, & quod iucūdū sit. Etenim si immoderatē perstrinxerit, magis nocebit, q̄ proderit. Rursus si immoderatē gratificabitur, perniciē magis adferet, quā vtilitatē. Itaque vbique oportet esse mensuram. Neque tristis sis ac durus, est enim iniucundū. Neque rursus dissolutus sis. contēptui quippe & proculcationi obnoxium reddet. Sed vt rinq; quod virtutis est captans, malitiā fuge, instar apis cuiusdā, hinc scilicet alacritatem, illic verò honestā grauitatem desume. Etenim si medicus nō eadem ratione quauis tractat & curat corpora, multò minus doctor. Quamquam corpora sanē magis eadem ferre queant pharmaca, quā animus quisque eundē vbique sermonē: vt exempli gratia: Accedit ad te Græcus, & fit tibi amicus? Nihil illi de dogmate loquere, donec tibi valde fuerit amicus. Et quādo fuerit, sensim ac mansuetē agas. Vide, & Paulus, cū Athenas appulisset, quo pacto illis disseruerit. Nō dixit: O impuri & scelesti. Sed quid? Viri Atheniēses, per omnia superstitiosos vos esse video. Rursus cū obiurgatione & vituperatione opus esset, non detreçtabat, sed cū multa vehementia Elymæ dicebat: O plene omnis doli & omnis malitię filii diaboli,

A inimice omnis iustitię. Quemadmodum enim inhumanum, si illos vituperasset, ita si istū non vituperasset, animi mollis ac fracti fuisset. Rursus adductus ad præsentē negotij gratia, cōpetentes illi ac debitos honores exhibuit. De omnibus, inquit, exponēt vobis quæ hic agūtur, quare videlicet non simul venerim. Quid verò est, de omnibus vobis exponēt? hoc scilicet, vincula mea, & reliqua oīa quibus detineor. Non igitur, cū & videre vos orauerim, & alios miserim, ipse venire ad vos tardasē, nisi magna necessitate detentus essem. Atq; hoc certē culpāre non poterāt, etiā si vehemēter culpāre voluissent. Quod enim docere voluit, & in tentationibus se constitutū esse, & q̄ generosē illas tulerit, fidelis hoc erat doctoris, & animos illorum erigere cupientis. *Vnā cum Onesimo, inquit, dilecto & fido fratre.* Fratrem vocat Paulus eum qui seruus erat. Merito: quādo quidem & seipsum seruum vocat fidelium. Factum abiiciamus omnes, cōculcemus superbiam. Seruum seipsum nominat Paulus, & orbe dignus & mille cœlis, & tu superbis? Qui omnia suo arbitrato, vt volebat, tractabat, qui primas habebat in regno cœlorum, qui iam erat coronatus, qui in tertium vsque cœlum ascēderat, eos qui serui erāt, & fratres suos vocat & cōseruos. Vbi est illa nostra insania? Vbi superbia? Ita fide dignus habitus est Paulo Onesimus, vt talia illi cōcrediderit. *Et Marcus, inquit, consobrinus Barnabæ, de quo mādāta accepisti, vt recipiatis ipsum.* Fortē à Barnabā mandata acceperant. *Qui ex circumcisione sunt.* Deprimat Iudæorum fastum, horū verò animos erigit. Nam pauci erant ex circūcisione, plures verò ex Gētibus. Qui quidē fuere mihi solatio. Declarat se in magnis esse tētationib<sup>9</sup>. Itaque neq; hoc exiguū fuerit, si quādo sanctos etiā fuerimus, & nostra præsentia, & comitatu, & sermone, & officij sedulitate consolati, siq; simul cū illis adficii fuerimus. Vincētis enim compassi estis, tanquā & ipsi simul vincētis. Si quando adflictiones illorum nostras fecerimus, coronarū etiā cōsortes erimus. Nō es tractus in stadiū? In certamē nō descendisti? Alius exut<sup>9</sup> est, alius luctatur? At si voles, consors certaminis eris & tu. Ad certamen illum instrutū redde. Esto illius amicus & fautor. Extrā constitutus magnis illi acclama, animi virtutē excita, animum recrea. Hæc erga reliquos omnes rectē fieri poterunt. Paulus verò nihilo horū indiguit, sed vt illos erigeret, ista dixit. Tu ergo reliquos oēs detrahare & maledicere volētes cōpescce, adflicto cōpara amicos, à certamine regressum cum multa cura & obsequio cōplectere, ita consors eris coronarū, ita glorię. Et si nihil aliud feceris, gauisus verò fueris in certantis victoria, etiam sic cōsors factus es, neq; id vt rinq; leuiter. Dilectionem nāque attulisti, bonorū omnium caput. Si enim flentes, cōsortes vidētur esse luctus, & lugentibus etiā plurimum gratificantur, & magnam partem luctus adimunt: multò magis & gaudentes magnā exhibēt gaudentibus voluptatē. Quantū enim sit adflictionis augmentū, non habere qui cōdoleant, audi prophetam dicentem: Et expectaui, inquit, si quis esset, qui contristaretur, & nō erat. Quapropter & Paulus inquit: Gaudete cū gaudētibus, ac flere cum flentibus. Auge iucūditatē, si videris celebrē haberi fratrem. Ne dicas illius est celebritas & gloria, quare ego gaudeam? Nō fratris ista, sed inimici sunt verba. Si velis, nō illius est, sed tua. Tui est arbitrij, vt eā maiorē facias, si nō tristis, sed læt<sup>9</sup> fueris, sed alacer, sed hilaris. Et quod

Et quod ita sit, hinc liquet. Qui liuidi sunt, nō solum gloriosis inuident, sed & illis qui horū glorię & celebritati cōgaudent, ita scilicet nouerunt & ipsos in gloria esse. Atq; hi potissimū honore fruuntur. Nam qui celebratur quidem, erubescit, etiam si vehementer prædicetur: iste verò cū magna animi iucūditate gloriatur. Non videtis apud athletas quomodo hic quidē coronatur, iste verò nō coronatur? Dolor verò & gaudiū, hinc amicorū est, & illinc odientū. Amici exultant, amici tripudiāt. Vide quantū sit, non inuidere. Alterius est labor, & tua voluptas: Alius coronatur, & tu exultas, tu gloriaris. Nam dic mihi: Alius quū vicerit, tu quid exultas? Sed & illi bene nouerūt cōmune esse quod geritur, propterea victori quidē vitio nō virtutē inuidi, tentant verò si queant deicere ac demoliri victoriā. Audis autē victoris amicos eiusmodi verba loquētes? Extinxi te, deiici te: quamquam alterius est opus, tu tamen encomiū arripis. Si ergo in externis tantū est bonū nō inuidere, sed aliena bona quasi propria reputare: multò magis in victoria diaboli liquet illū hoc amplius aduersum nos spirare, quò plures sunt gaudentiū. Quamquam enim scelestus sit & acerbis, exactē tamen nouit, magnam hanc esse voluptatē. Vis ipsum exhilarare? Tristis esto. Mœstitiam quā ille ex fratris victoria cōcepit, per tuā mœstitiā releuas. Cum illo stas, dum à fratre seiūgeris, qua in re maius malū cōmittis quā ipse. Non enim perinde est inimicū existentem quē inimici sunt facere, & eum qui amicus est, cū inimicis stare. Qui hoc facit, scelestior est inimicis. Si bene audierit frater, siue dicendo, siue prædicando, siue quæ recta sunt faciēdo, esto cōsors celebritatis eius, ostende illū membrum esse tuū. Et quomodo, inquis? Ego enim non glorificor? Ne loquaris hæc verba. Contrahe labia tua. Si apud me esses ista dicēs: manu tibi labia cōprimerē, ne inimic<sup>9</sup> ea audiret. Sæpenumero inimicitias inter nos habere cōtingit, quarū tamē nullā speciē inimicis exhibemus. Diabolo igitur tu dissidij speciē præbebis? Ne dicas hoc, ne cogites, sed magis contrarium dic, membrū meū est. Membri gloria ad reliquū corpus pertingit. Quid igitur, inquis, q̄ extranei ad hūc modum non habent? Quia tu in causa es. Quando te vident alienū à fratris gaudio, alienātur & ipsi. Si verò te gaudium illius appropriare tibi viderint, nō ita audebunt, sed & tu similiter illustris eris. Non es affectus gloriā dicendo? affectus tamen es cōgaudento maiorem quā ipse. Si enim magnū bonū est dilectio, & caput omnium, tu eam quæ ex illa est coronam accepisti: ille verò eam quæ est ex rhetorica: tu eam quæ ex vehemēti est amore, ille autē verborum præstitit & ostēdit virtutē: tu ipsis operibus inuidiam superasti, liuorē proculcasti: itaq; meritò magis coronaberis quā ille, certamenq; tuū illustrius est. Non solum hūc proculcasti liuorē, sed & aliud quid effecisti. Ille vnā dūtaxat habet coronā, tu verò duas, eāsque hac vna splendidiore. Quas illas? vnā propter superatam inuidiam, alteram verò qua propter dilectionem coronaris. Congaudere nanq; indicū est, non solū ab inuidia liberum & purum esse, sed & radicam habere dilectionem. Illum plerunq; & humana quædā affectio perturbat, vt pote vanæ glorię studium, tu verò omnis es affectiois huiusmodi purus. Non em̄ si vanæ glorię scētator esses, super alterius bonis gauderes. Gubernauit ac direxit ecclesiā,

A dic quēso? Auxit collegium? Rursus collauda. Habes duplicē coronā. Inuidiā vicisti, dilectione coronatus. Quin rogo ac supplico, velis & tertiā audire coronam. Illi infernē applaudunt homines, tibi supernē angeli. Non enim eiusdē est virtutis facundū esse, & animi affectiones vincere. Laus ista tēporalis est, illa verò æterna: ista ex hominibus, illa ex deo. Ille apparet coronatus, tu verò in abscondito coronaris, vbi videt pater tuus. Si separatā à corpore vnus cuiusque animā videre posses, ostenderē sanē tibi hanc coronam illa honestiorē esse & magis renitentē. Proteramus inuidię stimulos, prosumus nobis ipsis dilecti, cōnectamus ipsi coronam. Inuidus nō homini, sed deo aduersatur. Quādo enim videt aliquē cui cōcessa est gratia & dolet, vt vellet ecclesiā subuersam, iam non illi, sed deo aduersatur. Etenim dic mihi: Si quis puellam regiā adornasset, & ornādo celebrē & venustam reddidisset: alius verò quisquā deturpatā illā & exornari non posse cupiisset: cui nam ille insidiatus esset? Huic? An & puellæ & patri? Ita & hīc. Tu qui inuides & ecclesiā impugnas, deo hostiliter aduersaris. Quoniam enim celebritati fratris simul inserta est ecclesię vtilitas, necesse est ista pessundata, pessundari & illam. Itaque iuxta hanc rationē satanicū opus facis, insidias necēdo corpori Christi. Aduersus eum doles qui nihil læsit, imò multò magis aduersus Christum. Quid is te læsit, q̄ corpus ipsius iusta pulchritudine decorari nō permittis? q̄ sponsam ipsius ornari non pateris? Contēplare verò mihi & mali huius pœnam, quantū videlicet inimicos tuos exhilaras, & illū ipsum celebrem, quem contristatum inuidendo cupis, magis lætificas: & magis hoc ipso, quò inuides, celebrē esse declaras. Nā aliās nō inuideres, imò magis prodis quā miserē crucieris. Pudet quidem ab istis dehortari. Veruntamē quoniā ita imbecilles sumus, vel hinc eruditi perniciosa hac affectioe liberemur. Doles gloriosum esse fratrem? Quid ergo gloriā ipsius inuidēdo extollis? Velles ipsum ex cruciari? Quid ergo te dolore premi declaras? Quid de teipso supplicium sumis priusquam de illo, quem cuperes non esse celebrem? Duplex ex hoc illi voluptas erit, & tibi pœna. Non solum quòd illum magnū esse declaras, sed quòd & aliam illi voluptatem paris, te ipsum affligendo. Et rursus quorum gratia tu doles, ille te inuidente lætatur. Vide quā grauibus plagis nos ipsos conficimus, & tamen non sentimus. Inimicus est? Quamquam, quam obrem inimicus? Quid te læsit? Attamen & inimicum illustriorem reddimus, nōsq; ipsos magis adfligimus. Quin & hoc quoque cruciamur, si senserimus illū ista scire. Nam ipse quidem fortassis non lætatur, nos verò putātes eum gaudere, etiam huius gratia dolemus. Desine igitur inuidere. Vt quid te ipsum vulneras? Hæc itaq; cōsideremus dilecti, nepe duplicē nō inuidentū coronā, præconia ab hominibus, & præconia à deo, mala quæ ex inuidia nascūtur, atq; ita bestiam istā extinguere poterimus, & apud deū illustres fieri, & iisdē cum illustribus frui. Assequemur enim æqualiter. Et si non fruemur æqualiter, cōmodi nostri gratia fiet. Atque ita valebim<sup>9</sup> ad gloriā dei viuētes, bona diligentibus eum promissa consequi, gratia & benignitate &c.

Homilia XII

 Alutat vos Epaphras, qui ex vobis est seruus Christi, semper pro vobis in precationib<sup>9</sup> decertās, vt stertis perfecti & cōpleti in omni voluntate dei. Testimonium enim illi

ἀποτὸν δὲ ἡ...  
λα φέρμα...  
κκ. i. 1700...  
στῆναι.

Act. 17. e

ibid. 13. b

ibid. 26. a

ὁ δὲ πρῶτος...  
ἐστὶν ὁ...  
ἰσχυρὸς...  
καὶ ὁ...  
ἰσχυρὸς...

ἀλλ' ἔτι...  
καὶ ὁ...  
ἰσχυρὸς...

psal. 68. e

Rom. 12. e



*enim illi perhibeo, quod multum habeat studij pro vobis, & his qui sunt Laodicea, & his qui Hierapoli.* Etia initio epistolę virum hunc à dilectione cõmendavit. Dilectionem verò declarat & encomium id quod ab initio dixit. Qui exposuit nobis, inquit, dilectione vestrā in spiritu. Dilectione declarat, & amore cõciliat etiam ipsa intercessio. Cõmendat autē eū, vt ostiū illi sermonis aperiat. Venerādū em̄ esse doctorē, discipulorū est vtilitas. Et rursus quod dicit, ex vobis, eò spectat, vt & ipsi in hoc viro gloriētur, tanquam qui tales viros proferant. Semper, inquit, pro vobis in precationib⁹ decertās. Non simpliciter dixit, orans, sed decertās, cum tremore & timore. Testimoniū enim illi perhibeo, inquit, q̄ multū studij pro vobis habeat. Testis scilicet, fide dignus. Quod multū, inquit, studij pro vobis habeat: hoc est, q̄ plurimū vos diligit, & amore erga vos ardeat. Et his qui sunt Laodicea, inquit, & his qui Hierapoli: & illis eū cõmendat. Sed vnde hoc cognitari erant? Maximē quidē etiā si antea nō audiuisent, tamē lecta epistola cognouerūt. Nā dicit, facite vt & in Laodicensium ecclesia legatur. Vt stetis, inquit, perfecti. Simul illos & arguit, & tolerabiliter admonet, cõsiliōq; iuuat. Potest enim quis & perfectus esse, & tamen non persistere, vtpote si omnia quidē nouerit, & tamen adhuc fluctuet. Rursus potest etiam fieri, vt nō perfectus sit quisquā, & tamē stet, vt si portionē quidē aliquam duntaxat nouerit, & tamen solidē perstet. Verum hinc vtraque imprecatur. Vt stetis, inquit, perfecti. Vide quomodo eos rursus admonuerit sermonis de angelis, & de vita. Et cõpleti, inquit, in omni volūtate dei. Non enim sufficit simpliciter voluntatē dei facere. Qui cõpletus est, non permittit aliā inesse sibi voluntatē. Alioquin nō esset completus. Testimoniū enim, inquit, illi perhibeo, quod multum habeat studium. Et studiū, & multum, vtraq; intentionem habent. Quemadmodum & *† de seipso* ipse Corinthiis scribens dixit: Aemulor enim vos dei æmulatione. *2. Co. 11. 4* Salutat vos Lucas medicus dilectus. Hic est euangelista ille. Non autē hunc postremò posuit, quod abiectum haberet, sed vt Epaphroditum illum extolleret. Potest esse, vt & alij fuerint hoc nomine vocati. Et Demas. Cū autem dixisset, salutat vos Lucas medicus, adiecit dilectus. Et hoc nō modicum est encomium, sed admodū magnum, Paulo esse dilectum. *Salutate fratres qui sunt Laodicea, & Nympham, & quæ in domo illius est ecclesiam.* Vide quomodo eos conglutinat, & inuicem coniungit, nō solum salutando, sed & epistolas exhibendo. Deinde rursus gratificatur, seorsim istum appellando, & salutando. Facit autem hoc nō temerē, sed vt & alios in idem studij inducat. Neque enim parum est cum aliis nō cõnumerari. Vide ergo quomodo declarat virum hunc esse magnum. Siquidē in domo eius erat ecclesia. *Et cum lecta fuerit apud vos epistola, facite vt & in Laodicensium ecclesia legatur.* Videntur mihi quædam eorū quæ in hac epistola scripta sunt, & ab istis audiri oportuisse. Et maior erat vtilitas, vt ex aliorum reprehensione sua delicta agnoscerent. *Et vt eam, quæ est ex Laodicea, & vos legatis.* Quidam dicunt non eam intelligendam, quam ad eos Paulus, sed quā ipsi Paulo miserint, propterea quod non dixit, vt eam quæ ad Laodicenses, sed quæ ex Laodicea scripta est. *Et dicite Archippo: Vide ministeriū quod accepisti in domino, vt illud impleas.* Quæ ratione non ad ipsum scripsit? Forte non indignuit, nisi obiter duntaxat submoneri, vt diligētior esset. *Salu-*

*tatio mea manu Pauli.* Istud germani candoris & amicitia signū est, nempe & manus ipsius videre literas, & non nihil erga illas affici. *Memores sitis vinculorū meorum.* Papæ, quanta consolatio. Potens enim hoc erat eos ad omnia incitare, & germaniores ac dexteriores ad certandū facere: quin & familiariores eos reddidit. *Gratia vobiscum, Amen.* Magnū encomiū, & maius reliquis omnibus, qđ de Epaphrodito dicit, qui est ex vobis, seruus Christi: & pro ipsis illum Christi ministrum esse dicit, quemadmodum & seipsum ecclesie ministrum vocat: vt quando dicit, Cuius factus sum ego Paulus minister. Ad eādem dignitatē virum hūc euehit, & in præcedentibus conseruum vocat, & hinc seruum Christi, qui est ex vobis, inquit. Ac si ad matrem differeret ac diceret: Ex vtero tuo est iste. Sed hoc encomium inuidiam peperisset, propterea nō solum ex his illū cõmendat, sed & ex illis quæ ad eos attinent, atque & illic inuidiā amolitur & hinc. Sēper, inquit, decertans pro vobis. Non nunc solum apud nos, vt nobis, neq; solum apud vos, vt vobis sese ostētet. Magnam animi alacritatem ostendit, quod dicit, decertans. Deinde ne videatur ad blandiri illis, subiunxit, q̄ multum habeat pro vobis studij, & pro his qui sunt Laodicea, & his qui Hierapoli, & vt stetis perfecti. Neq; hoc adulatoriū est, sed suspiciendi doctoris. Et cõpleti, inquit, & perfecti. Hoc quidē dedit: istud verò adhuc deesse dixit. Et nō dixit, ne dimoueamini, sed, vt stetis. Eò sanē q̄ à multis eos salutari scribit, illos recreat, q̄ nō solum domestici ex ipsis, sed & reliqui eorū recordētur. Et dicite Archippo: Vide ministeriū quod accepisti in domino. Potissimum eos illi subiicit. Non enim poterāt amplius de illo cõqueri, q̄ ab eo reprehenderentur, quando *† ipse* ipse sese facturos omnia polliciti essent. Alioqui *† ipse* præter rationem fuisset, si discipulis de doctore quid mandasset. At vt eos compeceret, ista scribit. Dicite, inquit, Archippo. Vide istud, vbiq; *† metuētis* verbum est, vt quādo dicit, videte canes: Videte ne quis sit qui vos deprædet: vide ne quo pacto facultas ista vestra offendiculo sit iis, qui infirmi sunt. Et vbiq; ita dicit, quādo sollicitē metuit. Vide, inquit, ministeriū tuum quod accepisti in domino, vt illud adimpleas. Neque permittit ipsum sui iuris esse, quemadmodū & de seipso dixit: Si enim volens hoc egero, mercedem habeo: si verò inuitus, dispensatio mihi cõcredita est. Vt illud adimpleas, cõtinua vsus diligētia. Quod accepisti in domino, vt illud adimpleas. Rursus illud, in idem est atq; quod accepisti per Christum. Ipse, inquit, illud tibi dedit, nō nos. Et eos illi subdit, dum declarat à deo ministeriū hoc illi demādatum esse. Memores sitis vinculorum meorum. Gratia vobiscū, Amen. Timorē excussit. Et si enim in vinculis est doctor, gratia tamen illum liberat. Atque hoc ipsum est gratia, q̄ datum est eū ligari. Etenim audi quid Lucas dicat: Nempe q̄ reuersi sint apostoli à conspectu concilij gaudentes, q̄ digni habitū essent pro nomine ipsius cõtumelia affici. Est enim re vera dignatio, etiam contumelia affici & ligari. Si enim qui amicū habet, lucro deputat, si illius gratia quicquam ferat, multò magis si propter Christum hoc fiat. Ne tristemur itaque in adfectionibus quæ propter Christum accidūt, sed memores simus vinculorum Pauli etiam nos. Atq; hoc nobis incitamentū erit: Vtpote, adhortaris quosdam, vt pauperibus propter Christum cõtribuāt, admone illos vinculorū Pauli, tūque ipsius & ipsorum

& ipsorum miserere. Si ipse quidē & corpus propter ipsum vinculis dedit, tu verò ne cibum quidē porrigis: Extolleris & tentaris virtutū gratia? Memor esto vinculorum Pauli, quoniam nihil tale passus es, neq; dum pateris. Tentaris circa desiderium quorundam proximi bonorum? Memor esto vinculorum Pauli, & videbis q̄ sit absurdum illum esse in vinculis, te verò deliciarum. Rursus deliciarum cõcupiscentia prehēderis? Recordare carceris Pauli: discipulus illius es, illius cõmito. Quam rationem habet, commilitonem quidem tuū in vinculis esse, te verò in deliciis? In adfectionib⁹ es? Putas te derelictū esse? Audi sermones Pauli, & videbis quomodo in adfectione esse, non sit derelictionis indicium. Velles sericis indui? Memor esto vinculorū Pauli, & videbuntur tibi serica indumentā quibusvis fœtulētis panniculis abiectiora esse. Velles aureis indumentis amiciri? Recordare vinculorum Pauli, & ostēdent tibi nihil illa schœno protrito melius habere. Vis ornari capillis, formosq; videri? Cõsidera squalorē Pauli in carcere, & accēderis erga illam pulchritudinem, hancq; extremam deformitatem esse putabis, atq; amarum ingemiscēs desiderio vinculorum illorum correpta. Vis odoramenta & fucum, & quicquid huiusmodi est, tibi ipsi accommodare? Cogita illius lachrymas. Triēnium noctes ac dies à lachrymis nō cessabat. Hoc ornatu genas tuas adorna. Lachrymæ istæ splēdidiores eas faciēt. Nō dico, vt pro aliis illachrymes. Vellem quidem & istud. At sublimius est. Sed pro peccatis tuis hoc facere adhortor. Iussisti loris constringi puerum, & irata es, & exacerbata? Recordare vinculorū Pauli, & mox iracis desines. cogita vinculorum nos esse confortes, nō liganrium, contritorum corde, non contentium. Rifu & cachinnis admodū effusa es? Mente lamētationes ipsius cõcipe, & ingemisce, multò te lachrymę istę illustriorē exhibebūt. Vides delicias & saltantes? Memor esto lachrymarum Pauli. Quo fonte tāta fluenta scaturire, quot ex illius oculis lachrymæ? Memores estote, inquit, lachrymarum mearum, quæ admodum hic dicit, vinculorū meorum. & meritò hæc illis dicebat, cū ex Epheso eos Miletum accersisset. Doctoribus nanq; loquebatur. Itaq; ab illis quidē exiebat, vt simul ad hanc functionē conferrent & collaborarent: ab istis verò duntaxat vt simul pericula ferrent. Quem fontem voles lachrymis istis cõferre? An eum qui in paradiso est, qui terram vniuersam irrigat? Sed nihil qđ par sit, dixeris. Iste quippe lachrymarū fons animas irrigauit, non terrā. Si quis nobis lachrymantem & ingemiscētem Paulum ostēdisset, an non melius fuisset illum videre q̄ mille choros splēdidē coronatorum? Nō dico de vobis. Sed si quis ex teatro & scena lasciuorum *† quopiā* abstracto in corporum amorē fragrantē & debacchante, virginem quandā ostēderet ipso ætatis flore atq; in cæteris, contubernales vincentē, & in facie, præter reliqua mēbra, oculos habentē teneros ac delicatos, tacitē insidiates, tacitē circūspiciētes, flexibiles, placidos, serenos, subridētes, & multò quidē exornatos pudore, verū & multa gratia ex nigris decoratos palpebris, deinde & infernē, & supernē coronatā, viuīdam, vt ita dicam, ac splēdidam habentem frontem, & rursus infra illam genas exactū ruborem assequutas, & marmoris instar plurimam subiectā æquabilitatem, deinde mihi vicissim ostēderet Paulū lachrymantem, hac planē relicta ad illius cõtēplationem resiliētem. Pulchritudo

quippe spiritualis ab illius oculis relucebat. Altera nanq; pulchritudo adolefcētū animos euolare facit, incendit, & inflāmat: ista verò contrario modo sedabat, ac deprimebat. Qui huius oculos videt, mentis oculos formosiores efficiet, libidinē deiiciet, philosophia adimplebit, multa cõpassione & adamantinum quoq; animū emollire poterit. His lachrymis irrigatur ecclesia, his plātatur animæ. Etiā si ignis adfuerit, hæc illū lachrymæ extinguere valent, & sensibilem, & corporalē. Hæc lachrymæ ignea scelesti iacula extinguūt. Memores itaq; simus lachrymarū eius, & præsentia ridebimus omnia. Has lachrymas & Christus beatificauit, dicēs: Beati lugētes, & beati flentes, quoniam ipsi ridebūt. Tales lachrymas emiserūt & Esaias, & Hieremias: & ille quidem dixit: Permittite me vt amarè fleā: hic verò, Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontes lachrymarum, tanquam non sufficiente ad hoc naturali fonte. Nihil his lachrymis iucundius: quouis risu suauiores sūt. Nouerunt lugentes quantū habeat res ista solatij. Ne putemus eam esse odiosam, sed valde optabilem, non vt alij peccent, sed vt aliis peccantibus nos ploremus. Recordemur harū lachrymarū, horum vinculorum. Ergo præterquam q̄ vincus erat, lachrymabatur etiam? Nō permittebat autē illum voluptatem eam quæ ex vinculis erat, sentire pereuntiū, hoc est, in vincula cõicientium, mors: etenim illorum gratia dolebat. Erat enim discipulus illius, qui sacerdotes Iudæorū defleuerat: non quia ipsum crucifixuri erant, sed q̄ perierant. Et nō ipse solus hoc fecit, sed & alios ita hortatus est dicens: Ne ploretis super me filia Hierusalem: viderāt paradysum illi oculi, viderant tertium cœlum, sed nō ita beatos illos visionis istius gratia dico, quemadmodum propter lachrymas per quas Christum viderūt. Hoc quippe verè demum beatum est. Nam & ipse in hoc gloriatur dicēs: An nō Christum Iesum dominū nostrū vidi? Sed beatius est lachrymari. Quandoquidem multi quidē visionis istius confortes fuere, & tamen Christus eos quoq; qui illius expertes extitere, beatificat dicēs: Beati qui nō viderūt, & crediderūt. Hoc verò nō ita multi assequuti sūt. Si enim in hac vita manere propter Christū necessariū magis est q̄ ad ipsum hinc absolui, idq; propter aliorū salutē: ergo & necessariū magis est ingemiscere propter eos, q̄ Christum videre. Si enim desiderabilius est ipsius gratia in gehenna esse, q̄ apud ipsum: ergo & propter ipsum separari ab eo desiderabilius est, q̄ esse cū eo. Hoc quippe est quod dixit: Optabā ego ipse anathema esse à Christo. Multò magis & illachrymari propter ipsum nō cessauit. Cum lachrymis, inquit, vnumquēq; admonēs. Quare? Non pericula metuens, sed quemadmodū qui egrotat affidet, & finē nescit, amoris gratia lachrymatur, metuēs ne moriā: ita & ipse. Quando videbat ægrotum & incipere non valebat, quod reliquū erat, lachrymabatur. Istud & Christus fecit: vt vel lachrymarū gratia verecundarentur. Vtpote delinquebat quisquā, increpabat eum. Respuebat eum reprehēsus, & resilliebat: illachrymabatur, vt vel ita attraheretur. Harū recordemur lachrymarū. Ita filias nostras educemus, ita filios, lachrymantem si quādo in malis eos esse viderimus. Quotquot amari volunt, recordētur lachrymarū Pauli, & ingemiscāt: quotquot beatificari cupiūt, quotquot in thalamis estis, quotquot i voluptate, istarū memores sitis: quotquot in luctu, mutate lachrymis lachrymas. Nō mor-

Supra. 1. b

† de seipso 2. Co. 11. 4

epist. 1. 4

† illi ipse esse qui omnia receperunt. † metuētis inuenientis.

1. Cor. 9. 4

Act. 1. 8

Non in- vniuersa vniuersa vniuersa vniuersa

temporis amore flagrantia & debacchantium abstractam pro accusatio e- nim cuiusq; puto legē- dit, cuiusq; per q̄ in- vni.

2.Tim.1.6

1.Pal.6.6

Ingre-  
ditur saxa  
dos nu-  
ptiarum  
abusum.

tuos lugebat ille, sed pereuntes ac viuētes. Dicam & alias lachrymas. Fleuit etiā Timotheus. Erat enim hu-  
 ius discipulus. Quapropter & scribens illi dixit, Me-  
 mor lachrymarum tuarū, vt gaudio adimplear. Cō-  
 plures ex voluptate quoq; plorāt: ita & voluptatis est  
 res ista, & maximē vehementis: ita molestā non sunt  
 lachrymę, sed quę ex tali sunt dolore, meliores multo  
 sunt, q̄ quę sunt ex voluptate mundana. Audi quid  
 propheta dicat: Audiuit dominus vocē fletus mei, au-  
 diuit vocem deprecationis meę. Vbi enim nō viles  
 sunt lachrymę? In precationibus, & adhortationibus  
 plurimum valent. At nos eas infames reddimus, non  
 ad quę datę sunt illis vtentes. Quando fratrē delin-  
 quentē admonemus, flere oportet lugendo & suspi-  
 rando. Quando adhortamur aliquem, is verō nō at-  
 tendit, sed perit, flere oportet. Philosophię sunt hę la-  
 chrymę. Quādo autem pauper quisquam est, quādo  
 morbo corporali correptus, quādo moritur, nō hęc  
 est lachrymādi ratio. Nō enim ista digna sūt lachry-  
 mis. Quemadmodum igitur & rīlū infamamus, in-  
 tempestiuē illo vtentes, ita & lachrymas, dū illas im-  
 portunē vsurpamus. Vniuscuiusque siquidem virtus  
 tum est conspicua, quādo ad idoneum & conueniens  
 opus assumitur: quando verō ad alienū, non item: vt-  
 pote, vinum ad animi hilaritatem datum est, at nō ad  
 ebrietatem: panis ad nutrimentum: cōgressus mulie-  
 bris ad puerorum procreationem. Quēadmodū ergo  
 illa diffamata sunt, ita & lachrymę. Ponatur lex vt  
 in precationibus dūtaxat, & in admonitionibus illis  
 vtamur, & vide quomodo, & iucū dum hoc futurum  
 sit. Nihil ita peccata expurgat, vt lachrymę. Et faciē  
 formosam exhibent, eamq; corporalem istam. Nam  
 ad misericordiam alliciunt vidētem. Venuitam nobis  
 illā faciunt. Nihil iucūdius oculis illachrymantibus.  
 Est enim hoc membrum nobilius in nobis, & for-  
 mosius, & animo peculiare. Quasi igitur animum ip-  
 sum lamentari videamus, ita flectimur. Hęc nobis nō  
 temerē dicta sunt, sed vt vos nec nuptias, nec saltatio-  
 nes, nec choreas accedatis satanicas. Vide nāq; quid  
 inuenerit diabolus. Quoniā ipsa scenę, & eorū quę  
 illic inhonestē gerūtur, natura, mulieres abegit, in ip-  
 sum mulierē conclaue, & contubernium theatri tur-  
 pitudinem abduxit, molles dico & scorta. Hanc per-  
 niciem lex & consuetudo nuptiarum subintroduxit:  
 imō verō non nuptiarum. Absit, sed nostrę mollitiei.  
 Quid facis homo? Ignoras quid facias? Vxorem cas-  
 titatis, & puerorū procreandorū gratia ducis. Quid  
 igitur sibi volūt scorta? Vt maior, inquis, sit hilaritas.  
 Atqui nōne sunt ista insipiētia? Probro afficis spon-  
 sam, probro vocatas ad nuptias. Si enim talibus dele-  
 ctantur, probum est res ista. Si mulieres fornicarias  
 dedecorasas videre magnificentia quādam adfert,  
 qua ratione non & sponfam protrahis, vt & ipsa spe-  
 ctetur? Omnino ignominiosū & turpe est, viros mol-  
 les & saltantes, omnēque satanicam pompam in æ-  
 des introducere. Memores estote, inquit, vinculo-  
 rum meorum. Vinculum est coniugium, vinculū præscri-  
 ptum à deo. Solutio est scortum, imō dissolutio. Pos-  
 sunt aliis exhilarari nuptiæ, vt mensis multiplicatis, &  
 vestimentis præcipuis. Non amputo talia, ne videar  
 admodum agrestis. Quanquam Rebecca vestiferit  
 solū theristrum. Sed non amputo. Liceat vestimentis  
 splendescere, liceat exhilarari præsentia venerabilū  
 virorum, venerabilium matronarum. Quid ridicula  
 illa, quid monstra inducis? Dic quę ab ipsis audias.

**A** Sed erubescis ea dicere? Erubescis, & cogis illos ea  
 facere? Si bonū & honestum est quod faciunt, quam-  
 obrem non & ipse hoc facis? Si verō turpe, quorū aliū  
 cogis? Omnia oportebat castitate plena esse, omnia  
 grauitate, omnia honestate. Contrarium verō video,  
 lasciuē saltantes, scilicet, veluti camelos & mulos.  
 Virgini thalamus duntaxat conueniens est. At pau-  
 percula est, inquis. Quoniam paupercula est, debet &  
 ornata esse. Habeat modestiam loco diuitiarum. Do-  
 tem nō habet quam det? Quid ergo illam & aliunde  
 contempribilē facis, nempe ab ista peruersione? Lau-  
 do q̄ virgines adsunt contubernalem suam honorā-  
 tes, q̄ adsunt matronę eam honestantes, quę iam in  
 earum ordinem assumitur. Bene istud decretum est.  
 Sunt enim hi duo chori, virginum & nuptiarum.  
 Istę tradunt virginem, illę excipiunt. Sponsa inter  
 istas est nec virgo iam nec vxor. Nam illinc progred-  
 ditur, & ad istū matronarum cōtum accedit. Scorta  
 verō quid adsunt? Debebāt intimē occultari existen-  
 tibus nuptiis, debebāt defodi. Fornicatio quippe nu-  
 ptiarū corruptela est. Nos verō scorta ad nuptias du-  
 cimur? Et quando quicquam aliās etiam verbotenus  
 facitis, ad vitanda aduersa auguramini. Quemadmo-  
 dum & quando feminatis, quādo vinum ex torcula-  
 ribus exhaustis, quę vappam indicant, an nō secer-  
 nitis? Hic verō vbi seruāda est castitas, vappam indu-  
 citis? Hoc enim est fornicatio. Quando vnguentum  
 odoriferū conficitis, nihil quod fœtidum sit adiungi  
 finitis. Vnguentum sunt nuptiæ. Quid ergo cœni fœ-  
 torem dum vnguentū hoc paratur inducis? Quid di-  
 cis? Saltat virgo, & nō pudefacit cōtubernalē? Opor-  
 tet enim eā grauiorem esse quā ista sit. Ista enim ex  
 vna sponsi, non ex palæstra progressa est. Neq; enim  
 omnino in nuptiis virgo comparere debet. Non vi-  
 des quomodo in regis qui honoratiores sunt, intus  
 sint apud regē: qui verō contēptiores, extra? Etenim  
 intus esto apud sponfam. Sed casta in domo mane,  
 ne virginitatem tuam probrosam ostēdendo reddas.  
 Adstat vterq; chorus. Hic quidem, qualem det ostē-  
 dens, iste verō vt eam custodiat. Quid virginitatem  
 dedecore afficis? Si enim tu talis, talia, & si tu ab illa  
 amari cupis: nundinatoris, & olerum venditoris, opi-  
 ficisq; sunt ista. Non sunt hęc turpia? Turpe nanque  
 præter decorum agere, etiā si filia regis sit. Non enim  
 impedit paupertas, non vitæ institutum & conditio.  
 Etiam si serua sit virgo, in castitate maneat. Nam in  
 Christo Iesu neq; seruus est, neq; liber. Non theatrū  
 sunt nuptiæ: mysteriū sunt, & typus rei magnę. Si ty-  
 pum non vereris, reuerere tamen illud cuius typus  
 est. Mysterium hoc, inquit, magnum est. Ego autem  
 dico in Christo & in ecclesia. Ecclesię typus sunt nu-  
 ptię, & Christi, & tu scorta inducis? Si ergo neq; vir-  
 gines saltabūt, inquis, neq; nuptię quis saltabit? Nemo.  
 Quę enim saltandi necessitas? In Græcorū mysteriis  
 saltationes sint: in nostris verō, silentiū, decorum, pudor,  
 & modestia. Magnū celebratur mysteriū. Absint  
 scorta, absint profani: quomodo mysteriū est? Con-  
 ueniunt duo, & faciunt vnū. Quamobrem? quando-  
 quidē ingreditur, nec saltatio, nec cymbala, sed pluri-  
 mum est silentij, plurimū quietis: quādo verō cōgre-  
 diuntur, non inanimatam quādam imaginem, neq;  
 imaginē alicuius eorum quę sunt super terrā, sed ip-  
 sium dei, & iuxta similitudinē eius procreaturi, tātum  
 inducis tumultū, & eos qui adsunt turbas, spōsāq; pu-  
 dore suffundis ac territas? Veniūt vnum corpus futu-  
 ri: ecce

Gene.1.d

Ibid.2.c.d

1.Pal.1.41.4  
1.42.6  
Locus vi-  
detur ha-  
bere dese-  
ctum.

1.Pal.1.41.4  
1.42.6

ri: ecce, rursus dilectionis mysterium. Si duo non fie-  
 rent vnum, non efficerēt multos quousq; duo mane-  
 rent. Quando verō in vnitatem deueniunt, tunc effi-  
 ciunt. Quid hinc discimus? Magnam esse vnitatis po-  
 tentiam. Prouidētia & industria dei vnum hominem  
 primum in duos initiō diuisit, & vt ostenderet quōd  
 etiam posteaquam eum in duos diuisisset, vnus tamē  
 maneret, non permisit vnū ex illis ad procreationem  
 sufficere. Nō enim adhuc vnus est, sed dimidiū vnus.  
 Atq; id liquet, q̄ liberos non procreat, quemadmo-  
 dum & prius. Vides coniugij mysteriū? Fecit ex vno  
 vnum: & rursus cum duos illos vnum fecisset, ita vnū  
 facit, vt & nunc ex vno generetur homo. Vxor enim  
 & vir non sunt homines duo, sed vnus homo. Potest  
 autem hoc multis etiam certificari: Vtpote à Iacobo,  
 à Maria matre Christi, ex eo quod dicitur, Masculum  
 & fœminam fecit eos. Si hic quidem caput, illa verō  
 corpus: quomodo duo sunt? Quapropter illa quidem  
 discipuli, hic verō doctoris locū sustinet: hic princi-  
 pis, illa subiectę. Et ab ipso corporis fingendi modo  
 deprehenderit quis duos esse vnū. Nā ex costa facta  
 est Heua: vt quasi semisecta duo fuerint. Propterea &  
 adiutoriū vocat, vt ostendat eos vnum esse. Propter-  
 ea patri & matri cohabitationē præfert. Et pater simi-  
 liter gaudet nubētibus & filia & filio, tanquā ad pro-  
 prium mēbrum properante corpore. Et cum tantus  
 fiat sumptus, pecuniarūque imminutio, non tamen  
 patitur innuptam negligi. Quemadmodum enim di-  
 uisa & separata vtrinq; carne inutilis est ad filiorum  
 procreationem vterq;: ita & vterq; ad præsentis vitę  
 subsistentiā inutilis est. Propterea & propheta dicit,  
 Defectio spiritus tui. Quomodo verō fiunt ad carnē  
 vnam? Quemadmodum si quod in auro purissimum  
 est, abstractū alio miscueris auro: ita sanē & hic, quod  
 pinguisimum est, mulier quasi constante voluptate  
 acceptum, nutrit ac fouet, collatōq; de suo quod ha-  
 bet, virum reddit. Est autem puer instar pontis cuius-  
 dam. Tres itaq; vna fiūt caro, puero ambos in vnum  
 vtrinque coniungente. Quemadmodum enim si ex  
 duabus ciuitatibus fluuiō interlabēte dissectis per pō-  
 tem illas vtrinq; coniungentem, vna fieret: ita & hic  
 est, & amplius etiam: quando quidem pons ipse ex v-  
 triusq; substantia est iuxta hanc rationem, sicut cor-  
 pus & caput, vnum corpus sunt. Nam collo quidē di-  
 uiduntur, attamen nō magis diuiduntur, quā con-  
 iunguntur. Medium enim existens vtraq; coniungit.  
 Atque hic fit, quemadmodum si chorus diuisus, vna  
 quidē sui parte hinc à sinistra prehensa, altera verō à  
 dextera, vnum efficiat: aut quēadmodum qui animo  
 territi ac percussi sunt, illi si manus inuicem porrexe-  
 rint, vnum fiunt. Manus enim expansę duos esse non  
 fiunt. Propterea & diligēter nō dixit, Erunt vna ca-  
 ro, sed ad carnem vnam, coniuncta ea quę pueri est.  
 Quid ergo si puerum nō habuerint? Non erunt duo.  
 Commixtio quippe hoc facit. Cōfudit & cōmiscuit  
 vtrorumq; corpora. Et quēadmodum si quis vnguēt-  
 um oleo immisceat, totū vnum efficit: ita sanē & hic.  
 Noui cōplures ex dictis pudore suffundi, atq; huius  
 causa sunt quę dixi, nēpe lasciuia & petulātia. Quōd  
 nuptiæ ad hunc modum fiunt, q̄ ita corrumpuntur,  
 causam istam infamem reddidit. Nam honorandę  
 sunt nuptiæ, & impollutus matrimonij congressus.  
 Quid pudet rei honestę? Quid erubescis in eo quod  
 impollutum est? Hæreticorum hoc est, eorum est, qui  
 in nuptias scorta introducūt. Propterea purgare nu-

**A** ptias volo, vt ad propriā nobilitatem reducantur, vt  
 hæreticorū ora obstruātur. Vituperatur donum dei,  
 radix generationis nostrę. Multum stercoreis & cœni  
 circa hanc radicē est. Istud ergo sermone hoc expur-  
 gemus. Sustinete igitur paululum. Nam & qui cœno  
 occupatur, fœtorē tolerat. Demonstrare volo, non de-  
 bere vos in istis pudore suffundi, sed poti⁹ in illis quę  
 facitis. Deum itaq; condemnas, qui rem istam ita san-  
 ciuit. Dicā quomodo & ecclesię sit mysterium, quē-  
 admodum Christus ad ecclesiā venerit, quemadmo-  
 dum illa ex eo facta sit, isque eam congressu spirituali  
 accesserit. Nam despondi vos, inquit, vni viro virgi-  
 nem castā. Deinde & ex eo nos esse dicit, ex mēbris  
 eius, & ex carne eius. His omnibus itaq; consideratis,  
 non pudeat nos tanti mysterij. Aduentus Christi ty-  
 pus sunt nuptię, tu verō inebriaris? Dic mihi, Si vide-  
 ris imaginem regis, an veluti re turpi visa erubesces?  
 Nequaquam. Vidētur quidem quę in nuptiis facitis,  
 leuia esse, sūsq; deque faciēda, sunt verō magnorum  
 malorū causa. Omnia iniquitate plena sunt. Obsce-  
 nitas, inquit, & vrbānitas ex ore vestro nō procedat.  
 Omnia verō illa obscœnitas sunt, & stultiloquium, &  
 vrbānitas: neq; id vulgariter, sed cū exaggeratione.  
 In artificium enim res abiit, & magnis extollūtur en-  
 comiis qui eam exercēt. Peccata, in quā artificium fa-  
 cta sunt. Neq; triualiter illa exercemus, sed studiose,  
 & cum peritia. Et diabolus præterea rerum suarū hic  
 probē ducē agit. Vbi enim ebrietas, lasciuia, vbi tur-  
 piloquiū est, ibi diabolus adest, officium suum impē-  
 dens, istis videlicet inescatus. Mysteriū Christi cele-  
 bras, & diabolū aduocas? Fortē grauem me & onero-  
 sum putatis. Nam & hoc magne peruersionis est, q̄ &  
 qui reprehendit, risu, veluti austerus, dignus esse pu-  
 tatur. Nō auditis quid Paulus dicat? Quicquid fece-  
 rit, siue edatis, siue bibatis, siue aliud qd faciatis om-  
 nia ad gloriam dei facite. Vos verō omnia ad diffam-  
 iam & ignominiam. Prophetam nō auditis dicen-  
 tem: Seruite domino in timore, & exultate illi cum  
 tremore? Vos verō lætitia resoluimini. Nequit enim  
 fieri, vt & ad hunc modum lætemini, & cautē agatis.  
 Vis audire concentus suaues? Maximē quidem non  
 oportebat. Veruntamē permitto, si ita vis. Non tamē  
 satanicos audias, sed spirituales. Vis videre saltantes?  
 Facite chorum angelorum. Et quomodo, inquis, vide-  
 re potero? Si ista spurca abegeris, veniet & Christ⁹ ad  
 has nuptias: Christo verō præsentē, adest etiā ange-  
 lorum chorus. Si voles & miracula faciet, quēadmo-  
 dum tunc, faciet & nunc ex aqua vinum, multoquē  
 præclarius. Concupiscentiam dissolutam, fluxam, &  
 frigidam immutabit, & in spirituales transferet: hoc  
 est ex aqua vinum facere. Vbi tibicines sunt, nusquā  
 Christus est. Sed si illuc ingreditur, primū illos eiicit,  
 atq; tū demum mirabilia patrat. Quid satanica pō-  
 pa iniucundius & molestius? Vbi omnia sunt incon-  
 dita, ibi & omnia sunt deformia. Si verō etiam con-  
 ditum quicquam sit, rursus omnia turpia, omnia iniu-  
 cunda. Nihil virtute suauius, nihil honestate dulcius,  
 nihil grauitate desiderabili⁹. Faciat quisquā nuptias,  
 quales ego dico, & videbit voluptatem. Quales illas?  
 Attendite. Primum virgini quęras virum, qui vesē  
 virum & tutorem illi præstet, tanquam corpori caput  
 impositurus, tanquam non mancipium illi, sed filiam  
 traditurus. Pecunias non quęras, non generis splen-  
 dorem, nō familiam magnificam, vana sunt hęc om-  
 nia, sed animi quęras pietatem, mansuetudinem, ve-

2.Co.11.6

1.Pal.1.41.4  
1.42.6

1.Co.10.6

1.Pal.1.41.4  
1.42.6

1.Pal.1.41.4  
1.42.6



IN EPISTO.

LAM AD THESSALONI.

censes priorem expositio patris nostri sanctae memoriae Iohannis Chrysostomi, Archiepiscopi Constantino-politani, Vulfsgago Musculo interprete

Homilia prima.

Paulus & Sylluanus & Timotheus Ecclesiae Thessalonicensium in deo patre & domino Iesu Christo, gratias vobis & pax. Gratias agimus deo pro vobis semper, mentionem vestri in precationibus nostris facientes, indefinenter memores vestri, propter opus fidei, & laborem charitatis, & tolerantiam spei, quae est in domino nostro Iesu coram deo & patre nostro.

Vanam ratione cum Philippensibus scribens Timotheum secum haberet, non etiam illic cum sibi coniunxit, maxime cum illis esset benotus & praeclare aestimationis, (Nam scribit sibi probationem eius, inquit, nostis, quod Timotheus vt filius mecum veluti cum patre seruiert. Et iterum: Neminem habeo pari mecum animo praeditum, qui germane res vestras curaturus sit) cum hic eum sibi adiungat: Mihi videtur, quod eum illic mox fuerit ad eos missurus, atque ideo superfluum fuisse si simul scripsisset, qui euestigio erat literas ipsas subsequuturus & occupaturus. Dicit enim, hunc spero me cōfestim missurum. Hic vero non ita, sed iam primum ab ipsis reuersus erat, atque ideo merito statim ad eos scribit. Nuper enim, inquit, cum venisset Timotheus ad nos a vobis. Quare vero Sylluanum illi praepōnit, cum tamē mille bonorū testimonia ei contulerit, omnibūque illum praeposuerit? Forte hoc ideo factum est, quod pro sua magna animi modestia hoc ita fieri orauerit & obsecrauerit. Quoniam enim doctorem videbat ad eum animo humili, vt discipulum sibi coniungeret, multo magis hoc ipse vltro quaesuit, illūque ita subsequutus est. Paulus enim, inquit, & Sylluanus & Timotheus ecclesiae Thessalonicensium. Nihil hic de seipso ponit, nec Apostolum se esse seruū Christi vocans. Mihi videtur ob id auctoritatem suam non posuisse, quod isti recens essent in fide instructi, suique nondū experientiam cepissent, essetque adhuc initium praedicationis ad eos factae. Ecclesiae, inquit, Thessalonicensium. Bene: Possibile enim est paucos eos fuisse & nodum compactos & solidos. Quapropter eos pet nomen ecclesiae consolatur. Nam vbi multum iam elapsum erat temporis, & magna ecclesiae congregatio, non posuit hoc ecclesiae nomen. Quoniam vero multitudinis nomen plerunque est ecclesiae nomen, & congregationis iam iustae & absolutae, propterea eos ita ecclesiam vocat. In deo, inquit, patre & domino Iesu Christo, Ecclesiae Thessalonicensium, inquit, in deo. Ecce rursus illud, in deo, de patre & filio. Erant enim multae ecclesiae tam Iudaicae quam Graecae. Sed ei, inquit, quae in deo est. Magna est ista dignitas, & cui par esse nihil queat, si in deo est ecclesia. Utinam & ista ecclesia vere ita vocetur. Vereor autem eam procul esse ab hac appellatione. Si quis enim fuerit

specula.

Mat. 25. d

C

D

Commentariorum D. Iohannis Chrysostomi in epistolam ad Colossenses, finis.

fuerit peccati seruus non poterit in deo esse dici. Gratia vobis & pax. Vides illum epistolam mox ab enco-miis ordiri? Gratias agimus deo pro omnibus vobis semper mentionem vestri in precationibus nostris faciētes. Quod enim deo pro illis gratias agit, testimonium perhibētis est plurimum eos promouisse: deinde quando non solum ipsi laudantur, sed & deo gratiae aguntur, tanquam qui totum perfecerit, modestiam quoque eos docet, tantum non dicens, quoniam totū est diuinā virtutis. Quod igitur gratias agit, virtutum sit gratia: quod vero meminit eorum in precationibus, dilectionis est quā habebat erga eos. Postea quod & plerunq; facit, non solum in precationibus eorū recordatur, sed & extra precationes. Indefinenter, inquit, memores vestri propter opus fidei, & laborem charitatis, & tolerantiam spei quae est in domino nostro Iesu Christo coram deo & patre nostro. Illud, indefinenter memores vestri, idem est atque memores vestri coram deo & patre, aut laboris charitatis vestre memores corā deo & patre nostro, aut simpliciter indefinenter vestri memores. Etenim illud quidem, indefinenter vestri memores, ne putes simpliciter dictū esse, subiunxit, coram deo & patre nostro: hoc vero quoniam nemo hominum quae fiebant laudabat, nemo mercedem rependebat, coram deo, inquit, laboratis. Quid est opus fidei? Quod nihil, inquit, instātiā vestram infregit. Hoc enim opus est fidei. Si credis, omnia patere: si non pateris, non credis. Etenim an talia non sunt quae nobis promissa sunt, vt crederem etiam mille mortes pati malle oporteat quā ipsi excidere? Propositū est regnum caelorum, & im-mortalitas, & vita aeterna. Itaque qui credit, omnia patitur. Proinde fides per opera probatur. Merito sanē quis dixerit non simpliciter illā, sed per opera probari & ostendi, per instātiā, per animi promptitudinem & alacritatem. Et propter laborem dilectionis, inquit. Quis labor fuerit simpliciter ac vulgariter diligere? Nullus planē. Germane vero diligere, multum habet laboris. Quando enim innumera mouentur, quae a dilectione nos abducere conantur, nosque aduersus omnia resistimus, nonne labor est, dic quae? Quid enim non passi sunt illi, ne a dilectione deficerent? Nonne in hospitem Pauli irruerunt qui praedicationem impugnabant, & illo non inuento Iasonem ad ciuitatis magistratus traxerūt? An modicus erat hic labor dici mihi femina nondū bene radicata, nondū solida tantam ferre hyemem, tantas tentationes? Et satisfactio-nem quoque ab illo postularunt, qua is data, Paulū dimisit. An parum hoc erat, dic mihi? Non & seipsum pro illo in periculum coniecit? Hunc charitatis laborem hic dicit, quod ita vincit fuerant. Et vide: Primū virtutes eorum dicit, & tunc quae seipsum concernebāt, ne iactare sese videretur, aut opinione solum & praesumptione eos diligere. Et tolerantiam, inquit. Non enim vno duntaxat tēporis articulo persecutio eorum facta est, sed indefinenter. Neque solum Paulum doctorem impugnaverunt, sed & discipulos. Si enim ita contra eos affecti erant, qui mirabilia faciebant, qui suspiciendi erant, quid putas eos fuisse cōtra domesticos & conciuēs suos, adeo subito deficientes? Quod & ipsis testificatur dicens: Quoniam imitatores facti estis ecclesiarum dei quae sunt in Iudaea. Spei, inquit, quae est in domino nostro Iesu Christo coram deo & patre nostro. Hae enim omnia fide geruntur & spe. Itaque non solum animi dexteritatem decla-

Fides per opera probatur.

Act. 17. b

rarunt quae ab illis facta sunt, sed quae & certa persuasio-ne propofitis praemiis fidē habuerint. Nam hac ratione deus cōfestim persequutiones exoriri permisit, ne quis praedicationem hanc Euangelij temere & quadā assentatione consistere diceret, & vt feruorē istorum probaret ac declararet, quodque non humana fuerit persuasio, sed virtus dei, quae credētū animis ita persuasit, vt ad mille quoque mortes parati essent, id quod non fuisset, nisi mox Euangelij praedicatione radices e-gisset, immotāque perstitisset. *Scientes fratres dilecti electionem vestram, quoniam euangelium nostrum non fuit erga vos in sermone tantum, sed & in virtute, & in spiritu sancto, & in multa certitudine, quemadmodū nostis, quales fuerimus inter vos vestri gratia.* Quid scientes? Quomodo inter vos fuerimus. Hic & virtutes eorū attingit, sed recte. Vult enim prius encomia eorum exequi. Quod autē dicit tale est. Nouimus vos ex germanis esse, ex viris magnis, ex electis. Quapropter & nos omnia vestri gratia sustinemus. Quod enim dicit, quales fuerimus inter vos, hoc declarat, quasi dicat: quoniam cum magna animi promptitudine multaque vehementia parati fuimus animas nostras pro vobis traderē, idque hoc non mea sed vestri gratia, quoniam electi eratis. Quapropter & alibi dicit: *Atque hoc patior propter electos.* Nam pro dilectis dei, quid non feras? Dicit itaque, quod suum erat, tantum non dicit: si enim & dilecti & electi estis, merito omnia sustinemus. Non enim eos ex eo solum quod laudat, confirmat, sed & ex eo quod admonet: quomodo & ipsi virilem praestiterint dexteritatem, aliorum alacritati correspondētem. Dicit igitur. *Et vos imitatores nostri facti estis & domini, recipientes sermonem in afflictione multa, cum gaudio spiritus sancti.* Papae quantum encomiū. Discipuli subito doctores euaserunt. Non audierūt duntaxat sermonem, sed & in eandem cum Paulo altitudinem ascenderunt. At hoc nihil est. Etenim vide quomodo eos extollat dicens: *Imitatores facti estis domini.* Quomodo? Recipientes, inquit, sermonem in tribulatione magna, cum gaudio spiritus sancti. Non simpliciter cum tribulatione, sed cum magna. Atque hoc ex actis Apostolicis cognosci potest, nempe quomodo persequutionē in eos excitauerint. Et omnes, inquit, magistratus ciuitatis permouerūt, & ciuitatem concitauerunt aduersum eos. Nec potest dici, inquit, quod afflicti quidem sitis, & credideritis, verum dolētes, sed etiā cum gaudio, id quod & Apostoli fecerunt, gaudentes quod digni habiti essent qui pro nomine Iesu contumelia afficerentur. Hoc enim demum in hac re praclarum est. Quamquam neque illud parum est, quod afflictiones vel quoquo mobo ferūt. Hoc vero eorum est, qui iam humanam naturam transcendunt, corpusque habēt quasi nullis passionibus obnoxium. Quomodo autē facti sunt imitatores domini? Quoniam & ipse quauis multas afflictiones pertulerit, gauisus tamē est. Ad hoc enim sponte sua venit, & nostri gratia seipsum exinanivit, conspuendus, alapis percutiendus, & crucifigendus, atque ita gauisus est ista patiens, vt patri dixerit, *Glorifica me.* Cum gaudio, inquit, spiritus sancti. Ne quis dicat, quomodo dicitis in afflictione? quomodo cum gaudio? quomodo vtraque conuenire possunt? subiunxit, cum gaudio spiritus sancti. Afflictio in corporalibus, gaudium in spiritualibus. Quae quidē cōtingunt aduersa tristitia sunt, quae vero ex illis postea sequuntur, non item. Non enim permittit spiritus. Potest itaque fieri vt qui affligitur non gaudeat, vt quā-

2. Tim. 2. b

Act. 17. b

Act. 17. g

1oth. 17. a

do, ppter peccata quis patitur, rursus vt gaudeat qui flagellatur, quando videlicet propter Christum hoc patitur. Talis em̄ est spiritus sancti gratia. Ex illis que videntur tristitia, gaudiū & iucunditatem elicit. Afflixerunt vos, inquit, & persequuti sunt. Sed non deseruit vos spiritus ne in illis quidē. Quēadmodū in igne celesti rore perfusi sunt tres pueri, ita & vos in tribulationibus. Sed vt illic rore perfundi non est ex ignis natura, sed spiritu perflante, ita & hic. Non enim natura afflictionum hoc habet, vt gaudium pariant, sed istud ex ea est afflictione, quā propter Christū toleratur, & ex spiritu irrorāte, & per caminum tentationum in requiem ac recreationem constituente. Cum gaudio, inquit. Nō simpliciter, sed multo. Hoc enim est spiritus sancti. *Adeo vt fueritis exēplo omnibus in Macedonia & Achaia creditibus.* Atqui postremo ad eos venerat. Sed ita, inquit, resplicūdistis, vt eorum qui vos p̄uenerant, doctores facti sitis. Atq; istud apostolicum est. Nō enim dixit, vt exemplo facti sitis ad credendum, sed illis qui iam credebāt, exemplo facti estis. Quomodo in deū credere oporteat, vos docuistis, qui mox atq; credidistis, certamina ingressi estis. Et in Achaia, inquit: Hoc est, in Hellade. Vide quid animi possit alacritas, quod nec tēpore, nec meditatione opus habeat, sed sufficiat seipsum dūtaxat exhibuisse, ita vt mox oīa perfectā sint. Ad hūc itaq; modū cū posteriores ad Euāgelij prædicationē accesserint, primorū facti sint doctores. Nemo igitur desperet, etiā si multo cōsumpto tempore nihil effecerit. Potest modico spacio totum perficere, quantum ne anteriori quidē tēpore potuisset. Si enim qui nōdum crediderat tantū mox initio resplenduit, multo magis hoc poterunt qui iam crediderūt. Nemo rursus ex hac cogitatione pigritiam inducat, cognitio iam q̄ breui momento totum acquirere licet. Incertum enim est quid futurum sit, & dies domini furis instar est, subito dormientibus nobis imminens. At si non dormierimus, non vt fur nos adobruat, neq; imparatos abducat: Si enim vigilauerimus & attēti fuerimus, non iam tanquam fur nos inuadet, sed vt nuncijs regijs ad præparata nobis bona vocabit. Si vero dormierimus, vt fur aderit. Nemo igitur obdormiat, nemo piger sit ad virtutē. Hoc em̄ dormire est. Ignoratis quomodo dormiētibus nobis res nostrę securæ non sint: quomodo insidijs obnoxia? Quando vero vigilamus, tanta custodia non egemus. Quando dormimus, etiam cum magna custodia, plerunq; nostra amittimus: & ostia, & repagula, & vigiles, & prouigiles, & tamē subingreditur fur. Quid autem ista dico? Quod si vigilauerimus, nihil opus fuerit aliorum auxilio. Si vero dormierimus, nihil nos iuuerit vel multa aliorū custodia, sed cum illa quoq; nostra perdituri sumus. Bonum est sanctorū precibus frui: sed quādo & ipsi seduli & vigilēs fuerim. At quid mihi opus est, inquit, aliorum precibus, quando ipse sedulus & dexter fuero? Ne constituas teipsum eō, vt opus illis habeas. Neq; ego hoc volo. Verum semper indigentes sumus, si quidem recte sapuerimus. Paulus non dixit, quid mihi precibus aliorum opus est? tametsi illo *† nō essent* tēssent indigni qui pro eo precabantur, imō neque digniores. pares, & tu dicis, quid mihi opus est aliorū precibus? Petrus nō dixit, quid mihi necesse est vt pro me oratur? Precatio, inquit, fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo. Et tu dicis, quid mihi aliorum precibus opus est? Propter hoc ipsum opus habes, q̄

te putas illis non habere necesse. Etiā si Paulo similis esses, opus tamen haberes aliorū precationibus. Non extollas teipsum, ne humiliaris. Sed quēadmodū dixi, si nos ipsi in virtutis studio seduli fuerimus, efficaces erūt, & preces aliorū pro nobis. Audi quid Paulus dicat: Noui enim, inquit, q̄ hoc mihi cedit ad salutē, per vestram precationē ac subministrationem spiritus Iesu Christi. Et iterū: Simul adiuuantibus & vobis per deprecationē pro nobis, vt ex multis personis, p̄ dono in nos collato per multos gratiā agantur pro nobis. Et tu dicis, quid opus mihi est aliorū precibus? Si vero desides fuerimus, nemo nos iuuare poterit. Quid profuit Hieremias Iudæis? An nō tertio deum pro illis interpellauit, & vicissim tertio audiuit: Neq; oraueris neq; obsecraueris pro populo isto: nō enim exaudiam te? Quid Saulem iuuat Samuel? An non ad extremum vsq; diem lugebat illum, non tantum obiter precabatur? Quid profuit Israēlitis? Non dicebat: Mihi vero absit ita delinquere vt cessem pro vobis. Mihi vero absit ita delinquere vt cessem pro vobis. orare? Nō omnes perierunt? Nihil p̄sunt, inquit, preces? Profunt plurimum. Sed quando & nos aliquid fategerimus. Adiuuant enim & auxiliātur. Adiuumento autem quis & auxilio ei demum fuerit, qui & ipse operatur. Si verò deses & ociosus manseris, non magnopere iuuaberis. Alioqui si preces tantū poterunt, vt nos quanquam desides & ociosos, in regnum inducant, quamobrem non omnes Græci Christiani fuerint? An non pro vniuerso mundo oramus? Non & Paulus hoc fecit? Non oramus vt omnes conuertantur? Qui sit q̄ mali non redduntur boni? Quod nihil de suo adferunt. Plurimum igitur profunt preces, sed quando & nos quod nostrum est fecerimus. Vis discere quantum profint preces? Considera mihi Cornelium & Tabitham. Audi quoq; quid Iacob dicat ad Labā: Nisi adfuisset mihi timor, inquit, patris mei, iam vacuū me dimisisses. Audi rursus & deum dicentem: Protegā, inquit, ciuitatem istam propter me, & propter David seruum meū. Sed hoc dixit, cum esset Ezechias rex iustus. Nam alioqui si efficaces sunt pro vehemēter quoq; malis factæ preces, quare non dixit hoc deus etiā cum Nabuchodonosor illos adoriretur, sed ciuitatē hanc tradidit? Ideo scilicet, q̄ plus potuerit illorū malitia. Rursus idem ipse Samuel pro Israēlitis orauit, & efficax fuit precatio. Sed quando? Quādo & ipsi bene placebant, & quiescebāt, tunc & hostes vincebāt. Et quæ necessitas est, inquit, vt alius pro me oret, si ipse bene placuerit? Nunquam hoc dixeris homo. Necesse est, & multa prece necesse est. Etenim audi quid deus de amicis Iob dicat: Et orabit, inquit, pro vobis, & remittetur vobis peccatū vestrū. Peccauerāt enim, verum non adeo magnum peccatum. Sed idē ipse iustus qui amicos suos precationis beneficio seruauit, tempore Iudaico seruare non potuit Iudæos pereūtes. Et vt hoc discas, audi quid per Prophetam dicat deus: Si staret Noë, Iob, & Daniel, nō liberarēt filios suos ac filias: inualuerat enim malitia. Et iterum: Si staret Moses & Samuel. Et vide quomodo duobus Prophetis istud dicatur. Nā vtriq; pro illis orauerant, sed nihil assequuti fuerant. Etenim Ezechiel inquit: Hei domine, delēs ne reliquias Israēlis? Deinde vt declararet illi Deus iuste hoc facere, ostendit ei peccata illorum, & vt ostēderet simul non ideo supplicationē eius acceptam non esse, quod ipsum contemneret. Quasi dicat, poterunt ista probare q̄ non tui contemptu, sed propter multa illorum

ta illorum peccata supplicationem tuam nō accipio. Veruntamē subiungit ac dicit: Etiā si starent Noë, & Iob, & Daniel. Et merito huic magis ista dicit: ipse nāq; erat, qui multa passus fuerat. Iussisti, inquit, vt in stercore comederē, & comedi: iussisti, & tonsus sum: iussisti, super latus vnum dormiui: iussisti vt foramen parietis onustus exirem, & exiui: abstulisti mihi vxorem, & iussisti ne lugerē, & non luxi, sed tuli fortiter: innumera alia illorum gratia feci, & iam te pro iisdē oro & non obsequeris? Non q̄ te contemnam, inquit, hoc facio, sed si & Noë, & Iob & Daniel etiā p̄ filiis suis orarent, nō obsequerent. Et Hieremias rursus minora quidē ex præceptis dei, plura vero ex populi malitia perpeffo, quid dicit? Aut nō vides, inquit, quid isti faciant? Etiam, inquit, faciunt. Sed vel mei gratia quod precor facias. Hac itaq; ratione & ad istum dicit. Si Moses & Samuel starent. Moses, inquit, primus ille legislator, qui sæp numero illos periculis liberauit, dicens: Siquidē peccatū illis remittis remitte, si vero nō remittis, & me dele. Si ergo is nunc esset, & ista diceret, nihil vtiq; assequeretur. Et Samuel quoq;, q̄ & ipse eos aliquando liberauit, qui à primæua ætate præclarus factus est. Nā de illo quidē loquutus sum, q̄ vt amicus cum amico, ita vicissim mecum cōtulerit, & non per ænigmata: de isto verò, q̄ in primæua ætate illi apparuerim, & per istos placatus clausam antea prophetiā referaui. Erat em̄, inquit, preciosum & rarum verbū Domini, nec erat visio certa & explicata. Itaq; si illi iā starent, nihil proficerēt. Et de Noë dicit: Iustus & perfectus in generatione sua. Et de Iob: irreprensibilis, iustus, verax, & pius. Et de Daniele, quem & deum esse putabant. His itaque cognitis, nec sanctorum preces contemnamus, neq; totum in illas proiciamus, hoc quidē ne desideamus ac temere insidijs opprimamur: illud vero ne extra multū lucrum & profectum excidamus, sed oremus etiā vt pro nobis precentur, manūq; porrigant, adhereamūsq; & ipsi virtutis studio, vt bona diligentibus deū promissa consequi valeamus, gratia & benignitate &c.

*Homilia secunda.*  
**V**obis enim pertonuit sermo domini. Non solum in Macedonia & Achaia, sed & in omni loco fides vestra, quæ in deum est, dimanauit, vt non habeamus necesse quicquam loqui. Nam ipsi de nobis annunciant qualem ingressum habuerimus ad vos, & quomodo conuersi sitis ad deū à simulachris ad seruendum deo viuenti ac veraci, & ad expectandum filium eius de cœlis, quem excitauit ex mortuis Iesum, qui liberat nos ab ira ventura. Quemadmodum vnguentum odoriferum fragrantiam suam in seipso non detinet occlusam, sed longius illā emittit, & aërem odore penetrans vicinorum quoq; sensus occupat: ita & generosi ac præclari viri virtutē suam in seipsis clausam non habent, sed fama sua multos iuuant, & meliores reddunt. Hoc igitur & tunc factum est. Quapropter dixit, adeo vt fueritis exemplo omnibus in Achaia & Macedonia creditibus. A vobis enim pertonuit sermo domini. Non solum in Macedonia & Achaia, sed & in omni loco fides vestra quæ est in deū dimanauit. Doctrina itaque & eruditione, vicinos quidem omnes repleuistis, admiratione verò ipsum orbem. Hoc enim est quod dicit, in omni loco. Et nō dixit, rumore diuulgata est fides vestra, sed pertonuit. Quemadmodum tuba clarē insonante locus vndiq; vicinus cōpletur: ita & clara est magnanimitatis vestræ fama, tubæ instar clangendo orbem implere vultis.

lens, & ad omnes vbiq; constitutos pari constantiq; sonitu appellere. Res enim magnificæ, clarius quidē vbi sunt decantantur, procul verò etfi decantentur, non tamen ad hunc modum. A vobis igitur non ita, sed sonitus insignis & clarus vbiq; terrarum dimanauit. Et unde, inquit, hyperbolica non erant hæc verba? Etenim ista Macedonum gens ante Christi aduentum insignis erat & illustis, & vbiq; decātata magnis q̄ Romanorum. Et Romani hoc nomine præclari facti sunt, q̄ istos vicerunt. Quæ nanq; Macedonum rex perfecit, nullo sermone comprehendi poterūt. Nam ex modica quidem ciuitate impetu facto prorumpens, orbem tamen vniuersum cepit. Propterea & tāquam pardalem alatum vidit eum propheta, velocitatem eius hoc pacto, & vehementiam, & feruorem, & q̄ orbem terrę subitō trophæis ac victoriis suis peruolaturus esset, declarans. Referunt autem, q̄ cum philosophum quendam audisset dicentem, infinitos esse mundos, amarum ingemuerit: eō q̄ cū infiniti essent mundi, ipse propē ne vnum quidem vicisset, adeo erat animo magno & elato: erat verò vbiq; notus. Creuerat igitur simul cū regis huius fama genitis quoq; gloria. Dicebatur enim Alexander Macedo. Itaq; & quæ illic fiebant, meritō vbiq; decantabantur. Nihil enim quod insigne sit, latere potest. Nihil autem res Macedonicę Romanis inferiores erāt. Hoc verò & ipsum ex ipsorum est vehemēti studio factum. Tanquam enim de animato quopiam, ita de fide eorum differēs dixit, In omnem locum fides vestra egressa est. Ita erat sedula & efficax, vt necesse nō habeamus quicquā loqui. Nam ipsi de nobis annunciant, qualem ingressum habuerimus ad vos. Nō expectāt vt de vobis audiant, sed qui præsentēs nō fuerunt, neq; vos viderunt, eos qui & præsentēs fuerunt & viderunt, præoccupāt: adeo scilicet vbiq; fides vestra rumoribus inclaruit, vt non habeamus opus illos res vestras narrando in idem studij ducere. Quæ nanque ex nobis audire debebant, ea præoccupantes vltro referunt. Et quanquam vbiq; talibus inuideri soleat, excellētia tamē fidei vestræ hoc quoque superauit, ita vt ipsi sint certaminū vestrorum præcones. Et quanuis ipsi sint inferiores, neq; sic tamē obticescūt, sed etiā præueniunt. Talibus verò existentibus si nos vestra narraremus, suspicionē ac diffidētiā præferret. Quid est quod dicit, qualē ingressum habuerimus ad vos? Quod plenus fuerit periculis, plenus innumeris miraculis, q̄ nihil horum vos perturbauerit, sed nobis non aliter adhæseritis q̄ si nihil tale accidisset: ita nos post ista susceperitis, atq; si nihil mali passi, sed innumera bona assequuti essetis. Erat enim iste alter iam ingressus. Abscesserāt in Berrhæam Paulus ac Silas, atq; illi interea persequutionē passi, postea tamen reuersos ita susceperunt, tantōque honore prosequuti sunt, vt animas quoq; suas pro ipsis tradiderint. Illud igitur, qualē ingressum habuerimus ad vos, vtrorūque quidē complectitur encomium, & horum scilicet & illorū, ipse verò in illorum istud conuertit. Et quomodo? Conuersi estis, inquit, ad deum à simulachris ad seruendum deo viuenti & veraci: hoc est, facile conuersi estis, cumq; magna vehemētia, ita vt non opus fuerit multo negotio ad hoc vt seruiretis deo viuenti & veraci. Et parænesim hīc induxit, id quod minus est molestum. Et ad expectandū, inquit, filium eius de cœlis, quē excitauit ex mortuis Iesū, qui liberat nos ab ira ventura. Et ad expectandum, inquit,

Dan. 3.

Infr. 5.4

† nō essent digniores.

Act. 11.4

Ad Phil. 1.6

Hier. 7. d

1. Reg. 14.4

1. Reg. 11.1

1. Reg. 3.4

1. Reg. 3.4

Gen. 6. b

Iob. 1. b

1. Reg. 7. d

1. Reg. 19.4

1. Reg. 7. d

1. Reg. 7. d

1. Reg. 7. d

1. Reg. 7. d

1. Reg. 7. d

1. Reg. 7. d

1. Reg. 7. d

1. Reg. 7. d

1. Reg. 7. d

1. Reg. 7. d

Et addit unde probet hyperbolica non esse hæc verba.]

Dani. 7. b

Alexander Macedo.

Act. 17. c



filium eius de cœlis. Eū qui crucifixus est ac sepultus, eum, inquā, qui de cœlis est. Quem excitavit ex mortuis. Vides simul omnia & resurrectionem, & assumptionem, & secundum aduētum, & iudicium, & iustorum retributionem, & malorū supplicium? Iesum, inquit, qui liberat nos à vêtura ira. Et hoc cōsolationē habet, & adhortationē, & incitamentum. Si enim illum ex mortuis excitavit, & iam in cœlis est, atq; inde venturus, & huic credidistis (nisi enim credidissetis illi, tanta passi non fuissetis) satis ista quoq; ad cōsolationē fuerint. Dabunt, inquit, illi pœnas. Id quod

**2. Thess. 2.** & in posteriore epistola dicit: Et vos cōsolationē habebitis nō modicam. Et ad expectandum, inquit, filium eius de cœlis. Tristitia quidē in manibus iā sunt, iucūda verò expectantur, quādo scilicet Christus de cœlis veniet. Vide quomodo spe opus sit. Crucifixus enim excitatus est, in cœlos assumptus est, venturūq; est ad iudicandum viuos ac mortuos. *Ipsi nanq; fratres ingressum nostrū ad vos nostrū, quod inanis nō fuerit, sed cū antea Philippis & adflicti, & contumeliosi, ut scitis, affecti essemus, cum fiducia egerimus in deo nostro ad loquendū apud vos euangeliū dei in multo certamine.* Magnificē quidē & vos egistis, veruntamen neq; nos humano sermone] vti sumus. Sed qđ supra, illud & hīc dicit. Nam vtrinq; demonstratur qualis sit p̄dicatio, siue à signis, siue à p̄dicantium instituto ac p̄optitudine, siue ab accipientium illā feruore & diligentia. Ipsi nanq; scitis, inquit, ingressum nostrum ad vos, qđ inanis nō fuerit: id est, qđ nō fuerit humanus aut vulgaris. Primū enim ē magnis periculis, mortibus, ac plagis liberati, mox rursus in pericula incidimus. Sed cū antea Philippis, inquit, & adflicti, & contumeliosi, ut scitis affecti essemus, cū fiducia egerimus in deo nostro. Vides quomodo rursus deo torū adscribat? Ad loquēdum, inquit, euangeliū dei in multo certamine. Nō potest dici, qđ illic quidem periclitati sumus, hīc verò non. Nostis & vos quanto periculo, quanta sollicitudine fuerimus apud vos. Quod & ad Corinthios scribēs, dicit: Nam per infirmitatē, & cum labore, & timore, ac tremore multo fui apud vos. *Nam adhortatio nostra non fuit ex errore, neq; ex immunditia, neq; in dolo, sed quemadmodum probati fuimus à deo, ut nobis committeretur euangelium, ita loquimur, non ut hominibus placere studentes, sed deo, qui probat corda nostra.* Vides qđ ex ipsorum instantia, quemadmodum dixi, argumentū struat, diuinam esse p̄dicationem? Nō enim tanta, inquit, nisi hoc fuisset, vel si seductio fuisset, pericula perpeffi essem, quē nos ne respirare quidē permiserunt. Quid est igitur? Nisi futurorū quicquā nos excitasset, nisi persuasi fuissetus bonam esse spem nostrā, quis voluisset propter p̄sentia tanta perpeti, vitāq; certaminibus ac periculis plenā viuere? Etenim cuiā persuasissent? An non hoc ipsum perturbare discipulos potest, qđ doctores suos in periculis esse vidēt? Sed vos, inquit, istud passi non estis. Adhortatio nanque nostra, id est, doctrina, non est ex errore, non est dolus hęc causa, neq; seductio, ut metuere, frangi; debeamus. Nō est rerū sceleratarum, quales sunt p̄stigiatorū & magorū: neq; ex immunditia, neque in dolo, nec seditione aliqua, quemadmodum Theudas fecit: sed quemadmodum probati sumus à deo, ut cōmitteretur nobis euangelium, ita loquimur, non veluti hominibus placere studentes, sed deo. Vides non esse vanam gloriam? Sed deo, inquit, qui probat corda nostra. Nihil ad placitum hominū facimus, inquit. Cuius enim gratia ista

2. Thess. 2.

Cap. 2.

humana ratione.

apud Corinthios

1. Cor. 2.4

1. Cor. 2.4

sanē faceremus? Postquam eos laudauerat, dicit, non tanquā hominibus placere volētes, neq; honores ab hominibus quærentes, sed quemadmodū probati sumus à deo, ut cōcrederetur nobis euangeliū. Nisi non uisset nos ab omni re tēporali liberatos, utiq; sibi nō delegisset. Quemadmodū ergo nos probauit, euangeliūq; cōmisit, ut deo, inquā, probati visi sumus, ita perduramus. Virtutis eorū est iudiciū, quibus eū gelium concreditur. Non enim probasset nos deus, inquit, si peruersum quid ī nobis fuisset. Probare verò hīc, non est scrutari, sed quod nos ex probatione & experimento facimus, hoc ipse p̄ter experimentum. Dicit autē: quemadmodū nos probatos reperit, & euangeliū commisit, ita loquimur, quemadmodū consequens est eos qui probati sunt à deo, quibusq; commissum est euangeliū, dignos esse euangeliū, ita loquimur. Non tanquā hominibus placētes: hoc est, non vestri gratia hęc omnia facimus. Quoniā p̄occupando illos laudauerat, ne suspicionem generaret sermone, dicit: *Neque enim aliquando in sermone adulationis conuersati sumus, ut scitis: neque in occasione auaritiæ, deum est testis: neque gloriam ex hominibus quærentes, nec à vobis, nec ab aliis, cū possemus graues esse tanquā Christi apostoli.* Neque enim aliquando in sermone adulationis, inquit, conuersati sumus: hoc est, adulati nō sumus, id quod est seductorū, occupare, dominariq; volentium. Non potest dici, qđ adulati sumus, ut dominaremur, neq; qđ pecuniarum gratia in hanc causam venerimus. Huius deinde, quoniam manifestum erat, testes eos ipsos citat. An adulati sumus, vos inquit, nouistis. Quod verò occultum erat, nēpe, an occasione auaritiæ quicquā egerit, huius testē citat deum. Neq; gloriam, inquit, ex hominibus quærentes, nec à vobis, nec ab aliis, cū possemus graues esse tanquā apostoli Christi: hoc est, neq; honores quærentes, nec iactabundi, aut magno comitatu stipati. Quanquam etiam si hoc fecissemus, nihil fecissemus alienum. Si enim qui regū sunt legati, quales quales fuerint in honore tamen sunt, multo magis nos. Et non dixit, ignominiosē tractati sumus: neque dixit, honore nullo apud vos potiti sumus, id quod exprobrātis illis fuisset: sed, nō quæsiuimus, inquit. Quid ergo, cūm quæreret liceret, idq; p̄dicatione euangelij hoc exigente, non quæsiuimus, quomodo glorię gratia quicquā facimus? Tametsi etiam si quæsissemus, neq; sic tamen culpabile quicquā designassemus. Decet enim eos qui à deo mittuntur ad homines, tanquā ex ipso iam cœlo legatos veniētes, multo potiri honore. Nos verò ut abūdē cauti sumus nihil horum facimus, quo aduersariorū ora obstruamus. Nec licebit dicere, qđ apud vos quidem talis fuorim: apud alios verò nō item. Nam & Corinthiis scribens ita dixit: Sustinetis enim si quis vos in seruitutē adigit, si quis exedit, si quis accipit, si quis seipsum extollit, si quis in faciē vos cædit. Et iterum: P̄sentia vero corporalis infirma, & sermo contemptus. Item: *2. Cor. 12.* Donate mihi hanc iniuriam, declarans & illic qđ valde fuerit humilis, ex eo qđ tanta spreuerat. Hīc verò de pecuniis dicit, cum possemus graues esse, tanquam apostoli Christi. *Sed facti sumus placidi in medio vestri, tanquam si nutrix foueat filios suos, sic propenso in vos animo cupiebamus vobis tradere non solum euangelium dei, sed & nostras ipsorum animas, propterea quod dilecti nobis facti essetis.* Sed facti sumus, inquit, placidi. Nihil onerosum, nihil molestum, nihil graue, nihil quod elationem habeat designauimus. Et illud, in medio vestri, idem ac

2. Cor. 12.4

1bid. 10.4

2. Cor. 12.

2. Cor. 12.

2. Cor. 12.

2. Cor. 12.

2. Cor. 12.

2. Cor. 12.

2. Cor. 12.

2. Cor. 12.

idē ac si dicas, nō superiorē ex vobis fortē capessentes. Tanquā si nutrix, inquit, foueat filios suos. Talē oportet esse doctorē. Num adulatur nutrix, ut gloriā inde acquirat? Num pecunias à paruulis exigit filiis? An molesta illis est & onerosa? An non matribus blādiorum sunt? Amoris hīc affectū exprimit. Sic propenso, inquit, & cupido in vos animo, itaq; vobis deuincti sumus, Et nō solū nihil accipimus, sed si opus esset animas quoq; tradere, nihil detrectarem. Hoc igitur, dic quēso, animi est humanitus affecti? Et quis ita desipit, ut hoc dicat? Cupiebamus, inquit, tradere vobis nō solū euangeliū dei, sed & nostras ipsorū animas. Hoc itaq; illo maius est. Et quid profuerit? Nā ab euangeliū quidē profectus est. Animā verò dare, difficultatis gratia maius est illo. Nō em̄ perinde est p̄dicare, & animā dare. Illud nanq; preciosius quidem, hoc verò maioris erat difficultatis. Cupiebam quidem, inquit, si licuisset, & animas nostras vestri gratia effundere. Quoniam igitur illos laudauerat, & adhuc laudat, propterea dicit: nō em̄ pecunias quærentes, nō adulātes vobis, nō glorię cupidī hoc facimus. Vide nanque: Multa decertauerant, atque ideo oportebat eos nō vulgariter laudari ac celebrari, ut solidiores redderēt. Habebat autē laus ista suspicionē. Proinde hęc oīa eo dicit, ut suspicionē expellat. Et periculorū quoq; ideo meminit. Et rursus ne putetur pericula dicere, tanquam illorū gratia negotiū factur, ut qui propter illa rursus honorari ab ipsis debeat (opus enim habebat periculorū mētionē facere) subiūxit: Propterea qđ dilecti nobis facti essetis, animas nostras vobis sanē libēter dedissemus. Vehementer enim vobis deuincti sumus. Itaq; euangeliū quidem, quoniā deus ita iussit annunciamus, tantum verò vos amam, ut & animas nostras vobis, si licuisset, dedissem. Ita oportet amantē amare, ut etsi anima ab eo postuletur, & possibile sit, non prohibeat. Nō dico, postuletur, sed ut ipse vltro tali dono accurrat. Nihil em̄, nihil tali dilectione dulcius esse poterit: nihil illic triste accidet. Reuera vitæ pharmacū est fidus amic, reuera p̄ctio fortis est fidus amic. Quid etenim nō efficeret germanus amicus? Quantā voluptatē non generaret? quantā vtilitatē? quantam securitatē? Et si mille thesauros dixeris, nihil tamen germano correspōdebūt amico. At primum de amicitia ipsa dicamus, quantū habeat voluptatis. Qui illam videt, lætatur & gaudio perfunditur, atq; illa vicissim animū eius cōplectitur cōplexione ineffabilē habēte voluptatem: & si duntaxat admonitus fuerit illius, excitatur animo, & lacris redditur. De germanis amicis loquor, qui eiusdē sunt animi, qui & mortem inuicē alius pro alio subire cupiūt, qui feruētē amant. Ne mihi vulgares illos amicos cogitantes, & mēsarū cōsortes, & appellationis gratia iamicos, sermone isto probari putetis. Si quis amicū habet, quale dico, agnoscet verba mea. Et si viderit illū quotidie, nō tamē saturabitur. Eadē illi imprecabitur quæ sibi ipsi. Noui ego quendā, qui cū sanctos viros amici sui gratia obsecraret, primū pro illo, & tū demū pro se orare obsecrabat. Tāti est amicus bonus, ut & loca, & tēpora illius gratia diligatur. Quēadmodū em̄ splēdida corpora in vicino loco splendoris sui quasi vigorē emittūt, ita & amici gratiā suam iis locis quæ accesserint, indunt. Et plerūq; etiā sine amicis ad ea loca venientes illachrymatur, dierū illorū memores quibus illic vnā cōueneramus, & ingemiscimus.

**A** Nequit sermone cōprehendi quātam adferat voluntatem amicorum p̄sentia. Nouerunt ij tantū, qui experientiā eius rei ceperunt. Beneficiū petere, & vicissim accipere, apud amicum sine suspicionē licet. Quando nobis aliquid imperāt, tūc gratiā illis habemus: quādo verò hoc facere dubitat, tūc animo cōcidimus. Nihil habemus quod illorū nō sit. Omnib; sapenmero p̄sentibus contemptis propter illos hinc abire nolumus. Et luce quoq; desiderabiliores illi sunt. Est enim reuera amicus ipsa luce iucundior, germanū dico. Et ne mireris. Est enim nobis Solem hunc extingui iucūdius, quā amicorū cōsuetudine priuari: iucundius in tenebris agere, qđ sine amicis esse. Et quomodo? Dicam. Quia multi Solem istū videntes in tenebris sunt, qui verò amicorum copiam adepti sunt, ne in adflictionib; quidē tristitiā habēt. De spiritualibus amicis dico, qui nihil amicitia p̄ponunt. Talis erat Paulus, qui animā suam libenter, etiam non rogatus, dedisset, & in gehennam quoque cupidē descēdisset. Ita oportet feruētī affectu amare. Volo amicitia exēplū dare. Patres & filios excellūt amici, amici iuxta Christū. Etem̄ ne mihi dicas, hoc bonū nūc cum aliis plerisque in ecclesia cessasse, sed cogita quomodo [apud apostolos,] non coryphæos dico, sed ipsos credentes, omniū fuerit anima vna, & cor vnū, & nemo quicquā suorū bonorū suū esse dixerit, datumq; sit vniciq; iuxta quod opus habebat, Nō erat inter eos illud meū ac tuū. Hoc demū amicitia est, ne quis quod habet suum æstimet, sed quæ proximi sunt: quæ vero sua sunt, putet aliena, ut ita illius animæ parcat atq; suę ipsius, atq; ille vicissim pariter hoc faciat. Et vbi poterit, inquis, tanta amicitia reperiri? In causa est, quia nolum. Possēt em̄, nisi posset, Christus nō p̄cepisset, de dilectione tanta non differuisset. Magnū quid est amicitia, & qđ magnum nemo potest cognoscere, neq; sermone cōsequi, p̄ter ipsam experientiā. Hoc hærefes fecit, hoc Græcos facit esse Græcos. Qui amat nec p̄cipere vult, nec imperare, sed gratiā habet magis si ipsi imperetur ac p̄cipiatur. Beneficiū magis impēdere qđ accipere cupit: amat em̄. Nec aliter affectus est, qđ veluti si desiderū suū nondū impleuerit. Nō ita gaudet sibi benefieri, ut aliis benefacere. Vult enim eū quem amat magis obtinere qđ quicquā: iūmō & debere vult, debitorēq; ipsum habere. Et gratificari vult, & tamē gratificari non vult videri, sed hoc ita ex debito fieri. Plurimos vestrū hoc forsā quod dictū est ignorare puto: & prior beneficia impendere, & tamē nō prior hoc facere, sed magis tanquā posterior reddere, videri cupit. Id quod & deus cū hominibus fecit. Largiturus erat pro nobis filium suum, sed ne videretur gratis illum largiri, sed eum nobis ira debere, p̄cepit Abraham ut filiū suū daret, ut cum magnum quid nobis faceret, nihil magnivideretur fecisse. Vbi em̄ amicitia nō fuerit, exprobramus si quid beneficij impēdimus, & quæ minuta sunt exaggeramus. Vbi verò fuerit amicitia, & abscondimus benefacta, & quæ magna sunt, modica videri cupimus, ne nobis amicū velut debitorē obftrictū habere videamur, sed magis nos illi debitores esse, ī quo debitorē eū habem. Noui multos ista nō intelligere. In causa verò est, qđ de re disputo quæ cœlum nunc inhabitat. Quēadmodum igitur si de plātula quapiā in India crescente dicerem, cuius nemo haberet experientiam, nullo sermone illā exprimere, & ob oculos repræsentare possem,

apostolorum sermone.

Acto. 4. f

deuincere tenere quam ipsi debere.

salutacione tenere.

possem, etiā si innumera referre, ita & nunc: quicquid dixero, frustra dico: nemo intelligere valebit. In cœlo plātata est hæc plāta ramos habens, non margaritis, sed vita recta ac solida, illis multo iucūdiore, onustos. Quam volupatē mihi opponēs, siue turpē, siue honestā? Omnes excellit ea quæ amicitia est, etiā si eā dixeris quæ mellis est. Fit enim fastidiosum mel, amicus verò nūquā, donec amic⁹ fuerit, quin magis crescit illius desideriu, ita vt illius voluptas nūquam fastidiū patiat. Est & præsentī vita suauior amicus, vnde & multi post mortē amicorū deinceps nō optarint viuere. Cū amico tulerit quis extorris esse, siue amico ne in propriis quidē ædibus esse velit. Cū amico & paupertas tolerabilis est: sine illo, & sanitas, & diuitiæ intolerabiles sunt. Aliū pro seipso habet, qui amicum habet. Præstringor & veluti præcludor faucibus, non valēs aliquo exēplo rē istā exprimere. Noui siquidē certō multo esse minora quę dicta sūt, quām oporteat. Et hæc quidē ita habent in hac vita. Apud deū verò tanta est amicitia merces, quanta dicitur nequit. Mercedē nobis dat, vt amemus nos inuicē, cuius nos rei mercedē debem⁹. Precare, inquit, & accipe mercedē. Super hoc nos mercedē debemus, nā bona precamur. Pro eo quod petis, inquit, accipe mercedem. Ieiuna, & accipe mercedē. Sis rectus ac strenuus, & cape præmiū, quāquā præmiū debens. At quemadmodū patres, quādo pueros suos sedulos ac strenuos faciunt, tunc & præmiū illis dant: (Nam debitores ipsis sunt, vt pote voluptate per eos affecti) ita & deus, mercedem, inquit, accipe, si probus atque integer fueris: exhilaras nanque patrem, vnde hæc tibi mercedē debeo. Si verò malus fueris, non item. Nam exacerbas eum qui te genuit. Non igitur exacerbemus deum, sed exhilaremus, vt regnum cœlorum assequamur in Christo Iesu domino nostro.

Homilia III.

**M**eminiſtis nanq; fratres laboris nostri ac sudoris. Nā noctes atque dies operantes, ne quenquam vestrum grauarem, prædicauimus apud vos euangeliū dei. Vos testes estis ac deus, quā sancte & inculpatē & iuste credentibus vobis adfuerimus, sicut nostis, quomodo vnuquēque vestrum vt pater filios suos, adhortantes vos, & cōsolati simus, & obtestati, vt digne ambularetis deo, qui vocauit vos in regnum suum ac gloriam. Doctorem nihil oportet eorum quæ ad discipulorū salutem attinet, cum molestia facere. Si enim beat⁹ Iacob nocte ac die in gregum custodia fatigabatur, multo magis eum cui commissæ sunt animæ, siue laboriosum sit opus, siue exile, omnia facere oportet ad vnum duntaxat aspicientē, nempe ad salutem eorum quos instruit, & gloriam quæ ad deū inde redit. Vide nanq; Et Paulus homo præco, apostolus orbis, talē nactus honorem, manib⁹ suis laborauit, ne quos instruebat in aliquo grauaret. Meminiſtis nanq; fratres, inquit, laboris nostri, ac sudoris. Præoccupando dixerat, cū possemus esse graues tanquam apostoli Christi: id quod & in ea dicit quæ ad Corinthios est. An ignoratis, inquit, quæ qui sacris operantur, de sacro & edūt? Ita & dominus præcepit eos qui euangeliū annuntiauit de euangelio viuere. At ego, inquit, hoc nolui, sed laboraui. Et nom simpliciter operatus est, sed cū magna diligētia. Vide ergo quid dicat: Meminiſtis, inquit: Non beneficiorum dicit, quæ ex me ceperitis, sed laboris nostri ac sudoris. Noctē atque diē opus facientes ne quenquā vestrum grauarem, ita prædicauimus apud vos euā-

gelium dei. Corinthiis verò aliud dicit: Alias, inquit, ecclesias deprædatus sum accepto ab illis stipendio, quo vobis ministrarē. Quāquā & illic operatus sit, nō tamē meminit illius, sed aliud posuit quod magis pūgebat, ac si dixisset, ab aliis nutritus sum, cū vobis inferuirē. Hic autē nō ita. Sed quid? Noctē ac diē, inquit, operātes. Et illic quidē dicit: Cum essem apud vos, & egerē, nemini onerosus fui. Itē, accepto ab illis stipēdio, quo vobis inferuirem. Hic ostēdit viros istos in egestate fuisse, illic verò nō ita. Quapropter cōtinuē testes illos adducit. Vos enim, inquit, testes estis ac deus. Fide dignus est deus. Sed hoc illos magis certificabat. Nā illud incertū est & obscurū ignorantibus. Etenim ne quæras: Si Paulus erat ista dicēs. Ex multa abūdātiq; cautione vult eos certos reddere. Proinde dicit: Vos testes estis ac deus, quæ sanctē, quæ iuste, quæ inculpatē vobis credentibus adfuerimus. Oportebat eos rursus laudare. Propterea ea præmittit quę valebant illis persuadere. Si enim illic, inquit, in egestate cōstitut⁹ nihil accepi, multo minus nūc. Quā sanctē, & iuste, & inculpatē vobis credentibus adfuerimus, sicut scitis, quomodo vnumquēque vestrū, vt pater filios suos, adhortātes vos cōsolati sim⁹. Suprà quod ad vitę cōuersationē attinet dixit: hīc quod dilectionē cōcernit, quod maius erat. Certē tutelæ est & alacritatis à fastu alienæ quod dictū est: vt pater, inquit, filios suos, adhortātes vos, & cōsolātes, & obtestantes, vt dignē ambularetis deo, qui vocauit vos in regnū suū ac gloriā. Cum dicit, & obtestantes: tūc patrum meminit, quasi dicat: At si obtestati quoque sumus, nō tamē istud vehemēter, sed vt patres. Vnuquēque, inquit, vestrū. Papæ, in tāta multitudine neminē omittit. Non parū, non magnū, non diuitem, non pauperem. Adhortātes, inquit, ad tolerātiā, & cōsolantes, & obtestantes. Adhortātes, gloriā igitur non quęsiui. Et obtestātes: Nihil ergo adulati sumus. Vt digne ambularetis deo, qui vocauit vos in regnū suū ac gloriā. Vide quomodo rursus differens & doceat, & consoletur. Si enim in regnū vocauit, omnia ferēda sunt. Adhortamur, nō vt aliquid nobis largiamini, inquit, sed vt regnum cœlorum assequamini. Quapropter & nos gratias agimus deo indefinenter, quod cum acciperetis à nobis sermonem dei, non hominum sermonem accepistis, sed sicut verē est, sermonē dei, qui & agit in nobis credentibus. Nō potest dici, inquit, quod nos quidem inculpatē faciam⁹ omnia: vos vero indigna nostra cōuersatione feceritis. Nō enim tanquā homines audiētes cum nos audiretis affecti estis, sed nō aliter attēdistis quæ si deus ipse adhortatus vos fuisset. Vnde hoc liquet? Quemadmodū quæ neque in adulatione, neq; in vana gloria prædicauerit ex tērationib⁹ suis, & illorū testimonio, & ex iis quæ fecit probat: ita & quæ illi sermonē rectē acceperit, ex tērationib⁹ ipsorū demōstrat. Nā vnde talia pericula tulissetis, inquit, nisi me tanquā deū ipsum dicentē audissetis? Et vide dignitatē ipsorū. Vos enim, inquit, imitatores facti estis ecclesiarū dei, quæ sunt in Iudæa in Christo Iesu. Nam eadē & vos à propriis contribulibus passi estis, quemadmodum & ipsi à Indæis, qui & dominum Iesum occiderunt, & proprios prophetas, & nos persecuti sunt, & deo nō placēt, omnib⁹q; hominib⁹ cōtrarij sunt, prohibētēs nos gētibus loqui, vt saluentur, vt adimpleantur peccata ipsorū semper. Peruenit verò in illos ira in finem. Vos em̄, inquit, imitatores facti estis ecclesiarū dei, quæ sunt in Iudæa. Multa cōsolatio. Nihil enim, inquit, mirāculi est, quod in vos ista designant, quādo & in con-

tristis, & in vni,

tribules suos hoc fecerint. Hoc verò nō modicū indicium est veracē esse euangeliij prædicationē, quādoquidē & Iudæi omnia perferēda susceperūt. Nam & vos talia, inquit, à propriis cōtribulibus passi estis, quæadmodū & ipsi à Iudæis. Habet quiddā amplius, quod dicit, & ipsi. In Iudæa, inquit: ostendit, quod vbiq; tanquam certantes cogniti fuerint. Dicit igitur: Nā & vos eadē passi estis. Quid ergo mirum fuerit si & vos rursus, quādoquidem & in dominū eadem videamus esse designata: Vides quomodo ipsum induerit magnā habens consolationē? Et continuē istud versat, & in omnib⁹ propē epistolis illud quis inuenit si diligenter inquisierit, quomodo præcipuē Christū in tērationibus semper adducat. Vide igitur & hīc quomodo Iudæos reprehendens in memoriā Christi istos ducat, & adflictionū domini: ita nouit quæ magnam habeat res ista consolationem. Qui & dominum, inquit, occiderunt. At forsā illum non cognouerunt (maxime equidem cognouerunt.) Quid tum? An nō & proprios prophetas occiderūt, & lapidarunt, quorū & volumina circūferunt? Et ista non veritatis gratia designarūt. Nō ergo cōsolatio dūtaxat est in tērationibus, sed & admonitio ne putēt aduersarios hęc propter veritatē facere, atq; propterea turbētur. Et nos, inquit, persecuti sunt. Et nos innumera, inquit, mala perpassi sumus. Et deo nō placēt, & omnibus hominibus cōtrarij sunt, prohibētēs nos gētibus loqui vt saluentur: Omnibus, inquit, hominibus cōtrarij sunt. Quomodo? Si enim orbi vniuerso loquendū est: illi verò hoc prohibēt, cōmunes ergo sunt orbis inimici. Christū occiderūt & prophetas, deum vituperāt, cōmunes sunt hostes orbis, nos expellūt, qui salutis gratia aduenimus. Quid mirū si & in vos talia designarūt, quando & in Iudæa hoc fecerūt? Prohibentes nos, inquit, gētibus loqui vt saluentur. Inuidentiā igitur est, quod omnīū salutem impediunt. Vt impleātur peccata ipsorū semper. Peruenit verò super eos ira in finē. Nō amplius talia sunt qualia priora. Nō amplius reditus, nō amplius terminus aliquis, sed propē instat ira dei. Vnde hoc liquet? Ex eo quod Christus prædixit. Non enim hoc solū cōsolationē habet socios adflictionū habere, sed & audire quod illi puniendi sint qui adfixerāt. Si verò dilatio tristitiā adfert, soletur quod amplius postea nō reuiuifcent. Imò & ipsam dilationem contraxit cum irā dixit, ostendēs eam debitam quoque esse & præfinitam & prædictā. Nos vero orbatī vobis ad momentū horæ, aspectu nō corde, abundantius studiuimus faciem vestram cōmulto videre desiderio. Nō dixit, separati à vobis. Dixerat suprà de adulatione, declarās se nihil adulatū esse, neq; gloriā suam quæsiisse. Hīc de dilectione loquitur. Quoniā suprà dixerat, vt pater filios, & vt nutrit: hīc aliud addit, orbatī, inquit, vobis: id quod filiorū est patres suos desideratiū. Etenim illi erāt orbatī. At nō hoc dicit, sed nos, inquit, orbatī vobis. Nā si quis desideriu istud exquisierit, quæadmodū pueri parui tutore carētes intempestiuamq; orbitatē sustinētes, multo sunt erga parētes desiderio, nō solum propter istam naturam, sed & propter desolationem, ita inueniet & nos, inquit, habere. Hinc & mœstitiā suam declarat quā habebat ex eo quod separatus esset ab eis. Nec dici potest, inquit, quod multū tēporis à vobis separati fuerimus, sed ad momentū horæ dūtaxat: idq; aspectu nō corde. Semper enim vos in animo habemus. Vide quāta dilectio. Quāquā eos in corde sem-

per haberet, cupiebat tamen & aspectu corā esse. Ne mihi quis inanē hęc dicat philosophiā. Est hoc verē feruētis dilectionis, & videre, & audire, & colloqui. Et plurimū quoq; cōtulerit ac profuerit istud. Abūdantius, inquit, studiuimus. Quid est, abūdātius? Certē vt par erat, ad horā vestra præsentia destituti, faciē vestram videre studiuimus. Vide beatū Paulum quādo desiderium suum per seipsum nequit implere, per alios hoc facientē. Quemadmodū & facit quādo ad Philippenses Timotheū mittit, & ad Corinthios rursus eundē, per alios eos conueniens, quādo per seipsum non potest. Erat enim veluti amator quisquā infans, & effrānis, & intemperās in amore. Quapropter volebamus venire ad vos. Id quod dilectionis est. Quāquam nullā aliā hīc veniēdi necessitatē dicit, nisi vt videremus vos, inquit. Ego quidē Paulus & semel, & iterum, & impediuit nos satanas. Quid dicit? Impediuit satanas? Etiā. Non enim dei erat hoc opus. Nam ad Romanos quidē dicit, quod deus impediuerit. Et alibi dicit Lucas, quod spiritus prohibuerit eos in Asiam venire. Et ad Corinthios dicit hoc esse opus spiritus: hīc verò dicit solū esse satanæ. Quod verò satanæ impedimentum intelligit? Tērationes quasdā inopinas ac vehēmentes. Nam factis illi infidiis à Iudæis tres mēses in Hellada detētus est. Aliud autem est dispēstationis & muneris gratia alicubi, volentēmq; vltro morari. Nā illic quidē dicit, Quapropter cū non haberē amplius locum in istis regionibus, & vobis parcerē, nondum Corinthū veni: hīc verò nihil tale, sed quid? Impediuit nos satanas. Ego quidē Paulus, inquit, & semel, & iterū. Vide quomodo ambiat honorē, & sese iactet, volens ostendere quod eos plus omnibus diligit. Illud, ego quidem Paulus, idem est ac si dicat, etiam si alij noluisent. Nam & illi cupiebāt. Ego verò conatus etiā sum. Quæ nanque spes nostra est, aut gaudium, aut corona gloriationis? An nō & vos corā domino nostro Iesu Christo in aduentu eius: Sūntne, dic quæso, o beate Paule Macedones spes tua? Nō illi soli, inquit. Propterea subiunxit, an non & vos? Quę est em̄, inquit, spes nostra, aut gaudiū, aut corona gloriationis? Nō agnoscitis verba ista mulierū esse quæ visceribus incalescētēs ad hūc modū cū pueris paruulis differūt? Et corona, inquit, gloriationis. Nō em̄ illi sufficit ad ostēdendum splēdorem nomen coronæ, nisi adderet & gloriationis. Quantinam istud feruoris est? Neq; enim vnquā vel mater, vel pater, etiam si in vnū conspirauerint, amoremq; suum vtrinq; cōmiscuerint, talē poterūt ostēdere amorē qui Paulo ex æquo correspondeat. Gaudium, inquit, & corona. Magis in vobis, inquit, gaudeo quām in corona. Cogita nanque quātum sit integram in aduentu Christi prodire ecclesiam à Paulo plantatam & radicatam. Quis sanē propter tātā filiorum sœcunditatem & prosperitatem nō gauderet? Itaque ne hoc quidem adulationis est. Nō enim dixit, vos, sed vos cū aliis. Vos enim estis gloria nostra & gaudiū. Propterea cū nō ferremus amplius, visum est vt Athenis relinquere mur soli. Visum est, dicit pro elegimus. Ac misimus Timotheum fratrem nostrum & ministrū dei, cooperariumq; nostrū in euangelio Christi. Et hoc non ideo dicit vt Timotheū extollat, sed vt eos honoret, quod cooperariū & ministrū euāgelij ab aliis, vt ita dicat, operibus auulsum ad vos misimus, ministrū dei, & cooperarium nostrū in euangelio Christi. Vt confortaret vos, & cōsolaretur super fide vestra, ne quisquā turbaretur in adflictionibus istis. Quid hīc dicit? Quoniā tentationes doctorum

1. Cor. 9. b

deum in corde, vobis, inquit, in vni,

uenerit, & in vni,

Rom. 15.

Act. 16.

Act. 19.

Act. 19.

Act. 19.

Act. 19.

Act. 19.

Act. 19.

Act. 19.

Act. 19.

Act. 19.

Act. 19.

Act. 19.

Act. 19.

Act. 19.

Act. 19.

Act. 19.

Act. 19.

Act. 19.

Act. 19.

Act. 19.

Act. 19.

Act. 19.

Act. 19.

Act. 19.

Act. 19.

Act. 19.

Act. 19.

Act. 19.

Act. 19.

Act. 19.

Act. 19.



doctorū discipulos perturbare solēt, hoc dicit. Erat autē tum multis circūdatus tentationibus, vt & ipse dicat: Impediuit eū nos satanas, semper hoc diceus. *Supr. 2. d.* Et semel, inquit, & iterū volebā ad vos venire, at nō potui, quod multæ erat violentiæ. Poterat autē eos istud turbare. Nō enim ita propriis tētationibus turbabātur discipuli atq; doctorū. Nā neq; ex propriis tētationibus tātopere turbatur miles, atq; si viderit prostratū ducem. Vt cōfortaret vos, inquit. Nō quasi vobis quicquā desit fidei, aut q; discere quicquam debeatis. Et cōsolaretur super fide vestra ne quisquā perturbaretur in afflictionibus istis. *Nam ipsi nostis in hoc nos esse positos. Etenim cum essemus apud vos, prædicebamus vobis adfligendos nos fore, sicut & factum est, & nostis.* Nō oportet turbari, inquit. Nihil enim insolēs, nihil præter spem euenit. Sufficiebat hoc ad erigēdū eos. Vides & Christū ideo & discipulis talia prædixisse? *10. 14. d.* Audi nanq; quid dicat: Iam nūc, inquit, ista vobis dixi antequā fiant, vt quādo facta fuerint, credatis. Magnū enim reuera est, magnū, inquam, ad aliorū cōsolationē, à doctoribus audire quæ futura sunt. Nam quemadmodū ægrotus si quādo à medico, vel hoc, vel illud futurū audierit, non admodum turbatur. Si verò ex inopinato quicquā euenit, ita vt & medicus hæsitet, & morbus artis victor euadat, animo deiicitur ac perturbatur: ita & hic fit. Quæ præuidēs Paulus, prædixerat illis. Adfligēdos nos, inquit, fore prædicebamus, quæ admodum & factū est, & nostis. Nō hoc solū ideo dicit, q; factū est, sed quod multa prædixerat quæ & euenērūt. In hoc positi sumus. Itaque nō solū præteritorum gratia turbari non oportet, sed neque propter futura, si quid tale contigerit. In hoc nanq; positi sumus. Audiamus quibus aures sunt audiendi. In hoc positi sumus, de omnibus fidelibus dicit. In hoc positi sumus, & nos interea ad ista ita sumus insolentes, quasi in requiē collocati sumus. Imò cuius gratia adeo sumus insolētes ac mœrētes? Neque enim nos afflictionis tempus, neq; tētatio cepit nisi humana. *Heb. 12. d.* Opportunū fuerit & ad vos dicere: Nondū vsq; ad sanguinē restitistis, cōtra peccatum decertātes. Imò non istud opportunē ad vos dicitur. Sed quid? Nōdum pecunias contēpsistis. Nam illis quidē quibus erāt amissa omnia, meritō ista dicta sunt: iis verò qui sua adhuc habēt, istud. Cui sunt ablata propter Christum pecuniae? Quis illi gratia alapis cæsus? quis cōtumeliis affectus est? Vel vsque ad verba dico? Vnde nobis gloriatio? Vnde poterimus habere fiduciam? Tāta passus est nostri gratia Christus cū inimici essemus. quid nos ostēdere poterimus eorū quæ propter ipsum passi sumus? Quod quidē passi sim? mali nihil, quæ verò bona ab eō acceperimus, innumera. Vnde nobis fiducia erit in illo die? Non scitis q; & miles tū poterit illustris esse apud regē quādo innumera vulnera & cicatrices ostēdere poterit. Si verò nihil habuerit egregiorū factorū quod ostendat, etiā si alioqui nihil mali designauerit, inter postremos collocatur. Sed nō est, inquis, iam belli tempus. Si esset, quisnam decertaret, dic quæso? Quis in certamē insiliret? Quis aciem diuideret? Forsan nemo. Cū enim videā quod neq; pecunias Christi gratia contempnas, quomodo sperem te plagas contēpturum? Dixit, eos qui vobis cōiuciantur, ferte fortiter, & benedicite illis. Hoc non facis, sed inobediens transgredieris. Quod periculū non habet, nō facis, & plagas ferēs dic quæ-

so, vbi multū est doloris ac mœroris? Ignoratis quod in pace quæ belli sunt, exercere oportet? Non videtis milites istos? Illi nullo existente belli tumultu, sed pace profunda, exteris armis, & cum præceptoribus suis, à quibus quæ ad militariē disciplinā pertinet docentur, in apertum & spaciosum campum singulis, vt ita dicam, diebus egredientes, quæ belli sunt magna diligētia & studio exercent. Quis spiritaliū militū istud fecit? Nemo. Quapropter & i bellis molles atq; inutiles sumus, ac quibusuis ad prædā expositi. Quatæ verò fœcordiæ est, nō putare præsens tēpus, tēpus esse belli, cū Paulus clamet: Omnes autē qui volūt piē viuere in Christo Iesu, persecutionē ferent: & Christus dicat, In mūdo pressurā habebitis. Et iterū beatus Paulus clara voce clamet, ac dicat, Non est nobis lucta aduersus sanguinē & carnē. Item: State igitur circūcinctis lūbis vestris in veritate. Quid armis nobis munis, dic quæso, nō existēte bello? Quid frustra nobis negotia facessis? Quid armas milites, cum liceat quiescere ac recreari? Sed dixisset: Ob hoc ipsum, est bellū quidē nō sit, maxime tamen oportet quæ belli sunt curare ac meditari. Qui eū in pace ea curat quæ pugnae sunt, terribilis erit ipso tēpore pugnae: qui verò rerū bellicarū imperitus est, turbabitur magis etiā in ipsa pace. Quāobrem? Quoniam eorū gratia quæ habet lachrymabitur, & quia illa defendere nequit, dolebit. Possessiones enim meticulousi, & imperitii, atque ad pugnas obeūdas inutilis, omnium eorū sunt qui animo sunt virili, & ad bella gerenda instructi. Itaque huius gratia vos primū armō. Deinde & omne vitæ huius tēpus belli nobis tēpus est. Quomodo & quare ratione diabolus immineat, audi quid dicat: Circuit, inquit, sicut leo rugiēs ac rapere volens. Corporales *1. Per. vi.* passiones innumeræ in nos irruūt, quas necessarium est pertransire, ne frustra nos ipsos seducamus. Quid enim nos, obsecro, nō impugnat? Diuitiæ, pulchritudo, deliciæ, potētatus, potestas, inuidētia, gloria, arrogātia. Non enim nostra solū nos gloria impugnat, in animi humilitatem demittere vetās, sed & ea quæ aliorū est, in odium nos & inuidētiā abducens. Sed quid aduersa? paupertas, ignominia, cōtemptus, abiectio, & nullā prorsus habere potentiam? Hæc quidē in nobis sunt. Quæ verò apud alios homines sunt, verfutia, insidiæ, doli, calūniæ, incōmoda mille. Quæ apud dæmones, principatus, potestates, mūdi rectores tenebrarū seculi huius, spirituales verfutia. Alij sumus gaudētes, alij dolētes. Vtraq; exorbitātia sunt, alios sanitas, alios nos facit infirmitas. Quomodo *2. Tim. 3. d.* non desperauerit quisquā? Vultis & ab ipso Adam exorsus differāvobis, ab ipso mox mūdi initio? Quid primū hominem strauit ac viciit? Voluptas, & escē, & libido dominandi. Quid post hunc filium eius? Inuidētia & odiū. Quid eos qui tēporibus Noë fuerūt? Corporū voluptates, & quæ ex illis nascūtur mala. Quid filiū Noë? Procacitas & licētia. Quid Sodomitas? Lasciuia & petulātia, & saturitas panum. Plerūque verò & paupertas hoc facit. Quapropter sapiēs quisquā dixit: Diuitias & paupertatē ne dederis mihi. Imò neq; diuitiæ, neq; paupertas, sed animus *Prm. 30. d.* vtriusque istis non valens probē vt. Agnosce, inquit, quomodo per mediū laqueorū incedas. Præclare dixit beatus Paulus, In hoc positi sumus. Nō dixit simpliciter, tētatur: sed, in hoc positi sumus, pro eo quod est, ad hoc facti sumus: hoc est opus nostrū, hæc nostra vita, & tu requiē queris? Non instar licetor latum tuum lacerans,

lacerans, & ad sacrificandū cogens? At instat vehementes pecuniarū & auaritiæ cupido oculos nobis efodiens. Nullus miles pyrā nobis incendit, neq; craticulæ nos imposuit? At corporū flamma animā nostram magis incendit, q; ille. Nō adest rex innumera bona promittens, & ab instituto defleētens? At adest vana gloria cupido peius nos illo titillās. Magnū reuera bellū, & admodū magnū. Si sobrij voluerim esse, & vigilare, habet coronas & præsens hoc tēpus. Audi quid Paulus dicat: Reposita est mihi deinceps corona iustitiæ, quā reddet mihi iustus iudex, nō solum autē mihi, sed & omnibus qui dilexerunt aduentum eius. Si quādo filiū amittis, dilectū, vni genitum, in multis diuitiis enutritum, spem bonam præbentē se vnum hereditatem tuam percepturum, ne ingemifcas, sed gratias agas deo, eūmq; glorifices qui illum accepit, & hætenus nō eris deterior Abrahamo. Quæ admodum enim ille filiū suū iubēti ac postulati deo dedit, ita tu accipiente eo nō ingemuisti. Graui morbo decūbit, & accedūt multi ad vanitatē vrgentes, & ij quidem incantationibus, isti amuletis: illi verò aliis quibusdā superstitionibus solamē mali adferre conātur. si propter timorē dei fortiter & immotē tuleris, & omnia malueris perpeti, q; sustinere vt aliquid quod idololatriā sapit facias, hoc tibi martyrij coronam adferet. Non est q; dubites. Et quomodo, quæ ratione? Ego dicam: Quoniam quemadmodū martyr dolores ex tormentis acceptos generose tolerat, ne simulachrū adoret: ita & tu dolores eos qui sunt ex filij morbo, toleras, ita vt nihil eorū quæ ab illo obueniūt pusillanimitè deprecēris, neq; facias quæ ille videtur præcipere. Sed vehemētiore sunt martyrij dolores? At isti diuturniores. Itaq; pari fine delinūt. Sepenumero vehemētiore etiā sunt isti. Quid enim, dic mihi, quādo intus ardēs fatigaris & inflāmaris, & aliis adhortātib; tu incātationē amoues, an nō martyrij corona hoc pacto ornaberis? Rursus amittit aliquis pecuniā? Multi ad diuinatores cōsulēdos adhortātur. Propter timorē dei, quoniā istud prohibitum est, malis non recipere pecunias amissas, q; immoriger esse deo. Parē habebis mercedē cū eo qui pecunias suas pauperibus largitus est, si amissis illis gratias egeris, & cū ad diuinatores ire potueris, sustinueris illas magis nō recipere, q; hoc pacto recipere. Quemadmodū enim ille propter timorē dei in egenos pecunias suas effudit, ita & tu propter timorem dei abreptas illas nō recepisti. In nostro est arbitrio nos ipsos vel lædere, vel illepos seruare, id verò nemo alius potest. Et si vultis, in ipso furto rem istā tractemus & cōsideremus. Parietē perfodit fur? Insiluit in cubiculū. Abstulit aurū magni precij, & lapides auro preciosiores, in summa thesaurū omnē? Euasit etiam & non est interceptus? Graue quidē facinus. Et videtur res ista damnū habere, verum nondū habet, sed in te sitū est vel damnū ex ea vel lucrū facere. Et quomodo potest hoc lucrū fieri, inquis? Demōstrare conabor istud quomodo fiat. Si voles, magno lucro erit: si minus, damno maiore q; id quod factum est. Quæ admodum enim apud artifices, accepta materia peritus quidē artifex bene vt oportet vitur: imperitus verò & illā perdit, & se ipsum damno afficit, ita & in his rebus habet. Quomodo ergo lucro erit? Si deo gratias egeris, si non ploraueris, si verba Iob dixeris, Dominus dedit, dominus abstulit: nudus egressus sum ex utero matris meæ, nudus etiam hinc abibo. Quid

dicis? Abstulit dominus? Et quomodo, inquis, dicere potero; dominus abstulit? Ne mireris. Nā & Iob de illis quæ diabolus abstulerat, dixit, dñs abstulit. Et quomodo tu dicis ea quæ per furem ablata sunt, nō abstulisse dominū? Vtrū miraris ac laudas, dic quæso, an eū qui sua in pauperes effundit, an Iob hæc verba loquētē? Nihil ergo minus habet ab iis qui elemosynas cōtribuūt, Iob ille, qui tamen tū nō dabat. Neque dicas, nihil hinc habeo gratiæ: præter animi mei sentētiā res ista facta est, me nec sciētē nec volētē bona mea fur abstulit, quæ mihi merces erit? Neq; Iob quoque vel sciēte vel volente diabolus ista abstulit. Quomodo enim sciēte poterat? At nihilominus patienter tulit. Potes tu verò tātū acquirere mercedis, quātum si spōte proiecisses. Et mettō magis eū extollimus qui bono animo vim ac fraudē illatā tolerat, q; qui vltro sua elargitur. Quāobrem? Quoniā ille quidē laudibus fouetur & conscientia, spēs; bona fruitur, & postea quā fortiter primū pecuniarū priuationē pertulit, tūc eas proiecit: hic verò mente adhuc alligatus bonis suis vi spoliatus est. Non est autē perinde animo primū ad abnegandas pecunias persuaso illas spōte effundere, & adhuc illarū desiderio detentum priuari. Si hæc verba dixeris, recipies amissa plurimum aucta, & plura etiam q; ipse Iob. Nam ille *10. 42.* duplicia quidē in hac vita recepit: tibi vero Christus centuplū hinc pollicitus est. Non maledixisti propter timorē dei; non vsus es diuinatores; malis affectus gratias egisti? Similis es ei qui bona sua cōtēpsit. Nā & ista non fiunt, nisi primū quæ tua sunt contēpseris. Non idem est autē multo tēpore pecuniarū meditari & exercere contemptum, & subito damnū illatum fortiter ferre. Ita scilicet ex dāno fiet lucrū, & nihil nocenti capies ex diabolo, sed & iuuaberis. Quomodo verò depradatio ista graue damnū adferet? Quando animā dāno affeceris. Dic mihi, Priuauit te pecuniis fur? Tu te ipsum salute priuas. Quomodo? Dum propterea lugēs q; ab aliis male affectus es, te ipsum plurib; malis inuoluas. Ille forsā in paupertatem te cōiecit, tu verò te ipsum letaliter lædis dum mali quicquā propterea cōmittis. Ille te priuauit iis bonis quæ extra te sunt, & postremō te inuitū quoq; deserēt: tu verò te ipsum æternis diuitiis priuas. Cōtristauit te diabolus ablatis pecuniis: afficias illū tristitia & tu. Ne exilaras eū. Si diuinatores accesseris, exilarabis illum. Si deo gratias egeris, letaliter eum vulnerabis. Et vide quid fiat. Neque amissa reperies, si diuinatores accesseris. (neq; enim diuinatores quod quæris, sciēte poterūt.) Sin forte diuinatione rē attigerint, simul tamē animā perdes, & à fratrib; tuis rideberis, ac rursus ea male perdes. Vidēs enim dāno quod damnū ferre nequeas, sed & bonorū tēporaliū gratia deū tuū neges, pecunias reddit, vt occasionē habeat denuo te seducēdi, & ad defectionem à deo sollicitādi. Si verò diuinatores quod queritur dixerint, ne miremini: incorporalis est dæmon, vbiq; circuit. Latrones ipsos ipse in facinora armat. Neq; enim ista sine dæmone fiūt. Si ergo istos armat, & nouit vbi locorū in insidiis abditi sint, non celabit hoc ministros suos diuinatores. Nihil hoc mirum est. Si viderit te dāni gratia dolentem, addet & aliud. Si ridentem viderit & cōtemnentē, cessabit ab hac via. Quemadmodū enim nos illis potissimū afficim; inimicos nostros, quibus eos cōtristamus: si verò viderimus eos nihil inde dolere, desistimus deinceps, vt

Supr. 2. d.

10. 14. d.

Heb. 12. d.

2. Tim. 3. d.

10. 16. g.

Eph. 6. b.

Ibidem. c.

1. Per. vi.

2. Tim. 3. d.

quos non deliquit.

Prm. 30. d.

Eccli. 9. d.

1. Tim. 4. b.

10. 1. d.

qui ne-

qui nequeam<sup>o</sup> eos hac via ledere: ita & diabolus. Quid dicis? Vel non vides eos qui in mari nauigant qui non current pecunias, sicubi tempestas ingruerit, sed & quas habet abiiciat: Quid dicis homo? An tempestatē vltro & naufragiū promoues? Antequā tibi diuitias maris fluctus auferat, tu ea propriis manibus abiicis? Quid te ipsum ante naufragiū, in naufragiū cōiicis? Sed ista rogauerit quidē homo agrestis, & earū tentationum quā in mari accidit imperitus: nauticus verò, qui & quid tranquillitatē operetur, & quid tempestatem efficiat exacte nouit, ridebit etiā ista dicētē. Ob id enim ipsum, dicit, illas proiicio, ne tempestas fiat. Ita & qui rerū huius vitæ, tētationūmq; peritus est, quando viderit imminētē tempestatē, & spirituales verfutias naufragiū facere conātes, etiā quas adhuc habet pecunias abiicit. Obtrigit tibi furtū? Fac eleemosynā, & releuabis nauigium. Diripuerunt tibi quicquā latrones? Tu quod reliquum est, da Christo: ita & quæ ex priorum amissione est, paupertatē solaberis. Releu nauigiū. Quæ māserūt, ne retineas, ne scaphus eueratur. Illi vt corpora cōseruent, iacturā sarcinarū faciunt, & nō expectant donec irruētēs fluctus scaphū subuertāt: tu vt animas serues, nō sedabis naufragiū? Periculū facite. Si mihi non creditis, obsecro periculum facite, & videbitis gloriā dei. Si quid tibi molestū acciderit, da mox eleemosynā, gratias age quod acciderit, & videbis quantū accessurum sit gaudij. Spirituale nāque lucrū, etiam si modicum sit, tātum tamen est vt quodcūque corporale detrimentū obsecuret & tollat. Donec em̄ habes quod Christo des, abundas. Dic quæso, si spoliatū te accedat rex, manū porrigens, & aliquid abs te petens: an non putares te ditiorē omnibus, quod ne post tantam quidem paupertatem regem tui pudeat? Ne rapinæ sis consors. Tantū te ipsum vincas, & vincas diaboli insidias. Potes magna lucrari. Contēnamus pecunias, ne contēnamus animas. Quomodo verò quis illas contēpserit? Non videtis splendida corpora, & eos qui illa adāmant? Quādiu quidē in cōspectu fuerint, inflāmantur incendium, & licēter fertur libera flamma: quāprimū verò illos quisquā abduxerit, protin<sup>o</sup> extincta sunt omnia, omnia sopita: ita & in diuitiis habet. Nemo aurum curiosius obseruet, nemo lapides preciosos, nemo in aures. Visa inescāt oculos. Si omnino dītescere volēs, imitare veteres, nō in auro, sed in rebus necessariis, vt in prōptu habeas quod des aliis. Ne sis ornamentorū studiosus. Istæ diuitiæ latronū insidiis obnoxia sunt, & curas nobis exhibent. Non stent in ædibus tuis aurea & argentea vascula, sed apothecæ frumenti, vini & olei. Stent autem non vt venditis illis argētum compares, sed vt egenis alimoniam subministrēs. Si nos ipsos ab istis superfluis abduxerim<sup>o</sup>, cœlestia bona assequemur: quæ contingat nos omnes assequi in Christo Iesu, &c.

Homilia IIII.

**Q**uapropter & ego non amplius ferens, nisi ad hoc vt cognoscerem fidem vestrā, ne quo pacto tentasset vos qui tentat, & inanis factus esset labor noster. Nuper autē cum venisset Timotheus a vobis ad nos, annunciaissetque nobis fidem ac dilectionem vestram, & quod semper bonā habeatis nostri memoriam desiderantes nos videre, quemadmodū & nos quoque vos. Propterea fratres consolationē nacti sumus in vobis, super quacunq; nostrā afflictione & necessitate per vestram fidem. Nunc enim viuimus, siquidem vos statis in domino. Questio nobis hodie a multis agitata, & magno

**A** studio vndiq; ventilata proponitur. Quæ est autem ista quæstio? Quapropter, inquit, & ego non amplius ferens, nisi Timotheū ad hoc vt cognoscerē fidem vestram. Quid dicis? Qui tāta viderat, qui ineffabilia verba audierat, qui ad tertium vsque cœlum ascēderat, hic fidem Thessalonicensium, idq; Athenis constitutus ignorat, maxime cū nō adeo procul Athenæ à Thessalonica distēt, cūmq; paulò antē ab illis auulsus esset? Dicit enim, orbatī vobis ad momētū horæ. Res Thessalonicensium non nouit, sed cogitur mittere Timotheū ad hoc, vt cognoscat fidem eorū? Ne quo pacto, inquit, tentauerit vos qui tentat, & inanis factus sit labor noster. Quid igitur, dixerit quisquā, Nō omnia nouerūt sancti? Atq; istud multis indicis cognosci poterit, tā ex prioribus, quā ex posterioribus. Quemadmodū Helizæus de muliere illa ignarus erat, & vt Helias ad deū dicebat: Ego reliquus sum solus, & quærunt animam meā: vnde audiebat à deo, Reliqui mihi ipsi septē milia virorū. Et Samuēl quoque cum mitteretur ad vngendū Dauidem, dicebat ad eum dominus: Ne attendas vultum eius, neq; staturam magnitudinis eius, contempsi nanq; eum. Nō enim vt homo aspicit deus: nam aspicit homo vultū ac personā, deus verò cor. Fit autē istud ex multa dei prouidentia. Quomodo, & qua ratione? Et ipsorū sanctorū gratia, & eorū qui illis credūt. Quēadmodum em̄ & persecuciones oriri permittit, ita & multa permittit eos ignorare, vt reprimantur & humilientur. Propterea & Paulus dixit: Datus est mihi stimulus, nimirū carni meæ, angelus satanæ vt me colaphis cederet, ne extollerer supra modū. Et iterū, Ne & alij maiora de ipsis imaginētur. Si enim propter signorū patratiōē putabāt illos esse deos, multo magis hoc putassent si semper omnia sciētes ac vidētes permāsisent. Et hęc rationē ipse quoq; Paulus assignat dicens, Ne quis de me cogitet super id quod vider esse me, aut quod audit ex me. Et rursus audi quid Petrus dixerit cū claudū restituisset. Quid nos, inquit, intuemini, quasi propriavirtute aut pietate claudū istū ambulare fecerimus? Si verò etiā ipsis ista dicētib; ac facientibus, & ex rebus paruis adeo malæ natę sunt suspiciōes, multo magis si maiora fecisēt. Et alia quoque ratione istud permisit: videlicet, ne quisquā dicere queat, nō immeritò sanctos agere potuisse quæ rectē egerūt, eo qd nō fuerint homines, atq; ita omnes remissi ac desides redderentur. Propterea declarat eorū infirmitatē, vt omnē ingratitudinis & impudētię occasionē amputet. Hac ratione Paulus res Thessalonicensiu ignorat, hac ratione sęp numero, tametsi proposuisset, nō venit, vt cognoscerent illū multa nescire. Erat itaq; plurimū hinc vtilitatis. Si enim etiā sic erāt adhuc qui dicerēt: Hic est virtus dei magna, & alij quidem alium atque alium putabant, nisi fuissent ista infirmitatis indicia, quid nō arbitrati fuissent? Videntur autem hoc quidem loco illi non nihil reprehendi, verum multo magis quā sint præclari manifestatur, & excellentia tentationū demonstratur. Quomodo? Attēde, Si prædixisti illis, qd in hoc positi sumus, & nemo inde perturbetur, vt quid Timotheū denuo mittis, veritus ne quid accidat eorū quę nolles? Ergo hoc ex multa dilectione facit. Amantes em̄ etiā quę tuta sunt, suspecta habēt, ex multo dilectionis feruore. Hoc verò ex multis tētationibus est. Nam dixi quidē, inquit, quod in hoc positi sum<sup>o</sup>, excellentia tamen malorū terruit me. Propterea nō dixit, im-

**x**it, improbas vos illū mitto, sed nō amplius ferens: quod magis erat amicitię. Quid est, ne quo pacto tētauerit vos qui tētat? Vides qd diabolicum opus sit in afflictionibus concuti ac dimoueri, diabolicāq; incitatio? Quādo em̄ nos ipsos nō potest, aliter propter nos infirmiores permouet: id quod excellentis imbecillitatis est, & nullā prorsus excusationē habētis. Quemadmodū cum Iob egit, vxorē incitās, Dic verbū, inquit, aduersus dominū, ac mōrere. Vides quomodo illā tentauit? Quare verò nō dixit, cōmouerit: sed, tentauerit? Quoniā tantum dūtaxat, inquit, veritus sum, quantū ad tentandū vos attinet. Non enim tētationē satanæ cōmotionem vocat. Qui nanque tētationē & incursum eius admiserit, is demum permouetur & concutitur. Papæ, quantus amoris affectus in Paulo est. Nihil illi curæ fuerūt, quās patiebatur, afflictiones & insidias. Puto enim eum tum illic māsisse, quēadmodū inquit Lucas, quod in Hellada māserit tres menses, factis insidiis à Iudæis. Pericula nō curabat, sed discipulos. Vides qd omnia naturalē patrē exuperarint? Nam nos quidem in afflictionibus & periculis omnium memoriam abiicimus: ipse verò ita verebatur ac tremebat filiorū suorū gratia, vt quem vnū dūtaxat habebat solatij loco, Timotheū, & consortē ac cooperariū suum, hūc in ipsis periculis ad eos miserit. Et ne inanis, inquit, factus sit labor noster. Quamobrē? Nam etiam si eueri essent, an nō præter tuā culpam, an nō præter tuam segnitie factū esset? Nihilominus, inquit, & horum omniū mihi laborem inanem factū esse putarem, ex multo fraterno amore. Ne quo pacto tentauerit vos qui tentat. Tētat autem ignarus an deiiciat quē tētat. Deinde ille quidē etiā cū nihil certi habeat, nos aggreditur: nos verò sciētes qd certò ac vehementer ipsum prostraturus sumus, nō tamen sobriè vigilamus. Quod verò ignar<sup>o</sup> nos impetat, in Iob declarauit. Dicebat enim ad deum verfutus ille dæmon: Non tu circunvallasti illum & intus & foris? Aufer quæ habet: haud dubiè in faciē tibi benedicet. Tentat. Si quid infirmū viderit, aggreditur: si robustū, abstinet. Et inanis, inquit, sit labor noster. Audiamus oēs quomodo laborauerit Paulus. Non dixit, opus nostrū, sed labor noster: nec dixit: Et vos perieritis, sed labor noster: itaq; etiā si quid accidisset, nō frustra factū fuisset. Quoniā verò nō accidit, plurimū vos admiror & suspicio. Hęc quidē expectabamus, inquit: euenerūt autem cōtraria. Non enim solum nihil augmenti afflictionibus nostris addidistis, sed & consolari estis. Nuper verò cum venisset Timotheus, inquit, à vobis ad nos, annunciaissetq; nobis fidem ac dilectionē vestram. Annunciaissetq;, inquit, vides vehementē Pauli lætitiā. Nō dixit, ἀπαγγέλλαντος simpliciter annūciasset: sed, εὐαγγελίζου: hoc est, vt rē lætā & desideratissimā annūciasset. tantum videlicet bonū æstimabat illorum corroboratiōē ac dilectionē. Necessariò nāq; solida manētē illorū dilectione, corroborata erat & fides. Dilectionē verò eorū ideo suspirabat, & audire gaudebat, qd ea esset fidei signum ac testimonium. Et quod semper bonam habeatis nostri memoriam desiderantes nos videre, quemadmodum & nos vos quoque: hoc est, laudādo nos nō solum cū præsentēs essemus, aut cum miraculis inlascēremus, sed & nūc cū procul absūmus à vobis, & percutimur, innumerāq; mala patimur, memoriā nostri bonā habeatis. Audite quomodo prædicantur & cōmendantur di-

**A** scipuli, quomodo beatificantur, bonā doctorū suorū memoriā habentes: imitemur istos. Nos enim ipsos, hoc faciētes, nō eos, quos vt doctores diligimus, iuuabimus. Desiderantes, inquit, nos videre, quemadmodū & nos vos quoq;. Et hoc sanè illos exhilarauit. Plurimū quippe solatij & recreationis diligenti adfert, si ei quem diligit, qd à se diligatur manifestum esse cognouerit. Propterea fratres cōsolationē nacti sumus in vobis super quacunq; nostrā afflictione & necessitate per vestrā fidem. Nūc etenim viuimus, si quidē vos statis in domino. Quidnam Paulo par esse poterit, qui proximorū salutem suam esse duxit? non aliter erga quosuis affectus qd reuera erga propria mēbra? Quis nūc hanc vocem promere valebit? Imò quis ita poterit vnquā affectus esse? Nō perit vt gratias sibi habeat propter tentationes quas illorū sustinebat, sed gratiā ipsis habet, propterea quod à proposito nequaquā propter tētationes suas dimori essent: quasi diceret, Vobis em̄ ex tētationibus nostris plus mali ac dāni intētatum est, qd nobis: vos tentati estis magis, qd nos: vos nihil patiētes, quā nos aduersa sustinentes. Quoniā ista nobis prospera Timotheus annunciauit, nihil iam rerū tristium sentimus, sed cōsolationē adepti sumus super quauis afflictione nostra, non ista solum. Bono nanque præceptorī nihil amplius molestum erit, quādiu quæ discipulos cōcernunt, iuxta animi sentētiā procefferint. Per vos, inquit, solatium accepimus, per vos corroborati sumus. Atqui cōtrarium hoc erat: siquidē doctores afflictos animis nō cōcidere, sed fortiter stare, ad hoc valet, vt discipuli corroborētur. Sed totū cōtrarium facit Paul<sup>o</sup>, & encomiū in illos cōuertit. Vos, inquit, ad certandū nos instructos reddidistis, vos vt respirarem dedistis, vos nō permisistis vt tētationes nostras sentiremus. Et nō dixit, recreati sumus, aut solatiū adepti sumus: sed quid? Nūc viuimus, inquit, ostēdens se & tentationē ac mortē nihil aliud putare qd ipsorum offendiculum, quando quidē & vitam suam nihil aliud æstimet quā ipsorum profectū. Quonā pacto quisquam alius vel mœstitiā propter discipulorum infirmitatem, vel gaudiū, clarius expressisset? Non dixit, gaudemus, sed viuimus iam vitam illam futurā. Itaque sine vestro profectu ne vitam quidem vitā esse putamus. Ad hūc modū oportet animatos esse præceptores, ita discipulos. Hoc si fuerit, nihil vnquā accidet absurdi. Deinde idē adhuc exaggerans, vide quid dicat: *Quam enim gratiarum actionem possumus vestri gratia deo rependere super omni gaudio quo gaudem<sup>o</sup> propter vos in cōspectu dei nostri nocte ac die supra modū orantes, vt videam<sup>o</sup> vestrā faciē, & suppleam<sup>o</sup> quę desunt fidei vestrę.* Non, inquit, vitæ nobis dūtaxat causa facti estis, sed & multæ lætitię, ac tātæ, vt nequeamus deo dignas satis agere gratias. Vestrā, inquit, virtutē arbitramur esse donū dei. Talibus nos beneficiis affecistis, vt putemus ea, & à deo nobis donata esse: imò magis à deo. Neq; em̄ humani est vel animi vel studij tantus affectus. Nocte, inquit, ac die supra modum orātes. Et hoc erat indicium gaudij. Quēadmodū enim agricola quisquā audiens de agro suo quem cum labore operatus est, qd fructibus sit onustus, corām voluptatem ac iucunditatē illā videre desiderat: ita & Paulus Macedoniam. *Supra modum orantes.* Vide hyperbolen. *Vt videamus vestram faciē, & suppleamus quę desunt fidei vestrę.* Magna hęc est quæstio. Si enim nunc viuus propterea qd illi stant, & Timotheus annunciauit tibi fidem

*ta deo donata esse, vel potius etiā à deo.*



bi fidē ac dilectionē corū, rātōq; refertus es gaudio, vt nequeas deo sufficienter agere gratias: quomodo hīc fidei illorū aliqua adhuc deesse dicis? An nō adulationem sapiūt verba illa? Nequaquā: Absit. Etenim praeoccupans testimoniū illis exhibuit, q; multa certamina sustinuerint, nec deteriores aut inferiores sint ecclesiis in Iudaea existētib; . Quid est ergo? Nondū omni fuerant doctrina potiti, necdū omnia quae cognoscenda erāt, didicerāt. Atq; hōc circa finem declarat. Voluebatur forte apud eos quæstio de resurrectione: & cōplures erāt qui eos turbabāt, nō iā tērationib; externis aut periculis, sed falso sese doctores simulantes. Hoc est quod dicit, quæ defunt fidei vestra. Et propterea dixit, vt quæ defunt, suppleam: nō autē, vt vos corroboremus. Sed vbi fidei quidem illorū metuebat, Timotheum, inquit, misi ad hoc, vt cōfirmaret vos: hīc verō, vt suppleamus quæ defunt, id quod magis doctrinæ est q̄ corroborationis. Quē admodū em̄ & alibi dicit, Vt instructi sitis ac perfecti, ad omne opus bonū. Perfectū autē est in quo parum adhuc deest: nam perficitur. *Ipsē vero deus ac pater noster, & dominus noster Iesus Christus dirigat viā nostrā ad vos. Vos autē abūdantes faciat dominus & exuberātes mutua inter vos dilectione, & erga omnes sicut & nos erga vos. Excellētis hoc dilectionis est, q; non solū apud seipsum precatur, sed & epistolę precationē suā indit. Feruētis istud animi & verē intēperātis, & precū quæ illic fiebāt iudiciū est & exēplū, simul & excusatio, q; non sua spē vel pigritiæ causa illis abessent: quasi dicat, Ipse verō deus tērationes illas quæ nos vbiq; agitāt ac remorantur, amputet, quō recta ad vos ire liceat. Vos autē abūdantis faciat dominus & exuberātes. Vides effrānē dilectionis insaniā, quā verbis ostendit? Abūdantes, inquit, & exuberātes, pro crescentes, vt dici solet: Admodū abunde ab illis amarī desiderat. Sicuti & nos, inquit, erga vos. Quod nōs quidem cōcernit, iā est, quod vos verō oramus, vt fiat. Vides quō velit illorū extēdi dilectionē? Nō solū vt mutuo alius alium inter se, sed vt omnes vbiq; diligāt. Hoc em̄ verē demū diuina dilectio est, si omnes cōplectatur: Si verō aliū quidē diligis, aliū autē non item, humana erit amicitia. At nostra non est talis, Sicuti & nos erga vos. *Vt confirmet corda vestra irreprehensibilia in sanctimonia coram deo & patre nostro, in aduentu domini nostri Iesu Christi, cū omnibus sanctis eius. Dilectionē declarat nō illis quos diligūt, sed ipsis lucrosam & vtilem esse. Vellem, inquit, abundantē esse vestrā hanc dilectionē, ne quis vestrum reprehensibilis fieret. Nō dixit, vt cōfirmet vos, sed corda vestra. Ex corde nāq; prodeūt cogitationes malæ. Potest enim malus esse etiā qui opere nihil mali fecerit: vt pote, potest inuidiam habere, perfidiā, dolū, potest gaudere in malis, nō esse amic⁹, dogmata habere puerua. Hæc omnia cordis sunt. Sanctimonia est ab istis purū esse. Sanctimonia quippe propriē excellēs dicitur mētis castitas: nā & immūditia est fornicatio & adulteriū. Vniuersaliter verō quoduis peccatum immūditia est, & quauis virtus mūditiā. Beati nāq; inquit, mūdi corde. Mūdus dicit, qui prorsus mūdi sunt. Possunt em̄ & alia inquinare, & nō minus: q; nāq; malitia animā polluat, audi quid propheta dicat: Laua, inquit, Hierusalem à malitia cor tuū. Et iterū: Lauamini, mundi estote, auferte malitiā ex animabus vestris. Nō dixit, auferte fornicationes. Itaq; nō solū fornicatio, sed & alia polluant animam. Vt cōfirmet, inquit, corda ve-**

Mic. sup. 4.

2. Tim. 3. d.

Mat. 15. d.

Apoc. 14.

Mat. 5. d.

Hier. 4. d. 1. d.

stra irreprehensibilia in sanctimonia corā deo ac patre nostro in aduentu domini nostri Iesu Christi cum omnib; sanctis eius. iudex ergo tūc erit Christus. Nō solum autē ante illū, sed & ante patrē stabimus iudicandi: aut hoc dicit, Vt sitis irreprehensibiles coram deo. Hoc semper dicit, corā deo. Nam hīc virtus ipsa sincera est, non corā hominibus. Dilectio itaq; irreprehensibiles facit, & reuera irreprehensibiles facit. Cū aliquādo de hac re cū quodā differerē ac dicerē dilectionem irreprehensibiles facere, & amicitiam quæ est erga proximum, nullum improbitati permittere ingressum, & reliqua omnia sermone peturrerem & enuclearem, quisquam ex iis qui mihi noti sunt, seipsum ingerens dicebat. Quid ergo fornicatio? Nō licet ergo & amare & fornicari? Atqui ex amicitia fornicatio nascitur. Nam avaritia quidem, & adulteriū, & inuidia, & insidiā, & quæcunque talia, à dilectione proximorū amputari poterunt, fornicatio verō quomodo, inquit? Ego igitur dicebā, dilectionem proximi fornicationem quoq; amputare posse. Nā si quis mulierem fornicariam dilexerit, etiam ab aliis illam viris abducere conabitur, nō autē ipse quoque peccata eius accumulabit. Vehementer itaque mulierē odit, qui cū ea scortatur: & rursus verē mulierē diligit, qui à scelesto illo actu eam abducit. Et nō est, nō est, inquā, aliquod peccatū quod nō dilectionis virtus, instar ignis, cōsumat. Facilius enim est stipulā tenuem ac vilem multo igni resistere, q̄ peccati naturā dilectionis vi ac potētia. Hāc itaq; in animis nostris plantemus, vt cū sanctis omnibus stemus. Etenim illi omnes per dilectionē proximi deo placuere. Vnde erat q; Abel non occidit, sed occisus est? Ex eo quōd vehementer diligebat fratrem. ne cogitationē quidē talem mente concipere sustinisset. Vnde sibi Cain inuidentiæ perniciem cōcepit? (nō enim deinceps illū Abelis fratrem dixerim) Ex eo quōd nō erāt solidata apud ipsum dilectionis fundamenta. Vnde celebres facti sunt filij Noë? An non ideo q; admodū amarūt patrē suum, nec nudū eū videre potuerunt? Alius verō quomodo maledictus est? An nō ideo q; patrē nō dilexit? Abraham vnde inclaruit? Nō ex dilectione qua nepotem suum Loth seruauit, & qua pro Sodomitis supplicauit? Vehementer enim, vehementer, inquam, erant sancti aliorum malis cōdolentes. Nam cogita mihi, quæso: Paulus ille adamantinus ignis contemptor, robustus & immobilis, semper incōcussus, timore dei cōfixus, inflexibilis, (Quis enim nos, inquit, separabit à dilectioe Christi? Adhictio: an angustia? an psecutio? an fames? an nuditas? an periculū? an machæra?) qui his omnib; restitit, terræ quoq; & mari, qui adamātinus inferorū portas derisit, cui virtutem nihil prorsus excepit, aut sustinuit: is, inquam, Paulus cū videret dilectorū quorūdā lachrymas: ita perfrāgebatur & cōtere batur adamas ille, vt animi affectionē nō abscederet, sed mox diceret: Quid facitis flētes ac cōterētes cor meū? Quid dicis, dic quæso? Adamātinū hūc animū lachryma conterere potuit? Etiā, inquit. Nā omnib; resisto, vna dēpta dilectione, illa me vincit ac superat: hoc deo ita pbatur, Abyssus aquarū ipsum nō cōtriuisset, & modica lachryma cōtriuuit. Quid facitis, inquit, flētes ac cōterētes cor meū? Multa nāq; lachrymę vis est. Nō vides ipsum quoq; flentē? Quid fles dic quæso? Per triēniū, inquit, noctes ac dies nō cessauī cū lachrymis admonere vnūquēque. Ex multa dilectione metuebat ne qua pestis ir-

Gen. 4. b.

ibid. 9. e.

Rom. 8. f.

1. Cor. 13. g.

1. Cor. 13. g.

1. Cor. 13. g.

1. Cor. 13. g.

1. Cor. 13. g.

1. Cor. 13. g.

2. Cor. 2. b.

reperet. Et iterū: Ex multa quippe adflictione & anxietate cordis scripsi vobis per multas lachrymas. Quid Ioseph autē, dic quæso, robustus ille, qui tantæ tyrannidi restitit, qui contra tantam amoris pyram adeo virilis cōparuit, qui tantam heræ suæ insaniam vicit ac superauit? Qui nanq; factū est q; illū tunc nō demulsit facies venusta, dignitatis sublimitas, vestiū preciositas, aromātū fragrantia? Solent enim & ista animū emollire: deinde verba omnium mollissima. Scitis nanq; mulierem amantem, adeoq; vehemēter amantē, nihil quauis humile ac demissum loqui detrectare, supplicātis etiā personam induētē. Adeo quippe erat animo fracto mulier auro cōspicua, & in dignitate regia cōstituta, vt forte & ad genua pueri captiui seiplam abiecerit, forsā & lachrymabūda, genib; illius prehēsis obsecrauerit, idq; nō semel atq; iterū, sed sepius tētauerit. Videre licebat & oculos tum maximē splendētes. Neq; enim dubitandū quin non temerē ac negligēter, sed magna se curiositate ac sedulitate adornauerit, tāquā quæ multis retribus cupiebat agnū Christi attrahere & capere. Adde mihi hīc & multas incārtaiones. Attamē ille erga mulierē inflexibilis adeo, solidus & saxeus, cū videret fratres suos, à quibus fuerat diuēditus, in puteum missus, alienis traditus, qui etiā occidere proposuerāt, qui & carceris & rursus honoris causa fuerāt, vt ab illis audiret vt pater esset dolore affectus, (nam diximus, inquit, vnum ex fratribus cibum esse factū ferarum) animo frangebatur, commolliebatur, contere batur, ac flebat, inquit: & cum animi affectionem non ferret, ingressus cubiculum sese cohibebat, hoc est lachrymas abstergebat. Quid ob hāc rem illachrymas o Ioseph? Atqui causa ista non lachrymas exigit, sed iram, furorem, indignationem, magnūmq; suppliciū, ac debitam retributionē. Habes in manib; hostes & fratricidas: potes animi furorem explere. Neq; iniuriā facies: non enim prior illos laceffēs, sed vlcisceris eos qui primi iniuriam intulerunt. Nec mihi ad dignitatem obrigit, sed ex deo, qui tibi gratiam hanc infudit. Quid fles? Sed ista rogāti respondisset vtiq; Absit, vt in omnibus clarus ac celebris effect⁹, hæc omnia per istam iniuriarū memoriam & vltionē perdam. Reuera lachrymarum hoc tempus est. Non sum bestiis durior & inhumanior. Reconciliantur enim illæ cum iis quæ suæ sunt naturæ, quicquid tandem mali passæ sint. Fleo, inquit, quoniam omnino me talia affecerunt ac permouerunt. Hunc imitemur & nos, & lugeamus eos qui iniuria nos affecerūt. Nō irascamur illis. Sunt enim verē defēdi, ppter poenā & cōdemnationem cui seipos obnoxios cōstituunt. Noui quā nunc fleatis ac suspiretis, & Paulū admirantes, & Iosephum stupentes, ac beatum iudicantes. Verum si quisquā vestrū inimicū habet, ad memoriam nūc illum reuocet, in animū sumat, vt dum adhuc feruida fuerit ac recēs sanctorū memoria, ab infixa ira cor liberari absoluiq; queat, & animus acerbus & obduratus emolliri. Noui quā primū hinc fueritis egressi, quam primū ego loqui desiero, etiam si nō nihil calor ac feruoris in animis vestris hæreat, nō tamen tantū futurū quantum nūc est dum me auditis. Si quis igitur veluti frigore cōstrictus est, dissoluat iam pruina. Est enim verē pruina & frigus iniuriarū memoria. Sed inuocemus Solem iustitiæ, oremus eū vt radios suos emittat, & non erit amplius cō-

Gen. 37. d. 1. Cor. 4. 2. c.

1. Cor. 13. g.

1. Cor. 13. g.

1. Cor. 13. g.

1. Cor. 13. g.

1. Cor. 13. g.

1. Cor. 13. g.

1. Cor. 13. g.

gelata pruina, sed fluuialis vnda. Si Sol ille iustitiæ animas nostras igne suo cōtigerit, nihil relinquet cōgelatum, nihil durū, nihil frigore adustū, nihil infrugiferum, omnia exhibebit matura, omnia dulcia, omnia plurima iucūditate referta. Si dilexerim⁹ nos inuicē, adueniet ille Solis radi⁹. Date mihi obsecro cū alacritate ista dicere, facite vt audiā me nō nihil verbis istis apud vos perfecisse, vt audiā aliquē, cui inimicus fuerit, hinc digressum mox vtrifq; illū manibus circūdedisse, cōplexum esse, in collū eius effusum, osculatū esse ac lachrymassē. Et si fera is fuerit, aut lapis, aut quicquid aliud, ab ista tamē benignitate & humanitate mitigabitur. Etenim quare hostis tuus est? Contumeliā tibi intulit? At nihil læsit. Sed pecuniarū gratia cōtemnis fratrem inimicātem? Noli obsecro: remittamus omnia. Nostrū est hōc tēpus: vtamur illo vt oportet: funes peccatorum amputemus. Antequam ad iudicium & tribunal veniamus, iudicemus nosipfos inuicem. Sol, inquit, nō occidat su-

per iracundiā vestram. nemo differat. Dilaciones cōtationes pariunt. Si hodie distuleris, magis erubescēs. Et si craftinū diem quoq; adieceris, maior tibi pudor erit: & si tertium, adhuc amplius pudebit. Ne nosipfos dedecoremus, sed remittamus, vt & nobis remittatur. Si vero nobis remissum fuerit, omnia bona assequemur in Christo Iesu domino nostro & c.

Homilia quinta.

*Q*uod reliquū est fratres, rogamus vos & obsecramus in domino Iesu, vt quē admodū à nobis accepistis quomodo ambulandum vobis sit & deo placendū, magis abundetis. Nostis enim quæ vobis præcepta per dominū nostrū Iesum Christum dederimus. Ea quippe voluntas dei est, nimirū sanctificatio vestra. Quādo vrgentibus & iis quæ in manibus sunt obstiterit & incubuerit, aggressurūsq; deinceps ea est quæ cōtinua sunt, quæq; cōtinuē audire oportet: tū illud quod reliquū est, præmittere solet: hoc est, semper quidē ad cōtinuationē vos rogamus & obsecramus in domino. Papæ, ne ad obsecrandū quidē dignum seipsum estimat (quanquā quis ita dignus erat vt ipse?) sed Christum assumit, Per deū, inquit, obsecram⁹ vos: id quod & ad Corinthios dixit: Deus, inquit, vos obsecrat per nos, vt quē admodum accepistis à nobis. Illud, accepistis, nō verborū dūtaxat est, sed & rerum. Quomodo ambulare vos oporteat. Omnē hīc vitę cōuersationē cōprehēdit ac declarat. Et placere deo, vt magis abundetis: hoc est, vt ex maiore & abundāiore cautione præceptis nostris cōtenti nō sitis, sed trāscendatis etiam. Hoc enim est quod dicit, vt abūdetis magis. Nam in præmissis quidem præclarā & admirandā eorum fidē ac constantiam cōmendauit, hīc verō vitā cōponit. Hoc enim illos profecisse fuerit, si præcepta & mādāta apostolica superauerint. Tamen enim non iā amplius ex præceptorā coactione, sed ex ppria spōtaneāq; animi prōptitudine cuncta sūt. Quemadmodū enim tellurem oportet nō accepta duntaxat semina referre ac reddere, ita & animā oportet non in acceptis tātum præceptis cōsistere, sed etiā trāscēdere. Vides q; merito dixerim oportere transcendere? Est enim in hæc duo discreta virt⁹, nēpe vt declinetur malū, & fiat bonum. Ad virtutis enim aditum nō satis est à malis fecissim fecisse, sed hoc iter quidē est & initiū quoddam eō deferens, verū multa animi alacritate præterea opus est. Itaq; quæ fugienda quidē sunt, præceptorū authoritate illis interdicit. Et merito: Nā ea

si quidem

Mat. 19. b

discipu- los taxat.

Hebr. 12. c

1. Tim. 5. d

2. Cor. 6. a. b.

Heb. 12. d

si quid feceris, adferet supplicium: si vero omiseris, nullum adferet encomium. Quæ verò ad ipsam virtutem pertinet, utpote pecunias expendere in pauperes, & quæcunq; talia, non item in præceptorum ordinem ponit. Sed quid? Qui potest capere, inquit, capiat. Verisimile ergo est eum cum multo timore ac tremore illis præcepisse, pietatisq; huius per literas eos admonuisse. Vnde & præcepta ipsa nominatim non ponit, sed eos admonet dicens: Nostis enim quæ præcepta vobis dederimus per dominum nostrum Iesum Christum. Ea quippe voluntas dei est, nimirum sanctificatio vestra. Et vide quomodo nusquam de alia quapiam re adeo vehementer obscure ac latenter loquitur, jatq; de ista. Quemadmodum & alibi scribens dicit: Pacem sectemini cum omnibus, & sanctificationem, sine qua nemo dominum videbit. Et quid miraris quod ubiq; discipulis de hac re scribit? quoad & Timotheo scribens dixerit, Te ipsum castum custodi. Et in secunda ad Corinthios epistola: In multa tolerantia, in ieiuniis, in castitate & puritate. Et in multis locis hoc invenire licet, & in ea quæ ad Romanos est, & passim in omnibus ubiq; epistolis. Reuera namque quosvis hoc malum corrumpit ac perdit. Et quemadmodum porcus in cæno volutatus, quocumque ingressus fuerit, omnia foetore replet, ac sensus graue olenti stercore imbuit: ita & scortatio malum est quod difficile abluatur. Quando verò etiã illi qui uxores habent scortantur, quanta est absurditatis istius excellẽtia? Ea est enim voluntas dei, inquit, nimirum sanctificatio vestra. *Ut abstineatis ab omni scortatione.* Multa namque sunt confusionis & intemperatiæ genera, multiformes ac variæ lasciviæ voluptates, quæ ne dici quidem per honestatẽ possunt. Dicens verò ab omni scortatione, reliqua sciẽtib; relinquit. *Et sciat unusquisq; vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in affectione concupiscentiæ, quemadmodum & gætes quæ deum ignorant.* Et sciat, inquit, unusquisq; vestrum vas suum possidere. Ergo disciplina est res ista, & multæ, ne lasciviat. Nos ergo vas nostrum tum possidemus, quando mundum fuerit. Quod verò immundum est, peccatum ipsum possidet. Et merito. Non enim vas nostrum immundum quæ volumus facit, sed quæ peccatum imperat. Non in affectione concupiscentiæ, inquit. Et modum hinc declarat, iuxta quem servanda sit castitas ac temperantia, nempe ut affectiones concupiscentiæ amputentur, etenim & delicia, & diuitiæ, & socordia, & segnitias, & ocium & quæcunq; talia, in absurdam nos concupiscentiam deducunt. Quemadmodum & gentes, inquit, quæ deum ignorant. Tales enim illi sunt, qui non credunt se aliquando poenas duros. *Ne quis supergrediatur ac fraudet fratrem in negotio.* Bene dixit, Ne supergrediatur. Vnicuique deus suam dedit uxorem. Terminos posuit naturæ, commixtionem illam cum vna: itaq; quæ cum altera sit, transgressio est, latrocinium, & fraus: imò quovis latrocinio peior ac grauior. Non enim ita dolemus propter ablatas pecunias, atq; propter violatum & corruptum coniugium. Fratrem vocas, & defraudas, idque ubi minime oportet? De adulterio hinc dicit: supra verò etiã de quavis scortatione. Cum enim dicturus esset, non supergrediendum neque defraudandum esse fratrem, ne putes me, inquit, de fratre duntaxat ista loqui: sed neq; aliorum uxores, neq; innuptas, neq; eas quæ communes sunt, habere oportet: ab omni scortatione abstinendum est. Quapropter dicit: *Propterea quod vltor est dominus de omnibus istis.* Obsecrauit eos primum & cum dixit quemadmodum, &

gætes pudore suffudit, deinde apologis adiecit, quàm absurdum sit defraudare fratrem ostendit. Postea & caput ipsum ac summam inducit, dicens: Propterea quod vltor est dominus de omnibus istis. *Quemadmodum & prædiximus vobis ac testati sumus.* Neq; enim impune ista facimus, neq; tantum voluptatis iam capimus, quantum expectamus ac sustinebimus supplicij. *Non enim vocavit nos deus propter immunditiam, sed ad sanctificationem.* Quonia dixerat, ne quis defraudet fratrem, & subiunxerat deum fore vindicem, ostendens poenas daturum qui mala ista fecerit, etiã si incredulus perpeffus illa fuerit, dicit, non ideo te puniet, ut illum vindicet: sed propterea quod ipsum contumelia affecisti. Ipse te vocavit, vocanti contumeliã intulisti. Propterea subiunxit: *Proinde qui aspernatur, non hominem aspernatur, sed deum, qui dedit spiritum sanctum suum in nos.* Itaq; siue reginã corrueris, siue famulã tuam nuptam existentẽ, pari culpa teneberis. Quare: Quia non perfonas læsas vindicabit deus, sed seipsum. Simul enim atq; pollutus es, deum illud, quandoquidẽ utrobique coniugium est. Etiam si adulterium non commiseris, scortatus autẽ fueris, tamen etsi virum non habeat scortum, vindicabit tamẽ deus: seipsum enim vindicabit. Hoc enim faciẽs non ita hominem contemnis atq; deum. Et hinc manifestum est quod adulterium committens, virum quidem celas, deum verò vidẽtem non fallis. Nam dic mihi, si quis pura dignatus a rege, & mille aliis honoribus, iussuque honoribus acceptis dignẽ vivere, abiẽs contaminaretur in muliere quadã, in quem caderet ignominia quẽso? An in purpurã, vel in regem qui illam dedisset: Contaminaretur quidẽ & illa, sed non æquẽ ut rex. Quapropter obsecro caueamus hoc peccatum. Quẽadmodum enim mulieres nos punim? quãdo nobis nuptæ, aliis seipsas coniungunt: ita puniemur & nos, & si non a Romanis legibus, certẽ a deo. Etenim & istud adulterium est. Adulterium quippe non tum solum est, quãdo mulier alteri nupta mœchatur, sed & quando vir hoc facit qui uxori alligatus est. Attẽde diligẽter quod dico. Etsi namque graue sit multum quod dico, necessarium tamen est ut dicam, ut in posterum corrigatur hoc malum. Non hoc ergo duntaxat adulterium est, quod mulierem viro coniunctã corrupimus, sed & si dimissam ac solutam, ipsi vxoribus alligati, corruerimus, adulterium est. Quid enim quod fornicaria nemini alligata est? Si tu alligatus es uxori, legẽ transgressus es, carnẽ tuam iniuria affecisti. Etenim dic mihi, cur punis vxorẽ etiam si cum soluto viro & vxorẽ non habente fornicetur? Eo quod adulterium committit. Quamobrem? At qui vxorẽ non habet qui cum ea fornicatur. At ipsa alligata est viro. Iã & tu alligatus es uxori. Ergo tuum quoque facinus pari ratione adulterium est. Qui enim dimiserit, inquit, vxorẽ suam præter fornicationis causam, facit eã adulterium committere: & qui dimissam duxerit, adulterium committit. Si ergo qui dimissam ducit, adulterium committit: qui cum sua & illam corripuit, manifestum est planẽ quod adulterium committat. Sed vobis quidem viris ista satis dicta sint. Nã & Christus de talibus: Vermis, inquit, eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Iuueni verò gratia necessẽ est ut admoneã. Non enim viris duntaxat, sed & vobis iuuenibus ista congruunt. Et quomodo? Iã dicã. Qui scortari non didicerit, neq; mœchari sciet. Quivero scortis fuerit inuolutus, mox & in adulterium quoque prolabetur, etiã si non in coniugatis, sed in solutis mulieribus

non pre- te fert.

Mat. 5. a

Mari 9. g

Iuuenes cu- to matri- monio subden- dos esse.

1. Cor. 7. a

filii mariti morit.

Pro. 5. a. Mel in fel.

\* His. i. qua. nepe meretrix, ut est apud seipsum. Ibidem.

lieribus corrupti deperireque cœperit. Quid itaq; admoneo? ut radices huius mali, quotquot iuvenes habetis, excidatis. Ad honestam vitam eos instituere, statimque conubiali iugo subdite. Dum enim adhuc in iuuetute sunt, concupiscentiæ fluctibus impetuntur. Priusquam nuptiarum quidẽ tempus fuerit, admonitionibus, minis, terroribus, pollicitationibus, & innumeris aliis eos cohibete. Vbi vero nuptiarum tempus & ætas aduenit, nemo differat. Ecce pronubæ verba loquor, dum liberos vestros coniungo. Sed nihil pudet ista dicere, quandoquidẽ neq; Paulus erubuit dicẽs, Ne defraudetis vos iniucẽ, id quod isto turpius esse videt. At nihil erubuit. Non enim verbis intẽdebat, sed ipsis operibus quæ per verba corripiebantur. Quando filius tuus fuerit adultus, antequam illum ad militiam aut aliud vitæ genus instituas, quæ nuptias concernunt, pures. Et ille si viderit statim sibi ducendam esse sponsam & modica intercapedine distare nuptias, poterit sustinere flammam. Si verò cognouerit te tardare moramque necetere, & expectare dum multam acquisierit rerum accessionem, ut tum demum nuptias paraturus sis, mox ob longitudinẽ temporis desperata continentia, in scortationem dilabatur. Sed heu & hic quoque malorum radix est avaritia. Quonia enim nemini curæ est quomodo castus ac modestus sit filius, sed in aurum insanunt omnes, ideo nemo quoque rem istam curat. Proinde de adhortor ut primum animos ipsorum componatis. Si sponsam castus accesserit filius, si illa corpus solũ viderit, & vehemens erit desiderium, & timor dei maior, honestatẽ; reuera erunt nuptiæ munda & immaculata corpora coniungentes, & qui ex illis nascetur liberi, multa erunt benedictione referti: obtuleruntque sibi iniucẽ sponsus & sponsa. Aliorum enim mores cum vtrique non sint experti, subiiciuntur & obsequuntur sibi iniucẽ. Adolecẽs quippe si lasciuire cœperit, morumque fornicariorum experientiam acquirere, ad primam quidẽ & alteram usque vesperam laudabit uxorem suam, postea verò statim in pristinam relabatur petulantiam, effusum & indecorum risum, verbaque multa illiberalitate plena, & mores fractos ac delicatos, atque omnẽ aliam turpitudinẽ, quã sine decori læsione narrare nequimus requirẽs. Hæc verò præstare non sustinebit puella libera & ingenua, neq; seipsam deturpare poterit. Propter vitæ namque communionem & puerorum procreationem adiuncta viro est, non turpitudinis risusque gratia, ut domum administraret, ut & virum ad honestatẽ & castitatẽ erudiat, non ut illi fornicationis incitamentum porrigat. Sed iucundi tibi videtur mulieris fornicariæ mores? Noui: Nam scriptura hoc dicit: Ex labiis, inquit, mulieris fornicatricis distillat mel. Etenim ad hoc omnia ista molior, ne mellis huius gustum capiant adolecẽtes. Mox namque in fel amarum mutatur. Atque etiã istud scriptura dicit: Quod quidem, inquit, ad tempus guttur tuum impinguat & oblectat, postremò autẽ reperies illud felle amarum, & gladio utrinque incidẽte acutius. Quid dicis? Ferte me quæso impurum etiam quiddam, ut ita dicam, loquentem, pudoremque & ruborẽ exuentem. Non enim istud mea sponte accidit, sed propter eos qui nullo rerum ipsarum pudore tenentur, ista dicere cogor. Multa verò & in scripturis talia videmus. Nã & Ezechiel exprobrado Hierusalem multa eiusmodi loquitur, & nihil pudefit. Ac merito: Non enim ex animi sui affectione illa dixit, sed ex castigatione. Etenim etsi verba inhonestata videatur, scopus tamen inhonestus non est, sed

congruus ei qui cupiebat immunditiam ex animis illorum eicere. Nisi enim hæc ipsa verba audiat animus impudens, non immutatur. Et medicus namque putredinẽ eicere cupiẽs, digitos primum in ipsum vulnus immitit, & nisi primum polluat salutaris manus, sanare non poterit: ita & ego nisi primum os meum affectionibus vestris salutaribus polluero, curare vos nequiuero. Immo neque istud polluitur, neque manus illæ. Quamobrem? Quonia non est immunditia naturalis, neque ex nostro corpore, quemadmodum neque illic ex illius manibus sed ex alienis. Si vero ubi alienum est corpus non recusat medicus manus suas immergere, ubi nostrum est corpus, recusabimus nos dicere quæso? Corpus enim nostrum vos estis, infirmum quidem & immundum, attamen nostrum. Quid ergo est quod dico? & cuius gratia tantam feci adhortationem? Indumentum quidẽ quod seruus habet, nunquam ferre voles, nimirum sordes eius abhorres, sed malles nudus esse quod illo uti: corpore vero immundo ac sordido, & quod non solum puero tuo sed & mille aliis prostat, abuteris & non abominaris? Pudefacti estis audientes. At in ipsis operibus erubescite, non in verbis. Et reliqua omnia prætereo, mores inhonestos & impuros alienæ vitæ seruitutẽ & captiuitatẽ. Dic mihi, ad eandẽ & tu & seruus tuus? Et vitam duntaxat seruus tuus, nisi lictor, & manus quidẽ lictoris contingere non sustineris, & eã quæ vnum cum illo corpus est facta cõplecteris & oscularis, & tamẽ nec horres, nec times, nec erubescis, nec confunderis, nec trepidas? Admonui quidẽ patres vestros, quod oporteat vos statim ad nuptias adigere, attamẽ neque vos à supplicio immunes euadetis. Nisi enim & alij iuvenes vobis plures fuissent in castitate & temperantia viuetes & olim & nunc, fortasse quandam haberetis excusationem. Si verò sunt, vnde poteritis dicere, concupiscentiæ flammam cohibere vos non potuisse? Nã illi vos arguunt qui potuere, cum eiusdem vobiscum sint nature. Audite quid Paulus dicat: Pacem sectemini & sanctificationem, sine qua nemo dominum videbit. An istæ minæ vos abstertere non poterunt? vides alios semper castos ac temperantes, atque in pudicitia degẽtes: & tu ne usque ad iuuentutis quidẽ tempora te cohibes? Vides alios sapienter voluptatẽ vicisse, & tu ne semel quidẽ illam sustines? Si vultis, causam ego dicam. Non enim in causa iuuetus est. Alioqui futurum esset ut omnes in vniuersum adolecẽtes lasciuie essent. Sed ipsi nos ipsos in flammam & incendiũ impellimus. Quando enim ascẽdis in theatrum, ac sedes nudis mulierum membris oculos inescas, ad tempus quidẽ oblectaris, nouissime verò magnam inde febrem tibi contrahis. Quando vides quasi corporali forma & adubratiõne apparatus mulieres, quãdo & spectacula & cantiones nihil aliud habentes quàm absurdos amores, (quædam, inquit, adamavit aliquẽ, & cum assecuta non esset, seipsam stragulauit, quin & ad matres absurdos amores deuolutos occinunt) quãdo, inquam, & per auditum illa accipis, & per mulieres, & mulierum typos, iam vero & per viros puectæ ætatis: (etenim cõplures illic assumptis laruis mulieres fingunt & imitantur) vnde deinceps, dic quæso, castus esse poteris, narrationibus illis, spectaculis illis, auditoribus illis vanis animum occupantibus, & talibus quoque somniis postea succedentibus? Ita quippe plerumque natura cõparatus est animus, ut talia noctu imagineat qualia per diẽ cupit ac desiderat. Cum igitur illic quidẽ & res videas turpes, & verba audias turpiora, & vulnera quidẽ accipias,

reliqua.

Heb. 12. d.

an. aud. r. v. audi. tionibus.



pharmaca verò nulla imponas: quomodo nò meri-  
 to putredo crescat? quomodo morbus nò intendet,  
 idque multo magis q̄ in corporibus nostris? Animus  
 quippe facilius q̄ corpora, siquid vellemus, quæ ad  
 correctione pertinet, admitteret. Nā illic quidē &  
 pharmacis, & medicis, & tēporis spacio opus est: hīc  
 verò ad hoc vt vel bonus s̄ fiat vel malus, voluisse fat  
 est, ita vt eò magis hinc morbū ceperis. Quando igit̄  
 noxia quidē cumulamus, vtiliū autem nullā rationē  
 habemus, quādo sanitas obtiget? Quapropter & Pau-  
 lus dixit: Quemadmodū & gentes quæ deū ignorāt.  
 Pudeſamus ac terreamur. Si gētes sepe numero quę  
 deū ignorant, castę sunt ac tēperantes: erubescamus  
 si quādo peiores illis sumus. Facile est assequi castita-  
 tem, si voluerimus, siquidē nos ab iis quę lædūt sub-  
 duxerimus. Alioqui neq; fornicationē fugere facile  
 est, si noluerimus. Quid enim facilius q̄ pedes in fo-  
 ro incedere? At ex multa mollitie difficile & mole-  
 stū factū est, non solū mulierib⁹, sed iā & viris. Quid  
 facilius q̄ dormire? At & istud difficile fecimus. Cō-  
 plures quippe diuitū totas noctes circūferuntur, ex-  
 pectantes necessitatē somni, & tunc demū dormien-  
 tes. Et omnino nihil est volētib⁹ difficile, nihil no-  
 lentibus nobis facile. Sunt em̄ omnia nostri arbitrij.  
 Quapropter & scriptura dicit: Si volueritis & audie-  
 ritis me. Et iterū: Si verò nolueritis, nec me audierit-  
 is. Itaq; totū in eo situm est, an vel velimus, vel non  
 velimus. Propterea & punimur & laudamur. Cōtin-  
 gat verò vt de iis qui laudantur existentes, promissa  
 bona consequamur gratia & benignitate, & c.

Homilia sexta.

**E** fraterna vero dilectione non habemus necesse vt  
 vobis scribamus. Vos enim ipsi a deo docti estis ad  
 hoc, vt diligatis vos inuicē. Nam & erga omnes fra-  
 tres hoc facitis, & erga eos qui sunt in tota Macedonia. Qua-  
 nā ratione cū de castitate diligēter adeo ad eos dis-  
 putauerit, & de eo q̄ operari oporteat, quodq; nō sit  
 mortuorū gratia lugendū, eadē diligētia disputatur  
 sit, quod omnium bonorū caput erat, nēpe dilectionē,  
 id quasi obiter ac prætercurrēs attingit: Nō habem⁹,  
 inquit, necesse, vt vobis scribamus. Et hoc ex multa  
 est prudētia spiritualiq; doctrina. Duo nāq; hīc ma-  
 nifestat: Vnum quidē, rem istam tā esse necessariam,  
 vt ne doctrina quidē opus habeat. Nam quæ vehe-  
 menter magna sunt, omnibus illa patēt. Alterum ve-  
 rò quod magis eos sollicitos reddidit, hoc dicēs, q̄ si  
 ad dilectionē adhortatus esset. Putans enim eos hoc  
 probē executos esse ac præstitisse, atq; ideo nihil eius  
 admonens, etiā si non præstiterint, magis tamen eos  
 inducit ac permouet. Et vide, Nō dicit de dilectione  
 quæ esse debet erga omnes, sed quæ sit erga fratres.  
 Nō necesse habem⁹, inquit, vt vobis scribamus. Opor-  
 tebat ergo tacere, & nihil dicere, si nulla erat necessi-  
 tas. Nūc verò per hoc quod dicit, nō est necesse, ma-  
 ius effecit q̄ si illud dixisset: vos enim ipsi a deo docti  
 estis. Vide quāto encomio deum illis doctorē huius  
 imposuit. Nō opus, inquit, habetis, vt ab hoīe disca-  
 tis. Id quod & propheta dicit: Et erunt oēs a deo do-  
 cti. Vos enim ipsi, inquit, a deo docti estis, ad hoc, vt  
 diligatis vos inuicē. Nā & erga cunctos fratres hoc  
 facitis, & erga eos qui sunt in tota Macedonia. Et er-  
 ga reliquos, inquit, oēs. Vehemēter ista ad hoc præ-  
 standū sollicitant. Et non temerē dico q̄ a deo docti  
 sitis, sed noui istud ex iis quæ facitis. Multa autē illis  
 huius gratia testificatus est. *Obsecramus autē vos fratres*

**A** vt abundetis magis, & enitami ad hoc, vt quieti sitis, ac res  
 vestras agatis, & operemini manibus vestris, quæadmodū vobis  
 præcepimus, vt cū decoro versemini erga extraneos, nullaque re  
 opus habeatis. Declarat quantorum malorum causa sit  
 ocium, & quantorū bonorum operandi sedulitas, &  
 manifestum id facit ex iis quæ apud nos in vsu sunt:  
 quod & plerunq; facere solet, idq; prudēter. Magis  
 enim pleriq; per ista mouentur & inducuntur, q̄ per  
 spiritualia. Dilectionis enim est, qua proximi diligit̄-  
 tur, nō ab illis accipere, sed illis potius largiri. Et vi-  
 de cū obsecraturus esset & admoniturus, virtutē hāc  
 dilectionis eorū in mediū interferit, vt & ex priore  
 admonitione & minis præmissis, quibus dixit: Proin-  
 de qui aspernatur, nō hominem aspernatur sed deū,  
 in hac veluti laude respirarēt: & rursus ne ab hac al-  
 tera admonitione resilirent. Hoc enim fieri solet, si  
 quando ad operandū admonetur. Itaq; neq; ab aliis  
 accipiendum, neq; ociandum, sed operandū, & aliis  
 dandū est. Beatius enim est dare, inquit, q̄ accipere. *Act. 10. g*  
 Et operemini, inquit, manibus vestris. Vbi sunt qui  
 opus requirunt spirituale? Vides quomodo illis om-  
 nem occasionē huius abstulerit, cum dicit, manibus  
 vestris. An ieiunium quisquā manibus operatur? An  
 manibus peruigilia sunt? aut opus est manuum si hu-  
 mi quisquā dormierit? Nemo sanē hoc dixerit. Atta-  
 men de spirituali opere loquitur. Est enim reuera spi-  
 rituale, si quod operatus fueris, aliis dederis. Et huic  
 certē nihil æquiparari poterit: vt cū decoro, inquit,  
 ne inhonestē agatis medicantes, sed idem quidē in-  
 nuit, mitius tamē ipsum ponit, vt & percellatur, & il-  
 lud nō vehementer fiat. Si enim qui nostri sunt, illis  
 offenduntur: multo magis extranei, qui mille accusa-  
 tiones & occasiones cōminiscuntur, si quādo homi-  
 nem corpore sanū, & qui sibi ipsi posset ad acquiren-  
 dam alimoniam sufficere, mendicare, & aliorū operam  
 implorare viderint. Propterea & christemporos nos  
 vocāt. Quapropter & nomē dei, inquit, blasphemā. *Roma. 2. d*  
 At nihil horū posuit, sed quod eos maxime morde-  
 re poterat, nēpe turpitudinē & indecorum. *Nolumus*  
*autē ignorare vos fratres de iis qui obdormierunt, ne cōtristemi-*  
*sicut & ceteri spem non habētes.* Hæc duo illos potissi-  
 mum lædebant, paupertas scilicet, & animi deiectio,  
 id quod & omnibus hominib⁹ euenire solet. Vide er-  
 go quomodo illis medeatur. Paupertas hinc erat, q̄  
 rapinā bonorum suorum sustinuerat. Si ergo eos iu-  
 bet labore manuum suarū victū querere quib⁹ pro-  
 pter Christū, quæ habuerunt, per rapinā ablata fue-  
 rant, multo magis alios. Quod enim spoliati fuerint,  
 liquet ex eo quod dicit, cōsortes facti estis ecclesia-  
 rum dei. Et quomodo illarū consortes fuerint, sub-  
 iungit: & rapinā, inquit, bonorū vestrorū cū gaudio  
 suscepistis. Deinde de resurrectione hoc loco sermo-  
 nē mouet. Quid igit̄? an nō & antea de resurrectione  
 ad illos sermocinatus est? Verū, sed hīc aliud quod-  
 dam mysteriū innuit. Quodnam illud? Quod nos, in-  
 quit, qui tū viuemus, & reliqui erimus in aduentu do-  
 mini, nequaquam eos qui dormiunt, præueniemus. Po-  
 test quidē & resurrectionis sermo eum qui in dolore  
 est cōsolari, potest verò quod iam dicitur potissimū  
 fide dignā facere resurrectionem. Sed primū illud  
 dicam⁹. Nolumus ignorare vos fratres, inquit, de iis  
 qui obdormierunt, ne cōtristemini quemadmodum  
 & ceteri spem non habentes. Vide quomodo & hīc  
 māfuetē agat. Nō dicit: Ita insensati estis, quæadmo-  
 dum ad

**A** dum ad Corinthios dixit) & insipientes, & cū resurre-  
 ctionem noueritis, nō aliter doceatis, q̄ illi qui fidem  
 nō habent, sed admodū leniter ac māfuetē aliā ipso-  
 rum virtutē veneratus. Et non dixit de morientibus,  
 sed de dormiētibus, mox in ipso exordio cōsolatio-  
 nis fundamentum iactans. Ne cōtristemini, inquit, si-  
 cut & ceteri spē nō habētes. Ergo propter mortuos  
 immodestē plāgere, eorum est qui spem non habent?  
 Meritō: Animus em̄ resurrectionis, pr̄sus ignarus, &  
 mortē hanc corporalem mortē esse putans, non im-  
 meritō mortuos tanquā perditos plāgit, & lamenta-  
 tur, atq; intolerabiliter luget: tu verò qui resurrectionem  
 præstolaris, cuius gratia lamētaris? Lamentari  
 ergo eorū est qui spe destituti sunt. Audite mulieres  
 quotquot ad lamētandum procliuēs estis, quotquot  
 ad lugēdum intolerabiliter & impotenter ferimini,  
 quoniā quæ gētium sunt facitis. Si ergo morientium  
 gratia lugere, gentium est, immodestē plangere, ge-  
 nalq; lacerare, quorū est, dic quæso? Quamobrem la-  
 mentaris, si credis & resurrecturū & non peruisse, &  
 mortē hanc esse somnū ac dormitionē? Propter con-  
 suetudinē, inquis, rerumq; tutelā & curā, atq; quod-  
 cunq; aliud obsequium. Quādo ergo puerum ætate  
 immatura amittis, q̄ nihil dū agere potuit, cuius gra-  
 tia lamentaris? Quid illū requiris? Bonæ spei indicia  
 præferēbat, inquis, & sperabā illum mihi fore tutorē.  
 Propterea quæro virū, propterea filium, propterea  
 plango & lamētor, non q̄ resurrectioni diffidam, sed  
 q̄ auxilio destituta sim, & tutorem amiserim, coniu-  
 gem, omnium confortem & consolatorem. Ista lugeo.  
 Noui resurrecturum, attamē interea ab illo separari  
 non fero. Multa rerū turba ingruit, quibusuis iniuriā  
 inferre volētibus exponor. domestici qui antea me-  
 tuebant, nunc cōtemnunt, nunc insultant. Si quis be-  
 neficiorū mariti oblitus, si quis mali nonnihil ab eo  
 perpeſsus est, is mortuū vlturus, cōceptam iram in  
 me effundit. Ista me viduitatē hanc ferre nō permit-  
 tunt, nec placidē ac leniter lugere: propterea plāgo,  
 propterea lamētor. Quomodo ergo tales solabimur?  
 quid dicemus? Quomodo dolorē earum refellem⁹?  
 Primū eas cōuincere tentabo, lamentationē non  
 esse ex his quæ dicta sunt, sed ex animi affectione in-  
 cōsiderata. Si ergo ista luges, oportebit vt perpetuò  
 lugeas mortuū tuū. Si verò anno elapso obliuisceris  
 illius, nō secus q̄ si nihil huius accidisset, non iā mor-  
 tuum luges, neq; amissam tutelā. At separationē non  
 fers, neq; cōsuetudinis amputationem? Quid ergo il-  
 læ dicēt, quæ & secūdis nuptiis cōsueſcunt, idq; ad-  
 modū ex animo? Non enim priores requirunt. Verū  
 ad illas nunc nihil loquemur, sed ad eas que mortuis  
 maritis beneuolentiā suam cōseruant. Quamobrem lu-  
 ges filium? Quamobrem maritum? Hunc quidē q̄ nul-  
 lum dum ex eo fructū cepi, istum verò q̄ speraueram  
 me illo diutius fruiturā. At hoc ipsum quantē est in-  
 credulitatis? Nempe q̄ putas te vel maritū vel filium  
 in rerū securitatem collocaturū fuisse, deū verò ne-  
 quaquam. Quomodo nō putas illū irritari? nā ob id  
 ipsum plerunq; eos aufert, ne ad eū modum illis al-  
 ligata sis, vt spē tuā ab illis auferas. Aemulator enim  
 est deus, & vult a nobis omnium potissimum adamari:  
 idq; ea ratione, q̄ nos admodum vehementer amat.  
 Scitis enim hūc esse morē insanē amantiū: vehemē-  
 ter sunt zelotypi, & malunt vel animam effundere, q̄  
 ab vilo riuialium superari & obscurari. Propterea &  
 deus illū tibi abstulit: propter illa videlicet quæ di-

**A** xisti. Alioqui cuius gratia, dic quæso, olim nō ita im-  
 mature viduitates fiebant & orbitates? Quamobrem  
 Abraham & Isaac multū temporis viuere permisit? Eo  
 q̄ ille viuo etiā filio deū prætulit. Dicebat em̄ deus,  
 Maſta filiū, & maſtabat. Quare Saram in tantā sene-  
 ctutē deduxit? Quia viuente etiā illa Abraham deo ma-  
 gis obediebat q̄ illi. Propterea dicebat ei deus, Audi  
 Saram vxorē tuam. Neq; propter amorē viri, neque  
 propter vxoris aut filij tutelā ac curam quisquam ex  
 ipsis deum irritabat. Nūc verò quoniā adeo ad libi-  
 dinē intemperanter ferimur, & vehementer cōcidi-  
 mus, & mariti vxores plus amamus q̄ deū, & vxores  
 maritos suos deo præferunt, horū gratia nos inuitos  
 quoq; ad amorē suum trahit. Ne virum plus ames q̄  
 deū, & viduitatem non senties vnquā. Immo etiam si  
 acciderit, nullum tamen eius sensum capies. Quare?  
 Quia habes qui te magis amat tutorē immortalē.  
 Si deū magis amas, ne lugeas. Quē em̄ magis amas,  
 immortalis est, nec permittit vt eius gratia quē mi-  
 nus diligis, vllū doloris sensum accipias. Demōstra-  
 bo tibi per exemplum, hoc ipsum te iam facere. Dic  
 mihi, si virū haberes, qui iuxta animi tui sententiam  
 cūcta faceret, celebrē & illustrem, vbiq; splendidum  
 & magni æſtimatū, gloriosum apud omnes, pruden-  
 tē, sapientē, & qui te adamaret, ita vt beata illius no-  
 mine reputareris, deinde & filium ex eo pareres, qui  
 postea antequā ad maturam ætatē pertigisset, morte  
 decederet: an luctū sentires? Nequaquam. Maritus em̄  
 plus amatus amorē ac luctū filij superaret, & obſcu-  
 raret. Et nunc si deū plus amas q̄ maritum, maxime  
 quidē illū tibi nō abripierit. Si verò & abripuerit etiā,  
 luctum tamen non senties. Propterea & beatus Iob  
 nihil acerbi passus est, cū intempestiuam liberorum  
 suorū mortem audiret, eo q̄ deum plus amabat q̄ il-  
 los. Viuente itaq; adhuc deo quē diligebat, nihil ista  
 quæ accidebāt, illum cōtristare poterāt. Quid dicis  
 mulier? Maritus & filius sunt tutores tui, deus verò  
 nulla tui cura & misericordia teneſ? Quis tibi & hūc  
 & illum dedit? Non ipse? Quis verò te fecit? Nō ipse?  
 Qui te cū non esses, ad hoc vt esses perduxit, & aīam  
 inspirauit, & mentē indidit, suiq; notitiam largiri di-  
 gnatus est, & vnigenito filio suo propter te non pe-  
 percit: tui nō miserebitur, miserebit verò conseruus?  
 Quantā iram non excitabunt hæc verba: Quid tale a  
 viro habes? Nihil vtique proferre potes: nam etiā si  
 tibi quicquā benefecerit, beneficiis tamen affectus,  
 & te primū causante, hoc fecit. De deo verò nihil  
 tale quisquam proferre poterit. Nō enim beneficiis  
 deus per nos affectus tā opere benefacit, sed nullius  
 egens ex sola bonitate sua humanū genus beneficiis  
 cumulat. Regnū tibi pollicitus est, vitā immortalē,  
 gloriā, fraternitatem, & filiorū adoptionē dedit, co-  
 heredē vnigeniti sui fecit: tu verò mariti adhuc post  
 tanta bona recordaris? Quid is tibi tale dedit? Solem  
 suū tibi produxit, pluuiā dedit, annuis alimoniis nu-  
 trit. Væ nobis propter magnā nostram ingratitude-  
 nē. Hac ratione aufert tibi maritū, ne ipsum quæras,  
 tu verò mortuo quoq; adhærens, deum etiā deseris.  
 Oportebat gratias agere, oportebat omnia in deum  
 proicere. Quid em̄ est quod a viro accepisti? Dolo-  
 res parturitionū, & labores, & cōtumelię, & cōuicia  
 plerūq; & obiurgationes, & querelæ, an nō ista sunt  
 quæ ex viris accidunt? At sunt adhuc & alia, inquis, iu-  
 cunda. Quenā illa? Ornauit te preciosis indumentis,  
 Auro faciē tuā decorauit. Suspiciendā omnib⁹ red-  
 didit.

Liberū ar-  
bitrium.  
Esa. 1. c  
Ibidem.

Ioan. 6. c.  
Esa.  
14. d.

Cōtra in-  
decorū lu-  
ctū mor-  
tuorum.

Act. 10. g

Roma. 2. d

Heb. 10. g

didit. Verum si voles, ornaberis etiā mortuo illo or- natu multo meliore. Pudicitia quippe & tēperantia prāclariorē multo facit, si cui fuerit, q̄ quā auro est cōspicua. Habet hic rex vestimēta nō talia, sed multo meliora: illa si voles, induas. Quā verō illa? Vestitus est aureas habēs fimbrias. Si lubet animā ex illo vestias. † At nō obiecit te] hominum contemptui? Et quid hoc magni est? Viduitas verō non permittit vt dāmonū ludibrio pateas. Cū virum haberes, dominabis domesticōrū tuorū: si tamen & planē dominabis. Nūc verō loco famulorū dominaris virtutū incorporaliū, principatū, potestatum, & mūdi rectoris. Tristitia verō quibus cū illo cōmunicasti, non dicis. Si aliquādo pressit dominātis tumor, si aliquādo à propinquis obscurata fuisti, ab his omnib⁹ iam es liberata, ab omni metu ac timore. Sed anxie curas quis tibi sit relictos liberos educaturus? Pater orphanorum: Quis enim illos dedit, dic quāso? Nō audis Christū in euangeliis dicentē, Nōne anima plus est quā esca, & corpus q̄ indumentū? Vides lamentationē istam non esse ex consuetudinis desiderio, sed ex incredulitate? At non sunt liberi æquē splendidi mortuo patre atq; viuentē. Quare? Deū habent patrem, & nō sunt splendidi? Quot tibi possum ostendere, qui à viduis educati, celebres facti sunt? Quot verō qui sub patribus suis vixerūt, & perierunt? Si enim illos ab ineunte etate quemadmodū oportet educaueris, lōgē maiore beneficio potiētur, q̄ si sub paterna tutela alerētur. Quōd em̄ hoc peculiare sit viduarum munus, nēpe liberos educare: audi quid Paulus dicat, Si liberos educauit, inquit. Et iterū: Seruabit autē per liberorū procreationem, (Nō dixit, per virū) si permāserit in fide & charitate & sanctificatione cū castitate. Infere illis à primæua etate timorem dei, & quouis patre magis eos seruabis: Hoc illis murus erit infractus. Quādo enim intus est custos, nihil nobis externis munitionib⁹ opus est: hoc verō non existēte, frustra erūt omnia quæ extrinsecus sūt, † siue diuitiæ, siue gloria, siue quodcunq; decorū. ] Hinc illustres fient, nō super terrā solum, sed & in cœlis. Et enim ne mihi respicias eos qui zonis præcincti sunt aureis, neq; ad eos qui equis ferūtur, neq; ad eos qui beneficio parentū in aulis regiū splendent, neq; qui affectatores habēt & pædagogos. Nā ista forsā viduas super orphanis plāgere faciūt, cogitātes, & hic filius me⁹, si quidē pater illi superstes esset, tāta quoque fœlicitate fruere, nunc verō in mœrore & contēptu est, nec vlla ei⁹ habet ratio. Ne cogites ista mulier, sed cogitatioe tua sursum ad cœli portas euola, & cognosce quæ illic sint regiē. Vide sedentem illic regē, & reputa: nū qui in terris cōspicui sunt, illustriores illic possunt esse filio tuo, tunc demū suspira. Si verō in terra quidā celebres sunt, nullius istud æstimandū est. Potes efficere si voles, vt in cœlis militet filius tuus, in illū recenseatur celestiu militum delectū. Qui enim illic recēsentur, nō in equis ferunt, sed in nubibus: nō super terrā incedunt, sed in ipsum cœlum rapiuntur: † nō filios habēt primores, sed angelos ipsos: nō regi adstāt & famulātur mortali, sed im mortali, regi videlicet regū, & domino dominantiu: non zonā pelliceam circa lūbos habent, sed gloriam illam ineffabile: & regibus quoq; & qui vnquam celebres fuerunt, reddūt illustriores. Nam in regiis illis cœlestib⁹ neq; diuitiæ, neq; nobilitas, sed sola virtus quæritur. Illa si fuerit, nihil illos prohibebit quo-

minus primas obtineāt. Nihil nobis molestū aut difficile est, siquidē philosophari voluerimus. Ad cœlū suscipe, & vide quāto sit illustrius fastigio regiarum istarū. Si ergo pauimentū supernarum regiarum, tanto est inferiorū ac terrestrium præclarius, vt istud illius intuitu cœnū æstimetur, si exactē quisquā cœlestes regias inspicere merebit, cui non erit fœlicitati cōparandum? Quæ autē verē vidua est, inquit, ac desolata, sperauit in deū. Hoc mihi ad quāsdā dictū est, ad eas scilicet quæ filios habēt, vt discant se iam magis esse sui iuris, maiorēq; occasionē habere, deo sese approbādi. Resoluta quippe sunt illis oīa vincula & impedimenta. Nemo est qui detineat, neq; qui catenis illis cōiugij implicari cogat. Separata es à viro: sed vnita deo. Non habes cōgerronem conferuū? At habes dominū. Quādo precaris, non cū deo sermocinaris, dic quāso? Quādo legis, audi ipsum tecū sermocinantē. Quid verō tecū sermocinatur? Multo iucundiora verba, q̄ vir posset. Nā vir quidem etiam si blādiatur, non tamen multū adfert honoris: est em̄ cōseruus. Quādo verō ancillæ adblāditur dominus, hoc multū habet reuerentiæ & obsequij. Quomodo ergo nobis obsequitur? Audi quātis hoc reb⁹ faciat. Venite, inq̄t, ad me oēs qui laboratis & onerati estis, & ego vobis requiē præstabo. Et iterū per prophetā clamat dicens: An obliuiscetur mulier vt misereatur filiorū vteri sui? Si verō obliuiscatur etiā illa, ego tamen non obliuiscar, dicit dominus. Quanti non sunt amoris hæc verba? Et iterum: Conuertimini ad me. Et rursus alibi: Cōuertere ad me, & saluaberis. Si verō quæpiā ex cāticis etiam sibi deligere volet, secretiora illa excipiens, audiet illū ad vnamquamq; animā sibi competētem sermocinari ac dicere, Formosa mea, colūba mea. Quid autē his verbis suauius? Vides colloquiū dei cū hominib⁹? Quid verō, dic quāso? Nō vides quot filij beatarum illarū mulierū mortui sint & sepulti. Quantoq; illæ grauiora perpeffæ sint, & cū viris simul & filios amiserint. Ad illa accingamur, illa curemus, & nihil nobis erit acerbū, sed totum vitæ nostræ tēpus cum gaudio spiritali deducētes absoluemus, æternis bonis fruēmur: quæ cōtingat nos omnes assequi gratia & benignitate, & c.

Homilia septima.

**N**olumus autē ignorare vos fratres de iis qui obdormierūt, nec tristemini sicut & ceteri sp̄ nō habētes. Multa sunt, quæ ex sola ignorātia nos angūt: ita vt si illa bene cognoscerem⁹, dolore quoq; pelleremus. Hoc igitur & Paulus declarare volēs dixit: Nolo vos ignorare, ne cōtristemini, sicut & ceteri sp̄ nō habētes. Propterea nōvis eos ignorare? Quamobrem verō nō pœnā dicis quæ reposita est? Ideo, inquit, q̄ resurrectionis doctrinam ignorāt. Sed quare istud positum sit, manifestū est & in cōfesso. Interea verō præter illud & hoc nō parū est lucri. Quoniā enim de resurrectione non hesitabant, & tamen mortuorū gratia lamentabātur forsā, propterea istud dicit. Nam aliter quidē cū incredulis disputat, aliter verō cū istis. Liqueat enim eos resurrectionē non ignorasse, qui de illius temporibus & momētis quærebāt. Si enim credimus, inquit, mortuū esse Iesum, & t̄ sic & resurrexisse ac renouisse, † ad eum modū credemus deum, & eos qui obdormierunt per Iesum, adducturū cū illo. ] Vbi sunt qui carnē Christi reprobant? Si enim carnē non acceperunt, neq; mortuus est. Si mortuus nō est, neq; resurrexit. Quomodo ergo apostolus ex istis ad fidē nos hortat⁹?

An nō iuxta illos, nugator magis & seductor erit? Si em̄ mor: ex peccato est, Christus verō nō peccauit: quomodo nos adhortatur? Nūc verō de quibus dicit, quōsnā deploratis o hominēs? quorū gratia contristamini? an peccatorū? an eorū qui simpliciter moriuntur: quamobrē verō dicit, quemadmodū reliqui spem non habentes. Quōsnam illi lamētantur? Itaq; oīa ista vana sunt eis. Primogenitus, inquit, ex mortuis & primitiæ, oportet itaq; & reliquos esse. Et vide quo modo nihil hīc ex ratiocinationibus ponat. Māfeti enim erāt. Nam Corinthiis quidē scribens, multa etiā ex ratiocinationib⁹ mouit, & tūc subiunxit: Inspiēs tu, quod seminas nō viuificatur. Erat em̄ hoc explorati⁹ ac robustius, sed quādo cū fideli disputabat: erga infidelē verō, quā habuisset efficaciam? Ad eum, inquit, modū credemus deū, & eos qui obdormierunt per Iesum adducturum cum illo. Rursus dormiētes eos, nusquā mortuos vocat. At de Christo quidē dicit, q̄ mortuus sit, quoniā & resurrectionē posuit: hīc verō dicit, qui obdormierūt. Quomodo per Iesum? Aut qui per Iesum obdormierunt, aut per Iesum: illos adducet. Illud quidē, qui obdormierūt per Iesum: idē est atq; qui credētes sunt. Hic heretici dicunt, eos qui baptizati sunt, intelligi. Illud igit quod dicit, ad eū modū, quomodo stabit? Iesus em̄ nō per baptismum obdormiuit. Cuius gratia, inquit, qui obdormierunt? Itaq; nō de vniuersali, sed de particulari resurrectione disputat. Eos enim, inquit, qui obdormierūt per Iesum. Et in plerisq; locis ita dicit: Hoc enim vobis dicimus in verbo domini, quōd nos qui tū viuimus, & reliqui erimus in aduentū domini, nequaquā præuenimus eos qui dormiunt. De fidelibus dicēs, & qui obdormierūt, inquit, in Christo. Iā verō nō de resurrectione duntaxat illi sermo est, sed & de resurrectione & de honore glorię illius. Resurrectione quidē potiētur, inquit, oēs: in gloria verō non erunt omnes, nisi qui in Christo sunt. Quoniā igitur cōsolari eos vult, non solum per resurrectionem cōsolatur, sed & per magnū resurrectionis honorē, & per illius celeritatem. Resurrectionē nanq; sciebant. Quoniam enim per honorē post resurrectionem futurum eos cōsolari cupit, in progressu dicit, Et semper cum dño erimus: & in nubibus rapiemur. Quomodo verō fideles per Iesum obdormiūt? Idē dicit atq; qui Christū habent in seipsis. Illud verō, adducet cum illo, declarat eos vndiq; adducēdos. Hoc enim vobis dicimus, inquit, in verbo dñi. Admirandū aliquid & insolēsdicitur erat, propterea & autoritatē ponit. Et verbo, inquit, domini, hoc est nō ex nobisipsis, sed quod à Christo docti sumus loquimur. Quod nos qui tū viuimus, qui reliqui erimus in aduentum dñi, nō præueniemus eos qui dormiunt. Quod quidē in ea quæ ad Corinthios est, dicit: Quoniam in puncto temporis, & in momēto oculi. Hic verō & autoritatē verbi dei resurrectioni & modo resurrectionis adiecit. Vide enim res ista difficilis esse. Quemadmodū, inquit, facillē est viuētes in sublimē sultolli: ita & eos q̄ mortui sunt. Illud verō, q̄ nos, nō de seipso dicit. Nō enim ad resurrectionē vsq; in hac vita permanurus erat, sed fideles intelligit. Propterea adiecit, qui reliqui erimus in aduentū domini, nō præueniemus eos qui dormiūt. quasi dicat: Ne putes aliquā hīc operū difficultatem fore, deus est qui efficiet. Qui tū viuēt eos qui corrupti sunt & putrefacti, quiq; innumeros annos habent, nequaquā præuenient, sed quemad-

modū facile erit perfectos illos adducere, ita & corruptos. Sed sunt quidā qui huic rei diffidūt, eo q̄ deū ignorāt. Quid em̄ facilius, dic quāso, an ex eo quod nō est aliquid producere vt sit, aut ea quæ corrupta sunt denuo restituere? Sed quid dicunt? Quidam, inquit, naufragiū passus est, & cū in mare pronus dilaberetur, cōplures illum pisces exceperūt, & quisq; piscium membrū aliquod ex eo depastus est: deinde ex iisdē ipsis piscibus alius quidē in illo, alius autem in alio maris sinu, ab alio quopiam pisce interceptus & voratus est, & is ipse rursus ab alio. Et iterū ipsi qui pisces illos naufragū hunc depastos comederūt, in aliis regionibus emortui, & ipsi quoq; à bestiis fortē deuorati sunt. Tanta igitur cōfusione dispersiōeq; facta, quomodo denuo vir iste, inquit, resurget? Quis puluere ipsius vndiq; restituet? Quamobrē hoc dicis, o homo, catenamq; istā nugarum contexis, & tāquā inexplicabile quiddā ponis? Etenim dic mihi: Si nec in mare ceciderit, si nec piscis illū vorauerit, neq; piscem istū mille hoīes comederint, sed vir ille sepultus in vrnā positus fuerit, & neq; vermes ipsum, neq; aliud quicquā læserit, quomodo quod corruptum est nihilominus resurget? Quomodo puluis & cinis cōglutinabitur? Vnde deinceps vigor erit corporis? Hoc scilicet inexplicabile nō est? Si Græci fuerint qui de istis ad hunc modū inquirūt, innumera illis respōdebimus. Quamobrē? Sunt enim inter eos qui animas & in plātas, & in frutices, & in canes deducunt. Iam dic mihi, vtrū facilius sit, animā à proprio corpore denuo resumī, an ab alieno? Alij rursus dicunt illā ab igne consumi, & indumentorū & calceorū resurrectionem fieri, & tamen nō deridentur. Alij atomos somniāt. Sed ad illos null⁹ nobis est sermo. Ad fideles verō, (si tamē fideles vocādi sunt ista rogātes) apostolicū illud dicem⁹: Et tamē omnis vita ex corruptiōe nascitur, omnes plāte, omnia semina. Nō vides arborē ficulneam, quantum quidem truncum habeat, quantos stipites, & quanta folia, ramos, virgulta, radices vsq; adeo fixas & insinuatas? Arbor itaq; ista tāta ac talis ex grano illo minuto seminato eoq; primū corrupto nascitur, & nisi tabefactum fuerit ac corruptū, nihil istorum prodit. Dic mihi vnde hoc fit? Et vitis quæ adeo iucūda est & visu & gustu, ex turpitudine illa crescit. Quid autē, dic quāso, de aqua dices? An nō vna est quæ de cœlis defertur? Quomodo in tā multa mutat⁹? Hoc scilicet admirabilius est resurrectione. Nā illic quidē idem semen, & eadē planta subsistit, & multa est cognatio: hīc verō dic mihi quomodo vnā habens qualitātē & vnā naturā tot modis immutatur? In vite fit vinū, non solum vinū, sed & folia & lachrymē. Non enim botrus dūtaxat, sed & quod reliquū est in vite per illā nutritur. Rursus in oliua fit oleū, & quæcunq; alia: & quod mirū est, hic in humidū, illic mutatur in aridū: hic in dulce, illic in acre: hic in asperum, alibi in amarum. Quomodo, dic oro, in tā varia vertit⁹? Redde rationē. Sed non poteris. De te verō ipso dic mihi: pprius em̄ hoc est. Semē illud iactū, vnde cōceptus es, quomodo in oculos, quomodo in aures, quomodo in manus, quomodo in cor; quo modo in tot & tā varia cōpositum est & figuratū? An nō mille sunt in corpore discrimina, schematū, magnitudinis, qualitātū, stutū, virtutū, harmoniarū: nerui & venę, & carnes, & ossa, & pelliculę, & arterię, & cartilagine & quæcunq; alia istis plura, quæ medici studiose rimant, quæ na-



turā nostram cōtinent, idq; ab vnico illo semine nata? An nō hoc tibi videt̄ istis multo esse inexplicabilis? Quomodo humidū & molle in os durum ac frigidum consolidatur? Quomodo in calidum & humidū sanguinē coadunatur? quomodo ī frigidū & molle neruum? Quomodo in frigidā & humidā arteriā? Vnde sunt ista dic quēso? An in illis nō hēstas? Non vides quotidie resurrectionē & mortem in hominū ætatib; fieri? Quō abiit iuuetus? Vnde venit senectus? Quomodo qui senuit, seipsum quidē iuuenē, reddere non potest, puerū verō recentissimū generare potest, & qđ sibi ipsi non potest præstare, præstat alteri? Hoc & in arborib; & in animatib; videre est. At qui qđ alteri præstat, sibi ipsi primū præstare deberet. Sed hoc humana cogitatio exigit. Quādo verō deus opificē agit, oīa cedāt. Si ista ita inexplicabilia, & supra modū inexplicabilia, veniūt nunc mihi in mētem qui ita insaniant, vt incorporalē filij dei generationē curiose scrutent̄, cum quę quotidie sūt, & manibus nostris subiecta sunt, milliesq; quę sita sunt, nemo adhuc vnquā reperire potuerit. Quomodo ergo ineffabilē illam & inexplicabilē generationē curiose rimantur, dic quāso? Nō defatigatus est intellect; auditorū? Nō in mille vertigines circumquaq; versus est? Nō stupidus effectus est? Et tamen neque sic erudiūt. Cū de vuis & ficis nihil queāt dicere, de deo curiose inquirūt. Etenim dic mihi, quomodo acinus ille resoluat̄ in folia & stipites, quomodo nihil horū in illo antea fuerit, nec visum sit? At nō acini, inquis, sed telluris est totū hoc. Et quomodo illa sine acino nihil tale ex seipsa profert? Verū ne simus insipientes. Neq; feminis est quod hīc fit, sed eius qui & telluris est & feminū dñs. Quapropter & sine istis & cū istis illa nasci fecit: hoc quidē, vt virtutē suam & potentiam ostēderet, cū dixit: Producat terra herbā scēni, illud verō, vt post declaratā suam potētiam nos etiā instrueret vt effemus studiosi & laborū & operū. Ad quid verō nobis ista dicta sunt? Nō temere, sed vt & resurrectioni fidē habeamus, & si quid rursus cogitationibus nostris cōprehendere volentes non affecti fuerimus, nec egreferamus, nec indignemur, sed animo grato ac beneuolo cogitationem nostrā auertentes & cohibētes ad potentiā & industriā dei confugiamus. His itaq; cognitis frānū imponamus cogitationibus, & terminos mensuramq; cognitionis nobis præstitā non trāsgrediamur. Nā si quis, inquit, putat se quicquā scire, nihil dū nouit, quemadmodū scire oportet. De deo, inquis, nō dico, sed de quauis re. Quid ergo de terra cognoscere vis? Quid nosti, dic quāso? Quāta est eius mensura? Quāta magnitudo? Quis situs? Quæ essentia? Quis locus? Vbi stat? Et cui imposta est? Nihil vtiq; istorū dicere potes, sed quōd sit frigida, & arida, & nigra, hęc dicere potes, vltra verō nihil. Sed de mari? At hīc similiter in mētis inopiam incidēs, ignorans vel vbi oriatur, vel vbi desinat. In quo fertur? Quid fundū eius sustinet? Quis verō locus illius est? Vtrū & post ipsum cōtinent est, an in vndas desinit & aērem? Sed eorum quę in mari sunt, quid nosti? Verum de aēre dicam? At quid? Relinquā elementa. Vis eligamus quod plantarū est minutissimū? Gramen dico, infrugiferū illud, quod omnes scimus. Dic quomodo nascitur: Nō aqua subiectū est, & terra & simus? Quid ergo illud ad eō veniūt apparere, coloremq; præclarum ad eō habere facit? Vnde venustas illa ita marcescit? Opus hoc nec

Gen. 1. 4

Phil. 2. 15

1. Cor. 8. 4

A aque est nec terrę. Vides vbiq; fidē esse necessariam? Quomodo terra producit? quomodo parturit? Sed nihil horū respōdere poteris. Erudire ō homo in terrenis & iis quæ hīc sunt, & cœlū nec temerē nec curiose scrutaris. Et vtiā cœlum & non cœli dominū. Terrā non nosti, dic mihi, de qua es, in qua es, in qua nutrit̄ es, quā inhabitas, quā calcas, sine qua nec respirare potes, & ea q̄ tam pcul absunt temerē discutis? Reuera homovanitas. Talis em̄ vanitas est. Quōd si te quisquā in profundū quidē descendere iuberet, & inuestigare quę in imo sunt maris fundo, mandatū istud nō admitteres: nemine verō cogēte ipse vltro abyssum inscrutabilē comprehendere vis? Noli obsecro. Sed supernē nauigemus, nō innatēs. Subitō nāq; delassabimur, & submergemur. Verū diuinis vs̄ scripturis, nauis instar, vela fidei in sublimē extendamus. Si in istis nauigauerim; , ad erit nobis etiā gubernator sermo dei. Si verō cogitationib; humanis innatabimus, non itē. Cui nanq; natantiū quisquā adfuerit gubernator? Duplex itaq; periculū est, cum q; nulla nauis est, tū q; nemo gubernator adest. Si enim scaphus sine gubernatore periculū habet, quando vtraq; absunt, quæ poterit spes esse salutis? Ne pijciamus itaq; nos ipsos in apertū periculum, sed in tuto incedamus, per factā anchoram liberātes nos ipsos. Ita quippe in tranquillū portum enauigabimus, cum magna quidē copia, verū non minus & cum magna securitate: bonaq; illa diligētibus deū recōdita assequemur in Christo Iesu domino nostro, Amen.

Homilia octaua.

**H**oc enim vobis dicim; in verbo domini, quod nos qui etiam viuemus, qui reliqui erimus in aduentum domini, nequaquam præueniemus eos qui dormiunt. Nam ipse dominus in hortatu & voce archangeli, & in tuba dei descēdet de cœlo, & qui in Christo mortui sunt, resurgēt primū: deinde nos qui tum viuemus, qui reliqui erimus, simul cū ipsis rapiemur in nubibus in occursum domini in aera, & sic semper cum domino erimus. Prophetæ quidē auctoritatē doctorum suorum ostendere volentes, ante omnia alia hoc dicunt. Visio quā vidit Esaias. Et iterum: Verbū domini quod factū est ad Hieremiā. Et rursus: Hęc dicit dominus, & quæcūq; talia. Multi verō & ipsum dominum sedentem videbant, quatenus ipsis videre licebat. Paulus verō nō sedentem vidēs, sed in seipso loquentem habens Christū, hęc dicit do minus, dixit: Aut experimentum quæritis loquentis in nobis Christi? Et iterū: Paulus apostolus Iesu Christi. Apostolus enim quæ mittentis sunt, loquitur. Vt ostēderet nihil se de suo loqui. Et rursus: Arbitror enim q; & ego spiritū dei habeam. Igitur illa quidem omnia ex spiritu loquebat: hoc verō quod nūc dicit, etiam manifestē ex deo audierat: quēadmodū illud quod ad seniores Ephesiorū differens dicebat, Beatius est dare q; accipere, secretō audierat. Videamus itaque quid & nūc dicat. Hoc enim vobis dicimus, inquit, in verbo domini, q; & nos qui tum viuemus, qui reliqui erimus in aduentum domini, nequaquam præueniemus eos qui dormiūt. Nam ipse dominus in hortatu & voce archangeli, & in tuba postrema descēdet de cœlo. Tūc enim, inquit, & virtutes cœlorum mouebuntur. Quamobrē autem in tuba? Nā & in mōte Sinaio hoc videm; , & illic quoq; esse angelos. Quid vero vult sibi vox archangeli? Quēadmodū de virginibus dixit Christus: Exurgite, venit sponsus. Aut hoc sanē dicit: aut q; quemadmodū apud regē solet, ita &

Mat. 24. 4

Ps. 125. 4

Hebr. 11. g

Ioan. 11. f

ita & tunc futurū sit, angelis ad resurrectionem ministrantibus. Dicit enim: Resurgant mortui. Et fiet opus non angelorū ad hoc quicquam valentium, sed verbi ipsius, tanquā si rege quocumq; imperate ac iubente, egrederētur cōclusi & captiui, & ministri eos educerēt. non illi postea propria virtute, sed ex voce illa hoc facerēt. Hoc & alibi Christus dicit, Mittet angelos suos cum tuba magna, & cōgregabunt electos ipsius a quatuor vētis, ab extremis cœlorum vsq; ad extremos illorū terminos. Et vbiq; vides percurrentes angelos. Archāgelum putamus cum esse qui præsit, & incumbat aliis in orbē missis, atq; hoc illis in-clamet, Paratos facite omnes: adest em̄ iudex. Quid est in postrema tuba? Ostēdit hīc, multas fore tubas, & ad postremā descensurum iudicē. Et qui in Christo, inquit, sunt mortui, resurgēt primū, deinde nos qui tū viuemus, qui reliqui erimus, simul cum ipsis rapiemur in nubibus ad occursum domini, in aera: atq; ita semper cum domino erimus. Itaque cōsolemini vos inuicē in sermonibus istis. Si descensurus est, cuius gratia rapiemur? Honoris gratia. Nā rege ciuitatem ingressuro, qui illustres quidē sunt, ad occursum eius egrediūtur: qui verō rei sunt & iudicio obnoxij, intus expectāt iudicem. Et patre beneuolo & pio aduentante, filij quidem, & qui digni essent filiorū loco, per vehiculū educuntur vt videant & exosculentur: qui verō de seruis interea illū offenderunt, intus expectāt eū qui super patris adfertur vehiculo. Ipse nanq; pater in nubibus suscepit eum. Et nos in nubibus rapiemur. Vides quātus futurus sit honor? Et occursum descendentī faciemus, & quod omniū est felicissimū, ita semper cum ipso erimus. Quis loquetur potentias domini, & inuulgabit omnes laudes eius? Quantis bonis humanū genus dignatus est? Qui mortui sunt, exurgent primi, atq; ita simul fiet occursum. Abel qui ante omnes mortuus est, simul cū illis qui tum viuunt, occurret. Itaque quātū ad hoc attinet, nihil amplius habebūt illi, sed qui corruptus fuerat, & tot annos in terra sepultus iacuit, cū ipsis tum viuētibus occurret, & simul reliqui omnes. Si enim illi nos prætolati sunt, vt simul coronaremur, quēadmodum alibi scribēs dicit: Eō q; dominus de nobis melius quiddam prouiderat, ne sine nobis cōsummareretur: multo magis expectabimus & nos ipsos. Imō illi quidē prætolati sunt, nos verō non item. Fiet enim resurrectio in puncto temporis, in momento oculi. Quōd verō dicit cōgregādos esse, resurrecturos quidē vbiq; simpliciter dicit, cōgregādos verō ab angelis. Est itaque resurrectio quidē diuine virtutis opus, quum telluri mandabit deus vt depositum reddat, & nullus ministrorum hoc faciet, quemadmodum aliquando euocauit Lazarum: Lazare, veni foras. ad ductio verō ministrorum opus erit. At si angeli colligēt & discursabūt, quomodo isti hic rapiētur? Post descēsum domini rapiemur, posteaquam cōgregati fuerint. Fiet enim hoc simul nemine sciente. Etenim quādo viderint terram motam & turbulentam, puluerem confusum, vndiq; ex æquo excitata corpora, nemine ad hoc famulante, sed iussione dei terrā antea repletam euacuare valente (cogita nanq; quātū sit, omnes tunc qui ab Adam ad aduentum suum vsque, stare cum mulieribus & pueris) quando, in quā, tantam viderint in terra tumultuationē, tunc scient. Quēadmodum enim dispensationē eius quæ secundum carnē est, non præuiderant: ita & tunc. Quan-

do igitur illa facta fuerint, tūc & vox audietur archā geli angelis reliquis imperantis & clamantis: audietur tunc & tubæ, imō tubarum sonitus. Qualis igitur tremor, qualis timor eos qui in terra tum erunt, qui iudicē expectabunt, obtinebit? Vna nanq; rapietur, & vna relinquetur: & vnus accipietur, & vnus relinquetur. Quis erit tum animus illorum, quādo istos quidē sublatos videbunt, se verō ipsos relictos? An non quauis gehenna terribilior eos ista deiectos ac consternatos reddere poterūt? Fingamus itaque sermone iam illud adesse. Si enim mors repētina, aut ciuitatū motus, & reliquę minæ, animos nostros ita cōcutiunt, quando viderimus terram disruptā & his omnibus refertā, quando audierimus tubas, quādo vocē illam archangeli quauis tuba clariorem perceperimus, quando cœlum hoc vndique sursum euectum & cōtractum, quando ipsum aduentantem deum regem omniū viderimus, quis tum nobis animus erit? Horreamus obsecro, & terreamur, nō secus quā si ista iam fierēt. Ne solemur nos ipsos ex mora & cunctatione. Quādo enim omnia oporteat fieri, nihil pderit cunctatio. Quātus tum tremor erit, quantus timor? Videtis aliquando ad mortē quosdam abduci. Quem putatis illis esse animum, viam istam ad portā vsq; incedentibus? quot mortibus non grauiorem? Quid non mallēt & facere & pati, vt ab ista animi caligine & obnubilatione liberati essent? Ego multos qui post deductionē reuocati fuerant ad regiā beneuolentiā & clementiā, dicentes audiui, se neq; hoīes velut homines vidisse, q; animo fuissent summopere cū abducerentur perturbato, perculso & stupefacto. Si ergo corporalis mors vsq; adeo nos pterrefacit, quādo æterna illa aduenerit, quid patiemur? Et quid dico de iis qui ad mortē abducuntur, quos turba hominū circūstat, quorū plures eos non agnoscūt? Si quis illorū animos penitus inspexerit, nemo fuit adeo crudelis, nemo adeo cōfidens, nemo adeo fortis ac dexter, qui non in promptu habeat animi deiectionē & extasim ex timore & mœstitia manātem. Si ergo dū alij morte ista a somno nihil differēte auferūtur, qui nihil cōfortij cum illis habēt, ita afficiuntur & consternātur, quādo in maiora nos ipsi incidimus, quomodo tum habebimus? Nō potest, credere, nō potest sermone cōprehendi quæ futura sit animi passio. At enim, inquis, sed benignus est deus, & nihil horū erit. Non nisi ad terrandū, inquis, ista ita scripta sunt, vt respiscamus. Si ergo non respicuerimus, sed mali perseuerauerimus, nō puniet nos, dic quāso? Ergo neq; bonis præmia retribuet? Etiam, inquis. Hoc enim illi decorum est, vt plus etiā benefaciat q̄ par sit. Itaque illa quidem vera sunt & omnino futura, supplicia verō non omnino, sed duntaxat minitandi & absterrēdi gratia cōmemorantur? Vnde vobis periuadeam, ignoro. Si dixerō quōd vermis malorum non sit mortuus, & ignis non extinguendus, si dixerō in ignē illos abituros æternum, si diuitem iam in suppliciis existentē adduxero, omnia dicetis esse minas. Vnde igitur vobis persuadebo? Satanica est ista cogitatio, fatua præstās oblectameuta, & desides efficiēs. Quomodo ergo illam eximemus? Quæcunq; sanē ex scripturis proferemus, dicetis minandi gratia scripta. At de futuris quidem suppliciis poterit quisquā hoc dicere, de iis verō quæ iam contigerunt, & finē consequuta sunt, non itē. Audistis de diluuiō? An & illa minarū gratia dicta sunt? Non etiam contigerunt, & ita facta

Mat. 24. 4 & Luc. 17. 8

*Gene. 6.* ita facta sunt? Talia & illi tū multa dicebant, & cūm centū annos fabricaretur arca, intexerenturq; ligna, & iust<sup>o</sup> clamaret, nemo erat qui credebatur. Verū quia non crediderunt verborū minis, sustinuerunt & experti sunt in ipsa suppliciiū. Hoc & nos patiemur, nisi crediderimus. Quapropter & aduentū suū Christus diebus Noē cōparat, eō quōd vt diluuiū illi non credebant quidē, ita & diluuiū gehennæ accidet. An minæ fuerunt illa? Non etiā in opus ipsū exierunt? Deinde qui tum supplicium ita subitū & omnia simul complectens induxit, non multō magis & nunc inducet? Non enim minora sunt quæ nunc fiunt, q̄ quæ tum facta fuerāt. Quomodo? Quia tunc, inquit, ingrediebantur filij dei ad filias hominum, & malum quo peccabāt, erat adulterinus & illicitus cōcubitus. Nunc vero nullum est reliquum malitię genus quod ausi nō sumus. Creditis igitur, re vera factum esse diluuiū, aut putatis esse nugas? Quāquam hoc & ipsi montes vbi quieuit arca, testificātur, (eos dico qui in Armenia sunt) ex multa tamen & abundanti cautione, ad aliud quoque isto clarius, sermonem deducā. Peregrinatūne quisquā vestrum aliquādo est in Palēstina? Iam enim nō amplius verba, sed res ipsas proferam. Quāquam prius dicta rebus ipsis sint manifestiora. Quæcunq; enim scriptura dicit, ea rebus illis quæ oculis nostris subiiciuntur, certiora sunt. Peregrinatus est ne igitur quispiam vestrum aliquādo in Palēstina? Puto sanē. Quid ergo? Testes mihi sitis, vos qui loca illa vidistis, ad eos qui illic nō fuerūt. Supra Ascalonē enim & Gazā, in ipso Iordanis fluminis termino, est regio quædam magna & fertilis. Imō erat. Iam enim nō est. Ista igitur cū instat paradisi esset, (Vidit enim Loth, inquit, omnem regionē circa Iordanē, & erat irrigua, sicut paradysus dei.) Ista igitur, quæ ad eō erat florida, vt cū quibusuis aliis regionibus decertaret, paradysūq; dei abundātia sua exprimeret, quibusuis solitudinibus ac desertis nūc desolator est, & stant ibi arbores fructū habētes. Fructus autē ille, iræ dei monumentum est. Stant enim mala punica, (& arbores dico & fructus) splendidum quidem aspectū habentia, & ignorantī multā spem præbētia: si verō in manus illa sumpserit, mox perfracta, fructum quidē nullum, pulueris autē & cineris plurimum intus recōditum exhibent. Talis est & omnis illa terra. Et si lapidē repereris, incineratū reperies. Et quid dico lapidē & ligna & terrā, quando & aer & vnde calamitatis huius cōsortio detineatur? Quæ admodū enim corpore incenso & cōbusto schema quidē manet in ignis aspectū, & figura, & magnitudo, & reliqua membrorū proportio, virtus verō non itē: ita sanē & hīc. Tellurem videas, at nil telluris habentē, sed omnia cinerem. Arbores videre est & fructus: & tamen nihil arborum, nihil fructuum. Aërem & aquam, attamē nihil aëris, nihil aquæ. Nam & ista incinerata sunt. At quomodo aër cōburi poterit aliquando? Quomodo & aqua, vt maneat aqua? Ligna quidē & lapides comburi possunt, aër verō & aqua nequaquā possunt. Nobis impossibile est, ei verō qui ea facit, possibile. Nihil igitur aliud est aër illic quā caminus, & aqua caminus, in frugifera omnia, omnia sterilia, omnia suppliciiū referentia, præcedentis iræ dei imagines, & futurę indicia. An & ista verborū minæ sunt? Nam mihi quidē neque priora quæ in diluuiō cōtigerunt, incerta, sed æquē certa quæ non visa, quāquam quæ visa sunt habētur. Incredulo verō vel ista

fidem facere poterūt. Si quis gehennam futurā non credit, Sodomā cogitet, Gomorrhę meminerit, supplicij recordetur quod factū est, & adhuc perdurat, id quod indicij est æternum fore malorum supplicium Grauiā sunt ista, illa verō grauiā nō sunt? Quādo dicis nō esse gehennam, sed simpliciter illā minatum esse deum, quādo manus populi dissoluit ac remittis: tu me incredule vt ista dicam cogis. Si verbis Christi credidisses, non fuisset ex his rebus fidē illis conciliare coactus. Quoniam verō illa refugisti, iam deinceps nolis velis persuasus eris. Quid enim potes de Sodomis respōdere? Vis & causam discere, ppter quam ista tunc facta sunt? Vnum erat illis peccatum, graue quidē & execrādum, attamē vnum. In pueros tum insaniebāt, atq; ideo pœnas istas dederunt. Nūc verō innumera, & paria, imō grauiora peccata quā istud fuerit committuntur: deinde qui propter vnū peccatum tantam irā effudit, & neque per Abraham supplicationem placatus est, neq; per incolā Loth, qui ad honorandū seruos ipsius, filias suas in ignominiam tradiderat, tantis iam peccatis existētibus parceret: Ridicula re vera sunt ista, & nugæ, & error, diabolicāq; seductio. Vis & aliud adducā? Pharaonem ab omnibus audis regē fuisse Aegyptium. Nosti igitur & pœnas quas dedit? Quomodo cū ipsis currib<sup>9</sup> & equis, cū vniuerso exercitu in mari rubro submersus sit? Vis & alia discere? Nam ille quidē impius fortē erat, imō non fortē, sed reuera impius erat. Vis etiam ex credentibus, & deo, vita tamē non verē correctā, adherētib<sup>9</sup>, supplicio affectos videre? Audi quid Paulus dicat: Neq; scortemur sicut quidam ipforum scortati sunt, & ceciderunt in vna die viginti tria milia. Neq; murmuremus, sicut quidam eorum murmurarunt, & perierunt ab exterminatore. Neq; tentemus Christum, sicut quidā ipforum tentarunt, & à serpētibus interierunt. Si vero fornicatio tātum potuit, si tantū murmuratio, quid nostra peccata nō efficiēt? Si verō nō iam statim pœna sumitur, ne mireris. Nam illi quidem gehennam ignorabant, atque ideo subitis pœnis puniebatur: tu verō quæcūq; peccata cōmiseris, si nullam profusus hīc pœnā dederis, omnia solues illic. Ad hęc si eos qui rudiores erāt, & tanta non deliquerant, tantopere puniuit, nobis parceret? Absurdum hoc esset. Nam etiam si eadē quæ illi deliquerimus, maiore tamen supplicio digni sumus. Quamobrē? Quia maiore gratia potiti sumus. Quando verō plura & maiora q̄ illi delinquamus, quas pœnas non dabimus? Illi (at ne putet me quisquam vel ad celebrandum eos, vel ad ignoscendū ista dicere, Absit. Quando enim deus punir, si quis contrariā sententiā adferat, ex animo hoc facit diabolico. Nō igitur ad laudem vel ad veniam eorum hoc dico, sed vt declarē nostram malitiam.) Illi, inquam, etsi murmurarunt quidē, at in desertum venerant. Nos verō patriam habētes, & in cōditibus nostris existētes, murmuramus. Illi & si scortati sunt quidē, † & ex Aegyptiis malis pridem egressi erant, & legē propē talem nō audierāt. Nos verō à maioribus nostris salutaria accepim<sup>9</sup> p̄cepta, itaq; maiore supplicio digni sum<sup>9</sup>. Vis & alia audire, quæcūq; perpeffi sint in Palēstina, famē, pestē, bella, captiuitates, siue Babylonicas, siue Assyriacas, quæ à Macedonib<sup>9</sup> mala, quæ ab Adriano & Vespasiano? Volo tibi dilectē narrare aliquid: Sed ne resiliās: imō ante illud aliud dicā: Fames facta est aliquādo, inq̄, & rex incedebat supra murū: deinde

*De subuersione Sodomorum. Gene. 13.*

*Ex. 14.*

*1. Cor. 10.*

*1. Cor. 10.*

*1. Cor. 10.*

*1. Cor. 10.*

*1. Cor. 10.*

*1. Cor. 10.*

*1. Cor. 10.*

*1. Cor. 10.*

*1. Cor. 10.*

*1. Cor. 10.*

*1. Cor. 10.*

*1. Cor. 10.*

*1. Cor. 10.*

*1. Cor. 10.*

*1. Cor. 10.*

*1. Cor. 10.*

*1. Cor. 10.*

*1. Cor. 10.*

*1. Cor. 10.*

*1. Cor. 10.*

*1. Cor. 10.*

*1. Cor. 10.*

*1. Cor. 10.*

*1. Cor. 10.*

*1. Cor. 10.*

*1. Cor. 10.*

mulier quædā accedens hæc verba ad illum loquebatur: Rex, Mulier ista ad me dixit, affabimus hodie filiū tuum, & comedemus eum, & cras meum. Coximus ergo filium meum, & comedimus, filium autem suum nondum dedit. Quid ista calamitate grauius? Rursus alibi propheta dicit: Manus mulierum ad miserationes procliuarum filios proprios attigerunt, & coxerunt. Iudæi quidem tantum dedere supplicium, nos verō non multō magis dabimus? Vis & alias Iudæorum calamitates audire? Iosephi volumina accede, & cognosces omnem illam tragœdiam, si fortē tibi ex illis suadebimus esse gehennam. Nam cogita: Si illi puniti sunt, quamobrē non puniremur & nos? Aut quomodo decorum esset, non puniri nos, qui peiora quā illi deliquimus? Certē liquet ideo fieri quōd suppliciiū nobis reponatur in futurum. Si verō vis etiam de vna quaq; persona dicam, quomodo supplicio adfecti sint. Fratrem occidit Cain: graue quidem peccatum. Quis enim negauerit? At pœnas dedit & graues, & mille mortibus correspondentes, & pro quibus maluisset etiam millies mori. Audi nāq; quid ipse dicat: Si eiicis me ex terra hac, & à facie tua abscondar, & erit, vt quisquis me inuenerit, occidat me. Dic ergo mihi: Non eadem hodie multi faciūt? Quādo enim etiam si non carnalem, attamen spiritualem fratrem occidis, non idem designas? Quid enim si nō gladio? At alio modo facis, dum eum contēnis, cū posses à fame liberare. Quid ergo? Nemo iam fratrem suum occidit? Nemo in pericula coniecit? At pœnas hīc non dederunt? Dabunt autē: deinde Cain quidē neque legem scriptam audierat, neq; prophetas, nec signa illa magna viderat, & tamen tantum suppliciiū dedit: alius verō qui eadem egit, & neque tantis exemplis castigatus est, impunis erit? Et vbi esset æquitas & iustitia dei? Aut vbi illius bonitas? Rursus alius quidam ppter ligna sabbato collecta lapidatus est, quāquam modicū hoc fuerit mandatum, & circūcisione leuius. Lapidatus ergo est qui ligna sabbato collegerat, qui verō mille sæpnumero iniquitates operati sunt, decesserunt impunes. Si ergo gehenna non est, vbi iustitia? Quomodo non erit personarum respectus? Atqui multa talia de illis queritur, quōd sabbata non custodierūt. Iterum alius quisquā, Charmi, anathema furatus, cum omni familia sua lapidibus obrutus est. Quid igitur? Interea nemo sacrilegus factus est? Saūl quoque cū contra quod deo visum fuerat, quibusdam pepercisset, tātum supplicium passus est. Nemo igitur interea ad hunc modum pepercit? Vt nāq; hoc esset. An non magis nos inuicē deuoramus quā ipse bestia, cōtra quod deo probatur? Et tamē nemo propterea cecidit in bello. Ad hæc filij Heli quoniam ante thymiam comederāt, pœnas cum patre grauissimas soluerunt. Nemo itaq; interea ex patribus negligens erga filios suos fuit, neque flagitiosi filij? Sed nemo pœnas luit. Quando ergo luēt, si gehenna non est? Innumera præterea quisquā recensere posset. Quid verō Ananias & Sapphira? Quoniā suffurati fuerant ex illis quæ offerebant, cōfestim puniti sunt. Nemo igitur interea ista fecit? Quomodo ergo non easdē pœnas dederunt? Persuademūne tibi gehennam esse? Aut pluribus adhuc exēplis opus habes? Veniemus igitur & ad ea quæ in scripturis non habentur, quæ iam in hac vita fiunt. Necessarium enim est vndiq; nobis istam sententiam colligi & probari, ne frustra nobis indulgentes, nos ipsos graui dāno ledamus.

mus. Nō vides quā multi calamitosi mutilatis corporib<sup>9</sup> innumera mala patiātur, cæteri verō clari sint & celebres? Quare cædis illi quidem pœnas dent, illi verō non dent, audi Paulum dicentem: Quorūdam, inquit, peccata antē manifesta sunt, quōsdā verō & subsequuntur, quot homicidę subterfugerūt, quot sepulchrorū efflores ac spoliatores? Sed relinquatur ista. Quot sunt quos non videas graui supplicio puniri? Hi quidē morbo prolixo traditi sunt, isti verō cōtinuis torturis, alij autē aliis innumeris malis. Quando igitur videris aliquē, qui eadem quæ illi, aut etiā multō plura designare ausus, pœnas non dedit, an nō vel inuitus gehennā esse suspicaris? Elige tibi eos qui in hac vita, qui coram te puniti sunt, & cogita deum non esse personarū acceptorem, & quōd tu, cū mille mala feceris, nihil tamē tale dum passus es, & habebis sententiam & intellectū gehennæ. Nam ita nobis illā inferuit deus, vt nemo vnquam illius ignarus esse possit. Nam & poëtæ & philosophi, & fabularū fictores, & omnes in vniuersum homines de retributione illic futura philosophati sunt, & in inferno cōplures puniri dixerūt. Etsi fabulę sint illa, nostra tamē nō item. Ista nō ideo dixi, q̄ simpliciter terrere cupiā. Non enim animos vestros aggrauare, sed ad respiciētiam adducere, & expeditiores facere volo. Vellē & ego ipse non esse supplicium: imō omniū maximē ego. Quamobrē? Quia vnusquisq; vestrū pro sua ipsius quidē anima metuit, ego verō & de ista præsidētia rationē reddam. Itaq; omnium maximē impossibile est, vt ego effugiam. At fieri nequit, vt non sit supplicium & gehenna. Quid patior? Vbi ergo, inquis, beignitas dei est? Vbi que: imō alio tēpore de ista disputabo, ne quæ de gehenna dicta sunt, cōfundamus ac perturbemus: & quod lucrati sumus, interea non diffuāt. Lucrum enim non modicum est, de gehenna persuasum esse. Verborum etenim istorum memoria, quasi modicum quoddam pharmacum omnem malitiā expurgare poterit, si perpetuō menti nostræ infederit. Vtatur ergo hoc pharmino, vt cor adepti purū, ita videre mereamur quæ neq; oculus vidit, neque auris audiuit, neq; in cor hominis ascēdit: quæ cōtingat nos omnes assequi gratia & benignitate &c.

*Homilia nona.*

**E**t tēporibus autē ac temporū articulis fratres nō opus Cap. 7. habetis vt vobis scribam. Ipsi nāque exactē scitis diē domini vt suū in nocte ita venturum. Nihil ita, vt apparet, curiosum est & auidum ad rerum obscurarū & reconditarū cognitionem, vt humana natura. Hoc autē illi contingere solet, quando tenuem & nondū absolutū intellectum habet. Qui enim rudiores sunt inter pueros, non omittūt & nutrices & pædagogos & patres crebris suis interrogationibus interturbare, in quibus nihil aliud est, quā quando hoc, quādo il lud sit. Euenit autē istud & ex deliciis, & ex eo quōd nihil est operis qđ fiat. Properat itaq; animus noster ad multa quidē iam cognoscēda & animo cōprehēdēda, maximē tamen ad sciendum consummationis temp<sup>9</sup>. Et quid mirū si nobis hoc accidit? Ipsi nanq; sancti illi omnium potissimum idem perpeffi sunt. Etenim ante passionem accedētes ad Christum apostoli inquirunt, Dic nobis, quando ista erunt? Et quod si gum est aduentus tui, & consummandi seculi? Post passionem verō & resurrectionē ex mortuis, dicebāt ad eum: Dic nobis, an in tēpore isto restituis regnū Israël: Et ante hoc nihil illum rogauerant, at postea non ita,

*1. Th. 4.*

*Ad Iosephum re-mittit.*

*Gen. 4. b.*

*† inuidia prosequitur?*

*Num. 15. d.*

*1. Reg. 7. a. 1. Par. 2. a. 1. Reg. 15.*

*Ibidē 2. e. 4. c.*

*Act. 5. a.*

*Act. 1. a.*

*non ita,*



non ita. Postquā enim spiritum sanctū accipere me-  
 ruerunt, non solum ipsi non curiosē quicquā rogāt,  
 nec aegreferunt ignorantiam, sed & eos qui intēpe-  
 stiva illa curiositate laborant, repriment. Audi igitur  
 quē iam beatus Paulus dicat: De temporibus autē ac  
 temporum articulis fratres nō opus habetis vt vobis  
 scribā. Nam si fecisset, magis eos contristasset. Ita ve-  
 rō cōsolatus est, hoc dicēs: Quod enim dicit, nō ha-  
 betis opus, tanquā superfluum, & velut inutile, non  
 permittit vt quærāt. Quid enim hinc, dic quāto, lu-  
 cri fuerit? Ponamus seculi cōsummationem post vi-  
 ginti annos futurā, post triginta, post centum: quid  
 hoc ad nos? An nō vniuscuiusvis cōsummatio est vi-  
 tæ suę terminus? Quid curiosē scrutaris & turbaris, p  
 inani fine? At quod in aliis accidit, id & hoc loco no-  
 bis vsu venit. Quēadmodū enim in aliis relictis quæ  
 propria sunt, cōmunia curamus, dicentes, hic scorta-  
 tor est, iste adulter: alius rapuit, ille iniuriam intulit,  
 suorum verō facinorū nemo rationē habet, sed om-  
 nia magis curat quā sua: ita & hic, omittēs quic-  
 que suum ipsius finem curare, cōmunem & generalē  
 cōsummationē discere volumus. Quid enim tibi cū  
 illa cōmune est? Si vnum istum finem bene dispo-  
 fueris, nihil ab illo mali patieris. Sit procul, sit è vici-  
 no: nihil hoc ad nos attinet. Propterea nō dixit hoc  
 Christus, eō q̄ non profuisset. Quomodo non pro-  
 fuisset, inquit? Ipse nouit, qui abscondit, quamobrem  
 non profuisset. Audi nanq; quid ipse apostolis dicat:  
 Non est vestrum scire tempora vel articulos tempo-  
 rum, quę patet posuit in suam potestātē. Quid curio-  
 sē inquiritis, inquit: Qui circa Petrū Coryphæū fue-  
 runt, ista audierunt, tanquam qui maiora scire quere-  
 bant, quā ipsi cōueniebat. At enim, inquit, potuis-  
 sent hinc gentiū ora obturari. Quomodo, dic quęso?  
 Quoniā illi, inquit, mundum dicunt esse deum. Iam  
 si cōsummationis tēpus sciremus, obstrueremus vti-  
 que illorum ora. Hoc demum est quo illi compeſcē-  
 tur, si cognoscant desituro aliquando esse mundū,  
 non minus quā si cognoscant quādo desinat. Hoc  
 ad eos dicite, nempe finē habiturum mūdum. Si hoc  
 non credent, neq; illud credent. Audi Paulum dicē-  
 tem: Ipsi nanq; exactē scitis diem domini vt furem  
 in nocte, ita venturum. Non solum cōmunis ille, sed  
 & vniuscuiusq; proprius ita veniet. Iste quippe illum  
 imitatur. Est enim & iste cognatus illi. Quod enim il-  
 le simul & summatim, hoc iste per partes facit. Et cō-  
 summationis tempus ab Adam cępit: tunc verō cō-  
 summationis finis erit. Nam & nunc non peccauerit  
 quisquā, si hoc quoq; tempus cōsummationem vo-  
 cet. Quando enim innumeri quotidie moriantur, &  
 diem illum futuū omnes expectent, & ante eum ne-  
 mo resurgat: an non illius hoc opus est? Si verō discere  
 vultis quamobrem absconditus sit dies ille, & quare  
 sicut fur in nocte, ita & ipse veniet: ego quēadmodū  
 mihi res ista videtur benē habere, dicam. Nemo sanē  
 virtutis vnquam curam, quod ad omnem vitam atti-  
 net, habuisset, sed cognito quisq; consummationis  
 suę die, postquā innumera mala perpetrasset, tū de-  
 mum baptismi lauacrum accepisset, atq; ita hinc mi-  
 grasset. Si enim nūc timore incertitudinis cūctorum  
 animos turbante, omnes vniuersam anteaſtam vitā  
 in malitia consumentes, ad extrema demum suspiria  
 baptismati se tradunt, si etiā essent admodū de isto  
 persuasi, quisnā vllam virtutis curam haberet? Com-  
 plures sine illuminatione decesserunt, & ne sic quidē

timor iste erudiuit, vt dum viuerēt, quę deo proban-  
 tur, curassent: q̄ si etiā hic metus sublatuſ esset, quis  
 vnquā respiciisset: quis obtemperasset? Ne vnus qui-  
 dem. Rursus verō accedit & alterum. Multos mortis  
 metus & vitæ amor nūc cohibet. si verō cognouisset  
 quisquam omnino se crastino die moriturum, nihil  
 vtrique audere ante diem illū veritus fuisset, sed quos  
 voluisset occidisset, & inimicos vlciscens seipsum re-  
 creasset, milleque magna designasset. Homo nanq;  
 scelestus hac vita desperata, ne eius quidē rationem  
 habet, qui purpura decoratus est. Si ergo certus esset  
 omnino moriendum esse, & inimicū suum vlcisce-  
 retur, refocillatōq; primū animo suo, ita mortem  
 obiret. Dicam & tertium. Qui vitę huius sunt cupidi,  
 & vehemēter ea quę huc pertinent, cōcupiscunt, per  
 animi sanē mœstitiā & dolorem tabefacti essent. Si  
 enim iuuenis quisquā certus esset post triennium se  
 moriturum, non secus ad hoc afficeretur, quā igna-  
 uissimæ illæ bestiæ quādo comprehensæ mortē ex-  
 pectant. Neque ipsi strenui viri mercedē aliquā vir-  
 tutis suę habuissent. Si enim cognouissent q̄, profus  
 elapso triennio morituri essent, & antea mori nō pos-  
 sent: quarūmnam rerum mercedē habuissent, contra  
 aduersa cōfidentes? Dixisset enim ad eos quisquam,  
 quia securi estis de tribus annis, p̄pterea periculis vos-  
 ipsos eō cōfidentius traditis, sciētes quōd mori non  
 possitis. Qui enim ex vnoquoque periculo interitum  
 prætolatur, & nouit victurū se, si quidē seipsum nō  
 negligeret, moriturum verō eū qui talia audeat, ma-  
 ximum alacritatis suę, & præsentis vitæ contemptus  
 indicium hinc tulerit. Verū declarabo vobis istud  
 per exēplum. Dic mihi: Si patriarcha Abrahā antea  
 cognito non occisurum se filium, illū deduxisset: an  
 aliquā igitur mercedem habuisset? Quid verō si Pau-  
 lus præcius non moriturū se, pericula contempſisset,  
 qua in re præclarus esset? Ita nanq; & ignauissimus  
 quisq; in ignem vtrique ingressus fuisset, si certū quē-  
 dam reperisset securitatis fideiussorem. At non tales  
 tres pueri. Sed audi quid dicat: Rex, est deus in celo,  
 qui eripiet nos de manibus tuis, & ex camino isto. Et  
 si minus, notum tibi sit q̄ deos tuos non colimus, &  
 imaginē auream quam statuisti, non adoramus. Vi-  
 detis quantū sit lucri & maius istis, ex ignorātia mor-  
 tis & cōsummationis? Hactenus verō sufficit ista co-  
 gnoscere, nempe propterea vt furē in nocte ita ven-  
 turum diem illum, ne in malitiam seducamus nos ip-  
 sos, nēve in segnitie, ne merces nostra amputetur. Ip-  
 si nanq; exactē, inquit, scitis. Quid igitur curiosē in-  
 dagatis, si persuasi estis? Quōd verō futurū incertum  
 sit & obscurū, ex dictis Christi cognosce. Quōd enim  
 p̄pterea hoc dixerit, audi quid dicat: Vigilate igitur,  
 nescitis enī qua hora fur venturus sit. Quapropter & d.  
 Paulus dixit: Quando autē dicent pacem esse & securitatem,  
 tūc repentinus illis imminet interitus: quemadmodū dolor partus  
 mulieri in vtero habenti, & nequaquā effugient. Inuit hic  
 aliquid quod & in epistola posteriore. Quādoquidē  
 enim isti in afflictionibus quidem erāt, illi autē qui  
 eos agitabāt, in requie, & deliciis, subinde præsentia  
 mala isto resurrectionis sermone solatus est: illi ex a-  
 uitis entymematis loquētes calūniabātur ac dice-  
 bant, quādo erit: id quod & p̄phetæ de Iudæis dice-  
 bant: Væ, inquiunt, dicētibus, velociter appropi-  
 ent Esai. 5. 6  
 quę factururus est deus, vt videamus, & veniat cōsiliū  
 sancti Israēlis, vt cognoscamus. Et iterū, Væ deside-  
 rantibus diem domini. Non simpliciter desiderantes  
 intelligit,

intelligite, sed eos qui ex incredulitate desiderabāt.  
 Et dies domini tenebrę, inquit, & non lux. Vide ergo  
 quomodo eos solet Paulus. Quasi dicat: Ne hic sibi  
 quōd in deliciis sunt, argumentum constituant, non  
 vĕturum iudicium. Nam ita quidem & adueniet. Di-  
 gnū verō fuerit & illud quærere. Si Antichrist' vĕ-  
 turus est, & venturus est Helias, quomodo quādo di-  
 cent pacē esse & securitatē, tunc repentinus illis im-  
 minebit interitus: Ista quippe non permittent diē il-  
 lum clanculū irrepere, cū signa sint aduentus eius.  
 Sed non vult illud tempus esse antichristi, omnēmq;  
 illum diem,] quōd illud Antichristi tempus futurum  
 debeat esse aduētus Christi signū. Ipse quippe Chri-  
 stus signū non habebit, sed subito & minimē expe-  
 ctatus veniet. Atqui, inquit, prægnanti mulieri dies  
 partus nō incertō imminet. Nouit enī q̄, post nouē  
 menses futurus sit partus. Imō vehementer obscurē  
 & incertō. Quædam enim septimo quidem, quædā  
 verō nono mēse pepererunt. Præterea & dies ipsa &  
 hora incerta est. Ad istud itaq; Paulus ista de prægnā-  
 te dixit. Est autē exacta similitudo. Non enim multa  
 sunt dolorosæ parturitionis præuia signa. Atque ita  
 multæ & in viis & extra domū suam re non prospe-  
 cta peperere. Non autē solam diei huius incertitudi-  
 nem ista similitudine significauit, sed & doloris acer-  
 bitatem. Quemadmodū enim illa interea dum ludit,  
 ridet, nihil omnino p̄spicit, subito ineffabilibus la-  
 boribus occupatur, doloribusq; parturitionis agita-  
 ta plangit: ita & animæ malorū habebunt subintrāte  
 die illo. Et nequaquā effugient, inquit. Istud quidē  
 nūc dixit: Vos autē fratres non estis in tenebris, vt dies iste fu-  
 ris instar vos occupet. Tenebricosam hęc & impurā vitā  
 per tenebras intelligit. Etenim velut in nocte impuri  
 & flagitiosi homines cuncta peragūt, quosuis fallen-  
 tes, & in tenebris seipos abscondentes & cōtinentes. Nā  
 dic mihi, non vesperam obseruat adulter? Non noctē  
 prætolatur fur? Sepulchrorū spoliator, non omnem  
 suum facinorosum quæstū noctū habet? Quid igitur?  
 Non etiā eos velut fur occupabit? Non etiā ipsis in-  
 certus imminet dies ille, sed præcios reperiet? Quo-  
 modo ergo dicit: Non opus habetis vt vobis scribā?  
 Hoc loco non de incertitudine diei huius loquitur,  
 sed de calamitate quā adfert. Quasi dicat: Nō vestro  
 malo veniet. Incertus quidē veniet & ipsis: veruntā-  
 men nulla calamitate eos cōtristabit. Vt dies ista fu-  
 ris instar, inquit, vos occupet. Nam etiā si latro ad vi-  
 gilātes & in luce cōstitutos subingrediatur, nihil tamē  
 eos lædere poterit: ita etiā eos qui rectē viuunt, sed  
 quotquot dormientes ac de præsentibus præsumē-  
 tes repererit, hos omnibus spoliatis abducet. Omnes  
 enim vos, inquit, filij lucis estis, & filij diei. Et quomodo  
 possimus filij diei esse? Quēadmodū filij perditionis,  
 filij gehēnæ. Quapropter & Christus Phariseis dixit:  
 Væ vobis, quoniā circuitis mare & aridā, vt faciatis  
 vnum profelytum: & quum factus fuerit, facitis ip-  
 sum gehennæ filium. Et Paulus quoq; dixit, Propter  
 quę venit ira dei super filios inobediētix: hoc est, qui  
 ea faciunt quæ ad gehennā pertinet, quæ inobediē-  
 tiæ sunt. Ita & filij dei sunt, qui quę deo probātur, fa-  
 ciunt. Ad eum modū dicuntur & filij diei & filij lu-  
 cis, qui quæ lucis sunt, faciunt. Et non sumus noctis neque  
 tenebrarū. Ne dormiamus itaque sicut & ceteri, sed vigilemus  
 ac sobrij simus. Qui nāque dormiunt, noctū dormiunt: & qui in-  
 briatur, noctū inebriatur. Nos autē qui diei sumus, sobrij simus.  
 Ostendit hęc quōd in die esse nostri sit arbitrij. In

præsentī enim vita, quod ad hęc quidē diem & hęc  
 noctē attinet, non in nostra est potestate, sed etiā in-  
 uitis nobis irruit nox, & nolētibus imminet somnus.  
 Quod verō ad spirituales illam noctem & somnum  
 attinet, non itē, sed possumus semper vigilare, possumus  
 semper in die agere. Animę siquidē oculos clau-  
 dere, & malitiæ somnū inducere, non est natura, sed  
 volūtatis. Sed vigilem', inquit, & sobrij sim'. Potest  
 enim & qui vigilat dormire, dū nihil boni operatur.  
 Quapropter subiunxit, & sobrij simus. Nam & in die  
 si quis vigilauerit quidē, sobrius verō nō fuerit, in mil-  
 le mala incidet. Itaq; vigiliarum intentio est sobrie-  
 tas. Qui nāq; dormiunt, inquit, noctū dormiunt: & sic in  
 qui inebriatur, noctū inebriantur. Ebrietatē hic di-  
 cit nō eam solū quæ ex vino, sed & quę ex omnibus  
 malis est. Ebrietas enī animi sunt diuitiæ, & pecunia-  
 rum cōcupiscētia, & corporū amor: & quicquid tale  
 dixeris, animi est ebrietas. Quamobrem autē mali-  
 tiam somnum vocauit? Eō quōd ad virtutē ignauus  
 ac deses est, qui malus est: deinde omnia imaginatur,  
 nihil veri videt, sed plenus est somnis, & de absurdis  
 plerūq; rebus. Si verō etiā iucūdum quid viderit, ni-  
 hil tamē firmum, nihil habet solidum. Talis enim est  
 præsens vita. Somnis & imaginationibus vanis abū-  
 dat. Somniū sunt diuitiæ, gloria, quæcunq; talia. Qui  
 dormit, ea quidē quæ sunt, & verē subsistunt, nō vi-  
 det: quę verō nō sunt, pro existētibus imaginatur. Ta-  
 lis est malitia, & vita quę in malitia est. Quæ sunt, nō  
 videt: hoc est, spiritualia, cœlestia, p̄seuerātia, sed quę  
 diffluunt, & auolant, & celeriter à nobis resiliunt. Nō  
 suffecerit autē vigilare, & sobriū esse, sed oportet &  
 armari munitique. Nam etiā si quis vigilauerit qui-  
 dē & sobrius fuerit, arma verō nō habuerit: citō cō-  
 ficietur à latronibus. Quando igitur & vigilare oportet,  
 & sobrietatē conseruare, & armis muniti, nos ve-  
 rō inermes & nudī sumus & dormimus, quis phibe-  
 bit latronē istum ne gladio nos cōfodiat? Induti tho-  
 racem fidei & charitatis, loco galeæ spem salutis. Fidei, in-  
 quit, & charitatis. Vitam hęc & doctrinā inuit. De-  
 clarauit quid sit vigilare, & sobriū esse. Nempe tho-  
 racem fidei & dilectionis habere. Non autē quamli-  
 bet fidem dicit, sed quemadmodū thoracem nō fa-  
 cilē quicquā penetrat, sed est tutum pectoris muni-  
 mentū: ita & tu fidem & charitatem animæ tuæ ap-  
 plicato, & nullū ex ignitis diaboli iaculis infigi pote-  
 rit. Vbi enim charitatis armis animę virtus p̄tecta &  
 præmunita fuerit, omnia frustra & inaniter tentabūt  
 insidiatores. Neque enim versutia, neque inimicitia,  
 neque inuidentia, neque blāditiæ, neque hypocritis  
 aut aliud quicquā ad talem animam pertinere po-  
 terunt. Non simpliciter charitatē dixit, sed eā quę sit  
 instar firmi thoracis. Et loco galeæ spem salutis. Quē-  
 admodū enim galea principale mēbrum eorū quę in  
 corpore nostro sunt conseruat, dum caput circun-  
 dat, & vndiq; tegit: ita & spes cogitationem nostram  
 cōcidere nō sinit, sed capitis instar erigit, nihil extra-  
 neum in illā incidere permittens: donec verō nihil  
 deciderit, neq; ipsa prolabitur. Iſtis enim armis mu-  
 nita nō potest vnquā cadere. Manet enim fides, spes,  
 charitas: deinde cū dixisset, induite & circūdate, ar-  
 ma & ipse parat, vnde cōstruit & fides & spes, & cha-  
 ritas quoq; fortior fit. Quoniam nō posuit nos deus ad irā,  
 sed ad salutē acquirendam, per dominum nostrum Iesum Chri-  
 stum, qui mortuus est pro nobis. Itaq; non ad hoc procliuſ  
 est vt perdat: sed ad hoc, vt seruet. Et q̄ hoc velis,  
 vnde

78. i. ante  
 hoc vel po-  
 tius pra  
 hoc. i. ma-  
 gis quam  
 hoc, vt per  
 cōparatio-  
 nem summa  
 8. 11.

ita intel-  
 legendis  
 Germ.

ut dicitur  
 i. sobrij  
 simus, vel  
 atreū si-  
 mus &  
 diligētes.  
 sic in  
 sequētib'  
 intellige.

Cū dicitur  
 de p̄tecta  
 pro d̄p̄-  
 nis lego.  
 πρ. εἶπα  
 μὴν καὶ  
 πρὸς αὐ-  
 τὸν μὴν

Mat. 23. 6  
 Col. 3. 4.

1. Cor. 13.

vnde liquet? filium suum dedit pro nobis. Ita saluare nos cupit, vt & filium suum dederit, & non simpliciter, sed in mortē dederit. Ex his cogitationib⁹ nascitur spes. Ne despondeas animū ō homo dum ad deū cōcedis, qui neq; filio suo tui gratia pepercit, nec deficias in præsenti vitę malis. Qui filium suum vnigenitum dedit, vt te saluaret, & ē gehenna eximeret: cui deinceps parcat, quod ad salutem tuam faciat? Speranda sunt itaq; omnia bona. Neque enim, etiā si ad iudicem abeundum esset iudicaturū nos quidem, at tamē qui tantum dilectionis erga nos ostendisset, vt & filiū suum nostri gratia occidisset, quicquā metueremus. Speremus itaq; iucunda & magna. Caput em̄ ac summam rei adepti sumus, si credimus. Vidimus enim ipsius exēplar. Diligamus. Effet enim extremę demetię, non diligere eum qui ita erga nos affectus est. *Vi siue vigilemus, inquit, siue dormiamus, simul cum illo viuamus. Proinde adhortemini vos inuicē, & edificet ali⁹ aliū, sicut & facitis.* Et iterū, siue vigilemus, siue dormiam⁹. Alium illic somnū dicit, & alium hic. Quod enim hīc dicit, siue dormiamus, de morte corporali intelligit. Quasi dicat: Pericula ne formidetis. Etiam si moriamur, viuemus. Ne desperes itaq; q̄ periculis obrueris. Habes certū pignus. Nisi enim vehementi amore erga nos exarsisset, filium suum utiq; nō dedisset. Itaque etiā si mortuus fueris, viues. Etenim & ipse mortuus est. Siue igitur moriamur siue viuamus, cū ipso viuemus. Indifferens est hoc. Nihil curo, siue vitā siue moriar: cum illo nanq; viuemus. Omnia itaq; vitę illi⁹ gratia faciamus, omnia ipsius respectu agam⁹. Malitia, dilectē, tenebrę sunt. Mors est malitia, nox est. Nihil videmus eorū quę oportet, nihil facimus eorum quę conueniunt. Quemadmodū mortui deformes sunt ac foetidi: ita & animę eorū qui in malitia sunt, multa sunt impuritate refertę, clausi sunt ipsorum oculi, os constrictū & mutum, immoti perdurāt in lectica malitię, imō miserabiliores q̄ qui ista patiuntur. Isti quidē vtrobiq; mortui sunt: illi verō ad virtutē quidem mortui, viuentes verō ad malitiā insensati sunt. Mortuum si quis etiā percusserit, nō tamen sentiet, neq; vlscetur, sed velut lignum aridū est: ita est & talis anima. Arida re vera est, respuens vitam. Mille quotidie vulnera accipit, & nullum tamen sentit, sed stupida est ad omnia. Nihil igitur peccauerit, si quis eos infans cōtulerit, & ebriis, & deliris. Omnia verō ista habet malitia, & omniū est pessima. Infano plurimum a videntibus ignoscitur. Non enim voluntaris est is morbus, sed naturę duntaxat. Qui vero in corde degit, vnde illi morbo ignoscetur? Vnde ergo malitia est? Vnde est q̄ plures sunt malitę? Dic mihi, vnde est malitia morborum? Vnde est mētis stupiditas? Vnde somnus grauis? Non ex segnitie? Si naturales morbi ex animi voluntate oriuntur, multo magis volūtarij. Ebrietas vnde? Non ex animi incontinentia? Mentis stupiditas? Non ex nimia febris excellentia? Febris verō an non ex abundantibus in nobis elementis? Abundantia autem elementorū non ex segnitie est: Quādo enim vel defectu vel abundantia ad immoderationem humores nostros deduxerimus, ignem illum incendimus. Rursus si flammā incēsam contēnere perrexerimus, pyram cōtra nos ipsos cōstruimus, quā extinguere nō possumus. Ita & in malitia fit. Si ceptā eam non prohibuerimus neq; exciderimus, neq; deinceps eam ad finem vsq; prehendere poterimus, sed vires nostras excedet. Quā-

A propter obsecro, omnia faciamus ne vnquā obdormiamus. Nō videtis custodes, quomodo seipos sepe vel parū somno permittētes omnē magnę custodię fructū amittant? Per modicum enim illū somnū totum perdunt, dum furari volenti copiā & potestatem faciunt. Quemadmodū enim nos fures non ita videmus, vt ipsi nos vidēt: ita & diabolus omniū potissimum imminet & insidiatur, ac dentibus frendit. Ne dormiamus itaq; nec dicam⁹, nihil hīc dāni, nihil illinc. vnde nihil expectabamus, sępenumero spoliati sumus: ita & in malitia habet. vnde nihil mali metuebamus, hinc perdimur. Cuncta diligenter circūspiciamus, nec inebriemur, nec dormitemus. Ne deliciemur, & nō dormitabimus. Ne infaniamus ad externa illa, & in sobrietate in finem vsq; perseuerabimus. componamus nos ipsos vndique, & quęadmodum super funē extēsum ambulātib⁹ non licet vel parum negligentibus esse, (nam parum illud magnū illis malū generaret, mox enim subuersi deciderent ac perirent) ita & neq; nobis pigrescere licet. Viam enim incedimus angustam, & vtrinq; p̄cipitiis obnoxiam, pedūmq; simul duorū non capacem. Vides qua nobis opus sit diligētia? Nō vides eos qui tā periculosa illa itinera cōficiunt, quomodo non solū pedes, sed & oculos cōmuniunt? Quādo enim putauerunt vtrinq; attēdendum, & si pes firm⁹ steterit, oculi tamen ex subiecta profunditate vertiginē passi fuerint, toti dilabuntur, sed oportet vt & sibiipsis & incessui simul attendāt. Quapropter dicit, neq; ad dexteram, neq; ad sinistrā. Multa est malitię profunditas, magna sunt p̄cipitia, densę subiectę tenebrę. angustia obseruamus, cum timore ac tremore ambulemus. Nemo talē viā ingrediens risu diffunditur, aut ebrietate grauat, sed sobrius & ieiunus huiusmodi viā ambulat. Nemo talē viam ingrediēs superfluum quicquā secum fert. maualt enim expeditus esse, quō cōmodē illam percurrere queat. Nemo pedes suos obligat, sed liberos esse finit. Nos vero innumeris curis nos ipsos quasi quibusdā vinculis cōstringētes, & mille tēporalium rerum onera deferentes, more stultorū hiantes ac dissoluti, quomodo angustam hanc viā ambulaturos nos speramus? Non simpliciter illā angustam esse dixit, sed cum admiratione, q̄ angusta est via, inquit. Hoc est, vehementer angusta est. Hoc faciamus & nos in illis quę valde stupenda sunt. Et stricta est via, inquit, quę ad vitam adducit. *Matt. 7. b* Et bene dixit: Quoniam enim & verborū & cogitationum & actionum, omniūque aliorum rationem reddere oportet, verē angusta est. Angustiorē verō nos eam facimus extendentes ac dilatātes nos ipsos, pedēsq; effundentes. Angusta quippe via cuius quidem difficilis est, maximē verō t̄mpingenti. ] *Quantū quisq; seipsum macerauerit & extenuauerit, ita & quātū angustia non sentiet: quantū quisq; in angustū se cogere curauerit, ita neq; pressum se esse queretur. Ne speret itaq; quisquā cōelum se cum vita remissa visurum: nequit enim fieri. Nemo speret se viam angustā cū deliciis ambulaturum. Est enim impossibile. Nemo latam viam ingressus, vitam speret. Siquādo igitur balnea videris, & mensam sumptuosam, aut fatellitum comitatu insolētem aliquē, ne miserum te putes, quōd nihil cum illis participas: sed magis ingemisce quōd perditionis hic viā ambulat. Quę enim viā istius vtilitas est, cū in tribulationē & angustia desinat? Et rursus, quid dāni est ab illa angustia quā-*

do ad,

*Homilia decima.*

do ad requiem tendat? Dic mihi: Si quis in regias vocatus, & per angiportus arctiores, & p̄cipitia ingrederetur, alius verō quifquam ad mortem abducend⁹ per medium forum traheretur: vtrum foelicē putāremus, vtrum deplorāremus? An nō eū qui per spaciosam viam incederet? Ita & nunc, nō putemus foelices eos qui in deliciis agunt, sed eos qui non deliciantur. Isti ad cōelum enituntur, illi ad gehennā. Et complures illorum forte ridebūt etiam ea quę dicimus. Ego vero potissimum propter hoc ipsum ploro ac lamētor, quoniam ne hoc quidē sciunt, quorum gratia ridendum, & quorum maxime sit gratia lugēdum, sed omnia confundunt, turbant, & tumultuariē peragūt. Propterea illos ego deploro. Quid dicis homo? Resurrecturus es, & actionū tuarū rationē redditurus, extremūque supplicium subiturus, & horum quidē nullam rationem habes, gulam verō & ebrietatē curas: & ad ista p̄terea rides? At ego te deploro, sciēs quę mala te maneāt, quod te sit excepturum supplicium. Et ob hoc potissimū deploro, q̄ tu rides. Luge mecum, deplora mecum tua ipsius mala. Dic quęso si quis tibi domesticorū periret, an nō eos qui super morte ipsius riderent, & execrarent, & p̄ hostib⁹ haberes, plorantes verō & simul lugētes amares? Eū itaque qui vxorem tuam mortuam sibi propositā rider, auerfaris: eum verō qui ob animam tibi mortuam lachrymatur, ipse interea ridēs, pariter auerfaris? Vides quales nos diabol⁹ reddiderit, eoq; deduxerit, vt nobis ipsi inimici sim⁹ & hostes? Redeamus ad sobrietatem aliquādo, circūspiciamus, vigilemus, vitā eternā insectemur, somnū excutiam⁹. Iudiciū est, supplicium est, resurrectio est, actorū nostrorū discussio est. Dominus venturus est in nubibus, ignis ante faciem eius ardebit, & circa ipsum tempestas vehemens, fluuius igneus ante ipsum voluetur, vermis nō moriēs, ignis inextinguibilis, tenebrę exteriores, stridor dentium. Etiam si mille modis agrefereatis, ego tamen ea non desinam dicere. Si enim prophetę vel lapidandi nō tacebāt, multo magis inimicitias vestras ferre debeo, & nihil ad vestram gratiam dicere, ne dū vos seducerem, ipsi dissecemur. Supplicium illuc immortale est, cōsolatio nulla: qui defensionē suscipiat, nemo. Quis miserebitur, inquit, incantatoris quem serpens momorderit? Quando nostri ipsorum nō miseremur ipsi, quis nostri miserebitur? dic quęso? Si videres aliquem qui se ipsum ferro confodiat, possēne illus misereri aliquando? Nequaquam. Multo magis cum in promptu sit recte ac prospere agere, si nō fecerimus, quis nostri miserebitur? Nemo. Misereamur nostri ipsorum. Quando oramus ad deum, dicentes, Misere nostri domine: dicam⁹ hoc ad nos ipsos, & miserecamus nos ipsos. In nostra sitū est potestate, vt nostri misereatur deus. Ipse hoc nobis largitus est. Si quę misericordia digna sunt, si quę digna sunt ipsius benignitate, fecerimus, miserebitur nostri deus. Si verō nostri ipsorū nō miserebimur, qui nos miserabitur? Misere proximi, & miserebitur tui deus. Quot sunt qui te quotidie accedūt dicentes, Misere mei, & tu ne respicis quidē? Quot nudi, quot mutili nos accedunt, & nos nihil flectimur, sed supplicationes eorū repellimus? Quomodo ergo misericordiam oras a deo, cū ipse nihil misericordia dignum facias? Simus mites & humani, simus ad misericordiam propensi, vt ita deo placeamus, & bona diligētibus eum promissa assequamur, gratia & benignitate &c.

**R**ogamus autē vos fratres, vt agnoscatis eos qui inter vos laborāt, & in domino vobis præsunt, admonētque vos, & habeatis eos in summo precio per charitatē, propter opus ipsorum, pacem cum illis habete. Multas pusillanimitatis occasiones præsidentem habere necesse est. Quemadmodū medici multas molestias obire coguntur, dum & aegrotos, & victus rationē, & pharmaca curant & parant, voluptatem quidem nullā habentia, plurimā verō vtilitatem, & quemadmodū patres vbiq; filiis molesti sunt, ita & p̄ceptores ac doctores, & multo etiā amplius. Medicus enim etiā aegrotō inuisus & exosus est, erga cognatos tamen eius, & qui eo libentertuntur, amicē habet & commodē, erga aegrotum etiā ipsum sępenumero. Et pater tam naturalibus quām externis legibus munitus, multa libertate principatu suo erga filium vtitur: & si inuitū erudierit & percusserit, nemo est qui prohibeat, neq; ipse filius respicere audebit. Sacerdotē verō multa grauat difficultas. Primū quidē volūtariis p̄esse debet, & a quibus principatus sui gratiā referat. Hoc autē non potest statim contingere. Qui enim alios arguit & increpat, qualescūq; illi fuerint, omnino amissa gratia, exosus redditur. Eodem modo habebit & qui adhortatur alios & admonet, & ad bona prouocat. Si dixerō itaque, pecunias tuas in egenos effundito: inuisum quid & molestum dico. Si dixerō, irā castigato, furorē extinguito, absurdam concupiscentiam sedato, vel modicam deliciarum portionem amputato, omnia graua & inuisa. Et si desidē castigauerō, aut extra ecclesiam eiecero, aut a cōmunibus precationibus abarcuero, dolebit, non ideo quod ex istis ciectus est, sed propter cōmūnem ac vilgarem turpitudinē. Nam & ea quoq; morbi huius intentio & vehemētia est, vt a spiritualibus prohibiti, non ideo doleamus, quod tantis bonis priuamur, sed q̄ videntium contēptui & turpitudini exponimur. Non horrescimus, nō formidamus rē ipsam. Quapropter Paulus de istis sursum ac deorsum multa verfat ac disputat. Et Christus quidē eos tanta coactione subegit, vt dixerit: In cathedram Moysi collocarūt se scribę & Pharisei, quęcūq; igitur seruāda vobis p̄ceperint, seruare, secundum opera verō corū nolite facete. Et rursus cum leprosum curasset, dixit, Vade, ostēde te ipsum sacerdoti, & offer munus tuum quod Moyses p̄cepit, in testimoniū illis. Et tu tamē ad eos dicis, facitis eum filium gehennę duplo magis quām vos. Propterea, inquit, dixi quę faciūt, nolite facete. Omnem itaque p̄textum & excusationē ademit subito. Paulus verō etiā Timotheo scribēs dixit: Qui bene præsunt seniores, duplo honore digni habeātur. Et ad Hebręos quoq; scribens dixit: Obedite iis qui vobis præsunt, & obtēperate illis. Et hic rursus: Rogamus autē vos fratres, vt agnoscatis eos qui laborant inter vos, & in domino vobis præsunt. Quoniā enim dixerat, alius aliū edificet, ne putarent inde se in p̄ceptoriam auctoritatem euectos, subiunxit: Veruntamē videte, quod & vobis p̄ceperim vt alius aliū edificet. Non potest enim doctor omnia dicere. Eos, inquit, qui laborāt inter vos, & vobis præsunt in domino, admonētque vos. Et quomodo, inquit, nō absurdum est quod facis? Siquidem homo defensionē tui erga hominē aliquem egerit, omnia facis, omnē illi gratiam habes: & cū hic erga deum partes tuas tueat, nihil gratiā repēdis? Et quomodo, in-

quis, partes



quis, partes meas tuetur? Quia pro te orat, quia spiri-  
 tuali dono quod per baptismum est tibi ministrat, inui-  
 sit te, adhortatur & admonet: mediis noctibus, si voca-  
 ueris, venit. Et hinc nihil aliud reportat, nisi vnum hoc,  
 quod ori tuo obnoxium est, & blasphemias tuis maledi-  
 ci sibi patitur. Quia necessitate coactus est? An bene vel  
 male fecit? Tu quidem & vxorem habes & delicias, &  
 vitam mauius lucrosam: sacerdos vero ad hoc munus  
 seipsum accommodauit, non aliud ipsi vitae genus est,  
 sed circa ecclesiastica versatus. Et habeatis eos, inquit,  
 in summo precio, per dilectionem, propter opus eorum.  
 Pacem habete cum illis. Vides quomodo cognouerit  
 quibus pusillanimitatibus obnoxium sint tales? Non sim-  
 pliciter dixit, diligite, sed in summo, inquit, precio per  
 dilectionem eos habete, velut filii patres. per eos nam-  
 que nati estis generatione eterna, per eos regnum ade-  
 pti estis, per manus eorum omnia sunt, per eos caelorum  
 vobis portae referantur. Nemo dissideat, nemo contra-  
 tendat. Qui Christum diligit, qualis qualis tandem sa-  
 cerdos sit, ipsum quoque diligit, quoniam per eum tremenda  
 mysteria consecutus est. Dic mihi, si cupidus visendi  
 regias auro multo splendentes, & lapidum precio-  
 forum splendore vndique coruscantes, inuenires eum  
 qui clauis haberet, is autem rogatus abs te confestim il-  
 las refereret, introque te mitteret, an non illum praeter om-  
 nibus honorares? an non eque ut oculos tuos dilige-  
 res? an non admares? Hic tibi caelum aperuit, & illum  
 nec amas, nec amplecteris? Si vxorem habes, an non eum  
 qui illam tibi conciliauit, omnium maxime amas? Ira, si  
 Christum amas, si amas regnum caelorum, agnosce eos  
 per quos illud habes. Quapropter dicit, propter opus  
 ipsorum pacem habete cum illis. *Obsecramus vero vos  
 fratres, admonete inordinatos, consolamini pusillanimes, subleua-  
 te infirmos, patientes estote erga omnes.* Ad eos hic disputat  
 qui praesunt. Admonete, inquit, inordinatos. Non ex  
 potestate, inquit, neque ex contumacia obiurgate, sed cum  
 admonitione consolamini pusillanimes: subleuate in-  
 firmos: patientes estote erga omnes. Austerus enim &  
 seipsum non agnoscens, confidentior fit, contemnens  
 & obiurgans alios. proinde oportet per admonitionem  
 edulcare pharmacum. Qui sunt autem inordinati illi?  
 omnino qui contra quam deo probatur agunt. Ipse  
 siquidem ecclesiae ordo est congrue magis dispo-  
 situs, quam sit militaris ille. Itaque & contumaciator inor-  
 dinatus est, & ebrius inordinatus est, & auarus, & in  
 vniuersum peccatores omnes. Non enim ordinate in-  
 cedunt in aciem, sed distorte, & itinere inuerso. Sed est  
 & aliud peccatorum genus, non tale quidem, at tamen  
 malum & ipsum. Pusillanimitas namque & ipsa, simul  
 & desidia, perditionem adferunt. Qui conuictum non  
 fert, pusillo est animo: qui tentationem non fert, pusil-  
 lanimis est. Hic est, qui supra petram feminatus est. Est  
 rursus aliud quoque genus, infirmitatis nepe. Subleua-  
 te, inquit, infirmos. Infirmitas vero circa fide acci-  
 dit. Sed vide quomodo non finat eos contemni. Et ali-  
 bi quoque scribens dixit: Infirmitas fide assumite. Nam  
 & in corporibus nostris si qua est infirma portio, perire  
 illam non sinimus. Patientes, inquit, estote erga omnes  
 etiam erga inordinatos, & maxime erga illos. Nihil enim  
 huic pharmaco adque vari poterit, maxime doctori.  
 Nihil ita commode est subditis. Ad pudorem omnino  
 cogere & flectere potest, etiam omnibus agrestio-  
 rem & impudentiore. *Videte ne quis cuiquam malum pro  
 malo reddat.* Si malum pro malo reddendum non est,  
 multo minus malum pro bono, multo minus nullo pra-

ueniente nos malo malum reddere. Malus, inquis, ille  
 est, & me offendit, iniuriaque plurimum afficit. Vis ip-  
 sum vlcisci, ne malum reddas? Sine illum impunere eua-  
 dere. An haec tenus sufficit? Nequaquam: *Sed semper  
 quod bonum est sectemini, tum erga vos iniucem, tum erga quosuis.*  
 Ista maior est philosophia, non solum mala malis non  
 vlcisci, sed bonis. Ea quippe vera demum est vltio, quae  
 & illi damnum, & tibi vtilitatem adferet. Imo & illi  
 multam vtilitatem si volet. Et ne putes de credentibus  
 duntaxat hoc dictum esse: propterea dixit, tum erga  
 vos iniucem, tum erga quosuis. *Semper gaudete.* Hoc de  
 tentationibus dicit afflictionem habentibus. Audite,  
 quotquot paupertate, quotquot rebus tristibus adob-  
 ruti estis. Ex his enim gaudium nascitur. Si enim talem  
 habuerimus animam, ut neminem vlciscamur, sed om-  
 nibus beneficiamus: vnde quae tristitia stimulus sub-  
 intrare poterit? Qui enim ita ex eo etiam gaudet quod  
 malis afficitur, vnde deinceps tristari poterit? Et quo-  
 modo istud possibile est, inquis? Si voluerim, possibi-  
 le est: deinde & via ostendit. *Sine intermissione orate, in  
 omnibus gratias agite.* Est enim hoc voluntas dei, ut semper  
 per gratias agamus. Hoc animi est philosophici. Mali  
 quicquam passus es? At si voles, malum non est. Gratias  
 age adeo, & immutatum est malum in bonum. Dic &  
 tu quemadmodum Iob: Sit nomen domini benedictum in  
 secula. Quid enim dic quae so, tale passus es, qualia il-  
 le? Morbus incidit? At nihil insolens. Est enim corpus  
 nostrum mortale & passibile. Sed pecuniarum obtigit  
 penuria? At etiam istae diuitiae despicabiles sunt, & hic  
 manentes. Infidias & calumnias ab inimicis passus es?  
 At non nos illis laedimur, sed ipsi qui faciunt. Anima enim,  
 inquit, quae peccauerit, ipsa etiam morietur. Pec-  
 cat autem non qui malis afficitur, sed qui malis alios affi-  
 cit. Non ergo vlciscendus est moriturus, sed magis pro  
 illo orandum, ut a morte eruatur. Non videtis apem,  
 quomodo propter stimulum alicui infixum moriatur?  
 Per hoc animal erudiuit nos deus, ne proximum laedamus.  
 Ipsi enim primi mortem ex eo capiemus, & illos for-  
 san parum laedemus quidem: ipsi vero non amplius vi-  
 uemus, quemadmodum neque hoc animal. At qui laudat  
 illud scriptura dicens: *Quam operosa est apis, inquit,  
 cuius opus & reges & idiotae ad sanitatem accommo-  
 dant: At nihil hoc eis praesidio est ad hoc ne moriantur,  
 sed omnino pereundum illis est. Si vero illam quam  
 primam male egerit, nihil eximit aut liberat reliqua bo-  
 nitatis abundantia, multo minus nos. Sumus enim re  
 vera ex bestiis laeuissimis, quae iniuriis primi lacessimus  
 eos qui nihil iniuriarum intulerunt: imo et ne ex bestiis  
 quidem.] Si nanque illas in solitudine vitare per-  
 miseris, & non angustiando in tuendi se necessitatem  
 adegeris, nunquam nocebunt, neque accedent, neque mor-  
 debunt, sed vias suas abibunt. Tu vero cum homo sis  
 rationalis, tanto principatu honore & gloria hone-  
 stus, bestias erga eos qui eiusdem sunt generis imita-  
 ris, & fratrem iniuria laedis & deuoras? Et vnde defendi  
 poteris? Non audis Paulum dicentem: *Quare non po-  
 tuius iniuriam patimini? Cur non potius damnum ac-  
 cipitis? Sed ipsi iniuriam inferitis, & damno afficitis, id-  
 que fratres.* Vides quod malis tum afficiaris, quando  
 alios malis afficis: & quae beneficium accipias, quando  
 malis afficeris? Nam dic mihi: Si quis conuiciaretur  
 principibus, si quis vituperaret rerum dominos ac po-  
 tentes: quem, quae so, laederet? An seipsum, vel illos? Li-  
 quet quae seipsum, deinde qui principem quidem vitu-  
 perat, non illum vituperat, sed seipsum: qui vero Chri-  
 stum vituperat*

stum vituperat per illum, an illum vituperat? Nequa-  
 quam. Qui imagines lapidibus impetit, quomodo dila-  
 pidat? An non seipsum? Itane qui imaginem terreni quid-  
 em regis lapidibus petit, seipsum donationi adscribit  
 & adiudicat: qui vero imaginem Christi vituperat,  
 (est enim homo imago dei) seipsum non laedit? Quous-  
 que pecunias amabimus, non cessabimus aduersum ip-  
 sas vociferari. Illae quippe malorum omnium sunt cau-  
 sae. Quousque infatiabili ista cupiditate non satiamur?  
 Quid boni habet aurum? Planè attonitus hac in re fa-  
 ctus sum. Incantatio quaedam est & praestigium, quod aurum  
 & argentum tantopere a nobis honorantur. Animarum  
 itaque nostrarum nulla quidem nobis est ratio, inanimarum  
 vero imaginum plurimus cultus. Vnde hic morbus  
 orbem subingressus est? Quisnam illum exterminare po-  
 terit? Quisnam sermo saeuam hanc bestiam excidere, &  
 funditus perdere valebit? Inserta est in animis homi-  
 num ista cupido, etiam eorum qui videntur pie esse &  
 religiosi. Pudeamus super euangelicis praecipis.  
 Verba duntaxat in scriptura ponuntur: ipsi vero ope-  
 ribus nusquam exprimentur. At quis est hic sermo qui  
 multis vsque adeo arridet? Liberos, inquis, habeo, &  
 vereor ne quo pacto eos in necessitate famis ac penu-  
 riae constituam, ne aliquando aliorum operam deside-  
 rans mendicare erubescam. Propterea igitur efficis, ut  
 alij mendicent? Esuriem, inquis, ferre nequeo. Ideo  
 ne alios in fame coniciis? Nosti quanta sit molestia me-  
 dicare? quanta fame perire? Miserere & fratrum tuorum.  
 Pudet esurire, dic quae so? Rapere vero non pudet? Ti-  
 mes fame perire? Alios vero perdere non times? At qui  
 esurire neque turpitudinem habet, neque culpam: alios au-  
 tem in ista conicere, non solum turpitudinem, sed & poe-  
 nam adfert extremam. Fictio sunt haec omnia, verba, &  
 nugae. Quod enim ista non liberorum gratia facias,  
 testificatur quotquot liberos quidem non habent, neque  
 habebunt vnquam: ita tamen laborant & defatigantur,  
 diuitiasque cupide ambiunt, quasi mille liberis eas post  
 se relinquere possent. Non liberorum cura quaestuarium  
 faciunt, sed animae morbus: vnde fit quod & multi libe-  
 ros non habentes, pecuniarum gratia insanunt. Alij ve-  
 ro qui in multitudine filiorum viuunt, & tamen ea quae  
 habent continent, in illo die te iudicabunt & condem-  
 nabunt. Si enim liberorum necessitas ad pecunias co-  
 acervandas adigeret, oportuisset eodem & illos desi-  
 derio eademque cupiditate teneri. Si vero non tenen-  
 tur, non ex liberorum multitudine, sed ex pecuniarum  
 amore & cupidine insanimus. Et quisnam, inquis, illi  
 sunt, qui cum liberis pecunias contemunt? Multi &  
 passim. Si vero vis & ex veteribus, dicam. Non duode-  
 cim filios habuit Iacob? Non mercenariam vitam vi-  
 xit? Non iniuriam passus est a socero? Non saepe illum  
 vana spe lusit? An coegit ipsorum filiorum multitudo quic-  
 quam eorum quae non oportet tentare? Quid vero Abra-  
 ham? Non cum Isaac, & multos alios filios habuit? Quid  
 igitur? Non peregrinis quae habebat dispensabat? Vi-  
 des quod non solum nihil iniuriae cuiquam fecerit, sed &  
 bonis quae habebat cesserit, non solum beneficiens, sed  
 & malens iniuriam a nepote ferre? Raptor enim pro-  
 pter deum patienter ferre maius est, quam sponte bene-  
 facere. Quamobrem? Eo quod hoc quidem animi fructus  
 est, & voluntatis, vnde & facile fit: illud vero vis est &  
 violentia. Et facilius quis mille talenta sponte dabit,  
 & nihil mali se passum esse putabit, quam ut tres obolos  
 praeter animi sententiam abreptos mansuetem ferat. Ita-  
 que istud magis est animi philosophia. Atque hoc vi-  
 Tomus quartus.

demus in Abraham factum. Vidit enim Loth, inquit, *Gene. 13. c*  
 circa iacentem regionem, & erat irrigua velut paradisi-  
 sus dei, & elegit eam. Et hic nihil contradixit. Vides quod  
 non solum iniuriam non intulerit, sed illam etiam passus  
 sit. Quid culpam in filios tuos transfers o homo? Non  
 ideo nobis filios dedit deus, ut quae aliorum sunt, rapia-  
 mus. Vide ne hoc dicens deum irrites. Si enim dicis  
 eos tibi rapinae & quaestus causam esse, vereor ne pri-  
 ueris illis, velut nociuis, & ad malum suadetibus. Fi-  
 lios dedit tibi deus, ut senem te nutriat, ut virtute ex  
 te discant: Nam hac ratione genus humanum ad eum  
 modum consistere voluit, deo maxima efficiens. Vnum  
 quidem patres velut praecceptores filiis praeficiens; ali-  
 ud vero, multam illis dilectionem inferens. Si enim  
 simpliciter nasceretur homines, non haberet alius ad  
 alium quicquam naturalis habitudinis. Si enim nunc  
 existentibus etiam patribus, & filiis, ac nepotibus: mul-  
 ti tamē multos non curat, multo magis tum ita factum  
 fuisset. Propterea dedit tibi filios deus. Ne accuses  
 ergo filios. Si vero qui liberos habent, nullam prorsus  
 excusationem habent, quid illi dicent, qui cum non ha-  
 beant liberos, circa diuitiarum tamen coacervationem  
 tumultuantur? At habent & illi praetextum omni ex-  
 cusatione destitutū. Quisnam is est? Ut loco liberorum,  
 inquit, monumentum habeamus diuitiarum. Re vera  
 magna irrisio. Pro pueris, inquis, domus mea immor-  
 talis erit gloriae meae memoria. Non gloriae tuae  
 homo sed auaritia tuae memoria erit. Aut non vides  
 quomodo multi splendidas aedes illas contemplatam  
 lia inter se inuicem sermocinantur: Quantum ille de-  
 fraudauit, quantum rapuit, inquit, ut hanc domum  
 aedificaret? Et nunc ipse quidem cinis factus est & pul-  
 uis, ipsa vero in aliorum sorte deuenit. Non igitur glo-  
 ria tuae memoriam post te relinquis, sed auaritia. Et  
 corpus quidem tuum terra obteatum est, auaritia vero  
 tuae memoria, quae prolixitate temporum in obliuione  
 abire poterat, latere non permittis, sed in ore omnium  
 detineri, & velut in propatulū denuo effodi facis, per  
 hanc domum. Donec enim ipsa steterit, cognomen tuum  
 habens, tua dicta, omnino necesse est cunctorum ora  
 aduersum te referari. Vides satius esse nihil habere  
 quam tantam accusationem sustinere. Et ista quidem in hac vi-  
 ta. In futura vero quid faciemus, dic quae so? Cum enim  
 hic tantorum bonorum sumus domini facti, nemini tamē  
 de illis damus, nisi admodum pauca: quomodo quaestus  
 fraudulētos exuemus? Illos enim exuere volens non  
 pauca de multis dat, sed multo plura quam rapuerit, & a  
 rapinis cessat. Audi Zacchaeus quid dicat: Et omnium  
 eorum quae rapui, quadruplum reddo. Tu vero si mille ta-  
 lentis raptis paucas drachmas dederis, totum te dedisse  
 putas, & non aliter afficeris, quam si plura dedisses. Atque  
 hoc quoque vix facis. Quare? oportet enim & rapta il-  
 la reddere, & de propriis alia addere. Quae admodum  
 enim fur non tum defensus, & excusatus est, quando ra-  
 pinam solam reddidit, sed & vitam saepenumero adiecit:  
 plerumque vero multo pluribus quam furatus fuerat reddi-  
 tis liberatus est demum, ita & defraudatur auarus. Nam  
 & aurum fur est & latro, illo etiam tanto peior, quanto  
 violentior. Nam ille quidem & occulendo, & noctu  
 facinus suum tentando, plurimum audaciae & faci-  
 noris praecidit, utpote pudore prohibitus, peccareque  
 veritus: hic vero abiecto omni pudore, nudo & aper-  
 to capite, medio foro quae omnium sunt rapit: simul  
 & fur existens & tyrannus, non parietes perfodit, ne-  
 que lampada extinguit, neque arcum referat, nec si-  
 R gnacula

scit

Rem. 14. a

ne bestia  
quidem id  
fecerim.

1. Cor. 6. b

drachmas

1. Th. 1. b

gnacula peruertit, sed quid? Istis audaciora facit, videtur etiam illis quos iniuria afficit. Per ipsam ianuam rapinam suam profert, cum securitate omnia referat, miseris illos ipsos cogit sua ipsorum bona expromere, tanta est violentiae excellentia. Iste igitur illis multo est scelestior, quanto videlicet impudentior & violentior. Qui enim dolo quid patitur, dolet quidem, veruntamen habet consolationem non modicam, quod etiam ab eo metuitur, per quem iniuria laedatur. Qui vero praeterquam quod malis afficitur, contemnitur etiam, ne violentiam quidem ferre poterit. Est enim maior irrisio. Dic mihi, si quis adulterium cum muliere clanculum perpetraret, alius vero illud viro etiam vidente faceret, vter virum hunc magis contristaret, & maiore molestia mordere valeret? Hic quidem cum hoc quod malum faceret, simul etiam contemneret: ille vero, si nihil aliud boni, vel hoc tamen ostenderet, & virum eum cui iniuriam inferret, metueret. Ita & cum pecuniis. Hic quidem occulte auferens, hoc ipso laesum honorat, & clam aufert: iste vero manifeste ac publice cum damno simul & contemptum infert. Cessemus igitur quae aliorum sunt rapere, tam pauperes quam diuites. Non enim ad diuites duntaxat haec loquor, sed & ad pauperes. Nam & ipsi pauperiores se spoliant, & artifices opulentiores & validiores, egentiores & pauperiores vendendo perdunt, & insitior insitorem, & quotquot fororantur. Itaque malitiam euellere cupio. Non enim in mensura raptorum & furto ablatorum, sed in voluntate furantis situm est maleficium. Quod autem illi potiores sint fures & defraudatores, qui ne modica quidem contemnant quin auferant, noui & meminisse vobis declarasse, siquidem & vos adhuc memoria retinetis. Veruntamen nihil hic exactius discutiemus. Stent simul & ipsi cum diuitibus. Erudiamus mentem nostram deinceps maiora non concupiscere, plura non appetere. In caelestibus vero nunquam finem habeat desiderium plurimum, sed semper quisque plura appetat. In terrenis autem quisque in eo quod necessarium est persistat, & suis contentus sit, nec amplius quicquam quaerat, ut ita vera bona assequi valeamus, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui laus & gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia undecima.

**S**piritum ne extinguatis, prophetias ne contemnat. Omnia vero probate, quod bonum fuerit retinete, ab omni mala specie abstinete. De qua quaedam caligo & tenebrae, & nubilum super omnem terram diffusa sunt, atque hoc declarat Apostolus dixit: Eramus enim aliquando tenebrae. Et iterum: Vos fratres non estis in tenebris, ut dies ille vos tanquam fur occupet. Quoniam igitur super hanc terram nox est, ut ita dicam, ne lunarem quidem splendorem habens, & in ea nocte nos incedimus: tradidit nobis deus lampadem illustrem, incensam spiritus sancti gratia in animabus nostris. Sed hanc lucem hi quidem qui eam amplexi sunt, splendidiorem fecerunt & claram, utpote Paulus, Petrus, ut sancti illi omnes: quidam vero extinxerunt etiam, ut quinque illae virgines, ut illi qui circa fidem naufragium fecerunt, ut qui in Corintho fornicatus est, ut Galatam immutati. Propterea dicit Paulus, Spiritum ne extinguatis: hoc est, donum spiritus. Nam ita solet istud vocare, & donum spiritus. Extinguit autem spiritum vita impura. Nam quemadmodum si quis lucis huius lychnio & aqua inspergeret & puluerem, & si nihil horum inspergeret, sed oleum duntaxat eximeret, lucem extinguit.

gueret: ita habet & donum spiritus. Siue namque res terrenas, & rerum fluxarum curas insperferis, extingues spiritum: siue etiam si tu nihil tale feceris, aliunde temptationis vehemens impulsus instat cuiusdam venti irruerit, & flamma valida non fuerit, aut parum olei habuerit, aut foramen non obturaueris, vel ostium non occluseris, omnia peribunt. Quod vero est hoc foramen? Quemadmodum in lychno habet, ita & in nobis, foramina sunt oculi & aures. Ne finas istis occurrere validum malitiae flatum, alioqui lychnum extinguet, sed obtura foramina timore dei. Ianua os est. Claude. Ita scilicet occlude, ut & lucem exhibeat, & externum impulsum repellat, utpote conuiciatus est quisquam? Vituperauit? Tu claude os tuum. Si enim illud aperueris, concitabis magis ventum hunc. Non vides in aedibus quando est regione ac directe duae ianuae oppositae sunt, & flatus vehemens irruerit, si alteram cluseris, & respiratio prohibita fuerit, quomodo nihil valeat efficere flatus, sed plurimum de robore illius praecidatur? Ita & hic. Duae sunt ianuae: Os tuum, & os illius qui te vituperat, & probro afficit. Si tu occluseris, & respirationem non dederis, omnem flatum istum extingues. Si vero aperueris, effraenis reddetur. Ne extinguamus igitur spiritum. Fit autem saepenumero, ut etiam nullo externo impulsu incumbente extingatur fax, quando videlicet oleum deficit: quando misericordiam non facimus, extinguitur spiritus. Etenim ex misericordia dei venit ad te spiritus. Postea si viderit fructum hunc misericordiae non esse apud te, non manet apud animam immisericordem. Extincto autem spiritu, quid reliquum sit, nostis quotquot in tenebrosa nocte ambulastis. Si vero de terra in terram noctu ambulare difficile est & molestum, quomodo tutum erit eam viam quae ex terra in caelum tenditur, sine hac luce ambulare? Ignoratis quot bestiae quot versutiae spirituales? Si ergo lucem illam spiritus habuerimus, nihil nobis incommodare poterunt: si vero extinxerimus eam, confestim nos consumunt, & conficient, confestim omnia nostra auferent. Nam & latrones lampadem primam extinguunt, & tum demum latrocinantur. Etenim illi quidem in tenebris istis videtur, quoniam quae tenebrarum sunt, faciunt. Nos autem tenebris istis affueti non sumus. Ne extinguamus ergo lucem. Quaeuis mala actio lucem istam extinguit, & conuicium, & vituperium, & quicquid huiusmodi dixeris. Quemadmodum enim in igne, quicquid alienum est ab illo, exitiosum ei est, hoc vero illum incendit, quod congenitum est. Si quid aridum fuerit, si quid calidum, si quid igneae naturae, flammam spiritus incendit. Nihil itaque frigidum, nihil humidum ingeramus. Sunt enim ista exitiosa. Est & alia huius loci expositio. Multi apud Thessalonicenses, alij quidem verum, alij vero falsum prophetabant. Hoc & in ea quae ad Corinthios est, dicit: Discretio spirituum propterea data est. Scelestus enim diabolus volebat per hoc ipsum donum totum ecclesiae negotium evertere. Quoniam namque vtrique de futuris praedicebant, & daemon, & spiritus: sed hic falsa, iste vero quae vera erat dicens, & non poterat alicunde veritatis indicium sumi, impune autem vtrique prophetabant, quemadmodum & Hieremias & Ezechiel, sed duntaxat tempore praedicto aduentante deprehendebantur, dedit deus discretionem spirituum. Quoniam igitur & tunc apud Thessalonicenses complures prophetabant, quos & significat dum dicit, Neque per sermonem,

monem, neque per epistolam, tanquam per nos quasi instet dies domini, hic istud dicit: Quasi dicat, Non ideo quod pseudoprophetae apud vos sunt, propter illos & istos prohibebitis & auersabimini. Ne extinguat eos: hoc est quod dicit, prophetias ne contemnat. Vides hoc esse quod dicit, omnia probate? Quonia dixerat, prophetias ne contemnat, ne putaret quibusvis hinc apertum esse suggestum, Omnia, inquit, probate: id est, quae verum sint prophetiae. Quod vero bonum est, retinete. Ab omni mala specie abstinete: Non ab illa aut ista, sed ab omni omnia probate, tum falsa tum vera. ut cum certa probatione discernatis, & ab illis abstinatis, istis adhaereatis. Nam ita & vehemens erit illorum odium, & istorum dilectio, si quando non temere & in expensum, sed diligenter & exacte omnia fecerimus. Ipse autem deus pacis sanctificet vos totos. Et integer vester spiritus, & anima, & corpus inculpate seruetur in aduentum domini nostri Iesu Christi. Vide doctoris benignitatem & amorem. Post adhortationem adiungit & preces, non solum hoc modo, sed & in literis. Opus enim est & consiliis & precibus. Propterea & nos primum consulentes, postea pro vobis precamur. Atque hoc sciunt qui reminiscuntur. Sed Paulus quidem merito hoc fecit, multam habens ad deum fiduciam. Nos vero confusi sumus & pusillanimes, at quonia ad hoc constituti sumus, facimus illud indigni quidem qui huc sistamur, & vel extremorum discipulorum locum obtineamus: quoniam vero & per indignos gratia dei operatur, non propter ipsos, sed propter eos quibus opitulandum est, quod nostrum est, praestamus. Sanctificet, inquit, vos totos, & integer vester spiritus & anima & corpus inculpate seruetur in aduentum domini nostri Iesu Christi. Quid hic spiritum vocat? Donum spiritus. Si namque splendor habentes lampadas hinc decesserimus, introgrediemur ad spolum. Si vero habuerimus extinctas, non item. Quapropter dicit: Et integer vester spiritus. Si enim ille materit syncerus & integer, manet & iste. Et anima, inquit, & corpus. Fidelis est qui vocauit vos, qui & efficiet. Vide animi modestiam. Quia namque precatus fuerat, istud subiungit, quasi dicat, Ne putetis hoc per meas preces futurum, sed per propositum illud dei, quo vos vocauit. Si enim ad salutem vocauit, & verax est, omnino sponte sua vos saluabit. Fratres, orate etiam pro nobis. Papae, quanta animi modestia? Sed ille modestiae quidem & humilitatis gratia hoc dixit: nos vero non modestiae, sed magne utilitatis & necessitatis gratia, & magnum quiddam a vobis lucrari volentes, dicimus, orate etiam pro nobis. Nam etiam si nihil magne utilitatis, nihil preclari a nobis caperetis: attamen vel honoris, vel nominis ipsius gratia pro nobis orare debetis. Habet quisquam aliquando filios, & si nihil utilitatis ab eo tulerint: tamen quia pater factus est, hoc forte obiiciet, si unum diem non fuerit vocatus pater. Propterea & nos dicimus, orate etiam pro nobis. Non temere hoc dico, sed admodum precum vestrarum cupidus. Si enim omnium vestrum praeside & tutore agere debeo, & rationem redditurus sum: multo magis debeo vicissim & vestris potiri precibus. Vestri gratia maior mihi reddenda est ratio: habeat igitur & maius a vobis auxilium. Salutate fratres omnes osculo sancto. Papae, quantum feruore? Papae, quem animam? Quoniam hoc osculo illos salutare non poterat absens, per alios eos salutat, ut quando dicimus: Saluta ipsum meo nomine: Ita & vos dilectionis feruore retinete. Non

enim locorum spaciis detinetur, sed per medias vias se ipsum extendit, & ubique praesens est. Adiuuro vos per dominum, ut legatur haec epistola omnibus fratribus. Et istud potissimum desiderium est, non adeo doctrinae. Ut & cum illis, inquit, sermociner. Gratia domini nostri Iesu Christi sit vobis biscum, Amen. Non simpliciter illis precepit, sed cum adiuratione, quod & ipsum est ex animi feruore, ut etiam si ipsum contemnerent, propter adiurationem tamen imperatum facerent. Magnam enim habebant iuramenti metum. Nunc vero & hoc conculcatum est, & fit plerumque, ut castigatus puer & deum iuret, & Christum eius: atque ita Christianus moritur, & nemo est qui attendat, nemo est qui curam habeat. Postquam vero proprium etiam filium vicissim adiurauerit pater, mox & inuitus & detibus frendens, furor dimittit. Alius rursus tractus, & per medium forum abductus, praesentibus & Graecis & Iudaeis abducentem se adiurat iuramentis horrendissimis, & nemo attendit. Quid? an non iurant & Graeci? Quando fidelis fidelis & Christianum adiurat, nemo est qui attendat, sed contemnimus etiam. Vultis recesam vobis factum aliquod quod & ipse audiuit? Nihil enim fingens dico, sed quod ex persona audiui fide digna. Puella quaedam viro versuto, scelesto, & fugituo cuidam matrimonio coniuncta erat: illa cum vir multa deliquisset, & ab hera sua diuendendus esset, (erant enim peccata illius maiora quam quibus ignosci potuisset) & mulier illa vidua erat, ipsumque domum eius vastantem punire & castigare non valebat, sed statuebat eum vendere. Deinde impium rata, virum ab uxore sua diuelli, proponebat & puellam alioqui vtili huius uxore, simul vendere, duntaxat ut scelerato illo liberaretur. Animaduersa itaque puella seipsam his rebus perplexam, & consilij inopem esse, ad venerandam quandam personam veniens, herae suae familiarum, quae mihi quoque rem istam narrauit, genibusque ipsam aduoluta, post mille querimonias obsecrauit, ut heram suam pro se oraret, multisque verbis impensis tandem & hoc adiecit, ut quo potissimum illi, iuramento verendissimo inducto persuaderet. Erat autem hoc iuramentum, Ita ut Christum, aiebat, in die iudicij videas, ne preces meas contemnas. Atque his dictis abiit. Illa vero persona quae rogata fuerat, per negotium quoddam, quod, ut in his diebus euenire solet, inciderat, iuramenti huius obliuiscatur. Deinde repente crepusculo pomeridiano venit illi in mentem verum illius iuramenti, & vehementer compuncta abiit, & magna cura ac diligentia pro adhaerita orauit, negotiumque confecit, atque ea nocte repente caelos apertos, ipsumque Christum vidit: (vidit autem iuxta quod mulieri possibile erat videre) propterea quod omnino iuramenti rationem habuerat. Quia scilicet iuramenti religione territa fuerat, hac visionem meruit. Ista vero dixi, ne iuramentum contemnamus, maxime quando vos pro rebus bonis quidam obsecrant, pro eleemosyna, pro benignitate. Nunc vero sedet pauperes amputatis pedibus, videtes te praetercurrentem, & quia pedibus subsequi non valent, quasi hamo quodam, sic iuramenti religione remorari detineretque sperat, & porrectis manibus adiurant ut obolum unum des, aut duos duntaxat: tu vero per dominum tuum adiurata praetercurris. Et quidem si vel per oculos, vel per vitum peregrinatem, vel per filiolium aut filiam adiurata fueris, mox obsequeris, palpitatque tibi & incalescit animus: per dominum vero adiurata, praetercurris. Complures vero noui, quae Christi quidem audito nomine praeterlapsa sunt: pulchritudinis

2. Cor. 12.

2. Thef. 2.



dinis vero nomine ab accedentibus laudata, mox hilarem frontem induerunt, & emollita sunt, ac manu porrexerunt. Proinde ad hoc pauperes & miseros adegerunt, ut risum mouere discant. Quoniam enim vehementia illa & amara verba proferentes animos praetereuntem non permouent, ad hanc viam venerunt, per quam maxime oblectent. Atque ita cum qui in calamitate est, & a fame premitur, magna nostra improbitas coegit pulchritudinis encomia medicando proferre. Et vti haec solum: quin & aliud genus est isto peius. Pauperes etiam nostra improbitas praestigiatore esse coegit, & obsecros, & moriones. Quando enim talis quisquam calices, & vasa hederacea, & pocula alia digitis aptas, & accommodans, veluti cymbalis ludit, & fistulam habens cantica obscena, amorumque plena per illam canit, & voce simul inclamat, mox multi circumstant, & alij quidem frustum panis, alij vero obolum, reliqui aliud quiddam praebent, & aliquandiu detinent, atque in eo sese oblectant & viri & mulieres: quid quiescit, poterit peius fieri? Non multis suspiriis digna sunt ista? Modica quidem sunt, & modica putantur, magna vero peccata moribus nostris inferunt, & pariunt. Etenim obscenum aliquod dictum, & suavis eantio audita mox mentem emollit, & illam ipsam animam liquefacit: eum vero pauper & deum inuocet, & mille nobis bona imprecetur, nulla ipsius habetur ratio, & qui pro istis temeraria & vana adfert, admirationi est. Quod vero mihi iam suggeritur ut vobis dicam, hoc dicam. Quid autem illud est? Quando paupertate fueris ac morbo adobrutus, si non aliunde, vel a medicis qui per angiportus procedunt, domino gratias agere discas. Illi nanque omni vita in mendicitate consumpta & protrita, nec maledicunt, nec indignantur, neque aegreferunt, sed omnem mendicitatis suae expositionem cum gratiarum actione faciunt, magnum deum & benignum predicantes. Hic quidem qui fame tabefactus est, benignum vocat deum, tu vero in abundantia viuens nisi omnia accipias, crudelem illum vocas. Quotum ille melior est? Quomodo nos condemnat? Communes nobis calamitatum doctores, & consolatores per orbem dispersos reliquit deus, ne pauperes. Passus es quicquam eorum quae praeter animi sententiam accidunt? At nihil tale quale ille. Priuatus es oculo? At ille ambobus. Decubisti morbo, plixus? At ille incurabilem habet. Pedes amisisti? At ille totum corporis sui sanitatem. Damno magno affectus es? At nondum eum redactus es, ut aliorum ope indigeas. Gratias age deo. Vides pauperes illos in camino, a multis quidem mendicantes, a paucis vero capiendes? Quando defatigaris orando, & nihil accipis: cogita quoties audieris inuocantem te pauperem, & non exaudieris, nec tamen is indignatus sit, neque te vituperauerit. Quamquam tu quidem ex crudelitate hoc facis, deus vero ex benignitate, etiam quod non exaudit, facit. Si ergo tu cum ex crudelitate conseruum non audias, accusari & reprehendi non vis, dominum criminaberis, quod seruum ex benignitate non audit? Vides quanta inaequalitas hic sit? quanta iniustitia? Ista perpetuo consideremus, inferiores obseruemus, ut qui maioribus calamitatibus premuntur: atque ita deo valebimus agere gratias. Multis talibus exemplis plena est vita nostra. Habet autem doctrinam non modicam qui sobrius fuerit, & attendere voluerit, etiam ex oratoriis. Nam ideo & in ecclesiis, & in martyriis, ante vestibula sedent pauperes, ut nos ex illorum etiam conspectu magnam vti-

litem capiamus. Etenim cogita, quod ingredientibus nobis terrenas regias nihil tale visendum exhibetur, sed viri & honesti, & illustres, & diuites, & prudentes: ubique discuntur: in veras autem regias (ecclesiam dico & oratoria martyrum) ingredientibus ob oculos mox sunt insani, mutili, pauperes, senes, caeci, membris distorti. Quomodo? Ut tu ex illorum aspectu erudiare. Primum quidem ut si fastu aliquo extra ecclesiam contra te ingrediaris, visis illis mox tumorem abiicias, & corde conteraris, atque ita demum ingressus, quae dicuntur audias. Non enim potest audiri, qui cum fastu precatur, ut quando senem vides, propter iuuetutem tuam non superbas. Nam & illi senes, aliquando iuuenes fuerunt. Ut si propter militiam & potentatum regium superbas, cogites ex illis esse qui in regis aulis illustres fuerunt. Ut si sanitate corporis confidas, istos attendens reprimas fastum. Etenim si sedulo fuerit hic ingressus sanus, nihil super corporis sui sanitate insolentet: & qui laborat, consolationem accipiet non vulgarem. Non solum autem hoc nomine hic sedet, sed ut & misericordiam te faciant, & ad misericordiam flectaris, ut benignitatem dei admireris. Si enim deum illorum non pudet, sed in vestibula sua eos collocat, multo minus te. Ne scilicet superbas propter regias terrestres, ne pudeas a paupere inuocatus: & si te accesserit, & ad genua tua procubuerit, ne repellas. Sunt enim canes illi quidam ex regis aulis praecleari (non quod ignominiae gratia canes eos vocem, absit, sed ut vehementer extollam) aulam regiam custodientes. Nutri ergo illos. Honor enim iste ad ipsum regem ascendit. Illic omnia fastus (in terrenis dico regis) hic omnia animi sunt humilitas. Nihil esse res humanas, ex ipsis potissimum ecclesiae vestibulis addiscis. Non delectari deum diuitiis, ex ipsis pauperibus ante vestibula sedentibus doceris. Nam cathedra illorum, & collectio tantum non parnesis est ad vniuersam humanam naturam, clara voce proclamans ac dicens: Nihil sunt res humanae, nisi umbra & fumus. Si bona essent diuitiae, pauperes vtrique ante vestibula sua non collocasset deus. Si vero & diuites recipit, ne miretis: non enim propterea illos recipit ut diuites maneant, sed ut ab onere & tumore diuitiarum eos liberet. Audi nanque quid Christus ipsis dicat, Non potestis, inquit, deo seruire, *Mat. 6. c* & mammonae. Et rursus: Diues difficile intrabit in regnum caelorum. Et iterum: Facilius est camelum per foramen acus intrare, quam diuitem in regnum caelorum. Propterea recipit diuites ut haec verba audiant, & aeternas diuitias desiderent, ut ea concupiscant quae in caelis sunt. Et quid miraris quod non dedignatur tales in vestibula sua collocare? Non enim dedignatur eos ad caelestem quoque mensam suam vocare, & conuiuium huius participes facere. Sed claudus, & mutilus, & senex laceris indutus, & vnguim forde & narium muco despicabilis, simul cum iuvene eleganti, cumque purpuram induto & diademate caput redimitum habente, accedit mensam huius confors, & spirituali conuiuio dignatus, & iisdem fruuntur vtrique, nec vllum est inter eos omnino discrimen. Si Christus ergo non dedignatur eos ad mensam simul cum rege vocare, simul enim vtrique vocatur, tu vero dedignaris forsitan etiam videri qui pauperibus aliquid des, vel duntaxat colloquaris: Papae, quam arrogantiam? quem fastum? Vide ne eadem cum diuite aliquando patiamur. Dedignabatur ille videre etiam Lazarum, nec intra culmen ac teetum suum eum recipiebat, sed erat foris, apud

apud portam abiectus, & ne verbis quidem ab eo dignabatur. Sed vide quomodo in necessitate & penuria constitutus & ipse, auxilio vicissim istius destitutus sit. Si enim nos eorum pudet, quorum Christum non puduit, pudet ergo nos Christi, dum pudet amicorum Christi. Repletur mensa tua claudis ac mutilis. *†* Horum gratia Christus venit, non diuitum. *†* Rides forsitan ista audiens. Itaque ne putes me esse hoc verbum, audi quid Christus ipse dicat, ne rideas, sed horrescas. Quando prandium, inquit, facis, aut coenam, ne voces amicos tuos neque fratres tuos, neque cognatos tuos, neque vicinos diuites, ne quo pacto & ipsi te vicissim vocent, & fiat tibi retributio: sed quando facis conuiuium, voca egenos, mutilos, claudos, caecos, & beatus eris, quoniam non habent unde tibi rependant: rependetur autem tibi in resurrectione iustorum. Et gloria quoque hic maior erit, si quidem illam amas. Ex illis enim lior quidem & inuidiae, & incusationes, & vituperia, ac timor multus, ne quid hinc mali contingat, & non aliter habes quam seruus hero addictus, & si maiores sunt, querimonias & ora eorum metuis. Ex istis vero nihil tale, sed quaecumque attuleris, cupidum omnia accipiet. Et multus hic est applausus, splendidi gloria, & maior celebritas. At non ita laudabunt eos qui diuites, atque eos qui pauperes vocant, quotquot hoc audierint. Si vero diffidis, fac periculum tu diues, qui duces ac praesides vocas, voca pauperes, & istis mensam adimple, & vide an non ab omnibus lauderis, an non ab omnibus ameris, an te non omnes ut patrem habeant. Nam illarum quidem coenarum nullum est lucrum, propter istas vero caelum reponitur, & quae in caelis sunt bona, quae contingant nos omnes assequi gratia & benignitate & c.

*† per hos Christus venit, non per diuites. Ibid. 14. c*

Commentariorum prioris epistolae ad Thessalonicenses, finis.

**ARGUMENTVM**  
 TVM EPISTOLAE POSTERIORIS ad Thessalonicenses.  
 Homilia prima.

*Supr. 2. d. Ibid. 3. c Ibidem.*



Ixerat in priore epistola: Quoniam nocte ac die oramus, ut videre vos liceat: & cum non amplius ferremus, soli refedimus Athenis: & Timotheum misimus. Per quae omnia desiderium suum quo ad hoc propendebat, ut eos accederet, declarauerat. Cum igitur non assequeretur forsitan, ut ad eos abiret, & quae deerant fidei eorum suppleret, huius gratia posteriorem hanc epistolam adornat, ut quod praesens non poterat, per literas adimpleret. Quod enim ad eos non abierit, ex eo conici potest, quod in hac epistola scribens dicit: Rogamus autem vos per aduentum domini nostri Iesu Christi. Nam in priore dixerat, De temporibus & articulis temporum non habetis necesse ut vobis scribatur. Itaque si ad eos venisset, nihil vtrique opus fuisset scribere. Quia vero imposta urgebat quaestio: propterea epistolam hanc adiicit. Quemadmodum enim in ea quae ad Timotheum est, dicit: Quoniam fidem quorundam subuertunt quidam, dicentes resurrectionem iam esse factam, ut nihil magni in posterum, aut quod praeselarum sit sperantes fideles, laborum red-

*Supr. 2. d. Supr. 5. d. vel. quia inualebat quaestio. 2. Tim. 2. c.*

deretur intolerantes. Nam quoniam spes eos sustentabat, nec ad praesentia fractos ac remissos esse sinebat, videbatur diabolo ut illam quasi quandam anchoram excideret, & quia falsa esse quae futura praedicebantur persuadere non poterat, alia via aggressus, subordinatis quibusdam hominibus corruptoribus, seducere tentabat persuasos, magna illa & praecleara finem iam suum sortita esse & consummata. Itaque tum quidem dicebant illi resurrectionem iam esse factam: nunc vero imminere iudicium & aduentum Christi, ut & Christum mendacio obnoxium facerent. Et ut persuaso nec retributionem deinceps illis fore qui afflictiones passi essent, neque iis qui male egissent, iudicium, neque poenam, neque supplicium, istos redderent confidentiores, illos vero abiectiores. Quodque omnium erat pessimum, tentabant hi quidem temere renunciare verba quaedam tanquam a Paulo dicta: illi vero epistolas quoque fingere quasi ab ipso scriptas. Quapropter ut omnem istis obstruat aditum, dicit: Ne turbemini neque per spiritum, neque per sermonem; neque per epistolam tanquam per nos missam. Neque per spiritum, inquit, pseudoprophetas taxans. Unde vero sciemus, inquit? Propterea adiecit, Salutatio mea manu Pauli, quod est signum in omni epistola. Ita scribo. Gratia domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus vobis. Non hoc ideo dicit, quod istud sit signum. Potuissent enim illud & alij imitari, sed quoniam salutem meam, inquit, mea manu adscribo, quemadmodum & apud nos iam fieri solet. Nam ex subscriptione certae & notae redduntur mittentium literae. Adhortatur autem eos vehementer a malis veluti salamento conditos, tam ex praesentibus laudans, quam ex futuris, siue supplicio, siue bonorum quae ipsis preparata erant retributione excitans. Et locum hunc dilucidius hic pertractat, ipsum quidem temporis articulum non abscondens, signum vero illius Antichristum esse declarans. Tum enim potissimum certus redditur animus imbecillis, non si simpliciter audierit, sed si amplius quid didicerit. Et Christus quoque, multam huic rei diligentiam & curam impendit, & sedens in monte de omnibus quae ad consummationem seculi pertinent, exacte ad discipulos disputat. Quamobrem? Ne locus esset illis qui antichristos & pseudochristos inducunt. Poniunt autem & ipse multa signa, vnum quidem maximum, dicens: Quando praedicabitur euangelium apud omnes gentes. Et aliud quoque, ne quod ad aduentum eius attinet, erraret: Sicut fulgur, inquit, veniet: quod non in angulo quodam occultatur, sed ubique resplendet. Non opus habebit indicatore, ita erit illustris, quemadmodum neque fulgur necesse habet indicari. Loquutus est & alicubi de Antichristo, cum dixit: Ego veni in nomine patris mei, & non recepistis me: si alius uenerit in nomine suo, hunc recipietis. Et mutuas quoque illas & ineffabiles calamitates, quibus sese regna mutuo confectura dixit, signum fore demonstrauit: & quod Heliam venire oporteat: Igitur Thessalonicenses quidem de his rebus tum haesitabant; nobis autem utilis facta est illorum haesitatio. Non enim solis ipsis, sed & nobis utilia sunt ista, ut puerilibus fabulis & anilibus nugis liberemur. An non audistis saepe numero cum in pueritia essetis, de nomine quoque Antichristi multa quosdam dicere, & de genuflexione? Tertius enim adhuc mentibus nostris inserit ista diabolus, ut falsum hoc dogma simul nobiscum accrescat & corroboretur, quod nos seducere queat. Non autem illa de

*Infr. 2. d.*

*Ibid. 3. d.*

*obruos.*

*\* non habet codex ver. sed cu Theophyl. legendum videtur. Mat. 24. b.*

*Ibidem.*

*Ioan. 5. g.*

Antichristo disputans Apostolus præterisset, siquidem vtilia fuissent. Ne quæramus igitur ea. Nō enim ita venit genua siccans, sed elatus super omnem qui deus dicitur, aut numen, adeo vt in templo dei velut deus sedeat, ostentans seipsum esse deum. Quemadmodum & diabolus ex arrogantia decidit, ita & qui ab eo agitur, ad arrogantiam inungitur & instruitur. Quapropter obsecro, studeamus omnes procul abesse ab ista arrogantia affectione, ne in iudicium eius incidamus, ne eidē supplicio obnoxij reddamur, ne pœnæ ipsius cōsortes fiamus. Non neophytū, inquit, ne inflatus in iudicium incidat diaboli. Inflatus ergo eadem pœnas cum diabolo dabit. Principium enim superbiæ est, non agnoscere dominū: principiū peccati est superbia, primus est impulsus & motus ad malum. † Confestim igitur & radix est, & fundamētum. Principium enim, aut primū impetum ad malum significat, aut mali subsistentiam, vt pote, si quis dicat, principiū castitatis est abstinere à spectaculo absurdo, hoc idē est atq; primus motus & impetus. Si verò dixerimus, principium castitatis est ieiuniū, perinde est, atq; fundamentum & substantia: ita & peccati principiū est arrogantia. Etenim ab ipsa orditur quoduis peccatū, & ab ipsa sustentatur. Nam quæcunq; fecerimus bona, per malitiā fit, vt consistere nequeant, quò minus dilabantur, quæ velut radix quædā est, nō finens † peccatū dimoueri. Id quod hinc clarum est, si videris quantānam bona pharisæus perfecit, quæ tamen nihil illi profuere. Radicem enim peccati non exciderat, sed illa perdebat omnia. Manente hac radice, nascitur ex arrogantia contemptus pauperum, cupido pecuniarum, libido dominandi, desiderium multæ gloriæ, pronus est ad vlciscendū qui talis est. Arrogans enim ne à maioribus quidē nedum à minoribus vituperari sustinet, aut mali quicquā perpeti. Vide quomodo initium peccati sit superbia. Quomodo verò initium superbiæ est, non agnoscere dominum? Aptissimè. Qui enim deū agnoscit, vt oportet, qui agnoscit filii dei vsq; adeo fuisse animo humili & modesto, nō extollitur: qui verò ista ignorat, extollitur: ad arrogantiam quippe imbuit superbia. Nā dic mihi, vnde illi qui hostes ecclesiæ sunt, † dicuntur non agnoscere deum? Ex arrogantia: vide quò illos ignorantia dei præcipitet. Si enim spiritum contritū amat deus, è regione superbis resistit, humilibus verò dat gratiam. Nullū igitur malum est quod superbiæ par sit. Ex homine facit dæmonē, conuiciatorem, maledicum, periurum, mortis ac cædis cupidum. Superbus perpetuus est in tristibus, perpetuò indignatur, perpetuò mœret, nihil est quod hanc animi ipsius affectionē exaturare queat. Etiam si regem ante se procumbere ac procidere viderit, non satiatur, sed magis incenditur. Quemadmodum enim avari, quantò plura acceperint, tantò pluribus egent: ita & arrogantes, quantò maiore fruuntur honore, tantò cupiunt honorari magis. Crescit enim illis ista animi passio: est enim passio. Passio verò finem non nouit, sed tum primum cessat, quando laborantem occiderit. Non vides ebrios, quomodo perpetuò sitiant? Est enim passio, nō naturalis concupiscentia, sed morbus peruersus. Nō vides etiam eos, quos βεβλιμωγτας vocant, quomodo semper esuriunt? Est enim passio, sicut medici dicunt. Curiosi & negociiosi naturæ iā fines egressi sunt, quicquid sanè patiantur, non desinunt. Est enim passio, & finem nescit. Rursus & qui scortis delectantur, neque

Infr. 2. b

1. Tim. 3. b

† forte igitur

† non conuenit bona scilicet.

† dicunt se nosse deū

si diligere

Sunt qui perpetuo esuriunt, nec comedendo saturari possunt.

ipsum desistunt. Homini, inquit, scortatori quiuis panis dulcis est, nec prorsus cessat, donec † consumpserit: est enim passio. At passiones ista quidem sunt, verum non incurabiles, sed medicinam & curationem suam habentes, idq; multò magis q̄ corporales. Si enim vulerimus, possumus eas extinguere. Quomodo ergo poterit quis arrogantiam extinguere? Si deū cognouerit: si enim illa hinc est, quòd deus non cognoscitur, igitur si cognouerimus eum, expelletur omnis arrogantia. Cogita gehennam, cogita eos qui te multò potiores sunt, cogita quantorum delictorum pœnas deo debeas. Hęc si cogitaueris, mox animi fastum represseris, mox illum flexeris. At nequis ista facere? Imbecillior es? Cogita præsentia, ipsam naturam humanam, q̄ nihil sit homo, si quādo mortuum per forum deferri videris, liberos orphanos subsequētes, mulierem viduam plangentem, domesticos lamentantes, amicos lugentes, cogita rerum præsentium vilitatem & vanitatem, & q̄ nihil ab vmbra & somniis differat. Sed non placet istud? Cogita vehementer diuites, qui in bellis temerè perierunt, edes intueres eorum qui in hac vita magni fuere & illustres, & nūc funditus euersæ sunt: cogita quanta potuerint, & quomodo nunc ne memoria quidem eorum reliqua sit. Etenim quotidie, si voles, horum reperies exempla, successiones principum, proscriptiones diuitum. Complures tyranni ad pauimentum vsque humiliati sunt, humilis verò & de quo nihil tale sperabatur, diadema tulit. An non ista quotidie sunt? An non rotæ similes sunt res nostræ? Lege si placet, & nostra, & extranea. Nā & illa talibus exemplis abundant. Si nostra contemnis, etiam hoc ipsum ex arrogantia facis: quæ philosophorum sunt, admiraris, vel illis accede. Ipsi te instruent, qui vetetes calamitates narrant, & poëtæ, & rhetores, & sophistæ, & oratores omnes. Vndique, si voles, inuenies exempla. Si verò nihil horum placet, ipsam naturam nostram considera, vnde consistat, & quò desinat. Cogita quando dormis quid reputari debeas, an non & exigua tunc bestia enecare te valeat. Multis nanq; dormientibus modicum sæpenumero animalculum tecto delapsum, aut oculum ademit, aut alterius cuiusquam periculi causa factum est. Quid ergo? An non quibusuis bestiis inferior es? Sed quid dicis? Quòd ratione præualeas? At ecce rationem non habes. Est enim superbia animi ratione destituti signum. Qua tandem omnino in re, dic queso, superbis: Quòd corpore es valido & bene sano? At hic irrationalia bruta vincunt. Habēt hoc & latrones, & homicidæ, & sepulchrorum spoliatores. Sed prudentiæ gratia superbis? At non est prudentiæ superbire. Superbiēdo nanq; te ipsum primū prudentiæ priuas. Reprimamus fastus nostros, simus modesti, humiles & mansueti. Nā tales præ omnibus & Christus beatos censuit, dicens: Beati pauperes spiritu. Et iterum clamauit, dicens: Discite à me, quoniam mitis sum, & humilis corde. Propterea & pedes discipulorum lauit, exemplum nobis præbens animi modesti & humilis. Ex omnibus lucrum capiamus, quò bona diligentibus deū promissa adipisci valeamus, gratia & benignitate &c.

Ecclesi. 2. 2. † absorptus fuerit

† vos dicitur &c. † ab ipso dicitur

† animo concitato prorsus indulgens

Mat. 5. 8. Ibid. 11. 4. Iuan. 13. 4.

Homilia secunda.

**P**aulus & Syluam, & Timothee ecclesiæ Thessaloni Cap. I. celsū, in deo patre nostro ac dño Iesu Christo: Gratia vobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Pleriq; hominū nihil non fatagunt & moliantur, vt & apud

vt & apud principes & eos qui potiores sunt aliquam gratiā acquirant, magniq; hoc reputant, ac foelices se arbitrantur, si quod studiose sectantur, assequuti fuerint. Si ergo apud homines acquisita gratia tāti æstimatur: quātum quæso fuerit apud deū reperisse gratiā? Propterea perpetuò illud epistolis suis præmittit, perpetuò illud imprecat, sciēs nihil deinceps molestū fore, si hoc fuerit, sed quæcunq; tandem graua incidāt, cuncta dissoluēda & euanitura. Et vt hoc discas, Ioseph seruus erat, adolescēs imperitus & minimè astutus, & mox administrandę domui præficiēbatur, virōque Aegyptio rationem rerum gerendarum dabat. Scitis autem quām gens ista sit ad iracundiam prona & immitis. Accedente verò principatu & rerū potestate, maior redditur animi furor, per potestatem in sublime prouectus. Liqueat autē hoc ex iis quæ Aegyptius ille postea fecit. Heræ quippe de crimine inculanti morē gessit, quanquam non eorū erat vim illatam sustinuisse, qui vestimēta obtinuerant, sed eius qui exutus erat. Debebat em̄ dicere, Si clamasses, effugisset sanè: & si criminis sibi conscius esset, heri vtiq; aduentum nō fuisset præstolatus. Veruntamen nihil tale cogitauit ille, sed præter rationem † furore totū inuertens, infontē in carcerem coniecit, ita erat omnium inconsideratissimus, tametsi & aliunde poterat hominis sinceritatē & prudētiam obseruare: verum quia admodum erat insipiens, nihil huiusmodi cogitauit. Ioseph igitur iste, qui & tanti flagitij suspitione erga heram cōmissi premebatur, cui & totius domus concredita erat administratio, qui & aduena erat & desolatus, & rerum inexpertus, quoniam multam illi gratiam aspererat deus, quasi nihil esset periculorū, ita cuncta transtulit, siue heræ calumniam, siue periculum mortis, siue carceris molestias, & tandem ad regium etiam thronum vsq; euectus est. Sciebat igitur beatus iste Paulus quāta esset dei gratia, & propterea eā illis imprecat. Verū & aliud quid molitur. Vult illos ad ea quæ scripturus erat beneuolos reddere, ne resiliant etiam si increpet & castiget. Quapropter admonet eos ante omnia gratiæ dei, leniēs corda eorū, vt irruente adflictione memores gratiæ dei per quam ex maioribus saluati erāt, in minoribus animum non despōderent, sed hinc consolationē haberent, quemadmodum & alibi scribēs dixit: Si enim cū inimici essemus, recōciliati sumus deo per mortem filij eius: multò magis posteaquam recōciliati sumus, seruabimur in vita ipsi. Gratia vobis, inquit, & pax à deo patre ac domino Iesu Christo. *Gratias agere debemus deo semper de vobis fratres, sicuti par est.* Rursus magnę humilitatis & modestiæ signū. Cogitandū enim illis ac reputandum exhibuit, q̄ si alij virtutum nostrarum, rerūq; bene gestarum gratia non nos primū admirantur & laudāt, sed deum: multò magis debemus & nos hoc facere. Alioqui verò & animos eorum extollit q̄ talia patiuntur, quæ non lachrymis neq; lamentis, sed gratiarū actione ad deum, digna sunt. Si verò Paulus propter aliena bona gratias agit, quid patientur qui non solū gratias non agunt, sed & liuore cōtabescunt? Quòd fides vestra vehementer crescit, & mutua omnium vestrū charitas cuiusq; in alterum exuberat. Et quomodo potest fides crescere, inquis? Ita scilicet si quando illius gratia aduersi quicquam perpessi fuerimus. Magnum quidem est obfirmatum esse, & cogitationibus nullis à scopo dimoueri: allidentibus verò ventis, deciditibus magno impetu pluuiis, vndiq; insurgentibus

te graui tempestate, vicissim & acruatim appellentibus procellis, si tum non disturbabimur, nullius alterius rei signū erit, nisi crescentis & supra modum excrescentis, sublimiorisq; factæ fidei nostrę. Quemadmodum enim in diluuiō omnia quidē faxea & graua humiliāq; statim periere: quæcunq; verò sublimia & cœlestia erāt, ad ea non pertigit diluuiū, ita & fides istorū sublimis facta nō deturbabatur amplius. Quapropter nō dixit, crescit, sed vehementer crescit fides vestra. Et mutua omnium vestrum charitas cuiusque in alterū exuberat. Vides & hoc cōtra adflictiones conferre, nepe in vnum simul compactos esse, & mutuò per charitatē coherere. Hinc etiam multa illis consolatio facta est. Itaq; imbecillē quidem charitatem & fidē adflictiones loco dimouēt: robustā verò robustiorem quoq; faciunt. Animus nanq; in dolore cōstitutus si fuerit imbecillus, nihil vtiq; augmētū recipit: si verò robustus, & tum potissimū augetur. Et vide charitatem: Non alium quidem dilexerunt, aliū verò minus, sed æqua erat erga quosuis dilectio. Hoc enim innuit cū dixit, mutua omnium vestrum cuiusq; in alterum charitas. Erat enim æquiualens velut vnus corporis. Nā & nunc apud multos inuenimus esse dilectionē, at ita vt illa ipsa dilectio dissidij causa sit. Quando enim bini vel terni cōiungimur, & duo quidem vel tres vel quatuor vehementer colligātur, à reliquis verò nō sipsos auellimus, dū ad istos refugium habemus, de istis omnia præsumimus, illud charitatis est diuisio, nō charitas. Nā dic mihi: Si oculus omnem prouidentiam & curam quam pro vniuerso corpore habet, in solam manum deriuaret, ac reliquis mēbris omnibus contemptis, vni isti intenderet, an nō totū perderet? Absq; dubio: Ita & nos, si charitatem quam in vniuersam ecclesiam extēdere debemus, in vnum & alterū coartauerimus, & nobis ipsis & illis totiq; ecclesiæ perniciē inferemus. Ista nanq; non sunt charitatis, sed dissidij, schismata nepe & rupturæ hiulcæ. Nā si ex integro homine diuisam aliquam portionem ceperis, atq; ipsum quidē schisma sibi ipsi vnitum, continuum & conglutinatum fuerit, nihilominus etiam hoc pacto schisma est, propterea q̄ reliquo corpori coadunatum non est. Quid enim proderit, q̄ aliquem vehementer amas? Humana est ista dilectio. Si verò nō est humana, sed propter deū illum diligis, dilige omnes. Nam deus ita præcepit, vt & inimicos quoq; diligam. Si verò inimicos diligere præcepit, quātò magis eos, qui te nihil cōtristatū? Sed amo, inquis: verum non ita vt oportet: Imò neq; amas. Quādo enim criminariis, quādo inuidis, quādo insidiariis, quomodo amas? At nihil, inquis, tale facio. Sed cū malè audit frater, maledicentis os nō obturas, iis quæ ab eo dicūtur facillē credis, nō reprimis, cuius sunt ista dilectionis indicia? Et mutua, inquit, omnium vestrū charitas cuiusq; in alterum exuberat. Ita vt nos ipsi in vobis gloriemur in ecclesiis dei. In priore epistola dicit, in omnibus Macedoniæ & Achaïæ ecclesiis de fide eorū instructis, sermonē domini innotuisse: ita, inquit, vt opus nō habeamus aliquid loqui. *Ibidem.* Siquidē ipsi de vobis annunciant qualem ingressum habuerimus ad vos. Hic verò dicit, ita vt nos ipsi gloriemur. Quid ergo est quod dicit? Illic, inquit, nō egēt nostra doctrina: hic verò non dixit, ita vt nos eos doceamus, sed vt gloriemur, & exultem. Si ergo nos de vobis & gratias agimus deo, & apud homines gloriamur, multò magis oportet vt vos istud in nostris bo-

† vos dicitur &c. † ab ipso dicitur

† animo concitato prorsus indulgens

Mat. 5. 8. Ibid. 11. 4. Iuan. 13. 4.



nis faciatis. Si enim rectè facta vestra aliis digna sunt gloriatione, quomodo nobis lamētis digna sūt? Certè hoc dici nequit. Ita vt nos ipsi, inquit, in vobis gloriamur in ecclesiis dei, super tolerantia & fide vestra. Declarat hic multo tēpore durasse afflictiones eorū. Tolerantia siquidē ex tēporis prolixitate deprehenditur, non in duobus aut tribus diebus. Non autem quauis tolerantia dixit. Maximè quidem & promissis bonis non statim frui, tolerantia est. Hic verò maiorē tolerantia inducit. Quā illam? Eam scilicet quæ est persequutionum. *Super tolerantia & fide vestra, in omnibus persequutionibus vestris & afflictionibus quas sustinetis.*

Inter hostes enim viuebāt, qui indefinenter vndiq; incommodare conabantur, solidamq; & immotam tolerantiam ostendebāt. Pudebant quotquot humani præsidij gratia in aliena dogmata transeunt. Cū adhuc prædicationis esset initiū, homines pauperes, & ex quotidiano labore viuentes, virorum reipublicæ gubernatorum ciuitatisq; primorum inimicitias in se susceperūt, neq; dum rege, neq; principe aliquo fidem amplexante, & bellum implacabile sustinuerunt, & tamen ne sic quidem degenerarunt. *Documentum iusti iudicij dei.* Vide quomodo illis quæ ad

1. Thes. 1. a  
ibid. 2. d

consolationē faciunt coaceruat. Dixerat, gratias agimus deo pro vobis: dixerat, gloriamur in vobis apud homines. Bona quidem & iucunda erant ista, sed quæ maximè qui in dolore est quærit, hoc est, nempe vt liberetur à malis, & puniantur qui malè sibi volunt. Quādo nāq; imbecillis est animus, ista maximè quærit. Philosophus enim ne hoc quidem. Quid ergo dicit? Documentū, inquit, iusti iudicij dei. Retributionem vtranq; hic innuit, tam eam quæ malefacientibus quàm quæ mala sustinentibus fiet, quasi dicat, vt quādo vos quidem coronabit: illos verò puniet, declaratur iustitia dei. Simul illos & consolatur, ostendens q̄ laborum suorū, sudorūq; gratia etiam secundum iustitiæ rationem coronandi sint. Sed primum ponit quod eos cōcernebat. Etenim tamen vehementer quisquam vindictam cupiat, prius tamen præmia desiderat. Quapropter dicit: *In hoc vt digni habeamini regno dei, cuius & gratia patimini.* Nō ergo ex eo est afflictio, q̄ qui iniuriā inferunt, potētiores sunt: sed ex eo q̄ ad hūc modū oportet ingredi in regnū cælorum.

Act. 14.  
d.

Per multas enim afflictiones, inquit, oportet nos intrare in regnū dei. *Siquidem iustū est apud deum, vt iis qui vos adfligunt, afflictionem, & vobis qui adfligimini, relaxationem nobiscū reddat, in reuelatione domini Iesu, quæ futura est de cælo cum angelis potentia sua.* Illud, siquidē, hoc loco pro, sed, positum est: quod & nos in iis ponimus quæ vehementer sunt confessa & irrefragabilia. Pro vehementer iustū est, dixit: siquidē iustum est corā deo illos vlciſci, omnino eos vlciſcetur: quasi dixisset. Si deo retū cura est, si quid curat & æstimat deus. Et nō hoc ex sua sentētia, sed ex cōfessis & indubitatis ponit: veluti diceret, Si odit deus reprobos, vt illos fatenti cogat, quod odiat. Sūt enim potissimum tales sententiæ minimè ambigua, ita vt ipsi aduersarij sciant iustū hoc esse. Si enim apud homines iustū est, multo magis apud deū. Vt iis, inquit, qui vos adfligunt, afflictionē: vobis autem qui adfligimini, relaxationem reddat. Quid? Ergo æqua erit retributio? Nequaquā. Sed vide per ea quæ sequuntur quomodo ostendat vehementiorem esse malorum retributionem, & bonorum relaxationem multo maiorē. Ecce & alia consolatio, q̄ consortes etiam habent afflictionum, & in

retributione quoq; cum illis communicāt, qui innumeris modis maiora præstiterūt, quibus eos in coronis coniungit. Deinde & tempus adiicit, & per descriptionem animos ipsorū subuehit, tantum non cælos verbo iam referās, oculisq; eorum rem ipsam repræsentans. Et circūdat eum exercitu angelico, tam à loco, q̄ ab iis qui cū eo venturi sunt, ampliorem faciens imaginem, vt eos vel parum refocillet. Et vobis, inquit, qui adfligimini, relaxationē reddat nobiscum, in reuelatione domini Iesu, quæ de cælo erit cū angelis potentia eius. *In incendio flammæ vindictā in eos exercentis, qui deum non cognouerunt, & qui euangelio domini Iesu non obediunt.* Si qui euangelio non obediunt, pœnas dabunt: quid illi non patientur, qui præterquam q̄ non obediunt, vos etiam adfligunt? Vide verò mihi prudentia apostoli. Non hic dixit, qui vos adfligunt, sed qui non obediunt, quasi dicat: itaq; etiam si non propter vos, tamē propter seipsum necesse habet eos punire. Igitur hoc quidem certitudinis gratia dictum est, ad probandum q̄ oporteat reprobos omnino puniri, prius verò rursus ad hoc vt ostendat etiam eos hinc honorē habere: nam propter vos, inquit, patient ista. Etenim hoc quidem facit, vt credant supplicium adfligentes suos duros: illud verò vt gaudeāt propterea q̄ eorum gratia quæ in eos commiserunt, ista passuri sint. Hæc quidem ad illos dicta sunt, conueniunt verò & nobis. Si quādo igitur in afflictionibus fuerimus, cogitemus ista. Ne gaudeamus super aliorum supplicio, tanquā vindicati, sed tanquā ab huiusmodi supplicio & pœna liberati. Quid em̄ nobis proderit q̄ alij puniūt? Ne habeamus, obsecro, tales animos. Intuitu regni dei incitemur ad virtutē.

Qui quidē animo est vehementer dextro, virtutique dedito, neq; timoris, neq; regni dei intuitu ad virtutē inducitur, ac permouetur, sed propter ipsum Christum, quemadmodū Paulus fecit. Nos verò vel hoc pacto cōsideremus quæ in regno dei sint bona, & quæ in gehenna mala, atq; ita nos ipsos corrigamus & instruamus, ita nos ipsos ad ea quæ facienda sunt, incitemus & permoueamus. Si videris in præsentia vita iucundum quid ac magnificum, cogita regnum dei, & istud nihil esse putabis: si terribile quid videris, cogita gehennā, & illud etiam deridebis. Si quādo te ceperit cōcupiscentia corporalis, cogita gehennā ignē: cogita q̄ planè nullius estimāda sit peccati voluptas, q̄ ne voluptatem quidem habeat. Si enim earum legum quæ in hoc seculo positæ sunt, tantū potest metus, vt à malis nos actibus cohibeat, multo magis poterit hoc recordatio futurorum, supplicium immortale, pœna sempiterna. Si metus terreni regis à tantis nos malis abducit, quantò magis regis æterni? Vnde poterimus ergo continuū habere timorem? Si continuè scripturas audierimus. Etenim si aspectus duntaxat mortui hominis mentem nostrā adeo pauore cōtrahit: quātò magis gehenna & ignis ille inextinguibilis: quantò magis vermis non moriens? Si perpetuò gehennam recogitarem, non statim in illam inciderem. Propterea supplicium minatus est deus. Nisi aliquid profectus in se haberet gehennæ reputatio, vtique iam non esset illam minatus deus. Verum quoniam ipsius recordatio magna potest efficere, propterea comminationē illius quasi salutare quoddam pharmacū animis nostris imposuit. Ne contemnamus itaque tantum lucrum quod hinc generatur, sed hanc gehennæ cōminationem indefinenter versemus in

semus in prædiis, & in cōiuiis. Sermocinatio quippe quæ de rebus est iucūdis, nihil prodest animæ, sed debiliore eā reddit: quæ verò de tristibus est & austeris, quicquid in illa dissolutū ac fluxum fuerit amputat & immutat, laxamq; illā ac mollē cōtrahit. Nihil eā iuuerit de theatris differēs ac mimis, sed magis incēderit & petulantiorē effecerit. Qui aliena curat & curioso scrutatur, etiā pericula illi ex ea curiositate se penumero infligit: qui verò de gehēna sermocinatur, is neq; periculū aliquod habebit, & animā castigatiorē reddit. Sed vereris verborū grauitatē & molestiam? Num si de gehenna tacueris, hinc illā extinxisti? An incēdisti, si de ea locutus fueris? siue locutus de illa fueris, siue minus, feruebit omnino incendiū. Indefinēter de illa dicito, ne quandoq; in eam incidas. Nō potest fieri, vt anima de gehēna sollicitē cogitās citò peccet. Etenim audi admonitionem optimam: Memor, inquit, esto nouissimorū tuorum, & in æternū nō peccabis. Nequit anima pœnas metuens nō esse ad delinquendū cōtabunda. Timor enim si quidē robustus fuerit in animo ac flagrās, nihil in eo mūdani relinquet. Si enim sermo de gehēna factus, ita humiliat & pauidū reddit, an cogitatio de illa animis perpetuò immorata, animā nō quouis igne magis expurgabit? Regni nō ita recordemur vt gehēne. Timor em̄ promissione potētior est & efficacior. Et noui cōplures innumera bona promissa cōtēpturos fuisse, si de supplicio securi fuissent ac liberati, quandoquidē & nūc mihi satis est supplicio aut pœna nō affici. Nemo eorū qui gehennam ob oculos habēt, in gehennā incidet: nemo gehennā cōtemnentū, gehennam effugiet. Quemadmodū enim apud nos qui quidem iudicia metuunt, iudiciis nō damnabuntur: qui verò contemnunt, illi potissimū in ea incidūt: ita & hic. Nisi subuersionē veriti fuissent Ninuiat, vtique subuersi fuissent. Qui verò illam metuebant, nō subuertebantur. Si diluuium veriti fuissent qui temporibus Noë vixerunt, submersi sanè non fuissent. Et Sodomitæ si incendium metuissent, combusti nō fuissent. Magnum malum est cōtemnere minas. Qui minas cōtēnit, cōfestim re ipsa sentiet experiētiam. Nihil ita est vtile atque de gehenna sermocinari. Quouis argētō mūdiores nobis animas facit. Audi nanq; quid propheta dicat: Quoniam iudicia tua, inquit, in cōspectu meo sunt semper. Et Christus quoq; de illa differit. Nam etiam si molestū sit auditori, plurimū tamen illi prodest. Sunt enim talia quæcunque vtilia sunt. Etenim & pharmaca & reliqua medicamenta ægrotū primū male habent, & tunc demum vtilitatē adferunt. Si verò verborū grauitatem & molestiam non ferimus, manifestum est q̄ rerum ipsarum afflictionem non feremus. Si nemo sermones eos qui de gehenna dicuntur, sustinet: liquet neminem, si persecutio nos occupasset, ad intentatū ignem ac ferrum vnquam perstiturū fuisse. Exerceamus auditum nostrum ne adeo mollescat. Nā ex eo & ad res ipsas veniemus. Si affueuerimus audire terribilia, affuescem⁹ etiā terribilia sustinere: si verò ita molles ac fracti fuerimus, vt ne verba quidē feramus, quando aduersum res ipsas persistemus? Vides quomodo cūcta præsentia & pericula cumulatim irruentia contēnat beatus Paulus? Quare? Quia semetipsum ad hoc instituerat vt eorū gratia quæ deo probātur, etiā gehennā contemneret. Ille nanq; neq; ipsam gehēnā experiētiam propter amorem Christi, alicuius æstimauit: nos ve-

Eccl. 7. d

Psa. 17. d

1. Cor. 15. b

rō propter ea quæ nobis profunt, ne dici quidē de illa patimur. Nūc em̄ mox atq; pauca de illa audieritis, abitis. Obsecro autē vos, si aliquid dilectionis in vobis est, vt semper de istis sermocinemini. Nihil poterūt nocere, etiā si nihil pfuerit. Omnino verò poterūt. Nā ad sermocinationes & colloquia formaf & cōponitur animus. Corrupūt em̄, inquit, mores bonos colloquia praua. Profunt ergo colloquia bona, castigāt ergo & colloquia terribilia. Est em̄ anim⁹ instar ceræ cuiusdā. Nā si quidē frigida colloquia induxeris, solidaueris ipsum atq; induraueris: si verò calida & feruētia, emollieris. Emollitū autē ad quodcunq; voles finges ac formabis, imaginemq; illi regia insculpes. Obturemus igitur aures nostras cōtravana colloquia. Nō est illinc modicū malū. Cūta ex eo mala nascūtur. Si exercitatus ad hoc animus noster fuerit, vt diuinis sermonibus attēdat, aliis nō attendet: si aliis nō attēderit, neque res ipsas malas sectabitur, aut tentabit. Per sermonē enim itur ad opera. Primū cogitamus, deinde loquimur, postea facimus. Cōplures sæpenumero etiā tēperati & casti per sermones obscenos ad obscenos quoq; actus venerūt. Nō est em̄ anima nostra vel bona vel mala natura, sed voluntate aut mala fit, aut bona. Quemadmodum enim velum eò nauē defert, quocunq; spirauerit vētus, imò quæadmodum ipse clauus nauem defert, si prosper ac secundus fuerit vētus: ita & cogitatio, si secūdo & prospero vēto bona spirauerint verba, nauigabit absq; periculo: si verò cōtraria, submergent sæpenumero cogitationē. Quod enim nauigiis sunt status, hoc animis sunt sermones, quocunq; voles trāsferes illos, & curabis. Quapropter admonens quidā dicit: Omnis narratio tua fit in lege altissimi. Proinde obsecro, receptos à nutricibus liberos non anilibus fabulis assuefaciamus, sed ex primæua mox ætate discāt esse iudiciū dei, infigatur animis eorum esse supplicium. Hic metus si radices egerit, magna bona operabitur. Anim⁹ enim ab incūte ætate hac futurorū expectatione ad demissionē imbutus, nō statim hūc metū excutiet, sed quasi quidā obsequēs equus, velut fessorē habēs gehēnæ cogitationē, compositē ingredietur, & quæ vtilia sunt loquetur ac dicet, & neq; iuuetus, neq; diuitia, neq; orphania, neq; aliud quicquā illi nocere poterūt, ad eò robustam habentē cogitationem, & omnibus resistere valentē. His sermonib⁹ cōponamus & nos ipsos, & vxores, & seruos, & liberos & amicos, si fieri queat, & inimicos: poterimus em̄ istis sermonibus multa peccata amputare. Et melius fuerit tristib⁹ immorari q̄ iucūdis, id quod hinc manifestum est. Nam dic mihi: Si domum ingressus fueris vbi paratur nuptiæ, ad horā quidē spectaculo oblectaberis, nouissimè verò digressus te ipsum mœstitia macerabis, propterea q̄ tanta non habes. Si verò domum lugentiū intraueris, etiam si valde diuites fuerint, digressus magis recreaberis. Non enim liuorē illinc capies, sed cōsolationē ac refocillationē paupertatis tuæ. Videbis re ipsa quàm nihil boni habeāt diuitia, nihil mali paupertas, sed vtræq; res sint indifferētes: Ita & nūc si de deliciis sermocinatus fueris, magis animū dolore obtūdes, nō habentem vnde pari modo delicietur: si verò aduersus delicias locut⁹ fueris, & de gehēna sermones in mediū adduxeris, exhilarabit te res ista, plurimūq; voluptatis pariet. Quando nāque cogitaueris nihil nos delicias aduersus ignem illum iuuare posse, non inquires eas.

1. Cor. 15. b

† induraueris & obfirmatus reddideris:

Eccl. 9. d

cas. Si verò cogitaueris q̄ cum magis etiam incēdere soleant, non solū nō inquires eas, sed & auerfaberis, & expelles. Ne fugiamus quę de gehēna dicuntur, vt gehennā ipsam effugiamus. Ne fugiamus supplicij memoriam, ne supplicio puniamur. Si diues ille ignem hūc cogitasset, vtiq; nō deliquisset: quia verò nunquā eius in mentē illi venit, propterea in illū incidit. Dic mihi homo: Tribunali Christi cum sistendus sis, omnia magis loqueris quā de isto? Et quidem si quando tibi cū iudice causa est, plerunq; verbotenus dūtaxat, nō nocte, nō die, nō aliquo tēporis articulo, nō aliqua hora aliud quid loqueris, sed semper de causa illa quam agendā habes. Cum verò de omni vita tua rationē redditurus, & pēnas daturus sis, neq; alios etiā pateris qui te iudicij huius admonent? Atqui propterea cūcta periēre semper & intercidere, q̄ humano quidē tribunali tēporalium rerum gratia sistēdi, neminē nō mouemus, neminē nō rogamus, indefinenter de illo solliciti sumus, omnia huius gratia facim⁹: ad tribunal verò Christi venturi, idq; breui, neque per nos ipsos aliquid, neq; per alios facimus, iudicē non rogamus, quanuis multū nobis spatij ante iudiciū permittat, nec in mediis nos abripiat peccatis, sed permittat vt illa exuere aggrediamur, & nihil eorū quę ad ipsū recidunt, p̄termittat bonitate illa sua & benignitate. At nihilo plus efficitur. Propterea mai⁹ erit supplicij. Sed absit vt hoc fiat. Proinde obsecro, vel amodo respiscamus. Habeamus gehennā ob oculos, cogitemus pēnas illas inuitabiles, vt his reputatis & malitiam fugiamus, & virtutē eligamus, bonāq; diligentibus deum promissa consequi valeamus gratia & benignitate &c.

Homilia III.

**¶** Vi quidem pēnas dabunt, interitum scilicet aeternum a facie domini, & a gloria potentis ipsius, cum venerit vt glorificetur in sanctis suis, & inclarēscat in omnibus qui crediderunt. Cōplures homines sunt qui spes habent bonas, non ex eo quod peccatis abstineant, sed quod gehennā putant non ita vehementem esse quemadmodū esse dicitur, sed mitiorem aliquanto quā minā ipsius p̄ferant, deinde & temporalem ac desitura esse & non aeternam, atque de eo multa philosophantur. Ego quidem nō solum q̄ mitior nō sit quā minā ipsius habeant, sed quod & vehementior sit, multis ostēdere, & ex ipsis verbis quę de gehenna dicuntur euincere & concludere possem: veruntamē iam nihil de istis sermocinabor. Satis enim fuerit ex nudis ac modicis verbis factus metus, etiam si mentem ipsorū nō explicemus. Quod autē non sit temporalis ac desitura gehenna, audi Paulum hīc de his dicentē: Qui deū non nouerunt, quiq; euangelio non credūt, quod pēnas daturi sint, interitum videlicet aeternū. Quomodo igitur aeternum tēporarium est ac desitura? A facie, inquit, domini. Quid est hoc? Dicitur hic facilitatē gerendę rei exprimere. Quoniam enim tum & plurimū inflati erant, nō opus erit, inquit, multo negotio, sed sufficet aduentare & apparere deū, & omnes mox in pēnis erunt ac supplicio. P̄sentia duntaxat ipsius, aliis quidem lux erit, aliis verò supplicio. Et a gloria, inquit, potentie ipsius. Cum venerit vt glorificetur in sanctis suis, & inclarēscat in omnibus qui crediderūt. Glorificaturne deus? etiam. In omnibus, inquit, sanctis suis. Quando enim inflati illi eos quos verberauerant, quos contēpserant, quos irriserant, prope ipsū constitutos esse

**A** viderint, ipsius erit gloria, imò istorū gloria erit, certē & istorum & ipsius: ipsius quidem q̄ istos nō deseruerit, sed illustres exhibuerit: istorum verò q̄ tanto digni habiti sint honore. Quemadmodū enim diuitiā ipsius sunt, esse fideles: ita & gloria ipsius est, esse qui bonis ipsius fruituri sint. Gloria est boni, habere quibus beneficia sua tradat. Et inclarēscat, inquit, in omnib⁹ qui crediderūt: hoc est, per eos qui crediderunt. Vide rursus illud, in positū est pro, per. Per illos nanq; p̄clarus demonstrabitur, & apparebit quādo miseros & calamitosos, innumerāq; mala perpessos, quiq; crediderāt, in tātum splendoris euehet. Tū ipsius declarabitur potētia, q̄ tametsi hīc visi sint neglecti ac derelicti, illic tamen multa fruuntur gloria. Tunc potissimū omnis gloria & potētia dei demonstrabitur. Quomodo? *Eo quod fides habita sit testimonio nostro erga vos in die illo, ad quod etiā semper pro vobis oram⁹.* Hoc est, quando in mediū adducentur qui innumeris malis affecti sunt ad hoc vt à fide dilaberentur, & tamen retro nō cesserunt, sed cōstanter crediderunt, tunc glorificabitur deus: tūc apparebit & declarabitur istorū quoq; gloria. Nam ante mortē, inquit, neminem beatum dixeris. Quapropter dicit, in die illo declarabūtur & apparebūtur qui crediderūt. Ad quod & semper, inquit, pro vobis oramus. *Vt deus noster ista vocatione dignos vos habeat, & omne propositū bonitatis suę, & opus fidei cū potentia cōpleat.* Vt dignos, inquit, vos habeat ista vocatione. Nondū em̄ ea vocati erāt. Quapropter subiūxit, & omne propositum bonitatis suę cōpleat. Nā & qui sordidis erat indutus, vocat⁹ fuerat, sed in vocatione non māserat, sed ob hoc ipsum magis dignus factus erat qui vocationē hanc ad nuptias amitteret. Etenim & quinque virgines, vocatę fuerāt. Exurgite, inquit, sp̄s solus venit. Et parabat etiā se, sed nō sunt ingressę. Declarās igitur de qua vocatione dicat: subdit: & omne propositū bonitatis suę, & opus fidei, cū potētia cōpleat. Istā, inquit, vocationē inquirim⁹. Vide quomodo illos tacitē reprimat. Etenim ne encomiorū excellentia tanquam quī magna p̄stiterāt, inflarētur, & negligentes euaderent, ostendit eos adhuc imperfectos esse; quousq; in hac vita sint, quod & ad Hebręos scribēs dixit: Nondū ad sanguinē vsq; restitistis aduersus peccatū decertātes. Omne, inquit, propositū: hoc est, beneplacitū, firmam destinationē & p̄lerophoriam. Vt fiat, inquit, firma destinatio & propositū dei, ne quid vobis desit, vt sitis quēadmodū vos esse vult. Et opus, inquit, fidei cū potētia cōpleat. Quid hoc est? Tolerantiam persecutionū intelligit. Ne deficiamus, inquit, *vt glorificetur nomen domini nostri Iesu Christi in vobis, & vos in illo, secundum gratiam dei nostri, & domini Iesu Christi.* Dixit illic gloriā, dicit & hīc. dixit, ipsos glorificandos, ita vt & gloriaturus sit in eis. Dixit, quod multo est amplius, q̄ & deū glorificaturi sint. Dixit eos gloriā illam apprehēfuros. Sed idem & hīc dicit: Glorificato nanq; domino, glorificātur & serui. Qui enim dominū illustrāt, multo magis illustrantur & ipsi, & hoc ipso & sine isto. Gloria quippe est adfictio propter Christū tolerata, quam vbiq; gloriam vocat. Et quāto maiorē passū fuerimus ignominia, tanto reddimur illustriores. Deinde vt & hoc dei esse declaret, dicit, secundū gratiā dei nostri & domini Iesu Christi. Ipse nobis hanc gratiam dedit, vt glorificaretur in nobis, & nos illustres redderet in seipso. Quomodo glorificatur in nobis? Quod nihil ipsi p̄ponimus. Quomodo

modo nos glorificamur in ipso? Quod potētia & robur ab ipso accepim⁹, vt malis super nos inductis nō cedamus. Nā irruēte persecutione, & deus simul glorificatur & nos. Ipsum enim tum admirantur, q̄ ad eō nos robustos reddiderit, nos admittantur q̄ nos ipsos dignē ad ista p̄parauim⁹. Omnia verò ista per gratiā dei fiūt. *Rogamus autem vos fratres per aduentum domini nostri Iesu Christi, & nostri cōgregationem ad ipsum, ne citō dimoueamini à mente ista.* Quando futura sit resurrectio, non dixit, q̄ verò non iam imminet, dixit. Et nostri, inquit, cōgregationē ad ipsum. Nō exiguum & hoc est. Vides quomodo eos rursus cū encomio & incitamento adhortatur? Quod omnino nobiscū appariturus sit ipse, & sancti omnes, de resurrectione sua dicit, & de cōgregatione nostri. Simul em̄ ista fiēt. Animos eorū excitat. Ne citō dimoueamini, inquit: *Neq; turbemini, siue per spiritū, siue per sermonē, siue per epistolā, tanquam per nos missam, quasi instet dies domini. Ne quis vos vllō pacto seducat. Nō enim aderit, nisi venerit primū defectio, & reuelat⁹ fuerit homo peccati, filius perditionis, aduersari⁹, & qui extolletur super omnē qui dicitur deus, aut numē: ita vt in tēplo dei, velut deus, sedeat, ostētiās seipsum esse deū.* De Antichristo differit hoc loco, & magna referat mysteria. Quid est quod defectiōnē hīc vocat? Antichristum ipsum vocat defectiōnē, tanquā plurimos perditurū, & abducturū. Ita, inquit, vt offenderētur, si possibile esset, & electi. Et hominem peccati illum vocat. Innumera quippe mala perpetrabit, inquit, & instituet alios quoq; vt perpetrēt. Filiū autē perditionis dicit, propterea q̄ & ipse perdetur. Quis verò is est? An satanas? Nequaquā: Sed homo quispiam omnem satanę energiā adeptus. Est enim homo, qui extolletur super omnē qui dicitur deus, aut numen. Non enim ad idololatriā abducat ille, sed *à iudeos* quisquam erit, quosuis deos pessundās, inbebitq; seipsum pro deo coli ac venerari, & in tēplū dei collocari, nō Hierosolymitanū solū, sed & in ecclesias. Ostentans, inquit, seipsum esse deū. Non dixit, dicens seipsum esse deū, sed ostentare tentans. Magnifica siquidem opera faciet, & signa patrabit admiranda. *Non meministis quod ista vobis, cum adhuc apud vos essem, dixerim?* Vides quod indefinēter ista dicere, & abundē verbis infundere necessariū sit. Etenim vide, p̄sentes ista audierant, & tamē iterū opus habuerūt eorū admoneri. Quēadmodum enim & de futuris adflictionibus audierant, (Cum enim apud vos essemus, inquit, p̄dicebam⁹ vobis q̄ adflicendi essemus) & tamen eorū obliuiscabantur, vt denuo corroborādi fuerint per literas: ita & quanuis de aduētū Christi audierant, iterum tamē literis opus habent quibus corrigātur. Admonet igitur eos, declarans se nihil noui dicere, sed quę semper dixerit. Quemadmodū enim fit apud agricolas, dum semina quidē semel in terrā iaciuntur, nō tamē semper perdurāt, sed multa cura & molitione opus habent, & nisi referata tellure rursus quę seminata sunt cōtegant agricolę, \* spermologis auiculis seminauerint: ita & nos, nisi quę seminata sunt, continua memoria cooperuerimus, in aērē cuncta proiecerimus. Nā & diabolus illa mox raptat, & nostra negligētia perdit, & Sol exiccat, & pluuia diluit, & spinę suffocāt. Itaq; nō satis fuerit semel duntaxat seminare, & postea securū esse: sed multa diligentia & assiduitate opus est, abigēdo auiculas, excidēdo spinas, quę lapidosa sunt multa tellure opplendo, quoduis nocumētum prohibēdo, intercludēdo, & auferēdo.

**A** Sed in terra quidē totū opus agricolę est. Est enim illa inanimatū subiectū, ad hoc tantū accommodum vt operantem se patiat: in hac verò spirituali tellure nequaquā ita habet. Nō hīc totū opus doctorum, sed si nō potior, certē media portio discipulorū est. Nostrium quidē est sementē facere, vestrū verò quę dicuntur exequi, memorię beneficio per opēra exhibere fructus, spinas radicitus euellere. Spinę nanq; sunt diuitiā, nullū adferētes fructū, & aspectū deformes, & vsu iniucundę, lædētes eos à quibus cōtingūtur: nō solum ip̄a fructū non habentes, sed & nascētē fructū impediētes. Tales sunt diuitię. Nō solum ipsum fructū non adferunt aeternū, sed & fructificare volentes cohibent & impediūt. Irrationaliū camelorum cibus sunt spinę, alimonia sunt ignis, ac sumpt⁹ ad nihil vtilis. Tales sunt & diuitię. Nullo sunt vsui nisi ad incendium camini, ad incendiū eius diei qui ardebit velut clibanus, ad alimoniam affectionū irrationalium, vt pote iniuriarum memoriam, & iram. Talis est etiā camelus spinis vescens. Fertur enim ab iis qui talia viderūt, nullū esse ex omnibus iumentis quod ita iniuriā acceptā tenaciter cōtineat, ita difficilis irā sit, ita malum illatū recordetur, vt camelus. Tales sunt diuitię, irracionales animi affectiones pascūt: rationales verò pūgunt ac vulnerant, quēadmodum spinę faciūt. Durū quid est & scabrum hęc plāta, vltro nascitur sua spōte. Videamus quomodo nascatur, vt ipsam excidamus. In locis p̄ruptis nascitur, in saxosis, in aridis, vbi nulla est humiditas. Igitur sicubi quisquam scaber est & p̄ruptus: hoc est, immisericos, nascitur in illo spinę. Quod si quādo illas excidere volūt agricolę, nō ferro hoc faciunt, sed quomodo? Ignē illis immittunt, atque ita vniuersam telluris malitiā auferunt. Quoniā enim nō satis est supernē illas excidisse, manētibus adhuc infernē radicibus, imò ne radices quidē euulsiſſe. Manēt em̄ etiā sic in terra, per malitiā ex ipsis cōtractā, & quasi peste quadā corpus occupante, ita manēt adhuc reliquię. Vniuersum vero telluris humorem, ex spinis conceptū, quasi quoddā venenū, ignis supernē per calorem suum ex ipsis telluris lumbis exhaustum eximit. Quemadmodū enim fuscus imposita omnem ad fuscū seipsam malitiā extraxit: ita & ignis omnem telluris malitiā ex spinis contractam exhaurit, & mundā tellurem reddit. Cuius gratia ista dixi? Ideo scilicet, q̄ oporteat omnem affectionem diuitiis cōsentientem vndiq; expurgare. Est & nobis ignis, qui malitiā istā ex animis extrahat. Ignem dico spiritus. Si illum immiserimus, non solum spinas comburere, sed & ipsarum humorem exiccare poterimus. Quod si radices egerint, omnem ludemus operam. Etenim vide: Si quādo intrauerit huc diues quisquā, aut mulier opulenta, non curat quomodo audiat oracula dei, sed quomodo sese ostēteret, quomodo cū elatione sedeat, cū multa gloria, quomodo reliquas omnes vestimētōrū sumptuositate excellat. Et schemate, & aspectu & incessu ornatiorē seipsam exhibet, & omnis cura & sollicitudo hęc illi est, nū ille vidit? num admiratus est? num bene ornata sum? ne marcescāt indumenta, ne rūpantur, circa hoc omnis versatur cura. Ad eum modū & vir quisquam diues ingressum seipsum erga pauperē ostentat, & illum in timorem sui per indumentorū amictum cōstituit, & per copiam seruorum quos habet, per quos adstātes abigūt. Ipse verò ex multo fastu ne hoc quidē facere dignatur, sed ira indignum

Cap. II.

Mat. 24.

Heb. 12.

\* spermologis auiculis seminauerint: ita & nos, nisi quę seminata sunt, continua memoria cooperuerimus, in aērē cuncta proiecerimus.

Cur diuitiæ spinis conferuntur.

Camelus spinis vescens.

Cōbustio spinarum.

† cucurbitula, vasculū excidēdo sanguinis aptum.



dignū esse nouit homine libero, vt ipse quāuis vehemēter inflatus illud facere nō sustineat, sed seruis cōmittat. Est enim hoc facere verē seruile, & morū improborū. Deinde mox sedentē aggrediuntur curæ domesticæ, vndiq; distrahētes, factus animum occupatum vndique quasi quibusdā fluctibus illuit. Putat se plurimum gratificari & nobis & populo, forsan & deo, q̄ domum dei ingressus est. Qui ergo ita inflatus est, quomodo poterit vnquam curari? Dic quæso: Si quis medicorū officinam accederet, & non à medico gratiā & opem peteret, sed putaret se illi aduētū suo gratificari, reliquūq; pharmaco quod debebat vulneri imponere, circa vestimēta cōponenda occuparetur: an hic aliqua capta vtilitate abiret? Ego certe nō arbitror. Causam verō horū omniū, si vultis dicam. Putant se ad nos ingredi, quādo huc ingrediuntur, putāt se ex nobis audire quæ quidē audiūt. Non attendunt, nō cogitant ad deum se ingressos, deum cū ipsis sermocinari. Quādo em̄ qui lecturus est surgēs dicit: Hæc dicit dominus, & diaconus stās omnes indico silentio cōpescit: nō vt legenti honorem exhibeat hoc dicit, sed ei qui per illū cū omnibus sermocinatur. Si agnoscerent deū esse qui ista per prophetam dixit, omnē vtiq; factū proiicerēt. Si enim principibus ad eos loquētibz nō sustinet foris & obiter duntaxat attendere, multo magis hoc facerent deo loquente. Ministri nos sumus dilecti, non nostra loquimur, sed quæ dei sunt. Epistolæ quotidie de cœlis veniētes legūtur. Dic mihi obsecro: Si quis iā presentibus nobis omnibus ingrederetur zonā habens auream, & plurimū minatus, cūctōsq; cōpescēs missum se à rege terreno, & epistolam de quibusdā necessariis ad vniuersam ciuitatem apportare diceret: an nō omnes ad vos ipsos colligeremini & cōtraheremini? Num igitur & ministro nō adhortate plurimū adhiberetis silētij? Ego quidē puto. Etenim audiui lectas hīc regias epistolas. Itāne si à rege quisquā missus veniat, omnes attenditis: à deo verō venit, atque ex ipsis cœlis loquitur propheta, & nemo est qui attendat? Aut non creditis q̄ quæ dicūtur hīc, à deo sint? Epistolæ istæ sunt à deo missæ. Ingrediamur itaq; in Ecclēsiā cū honore cōpetenti, & quæ dicūtur audiam⁹ cū timore. At quid, inquis, ingredior, si nō aliquē sermocinantē audiero? Istud omnia perdidit & corripit. Quid enim opus est cōcionatore? Per nostrā negligentiam necessitas ista facta est. Quamobrē nanque cōcione opus est? Omnia clara sunt & plana ex scripturis diuinis, quæcunque necessaria sunt, manifesta sunt. Sed quia delicatuli estis auditores, delectationē audiēdo venantes, propterea & ista quæritis. Nā dic mihi: Quo sermonis strepitu locut⁹ est Paulus? Et tamen orbē cōuertit. Quo verō Petrus illiteratus? Sed ignoro, inquis, quæ in diuinis scripturis posita sunt. Quāobrem? Num enim Hebraicē? num Latine? num alio externo idiomate prolata sunt? Nō Græcē dicūtur? At obscure, inquis. Quæ est ista obscuritas, dic quæso? Nō historiarū sunt? Nosti quæ clara sunt, q̄ de obscuris rogas? Mille historiarū sunt in scripturis, dic mihi vnā ex illis. Sed nō dices: Prætextus sunt ista & inania verba. Quotidie, inquis, eadē audiūtur. Quid verō, dic mihi, an nō & in theatris eadē audis? in ludis circēsis nō eadē vides? An nō res omnes eadē sunt? soliste an nō semper idem oritur? Nō cibis iisdē vtimur? Vellem te rogare, quoniam eadē dicis audire te quotidie, vt mihi diceret. cuius sit propheta lo-

cus hic qui lectus est, aut cuius apostoli, vel cui⁹ epistolæ: at nequis dicere, sed putas te noua & peregrina audire. Igitur quando negligētiā indulges, dicis esse eadē quæ audis: quādo verō rogaris, nō aliter habes quā si nunquā audisses. Si eadē sunt, oportebat illa scire, tu verō ignoras. Lamentis digna sunt ista, lamentis inquā & querelis: quoniam argētarius frustra cudit argentū. Hoc ipso oportebat maxime animaduertere q̄ eadem sunt, quod nullum vobis negotium facessimus, neque noua quædam aut immutata dicimus. Quid ergo? Quoniam illa dicis esse eadē, nostra verō nō eadē sunt, sed semper noua dicimus, vel istis attenditis? Nequaquā. Quod si dixerimus, quāobrē neque ista continetis? Semel, dicitis, audimus, & quomodo poterimus ea cōtinere? Si dixerimus, quare illis quæ legūtur non attenditis? dicitis, semper eadem dicūtur, atq; ita vndique parata sunt ista negligentē fictionisq; verba, verum nō semper hæc bene procedent, sed erit tēpus quando frustra & inaniter lamentabimur, quod quidem absit vt fiat, sed magis in hac vita resipiscētes, & cū intellectu & pietate iis quæ dicuntur attendentes, ad honorum operū executionem properemus, vitamq; nostram cum omni diligentia corrigamus, vt bona diligentibus deum promissa adipisci valeamus gratia & benignitate &c.

Homilia IIII.

**N**unc quid detineat scitis, ad hoc, vt reueletur ipse in suo tēpore. Etenim iam mysteriū iniquitatis agit, tātum qui tenet in præsentia donec è medio tollatur, & tunc reuelabitur iniquus, quem dominus Iesus consumet spiritu oris sui, & abolebit claritate aduentus sui cum cuius aduentus est secundum operationem satanæ. Non immeritò quæsierit quisquam, quid illud sit quod detinet, & postea cognoscere volet, quānā ratione illud adeo obscure ponat Paulus. Quid ergo est quod detinet ad reuelandum ipsum, hoc est, quod prohibet ne reueletur? Alij quidem dicūt spiritus esse gratiam, alij verō Romanum imperium, quibus ego potissimum adstipulor. Nam si spiritū voluisset dicere, vtiq; obscure nō dixisset, sed aperte, nimirū quod & nūc ipsum detineat spiritus gratia, hoc est, donationes. Alioqui autē oportuisset eum iam venisse, si quidē spiritus sancti donationibus cessantibus venturus esset: etenim iam olim cessarunt. Quoniam verō de Romano imperio istud dixit, merito ænigmatice & obscure locut⁹ est. Neque enim volebat superfluas inimicitias, & inutilia pericula suscipere. Si enim dixisset quoniam adhuc modicum, & destruetur iam Romanū imperiū, cōfestim eū defodissent veluti corruptorē, & credentes omnes, tanquā in hoc viuentes & decertates. Et non dixit, citò illud erit, quāquā semper hoc id ipsum dicat, sed quid? Ad hoc, inquit, vt reueletur ipse in suo tēpore. Etenim iam mysteriū iniquitatis agit. Nero- nem hic dicit tanquā typum Antichristi gerentem: nā ille volebat reputari deus. Et bene dixit, mysteriū: hoc est, nō aperte hoc agit, sicut ille acturus est, neq; adeo perfrieta fronte & impudēter. Si enim ante tēpus illud inuētus est, inquit, qui non multū Antichristo, quod ad malitiā attinet, inferior sit: quid mirum si iam citò futurus est? Apertū verō noluit eum facere, id quod nō propter metū fecit, sed vt nos instrueret, vt nō superfluas inimicitias in nos suscipiamus, si quando nihil est quod necessario vigeat. Ita sane & hic dicit: Tātum qui tenet in præsentia, donec è medio fiat: hoc est, quādo è medio sublatum fuerit Romanum

manum imperiū, tūc veniet ille. Et nō abs re. Donec enim imperij illius timor fuerit, nemo Antichristo statim subdetur: quādo verō istud fuerit destructum imperiū, vacante imperij principatū inuadet, & tentabit ad se rapere & hominū & dei imperium. Quæ admodum enim regna illa destructa sunt, quæ ante Romanum imperium fuerūt, vtpote regnū Medorū à Babyloniis, Babyloniōrū à Persis, Persarum à Macedonibus, Macedonū à Romanis: ita & regnū Romanorū ab Antichristo, & ille à Christo, & postea nō amplius obtinebit. Et ista nobis Daniel cum magna claritate tradit. Et tūc, inquit, reuelabitur iniquus. Et quid post ista? Propē aderit tū cōsolatio. Quæ dominus Iesus, inquit, cōsumet spiritu oris sui, & abolebit claritate aduentus sui eū cuius aduentus est secundum operationē satanæ. Quemadmodū enim ignis irruēs passim minuta animalcula etiam antequā planē adueniat procul adhuc diffusus torpescit & consumit: ita & Christus. Sufficiet solū iubere, & adesse illū, atque ista omnia peribūt. Seductionē sistet quāprimū dūtast cōparuerit. Deinde quis ille est, cuius aduentus est secundum operationem satanæ? In omni potentia, & signis, & prodigijs mendacibus. Ista prædixit, ne seducerētur qui tum victuri erant: hoc est, omnē ostētabit potentiā, sed nihil veri, verum omnia ad seductionē. Et prodigijs, inquit, mendacij. Aut euentibus ac ludificantibus, aut ad mendaciū inducētibz. Et in omni seductione iniustitiæ, in iis qui pereunt. Vt quid igitur, inquis, permisit hoc deus fieri? Et quæ est ista dispensatio? Quæ vtilitas aduentus illius, quando quidē corruptio sit generationis nostræ? Ne timeas dilectē, sed audi quid ipse dicat: In iis, inquit, qui pereunt, potēs erit: qui etiā si is non venisset, vtiq; non credidissent. Quæ ergo vtilitas? Quoniam illorū ipsorū qui pereunt, obstruentur ora, quomodo? siue ille venisset, siue nō venisset, Christo sanē nō credidissent: Venit ergo vt eos arguat, & manifestos faciat. Etenim ne tūc dicāt, quoniam Christus seipsum dixit esse deū, quāquam nusquam aperte hoc dixerit: verū tamen quoniam qui illū secuti sunt, istud prædicarunt, non credidimus, quoniam audiuimus vnum esse deum, propterea nō credidimus. Hūc itaq; ipsorū prætextū auferet Antichristus. Quando enim ille veniet, & nihil sani præcipiet, sed omnia iniqua ex signis duntaxat mendacibus persuadebit, obserabit ora ipsorum. Si enim Christo nō credis, multo magis nō oportebat Antichristo credere. Nā ille quidē à patre se missum esse dixit, hic verō contrariū. Propterea dixit Christus, Ego veni in nomine patris, & nō recepistis me: si alij venerit in nomine suo ipsi illū recipietis. Sed signa, inquis, vidimus. At & apud Christū multa facta sunt & magna. Igitur multo magis ipsi debebas credere. Atqui de Antichristo multa sunt prædicta, nempe q̄ sit iniquus, q̄ sit filius perditionis, q̄ aduentus illius sit futurus secundū operationem satanæ: de Christo verō contraria, q̄ sit saluator, quod innumera bona apportet. Propterea quod dilectionem veritatis non receperūt, ad hoc, vt salui fierent, ideo mittet illis deus operationem illusionis, ad hoc, vt credant mendacio, vt indicentur omnes qui veritati nō crediderūt, sed approbauerūt iniustitiā. Vt iudicētur. Nō dixit, vt puniantur: Etenim etiā antea puniendi erāt, sed vt condemnentur: hoc est, in iudicio terribili: vt sint inexcusabiles, qui nō crediderūt veritati, sed approbauerunt iniustitiā. Dilectionem veritatis Christum vocat. Propterea si quidem, inquit, quod dile-

ctionem veritatis nō receperūt. Erat enim vtraq; & propter vtraq; venit, & diligens homines, & pro rebus veracibus. Sed approbauerunt, inquit, iniustitiā. Nā ad perniciem hominū veniet, vt iniurius illis sit. Quid enim tum non faciet? Omnia mouebit, omnia turbabit, & mandatorū ac metus gratia terribilis erit vndiq; à potestate, à crudelitate, ab iniquis mandatis. Sed ne metuas. In iis qui pereunt habebit vires suas. Nā & Helias tum veniet vt fideles cōmuniat. Et Christus hoc dixit: Helias, inquit, veniet, & restituet omnia. In virtute & spiritu Helix, propterea dictū est. Neq; enim signa operatus est sicut Helias, neq; miracula. Nā Ioannes quidē signū, inquit, nullum fecit: quæcunq; verō de illo dixit Ioannes, vera erāt. Quomodo ergo in spiritu & virtute? Et quomodo in spiritu Helix? Hoc dicit: Idē ministeriū recipiet. Quæ ad modū iste præcursor prioris aduentus, ita ille præcursor erit posterioris & gloriosi Christi aduentus, atque in hoc custoditur. Ne formidemus ergo. Turbauit quidē auditorū animos, nondū tamē fecit vt grauiā debeant præsentia putare, sed magis gratiarū actione digna. Quapropter subiūxit: Nos autē debem⁹ gratias agere deo semper pro vobis fratres à domino dilecti, quod elegerit vos deus ab initio in salutē, in sanctificatione spiritus & fide veritatis. Quomodo in salutē? vt sanctificaret vos per spiritū. Ab istis nanq; salutis nostræ summa depēdet, nusquā ab operib⁹, nusquā à rectē factis, sed per fidē veritatis. Vide illud, in, rursus idem est quod, per. Et sanctificatione spiritus, inquit. Ad quod vocauit vos per euangeliū nostrum, in acquisitionem gloriæ domini nostri Iesu Christi. Neq; hoc exigū est, si gloriam suam salutem nostrā æstimat Christus. Est em̄ gloria benigni multos esse quos saluet. Magnus est itaq; domin⁹ noster, si salutem nostrā ita desiderat spiritus sanctus. Quare non prius fidē dixit? Quia post sanctificationē etiam multa adhuc fide op⁹ habem⁹, ne dimoueatur. Vides quomodo declarauerit nihil corū, sed totū esse dei? Ad quod, inquit, vocauit vos per euangeliū nostrum in acquisitionem gloriæ domini nostri Iesu Christi. Itaq; fratres state, & tenete traditiones, quas didicistis siue per sermonem, siue per epistolam nostrā. Hinc patet q̄ nō omnia per epistolā tradiderint, sed multa etiā sine literis. Eadē verō fide digna sunt tam illa q̄ ista. Itaq; traditionem quoque ecclēsiæ fide dignā putamus. Traditio est, nihil quæras amplius. Ostēdit hīc multos à traditionib⁹ istis fuisse dimotos. Ipse verō dominus noster Iesus Christus & deus ac pater noster qui nos dilexit, cōsolationemq; æternā dedit & spem bonā in gratia, cōsoletur corda vestra, & cōfortet in omni opere & sermone bono. Rursus post adhortationē precatio. Hoc enim demū est verē auxiliari. Qui dilexit nos, inquit, & dedit cōsolationem æternā & spem bonā in gratia. Vbi nūc sunt qui filiū imminuūt, propterea q̄ in gratia lauari post patrem nominatur? Nā ecce contrarium hīc est. Qui dilexit nos, inquit, & dedit cōsolationē æternam. Quānam istam? Spem futurorum. Vides quomodo per modum precatōnis mentē illorū excitat, dum inefabilis prouidētiæ curæq; dei pignora ponit & indicia? Cōsoletur corda vestra in omni opere & sermone bono. Hoc est per omne opus & sermonē bonū. Nam ista est Christianorum cōsolatio, vt quod bonum est & quod deo probatur, faciāt. Vide quomodo animū illorum reprimit. Qui cōsolationem, inquit, & spem bonā dedit in gratia. Simul eos & super futuris bene sperates facit. Si enim talia per gratiam dedit,

in scripturis

in theatris

Luc. 1. b

Ioan. 10. g

τὰυτὰ οὐδὲ  
ἠκούσθη  
τὸ θεοῦ  
καὶ τὸ σα-  
ραπίας.

Ioan. 5. g

Nero.

Nota.

manum

dedit, multo magis futura dabit. Ego sanè dixi, inquit, totum verò dei est, confortare, corroborare ne dimoueamur, neque, defleatamur. Etenim & nostrum hoc est & dei, tam dogmatum quam faciendorum gratia. Nam hoc consolari est, nepe confortatum esse. Quando enim quis ab instituto non decidit, omnia quaecumque sanè passus fuerit, cum multa loganimitate feret: quod si dimotus fuerit animus, nihil amplius bonarum & germanarum actionum faciet: sed quemadmodum si quis manibus sit fractis, ita & animus dimouetur & fragitur, si quando non fuerit persuasus quod ad bonum finem tēdat, & veluti occurrat. *Quod superest, orate pro nobis fratres, ut sermo domini curat & glorificetur quemadmodum & apud vos.* Igitur ipse quidem pro eis orauit ut confortarentur, petit verò nunc vicissim ab eis ut orent pro iis quae ipsum decebāt, non ut nullum sit periculum: nam in hoc positus erat, sed ut sermo domini currat, inquit, & glorificetur, sicut & apud vos. Habet & encomium ista petitio. Sicut & apud vos, inquit: *Et ut eripiamur ab absurdis & versutus hominibus. Non enim omnium est fides.* Hoc declaratis est in quibus & ipse periculis sit, quod quidem illos potissimum consolabatur. Ab absurdis, inquit, & versutis hominibus. Non enim omnium est fides. De iis itaque dicit qui praedicationi contradicebāt, de iis qui resistebāt & dogmata impugnabāt. Hoc enim inquit cum dicit: Non enim omnium est fides. Videtur autem mihi non pericula hic innuere, sed contradictores, & qui sermonem ipsius impediēbāt, ut faciebat Alexander ararius. Nam valde, inquit, resistit sermonibus nostris. Quasi dicat, tales non sunt quibus daretur, ac si de patricia forte dixisset, non omnium est in regibus militare. Simul verò & excitat eos. Siquidem tantum habent apud deum fiducia, ut & doctorem queant a periculis liberare, & praedicationem illi prosperam & liberam reddere. Eadem itaque & nos dicimus. Nemo nos arrogatiam condēnet, neque ex immoderata animi abiectione tanto nos precum suarum adiutorio priuet. Neque enim nos eodem hoc animo dicimus, quo Paulus dixit. Nam ille discipulos consolari volens ista dixit: nos verò ut magnam quid & utile lucremur. Et vehementer credimus si voluissetis omnes manus vestras unanimiter ad deum pro nostra mediocritate extēdere, cuncta vos assequi posse. Ita expugnemus hostes nostros precibus & supplicationibus. Si enim contra armatos ad eum modum pugnarunt veteres, multo magis contra inermes ita pugandum nobis est. Ita vincebat Ezechias Assyrium, ita Moyses Amalecitas, ita Aescalonitas Samuēl, ita Israel triginta duos reges. Si vbi armis opus erat & exercitu & pugna, relicis armis ad orationem confugerunt: vbi duntaxat orationibus efficienda sunt negotia, quomodo non multo magis orandum est? Sed illic, inquit, qui praesidebāt, obsecrabant pro populo, tu verò petis ut populus oret pro praesidente. Noui & ego. Nam tunc quidem subditi misererāt & humiles ac rudes, quapropter sola fiducia & virtute ducis seruabatur. Nunc verò posteaquam data est gratia dei & in subditos, multos, imò plures reperiemus qui magna parte principem excellāt. Ne priuetis nos isto auxilio, erigite & sustentate manus nostras ne dissoluantur: aperite os nostrum: ne obseretur, obsecrate deum, obsecrate propter ista. Pro nobis quidem est quod fit, totum vero fit pro vobis. Nam ad vestram utilitatem positi sumus, & quae vestra sunt curamus. Orate tam seorsim quisque quam in communi. Vide Paulum dicentem, *Ut pro dono quod in nos collatum est, per*

Cap. III.

† ut orent pro ipso aquum esse indicans

2. Tim. 4.

A multos agantur pro nobis gratia: hoc est, ut multis det gratiam. Si apud homines, quando populus viros condēmnatos & ad mortem abducēdos ad regem accedens dari sibi petit, & rex multitudine populū permotus ac placatus sententiā latā tollit & immutat: multo magis & a vobis placabitur deus, non propter multitudinem, sed propter virtutem. Habemus enim nos vehementer hostem. Nam quisque vestrum suavis curat & administrat: nos verò quae simul sunt omnium. Nostra haec est portio in qua stamus ut bellum cōficiamur. Contra nos vehementius armatur hostis. Nam in bellis ante omnes conatur ducem prosternere qui cōtrarius est. Quapropter circa illum omnes cōmilitones cursitant: quapropter multa circa illum tumultuatio est, vnoquoque eum eripere satagente, scutis illū obsepiunt, eaput ipsius cōseruare volentes. Audite quid ad Dauidē dicat omnis populus: (Non ut Dauidi meipsum conferā ista dico, non ita insanio, sed ut populū amorem & benevolentiam erga principem declarem.) Ne egrediaris, inquit, ad bellum nobiscum, ne extingatur 2. Re. 21. d. lucerna Israelis. Vide quanta cura seni pepercerint. Admodum opus habeo vestris precationibus. Nemo me, quemadmodum dixi, ex immoderata animi abiectione isto auxilio & adiutorio priuet. Si nostra fuerint celebra, erunt & vestra illustriora: si nobis doctrina abunde affluerit, in vos istae diuitiae redundabunt. Audi prophetam dicentem: Num seipsum pascunt pastores? Videtur autem Paulus cōtinue istas orationes exquirentem? Audis Petrum hoc pacto a carcere ereptum esse, quod oratio continua pro illo fieret? Vehementer credo precationem vestram multa posse, si tanto fiat cōsensu. Quanto putatis mediocritatem nostram excedit, ut pro tanto populo ad deum accedam & supplicem? Nam si pro meipso fiduciam precari & impetrare nequeo, multo minus pro aliis. Illustrius nanque virorum hoc est, ut & aliis orent deum esse propitium, eorum scilicet, qui eum sibi ipsius primum mitē ac beneuolum reddiderunt. Qui verò & ipse deum offendit, quomodo orabit pro alio? Veruntamen quoniam paternis vos cōplector visceribus, quoniam charitas omnia audet, non solum in ecclesia, sed & domi ante reliqua omnia pro salute vestra tam spirituali quam corporali precationem facio. Non est enim aliqua alia precatio quae sacerdotem adeo deceat, atque ut pro populi comodis priusquam pro sui ipsius ad interpellandum ad deum accedat. Si enim Iob mox atque surgebat, pro filiis suis carnalibus tanta faciebat, quanto magis pro spiritualibus nos hoc facere debemus? Ad quid autem ista dico? Ad hoc, ut si nos pro vobis omnibus precationes & obsecrationes facimus, tamen si tātopere rei istius magnitudini impares sumus, multo magis sequi sit ut vos istud faciatis. Est enim vehementer temerarium, & quod multam exigat fiduciam, vnum orare pro multis. Multos vero simul cōiunctos pro vno precationem facere nihil fuerit onerosum. Non enim suae quisque virtutis intuitu hoc facit, sed multitudinis & cōcordiae, qua deus potissimum vbi que placatur. Nam vbi cunq; fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum, inquit Christus, in medio eorum. Si in medio est vbi duo vel tres congregati sunt, multo magis est in medio vestri. Quod enim quis apud seipsum precatus accipere non poterit, hoc cum multitudine precatus accipiet. Quare? Quia etiam si non propria virtus, tamen cōcordia multum potest. Vbi cunq; inquit, duo vel tres congregati fuerint. Quare de duobus dixit? Etenim si vnus alicubi fuerit in nomine

Iob. 1. b

Mat. 18. 1

A mine tuo, quāobrem non & illic es? Quia omnes simul esse volo, & non diuelli. Cōstipemus itaque nos inuicē, & colligemus per charitatem: nemo nos separet. Si quisquam est qui queritur, si quisquam laesus est: non hoc in animo cōtineat, siue erga proximum, siue erga nos. Hanc a vobis gratiam peto, ut nos ipsos accedatis & queramini, & a nobis ipsis excusationem accipiatis. *\* Argue, inquam, proximum, ne forte non dixerit quod quereris: argue & cōvince, ne forte non fecerit quod quereris: & si fecerit, ne quicquam addat. Aut enim hoc pacto nos excusaremus ac defenderemus, aut si dānabiles essemus veniam peterem, & tētaremus in posterum non amplius in eadem incidere. Istud & vobis prodesset & nobis. Nam vos quidem praeter rationem criminati cōperta rei veritate corrigeremini, nos verò cōperto peccato nostro corrigeremur & ipsi. Vobis quidem non prodest quod criminamini. Nam supplicium decretum est illis qui quoduis ociofum verbum effutunt, nos vero criminibus istis liberabimur siue falsa sint siue vera. Si falsa, ostēdetes & probantes ea esse falsa. Si vera, non amplius ea faciētes. Est enim plurimum necesse, ut qui tāta administrat, multa ignoret, atque adeo ex ignorātia delinquat. Si nanque domum quisque vestrum habens, & vxorē, & liberos, & mācipia, hic quidem plura, ille verò pauciora gubernans: nihilominus in tam paucis animabus plurimum subinde contra animi sententiā, siue ignorans siue etiā corrigere quicquam volens, delinquere cogitur: multo magis nobis hoc vsu venit tātae multitudini praesidentibus. Quin adhuc amplius multiplicet vos dominus, & benedicat vos paruulos cum maioribus: licet enim magna cura & sollicitudo ex populi multitudine nascatur, non tamen cessamus orādo, ut ea nobis cura augeatur, & haec multitudo crescat, & plurimum multiplicetur, & infinita reddatur. Nam & patres quāquam ex multitudine liberorum plerumque obtundantur, nihilominus tamē nullum ex ipsis amittere cupiunt. Cuncta nobis & vobis paria sunt, & ipsa etiā bonorum principalia. Non enim nos abundantius & vos minus de sacra mensa participamus, sed pariter & aequē illa vtrique degustamus. Si verò ego primus, nihil hoc magni fuerit, quādoquidem & apud pueros qui senior est, primus ad conuiuium manū suam immittit. Veruntamen nihil hinc est prerogatiuae, sed omnia nobis paria sunt, eadem salus, & eadem vita animas nostras coaptans cum eodem vtriusque honore datur. Non de alio quidem ego, de alio verò vos, sed de eodem agno participamus. Eundem baptismum habemus vtrique, spiritu dignati sumus eodem, ad idem regnum properamus & luctamur vtrique, fratres ex aequo sumus Christi, omnia nobis sunt cōmunia. vbi ergo est in quo ego excellam? In curis scilicet, in laboribus, in sollicitudinibus, in dolore quo vestri gratia premor. At nihil est isto dolore suauius. Nam & mater pro filio suo dolēs, dolore delectatur, sollicita est pro natis suis, gaudet & laetatur super curis suis. Quāquam cura in seipsa amara est, attamen quādo impenditur pro liberis, multum habet voluptatis. Cōplures vestrum genui: verum etiam post partum corripior doloribus. Apud corporales quidem pariter praecedunt parturitionum dolores, & tunc partus subsequitur: hic verò ad extremum vsque suspensum dolores sunt, ne qua etiam post partum fiat abortio: atque ita desiderio obtundor ego. Nam etiam si alius quisquam est plerumque qui genuit, ego tamē curis rūpor. Neque enim ex nobis ipsis generamus, sed totum est gra-*

\* Argue, vel explora et inuestiga, sic et paulo post accipe.

A tia dei. Si ergo vtrique per spiritum generamus, non peccauerit aliquis, si & eos qui a me nati sunt, illius, & eos qui ab illo meos esse dixerit. Haec itaque omnia considerate, & manus porrigite, ut gloriatio nostra sitis, & nos vestra in die domini nostri Iesu Christi: quam contingat nos omnes cum fiducia videre in Christo Iesu domino nostro &c.

Homilia V.

**F**idelis est autem dominus, qui stabiliet vos & custodiet a malo. Confidimus autem per dominum de vobis, quod quae praecipimus vobis, & faciatis, & facturi sitis. Dominus vero dirigat corda vestra in dilectionem dei & patientiam Christi. Neque oportet nos totum sanctorum orationibus committentes ociosos esse & malitiae attendere, neminemque iuuare, neque rursus quae bona sunt operatos, auxilium illud contemnere. Nam plurimum potest, & magna est precatio quae pro nobis fit, sed quādo & nos cooperamur. Quapropter & Paulus posteaquam pro illis precatus est, rursus auctoritatem ex promissione inducens dicit, fidelis est autem dominus qui stabiliet vos, & custodiet a malo. Si enim elegit vos ad salutem, non fallit, neque perire vos permittet. Ne verò per ista ad desidiā eos inducat, & ipsi totum dei esse putantes obdormiant, vide quomodo & ab ipsis cooperationem expetat, dicens: Confidimus autem per dominum de vobis, quae praecipimus vobis, & faciatis, & facturi sitis. Fidelis quidem est deus, inquit: & quia salutem promisit, omnino saluabit, sed quemadmodum promisit. Quomodo promisit? Si voluerimus, & audierimus ipsum, non simpliciter, neque ociosi velut ligna & lapides. Bene verò illud, confidimus per dominum, posuit: quasi dicat, benignitati ipsius credimus. Rursus eos reprimit, totum ad deum applicās. Nam siquidem dixisset: Confidimus autem per vos, fuisset quidem magnam encomium, verum interea non ostendisset illis omnia in deum esse reiicienda. Si verò dixisset: confidimus autem per dominum, quod custodiet vos, & non adiecisset, de vobis: & quod quae praecipimus vobis, & faciatis & facturi sitis, ociosiores eos ac pigriores reddidisset, ex eo quod totum in diuinā potentia coniecisset. Nam oportet quidem totum in deum proicere, sed ita ut & ipsi operemur, & labores & certamina aggrediamur. Et ostendit, quod tamen si virtus duntaxat ad saluandum suffecisset, nihilominus oportere illam & persequerantē, & nobiscum donec ad nouissima vsque suspiria perueniamus praesentē esse. Dominus verò, inquit, dirigat corda vestra in dilectionem dei, & in patientiam Christi. Rursus eos laudat, & precatur simul, curam ac prouidentiam suam declarās. Quoniam enim ad increpationem erat migraturus, corda eorum istis velut oleo prelinuit, nempe quod dicit, confidimus autem quod obedietis, & quod orationes eorum expetit, & quod rursus illis innumera bona imprecatur. Dominus verò, inquit, dirigat corda vestra in dilectionem dei. Sunt enim multa quae a dilectione dei defleunt & abducunt, & multa diuertacula quae illinc extrahunt, primum quidem māmona, velut impudētes quaedam manus animae nostrae iniiciētis, & potēter ac tenaciter corripientis, & inuitos quoque abducētis & trahentis, deinde vanae gloriae studium, & afflictiones sepe numero & tentationes subuertunt. Quapropter quasi flatu quodā diuino auxilio egemus, ut velut nostrum velut vehementi quodam vento ad dilectionem dei trāsmittatur. Et enim ne mihi dicas, diligo deum, etiā plus quam meipsum,



ipsum, Verba sunt ista. Ostēde hoc ipsis operibus. Si diligis eū plus q̄ teipsum, dilige plus q̄ argentum: & tūc credā, q̄ & plus q̄ teipsum illū diligas. Cum verò pecunias propter deum non contemas, quomodo teipsum cōtēnes? Quid verò pecunias dico? Qui avaritiam non contēnis, quod tamē etiā sine præceptis dei facere oportebat, quomodo contēnes teipsum? Et in patientiā, inquit, Christi. Quid est, in patientiā? Ut patiamur quemadmodū ille passus est, aut ut eadē faciamus, aut ut cū patientia ipsum expectemus: hoc est, ut prōpti & parati sim⁹. Quoniā enim multa pollicitus est, & ipse venturus est ad iudicandū viuos & mortuos, ut prætolemur eum, & patietes simus. Vbi verò patientiā dicit, ibi omnino afflictionem innuit. Hoc enim est diligere deum, ipsius gratia pati, & nihil turbari. *Præcipimus autem vobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi, ut subducatis vos ab omni fratre qui inordinatē ambulat, & non secundum traditionem quam accepit à nobis.* Hoc est, non nos ista dicimus, sed Christus. Nā hoc est quod dicit, in nomine dñi nostri Iesu Christi. Terrorē præcepti declarat quod per Christum præcipit: igitur Christus præcepit, ut nusquā ociosi sim⁹, ut subducatis vos, inquit, ab omni fratre. Ne mihi dignitatem obicias, neq; pauperē, neq; sanctū aliquē: cōfusio est istud & indigesta dissolutio. Ambulat, inquit: hoc est, vivit. Et nō secundū traditionē quā accepit à nobis. Traditionē dicit, quæ per opera est, & dominus semper illā traditionem vocat. *Nam ipsi scitis quomodo oporteat imitari nos, quoniam non inordinatē egimus inter vos, neque gratis panē comedimus à quoquā.* Quamquam si comedisset, gratis tamen nō comedisset. Dignus est enim, inquit, operarius mercede sua. *Sed cum labore & sudore nocte ac die operātes, ad hoc, ne quinquā vestrum gravavimus, nō quod potestātē non habeamus, sed ut nos ipsos formā exhiberemus vobis ad imitandū nos.* Nam cū esse-mus apud vos, hoc vobis præcipiebam⁹, ut si quis nollet operari, is neq; ederet. Vide quomodo in priore quidē epistola, blādus admodū de istis sermocinetur, ut quādo dicit: *Obsecramus autē vos fratres, ut magis abundetis & in hoc incūbatis: & nusquā dicit, præcipimus, neque in nomine domini nostri Iesu Christi, quod terribile erat & cū periculo coniunctū: sed ut abūdetis, inquit, & in hoc incūbatis, id quod erat ad virtutem incitantis, ut cum decoro, inquit, ambuletis: hīc verò nihil tale, sed si quis operari non vult, inquit, neque edat. Si cū Paulus operādī necessitatē nō habēs, sed ociantī potestātē, quiq; tantū opus administrandū suscepit: nihilomin⁹ operatus est, & nō vulgariter ac leuiter operatus, sed nocte ac die, ut & aliis suppeditare posset, multo magis alios oportebat hoc facere. *Audimus enim quosdam ambulantes inter vos inordinatē, nihil operātes sed curiosē agentes.* Istud hīc dicit: Illic verò in priore epistola, ut cū decoro, inquit, ambuletis erga extraneos. Cur hoc? Forisā nihil dum tale ab illis factū erat. Nā alibi laudās dixit, Beatius est dare q̄ accipere. Illud verò, ut cū decoro ambuletis, nō de inordinata dissolutione est: quapropter & subiūxit, ut nullius indigeatis. Hīc verò ad aliā necessitatē ponit, ut quod honestū est & bonum erga quosuis, faciant. Progressus nanq; ne defatigemini, inquit, in benefaciendo. Nam omnino necesse est, ut curiosus sit, qui cū operari posset, ociosus est. Eleemosyna verò solis illis datur qui manū suarū operatione & labore sibi ipsis victū sufficere nequeūt, aut illis qui alios docent, & toti ad doctrinā sermonē dediti & occupati*

Mat. 10. b  
Luc.  
10. b. c  
1. Timor.  
5. c

1. Thef. 4.

1. Thef. 4.

Act. 20.

5.

sunt. Non enim os, inquit, obturabis boui trituranti, & dignus est operari mercede sua. Itaq; ne hīc quidem ociosus est, sed operationis eiusq; magnæ mercedē accipit. Ociosum verò orare, & ieiunare nō est opus manū. Operationem nanq; hīc dicit, quæ per manus fit. Et ne tale quicquā suspiceris, subiūgit, nihil operātes sed curiosē agētes. *His autem qui eiusmodi sunt præcipimus, & obsecramus per dominum nostrum Iesum Christū.* Quoniā vehemēter reprehenderat, mitiorem volēs reddere sermonē, subiūxit, per dominū, rursus & autoritatē & terrorē adiūgens: *Ut cum quiete operātes suum ipsorum panem edant.* Quāobrem nō dixit, Si verò ordinatē se non gesserint, non nutriātur à vobis? Sed vtraq; exigit, ut & in quiete sint, & operētur. *Suum ipsorum panē, inquit, edant nō alienū. Vos verò fratres ne defatigemini in benefaciendo.* Vide quomodo confestim rupta sint paterna viscera. Non potuit vterius increpationē producere, sed rursus eorū misertus est. Et vide cū quāta prudētia. Nō dixit: Verūtāmet ignoscite illis donec corrigantur, sed quid? Vos verò ne defatigemini in benefaciendo. Subducite quidē vos ab illis, inquit, & increpate eos, attamē ne cōtēnatis fame pereuntes. Quid igitur, inquis, si copiam alimēti apud nos habēs ociosus permāserit? Ad hoc, inquit, placidū ac mite pharmacū dedi, nempe, ut subducatis vos ab eo: hoc est, nullam illi fiduciā hui⁹ faciatis, ostendite vos irasci. Non exiguū hoc est. Talis enim fit ad fratrem increpatione. Siquidem vere correctū volumus, ne ignoremus correptionis modos. Nam dic mihi: Si carnalē haberes fratrem, an cōtemneres eum & negligeres fame tabescentem? Ego quidē nō puto. Attamen & corrigeres eum. *Si verò quis nō obedit sermōni nostro per epistolam.* Nō dixit, si quis nō obedit, mihi non obedit. *Hunc indicate.* Nō modica est ista instructio. *Ne commercium habeatis cum illo.* Deinde rursus: *Ut pudore suffundatur.* Et non permittit eos vterius progredi. quēadmodum enim cū dixisset: si quis nō operatur, neq; comedat, veritus ne fame pereat, subiūxit: Vos verò ne defatigemini benefaciendo: ita & cū dixisset, Subducite vos, & ne cōmercium cū illo habeatis, veritus ne hoc ipsum ē fraternitate illū excidat, (Qui enim animū despondet, nisi aliquid fiducię recipiat, mox perit,) subiūxit: *Et non ut inimicū eum habeatis, sed admonete ut fratrem.* Per hoc vtraq; declarat. Quod & magnū aduersus illum supplicium præscripserit, eo q̄ fiducia eū priuat. Si enim probro dignū est accipere, etiā si cum multis sit qui accipit, si quādo & increpantes præbuerint, & sese simul subduxerint, quāti probri fuerit istud? quā validū ad mordendum accipientis animū? Si enim qui dūtaxat cūctabundi dant, aut murmurantes incendunt accipiētes, (neq; enim mihi de impudētibus mēdicis dicas, sed de fidelibus,) si cū increpatione daturi fuissent, quid nō effecissent? Quod supplicium non adæquāsent? Nos nō ita, sed mendicos nō aliter vituperam⁹ & auersamur, quā si maximā nobis iniuriā intulissent. Non das, ut quid & molestus es? Admonete, inquit, ut fratres: nō vituperate ut inimicos. Qui fratrem admonet, nō publicē hoc facit, nō ostētat cōuicium, sed priuatim, & cū multa attētionē & dolore, & animi molestia, lachrymās & lugēs. Ex fraterna itaque mēte præbeamus, ex fraterna volūtate admonem⁹, nō tanquā dolentes propterea quod dandū sit, sed velut ideo dolentes quod ille præceptum transgressus est. Alioqui quid proderit? Nam etiā si dando vituperas,

1. Cor. 9. b  
et. 1. Tim.

vel, si vero ordinare se gesserunt nutriantur à vobis?

tuperas, perdis tamē largitionis iucunditatem. Quādo verò ne das quidem & tamē vituperas, quāto malo non afficis miserum illū & calamitosum? Accessit tanquam misericordiā inuenturus apud te, accepta verò letali plaga abscedit, magis etiam illachrymās. Si nanq; propter penuriam mendicare cogitur, propterea verò q̄ mendicat vituperatur, vide quantum vituperatores istos supplicij maneat. Irritas factorem eius. Nā dic mihi: Ipse permisit cum tui gratia pauperem fieri, ut tibi copia esset illum curandi: & tu cum qui propter te eget, vituperas? Quantæ improbitatis sunt ista? Quantæ ingratitude est hoc factum? Admonete, inquit, ut fratres: ut simul dando admoneamus iussit. Quod si nō dantes etiam vituperauerimus, quæ erit nobis exculatio? *Ipse autem dominus pacis det vobis pacem semper omnibus modis.* Vide quomodo cū quæ faciēda sunt imperat, oratione illa obfignat, quasi quædam depositorum signacula ponens precationē & supplicationem. Det vobis, inquit, pacē omnibus modis. Quoniam enim fieri poterat, ut ex istis nascerentur dissidia, siquidem illi intracabiliōres & asperiores redderentur, isti verò non amplius talibus pariter attenderent, non abs re nunc istud imprecatus est. Det vobis, inquit, pacē semper. Nā hoc est quod quæritur, ut semper illam habeamus. Quid est, omnibus modis? Ne vllō pacto contentionis sit occasio. *Pax enim vbiq; bona est, quando quidem & erga extraneos.* Nam audi ipsum alibi dicentem: Si fieri potest, quantum in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habete. Nihil enim ad eō est ad ea quæ exequi volumus accōmodum, atq; paci esse deditū & quietum, & ab inimicitia liberū, & nullum habere hostē. *Dominus sit cum omnibus vobis. Salutatio mea manu Pauli: quod signum est in omni epistola. Ita scribo. Gratia domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus vobis, Amen.* Hoc dicit se in omni epistola scribere, ne cuiquam liceat ipas epistolas subscriptione tanquam magno posito signo & indicio adulterare. Salutationem verò vocat precationem, ostendens eos cuncta spiritualia tum fecisse, & quando salutatione opus habebant, cū fructu rem istam fuisse, & precationem non simpliciter esse amicitiaē symbolū. Ab ista verò cōperat, & rursus in eandem desiit. Ingentibus muris quæ dicta sunt, vtrinq; communiens, tuta locauit fundamenta, & consummationem quoq; tutam & securam imposuit. Gratia vobis, inquit, & pax: & rursus, Gratia domini nostri Iesu Christi sit cū omnibus vobis, Amen. Hoc & do-

Rom. 12. 4

Sup. 1. 4

Mat. 28. d.

1. Cor. 5. d

neuolo suscipiunt, audi quomodo habuerit ille qui peccato suo erat inflatus, qui ad extremā malitiā deuenerat, qui fornicatione fornicat⁹ fuerat, qualis nec inter gentes nominatur, qui susceptū vulnus non sentiebat. (Ea quippe est peruersionis hyperbole.) Ille igitur talis, ita est flexus & repressus, ut Paulus postea dixerit: Sufficit ei qui huiusmodi est, correptio ista quæ est à pluribus: itaq; facite ut abundet in illū charitas. Quemadmodū enim membrum à reliquo corpore diuulsum, ita tūc erat à fratribus segregari. Quæ verò huius causa? Et vnde erat istud tum adeo terribile? Quoniam & cum ipsis esse magnum bonum illis habebatur. Quemadmodum enim qui iisdem habitant ædibus, & sub vno patre degunt, vniūsq; mensæ confortes sunt, ita tunc in singulis habitabāt ecclesiis. Extra tantam itaq; charitatem excidere, quāto putas malum fuerit? Nūc verò nihil videtur esse magni, propterea q̄ neq; si quando simul adunati sumus, magni quicquam putatur. Quod tūc supplicij loco erat, illud nūc propter multum charitatis algorem etiam præter supplicium fit, & alius ab alio temerē & frigiditatis gratia subducimur. Nam omnium malorum causa est, q̄ nulla est charitas. Hoc omnia dissoluit, & quæ in ecclesia grauiā fuerūt & illustria, in quibus exultare & gloriari debebamus, demolitum est. Magna est doctoris fiducia, si quando ex propriis virtutibus discipulos increpare poterit. Quapropter & Paulus dixit: Scitis em̄ ipsi quomodo nos imitari oporteat, & vita magis debeat præstare doctor q̄ sermone. Nemo verò putet istud esse iactantiaē. In necessitatem quippe adactus hoc locutus est, & ad communē utilitatem. Quoniam non inordinatē nos gessimus, inquit, inter vos. An nō ex eo vides animi modestiam? quam largitionem vocat, & constantem decori cōseruationem? Nō inordinatē nos gessimus, inquit, inter vos, neq; gratis panem manducauimus. Ostendit hīc eos & pauperes forsan fuisse. Et ne mihi dixeris pauperes fuisse. Nam de pauperibus & de iis loquitur, quibus necessaria alimonia non aliter suppetebat quā ex labore manuum. Non enim dixit, ut à patribus suis habeant, sed ut operantes suum ipsorum panem manducēt. Si enim ego, inquit, præco sermonis doctrinā timebā grauare vos, multo magis qui vos nulla in re iuuat. Nam hoc verē est oneri esse. Onus autem est, quando quis non cum multa animi promptitudine largitur. Verum non hoc innuit, sed q̄ nulla facultate fuerint. Quæ nanq; ratione non operaris? Manus tibi deus in hoc dedit, nō ut ab aliis accipias, sed ut aliis des. Dominus vero, inquit, sit vobiscum. Hoc possumus & nobis ipsis imprecari, si quæ domini sunt fecerimus. Audi quippe quid discipulis suis dicat Christus: Euntes, inquit, docete omnes gentes baptizātes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunq; præcepi vobis. Et ecce ego vobiscū sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi, Amen. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi, si ista omnino feceritis. Quod enim non solum istis promiserit, sed & illis qui vestigia ipsorum subsequantur seculi. Quid ergo ad eos dicit, qui doctores non sunt? Quisque vestrum, si volet: doctor est, etsi non alterius, tamen sui ipsius. Doce teipsum primum. Si docueris omnia quæcunq; Christus præcepit seruare, & per hoc multos habebis æmulatores.

2. Cor. 1. b

Hic sup. b

Ibidem.

\* vobis iura.

non fuisse.

Germ.

Mat. 28. d

Quemadmodum enim lucerna, quando ipsa illustris est, innumeras alias incendere potest, extincta vero neq; seipsam illuminat, neq; alias lucernas incendere valet: ita habet & vita munda. Si lumen quod in nobis est splendidum fuerit, innumeros tam doctores q̄ discipulos velut archetypo proposito faciemus. Neque enim ita quę à me dicuntur auditoribus prodesse possunt sicut vita nostra. Etenim sit vir quispiã deo clarus, & virtute illustris, & vxorem habens, (nam potest deo placere etiam qui vxorẽ habet & liberos, & famulos, & amicos) an iste non multo magis q̄ ego cunctis prodesse poterit? Nam me quidem semel atq; iterum in mense, vel ne semel quidem, audiẽtes, quęcunq; audierint, forsã vsq; ad ecclesiã limen cõseruantes confestim amittunt, vitã verò illius indefinẽter videntes magna lucrantur. Quando enim vituperatus non vicissim vituperat, an non prope mãsuetudinis suã pudorem ac reuerentiam in animum vituperantis insigit & insculpit? Etsi nõ statim vtilitatem acceptam fatebitur, propter iram, vel dedecoris metum, vel pudorem, nihilominus tamẽ mox sensum illius accipiet. Est autem impossibile, vt homo conuiciator, etiam si bestia sit, patienti cuidam & iniuriarũ tolerantiam adiunctus, non cum magno lucro discedat. Bona nanque etiam si non faciamus, nihilominus tamen laudamus omnes & admiramur. Mulier rursus si viderit virum mansuetum, plurimum lucrabitur semper illi coniuncta. Pari ratione & filius. Potest ergo vnusquisq; doctor fieri. Etenim ædificate, inquit, vos inuicem alius aliũ, quemadmodũ & facitis. Nam dic mihi, Obrigit damnũ aliquod domui tuã? Vxor turbatur, tanquã imbecillior, & magis mundana, & sumptuosior, & ornãdi studiosior: vir verò si philosophus fuerit, & damni contẽptor, & illam cõsolatur, & suadet vt fortiter ferat. An nõ ille, dic quãso, multo magis proderit q̄ nostri sermones isti? Etenim facile est de patientia dicere: facere verò, si quando in necessitate constituti sumus, cuius difficile est. Quapropter magis ab ipsis operibus corrigi solet humana natura, & tanta est virtutis excellentia, vt & seruus plerunq; vnuerſã domui cũ ipso hero proficit. Neq; enim frustra neq; temerẽ illis cõtinuẽ virtutis studiũ præcipit Paulus, & exigit, vt heris suis morigeri sint, non tantũ curans quomodo dominis ministraretur, quantum ne sermo dei & doctrina blasphemetur. Quãdo verò nõ blasphematur, statim & admirationi habetur. Et noui complures domos, quã plurimũ lucri ex seruatorum virtute ceperũt. Si verò seruus qui sub potestate constitutus est dominũ suum corrigere potest, multo magis poterit dominũ corrigere seruos. Participate mecum, obsecro, in isto ministerio. Ego cũ omnibus in cõmuni fermocinor, vos separatim vniciq; & quisque molietur proximorũ salutem. Quòd enim oporteat virũ domui suã etiam in istis præesse, audi quò mulieres mittat Paulus: Si verò quicquã discere volunt, inquit, domi viros suos interrogent. Non adducit cas ad doctorem. Quemadmodum enim in literarum exercitiis & studiis, & in disciplinis, sunt doctores: ita & in ecclesiã. Vult enim doctorem nõ ab omnibus interturbari. Quare? Quia magna hinc bona futura sunt. Nõ solum q̄ leuis redditur & facilis doctori labor, sed q̄ & quisq; discipulorum statim impensa cura doctor euadere potest, eandem habens sollicitudinem. Etenim vide quantum ministerium inducat, vxor domum gubernat, & omnia quã in domo sunt

curat, ancillis præest, circa manus ipsius versantibus, puerorũ te patrem vocari facit, prostibulis liberat, ad castitatẽ opitulatur: cæstrum naturę sedat. At vicissim benefacit illi & tu. Quomodo? In spiritualibus manum porridge. Si quãdo audieris vtilia quędam, illa quemadmodum hirundines, ore portans domũ abducito, & ori tam matris q̄ pullorum indito. Quomodo nãque absurdum non est, q̄ in aliis quidem priores tibi vindicas, & capitis locum obtines, in doctrina verò debitum munus deseris? Præpositum oportet nõ honoribus sed virtutibus subditos excellere. Nam hoc præpositi est. Illud quidem subditorum est, hoc verò ipsius præpositi officiu. Si multo frueris honore, nihil hoc ad te. Etenim ab aliis accepisti. Si multa virtute illustris es, illud planẽ tuũ est. Caput es vxoris, corrigat ergo caput reliquum corpus. Non vides quomodo caput nõ tantum loco supra reliquũ corpus emineat, quantum prouidẽtia, quasi gubernator quidam totum ipsum corrigens? Nam in capite sunt tam corporis quã mentis oculi. Illinc dimanant istis vidẽdi vis, illinc ratio. Et reliquum quidẽ corpus ordinatur ad ministrandũ, caput verò ad imperandum positum est. Omnes sensus illinc initiũ habent & fontem. Organa vocalia illinc prodeũt, videndi vis, vis odorandi, & omnis tangendi virtus. Etenim neruorũ radix, & ossium, illic consistit. Vides q̄ caput prouidentia magis q̄ honore excellat. Ita imperemus & nos vxoribus. Superemus eas, non vt maiorem ab illis exigamus honorem, sed vt illã maioribus à nobis beneficiis cumulentur. Ostendi nõ modica nobis beneficia per illas fieri. Verũ si voluerimus in spiritualibus vicem rependere, vincemus nos. Nam in corporalibus nihil potest à nobis adduci quòd illis correspõdeat. Quid enim pferetis? Multas pecunias? At illa custos earũ est. Prouidentia eius huic bono tuo correspondet. Atque ea ita opus habes, quòd multi cuncta, quã possidebant, propterea perdiderint, q̄ vxorem, quã conseruasset, nõ habebant. Sed liberorũ gratia comunicatis vtriq; & æquum est vtriusq; beneficium, imò illa multo laboriosius in istis officiu habet, perpetuò ferens quòd cõceptum est, & pariendi doloribus perfracta. Itaq; in solis spiritualibus potiores habere potes. Ne sit cura quo pacto pecunias acquiramus, sed quomodo animas nobis cõcreditas cum fiducia deo sistamus. Etenim nõ illas corrigimus, nobis ipsis plurimũ profusimus. Qui nanq; alium docet, etiã nihil aliud, interea tamen dũ loquitur cõpungitur, vidẽs & seipsum istis esse obnoxiiũ, quorũ gratia reliquos increpat. Itaq; & nobis ipsis hoc faciẽtes profuerimus & illis, & hinc ipsi quoq; domui nostrę: atq; istud deo etiam præcipuẽ probatur. Ne defatigemur, & nostrã ipsorũ & eorum quibus præsumus animarum curã agentes, vt pro omnibus retributionem capiamus, & multis diuitiis onusti ad sanctã ciuitatem matrem nostram supernam Hierusalem occurramus, de qua nunquã excidere contingat, sed optima vitã conuersatione illustres digni habeamur cum multa fiducia videre dominum nostrum Iesum Christum, cum quo sit patri simul & spiritui sancto gloria, imperium, & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DIVI

**DIVI IOAN. A**  
**NIS CHRYSOSTOMI, EPI-**  
*scopi Constantinopolitani, in epistolam*  
*beati Pauli apostoli ad Timotheum*  
*priorem argumentum: in-*  
*certo interprete.*

Act. 16. 6



**V** n s ex apostoli discipulis Timotheus fuit. Attestatur autẽ & Lucas in Actibus apostolorũ, mirabilis enim fuisse indolis iuuenẽ, cui à fratribus qui Lystris, atq; Iconij morarentur, testimonium perhibebatur probitatis atq; virtutis, qui vnã & discipulus fuit, & magister euasit: atque adeò prudẽtia, sapientiãq; preclarus, vt cũ audiret Paulũ absq; circuncisione prædicantẽ, comperisset, vt ille obstiterat Petro eius rei gratia, eligeret nõ modo contrariũ nihil prædicare, verũ id etiã pati. Circuncidit enim eũ, inquit, in eiusmodi etate, atq; ita illi omne protinus ministerium credidit. Sufficere quidẽ poterat affectus apostoli, mirãq; dilectio virũ indicare cuiusmodi fuerit. Quippe & alibi ipsi testimoniu perhibet, scribens ac dicẽs: Experimẽtũ eius noscitis, quoniã tanquã patri filius, mecũ seruiuit in euangelio. Corinthiũsq; rursus cũ scriberet, ait: Mihi vobis Timotheũ, qui est filius meus charissimus & fidelis in domino, & iterũ. Videte ne quis eũ contemnat: opus enim domini operatur, sicut & ego. Hebrẽis quoq; scribẽs, ait: Cognoscitis fratrem Timotheum dimissum. Plurimãque multis ex locis, qui diligenter exquiret, inueniet beneuolẽtiã ac dilectionis indicia, ea etiam quę nunc vsque fiunt miranda, ipsius confidentiam ac virtutẽ ostendere facillimẽ possunt. Verum enim si quis curiosẽ perquirat, quid sit cur Tito ac Timotheo tantũ ex omni discipulorũ numero scribat, cũ Silas & Lucas probati quoq; ac mirabili virtute præditi fuerint: Ait nanq; ipse cum scriberet, Lucas solus est mecũ: sed & Clemẽs vnus ex comitibus eius fuisse colligitur, cũ de ipso scribat: Cum Clemẽte & cæteris coadiutoribus meis: [non id quidem ab re, aut incõgruẽ faciet.] Cuius ergo rei gratia Tito ac Timotheo tantũ modo scribit? Quòd his iam ecclesiã gubernacula, curãq; tradiderat: illos verò secũ adhuc circũducebat. Adeò verò erat virtutis excellentis in signe, vt neq; adoleſcentia ipsa impedimento esset, idcirco etiã scribẽs ait inter cætera: Nemo adoleſcentiã tuã contẽnãt. & rursus: Adoleſcentulas, inquit, tanquã sorores. Vbi enim virtutis certa argumẽta præluxerint, omnia quadrãt, nihilq; impedimento esse poterit. Nã & cũ de episcopis loqueretur, multãq; dixisset, quę essent in episcopo necessariò requirenda, nusquã cernitur leges de atate tulisse. Quòd si dixerat, filios habentẽ subditos, & vnus vxoris virũ: nõ idcirco ait, quasi necessarium sit & vxorem habere, & filios: cæterũ si quando forte contigerit ex seculi hominibus aliquẽ ad huiusmodi ordinẽ prouehi, talẽ esse præcepit, qui & domui præesse, & filiis & omnibus reliquis sciret. Nã qui secularis cum esset, in eis inutilis repertus, quã ad hanc rem familiarẽ necessariò pertinet, quo pacto illi ecclesiã cura, regimẽnq; permittitur? Cur autẽ discipulo, qui iam in magistri

transierat ordinem, hanc epistolã scribit? Nonne antea perficiendus erat, quã perficiendus ecclesiã? si iam perfectus erat, superfluò illi hanc epistolã scribit: sed enim doctrina illi opus erat, non eadẽ qua discipuli instruebãtur, verũ quę magistro præceptoriq; congrueret. Videas deniq; illum per totam epistolã, doctori congruã inferre doctrinam, statimq; ex ipsis initiis non ait, Ne intendas his qui aliter te docent: sed quid? Vt eis denunciares non docere aliter.

1. Tim. 1. 4

Homilia prima.

**P** aulus apostolus Iesu Christi secundum imperium dei Cap. I. saluatoris nostri, & Christi Iesu spei nostrę, Timotheo charissimo filio in fide: gratia & misericordia, & pax a deo patre, & Christo Iesu domino nostro. Sicut rogavi te vt remaneres Ephesi, cum irem in Macedonia, & c. Magna erat profectò apostoli dignitas, magna atq; mirabilis, & vbi que cernimus Paulum dignitatis suã adiacentem causas, non quasi sibi met vturperet honorem, sed veluti traditum, necessariò exercere cogatur: nam cum dicat seipsum vocatum, ac per voluntatem dei: & rursus alio in loco: Necessitas mihi incumbit. Cũque se in hoc segregatum asseueret, ista profectò omnia ambitionem omnem excludunt, omnẽque iactantiam. Nam quemadmodum is qui non sibi traditum à deo honorem vsurpare præsumit, culpari dignissimus est: ita & qui traditum sibi repellere, & à se arce re molitur, aliorum est criminũ reus, infidelitatis scilicet atq; inobedienciã: hoc deniq; & nunc in principio epistolę ad Timotheum ostendit Paulus, sic dicens: Paulus apostolus Iesu Christi secundum imperium dei.

1. Cor. 9. 6

Non dixit hĩc, Paulus vocatus apostolus: sed, secundum imperium dei: ne quid enim humanum Timotheus fortasse pateretur; putaretq; illum sibi æquẽ vt aliis discipulis loqui, idcirco sic cõepit. Vbi verò hoc illi imperauit deus? Inuenimus nẽpe spiritum sanctũ dixisse in Actibus apostolorum: Separate mihi Saulũ & Barnabam. Porro vbi que dum scribit, apostoli nomen adiungit, vt auditores erudiat, ne humana esse existiment, quã dicuntur. Qui enim mittitur, quòd apostolus sonat, nihil proprium loquitur: & cũ dixisset apostolum, protinus auditoris animum ad eũ qui se miserat, dirigit. Idcirco in omnibus epistolis istud præponit, vt fidem verbis ac doctrinẽ hinc faciat, dicens: Paulus apostolus Iesu Christi secundum imperium dei saluatoris nostri. Atqui pater nusquam illi hoc imperasse deprehenditur, sed vbiq; Christus ipsum alloquitur, dicens: Vade, quoniam ego in gentes longẽ emittam te, & rursus, Cæsari te oportet assistere. Sed profectò quãcunq; filius præcepit, hæc patris esse imperia dicit: quemadmodum & quã spiritus iubet, ea ad filiũ quoq; referuntur. Ecce enim à patre missus est, & separatus à spiritu, & hoc inquit imperiũ esse dei. Quid igitur? Nunquid filij imminuit potestatem, dum se apostolum eius, & secundum imperiũ patris mitti asseuerat? Nequaquam. Vide nanq; vt ipsam potestãtẽ patris ac filij dixerit esse cõmunem: nam cum dixisset, secundum imperium dei saluatoris nostri: protinus addidit, Et Christi spei nostrę. Vide quã propriẽ, quã signatẽ hæc cognomẽta posuerit. Certẽ enim Psalmita hoc de patre ait, dicens: Spes omnium finium terrã: Et iterum Paulus in alio loco: In hoc enim, inquit, laboramus & exprobramur, quoniam speramus b. in deo viuo & vero. Necessariò qui doctoris fungitur munere, pericula sustinet, & multo plura q̄ discipuli: Percutiam enim, inquit, pastorem, & dispergem.

Act. 12. 6

Ibid. 23. 6

1. Tim. 2. 4

1. Tim. 4. 1

1. Tim. 4. 1

1. Tim. 4. 1

1. Tim. 4. 1

1. Tim. 4. 1

1. Tim. 4. 1

1. Tim. 4. 1

1. Tim. 4. 1

1. Tim. 4. 1

1. Tim. 4. 1

1. Tim. 4. 1

1. Tim. 4. 1

1. Tim. 4. 1

1. Tim. 4. 1



*Matt. 26. Mar. 14. c.* tur oues. Quoniam igitur ista rei natura est, diabolus vehementius aduersus eos armatur, maioriq; fertur infania: quippe cum ex eorum cede, gregis quoq; detrimenta sequuntur. Nam qui ouem iugulat, gregem quidem imminuit. Porro qui pastorem ipsum de medio tulerit, totum simul gregē dissipauit: itaq; minori cum labore maiora detrimenta molitur: atque vna anima cuncta simul perdere, atq; vastare contendit, atq; ideo illis acrius imminet: quocirca statim ab ipsis iniitiis ipsius erigit animum. Saluatorem, inquit, habemus deum, & Christum spem nostram. Patimur multa, sed magna nitimur spe, pericula insidiāq; perperimur, sed saluatorem habemus non hominem, sed deum. Neq; igitur qui saluat, infirmus est: deus quippe est, & quantacunq; pericula fuerint, nos superare non poterunt: neq; spes nostra confunditur, Christus enim est. His igitur duob' iam adminiculis maximis freti, pericula ferimus, q' scilicet aut celeriter liberamur atq; saluamur: aut meliori spe nutriti, facillē cuncta toleramus. Quid autem causā est, q' nusquam patris se apostolum dicit, sed Christi? Omnia cōmunia facit. Euangelium quoq; ipsum dei esse dicit. Quælibet, inquit, patiamur, nihil sunt præsentia omnia, *Timotheo charissimo filio in fide.* Et hoc plenum consolationis est: nam si tantum fidei ostēderat, vt Pauli filius fieret: neq; id simpliciter, sed charissimus filius, futurorum quoque maximam fiduciam capit. Quippe fidei hoc proprium est, quantumlibet contraria promissis facta contingant, nūquam penitus decidit aut omnino turbatur. Sed ecce, inquit, & filiū, & charissimum filiū dicit, nec tamen eiusdem substantiæ est. Quid quæso? Nunquid brutum animal erat? Sed non erat, inquit, ex Paulo genitus. Non ideo tamē alterius erat substantiæ? Nihil minus: cū enim dixisset, filium, idcirco adiecit, in fide, vt quid vellet, aperius exponeret. Id quippe insinuat, illum & charissimum fuisse, & ex se genitū: nulla prorsus apparebat in fide diuersitas. Seruabat per omnia similitudinē, quod in humanis quoq; contingere solet. Nempe enim est filius similis patri, verē longē amplius ac dignius ea similitudo in deo seruatur. Quippe in hominibus, etsi eadē substantia est, sed aliis plurimis differunt, colore, habitu, prudentia, tēpore, voluntate, animi ac corporis motibus exterioribus, atq; aliis plurimis. Longēq; plura sunt, quæ illos abinuiēte disiungunt, quàm quæ inuicē iungant. Porro in deo nihil eiusmodi impedimētum est, nihil quod intercipiat omnino eā similitudinē. Quod autem ait, secundū imperium, maioris lōgē efficaciaz esse videtur, quàm cum dicitur vocatus. Quēadmodum & alio in loco ait: In Christo Iesu ego vos genui: hoc est, in fide: † charissimum verō idcirco addidit, vt diligentissimam ipsius ad se similitudinē vltra ceteros panderet, & charitatem quam erga illum habebat, ac vehementē prorsus affectum. *Charissimo, inquit, filio in fide.* Iam verō inspice laudis eminentiam, quemadmodum ipsum non modo filium suum, verumetiam charissimum filium dixit. *Gratia, misericordia & pax, inquit, a deo patre nostro, & Christo Iesu domino nostro.* Quānā verō ratio est, cur in ceteris epistolis nusquam misericordiam imprecatus esse deprehēditur? At id quidem ex nimia indulgentia, & ex nimio amoris affectu. Quippe plurima imprecatur filiū, vereturq; ac timet illi omnia: ita nanq; veretur, vt quod nusquā alibi fecit, etiam de salubritate corporca ad eum scriberet, dicēs: Vino modico

*Timotheo charissimo filio in fide.* Et hoc plenum consolationis est: nam si tantum fidei ostēderat, vt Pauli filius fieret: neq; id simpliciter, sed charissimus filius, futurorum quoque maximam fiduciam capit. Quippe fidei hoc proprium est, quantumlibet contraria promissis facta contingant, nūquam penitus decidit aut omnino turbatur. Sed ecce, inquit, & filiū, & charissimum filiū dicit, nec tamen eiusdem substantiæ est. Quid quæso? Nunquid brutum animal erat? Sed non erat, inquit, ex Paulo genitus. Non ideo tamē alterius erat substantiæ? Nihil minus: cū enim dixisset, filium, idcirco adiecit, in fide, vt quid vellet, aperius exponeret. Id quippe insinuat, illum & charissimum fuisse, & ex se genitū: nulla prorsus apparebat in fide diuersitas. Seruabat per omnia similitudinē, quod in humanis quoq; contingere solet. Nempe enim est filius similis patri, verē longē amplius ac dignius ea similitudo in deo seruatur. Quippe in hominibus, etsi eadē substantia est, sed aliis plurimis differunt, colore, habitu, prudentia, tēpore, voluntate, animi ac corporis motibus exterioribus, atq; aliis plurimis. Longēq; plura sunt, quæ illos abinuiēte disiungunt, quàm quæ inuicē iungant. Porro in deo nihil eiusmodi impedimētum est, nihil quod intercipiat omnino eā similitudinē. Quod autem ait, secundū imperium, maioris lōgē efficaciaz esse videtur, quàm cum dicitur vocatus. Quēadmodum & alio in loco ait: In Christo Iesu ego vos genui: hoc est, in fide: † charissimum verō idcirco addidit, vt diligentissimam ipsius ad se similitudinē vltra ceteros panderet, & charitatem quam erga illum habebat, ac vehementē prorsus affectum. *Charissimo, inquit, filio in fide.* Iam verō inspice laudis eminentiam, quemadmodum ipsum non modo filium suum, verumetiam charissimum filium dixit. *Gratia, misericordia & pax, inquit, a deo patre nostro, & Christo Iesu domino nostro.* Quānā verō ratio est, cur in ceteris epistolis nusquam misericordiam imprecatus esse deprehēditur? At id quidem ex nimia indulgentia, & ex nimio amoris affectu. Quippe plurima imprecatur filiū, vereturq; ac timet illi omnia: ita nanq; veretur, vt quod nusquā alibi fecit, etiam de salubritate corporca ad eum scriberet, dicēs: Vino modico

*1. Cor. 4. d. Germ. mm.*

*1. Tim. 5. d.*

*1284* vttere propter stomachū tuum & tuas frequentes infirmitates. Nēpe enim doctores longē maxima misericordia indigent. *A deo, inquit, patre nostro & Christo Iesu domino nostro.* Et hæc rursum verba plena solati, maximāque consolatione referta. Nam si pater deus est, filiorum profectō curam habiturus est: audi enim dicentem Christum, Quis in vobis homo est, quem si petierit filius panem, nunquid lapidem dabit ei? *Quēadmodum, inquit, orauit te, vt remaneres Ephesi, cum irem in Macedoniam.* Audi quā gratē, quā placidē, quomodo non magistri vitur voce, sed supplicis fermē. Neq; enim dixit, præcepi, neq; iussi, neq; admonui: sed quid? *Quemadmodum, inquit, orauit te.* Non tamen ad omnes discipulos passim affectus iste seruāus est, verum ad eos qui & māsfuetudine & virtute sunt præditi: cæterum ad eos qui non sunt huiusmodi, neque charissimi appellari possunt, alia ratione affici necesse est: quemadmodum & ipse scribens ait, *Argue eos ad Tit. 1. cum omni imperio.* & hīc vide quid ait, *Vt denūciaret quibusdam, non vt orares: sed, vt denūciaret nō aliter docere.* Quid hoc quæso sibi vult? ita non sufficiebat Pauli epistola, quam Ephesiis scripserat? Nunquid literas fortē contēpserant? An verō ante illas literas discipulo ista mandauit? Nēpe & ipse in ciuitate hac plurimū temporis fuerat, in qua Dianæ erat tēplum: hīc nempe magna illa notāq; certamina perpeffus est: vbi postquā solutum est theatrum, conuocatis, exhortatisq; discipulis, ita demum inde profectus est, & rursus ad eos postmodum venit. Dignum verō inquisitione est, an modo illic Timotheū præfulem cōstituerit: ait enim, *Vt denūciaret quibusdam nō aliter docere.* Non eos notat ex nomine, ne aperta reprehensione impudentiores fierent. Erant autē in ea ciuitate ex Iudæis quidā falsi apostoli, qui fideles rursus ad legem conabātur attrahere, quod ferē in omnibus epistolis illis pro crimine obiicit. Faciebāt autem hoc, nō quasi cōscientia impulsī, sed inani gloria inducti, q' vellent hinc habere discipulos, atq; aduersus beatum Paulū contenderent, zelōq; ac liuore ducerentur: & hoc est quod ait, *Aliter docere. Neque intendere, inquit, fabulis & genealogiis interminatis.* Non hīc legem significare voluit, absit: sed falsas traditiones, perniciosāq; dogmata. Quippe ex hoc colligitur, plerosq; ex Iudæis in his quæ inutilia sunt, sermonē omnem consumere solitos, auos & proauos dinumerātes, vt scilicet peritiæ multæ atq; scientiæ opinionē sibi conquirerent. *Vt denūciaret, inquit, quibusdam nō aliter docere, neque intendere fabulis, & genealogiis interminatis.* Quid est, interminatis? Finem scilicet nullum, nullāmq; vtilitatem habentibus, aut perceptu difficilibus. Vidisti quomodo huiusmodi quæstiones culpat, ac refecare cōtēdit? Vbi enim fides est, nulla quæstionis necessitas est. Vbi nihil oportet curiosē perquirere, quid opus est quæstione? Quæstio nēpe fidē tollit. Qui enim quærit, nondū inuenit. Qui quærit, credere difficilē potest: idcirco inquit, *Nō vacemus huiusmodi quæstionibus: nam si querimus, id si des nō est.* Fides enim animū cogitationēq; facit cōquiescere. Sed inquit, quomodo igitur Christus: *Quærite, inquit, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis: & Scrutamini scripturas, quoniā in eis putatis habere vitam æternā? Nempe illic quod ait, Quærite, postulationes intelligi vult, vehemēnsq; desiderū. Porro quod ait, Scrutamini scripturas: nō querēdi labores inferre voluit, sed potius arcere: ait enim, *scrutamini scripturas: hoc**

*1284* *Matt. 7. a. Luc. 11. b. 1. Tim. 5. f.*

*1285* *ras: hoc est, vt illarum per omnia diligentia exactissimam discerent. Scrutari nanq; iussit, non vt semper quæramus, sed vt inquirere desinamus: & ritē ait, Vt denūciaret quibusdam non aliter docere, neque intendere fabulis & genealogiis interminatis, que præstant quæstiones magis quam edificationē dei, quæ est in fide. Cōgruē dispensationē dei appellauit. Magna nēpe sunt, quæ dare nobis voluit deus, sed nō capit anima dispensationū ipsius magnitudinē. Fide igitur ad istud opus est: ea em animarū medicamentū maximū ac saluberrimū est. Quæstio igitur dei dispensationi cōtraria esse perhibetur. Quid em fides ipsa efficit, ac molitur in nobis? vt scilicet ipsi' beneficia gratē suscipiam', euadamūque meliores. Nō permittit de re vlla cōtendere aut ambigere, sed requiē ab his omnib' præstat. Quæ em fides peragit atq; a dificat, ea quæstio prorsus euertit. Cur id quæso? Quia inquirendi nullum finē facit, & fidem prorsus eliminat. Neque intendere, inquit, fabulis & genealogiis interminatis. Sed dices, Quid, quæso, genealogiæ nocere poterūt? Admonuit Christi' per fidē oportere saluari, illi cōtrā quæstiones mouebant dicentes, hoc nō ita se habere. Quia enim fidentia præsentis tēporis erat, euentus verō sententiæ futuro seculo referatur, fide opus erat. At verō illi legalibus obseruationibus præuēti, fidei impedimēto erāt. Arbitror autē illum hoc in loco etiam gentiles significare voluisse, cum dicit: *Fabulis & genealogiis.* quippe cum illi deorum suorum seriem enumerarent.*

*† deū esse credemus.*

*† deū esse credemus.*

*1285* ras: hoc est, vt illarum per omnia diligentia exactissimam discerent. Scrutari nanq; iussit, non vt semper quæramus, sed vt inquirere desinamus: & ritē ait, *Vt denūciaret quibusdam non aliter docere, neque intendere fabulis & genealogiis interminatis, que præstant quæstiones magis quam edificationē dei, quæ est in fide. Cōgruē dispensationē dei appellauit. Magna nēpe sunt, quæ dare nobis voluit deus, sed nō capit anima dispensationū ipsius magnitudinē. Fide igitur ad istud opus est: ea em animarū medicamentū maximū ac saluberrimū est. Quæstio igitur dei dispensationi cōtraria esse perhibetur. Quid em fides ipsa efficit, ac molitur in nobis? vt scilicet ipsi' beneficia gratē suscipiam', euadamūque meliores. Nō permittit de re vlla cōtendere aut ambigere, sed requiē ab his omnib' præstat. Quæ em fides peragit atq; a dificat, ea quæstio prorsus euertit. Cur id quæso? Quia inquirendi nullum finē facit, & fidem prorsus eliminat. Neque intendere, inquit, fabulis & genealogiis interminatis. Sed dices, Quid, quæso, genealogiæ nocere poterūt? Admonuit Christi' per fidē oportere saluari, illi cōtrā quæstiones mouebant dicentes, hoc nō ita se habere. Quia enim fidentia præsentis tēporis erat, euentus verō sententiæ futuro seculo referatur, fide opus erat. At verō illi legalibus obseruationibus præuēti, fidei impedimēto erāt. Arbitror autē illum hoc in loco etiam gentiles significare voluisse, cum dicit: *Fabulis & genealogiis.* quippe cum illi deorum suorum seriem enumerarent.*

Morale.

Non igitur intendamus quæstionibus: fideles enim ideo vocati sumus, vt his quæ dicuntur, sine vlla hæfatione credamus, vt nihil omnino dubitemus: nā si humana essent quæ dicuntur, oporteret ea meritō discutiri: q' si diuina sunt, hōnorāda solummodo atq; credenda censentur: sin verō nō crediderimus ea, neq; † dei esse sciemus. Quo em pacto nosti, quia deus est, cum ab eo causas rationēsq; requiras? Nam q' deum nouerimus, istud primū argumentum est, si omnibus quæcunq; ille dixerit, absq; argumentis probationib'usq; credamus: hoc & gentiles nouerunt. Credebāt enim diis, & certē sine argumēto ac probatione dicētib'us. Quid quæso illi credebant? Deorū scilicet esse nepotes. Vides vt & gētiles hoc nouerit? Et quid me dicere necesse est de deo, diuinisq; rebus? In homine quoq; eos hoc fecisse manifestum est, seductore atq; mago, Pythagora scilicet, † hoc ille dixit: *Jatq; in templis supernē silētium inscriptum est, continebātq; digito os, & labia comprimebat, pratereūtes omnes silentij admonens.* An verō illa honestiora, q' nostra sunt, vt in illorum comparatione ridicula esse nostra putētur? Gentiliū nempe inuenta, atq; instituta meritō discutuntur: eiusmodi enim sunt, quæ pugnas cogitationum, & concertationes disceptationēsq; indicāt. At verō nostra ab his omnibus lōgissimē remotā sunt, & nimium quidē consequenter: illa enim humana adinuenit sapientia, hæc autē gratia spiritualis edocuit: illa fatuitate atq; amētia plena sunt, hæc autem sunt verissimæ sapientiæ dogmata. Illic neq; discipulus neq; magister est, verū omnes quæstionibus certāt, siue discipulus ille, siue magister sit. A quo igitur illi discere possunt? Nēpe enim qui addiscere cupit obtēperare debet, non corrigari: credere, non ratiocinari, per fidē enim veteres omnes deo placuisse docentur, absque illa cuncta soluuntur in nihilum. Et quid de cœlestibus dicā? etiā si terrena scrutemur, in-

Tomus quartus.

*1286* ueniamus ea fide tanquam vinculo contineri: neque enim cōmercia vlla, neq; artes, neq; aliud quippiam sine illa esse potest. Sin verō hīc, vbi mendaciū plena sunt oīa, ea opus est: multo magis in illis, quæ diuina sunt. Hanc igitur arripimus oēs, huic studeamus: ita enim omnia perniciosā dogmata ex anima nostra pcul eliminabimus, genesin scilicet ac fatū. Si enim resurrectionē credideris atq; iudiciū, omnia huiusmodi ex animo euicere poteris. Crede deū esse iustū, nec credes esse iniustā genesin. Crede deū esse, qui cuncta prouideat: nec credes esse genesin, quæ cūcta cōtineat. Crede suppliciu esse & regnum, & credere desistes esse aliquid genesin, quæ liberū arbitriū tollat, & nos violēter necessitati subiiciat. Ne semines, neq; plantas, neq; milites, neque aliud omnino quid agas. Prorsus enim velis nolis, vētura sunt quæ genesin ipsa præfixerit. Quid iā nobis orare opus est? Quid Christianus effici cupis, si genesin est? Neque enim nisi sis, crimini eris obnoxio'. Vnde igitur artes? A genesi? Itā sanē, inquit. Sed illi fato præfixū est, vt sapiens cum laboribus fiat. Ostēdas igitur aliquē, qui absq; laboribus didicerit artē: adeo nō sunt ista genesi, sed laboribus adscribenda. Vnde igitur ille diues est? inquit, quia sceleribus ac nequitias plenus, paternæ hæreditati successit. Alius verō, cū quotidie innumeris laborib' exerceatur, in extrema perdurat inopia. Hęc em iugiter exercēt oēs, solis de diuitiis & paupertate verba mouētur, nihil de virtutibus atq; virtutibus. Verū hoc interim omittamus, illud potius ostēde, an aliquis studiosus ac prob' per diligentia euaserit mal', siue negligēs quipia bonus per desidiā factus sit. Nēpe em si quid habet viriū fatū, in his quæ sunt maxima, quātū possit oportebat ostēdere, scilicet in virtute ac virtutis, nō in opib' ac paupertate. Sed vnde, inquit, ille cōsenescit morbo, ille verō in sanitate pdurat? Vnde ille prob', alter verō reprob' est? Vnde illi res ex sentētia prouenit, alij verō innumera quotidie obsistunt impedimēta? A fato remoue animū, & hęc omnia diligenter agnosces. Crede deū esse, qui prouidētia sua cūcta disponit: & scies ista apertissimē. † Sed ne dicturus es: Non enim permittit rerum cōfusio suspicari prouidentia res humanas agi. An verō ista dei opera dicēda sunt? Quo pacto credere possum deū, cum sit summē bon', luxurioso inquinatōq; scelerib', & avaro pecunias largiter dare, & bono cuiq; subtrahere? Vnde vis credā? Nēpe em ex reb' ipsis fides elicitur. Rectē tu quidē. Nō igit illa genesin sunt? Ita, inquit. Iustē an iniustē? Iniustē prorsus. At hæc oro quis fecit? Deus? Non, inquit, sed infecta est. Et quānā ratione infecta cū sit, ista operatur? Hęc em cōtraria sunt. Nō igitur ista dei omnino sunt. Inquiram' ergo, qui fecit cœlū? Genesis, inquit. Quis terrā, quis mare, quis anni tempora, quis deniq; hæc oīa? An verō quæ in his quæ sine anima sunt, tantū ostendit ordinē tantāmq; cōgruentiā fecit: in nobis verō quorum gratia cūcta creauit, tantā temeritatē inesse instituit? Veluti si quis domum, vt sit præclaro opere atq; honesto mirabilis cautē puideat: eos verō qui hęc habitaturi sūt, negligat. Quis successione scriē seruat? Quis naturæ ordinatissimas imposuit leges? Quis dici noctisq; primū instituit cursum? Nōne ista genesi illa superiora sunt? Nō, inquit, sed vltro atq; fortuito facta sunt. Et qua ratione tātus ordo tā solers fortuito fieri potuit? Vnde igitur, inquit, diuites ac sani, & glōria præstātes? Partim quidē ex immodica cupiditate, partim verō ex hereditate

*† Sed non possum, de.*

S iij hereditate

hereditate, partim itē vi aliqua adepti. Cur igitur, in-  
 quies, deus ista permittit? Quia non est huius tēporis  
 meritorū retributio, sed futuri. Tunc velim mihi ali-  
 quid ostendas eiusmodi. Interim hac in vita mihi, in-  
 quies, da, & illic non requiro, idcirco non accipis. Si  
 enim cū extra voluptatis sensum sis, ita ista inquiris,  
 ut illis p̄feras: quāto magis si voluptate ipsa pura ac  
 liquida frueris? Ex his igitur admoneris, nihil ista esse,  
 minimūq; expetenda, sed media: nisi eū illa essent  
 media, nunquā profectō & reprobis ea dedisset. Dic  
 enim aut nigrū esse, aut longum, aut breuem, nōne  
 medium est? Ita & diuitiā mediā dicēda sunt. Nam  
 profectō in his quæ sunt præstantissima atq; optima,  
 ac saluti necessaria, nihil tale reperies, sed æqualiter  
 omnib' indulta sunt: puta habit' idoneus ad virtutē,  
 spiritualiumq; distributio munerū. Profectō si dei be-  
 neficia scires, cum ea æqualiter tibi atq; illis fruenda  
 data sint, istarum rerum, quas medias diximus, nō in-  
 dignē ferres inopiam, neq; earum te cupiditas obti-  
 neret. Si æqualitatem illam dignissimam, totis animi  
 medullis haurires: quēadmodum enim famulus qui  
 escas à dño, & indumēta, & habitacula, & alia omnia  
 æqualiter cū aliis accipit, si quos crines habet super-  
 fluos in capite, vnguēq; maiores, plus aliquid se ha-  
 bere arbitrat: eodem modo qui huiusmodi est, fru-  
 stra inflatur, magnūq; sapit: idcirco clemētissimus  
 deus nos per inopiā huiusmodi à terrenis affectibus  
 separat, vt hanc vāfaniā prorsus extinguat, vt huma-  
 narum rerum desiderium ad cœlestia trāsferat. Nos  
 autē ne sic quidē respiscimus. Sicut enim paruul', si  
 quid habeat puerile, idq; rebus necessariis p̄fert, pa-  
 ter ipsum puerilibus priuat, vt vel inuitū ad meliora  
 traducat: ita & deus omnia facit, cunctāq; molitur, vt  
 vota nostra atq; desideria ad cœlestia transferat. Cur  
 igitur, inquires, pessimos quosq; diuitiis permittit af-  
 fluere? Quia scilicet t̄non aqua illi ipsorum atque tui  
 cura est. ] Quomodo igitur etiā iustos ditari permit-  
 tit? Vt eos etiam per diuitias probet, atq; ex illorū lar-  
 gitate ceteri ad miserationis prouocentur exempla.  
 Atq; ista quidem nunc leuiter attigisse sufficiat: tan-  
 quam ad eos qui scripturas ignorāt. Quod si sciretis  
 scripturas, si credere velletis, ac diuinis sermonib' a-  
 nimū intendere, ne ista quidē dicere opus fuisset: cū-  
 cta quippe nosseris. Nā vt discas nihil esse diuitias, aut  
 sanitatem, aut gloriam, plurimos equidē tibi ostē-  
 dere possunt, qui cū lucrari possent, ea lucra omise-  
 runt: qui cum sani & vegeti essent, corpora sua sp̄tē  
 macerant atq; affligunt: qui cū possent gloria affatim  
 perfrui, omnia gerūt, vt decepti sint. Nemo tamen  
 bonus, malus esse studet. Hæc igitur æmulemur, quæ  
 vera sunt bona, vt illis quandoq; perfruamur, quæ æ-  
 terna sunt in Christo Iesu domino nostro, cū quo est  
 patri, vnā cum sancto spiritu gloria, imperium, & hon-  
 or, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Humilia secunda.

**I**nis autem præcepti est charitas ex corde puro, & cō-  
 scientia bona, & fide non ficta, à quibus quidā aber-  
 rantes conuersi sunt in vaniloquium, volentes esse le-  
 gis doctores, non intelligentes, neque ea quæ dicunt,  
 neque de quibus affirmant. Scimus autem quia bona est lex, si  
 quis ea legitime vtatur: si sciens] hoc, quia lex iusto non est po-  
 sita, sed iniustus & non subditis, impiis & peccatoribus, sceleratis  
 & contaminatis, patricidis & matricidis, homicidis, forni-  
 cariis, masculorū concubitoribus, plagiaris, mendacibus & peri-  
 uris, & si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur, que est secun-

† illas non magnificat.

† sciens.

**A**dum euangeliū gloriæ beati dei, quod creditū est mihi. Nihil ita  
 humano generi nocere cōsuevit, vt amicitia contem-  
 nere, neq; eam magno cū studio & tota obseruatione  
 seruare: sicuti è cōtra nihil est quod ita res humanas  
 moderetur ac dirigat, vt hæc omnib' virib' perfequi:  
 quod profectō Christus insinuās aiebat: Si duo ex vo-  
 bis cōsenserint in vnū, quicquid petierint, accipient. *Mat. 18. e*  
 & rursus, Cū abūdauerit iniquitas, refrigescet chari-  
 tas multorū. Eiusmodi profectō contēptus oēs hæ-  
 reses genuit, quippe ex eo q̄ non diligerēt fratres, se-  
 cūdis eorū successibus inuidebāt. Ex ea autē inuidia,  
 dominationis ambitu tenebantur: porrò ex ea ambi-  
 tione hæreses nascebātur, idcirco & Paulus cū dixisset,  
 Vt denūcies quibusdā non aliter docere: modum *1. Tim. 1. a*  
 etiā suggerit, quo id fieri possit. Quinam verò hic est?  
 Charitas. Quēadmodū deniq; dixit, Finis legis Chri-  
 stus, hoc est impletio: ita & præceptū istud charitati *Rem. 10. a*  
 cōiungitur, atq; ex ea depēdet. Medicinæ nēpe finis  
 sanitas est: itaq; cū adest sanitas, curatione multa ni-  
 hil opus est: etiā si adsit charitas, præceptis non est o-  
 pus. Charitatē verò cuiusmodi dicit? Sincerā, & quæ  
 nō verbis tantū, sed quæ ex sentētia, & intimo cordis  
 affectu, proximorūq; miseratione, pueniat. Ex cor-  
 de (inquit) puro, siue de recta conuersatione, siue de  
 charissima amicitia intelligendū sit: quippe & vita im-  
 pura schismata facit. Omnis enim qui malè operatur, *Ioan. 3. e*  
 odit lucē. Nā & in malis dilectio inuenitur: puta la-  
 trones latrones amant, & homicidæ homicidas: verū  
 nō est ea dilectio ex cōscientia bona, sed mala: neque  
 ea ex puro corde, sed ex impuro proficiscitur, neque  
 ex fide nō ficta. Fides enim quod verū est, indicat, &  
 ex sincera fide charitas gignitur. Qui em̄ veraciter in  
 deū credit, nunquam prorsus ab ea desistere poterit.  
 A quibus, inquit, quidā aberrātes, conuersi sunt in vaniloquiū.  
 Rectē ait, aberrātes. Quippe arte opus est, ne quis in-  
 cassum iacula dirigat, neu extra signū fagittas intor-  
 queat, vt necessariū opus sit spiritus gratia. Sūt enim  
 plurima, quæ à recto itinere nostros frustrētur cona-  
 tus, cū ad vnū signū intentio tota dirigēda sit. Volētes,  
 inquit, esse legis doctores. A nimaduerte & aliā ambitio-  
 nis causam, idcirco & Christus aiebat: Vos autē nemi- *Mat. 23. a*  
 nem vocetis rabbi, & rursus: Neq; enim ipsi legē cu- *Galat. 6. e*  
 stodiūt, sed vt in carne vestra gloriētur. Ambiunt, in-  
 quit, dignitatis titulos, atq; ideo oculos à veritate de-  
 torquent. Non intelligentes, inquit, neque quæ dicunt, neque  
 de quibus affirmant. Hic iam illos arguit imperitię, cum  
 nesciant destinationē legis, ac tēpus ignorent, quate-  
 nus ea rata futura erat. Quo igitur pacto, t̄si ex igno-  
 rantia peccāt, dicis eos legis doctores esse velle? idcirco  
 profectō, quia charitatē deseruere: ] nā ex hoc igno-  
 rantia gignitur. Nam cū anima seipsam negociis car-  
 nalib' penitus dederit, hebetatur illius acies, ac pror-  
 sus obtunditur. Vbi enim à charitate deciderit, neces-  
 sariū ad contētionis deuoluitur studia, iamq; mentis  
 acies nihil aliud quā rixas conspiciari potest. Nēpe  
 enim is, qui aliqua huiusmodi rerum tēporalium con-  
 cupiscentia detinetur, eiusmodi vitio ebrius, nequa-  
 quā de t̄ iniustitia] integrum atq; illibatum valet pro-  
 ferre iudiciū. Nescientes, inquit, de quibus affirmant. Val-  
 de enim fieri poterat, vt de lege loquerentur, & plu-  
 rima de purgationibus, aliisq; corporalibus rebus tu-  
 midē & cū ambitione differerent. Deinde illa argue-  
 re omittens, vt quæ nihil essent, vmbraque potius  
 spiritualium rerum præsignarent, id potius ait quod  
 gratius futurum erat. Hoc autem cuiusmodi est? Lau-  
 dat legem

**† legē hic decalogū vocans, quippe ex hoc]** dat legem t̄ tantū, decē scilicet præcepta legis extol-  
 lens, quippe ex his] & illa eiicere intendit. Nā si hæc  
 ipsa quæ trāsgressores etiā puniūt, nobis inutilia sunt,  
 longē magis illa quæ minus in se autoritatis habēt.  
 Scimus autē, inquit, quia bona est lex, si quis ea legitime vtatur,  
 & sciens] hoc, quia iusto lex nō est imposta. Quod si quis  
 ea min' legitime vtatur, nō idcirco bona nō est, sicut  
 quoq; bona erit. Verum quod ait, huiusmodi est: lau-  
 dat eā ex operibus, id quippe significat, si quis ea legi-  
 time vtatur. Sunt enim qui hac minime vtātur legiti-  
 me: puta cum eam verbis exponūt, operib'q; tran-  
 sgrederi non verentur. Id autem est ea vti non legitime.  
 Vtuntur enim & isti, sed nō ad vtilitatem propriam.  
 Aliud autē ex eo elici potest, q̄ ait, legitime. Siquidē  
 tunc ea legitime vtitur quispiā, cum illum transmittit  
 ad Christum. Tota enim legis intentio, omniāq; illa  
 sacramēta carnalia, ac figuræ omnes Christū loquū-  
 tur, Christū nobis insinuant: enimvero cum legis de-  
 stinatio sit iustificare hominem, neq; id possit, ad eū  
 transmittere studet, qui potest. Alio itē modo legiti-  
 me vtitur lege, cum scilicet magna eam intentione  
 seruamus. Quid est, magna intentio? Quēadmodū,  
 inquit, fræno legitime vtitur non is equus, qui lasci-  
 uit, neq; qui mordet, sed qui illo pulchrè agitur: ita &  
 is lege vtitur legitime, non qui literæ necessitate sob-  
 briē ac iuste viuere cogitur. Quis autem illa legitime  
 vtitur? Qui hoc nouit, q̄ ipsa nō indiget. Nam qui ad  
 id virtutū culmen euasit, vt nō legis metu rectē factis  
 insit, sed virtutis tātum gratia: hic ea legitime atq;  
 securē vtitur. Si quis ea ita vtitur, vt non metuat eam,  
 neq; penitus timeat, sed futurum magis supplicium  
 semper ante oculos voluat: hic ea itidē legitime vtitur.  
 propterea iustū hoc in loco appellat eū, qui vir-  
 tutis actibus pollet: ille quippe rectē lege vtitur, qui  
 ab ea erudiri opus nō habet. Quemadmodū enim li-  
 terarū apices pueris pponūt: porrò qui eas docet,  
 non ex ipsis excellit, verū aliunde peritiæ gloriā pro-  
 meretur, atq; ex ea eruditione præstantius vtitur lite-  
 ris: ita & qui legē transcēdit, nihil opus habet doceri  
 lege. Qui enim nō metu ipsam exequitur, sed ex virtu-  
 tis desiderio, hic illā dignius ceteris ac præstātius im-  
 plet: neq; enim pari conditione is qui supplicium vere-  
 tur, & qui honorē appetit, legem implet. Nō similiter  
 eam seruat, qui sub lege, & qui supra legē est: nam su-  
 pra legē viuere, id tandē est ea legitime vti. Ille enim  
 ritē ea legitime vtitur, qui maiora q̄ ipsa præcipit,  
 perficit: qui ab ea erudiri nō patitur. Lex enim vt plu-  
 rimū circa scelerū interdicta versatur. At id iustū ne-  
 minē facit, sed sola bonorū operū exercitatio. Qui-  
 cunq; igitur seruator mōre à malis abstinet, hi legis  
 destinatione frustratur: idcirco enim ea imposta est,  
 vt puniat trāsgressores. Illi itaq; nō ea vtūtur, nisi tā-  
 tū ne pœnas exoluāt. Vis enim, inquit, nō timere po-  
 testatē? Bonū fac: ac si dixerit, lex enim malis suppli-  
 ciorū denunciatrix est. Ceterū ei, qui coronis digna  
 peregerit, ad quid erit vtilis lex? Ad nihil, profectō, quē-  
 admodū & medicus, cōfecto vulneribus, nō sano, ne-  
 que bona valetudine prædito. Iniquis autē, inquit, &  
 nō subditis, impiis & peccatoribus. Iniquos Iudæos vocat,  
 & non subditos. Lex, inquit, iram operatur. Quid igitur  
 ad eum, qui meretur honores? Per legem, inquit,  
 peccati cognitio. Quid ergo ad eū qui iustus est? Cū  
 iusto lex imposta nō est? Quia ille t̄ cruciatu superior  
 nō est: ] neq; à lege, quæ sint gerendā, discere expectat,  
 cum habeat intrinsecus dictantē spiritus gratiā. Lex

† legē hic decalogū vocans, quippe ex hoc]

† sciens

† supplicium nō est ob-

† sciens

**A**nim data est, vt metu atq; cōminatione terrecantur,  
 ac peccare desistāt. Nihil igitur fræno opus est inan-  
 sueto & obtēperati equo: nihil instructione opus est  
 ei qui pædagogō non indiget. Iniquis autem, & nō sub-  
 ditis, impiis & peccatoribus, sceleratis & contaminatis, patrici-  
 dis & matricidis. Neq; hætenus substitit, neq; peccata  
 solūmodo maiora notauit: verum ea etiā per species  
 profecutus est, vt legis magisterio verecūdiā faceret:  
 & cū ea per species enumerasset, tū demū t̄ ab his ar-  
 cere perrexit, ] quāquā & ea quæ dicta sunt, ab huius-  
 modi amouere potuissent. Quid igitur? Iudæi plagia-  
 rij, & patricidæ & matricidæ erāt? Huiusmodi profec-  
 tō eos fuisse significat. Impij, inquit, scelerati & con-  
 taminati, tales illi erāt, atq; ideo lex data est. Nā dic-  
 obsecro, nōne illi idola iugiter adorabāt? nōne Moy-  
 sem lapidare volebāt? nōne fraterna cæde illorū ma-  
 debāt manus? nōne hæc atq; huiusmodi illis quoti-  
 die prophetæ exprobrabāt? At verò his qui cœlestia  
 philosophātur, hæc cūcta superflua. Patricidis, inquit, &  
 matricidis, homicidis, fornicariis, masculorū concubitoribus, pla-  
 giariis, mendacibus, periuris, & si quid (inquit) aliud sanæ do-  
 ctrinæ aduersatur. Rectē sanē doctrinę, inquit: illa enim  
 omnia vitia sunt animæ penitus corruptæ. Secundum  
 euangeliū, inquit, gloria beati dei, quod mihi creditū est. Itaq;  
 & nūc ad confirmationē euangelij lex necessaria est:  
 ceterū his qui euāgelio credūt, atq; obtēperant, mi-  
 nime necessaria. Euangeliū autem glorię ipsum ideo  
 vocat, nullā aliam ob causam, nisi vt eos qui in perfe-  
 ctionibus ac passionibus Christi erubescūt, confir-  
 maret. Igitur tū propter alia, tū propter hæc ipsa euā-  
 gelium gloriæ vocat, quia & ipsa passio Christi gloria  
 est: & persecutiones ipsæ, quas in nomine illius pati-  
 mur, glorię sunt. Siue etiam fortasse futura significat.  
 Nā etsi præsentia cōfusione p̄brisq; plena videantur,  
 at futura nō eiusmodi sunt: porrò euāgelij futura, nō  
 præsentia nūciat. Cur igitur angelus ait, Ecce euāge-  
 lizo vobis gaudiū magnum, quoniam natus est hodie  
 saluator? Natus est quidem saluator, ceterū postmo-  
 dum saluator erit: neque enim simul atq; natus est, si-  
 gna etiam operabatur. Secundum euangeliū, inquit, glo-  
 riæ beati dei. Siue hic gloriæ euangeliū, cultum dei ap-  
 pellauit: siue q̄ præsentia omnia gloria ipsius plena  
 sunt, longēq; dignius futura. Cū, inquit, subiecti fue-  
 rint sub pedib' eius omnes inimici ipsius, cū nihil fue-  
 rit quod aduersetur, cū viderint iusti beatissima atq;  
 scelicitissima præmia, quæ neq; oculus vidit, neq; auris  
 audiuit, neq; in cor hominis ascēderunt. Volo enim,  
 inquit, vt vbi ego sum, & isti sint mecū, vt videant glo-  
 riam meā, quam dedisti mihi. Quinā ergo isti sunt, vt  
 eis meritas laudes dicere possimus? q̄ magnis illi tūc  
 fruituri sūt bonis: q̄ excellētis erūt participes glorię?  
 quanta claritate, ac beatitudine scelices erunt? Quip-  
 pe præsentis tēporis gloria & nulla est, & instabilis flu-  
 ctuat: & si aliquandiu permaneat, repentē tamen ex-  
 tinguitur. Neq; enim, inquit, descendet cum eo glo-  
 ria eius. Plurimos autem neq; ad finem vsq; comitata  
 est. At verò de illa immortalī ac sempiterna gloria ni-  
 hil tale suspicandū est, sed manet illa penitus, nullum  
 vnquam finem habitura: quippe diuina omnia huius-  
 modi stabilitate sunt prædita, nullāq; omnino mu-  
 tationem admittunt, nullōque fine clauduntur. Non  
 enim ea tunc gloria de exterioribus, sed ex interiori-  
 bus manat: puta non illam preciosa vestis, non famu-  
 lorum, atque obsequentium multitudo, non habitus  
 gloria facit illustrem: sed absque his omnibus gloria  
 S iiii erit,

† per præ- teritionē in genere dixit] nē- pe & si- qd aliud.

Luc. 2. b

Heb. 10. d

1. Cor. 2. c

Ioan. 17. b

1. Sa. 4. b



erit, vilisq; vestitus. Nūc enim si ista subducas, gloria videbitur nudus: nepe enim in balneis nudos cernimus diuites atq; inhonoros, intuemur autē & malos: at verò in foro plurimi sæpe periclitati sunt, cum eos serui casu aliquo deseruissent: illic autē gloria nostra semper nos vbiq; comitatur. Et quēadmodum angeli vbiq; apparuerint, secum gloriam habent: ita & sancti. Imò verò quēadmodum Sol non indiget vestibus, non aliis aliquibus opus habet, sed simul atq; illuxit, gloriam sui fulgoris ostendit: ita & tunc erit.

Morale.

Persequamur igitur hanc gloriam fratres, qua nihil dignius, nihilq; reuerentius est: relinquamus illā, qua nihil abiecius. In amictu, inquit, vestitū ne glorieris. **† hifris** **† saltator,** & scortū, & † venator] gratiora te, & preciosa indumēta circūfert. Tineā præterea vbi preciosa illa inuasert indumēta, huius te glorię voluptate priuabunt. Vides q̄ incerta, quāmq; instabilis sit vitę præsentis gloria? Gloriantur in re, quā vermes & gignunt & perdunt. Feruntur enim quidā ex India vermiculi huiusmodi conficere vestes. Si vestē possidere cupis supernē intextam, amictum omnino mirabilē, atq; clarissimum, indumentū penitus aureum acquirere stude. Nempe illud aurū, non metallū est, cuiusmodi damnatorum effoderunt manus, verū ex virtute generatur. Induamus nos stola illa, quā non homines inopes, aut serui cōficiunt, sed ipse dominus se diligētib; præparat. Quid, oro, vestimēto huic insertū est, quod te facit illustrē? Aurum scilicet. Et hoc quid ad rem? Opificē enim mirantur omnes, non cum qui fuerit amictus: ille enim reuera admiratione dignus est: quemadmodū & in simplicibus vestibus, non lignum in quo apud fullonem vestis tenditur, admiramur, sed opificē potius, licet ipsam lignum ferat. Sed quānā huiusce vestis vtilitas? quis vsus est? Vt scilicet excutiat, ne corrodat a tineis. Quātę igitur amētię est, q̄ irrationabilis fatuitatis, pro nihilo tantum præferre studium, & cūcta moliri: salutē verò sempiternam proderet, gehennāq; contēnere, atq; in deū esse cōtumeliosum, & despiciere esurientem Christū? Quid memorē preciosorum aromatum quęq; ex India, etiam quę ex Arabia, & quę ex Perside cōuehuntur? Arida simul & liquida, vnguentorum, atq; odorū nimis delicatū vsus: quā omnia sumptum afferunt inutilem prorsus, atq; superfluum? Quid vnguentis o mulier corpus vngis, quod intrinsecus immunditia plenū est? Quid putredine peruium corpus preciosis aromatibus condis, veluti si quis vnguentum iniiciat ceno, aut molli lateri balsamū? Sunt si vis vnguenta preciosa, sunt pleni cœlestis fragrantię odores, quibus inungere animam possis, quā non ex Arabia, neq; ex Aethiopia, neq; ex Perside, sed ex ipso cōuehūt cœlo: emunturq; non auro, sed volūtatis præstantissimo instituto, & fide non ficta. Huiusmodi tibi vnguenta eme, quorum odor implere orbē possit. Huiusmodi fragrantia apostoli spirasse noscūt. Odor enim, inquit, suauitatis sumus, aliis quidē in mortem, aliis verò in vitā. Quid autem hoc sibi vult? Fertur nempe & sus fragrantia odoris suffocari. Non autē corpus apostolorum tantū, verum & indumenta ipsa vnguento spiritualis gratię plena erāt. Ita enim Pauli indumenta suauissimum spirabāt odorem, vt etiam dæmones pellerent. Quod folium, quam cassā, quam myrrham huiusmodi odor non suauitate atq; vtilitate transe-

**A** dat? Nam si fugabāt dæmones, quid aliud nō potuissent credantur? Huiusmodi nobis cōficiamus vnguentum. Cōficit autem ipsum per eleemosynā gratia spiritualis. Hanc odoris fragrantia & cum hac si profecti fuerimus, spiraturi sumus: & quēadmodū hic omnes in se cōuertunt hi, qui vnguentis delibuti sunt: & siue in balneū, siue in ecclesiam, siue in alium quemlibet populosum locū abscesserit qui huiusmodi ex se emittit odorē, omnes ex eo pendent, omnes ad eum se cōuertunt: ita & in futuro seculo, cum animæ hinc profectæ odoris spiritualis secū intulerint gratiā, stupent omnes, omnes cedent: in hac etiam vita dæmones, ac vitia omnia accedent ad huiusmodi animam nō præsumunt, neq; sustinent, eo quippe odore suffocātur. Illa igitur aromata circūferamus: hæc enim nobis & lasciuia opinionē inferunt, & nocent plurimū: illa verò fortitudinis, atq; miraculi nos admiratione concelebrāt, ingentēmq; nobis fiducia præstant. Huiusmodi aromata nō germinat tellus, sed virtus inclinata gignit, non marcescūt, sed florent: huiusmodi odoribus vngimur, cū baptismatis fonte renascimur, tūc honestissimā hanc fragrantia spiramus. Postea verò studij nostri sit necesse est, si huiusmodi odorē spirare velimus. Idcirco † & veteri] vnguento inungebantur sacerdotes magnæ virtutis indiciū præferentes. Quippe eum qui sacerdotio fungitur, odorē spirare optimū conuenit, cæterū peccato nihil putidius est. Vide q̄ signatē ipsius naturam propheta describat, dicens: Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ. **† sal. 37. d** Reuera enim putredine omni peccatum deterius est, atq; scetidius. Quid enim, quæso, fornicatione putidius? Non is tunc scetor apparet, cū quis libidine cōtinetur, verū post peccati perpetrationem. Inspice, ac diligēter examina, quid fornicarius sit: & tūc animaduertes peccati pessimum odorem, tunc immūditiam immensam, tunc execrabile scelus, tunc flagitiū detestadum. Huiusmodi nempe est natura peccati, habet antequā perpetratur aliquam voluptatem: vbi verò cōsummatum fuerit, voluptas illa cessat, atq; marcescit: subit autem continuū mœstitudo, ac tristitia ingens. Econtra verò iustitia initio quidem labores habet, in fine autem voluptatem, ac requiem: neq; illic voluptas iucūda est expectatione infamię & pœnæ: & hic labor molestus non est præmiorum spe. Quid de ebrietate dicemus? Nōne in hauustu solo voluptatem præbet? Imò verò ne in bibendo quidē voluptas sæpe deprehēditur. Cum enim quis præ ebrietate in amētiam labitur, neminēmq; præsentium intuetur, sed insanis deterior effectus est, qui iā voluptati locus erit. Ne in ipsa quidē libidine voluptas vlla est. Cū enim præ morbo vitioso anima iudicium sensus amiserit, quānam huiusmodi voluptas est? Quod si ea dici voluptas debet, & scabies itidem voluptatem habet, voluptatem illam equidem dixerim, quę vera est, quum anima nulla perturbatione distrahitur, nullāq; corporis impedimenta perpetitur. Quenam enim hic voluptas dici potest, dētes feruore collidere, versare oculos, atq; vltra debitum modum incalescere? Ad eū autem non est illa voluptas, vt ab ea citius euadere studeamus, & postmodum dolore conficimur. Si itaque voluptas est, noli eam effugere, persiste in voluptate, Vides vt nomē tantummodo voluptatis sit? sed profectō nostra nō huiusmodi sunt, verum omni iucunditate plenissima. Non illa cum obscœna flamma voluptatem præstant, verum & liberā subeunt animam,

& lætifi-

& lætificat, ac suauitate perfundit. Huiusmodi erat Pauli voluptas, cū diceret: Et in hoc gaudeo, sed & gaudebo. & rursum: Gaudete in domino semper. Illa nepe falsa voluptas & cōfusionē habet, & desperationem, clamq; cōmittitur, atque innumeris pestib; plena est: hæc autem nostra euasit his omnibus libera. Hanc itaque votis omnibus ac studiis persequamur, vt & futuris bonis perfrui mereamur, gratia & benignitate domini nostri, &c.

Homilia III.



Ratius ago ei, qui me cōfortauit Christo Iesu domino nostro, quia fidelem me existimauit ponēs in ministerio. Qui prius fui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus: sed misericordiam dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Superabundauit autem gratia domini nostri, cum fide, & charitate, quæ est in Christo Iesu. Humilitatem animi lucra quidem ferre ingentia cernimus, verum ea non facillē inuenitur: sed humilitatem quidem verborum plurimam, & vltra quā satis sit, absque difficultate reperies: animi verò humilitatē difficillimē. At verò beatus hic vir eam ita vbiq; persequatur, vt plurimas quoque omnibus in locis occasiones aucuparetur, animū suum huiusmodi freno comprimere. Quia enim illis maximē laborare opus est, vt veram consequi humilitatem possint, qui magnarum sibi virtutum consciij sunt, magnam sibi vim inferant necesse est, vt conscientiam rectē factorum sese semper efferentē obtūdere quæat. Aspice denique & hoc in loco quid agat. Dixerat sibi creditum euangelium glorię dei, euāgelium scilicet cuius esse participes nequeūt hi, qui adhuc videntur lege. Quippe ex aduerso illi obiectū est, tantūmq; vtriusque rei interuallum cernitur, vt qui sub lege tenētur, necdū euāgelij participes esse mereantur: quemadmodum si quis diceret eos qui adhuc carcere ac supplicio indigent, fas nō esse inferri intra philosophorum chorum. Quoniā igitur ampla locutus erat, magnūque sapere videbatur, simul & seipsum cōprimit, & persuadet aliis, vt hoc ipsum imitentur: nā cū dixisset, Quod creditū est mihi, citō semetipsum corripuit: vti ne existimes hoc ipsum ex arrogantię tumore dixisse. Intuere, obsecro, quānā emēdatione vsus est: intulit prorsus, & ait: *Gratias ago ei qui me cōfortauit Christo Iesu domino nostro, quoniā fidelem me existimauit, ponens me in ministerio.* Vides vt omnibus in locis suā semper iustitiam supprimat, totūmq; deo adscribat: ita tamen, vt libertatem nō tollat arbitrij. Dixisset enim profectō infidelis quispiā, si totū dei est, nihilq; a nobis inferitur, sed veluti ligna ac lapides ad virtutē a vitis trāsfert: quid est quod Paulum quidem talē fecit, Iudam verò lōgē dissimilem? huiusmodi igitur obiectis occurrens, vide quā prudenti sermone vsus est. *Creditum, inquit, mihi est euangelium.* Hoc iam ipsius rectē factum, ipsiusq; dignitas est, verum non ipsius totum. Nam protinus subdit: *Gratias ago ei, qui me cōfortauit, Christo Iesu.* Hoc profectō iam dei est. Deinde rursum quod suum erat, adiecit: *Quoniā fidelem me existimauit, Prorsus id, quia ex semetipso intulerat aliquid. Ponēs, inquit, in ministerio, qui prius eram blasphemus, & contumeliosus, & persecutor: sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.* Vides vt etiā quod suū est, & quod iridem dei, eaurē proponat. Dei scilicet prouidentię plurimū semper attribuens, sua verò rectē facta supprimēs semper, atque occultans: ita tamen, vt dixi, ne libertatē arbitrij tolleret. Quid autē sibi vult

quod ait, qui me cōfortauit? Onus ingēs subierat, plenumq; periculi, & quod superno adiutorio plurimū indigeret. Considera deniq; quibus erat opus virib; aduersus quotidianas cōtumelias, iurias, maledicta, insidias, pericula, iurgia, probra, mortēsq; persistere, neq; lassescere, neque referre pedem: sed innumeris vndiq; telis diebus singulis laceffiri, & intentis ad superna luminibus fortiter stare, nullūq; omnino terroribus cedere. Id profectō nō humanarū viriū erat, neque itidem diuini tantū adiutorij, verū & ipsius proposito volūtatis. Quia enim quidnā futurus esset, ipsum præsciuerat deus, audi quid de ipso testetur, antē scilicet quā officij prædicationis attingeret: Quoniam, inquit, vas electionis mihi est iste, vt portet nomē meū corā gentibus & regibus. Quēadmodum enim hi, qui in bello regia signa circūferūt, vt moris est, magnis laboribus indigent & viribus, maximāque peritia, vt ne id hostibus prodāt: ita & qui Christi nomen portant, non in bello solū, verū etiā in pace summis viribus indigent, ne id maledicis linguis exponant, sed id strenuē ferāt, vexillo crucis armati. Ingenti enim profectō opus est robore, vt quis dignē portet Christi nomen. Nam qui indignum aliquid vel dixerit, vel fecerit, aut etiam cogitauerit, Christi nomen non legitime portat, neque habet in semetipso Christum. Porro qui id cōgruē portat, is profectō triūphat, non in foro, sed in cœlis, omnēsq; illi adstāt angeli circūdantes illū, atque admirantes. *Gratias, inquit, ago ei qui me cōfortauit Christo Iesu domino nostro.* Vide, vt etiam eorum quę ad ipsum pertinent, ei gratias agat, q̄ scilicet ipsum vas electionis effecerit. At id quidē tuū est o beatissime Paule, neq; enim personarū acceptor est deus: hoc autē est, quod dignū me fecit hoc ministerio, hoc indicio, quod me fidelē existimauerit, Quemadmodū enim in domo patris familias dispensator illi nō modō gratias agit, quod sibi crediderit substantiā suam, verum & quod illi hoc imposuerit signum, aliisq; fideliorē arbitratu sit: eodem modo & hic intelligendum est. Deinde diligēter inspice, quomodo dei misericordiam, ac benignitatē prædicet, & verbis extollat, priorem suam exponēs vitam: *Qui prius, inquit, fui blasphemus, & contumeliosus, & persecutor.* Nepe cū de Iudæis loquitur, qui catenus erāt infidèles, pressiore vtitur verbo, semp̄q; de culpa subducit. Testimonium enim, *inquit, reddo, q̄ zelū dei habent.* De se autem, *Qui, inquit, prius fui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus.* Intuere diligētius quanto se deiciat studio, quā non sit amator sui, quā non se palpet, vtq; humiliē possideat mentē. Nō sufficiebat se appellasse blasphemū, nisi etiam persecutoris sibi crimen iniungeret, rursumq; id ipsum persecutionis auget malum. Non enī, inquit, satis erat mihi me ipsum lædere, neq; blasphemare suffecerat: verum etiā piē viuere volentes persequer. Magna blasphemiarū æstania est, *Sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.* Cuius ergo rei gratia Iudæi quoq; alij misericordiam consecuti non sunt? Quia non ex ignorantia, verum ex proposito malo, scientes, prudentēque peccauerunt: atque vt id diligentius noueris, euangelistā audias licet dicentem, quod plurimi ex Phariseis & Iudæis credebāt quidē, verum confiteri minimē audebant, Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quā dei. Et Christus iterū ad ipsos ait: *Quomodo potestis credere, gloriam ab inuicem inquirentes? & sursum;*

1. Cor. 2. d

1. Cor. 12. d

Act. 9. d

Rom. 10. d

1. Cor. 12. d

1. Cor. 12. d

1. Cor. 12. d

*Ibid. 9. c.* rursum: Hęc, inquit, dixerunt parētes cęci propter Iudęos, ne extra synagogā fierēt. Et ipsi itē Iudęi alio in loco dicebāt: Videtis, quia nihil proficimus, ecce mūdus totus post ipsum vadit. Vbiq; enim ipsos dominationis vana perturbabat ambitio, nēpe illi ipsi dixerunt: Nemo potest peccata dimittere, nisi solus deus: statimq; ille, quod ipsi signū dei esse dixerant, fecit. Nō igitur ex ignorātia ista faciebant: Vbinam verō tūc Paulus erat? fortasse illū ad pedes Gamalielis fuisse quis dixerit, nihilq; cōmune cum turbis seditiosis habuisse. Vbinā verō Gamaliel ipse debebat? Erat vir ille ab hoc ambitionis fastu penitē remotus. Quomodo igitur post hęc Paulus inter turbas furētes fuisse deprehēditur? Aspicebat dogma nostrum indes augeri, iamq; obtinere, plurimōsq; obtemperare cęlestibus monitis. Nam sub Christo quidē interdum ipsum audierat, interdū verō doctores legis adibat: tunc autē rebus in seditionem versis, cū diuisa esset penitus de Christo plebis opinio, tūc iā nō veluti reliqui ambitionis causā, sed zeli agebat, quę egisse cognoscitur. Cur igitur Damascū proficisceretur? Lucem quādam, ac pestem esse prędicationem dogmatis nostri existimabat, [ac metuebat ne passim ista prędicatio diulgaretur.] Verū enim Iudęi non eodē ducebātur zelo, non vtilitate multitudinis, sed ambitionis fastu gerebāt oīa. Denique intucere quid dixerint: Ne fortē veniāt Romani, & tollāt locū nostrum & gentē. Eiusmodi eos concutiebat humanus metus. Illud verō meritō quisq; quęsierit: Cur Paulus, cū diligētissimus circa legis studiū fuerit, veritatē rei eatenus ignorauerit? Ipse est nēpe qui ait: Quod antea repromisit per prophetas suos. Quomodo igitur ipse nō nouerat, qui amulatur fuerat paternę legis, ad Gamalielis pedes eruditus? Sed hi quidē qui ex piscatione, ac telonio vocati sunt, protinus accurerunt, fidemq; promptē susceperunt: tu autē perqueris, hęc tenus legis studiosus, idcirco semetipsum redarguit, dicens: *Non sum dignus vocari apostolus.* Idcirco ignorāntiam confitetur, quam infidelitas parit: ideo ait, misericordiam cōsecutus sum. Quid est autem, fidelem me existimauit? Nihil penitus prodit ex his, quę domini sunt: omnia ipsius esse ait, etiā propria, cū etiāque refert ad gloriam dei. Audi denique ipsum & alio in loco dicentē: Viri quid nobis intenditis? Nos enim homines sumus similes vobis passibiles: hoc est, fidelem me existimauit. Nāque & alio in loco ait: Abūdantius eis omnibus laboravi, non ego *Phil. 2. b.* autē, sed gratia dei, quę mecū est. Et rursus: Qui operatur in nobis & velle, & posse. Ostēdit semetipsum fuisse supplicio dignū: quippe misericordia huiusmodi hominib; solet inferri. Certē & alibi ait: Cęcitas ex parte in Israēl contigit: sed gratia, inquit, dei superabūdauit cū fide & dilectione, quę est in Christo Iesu: exaggerat delicta, ne fortē cū audis, Misericordiā cōsecutus sum, rē simpliciter accipias. *Blasphemus, inquit, eram, & persecutor, & contumeliosus.* Igitur & supplicio dignus: verū non pœna affectus, sed misericordiam sum consecutus. Ergo nē igitur hoc solū dei misericordiā prędicat, q; supplicia non intulerit? Minimē id quidē, verū & alia plurima & magna: neq; enim solū imminēte pœna nos eripuit deus, sed & iustos fecit, & fratres, & filios, & amicos, & hęcedes, & cohęredes. Idcirco, inquit, *Superabūdauit gratia.* Excessit, ait, misericordia modum: quippe ista nō miserentis, sed amātis sunt ac desideratis, & nimia vi dilectionis af-

fecti. Cū itaq; plurima, & magna de dei benignitate dixisset, q; scilicet se cū esset blasphemus, & cōtumeliosus, & persecutor, fuisset miseratus: neq; id solū, verū & plurimis aliis, magnisque muneribus prosecutus esset: Rursus infidelium gratia dogma cōmuniuit, ne dicerent liberū arbitrium esse sublatum. Denique addidit, *Cum fide & charitate, quę est in Christo Iesu.* Id solū, inquit, intulimus nos, quia credidimus Christum nos posse saluare. Diligamus igitur ipsum propter Christū, & ipse enim se nobis tradidit. Ite. Vides quānam nobis Christum intulerit bona, & quę itē lex? Non simpliciter ait, abundauit gratia: sed, superabūdauit. Re enim vera superabūdasse dicitur, quę innumeris suppliciis dignos, in adoptionem filiorū repētē traduxit. Vides iterū: In, idē significare quod, Per. Neq; verō fide solū opus est, sed etiam charitate: nā plurimi nunc vsque sunt, qui Christum deum quidē esse credunt, sed ipsum tamen non diligunt, neq; charitatis iura custodiūt. Ipsi nempe cuncta pręferunt, pecunias scilicet, genesim, fatū, obseruationes, auguria, & vaticinia, & cętera christianę religioni prorsus aduersa: & quę dilectionis nostrę argumēta pręferim, qui in ipsius iniuriā uiuim? Habet quispiā amicū, quem ardenti amplectatur affectu: vel sic saltē Christū diligat, vel sic diligat eum, qui pro inimicis suū tradidit filiū, nempe cū nulla meritorum nostrorum indicia pręcessissent. Et quid dicā, meritorū? imō cū per innumera scelera corruissemus, & per nefaria quęlibet temeritate illicite disfluxerimus, post innumera beneficia, post ingētē dispositionis suę prouidentiam eatenus ingratos, ne sic quidē abiecit, aut repulit: verū tum maximē filiū tradidit, cū maiora nostra feruebāt scelera. Nos autē cū tam ingētibus beneficiis fruituri essemus, postquā ad amicorū euasimus dignitatē, postquā bonis omnibus per ipsum perfrui meruim, ipsū me ut amicū quidē diligemus? Et quę iam nobis erit salutis spes? Fortassis ad hęc verba exhorrescitis, sed vtinā rem potius exhorrescatis. Et quonā, inquires, modo Christum neq; ut amicos diligimus? Ego tibi conabor ostendere. Et cupio quidē atq; oro, vt ea quę dixero, deliramēta potius, quā veritas sint. Sed vereor planē, ne verbis ipsis cōsentiant res. pro his qui re vera amici sunt, plurimi sęp numero damna perpeti elegerunt: pro Christo autē nō dixerim sustinere detrimenta, verū pręsentibus contenti esse bonis vix pauci tolerāt: pro amico sępius & cōtumelias & inimicitias suscipim, Christi verō gratia nullus inimicitia suscipit. Amicū fame confectum nunquā omnino despiciamus: Christum verō quotidie venientem ad nos, neq; pane dignamur: idque quū crapula distenti ruētus, ventriq; omnino inferuiamus & hęsternum spiremus vinum, atq; deliciis soluamur: plurimiq; ex nobis meretricib; largiamur, alij parasitis, assentatoribus alij, alij item monstris, & fatuis, & nanis: quippe & hi naturę defectus sunt quib; pro delectatione vtimur. Amicis, qui verē amici sunt, nūquā inuidemus, nunquam illorū fœlicitate mordemur: at in Christo hoc patimur, plūsq; amicitia valere, qui diligētē inspiciat, animaduertet, quā timorē dei. Nanque simulator, & fascinator, & inuidus homines plus quā deum reueretur. Quo pacto? iam dicam, quod scilicet cū deus inspiciat cor, fraudes cōcinare nō desinit: sin verō hominem se intueri peruerit, pallet, erubescit, atque confunditur. Rursus ad amicum

*Ibid. 12. c.*

*Luc. 5. c.*

*Ioan. 11. f.*

*Rom. 1. a.*

*Act. 22. a.*

*Act. 14. a.*

*1. Co. 15. a.*

*Roma. 11. c.*

amicū cū aliqua afflictione vexatur, solliciti pergitur: at si modicū distulerimus, reprehensionem expauescimus. At verō cum Christo sępe in carcere in suis membris moriatur, cum ne visitamus quidē. Ad amicos autē fideles, non ideo quod fideles sint, sed quia sunt amici, pficiscimur. Vides, vt nihil dei metu, nihilq; ipsius amore perpetraretur a nobis, sed omnia partim amicitia, partim consuetudine facimus? Amicū peregrē cū proficisci cernim, lugemus, ingemiscimus, illachrymamur: & si mortuū videre cōtingerit, plāgimus, & quidē cū certē nouerim ipsum a nobis nō perpetuō esse separandū, propter resurrectionis sacramētū. Enim uero cū Christus quotidie separetur a nobis, imō cum ipsum diebus singulis a nostro arceamus ingressū, neq; dolemus, neque durum aliquid & acerbū nos pati arbitramur. Ceterū cū illum afficiamus iniuriis, cū eum contristemus iugiter, atque iritemus, & contrā quā ille iusserit faciamus omnia, neque ingemiscimus, sed insensibiles nō secus ac lapides permanem. Ne id quidē horrore satis est, si eo nō saltē ut amico vtimur: ego enim ostendam nos illo vti veluti inimico. Quomodo, inquires? Prudentia, inquit, carnis inimica est dei. Atqui hanc circumferimus semper, illū fugamus si nobis velit accurrere, atque ex ianuis arcemus nostris. Mala nanq; opera hoc faciunt, authores ipsi sumus, vt quotidie cōtumeliis exagitetur auaritię nostrę, rapinęq; causa. Laudatur quispiā virtute probatus, quę ad sanā pertinēt doctrinā loquens, & ecclesiam verbo prędicationis adificās, nos huic protinē inuidem: quia quę dei sūt, gerit. Videmurq; inuidere illi quidē, verū liuor ipse noster trāsīt in dominum maiestatis, dum adificationē illā non per alios, sed per nos fieri volumus: non propter Christū, sed nostri gratia. Nam si Christi vrgeret affectus, siue id per nos siue per alios fieret, nihil moueremur. Dic enim, quęso, si quispiā medicus filii habens cęcitati proximū, ipse nihil remedij adhibere posset: alium verō fortasse reperiret, qui hoc posset, num illū repulisset? Nequaquā. Sed ipsi quodāmodo ita loquerentur: Siue per te sanitas, siue per me cōtingat, nihil refert. Cur id? Quia non quę sua sunt, quęrit: sed quid filio expediat, studiosē persequitur. Ita & nos si Christū toto animi affectu amaremus, diceremus profectō: siue per nos, siue per alios quoslibet, quod expediat fiat, nihil ad rem: siue veritate, siue occasione, inquit, Christus annunciat. Audi deniq; dicentē sanctum Moysen ad eos qui eum irritare volebant, cum *Num. 11. f.* Eldad & Medad prophetare nūciarentur: Nolite, inquit, pro me amulari: quis mihi det, vt omnis populus domini prophetet? Nēpe ista omnia ex glorię vanitate procedūt: nōne hęc omnia ex glorię vanitate procedūt? Maledixit te quispiam, tu illū dilige. Et quo pacto, inquires, id fieri potest? Poteris certē si velis. Quod si benedicentē diligas, nulla tibi gratia est: neq; enim propter Christū id facis, sed propter laudē tuā. Lęsit te quispiam, tu illū beneficiis refoue. Quod si beneficium beneficiis remunerare volueris, nihil magni fecisti. Iniurias & detrimenta maxima perpeffus es, tu cōtraria operari stude. Ita quęso, ita disponamus nostra omnia, desinamus iniurias inferre, atque odisse inimicos. Ipse nēpe dominus noster inimicos diligere iussit. Nos ipsum quoq; persequimur nostri tam studiosum amatorem: absit, inquires. Hoc verbo omnes loquimur, cęterū cōtraria factis ostēdimus. Ea est

*Rom. 8. b.*

*Philip. 1. c.*

*Num. 11. f.*

peccati obcęcatio, vt quę ne dicto quidē tolerabilia sunt, ea factō tolerabilia sint. Deferamus tandē ea quę salutē nostrā lædūt, ac penitus violāt, vt eis perfruamur bonis, quibus frui amicos decet. Volo em, inquit, vt vbi sum ego, & discipuli mei sint, vt videāt gloriā meam. Quia nos omnes frui cōtingat in Christo Iesu domino nostro, cū quo est patri gloria, vna cum sancto spiritu, in secula seculorum, Amen.

Homilia IIII.

**F**idelis sermo, & omni acceptione dignus, quoniam Christus Iesus venit in mūdum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Sed idcirco misericordiam consecutus sum, vt in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam, ad confirmationem eorum, qui credituri sunt illi in vitam eternam. Adeo magna sunt beneficia dei, atque in tantum humanam omnem expectationem, ac spem transcendunt, vt ea sępius vix credantur. Quę enim nunquam humanus animus aut cogitare, aut sperare potuit, ea nobis cuncta largitus est: vt fermē apostoli plurimum laborauerint, vt nobis persuaderēt credere dona a deo nobis indulta. Quę admodum enim in excellētib; quibusq; bonis hoc patimur, vt dicamus: putāne hoc somnium est? propterea quod nō credamus, ita & in diuinis profectō muneribus. Quid igitur erat, cui difficilis habebatur fides? q; inimici, quod peccatores, quod hi qui in lege non iustificabantur, neque per opera, hi continuo ex fide sola primas partes meritorum consecuti sunt. Plurima igitur & in epistola ad Romanos de huiusmodi loquitur, plurima itē hęc disserit. *Fidelis, inquit, sermo, & omni acceptione dignus, quoniam Christus Iesus venit in mūdum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum.* Quia enim Iudęi hoc maximē attrahebāt, persuadet eis non intēdere legi, quasi possibile nō sit absq; illa saluari, cū sine fide quis saluus esse non possit. In hoc igitur tota eius versatur intentio. Incredible enim esse videbatur, siquidem homo, qui omnē priorem vitam frustra atque inaniter consumpsisset, duxissetq; per mala opera, postmodum ex fide sola saluādus diceretur: idcirco ait, *Fidelis sermo.* Verū quidam non modo non credebant, sed etiam culpabāt, id quod modō facere nō desinunt, dum dicunt: faciamus mala, vt veniant bona. Postquam enim dixerat, vbi abundauit peccatum, superabūdauit & gratia: quid aiunt? Faciamus mala, vt veniant bona: ista enim maximē gentiles obiiciunt, carpentes nostra: nam cū illis de gehenna disserimus, & quo pacto, inquirunt, ista deo digna sunt? Si quidem homo seruū nactus, qui multa peccauerit, dimittit liberū, veniāmque largitur: deus autē immortaliter punit. Rursum cū illis de sacro regenerationis lauacro, ac de remissione peccatorum loquimur, quę nobis baptismi salutaris gratia condonatur: protinus, quā inquit, hęc indigna sunt deo, vt qui innumeris sceleribus fuerit pressus, criminibus absoluat? Vides vbique animi ac sententię peruersitatē semper contentionibus deferuire? Nempe si malum remissio est, bonum ergo cruciatus erit: quod si pœna bonum nō est, bona sit remissio necesse est (illorū nunc more loquor) nam iuxta fidei veritatē bona vtraq; sunt, quod alio tempore ostēdendum reseruamus: neque enim pręsentis tēporis est, cū profundum valde sit, ac ideo operosius perscrutādum. Suo igitur tempore vestrę hoc dilectioni proponere istitui. Vnde igitur fidelis est sermo, & ex pręteritis simul, & ex futuris apparet. *Vides*

*Ioan. 17. b.*

*Rom. 3. b.*



Vides vt prepararet animū, atq; suspendat, eamq; rem, vt dignū erat, diutius verferet. Nam profectō quod ait, blasphemū se, ac persecutorē, & cōtumeliosum misericordiam consecutū, hoc pręparātis. Nec modō miseratus est, inquit, verūm etiā fidelē fecit. In tantū, ait, fides deneganda nō est, q̄ etiā miserus sit. Nemo enim intuēs eum qui vincētus fuerat in regia cōuersari, misericordiam consecutum ambigere poterit, quod in Paulō cernere in prōptu erat, rursūmq; ex semetipso hęc indicia colligit. Non enim erubescit seipsum vocare peccatorē, sed inde potius gloriatur, q̄ cūm peccator esset, tanta meruerat circa se diuinę benignitatis indicia: ita enim vel maximē deī summā prouidentia cōmendare potest. Et quomodo, inquires, alio in loco cūm de se loqueretur, secundum iustitiā, quę in lege erat, & peccatorū omnium statur: hęc verō peccatorē se, & peccatorū omnium primū esse asseuerat? Quia ad eam iustitiā, quam deus operatus est, & quę veraciter quæratur, peccatores & illi erant, qui in lege iustī videbātur. Omnes enim peccauerūt, & indigēt gloria dei: hęc autē non simpliciter iustitiā dixit, sed addidit, quę in lege erat. Quemadmodū enim is, qui multū pecuniarum possidet, diues quidem esse videtur: ceterū thesauris regiis comparatus pauper esse, atque in ops primus cernitur: ita & hęc dum angelis cōferuntur, peccatores esse etiam iusti deprehenduntur. Quod si Paulus qui iustitiā legis fuerat operatus, primus peccator est, t̄ qui ex omnib⁹ aliis iustus meritō vocari possit. Neque enim se ideo peccatorē ait, quasi vitam carperet suā, vt impudicē actam & per fornicationes, cupiditatisq; scēdatam: Absit: verūm iustitiā illam huic cōferēs, nō solum nihil esse monstrauit, sed peccatores illos, qui in illa gloriarentur, ostendit. Sed idcirco, inquit, misericordiam consecutus sum, vt in me primo ostenderet Christus Iesus omnē patientiam ad confirmationē eorū, qui credituri sunt illi in vitā eternā. Vides vt semetipsum rursus humiliet, ac penitus cōprimat, alia etiam viliori adiecta causa? Nam q̄ t̄ prioris ignorantia veniam misericorditer cōsecutus sit, non nimis illū indicat peccatorem, neq; omnino reprehensibilē. Ceterū idcirco misericordiam fuisse cōsecutum, vt nemo iam peccator quibuslibet sceleribus pressus de se desperet, imō eandem se cōsecuturum veniam hoc exemplo pręsumat. Magnum valde ac re vera ingens est. Itaque cūm dixisset, Primus peccatorū ego sum, & blasphemus, & persecutor, & nō sum dignus vocari apostolus, & quęque alia in hunc sensum dixit: nihil profectō tā humile locut⁹ est, quod ex subiecto exemplo manifestius fiet. Sit em̄, verbi gratia, ciuitas quędā populosa, cui⁹ ciues omnes mali sint, alij plus, alij minus, omnes tamen peccatis obnoxij: vnus autē inter ceteros sit sceleribus clarus, ac prę omnib⁹ supplicis dign⁹, quippe qui omne genus nequitie exercuerit: si igitur dixerit quispiam regē omnib⁹ culpas velle dimittere, nō ita verbis fides adhibebitur, sicuti si videat eū, qui plus omnibus, grauiusq; deliquit, venia fuisse donatū. Nulla enim iam ambiguitas remanere poterit, quin omnibus ignoscere velle existimetur rex, qui eum absoluerit, qui erat prę ceteris peccatoribus insignis, hoc & Paulus ait: Cū, inquit, vellet deus certiores homines facere, q̄ omnia illis peccata donauit, elegit eū, qui plus omnib⁹ deliquerat, cui scelera cūcta dimitteret. Me enim potito venia, nemo iam de se dubitare permittitur, quęadmodum

etiā habet cōsuetudo loquēdi. Si huic ignouit deus, neminē puniet: vt per id ostēdatur, ipsum venia quidem dignū nō fuisse, verūm eam aliorum pro salute meruisse. Nullus igitur ambigat, inquit: nullus de se desperet, quando quidē ipse saluatus sum. Et, quāso diligentius intueri beatissimi viri prorsus humilem mentē. Nō dixit, vt in me ostenderet patientiā, sed, omnē patientiā, ac si apertius diceret. Nullus est, in quo maior habēda sit patientia, neque inueniri faciliē potest peccator, qui tāta abūdantia miserationis indigeat. Omnē, inquit, ostendit in me patientiam, non partē, quę admodum his qui modica deliquerūt. Ad confirmationem, inquit, illorum, qui credituri sunt ei in vitam eternam. Hoc est, ad exhortationem, ad profectū incitamentūmq; virtutis: quoniā verō magnū quiddā de filio fuerat locutus, quod scilicet tantam vim dilectionis ostēderet, ne quis fortē putaret patrē ab ea charitate remoueri, & ipsi gloriā refert, cūm protin⁹ addidit: Regi autem seculorum immortalis, soli sapienti deo honor & gloria in secula seculorum. Amen. Pro his, inquit, non tantū filio, sed & patri referimus gloriā. Interrogemus hereticos, ecce, soli deo dixit: Nū igitur filius deus nō est? Et, soli immortalis: Nōne igitur & filius immortalis est? Et quod nobis postmodū dabit, ipse nō habet? Ita sanē, inquires, & de⁹, & immortalis est filius: sed non talis, qualis est pater. Quid sibi vult, nō talis? Minoris, inquit, substantiæ est, minoris igitur etiā immortalitatis erit. Quid autē est, immortalitas minor? Nempe immortalitas nihil aliud est, q̄ morte nō tangi, neq; corrumpi. Gloria quidem maior, ac minor est: immortalitas verō maior aut minor esse nō potest: sicuti neque sanitas maior aut minor: t̄ aut enim morbo tentamur, t̄ aut nō. Quid igitur, inquires? Immortalitātē nos ita vt deus habem⁹? Absit vt id quispiam sentiat. Cur id? Quoniā ipse hanc per naturam habet, nos autem per gratiā. Sed nunquid ita & filius? Minimē verō, verūm & ipse hanc per naturam habet. Cuius igitur rei gratia huiusmodi differentia infertur? Quia ipse, inquires, a nemine talis factus est, filius autē a patre natus est. Et nos hoc ipsum gratē cōstitemur: neq; enim negamus ex patre filium immortaliter natū. Et huius rei gratia, inquires, patrē glorificamus, quia talem genuit filium. Vides q̄ tunc maximē glorificetur pater, cū magna peregerit filius. Ad ipsum enim filij cuncta referuntur, itaque & cum fortē genuerit, & eiusmodi qualis ipse est, non gloria filij magis, q̄ patris est. Cū item \* temperantem, cūm sibi ipsi sufficientē, cūm nō imbecillū, nullo minor est patris quā filij gloria. Regi autem seculorū: & ista de filio dicta intelligi possunt, per quem fecit & secula: idē est hoc loco. Nēpe enim apud nos vtraq; distincta res est, aliudq; ministri officiū est, & aliud iubētis imperium: atque alius quidē construit, laborat, fatigatur, alius autem imperat. Cur id? Quia is qui ministrat, inferior est: verūm non ita in diuinis personis accipiendū est, non est ibi alterius creatio, & alterius dominatus: neq; enim cūm audio, per quē fecit & secula, patrem de nego condidisse: neque itē cūm audio patrem regē seculorum, a filio dominatū tollo. Communia enim ista sunt & patris & filij vtraque: condidit enim deus, qui opificē genuit, regnat filius, quod sit creaturarum dominus: neque enim mercede operatur, quemadmodum apud nos: neq; alteri obtemperans, sicut item fit apud nos, sed bonitatis ac benignitatis tantū propter gratiā. Quid autem

Phil. 3. b

Rem. 3. c

† quis ex omnibus aliis iustus merito vocari possit?

† propter ignorantiam misericordiam consecutus sit?

† vt enim aliqui dixerunt si obnoxium ne cessi est.

\* vt quędam ex se sufficiunt.

Act. 4. b

Mat. 10. d

Mora. le.

Gen. 39. b

autē filius? Visus est aliquando? Nemo id tutō dicere potest. Quid est ergo, immortalis, inuisibili, soli sapienti deo? Quid itē sibi vult, cū dicit: Neq; enim est nomen aliud in quo nos saluari oportet, & nō est in alio aliquo sal⁹? Honor, inquit, & gloria in secula seculorum amen. Honor & gloria illi non verbis redditur, quia & ipse nos nō verbis honorauit, sed reb⁹ ac per opera, sic & nos ipsum honorem⁹ per opera. Et certē hic quidē honor nos tāgit, nobisq; confert plurimū: noster autē honor illum minimē tangit, neque enim nostris indiget, sed nos potius illo indigemus. Itaq; etsi illū honoremus, nos ipsos magis honoram⁹: quę admodum enim is qui apertis oculis Solis intuetur lucem, sibi ipsi prodest, admirās pulchritudinem syderis, neque illi aliquid cōfert: quippe clariorem facere ipse admirando non potest, sed permanet idem Solis fulgor: ita multō magis in deo. Is qui deum admiratur, eūmq; honorat, sibi ipsi acquirit salutē, maximāque emolumēta lucratur: quippe ex hac glorificatione virtutis sua pręmia promeretur. Ego enim, inquit, glorificātes me glorificabo. Quomodo igitur ipse glorificari se dicit, qui nihil ex huiusmodi officio nostro lucratur? Eadē profectō ratione, quę & refurire, & sitire se dixit. Omnia enim quę cōditionis nostrę sunt, propria sua esse facit, vt vel sic nos ad se atrahere possit, siue honores, siue cōtumelias in se peti dixit: vt hoc veluti fræno cōerciti timeam⁹, atq; ad illū prompti accurramus. Glorificemus igitur deum, portemus deū in corpore & in spiritu nostro. Et quomodo, inquires, glorificat quispiā in corpore deum, quomodo item in spiritu? Spiritū hęc appellat animā, ad distinctionē scilicet corporis. Quis igitur deū glorificat in anima, quis itē in corpore? In corpore glorificat qui nō se libidini subiicit, qui minimē inebriatur, qui vētri ac gutturi nō studet, qui exteriorem nō quærīt ornatū, qui tantum curę circa se ostendit, quantū ad sanitatē sufficere potest, qui non mœchatur: quę vnguentis delibuta non pergit, quę faciē nequaquā fucis atq; coloribus pingit, quę dei contenta opificio, nihil ex se addere quasi arte molitur. Quid enim studiū tuum, quid artem cōsummato à deo opificio admouere pręsumis? Non tibi sufficit diuina formatio? An verō veluti excellētior opifex diuinum opificem corrigere impia moliris audacia? Atq; ad authoris iniuriam ornaris, vt post te greges iuuenū trahas? Et quid, inquires, ipsa facere possum? Neq; enim ego hęc volo, sed viri gratia facere ista cōpellor. Adamari non potest quę nō vult. Pulchrā te condidit deus, vt in hoc ipse laudetur, admiratione sit opificiū suum, non vt iniurias patiatur. Noli ipsi huiusmodi referre vicē, verūm pudicitia atque verecundia te ornare cōtende. Pulchram idcirco te creauit deus, vt virtutis tibi adderet pręmia: neque enim idē est, speciosam & quę amari à plurimis possit, studere pudicitie: & quę huiusmodi careat, nullique sit experēda, castitatē seruare. Audi deniq; quid de Ioseph scriptura dixerit. Erat, inquit, speciosus ac decorus aspectu. Quid nobis profuit audire decorū fuisse Ioseph? vt scilicet ipsius magis admiremur speciē, honestatēq; laudem⁹. Speciosam te creauit de⁹: quid igitur te ipsam deformē facis? Velut em̄ si quis aureę statuę illiniat lutū, ita sunt quę fucis vtuntur, terrā tibi illinis partim candidā, partim rubicūdā. At, inquires, hoc meritō faciunt quę deformes sunt. Cuius rei gratia? Vt scilicet deformitatem occultēt.

At profectō incassū laborat. Quādo em̄ id quod naturale est, cuiusuis opificis studio atq; arte superatur? Cur autem deformitas ipsa mœrori sit, si probro careat? Audi deniq; sapiētis cuiusdā viri sentētiā: Ne vituperes, inquit, virū in aspectu suo, neq; itē laudaueris virū in specie sua. Deum igitur admirare solum opificē optimum, non illius opus, neque enim pulchrum ipse se fecit. Quid enim lucri decor eiusmodi parit? Nihil profectō, verūm certamina magis intēdit, maiorēsq; calūnias, atque pericula, suspiciōēsq; quam plures. Ea denique quam nō huiusmodi decor illustrat, suspiciōe carebit: quę verō formosa est, nisi magno studio, & nimia vtatur cōtinentia, atq; honestate, opinioni protinus pessimæ locū dabit, virq; ipse eiusmodi semper zelo mordetur. Quo quid dici grauius possit? Neque enim tantūm ex aspectu ipso voluptatis habet, quantū ex suspiciōe mœroris. Illa enim cōsuetudine solet extinguī, at verō vbi lasciuie, libertatis, atq; impudicitie opinio manare cœperit, ipsius quoque animę intima penetrat, atque penitus insitis sordibus squalescit indies. Ecce quibus incōmodis pulchritudo subiecta est. Porro eam quę decore caruerit, impedimētis plurimis liberā faciliē inueniemus: neque enim illi infesti sunt eiusmodi pulchritudinis aucupes, sed veluti agn⁹ simplex in quiete atque in silentio pascitur, lupo nullo perturbante ipsius ocium, sed semper sibi assidente pastore, & ab huiusmodi incurrib⁹ protegēte: ita nihil profectō habet amplius quę formosa fuerit, q̄ deformis: neque hęc illa vllō priuilegio superat, sed ea meritō pl⁹ habere dicitur, quę merito virtutis excellit. Nam, quāso, quānam oculorum virtus est? Num q̄ liquentes, atq; versatiles, rotundique ac cęrulei sunt, siue potius quod acutissimo vigeāt lumine? Hoc equidem reor, quod inde constabit. Quānam oro lucernę virtus, quod clarē fulgeat, omnēmq; illustret domum, an quod pulchrē fieta atq; rotunda? At nemo hęc dubitat, lucisq; claritas iudicio omnium obtinet: cetera enim media sunt, atq; cōmunia: idcirco etiā semper ancillulę dicere solemus, cui lucernę concinnandę officium sit: lucernā malē pręparasti, adeo lucernę illuminare propriū est: itaque & oculus qualiscūque fuerit, si officij sui ministeriū implere sufficiat, differentia nulla est. Sicuti etiā malus oculus dicitur, cū obtusi aspectus fuerit, & naturalē cōpositionem minimē perfectā in se habuerit. Quippe & eos qui apertis oculis nō vidēt, malis esse oculis dicimus, malum enim omne quod propriū non implet officiū appellare cōsueuimus, atq; ista de oculis. Quānā verō narium virtus est? An q̄ rectē, atque ad lineam vtrinq; formatę sint, suaque proportione non careant: an q̄ olfactu vigeant interrogo, ac cerebro subministrēt? At nemo qui dubitet: nam vt exēplo vtat, ea instrumenta quibus aliquid rapimus, quānam dicemus optimē fuisse condita: eāne quę diligenter rapere, atq; continere possint, an quę decorē fuerint fabricata? Illa scilicet quę vni commodiora sunt. Quid autem dentes, quales esse dicemus optimos, cōsne qui mādere & concidere cibū faciliē possint, an eos qui pulchrē, atq; ad lineam compositi sunt? Illos scilicet, qui rectius, quod sui est muneris faciūt: prorsūsq; in toto corpore, qui diligētē inquirat, eandem sequetur rationē, inueniemusq; omnes sanos, pulchros meritō dici, dum mēbra singula possunt propria officia persequi: ita & vasa singula, & animalia, & arbores, non

Eccl. 11. 6

ex forma,

\* uad. id est pulchrum, bonum, laudabilem.

ex forma, aut ex colore prædicamus, verum ex ministerio, atque ex officio proprio: ita & seruū vocamus pulchrum eum, qui nobis aptè ministrat, non qui speciosus atque mollis est. Vides quomodo pulchra possit euadere. Cū igitur his quæ sunt maxima & præstantissima, pariter & formosa fruatur, atque deformis, nihil altera plus quàm altera possidet: puta mundū hunc similiter cernimus, Solem, lunā, stellas, spiramus pariter ærem, humoris atque nutriti pariter participes sumus, siue formosi fuerim, siue deformes. Imò ut aliquid mirabilis loquar, saniores sunt quæ forma huiusmodi carēt, quàm speciosa. Illæ enim ut quibus speciē seruare studium sit, seipsas minimè laboribus tradunt: sed ocio, atque deliciis, quibus ex rebus membrorum officia obrusiora penitus sūt: hæc verò ut quæ nulla huiusmodi distēdantur cura, passim laborare non desinunt, atque ob id saniores vegetioresque fiunt. Glorificemus igitur deum, portemus ipsum in corpore nostro, non exteriorem queramus ornatum. Superfluum id quidē studium, atque inutile est: non erudiamus viros solas intēdere facies. Nam si huiusmodi ornatus deseruiat studio, citò vir tuus huiusmodi amare faciem cōsuetus, vultu meretricio capietur. Quòd si illū docueris amare in vxore mores, venustamque dignitatē, non facile cōuolabit ad scorta: neque enim hæc in meretrice reperiet, sed cōtraria penit. Noli docere virtum risus suauitate decipi, neque fracto, solutoque incesu capi, ne aduersus te ipsam illi arma ministres, instrue illum castitate gaudere: poteris autē id, cū huiusmodi habitū præfers. Nam si leuis, inconstans, ac lubrica fueris, quomodo verbum honestū & graue proferre poteris? Quis te non rideat atque subsannet? Quomodo autem etiam in spiritu portare possumus deum? Si virtutē ubique teneamus, si animæ studeamus ornamentis, quippe ille minimè prohibetur ornatus. Ita glorificamus deū, si omnibus ex partibus fuerim boni: glorificabimur autem & nos in die illa, non sanè similiter, sed multò dignius, multoque excellentius.

Rem. 8. d

Existimo enim, inquit, quod non sunt condignæ passionnes huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: cuius nos omnes cōtingat participes fieri in Christo Iesu domino nostro. *Homilia V.* **Q**uod præceptum commendo tibi fili Timothee secundum præcedentes in te prophetias, ut milites in eū bonam militiam, habens fidem & bonam cōscientiam. Quam quidam repellentes circa fidem naufragiū fecerunt. & c. Doctoris, sacerdotisque dignitas magna est, atque mirabilis, & quæ re vera diuina sententia cōprobanda sit, ut quis ea dignus adducatur in medium: ita & pridē fiebat, ita nunc quoque sit, quoties absque humana passione huiusmodi electiones celebramus. cū nihil omnino seculare, nihil temporale intuentes, neque ad gratiam, neque ad odium facimus. Nam & si tanta nobis spiritus plenitudo non adest, sufficit voluntas optima, vel sola, deum ut ordinationi nostræ concurrat attrahere: quippe ne apostoli quidē tunc spiritus gratiam adepti erant, cū Matthiam elegerunt: sed orationi negotium permittētes, ipsum apostolorum numero adiecerunt: neque enim intuebantur humanæ amicitia gratiam: ita nobis quoque faciendum est: enimuero ubi ea quæ certa sunt, omnibusque manifesta, negligim, quo pacto nobis deus reuelabit incerta? Si in modico, inquit, fideles non fuistis, quod magnum & verum est, quis dabit vobis? Tunc autem

Act. 1. d

quia nihil fiebat humanum, sacerdotes etiā ex prophetia veniebant. Quid est, ex prophetia? Ex spiritu sancto. Quippe munus est prophetiæ, non modò futura prædicere, verum & præsentia dicere: quæ niam & Sauli prophetia ostensus est, qui inter vasa latebat. Deus enim reuelat iustis. Prophetia itidem fuit, cū dicit spiritus sanctus: Separate mihi Saulū & Barnabam: ita & Timotheus electus est. Prophetias autem hinc plurimas dicit, fortassis & illā per quā ipsum acceperat, quādo eū & circūcidit, atque ordinauit, quæ admodum & ipse scribit: Noli negligere gratiā, quæ est in te. Igitur ut illū excitaret, sobriūque ac vigilātem faceret, admonet eū quis illū elegerit, atque ordinauerit: ac si apertius dicat, Deus ipse te elegit, ipse tibi ecclesiā credidit, non te iudiciū promouit humanum: noli igitur sententiā dei probro afficere: neque confundere. Deinde quoniam præceptū, inquit, grauius fortasse videbatur, adiecit: Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee. Tanquā filio charissimo præcepit, neque enim authoritate propriā, neque dominationis fastu, neque sua veluti libertate: sed fili, inquit, Timothee. Quod autem ait, commendo, cūstodiā diligentiam signat, nihilque nostrū nos inferre significat. Non enim nos eā rem acquisiuimus, sed deus hanc nobis largitus est & fidem, & bonā conscientiam. Quæ igitur dedit, ipsa seruemus: nisi ipse venisset, neque fides huiusmodi inueniretur, neque vlla vitæ mūditiā, quā a parua ætate suscipim: ac si dicat: Non ego sum, qui præcipio, sed is qui te elegit deus: id quippe significat quod ait: Secundum præcedentes in te prophetias: Illas audi, illis obtempera. Quid autē præcepit deus? Ut milites in ipsis bonā militiā, illæ te elegerūt, in his quibus electus es, milita bonam militiam. Est enim & militia mala, de qua alio in loco ait: Sicut enim exhibuistis membra vestra arma peccato & immunditiæ. Illi sub tyranno militant, nos æterno regi militamus. Cur autē eam rem militiā vocat? indicat profectò bellum excitatū esse vehemēs & atrox cū cæteris, tum maximè ei qui doctoris fungitur munere. In quo nobis armis opus est validis, sobrietate scilicet, tēperantia, precibusque vigiliis, quia non aduersus sanguinē pugnare pergitur, quia prælia nobis cū atrocissimis hostibus conferenda sunt, ut nullum hinc locum habeat blāda & perniciofa mollities. Ut, inquit, in eis milites. Quæ admodum enim in castris, non omnes eundē seruāt militiæ locū, sed variis distribuuntur ordinibus: ita & in ecclesia, alius quidē magistri obtinet ordinem, alius autē discipuli, alius item rudis, tu verò doctoris fungis munere. Ac ne quis istud sufficere existimet, vide quod sequitur: Habens fidem & bonam conscientiam. Magistrū quippe prius oportet docere seipsum: quæ admodum enim dux, nisi antea miles optimus fuerit, ne dux quidē esse aliquādo poterit: ita & doctor. hoc & alio in loco ait: Ne fortè aliis prædicans, ipse reprobus efficiar. Habens fidē & bonā conscientiam, ut sic cæteris præesse dignius possis. Hæc nos exēplo maiorum non aspernemur monita, etiā si dos exēplo maiorum vice. Nam si Timotheus, cuius nos meritis longè impares sumus, & monita suscipit, & libenter addiscit, idque cū in doctoris ordinē trāsisset, multò magis id nos facere conuenit. Quam quidam repellentes, inquit, circa fidem naufragiū fecerunt. Et merito sanè. Nam ubi vita reprehensibilis fuerit, dogma item huiusmodi sit necessariū est, ac videas plurimos in profundum malorū corruisse, atque ad gentilem ritum fuisse cōuersos.

1. Cor. 9. d

uerfos. Ne enim futurorū metu, & expectatione crucietur, persuadere sibi omni studio curant, falsa esse omnia quæ nostra religio cōtinet, atque à fide quidā peruertitur, dū rationibus omnia colligere quærūt. Naufragiū quippe huiusmodi ratiocinatio gignit, fidesque veluti nauis tutissima est. Igitur qui ex illa deciderint, necesse est naufragiū facere: quod exemplo quoque perspicuū facit, quum dicit: Ex quibus Hymeneus est, & Alexander: Ut horum exemplo nos corrigat. Videtis ut illis quoque temporibus non defuerint, qui peruersè docerent, qui secreta diuina temeraria curiositate disquirerēt, qui à fide longè discederēt, qui rationibus propriis mysteria veneranda rimari præsumerent. Qui naufragium facit, nudus, omnibusque destitutus euadit: ita & qui ex fide exciderit, nihil iam habet ubi figatur, non habet ubi seipsum recipiat, non habet vitam quæ ipsi prodesse valeat: Quippe capite perduto, atque corrupto, quānā reliqui corporis utilitas est? Si enim fides absque operibus mortua est, multò magis absque fide nihil proderūt opera. Si deus propter nos quæ sua sunt despicit, longè magis nos oportet nostra ipsius gratia spernere: ita enim est, cū quis exciderit fide, nusquam consistit, sed aliās aliter natat, donec rursus in profundo mergatur. Quos tradidi, inquit, satanæ, ut discant non blasphemare. Vides ut blasphemiam sit, rationibus diuina velle discutere: ita nihil cōmune habet humana ratio collata diuinis. Quo autē modo ipsos satanas non blasphemare docet? Nempe enim si alios docet, multò magis seipsum docere debuerat: si autē seipsum hæcenus docere non potest, ne alios quidē. Non ait, ut doceat illos non blasphemare, sed ut discat non blasphemare: non ille hoc agit, sed hic euentus accidit: quæ admodum igitur & alio in loco ait de eo qui fuerat fornicat, tradere huiusmodi hominem satanæ in interitum carnis, non ut spiritum saluet, sed ut spiritus saluus sit: hinc autē nulla persona notatur. Quomodo igitur istud cōtingit? Nempe quemadmodum carnifices innumeris sceleribus pleni, castigant alios: ita & hic de nequissimo damone dicitur. Et cuius rei, inquit, gratia, non illos ipse punisti, quæ admodum tradidisti? Non ut puniantur, inquit, sed eos satanæ tradidisti? Non ut puniantur, inquit, sed ut discant. Et certè ipsi non deorat authoritas puniendi, sicut cū dicit: Quid vultis, in virga veniā ad vos? Et rursus: Non ut nos probati simus, sed ut vos quod bonū est, faciatis. Atque iterū: Non in euerfione, sed in ædificatione. Quid igitur satanā ad suppliciū vocas? Ut scilicet vnā cum vehementia atque cruciatu esset contumelia maior, imò verò infideles quidē ipsi docebant: eos verò qui à fide auersi essent, satanæ tradere consueuerant. Cur igitur? Propter infideles nanque. Ananias infidelis erat, qui tērabat adhuc. ut igitur fideles] discerēt se latere non posse, idcirco per seipos illos puniebant: eos verò qui postquā ista didicerant, à fide aberrabant, satanæ tradiderūt: ut per istud ostenderent, quod non propriis viribus, sed ipsorum custodia continebantur, quicunque se in arrogantia tumorem extulissent: quemadmodum in regibus cernimus, qui hostes quidem etiam suis manibus iugulant, subditos verò carnificibus tradunt. Indicat autē istud propter apostolorum custodiam fieri: præterea non minimū erat posse imperare diabolo, ex eo quippe monstratur, illum apostolis vel inuitum seruire, ac cedere solitum. Istud itaque parui non erat momenti. Quomodo autē illum tradiderit, audi: Congrega-

1. Cor. 2. d

1. Cor. 5. b

Act. 5. a

1. Co. 4. d

2. Co. 13. b

Ibid. 10. c

Quid nā autem, infideles?

quando quidem Ananias infidelis erat adhuc cum testaretur ut igitur infideles.

1. Cor. 5. b

tis, inquit, vobis, & spiritu meo, cum virtute domini Iesu Christi tradere huiusmodi hominē satanæ. Eiiiciebatur nepe à cōmuni fidelium cœtu, abscondebatur à grege, fiebat nudus, atque ita destitutus, atque ita lupis patebat, & prodebat incurfibus: sicut enim dudū nubes Hebræorū castra tegebat, ita & ecclesiā protegebatur sancti spiritus gratia. Si quis igitur extra ecclesiā fieret, cōburebatur: fiebat autē extra ecclesiā apostolorū iudicio: ita & dominus Iudā tradidit satanæ, cōtinuò enim post buccellam introiuit in illū satanas. Et hoc itē dicere possumus, quod eos quidē quos corrigi volebāt, non ipsi pœna plecebant: qui autē emendationem admittere nolebāt, eos ipsi supplicio subdebant, vel certè quia terribiles magis ipsi videbantur, cū ipsos alii traderent puniendos: ita & Iob satanæ traditus est, verū ille non delictorū causa, sed ut maiora referret virtutis præmia. Plurima eiusmodi nunc quoque contingunt. Quia enim sacerdotes leu ignorat eos qui peccatis obnoxij, indignè mysteria veneranda percipiūt: deus hoc sepius facit, eosque satanæ tradit. Quoties denique morbi, quoties detrimēta, quoties luctus, calamitatesque cōtingūt, & alia quælibet huiusmodi, huius rei gratia sūt: id Paulus quoque signatè expressit. Ideo inter vos, inquit, multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Et quomodo, inquit, ista perpetimur, cū semel tantū per annū ea sacramenta sumamus? Hoc nepe est quod vniuersa perturbat, quia non mūditiā animi, verū interuallo temporis longiore cōstare meritū putas, summamque arbitraris reuerentiam, ac religionem esse, si non sapius cœlestē illam adeas mensam: ignoras quoniam indignè accedere, etiam si semel tantum fiat, te supplicio tradit: dignè verò etiā si sæpe accedas, salutem inde conquiris? Non est audaciæ sapius accedere ad dominicā mensam, sed indignè accedere, etiam si semel tantum quispiam totovitræ tempore accedat. At nos adeo stolidi, adeo insensati sumus, ut cum innumera per totum annū scelera perpetremus, nihil ea curemus exuere: cæterum satis esse arbitramur, si non assidue præsumamus atque cōtumeliosè Christi corpus attingere: neque intelligimus miseri, quod hi qui cruci Christum affixerunt, semel tantum id fecerunt. Non igitur quia semel crucifixerūt, minus idcirco delictū est: & qui Christum prodidit, semel tantum prodidit: nunquid ergo hoc illū supplicio eripuit? Quid igitur hanc rem temporis lege metimur? Tempestiuum accedendi tempus munditiā conscientia faciat, nihil habet amplius quod in Pascha cōsummatum mysterium, eo quod cōtinuò celebratur. Vnum quippe atque idem est, eadem est sancti spiritus gratia, semper Pascha est. Nostis profectò qui initiati estis, id quod dicim, siue sexta feria, siue sabbato, siue dominica die, siue in celebritate martyrorū, eadē litatur hostia, idem sacrificium cōsummatum. Quotiescūque enim, inquit, manducabitis panem hunc, & calicem biberitis, mortē domini annūciabitis. Nulla obseruatione temporis sacrificiū circūscribere voluit. Cur igitur, inquit, tunc solum dicitur Pascha? Quia tunc pro nobis Christus mortuus est. Nemo igitur illo tempore aliter accedat, & aliter nūc. Vna virtus est, vna dignitas, vna gratia, vnum atque idem corpus. Non illud hoc sacratius, neque istud illo inferius est: atque hoc vos etiā nostis, qui nihil nouitatis inspicitis, præter secularia ista velamina, & multitudinem solito lætiorum. Habet aliquid amplius dies illi, quod scilicet ex illis inquitur.

Exo. 40.

1. Cor. 13. c

1. Job. 1. c

2. Co. 12. b

1. Co. 11. g

Nota.

1. Cor. 12. f



initium cepit salus nostra, quia in ipsis immolatus est Christus: iam verò quod ad sacramentum attinet, nihil amplius habent, nullam dignitatem, nullum privilegium. At tu cum carnale cibum sumpturus accedis, os antea ac faciem lauas: cum verò ad spiritualem mensam accessurus es, animam lauare dissimulas, atque immunditia plenus accedis. Sed non sufficiunt, inquit, quadragesimæ sanctæ ieiunia sordem illam nostrorum diluere peccatorum. Et quemam obsecro utilitas est, cum quis voluerit vngueta deponere, si prius emundet locum, deinde cum parum aliquid odoris iniecerit, etiam sterco adiiciat? Nonne fragrantia illa omnis abscedit? ita profectò & nobis cōtingit. Digni fortassis euasimus, cum pro viribus mūditiæ studeremus, sed postmodum rursus nosmet inquinare perreximus: hoc & de his qui possunt intra quadraginta dierum numerum peccata diluere diximus: ne, quæso, negligamus salutem nostram. Homo enim, inquit, qui auersus fuerit à peccato suo, & rursus pergens eadem fecerit, veluti canis est, qui ad suum reuertitur vomitum. Curemus quantum possumus, ne sit labor noster inanis: ita enim præmia illa consequi poterimus, quæ finem nullum habent: quibus nos omnes perfrui contingat, gratia domini nostri Iesu Christi, cum quo est patri, vna cum sancto spiritu gloria, imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

## Homilia VI.

Cap. II.



**O**bscuro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & pro omnibus qui in sublimitate sunt constituti. Quasi communis quidam totius orbis pater, sacerdos est: dignum igitur est, ut omnium curam agat, omnibusque provideat: sicut & deus, cuius ministerio seruit, & fungitur vice, idcirco ait: *Obscuro igitur primum omnium fieri obsecrationes & orationes.* Duo enim hinc præcipua oriuntur bona, quod odium omne quo alios prosequimur, deponimus. Nemo enim aduersus eum inimico esse animo potest, pro quo obsecrationes facit, & illi ipsi meliores fiunt. Nihil enim ita doctrinam commēdat, nihil magis ei vires insinuat, quam huiusmodi charitas. Considera denique, cuiusmodi sit eos diligere, qui insidiis appetunt, qui flagellant, qui vndique exagitant, qui denique necant, dum hi qui ista patiuntur, deum pro his ipsis qui se ita faciunt, intentissimis orationibus pulsant. Vides ut superiorem omnibus Christianum euadere velit? Quemadmodum enim in infantibus pueris, cum is qui à patre portatur infantulus, patris ceciderit faciem, nihil ex hoc obtundetur dilectionis affectus: ita & nos cum ab his qui extra sunt, cēdimur, nihil ex priore beneuolentia remittere omnino debemus. Quid autē sibi vult quod ait, primū omnium? In obsequio scilicet quotidiano, perpetuoque diuinæ religionis ritu. Atque id nouerunt fideles, quomodo diebus singulis manē & vesperè orationes fundantur ad dominum, quomodo pro omni mundo, & regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt positi, obsecrationes ab ecclesia fiant. Sed fortè quis dixerit, pro omnibus quod ait, tantum fideles intelligi voluisse. At id verum non esse, quæ sequitur, ostēdunt. Denique ait, pro regibus: neque enim tunc reges deum colebāt, verum multis postea temporibus in infidelitate, quam per seriē successionis acceperāt, perstiterūt. Deinde ut omnis assentationis suspicio tolleretur, cum præmississet, pro omnibus: tunc demum, pro regibus, addi-

dit. Si enim tantum pro regibus dixisset, fortassis non deesset qui adulationis gratia illum ita scripsisse putaret. Quoniam verò consequens esse cernebat, ut Christiani animus ad ista torpesceret, neque huiusmodi admitteret monita, siquidē pro gentili sacramento tempore preces oporteret offerri, vide quid secutus adiunxit, ut ex consideratione lucris admonitionem facilius libentiūsq; susciperet. *Ut quietam, inquit, & tranquillam degamus vitam.* Ac si dicat, in illorum salute securitas nostra consistit. Quemadmodum & in epistola ad Romanos, cum eos hortaretur obedire principibus, ait: Non propter necessitatē, sed propter conscientiam. Deus enim pro utilitate communi huiusmodi principatus instituit. Quam igitur absurdum est, cum illi idcirco militent, & arma circūferant, ut nos in tranquillitate, atque ocio simus, nos pro periclitantibus, ac nostri causa labores subeuntibus preces, effundere detrectemus? Non igitur assentandi gratia huiusmodi mandatum dedit, verum iustitiæ seruauit leges: nisi enim illi seruarentur, atque inter bella & hostes prosperè agerēt, necessariò & nostra omnia turbis, tum multibusq; plena essent. Nam nos aut militare opus fuisset, ac per nosmet eadē subire pericula concisus illis, aut fugere vagosq; per orbem terrarū ferri. Sunt enim, inquit, huiusmodi veluti obices quidam hostibus oppositi, per quos nos in pace seruemur. *Deprecationes, inquit, orationes, interpellationes, gratiarum actiones.* Deo quippe oportet referre gratias, etiam pro successibus aliorum: quæ scilicet Solem oriri facit super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos. Vides ut ille non modò per orationis studium, verum etiam per gratiarum actiones nos coniūgat, atque conglutinet? Qui enim necessariò cogitur deo referre gratias pro felicitibus proximorum successibus, ipsum quoque amare cōpellitur, sibiq; familiarius iūgi: quod si pro felicitatibus proximorum gratiæ agendæ sunt, quanto magis pro his, quæ in nos siue clam, siue manifestè proueniūt: pro his etiam quæ nobis inferuntur ad salutem nostram, etsi illa etiam tristitia esse videantur? Deus quippe ad utilitatem nostram cuncta dispensat.

Omnis igitur oratio nostra gratiarum actione non morcareat. Si autem & pro his qui nobis familiaritate leuiunguntur orare iubemur, non fidelibus solum, sed etiam infidelibus, considera quantum malum sit aduersus fratres orare. Ille nempe te orare pro inimicis iussit, tu etiam aduersus fratrem oras: non aduersus illum, sed aduersus te ipsum orare cōuinceris. Deum enim ad iracundiam prouocas, dum verba penitus stolidaloueris, ac dicis deo: ita illi fac, retribue ei, percutem illū. Ista quippe à Christi discipulis māsuetis ac mitibus longè remota sunt, neque illo digna ore, quod sacris instructionibus deditū sit. Nihil amarū, nihil durum ea lingua proferat, quæ diuinis rebus affueta est: nihil ex illo ore prodeat crudele, quod dominico corpore sapius saginatur. Mundam seruemus linguam, non per eam maledicta, non verba atrociora proferam. Si enim maledici regnū dei non possidebūt, quanto magis hi qui contra proximorum salutem orant? Necessesse est enim eum qui contra aliquem orat, etiam contumelias inferre. Contumelia autem & oratio multum ab inuicem distant: maledictum item, atque oratio multum ab inuicem distant. Accedis ad deum, ut illum tibi propitium facias, & contra alium oras? Nisi ipsi dimiseris, nec tibi omnino dimittetur. At verò tu non modò non dimittis, verum etiam deum

ne dimit-

ne dimittat deprecari. Vide ad quæ malitiæ prærupta accesseris, si ei qui non dimittit non dimittitur, ei etiam qui dominum ne dimittat precatur, quomodo dimittetur? Non illi profectò nocet, sed tibi ipsi: nam etsi pro tuis orans delictis fortassis audiendus eras, facit pessima intentio, qua contra fratrem oras, ut neque pro teipso audiri merearis: quippe impuro & contaminato ore preces offers. Nam re vera immundum huiusmodi os rectè censetur, atque omni foetore, omniq; spurcitia plenum: nepe enim cum debueras pro tuis metuere sceleribus, & omni conatu, ut remissione poteris orare, accedis ad deum, ut eum concites aduersus fratrem tuum: itane obsecro paues ac trepidas, & pro tuis culpis sollicitus es? Non vides quantum tibi incommodi parias? Imitare vel pueros, qui scholis traduntur, ac liberalibus disciplinis, qui cum viderint socios & contubernales suos rationem reddere cogi eorum quæ didicerint, eosq; qui negligentiores fuerint cædi, ac per singulos discuti, concidique verberibus, admonentur quid de se sperare debeant, & penè præ timore moriuntur: & si quis ex sociis eos crebro pulsauerit, nequaquam irascuntur, cum metus ille animum penitus occupauerit: neque magistrum interpellare habent, sed vnum tantum intuentur, quo pacto scilicet egredi, atque elabi absque verberibus possint: solumque id tempus semper versatur ante oculos, & cum excefferint ianuas, eo iam metu liberi, maxima tenentur voluptate: Tu verò stans, ac pro tuis sceleribus deprecans, non exhorrescis aliorum peccata animo voluere? Et quo pacto deum exorare poteris? Nepe enim dum contra proximos oras, aduersus teipsum illū amplius prouocas, nec permittis eum indulgentiam tuis præstare criminibus. Nam, dicit tibi deus, Quo pacto vis, ut ea quæ in me peccasti dimittam, qui illorum quæ in te deliquit proximus, cupis atque oras ut vltor existam? Discamus tandem esse Christiani. Si orare nescimus, quod facillimum est, quid aliud nos scire putemus? Discamus orare, ut cōuenit Christianis. Gentilium illarum preces sunt. Iudæorum huiusmodi orationes esse censetur: Christianis verò contra penitus iustum atque imperatum est, his qui in eos peccauerint, indulgentiam facilem dare, atque ut eis à deo ignoscatur tota intentione deprecari. Maledicimur, inquit, & benedicimus: perfectionem patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus. Audi quid orans Stephanus dicat: Domine ne statuas eis hoc peccatum. Non modò non contra eos, verum & pro eis orabat. Tu verò non solum non pro eis oras, qui te læserunt, sed contra eos preces emittis. Quemadmodum igitur ille mirabilis est, sic tu contra nequissimus. Quem verò admiramur omnes, quem dignum laudibus ducimus? eosne pro quibus orauit, an eum qui pro eis preces effudit? Huc scilicet, qui opus tam grandis charitatis exercuit, idque diuino magis, quam nostro iudicio comprobatur. Vis inimicum percuti? pro illo ora: verum non huiusmodi animo, neque illi quicquam huiusmodi penitus impreceris: hoc quippe illi contingit. Ceterum tu bonum hoc ea intentione ne facias. Nempe enim beatissimus ille iniuste omnia patiebatur, ac pro eis ipsis, à quibus patiebatur, orabat: nos autem & sæpe quidem ab inimicis iusta perpetimur. Quod si is, qui iniuste patiebatur, contra eos orare minimè ausus est, imò tutum sibi fore arbitratus non est, nisi & pro eis oraret: nos qui cum iusta patiamur, non modò pro

Tomus quartus.

cis, à quibus patimur, preces effundimus, verum & contra eos oramus: quibus non meremur suppliciiis tradi? Videris quidem illi dum oras, intētare vulnus, re autem vera contra teipsum gladium impellis. Non permittis iudicem tecum in tuis sceleribus mitius agere, dum illum aduersus alterum prouocas. Nam qua mensura mensi fueris, remetietur, inquit, vobis: & quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Simus igitur ad veniam faciles, ut nobis deus quoque eiusmodi fiat. Ista vos non solum audire cupio, & oro, verum etiam seruare diligenter. Ceterum, quod dolens dico, verba solum memoria tenetis, imò fortè nec verba. Quod ex eo constat, quod sepe cum hinc discesseritis, si fortè quispiam ex his, qui non affuerunt, quid dixerimus interrogare perrexerit: alij quidem nihil dicunt, quippe quibus omnia exciderint: alij verò qui scire videntur, quam solum materiam tractauerimus, vix summis labijs proferunt: hortatus est, dicunt, iniurias obliuisci, ac pro inimicis orare, omittuntque ea referre, quæ in eam rem dicta sunt: neque enim ea memoria tenent, vixque pauca meminerunt. Quocirca monco, si nihil ex verbis nostris refertis lucrari, ne ad audiendum quidem cōueniatis: quid enim utilitatis inde consequimini? Maius inde vobis iudicium sit, grauiorēque cruciatus promeremini, si post innumeras admonitiones nostras in eisdem persistatis malis. Idcirco nobis orationem constituit deus: ideo orare iussit, ut nihil seculare, nihilque humanum postulemus. Nostis qui fideles estis, quamnam in oratione petenda sunt, quam communis esse debeat omnis oratio. At fortè dicturus est aliquis, pro infidelibus orandum non est. Quia orationis vim omnino nescitis, ideo nec altitudinem, thesaurumque ipsius agnoscitis. Nam si quis eam diligenter euoluat, inueniet & hoc in ipsa orationis formula nobis diuinitus tradita positum. Nam cum quispiam orans dicit, Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra: nihil aliud omnino significat. Quippe in cælo, infidelium nullus est, nullus qui offendant. Si igitur de fidelibus tantum diceretur, rationi profectò consentaneum non esset. Nam si fideles voluntatem ipsius facerent, infideles autem non: iam non, ut in cælo, ita in terra voluntas ipsius fieret. Nam quemadmodum in cælo nemo malus: ita & in terra ut nemo sit malus, optandum est. Sed planè per illa orationis verba sic loquimur: Omnes ad timorem tuum pertrahe, omnes homines angelos fac, siue illi inimici nostri, siue persecutores sint. Non vides quot diebus singulis deus blasphemias impetitur? quot iniurias sustinet & à fidelibus & infidelibus, verbis simul atque operibus? Quid igitur? Num idcirco Solis extinxit radios? Num ideo lunam solito cursu cōtraxit? Num quid exiccavit mare, ac fundamenta concussit? Num quid exiccavit mare, ac fontes aquarum arefcere fecit? Num aëra & cætera elementa permiscuit? Nequaquam. Sed contra penitus, & Solem oriri facit, & pluias imbrēque largitur, atque ex humo annua alimenta ministrat insensatis, blasphemis, sceleratis, persecutoribus, non vno tantum die, vel duobus, aut tribus, sed per omnem penitus vitam. Hunc igitur imitare, hunc pro humanis viribus æmulare. Non potes Solem oriri facere? maledictis abstinere: non potes largos imbres effundere? conuiciis desistere: non potes alimenta indigentibus ministrare? violentiam fugere, sufficit si hæc deo offeras munera. **Dei nempe beneficia per opera in**

T hostes

hostes ipsius emanant: tu vel verbis hoc facito, pro inimicis ora: ita patri tuo, qui in cœlis est, similis fies. Millies iam huiusmodi monita dedimus, neq; ea repetere vnquam desistimus, modò aliquis profectus eueniat. Nos quidem neque torpescimus, neque lassescimus, neque hæc vobis dicere defatigamur: reliquum est, vt vos dum hæc auditis, non ea molestè admittere videamini. Videtur autem quispiam ea molestè suscipere, cum non ea facit quæ dicimus. Nam qui ea opere exequitur, ea iugiter audire cupit: quippe à quibus nihil molestiarum, & laudis plurimum se referre arbitrat, quod non consequuntur nisi qui ea quæ dicimus faciunt: aliàs quippe qui dicit, onerosus est. Si quis denique eleemosynam faciat, dum audit de eleemosynis differentem, non modò nõ lassescit auditu, sed exultat potius, audiens rectè sua dici, atque prædicari. Nos autem quoniam nullum patientiæ studiũ habemus, neque eam rem virtute quæsiuimus, idcirco cum de his verba fiũt, ea molestè videmur admittere. Quòd si ei rei studeremus, nunquã profectò lassescere, cum de illa verba fiũt, possemus. Igitur si nos minimè molestos esse atq; onerosos cupitis, sic facite, rebus ipsis, quæ dicimus, implere curate. Nam nunquam eadem vobis repetere desinemus, donec penitus insinuentur cordibus vestris, atque in opus erumpãt. Nam summo profectò affectu, & eximia beneuolentia in vos istud agimus, partim etiam ob id quòd nobis periculum imminet. Quippe tubicinem, etsi nemo ad bellum profecturus sit, tuba tamen canere oportet, suũque munus implere. Non itaque vt vobis maiorem cruciatum præparemus, si negligatis, hoc facimus: sed vt & nostrum periculum euitemus, & charitatis debito vestris com-

modis consulamus. Nam discernuntur quodammodo viscera nostra, & nimio angore tabescim⁹, si quid eiusmodi fiat: sed absit id penitus. Non sumptibus opus est, non peregrinatione longiori, non aliquo eiusmodi ad ea implenda quæ dicimus: velle tantum oportet, verbo solummodo opus est, atque integerrima voluntate. Seruemus os nostrum, ianuam illi ac vestes apponamus, vt nihil ex his quæ deo grata non sunt, loquamur. Nostris prospicimus cõmodis, dum pro inimicis oramus, nõ his pro quibus preces effundimus. Hoc semper versemus animo, q; qui inimicũ benedicit, seipsum benedicit: & qui illi maledicit, in seipsum maledicta detorquet. Et qui pro inimico orat, pro se magis, quàm pro illo orare cognoscitur. Ita poterimus huiusmodi virtutem consequi, & his quæ nobis promissa sunt bonis sempiternis perfrui: quibus nos omnes potiri contingat gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

Homilia vij.

**V**t quietam & tranquillam vitam degamus in omni pietate & castitate. Hoc enim bonum & acceptum est corã saluatore nostro deo, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Quia communia cupit bella dissolui, & pugnas agitationesq; & armorum fremitus, atque ideo & pro regibus, & principibus sacerdotè offerre preces hortatur: longè magis & in priuatis bellis id necessariò sibi faciendũ meminit. Quippe tria sunt bellorũ genera grauiora. Vnum quidem commune, hoc cum exercitus nostri aduersus Barbaros pugnant. Secundũ, cum etiam pacis tempore nos inuicè oppugnamus. Tertium, cum vnusquisq; aduersum se bella seditionesq; concitat:

sumq; Qui fratrem suum odit, ignorat deum. Vides quot sint impietatis species: Idcirco ait, *In omni pietate & castitate*. Impudicus enim est, non modò fornicator, verum & auarus quoq; & impudicus, & intemperans meritò dici potest: quippe est ea concupiscentia, carnali libidine minimè inferior. Qui igitur non illa temperat, intemperans dicitur. Ex eo enim q; huiusmodi cupiditate minimè abstineant, eo censentur nomine. Ita fermè & iracundum intemperantem equidem dixerim, & inuidum atque auarum, & simulatorem, & omnem penitus peccatis obnoxium, turpem, inhonestum, atque impudicum. *Hoc enim bonum & acceptũ est*, inquit, *coram saluatore nostro deo*. Quid illud est? Orare pro omnibus, hoc suscipit deus, hoc iubet: *Qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*. Imitare deum tuum, si omnes ille vult saluos fieri, meritò pro omnib⁹ oportet orare. Si omnes ipse saluos fieri cupit, illius & tu cõcorda voluntati: q; si & ipse vis ora, quippe volentium est orare. Vides vt omni ex parte animam inducat ad orandũ, etiam pro gentilibus ipsis? Nempe enim quid hoc pariat lucri, indicat cum subiungit, *Vt quietam & tranquillam vitam degamus*. Et quòd hoc longè maius est, quia deo id gratum est, ac per hoc illi euadimus similes, dum quæ ipse vult, eadem volumus. Sufficere & ista poterant ad exorandum quamlibet immanem beluam. Igitur pro gentibus orare non metuas, quandoquidem hoc ipse vult: time magis contra illos orare, quoniam hoc ipse nõ vult. Porro si pro gentilibus oportet orare, constat profectò q; & pro hæreticis ipsis, pro omnibus quippe hominibus orare necesse est. Hoc autem & alia ex ratione bonum honestumq; est, q; scilicet eiusdem nos naturæ participes sumus, deusq; huiusmodi beneuolentiam & laudat & suscipit, amplectiturq; affectum in alterutrum magnum. Si ergo, inquires, deus ipse dare vult, quid hoc me orare necesse est? Multum hoc omnimodis cõfert. Nam per huiusmodi orationis studium, te ad eum diligendum trahit, neq; finit efferari, sufficiunt & hæc illos attrahere ad fidem. Plurimi nanq; mortalium dum aduersus homines proteruè contendere, à deo discesserunt. Salutem autem hanc modò appellauit, quæ ex huiusmodi oratione cõstaret. Qui omnes, inquit, homines vult saluos fieri, & hæc veraciter salus est. Nam sine hac magnum nihil assequimur, solũque salutis nomen, & nuda appellatio reliquum erit. *Et ad agnitionem, inquit, veritatis venire*.

Veritatem, fidem in Christum synceram atque integram dicit. Nam in præcedentibus dixerat, præcipe non aliter docere: ne eis veluti inimicis intenderet, neu rixas ex huiusmodi occasionibus quæreret: omnes, inquit, homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: ac protinus intulit: *Vnus enim deus, & vnus mediator dei & hominum*. Et ad agnitionem veritatis venire, inquit. Ostendit per hoc orbè tunc in veritate non esse: & item, vnus enim deus, non plurimi, vt isti putant, qui omnes saluos fieri vult, mistiq; mediatorum filium suum. Quid ergo filius? nõne deus est? Nulli profectò dubium. Quomodo igitur, inquit, vnus? Ad distinctionem scilicet idolorum, non ad filium retulit: nam de veritate & errore omnis illi sermo erat. Enimvero mediator vtriusque eis debet societate coniungi, quorũ mediator est. Id quippe mediatoris est proprium, vtrorunq; participem fieri, quorum fuerit mediator. Quòd si vnum quidem so-

cietate contingat, ab alio verò fuerit separatus, mediator iam dici non potest. Nisi igitur confors sit paternæ naturæ, mediator profectò non est, quippe cũ à patris sit substantia separatus. Quemadmodũ enim humanæ naturæ consortium accepit, quando ad homines venit: ita & dei substantia non abscessit, quoniam à deo venit. Nam quia duarum naturarum medius fuit, ambarum oportuit esse participem. Quemadmodum enim loci cuiuslibet mediũ vtranq; partem cõtingat necesse est: ita & naturarum ambarum medium oportuit vtraq; naturas contingere, atque connectere. Quemadmodum igitur homo factus est, ita etiam deus erat. Homo quippe purus mediator nunquam penitus fieret: oportebat enim huiusmodi mediatorẽ cum deo colloqui. Deus item solus mediator esse non posset, neq; enim ipsum suscepissent hi quorum mediator accederet. Quẽadmodum illic ait: *Vnus deus pater, & vnus dominus Iesus Christus: ita & hĩc, vnus & vnus*. Non ponit duos: quia enim aduersus multorum deorum disceptabat errores, ne quis duorum numero, deorum multitudinẽ putaret inferri, vnus, inquit, & vnus. Vides quanta diligentia, quantaq; vigilãtia, scriptura huiusmodi collocet verba? Vnus quippe & vnus duo sunt. At non istud dicimus, etsi ratio suggerat. Non dicis vnus & vnus duo, quemadmodum neq; cogitatio suggerit vt dicas, si t gemit passus est. *Vnus enim, inquit, deus, vnus & mediator dei & hominum Iesus, qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus testimonium temporibus suis*. Nunquid etiam pro gentilibus? Nemo id ambigit. Et Christus quidem etiam pro gentilibus mortuus est, tu pro illis orare non sustines? Et quo pacto, inquires, illi non crediderunt? Quia noluerunt: suas tamen ille partes executus est, t dum pro eis in cruce pederet. Venit enim vt testimonium perhiberet paternæ veritati, atque occisus est. Itaque non illi tantum patet testimonium perhibet, verum etiam & ipse patri: Ego enim, inquit, veni in nomine patris mei, & iterum, *Vt cognoscant te verum & solum deum: & item, Spiritus est deus*. Vsq; ad mortem igitur testimonium perhibuit, temporibus propriis, id est, congruentibus. *In quo positus sum ego prædicator & apostolus. Veritatem dico, non metior. Doctõr gentiũ in fide & veritate*. Quãdo igitur & ipse pro gentibus passus est, & ego doctõr gentium constitutus sum, cuius rei gratia tu pro ipsis orare detrectas? Rectè hoc in loco fidè facere oportuit, quia gentium doctõr, inquit, constitutus sum. Valde enim ad hoc apostoli diffidebant. Deinde adiecit, doctõr gentium in fide & veritate. In fide iterũ ait. Verum noli putare, quoniã in fide dixerit, aliquid latere fallaciæ. Etenim protinus in veritate subiũxit, vt omnem suspicionem mendacij prorsus auferret. Vides gratiam vbique diffusam? Iudæis nempe pro huiusmodi orare, solenne non erat. At nunc gratia propagata est. Doctõr, inquit, *gentium in fide & veritate*. Qui dedit, inquit, *semetipsum redemptionem*. Quomodo igitur à patre traditus est? Magnæ profectò atq; immensæ benignitatis huiusmodi precium fuit. Nam profectò excruciatu illi merebantur, prorsusque perituri erant: sed pro ipsis suum tradidit filium, vt prædicatio crucis excresceret. Sufficere profectò ista poterat ad omnes attrahendos ad fidem, atque ad Christi dilectionem illam ineffabilem ostendendam. Est enim ipsa magna profectò, atque inenarrabilis: litauit semetipsum pro inimicis; pro his qui se ode-

1. Io. 2. b. sumq;  
1. Cor. 8. b. re t  
1. Cor. 8. b. re t  
1. Cor. 8. b. re t

1. Cor. 8. b. re t

1. Cor. 8. b. re t

1. Cor. 8. b. re t

1. Cor. 8. b. re t

1. Cor. 8. b. re t

1. Cor. 8. b. re t

1. Cor. 8. b. re t

1. Cor. 8. b. re t

1. Cor. 8. b. re t

1. Cor. 8. b. re t



rant, pro auerfis à se. Id quod neque pro amicis, neque pro filiis, neque pro fratribus faceret quispiam, hoc fecit pro seruis domini, atque pro huiusmodi deus. Deus enim pro hominibus, pro mortalibus immortalis, pro temporalibus sempiternus, pro inimicis denique dei filius. Nam si illi antea conuersationis merito ac virtute placuissent, minus mirabilis charitas illa videri potuisset. Et certè ad illam ipsam nulla humana dilectio posset accedere. Quòd enim in hominibus eiusdem substantiæ non fit, vt pro se inuicem moriantur, tunc profecto magno excessu bonitatis factum est: & tamè nos cum tanta ceperimus summæ illius charitatis indicia, tanta beneuolentia potiti sumus, torpescimus, atque negligimus, neque amamus Christum. Ipse pro nobis semetipsum offerre dignatus est, nos illum necessario indigentem cibo miserè aspernamur, infirmumque ac nudum nec visitare dignamur: quanta hæc ira plectenda sunt? Quibus cruciatibus, quibus incèdiis obnoxia sunt? Nempe enim si nihil aliud ille pro nobis egisset, vel hoc ipsum solum, quòd humanas passiones sibi assumere voluit, ac dicere dignatus est, Esurio ac sitio: omnes profecto ad se vehementer amandum prouocare sufficeret. Sed ò infelix pecuniarum, nimisque violenta dominatio: imò verius, ò nequitia singularis eorum qui spontè pecuniis seruiunt. Nam illæ profecto non nimis habent viriù, verum nos nimium dissoluti, lasciuique sumus, nos deieci in humum, atque terreni, nos carnales, nos stolidi atque insensati: illarum enim non nimia vis est. Quid enim obsecro, possunt? Stolidæ sunt atque insensibiles. Si diabolus nihil præualeat omnino, si impurus demon, qui ira nequam est, vt cuncta permisceat, omniæque confundat, nihil aduersus nos habet virium: quid pecuniæ ipsæ iam possint? Si argentum videris, stannum esse arbitrare. At non potes, quod est, id veraciter esse puta, quòd scilicet terra est. At neque fortassis hanc suscipis rationem. Considera quòd nos etiam quærimus, quòd plurimi ex his qui possidere diuitias, nihil ferè emolumentum ex ipsis retulerunt. Quòd innumeri qui in his gloriabantur, in cinerem pulueremque conuersi sunt, nuncque pœnas extremas expendunt, his qui testa & vitro vtuntur, longè & miserabilius affecti, atque his etiam pauperiores. Et hi qui in stratis eburneis dormiunt, eis multò infeliciores, qui in stercore iacent, esse comprobantur. At fortasse oblectat obtutus? Sunt quidè plurima, quæ maiorem vim oblectandi in se habeant. Nanque enim & flores, & lucidus aër, serenumque cœlum, & Solis iubar, longè amplius mulcet, gratiusque delectat. Habet quippe argentum sæpe & rubiginem. Vnde & plurimi nigrum ipsum esse definiunt, quòd constat ex imaginibus vetustate nigratis. Enimvero in Sole obscurum nihil est, nihil in cœlo atque syderibus, quòd offendat obtutus: longè gratior in huiusmodi floribus aspectus est, quàm in colore illo. Non ergo flos est qui oblectat, sed auaritia atque iniustitia: hoc nempe oblectat animas hominum, non argentum illud. Eiusmodi concupiscentiam ex animo, & protinus aspicias quòd preciosum esse putabatur, ignobilis cœno. Eiusmodi perturbationem prorsus elimina. Nam & qui febrium ardore fatigantur, etiam cum cœnum viderint, illud ac si fontes purissimos appetunt. Qui verò vt congruit, sani sunt, neque aquam quidem sæpe cõcupiscunt. Morbum abs

te arcere contèdè, resque ipsas inspicias, vt sese habent. Atque vt discas me ista non mendaciter profequi, plurimos equidem ostendere possum, qui hoc fecerunt. Eiusmodi extingue ignem, & aspicias huiusmodi omnia floribus esse viliora. Bonum est aurum, verum si indigentibus erogetur: bonum, si ex ipso pauperes nutriantur: bonum, nisi eo quispiam inutiliter vti velit, nisi domi seruare velit, atque humo subruere: ita enim profecto inutile est, plenumque detrimenti. Nec minus, cum manibus ac pedibus, capitibusque, quasi pro ornamento dependet. Non ideo aurum effossum est, vt eo diuinam vinciamus effigiem; sed vt victos potius absoluamus. Ad hoc auro vtere, vincitum solue, non solutum vincire contendas. Cur enim, quæso, rem abiectionissimam tanto honore dignam putas? Non enim quia aurum est, vinculum idcirco non est. Neque enim materia vinculum facit, siue aurum, siue ferrum sit. Idem profecto est, quanquam & hoc illo sit grauius. Verum quid est, quòd eam rem leuem existimari facit? Inanis scilicet gloria. Cum scilicet gaudet infelix mulier, vincitum se ab omnibus eerni, vnde potius erubescere debuit. Nam vt hoc verum esse cognoscas, si illi huiusmodi circumdederis vincula, atque in solitudine vbi nullus inspector sit, manere permiseris, grauabitur vinculo, molestissimumque putabit, atque à se quamprimùm excutiet. Timeamus dilectissimi, ne verba illa terribilia audire contingat. Ligatè ipsi manus & pedes. Quid hoc tibi infelix mulier iam conspicaris, manusque & pedes vinciri permittis? Nemo ex vinculatorum numero manus pedesque vincitur. Quid caput etiam obligas? Non sufficit manus pedesque vinxisse: Quid ceruicibus quoque innumera imponis vincula? Omitto solitudinem, quam ista secum inuehunt, metum, anxietatem, rixasque cum viro, si quando ipsis indigeat, mortem quam sustinent, si quid ex his perire contingat. Hæccine obsecro voluptas est? Vt alius oblectetur aspectu, tu teipsam & vinculis & curis, atque periculis, & angoribus, quotidianisque corrixationibus subiicis? Quam oro istud reprehensibile est? Ne igitur, quæso, ita faciamus, verum soluamus omnè obligationem iniquitatis, frangamus esurienti panem, & alia omnia studiosè agamus, quæ fiduciam nobis ad deum præstare possint, vt promissis bonis perfrui mereamur, in Christo Iesu domino nostro, Amen.

## Homilia viij.

**V**olo igitur viros orare in omni loco, extollentes puras manus absque ira & disceptatione. Similiter & mulieres in habitu ornato cum verecundia, & pudicitia, seipsas ornare, nõ in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veste preciosa, sed quod mulieres decet pollicentes pietatè per opera bona. Cum oratis, inquit saluator, nolite fieri sicut hypocritæ. Amant enim in synagogis & angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio tuo ora patrem tuum in abscondito, & ipse reddet tibi in manifesto. Quid igitur Paulus sibi vult, qui ait: Volo orare viros in omni loco, extollentes puras manus, absque ira & disceptatione? Num enim domino suo contraria imperat? Absit, imò illius dictis per omnia concors esse deprehenditur. Quoniam autem modo? Tunc demum apertius innotescet, cum prius explicauerimus quid sit, intra in cubiculum tuum. Nam profecto plenum absurditatis erit, si istud simpliciter

simpliciter acceperimus, quasi nõ liceat omnibus in locis, atque in ecclesia ipsa orare, vbi fideles in primis orationis causa cõueniunt: ne in alia quidem domus parte est, nisi in cubiculo tantum preces effundere. Quid igitur hoc sibi vult? Euitadam prorsus inanem gloriam, stultissimamque iactantiam, omni studio Christus admonuit, dum non modò clam, verum & in abditori domus parte vota atque preces afferendas admonuit. Sicut enim cum dicit, Nesciat sinistra quid faciat dextera tua: non de manibus simpliciter differit, sed magnitudinem vanitatis iugulare contendit: ita & hoc in loco cubuli nomine, secretum intimi cordis expressit. Nõ igitur vnus loci orationem angustis clausit, verum id solum imperauit fugiendam stultissimam vanitatem, orandumque omnibus in locis patrè ex intimo cordis affectu. At verò Paulus, vt Iudaicæ obseruationis in orando dementiam confutaret, ait: In omni loco extollentes puras manus. Id nempe Iudæis fas seruare non erat, neque enim licebat, nisi vno in loco ad deum accedere, atque litare hostias, & cetera obsequia legis inferre: atque ad ipsum locum vndique ex toto orbe concurrere necesse erat, omnèque expiationis ritum in templo perficere. Contrariam igitur aduersa frõte obseruantiam infert, atque ea necessitate nos liberans: non, inquit, eiusmodi nostra sunt, cuius Iudaica esse noscuntur. Nam quemadmodum pro omnibus orationes fieri iubet, quippe cum & pro omnibus Christus mortuus sit: ita & omnibus in locis orare optimum est, vt iam huiusmodi obseruatio nõ in locis sit, verum in ipso orationis affectu. Vbiq; igitur ora, inquit, vbiq; puras attolle manus: hoc enim est, quòd in quæstione vesatur. Puras, inquit, manus:

Id est, mundas, non aqua lotas, verum cupiditate, rapina, cædibus, mûdas absque ira & disceptatione. Quid, oro, hoc sibi vult? Quis enim irascitur orans? Ceterum iræ nomine prophanam iniuriarum memoriam significare voluit. Munda, inquit, sit orantis intentio, huiusmodi memoriæ peste, vitio omni atque perturbatione libera accedat ad eum: nullus adeo audax sit, vt inimicitias exercens, ad deum pergat orandum. Nemo cum angore animi, ac disceptatione oras, exaudiri se putet. Quid sit autè disceptatio, intètius accipite. Nõ licet prorsus ambigere, si puras ad deum leuem preces, nos exauditum iri. Quæcunq; enim petieritis, inquit, credentes accipietis, & rursum, Cum statis ad orandum, dimittite, & dimittetur vobis. Hoc nempe est absque ira & disceptatione orare. Et quo pacto, inquit, credere possum petitione potiturum? Si nihil ex eis postulaueris, quæ illius volutati, tuæque salutis cõtraria sunt. Si maiestate tanta nihil indignum, si nihil omnino mundanum, si spiritalia omnia, si absque ira acceperis ad orandum, si mundas extuleris manus, si sanctas. Sanctæ quippe manus sunt, quæ eleemosynas faciunt. Si ita instructus acceperis, voti omnino cõpos eris, & quicquid postulaueris, impetrabis. Si enim vos, inquit, cum fitis mali, noxtis bona dare filiis vestris, quantò magis pater vester qui in cœlis est? Disceptatione, vt dixi, ambiguitatè intelligi vult. Similiter, inquit, & mulieres orare volo absque ira & disceptatione, purasque in cœlum manus intendere, non propria desideria sequi, nõ diripere, nõ studere auaritiæ. Quid enim refert, si ipsa nõ rapias, & viri tui studio & manibus id facias? Plus aliquid diligentiæ à mulieribus expetit Paulus. Id autem cuiusmodi est? Cum verecundia, inquit, & pudicitia in habitu ornato seipsas ornare, nõ in tortis crinibus, aut

ibidem.

Matth. 12. b.

Marc. 11. c.

Matth. 7.

Luc. 11. b.

11. b.

**A**uro, aut margaritis: sed quod decet mulieres pollicentes pietatè per bona opera. Habitum profecto tunicam vndique honestam, compositam significare voluit. Ornatum nõ exquisitum intelligas, sed moderatum. Hic enim ornatus habitus est, ille autem etiam fœdus. Quid dicis? Moralè Deum precaturâ pergis, & ornamenta aurea circunfers, flauosque crines, & ipsos auro cõpositos? An verò saltatura ad ecclesiam pergis? Nūquid hic nuptias & lasciuia oblectamenta cõquiris? Nū vt tui spectaculum præbeas aduenisti? num tibi nunc instruendus est thalamus? Illic nempe monilia, illic ornamenta aurea, illic ornatus crinium, illic preciosa vestis locum aliquando fortassis habeat. At verò nunc nullo tibi huiusmodi ornato atque apparatu opus est. Accessisti vt deum pro peccatis tuis suppliciter depreceris, vt tuis in illum sceleribus veniã cum gemitu ac lachrymis petas, accessisti, vt dominum tibi propitiū facias: quid teipsam ornari improbo atque intèpestiuo studio contendis? Nõ iste supplicis habitus. Quo enim pacto ingemiscere potes, ac lachrymas fundere, atque intètissimè vt decet orare, quæ eiusmodi ornato cõpta procedis? Nam etsi lachrymas fuderis, risum cernentibus huiusmodi lachrymæ mouebunt. Neque enim auro amicta debet incedere, quæ lachrymas pro peccatis profundere intèdit. Est enim potius scena quædã atque simulatio, si ex eodè animo, ex quo tanta sumptus magnificentia, tantaque ambitio prodiit, inde etiam profundi lachrymas viderint. Amputa omnem eiusmodi simulatione, circūcide abs te omnè illud scenæ atque histrionum gestum. Deus enim profecto nõ irridetur. Ista mimis & saltatoribus, & his qui in scena versantur, relinquenda sunt: sobriè atque ornatè mulieri nihil eiusmodi congruit. Cum verecundia, inquit, & pudicitia. Noli igitur eas imitari, quæ meretricio feruntur incessu. Nanque illæ per exteriorem cultum atque habitum, plurimos post se trahunt amatorum greges, atque hinc plurimè pessima sepius suspitione non carent: nihilque prorsus eiusmodi lucratur ornato, immò & plurimis ex ea opinione nocuerunt. Nã quemadmodum impudica, etiam si pudica videatur, nihil ex huiusmodi opinione lucratur, cum iudex ille noster occulta omnia tunc in medium producturus sit: ita ne pudica quidem, si per habitum studeat adulterij opinione notari, quicquã ex pudicitia opinione lucrata est. Plurimos enim & ipsa ex hac opinione violauit. Verum quid agas, inquit, si alius de me pessimè suspicetur? Tu huic suspitioni, per habitum, per incessum atque aspectum, & omnem corporis motum fometa ministras. Quocirca & Paulo ingens cura est, huiusmodi superfluum ornatu ad honestiorem modum componendi, ac tuendo pudori plurimum studij impedit. Quòd si ea quæ opum tantum indicia sunt, tanto studio circuncidit, aurum scilicet, margaritas, & vestimenta preciosa: quantò magis ea quæ immodico studio & arte quæruntur, cuiusmodi sunt purpurissò vultus inficere, & stibio oculos pingere, fracto incedere gressu, vocem formare molliorem, lasciuum obtutum, & qui libidinis iaculetur incèdia, superfluam pallij ac tunicæ iactationem, cingulū exquisita arte studioque confectū, stridentes soccos, & cetera irritameta lasciuie? Hęc enim omnia vno verbo signauit, cum diceret, in habitu ornato, & cum verecundia ornare se. Ista quippe & à verecundia remotissima sunt, & plena dedecoris turpitudinisque censeantur. Sed quæso feratis æquamiter. Nam idcirco

Moralè

Gala. 6. b.

ista aperta ac liberiori voce deprompsimus, non vt feriant neque vt mœrore conficiant: verum vt quod alienū est, à nostro grege omne simul amputetur. Enimvero si his quæ sub viro sunt, quæ in deliciis viuunt, quæ diuitiis circūfluūt, interdicit: quātō magis eis, quæ virginitatē professæ sunt? Et quæ nā, inquires, virgo monilia aurea, tortumque crinem circumfert? Atqui tanta est reliquiū habitus cura, tamque exquisita diligentia, vt omnē illum aureum cultum facillē transcendere videatur. Licet enim etiam vilibus panis, eiusce compositionis opinione notari, nec minus quam si aureas amicaretur vestes. Vbi enim pulla tunica fuerit, & pectori cingulo diligenter adstricta, ad earum instar, quæ in scena saltant, vt neque nimium turgēs in latum excedat, neq; tenuē, alitricūq; immodicē contrahatur, verum seruato medio inter vtrumque, modō rugas circa pectus intēdant pariles, quam sericæ vestis illecebram hac arte non superet? Quid autem cum calceus ipse pullæ vesti subiectus, maiorem sui decorem cernentibus præfert, atque ad imitationem antiquæ picturæ in acumē venustius desinat? Quid item cum faciem fucis quidē ornare nō pergis, sed eam nimio studio diligentiaq; circumluis, atque supernē à fronte velum facie candidius suspēdis, ac demum pallium imponis, vt sub nigro colore facies decentior videatur, & gratior? Quid item oculorū illos innumeros iactus? Quid itē de collo, quod nunc quidem operitur, nunc autem de industria denudatur? Quid itē de strophio, quod mamillis constringēdis apponitur? & hoc enim sæpenumero nudant, vt cingēdi magis appareat diligentia, dum pallium omne circa caput agitur. Manus autē quemadmodū tragœdi, ita accuratē manicis induunt, vt naturaliter ita effictæ videantur. Quid memorē tractam humi tunicam, incessūque infractum, & huiusmodi cetera studia, quibus longē magis quam auri monilibus intuentes capi solent? Timeamus dilectissimi, ne nos quoque ea audiamus, quæ propheta Hebræis mulieribus huiusmodi ornatu exteriori gloriantibus cōminatur, dicēs: Pro zona funiculo cingēris, & pro ornamento capitis tui caliciū habitura es. Adeo autem plus ista, quam aurum, ad lasciuia illecebram valent, vt etiam scorta plurima ad hoc omni studio intendant, vt per aspectum sui capiant intuentes. Non minimum istud peccatum est, sed magnum prorsus, vt quidē ipsum deum irritare ad iracundiam possit, omnemq; virginitatis laborē absumere, gloriāque corrumpere. Christū habes sponsum, quid amatores post te homines trahis? Meritō tunc te ille adulterij damnat, quod ornatum sibi gratum atque charū tibi conquirere negligis, verecundiā scilicet, pudorē, honestatem, habitūque ornatū: hic nempe habitus adulter est, atque adeo fœdus, vt meretrices ac virgines ferē discernere nequeamus. Intuere huiusmodi virgines, ad quantam turpitudinem deuolutæ sunt. Simplicem esse, neq; accuratē compositam virginē decet, negligentiaq; potius, quam eiusmodi curæ notari. Quippe eiusmodi exterior ornatus, ornamenta intima demolitur. Is enim q̄ eiusmodi fuerit studiosus, interioris ornatus negligens sit necesse est: quemadmodum & is qui exteriorem aspernatur, studium omne, omnemq; diligentiam, ad componēda sua intima transfert. Nec velim dicas, me miseram, attritū palliū fero, abiectosq; calceolos, nullius precij tunicam: cuiusmodi hic ornat⁹ est? Noli te ipsam fallere:

licet, vt dixi, etiam per huiusmodi vilia magis ornari, quam per aurea illa monilia, & exquisitissimas vestes. Quippe per attritū palliū corpori decēter adstrictum, impudentiam præfers magis, ac pulchritudinis gloriā aucuparis. Ista mihi nunc loqueris. Cæterum deo quid dictura es, qui mentis rimatur arcana, nouitque qua ista intētiōne facias? Sed esto, nō ista causa libidinis facias, neque vt post te gregem adolescentum trahas. Cur quæso id facis? Vt admirationi habearis? Nō erubescis infœlix, neque pudore suffunderis in rebus huiusmodi admirationē humanam & gloriā querēs? Sed dictura es, Simplici animo ista circumfero. Nouit profectō deus, quæ loqueris nobis: neque enim mihi rationē redditura es, sed illi qui & modō tuis omnibus actibus, & animi motibus adest, & tunc ista diligenti examinatione discutiet. Illi, inquam, cui nuda & aperta sūt omnia. Hęc idcirco nos dicimus nūc, vt vos pœnis illis quæ eiusmodi reis sūt propositæ, eripiamus. Et pedibus, inquit, simul ludētes, magnum profectō certamē subistis: pugnare hic congruit, non ornari: luctari conuenit, non in molliem solui. Nō aspicias pugiles atque luctatores, vt illis nequaquā cura sit incessus & habitus? Verum his omnibus omisissis, vestem oleo madidam induant, atque ad vnam tantum rem intenti sint, quo pacto scilicet & aduersarios feriant, & ipsi illorum ictus eludant. Stat ecce diabolus dentibus stridens, ac modis omnibus te prosternere cupiens, dum tu circa huiusmodi diabolicum prorsus ornatū versaris attonita. Piget nunc de voce referre, cui maximo studio plurimæ seruiunt. De vnguentis itidem, ceteraque mollietie. Nempe idcirco irrident vos seculares mulieres, quod honestissimum virginitatis nomen & insigne pulcherrimum perdidistis. Nemo iam virginem digno honore profequitur, quippe seipsas huiusmodi honore priuarūt. Nōne eas oportuit ita in ecclesia esse venerandas, atque mirabiles ac si de cœlo descenderent? At nunc despectæ penitus sunt sui vitij causa. Nā cum viderit te, cuius professio est crucifixam esse mundo, ea quæ virum habet & liberos, & regimē domus, mundum muliebrem maiori studio persequi quam se: quid mirum, si irideat, & abiectam prorsus ac despicabilem putet? Aspice quantum studij, quantumq; curæ superflue assumis, dum vilibus vestibus preciosē amictam superare contendis: maiorique ambitu ornari quæris, quam illa quæ auro & gemmis compta procedit. Quæ tibi conueniunt, ea minimē conquiris: quæ autem à proposito tuo sunt remotissima, ea tota intentione sectaris, dum solis bonis operibus operam te dare conueniat: idcirco nempe secularibus fœminis ignobiliores virgines euaserūt, quod indigna professione sua agere deprehenduntur. Ista non ad omnes dicimus, immō verius ad omnes, vt quæ huiusmodi reatu tenentur adstrictæ, respiciant: & quæ insontes sunt, emendare illas omni studio & tota cura contendant. Sed agite quæso, vt huiusmodi correptio in opus erumpat. Neq; enim vt vos mœrore afficeremus, diximus: sed vt à culpa reuocemus, vtque in vobis, ac de vestra emendatione gloriemur. Proueniat autem nobis ex superno munere, vt omnes quæque deo grata sunt, agamus, atque in ipsius gloriā, honoremq; viuamus, vt etiam promissis bonis perfrui mereamur, in Christo Iesu domino nostro, cum quo est patri gloria, &c.

Mulier in silentio discat in omni subiectione. Mulieri autem docere non permitto, neque dominari viro, sed in silentio esse. Adam enim primus formatus est, deinde Heua: & Adā non est seductus, mulier autē seducta in prauaricatione fuit: saluabitur autē per filiorū procreationem, si permanserint in fide & charitate, & sanctificatione cū sobrietate. Magnam prorsus à mulieribus beatissimus Paulus verecundiam exigit, summamque honestatē, dum eas nō modo ad habitū vsque, amictūque componit, verum & silere perpetuo imperat. Nihil, inquit, loquatur in ecclesia mulier. Id quod & ad Corinthios scribēs dixit: Turpe est enim mulierib⁹ in ecclesia loqui, & rursus alio in loco: Lex, inquit, eas subditas fecit. Si quid autē discere volūt, domi viros suos interrogent. At nunc ingens vbique tumultus, maximus clamor, collocutio plurima atque cōfusa, neque vsquam alibi tantum loqui mulieres, neque in foro, neque in balneis, quātum intra ecclesiā videas, quasi ob hoc ipsum eō cōueniant, vt quæ velint, licitē loqui possint, ita inutilib⁹ fabulis occupatæ sunt omnes: idcirco permixta sunt omnia, ordōque cōfusus est. Neque intelligūt misere, nō se aliter vtile quippiā discere posse, nisi quietē agant. Nam cum sermo doctoris incassum effunditur, nec est qui his quæ dicūtur, intēdat: quid inde lucri prouenire possit? Adeo autē, inquit, oportet illam studere silentio, ne non modo de secularibus rebus, verum ne de spiritualibus quidem loquendū sibi in ecclesia nouerit. Hic nempe ornat⁹, hic verecundiæ cultus, eam longē dignius ornare, quā preciosa vestis cōsuevit. Si se ita cōposuerit, atque ad hanc direxerit normam, poterit etiam magna cum facilitate vota deo ac preces exoluere. Mulieri, inquit, docere nō permitto. Quam, oro, hoc in loco his verbis consequentiā seruat? Profectō summā. De silentio differebat, de honestate, de pudore. Dixerat loqui eas nolo. Vnde igitur cupiēs loquacitatis occasionē penit⁹ tollere, ne doceat quidem, inquit, sed obseruet discentiū ordinē. Ita enim ex silentio ipso, quod sint subiectæ mōstrabunt. Est quippe fermē loquax muliebri sexus, idcirco omni ex parte fluentē restringit ac cōprimit. Adam enim, inquit, primū formatus est, deinde Heua, & Adā nō est seductus, mulier autē seducta in prauaricatione fuit. Quid igitur hæc ad nostri temporis mulieres? plurimū sanē. Sed maiore virilis sex⁹ honore potitus est, quia primū formatus, & alio item loco huiusmodi primatū ostendit, dicens. Neque enim propter mulierem factus est vir, sed mulier propter virū. Cuius autem rei gratia ista commemorat? Primū quidem, vt ex his eius primatū doceret. Secundō, ex his quæ iam cōtigere, comonuit mulierem esse, quæ virum initio, cunctaq; peruerterat, atq; fecerat inobediētē reum: idcirco ipsam subdidit deus, quia honoris parilitate principio sibi indulta, pessimē vsa fuerat. Ad virū, inquit, tuū erit cōuersio tua: antehac autē nihil huiusmodi dictum fuerat. Quōnam verō modo Adā non est seductus? Ergo neq; inobediens fuit, siquidē seductus non est? Nempe mulier quidē frimen exculsans, ait: Serpens decipit me. Adā verō non ait, mulier decipit me: sed, dedit mihi de ligno, & comedi. Par autē profectō non est, ab ea quæ sibi generis societate iungeretur decipi, & à bestia, quæ seruituti hominis fuisset addicta. Illud igitur seductio potius ac verius dici potest. Ad comparisonem ergo mulieris, dicit illū non fuisse seductum. Illa quippe ab irrationali animatē decepta est, Tomus quartus.

1. Co. 14. 8  
ibidem.

1. Co. 11. b

Gen. 3. e

ibidem.

hic autē à libera muliere, & sibi naturæ copulata ratione. Rursus non dicitur de Adam, vidit lignum, quia bonum ad comedendū est, sed de muliere tantummodo. Comedit enim, inquit, & dedit viro suo. Non igitur iste cōcupiscentiæ cedens, sed obtemperans mulieri, simpliciter præuaricatus est. Idcirco & Paulus semel, inquit, mulier docuit, & cuncta peruerit, idcirco vltra non doceat. Sed dices: Quid igitur ad ceteras pertinet, si illa hoc passa est? Plurimum sanē. Est enim sexus ille infirmus ac leuis, quod iam in consequētibus differens, dum de sexu generaliter loquitur, ostendit. Non enim dixit, Heua autē seducta: sed, mulier, quod commune est nomen sexus potius quam proprium Heuæ. Quid igitur? Nō sexus omnis muliebris per illā in prauaricationē factus est? Nempe quæadmodum ait de Adam, in similitudinē prauaricationis Adæ, qui est forma futuri: ita & hic muliebris sexus præuaricat⁹ dicitur. Quid ergo? Nū ideo salute caret? Minimē id quidem. Quam verō salutem habiturus est? Per filiorum scilicet procreationem. Quod profectō de Heua non dicitur. Si permanserint, inquit, in fide & charitate, & sanctificatione cū sobrietate. Quānam fide, qua charitate, qua sanctificatione? Ac si apertē dicat, nolite tristes esse mulieres, q̄ sexus vester probro & calumniæ pateat. Deus ecce vobis & aliā occasionem salutis confert, filiorum scilicet educationem: vt non modō per vos ipsas salutē inueniatis, verum per alia quoque salutis adminicula capiatis. Vides quā multa hoc in loco quærenda dimiserit? Mulier autem, inquit, seducta, in prauaricatione fuit. Quænam illa? Heua scilicet: hæc igitur saluabitur per filiorum generationem, neq; ipsa modō, verum & omnis fœmineus sexus inde saluabitur: præuaricata quidē illa est, verum muliebre genus omne per filiorū generationem salutem consequetur. Cur enim non etiam virtutis præcipræ merito? Nunquid enim illa cæteris quoq; præiudicat? Quid ergo ad virgines? quid ad steriles? quid itē ad viduas, quæ priusquam paterent, viros amiserunt? Ergo ne illæ periere, omniq; spe salutis destitutæ sunt? Certē enim virgines maxima in gloria, summōq; in culmine cōstitutæ sunt. Quid igitur? His verbis significare voluit, quemadmodum à prima formatione genus omne subiecit, per ea quæ prima mulier præuaricata est. Quia enim Heua secūdō formata est, & reliquas, inquit, sexus subditus sit. Ita igitur quia etiā præuaricata est, & sexus itidem omnis in prauaricatione fuit. At illic quidē diuino muneris peccato in cæteras fluxit. Nempe idcirco, inquit, omnes mortui sunt, quia vnus antē peccauit, hoc est mulier. Nihil igitur doleat mulier, dedit illi deus solatium haud minimū, parere filium. At natura istud, & illud itidem naturæ est. Neq; enim naturæ tantum iura, verum & liberorum educatio diuinitus datur, Si enim, inquit, permanserint in fide & charitate, & sanctificatione cū sobrietate: Hoc est, si ipsos postquam genuerint, ad ista curauerint promouēdos, maxima mercede donabūtur, q̄ scilicet athletas nutriant Christo, Si permanserint, inquit, in fide & charitate. Rectē profectō vitæ exprimit normam, quod ex sequentibus patet, dum sobrietatem honestatēq; subinfert. Fidelis cap. iij. sermo. Istud quidem ad superiora refertur, non ad ea quæ de episcopis protin⁹ addit. Quia enim hoc videbatur ambiguū, idcirco ait, fidelis sermo. Neq; enim omnibus passim persuaderi posset, parentes filiorum virtute

semel do  
luit mu  
lier, & cō  
sta peruer  
rit. Idcir  
co inquit

Rom. 5. 8

Fidelis cap. iij.



virtute salutē promereri, si illos ritē in fide instituerint. Quid igitur, si mater pessima fuerit, atque innumeris sceleribus plena, ex hac liberorum educatione lucrabit? Nēpe eos sibi similes necessariō faciet. Cæterū de ea quę virtutibus polleat, ista apostolus dixit ingentē illi remunerationem, mercedēmq; fore te-

Morale

status. Audite ista parētes, ac prorsus aspiciate huiusmodi educationem, magnorum præmiorum causam fore. Hoc denique etiam in consequentibus ait, dum matrē admonet testimoniū in bonis operibus habere. Si enutriuit filios: id quippe & inter cætera posuit. Neq; em̄ parui meriti est, indultos nobis à deo liberos, ad ipsius exercere militiā, eiq; ab ipsis infantię pānis dedicare. Nam si eiusce educationis fundamenta iecerint, maximis afficiendi sunt præmiis: quę admodum si neglexerint, grauissimis cruciatibus. Nempe em̄ & Heli ppter filios periit: illos quippe cum acrius coërcere debuisset, verbis tadē lenib⁹ monuit. Quocirca dū illis molestus esse seuera increpatione recusar, & illos & seipsū vnā perdidit. Audite hæc patres, vestrosq; filios in disciplina & correptione domini erudite summa cū diligentia. Est enim iuuentus fera, plurimiq; indiget institutoribus, magistris, pædagogis, affeclis, atq; nutritorib⁹. Votiq; res est, post adeō exactam diligentia, eam continere posse, non secus quā equus quidā indomitus, veluti fera belua. Huiusmodi quippe iuuetus est. Si igitur illi ab ipsis statū initiis, atq; à prima etate leges optimas imponamus, minimū posthac laborabimus: verū consuetudo ipsa virtutis in legē trāstet. Nihil eos agere permittamus ex his quę noxiē iucūda sūt, neq; illis vt pueris indulgeamus: atq; ante omnia illos in pudore & sobrietate feruamus, quippe huic inimica libido omnī maxime huiusmodi turbat etatē. Ad hoc igitur vitiū cōpescendū, magnis nobis sudoribus, magnāq; intentione opus est, maturē illos matrimonio iūgamus, vt munda atq; integra illorū corpora sponsæ admouentur. Huiusmodi quippe pudores feruentiores sunt. Atq; is qui ante nuptias pudicitię studuit, lōgē magis postea pudicus erit. [qui autē afflueuerit ante nuptias scortari, etiā post nuptias istud faciet.] Viro enim, inquit, fornicario omnis panis suavis est, idcirco quippe coronę imponitur capiti, vt victorię signa sint: q̄ scilicet antea libidini impenetrabiles, ita demū cubiculū ingrediantur, quia scilicet à voluptate superati non sunt. Quod si libidine superatus quispiā seipsū scortis addixerit: cuius iā rei gratia coronatus incedat, qui tā fœdē libidini colla subdidit? Admonemus igitur illos, corripiam⁹, terreamus, minasq; intētem⁹, & modō istud, modō illud faciam⁹. Magnū habemus, preciosūmq; depositū filios, ingenti illos feruamus cura, atq; omnia faciam⁹, ne fur id nobis astutus auferat. At verō nunc cōtrā penitus facimus. Nā vt fundus quidē sit optimus, cuncta molimur, eūmq; fideli viro magno cum studio tradimus, & agalōnem atq; mulionem, procuratorēmq; ac dispensatorem, qui nobis magna beneuolētia afficiatur, inquirimus: cæterū quod nobis charissimum omnīū est, omnino negligimus: neq; curamus, quo pacto filiū nostrū fideli cuipiā viro permittamus, qui ipsius tueri ac seruare pudicitiam possit? Et certē nulla nobis possessio, nullus fundus æquē nobis gratus atq; charus esse debet: quippe hæc omnia filiis quæruntur. Igitur maior nobis possessionum cura est, quā corū, quorum illa gratia comparatur: quod profectō absurdissimum

1. Reg. 2. c. 4. c. d.

atq; stolidissimum est. Exerceamus igitur ad virtutē atq; pietatem molles filiorum animos, cætera omnia secūdo loco quæramus. Nam si quidem illi improbi fuerint, nihil eis pecunię proderunt: sin autem probi, nihil ex paupertate lædentur. Vis filiū relinquere diuitem? Bonum illū ac benignum esse doce: ita enim etiam rem familiarē auctiorem facere poterit. Quod si tenuis illi substantia fuerit, nihil deteriori in loco erit, q̄ hi qui plurima possidēt. Quod si mal⁹ ille fuerit, etiam si infinitam illi substantiam relinquant, nō illi custodem reliquisti, sed longē deteriore conditione fecisti, q̄ si ad extremā deuenisset inopiā. Quippe filiis non ritē institutis præstat pauperes esse, q̄ diuites. Paupertas enim vel inuitos coërcet, atq; intra virtutis limites continet: opes verō ne volentes quidē pudicē temperantēq; viuere sinunt: verum exorbitare faciunt, atq; peruertunt, malisq; innumeris subiungunt. Matres item filiarū vobis curam assumite, est ea cura vobis perfacilis. Curate sollicitē, vt domi iugiter sint. Ante omnia pias esse, religiosāsq; docete, aspernari pecunias, exteriorisq; ornatus contemptrices esse, atq; ita demum nuptiis tradite, eas si ita institueritis, nō ipsas modō seruabitis, verū & viros qui illas ducturi sunt, neq; viros tantū, sed etiam filios atq; nepotes. Quippe ex radice optima surculi prodeūt firmiores, ac semper in meliora proficiunt, horūque omnium merces vobis reddenda est. Non igitur tanquam vnus animæ commodis prospicientes, sed vt plurimis per vnam consulentes, magno cum studio omnia faciamus. Ita nempe paterna domo decet progredi virginem, ac matrimonio iungi, quemadmodum ex palæstra luctatorem, vt omnem diligentissimē rei familiaris peritiam habeat: sitq; veluti fermentum, quod massam omnē in suam transfert pulchritudinē. Filij quoq; adeō verendi sint præ morū honestate, & singulari pudicitię laude, vt ab hominibus, & à deo laudes mereantur. Discant cōtinere vētre, abstineant à superfluis sumptibus, & omni magnificentia apparatus, dispēscere sua probē noverint, pij in parentes sint, subiici, & dicto obtemperantes esse discant: ita enim & parentibus ipsis ingētes præmiorum adiciunt cumulos: atq; ita omnia in dei gloriā, salutēmq; nostram fient: cuius nos omnes competes esse contingat, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo est patri gloria & imperium & honor, vnā cum sancto spiritu, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Homilia x.

**S** I quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Oportet igitur episcopum irreprehensibilem esse, vnus vxoris virum, sobrium, pudicum, ornatum, hospitalitatis amatorem, docilem, non vinolentum, non percussorem, sed mansuetum, non litigantem, non auarum, domui suæ bene presidentem, filios habentem subditos cum omni castitate.

Dicturus de episcopatus officio, cuiusmodi esse episcopum deceat, indicat. Neque id quasi Timotheum admonens dicit, sed vt omnibus simpliciter loquēs, ac per illum quid conueniat omnibus, distans, Quid autem ait? Si quis, inquit, episcopatum desiderat. Non culpo, non improbo, opus quippe regiminis est. Si quis hunc idcirco appetit, non principatus ac dominationis fastu, verū cura regiminis & charitatis affectu, non improbo, inquit: bonum quippe desiderat opus. Quippe & Moses eam rem appetisse cognoscitur. Verū ille huiusmodi potentiam,

Exod. 2. c.

tiam, ambitūmq; dominādī nequaquā quæsiuit, sed eam rē ita cupiuit, vt illi diceretur: Quis te constituit principem, & iudicē super nos? Si quis igitur ita desiderat, desiderat bene. Episcopatus enim ex eo dicitur, q̄ omnes inspiciat, cūctāq; speculetur. Oportet igitur episcopum irreprehensibilem esse, vnus vxoris virum. Nō hoc veluti fanciens dicit, quasi non liceat absq; vxore episcopum fieri, sed eius rei modum constituens. Iudæis quippe licitū erat etiam secūdo matrimonio iungi, & duas itidem habere simul vxores: honorabiles enim nuptiæ. Quidam verō hoc ita intelligunt, vt scilicet ad episcopatum is assumatur, qui vnus fuerit vxoris vir. Irreprehensibilem. Hoc vnico verbo genus omne virtutis expressit. Itaq; qui sibi vel leuis culpæ cōscius est, malē profectō facit, eam rem appetens, qua indignum se per opera fecit. Nō enim decet huiusmodi regere, sed potius regi. Eum quippe qui regendos alios suscipit, tāta decet gloriā virtutis excellere, vt instar Solis cæteros veluti stellarum igniculos, in suo fulgore obscuret. Debet huiusmodi vitam habere immaculatā, atq; cōpositā, vt omnes in illū & in eius vitā, veluti in exemplar aliquod excellens intueantur. Facit autē hoc Paulus nō absq; ratione, qui huiusmodi monitis vtitur: verū quia & Timotheo ipsi cura incūbebat episcopos ordinādī, sicuti & Tito, quem etiā de huiusmodi admonet. Et quia par erat, plurimos eius rei desiderio allici, idcirco tanta illū diligētia pingit, vt qui se ad eā rē præparare vellet, ad quantā virtutis celsitudinem sibi euadendū esset, agnoscerent. Sobrium, inquit, atque vigilantē. Hoc est, clarissima mentis acie præditum, innumerōsq; habentem omni ex parte oculos, quibus acutissimē cuncta prospiciat. Sunt quippe plura, quæ incidant, & mentis hebetent aciem: puta cōcupiscentiæ, quotidianæ curæ, rerūmq; perturbatio, & plurima id genus vndiq; imminent. Vigilantem igitur esse necesse est illum, qui nō tantum sui curam habet, verum etiā reliquorum. Decet esse peruigilē eum, qui eiusmodi est, ac spiritū viuere, & affectus sui flammam operib⁹ ipsius ostēdere, ducēsq; omnes solitudine atque industria superare, vt die noctūq; exercitum & castra perlustrat, laboret, & sui officij munus diligentissimē impleat, atque omnīū curam ac sollicitudinem gerat. Pudicum, inquit, ornatum, hospitalitatis amatorem. Ista & in subditis plerūque videas. Verū quoniam oportet eū, & quæ sunt rectoris habere: idcirco subiūxit, Aptum ad docendū: hoc quippe à subditis nequaquam exigitur, cæterū illi ante omnia adesse debet, qui huiusmodi suscepit officīū. Non vinolentum. Hoc in loco non ebriosum, verū cōtumeliosum atq; elatum significare voluit. Non percussorem. Neque hīc manibus violētē vtentē profectō significat: sed quid? Sūt nēpe qui improbē nimium fratrum conscientia ferūt, quos mihi nūc significasse videtur. Sed mansuetum, inquit, sine litibus, sine auaritia, domui suæ bene presidentem, filios habentem subditos cum omni castitate. Si igitur qui vxorem duxit, sollicitus est quę sunt mūdi: episcopū autē huiusmodi sollicitudine tangi minimē cōuenit: quomodo superius dixit, Vnius vxoris virū? Quidam, vt dixi, illum, qui post vxoris obitū cōstituetur episcopus, significasse intelligunt. Alioqui licet eū qui vxorem habeat, quasi non habentē esse. Tunc nēpe istud ritē cōcessit pro tempore, ac pro rei natura, quæ tūc inerat. Licet enim eam rem honestē ac licitē capere, si quis velit. Quemadmodum enim diuitiæ diffici-

Deut. 21. c.

Hebr. 13. 4

Tit. 1. b

1. Co. 7. f

lè in regnū cœlorū introducūt, sæpe tamen id diuites plurimi ingressi sunt: ita & nuptiæ, licet difficultatis in se plurimum habeant, ita tamen assumi possunt, vt perfectiōri vitæ impedimētō nō sint. Verū id planē perquam rarō atq; difficilē. Verū dicit fortasse quispiā: Quid sibi quęso vult, q̄ de episcopo disferens, ipsum oportere nō ebriū esse dixit, sed hospitalem, cum longē excellentiora pro celsitudine gradus exigere debuisset videatur? Cur em̄ nō ait, Oportet autē episcopū angelū esse; nulli humanæ perturbationi, vitiōve subiectū? Cur non item magna Christi illa præcepta ab episcopo requirit, quæ etiā subditis necessariō inesse debent, scilicet circūferre crucem suam, atq; in manib⁹ habere animā semper pro fratrib⁹ exponendā? Pastor enim, inquit, bonus, animam suā ponit pro ouibus suis, & rursum: Nisi quis acceperit crucem suā, & secutus fuerit me, nō est me dignus. Cæterum his omnibus omissis, oportere ait nō esse vinolentū. Præclara sanē spes, si de huiusmodi episcopū oporteat admoneri. Cur enim nō dixit, Oportet autē ipsum iam ex terra migrare, humanisq; rebus euadere celsiorē? Verū quæ secularibus iussit, ea episcopo implēda nō iubet. Quid enim illis ait? Mortificate mēbra vestra quæ sunt super terram, & iterum: Qui autē mortuus est, iustificatus est à peccato, ac rursus: Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerūt. Et Christus item: nisi quis renūciauerit omnibus quæ possidet, nō potest meus esse discipulus. Cur igitur hæc in episcopo requirenda non dixit? Quia perpauca huiusmodi inueniri fas erat, episcopis autē plurimis tunc opus fuit, qui per singulas ciuitates magistri cōstituerentur. Ne igitur ecclesiæ negotia fructūsq; perirent, idcirco moderatā virtutem proposuit inquirendā, non supremā illam atque cœlestem. Quippe sobriū ac pudicum & honestum esse, multorum cōmune erat. Filios, inquit, habentē subditos cū omni castitate. Oportebat nēpe vt ex vicino atque re domestica, virtutis suæ præberet indicia. Quis enim crederet illum alienos quosque subiectos habiturū, qui filios non habuerit subditos? Suae, inquit, domui bene præpositum. Hoc & externæ sapiētiae auctores aiunt, vt qui rem familiarē suam ritē administrauerit, rei quoq; publicæ cōueniēter possit cōtractare negotia. Est enim ecclesia veluti domus quædam: ac sicuti in domo vxor est, & filij ac serui, omniūque cura ac regimen incumbit viro: ita fermē & in ecclesia videas, nihil ibi est aliud quā filij & vxores & serui. Quod si administrationis habeat socios ecclesiæ rector, habet & domi vir vxorē cōsortē curarum suarum. At verō in ecclesia viduarū, ac virginū alendarum sollicitudo est: habet & domi vir & seruos, & filios. Est autē longē facilius domū, quā ecclesiam regere. Qui igitur rem, vt dixi, familiarem dispensare congruē nescit, is quo pacto ecclesiæ præesse cōuenienter posse putādus est? Si quis autem, inquit, domui suæ præesse non nouit, quomodo ecclesiæ dei curā habiturus est? Non neophytum, inquit. Hīc tamen etatem adolescentiæ significare noluit, sed eū qui nouiter esset institutus, veluti quædam nouella plantatio. Ego enim, inquit, plantauī, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Nam profectō si adolescentiā signare voluisset, nihil dicere prohibebat, nō adolescentē. Ne ipse quidē cum ad Timotheū scriberet, etatē in episcopo summopere inquirendam monuit, cum dicit: Ne mo adolescentiā tuam contemnat. Quia enim ex gentilibus

1. Tim. 10. b

Mat. 10. b

Coloss. 3. a

Rom. 6. a

Galat. 5. d

Luc. 14. g

1. Cor. 13. b

1. Tim. 4. d

1. Tim. 4. d

1. Tim. 4. d

tilibus tūc plerique ad ecclesiam accedebāt, ac baptizabantur, cauendū admonuit, ne continuo nouiter imbutum ecclesie sacramētis, ad huiusce principat⁹ onera ferenda prouheret. Si enim antequā discipulus esset, magister assumeretur, quā primū attolleretur in arrogatiā fastū: si priusquā subiici disceret, in rectorum ordine locaretur, citō intumesceret: idcirco subiungit. *Ne elatus in iudicium incidat diaboli.*

Hoc est, ne in eandem incurrat damnationē, quam ille per arrogantiam pertulit. *Oportet autem ipsum testimonium habere bonū ab his qui foris sunt, ne in opprobriū incidat, & laqueum diaboli.* Quippe ab eis illi imminent probra, si quid in se reprehensibile notari posset. Idcirco ait, vni⁹ vxoris virū: cum certē alio in loco dixerit, Volo omnes homines esse sicuti & meipsum, continentia scilicet ratione. Igitur ne in angustiū nimis eam cōcluderet rem, si exactissimā virtutē expetisset, idcirco moderatiore admonitione maluit vti, ne ex desperatione perfectē illius inueniendā virtutis, ecclesie sine episcopis essent. Oportebat enim, vt antea dixi, per singulas ciuitates cōstitui p̄sules. Audi denique quid ipse ad Titum scribat: Vt cōstitueres per ciuitates presbyteros, quē admodum ego tibi p̄cepī. Quid igitur si testimoniū habeat bonū, bonamq; famam: & ipse huiusmodi nō sit? At id quidē in primis difficile est. Vix enim obtineri potest, vt & q̄ boni sunt, apud inimicos bonū habeant testimonium. Ceterū hoc ipse nunc quoq; cauit. Neque enim ait, oportet autē eum testimonium habere: sed, oportet autem ipsum & testimoniū habere bonū, vt cum ceteris, quæ in illo requiruntur, ne istud quidem desit. Neque enim solum testimoniū sufficit. Quid ergo, inquires, si illum frustra, ac per inuidiā maledictis, probriisq; resperferint, cū maximē gētiles sint? At id quidem fieri nō potest, quippe eum, qui irreprehensibilem duxerit vitam, & illi ipsi reuerentur. Quoniam,

1. Co. 7. b

Tit. 1. b

2. Co. 6. b

† in que & illi.

Mar. 5. b

inquires, modo? Audi ipsum dicentem alibi: Per infamiam, & bonā famam: neq; enim profectō ipforum carpebant vitā, sed p̄dicationi derogabant, idcirco ait, per infamiam. Deniq; p̄dicationis causa, tāquam seductores, ac magis calumnias sustinebāt. Ipforum autē vitam nemo ferē vnquā fuit qui vituperare p̄sumeret. Quocirca nullus vnquam apostolis, aut fornicationis, aut impudicitia, aut auaritia crimē obiecit: sed tantūmodo seductores appellati sunt, quod solum ad dogma refertur. Qui enim fuerit vitę fulgore conspicu⁹, & illis verēdus sit necesse est: quippe veritas ipsis quoq; ora obstruit inimicis. Quo autem pacto in laqueū incidit? dum scilicet in eadē

A cæcus quidem fuerit, erubescit quippe opinionibus omnium aduersari: ita & eum, qui nimio fuerit decore conspicuus, atque morum honestate illustris, nullus profecto culpāre p̄sumit. Ceterū, vt dixi, dogmatum quidē gratia detractio nis in eum sæpe gentiles spicula intorquent, vitæ verō munditiā nulla ex parte libare audent, verū vnā cum ceteris admirationi ac stupori habent. Ita igitur viuamus, ne nomen

Moralē

† admittimus, ut mala opinione nactemur. Phil. 2. b

dei blasphemetur à gentibus, neque verō humanam aucupemur gloriam, neque iterum, † vt pessima opinione careamus, quod bonum ac rectum est faciamus, vt verū in vtroq; modum honoremus. In quibus lucetis, inquit, quasi luminaria in mūdo. Idcirco nepe nos ille elegit, vt simus quasi luminaria, vt veluti fermentū euadamus, vt magistri ceterorum efficiamur, vt veluti angeli cū hominibus versemur in terris, vt tanquā viri cum infantibus pueris, quasi spirituales cum animalibus, vt ex cōtubernio nostro ingētia illi lucra cōquirant, vt semina simus, vt fructū latissimū afferamus. Nihil op⁹ esset verbis, si in hunc modū vita nostra sanctitatis luce fulgeret. Nihil magistris opus esset, si virtutis probos actus p̄ferrem⁹. Nemo profectō gētilis esset, si ipsi, vt oportet, Christiani esse curarem⁹: si dei monitis, ac scitis obteperarem⁹: si iniurias perpeffi, vicē non referrem⁹: si maledictis laceffiti, benedicerem⁹: si pro malis bona redderem⁹. Nemo esset ita fera belua, vt nō statim ad cultū veræ religionis accederet, si videret hæc ab omnib⁹ fieri. Atq; vt discas ita esse, vnus profectō erat Paulus, & tam multos ad dei attraxit notitiā. Si omnes essemus huiusmodi, quot terrarū orbes attrahere & ipsi possem⁹? Ecce enim plures Christiani, q̄ gētiles sunt. Nēpe in reliquis artibus centum simul pueros vnus docere sufficeret. Hic autem cū plurimi magistri sint, atque ideo discipuli lōgē plures esse deberēt, null⁹ tamē accedit, null⁹ attrahitur. Quippe discipuli semper doctorū vitam intuentur. At si quidem viderint nos quoq; eadē secum appetere, eadē cōcupiscere, honoris atq; primatum ambitum querere, quando illi Christianā religionem poterūt admirari? Vident ecce reprehensibilem Christianorum vitam, terrestres animos atq; in humum abiectos, pecunias nō secus quā se admirari, imò & longe amplius, mortem similiter perhorrescere, paupertatem pariter metuere, morbos eadē impatientia tolerare, claritatē atque potentiā non minus quā se amare, auaritia gratia seipfos cōcidere, tēpori obsequi. Vnde ergo credere illi poterint? fortasse ex signis? At ista modò nō sūt. An verò ex sanctitate vitæ? Sed illa planē periit. Num verò charitatis causa? At nusquā aliquod ipsius vestigiū cernitur. Quocirca nō modò peccatorū nostrorū, verū & alieni incōmodi, cuius ipsi causa sumus, rationē profectō reddemus. Respicamus tādē, euigilemus quāso, cœlestem in terris conuersationem p̄feramus. Dicamus cum apostolo: Quia cōuersatio nostra in cœlis est. certamē in terris atq; pugnā subeamus. At fortasse inquires, Fuerunt magni apud nos viri. Sed occurret gētilis & dicit: Vnde id credā? neq; enim vos eadem gerere videro, quæ illos fecisse p̄dicatis. Nam si huiusmodi narrationibus passim credere oportet, possum⁹ & ipsi philosophos adducere in medium, magnos atq; mirabiles vitæ ac morū gratia. Ceterū ostēde mihi Paulū, aliūmq; Ioannē. Nūc enim vel pro obolo occidi, atq; occidere parati singuli estis: pro terrena

Phil. 3. d

gleba

gleba innumerās excitatis lites, pro morte filij miscetis oīa, & cūcta cōfunditis. Alia quippe referre omitto, lachrymis ac gemitib⁹ digna, auguria scilicet, vaticinia, obseruationes, genesim, signa, ligaturas, diuinationes, atq; incātationes, & cetera huiusmodi, quæ omnia magno profectō scelere p̄sumūtur: deniq; iram prouocare consueuerunt, atq; eō magis, q̄ post ingentis beneuolentia & insignis miserationis indicia, postquā ille filium suū pro redimendis hominibus misit, hæc nefario ausū admittimus: Quid ergo faciendū est? Ingemiscendū scilicet. Vix enim orbis minima pars seruatur, omnesq; ferē sunt æternę mortis periculo expositi. Ceterū quid agūt hi, qui sensum omnino doloris amiserunt? Exultāt dum ista audiunt, q̄ nō soli pereāt, sed perditionis suæ plurimos habeāt socios. Verū id gaudium execrabile omnino est, ipsiusq; vnā cum sceleribus ceteris persoluent pœnas. Neq; enim velim existimes, quemadmodū hic fieri solet, ita & in futura vita cōtingere, vt scilicet solatiū aliquod ferat, socios habere miseria. Vnde id cōstat? Ex subiecto scilicet exēplo. Dic em̄ quāso, si quis dānatus ignibus, filium quoque suum vnā intueatur, nidorēmq; ex ipsius carne ascēdentē hauriat naribus, nōne morietur? Nam si hi quoq; qui sani sunt, dū hæc fieri vident, penē resoluūtur: multo magis id passuri sunt, qui ea clade vexātur. At ne ista mireris, audi quid dicat sapiēs quidam: Et tu captus es quemadmodū & nos, & in nobis computatus es. Est enim ferē ad misericordiā pronum humanū genus, aliorūmq; calamitatibus facillē cōmouemur. Nā quo pacto pater filium in eadem damnatione positum vidēs, solatiū capiat? Cōtrā penitus, pœna illa ex ea societate auctior fiet. Eadē profectō ratione, si vir vxorē cōsortē damnationis aspiciat, & homo itidem hominē, solatiū nihil, sed supplicij plurimū accipiet cumulū. At tunc longē magis ista patiemur q̄ nunc: neque enim similes sunt cruciatus vtriusque tēporis, sed tunc profectō erunt duriores. Erit quippe tunc gemitus omni consolatione destitutus, cū omnes se iuicē in supplicij videbūt, omnesq; mugitum pariter dabunt. Quippe & hi qui fame tabescūt, non solatiū capient, si calamitatis suæ socios habeāt: & si item filij parētes, vel parētes itidē filios, vel vxorem vir, aut virum vxor, eadem clade secum affici viderint, num cōsolari poterunt? neque si amicos quidem aspiciamus nobiscū vna pœna torqueri, vllū capiemus omnino solatiū: imò ex ea societate cruciatus noster augetur. Præterea clades nonnullæ sunt, quæ licet cōmunes cum plurimis sint, p̄ acerbitate tamen nihil consolationis admittunt. Nam exempli causa: Sit quisquā igni impositus, & alius vnā vratur: quo pacto isti se mutuò solari poterunt? Experti nēpe id sumus, si quādo vehemētioris febris ardore tenemur, tūc nempe nos omne solatiū deficit: & meritō sanē. Vbi enim ea inualuerit pestis, difficilē iā animus aliquid cōsolationis admittit. An non vides eas quæ amiserunt viros, licet plurimas enumerare mulieres possint idem perpeffas: nihilo tamē segnius luctu ac mœrore se cōficere? Nō igitur ea tam detestabili nutriamur spe, verū vnico vtamur solatio, vt scilicet eorum quæ peccauimus, pœnitentiam agamus, atq; iter illud rectum arripiamus, quod nos ferat ad cœlum, vt cœlesti regno perfrui mereamur: gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo est patri & spiritui sancto gloria, imperium, honor

A nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.  
Homilia XI.  
**D**iaconos similiter pudicos, nō bilingues, nō vino multo deditos, non turpis lucri appetitores, habentes mysterium fidei in conscientia munda. Et hi autem probentur primum, deinde ministrent: si absque crimine sunt. Postquam de episcopis dixit, eōsq; formauit, quidnā illos habere conueniat, à quo item abstinere necesse sit dictans, omisso interim presbyterorum ordine ad diaconos transit. Cur id quæso? Quia scilicet inter episcopum atque presbyterum interest fermē nihil. Quippe & presbyteris ecclesie cura permessa est: & quæ de episcopis dixit, ea etiā presbyteris congruūt: sola quippe ordinatione superiores illi sunt, atque hoc tantum, plus quā presbyteri habere videntur: Diaconos verò habere eadem monuit, vt scilicet irreprehensibiles sint, pudici, hospitales, modesti, non litigiosi, non auari, non bilingues: hoc est, non simulators, non dolosi. Nihil enim fermē nos ita degenerare à spirituali nobilitate facit, vt fraus atque dolus, nihilq; in ecclesia nocet magis, quā versuta simulatio. Non vino, inquit, multo deditos, nō turpis lucri appetitores, habentes mysterium fidei in conscientia munda. His profectō verbis irreprehensibiles debere esse significat. Iam verò intuerē, quomodo & hinc neophytū arceat. Nam cum dicit, Et hi autē probentur primū, sicuti & de episcopo dixerat: ita cōnexionem protinus addidit, Nihil enim mediū inest, atque ideo & illic dixit, non neophytum. Perquam enim ineptum & absurdum est, si cū emptitium seruum introducimus domum, non prius illi aliquid domesticæ suppelletilis tradimus, quā lōgo experimento sententiæ suæ atque voluntatis plurima indicia dederit: in ecclesia dei non eadem vtamur diligentia, ceterū nouitiū adhuc in primo statim cōstituiamus ordine, antequam fidei suæ atque vitæ dederit documenta. Mulieres ministras similiter, inquit, castas, nō bilingues, sobrias, fideles in omnibus. Pleriq; volūt apostolū hoc de mulieribus simpliciter p̄cepisse, verum nō ita est. Quid em̄ consequentia haberet inter ea, quæ de episcopis atq; diaconis monuit, mulierū vllā facere mentionē? Sed de his profectō ait, quæ ministerij dignitate sunt p̄dita. Diaconi sint vnus vxoris viri. Eadem & ministris mulieribus cōgruunt, id est nimium necessariū, atque vtile in ecclesia. Diaconi, inquit, sint vnus vxoris viri. Vides vt eandem & ab his virtutem requirat? Est em̄ episcopi atq; diaconi impar dignitas est, pari tamen ratione vtrunq; esse irreprehensibilē decet, atq; eadē sanctimonia vitæ conspicuū. Filios, inquit, bene regentem, & proprias domos: qui enim bene ministrauerint, gradum bonū sibi acquirūt, & cōfidentia magnā in fide, quæ est in Christo Iesu. Vbi que filiorum curā diligentissimā ponit, ne ex hoc reliqui scandalū capiant. Qui enim, inquit, bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirūt: profectū scilicet & cōfidentia magnā in fide. Nempe em̄ qui in his quæ inferiora sunt, diligentia suam vigilantiāq; mōstrauerint, facillē & ad ea quæ sunt superiora atq; excellentiora perueniunt. Hæc scribo tibi, sperans ad te venire celeriter. Si autē tardauero, vt scias quomodo oporteat in domo dei cōuersari, quæ est ecclesia dei viuētis, columna firmamētumq; veritatis. Ne ex eo quod illi de huiusmodi scripserat, discipulū fortē mœrore conficeret, ait, non idcirco hæc scribo, quasi nō iam venturus sim, veniā enim profectō: ceterū si tardare contigerit, vti ne molestē id feras. Huic quidem leuandī causa mœroris



mceroris hæc scribit, verū aliis alia ratione, vt scilicet eos vigilantiores, studiosiorēsq; faciat. Nā & ipsius præsentia multū poterat vel promissa. Nihil em̄ est cur admireris, si qui spiritu cūcta præuidebat, hoc se ignorare fateatur, dicens: Spero venire, si autem tardauero: hoc enim ignorantis est. Quia enim spiritu, non propria voluntate ducebatur, & spiritus sententia gerebat omnia, idq; meritō ignorasse putatur. *Vt scias, inquit, quomodo oporteat in domo dei conuersari, quæ est ecclesia dei uiuentis, columna ac firmamentū veritatis.* Nō quemadmodū illud Iudaicum templum: hoc enim est, quod fidem cōrinet ac prædicationē, quippe veritas ecclesiæ & columna & firmamentum est. *Et reuera, inquit, magnum est pietatis mysterium, Deus manifestatus est in carne, iustificatus est in spiritu.* Quibus profectō verbis dispēratio pro nobis asūptæ carnis exprimitur: nec velim mihi tintinnabula illa obicias, neque sancta sanctorum, neque pontificem: Colūna est orbis ecclesia. Animaduerte mysteriū; & venerationis horrore moueberis. Mysteriū est, magnūmq; mysterium, & pietatis sacramētū, & re vera absq; vlla quæstione, indubitatum quippe est. Quia enim de sacerdotibus differens, nihil eiusmodi statuit, cuius in Leuitico præceperat lex, ad altiora profectō nōs subuehit, q; scilicet in carne manifestatus est cōditor. *Apparuit, inquit, in carne, iustificatus est in spiritu.* Siue hoc intelligivult, q; iustificata est sapientia à filiis suis, siue quia dolom non fecit, vt propheta testatur, dicens: *Qui peccatū non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.* Apparuit, inquit, angelis: ergo & angeli nobiscū viderunt filium dei, quem antea nō videbant. Re vera magnum mysterium est, vbi que terrarū auditum atq; creditum est. Ne enim existimes verba esse simplicia, *Assumptus est, inquit, in gloria.* Nēpe enim huic, quem assumptum mortalium deduxerunt, accesserunt angeli, & ministrabāt ei. In omnem terram exiuit sonus eorum. Assumptus est, inquit, in gloria, dū scilicet in nubibus ferretur in cœlum. Intuere autem sapientiam Pauli. cū enim eos monere pergeret, qui huius ministerij dignitatem acceperant, nō passim indulgere vino: non ait, non ebriosos: sed, neque vino multo deditos. Nam si illi, qui in tēplo illo carnali ministrabant, à vino penitus abstinebant: quanto magis hos esse decet abstemios? Nam vini vsus immodicus in amentiam deiicit, ac nisi ebrietatem inducat, animę tamen robur exoluit, omnēmq; illius virtutem, ac substātiā debilitat, & prorsus eneruat. Intuere autē quomodo omnibus in locis dispensationis assumptæ pro nobis carnis, mysterium vocat. Neque enim est omnibus hominibus cognitū, imō ne angelis quidē ipsis manifestū fuit. Quo enim pacto cū ipsis per ecclesiam manifestatum sit? Idcirco ait, re vera magnū est, nā profectō verissimē magnum prædicatur. Homo em̄ factus est deus, & deus homo: homo apparuit absq; peccato, homo assumptus est, prædicatus est in mūdo, viderūt eum angeli nobiscū, mysterium igitur est. Caueamus propalare mysteriū, neq; ipsum vbiq; proferamus. Digni tanto mysterio viuere studeamus. Hi nempe, quib; mysteria creduntur, magni vtique sunt. Nam si rex nobis tēporalis mysteriū crederet, nōne id singularis amicitia ac familiaritatis indicium, certūmq; argumentum haberemus? At nūc deus nobis mysteriū credit. Et quomodo, inquit, mysteriū dicitur, quod est omnibus notū? Sed id antea erat incognitum, nunc

A autem singularis gratia merito manifestatum est. Studeamus igitur digni fieri, quibus creditur tanti Moracustodia sacramenti. Ipse enim nobis mysteriū tantę excellentia credidit, nos illi neq; pecunias credim;. Cæterū cū ille hortetur ac dicat, Mihi vestra omnia seruāda permittite, nemo ea diripier, neq; tinea demolietur, neq; latro suffodiet, ac centuplum se daturum polliceatur, ne sic quidē obtemperam;. Et certē dum apud aliquos quidpiam deponimus, nihil accipimus ampli; gratiasq; agimus, si vel totū quod deposuimus, receperimus: & si fur aliquid furetur, nostro cū detrimento id faciet: at verō cœlestis ille depositi nostri saluator dicitur tibi nō est, Latro accipit, neq; corrosit tinea: sed & hic centuplū reddit, & illic æternā adiicit vitā, & nemo tamen apud illū deponere studet. At, inquit, fero mihi ista restituit: & istud illius magnifici muneris signum profectō maximum est, q; hic ista non reddit, in hac scilicet vita, fluxa, & mortali: imō verō & hic cētuplū reddit. Nā quæso, Paulus nōne hic artis instrumenta reiecit? nōne Petrus calamū retēq; dimisit? nōne teloniū Matthæus reliquit: & tamē orbis totus illis lōgē magis quā regibus, maioriq; cum securitate patebat. Nōne ad pedes ipsorum omnes pecunias deponabant? nōne illos rerum suarum dispēfatores, ac dominos faciebant? nōne & animas suas in ipsorū manibus deponabant? nōne toti ex illorū consilio ac voluntate pendebant? nōne & seipos illorum seruos magna animi libertate fatebantur? Quid autem? nōne nūc etiā huiusmodi plura fieri cernimus? Nēpe enim cōplures sæpe obscuro loco nati, & qui vidēt antea manuū suarum labore quærebant, necessariūq; alimentis egebant, cū se ad monachorū vitam cōtulissent, illustriores omnibus euasere, atque à regibus ipsis honorati sunt. Num parua ista putabimus? Sed cōsidera ista pro additamento esse, cæterū spei nostrę summā futuro tempore referuari. Contēne pecunias, si pecunias habere vis: si ditari cupis, pauper efficere. Huiusmodi quippe diuina sunt munera, omnēq; trāscendūt spem. Nō vult ille proprio studio, sed gratia sua diuitem fieri. Mihi, inquit, ista permitte, tū spiritualium tantum rerum curam habe, vt meam potentiā discas. Seruile pecuniarum iugū fuge, quippe si illas tenere volueris, in ops eris: sin autem eas aspernatus fueris, duabus ex partibus diues euades. Tunc tibi omniavndiq; affluent, ex eo maxime, q; nihilo eorum indigeas, quibus plurimi egent. Neq; enim possidere plurima, sed plurimis non indigere, diuitē facit. Itaque quādiu rex aliquo indiget, nihil meliore in loco, quā pauper est: quippe indigere aliis, ea tandem paupertas est. Itaq; neque reges ipsi ea ratione paupertatis nomē effugiunt, quia subditis indigent. At non ita qui se crucifixerit mundo, nihilo enim indiget, sufficiuntq; ei ad victum manus suæ. Mihi enim, inquit, & his qui meū sunt, ministraverunt manus istæ. Ista ille dicebat, qui alio in loco: *Quasi nihil habētes, & omnia possidētes.* Ille, inquit, ista dicebat, qui deus ab his qui Lystris morabatur, existimatus est. Si cupis his, quæ in mundo sunt, frui, cœlum quære: si vis etiā præsentia cōscēqui, toto illa studio despice. Quærite enim primum, inquit, cœlo regnū, & hæc omnia adiiciuntur vobis. Quid parua ista miraris? Quid ad ea quæ abiectissima sunt, inhias? Quādiu in ops eris? quādiu pauper esse persistes? In cœlū intēde acie, cœlestēsq; diuitias animo versa,

versa, autū irride. Disce cuiusmodi sit illi; vsus, quādiu nobiscū duret: vsq; ad præsentē tantum vitā fragilem, atq; mortale, illius vsus extenditur. Quantum deniq; arena, imō verō quantum stilla ab immenso abyssō distat, tantum vitā præfens ab æternis atque immortalibus bonis. Nō est hæc vera possessio, vsus est, nec ipse quidē satis proprius. Quo enim pacto? quandoquidē te expirante, velis noli, alij tua omnia accipiūt, & ipsi rursus aliis tradūt, & illi itidem aliis. Omnes enim peregrini atque aduenæ sumus, atque domin; domus fortē magis est mercenarius domus. Sæpe enim illo defuncto hic permanet, plus quā domin; fruitur domo. Quod si iste mercede cōducit domū, & prior ille mercede itē ædificauit, magnōq; cū labore & ærūna cōstruxit, verbo tantū ea dominatio est: re autem vera omnes alienarū rerū domini sumus. Illa tantum nostra sunt, quæ illuc præmittere cautē studemus: quæ autē hic sunt, non nostra, sed videntū sunt, imō viuētes sæpe derelinquunt. Illa sola nostra sunt, quæq; virtutis animæ propria sunt, elemosyna scilicet, ac pia in pauperes miseratio. Porro ista exteriora dicūtur etiā apud ipsos externæ sapientia; authores, quippe quæ extra nos sunt: ea igitur iuris nostri faciamus. Neq; em̄ possibile est hinc pecunia accepta migrare, sed planē possibile elemosyna data proficisci: imō verō ipsa etiam præmittamus, vt nobis in æternis mansionibus tabernaculū præparēt. Pecunia em̄ à Græco vocabulo ab vsu dicūtur, non q; propria sint, imō & possessiones ipsæ, vsus, nō dominatio sunt. Dic em̄ quæso, villa quælibet quot habuit dominos? quot itē habitura est? Dicitur quoddā vulgo prouerbiū, & sapienter quidem. Neque enim passim contemnedā sunt, quæ vulgo dicūtur, si quid in se rectū habēt. Ager, inquit, quā multos habuisti, & q; multos habiturus es dominos? hoc & ad domos, & ad pecunias ritē dici potest. Sola igitur virtus nobiscum migrare consuevit. Virtus sola ad æternā vitam pertrāsīt. Euigilem; tandē, pecuniarūmq; extinguamus appetitum, vt desiderium nostrum omne ad æterna transferre possim;. Nō possunt duo isti amores simul habitare, vnūque possidere animum. Aut vnū, inquit, diliget, & alterū odio habebit: aut vnū sustinebit, & alterū contemnet. Si videris virū clientum stipatum multitudine in forum erumpere, sericis amictū vestibus, atque equo vectū: noli stupefcere, sed potius ride. Ac sicuti cūm pueros videris cōstituto inter se principe ludere, risum tenere non potes: ita & hic facito. Nihil hoc illo deterius est, imō hoc lōgē grati;: quippe qd; à puerili ætate magna cū simplicitate & innocētiā geritur. Hic nēpe risus voluptati permixtus est: cōtrā, ille ridiculus, ac turpitudine plenus. Deo gratias age, q; te huiusmodi scena fastūque turgido eripuit. Nam siquidē ipse volueris, humili tu loco natus, celsior eo euades, qui vehiculo fertur. Quo pacto? Quod ille scilicet corpore quidē humo modico superior est, cæterū animo terræ affixus est. Adhæsit enim, inquit, virtus mea carni meæ. Tu verō mēte in cælo versaris. At clientes ille plurimos habet se deducētes: at incertū est, magis ille, an equus honoretur. Quid autē hac stoliditate deteri;? Sequūtur homines, vt iumentum facilius trāseat. At fortē equo vehi inter appetēda ducatur? Sed seruis istud quoq; cōmune est. Quid autē dici irrationabilius possit, quā velle ex equorū ac preciofæ vestis cliētūmq; apparatu putari illustrem? Quid ea gloria

dici vilis atque abiectus potest, quæ in equis consistit, ac famulis? Virtutis studiosus es? nullo istorum vtere, proprias habeto diuitias, propriūmq; ornatū. Hæc enim & nequā homines, ac scelerati & rustici, latronēsq; omnes, qui diuites sunt, habere valēt. Mimi itē, atq; saltatores ferūtur equis, famulōsq; habēt, qui ante se currāt: mimi tamē atq; saltatores sunt, & ex equis ac famulis nihilo honestiores euasferunt. Quoties em̄ eis qui huiusmodi sunt, nulla est animi virtus: frustra & incassum hæc extrinsec; apponūtur. Et quæadmodum caduco parieti, aut nimium fragillī corpori quælibet quisque apposuerit, in sua imbecillitate perdurat: ita & hic nullum anima emolumentū ab his quæ sunt extrinsec; sumit, sed eadem permanet, quæ talibet ei quisque forinsecus ornamenta circumdet. Non ista miremur attoniti, cæterū animos à temporalib; ac fluxis rebus, ad æterna ac digniora transferamus, cœlestiū tangamur desiderio, spiritualia tantum cōscētemur, quæ nos re vera honestos faciunt, ac verēdos, vt etiam futuris perfruamur bonis in Christo Iesu domino nostro, cum quo est patri & spiritui sancto gloria, imperium & honor in secula seculorum, Amen.

Homilia XII.

**S**piritus autem manifeste dicit, quod in nouissimis tē-Cap. IIII. poribus recedent quidam à fide, intendentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorū in hypocrisis falsa loquentium, & cauteriatam habentū conscientia, prohibentium nubere, abstinere à cibis, quos deus creauit ad sumendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerunt veritatē: quia omnis creatura dei bona est, nihilque reiiciendum, quod cū gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbū dei & orationem. Quemadmodū hi, qui fide subnixi sunt, in tuto nauigant: ita & qui illa exciderūt, nusquā possunt consistere, sed longo errore circumacti, postremo in ipsa perditionis prærupta feruntur. Quod quidem etiam antē signauerat, cū quosdā diceret circa fidem fecisse naufragium. Et nūc item. *Spiritus autem manifeste dicit, quod in nouissimis temporibus recedēt quidam à fide, intendentes spiritibus erroris.* De Manichæis & Encratistis, & Marcionistis, omnique illorum officina hic loquitur, quod scilicet recedent quidam à fide. Vides vt malorū omnium sit causa, à fide discedere? Quid sibi vult, manifestē? Planē, apertē, indubitātō. Ne, inquit, igitur mireris, si modō quidam à fide discedentes, adhuc Iudaica superstitione detinētur: Tēpus erit cū hi qui fidei participes sunt, istud maiore cum execratione facient, cū non modō ad cibos vsq; perniciosum consilium inferent, verū nuptias quoque, & huiusmodi cuncta damnabunt. Nō de Iudaicis hæc dicit: quo enim pacto locum haberet quod sequitur, In nouissimis temporibus: & illud itē, Recedent quidam à fide? Verūm de Manichæis, ac de huiusmodi erroris ducibus ea profecit. Spiritus autē erroris meritō ipsos appellauit, quippe eiusmodi spiritibus afflati, ista loquuti sunt. Quid est autem, in hypocrisis falsa loquentium? nempe ipsa quæ mentiuntur, non per ignorantiam, neque incij, sed simulando loquuntur. Cū certē veritatem non ignorent, verūm cauteriata conscientia, hoc est, vita flagitiosa sint. Cur autem solos istos hæreticos fore prædixit? cum Christum de aliis quoque prædixerat, dicens: Necessē est vt veniant scandala, rursūmq; futura zizania prænūciauit? Tu velim Pauli prædictionē admireris, quippe ante tēpora quibus ista futura erant,

Es. 53. c

Es. 18. a

Matt. 6. d  
Luce.  
16. c

Es. 10.

2. Cor. 6. b

Es. 14.

Matt. 6. d

Mar. 18. d

erāt, ipsum indicat tēpus. Noli igitur mirari, inquit, si modò quādo initiū accepit fides, ista quidā clam inferre conātur perdita dogmata: quādoquidē lōgo pōst tēpore cū firmissimis illa radicibus innixa fuerit, pleriq; a fide recessuri sunt: Prohibentiū, inquit, nubere, abstinere a cibis. Quid oro? Nū alias quoque hareses tacuit? Et ipsas profectō signauit, dicens: *Spiritus erroris, & doctrina demoniorū.* Neq; enim iam tunc ista voluit humanis inferere animis, sed id tantū aperuit, quod iam initiū cōperat, abstinere a cibis, *Quos deus,* inquit, *creauit ad sumendum fidelibus, & agnoscentibus*

*† Infidelibus verò necdum infideles erant, quādo per leges sibi horū vsus interdicebatur. Quid ergo? Nonne deliciae prohibitae sunt? & nimis id quidem. Cur id, si ad sumendum cōdita sunt? Quia & panem creauit deus, & tamē vsus prohibetur immodicus: & vinū creauit itidem, atque eo immoderatē vti prohibuit. Non itaq; delicias tanquam immundum aliquid cauere iubet: sed vt quæ, si deseratur modus, vigorem animi soluant. Quia omnis creatura dei, inquit, bona est, nihilque reiiciendū, quod cum gratiarum actione percipitur. Si creatura dei bona est: oīa enim bona valde, eō q; creaturā dei dixit, edulia cūcta signauit. Iamq; tūc haresim iugulauit corū, qui materiam ingenitā introducūt, atq; ex illa facta esse hęc dicūt. Si igitur bona est, quid est quod ait, Sanctificatur per verbū dei, & orationem? Non quia immundum est, ideo sanctificatur, absit: verū hoc in loco illos alloquitur, qui cōmunia quādā ex ipsis esse arbitrātur. Duo igitur capita ponit, vnū quidem, q; creatura nulla cōmunis est: secundō, quod etsi cōmunis sit, medicamētum in promptu est. Signū illi crucis imprime, gratias age, deo gloriā refer, & protinus immunditia omnis abscessit. Num verò, inquit, & quod idolis immolatū fuerit, eadē possum ratione mūdare: Licet, siquidē nescias idolothytum esse: sin verò sciens ac prudens illud percipias, immundus iā eris: nō ideo quia idolothytum est, sed q; cū tibi imperatum sit nō communicare dæmoniis, per id cōmunicasse cōuinceris. Itaq; neq; illud natura huiusmodi est, verū ex sententia tua atq; inobediētia immū dum sit. Num suilla caro immūda est? nō, si cū gratiarū actione percipitur, crucisq; signaculo, nec aliud quicquam immū dum est. Sola quippe volūtas erit immūda, quę gratias nō exhibet deo. *Ista fratribus dictans, bonus eris minister Christi Iesu, innutritus verbis fidei, bonæq; doctrinæ, quā assequutus es. Quānā verò ista sunt? q; scilicet mysteriū magnū est, quod his abstinere dēmonū est, quod per verbum & orationem dei cibi mundantur. Innutritus, inquit, verbis fidei, & doctrinæ quam assequutus es: prophanas autem & aniles fabulas deuota, exerce autem te ipsum ad pietatem. Ista suggerens, inquit. Vides vt nusquam hoc in loco autoritate imperantis, sed sola condescensione vtatur? Suggestēs inquit, nō ait, Imperās: nō dixit, admonēs, sed, suggerēs. Ac si dicat, cōsulēs hęc suggerere, verbāq; de fide ac religione moue. Innutritus, inquit: perpetuā intentionē, & quasi diuinarū rerum habitū indicat. Nā quēadmodū carnales cibos diebus singulis ex necessitate requirim: ita & fidei pietatisq; doctrinā semper accipimus, eaq; iugiter enutrimur. Innutritus, inquit, hoc est, diuina eloquia perpetuō ruminās, & infatigabiliter animo versans, eaq; intētissimē quotidie meditās. Quippe ista non minimum animorū alimentū sunt. *Prophanas autē & aniles fabulas deuota. Quas hoc loco fabulas dicit? Iudæorū***

A profectō ineptas obseruationes, & nimis id quidē cōgruē. Nā sunt re vera fabulis etiā deteriores. Siue idcirco fabulas appellat, quia intēpestiue fiūt. Quod enim suo tēpore fit, perutile est: sin verò intēpestiue fiat, nō modò inutile, verū & noxiū est. Nam exempli gratia: Si quispiā post vigesimū ætatis aīnū vberibus inhiēt infantū more, quā ridiculus erit? Vides vt hęc imimunda & anilia dixerit? partim quia antiquata sunt, partim quia impedimētō fidei fiunt. Nam velle sub metū legis inducere animā, quę legalia cūcta transcenderit, & ad celsitudinē veræ gratiæ ac libertatis euaserit, & execrabile simul & immundū est. *Exerce autem te ipsum ad pietatem.* Hoc est ad fidem puram, vitāque rectā. Id quippe significat pietatis nomē. Exercitatione igitur nobis opus est, sed digna, sed spirituali. *Corporalis enim, inquit, exercitatio ad modicū utilis est. Quidā hoc apostolū de ieiunio aiunt dixisse, sed profectō errant: neq; enim est corporalis exercitatio ieiuniū, sed spiritualis. Nā si corporalis esset, corpus profectō nutrirēt: cū autē illud maceret & extenuet, maciēq; cōficiat, corporalis dici omnino nō potest. Igitur de corporis exercitacione ait inutili illa, & quę nihil afferat lucri, solōq; corpori accōmodata sit. Spirituale igitur exercitacionē nomine pietatis insinuat, quæ latissimos fructus in futuro seculo reddit, & hęc atq; illic recreat. *Fidelis sermo.* Hoc est, verus: quoniā in hoc seculo & in futuro huius sacræ exercitacionis nobis præmiū redditur. Vides vt omnibus in locis hoc inferat? Nullo indiget apparatu, nihil persuasione opus habet, sed absolutē sententiā fert: quippe ad Timotheū illi sermo erat. Ergo & in hoc seculo iā præfātissima nutrimur spe. Nā is qui nihil sibi mali cōsciū est, plurimisque virtutib; ornatus incedit, & hęc iam lætus exultat, ac spei suæ fructib; pascitur. Sicut ē cōtra malus quisq; ac reprobus, nō in futuro tantū, verū & in præsentī seculo cruciatur, dum metu perpetuō agitatur: & neminē aspiciere fidēter audet, dum tremat iugiter, pallet atq; anxius est. An verò nō huiusmodi sunt etiam cupidi quique, ac fures, qui his quæ habēt, fidere nequaquā possunt? Adulteri item atque homicidę, nōne molestissimā viuūt vitam, qui Solem ipsum absq; metu atque suspicione non hauriunt? Hęc cōtine igitur vita dicenda est? Minimē verò, sed acerbissima mors. *In hoc enim, inquit, laboramus & exprobramur, quia speramus in deo viuente, qui est saluator omnium, maximēque fidelium.* Cui, inquit, rei gratia nos ipsos affligim, atque cōcidimus, nisi futurorū recreemur spe? Cur omnes exprobrāt nobis? Num frustra, inquit, ista perpetimur, qui iniurias, cōtumelias, maledicta, & mala quotidie innumera sustinem? Si in deo viuēte minime speram, cui rei gratia hęc patimur? Quod si infideles hęc saluat, quātō magis illic fideles seruare præsumitur? Quam verò salutē dicit? æternā scilicet. *Qui est, inquit, saluator omnium hominū, maximēque fidelium: hoc est, lōgē plus studij circa fideles ostendit, interim & huius tēporis salutē dicit. Et quomodo, inquit, fidelium saluator est, si præsentis tēporis salus accipienda sit? Imò & hac in vita fideles suos protegere ac seruare nō desinit. Nā nisi ille saluator esset, quomodo fideles sui obsistere possent, cū impugnantur ab omnibus, & nō magis in interitum deuenirēt? His verbis discipulum etiam animat ad perferēda pericula, ne lassescat, neu soluat metu, cū saluatorē huiusmodi habeat deum, alienaq; protectio-**

ne non

ne nō egeat, quibus profectō ad ferēda omnia fortiter atq; cōstanter accēditur. Nam & hi qui tēporalibus cōmodis inhiāt, spe quæstus incitati, negociationis labores atq; pericula cōstantius subeunt. Iam igitur nouissimū imminet tēpus. *In nouissimis, inquit, temporibus recedēt quidam a fide, intēdentes spiritibus erroris, doctrinisq; demoniorū, in hypocrisi falsa loquentiū, & caute viatā habentiū conscientia, prohibentiū nubere.* Quid igitur? Nos, inquit, nubere non prohibemus? Absit vt volētes prohibeamus, etsi nubere nolētes ad virginitatis celsitudinē cōsecrādā hortemur. Aliud quippe est prohibere, & aliud suæ voluntatis dominiū relinquere. Nam alius quidē prohibet, atq; id totis viribus hortari pergit, neq; id nubere prohibens facit, sed celsioris virtutis merita sectāda proponit. *Prohibentiū, inquit, nubere, abstinere a cibis, quos deus creauit ad sumendum cum gratiarū actione fidelibus, atque agnoscentibus veritatem.* Pulchrē ait, agnoscentibus veritatem, quippe vetera illa ac priora, omnia figuræ erāt: nihil enim naturaliter immundū est, verū ex conscientia sumentis efficitur vt immundū sit. Cuius ergo rei gratia ciborum plurima genera illis per legē interdixit? Ea scilicet ratione, vt delicias amputaret immodicas. Cæterum siquidē diceret apertius, delicias fugite, atque ab his cibis ideo abstinete, nunquā profectō tolerasset, neque obtēperasset: at nūc illos necessitatis lege cōstrinxit, vt maiori metu ab his sumendis arceret. Nam q; suilla carne piscis immundior sit, omnibus profectō liquet: & tamen cū illa interdicta sit, carnium nō piscium interdicitur vsus. Quod verò perniciosē delicias solui populus ille solitus sit, Moſen audias dicentē: Comedit, & impinguatus atque in crassatus, ac deliciatus est, & recalcitrauit dilectus. Est autem & alia causa: Vt enim angustati per legē iam boves mactandos acciperēt, ouesq; immolarēt, meritō propter Apim ac vitulū a reliquis arceret: quippe ille immundus, ingratus, scelestus, prophanus, impurus est. Ista suggere, hęc meditare. Hoc quippe est quod ait, innutritus verbis fidei, ea nō modò aliis meditāda proponere, verū & ipse in eis perpetua exercitacione versare. *Innutritus, inquit, verbis fidei, ac bonæ doctrinæ quā assequutus es: prophanas autē & aniles fabulas deuota.* Cur, quæso, non ait, Sustine: sed, Deuita? Ne scilicet huiusmodi sibi exercitiū sumeret aduersus eiusmodi friuolas obseruationes dimicandi. Neque enim fieri potest, vt qui contra peruerſæ sententiæ homines pugnat, aliquid lucretur vnquā. Cæterū si quādo damnum aliquod ex nostra taciturnitate metuimus, quasi propter infirmitatē defectūque rationis metuētib; nobis aduersus eos subire cōflictū, tūc necessariō retūdenda illorū improbitas est. *Exerce autē te ipsum ad pietatem.* Pietas autē rectissima vitæ norma est, & conuersationis optimę disciplina. Porro qui exercetur, etiam si tempus luctaminis deest, ipse tamen anxietate nō vacat, & quasi in procinctu certaminis positus, omnia gerit, ab omnibus abstinet, totūq; in certamine est, & puluere semper, sudorēq; respersitur. *Exerce autem, inquit, te ipsum ad pietatem: corporalis, inquit, exercitatio ad modicū utilis est, pietas verò ad omnia utilis est, repromissionē habēs vitæ præsentis ac futuræ.* Cuius, inquit, rei gratia corporalis exercitacionis mentionē fecit: vt scilicet ex collatione huius ostenderet eminentiā. Illa enim cū labores inferat plurimos, nihil habet lucri: hęc autem perpetua atque copiosissima

A emolumentā largitur. Sicuti cū dicit, mulieres seipsas ornare, nō in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veste preciosa: sed quod mulieribus conuenit, profitentibus pietatē per opera bona. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, in hoc enim laboramus & exprobramur. Paulus afficiebatur probris, & tu Mora: ea grauitatē atq; indignatē fers? Paulus laborabat, & le, tu delicias quotidie meditaris? At profectō nunquā ille tam excellēti laude, æternisq; bonis potiretur, si vitā in deliciis agere maluisset. Nam si secularia cōmoda, cū sint mortalia & corruptibilia, homines non absq; laboribus ac sudoribus assequūtur, multo minus illis spiritualia ac digniora prouenient, ocio desidiāq; torpētib;. Sed inquit, At plurimis ista sæpe hereditario iure proueniūt. Et si sic illa proueniāt, horū tamē custodia laboribus perpetuis, angorib; que nō vacant: verū laborare illos, atq; in ærumnis agere necesse est, & quidem non minus, quā qui illa initio quæsierunt. Omitto enim interim referre, vt plurimi post labores plurimos, & ærinas, spe sua frustrati sunt, in ipso portus ore vento contrario aliqua ex parte irruēt, atq; inter medias spes inferēt naufragia. Verū enim apud nos nihil huiusmodi est, Deus enim pollicetur, spēsque nō cōfundit. An verò ignoratis & vos, qui negotiis secularibus inuerramini, q; multi post labores innumeros, fructus omnes studiorum suorum amiserunt: cū autē morte prærepti sunt, aut rerum mutatione delapsi, aut morbo longiore vexati, aut calūniis inuidorū, atque aduersantium pressi, aut quolibet casus alios perpeffi sunt, cuiusmodi sæpe mortalibus obuenire necesse est? Ex quibus profectō omnibus id fit, vt vacuis proficiscantur manibus. Cæterum tu mihi contra eos numerare perges, qui minimis laboribus multa bona quæsiere. Quæ nā ista bona sunt? pecunię scilicet copia, magnificentia domus, soli infinita iugera, mancipiorū greges, argenti atque auri pōdus immensum, hęc tu appellare bona nō erubescis, neque suffunderis, homo cū sis, cui de cœlestibus philosophari fas sit? Nō inquam, erubescis terrenis solū rebus, & cōmodis inhiare mortalib;, cui ad fruēdū patet, si volueris, cœlum, eaq; appellas bona quæ indignissima, simul atq; vilissima sunt? Nēpe em si bona hęc dicimus, & eos qui ea possident, bonos itidē vocare debemus. Nam qui bonū aliquod habet, quomodo potest ipse non esse bonus? Quid ergo? Si qui ista possidet, immodica habēdi cupiditate aliena diripiāt, num eos dicemus bonos? Si em bonæ diuitiæ sunt, hęc verò ex cupiditate, iniquisq; cōpendiis oriūtur: quantō illæ auctiores sunt, tantō qui eas possidet, melior fieri putandus est, atq; ea ratione ille erit optimus, qui cupidissimus fuerit. Si autē diuitiæ bonæ sunt, quæ ex cupiditate incrementa suscipiunt, eō quisq; bonitate præstabit, quō plura possederit. Quod q; sit absurdū, quāmq; a ratione dissentiat, omnibus perspicuū est, nisi fortē absq; cupiditate opes congeri possent, atq; innoxie possideri. Sed id profectō fieri nulla ratione potest, vt perniciosissima hęc perturbatio innoxia sit, atq; id Christus dicens, definit sua sententiā: Facite vobis amicos de māmōna iniquitatis. Quid igit, inquit, si patri hares quisq; successerit? Iniuste profectō coactas accepit opes: neq; enim ex Adam maiores sui traxere diuitias, fieriq; potest, vt & alij plures etate præcesserint, atq; inter plurimos inuentū esse quempiam, qui iniuste aliena susceperit. Quid ergo dicemus, inquit,



quies, de Abrahamū iniquas ille possedit opes? Quid itē de Iob, qui innocēs, qui iustus, qui verax, qui dei cultor, qui a malis omnibus abstīnēs prādicat? Opes illis nō in auri argētīq; talētis, nō in prāclaris aēdib; sed in pecorib; erāt. Quā profectō diuitiā, & innocuā, & diuinitus permissā sunt. Nam quōd ex pecore illā cōstarēt, inde manifestū est. Cū enim is, qui illius gesta conscripserat, ea quę illi cōtigerant, enumerasset, dixissetq; camelos, & equas, & asinas mortuas esse, nō addidit auri quoq; talēta direpta fuisse. Præterea Abrahamū quoque familiarū diues fuisse memoratur. Quid ergo iniquies, has ille non emit? Nequamquam: quod scriptura signauit dicēs, vernaculos illi fuisse trecētos decē & octo, & oues, ac boues. Vnde igitur aurū Rebecca trāsmisit? ex Aegypto id dono perceperat, nemine violato, aut iniuria affecto. Dic enim, quāso, vnde tu diues es? vnde ille? ex auita, iniquies, hæreditate, alius itidē ex hæreditate paterna: potēne lōgā generis seriē repetēs opes istas probare crimine carere iniustitiā? Nūquā profectō id poteris, verūm necesse est harū initiū ac radicē ex aliqua iniquitate manasse. Vnde id constat? ex eo scilicet, quōd deus ab initio nō fecit alium quidem diuitem, aliū pauperē: neque huic thesauros effodiēdos ostēdit, illū hac inuestigatione priuauit, sed eandem omnibus aperuit humū. Quo igitur pacto, quum illa cōmunis sit, tu illius permulta iugera possides, proximus verō nec vnius glebæ possessione lætatur? Pater, iniquies, mihi ista reliquit: ille autē a quo ea suscepit? A maiorib; scilicet. Sed necesse profectō est, per successionis lineā ascendendo inuenire principium, id autem iniustitia vacare nō potest. Diues fuit Iacob, verum laboris sui mercede ditatus est. Sed mittamus planē ista, neq; ea diligentiori scrutemur examine. Sint iustæ diuitiæ, & omni rapinæ crimine liberæ. Neq; em̄ tu eris obnoxio, quæ pater quæsiuit iniquo fortē cōpendio. Etsi enim quæ habes, ex rapina collecta sunt, nō tu tamē ea rapuisti. Verūm vt concedamus, ne illum quidē rapuisse, sed effossum humo habuisse thesaurū: quid tandem? num idcirco sunt bonæ diuitiæ? Minimē id quidem. Sed neque, iniquies, malę sunt, nisi fuerint ex avaritia & cupiditate cōgestę. Nō malę sunt, si egenis fuerint distributę: sin verō huiusmodi officiis pietatis nō inseruiāt, & malę, & perniciose sunt. Quādiu enim quisque malum nō facit, malus non est. Quid verō si bonū non fecerit, bonus erit? An verō id malū non est, solūm dominicas possidere diuitias? solū frui his quæ cōmunia cōdita sunt? nōne domini est terra & plenitudo eius? Si igitur cōmunis domini sunt nostra omnia, nostrorū quoque cōseruorū non minus debēt esse quā nostra. Quæ em̄ domini sunt, omnia cōmunia sunt. An verō nō videmus & in magnis domibus hæc ita cōstitui? puta omnibus equaliter esca diuiditur, quippe ex thesauris dominicis promitur, cōmunisq; omnib; est: & aqua ratione patet domini domus. Communia sunt omnibus itidem & regalia omnia, cōmunes vrbes, plateæ, porticus omnibus sunt, equumq; ius in his omnibus est, nec alius plus alio possidet, quæ vsui publico patent. Tu velim dei dispositionem cōsideres omnino mirabilē, fecit quædā esse cōmunia, vt vel ex ipsi genus miseretur humanū: puta aērē, Solem, aquā, terrā, cœlum, mare, lucē, sydera: hæc omnia veluti fratribus omnibus ex æquo partitur, eosdē omnibus oculos condidit, corpus idem, eādē ani-

Gen. 14.

Psal. 23.

mam, similit̄ per omnia cūctis effigiē, ex humo produxit omnia, atque ex vno homine molitus est omnes. Carterū horū nihil inclusit, fecit & alia pleraque communia: vtputa, lauacra, vrbes, plateas, porticus, & cætera huiusmodi. Et intuerere quæso, vbi in his quę cōmunia sunt, nullę resonant lites, sed pacata sunt omnia: ex quibus si quis aliquid vsurpare conetur, ac propriū facere, tunc iam continuo excitantur lites, veluti natura ipsa indignē ferente, q̄ cūm deus nos vndiq; colligat, nos ē contra ipsos diuidere nitimur, ac discerpere omnino contendimus: dum nobis cōmunia vsurpare conamur, ac dicere: Hoc tuum, hoc meū est. Ex hoc enim contentio omnis, atque omnis occasio mœroris oritur: vbi autem hoc nō est, nulla lis, nulla cōtentio gignitur. Magis igitur cōmunis rerum, & aqua possessio, quā proprietates illa hæreditario iure prouenit, magisq; secundum naturam est. Vt quid enim nemovnam de fori proprietate cōtendit? Quia commune omnium est. At verō de domus possessione omnes certare videmus, & de pecuniis itidem. Et ea quidem quæ necessaria sunt, nobis communia proponuntur: nos verō ne in his quidem quæ minima sunt, fœdus seruamus societatis humanæ, dum ea communicare negligimus. Et certē illa idcirco communia fecit, vt ex his discamus & ista possidere communiter. At nos ne sic quidem discere volumus: verūm, vt dixi, bonus esse nō potest, qui diuitias possidet solus: sed tunc bonus efficitur, si eas aliis quoque communicet. Si illas non habet, bonus erit: si & aliis tribuat, erit itidem bonus: cæterūm quādiu eas habuerit solus, bonus profectō nō erit. Hoc igitur bonum dicendum, quod dum tenetur, malos ostendit: dum deponitur, bonos? Non igitur habere pecunias bonum est, verūm non habere, videri bonum facit. Non igitur sunt bonæ diuitiæ, cæterūm si eas dum licet accipere, renuas, bonus itidē eris. Si igitur cūm eas habentes cōmunicamus egētib; & oblatas spontē renuimus, tunc boni sumus: sin verō eas vel oblatas sumpserim; vel soli possidere velimus, boni non sumus: qua ratione diuitiæ bonæ dicendæ sunt? Noli igitur eiusmodi appellatione falli, nec bonas dixeris, quæ bonę non sunt. Idcirco nempe bono, quod verum est, carēs: quia bonas diuitias putas, quia illas miraris attonitus. Purgare animum stude, iudiciūque diligentius adhibe: tunc profectō bonus eris, cūm iudicio minimē aberraueris. Disce quæ vera sint bona. Quæ nā verō ista sunt? Virtus scilicet, atque benignitas, eadē profectō norma si misericors fueris. Quāto ea re excellis magis, tantō melior eris, atq; putaberis: non sic autē, si fueris diues. Ita igitur boni esse studeamus, vt boni veraciter simus, futurisq; perfruamur bonis in Christo Iesu domino nostro, cum quo est patri gloria &c.

## Homilia XIII.

**R**ecipe hæc & doce. Nemo adolescentiā tuā contemnar: sed forma esto fidelis, in sermone, in cōuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Dum venio vaca lectioni, exhortationi, doctrinæ. Noli negligere gratiā quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiā, cū impositione manū presbyterij. Sūt quædā in rebus humanis, quę doctrina indigeāt, sunt itē quæ imperio. Si igitur peruerso ordine, vbi docere necesse est, imperare malueris: ridiculus profectō eris. Eadē ratione, si docere pergas, vbi imperio vtī cōuenit, hoc ipsū similit̄ patieris. Verbi gratia: Malū nō esse, docere minimē conuenit, sed imperare,

imperare, & magna vi autoritatis prohibere: Iudæis item nō intēdere fabulis similit̄ imperandū est. Cæterūm siquidē substantias pauperibus distribuere, virginitatemque seruare opus sit, ac de fide differere, hic iā doctrina & exhortatione agendum est. Idcirco vtrunque posuit Paulus, Præcipe, inquiens, ac doce. Puta si quis ligaturas inanes, aut aliud quidpiam eiusmodi, sciēs ac prudēs sequitur, præcepto atq; imperio tantum arcēdus est: sin verō ignarus in ea inciderit, docendus est. Nemo, inquit, adolescentiam tuā contemnat. Vides vt imperare sacerdotū necesse sit, summaque cum autoritate differere, nō semper docere. Nempe enim quoniā adolescentia ex præsumpta opinione communi fermē cōtēptibilis existimatur, idcirco ait: Nemo adolescentiam tuā contemnat. Oportet enim eum qui doctoris officium suscipit, ita se agere, vt despici contemniq; nō possit. Sed fortasse dictur; es: Vbi modestia ac mansuetudo sacerdotis eluceat, si semper in honore sit, neq; cōtemptui pateat? In his quidem, quæ ad se pertinent, si contēnatur sanē, constantissimē ferat: ita enim per patientiā virtus prædicationis ostēditur. Verūm in his, quæ aliorū tangunt salutem, contēptui omnino nō pateat. Id quippe nō mansuetudinis est, sed stultitiæ. Nam siquidē iniurias in se, si maledicta, si insidias vlscisci velit, ritē omnino culpabitur. Verūm vbi alienę salutis negociū agitur, imperio vtatur, atq; ex culmine autoritatis, ne quid noxiū imminet regi, summa cura prouideat: neque enim hoc in loco mansuetudine, sed autoritate opus est, vt ne ecclesiæ utilitas pereat. Aut fortē hoc significare voluit, dicens: Nemo te adolescentiæ causā contēnat.

Si enim ætatis defectū, in dolis magnitudine, morumq; maturitate suppleueris, nullus iā te adolescentiæ causā contemnet, verūm admirabitur magis. Sed forma, inquit, esto fidelis, in sermone, in cōuersatione, in charitate, in fide, in castitate, in omnibus reipsū præbēs bonorū operū formam. Hoc est, exēplar vitæ, atque morum ipse esto, tanquam imago propositus, tanquā animata lex, veluti regula, ac norma bene recteq; viuēdi. Huiusmodi quippe doctorē esse necesse est. In sermone, inquit, vt facile instruere per doctrinam possit: in cōuersatione, vt ecclesiæ sit propositus ad imitandū: in charitate, in fide, in integerrima castitate, in sobrietate, cæterisq; virtutibus, ex quib; norma sumitur bene beatęque viuendi. Dū venio, inquit, lectioni vaca, & exhortationi atque doctrinæ. Timotheū ecce admonet lectioni operam dare. Audiamus omnes intentius, atq; discamus diuinarum meditationem scripturarū minimē negligere. Dum venio, inquit. Prouidētissimē omnino id posuit, solaturque discipulum. Fieri enim necessariō debuit, ne desertū se, ac parente destitutum ille putaret, nisi ille suum polliceretur aduentum.

Dum, inquit, venio, lectioni vaca diuinarū scripturarum, exhortationi mure doctriæq; ad omnes. Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiā. Doctrinā hic intelligi voluit, cum impositione manuum presbyterij. Non de presbyteris hoc in loco, sed de episcopis loquitur. Neque enim profectō presbyteri ipsum ordinarant.

Ista meditare, in his esto. Intuerere quæso diligentius, vt illum eadem de re sæpius moneat, id profectō ostendere volens, quōd eum qui doctrinæ ministerium sumit, in his maximē omnium studere necesse sit. Attēde, inquit, tibi ipsi, atq; doctrinæ, & permance in ipsis: hoc est, attēde tibi, & reliquos doce: hoc enim faciēs, & te ipsum seruabis, & eos qui te audiunt. Nā qui do-

Arinæ innutritur ministerio, prior sibi, inde aliis emolumēta cōquirat. Dum enim alios admonet, seipsum quoque compungit. Ista profectō Timotheo dū loquitur, oēs salubriter admonet. Quōd si ei qui mortuos excitabat, hæc monita edidit: quid iā nos mileri dicturi sumus? Sed & Christus eū qui profertur de thesauro suo & noua & vetera, homini patrifamiliās & similit̄ dixit. Et Paulus iterum alio in loco: Vt per patientiam, inquit, & consolationem scripturarum, spē habeamus. Id quippe ipse maximē omnium egisse deprehenditur, qui ad pedes Gamalielis paterna instrūctus est lege, ac postmodum lectioni intētissimē operam dedit. nā prior ipse fecit, quod alios monuit. Denique videas illum iugiter prophetarum vtī testimoniis, recōditōsq; in illis eruere sensūs. At verō Paulus lectioni intendit, ex qua emolumentū sciebat nō minimum elici posse. Nos cōtra negligimus, & somno desidīaque torpemus. Vt profectus, inquit, tuus manifestus sit omnibus. Vides vt in hoc quoq; illum magnū fieri velit, atque mirabilē, ex quo scilicet ecclesiæ cōmoda prouenire sciebat. Vt profectus, inquit, tuus manifestus omnibus sit. Non modō in vitæ rectitudine, ac sanctimonia, verūm in sinceritate atque vbertate doctrinæ. Seniore, inquit, non increpaueris. Non equidem reor hoc in loco illū de dignitate dixisse, sed de ætate senili. Quid ergo, iniquies, si & ille emēdatione opus habet? Tanquā patrem, inquit, suscipe. Et modestē alloquere, mixtāque quadam reuerentia admōne.

Anus, inquit, vt matres, iuuenes vt fratres, adolescentulās vt sorores, in omni castitate. Ea quippe rei natura est. Graue quiddam ac molestū, inquit, est argui, idq; tunc maximē, cūm senex arguitur, atq; ab adolescentē. Triplex temeritatis notatur effigies, quā profectō solatur modō hac lenitate. Possumus quippe ita delinquētes arguere, vt non grauer, non molestē audiamur, si nos in hoc exercere velimus. Est enim illud magnæ prudentiæ, neque passim omnibus patet. Iuuenes, inquit, vt fratres. Cuius rei gratia & hic illum lenitatis admōnit: vt scilicet ætatis frēnaret audaciā, facerētq; leniter admonentē libentius suscipi. Oportet enim & hic molestiā rei, mansuetudinis temperamēto lenire. Adolescentulās, inquit, vt sorores. Et addidit, In omni castitate. Non modō, ait, obscœni congressus vitium caue, verūm omnem suspicionis vel obscuræ aditum claude. Quia enim adulescentularum colloquia turpi suspitione difficilē carent, oportet autem episcopum & illas alloqui, idcirco ait: Cum omni castitate. Quid verō hoc sibi vult? Istāne Timotheo imperas? Ista sanē, inquit: per ipsum enim orbē alloquor vniuersum. Sin verō ista Timotheo præcipit, cōsideret iā quisq; cuiusmodi debeat esse, vt scilicet nullū suspitioni præbeat locum, ne vmbra quidem occasionis calumniari volētibus det. Viduas honora, quæ vere viduæ sunt. Cur obsecro, nihil de virginitate differuit, neq; ait, virgines honora? Vt equidem reor, virgines tunc fortasse non erant, siue etiā propositō virginitatis exciderāt. Iam enim, inquit, quædā retrō conuersæ sunt post fatanam. Viduas, inquit, honora, quæ vere viduæ sunt. Ergo

inquit: per ipsum enim orbē alloquor vniuersum. Sin verō ista Timotheo præcipit, cōsideret iā quisq; cuiusmodi debeat esse, vt scilicet nullū suspitioni præbeat locum, ne vmbra quidem occasionis calumniari volētibus det. Viduas honora, quæ vere viduæ sunt. Cur obsecro, nihil de virginitate differuit, neq; ait, virgines honora? Vt equidem reor, virgines tunc fortasse non erant, siue etiā propositō virginitatis exciderāt. Iam enim, inquit, quædā retrō conuersæ sunt post fatanam. Viduas, inquit, honora, quæ vere viduæ sunt. Ergo datur intelligi, fieri posse, vt aliqua sit quę virum non habeat, nec vidua tamē sit. Quemadmodū enim virginem non hoc facit, viri ignorare cōcubitum, sed & aliis virtutibus plurimis illi opus est ad promerendā verę integritatis laudē, vt scilicet sine querela sit, & diuinis reb; intēta, domino semper affideat: ita & in viduitate magno honore necessariō indigēt. Quia enī

viros non habent, ea res probro esse plerisque videtur, atque ideo illam à sacerdote iubet maiori cū studio honorari, neque ob eam tantum rē, verum quia etiam digna est. Si qua autem vidua filios aut nepotes habet, discat primū domibus suis cū pietate præesse, & vices parvū reddere.

Intuere prudentiam Pauli, quomodo plerisque in locis ex humanis rationibus admonet, & ex his quæ plana atque perspicua sunt. Neque enim magnū aliquid ac sublime hoc in loco proponit: sed quod, vt dixi, planū apertūque est: & vices, inquit, parvū reddere. Quoniam modo? Educant te illi, atque ad incrementa perduxerunt, magnūque honore profecti sunt. Migrarunt illi ex vita, nec vicē eis reddere potuisti: nō enim & ipsa illos vicissim genuisti: neque enutristi: hoc saltem nepotibus exhibe, vicēque redde.

Discat, inquit, primū domibus suis cum pietate præesse. Hoc in loco beneficentiam intelligi voluit. Hoc enim, inquit, bonū & acceptum est in cōspectu dei. Postquā autem dixerat, quæ verē viduæ sunt: quæ nā sit veraciter vidua, signanter expressit dicens: Quæ autem verē vidua est, et desolata, sperat in deo, et perseverat in obsecrationibus et orationibus nocte ac die: quæ autē in deliciis est, viues mortua est. Ea, inquit, quæ secularē penitus abiicit vitā, atque in viduitate persistit, verē vidua est: quæ in deū, vt cōuenit, sperat: quæ obsecrationibus & orationibus intenta, permanet in eis nocte, ac die. Hæc nēpe vidua est, atque ab illa longē discreta, quæ filiorum solatio nititur. Et illā quippe collaudat, quæ filios nutrit, vt decet: cæterum ea, vt diximus, veraciter vidua est, quæ liberis destituta sola persistit. Deinde eā ipsam consolatur, carentem filiis, dicens hoc esse, quod maximē viduam faciat, si non modō viri solatio, verum filiorum quoque priuata sit: habet enim illorum vice omnium deum. Neque enim filiis orbata, minus aliquid habet, cū ipsorum absentia suppleat verā, vt diximus, solatium viduitatis, ac meritum. Noli, inquit, molestē ferre, dū audis oportere filios educare, cū ipsa filiis careas, quasi ex hoc min⁹ dignitatis habitura sis. Tunc enim veraciter vidua es, cū eo solatio destituta, ex deo solo pendes, rebusque diuinis.

Quæ autem in deliciis est, viues mortua est. Quia enim plurimæ idcirco viduitatem eligunt, non vt laxioris vitæ occasione amputēt, sed vt eas magis incendāt, vt scilicet maiori cum autoritate omnia gerāt, liberūque seipias voluptatibus tradāt, ideo ait: Quæ autem in deliciis est, viues mortua est. Quid, oro, hoc sibi vult? Etiamne mulier vidua deliciis arcēda est? Et nimium quidem necessariū. Si igitur vbi & ætas, & sex⁹ infirmior est, deliciæ ita prohibētur, quippe quæ mortis authores sunt, & mortis æternæ: quid dicuntur viri, qui se deliciis soluūt? Congruē profectō ait, quæ autē in deliciis est, viues mortua est. Discam⁹ planē, quodnam sit viuientium opus, quod etiā mortuorum: vt scire possimus, vbi hanc statuere debeamus. Viuetes profectō, quæ sunt futuræ vitæ, quæ sola verē vita est, gerunt. Quænam verō futuræ vitæ opera sunt, in quibus nos iugiter oporteat exerceri, audi dicentem Christum: Venite, percipite præparatum vobis regnum à constitutione mūdi: esuriui enim, & didistis mihi manducare: sitiui, & didistis mihi bibere. Viuentes nō eo solum à mortuis differunt, quod Solem atque aērē cernūt, sed eò quod boni aliquid faciunt. Id quippe nisi assit viuētibus, nihilo defunctis meliores erūt. Atque vt id manifestius noueris, audi quomodo mortuos quoque idem ipse redēptor no-

ster viuere prædicet. Deus, inquit, non mortuorum, sed viuētium est. Sed istud quoque, inquit, ænigma est: igitur vtrunque soluamus. Mortuus est quisque: viues, cū in deliciis degit. Quoniam modo? Ventri solummodo viuunt, sensibus cæteris mortui: neque enim aspiciunt quæ aspiciēda sunt, neque audit quæ necessariū audire conuenit, neque ea loquitur, quæ decet loqui, nihilque in se viuere præter solam ventris ingluuiem indicat: cæterum quemadmodū mortuus quispiā in lectulo iacens, cōplossis palpebris, clausisq; luminibus, nullū omnino sensum habet: ita & hic, imō longē hic deterius quā ille affectus est. Ille enim bona æquē ac mala eadem ratione non sentit: hic autē malorum tantum non amittit sensum, sed nihil boni penitus sentit. Nihil illum ex his quæ in futura vita seruātur, mouet, sed ad omnia perstat immobilis, atque ita mortuus est, quemadmodum in cuniculum quendam obscurū, & tenebrosū antrū præcipitatus, atque immunditia omni plenus, intimis & opacis vitiorum sinibus cōditus, semper in tenebris instar mortuorū degit. Nam cū per omne tēpus, partim prædiis occupatus, ac cœnis, partim ebri⁹ durat, nōne in tenebris est: nōne mortuus est? Ne tum quidem cū vigilare videtur, nisi dormire cōuincitur, cū necdum præteritē noctis digesserit vinū, & futurę potationis immodica cupiditate teneatur. Videatq; illū serō, manē, meridiē, sēper cœnas comestationesq; versare, noctēque totas, & aurore plurimam partem profundo sopore detineri. Hūcne igitur inter viuos statuere, ac numerare quispiā audeat? Iam verō quis possit dignē tēpestatem illam ingentē eloqui, quæ ex huiusmodi pernicioso deliciarum vsu in animam simul & corpus irrūpit? Quemadmodū enim vasta, ac perpetua nubium densitas radios Solis nunquam sinit vim sui fulgoris ostendere: ita & vini, ac deliciarū euaporationes cerebrum non secus, quā scopulū nactæ, illumque crassa nube tegentes, nō permittunt liberē vsquā se intendere: verum in tenebris perpetuis detinent eum, qui sic miserabiliter iacet affectus. Neque explicari potest omnino, quāta intus tēpestas iactetur. Quemadmodū enim sæpe cū inundatio vehementior facta fuerit, aquarumq; vis officinarū aditum occupauerit, turbati eos qui intus sunt cernim⁹, & discos atque amphoras, & spōgias, & alia plurima ad exhauriendum aquā excogitata deferre, vt ne violatis fundamentis atque commotis, omnis posthac supellex inutilis fiat: ita & anima quoties nimis deliciis oppressa fuerit, perturbatur oīs intrinsecus ratio. Cæterum quod iam coactū est, cū exhaurire difficillimū sit, quod rursus aliud ē vestigio ingrediatur, incredibile est quāta perturbatio, quātusq; fluctus immineat. Neque enim velim latam, subridētēque faciem cernas, verum ad interiora trāsgredere, eaq; diligētī examinatione perpēde. Aspicias ea ingētī mœstitia plena. Ac si quidem liceret animā exutam corpore subiicere oculis intuendā, videres profectō huiusmodi delicioforū animas deiectas, mœstas, tristes, fœdas, maciēque cōsectas. Quāto enim corpus pinguedine, crassitudineque distenditur, tantō illa extenuatur magis, atque imbecillior fit, tantō item magis obruitur, atque sepelitur. Ac sicuti in oculorum pupilla siquidē exterius impositas tuniculas crassiores effeceris, cernēdi vī emittere ex se nequit, & clarius intueri, cū radius ille oculorū ex ea pinguedine obtundatur, ac tenebris plena sint omnia: ita & corpus cū fuerit

cū fuerit obesum, animam quoque obtusiorē euadere necesse est. At mortui, inquit, in putredinē tabēque vertūtur, ingentēque ab eis sanies defluit. Id profectō & in ea quę deliciis soluitur, fieri videas: quippe rheuma, pituita, purgamenta narium, ructus ac vomitus ex ea profluūt: cætera enim omitto, quæ dictu turpia sunt. Tārum enim habent deliciæ viriū, vt quæ ne eloqui quidē ipsi possim⁹, ea delicias sibi perferre suadeat. Quoniam modo? Defluit vndiq; corpus, & imbecillius fit. At comedit, ac bibit. Nō est id humanæ vitæ argumentū, quippe & muta animalia hoc ipso funguntur munere. Cum igitur mortua iaceat anima, quid ex eo cibo emolumenti, potūque percipitur? Neque enī si iaceat cadaver exanime pulchra veste cōtectum, ex eo flore vestis proficiet quippiam: ita neque anima mortua venustiori amicta corpore aliquid ex eo decore lucrabitur. Nā cū omnis illi cura, omnique sermo, de cocis, & instructoribus mensæ, atque pistoribus sit, nihilque pium sentiat aut loquatur, nōne mortua est? Videamus certē quid homo sit. Definiūt illum externæ sapiētia authores, animal esse rationale, mortale, rationis ac disciplinæ capax. Nos ab illis hominis definitionē nequaquā mutuabimur. Sed vnde ex diuinis scilicet literis. Vbinā igitur quid sit homo illæ definiūt? Homo, inquit, fuit iustus, verax, pius, abstinens ab omni opere malo, hoc nēpe homo est. Et alibi iterum: Magnū quiddā est homo, & preciosum vir misericors. Cæteros verō quæ eiusmodi nō sunt, quantūlibet rationis participes fuerint, disciplinæque capaces, nō nouit scriptura appellare homines, sed canes & equos, & viperas, & serpētes, & vulpes, & lupos, & si quid etiā hisce feris ignobilius est. Si igitur hoc homo est, quod scriptura definiuit: quid in deliciis soluitur, homo profectō nō est. Quo enim pacto, cū nihil ex eis curæ sit, quæ hominem faciūt? Neque enim possunt deliciæ, atque sobrietas in eodem habitare domicilio. Hæc enim se inuicem perimūt, sicuti etiam externæ sapientia authores dicunt. Nā venter pinguis nō gignit sensum tenuē. Moris etiam scripturæ est homines inanimos dicere, cū carnales eos significare vult, & certē illis nō deerat anima, sed mortua illa erat. Quemadmodū enim de his, qui virtute clari sunt, licet habeant corpus, dicere tamē solemus, totus anima est: ita & de carnalibus, licet illis per vitā non desit anima, dicimus totus caro est. Sic & Paulus aiebat his, qui carnis opera non perficiebant, vos autem non estis in carne. Pari profectō ratione & qui in deliciis viuunt, non in anima, neque in spiritu, sed in carne sunt. Quæ autem, inquit, in deliciis viuunt, viues mortua est. Audite vos ista, quæ tēpus omne in comestationibus, & ebrietatibus teritis, quæ pauperes fame tabescere, atque emori cernitis, & negligitis, cū ipsæ iugiter deliciis intrēt moriamini. Geminæ quippe mortis authores estis, dū & eos qui fame vexantur, mori permittitis, & vobis ipsis mortem per delicias spontē consciscitis, simulque & vos & illos occiditis, dum modum seruare contemnitis. Nam si abundantiam vestram illorū indigentia misceritis, duplicem profectō vitam viueretis. Quid, quæso, ventrem satietate distendis? Quid in opem contemnis inedia? Considera, quæso, diligentius, quisnam sit escarū finis, quis ciborum exitus, in quod illi vertantur, quid fiant. Nōne vel ad solum indignaris auditum? Quid igitur, vt stercora plura cōficias, elaboras? Nihil profectō aliud est ciborū illa superflua cura, quā ex ag-

geratio stercoris. Habet quippe natura modos suos, quos si quis excedat, & amplius quā illa velit, vitari nō iam cibus ille alimentum, sed perniciēs fit. Nutri sanē corpus, nō eneca. Idcirco enim alimēta hæc dicim⁹, nō vt eis corpus perimam⁹, sed vt alamus. Ideo vt reor, esca ipsa sine tam abiectō concluditur, ne simus deliciarum amatores. Nā nisi illa hoc sine desineret, neque in perniciem corporis immodicā verteretur, etiam inuicem vorarem. Si enim totum capere quod immitteretur, vter tutō posset, atque inde corpori subministrare vires: quis esset bellorū, pugnatorūque finis? Nā si modō quoque cū partim in stercus egeritur, partim in sanguinem inutilem pituitamque conuertitur: sic quoque deliciis insistimus, & sæpe substantias integras vna mensa consumimus: nū huiusmodi deliciarum finis esset, quod nō crumperet nostra vāsanā? Maiore nos indies fœtore implemus, cū deliciis magis instamus, corpore nostro instar vtris defluēt: & dum quispiā huiusmodi satietate distentus, crebris ructibus etiam cerebrū violat, vapores vndiq; ex corpore tetri exhalant, veluti ex fornace quadā calore intrinsecus feruescente, vt est sapientum sentētia. Quod si & hi qui forinsecus sunt, ita indignantur, & grauer ferunt: quid pati existimas cerebrū intrinsecus, dū iugiter eiusmodi vaporibus quatitur? Quid item feruetis sanguinis riuos, nec euaporatione valētis? quid lacunas illas, iecur ac lienē: quid ipsa receptacula stercoris? Et quod deterius est, latrinas cautē curamus, vt ne obstruantur, stercusq; ad superiora exhalet, atque omnia huius rei gratia facim⁹, impellentes cōris & instrumētis reliquis ad id negocij accommodatis: ventris autē nostri latrinas nō emū dare curamus, verum obstruimus atque oppilamus, & fumo ipso ad superna ascendēte, vbi rex ipse sedē habet, cerebrum scilicet, desidemus, nullaq; mouemur cura. Cur id, quæso. Nempē quia ipsum non vt regē honestum ducimus, sed veluti immundum quempiā canem. Idcirco nāque deus membra illa longē secreuit, ne qua ex eis perniciēs emanaret: sed minimē permittimus nos, qui omnia, modum non seruādo, corumpimus. Taceo enim incommoda reliqua. Nēpe enim si latrinarū meatus obstruas, pestē videbis protin⁹ gigni. Quod si extrinsecus imminēs fœtor pestē gignit: is qui intrinsecus est, & vndiq; obstruētus angustis corporis, nō habet vnde euaporet: nō innumeros & animæ, & corpori morbos inducet? Quodque acerbissimum omnium est, nō desunt, qui in deū cōtumelias referant, dicentes: Quidnā hoc est? Stercoris nos receptacula fecit, cū ipsi id poti⁹ augeāt. At ideo deus ita constituit, vt vel sic deliciarum vsu arcere immodico, vt vel ita persuaderet non affigi secularibus rebus. Cæterum nos ne sic quidem deliciis temperamus, sed ad fauces vsque, & vsque ad mensæ tēpus, imō neque tandiu voluptate perseuerante, deliciis tamen dediti sumus. An verō nō simulatq; præterit linguam atque fauces, voluptas omnis extincta est? Sensus quippe omnis in gustu est. Cæterum post hæc vbi voluptas illa pertrāsīt, magna prorsus tristitia litquitur, siue stomacho per cruditatem oppresso, siue qualibet alia difficultate laceffente. Merito igitur ait, Quæ in deliciis est, viues mortua est. Nihil enī vel loqui, vel audire cōueniēter potest deliciis obfessa anima: efficit nāque mollis, ignaua, imbecilla, illiberalis, timida: interdū verō audacię, asētationis, imperitię plenæ: indignationis, itacūdiæ, malorūque omnium recepta-



lum, bonis virtutibusque omnibus destituta. Quae in deliciis, inquit, est, viues mortua est. Et haec praecipit, ut irreprehensibiles sint. Vides uti hoc legis iure constituat, non proprio permittat arbitrio? Praecipit, inquit, non vacare deliciis, quasi pro confesso malo, perniciosumque habeatur: quasi nefas sit, cum qui deliciis studeat, mysteriorum esse participem. Et haec, inquit, praecipit, uti irreprehensibiles sint. Vides ut peccati ea res sit? Nam quod in voluntate consistit, etiam si omittatur, nihil prohibet irreprehensibile esse. Et nos itaque Paulo obtemperantes, praecipimus deliciis viduas abstinere. Nam si miles laucris ac spectaculis vacans, intentusque negociis, veluti desertor militiae, iure damnatur: multo magis viduae, quae deserto munere suo deliciis student. Non ergo quaeramus hic requiem, ut in futuro seculo illam inuenire possimus. Fugiamus huius vitae delicias, ut veras aeternae vitae delicias mereamur, delicias inquam aeternas, ignaras mali, bonisque immortalibus plenas: quibus vitam simul omnes perfruamur in Christo Iesu domino nostro, cui est eum patre, &c.

Homilia xliij.

**S**I quis autem suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem abnegauit, & est infideli deterior. Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quae fuerit unius viri vxor, in operibus bonis testimonium habens, si filios educauerit, si hospitio receperit, si sanctorum pedes lauit, si tribulatione patientibus ministrauerit, si omne opus bonum subssecuta est.

Plerique virtutem suam sibi satis esse ad salutem putant: & si vitam suam rite disponant, deesse sibi nihil arbitratur, sed hi profecto falluntur. Idque aperte satis indicat seruus ille, qui talentum unum sibi a domino creditum fodit in terram. Neque enim imminutum illud, sed integrum, & huiusmodi quale acceperat, retulit. Euidetur & beatus Paulus hoc in loco idipsum asserit, dicens: Si quis autem suorum curam non habet. Curam nomine, prouidentiam animae corporisque significat: & haec enim cura est. Qui vero suorum, & maxime domesticorum, hoc est genere ad se pertinentium curam non habet, infideli, inquit, deterior est. Idem ferme Esaias quoque prophetarum eximius admonet, dicens: Domesticos seminis tui ne despexeris. Nam si quis propinquos genere, atque affinitate coniunctos aspernetur, quo pacto erit in alienos clemens? Nonne vanitati, iudicio omnium erit obnoxius, si alienos beneficiis foues, propinquos summa immanitate despicias? Quid ite si illos de fide instruat, hos in errore iacere permittat, quibus benefacere iure suo facilius, & commodius possit, quam istud immanitatis erit? Quam late patet detractiois locus, dicentibus gentibus, Christianos sine affectione esse qui despiciant suos. Et est, inquit, infideli deterior. Cur id? Quia ille & si alienos despicit, propinquos tamen nequaquam aspernatur. Diuinas plane leges violat, & iura naturae, qui negligit suos. Porro si is, qui suorum non habet curam, fidem abnegauit, & infideli deterior est: qui suos etiam violat, vbi constituetur? Cum quibus assistet? Quomodo autem fidem abnegauit? Deum, inquit, verbis se scire confitentur, factis autem negant. Quid autem praecipit is, cui credidimus, deus? Domesticos seminis non despiciendos. Quomodo autem huiusmodi credit, qui deum abnegauit? Cogitemus ista, qui pecuniis parcimus, propinquosque despiciamus. Deus nepe idcirco vincula propinquitatis instituit, ut multiplex subesset occasio nos mutuo diligendi, beneficiisque confouendi. Quae

igitur quod infidelis facit, tu facere negligis, nonne fidem abnegasti? Non igitur in sola confessione, sed multo magis in effectu operis fides ostenditur. Posuit singuli, per omnia & credere, & fidem abnegare. Postea enim quam verba de deliciis fecit, non, inquit, in eo solum perit, quod deliciis vacat, verum & quod propinquos despiciere cogitur. Merito qui veteri viuuit, ac per id perit, fidem abnegasse dicitur, & infideli esse deterior. Neque enim idem est proprium, alienumque; aspernari, sed longe maioris est criminis, notum, quam ignotum: amicum, quam qui non sit iunctus amicitia spernere. Vidua eligatur non minus annorum sexaginta, quae fuerit unius viri vxor, in operibus bonis testimonium habens. Dixerat, discant primum domum suam bene regere, & vices parentibus reddere. Dixerat, quae in deliciis est, vidua mortua est. Addiderat infideli deterior esse, nisi domesticorum haberet curam. Quae omnia nisi haberet, viduarum catalogo indigna esset: iam quid habere oporteat, dicit. Quid ergo? Num illam annorum metimur numero? At id cuius meriti est? Neque enim in ipsa est, sexagesimum implese annum. Non igitur sola aetas inspicienda est, imo si sexagenaria quoque sit maior, & bonis operibus careat, eligenda non est. Quid igitur tanta diligentia designat aetatem? Causam postea ponit, non a seipso, sed a viduis ipsis inuectam. Interim quid sequatur, audiamus: In operibus, inquit, bonus testimonium habens. Quibus operibus? Si filios enutriuit. Non parui profecto momenti est enutrire filios. Id vero non de alendis tantum filiis dicitur, sed sicut oportet alendis, sicut superius dixit, si permiserint in fide, & dilectione, & sanctificatione. Vides ut omnibus in locis beneficentiam in suos praeferat? Primum enim si filios enutriuit ponitur, & tunc si suscepit hospitio, si sanctorum pedes lauit, si tribulatione patientibus necessaria ministrat, si omne opus bonum assecuta est. Quid oro, si pauper illa sit? Ne sic quidem haec muneribus omnibus fungi desistat: neque enim est illa pauperior, quae duos obolos sacris thesauris ingessit. Nam licet pauper sit, habet tamen domum, non enim sub diuo manet. Si sanctorum, inquit, pedes lauit. Cuius istud impensum est? si omne opus bonum assecuta est. Corpore ministerium est omne quod praecipit. Sunt enim mulieres huiusmodi obsequiis in primis idoneae, lectulum sternere, ac fouere ministerio. O quantum diligentiae requirit a vidua. Tantum profecto, ut ab episcopo plus ferere nihil exigat. Si, inquit, omne opus bonum assecuta est: & si enim id exequi ipsa non potuit, participes tamen accessit, & ministerij consors. Denique, ut delicias omnes abscinderet, curam suorum ac prouidentiam habere imperauit, & orationibus semper insistere. Huiusmodi & antea illa de euangelio fuit. Vides ut a viduis plus ferere diligentiae, quam a virginibus poscat, licet ab illis eximiam exigat, exactissimamque virtutem? Nam quod ait, ad id quod honestum sit, & facit sine distractione vlla domino semper assistere, summam virtutem ferme comprehendit omnem. Inspicere diligentius, ut non secundis abstinere nuptiis viduam faciat, sed aliis quoque plurimis illi opus sit. Cur enim, quae secundo matrimonium non quaesuit? An quod reprehensibile existimaret? Absit, id quippe haereticorum est, sed ut se iam spiritualibus deuoueret rebus, & virtuti instaret attentius. Neque enim immunda sunt nuptiae, sed occupationibus patet. Quippe & cum dicit, ut vacent: non ait, ut purgetur. Ingentis enim plane occupationis occasio matrimonium est. Si igitur idcirco

idcirco non nubis, ut timore dei vaces, & vacare detrahis, nihil tibi ea res profuit. Obsequium igitur omne super hospites, & factos debes ostendere: quod si facere negligis, matrimonio idcirco abstinuisse conuinceris, quod reprehensibile existimaueris. Ita ferme & virgo, nisi summa diligentia crucifixam sit mundo, conubium ideo repudiaisse videbitur, quod velut immundum, impurumque exhorruerit. Vides ut peregrinorum susceptionem, non simplicem humanitatem, sed praecipuo studio, & tota animi voluntate, summaque alacritate, ac deuotione, tanquam re vera ipsi Christo exhibitam, signet? Neque enim permittit huiusce in sanctos obsequia ancillulis imperari, sed ipsas per se illis ministerium ferre iubet. Si enim ego, inquit, laui discipulorum pedes, multo magis vos debetis inuicem facere. Quantumlibet denique fueris opulenta, & in summa dignitate constituta, ac praecipua generis gloria fulgeas, non tanto harum rerum intervallo eos, quibus obsequeris, superas, quanto discipulos Christi. Si illos ut Christum suscipis, nihil est cur erubescere debeas, imo ingens tibi gloria inde conquiritur: sin vero non ut Christum suscipis, ne suscipis quidem. Qui enim, inquit, suscipit vos, me suscipit. Quod si non ita suscipis, mercede cares. Praetereuntes homines viatores, ut putabat Abraham suscepit hospitio, neque tamen permittebat seruis omnia, sed vxori misceri farinam imperabat, & quidem cum trecentos haberet & decem & octo venaculos, quorum vxores itidem habuisse famulas dubium non est. Sed ipse cum vxore mercedem sibi comparare festinat, non impensam tantum, verum ministerij quoque. Ad hanc regulam hospitalitatis iura seruanda sunt. Nos ipsos cum inferre oportet officia, ut ipsi sanctificari mereamur, ut benedicatur manus nostra [et si pauperi dederis, ne respicias tuis ipsis dare manibus] Christo enim, non pauperi tribuis. Quis vero sit adeo infelix, ut erubescat manus Christo porrigere? Istud re vera hospitalitas est, istud verum de amore dei proficiscitur: ceterum si superbe ceteris inferre ministerium imperes, quamlibet hospites humanitate foueantur, nequaquam hospitalitas ea res est. Ingenti nepe hospes eget obsequio, & ne sic quidem ille fiduciam sumit. Ea quippe rei natura est, ut erubescat cui infertur hospitalitatis officium, nimioque ad eam tollendam verendum est opus obsequio, ut & signo, & verbo ostendamus inter ista officia beneficium nos non inferre, sed referre, pluresque longere recipere, quam demus. In hunc modum, ex alacritate nostra quod agimus, incrementa suscipiet. Sicut enim qui detrimenti nomine, id officium esset, omnia perdit, & qui beneficium se putat inferre, mercedis multum amittit: ita & qui se accipere beneficium dum exhibet, existimat, foecundioribus successibus gaudet. Hilarem enim datorum diligit deus. Gratiarum magis pauperi debet, quia dignatur accipere. Nisi enim essent pauperes, peccatorum difficile sarcinam poneret. Medici illi sunt vulnerum tuorum, manus eorum tibi medicamenta praestant. Non ita medicus, ut medicamenta imponat, extendens manum, curationem exhibet, ut pauper abs te ut accipiat, porrigens manum. Dediti pecuniam, & peccata simul exuisti. Huiusmodi & sacerdotibus: Peccata enim populi comedunt. Maiora igitur recipis, quam lagiris, beneficiumque potius accipere, quam ferre probaris, deoque non hominibus foeneraris, diuitiasque non minuis, sed auges: minuis autem illas nisi eroges, nisi indigentibus des. Si, inquit, hospitio suscipis, si sanctorum pedes lauit. Quorum obsecro? eo

rum scilicet, qui in tribulatione sunt, non sanctorum simpliciter: possunt enim esse sancti, summoque obsequio ab omnibus foueri. Noli hos prosequi copia rerum affluentes, sed afflictos, incognitos, & qui a multis ignorantur. Qui fecerit, inquit, vni ex his minimis, mihi fecit. Noli praesuli ecclesiae ista tribuere partem, ipse potius ministra, ne solius impendij, verum obsequij percipias premium: propriis eroga manibus, tu sulcum sere pietatis. Non hic figendum est aratrum, non iungendi boues, non expectandum tempus, non profcindenda humus, non cum algeris inclementiore caelo luctandum, omni huiusmodi cura semel istud liberum est: quippe in caelum seris, vbi neque frigus, neque hyes, neque aliud quippiam est. In animas spargis, vbi nemo, quod feritur, tollit: sed tenacissime inhaeret, magnaque diligentia, & summo studio colitur, tu sere: quid te ipsu mercede priuas? Magna profecto merces est, posse etiam aliena disponere: non solum dare merces est, sed & quae data sunt, bene, prudenterque dispensare. Cur ipse huiusmodi non occupas praemium? Nam quod huic quoque operi merces dabatur, attende. Constituerunt, inquit, apostoli Stephanum ad ministerium viduarum. Esto ipse quoque tuarum dispensator rerum. Ipsa te humanitas, dei quoque te ordinat timor: istud & vanitate vacat, istud animas recreat: istud sanctificat manus, istud inflatos animos deprimat: istud philosophiam docet, istud promptum atque alacrem facit: istud te benedictionibus replet, proficitur caput tuum plenum benedictionibus viduarum. Sudiosior ad orationis opus accurre sollicitus, & sanctos viros inquire, qui re vera sancti sunt, qui in solitudinibus sedent, qui mendicare non valent, qui deo semper ac iugiter vacant, in longinquam abi peregrinationem, per te ipsum eroga. Multum enim si dederis, emolumentum consequeris. Vides tabernaculum, ac diuersorium, cernis desertum, inspicis solitudinem: sitque, ut saepe dum pecunias distribuere pergis, animam deo integram offeras, capiaturque te amor quietis, & socius sancti certaminis fias, atque cum illo vna valefacias seculo. Multum confert pauperum ipse quoque conspectus. Bonum est, inquit, ingredi domum luctus, quam domum risus. Hic enim animus intumescit. Nam dum prouocaris ad risum, simul deliciarum lenocinio caperis. Vbi vero risus abest, tristitia patet. At in domo luctus nihil eiusmodi est, verum & si desunt deliciae, dolore non caperis: sin vero adsint, disciplinae rigore te continet. Verum domus luctus monasteria sunt, vbi cinis, atque cilicium, vbi solitudo, vbi risus nullus, nullus negociorum secularium strepitus, vbi ieiunia, vbi terrenorum duritia lectulorum: ibi munda sunt omnia, nullus ibi nidoribus locus, absunt procul sanguinis riuus, perturbationes, curae, tumultus, tranquillo in portu navigant, ac veluti luminaria sunt, sublimes de loco nauigantibus fulgore suo iter aperientes. In littore placido sedet, omnes ad quietem suam inuitantes, ac pertrahentes, neque naufragium pati sinentes eos, qui se intuentur, non permittunt in tenebris degere eos, qui suas aspiciunt sedes. Perge itaque ad illos, quare, hospitio suscipe, accede, tange sacros pedes. Longe enim honorabilius est illorum pedes, quam aliorum caput attingere. Nam, quae so, si statuarum pedes plerique tenent, quod effigiem habeant regiam: tu illi, qui Christum ipsum in se habet, pedes non tenebis ut saluus fias? Sancti sunt pedes, etiam si viles sunt: at verum profanorum ne caput quidem honorabile. Sanctorum enim pedes virtutis ex-

Matt. 25.

Esai. 58. b

ad Tit. 1.

Hic sup.

ibidem.

Matt. 10. d

Gen. 18. a

Supra. 2. d

Marc. 12. d

Luc. 21. d

Anna. Luc. 2. e

1. Cor. 9. b

1. Cor. 4. b

Matt. 25.

Moral.

Act. 6. b

Vita monachorum

Eccl. 7. a

miæ sunt: idcirco etiam cruciant, quãdo pedũ excu-  
 tiunt puluerem. Cũ sanctus apud nos fuerit, nihil il-  
 lius verecũdiæ nobis esse putemus. Sãcti verò omnes  
 sunt, qui fidem rectam sanctitati vitæ coniũctam ha-  
 bent: & si signa illi nõ faciunt, neque eiiciant dæmo-  
 nes, sancti sunt. *Si sanctorum pedes lauit*, inquit. Quasi  
 enim de terra in cœlũ, ita ad sancti cuiuslibet viri mo-  
 nasteriũ de propriis domibus itur. Non ibi conspicias  
 ea quæ domi, mũdus est locus ille, alta ibi quies, atq;  
 silentium est. Meum & tuum inde prorsus eliminatũ  
 est. Illic vel si diem vnũ, aut duos manseris, tunc ve-  
 rò voluptatis maiore sensu perfunderis. Lucefcit, imò  
 ante lucem gallus emittit vocem, non ibi velut in se-  
 cularium domibus stertit familia, clausæ sunt ianuæ,  
 oēs alto sopore prostrati, mortuis similes sunt, mu-  
 lio tintinnabula quatit, nihil illic eiusmodi est: verũ  
 omnes cum reuerẽtia, discusso sopore consurgunt, à  
 præfule excitati suo, adstantq; sacro instituto choro,  
 protinusq; expansis manibus sanctos cõcinunt hym-  
 nos. Neque enim illi vt nos, vt excutiant somnũ ho-  
 ris plurimis indigent. Nos quippe simulatq; surrexi-  
 mus, diuti⁹ occupamur, im⁹ ad requisita naturæ: de-  
 de manus lauamus & faciem, postea calcamenta su-  
 mimus, ac vestes, multũq; in his temporis terimus:  
 ibi nihil huiusmodi videas. Nullus illic famulum vo-  
 cat, quisque enim sufficit sibi, non eget vestibus plu-  
 rimis, nihil opus habet excutere somnum: simul enim  
 atq; oculos aperit, diutius vigilasse videtur: quod illi  
 sobrietatis ratione cõtingit. Nisi enim cor prægraue  
 cibus infrã mergatur, leui salubrique somno expergi-  
 scitur facile: moxque precũ repetit vices, manus pu-  
 ræ tenduntur, quia somnus præcessit honestus atque  
 moderatus. Nemo stertetes audit hic, aut hiãtes som-  
 no, nullus iactari quempiam per soporẽ videt, neque  
 nudari, sed dormiunt honestius vigilantibus compo-  
 siti. Hoc autem totũ ex animi disciplina & honestate  
 proficiscitur. Isti profectò sunt sancti, atq; inter ho-  
 mines angeli. Summus nanque dei timor nõ sinit hos  
 profundo sopore demergi, animũque à suo vigore  
 laxari, sed fermè in superficie est, ipsõq; reficit solũ.  
 Huiusmodi illorum quoq; sunt somnia, non phanta-  
 sias, aut portentosas imagines referũt: sed vt dixi gal-  
 li cantu continuo [præpositus] assistit, pulsãtq; modi-  
 cè pede iacentem, sicq; omnes vnã protinus excitat:  
 neq; verò nudos ibi dormire fas est. Inde vbi surre-  
 xere, diuinis laudibus instãt, hymnõq; propheticos  
 canunt, magno suauique concẽtu, & canticis nume-  
 rosos. Non fistula, non cithara, nõ vllum aliud instru-  
 mentum musicũ tam dulces efficit modos, quã sancti  
 illi summa in solitudine & quiete psallentes. Ipsa  
 quoque illorum cantica, conuenientissima sunt, & a-  
 morem dei, diuinarũq; rerum studium spirant. In  
 noctibus, inquit, extollite manus vestras ad deum. Et  
 rursus: De nocte mane vigilat spirit⁹ meus ad te deus,  
 quia lux præcepta tua sunt in terra. Cãtica item Da-  
 uida fontes mouentia lachrymarũ. Cũ enim psal-  
 lit, dicẽs: Laboraui in gemitu meo, lauabo per singu-  
 las noctes lectum meum, lachrymis meis strãtũ meũ  
 rigabo. Et iterum, Quia cinerẽ tanquam panẽ man-  
 ducabam. Item: Quid est homo, quod memor es e-  
 ius: & Homo vanitati similis factus est. & illud, Dies  
 nostri sicut vmbra trãseũt. & Ne timueris cũ diues  
 factus fuerit homo, & cũ multiplicata fuerit gloria  
 domus eius. Et iterũ: Qui habitare facit vnus moris  
 in domo. & Septies in die laudẽ dixi tibi super iudi-

cia iustitiæ tuæ. Ac rursus: Media nocte surgebam ad  
 confitendum tibi, super iudicia iustitiæ tuæ. & Deus  
 libera animam meã de manu inferi. & Si ambulãue-  
 ro in medio vmbre mortis, nõ timebo mala, quoniã  
 tu mecum es. Itẽmque, Nõ timebo à timore noctur-  
 no, à sagitta volante in die, à negotio perambulante  
 in tenebris, ab incurfũ & dæmonio meridiano. & Ae-  
 stimati sumus vt oues occisionis. Quando cum ange-  
 lis canũt, nam & angeli tunc etiam psallunt, Laudate  
 dominum de cœlis: nobis oscitantibus, pruriẽtibus,  
 atq; stertẽtibus, siue etiam supinis iacentibus, & frau-  
 des innumeras cogitantibus: quale est illos noctis rō-  
 tius spaciũ in dei laude consumere. Vbi verò lux diei  
 iam vicina est, pausant illi pusillum, & quũ opera nos  
 aggredimur, illi quietis sibi vendicãt tempus. Iam ve-  
 ro vbi illuxit, quisque nostrum alium vocat, sermo-  
 nemque de impendiis texit, inde irrupit in forum,  
 magistratui adstat, tremit, ac supplicia metuit. Alius  
 in scenam abit, alius ad opus suũ proficiscitur: illi cõ-  
 trà matutinis precibus, hymnõq; peractis, ad sancta-  
 rum scripturarum studia se conuertũt. Sunt & qui li-  
 bros scribere didicerunt. Vnusquisque verò præstitũ  
 habens domicilium, silentio perpetuo studet. Sicque  
 nemine texente nugas, aut aliud aliquid loquẽte, ter-  
 tiam, sextam, nonam, vespertinãque consummant  
 synaxin: quippe quatuor in partes diẽ scindẽtes, im-  
 pletis partibus singulis, psalmodiis atq; laudibus ho-  
 norant deum: cãterisq; prandentibus, ridentibus, lu-  
 dentibus, cibõq; distentis immodico, hi laudibus va-  
 cant. Minima his instruendæ mensæ cura, & omnium  
 quæ sensui subiacent: post cœnam rursus diuinis in-  
 feruiunt laudibus, sicq; sobrij somnum capiũt. At se-  
 culares quidem & die dormiũt, hi noctũ quoq; per-  
 uigiles durant, vt re vera lucis filij. Et illi vbi somno  
 plus indulserẽ, grauatì deueunt: cõtrã, hi semper so-  
 brij sunt sine cibo persistẽtes, & hymnis intendentes.  
 Ad vespẽram rursus inclinante die illi ad lauacra &  
 requiem properant: hi verò à seipsis laborẽ spiritua-  
 lis exercitij laxantes, cibum sumunt, non famulorum  
 excitantes gregem, non domum discurrẽtes, turbãt-  
 que, & tumultus commouẽtes, neq; preciosas dapes  
 & coquorum arte laboratas apponẽtes: sed alij panẽ  
 tantũ, & sal, alij & oleum sumunt, pleriq; infirmio-  
 res olera atque legumina in cibũ accipiunt. Inde vbi  
 paululum sederint, tempus omne hymnis concludẽ-  
 tes, singuli thoris requiescunt, ad quietẽ solũ, nõ  
 ad delicias factis. Nullus ibi principum terror, nulla  
 arrogantia dominorum, nõ seruorum timor, nõ tur-  
 ba mulierũ, non paruulorum inquietus clamor, nõ  
 seriniorum multitudo, non vestis superflua, non au-  
 rum, non argentum, nullæ custodiæ, non fiscus, non  
 aliud huiusmodi quicquã: sed omnia orationibus fer-  
 uent, hymnis omnia resonant, omnia spirituali fra-  
 grantia redolent. Nihil ibi carnale habet, non latronum  
 illic timetur incurfũ: neq; enim habet quod eis pos-  
 sit auferri, pecuniis carent, corpus tantũ & animam  
 possident. Ea qui tulerint, nõ modò læserũt nihil, ve-  
 rũ & plurimum profuerunt. Mihi enim, inquit, vi-  
 uere Christus est, & mori lucrũ. Absoluerũt nexibus  
 corporis: profectò enĩ Vox exultationis & salutis in  
 tabernaculis iustorũ. Nõ illic auditur vlulatus & ge-  
 mitus, vacãt his omnibus tecta illa foelicia, his tristi-  
 bus, his clamoribus libera. Moriuntur quidẽ & in ip-  
 sis, neq; enim corpore sunt immortales: cãterũ mor-  
 tem illi nec ducũt, nec existimãt mortem, cum hym-  
 nis profec-

Psal. 133.  
 Psal. 6. b  
 Ibid. 101.  
 Ibid. 8. b  
 Ibid. 143.  
 Ibid. 101.  
 Ibid. 48. b  
 Psal. 67.  
 Ibid. 118.

Ibidem b  
 Ibid. 48. a  
 Ibid. 22. a  
 Ibid. 90. a  
 Ibid. 43. d  
 Ibid. 148.

Philip. 1. i  
 Psal. 107.

nis prosequuntur abeuntes, eamq; rem non elatione  
 funeris, sed pompam, & præmissionem vocãt. Deni-  
 que vbi quisquam nunciatus fuerit mortuus, magna  
 oritur exultatio, ingensque voluptas omnĩũ. Imò ne  
 mortuum quidẽ aliquis appellare præsumit, sed cõ-  
 summatum. Inde gratiarum actio sequitur, & gloria,  
 ingensq; lætitia, singulis orantibus se hoc sine dona-  
 ri, sic exire certamine, & à laboribus sudoribusque  
 quiescere, Christũq; videre. Quod si quis infirma-  
 tus fuerit, non lamenta, nõ lachrymæ, sed perpetuæ  
 funduntur preces: non ibi medicorum operatur ma-  
 nus, sed fides sæpe sola sanauit infirmum. Nempe & si  
 opus fuerit medicis, magna & hic ostẽditur philoso-  
 phia, ingensque ostenditur tolerantia. Nõ adstat so-  
 lutis crinibus vxor, non parui pupillaris incommodi,  
 quæ necdum cõtingere mala desentes, nõ familia ex-  
 pirantem importunis precibus pulsans vt se cuiquam  
 tutò cõmendet: sed his impedimẽtis omnibus exutus  
 animus, vnum inspicit solũ, quo pacto maiore cum  
 gratia extremum deo spiritum fundat. Sed & si cõti-  
 gerit morbus, nõ ex gulæ prodiit vitio, non ex vino-  
 lætia, sed ipsa quoq; morborũ occasiones plenæ sunt  
 laudibus, non criminibus vllis obnoxia. Aut enim ex  
 vigiliis iugibus, aut ex continuato ieiunio, aut ex ali-  
 quibus huiusmodi infirmitas nascitur: quocirca etiã  
 facilẽ liberantur. Satis enim illis est ad euadẽda lan-  
 guoris incommoda, si vel modicè de pristino rigore  
 relaxent. *Si sanctorum*, inquit, lauit pedes. Et in ecclesiis  
 eiusmodi quid inuenias, neq; enim quoniam illorum  
 exposuimus vitam, eorũ qui intra ecclesiam sunt in-  
 stituta despiciunt. Plurimi sæpe huiusmodi & in me-  
 diis ecclesiis sunt, sed delitescunt. Non enim quia cir-  
 cumeunt domos, quia subeunt forum, ideo despiciẽ-  
 di sunt. Et hoc de⁹ imperauit: Iudicate, inquit, pupil-  
 lo: & iustificate viduã. Complures sunt virtutis viæ,  
 quemadmodum denique vnionum magna differen-  
 tia est, licet omnes appellẽtur vniones: sed vnus qui-  
 dem candens est, atque omni ex parte rotũdus, alius  
 verò huiusmodi specie caret, cãterũ alio decore ni-  
 tescit. Nanq; ad imitationem coralij veluti quadam  
 arte effictam, oblongã præfert lineam, angulõq; tor-  
 natos, habetq; quiddam albo colore venustius, prafi-  
 nõ scilicet, omni virore iucũdus: alius coloris amœ-  
 nitate præfert sanguinis speciẽ, alius mare colore ce-  
 ruleo superat, alius purpurei fulgoris est æmulus, So-  
 lis quoq; colores inuenies: huiusmodi & sancti sunt.  
 Nã alij quidẽ seipos exercet, alij & ecclesias secũ. Si  
 sanctorũ, inquit, pedes lauit, si in tribulationib⁹ sub-  
 ministravit: percurramus hæc opera, vt vbi gloriari  
 possimus, quod sanctorũ lauam⁹ pedes. Certẽ si san-  
 ctorũ oportet lauare pedes, multò magis & pecunias  
 illis portigere manu. Nesciat, inquit, sinistra tua quid  
 faciat dextera tua. Quid mille aduocas testes? ne ser-  
 u⁹ quidẽ si fieri potest, neq; vxor aspiciat: Multæ sunt  
 artes hostis callidi. Sæpe fit, vt quæ nunquã impedi-  
 mento fuit, tunc impeditẽ cõtendat, siue vanitatis, si-  
 ue alterius cuiuslibet perturbationis instinctu. Quippe  
 & Abrahã mirẽ licet fidei haberet vxorẽ, cũ tamen  
 filium offerre institueret, celare eã maluit: & quidẽ  
 cũ ignoraret quod futurũ erat, putaretq; illud ab  
 se absque contatione litãdum. Quid putas dixisset, si  
 quis ex vulgo cẽsor accederet? nõne illud vt sum-  
 mæ immanitatis & feritatis arguisset? Quod ne vide-  
 re quidem filium vxor digna fuisset, neque extremã  
 eius audire vocem, nõ aspicerẽ palpitantẽ, sed veluti  
 Tomus quartus.

captũ belli lege mactasset? At nihil huiusmodi iustus  
 ille cogitauit, diuini amoris affectu ebrus. Nihil enĩ  
 aliud, quã quod sibi iustum fuerat, intuebatur, idq;  
 studebat compedio ezequi. Non erat in illius animo  
 filius, non vxor, imò neque ipse rei sciebat euentum:  
 sed modis omnibus hostiam purã deo curabat offer-  
 re, non lachrymis illã, aut cõtradietione vlla inqu-  
 nare. Deniq; cũ diceret ad illum Isaac, Ecce ignis  
 & ligna, vbi est ovis? ait pater: De⁹ prouidebit sibi o-  
 uem in holocaustũ fili. Dixit & hoc propheticò spi-  
 ritu, quod filiũ sibi deus prouideat fore holocaustũ,  
 is denique & tunc rei fuit euentus. Cur obsecro, &  
 ipsum iugulandũ quid velis facere celas? Vereor, in-  
 quit, ne lassescat, aut deficiat animo, timeo ne per id  
 videatur indignus. Vidisti quãta cũ diligentia gesse-  
 rit omnia, vt scriptura ait: Nesciat, inquit, sinistra tua,  
 quid faciat dextera tua. Hoc est, quãtumlibet quem-  
 piam habeamus vt proprium membrum, nõ illi, nisi  
 summa necessitas sit, aperiamus quid facere velimus:  
 multã enim inde gignuntur incommoda. Nam facilẽ  
 inaniter gloriamur, & aliquo impedimento prohibe-  
 mur, nisi clãm ista fecerim⁹. Quod cica & nosipos, si  
 fieri potest, lateam⁹: vt promissis bonis perfrui merca-  
 mur, in Christo Iesu domino nostro.

Homilia xv.

**A**dulæscẽtulas autẽ viduas deuita. Cũ enim fornicatæ  
 fuerint, in Christo nubere volunt, habentes damna-  
 tionem, quia primam fidem irritam fecerunt. Simul  
 autem & ociose addiscunt, circumeuntes domos: non  
 solum autem ociose, sed & nugaces, & curiosæ, loquentes quæ  
 non oportet. Volo igitur adulæscẽtulas viduas nubere, filios pro-  
 creare, matres familias esse, nullam occasionem dare aduersario  
 maledicti gratia. Iam enim quedam conuersæ sunt retrò post sa-  
 tanam. Si quis fidelis habet viduas, subministrat illis, vt nõ pra-  
 uentur ecclesia, vt his quæ verè viduæ sunt, sufficiat. Qui bene  
 præsent presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui  
 laborant in verbo & doctrina. Dicit enim scriptura: Non alli-  
 gabis os boui trituranti: & Dignus est operarius mercede sua. & 1. Cor.  
 Aduersus presbyterum accusationẽ noli recipere, nisi sub duobus 9. b  
 aut trib⁹ testibus. Peccantes corã omnibus argue, vt cãteri ti-  
 more habeãt. Postquã de viduis multa disputauit Apo-  
 stolus, & definita ætate nõ minorem sexagenaria di-  
 xit eligẽdam, & cuiusmodi esse oporteat viduas, do-  
 cuit dicẽs: si filios enutriuit, si suscepit hospitio, si san-  
 ctorum lauit pedes: Rursus adiecit, Adulæscẽtulas au-  
 tem viduas deuita. De virginibus autem licet ea res ma-  
 ioris ponderis sit, nihil tale signauit. Maximũ quippe  
 virginitas est, & à maiori mente proficiscitur. Nam  
 quod hic ait: Si hospitio suscepit, si sanctorũ lauit pe-  
 des, & huiusmodi cãtera, illi opposuit, quod dixerat,  
 & faciat domino semper assistere. & itẽ: Que autẽ in-  
 nupta est, cogitat quẽ domini sunt. Quod si de ætate  
 nihil diligẽtius disputat, noli mirari: & illud enim ex  
 hoc maxime patet, quod superius dixi, virginitatẽ il-  
 las maiore mente elegisse. Præterea hoc in loco iam  
 quidam contigerant lapsus, hĩq; occasione præsti-  
 terant huiusce ferẽdæ legis. Illic verò nihil tale reper-  
 ris. Nam quod quædam ante corruerint, ex eo liquet  
 quod sequitur: Cum fornicatæ fuerint, nubere volunt in  
 Christo. Et paulò post: Iam enim quedam abierunt retrò  
 post satanã. Adulæscẽtulas, inquit, viduas deuita. Cur id⁹  
 Quia cum fornicatæ fuerint, nubere volunt. Quid est, cũ  
 fornicatæ fuerint? Cũ in lasciuia fuerint, deliciasq;  
 resolutæ. Ita fermè & viro cuiuslibet modesto dicere-  
 tur: Dimitte illã, alteri⁹ enĩ fuit. Ostendit ergo illas &  
 Y iij viduitatem

Gen. 22. b

Mat. 6. a

Deu. 25. a

1. Cor.

9. b

Luc. 10. b

1. Cor. 7. f



viduitatem simpliciter, & absq; iudicio vlllo elegisse. Et vidua igitur Christo in viduitatis professione cōsentit. Ego, inquit, praeceptor erā viduarum, & pupil-  
 lorum pater. Insinuat vt neq; viduitatem ritē elegerunt, sed fornicantur, & tamen fert. Nanq; alio in loco ait: † Optauī vos vni viro virginem castā exhibere Christo. Cum, inquit, illi se deuouerint, nubere volunt, habentes damnationem: quia primā fidem irritam fecerunt. Fidem, pactum dicit. Contra veritatē mentitae sunt, inquit, ipsum irritauerūt, & fœdera violauerunt. Simul autem & ociosae addiscunt. Non itaq; solis, vt operentur, praecipit viris, verum mulieribus quoq; Omnē enim maliciam docuit ociositas, non huic damnationi tantum obnoxia sunt, sed & criminib; aliis. Si igitur circumire domos mulierū non congruit, multo sanē minus comperit virgini. Non solum autem, inquit, ociosae addiscunt, sed & nugaces & curiosae, loquentes quae nō decet. Volo igitur iuniores nubere, filios gignere, matres familias esse. Quid nī loquaces, ociosae, curiosaeq; fiant, quādo viri cura decedente, dei diuinarumque rerū nō succedit cura? Qui enim sua non curat, aliena non curabit omnino: sicuti cui sua curae sunt, alienorum nulla ratio subest, cura nulla alterius obest. Loquentes quae non decet.

Nihil minus conuenit fœminae, quā aliorū facta curiosē disquirere, neque mulieri solum, sed etiā viro: quippe impudentiae singulis potissimum id argumentū est. Volo igitur, quia & ipsae volunt, volo & ego, adulescētulas nubere, filios gignere, matres familias fieri, domi residere, lōgē enī praestat hāc facere, quā illa. Oportebat quippe sollicitē curare quae dei sunt, fidemque seruare: quoniam verō illa non sunt, melius est ista fieri quā illa. Neq; enim deus irritatur, neque mala ista discurrunt: quippe viduitas illa nihil parit boni, ex nuptiis verō plurima bona prodeūt: & illud ante omnia, quod negligētiae illarum, & animo resupino consultitur, dū viris se subditas norunt. Cur ergo non dixit, quoniam viduae exciderunt? Magna oportet illas prudētia diligentiaque tractari, ne illa quae dixi patiantur. An verō matrimonium praecipit? absit, sed ne prohibet quidem. Nullam, inquit, occasionē dantes aduersario, maledicti gratia, neque causam vllā. Quaedam enim, inquit, conuersae sunt retrō post satanā. Prohibet igitur ab huiusmodi viduas, atque deterret, non quod adulescētulas esse viduas nolit, sed quod adulas fieri vetet: nolens ociosas esse, loquentes quae nō decet, atque ociosas, nolens diabolo occasionē dari. Ea causa sublata, non prohibet iuniores viduas esse.

Si quis autē vir aut mulier fidelis habet viduas, subministret illis: quōd grauetur ecclesia, vt his quae verē sunt viduae subministret. Veras iterū viduas illas dicit, quae desolatę sunt, nullaque ex parte solatium habent: hāc nempe doctrina saluberrima est, ex qua duo maxima bona proueniūt. Et illae enim occasionē beneficētiae accipiūt, & istae congruē nutriuntur, ecclesiāque nō grauat. Pulchrē autem addidit, si quis vir fidelis, aut mulier. Indelium enim viduas ab illis nutrirī minimē decebat, ne illis indigere viderentur. Et vide quā prouidē, non magnificentiam vllam indixit, sed suppetentiā solum. Subministret, inquit, illis, vt ecclesia veris viduis subministret. Mercedē sibi & hac ex parte cōquirat, dum iuuat ecclesiam: neq; illā solum adiuuat, sed viduas quoq; dum eas nutrirī larga ope permittit. Volo adulescētulas: quid? vacare deliciis? in lasciuia solui? nihil eiusmodi: sed nubere, generare filios, matres esse familias. Quonā modo? ne putes ipsū ad

delicias eas hortari: audi quid sequitur: Nullam occasionē dantes aduersario, maledicti gratia. Oportebat quidē ipsas secularib; euadere celliores, quia verō humilio rē locum elegerunt, vel in ipso permaneant. Presbyteri qui bene praesunt, duplici honore digni habeantur, maximē qui laborāt in verbo & doctrina. Dicit enī scriptura: Bovi triturati os non infrēnabis. & Dignus est operarius mercede sua. Honorē hoc in loco obsequium dicit, & necessariarū rerum largitionem. Nam quod sequitur, nō infrēnabis os boui triturati: & dignus est operarius mercede sua, hoc signat. Itaq; & cū honore viduas ali praecipit, ad necessariū victum referatur, vt his quae verē viduae sunt, ministrare sufficiat. & rursus, honora viduas veras, hoc est in paupertate cōstitutas: quātō enim pauperior est, tantō magis est vidua, ponit testimoniū legis, apponit & Christi, ambōq; sibi omnino consentiūt. Nam lex ait: Nō infrēnabis os boui triturati. Videt quomodo vult laborare doctorē? nō sanē est labor alius illi conferēdus. addit & Christi testimoniū: Dignus est enī, inquit, operarius mercede sua: nō ergo solam intueamur mercedē, verum & modō praecipit audiamus. Dignus, inquit, est operarius mercede sua. Itaque si quis delicatus, aut remissus fuerit, dignus profectō non est. Nisi quis fuerit bos trituratus, & contra gelu & spinas iugum sustinens traxerit, neque antē discesserit, dignus nō est. Oportet ergo doctoribus necessariū victū affatim ministrari, ne deficiant, neque soluantur, neq; minimis occupati, magnis seipos atque alios priuent, vt spiritualia operētur, nullā secularium habētes rationē. Huiusmodi Leuitae erāt, qui nullam seculariū rerum habebant curam, quemadmodum laici. ipsis quoq; Leuitarum erat cura permessa, & lege illis cōstitutū fuerāt ređitus, decimae, aurū, primitiae, vota, & alia plurima: verū illis lege, ista meritō permittebantur, praesentia tantum & terrena quarentibus. Ego ecclesiae praesules audēt dixerī nil praeter victum & vestitum habere oportere, ne ad ista trahantur desiderio. Quid est autē duplici honore? putamus dictum, duplici, quod ad viduas & ministros extenditur: an duplici pro eo positum, quod est magno? Non ergo id inspiciamus tantum, quod eos duplici honore dignos dixit: sed quod addidit multo magis attendamus, qui bene praesunt. Quid est autē bene praesesse? audi dicentē Christum: Pastor bonus animam suam ponit pro ouibus. Bene igitur praesesse, hoc est nulli parcere illorū regiminis gratia. Maxime, inquit, qui laborant in verbo & doctrina. Vbi modō sunt, qui dicunt sermone ac doctrina opus non esse? quando quidem tanto studio Timotheū Paulus admonet dicens: Ista meditare, in his esto. Et iterū: Vaca lectioni, cōsolationi: hoc enim faciens, & te ipsum saluū facies, & eos qui te audiunt. Et hos omnium maximē iubet honorari, causamq; addit, dicēs. Multum enim laborem sustinet. Quā verō id iuste. Cū enim alius non vigilet, neq; curis maceretur, sed passim securus, & quietus in quotidianis fabulis, & cōsensus sit: hic autē concidatur solitudine, & meditationi perpetuō insistat, idque maximē si exterioris disciplinae sit rudis: quis non videat, quāto sit ceteris honore praefeređus? quippe qui seipsum tot laborib; & arūnis exposuit. Est enī linguis innumeris propositus ad lacerandū, alius culpatur, alius laudatur, alius detrahit, alius memoriā, alius cōpositionē in ius trahit, magnaque illi constantia ad ista toleranda opus est. Multū enim omnino ad ecclesiae edificationem confert, si

supra 3.

fert, si praesules doctrinae gratia polleat: quae nisi adsit, plurima ecclesiasticae disciplinae peribit. Idcirco post quā dixerat, oportere doctorē esse hospitem, maffuetum, irreprehensibilem, istud quoq; connumerat, additq; doctorē. Vt quid enī doctor appellatur, nisi vt doceat? Sed forte dices, vt philosophiā vitae doceat exēplo. Friuola haec sunt: est enī necessariū verborū quoq; magisteriū, ideo & Paulus ait: maximē qui laborāt in verbo & doctrina. Cum enim de dogmatibus differitur, quē hic locum vitae sanctitatis habet? Quid habet viriū? Neq; verō eum sermonē laudauerim, qui fastu tumidus, externae peritiae iactantiā sequitur: sed qui virtutis, ac succi habeat plurimū, qui sensibus grauis sit, & sapientia plenus. Nō ergo apparatu illi opus est, ac pompa dicēdi: sed intelligētia ac viribus, ad id quod sentit eloquendum idoneis. Contra presbyterū, inquit, accusationē nō suscipias, nisi sub duobus aut tribus testibus. Num contra iuniorem, aut quēlibet omnino accusatio est sine testib; admittēda? Nōne cum summa diligētia semper sunt exercēda iudicia? Quid est ergo quod dicit? Ne contra alios quidē, inquit, minimē verō aduersus presbyterū. Porro presbyterū hīc nō ex dignitate, sed ex aetate vocat. Quippe quod facilius iuuenes delinquant, quā seniores, liquet. Verum quia Timotheo credita ecclesia fuerat, imō gēs ferē tota Asiatica, idcirco illū & de senioribus admonet. Peccantes, inquit, corā omnibus argue, vt ceteri metum habeant. Hoc est, non citō decide, sed omnia diligenti inquiras indagine: vbi verō apertē didiceris, vehementer inuehere, ita vt alij respiscāt. Vt enim temerē & indiscussē iudicare perniciosū est: ita manifesta peccata non persequi, viā aperit ad audēda facinora. Argue, inquit, nō vt cunq;, sed feuerē: ita enim & alij metuunt. Et quomodo Christ; ait: Vade, & corripe eum inter te, & ipsum solū, si peccauerit in te? Verum illum quoq; permittit in ecclesia corripī. Quid ergo? Nōne maius scandalum facit, corā omnibus arguere? Minimē id quidē, magis enim scādalizantur, si peccata non ignorātes, nullum inferri videant cruciatū. Sicut enim si impunē peccetur, plurimi delinquant: ita si peccata puniātur, cōplures virtuti studēt. Ita & deus fecisse deprehēditur. Nā Pharaonem, & Assyriorū regē, & alios plures poena multauit. Sed & homines, & ciuitates poenā dedisse videmus: vult ergo episcopi oēs habere metū, ipsumq; omnibus praeficit. Quia enī multa saepe ex suspitione fiunt: oportet, inquit, adesse testes, q; ipsū iuxta veterem arguāt legē. In duobus enim, aut tribus testibus manet omne verbum. Aduersus presbyterum, inquit, accusationem ne recipias. Non ait, noli condemnare, sed ne accusationem, inquit, recipias, neque ad iudicium seideas. Quid ergo, inquires, si duo quoque mentiantur? Istud quidem rarō cōtingit, liquebit autē si iudiciorum inspiciatur forma. Peccata nanq; satis est si vel duos habeant testes, quod ea clam, & absque arbitris fiant: hoc ergo profectō magnae probationis iudiciū est. Quid ergo si peccata quidē indubitata erunt, sed testibus careāt, solāq; inualecat opinio? Dixi inquit, superius oportere illū testimoniū & ab his qui foris sunt, habere bonum. Cum timore igitur deū diligamus: iusto enim lex posita nō est. At plures virtutem quoque necessitate, nō voluntate eligentes, magnum ex timore percipiunt fructum, dum suas concupiscētias frenāt: idcirco ergo de gehēna textitur sermo, vt ex ea comminatione ac metu lucremur plurimū. Si

Mat. 18.

Deu. 17.

Heb. 19.

sup. 1. b

enim traditur aeternis ignib; peccatores ea incedia non intētasset, plures profectō in illa incidissent. Nā si modo quoque quādo gehēnae horror nostros cōcutit animos, non defunt, qui tā facillē delinquant, ac si nulla eius mētio fieret: si nihil huiusmodi praedictū esset, nulla praecessisset comminatio, quō nō erupisset nostra effrenata vaesania? Nō ergo minus, quod semper dico, dei prouidentiae gehenna cōmendat, quā promissio regni. Quippe huic illa cooperatur, dū metu ad id cōpellit homines: nec est sanē cur eā rē immanitatis, aut atrocitatis esse putem, sed misericordiae potius, ineffabilisq; clemētie, prouidentiae, & singularis in nos beneuolētie signū. Nisi enim sub Iona cōminatio euerfionis praecessisset, proculdubio secuta esset euerfio. Nisi dixisset subuertendā Ninīuē, Ninīue profectō nō staret. Nisi gehēna intētata esset, omnes in gehēnam laberemur: nisi praesset ignis, nemo euassisset incendiū. Praedicit contraria quae vult agere, vt quae cupit, efficiat. Nō vult mortem peccatoris, & eam fore praedicit, ne praecipitemur in mortē. Nō dixit verbo solum, verum & opus ostendit, vt caueamus. Porro ne quis eam rem comminationē esse arbitretur, sed re eā esse veraciter credat, & quae hīc cōtigere admonendus est. An non videtur tibi gehēnae esse indicium, diluuium illud quo vniuersa priere?

Quemadmodum enim, inquit, in diebus Noē nuberat, & ad nuptias tradēbat, ita & tunc: praedixerat ante multos annos, & modo praedicit. Lā quadringētesim; annus excessit, & nemo applicat animū. Fabulam esse plerique putāt, ac rident, nullus timore corripitur, nemo lachrymas fundit, null; percutit peccat. Fluuus ignis ebullit, flamma succenditur, & nos risui deliciisq; vacamus, ac sine vlllo metu peccamus. Nulli vnquam dies illa in mentē venit, nullus trāsire praesentia cogitat, non considerat esse peritura: & quidē cum res quotidie clament, & tuba clariorē emittant vocem. Intempestiuae mortes, mutationes rerū, quae viuētibus nobis contingūt, nequaquā erudiunt nos: infirmitates, & reliquos non attendimus morbos: nō modo autem in corporib; nostris, verū in ipsis quoque elementis mutationes videre est. Deniq; per singulas aetates quotidie defaure cōspicimus mortē, & in omnibus vbiq; rebus ipsis inconstantia instabilitasq; signatur, nunquam hyems perstat, nunquā aestas figitur, fugit verna temperies, autumūsq; dilabitur. currunt, labuntur ac defluunt. Quid dicā flores? quid dignitates? quid reges, q; modo sunt, & cras esse defistūt? quid diuites, quid splēdida aedificia? quid noctē ac diem? quid Solem? quid lunā? nōne & ista patitur detrimēta? Ipse num Sol saepe deficit? nū obscuratur? num tegitur nube? Vllāne res visibilis permanet semper? Nulla prorsus. Sola ex his quae in nobis sunt, anima perpetua est, & eā negligimus: eorū verō quae mutantur, quasi mansura sint, curam ingentem habemus: cū sempiternē manentis animae, ac si praetereūris, nulla nobis ratio sit. Ille potens est, sed in crastinū vsq;, postea verō peribit. Constat id ex his, qui fuere maiore potentia praediti, & modo nusquā apparent. Scena quaedam est vita praesens, ac somniū. Sic enim in scena sublato velamine, varia illa soluūtur, vt somnia: vbi Solis illuxit radius, abuolūt omnia: ita & modo cōsummatione propinqua & omnium & singulorum cuncta soluuntur atq; euanescent. Ac arbor quidem abs te plantata permanet, & domus abs te condita durat: opifex verō, & agricola proficiscuntur, ac percunt,

Morale

Luce 17.

Iona 3. b

Eze. 18. g

pereunt. Hisque ita contingebat, ne sic quidem reueremur, neque erubescimus: sed velut immortales hæc omnia præparamus, in luxu deliciisque resoluti. Audi denique quid dixerit Salomon, qui presentium rerum periculum fecerat: Aedificavi mihi domos, inquit, platuri ortos atque pomaria, vineas & piscinas aquarum, argentum & aurum congregavi mihi, feci mihi catas & cantatrices, greges & armenta possedi. Nullus unquam tam in deliciis affluxit, nullus ad eum fuit illustris, nullus tam sapiens, nullus maiore principatu, nullus cui tam ad vota cuncta succederet. Quid ergo? Nullum ex his retulit fructum. Sed quid ait post ista omnia? Vanitas vanitatum, inquit, & omnia vanitas. Non ait simpliciter, vanitas, sed magnitudinem vanitatis expressit. Credamus illi sanè, qui cuncta erat expertus, & illuc animos transferamus, vbi non vanitas, sed veritas est: vbi omnia firma, fixa, stabilia, vbi supra petram omnis structura constructa, vbi senectus non est, neque transitus, vbi omnia florent, omnia vigent, vbi nihil vetustate senioque conficitur. Diligamus deum, quæso, toto affectu cordis, non gehennæ metu, sed desiderio regni. Quid enim, oro, visioni Christi conferendum est? nihil profectò. Quid æquè optandum, ac bonis illis æternis ac immortalibus frui? quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, quæ præparavit deus diligentibus se. Studeamus illis perfrui, ista contemnamus: nonne sapientissime ista reprehendimus, humanam vitam nihil esse dicentes? Quid tanto studio, quod nihil est queris? quid labores pro nihilo sustines? At splendida ædificia conspicias, eorumque te fallit aspectus. In cælum protinus attolle oculos, auersumque à lapidibus & columnis obtutum, ad illam pulchritudinem dirige, animaduertes formicarum ista esse, & culicis opera. Sapienter intuitum ad digniora conuertere, ascende cælestia animo, inde præclaras istas intueri structuras, videbis nihil aliud esse, quam paruulorum ludicra. Vidisti ut subtilior, ut leuior, ut nitidior, utque illustrior sit semper aer, quanto illius celsiora penetraueris? Ibi quæ elemosynas largiti sunt, domicilia sibi, tabernaculaque construxere. Ista omnia in resurrectione soluentur, imò etiam ante resurrectionem, tempore omnia defluunt, pereunt, atque soluantur. Et ante ipsam vero vetustatem, quanto maiorem sui gratiam cernentibus præbent, tanto repentino motu terræ prostrata sunt, aut incendio conflagraverunt. Non solum enim in ætatibus hominum, verum & in structurarum ædificiorum immatura mors furit. Et fit sapientius, ut quæ vetustate cariola sunt, concussa humo immota perdurent: quæ verò insigni fulgore nitent, fixaque ac nuper instructa sunt, solo tonitruo agitata ruunt, deo (ut feor) disponente, ne structurarum molibus intumescamus. Vis alia quoque ex parte vacare tristitia, perge ad ædificia ipsa communia, quorum quæ tibi fors est: neque vero domus aliqua est, multum licet splendida, publicis ædificiis clatior: quantumuis temporis illic remorare, tua illa sunt vna cum cæteris, communiæque, non propria sunt. Sed non oblectant: primum quidem consuetudo in causa est, postea verò cupiditas quoque. Itane cupiditas, non pulchritudo delectat? An habet cupiditas oblectationem, & velle quæ omnium sunt, sui iuris efficere? Quædiu istis affigimur? quousque terræ inhæremus, ut vermes, atque in luto versamur? Corpus nobis finxit deus ex terra, ipsum quoque subuehamus in cælum, non ut per ipsum animam detrahamus in terram. Terrenum illud est, sed si volueris cælestis fit. Vide quantum nos afficit honore, huiusmodi nobis potestate

A permissa. Feci ego, inquit, cælum & terram: eadem conditionis facultate te dono, ut terram facias cælum, potes enim. Qui facit omnia, & transfert ea, de deo dictum est: hanc & hominibus potestatem dedit, veluti quispiam indulgentissimus pater pictura illustris, non ipse solus eam gloriam vult, sed filium quoque ad eandem peritiâ cupit adducere. Feci ego, inquit, corpus pulchrum, do tibi præstantioris officium, fac tu animam pulchram. Dixi ego, producat humus herbam fœni, & omne fructiferum lignum: dic tu quoque, producat hæc terra fructum suum, & prodibit quodcumque operari volueris. Facio æstatem & nebulam, firmo tonitrum, & creospiritum, finxi draconem, illudo ei, diabolo scilicet, neque tibi hanc inuidi potestatem: illud illi tu quoque, si vis, potes enim eum ut passerem capere. Oriri facio Solem super bonos & malos: imitare illum tu, bonaque tua bonis malisque communica. Iniurias tolero, & iniurias beneficiis foueo: imitare tu quoque, non potes. Benefacio, non redhibitionis obtentu, imitare tu quoque: neque ut vicissitudinem capias, beneficium præstes. Accede in cælo luminaria, accede & tu clariora illis, namque potes: his qui in errore sunt, lucem veritatis accende. Maius istud beneficium est, me scire, quam Solem intueri: hominem facere non vales, at iustum, gratumque deo potes efficere. ego substantiam feci, tu exorna propositum. Vide quàm te diligam, qui maiora faciendi tibi tribuo potestatem. Attendite dilectissimi, quanto honore dignatur: & audent quidam stulti & ingrati conuertere, & dicere: Cur sumus liberi arbitrii conditi? hæc omnia, quæ diximus, cum deo esse nobis communia, nisi esset liberum arbitrium, nunquam possemus imitari. Dominor, inquit, angelorum ego, tu quoque per primitias itidem. In sede regia sedeo, & tu mecum per primitias sede. Cõresuscitauit, & cõsederet nos fecit in dextera dei. Adorat te omnes Cherubin & Seraphin, omnis virtus angelica, principatus, potestates, throni, dominationes, primitiarum causa, non nisi in simulare: quis] tanto frui meretur honore, quod virtutes incorporeæ tremunt? Verum enim non his, quæ dixi solum, affectum mei in te amoris ostendo, sed in his quæ sum passus. Propter te spura & alapas pertuli, gloria exutus, dimisso patre ad te veni, odientem atque auersantem me, neque audire volentem nomen meum, persecutus sum ut tenerem te, vniui te mihi atque conuixi, dixi: me comede, me bibe: & in cælo te habeo, & tibi in terra conector. Non tibi satis, quod primitias tui in cælo habeo? non istud consolatur affectum? Rursus ad inferiora descendi, non utcunque commisceor tibi, sed conector, comedo, & in frustra conedor, ut summa coniunctio, & comixtio, atque vnio fiat. Quæ enim vniuntur, in suis terminis manent. Ego tibi conector, nihil iam esse medij volo, utraque vnio esse decerno. Ista itaque scientes, eiusque ineffabilem erga nos charitatem amplexantes, omnia sollicitè agamus, quæ nos illius singularibus donis non indignos ostendere valeant: quibus nos omnes vtinam perfrui mereamur in Christo Iesu domino nostro, cum quo est patri, vna cum sancto spiritu gloria, imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xvi.

**E**stificor coram deo, & Christo Iesu et electis angelis, ut ista custodias, absque præiudicio nihil faciens, in altera parte inclinando. Manus cito nemini imponas, faciens neque communices peccatis alienis. Te ipsum castum custodi. Noli iam aquam

quæ bibere, sed vino vtere modico propter stomachum tuum, et tuas frequenter infirmitates. Quorundam hominum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium, quorundam autem subsequuntur. Similiter facta bona manifesta sunt, et quæ aliter se habent, abscondi non possunt. Quicumque sunt sub iugo serui, dominos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen domini et doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent dominos, non contemnunt quia fratres sunt, sed magis seruiat quia fideles sunt & dilecti, qui beneficii participes sunt. Dixit supra de episcopis, de diaconis viris ac mulieribus, de viduis, de presbyteris, de aliis omnibus, ostendit quod quorundam est episcopus dominus, & cum de iudicio disputaret, adiunxit: Contestor coram deo, & Christo Iesu, & electis angelis, ut hæc sine præiudicio serues, nihil facies in altera parte inclinando. Terribiliter profectò iam admonet. Non enim quod Timotheus filius esset dilectus, idcirco reueritus est. Qui enim de seipso non erubuit dicere, Timeo ne aliis prædicem, ipse reprobis efficiar: multo magis de Timotheo veritus non est, neque erubuit dicere. At patrem & filium ritè assumit in testimonium: electos angelos cur? Per summam id modum. sic enim & Moyses ait: Contestor vobis cælum & terram, ob ingentem modestiam domini. & rursus: Audite valles fundamenta terræ. Vocat autem eorum quæ dicta sunt, testem patrem & filium, in extremo examine rationem illis redditurus, si quid præter debitum fieret, quod omnia dixerit. Ut ista, inquit, custodias absque præiudicio, nihil faciens in altera parte declinando. Hoc est, ut communem & æquum te his, qui iudicandi sunt præbeas, ut te nullus anticipet, nemo conciliet. Quinam verò sunt electi angeli? quasi verò non sint quidam eiusmodi, & Iacob deum assumit testem, & collè. Ita & nos interdum magnas, minimasque personas, in testimonium sumimus: adeo magna res testimonium est. ac si diceret: Testem voco deum, eiusque filium, ac seruos eius, quod ista præceperim tibi. Coram ipsis præcipio tibi: Discipulum terret. Vbi verò hæc dixit, illud intulit, quod omnium maxime periculosum est, & in primis ecclesiam continet, de ordinationibus scilicet. Manus, inquit, cito nemini imponas, neque communices peccatis alienis. Quid sibi vult, cito? non ex prima statim probatione, nec secunda, nec tertia, sed vbi consideratio diuturna præcessit, exactissimaque discussio, tunc imposito manus. Neque enim ea res periculo caret: eorum enim quæ ille peccauerit, tu quoque poenam dabis, qui initium dedisti etiam præcedentium delictorum. Qui enim improbe prima remisisti, etiã futuris eris obnoxius, quod ipse quasi author extiteris præteritorum: quia ea flere non sciueris, ut possent per cõpunctionis gratiam relaxari. Quemadmodum enim rectè facis, ita peccatis quoque communicas. Te ipsum castum custodi. De pudicitia illi sermo est. Noli iam aquam bibere, sed vino vtere modico, propter stomachum tuum, & crebras infirmitates tuas. Si autem viro vsque adeo ieiuniis dedito, & in tantum aquæ assuetu, ut infirmaretur, & crebras morborum molestias pateretur, pudicitiam præcepit, neque ille monita renuit: quanto magis cum à quouis de huiusmodi moneamur, æquanimiter ferre debemus? Cur itaque illius stomachum non oratione firmavit? cuius enim vestes mortuos suscitabant, & hoc utique facere poterat. Quam ergo ratione? Ut si quoque viderimus viros magnos, & virtute præclaros infirmari, nihil moueamur: & illud enim fiebat vtiliter. Si enim illi datus est angelus satana, ne extolleretur: multo magis Timotheo oportuit dari. Poterant signa illum in arrogatiam tollere. Idcirco medicinæ legibus illum infirmare permittit, ut

& ipse humilior sit, & cæteri non scandalizentur, discantque quod cum naturæ nostræ illi essent, virtutes tamè exercere quas legimus. Videretur enim mihi aliàs quoque infirmum fuisse, per id quod ait, Propter crebras infirmitates tuas. Licet autè ille & stomacho lassesceret, & aliis quoque morbis esset obnoxius: non tamen ipsum vino permittit impleri, sed ad sanitatem; non ad delicias præcipit bibere. Quorundam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium: quosdam verò sequuntur. Dū de ordinationibus diceret, ne comunices, inquit, peccatis alienis. Quid ergo, inquires, si ignorare contingat? Quorundam, inquit, hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium: quosdam verò sequuntur. Quorundam, inquit, peccata aperta sunt, quia præcedunt: quorundam non, sed sequuntur. Similiter & opera bona manifesta sunt, & quæ se aliter habent, abscondi non possunt. Quicumque sunt sub iugo serui, suos dominos omni honore dignos existimet, ne nomen dei & doctrina blasphemetur. Omni, inquit, honore dignos arbitrentur. Non enim quia fidelis es, liberum te esse putes: hoc enim libertatis documentum est; seruire magis. Quippe infidelis si viderit fidei causa illos superbire, blasphemabit dogma nostrum, tanquam seditionis causam: cum verò obtemperantes attēderit, citius credet, ac facilius quæ dicuntur, admittet: alioquin & de, & prædicatio ipsa blasphemabit. Quid ergo, inquires, si infideles sint domini? Sic quoque cedere oportet, pro diuini nominis gloria. Qui enim fideles, inquit, habent dominos, non contemnunt quia fratres sunt: sed magis seruiat, quoniam fideles sunt atque dilecti, qui beneficii sumunt. Si enim, inquit, tanto honore digni fuistis, ut dominos haberetis fratres, idcirco maxime cedere debetis. Præcedentia, inquit, ad iudicium: hoc est, quia malorum operum alia latent, alia non: illic verò neque bona, neque mala latere queunt. Quid est, præcedentia ad iudicium? cum scilicet quis peccauerit, quæ illius iam cõscientia damnat, cum quis corrigi renuit, cum qui emendationem pollicitus est, opere implere non vult. Cur ergo istud dictum est? quia & si hic lateant quidam, ibi tamen latere non poterunt, vbi nuda sunt omnia. Est autè hæc ritè agētibz permagna consolatio, postquam dixerat, nil facies in altera parte inclinando. Quicumque, ait, sunt sub iugo serui. Qui hoc ad episcopum pertinet? Multum planè, ut admoneat. Videmus illum vbiq; seruis magis quam dominis imperantem. Illis quidem, ut cum magna mansuetudine seruiat dominis, maximamque huius rei habentem curam. Dominis autem, remittentes, inquit, minas. Cur id? Infidelibus quidem ratio est. Nam his qui non intenderent, non debuit loqui: in his autem qui fideles sunt, cuius rei gratia? quia maiora longè à domino seruis inferuntur, quam à seruis domino. Illi nempe sunt, qui aurum impendunt & pro rebus ad victum necessariis comparandis, & pro indumentis, & cæteris omnibus, ut maiore illis seruitutē seruis præstare dubium non sit. Idque significat dicens: quoniam fideles sunt & dilecti, qui beneficiū sumunt, & laborant pro quiete vestra, & in ærumnis sunt. Non ergo multum honoris accipere à seruis debent? Morale. Si autè seruis ita imperat obedire dominis, intuemini quo nos animo in dominum nostrum esse conuenit, qui nos de nihilo ut essemus effecit, qui nutrit, qui vestit. Et si ergo non aliter, saltè ut famuli nobis hostri, ita illi seruiamus. Nonne vitam illi omnem in hoc exponunt, ut nobis requiem parēt? hoc illis opus est, istud

Eccl. 2. 4

Ibidem. 1. 4. 12. c

1. Cor. 2. c

Gen. 1. b

Mat. 5. 8

Eph. 2. b

1. Noli infirmare corpus quod.

1. ut ista custodias absque

1. præiudicio, nihil faciens in altera parte inclinando.

sup. 5. b

Eph. 6. b

Cap. VI.

sup. 5. d

1. Cor. 9. d

Exod. 19. d

Deut. 32.

Hic locū. Vno modo &c. habet vlt. tomo, homil. 1. ad pop. An. troche. pulchre expl. catum.

2. Cor. 12. 6



istud studium, vt domino curent. Nonne illi, quæ do-  
mini sunt, tota die curât, sua verò dici vix exigua parte?  
Contrà verò nos, nostra quidē semper : quæ verò  
sunt domini, neq; minima curamus temporis parte,  
istudq; cum ille obsequiis nō egeat nostris, sicuti do-  
mini famulorū, sed hæc omnia nostris cōmodis cedant.  
Illic enim ministerium famuli domino prodest,  
hic autem serui obsequium domino nihil, seruo autē  
plurimum confert. Bonorum enim, inquit, meorū nō  
eges. Dic enī, quæso, si ego iustus sum, de<sup>o</sup> quid inde  
lucrat? quid perdit, si fuero iniustus? Nōne immortalis  
illa natura est? nōne inuolabilis, & omni superior  
labe? Serui nihil habēt propriū, sed omnia domini  
sunt, quātūlibet illi diuites fiât: nos plurima habemus  
propria. Neq; absque ratione à rege omniū tantum  
honoris accepimus. Quis vnquam dominus pro seruo  
filium tradidit suū? nullus certē, sed omnes pro filiis  
seruos dare eligent. Contrà, hic filio proprio nō pepercit,  
sed pro nobis omnib<sup>9</sup> tradidit illū, pro omnib<sup>9</sup> inimicis  
odientib<sup>9</sup> se. Serui, si grauiā illis quædā imperentur,  
ne sic quidē indignantur, maxime si grati illi sint:  
nos autē grauius plurima ferimus. Seruis domin<sup>9</sup> nihil  
tale promittit, quale nobis de<sup>o</sup>. sed quid? Libertatem  
præsentem, omni sepe seruitute duriorē. Sæpe enī vbi  
fames inualuit, libertas hæc omni seruitute acerbior  
fuit, idq; pro summo munere habetur. Apud deū verò  
mortale nihil, nihil corruptibile est: sed quid? Non  
vos, inquit, dicā seruos, vos amici mei estis. Erubescam<sup>9</sup>  
dilectissimi, atq; timeamus, si vt nobis famuli seruiū,  
ita nos domino seruire studeamus, imò nos minimam  
quidem partē seruitutis ostendimus. Illi philosophantur  
necessitate coacti, victū solum ac vestitum habēt:  
nos inter ipsas quoq; delicias iniuriōsi sumus. Certē,  
si nulla alia ex parte, vel ab illis philosophiæ normā  
capiamus. Quippe nouit scriptura, non modo ad seruos,  
verum ad mutas animantes homines mittere: puta cū  
apes nobis, formicæq; proponit imitādas: ego vel seruos  
admoneo imitari: quæ illi ob nostri metum faciunt,  
ea nos timore dei faciamus: nō enim vos facere ita  
comperimus. Illi ob metum nostrum contumeliis afficiuntur  
innumeris, philosophosq; omnes silētio superāt. Iustē  
& iniuste anguntur iniuriis, & nō contradicunt, sed  
deprecantur, & quidē cum nihil sæpe deliquerint. Nihil  
plus accipiunt, quàm necessarium victum, plerunq;  
etiam minus, contentiq; sunt thoro serui dormiētes,  
& pane solo vescētis, vitāq; reliquā summa cū vilitate  
ducentes: non criminantur illi, neque indignē ferūt  
ob metum nostri: pecunias, si eis credātur, integras  
reddunt: neq; verò tu mihi seruos nequam velim adducas  
in medium, sed eos, qui nō valde sunt mali. Si intentemus  
minas, protinus cōtrahuntur. Ergo non ista philosophiæ  
plena sunt? Neq; tu quòd necessitate ista faciunt, dicas,  
& tibi non incūbit gehennę necessitas? & ne sic quidem  
respicias, neque tātum honorē deo tribuis, quātū à  
seruis propriis accipis. Habet quilibet seruus cōstitutum  
habitaclū, nec proximi intrat domicilium, neq; maioris  
substātiæ appetitu corrūpitur. Et ista videas à seruis  
dominorū timore seruari: rarōque videre est seruū,  
quæ sunt socij rapere vel demoliri. Apud homines  
liberos cōtraria his penit<sup>9</sup> fieri cernas, mordemus  
inuicem atq; deuoramus, nō timemus dominum, quæ  
cōseruorū sunt rapimus atque furamur, percutimus  
vidēte ipso: hoc nō faceret seruus, sed siue cędat,  
non vidente domino: siue cōi-

cietur, nō audiēte ipso id facit. Nos verò deo audiēte  
cūcta & cernente ista præsumimus: domini timor  
ante illorū semper versatur oculos, dei ante nostros  
oculos nūquam. Idcirco permixta sunt omnia, cūcta  
confusa atque corrupta, & ipsi quidē peccata nostra  
neq; cogitare volumus: cum verò serui nostri delin-  
quunt, diligēter omnia & parua disquirimus. Ista  
dicimus, non vt supinos seruos faciamus, sed vt supinū  
animæ nostræ conuertamus, negligentiamq; excitemus,  
vt vel ita deo seruiamus, sicuti famuli nobis: ita  
creatori nostro sicuti cōsubstāntiales serui nobis,  
qui nihil huiusmodi à nobis habēt, natura & ipsi sūt  
liberi. Dominētur piscibus, etiam illis dictum est: non  
est ista naturalis seruitus, & tamē ingēti nos honore  
prosequūtur. Nos verò in eis quidē ministerij nostri  
gratia semper imminemus, deo autem neq; minima  
parte ministramus, idq; cū eius operis in nobis  
redundet vtilitas. Quanto enim maiore studiō deo  
seruiemus, tanto magis nobis ipsi emolumenta  
conquirimus, maiorāque lucra capiemus. Non ergo  
nos ipsos tanta vtilitate priuemus: deus enim sibi  
ipsi sufficit, nulliūque egens est: remuneratio verò,  
& lucrum reddit ad nos: quasi ergo t<sup>o</sup> deo, ] sed nobis  
ipsis obsequentes, ita simus affecti, & ei cum timore  
ac tremore seruiamus, vt promissis bonis perfruamur,  
in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri gloria,  
vnā cum sancto spiritu nunc & semper, & in secula  
seculorum, Amen.

Homilia xvij.

**H**æc doce & exhortare. Si quis alterius doctrinæ est,  
& non accedit sanis sermonibus domini nostri Iesu  
Christi, & ei quæ secundū pietatē est doctrinæ: inflatus  
est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones, & verborū  
pugnas: ex quib<sup>9</sup> oriūtur inuidiæ, contētio, blasphemiæ,  
suspiciones male, cōsultationes hominū mente corruptorū,  
qui veritate priuati sunt, arbitratē quæstū esse pietatem.  
Discede ab huiusmodi: est autem quæst<sup>9</sup> magnus pietas  
cū sufficientia. Nihil enī intulimus in hunc mundū,  
haud dubium quia nec auferre quid possumus.  
Non solū autoritate doctori opus est, sed etiā  
lenitate multa: sicuti nō sola lenitate, sed autoritate  
summa indiget. quæ omnia nos docet apostolus, dū  
aliquādo dicit, Præcipe ista, & doce: aliquādo verò,  
hæc doce & exhortare. Si enī medici infirmos exhortantur,  
nō vt ipsi potiātur sanitate, sed vt illos ægritudine  
liberēt, iacentesq; subleuēt: multo magis nos ea  
regula vti debem<sup>9</sup>, & eos exhortari, quos docere debemus.  
Neq; enim seruus illorum esse refugit beatissimus  
Paulus, dicens: Nō enim prædicamus nosmet ipsos,  
sed Christum Iesum: nos autem seruos propter Christū.  
Omnia vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo: seruitq;  
hæc seruitutem omni libertate digniorē. Ille enim  
inquit, seruus est, qui facit peccatum. Si quis aliter  
docet, & nō accedit sanis sermonib<sup>9</sup> domini nostri Iesu  
Christi, & doctrinæ quæ secundū pietatē est: inflatus est,  
nihil sciens.

Non igitur sciētia in superbiam attollit, sed ignorātia  
potius. Nam qui sermones pietatis scit, hic omnī  
maxime humilis est. Qui sanam doctrinam nouit, ille  
nō infirmatur. Quod enim in corporibus tumor, hoc  
in animabus superbia est. Deniq; sicut illic, quod imo  
dicē turget, sanum nō esse: ita & tumidos carere sanitate  
dicimus. Est igitur & aliquid scientē nihil scire. Qui enim  
ignorat, quæ oportet scire? Quod autē ex ignorātia  
factus oriatur, hinc liquet. Christus semetipsum  
exinanīuit: qui hoc scit, quādo superbire poterit:  
Quid enī habet homo, quod à deo nō acceperit?

non ergo

non ergo superbiat. Quid enim habes quod nō accepisti?  
Ipse pedes discipulorū lauit: qui hoc nouit, quādo  
superbiat? Idcirco ait: Cū feceritis oīa, dicite, serui  
inutiles sumus. Publican<sup>9</sup> sola ex humilitate cōplacuit,  
Pharisæū iactantia perdidit: qui ergo inflatus est,  
nihil horū nouit. Ipse iterū Christus, Si malē, inquit,  
locutus sum, testimoniū perhibe de malo: si autē bene,  
cur me cædis? Sed languens, inquit, circa quæstiones.  
Ergo languere, quærere est. Et verborū pugnās. Meritō  
sanē. Quādo enim anima cogitationum vritur febre,  
quādo ambiguitatis iactatur fluctu, tunc quærit: cum  
verò illa sana est, non quærit, sed fideliter credit. Nā  
ex quæstione & cōcertatione verborum inueniri nihil  
potest. Quæ enim fides proficitur sola, succedens  
quæstio neq; ostendit, neq; permittit intelligi. Neq;  
enim si q. clausis oculis quærat, inuenire quid poterit:  
sicut itē si apertis illis seipsum humo obruat, auersatūq;  
Solem ibi inquirat, inuenire aliquid nequaquā poterit.  
Ad eō sine fide nihil inuenire potest, eaq; absente  
pugnās nasci necessariō contingit. Ex quibus oriuntur  
blasphemiæ, suspiciones male. Hoc est, opiniones, &  
peruersa dogmata ex quæstione ducūtur. Deniq; de deo  
quæ nō oportet, opinamur, cū in quæstiones incidim<sup>9</sup>,  
cōfricationes, siue demorationes: id est, ociū & mora,  
siue cōfricationes ita intelligēdæ sunt. Quē admodum,  
inquit, scabiōsæ oues si cōfricētur cæteris, etiam quæ  
sanæ sunt, morbo tentātur: ita & hi homines nequam,  
si simplicioribus quibusq; inuersentur, veneno eos suæ  
malignitatis inficiunt. Qui veritate priuati sunt,  
inquit, arbitratē quæstū esse pietatem. Vides quā  
multa ex verborū pugnās dixerit nasci? Nefarium  
quæstum, ignorātiā, superbiam: quippe in sciētia  
superbiā gignit. Discede, inquit, ab his. Hæreticum  
inquit, hominem post vnā & secundam correptionem  
deuita. Ostendit eos nō modo ignorantes esse, verum  
& ipsam eorum ignorātiā ex negligētia gigni: homines  
denique pecuniarum causa pugnant, quādo persuadere  
poteris? Nō sanē persuadebis huiusmodi, nisi quod cupiunt  
dederis, & ne sic quidē illorum satiare appetitū quibus.  
Auari enim, inquit, nō impletur oculus: qui ergo corrigi  
nolunt, deuitandi sunt. Enimvero si eum cui erat summa  
pugnandi necessitas, admonet non præcipitem ferri: quato  
magis nos, qui adhuc erudimur, qui in discipulorum ordine  
sumus? Cum autem dixisset, arbitrantur quæstū esse  
pietatē, protinus addidit: Est autem quæstus magnus  
pietas cum sufficientia: non si pecunias habeat, sed si non  
habeat. Ne enim in tristitiā causa paupertatis incidere  
ret, excitat eum, atque erigit. Arbitratur, inquit, quæstum  
esse pietatem. Est quidem quæstus, nō tamē ita, sed  
excellentiōri modo. Inde cū prius illā deiecisset, istā  
extulit laudibus. Quod enim nihil sit huiusmodi quæstus,  
hinc perspicuū est, quod hac in vita maneat, neq;  
nobiscum migret, neq; comitetur abeūtes. Vnde id constat?  
Quia nihil habentes in mundū venimus, nihil item habentes  
proficiscimur. Nuda nanque natura nostra prodiit,  
nuda discedit: nō ergo superfluis opus habemus, si nihil  
intulimus, neq; habētes aliquid proficiscemur. Habētes,  
inquit, escas & operimēta, his cōtenti erimus. Tāta  
comedere oportet, ac talia, quæ nos nutrire sufficiāt:  
& ea induere, quæ nos ab iniuria nuditatis tueantur,  
nosq; cōtegant solum, & nihil amplius. At istud quidem  
vestitus omnis cōferre potest. Deinde volēs adhuc magis  
à presentib<sup>9</sup> animos nostros auertere, Qui autem, inquit,  
volunt diuites fieri. Non dixit, di-

uites autem: sed, qui volūt fieri diuites. Sunt & qui pecunias  
habētes, eas ritē dispensent, ac adspersentur, easq;  
pauperib<sup>9</sup> diuidāt: profectō nō eos qui sunt huiusmodi,  
sed cupidos notat. Qui autem, inquit, volūt diuites  
fieri, incidūt in tentationē, & laqueū diaboli, & desideria  
multa stultā & nocētia, quæ mergūt homines. Bene ait,  
mergunt, ad eō vt emergere, & respicere nequeāt. In  
interitum, & perditionē & huius temporis & futuri. Radix  
enim omnium malorū est auaritia, quam quidā appetētes,  
aberrauerūt à fide, & seipos immiscuerūt doloribus multis.  
Duō ponit extrema: sed quod illis maximē durū videbatur,  
hoc secūdo posuit loco, videlicet doloribus multis: quod  
illi in primis norunt, qui diuitibus vicini sunt; audiūtq;  
strepitu, lamēntatione & ploratu sæpe cūcta resonare.  
Tu autem o homo dei. Magna laus ac dignitas: Omnes  
quidem sunt homines dei, ab eo scilicet cōditi: sed iusti  
proprie, qui nō modo conditionis, verū familiaritatis quoq;  
iure illi cōiuncti sunt, dei homines merētur appellari.  
Si homo, inquit, dei es, noli superflua quærere, & quæ  
ad deum non ducunt. Sed fuge, persequere autem iustitiam.  
Vtrunq; magna cum intentione posuit. Nō ait, discede,  
& accede: sed, fuge & persequere iustitiā, ne habendi  
immodica cupiditate capiaris, pietatem (dogmatum scilicet)  
fidem [quæstū] contrariam, Charitatem, patientiam, mansuetudinē.  
Certa bonū certamen fidei, apprehende eternam vitam.  
Ecce & premiū ponit. Ad quam vocatus es, & confessus es bonam  
confessionē, in spe vitæ eternæ, inquit, corā multis testibus.  
hoc est, nō li confundere illam confidentiā. Quid frustra laboras?  
Quam verò tentationem, aut quē laqueum dixit pati  
eos, quæ volūt fieri diuites? Ea res illos à fide aberrare  
facit, exponit periculis, minūsq; audentes facit. Desideria,  
inquit, stultā, rectē sanē. An non stulti, qui fatuos, qui  
nanos habēt, oblectationis, non clemētiæ gratia, qui  
pisces includūt atrijs, qui feras nutriūt, qui canibus  
student, qui equos ornant phaleris, horūque non secus  
ac paruuli affectu rapiūt? hæc omnia inutilia sunt,  
atque superflua, nihil in his necessariū, nihil vile.  
Desideria, inquit, stultā & nocētia. Quam verò noxia  
hæc sunt, quādo amoribus infans student, proximorum  
substātiā appetunt, insistant delicias, ebrietati  
deseruiunt, aliorūq; cędē ac perniciē molliuntur:  
multi deniq; tyrannidem sibi consciscere infanē cupiētes,  
periere. Pulchrē autē ait, aberrauerūt à fide: nō enim  
finit cupiditas iter aspiceret, oculos in se attrahens,  
& sensim subducens. Sicut enim cū quis recto itinere  
gradiens, si in aliud aliquid intēdat animum, pergit  
quidem, sed sepe dum nescit, vrbem illam pertranst,  
ad quā properabat, pedesq; frustra sui ministeriū  
præbent: ita ferre & in cupiditate cōtingit. Et  
circumdedērunt seipos doloribus multis. Vides quid  
significare voluerit? Spinarum, inquit, in morē, quæ  
cunque ex parte tangantur, eruentāt manus, & vulnera  
infigūt. Quibus enim curis anguntur auari, quibus  
dolorib<sup>9</sup> cruciātur, quis explicare queat? Idcirco, inquit,  
Fuge ista, persequere verū iustitiā, pietatem, fidē, dilectionem,  
patientiam, mansuetudinē. Ex dilectione quippe mansuetudo  
oritur. Hic iam ipsius confidentiā, fortitudinēque  
commēdat, quia cum fiducia corā omnibus cōfessus est,  
inquit. Admonet eum primæ instructionis, ac fidei.  
Apprehende, inquit, eternam vitam. Nō itaque sola  
confessione opus, verū tolerātia quoque vt semper in  
cōfessione permaneat, & certamina uehemēti,  
infiniteq; sudorib<sup>9</sup>, ne à recto auertamur itinere:  
sunt enī offendicula plurima quæ impediāt. angusta  
nanq;

gusta nāq; & arcta via est. Omni igitur ex parte solici-  
te oportet circūspicere, accinctumq; & expeditū ad  
certamē semper occurrere. Varia se vndiq; volupta-  
tis aperit facies, quę in se animę oculos rapiat. Hic a-  
moris illecebra sese ingerit, inde pecunię sollicitat a-  
nimū, alia ex parte delicię molliunt, negligētia soluit,  
blanditur gloria, ira præcipitat, potentię atq; princi-  
parus studium prouocat. Videtur harum omnium blā-  
dus & gratus aspectus, & q; carnales quosq; neq; stu-  
diosos veritatis amatores ad se possit illicere. Illa enī  
seuera est, nihilq; habet mortalis iucūditatis seu oble-  
stationis. Cur id? Quia voluptatē omnē in seculo fu-  
turo pollicetur. Præter dūt hic iam illę honores, dele-  
ctationes, quietem: verū in se nihil habent veri, nihil  
solidi, sed ficta atq; fucata oīa. Si igitur quisquā deli-  
catus est, ignauus ac mollis, quod laborū minimē pa-  
triēs sit, eis protinus man<sup>o</sup> dabit. Ita fermē in exteriori-  
bus certaminibus, ei qui coronarū amore, & quidē  
vehemēti non capitur, fas est conuiuiis se, ac remulē-  
tię dedere: sic deniq; & timidi atq; ignaui pugiles fa-  
ciunt. Porro qui coronari votis omnibus cupiūt, in-  
numeris cādunt icibus,] & libentissimē tolerāt om-  
nia: spe enim futurorum aluntur, atque excitantur.

Morale.

Fugiamus itaque malorū radicem, & omnia vita-  
bimus. Radix autē ea cupiditas est: Paulus loquitur;  
imō in eo loquitur Christus. Videamus planē an ipsa  
quoque rerum experientia testētur. Quid enim ma-  
li non pecunię faciunt, imō nō pecunię quidem, sed  
mala voluntas ipsis vti nescientiū? Fas enim est pecu-  
niis sicut oportet vti, licet per ipsas regnum cœlestē  
possidere. At nūc quę in vsum pauperū, in nostrorū  
remedia peccatorum, ad promerēdā gratiā dei col-  
latę sunt nobis, eis nos cōtra inopum miseriam, imō  
verius cōtra nostras animas in offensionē diuinę vti-  
mur maiestatis. Nā q; pecunias tulit, alteriūq; inopię  
est author, sibi ipsi mortem consciiuit. Et illum quidē  
impræsentiarū vexat inopia, seipsum verō supplicio  
exponit aeterno. Num vlla est vtriusq; rei comparatio?  
Cuius ergo mali illę causa non sunt? Nōne harū  
gratia concupiscimus? nō rapimus? nō eiulatu perstre-  
pimus? nō inimicitias subimus? nō conferimus rixas?  
nō cōtentiones perpetuas texim<sup>o</sup>? nōne illę ad mor-  
tuos vsq; impias extēdere manus? nōne inter parē-  
tes & fratres sæuierūt? nōne iura naturę ac præcepta  
dei, & omnia prorsus violarunt, qui illatum tenentur  
desiderio? nōne harū causa iudicia sunt instituta? Tol-  
le itaque pecuniarum studiū, & omnia mala sublata  
sunt. Cōquieuit bellum, cessauit pugna, inimicitia in  
gratiam redeunt, sedatę sunt hęc hęc & cōtentiones  
omnes. Oportebat huiusmodi veluti corruptores ac  
lupos, cōmunēque perniciem orbe toto pelli. Quē-  
admodum enim aduersi quidam ac fures venti, si  
in mare placidum irruāt, ipsum funditus vertūt, adeo  
vt arena profundi supernis misceatur vndis: ita & pecu-  
nię cupidi omnia penitus miscēt, neminē qui huius-  
modi est, amicum nouit. Quid autē amicum dici-  
mus? ne ipsum quidem scit deū, ea rabie detentus in-  
fanit: nō aspiciet ferro accētos prodire Titanas? Sūt  
illa figmēta vāsania. At qui sunt huiusmodi, vera po-  
tius insania furiant, atque excedūt. Denique si nudā  
illorum animam inspicere liceat: sic instructam inue-  
nies, nō vno aut duobus, sed mille præcinctā gladii:  
nullū agnoscere, sed æquē furere in omnes, omnibus  
insipientem, & contra omnes oblatrantem, nō canes,

sed humanas animas necantem, atq; impiē in cœlum  
ipsum blasphemantem: hi sunt qui peruerterunt atq;  
perdiderunt omnia, pecuniarū concitati rabie: quos  
enī alios insimulē, nescio, adeo hęc pestis omnes in-  
fecit, alios plus, alios min<sup>o</sup>, vt nullus fermē sit insons.  
Sicut enim flamma vehemens, vbi in syluam incidit,  
peruertit omnia, & desolatur: ita & ista orbē destru-  
xit vniuersum. Reges, principes, priuati, pauperes, mu-  
lieres, viri, pueri, oēs æque hac luce detinētur: ac ve-  
luti caligo quædam orbem totū obfederit, nemo est  
q; respiciat: etsi innumeris quotidie auaritiā insecte-  
tur maledictis, nullus tamen emēdare vitium studet.  
Quid ergo fieri oportet, vt huiusmodi extingam<sup>o</sup> in-  
cēdium? Possumus nempe, etiam si ad cœlū vsq; per-  
tingat. Voluisse solū, superasse est flāmā. Sicut enim  
voluntate nostra aucta est, ita nihilominus nostra vo-  
luntate destruitur. Nōne hanc nostra succendit ele-  
ctio? eandē prorsus extinguere poterit, si modo veli-  
mus. Vnde autē nobis huiusmodi velle proueniet? Si  
quām sit inanis & superflua videamus. Deniq; nō va-  
let comitari ex vita abeūtes, & hic quoq; nos sepe di-  
mittit, & quidē cū hic ipsa permaneat. Porro vulnera  
quę nobis infligit, nusquam deserūt nos. Si inspiciamus  
quām sit ingens illic diuitiarum copia; quibus  
mortales istas conferentes, cœno abiectiores facilli-  
mē deprehēdemus. Si attēdam<sup>o</sup> innumera his inesse  
pericula, momentaneamq; voluptatem, eamq; tristibus  
sæpe permixtā: si diuitias illas æternę vitę, intenta co-  
gitatione voluamus: tum demum has contēnere da-  
bitur, si cogitem<sup>o</sup> nihil nobis professe illas, nō ad glo-  
riam, non ad sanitatem, nō ad aliud quicquā, sed cō-  
tra nos in interitum mergere, pœnāmq; perpetuam.  
C Hic diues es, plurimōsq; in tua potestate habes: at il-  
lic desert<sup>o</sup> eris, destitū<sup>o</sup> & nudus: si hęc perpetua me-  
ditatione versemus, aliōsq; docētes audiamus, erit &  
fortassis salubritas quędā, euademūsq; sēpiternos il-  
los cruciatus. Candore lucētis margaritę attraheris:  
cogita maris esse aquā, & in eius sinibus antē iacuisse  
deiectam. Rapit animū auri fulgor, & nitor argenti:  
cogita & terrā ac cinerē & fuisse prius, & modo esse.  
Placet preciosa & serica vestis: at vermium ille con-  
text<sup>o</sup> est, opinio est, & humana præsumptio, nihil ha-  
bet in se naturalis pulchritudinis. Nā quę sunt per na-  
turam pulchra, admonitore opus nō habent. At tu si  
videas æreum numum inauratū, admiratione primū  
fului metalli raperis, aurūmq; appellas: vbi verō peri-  
tiores quiq; in huiusmodi, te erroris admonuerint, &  
miraculum vnā & error abiit. Vides vt in natura non  
habeat speciem? Eadem argenti ratio est. Nā si stānū  
videas, veluti argētum admiraris, opūsq; doctore ha-  
bes, ne te rerum species fallat, adeo non sufficit ad ea  
dignoscēda oculus. Nō huiusmodi profectō sunt flo-  
res, sed illis longē præstāt. Rosam enim aspiciēs, ab-  
que doctore per te ipsum odorem speciemq; discer-  
nis: ita & violas, & lilia, & flores reliquos. Sola igitur  
opinio istis precii facit. Nanq; si imperatori visum  
fuerit argentū auro preciosius statuere, per leges cō-  
tinuō miraculum affectūsq; transfertur: adeo auari-  
tię opinioniq; seruim<sup>o</sup>. Quod verō ita se habeat res,  
rarū quoq; omne preciosum est, & qui fructus apud  
nos vilissimi sunt, in Cappadocia sunt preciosi, ac lō-  
gē his, qui apud nos habentur in precio, chariores. In  
Syria item prouincia abundē indumenta ista, in aro-  
matū ferace Arabia, & India preciosis lapidibus ple-  
na plurima inuenire est. Adeo præsumptio, & humana  
opinio

opinio inualuit, nihilq; iudicio agimus, sed temerē ac  
passim omnia. Respiciamus igitur tandem ex huius-  
modi temulētia, videamus quod verē bonū est, quod  
natura pulchrum est, pietatem scilicet atq; iustitiam;  
virtutesque reliquas, vt promissis perfruamur bonis:  
quę vtiā consequi nos omnes contingat, gratia &  
misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo pa-  
tri gloria, vnā cum sancto spiritu nunc & semper, &  
in secula seculorum, Amen.

Homilia xviij.

**R**ecipio tibi coram deo, qui viuificat omnia, & domi-  
no Iesu Christo, qui testificatus est sub Pontio Pilato  
bonam confessionem, vt serues mandatum immacula-  
tum, irreprehensibile, vsque ad aduentum domini nostri Iesu  
Christi, quem temporibus suis ostendet beatus & solus potens,  
rex regum, & dominus dominantium, qui solus habet immorta-  
litatem, & lucem habitat inaccessibilem, quem nullus hominum  
vidit, neque videre potest, cui honor & imperium æternum,  
Amen. Rursus deum adducit testem, & quidem cum  
paulō antē hoc fecerit, simul vt metum augeat, & di-  
scipulum tutiori in loco constituat: ostendatque nō  
humana esse præcepta, vt ea veluti ab ipso domino  
accepta custodiat, semperq; testem ante oculos ha-  
bens, sub quo hæc audit, commoueatur animo. Præ-  
cipio tibi, inquit, corā deo, qui viuificat omnia. Hic & contra  
pericula solatiū est, & resurrectionis admonetur au-  
ditor. Et Christo Iesu, inquit, qui testificatus est sub Pōtio Pi-  
lato. Iterum ad magistrī prouocat imitationem, sicut  
ille testificat<sup>o</sup> est, inquit, & nos vestigiis eius imitemur  
bonam confessionē. Hoc & Hebræis scribēs, ait: In-  
tuentes ad fidei authorem, & consummatorē Iesum,  
qui propositi sibi gaudij vice sustinuit crucē, confu-  
sine cōtempta, & sedit ad dexteram sedis dei. Reco-  
gitate enim eū, qui talem passus est a peccatoribus in  
seipsum contradictionem, vt nō deficiatis animabus  
vestris resoluti. Ita & nūc discipulum admonet: ac si  
dicat, Noli timere mortē, dei enim seruus es, qui om-  
nia viuificare potest. Ego, inquit, veni, vt testimoniū  
perhibeam veritati. Quānā verō est bona confessio?  
Dicēte Pilato: ergo rex es tu. Ego, inquit, in hoc nat<sup>o</sup>  
sum. Ecce isti me audierunt. Illi autem filiū, inquit,  
te ipsum dei facis, & alia plurima testatus atq; cōfessus  
est. Vt serues, ait, mandatum immaculatum irreprehensi-  
bile, vsque ad aduentum domini nostri Iesu Christi. Hoc est,  
vsque ad consummationem tuam, vsque ad exitū. At  
non ita dixit, sed vsque ad aduentum ait, vt illum ma-  
gis exuscitet. Quid est, vt serues mandatū immacula-  
tum? Vt neque vitę, neq; dogmatum gratia aliquid  
maculę contrahas. Quem temporibus, inquit, suis ostendet  
beatus & solus potens, rex regū, & dominus dominantium, qui so-  
lus habet immortalitatem, lucemque habitat inaccessibilem. De  
quo ista dicta sunt: De patre, an de filio? De filio scilicet,  
quem suis, inquit, temporibus ostendet beatus &  
solus potens. Et hoc rursus ad solatiū discipuli, vt ne  
admiretur, neq; metuat mortales reges: quem tēpo-  
rib<sup>o</sup> suis, id est cōgruis, debitis, ne ferat grauitur, quod  
nondū venerit. Ostendet vero, qui solus est potens,  
ostendet beatus, imō beatitudo ipsa. Nihil ibi triste,  
nihil iniucundum est, inquit, vbi beatus & solus potēs  
est. Ad differētiā hominum dicitur, siue quia inge-  
nitus est: quod & nos rursus de hominibus dicimus:  
qui solus, inquit, habet immortalitatem. Quid ergo?  
filius hanc non habet? nōne ipse immortalitas est?

Lucem habitat inaccessibilem. Aliud ergo lux est, aliud  
qui inhabitat lucem? ergo loco circumscribitur deus?

Vides vt cum magnū aliquid loqui gestit, lingue de-  
ficit vsus. Quem nemo, inquit, hominum vidit, neque videre  
potest, cui honor & imperium æternū, Amen. Conuenienter  
omnino, ac necessariō hoc in loco de deo plura disse-  
ruit: quia enim ipsum adduxerat testē, plurima de tes-  
tis dignitate proloquitur, vt eū discipul<sup>o</sup> amplius re-  
uereatur. Ipse, inquit, honor. Hoc est, gloria, hoc solum  
dicere possumus, hoc solū facere: neq; enim quis sit,  
curiosē debemus inquirere. Si igitur æternū eius im-  
periū est, noli metuere: etsi enim modo nō appareat,  
semper illi honor, semper imperium est. Diuitibus hu-  
ius seculi præcipe non alū sapere. Aptissimē huius seculi, di-  
xit: sunt enī & alij in futuro seculo diuites. Nihil enī  
ita supercilium attollit, nihil ita superbiam & arrogā-  
tiam gignit, vt opes: atq; ideo protinus ab illis auer-  
tit, adiciens: Neque sperare in incerto diuitiarum. Ex eo  
enim in primis arrogantia nascitur, sicut cōtra qui in  
deū sperat, à fastu semper alienus est. Quid in eo spe-  
ras, quod repente trāsferetur? Id quippe diuitiā sunt:  
quid in illis spem ponis, quibus cōfidere omnino nō  
potes? Quomodo verō cauere superbiā poterunt? Si  
viderint quām infirmę illę, quā instabiles sint: si at-  
tenderint quām omnes opes exuperet firma in deum  
spes, si intelligant harum etiam authorem esse deum.

Sed in deo, inquit, viuo, qui præstat nobis omnia affluētē ad  
fruendum. Pulchrē dixit, affluētē omnia, conuer-  
siones annuas, vicēsq; significans, ærem, aquam, lu-  
cem, & cætera omnia. Vides vt affluētē præstet om-  
nia cū ineffabili copia? Si opes inquiris, illas quærę  
quę permanēt, quę firmę perdurāt, quę ex operib<sup>o</sup>  
bonis oriuntur. Quibus? Benefacere, inquit, diuites fieri  
in operibus bonis, facile tribuere, communicare. Aliud opum,  
aliud charitatis est. Comunicare, sociale esse, placido-  
sus, lenes intellige. Thesaurizare sibi sibi fundamentum bo-  
num in futurum. Vbi nihil incertum est, vbi stabilia fun-  
damenta sunt, nihil infirmum, sed firma omnia, incō-  
uulsa, perpetua, fixa. Vt apprehendant, inquit, æternam vi-  
tam. Bonorum enim operū actus, vt ea perfruamur,  
efficere potest. O Timothee depositum custodi. Caue ne  
minuas, non enim tua, sed aliena sunt quę seruanda  
accepisti, nihil imminuas. Deuitans, inquit, profanas vo-  
cū nouitates, & obiectiones falsi nominis scientiæ. Rectē om-  
nino: vbi enim fides non est, ne scientia quidem. Quā-  
do aliquid propriis cogitationibus gignitur, scientia  
non est. Ita enim quidam seipso tunc fore gnosticos,  
id est, sciētēs appellabāt, quasi qui plus aliquid cæte-  
ris nossent. Quam quidam profitentes circa fidem exciderūt.

Vides vt rursus admoneat, nō cum huiusmodi pas-  
sim conferendas manus? Deuitans, inquit, obiectiones.  
Sunt igitur obiectiones, quibus neq; respondēdum  
est. Cur id? Quia deiiciunt à fide, neque fortiter ac fir-  
miter stare permittunt.

Morale.

His itaque ommissis, fidem tenemus, quę petra fixa  
& infracta est. Neque enim flumina, neque venti si ir-  
ruāt, nobis officere aliquid poterūt, supra petrā quip-  
pe inconcussi stamus: ita & in vita ista, si verū illud  
fundamentum elegerimus, abiq; vilo detrimento per-  
sistem<sup>o</sup>: qui illas diuitias eligit, nihil aduersi patietur:  
qui gratiam, qui gloriam, qui honorem, qui volupta-  
tē illā, euadet innocuus. Omnia ibi fixa & firma sunt,  
nullam omnino mutationem admittentia: præsentia  
cūcta variātur, & mutationi obnoxia sunt, omnia mi-  
grant atque dilabuntur. Quærīs gloriā? At nō descē-  
det, inquit, cum eo gloria eius. Sæpe viuētēs etiā de-  
ferit.



ferit. Enimuero non ea virtutis cōditio est, sed imò ea durāt omnia. Qui præsenti magistratu inclyt<sup>o</sup> est, succedere alio fit ignobilis, vnusq; de vulgo. Qui diues, aut latronum impetu aut potentiorū insidiis repentē fit pauper. Non ita contingit in nobis. Nā qui pudic<sup>o</sup> est, si attēdat sibi ipsi, nullius insidiis pudicitia perdet. Principē qui sibi ipsi dominetur, priuatū facere nemo qui possit, nemo subiicere. Nam quod iste illo sit maior pricipatus, adhibito diligenti examine discēs. Quid enim oro, iuuat integris gentibus dominari, si serui perturbationum sumus? Quid nocet nulli hominum principari, & si vitiorum tyrānide celsiores sumus? Istud summa libertas, istud imperiū, istud regnū atque potestas: illa verò omnia misera seruit<sup>o</sup>, quātumlibet coronas innumeras quis habeat. Quando enim illi intus dominorum multitudo imperat, auaritia scilicet, ira, libido, & perturbationes reliquæ, diadema quid prodest? Ac riore t<sup>u</sup> tior tyrānide premitur, quādo illū quod minus subditus sit, corona nequit eripere. Quemadmodum si apud Barbaros detineretur seruus quispiā rex, & illi ad maioris seruitutis indicium, neque purpurā, neq; diadema auferant, sed cū illis insignib<sup>o</sup> & aquas ferre, & coquere, & alia inferre ministeria iubeāt, ad maiorē & sui honorem, & ignominia illius: Ita Barbaris omnibus immanius vitia ista imminēt nobis. Nā qui ista cōtemnit, Barbaros quoq; iridebit: qui verò succumbit, longē diuoriora ab his quā a Barbaris patietur. Quippe Barbari cum præsulent viribus, cōcidunt corpus: hęc verò animam cruciat, & omni ex parte delant. Barbarus victor tēporali tradit neci, hęc autē in æternā pręcipitā mortem. Solus ergo liber est ille, qui libertatē intrinsecus habet: sicut ille seruus est, qui succūbit irrationabilibus vitiis. Null<sup>o</sup> quātumlibet dominus a deo crudelia & indigna pręcipit. Incassum, inquit, & sine causa confunde animam tuā, deū offende, ignora naturam ipsam: siue pater, siue mater omni verecūdia deposita, te aduersus illos instrue: huiusmodi sunt auaritiæ pręcepta. Immola, inquit, mihi nō vitulos, sed homines. Sacrificate, ait propheta, homines, vituli enim defecerūt. Nō sic ista, sed cum adsint vituli, immola homines: macta eos qui te nihil violarunt, etiā si beneficiis affect<sup>o</sup> sis, iugula, omnibus esto aduersarius, communisq; inimicus, omnes circūueni, naturā ipsam atque deum: aurum collige nō vt fruaris, sed vt ferues, vt maiore cruciatu torquearis. Neq; enim frui auarus potest cōgregatis, dū semper ne minuatur aurum timer, dum metuit sollicitus, ne thesauri deficiāt. Esto, inquit, vigil, omnes suspectos habe & seruos & amicos. Esto alienorū custos: si pauperē videas fame deficere, caue miseraris: imò si potes, ipsā illi detrahe cutē, periura, mētre, iura, maledictis insectare, calumnias strue, etiā si in ignes eundū sit, si mille subire oporteat mortes, si fame corruipi, si morbo cōfescere, noli ab instituto resilire: nōne huiusmodi leges auaritia statuit? Esto impudēs, inuerecūd<sup>o</sup>, temerarius, audax, impurus, nequā, ingratus, sensum omnē & affectū amicitiaē pone, parricida, & fera magis quā homo esse cōtēde, amaritudine serpetes omnes trāscēde, rapina lupos, omnēq; feritatē magnitudine immanitatis exupera: & si ad dāmonis malignitatē peruenire opus sit, noli retrahere pedē, ignora beneficium: nōne ista & luadet, & audirur? Deus verò cōtraria pręcipit: Amic<sup>o</sup> esto omnibus, sis bon<sup>o</sup>, sis modestus, & qui diligaris ab omnib<sup>o</sup>, neminē sine ratio-

ne offēdas, honora parētes, opinione optima frueri, esto non homo, sed angelus, nihil inuerecūdū, nihil indecens non modo nō facias, sed ne cogites quidē. Opē egentib<sup>o</sup> feras, noli rapere, ne tibi molestias agreges, noli iniuriosus esse, atque audax: neque tamē auditur. Ergo nōne iustē gehēna defecit: nōne ignis æternus, & vermis qui nunquā moritur, meritō intē-

IN SECVNDAM AD TIMOTHEVM EPISTOLAM homilia prima.

**A**ulus apostolus Iesu Christi, per voluntatē dei secundum promissionē vitæ, quæ est in Christo Iesu, Timotheo charissimo filio, gratia & misericordia & pax a deo patre, & Christo Iesu domino nostro. Gratias ago deo meo, cui seruiō a progenitoribus meis in cōscientia pura, quod sine intermissione habēa tui memoriam in orationibus meis nocte ac die, desiderās te videre: memor lachrymarum tuarum, vt gaudio implear: recordationem accipiens eius fidei, quæ est in te non ficta, quæ & primum habitauit in auia tua Loide, & matre tua Eunice. Quid sibi vult, quod secundam quoque ad Timotheum epistolam scribit? Dixerat, Spero celerit<sup>er</sup> venire ad te. Frustrat<sup>o</sup> ille fuerat spe & expectatione sua, consolatur eū literis, corporalis præsentiæ vice, fortassis ob hoc ipsum mœretem, & quod iam gubernationis subiisset onus. Quātumlibet enim quisque animi virtute polleat, cū tamen clauū & ecclesiæ gubernacula suscipit, insperatis fluctibus quatitur, & variis vndiq; negociis actus, penē submergitur. Quod cum semper aliās ferē contingit, tum in ipso prędicationis initio necessariō fiebat, cū omnia essent plena periculis, cum maria vndique, & vndique cœlū, cū persecutionibus & inimicitiiis cūcta feruerent, cum omnia simul obsterent, cū pręterea ex Iudaicis obseruationib<sup>o</sup> hęc reses inchoarēt, quas & in priore signauit epistola. Non modo autē ipsum solatur literis, verum & ad se aduocat, dicens: Festina venire ad me celeriter, & veniēs affer libros, maxime membranas. Videtur autē tūc scripsisse epistolam, cum esset proximus fini. Ego enim, inquit, iā delibor. Et iterū, In priore mea defēsiōne nullus mihi adstir. His igitur ita pręmissis, ad ipsam iā epistolam veniamus. Consolatur discipulum ex tentationibus propriis dicēs: Paulus apostolus Iesu Christi per voluntatē dei, secundum repromissionē vitæ, quæ est in Christo Iesu. Ex ipsis statim initiis ipsius erigit animum. Noli, inquit, metuere præsentiis vitæ pericula, hęc enim eternā nobis pariunt vitam, in qua nihil eiusmodi est: vbi aufugit dolor, tristitia, & gemitus. Non enim ideo, inquit, nos Apostolos fecit solum, vt periclitemur, verum etiam vt moriamur, vt talia patiamur: alioqui proprias

proprias enumerare clades non modò nihil cōsolationis afferret, verū mœroris adiciere plurimū. Cōfestim igitur ab ipsis exordiis solatium infert, dum dicit, Per repromissionem vitæ quæ est in Christo Iesu. Si autē hęc repromissio est, noli eam hęc querere. Spes enim quæ videtur, non est spes. Timotheo charissimo filio. Nō modò filio, sed charissimo filio, possunt enim esse filij nō charissimi. At tu nequaquā talis es, inquit, quocirca te nō modò filiū, sed & charissimum filium voco. Nēpe enim Galatas appellat filios, pro quibus tamen adhuc mœret. Filioli, inquit, mei, quos iterū parturio. Magnū verò virtutis illi, & eximie indolis testimoniū: ita illum appellādo perhibuit. Nam cū ea charitas à natura non proficiscit, ex virtute omnino materiā sumit. Qui enim ex nobis nati sunt, non virtutis tantum gratia, sed etiā ex naturæ necessitate charissimi sunt. Porro qui ex fide sunt geniti, nullam aliam ob causam, quā ob virtutem solā charissimi sunt. Nam vnde essent aliunde? Idque cū apud nos, tum apud Paulum in primis, qui nullo mortali tenebatur affectu. Ostendit igitur se non iratum discipulo, neq; illum aspernatum, non odisse, cū dicit, charissimo filio. Gratia, misericordia, & pax a deo patre, & Christo Iesu domino nostro. Quæ in priori epistola, hęc eadem illi in secunda imprecatur: & vide vt protinus rationem reddat, quod non ad illum ierit, neq; viderit ipsum. Nam antea dicendo, Dum venio, & festino ad te venire celeriter, vt mox affuturam illius præsentiā speraret effecerat. Ad hoc ergo antē respondet, neq; tamen continuo causam cur non venerit dicit, vt ne illū maiori dolore conficeret. Erat autē illa, quod vincētus detineretur a Cæsare. Ceterum illam prope finē apposuit, cū illū ad se accersiret, tūcque quid erga se ageretur, apertius posuit: sed in initio statim nihil triste proposuit, verū spē dedit, fore vt ab ipso videretur, dicēs: Desidero te videre. & iterū, Festina venire ad me celeriter. Mox igitur illum exordians in spem erigit, ac tum cætera cum laude profequitur. Gratias, inquit, ago deo, cui seruiō a progenitoribus in conscientia munda, quod in deficientem memoriam tuam habeo, in obsecrationibus meis, nocte ac die desiderans te videre: memor lachrymarum tuarum, vt gaudio implear. Gratias, inquit, ago deo, quæ memor tui sum, ita te diligo. Hoc em̄ excellentissimę charitatis indicium est, cū quis ex amicitia ornari se putat. Itaque deo gratias ago, inquit, cui seruiō. Quomodo? In conscientia munda a progenitoribus. Nihil em̄ habebat noxiū, nihil subdolum ipsius cōscientia: & aliter hoc in loco de vitæ mūditiā dixisse intelligi potest. Vbiq; enim conscientiam vitam dicere illi moris est, siue hoc dicit, quod nihil ex his quæ concupiuit bonis, causa nulla humana impulsus, prodidi, ne tum quidē quādo persequebar ecclesiam. Idcirco enim ait: Sed misericordiam cōsecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate mea: ac si dicat, noli eā rem tmalitiam] arbitrari. Per quam sanē rationabiliter suum cōmendat institutum, vt fidem faciat excellentiē charitatis, nihilq; sibi mentiri persuadeat, quasi aliud loquatur, aliud in corde habeat. Quippe vt in Actibus apostolorū legitur, & sæpe seipsum laudare cōpulsus, cū illum vt seditionis, nouarumq; rerū authorē infimularent, dicens: Et ait Ananias ad me, Deus patrū nostrorū pręordinauit te scire voluntatem suam, & videre iustū, & audire vocem ex ore eius, quoniam testis illi eris ad omnes homines, eorum quæ vidisti & audisti. Ita fermē & hęc, ne putare alienus ab amoris

gratia, cōscientiaq; mūditiā, oblitusq; discipuli, meritō seipsum laudat ac dicit: Quod in deficientem tui memoriam habeo: neq; id simpliciter, sed in obsecrationibus meis: hoc est, per omne tēpus, iugiter, nocte ac die. Quocirca orabā deum cupiens te videre. Vides immēsum feruoris affectū: vidisti dilectionis infaniam: vidisti humilitatis magnitudinē, per quam se discipulo purgat, rationemq; cur non venerit, affert? quæ q̄ sit plena rationis, etiā supra monstauerat, sed & in cōsequentibus indicat, dicens: Memor lachrymarum tuarum. Fieri enim potuit, vt gratus discipulus à magistro separatus fletet, ac lamentaretur non secus q̄ infans distractus ab vberibus matris, atq; lactis alimonia destitutus. Vt, inquit, gaudio implear, desidero te videre. Nunquā itaq; me ipsum tanta voluptate spontē priuasset, etiam si vehemēter absq; sensu, crudelissq; ac immanis essem, lachrymæ illæ tuæ, cum redirent in memoriam, flectere eiusmodi rigorem potuissent, atque in mansuetudinem, lenitatēque conuertere. At nō huiusmodi sum, sed seruiō deo purē, atq; ideo multa me ad te necessariō pertrahūt. An verò adhuc persistit in fletu: & aliā apponit causam, ipsamq; plenam consolationis. Reminiscens, inquit, fidei quæ in te est sine simulatione. Deinde & aliam adiecit laudem, quæ scilicet nō ex gentilibus, neq; infidelibus, sed ex ea esset domo, quæ dudū Christo seruisset. Quæ, inquit, inhabitauit in auia tua Loide, & matre tua Eunice. Erat enim, ait, filius mulieris Iudæe fidelis. Quo pacto? Ex Iudæis illa fidelis erat, non ex gentilibus. Nā de patre eius quægilis fuerit, scribitur: ac propter Iudæos, qui in illis locis erāt, assumens circumcidit eū. Vides vt iam tūc lex cœperit solui, cū huiusmodi cōtra illius veritū commixtio fieret? Vide quā multa congestit. Ego, inquit, seruiō deo, bonamq; habeo conscientia, & tu lachrymas: non autem te lachrymarum causa diligo tantum, sed & propter fidē: tes enim amator verus, nihilq; doli in te est. Cū igitur & tu te talē præstes, qui diligi merearis, atq; adeo ad pietatē pronus, tantquam fidelis discipulus Christi: cumq; & ipse nō inclemēs, & absq; affectu sim, sed deo in veritate seruire studeā, quid me venire ad te prohibere potuisset? Confido, autem, inquit, quod & in te. Habes, inquit, hereditarium, & à maioribus fidei bonū, accepisti ab eis pius hæsres fidem absq; simulatione. Maiorū quippe merita, cū eorū studuerimus esse participes, nostra etiam sunt. sin verò ab illis aberrauerimus, nō modò nihil ornamēti, sed dedecoris ac damnationis plurimum ex illis acquirimus. Idcirco subiunxit: Confido autem quæ & in te. Non, inquit, conicio: sed, confido, certusq; sum. Si igitur te ad hoc, humanū nihil adduxit, nihil te immutare poterit. Ob quam causam admoneo te, vt excites gratiā dei, quæ in te est per impositionem manuum mearum. Ostendit ex his profectō, magna illū doloris mœrorisq; vi detineri. Non igitur, inquit, existimes quæ te despexerim, cæterum scias apertius, me tui obliuisci nequiuisse. Et si alium neminem, at auiam, matremq; cōsidera. Idcirco quoniam fidem tuam integerrimā nō ignoro, alacritate tibi opus, vt excites gratiā dei. Quemadmodū ignis indiget lignis: ita & gratia alacritate nostra opus habet, vt feruere perpetuò possit. Admoneo te, vt excites gratiā dei, quæ est in te per impositionē manuum mearū. Hoc est, gratiā spiritus, quā accepisti ad ecclesię institutionē, ad perpetranda miracula, ad omne religionis obsequiū: quippe hęc vel extinguere, vel excitare in nobis est. Idcirco & alibi

Rem. 8. c. cit, Per repromissionem vitæ quæ est in Christo Iesu. Mar. 6. g. Gal. 4. c. 1. Tim. 3. d. 2. Tim. 4. d. 1. Tim. 1. c. t. adulario nem. Act. 22. d.

quoniam tu veritate operaris.





erubuit dominus meus, ego hæc vincula erubescere debeo: Et congrue sanè, cum illū hortaretur non erubescere, primum illum crucis admonuit, ac si diceret: Si crucē, si vincula nō erubuit dominus ac magister noster, quantō minus nos vincula debemus erubescere? Qui enim, quæ ille sustinuit, erubescit: ipsum quoq; erubescit, qui cruci affixus est. Ego, inquit, per meipsum hæc vincula fero. Nihil itaque patiaris humanū, sed eisdem passionib; socius accede, collabora euangelio, non tamen tanquā euangelium ipsum laboret, afflictionemq; patiat. Secundum virtutē dei, quæ saluauit nos, & vocauit uocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositū suum, & gratiam quæ data est nobis in Christo Iesu ante tēpora secularia. Quia videbatur onerosum quod dixerat, collabora, rursus ipsum consolatur. Non enim virtute tua, inquit, sed virtute dei ista toleras. Tuum quippe est eligere, & propositi ostendere alacritatē. Deinde etiam virtutis eius argumenta subiungit. Quomodo saluus factus es, inquit, quomodo vocatus es? Sicut & alio in loco ait: Secundū operationem eius, quæ operatur in nobis, ideo maioris virtutis erat persuadere orbem totum, q̄ cœlū facere. Quomodo vocatus es, inquit? uocatione sancta: hoc est, sanctos effecit, qui peccatores & inimici eramus, & hoc nō ex nobis, sed ex diuino munere est. Si igitur ille & potens est vocādo, & bonus, idq; per gratiā, non ex debito faciendo, nihil est cui metuamus. Qui enim nos, cū perditini inimiciq; effemus, saluos per gratiā fecit: multō magis eū operantes viderit, cooperatores accedit. Non secundum opera nostra, inquit, sed secundum propositū suum. Nemine cogēte, nemineq; consulēte, sed ex proposito suo, sola vi suæ bonitatis impulsus, saluos nos fecit. Secundum propositū suum, inquit, & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante tēpora secularia. Hoc est, abiq; vllō principio, semper in Christo ista præfixa erant vt fierent. Non autē & hoc parum est, deum salutē nostram à principio voluisse. Non igitur vlla ex pœnitentia, & ex hoc filius quoq; indicatur æternus, & ipse enim hæc sempiternē cum patre disposuit. Manifestatam verò nunc, inquit, per apparitionem saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam, & immortalitatem per euangelium. Vidisti potentie magnitudinem? vidisti muneris largitatē? Non per effectum operū, sed per euāgelium: spei autem hæc sunt. Nam in corpore quādam suo hæc vtraque contigēte, in nostro autem per euangelium fient. In quo positus sum ego prædicator, & apostolus, & doctor gentium. Quenam verò ratio est, cū seipsum iugiter gētiū magistrum vocet? Persuadere quippe vult, gentes quoque in hæreditatem dei esse vocatas, quarum se magistrū assidue appellat, atq; ideo à cōsortio fidei non repellēdas. Noli, inquit, in passionibus meis lassescere animo, deiectum est omne robur mortis, neruque illius decisi omnes sunt. Non quasi malè operans ista perpetior, sed quia doctorem me profiteor gentium. Simul & fidem sermoni facit. Propter quam, inquit, causam & ista patior, sed non confundor. Scio enim cui credidi, & certus sum quia potens est depositū meum seruare in illum diem. Sed non confundor, inquit: nam quæso num erubescenda sunt vincula? Num passiones ipsē cōfusione sunt? noli ergo erubescere. Vide vt ex operibus ipsius magistrum doceat. Ista patior, inquit, in carcerem iniicior, exagitor, affligor, expellor. Scio enim cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem.

Quid est, oro, depositum? Fides atq; prædicatio. Hoc ipsum qui deposuit, inquit, integrū inuolatumq; seruabit. Omnia patior, vt ne huiusce thesauri expiletur. Nullo super his rubore confundor, dū fides seruēt inuolabilis. Siue fideles ipsos depositum dicit, quod apud se deus ipse deposuit, aut certē quod ipse apud deum. Et nunc enim, inquit, Ecce cōmendo vos domino: hoc est, nihil vobis ista nocebunt, sed cōferent plurimū. Eius profectō depositi fructum Timotheus ostēdit. Vides vt mala pressurafq; nō sentiat, ob discipulorū spem? Eiusmodi doctorem esse conuenit, atq; ita discipulorū profectum cautē curare, eos arbitrari sibi esse omnia. Nūc, inquit, viuimus, si vos statis in domino: & rursus, Quæ est enim spes nostra, & gaudiū, & corona gloriæ? nōne vos ante dominū nostrum Iesum? Intuere q̄ accuratē circa ista sollicitum non minus quā erga charissimos quosq; discipulos. Oportet enim naturales patres affectu ac dilectione transcendere, sed & spirituales filios non seignius affici, q̄ illi sibi necesse est. Obedite em̄, inquit, præpositis vestris, & subditi estote illis, scientes quoniam ipsi vigilāt pro animabus vestris quasi rationē reddituri. Nam dic oro, ipse tāto periculo tui gratia subditus est, tu illi obtēperare detrectes in his quæ tibi vtilia sunt? Etsi enim ille sua omnia ritē disponat, quādiu tu minus rectē vales, angoris vacuus esse nō potest, cū duplex ab eo ratio sit exigenda. Iam verò considera, quantum periculi sit, per singulos subditorum discuti, rationemq; pro omnibus reddere. Quātuus illi honoris impēdas, quātuilibet obsequij deferas, nihil his periculis referre par poteris. Nam etsi animā ponas, ipse hoc pro te iugiter facit: etsi id minus hac in vita facit, q̄ persecutionis non adsit tempus, eam tamen periculo æternæ mortis exponit. Tu contrā, neq; ad verba vsque illi subiici vis, Hoc nempe est malorū omnium causa, q̄ rectorum autoritas perit, nulla illis reuerētia habetur, nullus honor, nullus metus. Obaudite, inquit, præpositis vestris, & subditi estote illis. At nūc peruersa & confusa sunt omnia. Neque istud præpositorum gratia dico, Quid enim illi de nostro honore lucrant, nisi inquam obtemperantes habeant, idq; pro vtilitate nostrā: Hi enim licet honorentur, nihil ex eo honore in futurū lucrant, maioremq; damnationē inde suscipiunt. Etsi patiantur iniurias, nihil ex eis detrimētum in futurum acquirunt: immō & meritorum illis accedit cumulus, atq; defensio. Nostri denique causa cuncta illi faciunt. Nam siue honorātur à subditis, & hoc illis fieri iubet, quemadmodū dicebat Heli: Assumpsisti de domo patris tui. Siue iniuriis afficiantur, hoc in se deus ipse perpetitur, sicut ad Samuēlem ait: Non te spreuerunt, sed me. Itaque illis cōtumelia lucrum, honor verò onus est: nō ergo hæc illorum gratia, sed vestri causa dico. Qui honorat sacerdotem, deū quoque honorat: qui verò sacerdotem spernit, ad id sensim prolabitur, vt in deū ipsum aliquando contumeliosus euadat. Qui vos, inquit, suscipit, me suscipit. Et sacerdotes, ait, eius in honore habete. Hic Iudei deū spernere didicerunt, quia Mosen cōtempserunt, quia lapidibus illum impetebant. Nam qui piē sacerdoti afficitur, longē maiore pietate deum reuerbitur. Etsi enim malus fuerit sacerdos quispiā, attendit deus, q̄ sui gratia illum etiam, qui dignus honore nō est, obsequiis foues, ipseq; tibi præmia exoluet. Si enim qui prophetam in nomine prophetæ suscipit, mercedem prophetæ

Ephr. 3. b. Rom. 5. b.

prophetæ accipiet: pfectō & qui cedit & obtēperat sacerdoti, mercede sua nō destituetur. Nam si vbi de hospitalitate agitur rātum, vbi quē suscipis ignoras, tantū præmiorum accipis: si ei subiiciaris, cui imperat deus, nō multō magis mercede donaberis? Super cathedrā, inquit, Mosi sederūt Scribæ & Pharisei: omnia ergo quæcunq; dixerint vobis facere, facite, secundum autē opera eorum ne faciatis. An ignoras quid sit sacerdos? Angelus vtiq; domini est. Nō ex seipso loquitur: si despicias, non illum despicias, sed deum qui illum ordinauit. Sed vnde, inquires, constat deū fuisse illius ordinationis authorē? Nempe si tu hanc habeas opinionē, spes tua inanis facta est. Nam si nihil per illū operatur deus, neque lauacrum habes, neque mysteriorū particeps es, neq; benedictionibus frueris. Nō ergo Christianus es. Quid ergo? deus omnes ordinat, etiā indignos? Non omnes quidem ille ordinat, per omnes tamē ipse operatur, salutem populi moliciens, nō illorum intuēs merita. Nam si per Aīnæ os, si per Balaam scelestum hominē, populi causa locutus est: multō magis loquitur per sacerdotē, plebis suæ gratia. Quid em̄ nō agit deus, salutis nostræ causa? quid non loquitur? per quē non operatur? Si enim per Iudam operatus est, & per prophetas quibus dicturus est: Nō noui vos, discedite à me qui operamini iniquitatē: perq; illos qui dæmones in nomine suo eiecerūt: nō magis per sacerdotes diuino ministerio famulātes operabitur? Nanque si præpositorum vitas discutāte pergam; ipsi doctores nostros ordinare cōtēdimus, peruersosq; ordine naturali, quæ supra sunt, infra esse volumus, vt superi; pedes, inferius verò sit caput. Audi quid Paulus dicat: Mihi autē pro minimo est, vt à vobis iudicet, aut ab humano die, & iterū, Tu quid iudicas fratrem tuum? Si fratrem iudicare nō expedit, quantō minus magistrū? Nā si quidem hoc stauit deus, bene facis, peccasq; ni facias: sin verò contraria præcepit, noli præsumere, neq; ea coneris quæ super te sunt. Insurrexerūt aduersus Aarō, post vituli formatā effigiē, Chore, Dathan, & Abiron. Quid ergo? Nōne illi periēre? Quilibet, quæ ad se pertinent, sollicitē curet. Nā si quidē fidei dogma peruertat, etiā si angelus sit, obaudire noli: sin verò recta docet, noli vitē, sed verbis intēdere. Habes Paulū verbis te operibusq; moderantē. Nō distribuit pauperib; , inquires, nō bene dispēsat ecclesie res. Vnde tibi id cōstat? Noli illum culpāre, antequā discas. Reatum caue. Plurima quippe ex simplici suspitione iudicātur. Imitare deum tuum, audi ipsum dicentem: Descēdens videbo, si secundū clamorem suum cōsummantur: sin autem, vt scia. Quod etsi didicisti, & examinasti, & vidisti, iudicē sustine. Noli præripere Christi iudicis ordinē: illius est munus ista discutere, nō tuum. Tu feruus vltimus, nō dominus es. Ouis ipse es, Pastorē noli curiosē discutere, ne eius quoq; criminis reus tenearis, q̄ illum accusare præsumis. Et quomodo, inquires, id mihi dicit, quod ipse nō facit? Non tibi ipse dicit: nam si illi obtēperas, mercede priuaris: Christus hæc admonet. Plus aliquid dicā, ne Paulo quidē obedire oportet, si quid dixerit proprium, si quid humanū, sed apostolo Christū in se loquentem circumferenti. Nō igitur aliena iudicemus, sua quisq; discutiat, vitāque diiudicet suam. At debet ille, inquires, melior esse q̄ ego. Cur, te obsecro? Quia sacerdos est, Et quid non habet ille amplius, quā tu? Non labores, nō angores, nō ærumnas? Debet esse te melior? Quid ergo?

Nisi sit melior, teipsum perdis ac perimis? Sūt verba ista plena arrogantie. Vnde enim nosti illum te non esse meliorē? Furatur, inquires, & sacrilegus est. Vnde hoc nosti o homo? cur teipsum per præcipitia impellis? Nēpe si quis dixerit, ille purpurā habet, quāuis id scias, aurē obruis: et si arguere possis, potius resillis, tēq; scire dissimulas, nolens gratis subire periculum. Quid ergo hoc in loco periculū minimē necessariū suscipis? Nō carent reatu hæc verba. Audi quid dixerit Christus: Dico autem vobis, quod omne verbum ociosum quodcunq; loquuti fuerit homines, reddet rationem de eo in die iudicij. Cur teipsum quouis arbitraris esse meliorem? Cur non ingemiscis magis, ac pectus tundis, atque in humū respicis, imitando scēlicem publicanū? Etsi enim melior sis, hac fœda existimatione tua cūcta perdidisti. Melior es? tacē, vt persistas esse melior: quod si loquaris, omnia exinanisti. Si te putas esse, desisti: si nō putas, multum sanè profecisti. Si em̄ qui peccator aduenerat, vbi cōfessus est, iustificatus descēdere meruit: qui peccator nō est, & esse se putat, quid oro nō lucrabitur? quātum ex ea humilitate suis adiiciet cōmodis? Vitam tuā diligētius discute. Fur non es, at rapis, at violas, at innumera huiusmodi perpetrās: neque id vt furtum probem, dixerim, absit: imō illud valde execror, & eum qui est huiusmodi defleo: nam dici nō potest, quā sit sacrilegium malum. Sed vobis parco. Nolo enim virtutem vestrā alios accusando minuere. Quid oro publicano deterius? At quum esset innumeris peccatis obnoxius, pharisæusq; id solum diceret, Non sum sicut publicanus iste, omnia perdidit: tu de sacerdote dicis, nō sum sicut iste sacrilegus, & nō oīa prorsus amittes? Ista necessariō dicere, ac plurimis verbis profequi cogor, non sacerdotū tantū gratia, sed vestri. Nam ve reor ne hac elatione virtus exhauriatur vestra, in iudiciumq; decidatis. Audi deniq; quid dicat admōnens Paulus: Opus autē suum probet vnusquisq; , & tunc in semetipso tantū habebit gloriam, & nō in altero. Nam dic oro, si saucius proficiscaris ad medicū, num omīssa cura vulneris tui, studiose medicū percunctaris, vulnus ille habeat necne? An verò & si ille sit saucius, vulnus tuū idcirco non curas, dicisq; , sanū illum esse oportuit, medicus cūm sit? Quādo vero sanus medicus nō est, abscedo, vult us mecū insanabile referens? Nūquid enim si sacerdos malus sit, inde solatium capiet subditus? Nihil minus. Cæterum dabit ille quidē scelerum suorum debitas pœnas: dabis autem & tu tuorū criminum pœnas. Etenim magister solum iam ordinē implet. Erunt enim, inquit, omnes docibiles dei: neq; dicent, Agnosce dominū. Omnes enim agnoscent me à minimo vsq; ad maximum eorū. Cuius ergo rei gratia, inquires, præsidet? Cur præpositus est? Ne quæso doctores nostros maledictis impetamus, vti ne nosmet potius lædamus. Nostra, vt dixi, omnia discutiamus, & neminē penitus maledicemus. Reuereamur diē illam, qua illuminati ab illis sumus. Patrem qui habet, etsi mille patiat incommoda, omnia patris reuerētia conteget. Noli enim, inquit, gloriari in ignominia patris tui, neq; enim tibi tam gloria q̄ probū est. Etsi sensum amiserit, veniam habe: longē hæc magis in patre spirituali dicēda sunt. Reuerere illum, quod tibi diebus singulis diuina ministrat, scripturas relegi facit, tui gratia exornat domum, propter te vigilat, propter te vota persoluit, pro te deū precaturus adstat, tui causa preces

Matt. 23. 6. Sacerdos est angelus domini. Num. 22. 6. Psal. 6. b. & Matt. 7. d. 1. Cor. 4. a. Rom. 14. a. Num. 16. 4. Gene. 18. c. Mat. 10. d. Num. 16. f. Mat. 10. d.

Matt. 11. d. Luc. 18. b. Gal. 6. d. Eph. 5. 4. d. & 10. 6. Hier. 31. f. Eccl. 3. b.

exoluit, pro te apud illū religio, cultusq; & obsequiū est, pro te ista omnia. Reuerere hęc ergo, atq; cōsidera, accede ad ea summa cū reuerētia. At mal<sup>o</sup> ille est, & hoc ad te quid? Nunquid em̄ qui malus nō est, ipse tibi magna ista & diuina largitur? Absit. Fides em̄ tua ad omnia valet, neque tibi iustus quispiā proderit, nisi ipse fidelis sis: neq; nocebit mal<sup>o</sup>, si fueris ipse fidelis. Per vacas in area operatus est deus, cū populū saluare vellet: num enim sacerdotis vita, num virtus tantum cōferre potuissent? Nō possunt quę deus ipse largitur, velut sacerdotali virtute perfici: omnia quippe diuinę sunt gratię. Huius tātum munus est aperire os, cæterū deus cuncta operatur: symbolū iste tantūmodo implet. Intuere quantum inter Ioannem & Iesum interest, & audi dicentē Ioannem: Ego opus habeo à te baptizari. & Nō sum dign<sup>o</sup> soluere ipsi<sup>o</sup> corrigiam calceamenti. Sed tamen cū tātum interest, descēdit spiritus, quem non habebat Ioānes. De plenitudine em̄, inquit, ipsi<sup>o</sup> nos omnes accepimus. Pri<sup>o</sup> tamen quān baptizaretur, non ille descendit, neque Ioannes ipsum descēdere fecit. Cur ergo istud fit? Ut scias sacerdotē symbolum implere tantūmodo. Nemo homo tantū distat ab homine, quātum à Christo Ioannes. Descendit tamen spiritus, ut discas deū omnia operari, deum omnia facere. Volo quiddam adiicere planē mirabile, & nolite mirari, neq; turbemini. Quid verò istud est? Sacra ipsa oblatio, siue illam Petrus, siue illam Paul<sup>o</sup>, siue cuiusuis meriti sacerdos offerat, eadem est, quam dedit Christus ipse discipulis, quamq; sacerdotes modò quoq; cōficiunt. Nihil habet ista quān illa minus. Cur id? Quia nō hęc sanctificat homines, sed Christus qui illā ante sacrauerat. Quemadmodum enim verba quę locut<sup>o</sup> est Christ<sup>o</sup>, eadem sunt quę sacerdotes nūc quoque pronunciat: ita & oblatio eadē est, eadēque baptismi ratio est, ad eō omnia in fide cōsistūt. Corneliū spiritus repētē repleuit, quia prius ipse alacritatē voluntatis ostēderat, fidemq; plenissimā deuotionis obtulerat. Et hoc igitur Christi corpus, & illud est: qui autē hoc illo minus aliquid habere putat, ignorat Christum esse, qui nūc etiā adest atque operatur. Ista vobis nō absq; certa ratione diximus, sed vt sentētiā vestrā, sensumq; corrigamus, cautiōresque in posterum faciamus. Verūm vos ea seruate quę diximus. Nā si semper audimus, & nunquā audita perficimus, nihil ex his quę dicuntur, emolumētū percipimus. Attendamus ergo nobis ipsis quāso diligētē, & quę dicta sunt, magno studio implere curemus. Describam<sup>o</sup> ea mētis nostrę tabulis, cōscientiāq; affixa teneamus, ac iugiter gloriā referamus patri, & filio, & spiritui sancto, nūc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia tertia.

**H**ormam habe sanorum verborum, quę à me audisti in fide & charitate, quę est in Christo Iesu. Bonū depositum custodi per spiritum sanctū, qui inhabitat in nobis. Nosti hoc, quod auersati sunt me omnes qui sunt in Asia, ex Phyleus quibus est Philetus & Hermogenes. Det misericordiā dominus Onesiphori domui, quoniā sapius me recreauit, & catenam meam nō erubuit: sed cum venisset Romā, studiosus me requisit, & inuenit. Det illi dominus inuenire misericordiā apud deū in illa die: & quanta mihi Ephesi ministravit, ipse melius nosti. Non modò per literas, sed etiā verbis discipulo, quę essent agenda, dictauit: quod plurimis & aliis in locis ostendit, dicēs: Siue per verbum, siue per epistolam, quasi per nos missam. Hoc & hęc multò magis fecit:

1. Reg. 6. b.

Matt. 3. d.

Luc. 3. c.

Ioan. 1. d.

Ioan. 1. b.

Phyleus

2. The. 2. b.

ne igitur minus aliquid doctrinam habere putemus, plurima illi absq; scripto tradidit, quę illi modo ad memoriam reuocans, dicit: *Formam habe sanorum verborum, quę à me audisti.* Quid autē hoc sibi vult? Piētōrū, inquit, more imaginem tibi virtutis impressimus, & omniū quę deo grata sunt, veluti normā, priuatamq; formā, tuā indidimus animā. Hęc igitur habeto firmiter, & siue de fide, siue de charitate, siue de castitate opus sit aliquid loqui, ac definire, inde tibi exēplaria accipe. Non tibi necesse erit ab aliis mutuari virtutis imaginē, cū intra te omnia posita serues. *Bonū depositum custodi.* Quōnam modo? *Per spiritum sanctum, qui habitat in nobis.* Neq; enim humanę animę, humanęq; virtutis est tam multa deposita dignē posse seruare. Cur id? Quia feruent cuncta latronibus, densissimā imminent tenebrę. Instat præterea diabolus, atq; insidiatur, nescimus qua hora, quo immineat tēpore. Quomodo igitur, inquit, custodire sufficimus? Per spiritum sanctum: hoc est, si spiritum habeamus apud nos manentem. Aderit autē, nisi gratiam repellamus. Nisi enim dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam: & Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilant qui custodiunt eam. Hic nobis murus est, hoc præsidium atq; refugium. Si igitur inhabitat, & ipse profectō custodiet, quid ergo præcepto opus? Vt ipsum scilicet teneamus, vt seruemus intra cordis nostri hospitium, ne illum malis actibus effugemus. Deinde tentationes exponit, non discipuli animum deicere intendens, sed magis erigere: vt si quando & ipse in easdē inciderit, nō rei nouitate turbetur magistrū intuens, & quę illi contingere memoria repetens. Quid ergo ait? Quoniam fieri poterat, vt eisdem & ipse comprehensus defereretur, atque nullius humanitate, nullius ope aut auxilio niteretur, verūm ab ipsis quoque fidelibus amicisque proderetur, audi quān sua signāter enumeret. *Nosti, inquit, quod me auersati sunt omnes qui sunt in Asia.* Erant forte tunc Romę plerique Asiatici: sed nemo, ait, adstitit mihi, nullus me recognouit, omnes à me alieni effecti sunt. Et videas, quāso, ipsius sapientissimum animum. † dixit quod factum erat illis quemadmodum imprecatus est: atque eum quidem qui ritē erat operatus, laudat, bonāq; illi imprecatur omnia. Illis autem nequaquā maledixit: sed quid ait? *Ex quibus est Philetus & Hermogenes. Det misericordiā dominus Onesiphori domui, quia sapius me recreauit, & catenam meā non erubuit: sed cum venisset Romā, studiosus me requisit, & inuenit.* Intuere quomodo vbiq; cōfustionis verbum nō periculum ponit, ne discipulus trepidet. Et certe ea res erat plena periculis. In sensum em̄ tunc habebat Neronem, quod quēdam ex familiaribus eius fidei religioniq; iunxisset. Sed cum venisset, inquit, Romam, non modò non refugit colloquium meum, sed etiā requisit me, atque inuenit. *Det illi dominus inuenire misericordiā apud dominū in die illa: & quanta Ephesi ministravit, ipse meli<sup>o</sup> nosti.* Tales esse fideles decet, vt neq; minis, neq; metu, neque cōfusione vlla prohibiti, sibi inuicē cooperentur, seq; mutuō foueant, ac veluti in bello sibi adsistat inuicē, & opem ferāt. Neq; enim plus periclitātibus, quān sibi met psunt, dū pietatis instinctu illis accedūt socij, coronarūque participes fiunt. Verbi gratia: in pressura constitutus est aliquis eorum qui deo se deuouerunt, aduersisq; plurimis quatitur, magnāque tolerātia colluctatur: ita nunquā eiuscē certaminis experimēta cepisti, licet

Psal. 126.

ibidem.

† dixit

quod enu-

nerat, nos

autē ipsi

est male

impre-

catū

licet tibi, si velis, † & præter studiū, coronarum, quę illi debentur, participē esse, si illi assistas, si inungas, si horteris, si assiduē excites. Atq; vt hoc ita se habere discas, audi quid alio in loco dicat apostolus. Verūta men bene fecistis cōmunicantes tribulationi meę, & iterum, Thessalonicam quoq; & semel, & bis in vsum mihi misistis. Et quomodo qui non aderant, absenti in pressuris cōmunicarunt? Quia misistis, inquit, mihi necessaria & semel, & secūdō. Et rursum de Epaphrodito: Quoniā, inquit, appropinquauit vsq; ad mortē, nō parcens animę, vt suppleret defectū ministerij vestri aduersum me. Nam si in regibus fieri solet, vt non modo qui pugnat, sed & qui vasa custodiūt, honoris participes sint: sæpe cōtingit vt paria bellatorib<sup>o</sup> acciperēt præmia, quāuis nō scēdassent cruore manus, neq; arma cepissent, immò ne prælium quidem aperiissent: multò magis id in tribulationibus fit. Qui em̄ athletā fame confectum cibo recreauerit, qui illi adstiterit, & verbo fuerit hortatus, qui obsequia reliqua intulerit, pari cum illo mercede donabitur. Neq; em̄ velim Paulum aspicias inuictum atq; insuperabilem pugilē: sed alium quēuis ex multis, qui nisi magno solatio & magna cōsolatione frueretur, fortē concideret, neq; vnquam certaret omnino. Sæpe igitur fit, vt qui extra certamē sunt, illi qui certamen ingreditur, sint causa victorię. Qui verò victorię fuerit causa, eos coronas quoq; victori preparatas promereri certum est: & sanē nihil est cur admireris, si stantibus quibq; cōmunicans, atque certantibus, eadem meretur præmia: quandoquidē & vita functis victoribus coronatis nihil egētibus licet, si velimus, virtutum atq; meritorum accedere socios. Audi deniq; quid dixerit Paulus: *Memoriis sanctorū cōmunicantes.* Quōnam, inquires, modo? Quando cuiusquā admiraris virtutē, quādo illum imitaris: & ex eis aliquid studes æmulari, quę illum clarum illustremq; faciunt, præmiorum profectō atq; coronarum accedis cōsors. *Det illi dominus inuenire misericordiā apud dominum in die illa.* Misertus est mei, inquit, igit & retributionē habebit in die illa terribili, atq; metuenda. Quādo misericordia nimirū omnes egebim<sup>o</sup>. *Det illi, inquit, dñs inuenire apud dominum misericordiā.* Duo ergo domini? Absit: Sed nobis vnus est dñs Iesus Christus, & vnus deus. Hoc in loco, qui Marcionis laborāt morbo, ex hoc verbo hæresim suā se tueri putant: sed discāt vilitatem esse in scripturis hoc dicendi genus. Sæpe em̄ cū fuerit de aliquo facta mētio, ea locutione vtitur: vt cū dicit, † Et ait Abrahā, quoniam non ingreditur Abrahā: & cætera in hunc modū. ] neq; verò ait, *Det illi dominus aliud quicquā: sed misericordiā.*

1. Cor. 8. d.

† Dixit

dominus

domino

meo.

Morale

Mat. 7. d.

ibid. 25. d.

Zuc. 16. g.

Mat. 22. b.

ibid. 25. c.

1. Cor. 1. a.

Et nō vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuatur. Vnde igitur quāso, vnde dies illa sic anxia, sic plena terroris? Igneus nēpe fluuius ante illius faciem ducitur. Aperiuntur operū nostrorum libri, dies illa vt ardēs clibanus est. Discurrūt angeli, fornaces succēsa & parata sunt multæ. Quomodo ergo clemēs, quomodo misericors, quo pacto bon<sup>o</sup> est? Sic quoq; plenus clemētię ac bonitatis est, immò ex hoc maxime discit ipsius clemētię magnitudo. Nā ex istis terrorem incutit nobis, vt vel ita coacti metu, ad æterni regni desiderii excitemur. Iam verò inspice, q̄ locuples Onesiphoro testimoniū præstet, dū ait: *Quoniā sæpius recreauit me: ac si athletā, inquit, æstu, pressurifq; fatigatū recreauit, atq; roborauit.* Et quanta Ephesi ministravit, ipse melius nosti. Non modò, inquit, Ephesi, verūm & hęc. Huiusmodi enim oportet vt sit sobrius quisque, vigil, & excitus non semel, aut secūdō, aut tertio, sed per omnem vitam illi operandū est. Quemadmodum enim corpus nostrum nō si semel nutriatur, habet totius vitę substantiā, sed quotidiano indiget cibo: ita & in religione atq; pietate diebus singulis operū egemus auxilio. Magna nāque nobis miseratione opus est, propter peccata em̄ nostra de<sup>o</sup> omnia illa facit, cū sit summē bonus ac benignus, imò bonitas ipsa atq; benignitas. cū sanē ipsis nihil indigeat, salutis nostrę causa cuncta molitur. ob hoc em̄ cuncta nobis exposuit, omnia enunciauit: neque enūciauit modò, verū & operib<sup>o</sup> ipsis asseruit, dign<sup>o</sup> planē cui fides habeatur, etiam si diceret tārūm. Cæterū ne quis fortasse verba existimaret terredī aut cōminādi solū causa desæuire, rebus ipsis, quę dixit, asseruerat: dū priuatim ac publicē pœnas inducit: atq; vt id apertius discas rebus ipsis certis, Pharaonem quādoque cruciauit, aliās aquarū generalē illam induxit illuuiem, per quam omnia perderet: aliās verò imbrē igneū cœlit<sup>o</sup> demisit, quo scelestos exstingeret. Modò item cernimus plerosq; malos cruciari, & pœnas exoluere: quę profectō omnia gehēnæ nobis exempla exposita sunt. Ne em̄ obdormiam<sup>o</sup>, ne desidie languore teneamur, obliuiscamurq; verborum, ipsis nos rebus excitat, admonet, ostēditq; & in hac vita iudicia, supplicia, multas, variaq; pœnarū genera pertēredis malis cōstituta. Quod si apud homines tāta iustitię seruādę cura est, deo qui has cōstituit leges, nulla erit iustitię ratio? Quis nō videat quān id absurdū, quān impium sit? Nēpe enim & in priuata domo, & in foro, & omnib<sup>o</sup> omnino in locis leges ac iudiciavideas. In domo paterfamilias seruos quotidie iudicat, pœnaq; peccātibus infert, peccatq; partim punit, partim remittit. In villa rursus villicus & vxor diebus singulis iudicia exercent. In nauī gubernator deuectōribus iudicat, in castris dux milites discutit, plurimāq; i hūc modū iudicia inuenies. In artibus magister iura discipulis dicat. Omnes deniq; & seorsum & cōmuniter se inuicem iudicāt. Nusquā videas iuris rationē nō haberi, sed omnes vbiq; pœnas scelerum dare. Si verò hic tanta cura & diligētia per ciuitates, per domos, per singulos deniq; ius ita disseminatū est, vt ei<sup>o</sup> tuēdi gratia omnia fiāt: illic vbi iustitia plena est, dextera dei, & iustitia eius sicut mōtes dei: illic inquam, nulla erit iustitię ratio? Et quomodo erit deus iudex iustus, fortis & patiens, si ferat vt nō peccatorū exigat pœnas? Habes hęc causam q̄ patiens est. Expectat patienter, vt te ad pœnitentiā attrahat: sin verò peccare persistas, secundū duritiam tuam, & cor impœnitēs, *licet*

1. The. 1. b.

Psal. 47. b.

Psal. 7. c.

Roma. 2. d.



† inulsi sint.

thesaurizas tibi irā. Si ergo iustus est, secundū merita reddit: neque patitur, vt qui hīc aduersa patiuntur ab impiis, † immunes sint.] Fortis autē est, qui etiā post mortem iustē retribuit: id quippe virtutis est, & in resurrectione itē. Et patiens, inquit. Si igitur patiens est, non perturbemur, neque dicamus, cur hīc nō supplicii afficit? Quippe si hoc fieret, iam dudum pręreptū esset mortaliū genus: si diebus singulis eorū quę peccam⁹, pœnas à nobis exigeret, vix vel paucis anis viuere permissi essem⁹. neq; enim dies vlla omnino pertrāsīt nostris scelerib⁹ vacua, sed innumeris quotidie modis offendimus, & nemo nostrū atatis vigesimū attigisset annum, nisi ingens esset patientia, summāq; benignitas, quę nobis pœnitentię spaciū daret, vt peccata diluere valeamus. Vnusquisq; igitur ingrediatur cōscientię suę cubiculum, & quę à se gesta sunt cūcūta dispiciat, vitāq; suā omnem discutiens animaduertet innumeris se pœnis ac suppliciis dignū. Et cū illi cogitatio impia dixerit, cūnam ille mille sceleribus plenus nō pœnas luit? ex suorum consideratione factorum desistat indignari. Illa enim ideo videntur magna, quia palām sunt: ceterū si sua illis conferat, plura & maiora fortassis inueniet. quippe rapere, & cupidum esse, idem fermē est, siue aurum, siue argentū quisq; diripiat: eodē enim ex animo vtrunq; proficiunt, & is qui minora diripit, maiora quoq; diripere nō detrectabit, si se illi occasio obtulerit: quod si desit occasio, non tamē pessimū institutum, etiā sine effectū operis, vacat à culpa. Si pauperiorem se pauper iniuriis violat, diuitem quoq; si posset, violare non desinet. Verū obstat infirmitas, nō deest malitia voluntatis. Ille, inquit, princeps est, & subiectorū fortunas diripit. Quid ergo ipse nō rapit? Neq; enim velim dicas, ille auri talenta diripit: tu vel si decem obolos rapias, eiusdem eris criminis reus. Totū quippe in voluntate cōsistit. Nam & eleemosynis dandis, alij aurū offerebant, pauperula vidua duo minuta in gazophylaciū misit, nihilque minus diuitibus intulit. Cur id? quia volūtas propositūmq; discernitur, nō datum ipsum. Enimuero cū in eleemosynis erogādis deū vis ita iudicare, vt nil min⁹ reddat tibi, si duo minuta distribuas, quām his qui mille auri talēta distribuūt: in avaritia verō, & rapina nō idē censet? Nōne omni ratione id caret? Quemadmodū denique vidua illa, quę duo minuta miserat, pro alacritate voluntatis, nihil min⁹ diuitibus intulit: ita & tu si vel duo minuta diripias, nihilo meliori in loco es, quām hi qui multa diripiunt: imō vt mirabilius aliquid loquar, illos iniquitate transcendis. Sicut enim quisq; siue regis violaret vxorē, siue pauperis, siue serui, pari ratione adulter est: cū peccatū non personarum differentia, verū ex voluntate improba id scelus admittentis iudicetur: ita & hīc. Imō equidem illum magis adulterū dixerim, qui quālibet ex vulgo, quām qui reginā ipsam violauerit: illic enī plurima irritamēta sunt: puta opes, elegātia formę, & eiusmodi cetera, quorū hīc nihil inuenias: eadem profectō ratione illum magis ebriū dixerim, qui quolibet vino, quām qui optimo inebriatur: ita & cupidum eum potissimū censo, qui ne minima quidem rapere omittit. Nam qui maxima diripit, minima fortasse cōtemnet: qui autē parua nō despicit, quomodo his maiora despiciet? Fur igitur hic magis, quām ille est. Nā qui nō aspernatur argentum, nunquā profectō aurū aspernabitur. Itaq; cū principes insulam⁹, nostra nobiscū reputemus: in-

Marc. 12. d. 14. 21.4

ueniemus nos ipsos plus auaritię rapinęque studere, quām illos: si ista non re, sed voluntate metiamur. Ita enim discernere ac iudicare debem⁹. Dic enim, quāso, si quis re pauperis furto sustulisse deprehenditur, alius verō diuitis substātiā expilat: nōne simili vterque plectitur pœna? Quid itē homicida? nōne perpetrati homicidij æquę pœnas dabit, siue ille debile ac pauperē, siue diuitem valentēque necarit? Cū igitur in mentem venerit, quod ille huius prædiū rapuit, nos ipsos, nostrāq; omnia diligētius inspiciamus, atq; ita alios damnare desinemus, deique lōganimitatem admirabimur: neq; indignē feremus, quod iudiciū super illos mittere differat, ipsiq; ad malē operandum segniore tardioresque reddemur. Nā cū nosmet eisdē obnoxios teneri animaduuerterimus, nō iam indignabimur: verū ipsi poti⁹ peccare desistemus, futurisq; perfruemur bonis: quę vtiā nos omnes consequi mereamur, in Christo Iesu domino nostro, cui est cū patre & spiritu sancto gloria, imperiū, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia quarta.

**V** ergo fili mi cōfortare in gratia, quę est in Christo Iesu: & quę audisti à me per multos testes, eā cōmenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.

Tu ergo collabora vt bonus miles Iesu Christi. Nullus militans deo, implicat se negociis secularibus, vt ei placeat qui se elegit. Sed & si certauerit quis, nō coronabitur, nisi legitime decerit. Laboratē agricolā oportet primū de fructib⁹ sumere. Intellige quę dicit dominū Iesu Christū resurrexisse à mortuis ex semine Dauid secundū euāgeliū meū, in quo laboro vsque ad vincula quasi male operās: sed verbū dei nō est alligatū. Ideo omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutē consequantur, quę est in Christo Iesu cum gloria celesti. Fert magnum discipulo in mari solatium, magnāq; fiduciam, cū meminit magistrū ferē naufragium fecisse, & fuisse seruātū. Neque enim arbitratur iam fluctus illos, atque tēpestates, ex propria imperitia in scitiāq; , sed ex ipsius rei natura cōtingere. At id permagnum est ratione solatij. Fert item in bellis tribuno, vel cuiusuis agminis duci, maxima incitantia virtutis, quum imperatorē viderit vulneratum primo tum demū euadere ex vulnere: ita & fidelibus quibusq; multum affert solatij, quod apostolū cernunt tolerasse plurima. Quippe ille hac intētiōne quę fuerit perpeffus, enūciat. Nā audiēs Timotheus quod is qui potentissimus fuerat, orbēmq; subegerat omnē, haberetur in vinculis atq; pressuris: neq; ferebat indignē, aut grauitē, quod à suis fuisset desertus: profectō si & ipse eadē perpeffus esset, eam re infirmitatis humanę esse nunquā putauisset: licet esset ille discipul⁹, atque inferior Paulo, quādoquidē & magister eadē tolerasset: verū & diuinę dispositioni & rei naturę adscriberet omnia. Et ipse enī hoc fecit, atque ideo ita exposuit, vt roboraret discipulū, atque recrearet: vt scilicet intelligens ille sui gratia hoc eū facere, suāsque pressuras ac tētationes recēdere, meliore esset animo. Atque ideo adiecit: Tu ergo fili mi cōfortare in gratia, quę est in Christo Iesu. Quid dicis? itane metu nos liberas? Dixeras te vincitū esse, pressurāq; pati, atque ab omnibus fuisse desertū, & quasi nihil te passum dixisses mali, aut ab vllis esse derelictum, ita demum addis: Tu ergo fili mi cōfortare. Meritō sanē ita facio, quoniā ex his plus roboris accipis, quām si nihil passus fuisses. Nam si Paulus ego ista patior, multo magis ea pati tu debes: si magister, lōgē discipulus

Cap. 11.

† Et hoc dicitur de nobis. † Debet exemplar venisse. † De

magis

Ephes. 6.

Rom. 10. d. † dei.

† pro diderit.

† rursus deest, deo.

magis. Summo verō affectu eā admonitiōnē infert, dum dicit, fili: neq; id tantum, sed adiicit, fili mi. Si filius es, inquit, patrē imitare: si filius es, ex his confortare, quę dixi: neq; ex his tantum, sed ex gratia Christi. Confortare, inquit, in gratia, quę est in Christo Iesu. Hoc est, per gratiā Christi, ac si dicat, per fide fortiter, prælium non ignoras, quod alio in loco significati⁹ positū est ab eō, cū diceret: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem. Neque tamen ob id deterruit auditores, verū excitauit magis. Et hoc itaque in loco: Sobrius esto, inquit, & vigila, habes adiuantem gratiam dei, vnaq; certantē. Magna propositi alacritate, magna constantia voluntatis, tuū munus aggredere. Et quę audisti à me per multos testes, hęc cōmenda fidelibus hominibus. Fidelibus, inquit, nō quęstiones ratiocinationesq; sequētib⁹: fidelibus, q; prædicationis nō prodant gratiam. Quę audisti, non quę discussisti. Nam fides ex auditu, auditus autē per verbum Christi. Quid est autē, per multos testes? Non ea, inquit, clam audisti, neq; in secreto, sed palām adstantibus omnibus. Neq; ait, dic & ipse, sed cōmenda veluti thesaurū regiū, qui tuto loco deponitur. Rursus autem ex superioribus, & ex consequētib⁹ discipulum terret, nō solum ait, fidelibus cōmenda. Nam quānam esset utilitas, si fidelis quispiā sit, nec tamen possit docere alios? Si item ipse nō prædicat] fidem, neque tamē alios sui similes efficere possit. Duo itaq; magistro necessariō inesse debēt, vt & fidelis sit, & docere alios possit: idcirco ait, Qui idonei erunt & alios docere. Tu ergo labora, vt bonus miles Christi Iesu. Quanta verō dignitas est esse militē Christi, considera terrenos reges, vt magnū quiddā putent, qui sub eis militant. Si ergo laborare, regij militis est: non laborare, militis non est. Non itaq; grauitē, aut molestē ferre militē labores decet, sed cōtrā, pēnitentē gratē ac libēter, ac tum magis dolere, cū non laborat. Nemo militās deo, † implicat se negociis secularibus. Nam & qui certat, nō coronabitur, nisi legitime decerit. Dicta sunt quidē ista ad Timotheum, dicuntur autem per illum quoq; magistris omnibus, atque discipulis. Nullus ergo episcopatū præditus, hęc audire detrectet, sed agere ea planē detrectet. Nam & qui certat, nō coronatur, nisi legitime decerit. Quid est legitime? Nō sufficit, inquit, si quis in certamen tantummodo descendat, si solum vngatur, aut congregiatur tantum: sed nisi per omnia certaminis seruauerit legem, vt sobrius, grauis, constansq; sit, omniāq; prorsus obseruet, quę certatibus congruunt, nunquā profectō coronabitur. Et intueretur quāso sapientiam Pauli, certaminis ac militantium mentionē facit, partim vt promptos atque alacres ad cædes, sanguinem ac mortē suaderet fieri: partim vt constanter ac fortiter omnia perferre hortaretur, ac semper in exercitatione esse. Laborantem agricolam oportet primū de fructib⁹ sumere. Dixerat de se, dixerat & de magistris: dicit iam & de his, quę cōmuniter accedūt decertantibus atque militibus, apponitq; rebus singulis præmia: dū de altero loquitur, vt ei placeat qui se elegit, de altero dicit, vt coronetur. Addit autē & tertium exemplar sibi maximē congruum. Nam illud militis atque athletę, subditis conuenit: agricolę verō, magistro solummodo: vt nō tantum sicut miles & athleta, verū & vt agricola sit. Quippe agricola non sui ipsius curā habet, sed fructuum terrę: hoc est, non minimam laborū retributionē capiet agricola. Hoc in loco deū nihilo egentē, doctrināq; præmia, ostē-

Tomus quartus.

dit, dum rem communem dicit. Quemadmodum, inquit, agricola nō absq; utilitate laborat, verū prior ipse ante omnes laborum suorū percipit fructum: ita & doctorē frui laboribus suis consentaneū est. Siue hoc fortasse de honorādis doctorib⁹ dicit, † quod tamen ratione non caret. Cur enim nō simpliciter dicit agricolam, sed laborantem agricolam: neq; vt cūq; laborantē, sed acri intētiōne laborantē, aduersus eos, qui morę impatientes sunt. Ac ne quis, inquit, molestē ferat præmiorū moram, iam hīc ea recipere incipit, siue quia in ipso labore retributio est: postea verō quām exēpla proposuit militū, athletarū, agricolarū, eāque omnia figuratē: Nullus, ait, coronatur nisi legitime decerit. Cumq; dixisset, Laborantem agricolam primū oportet de fructibus capere: protinus addidit, Intellige quę dico. Dabit enī domin⁹ in omnib⁹ tibi intellecū. Cuius rei gratia hęc in prouerbiis similitudinib⁹ que dicta sunt? Deinde affectum suum indicans, non desinit bona illi imprecari, quippe veluti charissimo filio metuēs, & ait: Memor esto Iesum Christū à mortuis resurrexisse, ex semine Dauid secundū euāgeliū meum, in quo laboro vsq; ad vincula, quasi male operans. Cur hoc in loco sic admonet? Maximē quidē hæreticos iugulat, simul autem & discipulum recreat: ostendens passionū lucra, quandoquidē ipse quoq; magister noster Christus passione sua prostravit mortē. Hoc, inquit, recolle, vt consolationē cumulatorē habeas. Memor esto, inquit, Christū Iesum resurrexisse ex mortuis, ex semine Dauid. Ita enim tunc cōperant quidam mysterium diuinę dispensationis euertere, magnitudinem diuinę bonitatis nō capiētes. Talia quippe in nos beneficia cōtulit deus, vt ea homines deo applicare erubescerēt, neq; illū ad infirma nostra descēdisse, eaq; suscepisse crederent. Secundū euāgeliū meum, inquit. Vbiq; per epistolas hoc vtitur nomine dicens, Secundum euāgeliū meū, cui scilicet obtēperare & credere oportet. Erant enim & qui alia euāgelizarent, quos alio in loco notat ac reprobat. In quo laboro, inquit, vsq; ad vincula, quasi male operans. Rursus ex seipso solatium infert, rursus hortatur, dum nihil ex pressuris detrimēti provenire, & emolumēti plurimū indicat. Multum enim profectō confert ad irritamenta virtutis, magistrū luctantem indefinēter aspiciere, nec cedentem. Sed verbum, inquit, dei non est alligatum. Nam si quidem, inquit, seculi milites essemus, si bella carnalia bellarem⁹, haberēt aliquid virium vincula, quę manus obligassent nostras. At nūc tales nos fecit de⁹, vt nihil nos deicere possit. Vinciuntur manus, sed manet lingua libera, quam nemo ligare possit, nisi formido sola, atq; infidelitas. Quādiu ea abest, quātalibet quis iniiciat vincula, prædicationis vox alligata nō est: puta si quis agricolam vinciat, sementem profectō impedit: manu enim ille ferit. Doctorē verō si vinxeris, verbum dei compedere nō vales: lingua quippe, nō manu feritur verbum, quod nullis subiacet vinculis. Nā & si vincit ipse sumus, illud solutū est, & liberē currit. Ecce enim, inquit, & nos qui vincit sumus, prædicamus, vt & qui soluti sunt, prōptiores ad id fiant. Nam si vincit ipse prædicam⁹, quārō magis vos, qui soluti estis, id facere oportet? Audiisti q; quasi malē operās hęc patior, nolī animo deiect⁹ esse. Est quippe miraculis plenissimum, quod is qui vincit est, solusorum exercet munus, vincit omnia vincit, vincit eos qui se vixerāt superat. Verbū quippe dei, non nostrū est. Porrō humani nexus dei verbū ligare non possunt, & hęc pa-

† sed hoc absurdū est. Theophrast. etiam hęc reuocant in prædicationem.

† Hui⁹ si ne interrogatione.

† pudori ducentes.

1. Cor. 15. et. 1. Ti. 1. b. Philip. 1. c.

rior, ppter electos. Idcirco enim, inquit, omnia tolero propter electos, ut & ipsi salutē consequantur, quæ est in Christo Iesu, cū gloria æterna. Adicit adhortationis cumulū, dum nō pro se, sed pro salute aliorū ista pati se dicit. Cū, inquit, liceret absq; periculis viuere, nihilq; huiusmodi pati, si quidē mea esset cōtentus salute: alienis tamen cōmodis consulto, ut alij æternā consequantur vitā. Quid polliceris: non ait simpliciter, ppter hos aut illos, sed propter electos. Si deus, inquit, illos elegit, & nos omnes pro illis pati oportet, ut & ipsi salutē consequantur, quemadmodū & nos. Et nos enim legit deus. Sicut igitur ppter nos passus est deus, ita & nos pro illis cōuenit pati. Est ergo ea res non gratia, sed retributio. In deo quidē gratia est, nullis enim præcedētib; bonis nostris in eū, sed sola gratia nos redemit: in nobis verō retributio est. præuēti enim diuinis beneficiis pro fratrib; patimur, ut & ipsi salutē consequantur. Quam, oro, salutē dicis? An verō, qui tibi ipsi nō salutis, sed periculorum author es, salutis causa ceteris esse potes? Nō huius, inquit, salutis mōmētaneæ, fluxæ, mūdaneæ: sed eius quæ in Christo est veræ salutis cū gloria æterna, idem author illis sum. Angunt vitæ huius aduersa, ac tēporalia sunt: doloris afflictionisq; sunt plena, sed vix vsq; in crastinum durāt. Non sunt talia veræ salutis munera, sed æterna, sed cœlestia: illa planē gloriosa sunt, hæc autē plena dedecoris. Et inspice quæso, ut nō sit illa gloria quæ de terra est, sed vera gloria in cœlis sit. Porro si quis gloriā cupit, ignominia quærat: si quis requiē appetit, sese pressuris exerceat. si quis pbatus ac spectat esse desiderat, æternisq; deliciis frui, respuat tota intētionē animi tēporalia omnia. Nam quod ignominia gloria sit, & gloria itē ignominia, agē iam pro vitibus demonstrare curemus, ut quæ nā sit vera gloria, videamus. Fas non est in terra gloriā quærere, ceterū si eius amore tenearis, ea per ignominia quæreda est. Id autē in duabus, si placet, personis inquiramus, Nerone scilicet, ac Paulo. ille mundi gloriā, hic ignominia habuit. Quonam modo? Tyrannus ille erat, multa peregerat, hostes fuderat, opibus deliciisq; circūfluebat, infinitus eum stipabat exercitus, maior illi orbis pars obtēperabat, regia illi ciuitas senatusq; omnis procidebat supplex, pcedebat regia exquisitissimo cultu insignis: ac si quidē armari opus esset, auro lapidibusq; preciosis armatus incedebat: In pace purpurā, regni insigne præferēbat: t adstatorum illi ac purpuratorum magna semper multitudo aderat: terræ mariq; potiebatur. Imperator, August; Cæsar, Rēxque dicebatur, aliiq; nominibus quæ assentatio blanditiæq; obsequiū adinuenerāt, appellabatur, nihilq; ad gloriā defuit. Illūque & sapientes, & reges, & iudices tremebant pauebantq; virum. Preterea ferocis erat ingenij, atrōxq; & impudēs esse dicebatur: & qui deum se putari vellet, idolāq; contemneret omnia, ipsūq; omniū deum, atque ut deus ipse colebatur. Quid hac potius gloria, imō quid ea ignominia pei? Verū nescio quomodo vi veritatis impulsā præcucurrit lingua, & ante diligens iudiciū sententiā tulit. Interim ex opinione multitudinis discutiamus hanc rem iuxta infidelīū errorē, assentatorūq; morē. Quid maius, quid excellētius gloriæ? Romanē dici potest, q̄ deum ipsū putari solū? At summum id pfectō dedecus est, homo cū sis, in tātā insanā rabiēm; prorumpere. Cæterū, ut dixi, humano hoc diiudicamus ingenio. Nihil igit ei ad glo-

riam deerat, sed ut deus colebatur ab omnib;. Enimvero ex aduerso, si placet, Paulū quoq; discutiamus. Cilix homo erat: quātum verō & Cilicia à Romana vrbe distet & vię spacio, & glorię merito, nouerūt omnes. Corarius fuit inops, imperitus externę peritiæ: Hebræā tātū nouerat linguā, quæ cum cæteris, tū Romanis maximē despectui erat. Neq; enim aut Barbarā, aut Græcam, aut aliam quamlibet, ita ut Syram oderāt linguam. est autē huic illa finitima. Si enim pleriq; ex his Græcā adeo pulchram, adeo celebrē respuunt, quātō magis Hebræam? Homo, in quā, erat, qui sepe cum fame luctatus est, dormiuitq; in cœnat; homo nudus, & cui vestitus ipse sæpe necessari; deerat. In frigore, inquit, & nuditate. Neq; hoc solum, sed in vinculis quoq; cum latronibus, cum magis, cum sepulchrorū effractoribus, cum homicidi; illo ipso iubente cōiectus est: cædebatur tanquā maleficus, sicut & ipse ait. Quis ergo videtur illustrior? Nōne illius nomē obscurum est, & apud plerosque ignoratur: hūc autē & Græci, & Barbari, & Scythæ, & qui ipsos orbis incolūt fines, quotidie celebrāt laudibus. Verū nondū quid modō sit, sed tunc quid fuerit, inquiramus. Quis nā erat clarior, quis gloriosior, qui catenā circumferēbat, vincitūq; trahebatur ex carcere, an qui purpura amictus pcedebat ex regia? Vincitū profectō ille excellit gloria. Quonā modo: iam dicam. Rex nempe ille purpuratus tantōq; septus militū agmine, quę volebat efficere nequibat: at verō vincitū iste reorū more, humili abiectōque habitu, summa cū autoritate gerebat omnia. Quo pacto? Inhibebat ille ne doctrinā pietatis disseminare præsumeret, obsistebat hic dicēs: Non cedo: verbum enim domini non est alligatū. Respuēbatq; Cilix, pelliū futor, vincit; pauper, famēq; cōfectus, Romanę opulentię regē imperantē omnibus, innumeris infinita præstantē, & cū tāti sibi exercit; essent, nihil oīno præualebat. Quis ergo clarior, quis honestior erat? qui vincebat in vinculis, an qui superabāt in purpura: q̄ infra stās intorquebat iacula, an qui celsus residēs, vulneribus imperebatur? qui contēnebatur imperās, an qui iussus, nihil curabat iubētis imperiū? qui solus cū esset, vicit, an qui in numero vallatus exercitu victus est? Abiit imperator à vinculo superatus, atq; in fugā cōuersus. Dic agē, si cui optio des, quā nā in parte esse malit, ut de præsentī rerū statu interim loquar. Cuius, inquam, sortem quispiam cupiat magis, Neronis, an Pauli? Nihil de fide & religione nūc agit, quia eā res manifesta est, sed de gloria, honestate, atq; claritudine. Nēpe qui sanū sapit, sortem præferret Pauli. Nam si vincere q̄ vinci clarior est, ille profectō longē illustrior est: neque id modō admiratione dignum est, q̄ ille vicit, verū quia sic abiectō habitu, tanta gloria suffultū vicit. Rursus enim eadem repetam, nec ea dicere vnquam desistā. Vincitū catena diadematum prostravit regem. Huiusmodi quippe virtus Christi est, catena illa regiū diadema deuicit, longēq; maiore luce cōspiciuus visus ille habitus ostēsus, q̄ regius est. Pannis obsitus squalentibus, quippe carcerē habitans, in se magis oculos omnium affectūque rapiebat, atq; ad vincula sua conuertebat, q̄ rex ille sublimis. Stabat oculis in humū depressis, omissōq; illo, qui aureo inuehebāt curru, huic intendebāt omnes, & nimiū quidem cōueniēter. Solenne quippe erat, cernere cādidas equis inuectū aspiciere imperatorē: sed illud planē nouum,

illius nepe neg, se pulchrum cuiquam notum.

atq; mirabiles, intueri vincitū, tanta licētia regem alloquentem, quāta rex ipse ne vile quidem mancipiū esset allocutus. Adstabat ingens licitorū turba, seruiq; regis omnes: admirabanturq; non dominū suum, sed eum à quo ille vincebatur: & quē cōtremiscebāt omnes, hunc ille pessundabat solus. Vidisti quāta vel inter ipsa vincula claritas? Quis verō, quæ postea contigerunt, dignē explicet? Illius nempe neq; habitus cuiquā notus. At cōtrā hic regibus omnibus splendidior, regia in vrbe, in qua & certauit & vicit, cōditus est. Ille si quando in memoriā venit, probris cōtumeliisq; agitur etiā à domesticis, impudicissimus enim fuisse memoratur. Huius cū eximia laude omnes vbiq; meminerunt, non modō apud nos, verū apud ipsos quoq; inimicos. Nāque vbi sese aperuerit veritas, ne ipsi quidē inimici queunt impudenter obsistere: & si enim illū non fidei gratia admirantur, at summæ cōstantiæ fortitudinisq; merito extollūt. Hic per ora omniū in dies vbiq; celebratur, coronatūq; prædicatur: ille cōtrā conuiciis maledictisq; lacepsitur innumeris. Vbinam ergo fulgor elucet gloriæ? Sed leonem profectō imprudens ex vnque descripsi. Illa illa cœlestia, illa sanē diuina, quis cōcipiat animo? Quis promat eloquio? Quando ille cum imperatore cœlesti, amictus gloria comes adueniet, adstabit Nero tunc tristis, mœrēs, demissus. Hæc qui ridēda putat, est planē ipse ridiculus. Nēpe em si futuris denegas credere, vel ex præteritis consiliū fiat. Necdum aduenit coronarū tempus, & tanto iam honore fruitur athleta diuinus: quanto putas fruct, quū dominus ipse, qui certamē pposuit, venerit? In alieno dum esset hospes atq; peregrinus, tātę admirationi habit; est: in patria positus, quis dignē cogitare sufficiat quibus fruiturus est bonis? Nūc vita nostra abscondita est cū Christo in deo, & tamen mortuus plus quā viuetes omnes operatur, atq; honoratur: cū venerit vita ipsa nostra, q̄ ille insigni fœlicitate potiturus est? Quis nā erit illius glorię cumulus? Ideo autē hoc eum honore frui voluit deus, non q̄ ille eo indigeret. Si enim in corpore cōstitutus, seculi omnē despexit gloriā, quātō magis corporeis nexibus liber? Neq; ut eo tantū frueretur, sed ut hi qui futuris nō credunt, vel ex præsentibus admoneantur. Veniet ergo Paulus cum rege cœlesti, quū adierit resurrectionis dies, bonisq; fructur æternis. Id si infidelis nō credit, vel ex præsentibus admonitus discat. Longē est imperatore clarior, & asq; vlla cōparatione honoratior pelliū futor. Nullus vnquā ex Romanis regibus tanto in honore fuit, quātō hic est. Cæterum imperator foris alicubi iacet abiectus, hic autē vrbe medium veluti viuens ac regnans tenet. Ex his futura cōiiciēs, crede. Si enim hic vbi agitur iniuriis, persecutionisq; perpeffus est, tantis honoribus fruitur: quid putam; cū iudicis nostri comes, iudex & ipse futurus aduenierit? Si vbi fuit pelliū futor, tanto splendore collucet, quid erit quum Solis quoq; radios sui fulgoris obscurans, in gloria venerit? Si cum abiectione tāta potentiā tantam prostrauit, ac vicit: quid faciet, quū immortalitatis stola vestitus, & gloria coronatus illuxerit? Non queunt ista negari, neq; prudentiæ fuerit euidentissimis rebus contradicere. Quæ non vis miraculi moueat, cū videt vilem opificem, eum honore superare, qui fuerit summa potētia præditus? Si hic res supra naturā fiunt, quātō magis in futuro fiet: Crede homo præsentibus, si futuris fidē ad-

hibere non vis: crede his quę vidētur, si que non videntur, credere dedignaris. Imō visibilibus crede. Ita enim inuisibilibus quoq; crediturus es. Sin autē credere penit; renuis, opportunē tibi illud apostoli dices: Mūdi nos sumus à sanguine vestro. Omnia em cōtestati vobis sumus, nihilq; omisimus ex his quę oportuit dicere, vos iam vobis imputate gehēne suppliciiū. Nos autē ut filij charissimi Paulū imitari studeamus, nō modō fide, verū & vitę mūditiā, ut cœlestem gloriā cōsequamur, despiciamus toto animo præsentē gloriā: nihil nos mortale terrenūq; seducat. Visibilia cōtemnamus omnia, ut cœlestia adipisci mereamur: imō si fuerit his intenta mēs, & omne studiū nostrum exemplo Pauli, mortalem quoq; gloriā cōsequemur. Atq; eō excellentius, quo illā maiori studio atque acriori intentione fugerimus, solisq; cœlestibus & æternis inhauerimus. Ea nobis superna pietas largiri dignetur, in Christo Iesu domino nostro, cui est cum patre & spiritu sancto honor, imperium & gloria, in secula seculorum, Amen.

Homilia V.

**F**idelis sermo. Si enim cōmortui sumus, & cōiuuemus si sustinem; & cōregnabimus: si negauerimus, & ipse se negabit nos. Si non credimus, ille fidelis permanet. Negare enim seipsum non potest. Hæc admone, testificans corā deo. Noli verbis contēdere, ad nihil enim vile est, nisi ad subuersionē audiētū. Pleriq; infirmiores fratres ad fidei robur nō assurgūt, neq; spei dilationē patiūtur, præsentiaq; inquirūt tātū, & ex his futura cōiiciūt. Quonā igitur quæ hic ille tolerabat, mors erat, & supplicia & vincula, ipse autē vitā pollicebatur æternā: fidē verbis eius difficilē quis habuisset, dicerētq;: In morē animaliiū morior, & quum fuero mortuus, viuam: In terra nihil mihi polliceris, & in cœlo dabis? Quę sunt parua nō exhibes, & maiora præstabis? Ne quis igitur ambigeret, istaq; secum cogitaret: se ad id cōparat, ut omne tollat ambiguum, atq; hinc iam illos præstruit, argumentaq; colligit. Nam quod ait, Memor esto Christū Iesum resurrexisset ex mortuis: hoc est quia post mortē resurrexit. Fidelis ergo sermo est, quæ is qui vitā affectus est cœlestem, æternā quoq; cōsequetur. Vnde verō fidelis? Si enim cōmortui sumus, inquit, & cōiuuemus. Si enim in his quę tristitia sunt, laborisq; plenissima, cōmunicamus illi, in his quæ plena fœlicitatis sunt, nō cōmunicabimus? At id ne homo quidē faceret, ut qui secū mori affligi; delegisset, si quando quiete ac secundis rebus frueretur, eum nollet fœlicitatis habere consortem. Vbi autem cōmortui sumus? Eam dicit profectō mortem, quæ per lauacrum, & quæ per passiones fit, ait enim: Mortificationem domini Iesu in corpore circumferentes: & Cōsepulti sumus ei per baptismum: & Vetus homo noster simul crucifixus est: & Cōformes facti sumus similitudini mortis eius. Hic autem tentationē dicit potius mortē, propter ipsum mortui sumus, nō viuemus eque per ipsum: nihil ambigi potest. Si sustinem; inquit, & cōregnabimus. Nō satis est semel mori, diebus singulis beatus iste moriebat; sed tolerātia opus est magna, eaq; in primis Timotheo erat necessaria, deiceps omnib; semp ac iugiter. Deinde alia ex parte ad tolerantia puocat, nō scilicet ex bonis, verū ex malis. Nam si eadē cum bonis consequerentur & mali, nulla esset cōsolatio. & si qui sustinerēt, cōregnaturi essent: qui verō nō sustinerēt, hoc solum passuri dicerentur, ut non cōregnarent: graue quidē & hoc

Eph. 1. 4. 2. 6.

Morale

† hastatorum illi ac purpatorum

† ratione.

2. Cor. 4. 6.

Rom. 6. 4. Ibidem.

hoc



hoc esset, sed plurimos tamen minimè angeret, idcirco quod est terribilius addit: *Si negauerimus eum*, inquit, *& ipse negabit nos*. Bonis itaq; & malis digna pro meritis vicissitudo reddetur. Quem verò ille in regno suo negauerit, quid pati cõsentaneũ sit cõsiderate. Qui me, inquit, negauerit, negabo ipsum & ego. Non tibi videtur æqua retributio? Deinde nihil ei nocemus, si non credimus: fidelis quippe ille manet: negare seipsum non potest. [Hoc est si non credamus quod resurrexerit, nihil ex hoc leditur.] Verax ille est, firmus est, siue ipsi hoc dicamus, siue nõ. Si igitur nihil noceri à nobis potest cum illum negamus, nullam aliã ob causam confessionem exigit nostrã, nisi vtilitatis nostrę gratia. Ille enim idem manet, siue ipsi negemus, siue nõ. negare seipsum nõ potest. [Hoc est, non esse.] Et si res ita se habeat, cum sit illi per naturam esse, nõ potest ad id venire, vt non sit. Semper manet, sempiterna illius substantia est. Non itaq; vt gratificantes illi, ita affecti simus, aut violare aliqua ex parte nolentes, sed vt veritati inherentes. Deinde ne putaret quispiã Timotheum his indigere monitis, addidit: *Admone testificans corã domino. noli verbis cõtendere: ad nihilum enim vtile est, nisi ad subuersionẽ audientium*. Plenum profectò terroris est, hoc sub deo teste tũc dicere, ac discipulo tradere. Nam si testimoniũ hominis dicimus plenissimam fidem quã ex verbis fit, idq; irritũ facere nemo præsumat: quantò magis dei? Verbi gratia: Si quis fœdus inierit, aut testamenti tabulas scripserit, testes adhibet, quib; semper habeatur fides: putãne audebit quispiã id violare, aut aliã prodere? Minime id quidẽ, etiam si velit, arguetur enim testium fide. Testem igitur eorũ quã dicuntur aut gerũtur, deum vocat. *Noli verbis contendere: ad nihilum enim vtile est, nisi in subuersionem audientium*. Nõ modò, inquit, lucri nihil est, verũ & detrimẽti plurimũ est: & si illi cõtẽperint, deus eos iudicabit. Est em̃ ea res illecebris plena, semperq; gestit human; animus rixari, atq; litigare. *Festina teipsum probatũ exhibere deo, operariũ inconsufum, recte tractantẽ verbũ veritatis*. Omnib; in locis vt non erubescat hortatur. Quid, oro, tãta illi verecundiã calcãdã cura est? Videbatur ferme metuendum, ne plures erubescere inciperent & Paulũ ipsum, vt pote sutorẽ pellium, & prædicationis verbũ, cum prædicatores periclitarentur, ac perirent. Christus cruci fuerat affixus, Paulus capite truncandus erat, Petrus itidem agendus in crucẽ: idq; ab hominibus improbis, scelestis, impuris. Quoniã igitur hinc potiebatur, Noli, inquit, erubescere, nihil ex his quę pertinent ad pietatẽ ac religionem agere verearis, siue seruire opus sit, siue quolibet aliud pati. Quo autẽ modo sit quisq; probatus operarius? Si erubescere nõ nouerit. Operarius enim nihil erubescit operari, ita neq; euangelij minister: omnia nanque tolerare debet. *Recte tractantẽ verbum veritatis*. Complures enim illud vndiq; lacerant, atque discerpũt, plurimãq; illi imminet noxia germina. Non ait dirigẽtem, sed recte tractatẽ: ac si dicat. Amputa quęcũq; adulterina oriuntur, & cætera huiusmodi summa cũ vehemẽtia incumbere vt resercentur, atq; veluti in loris atq; corrigiis superflua quãq; atq; à prædicatione aliena, gladio spiritus abscondere. Prophanas autẽ vocũ nouitates deuota. Neq; enim eatenus subsistẽt. Nam cum quid noui fuerit inuentũ, semper noua id parturit, infinitũq; fit error eius qui tranquillam fidẽm; stationẽ littoris egressus, per deuia cõperit

vagari. *Amplius enim proficiet impij, & sermo eorũ vt dicitur serpit*. Morbus utiq; horridus, & qui medicina cõtineri nequit: sed omnia indies corrũpit ac perimit: ideo nullum ei remediũ valet adhiberi. Ostendit per hæc eos corrigi emẽdariq; non posse, qui spõrẽ à veritate aberrarũt. *Quorum est, inquit, Hymenæus & Philetus, qui circa veritatẽ aberrauerũt, dicentes resurrectionẽ iam factam esse, & peruertentes quorundã fidem*. Et recte ait, amplius proficiet. Nã cum hoc solũ incõmodũ sit, vidẽ q; multa ex eo nascãtur incõmoda. Nã si iã resurrectio facta est, non modo hoc afficimur detrimento, q; magna illa priuamur gloria, verũ & iudicij metus excluditur. Quippe si resurrectio facta est, meritorũ quoq; retributio tollitur. Gratis itaq; iusti pressuras dolorẽsq; tolerarũt. At id ita falsum est, vt cõtrã penitus hæc etiã in vita & boni spe sua nutriãtur, & æternã fœlicitatis percipiãt gustũ, sereno semper tràquil; lóc; animo perseuerantes: & mali cõscientiã suã flagellis exagitati, quod semper passuri sunt, hinc iam incipiant pati. Melius fuerat pro erroris magnitudine, dicere non esse resurrectionem, quã iam factã esse.

*Et peruertunt, inquit, quorundã fidem*: Non omnium, sed quorundã. Nam si resurrectio nõ est, fides nostra omnis euauit. si resurrectio nõ est, inanis est prædicatio nostra, si non est resurrectio, neq; resurrexit Christus. q; si non resurrexit, neque natus est, neque in cœlum ascendit. Vides vt cum solam resurrectionem videatur euertere, plurima fidei fundamenta cõcutiat? Quid igitur? Nihil ne igitur cõtrã molindũ est? Nempe Christi stabile fundamentũ nutare non potest, quod huiusmodi est signaculo præditũ: *Novit dominus qui sunt eius. Et recedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomẽ domini*. Ostẽditur ex his, eos qui peruersi sunt, antea stabiles nõ fuisse. Neq; enim primo statim impulsu euerfi fuisset: sicut neq; Adã ante insultũ stabilis fuit. Qui enim firmi in fide & fixi sunt, non modò nihil ab huiusmodi seductorib; violãtur, verũ ipsa sua cõstantia admirationi habentur magis. *Et stabile, inquit, & fundamentum*. Ita tenenda est fides, huiusmodiq; signaculum cautẽ seruandum: *Novit dominus qui sunt eius*. Ex Deuteronomio huiusmodi testimonium sumpsit, ac si dicat, Stant fixæ atq; immobiles cõstantes animæ. Vnde verò illæ noscuntur? Ex eo scilicet, q; huiusmodi testimoniũ in suis operibus præferunt, q; à deo noscuntur, quòd non similib; pereunt, quòd ab iniquitate discedunt. *Et recedat, inquit, ab iniquitate omnis qui nominat nomẽ domini*. Hęc indicia fundamenti sunt, quã non secus q; fundamentum firma perdurant: atq; veluti lapidi sunt incidẽda, vt sint nobis literarũ vice. Porro hęc literę operibus ostẽdũtur. *Habens, inquit, signaculum istud affixum. Omnis, inquit, qui inuocat nomen domini, recedat ab iniquitate*. Igitur cum quis fuerit iniustus, alienus à fundamento est, cum & hoc propriũ signaculi sit, iniqua nõ agere. *Cauea-*

*Morale* *Ephef. 4. 1*

tyranni in morẽ occupauit: quòdq; grauius est, non id necessitate, aut vi, sed suadẽdo ac blandiẽdo effecit, vt illi gratas habeant huiusmodi seruitutes. Nã si quidẽ vi non amore tenerẽtur, quã primũ ab ea seruitute reslirẽt: quocirca eis iucũda esse videtur ea res, quę amarissima est, & amara iustitia, quę dulcissima est, si intimo sensu hauriat. Ea quippe ratione & mel amarũ quidam esse putarunt, & aliud quodlibet noxium cũ voluptate perceperunt. Causa verò nõ ex rerũ natura, verũ ex peruersitate sententię ducitur. Laborat enim morbo nostrę rationis iudiciũ. Sicut etiã statera, si lancem loco motam habeat, pondera iustẽ non iudicat: ita & anima nisi habeat rationis lancem stabilem, ac firmiter vi diuini timoris affixã, res syncerẽ diu dicare non valet, sed circũfertur iugiter atq; deprimitur. Nam si quis diligẽter inquirat, aspiciet ingentẽ iniquitati amaritudinem inesse, eãmq; nõ modò patiẽtibus, verũ & agẽtibus, imò his maxime esse perniciosissimã. Nihil modò de futuris, sed de presentib; interim loquimur. Nõne huius germina sunt lites, rixæ, iudicia, reprehensiones, accusationes, inuidiæ? Quid verò his omnibus dici amarius potest? Nõne hæc amicitias, bella, odia gignit? Nõne cõscientiam, quę nos iugiter flagellis cędat ac mordeat? Vellem, si fieri posset, iniqui animã corpore exutam, cernendã omnibus in cõspectum dare: videres eam profectò pallidã, trementem, rubore & cõfusione plenam, anxiam, semetipsam condẽnantem. Quãlibet enim quis ad ipsa vitiorũ profunda corruerit, animi iudicium nunquam corrumpitur, atq; inuolabile perstat. Nullũque est qui dum malum operatur, bonũ id esse putet, sed occasiones fingit, & omnia facit: ceterũ ille etsi verbis crimẽ fortassis diluat, cõscientiam tamen ipse suam effugere nequaquã poterit. Nam hic quidem & oratio arguta, & callida, & inconstantia principũ, & assentatorũ greges, ius forte obnubere queant: intrã verò cõscientiam nil horum admitti potest. Nõ adulescentes adfunt, nõ pecuniã, quę iudicia corrũpunt. insitum quippe nobis est à deo naturale iudicium. Id verò cum à deo collatũ sit, nihil eiusmodi patiẽt, sed ipsi quoq; somni inquieti & tetra rerũ imagines, & iugiter animũ cædens mali memoria, quietem intercipit nostrã. Puta, domum quispiã ab aliquo per nefas abstulit: non is modò cui sublata est, gemit, verũ & qui eam tulit: siquidẽ futurum credit esse iudicium, imò is maxime ingemiscit, ac lamentatur: sin vero futuris derogat fidem, sic quoque cõfusus erubescit. Sed planẽ nullus est, siue Gentilis, siue Iudæus, siue hæreticus sit, qui futurã retributionẽ non metuat, & expauescat. Nõne quãni sæpe cernimus in nos variis modis supernã animã aduersionẽ desæuire, siue cum ad extremã deuenimus inopiã, siue cum filios & charos amittimus, siue cum corpore aut animo ledimur, quã multa huiusmodi sæpe infert deus? Quia em̃ resurrectionis fides, ac iudicij æterni metus omnes coercere nõ potest, & hæc in vita iusti iudicij sui plurima nobis argumenta præstat, & in mediũ affert. Ille cum opes congestisset innumeras, absq; liberis moritur: hic in bello moritur, alius corpore debilis sit, alius amisit vniciũ filiũ: ista cogitat, hæc mente pertractat, perpetuòq; metu agitur. An verò ignoratis, q; multa patiãtur iniqui? An hæc amaritudine plena non sunt? Et si nihil illis huiusmodi contingat, nõne iniquum hominẽ omnes carpunt, omnes oderũt, detestantur omnes, ac beluis

omnibus stultiorem immaniorẽmq; arbitrantur etiã tiam iniqui ipsi? Nã si seipfos cõscientiẽ impulsũ dãnãt, multo magis alium eiusdẽ criminis reum, raptorem illum & cupidissimum, perditũmq; appellantes. Quid ergo habet ille amplius? Nihil profectò aliud, quã sollicitudinis cumulum, & molestissimã curã, ad ea seruanda quę rapuit. Quantò etiam quis pecuniarũ pl; acquisierit, tãtò maiores sibi vigilias, acriorẽmq; sollicitudinem parat. Quid illorum maledicta memorem, qui opprimuntur iniuriis? Quid aingorũ per singula cumulũ? Porro si morbus ingruerit, quãto curarũ absorbebitur barathrõ? Neq; enim potest quauis impiissimus nõ sollicitẽ versare animo futura, quãdo iam nihil operari potest. Nam quãdiu quidem hic sumus, anima voluptatũ illecebris delinita, tristitia ægrẽ admittit animo: cum verò migratura ex corpore est, tũc iam maiore cõtinetur metu: quippe quã ad ipsa iudicij peruenerit limina. Ita fermẽ & latrones quãdiu in carcere viuunt, absq; metu degũt: vbi verò ad velũ sisti cõperint, soluũtur metu. Cum enim pulsare animã metus mortis incipit, ignis instar præsentis vitę omnia succidens, philosophari eã cogit, & futura sollicita mēte versare. Nullus iam pecuniã incescit amor, nullũ vrget auaritiã studium, nulla stimulat libido cõcubitus. Hęc igitur, vt dixi, vbi præteriere, iudiciũ esse liberum gratia] sinunt, succedente mœrore, duritiãmq; molliente. Nihil enim æquẽ vt deliciã, philosophiã aduersat: sicut è cõtra pressura ad philosophiã accõmodatissima est. Inspice quẽso, quidnã tũc auarus erit. Afflictionis, inquit, tẽpus obliuionem facit abundantis voluptatis. Quo animo futurus est, cum eos cogitabit quorũ diripuit bona, quos affecit iniuriis, quos immodica cupiditate prædatus est? quãdo alios cernet auaritia frui, seipsum verò è vicino pœnas exigendũ. Neq; em̃ fieri potest, vt morbo quis detentus, non ista cõspicetur. Sæpe nanq; ipsa in semet vertitur anima, fit anxia, pauida, tremens. Porro id q; sit mœroris atq; amaritudinis plenũ, quis eloquatur? Hęc autẽ per singulos morbos fieri necesse est. & ista quidẽ hinc. Quę vero futuri tẽporis sunt, explicari omnino nequeunt, pœnã illã, supplicia, cruciatus, tormenta, quã cogitationẽ omnẽ fugiunt. Ista nos assidue dicim;: *Qui habet au-*

non vni illi tantum, sed ceteris pariter imputat: quod ille animaduertit, qui radicē intuetur. Qui enim ex alto cōspicit, nihil tale valet cōspicari: ita & hic. Et medici sæpe plurimi, cū plura medicamēta egroto obtulissent, nihil profecerūt, cū demū repente quispīam accedēs totū perfecit: non est autē ea curatio, illius tantum munus qui postremus accessit, verum illorū etiā qui remedia priores morbo adhibuerūt. Igitur & si modò percepta doctrinæ minimè afferimus fructū, eum postmodū afferemus. Cuius p̄fectō rei certa omnino tenemus indicia. Neq; enim fieri potest, vt flagrantissimū hoc vestrum decidat studium, quo ad audiēdum dei verbū tanto affectu atq; amore cōcurritis: absit id penitus. Præstet autē omnipotens deus gratiæ suæ cumulum, vt eius monitis obtemperantes, æternæ felicitatis præmia consequi mereamur, in Christo Iesu domino nostro, Amen.

Homilia VI.

**N** magna autem domo non sunt tantum vasa aurea & argentea, sed & lignea, & fictilia, & alia quidē in honorem, alia vero in contumeliam. Si quis emundauerit seipsum ab his, erit vas in honorem sanctificatum, & vtile domino in omne opus bonum præparatum. Plerōsque mortalium ea cogitatio sæpe turbabat, cur mali permaneant, & non penitus pereant. Eius autē rei & alię causæ plurimæ afferri possunt: puta, vt cōuertantur, & pœnitentiam agant: ac nisi respiscant, pœna sua postmodū cæteros moneant. Hic autē plenam rationis causam Paulus affert dum dicit: In magna domo esse vasa non modo argentea & aurea, sed etiam lignea & fictilia. ac si dicat: Quemadmodum in maiori domo necessaria est magna differentia vasorum, ita & in orbe toto. Non enim eam similitudinem ad ecclesiam refert, verum ad mundum vniuersum. Quippe in ecclesia nullum vult esse vas ligneum, aut fictile, sed argentea omnia & aurea. Ibi enim est corpus Christi, virgo casta, non habens maculam, neq; rugā. Noli, inquit, perturbari, si sunt homines nequā, & scelerati. In magna enim domo sunt vasa huiusmodi. Sed nō eodē, inquit, honore fruuntur, verum alia in honore, alia in contumeliā sunt. Ita sanē, sed vasa illa vilia licet, ministerium tamē aliquod in domo implēt, vsūmq; sui præstant: in mundo verò non his ipsis ad alia vtitur deus? Verbi gratia: Inanis gloriæ cupidus plurima ædificat: cupidus item negotiator, caupo, princeps. Sunt quædā in mundo opera quæ illis cōgruunt. Porro aureū vas nihil huiusmodi est, sed circa regiā versatur mēsam. Non itaq; inter necessarias res malitia est. Quo enim pacto? Sed mali quoq; ipsi suum implent munus. Nam si argentei & aurei fuissent omnes, nihil eis p̄fecto opus esset. Deniq; si omnes laborū ærumnarūmq; patietes essent, nihil opus haberemus ædificiis: sed delicias singuli aspernarentur, ac frustra varia ciborū genera præclarasq; ædes inquirerem, cū earū tantum rerū, quę essent ad vitium necessariā, curam haberemus omnes. Si quis ergo, inquit, seipsum his emundare studeat, erit vas in honorem sanctificatum. Vides vt non naturæ, carnalisve necessitatis sit, aureū esse vel fictilem, sed nostrę tantūmodo voluntatis? Ibi nempe neq; fictile vas aureū fieri poterit, neq; hoc in illius naturam cōuerterit. At verò hic magna huius mutationis & emigrationis facultas volenti datur. Vas erat fictile Paulus, sed euasit in aureum: vas fuit aureū Iudas, sed in fictile conuersum est. Sunt igitur fictilia immunda, luxuriosus, nepos, a-

phos. 5. f

uarus, fictiles erunt. Et quomodo alio in loco ait: Habentes thesaurum hunc in vasis fictilibus? Naturā hinc nostrorū corporum significauit, quæ fictilia vocauit vasa. ac si dicat, Vas fictile corp⁹ nostrū est. Sicut enim fictile vas nihil est aliud, quàm coctū lutū: ita & corpus nostrū nihil aliud est, quàm lutū animę calore solidatum. Huiusmodi deniq; si sæpius decidat, defluit atq; conteritur. Quid enim ossa, quę adeo valida sunt & arida, à testa figuli differunt? Quid à luto carnes? nōne & quę ex humore materiam trahūt? Ceterum, vt dixi, illic de natura, quam minimè vituperat loquitur: hic de voluptate, quæ in vitio est. Si quis ergo, inquit, emundet seipsum, non simpliciter ait, mundet, sed emudet: hoc est, penitus purget, erit vas in honore sanctificatum, & vtile domino. Illa ergo inutilia sunt, & si vsum quendā sui præbeant, sed non in omne opus bonum vtile dicitur præparatū: & si non operetur, idoneū tamē est, & præparatum. Oportet igitur ad omnia paratum esse, siue ad mortē, siue ad martyrium. Prōpto animo ad omnia esse necesse, siue sit amplectēda virginitas, siue genus aliud quodlibet virtutis, gloriōsq; laboris subeundū. Iuuenilia verò desideria deuota. Iuuenilia desideria, nō ea modò quę ad libidinem pertinent, sed quę castigari conuenit dixit. Audiant senes quā sibi fugiēda sunt iuuenilia omnia. Siue enim quis iniuriōsus sit, siue potentia studeat, siue pecuniarum aut corporū amore teneatur, iuuenile desiderium est, ac stolidū, cordisq; necdum satis cōstantis, sensūque parum firmi, & qui nō altis radicibus fixus sit, sed feratur leuis & vagus, certū documentum. Hæc ergo, inquit, sige, persequere autem iustitiam, fidem, charitatem, pacem cum his qui inuocāt dominum ex mundo corde. [Iustitiam dicit quamlibet virtutem, pietatē scilicet, quę in recta vita cōsistit, fidē, charitatē, mansuetudinem cum inuocantibus dominum ex mundo corde.] Hoc est, illis solum cōfide nō qui temerē, sed absq; dolo & simulatione inuocant, quibus nihil inest fraudis, qui cū pace ad inuocandū pergunt, qui nō litigant: illis itaq; tantum accede socius, & cū eis preces misce, à ceteris abstine. Mansuetum esse oportet, atq; pacificū. Ceterum ea mansuetudo ita seruāda est, vt nō ex ea pietas fidēsq; ledatur: quā qui violare quęrun, durius corripiēdi sunt. Stultus autē & imperitus quæstiones deuota. Vides vt vbiq; illum quæstionibus arceat, nō q̄ ille idoneus nō fuerit eas euertere: alioqui dixisset, cura idoneus fieri ad eas euertēdas, sicuti cū dicit: Intende lectioni, hoc enim faciens, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt. Verum nouerat esse prorsus inutile huiusmodi subire certamina, nullūmq; finem habitura, nisi rixas, odia, iniurias, maledicta: has ergo, inquit, quæstiones deuota. Sunt autē alia perutiles quæstiones de scripturis, de aliis necessariis, à quib⁹ ille nos minime prohibet: sed ita, vt in cōquirēdo cessent lites, iurgia, rixę. Procul enim ista esse debēt ab eo qui dei pacis seruus est. Seruum, inquit, domini non oportet litigare, sed mitem esse ad omnes. Quomodo ergo dicit: Tit. 1. d. Argue eos cū omni imperio? & Nemo adolescentiā infra 4. a. tuā contēnat? Et rursus: Argue eos durē: quia & hoc mansuetudinis est. Nam vehemēs reprehensio quādo ita fit, vt à mansuetudine non discedatur, ea maxime est quæ operari consuevit egregiē quod suū est. Licet enim profecto acrius cum mansuetudine carere, q̄ cū audacia & feritate confundere. Doctorem. Ad omnes,

Tit. 3. 4.

**omnes, qui discere cupiūt.** Hæreticū enim, inquit, hominem post vnā, & secundam correptionem deuota. Patientem. Id quippe prorsus necessarium est, alioqui cætera incassum fiunt. Si enim piscatores cū sæpe die tota frustra iactauerint retia, non tamē desistunt, neque desperāt: multo magis nos id facere cōuenit. Et vide quā id vtiliter fiat. Sæpe fit, vt dum assidue doctrinæ fruct⁹ illabitur animo, vitium quo ille perturbatur excidat. Prorsus enim qui milies audierit aliquid, patietur: nā fieri nō potest, vt qui iugiter cœlestis doctrinæ excipit verba, nihil patietur. Interdū igitur is cui persuadere persistēdo poteram⁹, desperatione nostra totū perdit. Non secus, q̄ si quis imperitus agricola, vbi plantauit vitē, priore illā anno diligēter curret, & fodiat: secundo verò, ac tertio fructū se percepturū speret, idq; nisi obuenerit, desperās, quarto iā anno quo laborū suorum præmia percipere poterat, curā vitis omittat. In mansuetudine, inquit, corripiētē eos qui cōtradiciunt. Hoc enim in primis mansuetē magistrum facere oportet. Neq; enim potest anima quæ opus habeat discere, si corrixādo, & altercando doceatur, quippiā vtile, ac necessarium quantalibet intentione vta cōspicari, nihilq; inde referet, præter mœrorē atq; tristitiam. Expedit hoc illi ante omnia, qui vtile aliquid addiscere vult, vt gratē magistro afficiatur. Nisi enim hoc præstetur, nihil cōmodē, nihil vtiliter fieri poterit. Gratē verò illi affici, qui se iniuriis audaciter impetat, nemo fermē potest. Quomodo igitur ait: Hæreticum hominē post vnā & secundam correptionē deuota? Hoc de illo monet, qui corrigi nō vult, quē insanabili morbo detineri viderit. Ne forte, inquit, det eis dominus respiscere à diaboli laqueo. Ac si si dicat, fortassis aliqua sequetur emendatio. Fortassis autē in reb⁹ dubiis ponitur. Igitur ab illis solis descendendū est, de quibus aperta possūm ferre sententiam, certiq; sumus quantalibet fiant, eos nunquā ad veritatis viā esse reuocandos. In mansuetudine, inquit, corripiētē eos qui cōtradiciunt. Vides vt hi qui addiscere cupiūt, ita gratē & intentē accedere debeāt, vt ante demonstrationem minimē à disputatione resiliant? A quo, inquit, captiui tenentur pro illius voluntate. Bene ait, captiui: interim enim in errore natant. Intuere quā cautē illū de se humilia sentire moneat. Non ait, ne forte possis, sed quid? Ne forte det illis deus respiscere, vt si quid fiat, ad dominū cuncta referātur. Tu plantas, tu rigas: ille seminat, & fructus parere facit, atq; ad incrementum perducit. Nunquā igitur ita simus affecti, ac si ipsi cuiquā persuaserimus, etiā si ille nobis obaudiat, sed ad deum referamus omnia. Et captiui, inquit, ab ipso tenentur ad ipsius voluntatem. Hoc autem non modò de dogmatibus, sed etiā de vita intelligitur. Voluntas eius est rectē viuere. Sunt autē quidam in laqueo diaboli, vitæ quoque gratia. Itaq; ne in huiusmodi quidem lassescere debemus animo: ne forte, inquit, respiscāt capti ab eo ad ipsius voluntatem. Quod ait, Ne forte, magnæ patientiē indicium est. Nam voluntatem dei nō facere, laqueus profecto diaboli est. Quemadmodū enim auis & si non toto corpore, sed vno tantum pede capta teneatur, in potestate eius est, qui laqueū tetendit: ita & nos, cū vitę & fidei peruersitate capi valeamus, si vita solum oberrauerimus, in ius diaboli labimur. Nō enim omnis qui dicit mihi, Domine domine, inquit, intrabit in regnū cœlorū. Et rursus: Nescio vos, discedite à me omnes qui operamini iniquitatē. Vides vt nullū

Mat. 7. e. Ibidem.

fit fidei lucrū, quandoquidē dominus nōs ignorat. Virginibus quoq; hoc ipsum ait, nescio vos. Quid ergo virginitas profuit, ceteriq; sancti certaminis labores quādo ignorātur à domino? plurimis denique in locis reperies solo ex vitę reprobē, nō ex fidei merito, plerōq; damnari. Sicut alibi quoq; sola ex peruersitate dogmatum, absq; vlla vitæ culpa alios plecti. Hæc nēpe sibi inuicem cohærent. Itaq; cū vultatem dei nō facimus, sub laqueo diaboli sumus. Neq; modò ex vita tota, verum ex vno tantum defectu solo, in gehennā mittimur, nisi alia suppleant bona. Quippe & virginibus, nō incestus, non adulterij, nō inuidiæ, non liuoris, nō ebrietatis, non infidelitatis, aut peruersę fidei crimē inuritur, sed olei tantum defectus, quia scilicet misericordiā nō exercuerant, neq; elemosynas fecerāt: id quippe significat oleū. Et illi item qui suprēmæ dānationis sententiā luent, quibus dicitur: Discedite maledicti in ignē æternū, ibidem solum q̄ Christū non pauerint, crimine exagitantur, nullaq; cæterorum mentio fit. Vides certē vt Moralē elemosyna sola neglecta gehēnē ignibus tradat? Ad quid enim eris vtilis, qui nō facis elemosynam? icuius nas quotidie? at virginibus nihil p̄fuit eiusmodi studii, oras? at sine elemosyna infructuosa erit oratio: absq; illa immunda sunt omnia, & inutilia, maiorq; pars virtutis exciditur. Qui non diligit, inquit, fratrem suū, ignorat deum. Illū quomodo diligis, qui ne minima quidē ista, & vilia pateris vis tecum esse cōmunia? Sed castē ac tēperanter viuus. Cuius rei gratia id facis? num supplicij metu? minime id quidē, sed quadam bonitate naturæ. Nā si id agis timore supplicij, tantāmq; incendij vim, ac libidinis tyrannidē superas, multo magis studere elemosynis debes: neq; enim idē labor est, pecunias contēnere, atque frēnare libidinē, sed lōgē maior hic labor est. Cur id? Quia voluntas illa naturalis est, nostrisq; insira & innata corporibus, non sic autē cupido pecunię. Solū deniq; pietatis ac miserationis est studiū, quo deo æquales eua dere possūm⁹: quo si careamus, cūcta simul amissim⁹. Non enim ait, si ieiunaueritis, aut virginitatē obseraueritis, aut oraueritis, patri vestro similes eritis: nihil enim huiusmodi in deū cadit, neq; aliquid tale operatur deus. Sed quid? Estote, inquit, misericordes sicut pater vester, qui in cœlis est. istud dei opus est, hoc si desit, quid habes? Misericordiam volo, & non sacrificium. Fecit deus cœlū, fecit terrā, mare: magna profecto ista sunt, deiq; sapientia digna: verum nihil horum ita naturā attraxit humanā, vt illius misericordia & suprema benignitas. Ea p̄fecto cū in ceteris elucet, quę ille potētissimē, optimē, clemētissimē nostri gratia fecit: tū in eo maximē, q̄ propter nos feruus fieri dignatus est. Nihil itaq; deum nobis ita p̄pitium, vt misericordiæ studiū facit: plurimāque de hoc vltro citroque prophetæ dixerūt. Misericordiā autē non eam dico, quę de rapina fit: neque enim est ea misericordia, neque spinæ radix aliquando oleū gignit, sed oliuæ tantum. Ita neque auaritiæ radix, neque iniustitiæ, neque rapinæ misericordiā parit. Noli elemosynā sua honestate nudare, noli eam omnium probri exponere. nam si ideo rapis, vt elemosynā facias, nihil est ea miseratione deterius. Quicquid ex rapina prouenerit, non est id misericordia, immanitas illa est, & cōtumelia, atque crudelitas: neque simpliciter, sed in deum. Denique si Cain, qui deteriora ex suis obtulit, ita offendit: qui aliena offert, quanto magis

Mat. 15. 4. Moralē. Ioh. 4. b. Luc. 6. 6. Mat. 9. d.



magis offendet? Oblatio nihil aliud, quam sacrificiū est. Cūmq; sordidis manib<sup>9</sup> orare nō audeas, sordes ipsas atq; immunditiam offerens ex rapina, nihil graue esse putas? manus ipsas non finis impleri immūditia, sed eas primū abluis ita demū offers: & certē cū ille sordes crimine careant, sed sola immūditia animi in culpa est. Non itaq; inspiciamus quā mūdis manibus hostias precēq; offeramus: sed id poti<sup>9</sup> curem<sup>9</sup>, vt quę offerimus, mūda sint semper, alioqui ridiculā rem faciemus. Veluti si quis dilutam diligentius tabulā immūdis muneribus impleat, nōne hęc fœda esset irrifio? Sint mūdæ manus, nō eas aqua solum diluamus, sed iustitia prius emū dare studeamus, hęc vera mundatio manuū est: q; si pleni iniustitiæ simus, quamuis eas milies abluas, nihil inde lucraberis. Lauamini, enim, inquit, mūdi estote. Nū air, p;gite ad fontes, ad balnea, ad stagna, ad flumina? nihil horū dixit. Sed quid? Auferte malitias vestras ab animab<sup>9</sup> vestris. hoc est mundū esse, hoc est ab iniquatione euadere liberū, hęc vera mūditia est. Illa enim minimum prodest, hęc autē fiduciā nobis ad deum, cōfidentiamq; largitur. Illam & adulteri, & fures & homicidæ habere possunt: mollēq; ac lasciui, nepotēque ac fornicarij, huiusmodi mūditia in primis studiosi sunt: quippe qui ante omnia corpus diligentissimē curāt, vnguenta spirātes, corpūq; perpetua cura tergētes. Eis quippe corpus sepulchrum est, animam habens intrinsecus mortuam. Hanc ergo munditiā & illos cōsequi fas est: ad eā verō quę intima & vera est, aspirare penit<sup>9</sup> nequeūt. Nihil egisti magnū, si corp<sup>9</sup> abluas. Iudaica illa purgatio est, inanis ac prufus inutilis, interior si munditia desit. Sit quispiā putredine plenus, absq; vulneribus, quantūlibet circūluat corp<sup>9</sup>, nihil pficiet, nullūq; erit casti laboris finis. Quod si purulentū corpus nil iuuare potest, cū exterior cutis circūluitur, assidueq; respergitur: quādo fuerit putredo animæ insita, quid nobis p;derit mūditia corporis? Nihil pfecto. Orationibus nobis op<sup>9</sup> est mundis. Illæ verō quo pacto mūdæ esse possunt, cū anima ex qua prodeunt, ipsa immūda sit? Porro nihil animā ita immundam facit, vt avaritiæ ac rapinę labes. At sunt qui cū per diem innumera admitterint scelera, vesperē lauānt, nimumq; fidēter ac temerē ingrediuntur ecclesiā, manusque ad orationē extendunt, quasi sordes animi aquarū diluerint lauacro: quod si verū esset, quotidiano hoc lauacro multum profectō lucraremur: ne ipse quidem aliquando desisterē balnea frequēs adire, si mūdōs efficere, ac peccata diluere possent. Sed ridicula ista, & deliramenta atq; ludibria, puerorū sunt ludus. Non exoratur deus corporū sordes, sed immunditiā animorum. Audi deniq; ipse quid dicat: Beati mundo corde, non ait simpliciter, mundi, sed addit: corde: quoniam ipsi deum videbunt. Propheta quoq;: Cor mūdū, inquit, crea in me deus. Et rursus: Ablue a malitia cor tuū. Multum profectō confert bonis assuescere. Vide q̄ sint ista modica & inutilia: & tamen cōsuetudine inducta anima ea nō deserit, neque ad orandū pergere sustinet, nisi ea prius impleuerit. Puta assuescimus nos lauare, & orare, & quasi id nō liceat illotis manibus facere, nō libēter oramus, nisi ante lauerimus: perinde ac deū offensuri, violaturiq; cōscientiæ bonū, nisi ita faciamus. Si modicū istud tantū habet viriū, vt quasi necessariō diebus singulis impleatur: quis iam ambigat, si dandis eleemosynis itidē fa-

Esai. 1. d.

Matt. 5. a.

Psal. 50. c. Hier. 4. d.

uefacti essemus, neq; ingredi orationis domū vacuis manib<sup>9</sup> cōstituissemus, id quoq; effecturos: Multum quippe & in bonis & in malis valet cōsuetudinis vis. Non iam laborabimus, si illa nos ceperit. Pleriq; cōsuetudinē fecerunt seipos assidue signandi, neq; admoneri opus habēt, sed animo quoq; alibi sæpe occupato, ipsa cōsuetudine veluti quodā animato magistro impellente, manus sponte formant ad salutaris impressionem signi. Assuescunt se quidā non iurare, nūquam illi nec spontē nec inuiti hoc faciēt: assuescimus nos quoq; eleemosynis dandis, & id citō peragemus. Quantis laboribus nobis opus esset, vt hęc medicamentum reperire possemus tam salubre, tam potens? Nam quæso, nisi esset eleemosynæ solatium, postea quā innumeris sceleribus supplicio nos fecissemus obnoxios, nōne multum ingemisceremus, multisque suspiriis optaremus pecuniis posse peccata redimere? Nōne illas omnes prompto exhausissemus animo, cunctāq; omnino substantiā impēdissemus, vt superni iudicis iram possemus effugere? Nam si hoc in morbo facimus, atq; impendēte morte dicimus, Si mortē redimere fas esset, bona illa sua dedisset omnia: multo magis id in illa inuitabili necessitate fieret. Et vide quæso quāta sit diuina clementia, nō tibi dedit vt tēporalem mortē, sed eternā redimere posses. Noli, inquit, breuē hanc redimere vitā, sed æternam tibi comparare stude. illam tibi vēdo, non istam: non illudo tibi, hanc si acceperis, nihil accepisti, ego noui illam quanti sit precij. Non ita caupones, mortalisq; vitę negociatores faciūt, illi em̄ si quos fallere queant, vilia quęq; carius vendunt: at ego nō sic. Nā dic obsecro, si profectus ad negotiatorem quempia, duabus propositis gemmis, vili vna, alia preciosissima, precii pro vili poneres, preciosam que susciperes, nū illū rideres? Absit, imō admirareris magis, & gratias ageres: ita & nūc duæ vitę ppositæ sunt, tēporalis alia, alia æterna: vendit illas deus, ceterum æternam nobis vili precio dare mauult. Quid indignamur infantū more stultorū, q; eā quę preciosior est, pro vilissimo accepimus? Et potest, inquires, vita pecuniis emi? Potest, si nostra non aliena in precii demus. At mea, inquires, sunt. Non sunt tua quæ diripis, sed aliena, quantumlibet illorum te dominū dicas: neque enim si depositū accipias, eo tēpore quo abest scilicet qui deposuit, tua illa esse dicis, licēt penes te sint. Si igitur quæ volentibus & agētib; gratias eis qui deposuerūt, nostra nō sunt ne illo quidē tēpore quo ea habemus: multo minus ista quæ inuitis ac nolentibus rapimus, ille nanque eorū dominus est, cui direpta sunt, quāuis penes te sint cōdita: illa enim verē nostra sunt, quæ nobiscū perpetuō durant. eiusmodi virtutes sunt. nam pecuniæ ne nostrę quidem, nostræ sunt, nedum alienę: sed hodie nostræ, cras verō non nostrę. At verō virtus semper nostra est, neque enim hęc illarū more minuitur: sed cū adsit omnibus, integra permanet. Hanc ergo nobis cōparare studeamus, pecuniāsque despiciamus, vt veris æternisq; bonis frui mereamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia VII.

**H**oc autē scito, quia in nouissimis diebus instabunt tēpora graua: & erunt homines sui amatores, cupidi, elati, superbi, blasphemii, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incōrīnētes,

tes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, voluptatis amatores magis quam dei, habētes speciem pietatis, virtutē autē eius abnegātes, & hos deuota. Ex his enim sunt qui penetrāt domos, & captiuas ducūt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducūtur variis desideriis & voluptatibus, semper discētes, &c.

1. Tim. 4.

4.

Exod. 7. b.

Supr. 2. c.

In priori epistola dixerat spiritum manifestē dicere, q; in nouissimis temporibus recedent quidam a fide, & rursus alibi in ipsa epistola prædicit tale quiddam postea futurum, atq; hoc ipsum hęc facit dicēs: Hoc autē scito quod in nouissimis diebus instabunt tempora graua. Neq; id ex futuris tantum, verum ex præteritis indicat, dicens: Quemadmodum Iannes & Iambres restiterunt Mosi. Et ex rationibus item cū dicit: In domo autem magna non sunt tantummodo vasa aurea, & argentea. Hoc autē cur facit? ne scilicet turbetur Timotheus, nec quispiam nostrum, si sint homines mali: quandoquidem sub Mose illi fuerunt, & postea futuri sunt. Nihil ergo mirum si nostra quoq; ætate sunt. In nouissimis diebus, inquit, instabunt tempora graua. Hoc est, pessima. Quomodo autem erunt tempora graua? Non dies profectō, neque tempora, sed homines qui tūc futuri sunt carpit: quippe & nos ita loqui cōsueuimus, cū tempora vel mala, vel bona ex his quę in illis cōrigere, appellamus. Causam quoque malorū omnium atq; radicem, ac fontem protinus addidit, vnde alia gignuntur omnia: cū non ea quæ proximi, sed quę sua sunt, singuli quērūt: ex quo fit, vt trunq; pariter negligāt, ita enim ne sua quidē aspiciunt: sicut enim qui ea quæ proximi sunt quærunt, sua quoq; ritē disponit: ita & si quę illius sunt, negligit, sua quoque despiciet. Nam si sumus inuicem membra, proximi salus non illius tantum est, sed & corporis reliqui: illiusq; detrimentum non ad ipsum pertingit solum, sed & corpus omne doloribus occupat. Si ædificatio sumus, si qua patitur pars, reliqua constructio titubat: sin verō firma, & inuolabilis durat, structuram ferre reliquam potest: ita & in ecclesia, si fratres despicias, teipsum neglexisti. Quo pacto? Membrum tuum iacturā haud exiguam pertulit. Si qui pecunias connumerare non vult, in gehennā mittitur: qui in rebus necessariis periclitantē videt, manūq; non porrigit: nōne multo magis, q̄ ille hoc patitur, atq; eō amplius, quō de maioribus detrimentum id fiet? Erunt enim, inquit, homines sui amatores. Qui seipsum amat, ille in primis est, qui se non amasse cōuincitur. Qui verō diligit fratrem, hic maximē seipsum amat. Ex hoc avaritia nascitur: charitatem enim quæ per naturā lata est, & vbiq; diffunditur, cōtrahit atq; constringit: hęc pestis mediocres quoq; ac tenues avaritiæ subigit: ex eo elatio gignitur, ex elatione superbia, cuius proles blasphemia est, ex qua arrogantia prodit quæ non obtemperandi est. Qui enim cōtra homines se effert, faciliē in deum ipsum impius est: ita deniq; peccata nascūtur, vt sapius ab inferioribus ad superna conscēdant. Qui fuerit in homines pius, multo magis in deum erit: qui in socios, atq; cōseruos erit mansuetus, quantō magis in dominū? Qui verō aspernatur conseruos, ad hoc sensim pertinet, vt ipsum quoque despiciat dominum.

Morale.

Non ergo despiciamus inuicem. Ea quippe doctrina pessima est, quæ deum nos contemnere docet, si inuicem contemnimus, cū ille iusserit in alterutrū nos esse studiosos: aliter quoq; si vultis exēplo scilicet hoc perspiciū faciam. Cōtempnit fratrem Cain, Tomus quartus.

† siquidē alios cōtēnēdo, deū ipsum contemnimus.

contempnit continuo & deum. Quoniam id modo? Vide q̄ contumeliosē respōderit deo: Nunquid cū fratris mei sum? Despexit item Esau fratrem, despexit & deum. Idcirco dicit deus: Iacob dilexi, Esau autē odio habui. Ideo & Paulus ait: Ne quis fornicator, aut prophanus sicut Esau. Spreuerūt Ioseph fratres eius, spreuerūt deū quoq; Israelitę quoq; Moisen aspernati sunt, atque ideo deum offenderūt: ita & filij Heli cū negligenter & peccare facerent populum, in deum impij fuerunt. Vis id ex aduerso etiam inspiciamus? Abraham pepercit fratris filio, obediuit & deo, constatq; id ex obedientia, quā ostendit in filio, & reliqua virtute eius. Rursus Abel māfuetus erat in fratrem, pius item erat in deū. Non ergo contemnamus inuicem, ne deū quoque contemnere discamus: honoremus nos mutuō, vt discamus & deū honorare: qui in homines temerarius est, in deū quoque erit temerarius. Vbi verō avaritia, & amor proprius, & arrogātia cōeunt, quid iam deesse ad interitum potest? Omnia simul perire, peccatorūmq; labes ac cœnū plurimū influit. Ingrati, inquit. Quo pacto enim avarus gratus esse iam possit? Cui habiturus est gratiam? Profectō nemini. Omnes arbitratur inimicos, omnia quærūt accipere: & si omnem illi substantiam tribuas, nullas refert gratias: indignatur, q; non plus habueris, multorūmq; eum feceris dominū: ne si orbis quidem totius, te donāte potiatur, vllas tibi gratias agat: nihil enim se accepisse putat. Est quippe pestis huius inexplibilis appetitus, neque a morborum concupiscentia dissimilis est: talia enim sunt ægrotorum desideria. Deniq; is qui febris caloribus vratur, impleri nunquam potest, sed semper in desideriis est. Ebrius item nunquā mero satiatur, sed siti semper anhelat: ita & qui pecuniarum infano tenetur studio, desiderium suū exatiare nulla opum poterit copia: quantalibet illi præstes, nullas vnquam tibi habebit gratias. Habebit autē ei tantum, qui sibi quanta voluerit, dederit: id autem facere poterit nemo: neq; enim habet modum cupiditas eius, estque immensa habendi voluntas, nulli igitur gratias agat. Nihil æquē ingratum vt avarus, nihil ita absq; vllō gratitudinis sensu est, vt pecuniæ cupidus: orbis ille totius inimicus est, indignatur q; vlli sint homines. Cupit enim deserta esse omnia, vt omnium ipse potiatur solus, & multa secū talia cogitat: Vtinam vi terræ motus cōcussa & euersa ciuitate, cunctisq; oppressis, solus ipse relinqueretur, vt fortunas accipere omnium posset: vtinam pestis præter aurum absumeret omnia, vtinā terræ hiatu, aut inundatione maris perirent omnia: & alia in hunc modū innumera cogitat, nihil boni versat animo, solos terræ motus, & flumina, & bella atq; pestilentias reputat, & huiusmodi cetera cōtingere cupit, atq; orat. Dic age infelix, atq; miserrime, & micipiis omnibus vilior, si cuncta aurum essent, num sacram ideo auri euaderes famem? Nōne vel tēpe? confectus interires? Si terræ motu agitata orbis, funditus euertetur, non ideo perniciosus hac concupiscentia liber euaderes. Nam nisi homo esset in terris, vnde tibi necessaria vitæ suppeterent? Ponamus sanē omnes repente orbe toto deletos esse mortales, aurūque illorum & argentum in tuum ius migrasse, quanquam fatua planē & inepta confector, opēsque illis, aurum scilicet, argentum, preciosam sericam atque auream vestem, in tuas spontē venisse manus, quid inde lucrare? Ita enim te maximē inuadere mors

Gen. 4. b

Rom. 9. c

Heb. 12. d

1. Reg. 2. e

Gen. 14. b

2. 2. a

Ibid. 4. a

† fulmin

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

† famo

mors eis desitutym, qui panem conficerent, amotis agricolis, feris cuncta vastantibus, demonibusq; metu cōcutientibus animā tuam, quam quidē nunc etiā possident, & plurimi quidē: tunc autē te in stuporem quoq; amentiamq; perduxissent, siue etiam prorsus perdidissent. At vellem, inquires, & agricolas, & pistores esse superflites: enimvero illi si tecū superessent, opes illas tecum partiri vellent: sed non id patienter admitteres, adeo inexplibilis est cupido huiusmodi. Quid verò his dici ridiculosius possit? Vidisti summam rerum difficultatē. Vult quispiā ministros habere q̄ plurimos, nec patitur eos vel necessarium habere victum, quasi per id ipsius opes imminuatur. Num queso lapideos vis esse homines? Quam sunt irrisione ista dignissima, quæ fluctus, & procellas, & tēpestates ac turbines, ingentēq; perturbationē animis excitant. An verò non istos miserebimur, atque lachrymis gemitibusq; psequemur, qui semper esuriunt, semp̄que sitiunt? Atqui corporibus humanis acerrima hæc lues est, quæ a medicis pro insatiabili appetitu [σκαλυνία] Græco vocabulo dicitur, cum quis ciborū nimietate distentus, ne sic quidem fame liberatur: huiusmodi nempe lues in animabus auaritia est, quæ quantalibet immittas, nunquā prorsus impletur, sed semper cupiditati vastior laxatur sinus. nēpe si elleborū sumere, aut quodlibet & gratius perpeti opus fuisset ad eam euadendā pestē, nōne ferre omnia prompto animo oportuit? Nulla profectō multitudō pecuniarum inexplibilem [vterum] implere potest. Non pudet cum pleriq; adeo circa opes insaniant, nos in deum ne minimam quidem partem huiusce dilectionis ostendere, deūmq; apud nos viliores esse pecuniis? Auri nanq; gratia, & vigilias, & peregrinationes, & altera pericula, & odia atq; insidias, & omnia deniq; tolerant homines, nos pro deo ne verbū quidē vel tenue perferre volumus, odiāq; subire. Ceterū si cui oppresso opem ferre opus sit, potentū inimicitias vitamus, atq; pericula, prodimūsq; miserū, cumque vim opitulandi a deo acceperimus, ipsam prorsus amittimus, dū odia & inimicitias perferre nolumus. At id cōtinuō obiciunt plurimi, frustra odiū quæred cōsiliū nō fuerit. Frustrā ne id quæso facis? Et quid hoc præstantius odio? Quippe amicitiam ex deo fœderatā longē antecellit ipsius gratia susceptum odiū. Nam si propter deū diligamus, honoris impēsi debitorcs illi sumus: sin verò eius causa odio habemur, debitor ipse fit nobis. Quantumlibet nempe aurū diligant avari, nullū eius dilectionis recipient modū: nos si quid vel parū egerimus, omnia perfecisse arbitramur. Nō ita nos deū, vt illi aurū, diligimus, ne minima quidē ex parte: multū illi reprehensionī patent, q̄ circa aurū ita vehemēter insanūt: nos culpa vacabimus, qui in deum non eundem feruorem charitatis ostendimus? Non quantū illi terræ (quippe aurum terra effossa est) tantū nos omnīu dōmino honoris impendimus. Erubescamus sanē, dum illorū intuemur insanīā. Quid enim est si nos auri nō rapiat amor, neque tamē omni studio precemur, atque ambiamus deum? Hi etenim homines, vxorem, ac liberos, & omne patrimonium, postremō salutem ipsam contēnunt, idque cum nec sciant, an incrementa percepturæ sint illorum opes. Sæpe nanque inter medias spes animam quoque posuerunt, frustrāque laborasse deprehensi sunt. Nos cū nouerimus eo quē amamus potituros, siquidē illum vt oportet dilexe-

rimus, ne sic quidem ad amorē exardescimus, atque ideo vtraque in nobis charitas planē refrigit, proximi scilicet ac dei: dum enim a proximi dilectione frigeſcimus, ad hoc sensim pertingimus, vt diuinā etiā dilectionis in nobis feruor extingatur. Neque enim fieri potest, vt qui amare nescit, quicquā illustre concipiat animo, virilīque mēte sit prāditus: quippe bonorum omnīu amicitia aptissimū instrumentū est. In hoc, inquit, pēdent lex & prophete. Sicut enim ignis vbi syluam occupauerit, omnia purgare consuevit: ita & charitatis feruor, quocunq; inciderit, omnia perimit, atque perumpit, quæ diuinam segetem demoliuntur, emundatque humū suscipiendis atque fo uendis altē seminibus. Vbi charitas est, omnia sublata sunt mala: non est ibi auaritia, malorū radix, nulla ibi elatio est. Quid enim aduersus amicū se quispiam extollat? Nihil itaque sic humilē facit vt charitas, per quā seruorū ministeria amicis impēdere non erubescimus, imō & gratias illis pro huiusmodi seruitute referimus: per hāc pecunias large profundimus, corporibusq; ipsis postremō nō parcimus, per quā em̄ sæpe pro amico periculis se quisque exposuit. Nulla denique inuidia, nullū crimen locū habet, vbi fuerit vera & germana dilectio: nō modō enim amicos non detrahimus, verū & si qui detrahere velint, eis silentium imponimus. Omnia in charitate sunt leuia, suauia, mitia: litis aut contentionis nullū ibi vestigiū cernitur, pacisq; plena sunt omnia. Plenitudo enim legis est charitas, cuncta nempe scelera, quæ pacē perturbent: vt sunt auaritia, rapina, inuidia, accusatio, arrogancia, periuriū, mendaciū, vbi charitas fuerit, sol uuntur: periurat enim quisq; vt rapiat. Quis autē eum quem diligit, diripere queat? cui cōtrā sua quoq; largitur libens, gratiasque illi magis, q̄ si ab eo accipiat refert? Nostis ista profectō quicunq; amicos habetis, nō solo nomine, neque simplici appellatione: sed si quis ita dilexerit, sicut diligere oportet. Si quis amoris vinculo connexus alicui est, hoc nouit: qui verò experti non sunt, ab his qui experti, discant. Exponam vobis de scripturis amicitiam profectō mirabilem. Dilexit Ionathas Saūlis filius sactū Dauid, & colligata est illi anima ipsius: quod indicat illa eius lamentatio, qua defunctū persecutus est, dicens: Cecidit super me dilectio tua, sicut dilectio mulierum. In mortē vulneratus es mihi. Quid ergo, num illi inuidit? Minimē, cum certē inuidendi necessitas indicta videretur ex rerū euentu: cernebat enim regno illum potiturū, quod sibi per successionum seriem debebatur, nihilque tale passus. Nō ait, hic est, qui me patrio priuabit regno, sed imperij quoque cooperato accessit, patrique amici gratia non pepercit: verū enim nemo illū parricidam arbitretur. Non enim ille in aliquo patrem violauit, sed insidias tantum eius iniuriamq; cohibuit, ac per id pepercisse magis, quā læsisse censetur, dum illum non permisit ad inuidiam prorumpere iniustam: voluit sepius pro illo etiā mori. Non accusauit, sed patrem quoque prohibuit. Nō inuidit, imō (vt dixi) imperij quoque cooperato accessit: non modō illi opes præstitit, verū salutem quoque seruauit, animamque pro illo posuit suam. Nihil parentem reueritis est amici gratia: ille enim iniqua moliebatur, hic autem nihil eiusmodi sibi conscius erat. Ea fuit Ionathæ cum iusto amicitia, talisque coniunctio. Videamus qualis fuerit Dauid in referenda gratia, non licuit illi vicem reddere: quippe

quippe qui ante imperium quidem morte preceptus est, peritq; priusquam ille perueniret ad regnū, quē beneficiis fouerat: in his quæ tamen facere potuit, libet inspicere, cuiusmodi se in amādo præstiterit. Bonus, inquit, mihi Ionathas, in mortē vulneratus es mihi. Putas hoc solū reperiemus eius amoris indicia? nō istud quidem est minimum, sed alia quoque non defunt: nam & filium eius, & nepotē eripuit sæpe periculis, ob gratiam patris, ac iugiter veluti filij cuiusdā natos saluare perstitit. Huiusmodi ergo amicitia omnes habere cupio, & in viuos, & in defunctos. Audiāt ista mulieres, maximē quæ secundas appetūt nuptias, ac defuncti viri maculant thorū, quæq; priorem dilexerunt virum. Non ista nunc loquor, q̄ secundas prohibeam nuptias, aut immūdas esse putem, neque enim permittit Paulus, qui ori meo frēnū imposuit, dicens: Si autē & nupserit, non peccauit, cæterū beator erit, si sic permāserit, hoc est, multo istud excellentius est q̄ illud, multis ex causis. Nam si non nubere, multo melius q̄ nubere est: pari ratione melius est id semel tantū facere, q̄ sæpius. At nō tulerunt, inquires, quidam viduitatis incōmoda, sed in varias calamitates inciderunt: non enim quid sit viduitas nouerunt, quæ profectō in eo non constitit, si secundas nuptias non appetāt: sicuti neq; virginitas hoc tantū est, viri experimenta nō noscere: sed quid? Quemadmodum virginē facit honestā habitus, orationisq; perseverantia: sic & viduā indicat desolatam esse, perseverare in obsecrationibus, abstinerē a deliciis. Quæ enim, inquit, in deliciis est, viuens mortua est. si vidua permanens, eundē apparatus eandēq; pompā habitura es, quam viuēte adhuc viro habuisti, melius est nubere: neque enim mala est cōiunctio illa connubij, sed curiolitas habetur in crimine. At tu quod malū nō est, nō agis: qd̄ verò crimini tenetur obnoxium, id agere sustines: idcirco quædā reuerſæ sunt retrō post sathanam, quia viduitatē ritē seruare nescierūt. Vis noscere quæ sit viduitas, & quod viduitatis insigne? Audi apostolū: Si filios, inquit, educauit, si suscepit hospitio, si sanctorum pedes lauit, si his qui in tribulatione sunt, subministrauit, si omne opus bonū secuta est. Nā si mortuo viro ingentē opum præferas fastum, viduitatem congruē non fers. Transfer in cælum diuitias tuas, & erit tibi tolerabile viduitatis onus. Quid ergo, inquires, si liberos habeat paternæ hæredes substantiæ? Doce & illos aspernari pecunias, illuc quæ tua sunt transfer, eisq; quantū sit satis impertiens, erudi & illos opibus suis superiores esse. Quid si circumfluunt mancipiorū greges, si negotiorū examen immineat, si argentum, si aurum? quo pacto sufficere possum ad ista seruanda, nisi adsit viri gubernatio? Simulas ista, occasionesq; inquiris: quod multis ex locis constat. Si enim pecuniarum non teneris affectu, neque opes tuas augere cupis, leuis tibi fit sarcina. Est enim profectō multo grauius atq; onerosius ostentare, quā custodire diuitias. Si igitur huiusmodi amputes ostentationes, & ex his quæ habes indigētibus tribuas, deo suam tibi porriget manum, atque te proteget: q̄ si veraciter pupillorum prospiciens hæreditati, hæc loqueris, non occasione cumuladā pecuniæ: nouit qui scrutatur corda, in tuto illorum seruare diuitias, qui filios educare præcepit. Neq; enim fieri omnino potest, vt ea domus, quæ pauperū miseratione fundata sit, mali quippiam patiat: imō si quid fortē perpetrata fuerit, melior eam euentus excipiet, idq; erit fami-

ibidem.

1. Cor. 7. c

1. Tim. 5. a

ibidem c.

ibidem. b.

1. Reg. 18. c 20. a

2. Reg. 18

lia ac domui pro clypeo, & hasta. Audi quid de Job diabolus ait: Nōne tu circundedisti eum interius, & exterior? Cur id? Audi & ipsum Job dicentem: Oculi mei, ait, eram cecorum, pes claudorum, & pupillorum pater. Quæadmodū is, qui se ab alienis cladibus minimē auertit, ne in suis quidē aliquid vnquam patiat, aduersi: ita & qui alienæ tristitiæ consors fieri renuit, in suis casibus acrius afficietur: ac sicut in corpore, putrescēte pede, manus ni cōpatiatur, expurgatq; vulnus, & imponat medicamentum, ac diluat saniem, hoc ipsum in suis patietur malis: & quæ ministrare alteri noluit, cū esset morbo libera, morbo ipsa quoq; erit obnoxia: quippe serpens inde malū ad ipsam quoque perueniet, iamq; nō de officio, ac ministerio, sed de cura & euasione periculi erit illi ratio: ita sanē & hic, qui cōdolere aliis negligit, ipse dolebit. Circunvallasti, inquit, eū interius & exterior, neq; audet irrūpere. Sed dura, inquires, ille perpeſsus est: nēpe dura illa & grauiā, ingentium illi bonorum fuere causa. Duplicata substantia est, merces auctior, iustitia cumulatior facta est. Clarissimis coronis, & amplissimis præmiis affici meruit, spiritualia deniq; & corporalia omnia largissimis incrementis profecere. Filios perdidit, recepit non eosdē, sed alios illorū vice illis ipsi sibi in resurrectione seruatis. Nā si eosdē recepisset, numerus ille esset imminutus: nunc autem quia alios pro illis ei dedit, & illos in resurrectione restituer. Hæc omnia idcirco illi contigere, quia promptus ad eleemosynas fuit: quod nos quoq; omni studio implere curemus, vt eisdem cumulatissimis præmiis affici mereamur, cū gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

Homilia viij.

**O**scito, quod in nouissimis diebus instabunt tēpora grauiā: erunt enim homines sui amatores, cupidi, elati, superbi, blasphemī, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incōtinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, voluptatis amatores magis quā dei, habentes formā pietatis, virtutem autē eius abnegantes. Si quis nunc indignatur q̄ hæretici sint, consideret eos a principiis atq; primordiis fidei erupisse, diabolo semper veritati mendaciū clā inferere moliente. Promiserat initio deus primis hominibus bona, accessit diabolus promittens iridē bonā: plātauerat paradysum deus, pollicitus est hic, dicens: Eritis sicut dii, & qui rebus nihil poterat, verbis permittit ingētia: huiusmodi quippe seductores sunt. Post fuerūt Cain & Abel, deinde filij dei, & filij hominum, postea Cham & Iaphet, Abrahā & Pharao, Iacob & Esau, Moses & magi, prophete & pseudo-prophete, apostoli & pseudoapostoli, Christus & antichristus: & prius igitur atq; ab ipsis incunabulis mūdi, & apostoli tēporib⁹ ista cōtigere: tūc enim Theudas & Simō, & apostoli, & Hermogenes ac Philetus. Nunquā igitur fuit quin mendaciū veritati se latēter insereret. Nō itaq; feramus grauius, iam dudum ista prædicta sunt, vnde hic dixit: Scito, quod in nouissimis diebus instabunt tēpora grauiā: erunt enim homines sui amatores, cupidi, elati, superbi, blasphemī, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione. Ingratus ergo scelestus est: & meritō sanē. [qui enim erga beneficū ingratus est, qualē se erga alios præstabit? qui ingratus est, idē sine pace, sine affectione est. Criminatores. hoc est, maledici.] Qui enim sibiipsis nihil boni conscij sunt, veluti solatiij cuiusdā vice, aliorum opinionē vio-

† seductores Gen. 3. b

† seth. j



lare nituntur, ac per id innumeris se peccatis, atque sceleribus implicant. *Incontinentes*. Scilicet lingue, venteris, cæterorumque omnium. *Immites*. hinc profecto crudelitas, hinc immanitas surgit, cum quis auarus, & cupidus, sui que amator, ingratus, lasciuusque fuerit.

*Absque benignitate, proditores, proterui*. proditores, cuius? Amicitia scilicet. *Proterui*. hoc est, nihil habentes firmum, ac solidum. *Tumidi*. arrogantia pleni. *Amatores voluptatis magis quam dei, habentes formam pietatis, virtutem autem eius abnegantes*. In epistola quoque ad Romanos

ita ferme ait: Habentes formam scientia ac veritatis in lege. Quod quidem illic in laudis parte constituit, hic autem peccatis omnibus grauius id scelus ostendit. Cur id? Quia hoc utrobique non in eodem sensu accepit, sicut imaginem interdum pro similitudine, interdum pro re inanimata accipimus: sicut & ipse alio in loco

scribit, dicens: Vir non debet velatum habere caput, imago & gloria dei cum sit. Et rursum propheta: Veruntamen in imagine pertransit homo. Leonem quoque interdum pro regio accipimus fastu. Dormisti enim, inquit, vt leo, & carul' leonis, quis excitabit eum?

Interdum pro rapina. Vt leo, inquit, & rapiens, & rugiens: ita & nos facimus, quia enim negocia sunt composita & varia, conuenienter multiplices imagines, atque exempla sumuntur. Vt potest cum speciosam mulierem admirari volumus, picturis illam comparamus: & cum item pictam predicamus, dicimus spirare ac loqui videtur. Non autem vtrunque pari ratione accipimus, sed alterum quidem, quia prope similitudinem accessit: alterum, quia pulchritudini quam dicimus, appropinquauit: ita ferè & in forma dicimus illie quidem, quia figura & imago & doctrina, primitiuumque pietatis exemplar est: hic autem, quia rem inanimatam, ac mortuam figuram, & simulationem insinuat. Fides ergo sine operibus, figura solum absque virtute est: recte ergo pulchro & venusto corpori virtute destitutum, picturamque, & assimilari, si fides recta absque operibus comparatur. Esto autem, quispiam his omnibus viciis sit inquinatus, recteque credat, ac sentiat: quid ex fide vera lucrabit, si nihil habet ex his que debet habere Christianus? Si nihil agat quod exprimat pietatem, gentilemque: potius impietate transcendat, si ad intuentium, sociorumque perniciem, si ad dei blasphemiam viuat, si operibus religionis contaminet dogma? Quid ergo de huiusmodi facere oportet? Et hos, inquit, deuota. Si ergo in nouissimis temporibus homines huiusmodi futuri sunt, quomodo ait, & hos deuota? Intelligi profecto datur & tunc huiusmodi fuisse quosdam: & si non tam multos, fuisse tamen: sed verius fortasse dicimus, per illum admoneri omnes, vt hos deuotent. Ex his enim, inquit, sunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, que ducuntur concupiscentiis variis, semper discentes, & nunquam ad agnitionem veritatis venire valentes.

Vides vt antiqui seductoris astu & arte vtantur, armamque arripiant, quibus & diabolus vsus est aduersus Adam. Qui, inquit, penetrat domos. Quam signanter hoc verbo impudentiam expressit singularem, ignominiam quoque, fallaciam, atque blanditias. Et captiuas ducetes mulierculas. Eiusmodi & in virili sexu est, qui

facile fallitur: quippe mulierum est falli. Non autem mulierum ait mulieres, sed mulierculas. Oneratas peccatis. Vides vnde illæ quoque, faciles ad fallendum sint? A peccatis, ex eo scilicet, quod nihil boni sibi sunt conscia. Et satis quidem proprie dixit, Oneratas, vt peccatorum commendaret multitudinem, & inconstantiam,

atque confusionem. *Que ducuntur concupiscentiis variis*. Non accusat hic sexum: neque enim simpliciter ait, mulieres: sed, tales mulieres. Quid sibi vult, Variis? Plurima hoc verbo signauit, delicias, turpitudinem, atque lasciuiam. Variis, inquit, concupiscentiis. Hoc est, penuriam, gloria, iactantiam, honoris, deliciarum: fortassis & foediores alias concupiscentias signat. Semper discentes, & nunquam ad agnitionem veritatis venire valentes.

Non ista illis parcens, sed ea vehementer insinuans dicit. Quia enim seipsum desideris illis & peccatorum oppressere molibus, excæcata est illorum mens. *Quem- Exod. 7. 8 admodum autem, inquit, Iannes & Iambres resistunt Moysi: ita & isti veritati, homines mente corrupti*. Quinam isti sunt? Magi scilicet, & qui signa in Aegypto fecisse leguntur. Quomodo autem nusquam alibi ipsorum nomina inueniuntur? Ea vel ex traditione, vel ex spiritu Paulum didicisse fas fuit. Ita, inquit, & isti resistunt veritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem, sed non proficiunt amplius. Quippe illorum amentia cunctis perspicua erit, sicuti illorum fuit. Sed non proficiunt. Et quomodo alibi dicit: Et proficiet amplius in impietate: hic verò, non proficiet: Illic ita locutus, quia hi qui nouitatibus studet, nusquam erroris finem inuenient, sed noua semper commenta, & corruptum dogma proferent: ea est enim erroris vis, vt sisti non queat. Hic autem dicit, non fallent, neque secum rapient: licet in initio quosdam deceperit videantur, sed facillime deprehendentur: quod ex consequentibus patet. *Eorum enim, inquit, amentia cunctis erit perspicua, sicuti & illorum fuit*. Quauis enim omni ex parte videatur error inualefcere ad tempus, ad finem tamen vsque non permanet: huiusmodi quippe sunt, quæ per naturam bona non sunt, sed bona esse videntur: ad tempus florent, sed cito deprehenduntur. At natura talia non sunt, horumque tu testis es. Abs est enim a nobis error omnis. Quis enim velit pro errore mori? Tu autem affectus es meam doctrinam. [Itaque fortis esto, ac virum te præbe, non enim simpliciter accessisti, sed affectus es. hic multo ipsum tempore adfuisse significat, ex eo quod dicit, affectatus es doctrinam. Id autem] de verbo prædicationis intellige. *Institutionem*. de vita loquitur. *Propositum*. De propria voluntate, & alacritate animi dicit. Non enim, inquit, ista locutus sum, & opere minimè impleui, neque verbis tantummodo philosophatus sum. *Fidem, longanimitatem*. Quo pacto? Nihil me, inquit, horum peccatorum habuit. *Charitatem*. Quam profecto isti non habuerunt. *Patientiam*. Non hoc ipsum significat, quod supra, dum longanimitatem dixit. Magna, inquit, aduersus hæreticos longanimitate vsus sum, patientia aduersus persecutiones. *Persecutiones, passiones*. Duo enim ista in primis doctoris animum perturbant, hæreticorum scilicet multitudo, & impatientia passionum: sed de his multa iam diximus, quod dudum fuerint, & futuræ postmodum sint, nullumque tempus his vacuum est: & quod nobis nocere nil poterunt, quodque in mundo vasa aurea & argentea sunt.

Iam verò intueri illum de pressuris differentem suis. *Qualia mihi facta sunt Antiochia, Iconij, Lystris*. Cur autem hæc pauca ex plurimis dixit? Nota erant discipulo reliqua, & fortassis ista vt recentia omisissis prioribus memoret: neque ista per species numerat: non enim gloria, honorisque cupidus est, quippe ad consolationem discipuli, non ad iactantiam loquitur. Antiochiam Pisidiæ dicit, Lystram, ex qua Timotheus erat oriundus. *Quales persecutiones sustinui*. Vtraque con-

que consolationis plena sunt, & alacritate eximiam præstiti, neque derelictus sum. Nec dici potest quod me prodiderit deus, sed coronam mihi texerit clariorè. *Quales persecutiones, inquit, sustinui, & ex omnibus eruit me dominus. Et omnes qui pie viuere volunt in Christo Iesu, persecutionem patientur*. [Quid autem de me dico? omnes qui pie viuere volunt in Christo, persecutionem patientur.] Persecutiones hic dicit pressuras, dolores. Neque enim fas est hominem pergentem virtutis viam, tristitia, pressuris, doloribus, tentationibus immunem esse. Quo enim pacto, cum arctam pergat viam, audiaturque, in mundo pressuram habebitis? Si etate sua dicebat Iob, Tentatio est vita hominis super terram: quanto magis tunc? *Mali autem & seductores, inquit, homines in deteriora proficiunt, fallentes atque falsi*. Nihil, inquit, horum te perturbet: siquidem illi in quiete, tu in tentationibus viuis. Ea quippe rei natura est: ex me discere potes, non esse possibile, vt vir qui malis indixerit bellum, pressuris careat: non est ille profectus. Nemo itaque certans requiem querat, nemo amplectatur quietem. Nefas est pugilem dei vacare deliciis, non licet epulari luctantem. Luctamen quidem sunt presentia omnia, certamen, bellum, pressura, angustia, stadiū. Aliud est quietis tempus, hoc ærūnis deputatum est, atque sudoribus: nullus vbi ad certamen se exiit, vntusque est, requiem querit. Si enim inquiris requiem, quid te exiisti? Cur iactasti manum? Qua enim ratione hic requiem speres, cum libidinibus indixeris bellum, atque aduersus naturam pugnare perrexeris? *Tu verò in his permansit quæ didicisti, & quæ credita sunt tibi, sciens à quo didiceras: & quia ab infantia sacras literas nosti, quæ possunt te instruere ad salutem per fidem, quæ est in Christo Iesu*.

Quod autem propheta Dauid admonuit: Noli, inquit, æmulari in malignantibus. hoc & Apostolus admonet, dicens: Tu autem permansit in his quæ didicisti, quæ credita sunt tibi. non tantum ea didicisti, sed & credita sunt tibi: hoc est, credidisti hanc esse vitam. Si igitur impræsentiarum contraria his quæ credidisti, euenire perspexeris: noli turbari. Nam & Abraham contraria promissis euenire cernebat, neque tamè aliquid patiebatur. Audierat, in Isaac vocabitur tibi semel. & ipsum Isaac immolare iussus, nihil perturbat' est, aut impeditus quod min' id tota deuotione patraret. *Morale*. Nullus itaque in mala scandalū patitur, hoc iam pridem scriptura præmonuit. Quid ergo, inquit, erit, & si hic boni latioribus in rebus sint, mali verò crucietur? Alterum ex his fieri potest, alterum non. Nam malos quidem cruciari possibile est, bonos verò semper letari non sic. Nemo Paulo æqualis erat, qui omnem etatem in pressuris vixit, in lachrymis, in gemitibus nocte ac die. Triennium cum lachrymis corripere diu noctumque: non destitit. *Instantia, inquit, mea quotidiana. Non erat illi vicissitudo mœroris & gaudij, vt nunc istud, nunc illud adesset, sed quotidie mœrere perstitit. Quomodo ergo, inquit, mali in deterius proficiet? Non ait, fruuntur quiete, sed in deterius proficiet: erit quippe profectus ipse deterior: non ait, in rerum abundantia erunt: quod si illi crucietur, ideo hoc patitur, vt ne tu existimes impunita esse peccata: quia enim gehennæ metus non sufficit nos a malo coercere, parcere nobis, excitat & suberigit nos. Si nullus malus supplicio afficeretur, niemo putaret deo humanarum rerum curam imminere: si omnes puniretur, nullus resurrectionem speraret futuram, quæ quasi merces hic omnibus redderetur: idcirco hic punit quosdam, plerumque non punit. Ideo hic premuntur iusti, quia peregrini & aduenæ sunt, atque alie-*

na in patria viuunt. Iusti ergo probationis causa hæc tolerant, audi denique dicentem ad Iob deum: Putas me aliter tibi respondisse, quam vt appareres iustus? Peccatores verò & si quid aliquando patiatur, huiusmodi peccatorum pœnas expediunt. In omnibus igitur gratias agamus deo, siue sic, siue sic faciat. Vtraque enim pro nostra vtilitate molitur, nihil odiens, aut auersans nos, sed curam nostri ac prouidentia gerens. *Sciens, inquit, quod ab infantia sacras literas nosti*. Hoc est, à prima statim ætate sacras literas didicisti. Quid sunt, sacræ literæ? Scripturæ diuinæ. In his, inquit, educatus es, vt per eas quoque maior tibi fidei virtus accesserit, adeoque inualuerit, vt nihil iacturæ possit incurrere, altissimis radicibus nixa, longo tempore solidata. *Quæ possunt, inquit, te instruere ad salutem*. Hoc est, non permittent in te vllum stultitiæ locum, vt plerisque contingit. Qui enim scripturas ita scit, vt sciri oportet, nullo rerum euentu vllum scandalum patitur, fert omnia constanter & fortiter, partim fidei committens, partim incomprehensibili dispensationi dei adscribens, quorundam verò rationes noscens, & exempla in scripturis inueniens. Nam nolle omnia [curiosè inquirere, & non cum pere omnia] scire, magnum præclaræ scientiæ argumentum est: placet exemplo vti. Sit flumen, imò sint flumina, non sunt æqualis omnia profunditatis: sed alia minus, alia maius habent profundum, & quod suffocare ignaros possit: hic vndarum vortices sunt, ibi non sunt. Nolle omnia æquè tentare, prudentiæ fuerit: profundaque omnia scire nolle, scientiæ non paruum argumentum est: sicut qui omnes fluuij partes æquè transire vult, hic maximè fluminum proprietates ignorat: & sæpe dum nimis præsumit secreta penetrare omisissis planioribus locis, perit temeritate sua: Ita & in deo qui scire omnia vult, & cuncta improba temeritate rimari, hic qui sit deus, ignorat. *Quemadmodum igitur in fluminibus maior pars tuta est, paucique sunt fluctus, atque profunda: ita in deo] pars maior occulta est, neque inuestigari possunt opera ipsius. Quid ergo te ipsum præcipitare moliris? Hoc solum scito, quod deus omnia prouidet, quod liberi arbitrij conditi sumus, quod alia quidem operatur, alia verò permittit: quod nihil mali vult fieri, quod non ex sola ipsius voluntate sunt omnia sed ex nostra quoque: mala omnia ex nostra tantummodo fiunt, bona omnia ex voluntate nostra, & ipsius adiutorio. Quod nihil ipsum latet: non tamen quia nihil ipsum latet, idcirco omnia operatur ipse: hæc sciens quænam sint bona, quæ mala, quæ media disce: vt puta bonum virtus, nequitia malum: media verò, diuitiæ, paupertas, vita, mors. Cum ista didiceras, adde quod ideo premuntur iusti, vt coronentur: peccatores verò, vt pœnas exoluant. Non autem omnes peccatores hic pœnas dant, ne resurrectioni plerique non credant. Non omnes vexantur iusti, ne malum putes esse laudabile: idque loco virtutis accipias: hæc tibi sit norma, hæc regula, & sub ipsa molire quod vis, & periclitari non poteris. Quemadmodum enim sub Grammaticis nunc etiã est sex milium numerus, vt sub illud ducatur omnia, cunctaque diuidi ac multiplicari possunt in sex milium regula, & per hunc numerum cuncta vertuntur: quod non ignorant, quicumque literas didicerunt: ita regulas istas, quas rursus breuiter exponam, qui probe tenuerit, nunquam scandalizari poterit. Quænam istæ sunt? Quod bonum est virtus, malumque vitium: quod media sunt morbus, inopia, infideliæ, calumniæ, & cætera huiusmodi: quod iusti hic premuntur*

Tomus quartus;

que consolationis plena sunt, & alacritate eximiam præstiti, neque derelictus sum. Nec dici potest quod me prodiderit deus, sed coronam mihi texerit clariorè. *Quales persecutiones, inquit, sustinui, & ex omnibus eruit me dominus. Et omnes qui pie viuere volunt in Christo Iesu, persecutionem patientur*. [Quid autem de me dico? omnes qui pie viuere volunt in Christo, persecutionem patientur.] Persecutiones hic dicit pressuras, dolores. Neque enim fas est hominem pergentem virtutis viam, tristitia, pressuris, doloribus, tentationibus immunem esse. Quo enim pacto, cum arctam pergat viam, audiaturque, in mundo pressuram habebitis? Si etate sua dicebat Iob, Tentatio est vita hominis super terram: quanto magis tunc? *Mali autem & seductores, inquit, homines in deteriora proficiunt, fallentes atque falsi*. Nihil, inquit, horum te perturbet: siquidem illi in quiete, tu in tentationibus viuis. Ea quippe rei natura est: ex me discere potes, non esse possibile, vt vir qui malis indixerit bellum, pressuris careat: non est ille profectus. Nemo itaque certans requiem querat, nemo amplectatur quietem. Nefas est pugilem dei vacare deliciis, non licet epulari luctantem. Luctamen quidem sunt presentia omnia, certamen, bellum, pressura, angustia, stadiū. Aliud est quietis tempus, hoc ærūnis deputatum est, atque sudoribus: nullus vbi ad certamen se exiit, vntusque est, requiem querit. Si enim inquiris requiem, quid te exiisti? Cur iactasti manum? Qua enim ratione hic requiem speres, cum libidinibus indixeris bellum, atque aduersus naturam pugnare perrexeris? *Tu verò in his permansit quæ didicisti, & quæ credita sunt tibi, sciens à quo didiceras: & quia ab infantia sacras literas nosti, quæ possunt te instruere ad salutem per fidem, quæ est in Christo Iesu*.

Quod autem propheta Dauid admonuit: Noli, inquit, æmulari in malignantibus. hoc & Apostolus admonet, dicens: Tu autem permansit in his quæ didicisti, quæ credita sunt tibi. non tantum ea didicisti, sed & credita sunt tibi: hoc est, credidisti hanc esse vitam. Si igitur impræsentiarum contraria his quæ credidisti, euenire perspexeris: noli turbari. Nam & Abraham contraria promissis euenire cernebat, neque tamè aliquid patiebatur. Audierat, in Isaac vocabitur tibi semel. & ipsum Isaac immolare iussus, nihil perturbat' est, aut impeditus quod min' id tota deuotione patraret. *Morale*. Nullus itaque in mala scandalū patitur, hoc iam pridem scriptura præmonuit. Quid ergo, inquit, erit, & si hic boni latioribus in rebus sint, mali verò crucietur? Alterum ex his fieri potest, alterum non. Nam malos quidem cruciari possibile est, bonos verò semper letari non sic. Nemo Paulo æqualis erat, qui omnem etatem in pressuris vixit, in lachrymis, in gemitibus nocte ac die. Triennium cum lachrymis corripere diu noctumque: non destitit. *Instantia, inquit, mea quotidiana. Non erat illi vicissitudo mœroris & gaudij, vt nunc istud, nunc illud adesset, sed quotidie mœrere perstitit. Quomodo ergo, inquit, mali in deterius proficiet? Non ait, fruuntur quiete, sed in deterius proficiet: erit quippe profectus ipse deterior: non ait, in rerum abundantia erunt: quod si illi crucietur, ideo hoc patitur, vt ne tu existimes impunita esse peccata: quia enim gehennæ metus non sufficit nos a malo coercere, parcere nobis, excitat & suberigit nos. Si nullus malus supplicio afficeretur, niemo putaret deo humanarum rerum curam imminere: si omnes puniretur, nullus resurrectionem speraret futuram, quæ quasi merces hic omnibus redderetur: idcirco hic punit quosdam, plerumque non punit. Ideo hic premuntur iusti, quia peregrini & aduenæ sunt, atque alie-*

na in patria viuunt. Iusti ergo probationis causa hæc tolerant, audi denique dicentem ad Iob deum: Putas me aliter tibi respondisse, quam vt appareres iustus? Peccatores verò & si quid aliquando patiatur, huiusmodi peccatorum pœnas expediunt. In omnibus igitur gratias agamus deo, siue sic, siue sic faciat. Vtraque enim pro nostra vtilitate molitur, nihil odiens, aut auersans nos, sed curam nostri ac prouidentia gerens. *Sciens, inquit, quod ab infantia sacras literas nosti*. Hoc est, à prima statim ætate sacras literas didicisti. Quid sunt, sacræ literæ? Scripturæ diuinæ. In his, inquit, educatus es, vt per eas quoque maior tibi fidei virtus accesserit, adeoque inualuerit, vt nihil iacturæ possit incurrere, altissimis radicibus nixa, longo tempore solidata. *Quæ possunt, inquit, te instruere ad salutem*. Hoc est, non permittent in te vllum stultitiæ locum, vt plerisque contingit. Qui enim scripturas ita scit, vt sciri oportet, nullo rerum euentu vllum scandalum patitur, fert omnia constanter & fortiter, partim fidei committens, partim incomprehensibili dispensationi dei adscribens, quorundam verò rationes noscens, & exempla in scripturis inueniens. Nam nolle omnia [curiosè inquirere, & non cum pere omnia] scire, magnum præclaræ scientiæ argumentum est: placet exemplo vti. Sit flumen, imò sint flumina, non sunt æqualis omnia profunditatis: sed alia minus, alia maius habent profundum, & quod suffocare ignaros possit: hic vndarum vortices sunt, ibi non sunt. Nolle omnia æquè tentare, prudentiæ fuerit: profundaque omnia scire nolle, scientiæ non paruum argumentum est: sicut qui omnes fluuij partes æquè transire vult, hic maximè fluminum proprietates ignorat: & sæpe dum nimis præsumit secreta penetrare omisissis planioribus locis, perit temeritate sua: Ita & in deo qui scire omnia vult, & cuncta improba temeritate rimari, hic qui sit deus, ignorat. *Quemadmodum igitur in fluminibus maior pars tuta est, paucique sunt fluctus, atque profunda: ita in deo] pars maior occulta est, neque inuestigari possunt opera ipsius. Quid ergo te ipsum præcipitare moliris? Hoc solum scito, quod deus omnia prouidet, quod liberi arbitrij conditi sumus, quod alia quidem operatur, alia verò permittit: quod nihil mali vult fieri, quod non ex sola ipsius voluntate sunt omnia sed ex nostra quoque: mala omnia ex nostra tantummodo fiunt, bona omnia ex voluntate nostra, & ipsius adiutorio. Quod nihil ipsum latet: non tamen quia nihil ipsum latet, idcirco omnia operatur ipse: hæc sciens quænam sint bona, quæ mala, quæ media disce: vt puta bonum virtus, nequitia malum: media verò, diuitiæ, paupertas, vita, mors. Cum ista didiceras, adde quod ideo premuntur iusti, vt coronentur: peccatores verò, vt pœnas exoluant. Non autem omnes peccatores hic pœnas dant, ne resurrectioni plerique non credant. Non omnes vexantur iusti, ne malum putes esse laudabile: idque loco virtutis accipias: hæc tibi sit norma, hæc regula, & sub ipsa molire quod vis, & periclitari non poteris. Quemadmodum enim sub Grammaticis nunc etiã est sex milium numerus, vt sub illud ducatur omnia, cunctaque diuidi ac multiplicari possunt in sex milium regula, & per hunc numerum cuncta vertuntur: quod non ignorant, quicumque literas didicerunt: ita regulas istas, quas rursus breuiter exponam, qui probe tenuerit, nunquam scandalizari poterit. Quænam istæ sunt? Quod bonum est virtus, malumque vitium: quod media sunt morbus, inopia, infideliæ, calumniæ, & cætera huiusmodi: quod iusti hic premuntur*

Tomus quartus;

Y iij premuntur

Tomus quartus;

Y iij premuntur

Tomus quartus;

Y iij premuntur

Tomus quartus;

Y iij premuntur

Tomus quartus;

Y iij premuntur

Tomus quartus;

Y iij premuntur

premuntur angustiis: si qui verò non patientur, ideo fit, ne odiola videatur virtus: & mali lætantur, vt illic puniantur: si qui verò & hinc cruciantur, ideo ne vitium bonum esse videatur, neu impunita quis existimet scelera: & si non omnes patiuntur, neque exultant omnes, ideo ne resurrectioni derogeretur fides. Nã sunt plerique boni, qui mali aliquid habet admixtum, quã hinc depunantur: & mali iride qui bonorum aliquid operum habeant, quorũ hinc recipiant vices, vt illic æternè puniatur: & incõprehensibilia sunt plerumq; dei opera, quã multum inter nos & illũ interest, tantumq; quantum exprimi sermone nõ possit. Si hæc omnia nobiscũ reputauerimus, nihil nos lædere poterit, aut perturbare. Si scripturas sanctas assidue audierimus, reperiemus huiusmodi exẽpla permulta. *Quæ*, inquit, *instruere te possunt ad salutem.* Quippe & quæ agenda sunt, docent scripturæ, [ & quæ nõ agẽda. ] Audi deniq; quid alibi hic idẽ apostolus dicat, Cõfidis teipsum ducẽ esse cecorum, lumen corũ qui in tenebris sunt, eruditorẽ insipientiũ, doctorẽ infantũ. † Vides vt lux in tenebris sit, is qui literas docet? Si lux litera est quæ occidit, quid erit spiritus, qui lucẽ facit? Si vetus testamentum lux est, quid putamus nouum, vbi tanta referata sunt? Velut enim si quis nihil aliud scientibus quã terrã, aperiret cœlũ, & quæ in eo sunt oĩa conspicãda proponeret: tanta est vtriusque instrumenti differentia, de gehenna, de regno didicimus, de iudicio: non itaque credamus irrationabilibus rebus, fallacia sunt illa omnia. Quid ergo, inquires, si quæ illi prædicunt eueniãt? ideo eueniunt, quia tu credis, si tamen eueniunt. Captiuum te ille accepit, vitæ tuæ dominus est, ipse dispensat vt vult. Nã dic oro, si quis latronum princeps regis filiũ ad se in solitudine fugientẽ, illiusq; societatem cupientem, sub iure suo, ac potestate accipiat, dicere illi num poterit, vtrũ victurus, an moriturus sit? Poterit sanẽ. Quid ergo? Num ideo quia futura præsciuit? Nihil minus, sed quia vtriusq; rei cõstitutus est dominus, perdendi scilicet puerũ, atque seruãdi, illo sibi hanc de se potestatem permittente, vt vtrumuis facere possit, cũ spontẽ in illius iura cõcesserit. Siue illi dicat, diues eris, aut pauper, vtriusq; rei ipse dominus est: ita & maior mudi portio diaboli manibus se subicit. Præterea vbi cõsueuerit homo his fidẽ adhibere, multũ ipsis deductoribus confert. Nemo cum saluntur, atẽdit: sed solũ si quid verè prædixerint, aspicit: ceterũ si quam habent prægnoscendi vim, eos ad me qui fidelis sum, affer. Non magniloquentius ista profiteor, quippe hisce liberare nihil magnũ est: sed licet peccatis plenus sim, consilij non fuerit hac in re humiliari. Omnes huiusmodi præstigias, Christi gratia irrideo: adduc ad me magum, si quam habet præsciendi vim, dicat quid mihi cras eueniet, quid mihi erit: at id profecto non dicet. Sum enim sub ditone regis: neq; habet ille in me vllũ imperij ius, procul ab eius cuniculis ac spelæis sum: regi milito Christo. Ille, inquit, furatus est, & ille cum nũciauit, ac prodidit. At id quidẽ nõ vbiq; verũ est, sed mendax irrisio, nihil enim norunt: nam si quid noscent, quæ ad se pertinent, scire ac prædicere magis debuerunt. quomodo scilicet multa donaria simulachrorũ furto sublata sunt, quomodo auri plurimum liquatum est. Cur autem ista sacerdotibus suis non prædixeret? Nihil ergo nouerunt, neque saltem seruandarum opum gratia prædicere valent, quando incendio sua conflagrata sunt phana, multique ex eis vnã perituri, vt ne illo-

A rum quidẽ parcant saluti: enimvero fortè potius sit, si quid ex his quæ prædixerũt, emergat. Sunt prophetæ apud nos, sed illi nunquã fallũtur, vt aliud prænũcient, aliud eueniat: sed per omnia veraces cõprobantur, istud verã præscientiã indicis est. Verũ desistite quæsto à tali infania, si quidẽ creditis Christo: si verò nõ creditis, quid vos frustra seducitis? Quandiu claudicabitis vtroq; poplite vestro? Cur, quæsto, acceditis? Cur interrogas? Simul atq; accessisti, simul ac rogasti, teipsum seruũ constituisti: quippe vt credẽs rogasti. Non, inquires, credẽs vera illos proferequi, sed tentans an vera profereqerẽtur, accessisti. Non est hoc credentis certò eos fallere, sed ambigentis. Cur enim quid erit interrogas? Nam si quidem dicat, hoc erit, hoc age, & effugies: ne sic quidem oportet simulachris credere, sed ad vltiora procedit amentia. Si enim quid futurum sit, verè prædicunt: nihil inde lucraris, nisi mœrorem superfluũ: cùmq; nullus futurus euentus sit, rẽ tamen mœroris ipse iam sustines, tẽque ipsum inani dolore concidis. † non nobis inuidet deus, nullo liuore tangitur, qui cœlestia nobis aperuit. ] Quæcumque enim audiui, inquit, à patre meo, nota feci vobis: & omnia quæ audiui à patre meo, annunciaui vobis: & non dicam vos seruos, sed amicos: vos amici mei estis. Cur igitur ista nobis non dixit? Quia ea nobis curæ esse non vult. Nam quæ non inuideat, antiq; ista dicebantur, & de asina, & de aliis quibusdã, quia paruuli erãt. Nobis autem quia ista curæ esse prohibuit, ne nota quidem facienda putauit. Sed quid ipsi discimus? quæ illi addiscere nõ meruerũt. Minima profecto erant illa omnia: quæ verò nos discimus, eximia sunt. Quod resurgimus, & immortales efficimur, quæ in corruptione vestimur, quæ vita illa finem nullum habitura est, quod transibunt omnia, quod rapiemur in nubibus, quod mali pœnas exoluent, & præter hæc innumera alia, in quibus nulla falsitatis species est. Nõne multò melius est hæc nosse, quã quod inuentæ sunt asinæ perditæ? Quid enim lucri inde referes? Nõne eas alio quoque modo perditurus es? Et si enim te illæ minimè relinquunt, tu eas tamen in morte dimissurus es: ceterum quas modò diximus res, si tenere velimus, nobiscum perpetuò habebimus. Illa ergo perfequamur, illa apprehendere studeamus, quæ fixa & stabilia sunt: non vates, non diuinos, non oracula, aut responsa dæmonum quæramus, sed soli intendamus, qui nouit omnia, qui habet scientiam omnium: atque ita sciemus omnia, quæ scire oportet, bonisq; fruemur omnibus in Christo Iesu domino nostro, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Homilia ix.



Manis scriptura diuinitus inspirata, est & vtilis ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo dei ad omne opus bonum instructus. Testificor coram deo & Iesu Christo, qui iudicaturus est viuos & mortuos, & per aduentum ipsius & regnum eius, prædica verbum, in sta opportunè importunè, argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prouidentes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac euangelistæ, ministerium tuum imple, sobrius esto: Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen, cursum cõsummani, fidem seruauit, in reliquo reposita est mihi

mibi corona iustitiæ, quã reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Non solũ autẽ mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius. Postquam illum vndique exhortatus, cõsolatũsq; est, infert & ex scripturis solatia omnib; perfectiora: iustè autẽ omnino tanta illi eius exhortandi & consolandi cura est, quia magnũ quiddã ac triste dicturus est. Nam si Helisæus ad extremum vsq; magistro cõiunctus, illumq; intuens nouo ac peregrino modo mundo excedẽtem, scidit vestimenta sua: quid hunc passurũ putas, cùm audiret quẽ ita diligebat, & à quo sic amabatur, magistrũ ex vita migraturum, & quæ ipso ne vicino quidẽ mortis tẽpore frui meruisset, quod omnium maximè vel mœstissimum est? Nõ enim ita præterito tẽpore gratificamur cõtuberniis, sicut grauitè ferimus, cum defunctis propinqua mortis hora destituimur: idcirco vbi affatim illum consolatus est, tunc de morte proxima loquitur, neq; id facit temerè, sed eis vocabulis vtitur, quæ illum maximè solari possint, & gaudio implere, dum sacrificium eam rem potius arbitratur esse, quã mortẽ, peregrinationemq;, & ad meliora transitũ. Ego enim, inquit, iam delibor. Ideo scribit, dicens: *Omnis scriptura diuinitus inspirata, est vtilis ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum.* Omnis scriptura, sacra scilicet, de qua dixerat, quã ab infantia sacras literas nosti. Omnis ergo huiusmodi scriptura vtilis & diuinitus inspirata est, nihil ergo dubites. *Est vtilis, inquit, ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, vt sit perfectus homo dei, ad omne opus bonum instructus.* Ad docendum, si quid vel discere, vel ignorare opus sit, illic addiscemus: si arguere falsitatẽ, inde hauriemus: si corrigi, si castigari ad exhortationẽ: ad solatiũ si quid desit, & oporteat adipisci, ex ea nihilominus discimus. *Vt perfectus sit homo dei.* Nõ ergo fine illa perfici potest. Pro me, inquit, scripturas habes, si quid addiscere cupis, hinc poteris. Si autẽ Timotheo ista scribit, sancto spiritu pleno: quãto magis nobis dicta putare debemus? *Ad omne opus bonum instructus.* Non simpliciter particeps, sed diligenter instructus. *Testificor ergo coram deo & domino nostro Iesu Christo, qui iudicaturus est viuos & mortuos.* Siue peccatores dicit & iustos, siue mortuos atq; superfites, quæ multi viui relinquendi sunt. Terruerat illum in priori epistola, dicens: Præcipio tibi corã deo, qui viuificat omnia. hinc autẽ etiam terrori addidit, dicens: *Qui iudicaturus est viuos & mortuos.* Hoc est, qui rationẽ exacturus est. *Et aduentũ ipsius in gloria & regnũ eius.* [Quãdo iudicaturus est? In aduentu suo, qui erit cũ gloria & regno.] Non ita veniet, vt antea venit in humilitate, sed in gloria & regno. Siue testificor tibi aduentum ipsius & regnũ, testem illum voco, quæ & horum te admonui. *Prædica verbum, in sta opportunè importunè, argue, increpa, obsecra in omni patientia & doctrina.* Quid est, opportunè importunè? tẽpestiue intẽpestiue: hoc est, nullũ habeas definitum tempus, semper tibi tempus sit, non solũ in pace & quiete, neq; in ecclesia tantũ sedẽs, verũ & inter ipsa pericula, siue carceri inclusus, siue catena constrictus, siue mortis lata sententia ad mortẽ properes, ipso etiam tempore argue, neque increpare dissimules. Tunc enim increpatione tẽpore etiã est, cùm arguendo profeceris, cũ opus ostensum fuerit. *Obsecra, inquit.* Ita fermè in medicis dicimus: *Vulnus infixit & secuit, medicamentũque intulit:* nam quodlibet horum desit, alterum inutile fit. Nam si absque argumentis increpes, temerarius esse videberis, nullũsq; te perferet: vbi verò præcessit proba-

atio, tunc & increpationem facilius suscipit, alioquin impudens fiat. Quod si arguas vehementer, & increpes, obsecrationemq; subducas, rursus omnia perdis. Quippe reprehensio per se intolerabilis est, nisi habeat admixtam obsecrationem: sicut & sectio, salutaris licet sit, nisi plurima dolorem consolentur, non eam sustinet lægidus: ita fermè & hinc. *In omni, inquit, patientia & doctrina.* Ita q; & qui arguit, patientia & longanimitate opus habet, ne temerè & passim credat. Et increpatio, & obsecratio, & doctrina, inquit, cũ patientia sunt exercenda, ne quasi irascens, neque vt aduersans, neq; vt immodico fruens impetu, aut inimicum reputans, id facias: verũ his omnibus ommissis, quasi amans & dolens, magis quã ille ipse lugẽs, atq; in illius casibus tabescens, cuncta exequaris. *In omni, inquit, patientia.* Nõ in qualibet, sed in omni, vt nihil patientiæ desit. *Erit enim tempus, cum sanã doctrinam non sustinebunt.* Priusquam t nudentur & pateant, omnes ipsos t corrumptur, anticipa: idcirco opportunè importunè dixit, hoc patientur, est, omnia age, vt habeas obtẽperantes, atq; discẽtes. *Sed iuxta sua desideria coaceruabunt sibi magistros.* Nihil dici significantius potuit: quippe dum coaceruabunt ait, indiscretã, confusamq; doctorũ significauit multitudinem, ex eo item quæ à discipulis ad magistrorum ordinem promovendo aperuit. *Coaceruabunt, inquit, sibi magistros prouidentes auribus.* [Voluptatis gratia loquentes, & auditum oblectantes.] Et à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autẽ conuertentur. Hæc idcirco prædixit, non vt in mœrorẽ præcipitet audiẽtes, sed vt paratiores ad perferẽda constãter omnia, cũ contigerit, faciat: sicut & Christus fecisse cognoscitur, cũ ait: Tradet enim vos, & flagellabunt, & ad synagogas & Mad. 10. ducent propter nomen meũ. Et alibi autẽ beatus idẽ apostolus ait: Ego enim scio, quia post recessum meũ intrabunt in vos lupi graues, nõ parcẽtes gregi. *Ista illis dicebat, vt vigilãtiores redderet, & eos excitarer, vt præsentis tẽpore prouidẽ vterentur. Tu vero vigila in omnib;.* Vides vt huius rei gratia ista prædicat, nãq; & Christus ait: In fine erũt pseudo christi, & pseudo prophetæ: ita & hinc quãdo erat migraturus, ista dicebat: *Tu vero vigila in omnibus, & labora.* Hoc est, præuenire luẽ illã stude, atq; in tuto oues cõstitue: t quãdiu lupi vbiq; adsunt, labora. *Opus fac euangelistæ, ministeriũ lupi non tuum imple.* [Igitur hoc opus est euangelistæ, vt affligatur tum à seipso, tum ab aliis. Ministerium tuum imple.] ubique labora. *Ecce & alia laborãdi necessitas. Ego enim iam delibor, inquit, & tẽpus meæ resolutionis instat.* Nõ ait, mei sacrificij, sed quod maius ac dignius est. Nã hostia quidẽ non tota deo offertur, libamen verò totũ. *Bonum certamen certauit, cursum cõsummauit.* Sæpe ego cũ apostolũ in manibus sumerẽ, & locum istũ inspicerem, herẽbã ambigẽs, cuius rei gratia sic magnificẽ loquitur Paulus, vt dicat, *Bonũ certamen certauit.* Nunc dei gratia causam mihi inuenisse videor, per quam tunc loqui sic maluit. Mœrorẽ profecto discipuli solari cupit, bono illum esse animo iubẽs, quasi ipse ad coronã pergrat, omnib; ritẽ peractis, præclarum repererit finem. *Gaudendum, inquit, non tolumendum est.* Cur? *Bonum enim certamen certauit.* Veluti si quis indulgentissimus pater, paruulũ sibi assistentem, & orbitatem nõ ferentẽ consoletur, ac dicat: Noli flere fili, bene enim viximus, peruenimus ad senectutẽ, atque in ea ætate relinquimus te. Fuit irreprehensibilis vita nostra, cum ipse admirari hinc proficiamus: t eris & ipse minutulus rationi es, pro his,] quæ gesta sunt à nobis. Sæpe rex ipse nobis se ob ea, gratias



gratias egit: ac si diceret, trophæa sæpe retulimus, hostesq; superauimus, nō ista magniloquētiē studio, sed vt erigeret puerum, laudibūsq; erudiret orbitatis suæ casum leuius ferre, meliorēsq; esse iā spe prosequeretur, ne putaret eam rem molestam esse atq; grauem. Est em̄ re vera perquam dura ea separatio. Audi denique quid idem apostolus dicat: Nos autē destituti à vobis ad tēpus horę, facie, non corde. Si igitur ipse cum à discipulis separaretur, ita affectus erat animo, quid putas Timotheum passum esse, si viuēte illo ad tempus separatus, ita lachrymabatur, vt diceret: Memor lachrymarū tuarum vt gaudio implear: quantō magis vita functo? Hæc itaq; consolandi eum gratia scribit, totaq; epistola cōsolatione plena est, quā sibi ille testamēti cuiusdam vice seruaret. *Bonum certamen certauit, cursum cōsummauit, fidem seruauit.* Certamē, inquit, bonum, & tu ergo ipsum apprehēde. Itāne vbi catena, vbi vincula, vbi mors deniq; ibi certamē bonum est? Ita sanē, pro Christo enim fiūt omnia, coronas habent eximias. *Certamen bcnnum.* Nihil hoc certamine melius, nihil illustrius, nullo corona hæc sine concluditur, nō ea ex oleastri floribus texitur, nō habet editorem munerum hominem, neq; homines spectatores. Ex angelis cōflatum est theatrū. In certaminibus seculi laborant dies plurimos, & in ærumnis degunt. vnus horę momēto accepta corona, protinus voluntas omniū emarcuit: hīc autē nō sic, sed semper claritas, semper gloria, semper honor augetur. Iam gaudere oportet, quia ad requiem propero, † ad stadium exeo. *† ad stadium exeo.* Audisti quia dissolui, & cū Christo esse sit melius. *Cursum cōsummauit.* Et certare enim oportet, & currere: illud tribulationes perferendo, hoc nō absq; ratione, sed ad vtile aliquid † faciēdo. *† currēdo.* Bonū profectō certamen, quod non modō voluptatem, verū vtilitatem quoq; spectantibus præstat. Cursus ille non in nihilū desinit, neq; roboris ostentatio, vel aucupatio gloriæ est, sed omnes ad cælum subuehit. Cursus hic Sole purior est, quem Paulus currebat in terra, plūsq; illustrat orbem, quā Solis igneum iubar: quomodo autem cursum cōsummauit: Orbē totum peruagatus est, incipiēs à Galilæa & Arabia, & vsq; ad fines terrę progrediēs. Vt à Hierusalē, inquit, & in circuitu vsq; Illyricū impleuerim euāgelium Christi, omnēmq; orbē peruolās, volucris cuiusdam instar, imō volucre omni perniciosus, atq; vehementius. Nam siquidē auis fuisset, simpliciter peruolasset: nō sic autē ille egit, sed pēnis spiritus præditus innumera impedimēta trāsiluit, mortes, calamitates, insidias, fuitq; omni, vt diximus, aue perniciosior: si fuisset auis, quādoq; delapsa caeperetur, quia vbi in sublime ferebatur à spiritu, veluti auis igneis suffulta alis, retia omnia & impedimenta trāscēdit. *Fidē, inquit, seruauit.* Plurima illū violare cupiebant, nō modō amicitia hominum, verū & cōminationes, & mortes, & alia innumera: verū his omnibus restitit. Quo pacto? Sobrius scilicet, ac peruigil durans: sufficere quidē & ista poterāt discipulis cōsolandis, sed ipse præmia quoq; subiecit. Quæ nā verō illa sunt? *De reliquo reposita est, inquit, mihi iustitiæ corona.* Iustitiam hīc totam simul virtutē dixit. Nō ergo dolendū, inquit, est, q̄ proficiscor percepturus coronam quā imponat capiti meo dominus Iesus Christus: q̄ si exciderem, ac perirē, dolendum profectō, & ingemiscendum esset. *Quam reddet mihi iustus iudex. Non solum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt aduentū eius.* Ex his item illū erigit verbis: nam si omnibus, multō magis

1. Theff. 2. d.

Supr. 1. 4.

† ad stadium exeo.

Philip. 1. c.

† currēdo.

Rom. 15. e.

Timotheo. Nō ait, & tibi, sed, omnibus: multō magis & tibi. Quonam autē modo quis diligit aduentum Christi? Si de eius præsentia gaudet: qui verō in eius gaudet præsentia, digna gaudio facit. Opes omnes si opus sit, atque ipsam animam ponet, vt bonis fruatur æternis, vt secundum ipsius aduentū congruo habitu mereatur aspicerē cū fiducia, cum gloria, cum claritate: hoc est, diligere aduentū eius. Qui illius aduentum diligit, omnia facit, vt ante vniuersalē illū singularis fiat ad eū quidā saluatoris aduētus. Quis verō iste est? Audi dicentem ipsum dominum nostrum: Qui diligit me, mādāta mea seruabit: & veniem⁹ ego & pater, & mātionem apud eum faciemus. Cōsidera quā magnum, q̄ singulare sit eum qui communiter omnibus adueniet, singulariter nobis aduentū suum polliceri. Veniemus enim, inquit, & mātionem apud eum faciemus. Si quis diligit aduentum eius, omnia aget, vt ipsum ad se inuict & habeat, vt illi perpetuū luceat lumen, nihil in nobis resideat præsentia tantæ maiestatis indignū, & cōtinuō ad nos veniet, nobiscūmq; morabitur. Dicitur autē aduentus iste Græco vocabulo ἐπιφάνεια, q̄ scilicet appareat desuper, ac supernē oriatur. Inquiram⁹ ergo quæ sursum sunt, & radios illos celeriter ad nos attrahamus: null⁹ qui ad inferiora defigat obtutus, ac seipsum in humū suffodiāt, Solis lucē aspiceret poterit. Nemo qui seipsum seculi negociis inquinat, intendere acie valebit in liquidissimum iustitię Solem, nulli ex his lucis suæ largitur gratiā, qui in hisce versatur: respisce parumper, & ex huiusmodi profundo, atq; ex seculi turbine & tēpestate te recipe, si Solē intueri cupis, si superni aduentus gratiā appetis: si hoc interī suauissimo fruaris aduentu, magna postmodū fiducia illum aspicias. Nunc itaq; philosophare, atq; contēde, ne sit apud te arrogantia spiritus, ne te vehemēter colaphis cædat atq; deiciat. Non sit tibi lapideū cor atq; tenebrosū, ne illic allidas plenā mercibus nauē, non aliquis in te lateat dol⁹: quippe & scopuli & cæca saxa, naufragia grauiissima operātur. Caue nutrire feras beluas, vitia scilicet, ac perturbationes, quæ feris omnib⁹ immaniores sunt. Noli fluxis rebus cōfidere, vt possis firmiter subsistere: null⁹ in aqua stet, sed in saxo oēs securē ac firmiter stēt. Aqua em̄ secularia negotia indicat fluxa, mortalia. Venerūt enim, inquit, aquæ vsq; ad animā meā, quasi torrens præterfluens. Petra spiritualia sunt: in petra em̄, inquit, exaltasti pedes meos. Cœnū ac lutū sunt secularia omnia: euellamur ab istis, ita em̄ frui poterimus aduētū Christi: feramus quodcūque superuenerit fortiter, atq; cōstanter: summa in omnibus cōsolatio est hoc ipsum, quod ppter Christū patimur: huiusmodi carmen [diuinū] voluamus iugiter, omnīsq; vulneris cessabit dolor. Et quomodo iquies propter Christū? Iniuria te quispiā laceffuit nō propter Christū, si fortiter, si gratē perferas, si p illo ores, hæc omnia ppter Christū facis: si maledicas, si feras grauitē, si iniuriā coneris vlcisci, non modō propter Christū ista non pateris, verū & detrimētum pateris, fructūq; te per impatientiā priuas. In nobis enim est ex aduersis lucrari, iacturāq; perferre: non hoc facit tristitium euētuum natura, sed nostra volūtas. Exēpli causa: Quā multa perulit Iob, gratē sustinuit omnia, iustificatus est, non quia passus est, sed quia cōstanter tulit. Alius eadem passus, imō non eadem, nemo enim talia passus est, sed multō minora: blasphemauit, indignē tulit, maledixit, in mundum omnem atque

1. Cor. 14. c.

1. Tim. 3. d.

1. Tim. 3. d.

1. Tim. 3. d.

atque

atq; aduersus deū commotus est: iste iudicatus atq; dānatus est, nō quia passus est, sed quia blasphemias protulit: blasphemauit autem non vlla vi necessitatis impulsus. Nam si id aduersorū casuum necessitas faceret, Iob quoq; necessariō blasphemasset. Quōd si ille diriora passus, nihil tale patrauit, non necessitate vlla, sed volūtatis infirmitate ista cōtigere. Forti igitur, ac robusto animo opus est, & nihil graue nobis, durūmq; videbitur: sicut è contra, si ille infirmus sit, nihil erit quod nō grauissimū videatur. Ex nostro itaque proposito ac voluntate, & tolerabilia, & intolerabilia videntur. Hanc itaque muniamus, & cūcta feremus cōstanter ac fortiter. Nam & arbor cū in altum radices miserit, ne vehemēs quidem illam procella agitare poterit: si verō superficie tenus fibras porrexerit, neque ad profunda descēderit, paruus licet venti flatus irruat, eā à radicibus euulserit: ita & in nobis, si affixerim⁹ diuino timore carnes nostras, nihil mouere nos poterit: si autē verbo tantū diuinæ religionis sacramenta percepimus, exigua impulsio totum perimit ac perdit. Quocirca monco magna cum alacritate cūcta feramus, prophetāmq; imitemur, dicentem: Adhæsit anima mea post te. Non tantūm appropinquauit, sed etiam adhæsit, ac sitiuit te, non desiderauit solum. Et cōfige, inquit, timore tuo carnes meas. Si ita deo appropinquauerimus, si illi affigamus nos, si ipsius sitiamus desiderio, omnia fiēt nobis quæcūque volumus, futurisque fruemur bonis: in Christo Iesu domino nostro, cum quo est patri, & spiritui sancto gloria, imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

1. Cor. 14. c.

1. Tim. 3. d.

Homilia X.

**F**estina venire ad me celeriter. Demas enim me reliquit diligens seculum, & abiit Thessalonicam, Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam, Lucas est mecum solus, Marcum assumens adduc tecum: est enim mihi utilis in ministerio. Tychicum autem misi Ephesum. Penulam quā reliqui Troade apud Carpum, veniens affer, & libros, maxime membranas. Quæri merito potest, quomodo Timotheum ad se vocet, cui ecclesiæ gentisq; totius crediderat gubernacula? Nihil hīc arrogantię est: ipse em̄ ad illum ire paratus erat. audi denique quid ipse dicat: Si autem tardauero, vt scias, quomodo oporteat te in domo dei conuersari. Cuius autem rei gratia id fecit? Necessitate constringebatur ingenti, pergendi huc atque illuc facultas illi nō erat, habitabat carcerem, à Nerone scilicet inclusus: idcirco illum vocat ad se, cupiens antequā excederet vita, plurima fortassis illi commendare, idcirco ait: Festina ante hunc mem venire ad me. Demas me deseruit diligens hoc seculū. Non dicit, vt te videam prius quā de hac vita migro, quōd certē maximo illi mœrori erat: sed quia solus sum, inquit, neminē habeo adiutorem in euangelio. Demas me deseruit diligens hoc seculum, & iuit Thessalonicam. Hoc est, quietē & requiem amās, & esse in tuto absq; periculo: maluit domi deliciis frui, quā mecum ærūnas pati, præsentiaq; perferre pericula: huic soli detrahit, nō derogādi illi, sed cōfirmādi nos studio, ne inter pericula, laborēsq; mollescam⁹: hoc est enim quod ait, Diligens hoc seculum. Simul autem & discipulum attrahere volens. Crescens, inquit, abiit in Galatiam, Titus in Dalmatiam. His iam nihil derogat, nāque & Titus erat virtute mirabilis, adeō vt insulam pergradem ei crediderit, totā Cretam scilicet. Lucas est solus mecum, Is quippe distrahi ab illo, auellique nō

poterat, qui & euangelium scripsit, & apostolorum Actus, summæ vir industriæ, discēdi studiosus, patientissimūsq; laboris. De quo alio in loco ait: Cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. *Marcum assumens adduc tecum.* Cur id? *Est enim mihi utilis in ministerio.* Nō in suam dicit requiem, sed in euāgelij ministeriū: nāque & inter vincula prædicare nunquā euangelium destitit. Itaque & Timotheum, nō sui causa, sed euāgelij vocat, vt nullam in ipsius morte fideles perturbationem paterētur, cū adessent plerique ex discipulis eius, turbāsq; prohiberent, eosque consolarentur, qui illius necem æquanimitē ferre nō poterant: quippe eos qui Romæ crediderant, singulares esse, memorabilēsq; crediderim. *Penulam quā reliqui Troade apud Carpum, veniens affer, & libros, maximeq; membranas.* Palliū hīc penulā dicit: alij oculos putant, in quibus libri cōdebātur: Quid autē illi libris opus erat, cū esset migraturus ad dominum? At tunc eis maxime egebat, vt eos fidelibus cōmendaret habēdos, atque seruādos ab his doctrinæ illius vice. Nāque fideles quidē omnes maximū in illius morte vuln⁹ accepisse fas est, sed eos in primis qui [illi morienti] aderant, tūcque ipso fruebātur. Penulā querit, ne hanc ab aliis accipere sit opus. Vides enim eum magno id studio curantē, cū alibi dicit, Ephesius loquēs: Scitis quia necessitatibus meis, & his qui mecū erāt, subministrauerunt manus istæ. & rursus: Beatum est dare magis, quā accipere. *Alexander ararius multa mihi mala ostendit, reddet illi dominus secundū opera ipsius.* Hīc rursus tentationū meminit, non vt illū culpet solum, aut accuset, verū vt discipulū ad certamina vngat ferenda cōstanter: quālibet humilis cōditionis sint, qui tentationes admouēt, quālibet viles atq; inhonori. *Multa mihi mala ostendit.* Affixit me, inquit, variis modis. Qui enim à magno aliquo premitur, non nihil solatiū videtur admittere, q̄ persona sit eminēs, à qua id patitur. Qui autem à vili atque abiecto, maiore afficitur mœstitia, sed hæc illi impunē minimē, inquit, succedent. Sicut enim scribēs paulō superius dixit: Quales persecutiones sustinui, & ex omnib⁹ me eruit dominus: ita & hīc dupliciter discipulum consolatur, & quia malē & iniuste patitur, & quia ille recipiet vicē. Non quōd sancti pœnis delinquentiū gaudeant, sed quōd prædicationi opus sit, vt infirmiores quiq; etiā ex hac parte solatium capiant. *Quem & tu, inquit, deuota: Valde enim vestitit sermonibus nostris.* Hoc est, aduersatur, & bella excitat. Neq; verō ait, puni, crucia, affligē, exagita, cū certē posset licitō per gratiam faceere: sed his omnibus omisiss, cedere eum humiliter iubet, deōq; permittere cruciatum: & ad infirmorū cōsolationē istud valet, quod prophetia est, dum dicit: Reddet ei deus secundū opera sua. Porrō q̄ confortandi discipuli gratia hæc dicat, etiā ex cōsequētib⁹ liquet. Iam verō aspice, vt alias quoq; suas tentationes enumeret. *In priore, inquit, defensione mea omnes me reliquerūt, non eis imputetur.* Vides quomodo familiaribus parcat, durē licet in ipsum peccauerint: neq; em̄ idem est ab his qui extra sunt, & à domesticis despicī. Intuere incredibile mœstitiæ vim: dicere nō potest, licet ab extraneis oppugner, habeo tamen solatium & obsequiū, atque auxilium meorum, & illi em̄ me prodiderant. *Omnes me reliquerunt, inquit.* Non igitur paruum istud crimē est: nam si is qui in bello periclitatē deserit, & seipsum hostili subducit manu, à suis digna increpatione, & multa plectitur, quasi

1. Cor. 8. e.

1. Tim. 3. e.

supr. 3. e.

omnia

omnia corruerit atq; perdiderit: multò magis in prædicatione id fit. Quà vero dicit primã defensionem? Neroni iã adfiterat, & illasus effugerat: vbi verò pincernã eius instituit, ac fidei sacramentis instruxit, tunc iam ipsum capite truncauit. Rursus autẽ discipulum ex consequẽtib; cõsolatur, dicens: *Sed dominus mihi adstitit, & cõfortauit me.* Quippe eum qui ab hominibus relinquitur, durum aliquid pati non finit deus. *Et cõfortauit me,* inquit, Hoc est, fiduciam dedit, neq; concidere omnino permisit, vt per me impleatur prædicatione. Et inspicie illius altissimã humilitatẽ: non tanquam dignum ipsius munere cõfortauit me, inquit, *Sed vt prædicatione impleatur,* quã mihi credita est: ac si quis purpuram, & diadema regis insigne ferens, per ipsum seruetur. *Et audiant,* inquit, *omnes gentes.* Vt omnibus manifesta sit gentibus, prædicationis eximia lux, prouidentiaq; ipsius in me dispositio. *Et eripuit me de ore leonis, & liberauit me dominus ab omni opere malo.* Ecce quasi fuit ipse proximus morti, & in ipsas penẽ leonis decidit fauces. Leonẽ Neronem ait, profecit & imperij robore, summãq; potentia. *Et eruit me,* ait, *dominus, & eruet.* Si eruet rursus: quomodo ait, Ego enim iam delibor? Sed attẽde quid dixerit: *Eripuit me,* inquit, *de ore leonis.* Et rursus eripiet, nõ iam ex ore, sed quid? *Ex omni opere malo.* Tunc enim me periculis eruit. Quando verò satis euãgelio factũ est, eripiet me iterũ de omni peccato: hoc est, nõ permittet vlla cũ reprehẽsione proficisci. Nam posse vsque ad sanguinem stare aduersum peccatum, nec cedere, ab alio leone, videlicet diabolo, erui est: maior itaq; ista salus quã prior est, quando videtur exponi, atque ad mortem dari. *Et saluabit in regnum suum cõeleste, cui gloria in secula seculorum, Amen.* Hęc est igitur salus, quãdo ibi fulgebimus. Eripiet me, inquit, ab omni peccato, ibiq; custodiet: hoc est enim saluũ fieri in regnum, si hęc illi gratia moriamur. Qui enim, inquit, odit animam suam in hoc mũdo, in vitam æternã custodiet eam. ecce hoc ad gloriam pertinet filij. *Saluta Priscillam & Aquilam, & Onesiphori domum.* Ipse enim Romę tunc erat, sicut alibi dicit: Det ei dominus inuenire gratiã à domino in die illa, hac autẽ salutatione prõptiores eius domesticos facit ad patrisfamilias virtutes imitãdas. *Saluta,* inquit, *Priscillam & Aquilam.* Hi sunt quorũ assiduẽ meminit, apud quos hospitat est vnã cum Apollo. Præmittit autem vxorem, vt mihi quidẽ videtur, q̄ feruentior fuerit atq; fidelior, & ipsa quippe tunc Apollo ipsum assumpserat, siue hoc indifferenter facit: nõ modica autem his erat cõsolatio ex ista salutatione, verũ honoris atq; charitatis iudicia, magnãq; gratiã cõmunionẽ præferebat: sufficit enim vel sola rãti viri saluatio, magna gratia implere eum qui ita salutatur. *Erastus mansit Corinthi, Trophimum autẽ reliqui Mileti infirmum.* Videamus in aetibus apostolorũ, quã cum illo ex Iudæa nauigauerint, aliquid fortassis operantes. *Trophimum autem,* inquit, *reliqui Mileti infirmum.* Cur, obsecro, non illum sanasti? Cur reliquisti? Nõne omnia apostoli poterant? Nõne per gratiã omnia dispẽsabant? Ne quis existimaret supra id quod videretur: hoc in veterib; iustis cõtigisse videmus, sicut in Mose, erat gracili voce. Cur non in vocis transit firmitatem? Sæpe dolore, mœstitiãq; contabuit, quòd in terrã promissionis minimẽ ingressus esset. Plurima enim permittebat deus huiusmodi fieri, vt infirmitatẽ naturã mortalis ostenderet: nam si his quoque contingentibus, dice-

bant Iudæi: Vbi est Moses, qui eduxit nos de terra Aegypti? quid nõ putassent, si illos in terrã quoque promissionis induceret? Nisi permisisset illũ Pharaonis metu cõstringi, nõne ipsum deũ existimassent? Ita de Paulo & Barnaba eos qui in Lystris morabantur, sensisse videmus, deosq; putasse illos, quãdo illi scissis vestibus exilientes, in turbis clamabant, dicentes: Viri quid ista facitis? Nos homines similes vobis passibiles sumus. Et Petrus item quando claudum à nativitate curauit, stupẽtib; omnib; in eo quod factũ fuerat, respõdit dicens: Viri Israëlitã, quid admiramini in hoc, aut quid nobis intẽditis, quasi propria virtute, aut potestate eũ ambulare fecerimus? Audi itẽ dicentem beatissimum Paulum: Et datus est mihi stimulus carnis, vt non extollar. Nõ ita est, nõ enim idcirco datus est stimulus: hic em̄ humilia sentiens dixit, sed multas ob causas. Denique vide vt non hoc illi dixerit deus, Ne extollaris: sed quid? Virtus enim inquit, in infirmitate perficit. Duo igitur vnã fiebãt, & aperta em̄ quẽ fiebãt, ostẽdebãtur, & totũ deo adscribatur: idcirco & alibi dixit, Habemus thesaurũ istum in vasis fictilibus: hoc est, in corporib; infirmis, & passionibus subditis. Cur hoc? Vt excellẽs magnitudo virtutis sit dei, & non ex nobis. nẽpe nisi essent subiecta passionibus corpora, illis omnia adscriberẽtur. Et alio itẽ in loco videmus in aliena infirmitate mœrentem, Nam de Epaphrodito ait: Etenim infirmatus est vsque ad mortẽ, sed deus misertus est eius, & alia pleraque ignorasse vt iliter pro sua, discipulorũq; salute cõspicimus. *Trophimum,* inquit, *reliqui Mileti infirmantem.* Miletus Epheso vicina est: aut igitur in Iudæã nauigãs reliquit illũ, aut cum fuisset Romę rursus in Hispaniã profectus est. An autem inde iterũ ad has partes venerit, ignoramus. Vides vt vndique desolatus sit. *Demas enim,* inquit, *me deseruit, Crescens abiit in Galatiam, Titus in Dalmatiam.* *Erastus mansit Corinthi: Trophimum autẽ,* inquit, *reliqui Mileti infirmatẽ.* *Festina,* inquit, *ante hyemẽ venire. Salutat te Eubulus, & Pudens, & Linus, & Claudia.* Hunc Linum aiunt quidã, secundum post Petrũ Romanę ecclesiã episcopum fuisse. *Et Linus,* inquit, *& Claudia.* Ad eò mulieres quoque feruebant circa fidẽ, ardentẽsq; erant: vt fuit Priscilla, vt hæc Claudia, iam crucifixã mũdo, iamq; ad omnia subeũda etiã paratã. Quid autẽ hoc sibi vult, q̄ cum tam multi fideles essent, horũ tantũ meminit? quia iã mũdana omnia excesserãt animo, maiorĩsq; virtutis luce fulgebãt. Neq; enim à fidei virtute infirmior sexus excluditur: imò id quoque diuini muneris est, quòd hic etiam sexus seculi curis minimẽ à virtutis proposito impediatur: neque enim minimã in rebus humanis administrationis partẽ mulier suscipit, domi sedulẽ residens, cum absq; illa nullã respUBLICÆ constare possint: nam si res familiaris turbis, tum multib; misceatur, quisq; ciuium domi se continebit, atq; ita respUBLICA pessimẽ habebit: itaque nihil minus habet honoris, ac rationis, neque in seculi curis, neque in spiritualibus rebus. Ne ab ipsa quidẽ martyrij gloria hic sexus prohibetur. Plurimã nanq; profidei cõfessione gloriosissimẽ coronatę sunt. Pudicitiam quoq; seruare magis etiam quã viri possunt: quippe quas non æquẽ, vt viros libidinis flãma sollicitat: modestiã item, ac sobrietatẽ perferre, ac sanctificationem, sine qua nemo videbit deum: pecunias autem si velint, æquẽ cõtemnere, & reliqua omnia. *Festina,* inquit, *ante hyemem venire.* Vtget illum valde, neque

1423  
Hic sup. b  
10m. 12. d  
sup. 1. d  
Afr. 18. a  
2. Co. 12. b  
Exo. 4. c

Num. 10.  
Afr. 14.  
Afr. 3. b  
2. Co. 12. b  
Ibid. e  
2. Co. 4. b  
Phil. 2. d

neq; tamen rem tristitiã subiicit, vt dicat, antequam moriar: sed, ante hyemem, ne te illa impediatur. *Salutat te,* inquit, *Eubulus & Pudens, & Linus, & Claudia, & fratres omnes.* Nominatim illos memorat, quos nouerat magis in fide feruere. *Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo.* Nihil hac oratione præstãtius. Noli mœrere, inquit, quia discedo, dñs tecũ est: neq; simpliciter tecũ, sed cũ spiritu tuo. Duplex auxiliũ gratiã cõmendatur, cui spiritus opitulatur, ac deus: præterea nobiscum deus esse non potest, nisi adsit gratia spiritualis. Nã si ab illa deseramur, quomodo nobiscũ erit? *Gratia vobiscum,* ] *Ame.* Iam sibi met quoq; imprecatur: hoc est, vt semper grati illi simus, vt gratiã cum dono habeamus: hæc enim si adsit, tristitia cũctã dissiliẽt. Sicut em̄ is qui regi adstat, gratiãq; apud illum habet, nihil triste sentire potest: ita & si nos amici deserãt, etsi in aduersa quẽq; incidamus, nihil sentiemus ingratum, gratia illa sua præsentẽ & nos muniente. Enimvero gratiã hanc promereri quomodo possumus? Si quæ sunt deo grata, faciamus, eiq; in omnibus obtemperemus. An verò nõ in maiore domo cernimus, vt illi famuli gratiã adipiscantur, qui nõ ea quæ sibi, sed quæ dominis placent tota animi alacritate seclãtur, neque dura imperij necessitate, sed libera ingenuitate, atq; affectione præcipua in domo omnia ritẽ disponunt? Cũ semper alacres aduolant, cũ semper adfunt illorũ obtutibus, cũ versantur domi, cũ nihil proprium quærunt, cũ minorum commoda propria deputant. Qui enim sua omnia domini sui esse constituit, nõ sua illius, sed illius planẽ omnia sui iuris effecit, & æquẽ vt dominus illius omniũ potitur, atq; illius omniũ imperat: seruorum etiam plurimi hunc maximẽ timent: quòd q; ille dixerit, ab eo nõ iste dissentit, omneq; iã inimici in metu cõsistũt: q̄ si in rebus mundanis, is qui contemptis commodis propriis, domini commoda quærunt, nõ sua despiciunt, sed maiora cõsequuntur: multò magis in spiritualibus rebus. Contemne tua, si quæ dei sunt assequi cupis: vult ipse hoc, Despice terras, vt cõeleste diripias regnũ: in cõelis sit cõuerfatio tua, non hęc: inde nõ hinc poteris esse terribilis, inde si terribilis fueris, non hominibus modò, verũ & dæmonibus, ipsiq; diabolo inuentendus eris: q̄ si ex terrenis opibus metui velis, & illis eris despectui, & hominibus itẽ sæpe contemptui. Quæcunq; in terris acquisieris, seruilia sunt: sin illa despicias, in regia eris illustris. Huiusmodi apostoli fuẽre, qui spreta seruili domo, calcatisq; diuitiis, domini sui imperio potiti sunt. Ille, aiebãt, morbo liber euadat, ille demonib; illũ liga, hęc solue: in terris fiebãt ista, sed è cõelis proficiscẽbãtur. ] Quæcũq; enim ligaueritis super terram, erũt ligata & in cõelo. Maiorẽq; illis dedit potestatẽ, quòd q; mētus nõ fit, ipsum audias dicentem, Qui credit in me, maiora his faciet, quẽ ego facio. Cur id quẽs? Quia sic quoque honor omnis redũdat in dominũ: quia in nostris quoq; rebus quò fuerit potẽtiõ famulus, eò maiori admirationi dominus est. Si enim tãta seruus potest, quanta serui dominus poterit: Quòd si qui neglecto seruitio domini, vxoris suæ ac filij & serui curam habeat, vel itq; ditari, & vel furto, vel fraude, quẽ domini sunt, cõsciscere: citò seipsum vnã & pecunias perdet. His igitur exemplis instructi, ne quãso quæ sunt nostra, curemus, vt sic maiorem illorũ curam habeamus: despiciamus ea, vt maiori illa quiete possideamus, Si ea ipsa despiciamus, deus illa curabit: si ea

nos curare velimus, ipse illa contẽnet. In his quæ dei sunt, non in nostris, imò in nostris lassescimus, atque deficiamus: quippe illius omnia nostra sunt, nõ cõelũ dico, nõ terrã, nõ ea quæ in mũdo sunt, hæc enim indigna illo sunt, hæc nobis fidelibus atq; infidelibus cõmunia sunt. Sed quid? Gloriam illam regnũque cõeleste, hęc ipse & nostra per ipsum sunt. Quomodo? Si cõmortui sumus, inquit, & viuemus: si sustinebimus, cõregnabimus, cohæredes facti sumus, & fratres dicimur. Quid nos ipsos ad inferiora deiicimus, cum nos ipse ad superna, & ad seipsum pertrahat? Quãdiu pauperes, quãdiu inopes sumus? Cõelũ nobis proponitur, & circa terrena versatur: patet cõelorum regnũ ad diripiendũ, nos terrenam malum paupertatẽ. Immortalis aperitur vita, & nos circa ligna & lapides villasque cõsumimur. Esto diues, hoc enim & ipse volo, posside, affatim diripe, nulla hęc culpa est: hęc nõ abũdare, crimẽ est: hęc nõ diripere, culpa est. Quid ergo istud est? Regnum cõelorũ, inquit, vim patitur, & violenti diripiunt illud. Esto illic violẽtus, esto rapax, nõ minuitur quod rapitur: neq; enim scinditur virtus: nõ minuitur neq; pietas, neq; cõelorum regnum: tũc virtus augetur, dum rapis: tũc minuuntur tẽporalia, dum diripis, quod inde cõstabit: Sint in ciuitate decem milia viri, hi si quidẽ virtutem omnes, iustitiãque rapiant, vberiorẽ illam fecere: quippe in decẽ milibus sit, & decem milia viri sunt iusti: enimvero nisi rapiant, minuunt, nusquam enim apparet. Vides vt bona dum rapiũtur, abundãt magis: terrena verò dum fuerint direpta, minuuntur. Non itaque consenscamus inopia, sed diuitias ambiamus. Diuitiẽ dei sunt, si plures sint, qui cõelesti regno fruuntur. Diues, inquit, in omnes, qui inuocant eum, Augere illius opes contende: augebis autem si abundas, si inferas vim. Vi enim re vera opus est. Cur id? Quia plurima sunt impedimẽta, vxores, liberi, cura, mũdana negotia, atq; vnã dæmones, & diabolus ipse dæmonũ princeps. Vi ergo opus est & tolorãtia, qui viribus agit, in laboribus est: quippe omnia sustinet, atq; aduersus necessitatẽ stat. Quo pacto? Firmẽ impossibilia conatur: huiusmodi ergo sunt veri, scõelicẽque violenti, nos ne possibilia quidem conamur. Quomodo itaque conatus nostri potiemur effectu? Quando ea quæ cupimus, consequemur? Violẽti, inquit, rapiunt cõelum. Violẽtia & rapina opus, neque enim in prõptu atque ad manus est cõelorum regnũ. Raptor huiusmodi semper sobrius, vigilq; perdurat, & in cura, cogitationib; versatur, vt rapere oppor- tunẽ possit. Nõne aspicitis, vt qui in bello rapere aliquid cupit, noctẽ totam peruigil duret in armis? Si igitur qui secularia rapiunt, noctem in armis & vigiliis ducũt: quãto studio egem⁹ nos, qui molimur spiritualia, quæ sunt dignissima, rapere? At contrã, quibus cõelestia cõsequi propositũ est, etiam die media dormim⁹ ac stertimus, semp̄q; nudi & inermes sumus. Qui enim peccatis inuersatur, inermis & nudus est: sicuti qui iustitiam fouet, armatus. Non elemosynis munimur, nõ nobis accensas lampades præparamus, non vndique tegimur armis: nõ iter quò illuc pergatur, addiscimus: non sobrii, vigilatẽsq; persistimus, atque ideo nil rapere possumus. Si quis regnum iuuadere nititur, nõne innumeras antẽ sibi mortes proponit? nõne cum sese instruxerit armis, cum rei bellicæ perit⁹ euaserit, cũ omnia huius rei gratia cõpararit, ita demũ iuuadere pergit? Non ita nõs agimus,

† sed tan-  
quã in ca-  
lis perscic-  
bantur.  
Mat. 18. c  
Ioan. 14. b

2. Tim. 2.  
Mat. 11. b  
Rom. 10. 5

Mat. 11. b



mus, sed dormitantes rapere volumus, atque ideo vacuis manibus abimus. Nō vides raptōres quomodo fugiāt, quomodo currāt, quomodo omnia impedimēta dirūpant? Cursu opus est: nā protin<sup>o</sup> aduersum te diabolus currit: & his qui præcesserint, tenere te iubet: sed si fortis, si excitus fueris, omnia abiecisti, omnes auis instar euasisti: ac licet hinc iā proficiscaris, siue forū, forēleq; trāscendas tumultus, seculum scilicet præfens, etiam ad ea quæ superiora sunt, pertinges, quod est futurum seculum: nam veluti in solitudine nullus ibi tumult<sup>o</sup>, nemo qui perturbet, nemo qui tentet, conuiesces: cum rapueris, minimum laborabis ne tibi parta tollantur. Si ita curramus, vt nil eorū quæ nostris sunt obiecta luminibus, inspiciam<sup>o</sup>: si nil curemus aliud, quàm impediētium conatus euadere, poterimus quæ diripiimus, tutō possidere: Rapuisti pudicitia, ne sistas gradum, fuge, longē post te diabolus relinque: si viderit quod te deicere nequeat, ne persequatur quidē: ita ferē & nos facimus, qui cū raptōres nostris se subduxerunt oculis, quasi desperātes, neq; ipsi insequimur, neque alios ad eos tenēdos hortamur, sed abire permittim<sup>o</sup>: sic tu quoque initiō vehemēti vtēte cursu: cū longē à diabolo discesseris, nihil iā contrā conabitur, sed in tuto eris, bonisq; fruēris æternis: quibus nos omnes vtinā potiri contingat, in Christo Iesu domino nostro, cum quo est patri & spiritui sancto gloria, imperiū & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homiliarum decem sancti Ioannis Chrysostomi, super epistolam Pauli ad Timotheum secundam, finis.

**DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI EPISCOPI** Constantinopolitani, in epistolam beati Pauli ad Titum explanatione, Ambrosio Camaldulensi interprete. Homilia I.

Capit. I.

**P**aulus seruus dei, Apostolus autem Iesu Christi, secundum fidem electorum dei & agnitionem veritatis, quæ est secundum pietatem in spe vitæ æternæ, quam repromisit is, qui non mentitur deus, ante tempora secularia: manifestauit autem temporibus suis verbum suum in prædicatione, quæ credita est mihi per saluatorem nostrum deum: Tito charissimo filio secundum communem fidem, gratia, misericordia, & pax à deo patre & Christo Iesu saluatore nostro. Vnus ex Pauli sociis hic fuit vir probatus: neq; enim profectō illi integrā insulam permisisset, neq; ea quæ deerant præcepisset implēda: [ait em̄ vt quæ desunt, corrigas:] & tam multorū episcoporū iudiciū cōmississet, nisi multum illi confideret. Aiunt autem quidam hunc iuuenē fuisse, idcirco q̄ ad eum scribens Paulus eum filium vocet: sed hoc sanē non satis manifestū est. Fictor autem ipsius etiam in actibus Apostolorū fieri mentionē. Erat autē fortasse Corinthius, nisi alius aliquis apud eos fuerit eodem nomine: & Zenam quidē ad se aduocat, atq; Apollo mitti cupit, hunc autē non: nanque corā Cæsare plus illis fortitudinis atque virtutis fore testatur. Videtur autem mihi temporā quædā mediā intercessisse: Pau-

lūmq; dum ista scriberet, in libertate fuisse. Nihil em̄ de tentationibus loquitur, ceterum assidue deo gratias versat, quæ credentibus erat sufficiens cōsolatio ad incitamentum virtutis: nanque cū discerēt, quæ suis meritis deberentur, & ad quæ per gratiam vocati essent, quæ etiam ex gratia meruissent, non minimum ex hoc solatium capiebant. Inuehitur etiam aduersus Iudæos: quod si in gētem totam inuehitur, nihil est quod admireris: & hoc enim ipsum scribens ad Galatas facit, O insensati, inquit, Galatæ. Porro hoc non contumeliosi erat affectus, sed interrogando ista dicebat. Nam si sui gratiā istud fecisset, meritō quis illi crimen inureret: sin verō ignitus, & zelo fidei feruens, & gratiam prædicationis insinuans, ita loquitur, non iniuriose id facit. Nanque & Christus multa, & sæpenumero pharisæis, ac scribis criminatur: verum non sui ipsius gratia, sed ideo quod omnes alios perderent. Brevem scribit epistolam, meritō: quod virtutis testimonium fuit ipsius Titi: neque enim is ille erat, cui verbis plurimis opus esset, sufficibatque illum tantum breuiter admoneri. Videtur autem mihi eam præcedere, quam ad Timotheum scripsit: fillā enim cū iā finisset, proximē scripsit: hūc autem liber & absolutus esse deprehēditur. Nam quod ait, Decreui hyemare Nicopoli: certum argumentum est quod necdum fuerit in vincula coniectus, illic autem vincitum se assidue vocat. [Videamus igitur quid hūc dicit:] Paulus seruus dei, Apostolus autem Iesu Christi secundum fidem electorum dei. Vide quā ista indifferenter ponit, dum se interdum quidem dei seruum, & Christi apostolum dicit: aliās verō Christi se appellat seruum, dicens: Paulus seruus Iesu Christi, aded nullam inter patrem & filium differentiam nouit. Secundum fidem electorum dei & agnitionem veritatis, quæ secundum pietatem est. Secundum fidem electorū dei, quid est? Vtrum quod ipse credideris, an quod tibi ea fides credita fuerit? Quantum ego conicio, electos dei sibi creditos dicit: ac si dicat, non ex rectē factis, neque ex laboribus, ac sudoribus hanc cepi dignitatem: sed totum eius, qui mihi hæc crediderit beneficij est. Deinde ne irrationabilis gratia fieret, neque totum ipsius esset, cur non hanc & aliis crediderit, idcirco subiūxit, Et agnitionem veritatis, quæ est secundū pietatē: ex hac creditus sum, imō & hoc ex ipsius gratia mihi creditū est, & huius enim dignitatis ille author est. Quocirca & Christ<sup>o</sup> ipse dicebat: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Et ipse idem beatus apostolus alibi ait: Cognoscā sicuti & cognitus sum. Et rursum: Si quo modo apprehēdā, in quo apprehēsus sum à Christo Iesu, prius ipsi cognitus sum, & postremō cognouim<sup>o</sup>: prius vocati sumus, & tūc demū obediuimus. Quod autē dicit, secundum fidem, hoc totum illis acceptum refert: quod si illorum gratia esset apostolus, nō quasi hoc ipse mereatur, sed electorum causa: quod etiā alio in loco dicit, Omnia enim vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo. Et ibi, 3. agnitionē quidem veritatis, quæ est secundum pietatem. Quippe & rerum veritas est, sed non secundum pietatem: puta rei rusticæ peritiam nosse, scire artē aliquā vtriusque, hæc scire dicuntur. Verum ea secundū pietatē veritas est tantum, quæ secundum fidem credidit, quemadmodū reliqui electi, qui etiam veritatis notitiam habuerunt. Ex fide igitur agnitio in spe vitæ æternæ, dixit præsentem in gratia dei, dicit etiam futurā in spem vitæ æternæ, nobisque præmia proponit,

ponit, in his etiā beneficiis, quæ ab ipso consecuti sumus, quia enim credidimus, & laqueos erroris euasimus, coronari nos cupit. Intuere, obsecro, quod istud exordiū beneficiis dei refertū sit, totaq; profus epistola huiusmodi est. Quæ ex re sanctū illū virū excitat magis ad labores pro fide ac pietate subeundos: nec ipsum modō, verum & eos qui ab eo docerētur. Nihil em̄ fermē ita nobis vtile est, vt meminisse iugiter beneficiorū dei, siue quæ cōmuniter omnib<sup>o</sup>, siue quæ seorsum singulis tribuit. Si enim cū ex amico beneficiū aliquod sumimus, siue cū verbū aliquod gratum, placidūq; audimus, in amorem exardescimus: quantō magis cū viderimus quibus periculis impliciti fuimus, ex quibus omnibus nos eruit deus, prōptiores ad obedientiā erimus? Et agnitionem veritatis. Veritatē autē hoc in loco ad figuram refert, & illa enim agnitio erat, & pietas erat: nō tamē veritas, neq; item mendacium, sed figura atq; imago in spe vitæ æternæ, illa in spe vitæ præsentis. Qui enim ea fecerit, inquit, viuet in eis. Vide q̄ ex ipsis initiis iā indicet gratiæ legi; distantia, illi nō electi, sed nos: nam & ipsi aliquādo dicebātur electi, iam huiusmodi gratiam amiserūt. Quam repromisit is qui non mentitur deus ante tempora secularia: Hoc est, non modō ex pœnitentiæ remedio prouenit, sed olim, atque ab ipso principio ista præfixa sunt, hoc ipsum plurimis in locis posuit, puta cū dicit: Segregat<sup>o</sup> in euangeliū dei. Et rursum: Quos præsciuit & prædestinavit. Ostēditur profectō ex his nobilitas nostra, q̄ nō nuper, sed olim, atq; ab ipsis initiis dilecti sumus. [Neq; enim hoc parui ducendum, q̄ iam olim diligamur, & ab initio.] Quam repromisit, inquit, is qui nō mentitur deus. Si is non mentitur, profus erunt quæ promisit is qui non mentitur: neq; est] cur ambigere debeamus, etiam si post mortem pollicitis perfruamur. Ante tempora secularia. Etiā ex eo, quod ait ante tēpora secularia: promissū cōmendat immobile, dignissimūq; cui fides adhibeatur. Et quoniam, inquit, ante tēpora secularia non prodire Iudæi, idcirco hæc ita se habent, sed quia ista supernē, atq; à principio præfigurata erant. Itaq; audi quid ait: Manifestauit autem temporibus suis. Quæ nā igitur huius ratio dilationis est? Prouidētiæ profectō gratia, & vt omnia opportunē, ac suis tēporibus fierent. Tēpus em̄, inquit propheta, faciēdi t̄ domine. Quod em̄ ait, suis, idē profectō est, ac si diceret, cōpetentibus, debitis, cōgruis. Manifestauit, inquit, tēporibus suis verbū suū in prædicatione, quæ credita est mihi. Hæc est prædicatione. Omnia enim euangeliū continet, & præsentia & futura, honorē, pietatē, fidē, simul omnia prædicationis verbo conclusit. [In prædicatione: Hoc est, apertē cū magna loquēdi libertate, hoc utiq; est, in prædicatione.] Sicut em̄ præco præsentib<sup>o</sup> omnibus in theatro prædicat: ita & nos, inquit, publicē prædicam<sup>o</sup> ea ratione, vt nihil addam<sup>o</sup>, sed ea tantū quæ audiuim<sup>o</sup>, prædicem<sup>o</sup>. Ea quippe virtus præconis est, veraciter quæ sibi credita sunt, omnia prosequi, non aliquid addere aut immutare, aut auferre. Si igitur prædicare oportet, magna id fiducia atq; cōstātia faciēdū est: alioqui nulla erit prædicationis virt<sup>o</sup>. Idcirco & Christus nō ait, Dicite in aurib<sup>o</sup>: sed, prædicate super tecta. Nēpe & ex dicēdi modo, & ex loco prædicationē apertā, atque illustrē oportere esse cōmedat. Quæ mihi credita est, secundum imperium saluatoris nostri dei. Et ex eo quod ait, credita est, & ex eo qd̄ addidit, secundū imperiū, dignam esse prædicationem, cui fi-

des adhibeatur, ostēdit, vt nullus iā superis, qui indignē ferat, siue negligenter admittat, siue ad verbā prædicationis obtorpeat. Si igitur imperium est, nō iam ego huiusce rei sum dominus, quippe imperium impleo. Nā quæ agenda sunt, alia sunt in nostra potestate, alia nō. Et ea quidē quæ imperans dicit, nō in nostra potestate sunt: quæ verō permittit, in nostrū ius cadunt: puta si quis dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehēnæ ignis: hoc iam imperium est. Rursusque q̄ frater tuus habet aliquod aduersum te, dimitte ibi munus tuum ante altare, & vade, ac recōciliare fratri tuo, & tunc veniēs offer munus tuum: & hoc imperātis est. Et eum qui præuaricat<sup>o</sup> fuerit, necesse est supplicij subdi. Cū verō dicit: Si vis perfectus esse, vende substantias tuas, & iterum: Qui potest capere, capiat, non iam imperantis vtitur voce: quippe auditorum exequendorū constituit dominū, & quæ agenda sunt, in eius arbitrio ac voluntate cōstituit. Hæc enim & facere, & omittere in nostra potestate est: ceterū quæ imperantur, omittere nobis minimē tutum est: sed necessariō aut ea faciēda sunt, vel si nō fecerim<sup>o</sup>, nobis supplicij imminet. Hoc igitur & alio in loco Paulus insinuat, cū dicit: Necessitas enim mihi incumbit, vā autem mihi est, si non euangelizauero. Quid autē hoc sibi velit, apertius eloquat, vt euidēs omnibus fiat. Is quidem cui ecclesiæ principatus est creditus, quiq; dignitate episcopatus ornatus est, nisi populo quæ agenda sunt, dicit, nō erit innoxius: at laicus quidē nulla huiusmodi necessitate cōstringitur. Quid igitur ait Paulus? Secundū imperiū saluatoris nostri dei. [Et vide q̄ bene posteriora ad id quod dixi, quadrent. Superius enim dixerat qui non mentitur deus: hūc autē secūdū imperiū saluatoris nostri dei.] Si itaq; saluator est, ipse q; studio, ac volūtate saluandi ista præcipit, nō itaq; officiū huiusmodi ambitionis est res: fides enim est & imperiū est, idq; & dei saluatoris. Tito charissimo filio. Sunt enim etiam nō huiusmodi filij, quemadmodum is, de quo idem apostolus ait: Si quis quum frater appelleret, sit fornicator, aut auarus, aut idolis feruēs, aut maledic<sup>o</sup>, aut ebrius, cū isto neq; edere. Ecce & filius est, nec tamē huiusmodi filius, qui charissimus dici mereatur. Filius nēpe est, ideo q̄ semel susceperit gratiā, ac regeneratus sit: sed profectō charissim<sup>o</sup> nō est, qui à patris dignitate degenerat, atque ad alterū tyrannum sponte deuoluitur. Nā in naturalibus quidē filiis charissimū facit vtriusq; parentis affectus, hūc autē nō sic. Verū ex proposito vnusquisque id munus assequitur. Fieri enim potest, vt quis charissimus fuerit, nec tamen in ipsa suæ dignitatis prærogatiua permāserit: fieri itē, vt qui charissimus non est, virtutis merito huiusmodi fiat: neq; em̄ sub naturæ necessitate conclusa sunt, sed ex arbitrij libertate dependent, vnde & subinde mutantur. Fuerat Onesimus charissimus filius, verū cū iam amiserat dignitatē, ideo q̄ fact<sup>o</sup> esset inutilis: sed rursum charissimus factus est filius, aded vt ipsum sua viscera vocaret apostolus. Tito charissimo filio secundum communem fidem. Quid sibi vult, secundum cōmunem fidē? Cur, obsecro, postquam dixerat charissimo filio, atque in patris transierat ordinē, huiusmodi minuit, & contrahit dignitatē? Audi, & secundum communem fidem intulit, ac si apertē dicat: Secundum fidem nihil habeo equidem amplius, quàm tu. Communis quippe est, ac per eādem & ego sum genitus,

Galat. 3. d  
sed amo.  
rus prop.  
sioris.

illā et  
enim in  
stāte mor  
te scripsit.  
Tit. 3. d

Roma. 1. b  
Ibid. 8. f

Rom. 1. a

Nō equi  
dē, inquit,  
hac ita se  
habent  
quod in  
dei non  
nūc accep  
sere:

Psal. 118. q

domino.

Mat. 10. e

Mar. 1. e  
Ibidem.

Ibid. 19. e  
Mar. 19. b

1. Cor. 9. d

1. Cor. 5. d

Ad phi.  
le. e

nitus, & tu. Qua ergo ratione ipsum filiū vocas? Non ideo vt affectū solum patris ostēderes, an quia superior in prædicatione præcesseras, an quia per te ipse lumen fidei ac veritatis acceperat? Hinc profectō & filios, & fratres vocare non renuit, quoniā ex eadem fide sunt geniti fratres: filios autē, quia per illius ministeriū regenerati. Quod ergo ait, secundum cōmunem fidē, fraternitatis signavit affectū, *Gratia, misericordia, & pax a deo patre, & domino Iesu Christo saluatore nostro.* Quoniā dixerat, filium, pulchrē intulit, à deo patre, vt ipsius animū ad celsitudinē deitatis erigeret, dum diceret cuius esset filius. Nō igitur dicēdo cōmunē fidē, sed inferendo patris nostri, parilitatē honoris insinuat. Intuere autem quā multa & magna discipulis, & plurimis imprecatur, ea pfectō talia sunt, quæ vidētur cōuenire doctoribus: hi quippe huiusmodi præcibus indigēt, ac lōgē plus ceteris, vt quib⁹ necessitatis] plus imminet, plūsq; periculi diuinæ offensiuos incūbat. Nam quātō fuerit celsior dignitas, tātō sacerdotis maiora sūt pericula. Sufficit quippe vel vnum episcopatus rectē factū authorem suum in cœlum attollere, vnumq; peccatū in ipsum iniicere gehēnæ profundū. Caterum vt alia omnia omitram, quæ diebus singulis incidunt, si quando cōtingat, vt quēpiā, siue amicus, siue alterius cuiuslibet occasionis gratia indignū, ad episcopatus promoueat apicem, & magnum illi permittat regimen ciuitatis, quantis se ignibus facit obnoxiiū? Neq; enim animarū pereutiū solum, quas perdit à religione & timore dei alienū, verum & omniū, quæ ab illo gerūtur, ipse pœnas exoluet. Nā qui in ordine priuato parū religiosus erat, multō profectō magis id patitur cū ecclesiæ gubernacula regēda suscepit. [Votis itaq; omnibus optandū, vt qui antea pietate præditus fuerit, talis permaneat suscepto munere administrationis.] Quippe tunc & inanis gloria vehementius imminet, & pecuniarū amor & fastus: cū principatus ipse præstet licentiā offensionis & cōtumeliæ, atque maledicta, & alia prorsus innumera. Si quis igitur, vt antea dixi, parū religiosus fuerat, multō erit irreligiosior, huiusmodi adminiculis nixus. Tum igitur huiusmodi ecclesiæ, omniūq; quæ ille peccauerit, & quæ subiecta plebs offenderit, erit obnoxius. Quod si is, qui vnam animā scandalizat, expedit ei, vt mola asinaria suspendatur circa collū eius, & demergatur in profundū maris: qui tot animas scandalizat, & vrbes integras, & plebes, viros, mulieres, pueros, ciues, rusticos, incolas suæ ciuitatis, aliarūq; vrbiū, quæ illi subiectæ sunt, quid pati merebitur? Nepe verō si plura triplo, quā diximus addas, nihil dicitur es, adeo vehemens pœna atque cruciatus huiusmodi hominibus imminet. Hic itaque longē maximē dei gratia & pace opus habet: nā nisi hac subnixus regere populum studeat, omnia pereunt, ac prorsus intereunt. Quātumlibet enim fueris peritus gubernādi, nisi inter huiusmodi gubernacula gratiā habeas, & pacem quæ à deo est: & nauiculā simul atque nauigātes procella inuoluet, mergētq; profūdo. Quocirca magna me tenet admiratio eorum, qui huiusmodi onera appetunt. Infelicissime hominū atque miserrime, non aspicias cuius rei desiderio teneris? Nā si solus ac priuatus sis, & ignobilis atq; obscurus, quantūlibet multa peccaueris, vnus abs te animæ ratio exigēda erit, huiusq; tantūmodo neglecta ac perditæ pœnas exolues. At verō si ad huiusmodi regimen pmouearis,

Minimicium

Mat. 18. 6

considera quot capitū tibi pœna debetur. Audi denique dicētē Paulū: Obedite præpositis vestris, & subiaccete illis, quoniā ipsi inuigilāt pro animab⁹ vestris, quasi rationē reddituri. Honoris ac principatus dulcedo te allicit? Et quēnā, obsecro, huiusmodi honoris voluptas esse potest? Omittam em̄ interim dicere, possibile nō esse huiusmodi dici veraciter principē. Cur obsecro? Quia in potestate subiectōrū positum est obedire, vel nō. At si quis rei veritatem diligēter exploret, nō ad principatū promouē, qui huiusmodi est, verū potius ad seruiendū innumeris dominis, qui cōtraria cupiūt semper & dicūt. Nā quod laudabit ille, culpabit ali⁹: rursumq; quod iste vituperabit, alius admirabitur. Quē igitur audire magis, cuiue potius obtemperare oporteat, discernere facile nō est. Et seruus quidē emptitius, etiamsi contraria dominus imperauerit, vel indignari, & ferre grauius potest: tu verō si tā multis dominis contraria imperantib⁹, quō te veritas nō habeas, mutūsq; sis, huius quoque rei dabis pœnā, ora in te omniū aperiēs. Hocce, quæso, honor existimatur, hoc principat⁹, hoc potestatis insigne? Agē, imperat episcop⁹ sibi pecunias inferri: si noluerit, nō solum nō id seruus exequitur, verum nevideatur istud causa desidiē facere, accūsque iubentis imperiū, atq; ad maledicta conuersus, furatur, iquit, diripit, deuorat pauperū res, absorbet substantias inopū. Parce, obsecro, maledictis: quousque ista psequeris? Nō vis inferre pecunias? nullus cogit, nullus impellit. Cur etiā in admonentē atq; consulentē intorques maledicta? Necessitate quipiā detinetur, nō porrigis manū, siue id nequeas, siue alia occupatione distētus, nulla dabit venia: sed rursus crimina peiora priorib⁹. Istud, quæso, principat⁹ appellari potest? nec sanē potes vlcisfi, viscera quippe tua sunt: ac sicuti cū intumuerint viscera, dolorēq; ingesserint, [& capiti, &] reliquo corpori, vlcisfi minimē audem⁹, neq; ea gladio asūpto discindim⁹: ita & subiectōrū, si quis huiusmodi fuerit, molestiasq; nobis intulerit, atq; huiuscemodi maledictis fuerit infestus, minimē audem⁹ vlcisfi: quippe id à paterna indulgētia lōgissimē remotū est, sed ferre oportet, atque sorbere huiusmodi stultitiā hominū, donec illi planē respiciāt. Habet emptitius seruus opus quodpiā imperatū, id vbi perfecit, iam sui dominus est. At verō iste per multa discinditur, atq; ea ab eo exigitur, quæ sepe vires exuperāt, ac nisi dicēdi peritus fuerit, hinc rursus maledictis impetif. Si verō id fuerit cōsecut⁹, inanis illi gloriæ crimen inuritur, & nisi excitet mortuos, nullius ferē momēti existimabitur. Cōtinuē huiusmodi voces exaudit. Ille religiosus atque pfect⁹ est: hic verō noster nō ita est. Quod si modico ac sobrio fruatur cibo, rursus crimina resonant: Oportebat, inquit, illū cibo suffocare. Si lauante viderit quispiā, plurima in eum intorquentur cōuictio-rum spicula. Indignus protin⁹ iudicatur, qui aspiciat Solem, quandoquidē illa gerit, quæ ille. Atq; ille lauat, inquit, vt ego, comedit, bibit, vestimentis operitur, domus curam gerit atq; familiæ: cuius ergo rei gratia ille mihi prælat⁹ est? Sed & famulos habet, qui illi ministrent, & afello vehitur: cur præesse mihi debet? Vide, quæso, quāta rerū absurditas? num ille debet carere ministro, vt sibi necesse sit & icēdere ignē, & aquas afferre, & ligna perfringere, atque in forum sæpe necessariō ingredi: Et potest esse maior peruersitas, maiorque confusio? At sancti quidem illi viri apostoli,

apostoli, eum qui doctrinā insisteret, neq; ad viduarum ministeriū applicari voluerunt: verum id opus illi indignū arbitrati sunt. Tu verō ipsum etiā in famulorum ordinē atque officium redigis. Cur igitur tu qui talia imperas, non tuā impendis operam, & ipse ea implet? Nōne longē maius, ac dignius ille tibi ministeriū infert? Ille tibi spiritualia, puidet, tu illi vel corporalia exhibe. Cur ipse nō vel seruū mittis tuū, qui huic tui vice ministret? Christ⁹ discipulorū lauit pedes, tu scilicet vel obsequiū magistro exhibeas, magnum aliquid te facere putas? Verum enim neque ipse præstare obsequiū vis, & ipsum sibi illud parare veritas? Quid ergo? Nūc è cœlo vitā ille ducere debet? At nō ita vult deus. Sed inquires, Nūquid apostoli liberos homines q sibi seruiēt, habuerūt? Vis nosse quē admodū se apostoli habuerint, dū essent in vita? Peregrinationes obibant, & viri nobiles, illustrēsq; mulieres, pro illorū refrigerio & quiete, & animas suas & capita sua sæpe porrigebant. Audi deniq; quid beatissim⁹ iste cōmoneat. Huiusmodi, inquit, in honore habetote, quoniā propter op⁹ Christi vsq; ad mortē appropinquauit, nō parcēs animæ suæ, vt implet quod ex vobis decrat aduerfum me ī ministerio. Diligentem, obsecro, ista cōsidera, vide q honorabiliter habendos cēseat eos, qui doctrinā deseruiunt. Contrā tu pro patre ne verbum quidē proferre, vt nō dicam subire periculū sustines. At, inquires, lauare minime oportet. Cur obsecro? Vbinam hoc prohibitū est? neq; enim sordes honesta est. Nusquā talia cernimus siue crimini data, siue admirationi habita. Alia em̄ sunt, quæ episcopis habēda præcepit. Iubet hunc esse sine crimine, sobriū, ornatum, hospitem, docibile: hæc apostol⁹ exigit. Ista tu quoq; in ecclesiastico principe inquire, & nihil vltius. Nō es tu Paulo diligentior, imō verō ipso spiritu, qui loquebatur in Paulo. Si percussor fuerit, si ebriosus, si crudelis, atq; immitis, accusa, indigna hæc pfectō episcopo sūt. Si deliciis inseruit, & hoc licitē culpate poteris. Porro si corp⁹ curat, vt ministeriū tibi exhibere possit: si curā eius habet, vt tibi sit vtilis: huius rei gratia culpandum profectō non est. An ignoras corporeā imbecillitatē non minus, quā animæ infirmitatē nobis nocere, & ecclesiæ intercipere emolumētā? Eius sanē rei gratia eiusmodi imbecillitatē Paulus emendare cupiebat, dū Timotheo discipulo scriberet: Modico vino vttere propter stomachum tuū, & tuas frequētes infirmitates. Nā si quidē sola anima virtutis opus exequi posset, corporis cura minimē necessaria videretur. Quod si eius cura plurimū confert: nōne est extremæ demētiē illud omnino negligere? Sit autē vir aliquis episcopatu honoratus, cui ecclesiæ toti⁹ cura credita sit, atque is quidē virtute clarus, omniāque habeat, quæ habere cōgruit sacerdotem, verum prænimia ægritudine semper lectulo decūbat, quid iste professe aut proficere poterit? Quam subire peregrinationē? Quo pacto visitare ecclesias? Cui intentare terrores? Quem omnino corripere? Hæc dixi, vt discatis non passim culpate pastores, eosque potius cū beneuolentia suscipiatis. Præterea vt & si quis huiusmodi principatus desiderio tenebitur, dū accusatorum multitudinem, & criminum congerien conspicit, huiusmodi omnino extinguat appetitū. Magnū enim re vera periculū est, & quod dei maximē indigeat gratia & pace, quā vt nobis imprecemini obsecro. Nos enim eam vobis vicissim imprecamur, vt

phili. 2. d

1. Tim. 5. d

omnes simul virtute cōsummati, ita demū promissis perfruamur bonis, in Christo Iesu domino nostro, cū quo est patri & spiritui sancto gloria, imperiū, honor nunc & semper, & in secula seculorū, Amen.

Homilia II.

**V**ius rei gratia reliqui te Crete, vt quæ deerant corrigeres, & constitueres per ciuitates presbyteros, sicut ego tibi constitui. Si quis est sine crimine, vnus vxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subiectos. Oportet enim episcopū sine crimine esse, sicut dei dispensator: nō superbū, nō iracundū, nō violentū, nō percussorē, nō turpis lucri cupidū, sed hospitale, benignū, sobriū, iustū, sanctum, cōtinentem, amplectentē eum, qui secundū doctrinā est, fidelem sermonē, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui cōtradiciunt arguere. Sunt enim multi etiā inobedientes, vaniloqui, & seductores, maxime qui de circumcisione sunt, quos oportet redargui, qui vniuersas domos subuertūt, docētes quæ non oportet, turpis lucri gratia. Antiquis quidem viris vita omnis erat operosa, totaq; in labore, atq; in certamine: nobis autē non sic, sed tēpus omne per negligentia ducimus. Nouerāt profectō illi, ideo se in hunc mundū fuisse deducos, vt placita ei, q se cōdiderat, quæret, illiq; per bona opera placere studerēt: nos quasi idcirco fuerim⁹ cōditi, vt comedam⁹ & bibam⁹, ac deliciis operā demus, ita nullam spiritualium rerum rationem habemus. Nō autē de solis apostolis loquor, verum & de his, qui post illos fideles euasere: deniq; eos omnes inspicias, præsentē vitam viatorum more percurrere, idq; sibi opus peculiare fecisse, vt sēper veluti peregrini atq; hospites esēt, nō habētes in terra ciuitatē. Audi nempe quid beatus hic dicat: *Huius rei gratia reliqui te Crete.* Veluti domū vnam, orbē totum inter se distribuētes, ita vniuersa officia peragebant, vt omnium qui essent vbiq; terrarū, curā gererent: dum hic quidem hanc orbis partem, ille aliam acciperet disponendā. *Huius rei gratia, inquit, reliqui te Crete, vt quæ deerāt supercorrigeres.* Nō imperantis iure vtitur, sed interim admonet. Vt supercorrigeres, inquit. Intuere quæso, animā omni inuidia liberā, & omnibus in locis discipulorum vtilitati consulentē, nec satis curantem, siue id per se siue per aliū fiat. Nā ea quidē in quibus periculi plurimum & difficultatis erat, præsens ipse pagebat: quæ verō honoris magis quā laboris habebāt, locū discipulo permittebat, episcoporū scilicet ordinationes, & cætera talia, quæ aliqua correctiōe indigebāt, atq; vt ita dixerim, perfectione maiore. Quid istud, oro, sibi vult? Num ipse quæ egeras, correctione opus habent? An verō nō eā rem turpem esse arbitraris, & tibi verecundiā ferre? Minimē sanē, nam commune tantū intueor lucrū, id siue per me, siue per alterū fiat, nihil mea interest: ita prorsus ita pastorē affici necesse est, nec honorē proprium quærere, sed cōmunem vtilitatem profsequi debet. *Et constitueres, inquit, per ciuitates presbyteros.* Episcopos hīc intelligi vult, quemadmodū aliās sepius diximus. *Vt ego tibi constitui, si quis est sine crimine.* Per ciuitates, inquit. Neque enim profectō volebat insulam totā vni viro permitti, sed vnicuiq; propriā curam ac sollicitudinem indici: ita enim sibi laborem fore leuiorē sciebat, & subditos maiori diligētia gubernandos, siquidē doctor non multarum ecclesiarum regimine distraheretur, sed vni tantū regendū vacaret, eamque cōponere moribus atq; ornare studeret. *Si quis, inquit, est sine crimine, vnus vxoris vir, filios habens fideles, nō in accusatione luxuriæ, aut nō subditos.* Cuius rei

ius rei



ius rei gratia etiā huiusmodi homines in mediū adducit? Obstruere prorsus intēdit hāreticorū ora, qui nuptias damnāt, ostēdēs eam rem culpa carere, imō ita esse preciosam, vt cū ipsa etiā possit quispiam ad sanctū episcopatus solum subuehi. Castigat hoc ipso etiā impudicos, dum non eos permittit post secūdas nuptias ad ecclesie regimen, dignitatēque pastoris assumi. Nā qui defunctæ vxori benevolentiam nullā seruasse deprehenditur, quo pacto hic ecclesie præceptor esse optimus poterit? Imō quib⁹ criminibus nō subiicietur indies? Nō sis enim profectō omnes, quōd etsi per leges secūdæ nuptiæ permittūtur, multis tamen ea res accusationibus patet: nullā ergo occasionē præbere subiectis præsulē vult. Quocirca hīc ante omnia posuit, *Si quis est sine crimine*: Hoc est, si vita illi⁹ omnis immunis à culpa, si mores ei⁹ nemo carpere potuit. Audi deniq; dicentē dominū nostrū:

Matt. 6. c.

Si enim lumē, inquit, quod in te est, tenebrę sunt, ipse tenebrę quāte erūt? *Filius habens fideles, nō in accusatione luxuriæ, aut nō subiectos*. Inspiciamus, oro, diligētius, quā multa de educandis liberis prouider. Nā qui filiorū suorū magister esse nō potuit, quo pacto alios docere posse putāndus est? Si quos ab initio secū semper habuit & nutriuit, perueriti permittit, & quorū sibi & p leges, & iure nature potestas omnis indulta erat, eos regere, moderariq; nō potuit: quomodo alienis prodesse valebit? Nā nisi summa esset negligētia patris, nunquā profectō quorū sibi ab initio regendorum facultas omnis fuit, eos nunquā neglexisset, aut malos fieri sineret. Neq; em̄ vlla ratione fieri potest, vt qui ab ipsis initiis magna cū diligētia summōq; studio fuerit educatus, malus euadat: neq; em̄ naturalia sunt peccata, vt tantū curā, tantūq; diligentiæ superare præualeant. Quōd si secundo in loco filiorū habuerit curā, pecuniisq; congerendis potius studeat, plūsq; huic rei diligētię, quā educādis filiis imperiatur, & hīc vt indignus sacerdotio est remouēdus. Nā si in his reb⁹, in quibus vrgebat naturalis affectus, ita negligēs fuit, atq; ita stultus, vt pecuniarię rei plus studeret, quā curā filiorū: quo iure hic ad episcopale thronū promouetur, tantūq; subeat regiminis onus? At fortē nequiuit. Magnū profectō desidīa id supremāq; stultitiā crimen est. Si verō id studij non adhibuit, ingens duritię atque impietatis iudicium. Qui igitur proprios filios negligit, quomodo alienorum, vt ante iam diximus, habebit curā? Nec simpliciter ait, luxuriosos, verum eos huiusmodi carere calūnia voluit, neq; pessimę opinionis esse permisit. *Oportet enim, inquit, episcopū sine crimine esse, quasi dei dispensatorem, non elatū, non iracundū, non ebriosum, non percussorē.*

Nā is, qui exteriore ac mūdāna potestate subnixus est, quoniā lege imperat, ac necessariō illi obtēperatur: meritō sapius cōtra subiectorū voluntatē atque sententiā dominatur. Porro is, qui volētib⁹ atq; hortātibus, & gratias agētib⁹ præesse vult, si ea lege præsumit, vt cōsilio pprio tantū omnia faciat, quasi nemini rationē redditurus: tyrānicē potius quā populi iuriter huiusmodi exercet officiū. *Oportet enim, inquit, esse sine crimine, quasi dei dispensatorem, nō elatū, nō iracundū.*

Nam qua hic ratione docebit alios hoc vitio temperare, qui seipsum antē nō docuit? Quippe plurima indies huiusmodi præcipat⁹ parit crimina, molestūq; & ingrātū facit, etiam si quis modestissimus fuerit, innumerāsq; quotidie necessitates iracūdia suggerit. Nisi igitur quisq; ad hoc longē præmeditatus access-

serit, molestissimus erit, plurimāq; corrumpet ac perimet ex his quæ sui muneris sunt. *Non ebriosum, non percussorē*. Hoc in loco cōtumeliosum significare voluit. Nam corripiendo potius, quā percutiēdo, aut inferēdo cōtumelias, omnia agere oportet. Quid em̄ obsecro, iniuria opus est? gehennæ cōminatione terrere oportet, atq; huiusmodi emē dare terrorib⁹. Nā cui infertur cōtumelia, audacior, atque impudētior fit: & eū qui se ita affecerit, vt cōtēnat magis inducitur. Nihil fermē ita cōtemptū facit, sicuti cōtumelia & iniuria: neq; enim huiusmodi cōtumeliosum finit esse venerabilē, & eā quā decet à subditis reuerentiā assequi. Magna necesse est huiusmodi cum religione loquatur, omnīsq; illorū sermo diuina sapiētia cōditus, peccātes terrere debet memoria futuri illi⁹ supremiq; iudicij: vacare em̄ iniuria sermonē huiusmodi decet. Sin verō tortasse fuerint aliqui, qui prohibeāt ea, quæ sunt nostri muneris exequi, magna cū austeritate] tractāda ea res est. *Non percussorem*, inquit. Medicus quippe est animarū doctor, porro medic⁹ minimē percutit, verū & si fortē se eger percusserit, corrigit, emēdat & curat. *Nō turpis lucri appetitorē, sed hospitalem, benignū, pudicū, iustū, sanctū, cōtinentem, possidentē cū qui secundū doctrinā est, fidelē sermonē*. Vidisti quātum culmē expetit virtutis: Nō turpis, inquit, lucri cupidū, hoc est, vt magnū pecuniarū cōtemptū præferat. *Hospitalem, benignū, sobriū, iustū, sanctū*. Bona sua scilicet omnia indigentibus impertientē. *Cōtinentem*. Nō enim eum qui ieiunio studeat, hīc significare voluit, sed qui vitii omne superauerit, & liguā & manū, impudicosq; castigauerit oculos. Hæc quippe est cōtinentia, nulli vitio subiici. *Obtinentem eum qui secundū doctrinā est, fidelē sermonem*. Fidelē hīc veracē dixit, qui nobis per fidei gratiā traditur, neq; argutis cōclusiunculis indiget, neq; inanibus quæstionibus seruit. Obtinentē, id est curantē, hoc est summopere molientē. Quid ergo si secularis eloquētiā fuerit imperitus? Nihil inde penitus lēditur, idcirco ait: Eū, qui secundū doctrinā est, fidelem sermonē. *Vt potens sit exhortari, & contradicentes arguere*. [Nō itaq; illis fastuosus verbis, sed] summa illa opus est peritia scripturarū, vt absconditos sensus, intelligētiasq; rimetur. Nō vides vt Paulus orbē cōuerterit vniuersum, lōgēq; maiora perfecit quā Plato, & omnes huiusmodi ceteri? At fortē dicitur es, signorū gratia hoc illū potuisse pagere. Nō ex signis tantū hoc ille potuit: nā si apóstolorū euoluas Actus, sapius illū vi doctrinæ obtinuisse cōperies, q̄ virtute signorū, eadēq; iugiter vti. Vt possit exhortari in doctrina sana, hoc est ad suorū custodiā, & euerisionē hostiū. *Et contradicentes arguere*. Nā nisi hoc possit, omnia pereunt: nisi enim quis aduersus hostes pugnare didicerit, & captiuare omnē intelligentiam in obedientiā Christi, cogitationēsq; destruere. Qui, inquit, ignorat reā, sanāq; doctrinā, vt oportuerit tradere, longē à sede episcopali arceatur. Nam alia quidē & in subditis inuenire facile est: puta esse sine crimine, filios habere subiectos, hospitalē esse, iustū & sanctū. ceterum hoc est quod maximē doctorem exprimit, posse scilicet verbis instruere, & confutare aduersarios: cuius rei nullam fermē nunc curam haberi videmus atq; ingemiscimus. *Sunt enim plerique non subditi, loquaces, mentū deceptores, & hi maxime, qui ex circuncisione venerūt, quorum o oportet obsruere*. Vide q̄ signanter expressit, vnde huiusmodi sunt. Nōlūt, inquit, regi, sed regere, illud quippe intelligi voluit. Cū

igitur

igitur persuadere nequiuēris, huiusmodi ne paucas neq; formides, sed eos ob aliorum vtilitatem argue, eisq; silentium impone. Quod ergo lucrum hinc referes, si nō subditi sunt? Cuius rei gratia illorū os obstrui præcipis? *Quia domos, inquit, totas peruertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia*. Nam siquidē doctrine quis percipit gratiā, non autem sufficiens est illis obfistere, neque eis silētium imponere qui adeo impudentes sunt, pereūtium in se attrahit dāna, ac per singulos author perditionis erit: nam si rectē quidā admonet, dicens: Ne queras fieri iudex, nisi valeas iniustitiā tollere, lōgē profectō dignius hoc in loco quifque admonebitur. Noli quærere magister fieri, si virtutem eius rei à te alienam esse cōsideras: verum & si traharis, inde resilire cōtende. Vides vt vbiq; dominandi amor, turpisque lucri appetitus his causa sit, vt subiici nolint? Docētes, inquit, quæ non oportet turpis lucri gratia. Nihil est, quod huiusmodi vitia, perturbationēsq; que non t̄ perimat.] Ceterū quemadmodum ventī quidem feri & immanes, cum in serenum irruerint pelagus, ipsum totum à fundo perturbant, adeo vt & arena sapius vndis immisceatur: ita & hæc perturbationes, cū in animā irruerint, cūcta permiscunt, & quæ superiora erant ad infima detrahūt, excæcantq; mentis clarissimum lumen, atque in primis gloria vana cupido. Nam pecunias quidem facile quisq; contemnet, dum id instituerit. Porro honoris esse negligētē, laudēque nō affectare multorum, maximo labore indiget. Magnæ philosophiæ, & animæ cuiusdam angelicę, & quę ipsū verticem cardinis cœlestis attigerit, certū argumētum. Nullū enim profectō perniciosius vitium est, nulla magis violenta perturbatio, & quæ ita fermē omnibus in locis obtineat, alibi amplius atq; alibi minus, vbi que tamen. Quomodo igitur ipsam superare poterimus, & si nō penitus, tamen ex parte aliqua? Si in cœlū semper nostros desigamus obtutus, si deū habeamus ante oculos, si cogitationes, sensūque nostrū terrenis omnibus celiore facere studuerim⁹. Quoties te glorię desiderium t̄agit, finem considera, & eam nihil esse reperies. Inspice quantū in se habeat detrimenti, quantis qualib⁹sq; priuet bonis. Nam labores quidē subisti, & pericula, dum eam consequeris: ceterū fructibus, præmiisq; caruisti. Intuere quōd ingens sit turba malorum, eorūque gloriam despice, vnumquenq; recogita quisnam sit, & videbis ridiculā penitus re: animaduertas eam confusionē potius esse, quā gloriam. Post hoc in cœlum attolle animum, atq; ad cœlestes choros cogitatione subuehere, & cū boni aliquid agis, animaduerte q̄ & hominibus id oportet innotescere, vtilitatis ipsorū gratia, non ipse tamē id appetas, quod & hominib⁹ id oportet innotescere. Et quos, oro, inquiris inspectatores operis tui? Quoties videri cupis, attēde q̄ hæc deus omnia inspicit, & p̄tinus omnis illa cōcupiscentia extinguitur. Attollere ab humo, cœleste verā animo theatrū. Homines etsi in præsentiarū laudēt, post modicū vituperabunt, inuidebunt, carpent: & si hoc minimē fecerint, nihil tamen illi penitus proderūt, quem laudant. At non ita deus, gaudet ille profectō cum iustitias nostras actūque collaudat. Dixisti aptē, plausib⁹sq; exceptus es, quid inde obsecro lucri retulisti? Nam si quidem huiusmodi laudatores inde vtilitatē cōsecuti sunt, egerūtque pœnitētiā, & ad meliorem frugem euaserunt priorāq; mala deseruerunt, meritō gaudendum

Morale  
t̄ vniuers.

est: nō ideo q̄ ipse laudatus sis, sed quōd mutatio illa præclara, atq; admirabilis inde secuta sit. Ceterum si illi quidem perpetuō laudent, turbāque excitent, & plausibus perstreant, nullum verō inde referāt fructum: dolendum potius est, q̄ illi hoc ad iudicium sibi damnationis potius fecerint. At verō ex religionis habitu actūque gloriaris? Siquidem reuera religiosus fueris, nihilq; tibi mali cōsciūsis, gaudere conuenit, nō q̄ huiusmodi videaris, sed q̄ huiusmodi sis. Porro si multitudinis gloriā aucuparis, bonūsq; ac religiosus videri appetis, cum non sis, considera huiusmodi homines laudatores tuos die illo iudicij non fore iudices tuos, sed eum qui occulta diligentissimē nouit. Quōd si tibi cōsciūsis peccatorum, bonus religiosusq; putaris, nō solum inde gaudere non decet, verum & dolere plurimum, acriterq; ingemiscere, diem illam perpetuā meditatione versando, in qua reuelātur omnia, in qua occulta quælibet illustrātur à lumine. Honore perfrueris? Abiice illum, atq; ex animo prorsus elimina, nō ignorās ex huiusmodi te fieri debitorem. Nemo tibi honorem impēdit? At in eo quidem gaudendum est, neque enim tibi inter cetera huiusmodi quoq; honorem deus obiiciet. An non vides, vt inter cetera beneficia & hoc de⁹ enumeret per prophetā? Assumpsi, inquit, de filiis vestris in pphetas, & ex adolescentibus vestris in sanctificationem. Vel istud ergo lucraberis, q̄ maiori supplicio non eris obnoxius: nā is quidē, qui in præsentī seculo honore caret, magisq; despicitur, atq; vilis ab hominibus existimatur, iniuriis affligitur, respuitur, exagitur, abiicitur: & si nihil aliud lucretur, vel istud certē consequitur, q̄ reus nō erit honoris ab omnibus præstiti: plurimāq; lucratur, aliāq; emolumenta virtutis: cōtrahitur, premitur, humiliatur, neq; si velit magnum aliquando sapere permittitur, sed magis sibi ipsi semper intendit. Qui enim fruitur honore mortali, ingētēmq; ab hominibus cōsequitur gloriā: præter id quod maiorib⁹ debitis obnoxius sit, in arrogantia sæpe tumorem, atq; inanem gloriam tollitur, efficiturq; hominum seruus. Deinde cum huiusmodi dominatus increuerit, plurima iā agere cogitur, quæ non vult. Scientes igitur hoc illo esse præstantius, longēque nobis plura conferre, non quæramus honores: imō eos cū oblatis fuerint, repellamus, & abiiciamus à nobis, & huiusmodi concupiscentiam extinguere modis omnibus studeamus. Ista nos & ad principes, & ad subditos dicimus. Anima omnis quæ honoris tenetur appetitu, & gloriā ab hominibus quærit, nō videbit cœlorū regnū. Non mea hæc ratio est, à me ipso ista nō loquor. Hæc verba dei spiritus profert. Nō videbit gloriā dei, qui huiusmodi est, etiam si virtutis opus exerceat: receperūt enim, ait, mercedē suam. Qui igitur ista non ceperit, cōsequenter cœlorū fruatur regno. Nō prohibeo gloriā appeti, sed illa volo ambiatur gloria, quę vera est, quę ex deo est. Cuius, inquit, laus nō ex hominib⁹, sed ex deo est. In occulto, abditōq; religiosus, timorātusq; persistens, nō tibi inanē fastū, serpentināmq; simulationem circundes. Abiiciamus ouinā pellem, ipsi potius oues sim⁹. Nihil profectō humana gloria vilis, nihil abiectius. Dic enim obsecro, si videre cōtingat multitudinem paruulorū, eorum scilicet qui subiecti vberibus sint: nunquid ab his gloriā cupis? ita te necesse est glorię causa ad omnes homines affici, idcirco nepe ea res inanis gloria dicitur. Nō aspicias vt in scena sibi personas imponūt histriones, q̄ præclaras,

Tomus quartus.

Z

quā

quàm honestas, quàm ad extrémam, quàm ad exactissimam formæ diligentiam efficitas? Potestne huiusmodi aspectum mihi verum esse monstrare? Minimè sanè. Quid igitur? Non eas aliquando adamasti? Nò. Cur id? Quoniam inanes sunt imitaturq; decorem, sed nullus ibi solidus decor: ita & gloria inanis est, imitaturq; gloria, non vera gloria est. Illa quippe sola permanet, quæ naturalis est, quæ in intimis conditur: porro hæc quæ extrinsecus adhibetur, obtulit sapius facultatè, sed id apud homines, & vsque ad vesperam. Cæterum soluto theatro, sublatisq; personis, unusquisq; quod est, id quoque videtur. nò igitur veluti in scena atque ludo, veritatem arripiamus. Dic enim, quæso, quid in se præclari habet à multitudine inspicere? Inanis est hæc gloria, nihilq; in se habet solidi, atque veri. Nà ubi te receperis domum, solusq; fueris, id omne profusus effluxit. Irrumpe in forū, auersare præsentem: quid amplius? Nihil: extincta est penitentiæ eiusmodi gloria, accessit, atq; in fumum resoluta est. Rê igitur adeo instabilem amare quo pacto inducimur? quàm magnè est istud amari, quæ stultitiæ? Vnū igitur intueamur solū, ad id tota nostra dirigatur intentio, quo scilicet pacto dei mereamur ore laudari. Si hoc intèrè inspiciam, humana semper omnia nihil existimabim, vt nò dicā nò appetemus, parati semper ea si adsint despicere, non secus quàm lutū in auri cōparatione reuertes. Nò laudat te ille aut ille, nihil inde amittis: & si vituperet quispiā, nihil omnino te læsit: siue enim laus, siue vituperatio, ex deo tantū aut emolumētum habet, aut detrimentū. Ceterum humana omnia sunt profusus inania, atq; in hoc deo æquales euadimus. Ille quippe mortali non indiget gloria. Gloria, inquit, ab hominibus nò accipio. An parum id tibi videtur? Quoties difficile existimas cōtemnere gloriā, ista tecū versa. Si hanc despexero, deo equalis efficiar, protinusque subibit contēptus ex animo: neq; enim fieri potest, vt homo mācipium gloriæ, non sit omnium seruus: imò omnibus seruis abiectione: neque enim talia nostris imperamus seruis, qualia illi his qui amore gloriæ capiuntur. Turpia, fœda, confusionisque plenissima, & loqui, & facere, & perpeti iubet, idque magis cū eos sibi obedire perspexerit, iubet profusus impia: & quò illi obtēperarint magis, eò imperant cōfidentius. Fugiamus igitur, obsecro, fugiamus huiusmodi seruitutem. Quo autē pacto eā poterimus effugere? Si de presentibus, atque mortalibus vera sapiamus, si animaduertamus, præsentia omnia somnium esse & vmbra, nihilque aliud: illā cum omni facilitate superabimus, & nec parua nec magna nos capient: ceterū ea nisi in his quæ parua sunt, despicerè discamus, in ea quoque quæ maxima sunt, facillè incidemus: longè igitur illius laqueos reiiciamus. Sunt autē illi amentia, abiectionisque animus: quæ si ad mentis celsitudinem euaserimus, nulla difficultate multitudinis negligemus honores, inanemq; repudiabimus gloriam, atq; ad cœlum animum dirigemus, vt cœlestibus bonis, gaudiisque fruamur: quibus nos omnes vtinā perfrui contingat in Christo Iesu domino nostro, cū quo est patri & spiritui sancto gloria, & imperium, & honor in secula seculorum, Amen.

Homilia tertia.

**E**xit quidam ex ipsis proprius ipsorum propheta, Cretenses semper mendaces, male bestia, ventres pigri. Testimonium hoc verum est: ob quam causam argue eos dure, vt sani sint in fide, non attendente Iudaicis fabulis.

**†** Irripisti in forum, presentiu oculos in te conuertisti.

**1. Thess. 2.**

**†** illa his qui ab ipsa capti sunt. Turpia confusionisque plenissima & loqui, & facere, & perpeti iubet: ac rui maximè intendit augereque mandata, cū eos sibi obedire perspexerit.

**A** mandatis hominum auersantium se à veritate. Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum, sed inquinata sunt eorum & mens & conscientia. Confitentur se nosse deum, factis autem negant, cum sint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi. Plurima hoc in loco quaerenda sunt: Primum quidè, quis hoc dixerit. Secundò, quam ob causam Paulus huiusmodi testimoniis sit vsus. Tertio, cur testimoniū adduxit in medium quò nò rectè se habeat. Agè ergo & aliqua adiciamus, ac tum demum opportunā absolutionē inferamus. Cum aliquando Athenienses alloqueretur, inter concionandū ait, Ignoto deo, & cætera. Et rursus: Huius enim & genus sumus, sicut & quidā vestrorū poëtarum dixerūt. Quis ille & vnde fuerit, qui hoc dixerit, necessariò ad vos dicendum est. Ea est autem huius dicti occasio: Cretenses sepulchrum habent Iouis ita inscriptū: Hic iacet Iupiter. Poëta igitur ait: Etenim sepulchrū ò rex Cretesē fabricati sunt tuū, tu autem minimè obiisti, es enim semper. Si ergo hoc testimoniū verum est, intuere quantum periculi suboriatur: nam si poëta vera profecutus est, dicens mentitos esse Cretenses, qui Iouem mortuū esse dixerūt, vt ait Apostolus, periclitatur veritas ipsa. Attendite dilectissimi magna cū diligentia, poëta mentitos esse Cretenses ait, qui defunctum dixerunt Iouem. Eius testimonium Apostolus approbat, & sua autoritate confirmat. Ergo, inquit, iuxta Apostolū immortalis est Iupiter? Huius enim, inquit, testimonium verū est. Et quomodo huiusmodi soluemus nodos? Nò istud ait Apostolus, verum simpliciter testimonium accepit, ac protulit propter consuetudinē mētiendi, quibus Cretenses notauit. Cur enim non addidit: Nam tuum ò rex sepulchrū Cretenses fabricati sunt? Non igitur hoc dixit Paulus, verum id tantum approbavit testimonium, quo Cretenses semper mendaces esse dicuntur. Vnde igitur probamus deū non esse Iouē? At id quidè & aliis plurimis ex locis probare perfacile est: neque enim ex Cretensiu testimonio probandum id nobis est. Præterea non eos in hoc dixit esse mentitos, sed ex generali testimonio coniciendū reliquit, in eo quoq; fuisse mētitos: [etenim alios deos existimabāt, propterea ipse eos dixit esse mendaces.] Verū hoc omisso quod quaestione non indiget, illud potius inquiramus, quam obrè gentilium testimonia producit in medium. Sed hæc profectò ratio est, quò illos his maximè reuincimus, cum suorum in eos torquemus maledicta, quoties eos qui apud eos fuere mirabiles, accusatores illorū constituimus, idcirco & alio in loco his testimoniis vtitur dicēs: Ignoto deo. Athenienses nanque quoniam ab initio deos omnes non acceperunt, verum per tempora illorum sacra vrbē ingressa sunt, sicuti quæ ex t̄ Hebræis] allata referūt, sicuti Pan ex Arcadia, sicuti parua quælibet, ac magna mysteria: cōiicientes ex hoc fieri posse, vt esset & alius deus, qui ab ipsis nesciretur, vt etiam illi seipos deuouerent, eā aram instituerunt, quā inscriberent, Ignoto deo: [propemodū id significātes, & si quis ignotus sit deo.] Ex hac igitur inscriptione sumpta materia, dicit Apostolus: Què ergo vos ignorant colitis, hunc ego vobis annūcio. Verum testimonium aliud, videlicet: Huius enim & genus sumus, de Ioue dictū est [ab Arato.] Nam cum dixisset poëta, Iouis omnia plena: post paululum intulit: huius enim & genus sumus. Hæc sunt quæ in ea concione Paulus ex gentibus protulit. Quomodo igitur quæ de Ioue dicta

**†** Irripisti in forum, presentiu oculos in te conuertisti.

**1. Thess. 2.**

**1. Reg. 6.**

**1. Par. 10.**

**Mar. 1. c.**

**1. Cor. 2.**

**1. Cor. 3.**

**1. Cor. 13.**

**1. Cor. 13.**

dicta erant, ea ad deum omnium refert? At iustissimè id quidè, nam quæ dei sunt propria, cū Ioui peruerse omnino, nec propriè adscripta essent, deo ipse restituit, nam & dei nomē ipsius tantum est, atque idolis peruerse imponitur. Quid ergo? Nū ex prophetis sibi sumēda erant testimonia, cum gētiles alloqueretur? At nunquā illi credidissent, quippe & Iudæis nihil ex euangelio loquitur, sed prophetarū testimonia semper adducit in mediū: idcirco inquit, Factus sum Iudæis tanquā Iudæus: his qui sine lege erant, tanquam sine lege essem: & his qui sub lege, quasi sub lege sim. Fecit hoc & deus in Magis, non illos per angelū ducit, non per prophetam admonet, non Apostoli, non euangelistæ ministerio vtitur, sed stellæ illis signum quò ducerentur, ostendit. Quippe in huiusmodi doctrinis, atque artibus periti erant, faciliusq; vernaculo signo admoniti sunt. Rursus in arca dei cum fuisset ab alienigenis capta, maximisq; plagis gens illa diuinitus percussa esset, dum remittendi consiliū inirent: si hanc, inquit, semitam vacce perrexerint, vera est dei indignatio, quemadmodum suggererant vates. Num verò vates vera profecuntur? Absit. Sed deus eos suo ore corripuit, atq; redarguit: hoc ipsum & in Pythonissa muliere dicendum est: quia enim ei fidem adhibebat, idcirco per hanc Saūl audire fecit, quæ se deprehensura essent mala. Cuius ergo rei gratia, dæmoni silentiū Paulus imposuit, dicenti: Isti verè serui dei altissimi sunt, qui annunciant nobis viam salutis? Cur & Christus dominus prohibet dæmones loqui? Meritò id quidem: signa nanque illic præcesserant, & hic iam nò stella erat, sed ipse seipsum dei filium prædicabat: [dæmones autem nò se prosternebant. Non etenim idolum erat locutū vt prohiberentur. Et Baalam itidè permisit benedicere, nec prohibuit: adeo vbiq; & in omnibus condescendit. Et quid tibi mirū est, cum de seipso opinionones erroneas, suāq; maximè indignas maiestate is pmittat adstrui? Veluti, quæ corpus prius erat, quòd visibilis. Hac nanq; gratia dicit, quia spiritus est deus. Rursus, quia gaudet victimis, quod vtiq; ab ipso erat profusus alienum: quòd q; sermones profert diffonos & professioni suæ minimè consentientes, & alia id genus permulta. Nusquam enim ad suā respicit dignitatē: quod vtiq; totum ad fidei nostræ robur cōmuniendum apprimè vitile est. Nam si pater nullam habet suæ maiestatis rationem, sed cum puerulis suis lingua torta balbutit quæuis, & alimoniam quidè & edulia, pocula quoq; vocabulis appellat non elegantibus & doctis, sed puerili nescio qua, atq; peregrina profusum loquutione: multo magis deus. Et exprobrat clementer eò se demittens, cū per Prophetam dicit: Si mutabunt gentes deos suos. Huius condescensionis diuinæ argumenta inuenire liceat in sacris literis, tum verba tum res ipsas. Itaque ait, Increpa eos dure: vt sani sint in fide. Eòq; sic loquitur, quæ istis sint mores admodum impudentes, subdoli & profligati. Hæc autem & alia innumera superstitionū mala mordicus tenebant. Quando autem ad confingenda mendacia dolosq; nec tendos sunt promptissimi, præterea ventri atque inerti ocio supra modum addicti: opus est acri atque obiurgatorio sermone. Neque enim qui istiusmodi moribus præditus est, ad imperiū facillè reducitur. Increpa igitur ipsos. Hoc loco non alienos vtiq; sed qui peculiariter sibi crediti erant, hoc est Cretenses indicat. Dure. Profundiorē, inquit, inflige plagam. Neque enim pari eorum

démq; modo omnibus infligendum est vulnus increpationis, sed discretim, variè, & habita vnus cuiusque subditorum ratione. Nequaquam præsentem loco cōsolatoriis vtitur verbis: nam quemadmodū qui mactatum & ad opera pietatis strenuū durius increpat, ipsum vtiq; perimit ac perdit: sic qui blandius eum demulcet, qui opus habet verborū acrimonia, vtiq; illum corrumpit, nec finit ad meliorem vitæ frugem exurgere. Vt sani sint in fide. Et hoc vtiq; sanitas, nihil illegitimū, nihil item alienum inducere. Quòd si hi qui cibos obseruant, iam nò sani sunt, sed valde infirmi: [infirmos enim, inquit, in fide suscipite, non in disceptationibus cogitationum.] quid de illis dicemus, qui cū illis vnà ieiunant, simul iabbata celebrāt, ad loca illis dedicata conueniunt, cum scilicet qui in Daphne est, atque ad speluncam, quæ Marrone dicitur, & eum locū Ciliciæ, qui Saturni appellatur? Quomodo autem pacto isti sani dicendi sunt? Quocirca vehementiori illi flagello opus est, atq; alio tempore hæc materia referuanda. Cur igitur hoc in Romanis non facit? Quia nò huiusmodi illi erant moribus, sed longè nobiliori ingenio, mentisq; ingenuitate pollebāt. Non attendentes, inquit, Iudaicis fabulis. Dupliciter fabula dici possunt Iudaica omnia, siue quum simulatè fiunt, siue quum intèpestiue. Nam si fiant quando faciēda nò sunt, & facta nocent: fabula inutilis & noxia sunt. Quæ admodum igitur illis obtemperare non expedit, ita nec istis quidem. Neq; enim salubritas fidei seruaretur. Si em credis fidei, cur alia inferis, quasi fides iustificare nò sufficiat sola? Quid te ipsum spontaneæ subiicit seruituti, & legis iugo collum submittis? Nò fides gratiæ? Id profectò infidelitatis atq; diffidentia indicium est, id infirmi atq; increduli & infidelis certum argumētum. Nam fides præcipua animi virtus in eo est, vt nò ambigas: ambigit autem, qui eiusmodi est. Sunt quidem, inquit, omnia munda mundis. Vides quid sibi hoc dictum velit? Inquinatis verò, inquit, & infidelibus nihil mundum. Non igitur per naturam munda aut immūda sunt, sed ex accipientiū voluntate, atq; proposito. Et inquinata sunt, inquit, illorū & mens, & conscientia. Deū se scire fatentur, & factis negant. Abominabiles atq; inobediētes, atq; ad omne bonum opus penitus reprobi. Num igitur & suilla caro munda est? Vtiq; Cur ergo quasi immunda lege prohibetur? Non per naturā immunda est, omnia quippe munda sunt. Nà nihil immundius pisce, vbi humana attigerit corpora, sed quia permissus est, mūdus esse videtur. Rursus, gallina nihil immundius, vermes enim comedit. Nihil item ceruo, qui ab eo quæ serpentes comedit, apud Græcos nomen t̄ accepit. Sed tamē hæc omnia fas erat per legem manducare. Cuius ergo rei gratia suem, & alia quædam ex animantibus interdicit? Nò ideoq; immunda essent hoc fecit, sed deliciarum partem maximam amputare contendit. Ceterū si quidem hanc obieciſſet causam, nunquā omnia persuasisset: nunc autem immunditiæ eos terrore cōercuit. Quid item, si diligentius inquiramus, immundius vino? Quid aqua impurius, qua maximè mundabatur? Mortuum cadauer vetabantur attingere, & mortuo mundabatur. Quippe quod mactabatur in sacrificiū, profectò mortuum erat: atq; idcirco præstabat, quæ ex eo expiabatur: adeo puerilis erat ista doctrina. Inspice item vinum ipsum, nōne ex stercore constantiam habet? Quemadmodum enim ex humo attraxit vitis humorem, ita ex adiacente stercore. Profususq; si

**Rom. 1. c.**

**Leuit. 11.**

**1. Cor. 13.**

**1. Cor. 13.**

**1. Cor. 13.**



omnia discutere diligentius velimus, immunda erūt. At nihil immundū [si non accuratius curiosiusq; discutiamus,] sed omnia munda. Nihil enim deus fecit immundū, sed peccatū solum est quod inquinat omnia, & facit immunda: quippe animā tangit, & penetrat, eamq; sordibus inquinat. Hoc autem humanæ electionis est vitium. Inquinatis verò, & infidelibus nihil mundū, sed eorū immūda & mens, & conscientia. Quo pacto enim in his [quæ immunda sunt, reperitur mundū?] Qui animo infirmus est, omnia inquinat. Nam si ista discutiat, & quid sit mundū & immundū vt requirat, nihil penitus tanget. omnia enim, vt supra monstrauimus, immunda erunt. *Inquinata sunt, inquit, eorum & mens, & conscientia.* Sed nūquid inquinata sunt omnia? Absit. Non hoc ille dixit. Sed quid? [Intrant in os omnia.] Nihil enim, inquit, immundum est, sed ipsi tantum, & mens illorum, atq; conscientia: horum quippe nihil [mundū] est: sunt autē dei opera: mala tantum voluntas immunda est. Confitetur se nosse deū, factis autē negant. Abominabiles & inobediētes, atq; ad omne bonū opus reprobi. *Tu autē loquere quæ decent sanā doctrinā.* Hoc est, isti quidē immundi sunt, cæterū tu eorum causa ne raceas: etsi illi non suscipiant, inquit, tu tamē quod tui est muneris, perfice: & si illi non obtēperent, tu admone, consule. Hic amplius illos insinuat. [Nam qui detinētur his malis,] nihil consistere putant. Verū id non ex eorum quæ cernuntur natura, sed intuentiū infirmitate contingit. Quia enim illi instabiles sunt pauere attoniti, [ & oculos vertentes,] terrā quoq; vteri sub pedibus suis iugiter putant. At nō vertitur illa: sed stabilis firmāq; persistit, quippe ex illorū vitio suspicio huiusmodi gignitur, nō id facit elementi vlla mutatio: ita fermē & hīc, quoties anima fuerit immunda, omnia etiā immunda arbitratur. Itaq; non eiusmodi obseruatio, munditiæ argumentum est, verū cuncta præsumere. Nam qui per naturā mundus, omnia omnino præsumit, qui verò inquinati sunt sordibus, nihil. Hoc & aduersus Marcionē nobis dicendū est. Vidēne signa munditiæ? Ea profectō sunt omni sorde euadere celsiorē, nullāq; immunditiā tangere. Istud & in diuina dispensatione animaduerti facillimē potest. Ille quippe humanā assumpsit carnem, hoc profectō est supremæ munditiæ. Nā si veritus fuisset immunditiam carnis, nunquā eam omnino cepisset. Nā qui ea quæ videntur esse immunda nō comedit, ille immundus atq; infirmus: qui verò comedit omnia, mūdiffimus est. Non igitur eos mundos appellamus, qui huiusmodi sunt, hī quippe immundi potius dicendi sunt. Qui verò cuncta præsumit, ille mundus est. Huiusmodi quippe obseruatiā religionis in his quæ animam inquināt, ostēdere oportet. Id quippe immunditia, id sordes est: at hīc nihil tale cōspicitur. Nam & hī qui os putidū habent, quæ offerūtur, omnia pute re arbitrātur: id verò oris vitio adscribendū est. Quid ergo? Eorum quæ immunda sunt, natura omnino noscenda est. [Quid igitur est immundum?] Peccatum, nequitia, cupiditas, & huiusmodi cetera veraciter immunda sunt. Lauamini, inquit, & mūdi estote, auferte nequitas vestras de manib' vestris. Cor mundū crea in me de'. Exite de medio eorū, & separamini, inquit, & immundū nolite tāgere. Nempe obseruationes illarū veræ præcesserunt signa mūditiæ. Mortuū, inquit, nolite tangere: At peccatum eiusmodi est, mortuum prorsus, ac putridum. Leprosus, ait, immundus est. At

nulla lepra deterior q̄ peccatū est. Id quippe varium, ac multiplex cernitur. Nam q̄ hoc ista significant, ex consequentibus liquet. Si enim lepra semper & per omne corpus fuerit, mundus habebitur: sin autem in parte, censetur immūdu. Vide vt varietas illa, atque mutatio habeatur immūda. Rursus qui fluxum seminis patitur, immundus in anima est: huiusmodi existima, qui diuini verbi semina, quantum in se est, perire permittit. Item qui circuncisus nō fuerit, immundus est. Et ex hoc inspicere nō allegoria ista, sed figuras esse. Qui, inquit, non circunciderit nequitia animi sui, immūdu est. Qui operatur in sabbato, lapidari præcipitur: hoc est, qui deo non iugiter vacat, hic perit. Videamus quā multi sint immūditie modi. Quæ in mensuris est mulier immunda est, inquit. Cur obsecro? Nōne & semen, & generationē ipse constituit? Cuius rei gratia immūda est mulier? sed aliud profectō significat. Quid verò illud est? Metum animæ indidit, ac longē à fornicatione remouit. Nā si ea quæ peperit, immūda est, lōgē magis quæ fuerit fornicata. Si vxori propriæ cōgredi mundum valde non est, alienæ misceri, quantō erit immūdius? [Qui à conuicio immundus est, inquit, multo magis qui à bello.] Plurima insuper immūditie genera, qui querit, inueniet: quæ omnia altiori intelligentia indigent. Verum nō huius est temporis omnia prosequi, sufficit vt sola animæ immūditia vitanda teneatur. Corporales autem figure idcirco præcesserunt, quia corpora nobis propinquiora, magisq; familiaria sunt, atque ideo ex ipsis facilius ad altiora dirigimur. Sed nō modo corporalia ista quærenda sunt, neq; enim figuris insistendum est, neq; circa vmbas inuersandum: verum arripienda est veritas, eaq; omnino retinenda. Immunditia verò peccatum est, hoc nitamur effugere, ab eo modis omnibus abstineamus. Si, inquit, accesseris ad illā, suscipiet te. Nihil profectō avaritia fœdius, nihil immūdius. Vnde id cōstat: Ex reb' ipsis scilicet. Quid enim illa nō inquinat? Manus, [animamq; ipsam, cui insidet, omnino commaculat.] At Iudæis id nihil esse videtur. Et certē Ioseph ossa patris tulit, & Moyses, & Sāpson ex maxilla bibisse describitur, atq; ex leonis cadauere comedisse. Helias itē à coruis & vidua muliere nutriti. Quid obsecro, si omnia diligēter inquiras, nōne mēbranæ librorum vel [sanctissimæ] appellari possunt? At ex mortuis animalibus & ipse cōfectæ sunt. Nō igitur solus fornicator immundus est, verum & alij plurimi. Et adulter item immundus, verum neuter cōcubitus causa. Nam eadem ratione, qui vxori propriæ concreditur, immundus profectō diceretur: sed ob violatum ius, & propter avaritiam, quia scilicet fratrem in his quæ summē sunt necessaria, superare cōtendit. Vides vt nequitia immunda sit sola? Nā is qui duas habuisset vxores, non erat immundus. Et Dauid cū haberet [plurimas,] immūdu non erat. Vbi verò vnam violato iure quæsiuit, immūdu prorsus est habit'. Cur id? Quia nequitie dederat manus, quoniā plus habere voluerat, quā ex lege liceret. Itaq; & quisque fornicator concubitus causa immundus non est, sed modus ipse facit immundū, qui scilicet mulierculam violat: & se inuicem lædunt, qui mulierem fecere communē, naturæ peruertentes leges: vnus quippe ipsam esse oportuit cōiugem. Masculum, inquit, & fœminā creauit deus, & dixit: Erūt duo in carne vna. [nō plures, ait, sed duo.] Et hīc igitur nequitia in causa est, quod malus sit actus ille cōcubitus.

† quæ munda sunt, reperitur immundū?

† Toti rei summam in ipsos cōtorfit. † immundum. Cap. ij.

† Etenim qui furore corripuntur.

† animam, ipsamque demique dominū ubi rapinū ab lata vno duntur.

† Reg. 17. † quæsiuit. † nequitie dederat manus. † demum in. † iugiter.

† peccatum.

† 1. Tim. 2. † hoc loco permittit; cū alibi dicat: Mulieri docere nō permitto. Sed audi quod sequitur: Neq; præesse viro. Viris nepe docere permittitur & viros, & mulieres. Cæterū mulieri domi tantum exhortationis permittit verbum, nūquam tamen præsidere concedit, nec

† Tomus quartus.

cubitus. Ita ira cum excefferit modū, immundum hominē facit. Cuius rei non ira ipsa, sed modus in causa est. Nam & illud adiectū est, dicente domino: Qui irascitur sine causa. Neq; enim simpliciter dixit, irascitur: sed, sine causa, protinus addit. Atque omnibus in locis immoderatus appetitus immūdu est. Quippe ex auiditate insanabili ea res gignitur. Vigilemus itaq; obsecro, & sobrii simus, mundiq; efficiamur vera munditia, vt deū videre mereamur, ipso domino dicente: Beati mundo corde, quoniā ipsi deum videbunt: in Christo Iesu domino nostro, cui & patri vnā cum sancto spiritu, gloria, imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

*Homilia quarta.*  
**S**enes vt sobrii sint, pudici, casti, sani in fide, in charitate & patientia. Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non vino multo seruientes. Quod bonum est docentes, † vt sobriæ sint adolescentule amare viros suos. † filios, pudicas esse, castas, domus curam gerentes, benignas, subditas viros suos, ne verbum dei blasphemetur. Iuuenes similiter hortare, vt sobrii sint. In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate. Verbum sanum irreprehensibile, vt is qui ex aduerso est vereatur, nihil habens malū dicere de vobis. Seruos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes: sed in omnibus fidem bonam ostendentes, vt doctrinam saluatoris nostri dei ornent in omnibus. Habet senectus vitia quædā propria, & morbos quibus iuuentus caret. Et ipsa quippe senectus morbus est, inest illi tamē præterea legnities quædā, ac tarditas, obliuio profunda, & obtusio sensuū, atque iracundia. Quocirca de his admonens Paulus: Senes, inquit, admone vt sobrii sint. Sunt enim plurima, vt dixi, quæ in huiusmodi ætate vix fieri patiuntur. Primū q̄ obtusio vndiq; sensibus fit, difficilēq; excitetur, & cū labore moueatur: idcirco ait, *Honesti, pudici.* Hic prudētes intelligi vult, quippe Græco verbo σωφροσύνη inde prudentia dicitur q̄ animū seruet: sunt enim & inter ipsos senes, qui rabie ferantur immodica, atq; in ipsam præcipitētur amētiā, partim quidē ex vino, partim ex rabie, quippe senectus pusillanimes facit. *Sanos, inquit, in fide, & charitate, & patientia.* Rectissimē omnino subiūxit, Et patientia, id quippe maximē senibus cōgruit. *Anus similiter in habitu sancto:* Videlicet vt ex ipso habitu, atq; amictu interior ostēdatur ornatus. *Non criminatrices, non vino multo seruientes.* Idē quippe mulierū, atq; senectutis propriū vitii est. Nā q̄ ætate frigeat, magno potationis inseruiūt studio. Quocirca eas hinc maximē admonet, vt omnibus ex partibus ebrietatis vitii amputet, eas ab hoc morbo esse remotissimas cupiēs, atq; irrisionē, quæ hinc exurgit effugere. Nanq; facilius vapores ex infimis ad superiora feruntur, ac cerebrū occupant, & caput hinc læditur, [eō q̄ iam ætate cōfectæ sint ipsæ,] atque inde maximē ebrietas fit. Habet quidē vino opus hæc ætas, cum maximē infirma sit, ceterū temperato. Eadē admonitio adolescentuias tangit, verum non eadē ex causa, sed ideo quod ex vini potatione vehemēs libidinis incēditur flamma. *Quod bonum est docentes.* Et certē mulieres docere prohibuit. Quia ratione igitur docendi ministeriū eis permitto? Sed audi quod sequitur: Neq; præesse viro. Viris nepe docere permittitur & viros, & mulieres. Cæterū mulieri domi tantum exhortationis permittit verbum, nūquam tamen præsidere concedit, nec

prolixum omnino sermonē intendere. Idcirco subiūxit, neq; præesse viro. *Vt adolescentulas moneant.* Vides quanta cura conuenit, & cōgregat populū, quomodo adolescentulas subiiciat mulierib' ætate prouectis? Neq; enim de filiabus hīc loquitur, verū simpliciter pro ætate. Anus quælibet, inquit, adolescentulā moderetur, ac regat. *Amare viros.* Præcipuum illud est domesticæ pacis, ac bonorū omnium fundamentum, si vxor viro per omnia consentiens sit. Nam vbi hoc fit, nihil triste cōtingere poterit. Quo pacto em̄, cum caput corpori connexum, cōiunctūmq; sit, vllā ibi seditio, vlla dissensio possit exoriri? Necessario, profectō reliqua omnia in pace sunt. Principib' nāq; pacatis, qui iam pacē diuidere possit, atque discindere? Quemadmodū è contra, his inuicem dissentientibus, nihil salubre esse poterit, totaq; simul nutabit familia. Nihil igitur hac re mai' nihilq; magis necessariū, verū præstat id & pecuniis, & ingenuitati, atq; potētīe, & ceteris omnibus lōgē vtilissimū est. Neq; enim ait simpliciter, in pace esse: sed, amare viros. Ea quippe dilectionis est vis, vbi cūq; illi' fragrantie odor aspirat, nihil omnino triste, nihil ingrātū irrupere poterit. Ex hac em̄ & reliqua oriūtur bona. *Amare, inquit, filios.* Quæ em̄ radicē diligit, multo magis & fructus amatura est. *Pudicas esse, castas, domus curam gerentes, benignas.* Hinc (vt iā dixi) omnia proueniūt bona: etenim benignæ & curatrices domus, ex charitate & amore viri facillimē fiūt. *Subiectas propriis viros, ne verbū dei blasphemetur.* Nepe enim quæ virum cōtemnit, etiam rei domesticæ negligēs erit: ex ea autem dilectione viri etiā pudicitia nascitur. Ex ea charitate omnis cōtentio tollitur. Et si ille gētilis sit, facillimē obtēperabit, & pronus ad redandū erit. Si verò Christianus, citō ad meliorē euadet frugem: Intuere, quæso, Pauli summā conformitatem, ineffabilēmq; diligētiam: is qui omnia gerit, & cūcta molitur, vt nos penitus à secularib' negociis & tumultib' auferat, domesticæ rei magnam nunc ostendit curā, magnāq; prouidentia facit. Quippe ea ritē disposita, spiritalis quoque gratia locū habitura est, alioquin oīa simul intereūt. Vxor enim quæ domus curā habet, pudica quoq; sit necesse est, huiusmodi dispensationi & curę inseruiēs, nūquam vel circa delicias, vel circa inuestiūs improbosq; pcessus, aut aliud aliquid huiusmodi se occupabit. *Ne verbū dei, inquit, & doctrina blasphemetur.* Vides vt principaliter prædicationis ei cura sit, nō seculariū rerum. Deniq; ad Timotheum etiam scribēs ait: Vt quietam & tranquillā vitam agamus in omni pietate & honestate: hīc autē, Ne verbū dei ac doctrina blasphemetur. Nā si cōtingat, vt fidelis mulier infideli viro coniuncta sit, & virtutis non deseruiat studiis, blasphemia protinus in deū transmitti cōsuevit. Quod si fuerit ornata virtutib', prædicationis gloria incrementa cōquirat ex merito illius, & earum, quæ ab illa gesta sunt rerū. Audiāt mulieres quæq; quæ malis, aut infidelibus coniunctæ sunt viris, audiant atq; discāt moribus probis ac virtutis operib' eos ad deū cultum, religionēmq; adducere. Quod si nihil aliud lucrata fueris, neque virū ad consortium fidei, rectōrumq; dogmatum traxeris, illius tamē ora obstruxisti; neq; blasphemare permisisisti Christianæ religionis honorem. Hoc autem non minimū est, sed maximum, atq; omnino mirabile, si cōuersationis vestrae gratia religio quoq; admirationi infidelibus sit. *Adolescentiores similiter hortare, vt sobrii sint.* Vides quomodo

† quæ munda sunt, reperitur immundū?

† animam, ipsamque demique dominū ubi rapinū ab lata vno duntur.

† Reg. 17. † quæsiuit. † nequitie dederat manus. † demum in. † iugiter.

† peccatum.

† Tomus quartus.

vbiq; doctrinæ seruet decorē? Nam docendas mulieres mulierib' magna ex parte permittit, anus adulescentularū magistras esse cōstituens. Porro virilis sexus instruedi curam omnē ipsi permittit. Nihil enim ita difficile, tamq; durū etati huic esse potest, vt superare noxias, ac mortiferas voluptates. Neq; enim aut pecuniarū amor aut gloria studiū, aut cuiuslibet rei alterius cōcupiscentia, ita hanc perturbat etatē, sicuti corporū amor, vesanāq; libido. Idcirco omnib' aliis omissis, circa id quod vrgebat magis plūsq; erat necessariū, versatur admonitio, deinde nec cetera negligit: sed quid ait? *In omnibus te ipsum præbe formam bonorū operum.* Doceant quidē, inquit, anus adulescentulas. Tu ipse adulescētes hortare, vt pudici sint. Sit omnibus doctrinā, exemplarq; virtutis tuę, speculum vitę, quod omnib' proponitur ad imitandū, veluti primitiua quædā imago, omnia in se habēs, quæ bona atq; honesta sunt: quę magna cū facilitate volentibus aliquid sui decoris imitari, exēpla semper præbere parata sit. *In doctrinā, inquit, copiam, honestatē, sermonē sanum, irreprehensibilem, vt is qui ex aduerso est, reueretur, nihil habēs mali, quod de nobis dicat.* Quid ait ex aduerso? significare diabolū voluit, omnēq; illi obsequentem. Nam cum & vita claruerit, & sermo cōueniens fuerit, modestus, māfuetus, ac placidus, nihilq; aduersarios leserit, magnū inde atque ineffabile conquiritur emolumentū. Magna igitur huiusce t' mysterij] vtilitas, cum ex ore prædicatoris verbū resonat, non quæcunq; sed probatum atq; irreprehensibile, & quod nullam vlla ex parte volentibus præstet occasionem.

† integratam.

† ministrari.

† qui magnam infidelibus calandiam ansum præbet.

Eph. 6. 3. d

† atque uberiorem continentia fructum ostendere, quam hi qui apud ipsos philosophati sunt,

sterium suum. Quod si mores illorū aliquādo componere studeāt, & hoc sui gratia tantū faciūt, ne istis negocia præbeant, molestiq; sint, si fornicationi, furto, aut ebrietati deseruiant: cū itaque sic negligentur, neminēq; habeant, cui cōponendi illos, ac formā di studiū sit, meritō ad ipsa nequitia prærupta, atque præcipitia deuoluūtur. Si enim vbi pater instat, & mater, & pædagogus, ac nutricius, & magister, & equales, ipsaq; libertatis opinio, & alia plurima, perdifficile quispiā malorū cōturbemia, cōfortiaque deuitat: quid putas his omnib' destitutos, qui quotidie sceleris cōmiscētur hominibus, & quib' volūt licēter cōgrediuntur, cum sit nemo qui ipsorū amicitias sociatēsq; disquirat? Quid, inquam, arbitraris huiusmodi homines fore? Nōne ad supremos scelerū vertices euafuros? Idcirco profectō difficile est seruū fieri bonū. Præterea neq; doctrinę adminiculo perfruuntur, neq; externa, neque nostra erudiuntur sapientia. Non cum viris liberis educatur, & honestatē præstātibus, & quib' opinionis suæ, ac gloriæ magna sit cura. Ex his omnibus datur intelligi, difficile esse, atque mirabile, vt seruus aliquando bonus atque vtilis fiat. Cū igitur perspexerint genus adeo impudens, adeo illiberum, veluti frānis impositis ex religionis nostrę cultu honestius omnib' euafisse, atq; modestius, etiā si valde stolidi fuerint, atq; irrationabiles domini magna profectō cōcipient de fidei ac religionis nostrę dogmatibus. Cōstat enim resurrectionis spem, ac iudicij metum, & omnium [post mortem] reliquorum, quæ apud nos in studio sunt, pri' illos altius imbuissē animos, atq; ita nequitia ab se arcere voluisse, timorem quendā vitiosis voluptatibus opponendo, animabus suis penitus inferēdo. Non igitur simpliciter, neq; absq; certa ratione omnibus in locis de his multa præcepit, & magna cura disposuit. Quāto enim deteriores illi fuerint, tāto magis si cōuertantur ad bonam frugem, virtus prædicationis eminebit. Nam & medicum tunc in primis admiramur, cum desperatū ab omnibus, & omni auxilio destitutū, neque ab improbis concupiscentiis se cōtinere valentem, verum illis ipsis inuolutum atque inuerfantem, ad fanitatem reuocauerit, morbūq; correxerit. Et vide, quæso, t' quid ab ipso] exigit: Ea profectō quæ omnium maxime dominis quietē præstent, pariāntq; tranquillitatem. *Non contradicentes, inquit, neque fraudantes.* Id est, profectō & magnā in his rebus, quæ sibi creditę fuerint, beneuolentiam ostendere, atque aduersum dominos eximia bonitate præstare cedentes imperiis.

[Ne igitur existimetis me temerē post hęc nūc trāfire.] Iā etenim ad seruos ipsos sermo dirigitur. Noli igitur inspicere qui eiusmodi es, q' homini seruias, sed deo te seruire existima, prædicationique esse ornamento, & omnia faciliē patieris obtēperans domino, indignantēq; ferens, atque intēpestiue irascentem. Considera semper te non illi præstare gratiā, sed dei imperiis obsequi, & omnia facillimē tolerabis. Nēpe quod sepe iam dixi, & semper dicere propositū est, si spiritaliū rerū nobis cura erit, præsentis vitæ necessaria tribuentur. Eadem profectō ratione seruum qui eiusmodi fuerit, adeo beneuolū, adeo obsequentem, atq; modestum, non modo suscipiet deus, coronisq; donabit, & præmiis sempiternis: verū ipse quoq; dominus, etiā si belua fuerit, etiamsi lapideus, immanis atque atrox, laudabit & admirabitur, ac cæteris omnibus in honore præferet, & præficiet reliquis, etiamsi ipse

Morale

Gen. 37. 8. & 39. 4

† occidisset. Pro. 6. d.

† que ab ipso

ipse gentilis fuerit. Porro q' gentilibus dominis seruū huiusmodi oporteat subiici, ac præ se ferre virtutis exēpla, ex consequentibus addiscetis. Ioseph profectō ille castissimus, coquorum princeps veditus est, alteriūsq; erat fidei religionisq; q' dominus. Quid ergo ille? Cum videret adulescētem actibus virtutis illustrē, differētiā religionis minime cogitauit: sed ipse illū diligebat, amabat, mirabatur, rerūque omnium suarū potestatem illi, omnē dispositionem permiserat, nihilque nouerat domesticæ rei suæ, qd non is gubernaret, ac regeret omnia, secundūq; esset dominus: imō & ipsius domini dominus. Siquidem ille quidē ignorabat quę sua erāt, hic autē melius omnia nouerat, quæ ad ditionē domini pertinebant. At mihi quidem videtur etiam postmodū, quando illi mulierculæ credidit nequissimā illam, impudentēque calumniā aduersus pudicum adulescēte cōcinnanti, priori ex reuerentia & honore iustū honorasse, dū iram solum ad carcerē sœuire vsque permisit. Nā nisi vehementer reueritus fuisset virū, atque ex prioribus ipsius operibus admirationi habuisset, t' onerasset] illū protinus, & ferro furori fatisfecisset. Plenus enim, inquit, zelo furor viri, nulla redemptione inimicitiam soluet, neq; soluetur muneribus plurimis. Porro si cui iussibet viri talis est zelus, lōgē magis illius qui & Aegyptius erat, & ab eo quem honorauerat, iniuriis se affectū existimabat. Nostis enim profectō omnes, vt nos nō similiter mordeant illatæ nobis contumeliæ, sed multo vehemētius angunt, acriūsq; conficiunt, quas ab eis patimur, qui maiori nobis beneuolentia cōiuncti videbātur, multūq; nobis beneficiis cōiuncti erāt. Nō cogitauit ille apud semetipsum, neq; dixit: Seruum hunc accepi, omnē rei domesticæ supellectilem illi tradidi, liberū feci, ac meipso maiorem: tales verō ille mihi restituit vices? Nihil horū penitus dixit, adeo ipsius animū prior reuerētia continebat. Et quid mirum, si domi tāto honore perfrui meruit? In ipso etiā carcere intueri quanta libertate fruatur, quātāq; agatur prouidētia. Nostis quippe, vt hi, quibus carceris custodia permessa est, ad supremā atrocitatē atque immanitatē sese exercere sint soliti, atq; fructū ex aliena calamitate percipiunt: & quos dij afflictos miserātur, & nutriunt, ab eis isti lucra exigunt, plurimis lachrymis digna, feris profectō omnib' immaniores. Qui vnde carceri addictos maxime misereri debuerāt, lucra inde secantur. Porro eos qui ita crudeles sunt, nō hac tantū ex parte pēsemus, verum id etiā cogitemus, q' hi non similiter omnibus vincularis vtuntur. Nam eos qui calumniæ causa, vel leuis cuiusq; facinoris victi sunt, fortasse misericordi' tractant: eos verō qui turpissimis immanissimiq; scelerib' obnoxij, detēti illic fuerint, innumeris quotidie cædibus laniant. Itaque nō modo ex more, atque instituto crudelis futurus erit ille carcerū custos, verū & causa ob quam fuerat in vincula coniectus. Quis enim nō fuisset aduersus adulescēte magno furore concitatus, qui cū ita fuisset honoratus a domino, in suspicionē venisset adulterij, domināq; suam violare tētauisse putaretur, ac huiusmodi vices domino reddidisset? Ista cōsideras carcerarius ille, & eius qui eum iniecerat, honorē, causāq; ob quam ille iniectus erat, nōne omni fera immanius adulescente illo vsus esset? Sed profectō his omnib' superior fuit spes in deū firma atq; inuiolabilis, adeo virtus animæ feras quoque immites māfuefacere cōsuevit. Nām ea-

Tomus quartus.

dem modestia, qua dominū ceperat, atque in suū studiū, amorēque conuerterat, eadem etiam carcerarium ipsū: rursumq; princeps euaserat Ioseph, atq; in carcere æquē, vt in domo dominus erat. Quia enim ad regiā prouehendus erat dignitatem, meritō prius didicit subiici, quo tum in gradu domus, carcerisq; præfectus est. Nā si ab eo qui ad ecclesiæ regimē trahitur, hoc expetit Paulus, dicēs: Si enim quis proprię domui præesse nō nouit, quomodo ecclesię dei curā habebit? & qui fuerat ad imperiū promouēdus, eum prius optimū præsidē domus fuisse necesse erat. Præfuit domui, præfuit carceri, nō tanquam carceri, sed veluti domui. Omnium quippe calamitates ipse leuabat, & eorū qui intus clausi tenebātur, non secus curam habebat, q' si membra sua essent, necnō ipsorum calamitates curiosus perquirebat, & consolabatur. Verū & si tristē quempia vidisset, causam protinus sciscitabatur, inestū vel leuiter videre non patiens: neque antea desisteat, q' illū angustia mœroris absolueret. Tale profectō studium, vel erga filios rarus admodū est, qui deprehendatur ostēdere. Ex his denique bonorū illi omnium initiū fluxit: oportet enim prius quæ nostra sunt nos inferre pro viribus, & tunc dei prætolari opem. Nempe enim q' erga victos tā diligēs, tamque sollicitus fuerat, ex cōsequentibus patet. Vidit, inquit, eunuchos a Pharaone inclusos, pincernarum principē, atque pistorum, & ait: Cur tristes sunt hodie vultus vestri? Neq; ex hoc solū, sed ex his quę illi fecerunt, virtutē viri addiscere possumus. Nō enim vt regis ministri illū respuerūt, nō quasi in mœrore constituti repulerunt: verū tanquā fratri charissimo, & qui condolere nouisset, omnia reuelarunt. Hęc autē idcirco dixerim, vt ostenderē q' siue in seruitute, siue in captiuitate, siue in carcere, siue sub terram ipsam fuerit virtutis studiosus, nihil omnino ipsum superare ac deicere potuerit. Hęc mihi ad seruos ideo dicta sunt, vt norint q' etiā si bestias haberint dominos, sicuti Aegyptiū Ioseph: siue crudeles, sicut ipse custodē carceris, eos faciliē capere poterūt: etiamsi illi gentiles fuerint, quæadmodū & isti, facillimē eos mulcere, atq; obtinere valebūt. Nihil quippe virtute suauius, nihil probis actibus dulcius, nihil iucūdius mansuetudine, atq; modestia, & obediētia. Omnib' vtilis est, omnib' aptus, qui cuiusmodi fuerit. Nō verētur, qui tales sunt, seruitutis iniurias, nō pauperem fugiunt, non infirmū atque imbecillē. Omnia nanque superat virtus, omnia obtinet. Quod si in cōditione seruili ea res tantū virium habet, quāto magis in hominibus liberis? Ad hęc igitur omnes exerceamur, & serui & liberi, & mulieres ac viri: ita enim erimus & deo & hominib' chari, nō modo probis ac virtute præclaris, sed etiā ipsis pessimis, imō illis maximē: hi quippe sunt qui virtutē velint nolint, honorare, reuereriq; cogūt. Nā quæadmodū modestos dominos subditi maximē tremunt, ita & impudici quilibet & intēperātes, eos qui virtute sunt clari, sciētes quibus ipsi exciderūt. Quoniā igitur tātus, talisq; est virtutis fructus, hanc prosequamur omnes, hanc arripiamus, hęc studiis omnibus teneamus. Si hęc sectari voluerimus, nihil iā nobis graue videbitur. Leuia erunt omnia, cūcta facilia, & si per ignem & aquā nobis trāseundum sit: quippe virtuti cedunt omnia, atq; concedunt, & ipsa etiam mors. Eam igitur votis omnibus emulemur, vt futuris quoque bonis perfrui mereamur, in Christo Iesu domino nostro, Amen.

1. Tim. 3. 6

Gen. 40. 6

Z iij Homilia



Homilia quinta.

**A**pparuit enim gratia dei & saluatoris nostri omnibus hominibus, erudit nos, ut abnegantes impietatem, & secularia desideria, sobrii, iusti, & pie viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriae magni dei, & saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, & munderet sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Haec loquere & exhortare, & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat. Postquam a seruis magni virtutis exegerat studium: est enim reuera ingentis operis doctrinam dei, & saluatoris nostri ornare in omnibus, nullaque dominis vel in minimis rebus prebere occasionem, causam profecto intulit iustitiam, sper qua huiusmodi assequi debeant homines.] Quana vero haec est? Apparuit enim gratia dei & saluatoris. Qui deo magno promeruerat perfrui, quid mirum si tales euaserat,] quales nuper ipse descripsi, quibus innumera fuerat remissa delicta? Nostis certe ut inter caetera illud quoque non mediocriter hortetur, premit, & comprimat animam: cum ipsa innumeris peccatis obnoxia, non solum poenas non dederit, verum & venia potita fuerit, ac bonis innumeris. Na si quis feruum nactus, qui in multis offenderit, illum non flagris ceciderit, verum peccatis idultis, futura vitare monuerit, atque cauere in posterum ne in eadem decidat, magnis quoque muneribus praeterea illustrauerit, ac beneficiis fouerit: quana obsecro futura est tam perfida mens, tam ingrata anima, qua huiusmodi gratia non ad meliora sectanda prouocari sufficeret? Caeterum nolite aestimare huiusmodi gratiam solum in priorum peccatorum remissione consistere, verum nos & in futurum illa praemunit: & id quippe singularis est gratiae. Na si in malis operibus persistentibus semper poena non pleteret, non esset ea res gratiae, sed incitamentum quoddam, irritamentumque nequitiae. Apparuit enim, inquit, gratia dei & saluatoris nostri erudit nos, ut abnegantes impietatem & secularia desideria, sobrii, iusti, ac pie viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriae magni dei, & saluatoris nostri Iesu Christi. Intuere obsecro, ut virtute praemii iungat. Etenim illud est gratiae, cum a secularibus cupiditatibus liberamur, atque ad caelum digni subuehimur. Duos in hoc loco ostendit aduentus: duo enim reuera sunt, gratiae prior, sequens vero retributionis atque iustitiae. Ut abnegantes, inquit, impietatem & secularia desideria. Ecce virtutis totius argumentum. Non ait, ut abnegemus: sed, ut abnegates. Abnegatio quippe huiusmodi magnam distantiam indicat, ingens interuallum, plurimam execrationem, ut videlicet quanto studio idola auersati sumus, cum tanto secularia itidem desideria fugiamus. Et haec enim idola nuncupauit, quippe auaritiam idolorum seruitutem esse dixit: & quaeque in praesenti seculo vtilia esse videntur, secularia desideria sunt: quaeque ite in hoc seculo deficiunt, atque dilabuntur, secularia desideria sunt. Nihil igitur nobis sit commune cum seculo. Venit Christus ut abnegemus impietatem, peruerfa scilicet dogmata, & secularia desideria, hoc est scelestam atque improbam vitam. Sobrii, & pie, & iuste viuam in hoc seculo. Vides, quae semper dicere soleo, sobrietas non modo abstinentiam fornicationis indicat, verum perturbationum quoque reliquarum: igitur & qui pecunias amat, sobrius non est. Na sicut est corporum amor, ita & pecuniarum: imo longe hic impotentior, qui non tantam habet vim, qua possit impellere. Nanque & auriga ille impotens diceretur, non qui superbum, aut infranem equum non contineret, sed

sub quam tales esse debeat serui. Qui diuini illum praeceptorum sunt assecuti, quomodo non tales merito esse debeant.

**A** qui mansuetior subicere moderarique non possent. Sed unde, inquit, pecuniarum concupiscentia, amore corporum minor atque inferior est? At omnibus constat: Primum quidem, quia corporum concupiscentia necessariò nobis inserta est. Quod autem huiusmodi est, constat proculdubio quod maiore cum labore corrigitur, quippe quod natura est insitum. Secundò quod pecuniarum quidem apud veteres non magna habebatur ratio, mulierum vero magna omnino pudicitiae gratia, atque eum qui uxori legitimae congregaretur ad se necit ut usque, nemo culparet: qui vero pecuniis cogere rendis instaret, execrabilis omnibus esset. At plurimi quidem ex philosophis pecunias contempserunt, mulieres non ita: adeò amor iste, violentior quam ille est. Caeterum quoniam ad ecclesiam nobis sermo est, non extrinsecus queramus exempla, sed ex scripturis ipsis. Hoc igitur etiam ex parte preceptum beatus Paulus ferme constituit, sic dicens: Habentes cibos & tegumenta, his contenti simus. De virginibus vero quid ait? Preceptum domini non habeo. Ac rursus ad ipsum reuertimini, plurimisque in locis videte ipsum de concubitu legitimo ferre leges, eaque voluptate perfrui sinere. Secundas quoque permittit nuptias, & magnam ubique huius rei curam ostendit, atque diligentiam, ac nusquam ipsius gratia supplicia infert. Qui vero pecuniarum tenetur appetitu, illi locis omnibus datur. Et de pecuniis quidem Christus multa sepe praecipit, ut ea labes vitari cautius possent: non sic autem de abstinentia congressus, & rescissione concubitus. Audi nanque quid de pecuniis ait: Nisi quis renunciauerit omnibus quae possidet, non potest me esse discipulum. Nisi quis renunciauerit uxori, nusquam eum dixisse reperies. Nouerat enim profecto quanta esset naturae huiusmodi inserta violentia. Et beatus hic itidem honorabilis, inquit, nuptiarum, & cubile immaculatum: nec tamen ait, honorabilem esse pecuniarum concupiscentiam, sed contra penitus dicens: Qui autem diuites esse volunt, incidunt in tentationem, ac laqueum diaboli, & desideria multa, & noxia. Non dixit plus habere, sed diuites esse. Caeterum, ut discatis etiam ex communi sensu atque iudicio ista discernere, [necessarium est, vel hunc eundem sermonem in medium adducamus.] Is quidem, qui pecuniis omnino caruerit, ea concupiscentia non ferè turbatur. Nihil enim ita pecuniarum desiderium infert, ut pecuniarum ipsa possessio. Non sic autem in corporum amore contingit, verum & plurimi ex his, qui abscissi sunt, interiorè tamen cupidinis flammam non amiserunt. Nanque ea concupiscentia in aliis instrumentis posita est, ac naturae penitus insita. Cuius ergo rei gratia ista nos dicimus? quia scilicet auari & cupidi fornicatoribus scediores atque impotentiores sunt, ex eo maxime, quod [maiori] concupiscentia exagitantur, imò verò nec concupiscentia quidem illa dicenda est, sed negligentia potius quaedam. Nam mulieri quidem, etiam si quis minimè appropinquauerit, natura tamen quod suum est facit, atque operatur: illic verò nihil tale contingit. Et pie, inquit, viuamus in hoc seculo. Et quanam est spes? quod laborum praemium? Expectantes, inquit, beatam spem, & aduentum gloriae magni dei. Reuera nihil illa foelicius, nihil beatius, nihil cui maiori desiderio studendum sit. Et haec quidem sermo nullus explicare sufficeret: exuperant enim mentem, atque omnem intelligentiam nostram. Expectantes, inquit, beatam spem, & aduentum gloriae magni dei, & saluatoris nostri. Vbi sunt qui patre minore filium dicunt? Magni, inquit, dei & saluatoris. [Qui inimicos proprios

1.Tim.6.6  
1.Cor.7.6  
2.Tim.4.4  
Luce.14f  
Heb.13.4  
1.Tim.6.6

**A**d Titum Cap. III. Homilia V. proprios seruauit, quid non faciet, cum eos acceperit, qui male erant opinionis: Magni, inquit, dei.] Magnus in deo cum dicitur, non relatiue ad aliquid, sed absolute omnino dicitur magnus, post quem magnè ritè nemo dicitur: non enim ad aliquid dicitur: quod si ad aliquid diceretur, per comparisonem, non per naturam magnus esset: at nunc magnè incomparabiliter dicitur. Qui dedit, inquit, semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & munderet sibi populum acceptabilem. Immutatum scilicet, nihilque habentem commune cum caeteris. [Sectatorem bonorum operum.] Vides ut non simpliciter a nobis opera virtutis exigantur: addidit nepe, sectatorem, hoc est magna cum alacritate, atque ingenti studio & animo virtutis opera capeissent, qua in re vehementia quaedam adfit necesse est omnino laudabilis. Nam eos quidem, qui malis pressi sunt, atque desperabiliter languet, eripere, illius benignitatis est proprium: quae verò sequuntur opera, profectumque virtutis, nostra simul atque illius sunt. Haec loquere & exhortare. Vides quomodo Timotheo quidem praecipit dicens, argue, obsecra, increpa: hic autem, haec, inquit, loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio. Quia enim horum ingenium pigrius erat, idcirco & seuerè, & cum omni imperio praecipit arguendos. Sunt enim peccata quaedam, quae etiam imperiis arcere oportet: ut puta, ut pecunias contemnant, homines admonedo persuadere oportet. Modestia ite & mansuetudo, & caetera huiusmodi, sola admonitione verborum indigent. Porro adulterum, [fornicatorem,] & pecuniae cupidum, omni cum imperio concipere necesse est: [insuper & auguria obseruantem, consulentemque; diuinaculos, caeteraque; id genus tractantem:] neque simpliciter cum imperio, sed cum omni imperio. Vides quanta cum autoritate atque licentia haec illi imperada permittit? Nemo te contemnat. Sed admone eos principibus ac potestatibus subici. Neminem conuiciis laceessere, sine rixa ac pugna esse. Quid igitur? malis operibus insignes, maledictis incessere fas non est? minimè, eos corripere ac salubriter coerceri satis est. Sed ad omne opus bonum paratos esse. Neminè blasphemare. Quicumque ille fuerit, inquit, neminem omnino insectemur maledictis. Audiamus quidem nos salubriter moneat. Neminè, inquit, blasphemare. Oportet os nostrum seruare mundum a maledictis, atque conuiciis. Siue enim vera maledicta sunt, ea non nostra interest dicere, sed iudici examinanda permittere. Tu enim, inquit, quid iudicas fratrem tuum? Siue illa vera non sunt, cernis profecto ingens imminere periculum. Audi dicentem latronem ad focium criminis, qui conuicia intulerat domino maiestatis: Nam & ipsi, inquit, in eadem donatione sumus, idem omnino certamen habemus. Si aliis exprobras, eadem in te cotinuo intorquebuntur, idcirco beatus hic admonet dicens: Qui se putat stare, videat ne cadat. Non pugnantem, inquit, modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines, Gentes, Iudaeos, malos atque nequissimos. Atque illic quidem ex futuro incerto praemonuit, quod etiam in epistola ad Galatas facit. Itaque qui se putat stare, videat ne cadat. hic autem non ex futuris, verum ex praeteritis id suadere molitur. Nemini, inquit, exprobraueris, eiusmodi enim eras & tu. Fuimus enim & nos, inquit, insensati, increduli, errantes, seruientes concupiscentiis & voluptatibus variis, in malitia & inuidia, & caeteris degetes, odibiles, inimice odietes. Tales igitur ad omnes esse oportet, & mansuetudinem modestiamque seruare. Nam qui eiusmodi antea fuerat, eo errore li-

Cap. III.  
Rom.14.4  
Luce.23.6  
1.Co.10.6

**A**berat, eos qui sunt eiusmodi probriis afficere non debet, sed pro illis orare, & gratias referre deo, qui & sibi & illis dedit, ut liberi prioribus malis euaderent. Nemo gloriatur, omnes quippe peccauimus. Quoties igitur cuiquam exprobrare volueris, te ipsum prius, priorèmq; tuam inspicere vitam, incertumque futuri consideras, impetum contine. Et si enim a prima statim aetate cum virtute vixisti, habes tamen peccata plurima. Quod si fortè non habes, vel potius habere te non putas, animaduertas id opus non esse tuae virtutis, sed diuinæ potius gratiae. Nisi enim maiores tuos, proauosque vocasset, & ipse profecto infidelis atque incredulus perstitisses. Vides quomodo omnè prorsus exclusit malitiam, omnè arrogatiam ac praesumptionis aditum prorsus obstruxit? Nonne, inquit, innumera per prophetas, sanctosque omnes deus nobis ostendit beneuolentiae signa, nec tamen audiuiimus? Erasmus enim & nos errantes aliquando. Cum autem benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri dei, quomodo? Non ex operibus, inquit, iustitiae, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per laucrum regenerationis, & renouationis spiritus sancti. Vides ut ipsi malis immerfi eramus, adeò ut non purgatione, sed renouatione opus esset: id quippe regeneratio signat. Quemadmodum in domo vetere putredine carieque consumpta, nemo pulchra [supponit, neque antiquis structuris conecit: verum a fundamentis euerfam, demum illam de nouo erigere, atque renouare contedit: ita & ipse fecit in nobis. Non ille superaedificauit nos, sed prius euerit, quod pessimè steterat: hoc enim est quod ait, per renouationem spiritus sancti nouos iterum fecit: Quomodo? per spiritum sanctum, quod consequenter ostendit, cum diceret: Quem effudit in nos abunde per Christum Iesum saluatorem nostrum. Nimirum nobis opus est huiusmodi spiritu. Ut iustificati, inquit, ipsius gratia. Rursus gratia, non debito, inquit. Haeredes simus, secundum spem vitae aeternae. Ex his profecto verbis & humilitatis studiū, & futurorum spem elicere possumus. Si enim adeò desperatos, ut denuo oporteret nasci, & saluari gratia necesse erat, cum nihil boni haberem, saluare dignat est: multo magis hoc in futuro faciet. Nepe enim ante aduentum Christi nihil erat humana feritate deterius. Omnes quippe aduersus se inuicem velut inimici, atque hostes, fetalia exercebant inter se odia. Filios mactabant parietes, atque in ipsa viscera sua per summam insaniam ferebantur. Nihil tum erat stabile ac firmum: non naturalis ac conscripta lex arcendis sceleribus quicquam habebat momenti, sed peruersa erant omnia, vbique feruebant adulteria, caedes, & si quid grauius dici & excogitari potest. Furta nepe, ut ait quidam, virtutis habebatur loco, & nimium quidem id congruo, quando quidem huiusmodi deum venerabantur. Monebant quotidiana oracula illum atque illum perimi. Dicam aliquid ex illius historia temporis admonedi causa? Androgeus quidam Minois filius, cum Athenas profectus esset, atque in luctaminis contentione vicisset, exoluit poenas, atque intereptus est. Apollo igitur malum maiore malo curare pergens, bis septem viros pro eo abduci iussit, ac perimi. Quid hac tyrannide grauius? quid ea immanitate dici potest acerbius? at id factum est, atque homo daemone insaniam concitat, ut oraculo obtemperaret, abiit necauitque viros. Vides quam necessariò error inualuit? Quid enim non praesumerent homines? quid non iniquitatis admitterent, qui tam scelestos, inuentoresque malorum colerent deos? Nam si quidem ea ludicra iuste fierent, prohibenda

hibēda nō erant: q̄ si iniusta, vt re vera nequissima, & ne initio quidē fuerāt imperanda. At infelix hominum genus, vbi luctatores ac pugiles coluit, bella perpetua, & cedes variæ per vrbes, per vicos, per domos gerebātur indies. [Pueros lasciuē amabāt.] Fuit quidā apud illos præclari nominis, opinionisq; philosophus, qui leges tulit, ne seruo liceret amare pueros, aut cute arida inungi, quasi ea res virtutis esset, magnōq; in honore haberet. Apertē deniq; ac in publico plerisq; cū vxoribus cōgredi legitimū erat. At si quis illorum cuncta prosequi velit, inueniet illos in ipsam naturam impiē fuisse cōtumeliosos. Et cū tātis errorū tenebris orbis obsitus esset, nemo contrā ferebat leges, nemo prohibebat: sed omnia illorum poēmata his sceleribus plena sunt, adulteriis, impudicitii, puerorūmq; violationibus omnia feruent, pernoctationes execrādæ fiebant, mulierisq; ad ea spectacula vocabantur. O scelestū illud nocturnū, funestūmq; spectaculū. In theatro fiebat ea pernoctatio, & virgo inter adolefcētes insanos, atq; ebriam turbā sedere cogebatur. Tenebrosa profectō celebritas, & execranda omnino opera, quæ ab ipsis in ea celebritate gerebātur, idcirco ait: *Fuimus aliquādo & nos insensati, increduli, errātes, seruītes concupiscētis, & voluptatib; variis.* Amavit, inquit, ille nouercam, & illa priuignum suffocauit. Nam puerorum amores quos illis pēdica vocare moris est, neq; dicere licet, ac dignis lamētationibus prosequi. Quomodo igitur nō isti vehemēter erubescunt? Vifne scelestos audire omnino cum matre concubitus? At istud apud eos, & quidem sepe reperies, & gemitu lachrymisq; dignissimum est, ex ignorantia veri tantū scelus præfūmbeatur impunē: neq; id ipsorū deus prohibebat, verū despiciēbat naturam, cū illa tāta violaretur infania, idque ab his, qui videbantur insignes. Quod si hi (quos si nihil ob aliud, certē vel ob multitudinis opinionē, gloriāmq; captandā operam dare virtuti decuit,) adeo præcipites ferebantur in vitia: quid vulgus ignobile, cuius erat obscura operatio, fecisse putandū est? Quid obsecro ea libidine durius? Amavit illa illū, reuertentē iugulat virū adulterij gratia. Fortē nō defunt ex vobis plurimi, quibus hæc nota sunt. Adulterū necauit interfecti filius, illāmq; insuper interfecit: postmodū & ipse in infaniā versus est, & furiarum tedis ardētibus agitatus: deinde hic ipse vāsanus occidit alterū, illiūque duxit vxorem. Quid, oro, his calamitatibus dici deterius possit? Huius rei gratia ex eorum literis ista perstrinxi, vt Gentiles animaduertēt, quātāque tunc mala, quantāque flagitia orbem occupauerint. Certē si vultis, & ex nostris id probare pergā. Immo-  
*Psa. 105. f. lauerūt, inquit, filios suos, & filias suas dæmoniis. Sodomitæ item ob nullā perierunt aliā causam, nisi q̄ in pueros vefano amore ferebantur. Sed rursus nōne inter ipsa quoque diuinæ prædicationis exordia, dum dei filius illuxisset terris, regis filia in medio cōuiuio saltauit inter homines ebrios? Nōne saltationis præmiū prophetæ caput accepit? Quis loquetur potētias domini? Odibiles, inquit, sunt, t̄ qui oderunt inuicem nos cem.]* Omnino necesse est cū animē liberē voluptatis frāna laxamus, magnū inde cōflari odiū. Cur id? Quoniā quoties charitas virtuti cōiuncta est, nemo aliq̄ in iniuriis afficit. Vide quid & Paulus dicat: *Nolite errare, neq; fornicatores, neq; idololatræ, neque adulteri, neque molles, neque masculorum cōcubitores, neque auari, neque maledici, neque ebriosi re-*

agnum dei possidebūt. Et hoc quidem eratis. Vides vt omnis nequitia species inundabat, ingēnsq; & atranebula cūcta possederat, iūsq; omne & fas violabatur. Si em̄ hi, qui prophetia perfui digni habiti sunt, & tā multa hostibus, ac sibiipsis mala, tātāsq; clades cōtigisse cernebāt vitiorū suorum ac scelerū causa, nec sic tamen se cōtinebant, sed innumera quotidie agebant mala, quid alij fecisse putandi sunt? Nempe apud illos nudas quippe virgines luctari iuebant in viorū conspectu. Magnas vobis gratias habeo, bonāq; imprecor omnia, q̄ nec verbū quidē huiusmodi patienter audire potuistis, cuius opus philosophi nō erubescēbāt. Alius autē apud eos philosophus omniū facile princeps, eas ad bella etiā armat, cōmunēque esse iubet, vt qui planē leno deterrimus fuerit perductorq; *In malitia, inquit, & inuidia degentes.* Si enim hi qui apud eos philosophiæ studiis eminebāt, eiusmodi ferebant leges: quid de illis dicturi sumus, quibus minor inerat autoritas? Si illi qui prolixa barba erāt, palliōq; circumdati, ista sanxerunt: quid de aliis dicere possumus? Non ideo facta est mulier o homo, vt cōmuniter omnibus esset exposita. O nimīū peruersi homines, qui cuncta euertitis, & maribus non secus, quā sceminis commiscemini, scemināq; vt viros ad bella producitis: hoc profectō diaboli op; atque inuentum est. Omnia ille confundere ac peruerrere studet, & eos terminos cōmouere, qui ab initio positi sunt: metāsq; trāsferre, quas naturæ imposuit deus. Nanq; mulieri quidem domi sedere præcipit, viro autē tractare negotia publica. Tu autem caput in pedes cōuertis, & pedes in caput: mulieres armas, neque erubescis. Cæterū ista cur dico? Introducūt apud eos mulieres ac pueros, neq; verētur, neq; erubescūt, adeo scelestas eiusmodi fabulas in hominis aures inferre. *Quādo autē, inquit, benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitiæ quæ etiā filios fecimus nos, sed secundū misericordiā suā saluos nos fecit per lacrimā regenerationis, & renouationis spiritus sancti, quæ effudit in nos abūde, per Christū Iesum saluatōrē nostrū, vt iustificati illius gratia hæredes simus secundū sp̄ vitæ æternæ.* Quid est, secundum spem? Quemadmodum, inquit, sperauimus, ita perfruemur: [aut quod iam hæredes etiam estis.] *Fidelis sermo.* Quia enim de futuris non de presentibus loquimur, ideo intulit, fidelis sermo: q̄ scilicet hæc vera sint, etiā ex præteritis cōstat. Qui enim nos tanta iniquitate, tātāq; malis eripuit, liquet profectō quod futura quoq; nobis bona omnia largietur, in ea quam præstitit gratia præseruans. Quippe eadē prouidentia, eadēque cura cuncta operatur. Agamus igitur gratias deo, nihilq; aliis probro, nihil crimini demus: sed exhortemur omnes, ac pro illis magis oremus, cōsulamus, moneamus, hortemur, etiā si illi in nos contumeliosi fuerint, [etiam si calcitrarint:] tales enim insanos esse manifestū est. Cæterū hi, quibus illorū sanitas curæ est, omnia ferunt, omnia faciūt, vt illi salute potiantur, etiā si nihil forte proficiant: certē illis negligētiæ crimen impingi nō poterit. Num ignoratis q̄ sæpe medicus postquam desperauit infirmū, alius quispiam ex coniunctis ita illū hortatur: Rursum curā adhibe, ac nihil omittas, vt null' cōtra me detur crimini locus, vt nemo queratur, atq; ipse culpæ non pateā. Non videtis quanta sit hominibus seculi, necessarii cuiuslibet cura, quāta prouidentia, quāta multa quotidie gerāt? Orāt medicos, pecunias impendunt, assident semper infirmis,

mis, atq; in ea diligētia perseverant. Nos vel eos, qui sunt eiusmodi imitemur, quanquā non pro eisdē rebus est cura: multū enim inuicem differunt. Languet ecce corporaliter filius, nemo erit qui longinquam peregrinationem subire detrectet, vt illum absoluat morbo. Infirmatur anima, nullus est cui ea res curæ sit, verū omnes desidem, omnesq; negligimus: vxores, filios, ac nos ipsos morbo tabescere videmus, atq; negligimus, atq; vrinā vel serō respiscamus. Cōsiderate quā turpe, quāq; ridiculum sit postmodum dicere: nō expectabam, neq; sperabamus hoc fore. Nec modō turpe est, verū etiā graue, plenumque periculi. Nam si & in hoc seculo stultorū, atq; amencium est nō providere futura, multō sanē magis ille in suam perniciem stultus erit, qui ea quæ ad salutē cōferant, prospicere negligit. Nam & nunc audimus plurimos admonentes, plurimosq; consulentes quæ agenda sunt, vel quæ vitāda dicātes. Arripiamus igitur, & teneamus illā spem, salutisq; nostrę curam habeamus, atque in omnibus precemur deū, vt manum porrigat conatibus nostris. Quādiu, quæso, negligimus? quādiu torpore detinemur? Quādiu nos ipsos, nostrōsq; conseruos stolidam immanitate despiciamus? Abundē effudit in nos spiritus gratiā. Cōsideremus igitur quantum gratiæ saluādis nobis ostēdit: dignū studium ostendamus, imō dignum equidem possibile non esset ostendere, vel minus saltem præferre conemur. Nam si etiam post huiusmodi gratiam insensibiles sumus, maior nos pœna suscipiet. *Nisi enim, inquit, non venissem, & locutus eis non fuisset, peccatum non haberent: nunc autē excusationem non habent. Sed auertat deus, vt nobis ista dicantur, cōcedatque gratiā, vt nos omnes mereamur perfrui bonis, quæ diligentibus eū repromissa sunt, in Christo Iesu domino nostro, cum quo est patri, vnā cum spiritu sancto gloria, imperium & honor, nūc & semper, & in secula seculorum, Amen.*

Homilia VI.

**H**ic de his volo affirmare, vt curēt bonis operibus præesse, hi qui crediderunt deo. *Ista sunt bona, & vilia hominibus. Stultas autē quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legales deuita: sunt enim inuiles, & inanes. Hæreticum hominem post vnam & secundā correptionem deuita, sciens quoniam peruersus est qui huiusmodi est, & peccat, cum sit à seipso damnatus. Cum misero ad te Artemam, aut Tythicum, festina ad me venire Nicopolim. Ibi enim statui hyemare. Zenam legisperitum, & Apollo sollicitē præmitte, vt nihil illis desit. Discant autem & vestri bonis operibus præesse ad vsus necessarios, vt non sint infructuosi. Salutant te qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia dei cum omnibus vobis, Amen.* Postquam de dei benignitate, atque ineffabili eius erga nos differuit prouidentia, docuitq; nos quales antē fuerimus, qualēque ipsius effecerit gratia, subiūxit, & ait: Et de his volo te affirmare, vt curent bonis operibus præesse hi, qui crediderunt deo. Hæc loquere, atque ad eleemosynā impendendā hortare. Non enim ea quæ dicta sunt, ad id tantū pertinēt, siue id solū admonēt, vt humiles simus, neque extollamur, aut aliis exprobremus: verū vt & ad omnē aliā virtutis speciē indefesso studio, & labore exerceamur. Ita nempe & Corinthios cū alloqueretur: Scitis, inquit, quoniā dominus pauper factus est, cū diues esset, vt nos illius inopia ditaremur. Cum itaq; diuinā prouidentia, excellentissimāq; clementiā cōmendasset, eos ad studium im-

pendendæ miserationis hortatur, neque id simpliciter, neque ociose: sed quid? Vt curent, inquit, bonis operibus præesse. Hoc est, & oppressis iniuria ferre opem, nō pecuniis tantū, sed etiā exhortatione, salubriq; doctrina: sed viduis idem, ac pupillis auxilium ferre, omnibusq; qui in afflictione, aut angustia sunt, prospicere miserationis affectu. Id quippe est bonis operibus præesse. *Hæc enim, inquit, sunt bona & vilia hominibus. Stultas autē quæstiones, & genealogias, & cōtentiones legales deuita: sunt enim & inuiles, & inanes. Quid sibi volūt genealogiæ? nanq; & in epistola ad Timotheū eovsus est verbo dicēs, Fabulas & genealogias interminatas. Cōtentiones autē aduersus hæreticos dixit esse vitādas, quādo nullū fuerit lucrū. Quoties enim quisque peruersus fuerit, ac decreuerit animo, quodcunque contigerit, non mutare sententiam, cur eius gratia frustra laboras, atq; inter saxa seminare contēdis? Quātō vtilius laborē hūc docendi tuis mēbris impenderes, eis de eleemosyna, cæterisq; virtutibus differēdo? Quomodo igitur alio in loco ait: ne fortē deus illis det pœnitentiā: cū hūc dicat, Hæreticū hominem post vnam, & secundā correptionē deuita, sciens quoniam peruersus est huiusmodi, & peccat, cū sit à seipso damnatus? Nēpe illic de his loquebatur, de quibus corrigendis supererat spes, ac de his qui simpliciter reluctabātur, non aduersandi affectu, sed studio discēdæ veritatis. Vbi verō manifestus fuerit omnibus, atque conspicuus aduersarius veritatis, cur obsecro pugnas incasum? Cur aërem cedis? Quid verō est q̄ ait, cū sit à seipso dānatus? Quia scilicet profectō dicere nō potest, nemo corripuit. Cū ergo post admonitionē in ea infidelitate perstiterit, ex seipso dānatus efficitur. Cum misero ad te Artemam, aut Tythicum, festina ad me venire Nicopolim. Quid sibi hoc vult, cū iam eum præfeceras insulæ, & rursus ad te ipsum vocas? Non, inquit, hoc ago, vt illū à suo remoueā studio, atq; ministerio, sed vt à me instructior doctiorq; discedat. Nā quod illū nō idcirco ad se vocet, vt secū circūducatur, & vbiq; comitē habeat, audi quid sequitur: *Illic enim hyemare decreui. Nicopolis Thraciæ ciuitas est. Zenam legisperitum, & Apollo sollicitē præmitte, vt nihil eis desit. His necdum credita fuerat ecclesiastici cura regiminis, sed illius tātum comites erāt. Fuit autem Apollo vehementior, potens in scripturis, & eloquiis diuinis. Si ergo ille legis erat peritus, nihil aliena instructione illi opus erat: verū hoc in loco legisperitum ait Iudaicæ legis peritia clarum. Præmitte, inquit, eos: hoc est, vt vberiore doctrina perfruatur, nihilq; eis desit. Discant autem & vestri bonis operibus præesse ad vsus necessarios, & vt non sint infructuosi. Salutant te qui mecum sunt omnes. Saluta eos, qui nos diligunt in fide. Amatores, inquit, suos, aut fideles scilicet viros. Gratia dei cū omnibus vobis. Amen. Quomodo igitur ipse iubet cōtradictentes arguere, si cauēdos hos admones? Quoties, inquit, fin subuersione omniū] cūcta facere deprehēsi fuerint, ipsorum & nullū lucrum inde sequitur, id quod præcipuē intenditur, vitādi huiusmodi sunt. Neque enim eos lucrari vnquā poterimus, qui peruersi sunt, peccantq; nō ex ignorātia, verū ex peruersitate sentētiæ. Quid si isti alios quoque doctrinæ suæ venenis infecerint? stare ex aduerso oportet, atque pugnare, eosque magna cum fortitudine atque autoritate reuincere. Si igitur huiusmodi fuerit indicta necessitas, viderisq; alios huiusmodi tabe corrumpti, iā caue ne taceas, sed ora istis obstrue, curā percunctiū gerens. Prorsus vero fas**

*Psa. 105. f. lauerūt, inquit, filios suos, & filias suas dæmoniis. Sodomitæ item ob nullā perierunt aliā causam, nisi q̄ in pueros vefano amore ferebantur. Sed rursus nōne inter ipsa quoque diuinæ prædicationis exordia, dum dei filius illuxisset terris, regis filia in medio cōuiuio saltauit inter homines ebrios? Nōne saltationis præmiū prophetæ caput accepit? Quis loquetur potētias domini? Odibiles, inquit, sunt, t̄ qui oderunt inuicem nos cem.]*

*permanebunt.*

*Mora:*

*† 1661. 15. d.*

*† nostri.*

*2. Cor. 8. b.*

*1. Tim. 1. d.*

*2. Tim. 2. d.*

*A. 18. f.*

*† nostri.*

*† in suam ipsorum perniciē.*



ro fas nō est, vt is cui studiū est piē & ritē viuēdi, pugna & cōtentionib<sup>9</sup> operā det. Ceterum vt dixi per omnia facito, quietiq; stude. Quippe ex ocio, & vberiore philosophia id consequeris, scrutandisque intelligētis scripturarū te occupari tantū decet. Nāq; ex locutione superflua detrimenti plurimū nascitur, cū potius docere, aut orare, aut gratias referre oporteat. Neq; enim plus debemus pecuniis temperare, q̄ verbis, imō maior hīc habēda est cura, exactiorq; diligētia, vt nō passim nos ipsos omnibus exponam<sup>9</sup>. Quid autem est, vt curēt bonis operibus præesse: ne scilicet expectēt dum se inopes adēat. Verū illud per se studiose requirant, eos qui suo auxilio indigēt. Id quippe curare rectissimē dicitur, ita enim diligēter, & magno cū studio istud operabitur. Nanque ea res nō tantū emolumentū eis parit, qui beneficiū sumunt, quantū eis qui impendūt: quippe confidentiā illis ad deū vberimā præstat, & lucra acquirit ingētia. Illic verō pugna fructus nullus est, hereticū enim dicitur difficilē corrigi. Quēadmodū verō magna desidia, magnaq; focordie est, eos despicere, quos immutuos in melius nō desperam<sup>9</sup>: ita eos qui desperabiliter languent curare cōtendere, stultitiā ingentis est, atque extremā demētiā. Quippe ex hoc plus illis audaciā, ac temeritatis adiiicitur. *Discat autem, inquit, & t vestri] bonus operibus præesse in vltis necessarios, ne sint infructuosi.* Vides vbiq; vt illorū magis quam accipientiū beneficiū illi curę sit. Licebat enim, inquit, illos fortassis multis ex partib<sup>9</sup> enutrire, sed nostrorū curā habeo. Quānā, quæso, vtilitate? Nempe enim si thesaurū effodiētes, doctores alij enutrient, his nihil emolumētū acquirēretur, infructuosi enim permanerēt. Nam poterat Christus, qui ex quinque panibus tā multos fecerat, atque ex seprē item innumeros multiplicauerat, nutrire seipsum, & eos qui secum erant. *Joan. 6. a* *Mat. 15. d* *Mora-* Cur igitur à mulieribus pascebatur? Sequebantur le. eū, inquit, nōnullæ mulieres, quæ illi ministrarūt: *Act. 17.* vt nos profectō doceret, se illorū in primis curā gerere, qui beneficia inferret. Nō poterat Paulus, qui & aliis manū suarum ministerio victui necessaria suppeditabat, vllis aliis ex locis accipere? At vides ipsū & accipientē, & exigentē. Sed audi quare: querit eū non datum, sed fructum. Et in ipsis quoq; initiis fidei, cū fideles omnia sua venderent, & ad pedes apostolorū precia ponerēt, vide vt apostoli ipsorū magis, quam accipientiū habuerint curam. Si enim tantummodo pauperū curā habuissent, nullā profectō Sapphiræ, & Ananiæ vltionē expetissent, quādo illi pecunias fraude subdlexerant, nunquam prohibuissent iniuste quæ sita suscipere, nunquam præcepisset *a. Co. 9. b* Paul<sup>9</sup>, dicēs: Nō ex tristitia, aut ex necessitate. Quid dicis Paule: Num pauperū beneficentiā impedis? Absit. Non enim, inquit, quæ illorū sunt hinc cōsidero, sed largitatē præstantiū. Intuere autē & prophetant eū Nabuchodonosor regi consuleret, optimamque illi sententiā promeret, nō pauperum tantum curam *Dani. 4. f* habuisse: neq; eū dixit simpliciter, Pauperib<sup>9</sup> da: sed, peccata tua elemosynis redime, & iniquitates tuas *Mar. 10. c* miserationib<sup>9</sup> pauperū. Pecunias, inquit, exhauri, nō vt alij nutriantur solū, sed libereris ipse supplicio. & *Mar. 10. b* iterū ipse Christus: Vende, inquit, quæ tua sunt, & da *Luc. 18. d* pauperibus, & veni sequere me. Vides vt illic quoq; *ideo præ-* necessario intelligēdū relinquatur. Quia eū pecuniarū impedimēta sunt, idcirco dādas pauperibus iussit. Docet animā clemētē esse & misericordem: pe-

culas contēnere admonet, instruit à cupiditate discedere. Qui enim didicerit non habēti dare, tēpore ipso docebitur ab his, qui habent, minimē accipere. Hoc deniq; deo similes facit. Et certē virginitas plus habet laboris, ieiuniumq; & reliqua sancti propositi austeritas: verū nihil tantū habet virum ad extinguenda peccatorū incendia, quantum elemosyna: Hæc nēpe maior est omnibus, ad ipsū regis solū amatores constituit suos. Et meritō sanē: virginitas nanq; & ieiuniū, & terrenos lectulus faciēti solū modo prodest, nem: nē verō aliū saluat: at verō elemosyna ad omnes vsq; pertingit, membrāq; cōplectitur *Luc. 6. e* Christi. Porro eorū, quæ vbiq; vagatiā cōplectitur in vnum, maior longē virtus est. Hæc enim charitatis est mater: charitatis in quā, quæ est propriū Christianæ religionis insigne, per quam discipuli Christi noscūtur. Hæc nostrorum scelerū medicina est, hæc animæ nostræ sordes emundat, hæc scala, quæ in cœlum vsque porrigitur, hæc Christi connectit corpus. Vultis nosse, quantū hæc in se habeat boni? Sub apostolis ipsis videntes hæc omnia quæ sua erāt, distribuebāt vnicuiq; secundū quod opus habebat: vt interim futura omittamus, nec de cœlesti regno verba faciamus, ceterū secundū præsens seculum cōmuni quodam sensu iudicemus. Dic obsecro, qui sunt qui lucrātur? Qui dant, an qui accipiūt? Illi nempe murmurant, & corrixantur adinuicē: hi verō vnam animā habent. Erat enim, inquit, cor vnu, & anima vna, & gratia erat in omnibus illis, magnōq; & profectu & vtilitate viuebāt. Vides q; & hinc illi potius lucrabatur. Dic agē, quorū ipse esse velis, ex numero eorum, qui sua abiiciunt, & nihil habent, an qui aliena suscipiunt? Intuere elemosynæ materiā. Quæ antea diiuncta erāt cōuenire, atq; impedimēta omnia sublata sunt, & cōtinuū ipsorum animæ coniunctæ, atque cōnexæ sunt. Omnium, inquit, erat cor vnum, & anima vna: ita etiā sine elemosynæ fructu, exinanire pecunias nō minimum in se habet lucri. Ista interim dixi, vt qui hæreditatē à maioribus per successionis seriē non acceperunt, minus doleant, minūsq; tristes sint, quasi minus aliquid quam diuites habeant: longē quippe, si velint, maiora habituri sunt. Nanque & elemosynā facilius erogabūt, quemadmodū & illa euāgelica vidua dedit duo minuta, & nulla aduersus proximū illis inimicitiarū occasio subest, suntq; omnibus liberiores. Null<sup>9</sup> ei, qui huiusmodi est, bonorū publicationē intētare poterit, quippe celsior euasit, q̄ vt id perpeti queat. Et quemadmodū eos, qui nudi effugiūt, nemo faciliē tenere potest: qui verō vestimēta post se trahit, eū quilibet citō apprehendit: eadem ratione & diues, & pauper existimandus est: nam ille quidē etiam si capiatur, diffugere facillimē poterit: hic autē & si nō teneatur, suis compedibus irretitur, curis innumeris, desiderijs, ac perturbationibus reliquis, quippe omnia ista obruunt animū: neq; ista solum, verū & alia plurima, quæ ex diuitijs oriuntur. Nanq; & difficilior diues modestus erit, q̄ pauper: & simplicē agere vitā, atq; iram euadere longē hīc facili<sup>9</sup> poterit, q̄ ille. Sed fortasse, inquit, maiorē hūc mercedem habiturū: absit. Cur id? Quia istas ipse sibi difficultates imposuit. Neq; enim imperatū est diuitem fieri, sed contrā penitus. Si igitur ipse innumera scādala, & impedimēta quæ suavit, alij nō modo pecunias deponūt, verū & corpus vt plurimū macerāt, vt angustā incedant viam: tu autem præter illas difficultates,

cultates, etiā vitiis fomenta ministras, & alia tibi circundas. Latā igitur ingrediari viā, illa enim est, quæ huiusmodi suscipit. Porro angusta eos accipit, qui premūtur, qui angustātur, qui nihil oneris ferūt. Ceterū hæc sola onera per ipsam trāsire fas est, elemosynam, benignitatē, humilitatē, mansuetudinē. Si ista comportes, faciliē ingredi poteris. Quod si tumorem animi, & spinarū sarcinā, diuitias scilicet inferre volueris, magna tibi latitudine opus erit. Neq; enim in turbā irrupere poteris, quin alios ferias, si huiusmodi premaris oneribus, magnōq; interuallo necesse est vt disiungaris à cæteris. Etenim qui aurū & argentū defert, nō virtutes scilicet, & act<sup>9</sup> probos, hic nō modo nō fugiētes proximos offendit, sed spōtē propinquates, atq; vna seruare studēs. Porro si diuitiæ ipsæ spinæ sunt, quid cupiditas erit? Cuius rei gratia eā tecū inferis? Vt maiorē incites flammā, & ignis fomēta ministros. Quæso, nō sufficit gehēnæ ignis? Considera tres pueros, quomodo fornacis incēdia superauerūt, ignē illū puta fuisse gehennā, angore & pressura circumdati in eam insilierunt. Vincī erant, atque cōpediti, sed plurimam intus inuenerunt latitudinē. Non ita sanē qui extrinsecus prope fornacē adstābāt. Eiusmodi profectō quidē & hæc vita parturiet. Si volumus aduersus tentationes persistere fortiter, atq; viriliter, si intēdamus in deum spem omnem, atque in eum animū dirigamus, erimus nos quasi in latitudine: quiverō nos in huiusmodi pressuras iniecerint, ipsi peribūt. Qui enim fodit foueā, ait, incidit in eā. Siue illi manus, siue pedes vixerint, pressura nos absoluerē potest. Intuere, quæso, miraculū, quos homines vixerāt, eos ignis absoluit. Quemadmodum enim si quis amicorū seruis cōmendauerit aliquos, illi amicitia reueriti domini, ipsos nō modo non lædūt, sed maximo honore prosequūtur: ita & ignis ille, postquā domini sui amicos esse cognouit pueros illos, & eorū dirupit vincula, & ipsos absoluit, atque dimisit: ipse illis pauimentū fuit, atq; ab eis calcabatur. Et nimīū id quidē conuenienter. Nā pro gloria dei in illū fuerāt cōiecti. Quicumq; igitur inter pressuras sumus, hoc teneamus exemplū. At illi, inquit, pressura liberati sunt, nos autē nō. Dignissimē omnino. Quia eū illi nō ita in fornacē immissi erant quasi liberandi, sed omnino morituri. Audias enim eos licet dicentes: Est deus in cœlo, qui eruet nos: & si nō, notū sit tibi rex quod deos tuos nō colimus, & imaginem aureā, quam statuisti, non adoramus. Nos autem veluti curiosē agētes, dei disciplinam discutere audemus, tempūsq; pressuris præfigere, dicētes: Nisi vsq; ad id temporis misertus fuerit, idcirco minimē liberamur. Nempe enim & Abraham nō quasi incolumem filiū recepturus, dei monitis obtēperare pergebat: sed vt re vera illū deo libaturus, atq; ideo præter spem, incolumem recipere meruit. Et tu igitur cū in pressuras incideris, ne festines in tēpora educationis, præpara animā tuā ad omnem tolerantiam, & citō ea pressura liberaberis. Idcirco enim hanc inducit deus, vt erudiat. Cū igitur ab ipsis initiis ferre absq; mœrore didicerimus, remittet iam, requiemq; præstabit, quasi omnibus cōsummatis. Volo vobis exempli gratia narrare aliquid vtile, nimīūque necessarium. Quid igitur hoc est? Cū persequeretur aliquando ferueret, bellūmq; immane, atque vehemēs aduersus ecclesiā cōcitatum esset, duo cōprehēsi sunt viri: ex his alter quidē parat<sup>9</sup>, ac proptus erat omnia perpe-

ti: alter quidē & ipse sibi abscindi quidē caput alacriter passur<sup>9</sup> erat: ceterū tormēta alia metuere, ac tremere videbatur. Intuere obsecro, diuinæ bonitatis ineffabilē dispositionē. Cū iudex pro tribunali sedisset, cum quidē, qui paratus erat subire tormēta omnia, capite trūcari iussit: illū verō, qui trepidaturus ad tormēta videbatur, attolli in sublime, & vngulis lanari præcepit. Neq; id semel, aut secundo, sed per omnes ferē ciuitates, cū eū vincitū secū iugiter duceret, Cur id, quæso, permissum est? Vt scilicet animi ipsius negligentia, atq; focordiā per tormenta fugaret: vt formidinē, omnēmque excluderet metū, vt iam non trepidaret, aut tremere, fortiorq; per quotidianas persecutiones euaderet, Ioseph item cū carcerem egredi properaret, tunc maximē illic immorari permissus est. Audi nanq; ipsum dicentē: Et ego furto sublatus sum de terra Hebræorū, & memento, inquit, mei apud regē. Meritō & ipse hoc passus existimatur, quoniam dixit, memēto mei: vt disceret, hominibus nō esse confidendum, sed spem omnem in deū dirigendā. Ista igitur scientes, gratias agamus deo, & omnia faciamus, quæ expedire cognoscimus, vt futuris bonis perfrui mereamur in Christo Iesu domino nostro, cū quo est patri, & spiritui sancto gloria, & imperium, & honor in secula seculorum, Amen.

Explanationis beati Ioānis Chrysofomi in epistolam beati Pauli apostoli ad Titum, finis,

AD PHILEMONEM argumentum.

**P**rimū necessariō dicendū, quod sit epistolæ huius argumentū: tum ad ea quoque veniendum, quæ in quæstione sunt. Id igitur est: Philemon quidam vir fidelis ac nobilis, Quod enim fuerit virtute mirabilis, ex eo in primis constat, quod domus quoque eius omnis fidelis erat, atque adeo fidelis, vt ecclesia etiā appellaretur. Quocirca scribit ad illum apostolus: Saluta & ecclesiam, quæ est in domo tua. attestatur autem & illi singularis obedientiæ meritum, & quod in eo viscera sanctorum quieuerūt: ipse quoque in hac epistola admonet, vt sibi hospitium pareret, ideo mihi videtur illius domus, sanctorum fuisse diuersorium. Huic igitur viro virtute præstanti seruus erat Onesimus, qui fugerat dominum, quibusdam rei domesticæ compilatis. Nam quod furatus quædam sit, audias apostolum sic dicentem: Si quid autem te læsit, aut debet, ego persoluā. Hic ergo profectus Romanam, cū Paulū carcere inclusum inuenisset, doctrina firmatus apostoli, baptismatis quoq; illic promeruit gratiā. Quod enim baptismi ibi susceperit, ex eo liquet, quod ait: Quem genui in vinculis meis. Scribit itaq; Paulus, cōmendans illū domino, vt tōmni gratia, ique in se fuerāt admissa, dimitteret, eūmq; vt nuper perimē regeneratū gratē susceperet. Sed enim quia nō desunt, qui hanc epistolā superfluo adiectam putēt: quādoquidē pro re adeo parua, pro viro vno scilicet cōscripta est: discāt planē qui huiusmodi sunt, innumeris se criminibus dignos. Nō modō em̄ tam paruas epistolas, & pro reb<sup>9</sup> adeo necessariis oportuit scribi: sed vtinā nō desuisset, qui nobis apostolorum historiam

tristri.

Joan. 6. a

Mat. 15. d

Mora-

le.

Act. 17.

a.

Mar. 10. c

Luc. 12. d

Dani. 4. f

Mar. 10. c

Mar. 10. b

Luc. 18. d

ideo præ-

ceperit, vt

Christum

sequere-

sur?

Act. 17.

ibid. a

ibidem. b

tomnium

gratia,

historiam

offici

autem in

multorū

vtilitatē

collata, iō-

gē sunt

præfatio.

ra, quam

que in

num cō-

trahitur.

Act. 4. g

ibid. f

Eccl. 10.

b.

ibid.

ibid.

ibid.

ibid.

ibid.

ibid.

ibid.

ibid.

ibid.

ibid.

ibid.

ibid.

ibid.

ibid.

ibid.

ibid.

ibid.

ibid.

ibid.

ibid.

ibid.

ibid.

ibid.

historia diligētissimē traderet, nō tātū quid scripserint, quidve locuti sint: sed vt sese per omnē vitā habuerint, quid & quādo comederint, quādo sederint, quō ierint, quid diebus singulis gesserint, & in quib⁹ partibus vixerint, quā introierint domū, quō nauigauerint, vbinā applicuerint, atq; omnia diligenter exponeret, adeō illorū omnia eximia vtilitate referta sunt. Verū quoniam ignorāt plurimi, quantum hīc lateat lucri, idcirco culpāre cōtendunt. Si enim cūm loca tantū cernimus vbi sederūt, seu vincti sunt, loca inquā inanima, illuc sēpe dirigamus animū, virtutēque illorū cōspiciamus, & expergiscimur, & prōptiores euadim⁹: multō id profectō magis fieret, si verba illorū, & reliqua gesta audire cōtigisset. Certē de amico perlibētē quis interrogat, vbinam degit, quid facit, quō procedit? nō lōgē digni⁹ de cōmunibus orbis magistris id fieri decuit? Cāterū q; hāc epistola nīmīū necessariō cōscripta sit, hac prāterea ratione discetis. Cū quis enim spiritualiter viuit, huius habitus ipse & incessus, & verba, & actus, & oīa prorsus audietibus profunt, nihilq; id impedit, aut prohibet fieri. Verū q; necessariō hāc epistola missa sit, hinc iam animaduerte, quātūmq; in se habeat vtilitatis. Primū quidem nihil negligere hoc monemur exemplo. Si enim Paulus pro fugitiuo fure, pro seruo tantum prouidentia ostēdit, nec dubitat illū cumulatū tot laudib⁹ mittere, nihilq; veretur: quātō magis nos conuenit in huiusmodi quoque non esse negligētes? Deinde seruilē conditionē desperandā nō esse etiāsi vitiis omnibus dederit manus, quandoquidem fur iste, atque fugitiuus adeō virtutibus claruit, vt illum voluerit & Paulus habere socium, scribēnsq; ad dominum dixerit, vt pro te mihi ministret: quātō magis liberis non esse desperādos? Tertiō, seruos à dominis non oportere abstrahi. Nam si Paulus, qui ita Philemoni cōfidebat, Onesimum sibi adeō vtilem & necessariū ad ministerium tenere noluit prāter sententiam domini: multō sanē magis id nobis quoque seruandum est. Si enim seruus virtute clarus est, ideo in primis oportet illum in seruitute durare, dominatūque recognoscere, vt omnibus qui sunt in domo commodo & vtilitati esse possit. Quid enim lucernam de cādelabro sub modium redigis? Vtinam & eos, qui solitudines habitāt, intra vrbes possemus includere, vt ex eis exempla salutis liceret haurire. Quid verō, inquires, si & ipse malus fiat? Cur, quāso, fiet malus? Nempe qui intra domum malus est, extra domū deterior fiet. Nam qui sub cura domini virtutem seruare nequit, longē illam minus seruaturus est, cūm à cura solertis domini euaserit liber. † At verō domi seruire munus à maioribus illum, à digniorib⁹ fortassis abducet. Audiāt beatissimum Paulum optime sibi consulentem, cūm dicit: Seruus vocatus es, noli curare: si autem etiā potes liber fieri, magis vtere: hoc est, in seruitute persiste, vt id sequatur, quod est summē necessariū: id est, ne verbū dei blasphemetur, sicut & ipse ait: Quicumque sunt sub iugo serui, dominos suos honore omni dignos arbitrentur, ne nomen dei, ac doctrina blasphemetur. Dicturi enim & gentiles sunt, q; possit seruus placere deo: aliās em̄ illis necessitas fermē induceretur blasphemandi, ac dicendi Christianā religionis cultum ad euertenda omnia in hanc vitam fuisse inuectum, cūm serui auferentur à dominis, & nimium quidem violēter. Ad dam & aliam huius epistolā vtilitatē, docet nos ser-

uos non erubescere, si probi sint. Nā si Paulus excellior, atq; excellētior omnib⁹ tāta de seruulo loquit, multō sanē magis nos de nostris id facere conuenit. Cūm ergo tam multa nobis cōmoda largiatur epistola, & certē necdū omnia diximus, audet quis adhuc superfluā dicere? Quātū istud, quāso, temeritatis est? Intētē igitur audiamus obsecro, quā Paulus scribit. Si enim tanta in ipso estibulo lucrati sumus, plura profectō ex ipsa lectionis lucrabimur serie.

HOMILIA PRIMA IN epistolam ad Philemonem.

**D** Aulus vinctus Iesu Christi & Timothe⁹ frater, Philemoni dilectissimo, & cooperatori nostro, & Appiæ sorori charissime, & Archippo commilitoni nostro, & ei quæ in domo tua est ecclesiæ, gratia vobis, & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Pro seruo hāc ad dominum scribit, in quibus ab ipso statim exordio illius prudentiā suscipit, nec finit erubescere: Extinguit iram, vinctūmq; seipsum vocans, compungit & contrahit, atque ad cognitionem sui penitus reuocat, præsentiāque omnia nihil æstimare persuadet. Si enim iniecta pro Christovinctula, non pudori, sed gloriæ sunt: quātō minus seruitus probro erit? Hāc autem loquitur, non vt seipsum prædicet, aut merita suæ virtutis extollat, sed vt illius commodis cōsulat. Ostēdit dignitatē suam, nō sui gratia, sed vt gratiam facilius referat. ac si dicat: Propter vos hāc vincula tolero, quemadmodum & alio in loco dixit. Verū illic prouidentiam, curāmq; monstrauit: hīc autem dignum se, cui fides habetur, ostendit. Nihil ea gloriatione sublimius. Ego enim, inquit, Christi stigmata porto. Vinctus Christi. Propter ipsum quippe fuerat vinctus. Quis iam non reuereatur? quis non exhorreat, Christi audiens vincula? quis non & animam poneret, huiusce reuerentia nominis, nedum seruulūnum? Et Timotheus frater. Assumit & alterum secum, vt à pluribus oratus facilius cedat, & gratiā tribuat. Philemoni charissimo, & cooperatori nostro. Si charissimus, non audaciæ, neque temeritatis est fidere, sed amicitie singularis indicium. Si cooperatore itidē est, nec pro huiusmodi exorari facile debet, verū & gratias agere. Nā sibi ipsi profectō largitur, cūm cōmune, atq; idem ædificet opus, vt etiā si nō rogeris, alia te necessitas vgeat præstare quod posceris. Si enim euangelio vtilis est, cūm tu euangelij minister sis, non rogari, sed rogare debes. Et Appiæ dilectissime. Vxor Philemonis, quātū ego arbitror, hāc fuit. Intuere diligētius humilitatē Pauli. Timotheum assumit secum precatorem, nec modō virū deprecatur, sed etiam vxorem, & alium quendā necessariū. Et Archippo commilitoni nostro, inquit. Nō ista imperio, & autoritate impetrare vult, & quidē cūm iure suo possit: neq; dedignatur, si non cōtinuō sibi pareatur, verūm ac si ignotus ignoto scriberet, & alios item rogat, vt se pro seruulo precantem iuent. Non modō enim à plurimis rogari, verū & ad plurimos offerri preces multū habet viriū ad impetrādū. Idcirco ait: Et Archippo cōmilitoni nostro. Si militiæ soci⁹ es, in his quoq; te sociū exhibeas necesse est. Archipp⁹ autē iste est, de quo scribit Colossensibus, dicēs, Dicite Archippo, vide ministerium, quod accepisti in domino, vt illud impleas. Videret autem

† domi si quidem à rerum necessariis cura liber est, hero de illis prospiciere: foris vero istam curam à magis necessariis & spiritalibus ipsam.] 1. Cor. 7. d. 1. Tim. 6.

autem mihi inter ceteros ecclesiastici ordinis viros fuisse numeratus: hūc itaque assumpserat secū, & cōmilitonē vocat, vt opem pro viribus ferat. Et ecclesiæ quæ in domo tua est. Nec seruos quidē hīc omittere voluit. Sciebat enim sēpe fieri vt seruorum verba domini sententiā immutarent, idq; tunc maximē, cūm pro seruo rogatur, cūm illi fortassis in primis aduersus eū irritauerint dominū. Non ita permittit eos dare inuidiā man⁹, dum eadē appellatione, qua dominos honorat: sed ne dominū quidem indignari finit, dum illos nominatim appellare omisit. Nā si seruos quoq; notasset ex nomine, forte indignationis causa domino nō defuisset. Et vide quāta sit vsus prudentia, vt illos memorādo ita honoraret, vt dominus nihil haberet, quod succēdere posset. Nanque nō finit ecclesiæ nomē indignari dominos, si seruis cōnumerātur. Nō enim nouit ecclesiā, domini ac serui differentia. Ceterū ex probis & improbis actibus vtrūque discernit. Si igitur ecclesiā est, noli ferre indignē, q; tecum appellatus est seruus. In Christo enim Iesu non est seruus, neq; liber. Gratia vobis & pax. Admonet illū per hāc peccatorū suorū. Considera, inquit, quanta tibi donauerit deus, quomodo gratia saluus effectus sis, imitare dominum tuum. Dimittere ille debitorib⁹ nostris in oratione nos docuit, si volumus ab ipso & nostra nobis dimitti. Si igitur imitari illum studeamus, permanet in nobis gratia: sin autē, illam amittimus. Nā & seruus ille quandiu immitis in cōseruū non fuit, neq; centū denarios exegit, permansit dominica in eo gratia: vbiverō debitū summa improbitate requisit, tūc iā sublata gratia tortoribus traditur. Ista cogitantes, misericordes esse studeamus, & his, qui in nos peccāt, ignoscere faciliē assuescimus. Centū quippe denarij sunt, quicquid in hoc seculo admitti in nos potest: quæ verō in deū peccauim⁹, ipsa decē milia talēta sunt. Nostis enim peccata etiā pro personarū qualitate discerni, Exēpli causa: Non enim æqualiter peccat, qui priuatum, & qui principē iniuriis violat, eō q; maior offensa sit, quō is qui cōtumelias patitur, principibus ceteris eminet, ac longē grauior, si is fuerit rex. Atqui iniuria quidē eadem est, cāterū augetur pro dignitate personæ. Quōd si is, qui in regē iniuriōsus est, pro excellentia personæ meritiō intolerabiliter cruciatur: qui in deū peccat, quātis afficiēdus est pœnis? Itaq; & si eadē in deū peccauimus, quæ in homines, ne sic quidē vlla peccati parilitas est: sed tāta est vtriusq; culpæ differentia, quātū inter deū & hominem distat. At nunc plura esse peccata cōperio, † nō tātūm dignitate personæ, sed numeri quoque ipsa cumulatione. Et licet terribile nimīū sit, pauendūque quod dicimus: necessariō tamē dicendū est, vt animum nostrum concutiat, & magis, magisq; perterreat. Longē enim magis hominem, quā deum & metuere & honorare conuincimur. quod ita cōsidera: Qui adulterij scelus admittit, deum se videre non ambigit, sed eum sanē contemnit. Sin autem homo aliquis videat, libidinis impetum cohibet: nōne præfert homines deo? non impiē in deū est cōtumeliosus? At quod multō funestius est, contēnit istū, illos reueretur: Nā si quidē ab illis videri se putat, cōcupiscentiæ cōtinet flammam, imō non flamma illa, sed contumelia dicenda est. Si enim † mulier congressi esset licitum, meritiō ea res flāma diceretur: at nūc infania, & contumelia verius dicitur. Videt igitur homines, & infania desistit: dei

autē patientiā spernit, lōganimitatēmq; nō curat. Alius autē furari pergit, scelere sibi cōfici est, & homines quidē fallere nititur, purgare se criminibus pigrit, ac defensionem suā probabilē faciē adiicit. Deum verō quē fallere nequit, nō curat, neq; honorat, neq; reueretur. At si quidem iusserit rex alienis abstinere pecuniis, imō nostras exponere, omnes promptē ac libētē obtēperamus: iubet autem deus aliena nō rapere, nec paremus. Vides vt homines deo in honore præferimus? Grauiā sunt hāc, auditūq; molestissima: sed opere ostendite, q; grauiā sint, criminēque horredum vitare curate. Alioqui quo pacto vobis credere possum, dicētibus verba ista: Metuimus, & aggrauas nos, ipsi vos magis prægrauatis criminū onere: nam verba nō grauant. At ego si quidē verbis annuncio, quæ vos factis ostēditis, indignē & grauer fertis: id verō quā sit iniquum, cernitis. Atq; vtinā ego ista mendaciter prosequar: cupio nempe ipse in die illa mihi crimē impingi, q; vos frustra culpauerim, quānt cernere tanti criminis reos. Non solūm autē ipsi homines præfertis deo, verū & alios cogitis. Nā & seruos plerique cōpulerunt & liberos. Alij quidem matrimonio nolentibus copulauerūt, alij verō ministerijs pessimis obsequi, & impuris amorib⁹, rapinis, ceterisq; sceleribus cogunt, ac duplici se onerāt crimine, vt iam neq; necessitatis præsidio se tueri possint. Nam si ipse perperā inuitus facias, principis quoque imperiis obsequēs, ne sic quidem erit iusta defensio: sin verō cogas alios perpetrare eadē, peccatum lōgē grauius ac funestius sit. Quam enim iste iam sperare vtiā potest, qui alienā etiā perditionis author est? Hāc dixerim, non dānare aliquem volens, sed ostēdere, quā multa deo debeamus. Si enim cum pari honore hominē, deūmq; prosequimur, iniuriam facimus deo: quātō magis cūm illi homines in honore præferim⁹? Quōd si ea quoq; peccata, quæ in homines fiunt, † in deū potius admittā noscuntur: quātō magis peccatum ipsum, quo in deum peccam⁹, mole sua nos obruit? Seipsum quisq; si diligenter examinet, inueniet se cūcta hominum gratia facere. Quā verō felices essemus, q; beati, si quāta propter homines gerimus, tanta propter deū ageremus? Et ibi certē nihil aliud quærimus, quā gloriā, reuerentiā, fluxa omnia, & tēporalia: ex deo autem nihil nisi æternū, nisi immortale referim⁹. Si igitur deo tam multa debemus, dignū est, vt tota animi alacritate his, qui nos læserint, peccata donemus, vt maiorē inde gratiam referamus. Pellatur ex animo rācor omnis, malorūq; memoria perpetua obliuione deleatur. Nanque ad impetrādā nostris sceleribus veniam, nō pecunias impendere, nec aliud aliquid huiusmodi facere necesse est: sola sufficit bonæ voluntatis integritas. Nō opus est in longinqua peregrinando transire, nec ad remotissimas ire nationes, non pericula, nec labores tolerare, sed velle tantūmodo. Quā ergo excusationē habituri sumus in his, quæ videntur esse difficilia, quādo rem tāti lucri, tātāq; vtilitatis, nulliūsq; laboris perpetrare negligimus? [Nō potes pecunias contēnere?] nō potes egenis res tuas distribuere? nō potes boni aliquid velle? nō vales remittere in te peccatū? Nā si tantorū nō esses scelerū reus, solūmq; iuberet deus in te peccatū dimittere, nōne protinus obtēperare debueras? Nūc autē cūm tanta debeas deo, pximo dimittere negligis, iubente deo. Si forte nos venerimus ad debitorem nostrū, omni ille nos offi-

† que non tantū ob personæ dignitatē magna sint, sed etiā ipsa natura. † in deum admittā mole sua nos obruit? iora esse ostendatur: quātō magis tūc cum etiā peccatum ipsa qualitate ma-

† in deum admittā mole sua nos obruit? iora esse ostendatur: quātō magis tūc cum etiā peccatum ipsa qualitate ma-



cio suscipit, honorat, & largissime officia humanita-  
tis impedit: idque cum a scenore non absoluitur, ut nos  
scilicet moras ad prorogandum sibi huiusmodi officiis  
prouocet. Tu qui tam multa deo debes, dimittere iu-  
beris, ut plura recipias, & detrectas? Cur id, quæso? Me-  
miseris, quanta est in nos benignitas dei: quanta nos in-  
gratitudinis signa preferimus, quam tepidi, quam segnes  
sumus? Facillima profecto virtus est: non hic viribus  
corporis, non opibus, non pecuniis, non potentia, non  
amicitia, non alia quavis re opus est; solum velle suffi-  
cit, resque tam utilis, tamque necessaria protinus mada-  
tur effectui. Contristauit te quispiam, & probris ac iur-  
giis affecit, cogita quæ multa similia tu in alios, atque in  
ipsum dominum admiseris: sicque eris aduentum pronior.

**Matth. 6. b** Considera quid orans loqueris: Dimitte, inquis, nobis  
debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus  
nostris. Animaduerte quo te pacto constringas. Nisi  
dimittas, dicere hoc tute non preuales. Porro si dimi-  
deris, hoc quasi debitum repetis, non ex natura rei, sed  
ex bonitate donatis. **† Et ubi non illuxit æqualis beni-**  
**gnitatis indicium, ut qui conseruis dimittit, eorum quæ**  
**ipse peccauit in dominum, veniam referat? Hac tamen**  
**tam singulari benignitate nos fruimur, quia creditor**  
**nostrer diues est in misericordia, & miserationibus.**  
**Ceterum ut ostendat tibi, & absque his, etiam si non remi-**  
**sione potiaris, multum te solum remittendo lucrari: cogi-**  
**ta qui huiusmodi est, qui multos habeat amicos, utque**  
**per ora omnium eiusce versentur laudes. Quam bonus**  
**vir, qui ad reconciliationem & misericordiam facilis, in-**  
**iurias obliuisci gloriosum existimat: simul atque vulnus**  
**excipit, curatus est huiusmodi vir: si quis forte casus**  
**& tristis euerus excipiat, quis non misereatur? quis non**  
**peccari protinus indulgeat? quis pro aliis petenti, gra-**  
**tiam denegat? quis tam boni animi amicus, atque obse-**  
**quens esse non cupiat? Ita obsecro, cum tua huius causa**  
**faciamus, neque modo in amicos & proximos, verum**  
**† Et ubi non illuxit æqualis benignitatis indicium, ut qui conseruis dimittit, eorum quæ ipse peccauit in dominum, veniam referat? Hac tamen tam singulari benignitate nos fruimur, quia creditor nostrer diues est in misericordia, & miserationibus. Ceterum ut ostendat tibi, & absque his, etiam si non remissione potiaris, multum te solum remittendo lucrari: cogita qui huiusmodi est, qui multos habeat amicos, utque per ora omnium eiusce versentur laudes. Quam bonus vir, qui ad reconciliationem & misericordiam facilis, iniurias obliuisci gloriosum existimat: simul atque vulnus excipit, curatus est huiusmodi vir: si quis forte casus & tristis euerus excipiat, quis non misereatur? quis non peccari protinus indulgeat? quis pro aliis petenti, gratiam denegat? quis tam boni animi amicus, atque obsequens esse non cupiat? Ita obsecro, cum tua huius causa faciamus, neque modo in amicos & proximos, verum**

**† Et ubi non illuxit æqualis benignitatis indicium, ut qui conseruis dimittit, eorum quæ ipse peccauit in dominum, veniam referat? Hac tamen tam singulari benignitate nos fruimur, quia creditor nostrer diues est in misericordia, & miserationibus. Ceterum ut ostendat tibi, & absque his, etiam si non remissione potiaris, multum te solum remittendo lucrari: cogita qui huiusmodi est, qui multos habeat amicos, utque per ora omnium eiusce versentur laudes. Quam bonus vir, qui ad reconciliationem & misericordiam facilis, iniurias obliuisci gloriosum existimat: simul atque vulnus excipit, curatus est huiusmodi vir: si quis forte casus & tristis euerus excipiat, quis non misereatur? quis non peccari protinus indulgeat? quis pro aliis petenti, gratiam denegat? quis tam boni animi amicus, atque obsequens esse non cupiat? Ita obsecro, cum tua huius causa faciamus, neque modo in amicos & proximos, verum**

**† Et ubi non illuxit æqualis benignitatis indicium, ut qui conseruis dimittit, eorum quæ ipse peccauit in dominum, veniam referat? Hac tamen tam singulari benignitate nos fruimur, quia creditor nostrer diues est in misericordia, & miserationibus. Ceterum ut ostendat tibi, & absque his, etiam si non remissione potiaris, multum te solum remittendo lucrari: cogita qui huiusmodi est, qui multos habeat amicos, utque per ora omnium eiusce versentur laudes. Quam bonus vir, qui ad reconciliationem & misericordiam facilis, iniurias obliuisci gloriosum existimat: simul atque vulnus excipit, curatus est huiusmodi vir: si quis forte casus & tristis euerus excipiat, quis non misereatur? quis non peccari protinus indulgeat? quis pro aliis petenti, gratiam denegat? quis tam boni animi amicus, atque obsequens esse non cupiat? Ita obsecro, cum tua huius causa faciamus, neque modo in amicos & proximos, verum**

**† Et ubi non illuxit æqualis benignitatis indicium, ut qui conseruis dimittit, eorum quæ ipse peccauit in dominum, veniam referat? Hac tamen tam singulari benignitate nos fruimur, quia creditor nostrer diues est in misericordia, & miserationibus. Ceterum ut ostendat tibi, & absque his, etiam si non remissione potiaris, multum te solum remittendo lucrari: cogita qui huiusmodi est, qui multos habeat amicos, utque per ora omnium eiusce versentur laudes. Quam bonus vir, qui ad reconciliationem & misericordiam facilis, iniurias obliuisci gloriosum existimat: simul atque vulnus excipit, curatus est huiusmodi vir: si quis forte casus & tristis euerus excipiat, quis non misereatur? quis non peccari protinus indulgeat? quis pro aliis petenti, gratiam denegat? quis tam boni animi amicus, atque obsequens esse non cupiat? Ita obsecro, cum tua huius causa faciamus, neque modo in amicos & proximos, verum**

**A** fisisque principis gratia flagitauit, sed antea virtum ad-  
miratus, eiusque virtutes dignis profecutus laudibus,  
cum charitatis & in eum suæ non paruum addidisset  
argumentum: quod semper in orationibus suis eius  
meminisset, dixissetque quod multi in eo requiesce-  
rent, quodque in omnibus obtuleret & cederet:  
tunc & ipsam postremo postulat gratiam, eo ipso fa-  
cilem sibi aditum parans. Nam si alij ex illo, quæ pos-  
tulant, consequuntur: longè id magis debuit Paulus.  
Si ante alios venies audiri meruerat: multo sanè ma-  
gis cum aliis, & post alios pergens, cum in primis non  
pro se rogaret, sed pro alio. Deinde ne videretur hu-  
ius tantum gratia scribere, quasi non alias scripturus,  
nisi Onesimus impelleret: vide quam prudenter &  
alias epistolæ adiecit causas. Primum quidem ipsius  
charitatem insinuat, Deinde parari sibi etiam iubet  
hospitium. *Audiens, inquit, charitatem tuam. Non vulga-*  
**B** ris hæc laus est, sed insignis planè, maiorque quam si  
coram se vidisset. Constat enim hæc virtutem, nisi in  
eo fuisset eximia, non adeo potuisse innotescere, ut ad  
eius quoque aures perueniret, cum tanta utrunque ter-  
ræ marisque intercapedo dirimeret. Nam hic, ut mihi  
quidem videtur, in Phrygia fuit, cuius rei indicium  
Archippus est, de quo scribit Colossensibus. Quippe  
Colossenses Phryges sunt, ad quos scribentes Apostolus  
ait: Cum lecta fuerit apud vos epistola, facite ut & in  
Laodicensium legatur ecclesia, & eam quæ ad Laodi-  
censes ipsi legatis. Porro hæc Phrygiæ ciuitas fuit.  
Oro, inquit, ut societas fidei tue efficax sit. Vides ut an-  
tequam gratia postulet, maiorem logè ipse præstiterit.  
*Ut, inquit, societas fidei tue efficax sit in agnitione omnis boni,*  
**C** *quod in vobis est in Christo Iesu.* Hoc est, ut omnè vir-  
tutis speciem impleas, nihilque tibi deesse patiaris. Ita en-  
nim fides efficax est, si habeat opera. Nam sine operibus  
fides mortua est. Nec ait, fides tua: sed, Societas fidei  
tuæ: illi sibi ipsi coniunges, & vnum corpus ostendes,  
atque hoc ipso illi maxime, aptissimèque: & conueniè.  
Si socius, inquit, es in fide, debes esse & in cæteris so-  
cius. *Gaudium enim habemus, & multam consolationem in*  
**D** *charitate tua: quoniam viscera sanctorum requieuerunt per te*  
*frater. Nihil ita mouere eius animum potest, ut beneficia*  
**in alios comunicata retexere, maxime cum eis**  
**hic logè dignior, & venerabilior sit. Non quidè ait,**  
**cum hæc aliis facias, quãtò magis mihi denegare non**  
**debes, quod cæteris prestatas: sed hoc ipsum tamè aliis**  
**verbis admonuit, lenius id quodammodo, & gratius**  
**expetens. Tu mihi, inquit, dedisti fiduciam postulandi**  
**ex his quæ in alios contulisti. Et multam, inquit, conso-**  
**lationem. Id est, non solum lætamur, sed etiã consolamur:**  
**membra enim nostra illi sunt. Si igitur tantam oportet**  
**esse cõcordiam, cõsonantiãque; membrorum, ut**  
**in aliorum requie, hi quoque; qui in tribulatione sunt,**  
**quietis exortes, illorum tamen gratia exultent, quasi**  
**in totum corpus manante quietis beneficio: quantò**  
**magis & tu nobis requiem tribuisti? Neque verò ait:**  
**quoniam cedis, quoniam obtemperas: sed multò qui-**  
**dem vehementius, atque expressius: Quoniam, inquit,**  
**viscera sanctorum per te requieuerunt. Ac si enim paruulus**  
**charus nimium, atque amabilis parentibus sit: ita cha-**  
**ritas & affectio, & indulgentia liberalis, eum indicat**  
**à sanctis nimium fuisse dilectum. Idcirco, inquit, ma-**  
**gnam habens in Christo fiduciam. Inspice, quæso, quam cau-**  
**tus incedat. Ne quid enim, maxima licet vi charita-**  
**tis expressum, auditorè fortè feriret, atque ideo graui-**  
**ter ferret: ideo antequàm diceret, imperandi tibi, quia**  
**id graue**

Matth. 6. b

† Et ubi non illuxit æqualis benignitatis indicium, ut qui conseruis dimittit, eorum quæ ipse peccauit in dominum, veniam referat? Hac tamen tam singulari benignitate nos fruimur, quia creditor nostrer diues est in misericordia, & miserationibus. Ceterum ut ostendat tibi, & absque his, etiam si non remissione potiaris, multum te solum remittendo lucrari: cogita qui huiusmodi est, qui multos habeat amicos, utque per ora omnium eiusce versentur laudes. Quam bonus vir, qui ad reconciliationem & misericordiam facilis, iniurias obliuisci gloriosum existimat: simul atque vulnus excipit, curatus est huiusmodi vir: si quis forte casus & tristis euerus excipiat, quis non misereatur? quis non peccari protinus indulgeat? quis pro aliis petenti, gratiam denegat? quis tam boni animi amicus, atque obsequens esse non cupiat? Ita obsecro, cum tua huius causa faciamus, neque modo in amicos & proximos, verum

† Et ubi non illuxit æqualis benignitatis indicium, ut qui conseruis dimittit, eorum quæ ipse peccauit in dominum, veniam referat? Hac tamen tam singulari benignitate nos fruimur, quia creditor nostrer diues est in misericordia, & miserationibus. Ceterum ut ostendat tibi, & absque his, etiam si non remissione potiaris, multum te solum remittendo lucrari: cogita qui huiusmodi est, qui multos habeat amicos, utque per ora omnium eiusce versentur laudes. Quam bonus vir, qui ad reconciliationem & misericordiam facilis, iniurias obliuisci gloriosum existimat: simul atque vulnus excipit, curatus est huiusmodi vir: si quis forte casus & tristis euerus excipiat, quis non misereatur? quis non peccari protinus indulgeat? quis pro aliis petenti, gratiam denegat? quis tam boni animi amicus, atque obsequens esse non cupiat? Ita obsecro, cum tua huius causa faciamus, neque modo in amicos & proximos, verum

† Et ubi non illuxit æqualis benignitatis indicium, ut qui conseruis dimittit, eorum quæ ipse peccauit in dominum, veniam referat? Hac tamen tam singulari benignitate nos fruimur, quia creditor nostrer diues est in misericordia, & miserationibus. Ceterum ut ostendat tibi, & absque his, etiam si non remissione potiaris, multum te solum remittendo lucrari: cogita qui huiusmodi est, qui multos habeat amicos, utque per ora omnium eiusce versentur laudes. Quam bonus vir, qui ad reconciliationem & misericordiam facilis, iniurias obliuisci gloriosum existimat: simul atque vulnus excipit, curatus est huiusmodi vir: si quis forte casus & tristis euerus excipiat, quis non misereatur? quis non peccari protinus indulgeat? quis pro aliis petenti, gratiam denegat? quis tam boni animi amicus, atque obsequens esse non cupiat? Ita obsecro, cum tua huius causa faciamus, neque modo in amicos & proximos, verum

Homilia II.

**R**atias ago deo meo semper, memoriam tui faciens in  
orationibus meis, audiens charitatē tuam, atque fidē,  
quam habes ad dominū Iesum, & in omnes sanctos,  
ut societas fidei tue efficax sit in agnitione omnis boni, quod  
nobis est in Christo Iesu, &c. Non statim ab exordio, ip-

**1469** id graue videbatur, ac licet ex charitate prolatum cu-  
rare potius posset, ex abundantia tamè magis securo pre-  
munit, dicēs fiduciam habēs: quod profecto Philemon-  
e magni esse meriti indicatū est, ac si dicat: fiduciã  
tu nobis dedisti, neque hoc solum, sed in Christo. Non  
ideo quæ sis in seculo clarior atque potentior, de te ista  
præsumimus: sed propter fidē, quam habes in Chri-  
stum. Sicque demum addit, *Imperandi tibi:* etiam ne id  
quidē solum, sed etiam quod expedit: hoc est, rationabi-  
lem rem. Et inspicere obsecro, quæ multis ex locis sibi ad  
cor eius aditum parat. Alios, inquit, & me ipsum bene-  
ficiis foues, & propter Christum: & quia res rationa-  
bilis est, & quia charitas dat, *Propter quam magis obsecro.*  
ac si dicat: Scio quidem quæ etiam imperans facile effi-  
ciam quod intendo, quod ex præcedentibus tuis ope-  
ribus colligo: sed quia mihi huius rei magnū studiū  
est, obsecro. Vtrunque simul ostendit, quæ & tibi cõfi-  
deret, quia imperauit: & quæ ea cura vehementer sibi  
cordi esset, obsecrat enim. *Talis, inquit, existens ut Pau-*  
**lus senex. O ineffabilē bonitatem. quãuis hunc modis**  
**aggreditur, quot ex partibus exorare pergit: hunc perso-**  
**ne qualitate, Paulus enim: ex etate, quia senex: ex eo quod**  
**omnibus iustius, potentiùsque; persuadet, Quoniam vin-**  
**ctus Iesu Christi. Quis oro, huiusmodi athletã innume-**  
**ris victoriis clarum non obuiis exciperet manibus? Quis**  
**intuens vincitum pro Christo, non ei innumeras defer-**  
**ret gratias? Cũ itaque tam multis modis illis præpara-**  
**raffet, ac mitigasset animum, non continuo adiecit no-**  
**men: sed post huiusmodi adeo insignem admonitionem**  
**differt adhuc. Nostis quippe dominorum aduersus fu-**  
**gitiuos seruos indignationem, & maxime si re familia-**  
**ri expilata diffugerint: quãlibet illi mites fuerint, ex**  
**accepto detrimeto ira succrescit. Hanc igitur modis**  
**omnibus lenire cõtendit. Ac primū persuadēs omnia,**  
**quæcumque; illa sint alacriter subministrant. Cũ iam ani-**  
**mus ipsius ad omnem parasset obedientiam, tunc iam**  
**quid velit, adiungit, & dicit: Obsecro te. Et adiecit lau-**  
**des, cum infert, Pro filio meo, quæ ego genui in vinculis meis.**  
**Rursum vincula quæ placidã ac exorandi vim habent, &**  
**tũ demum nomen apponitur. Nō modo enim extinxit**  
**iram, verum & magna iucunditate repleuit. Nequaquã,**  
**inquit, illud vocarem filiũ, nisi esset valde approbatus,**  
**& utilis. Illud denique, ac Timotheũ eodem appello no-**  
**mine. Vbi verò plurimis in locis suũ declarasset affe-**  
**ctũ, ex partu quoque; tempore sui reuerentiam indicit.**  
**Vinctus, inquit, illũ genui: ut ex hoc amore dignior**  
**honore censeatur, quæ esset inter ipsa certamina, & in**  
**ipsis pro Christo tẽtationibus editus. Onesimo, qui tibi**  
**aliquando inutilis fuit. Vide quæ prudenter ipsius delictũ**  
**Scio, inquit, quod inutilis fuerit, Nunc autem & tibi & mi-**  
**hi utilis erit. Non ait, nunc autem tibi utilis erit, ne ille**  
**non crederet: sed personã quoque; introduxit suã, ut ex**  
**hoc ille dignius sperare meliora potuisset. Nũc autẽ,**  
**inquit, & tibi & mihi utilis. Si enim Paulo futurus est**  
**utilis, qui tantã virtutis & perfectionis diligentia exi-**  
**git, quãtò amplius domino? Quæ remisi ad te. Et hac ex**  
**parte iracundiã mitigat, cum illum in manus domini**  
**tradit. Tunc enim maxime domini indignari solent,**  
**cũ sibi pro absentibus preces porriguntur. Hoc igitur**  
**ipsum in primis est, quod eius animũ, furorẽque; cõ-**  
**pefcit omnẽ. Tu autem ipsum suscipe, & viscera mea. Et**  
**hic rursus non simpliciter posuit nomen, sed etiã vo-**  
**cem adhortantis adiecit, quæ longè plus habet viriũ,**  
**quã si filiũ diceret. Dixerat filium: dixerat, quem in**

† ipsi.

\* quævis  
id est, cum talis sis, vel, cum talis sis, in prima persona ut Chryso-  
theophilus.

† hoc est.

vinculis genui, ut ex eo maxime videret amabilis, quæ  
esset in pressuris & in tẽtationibus genitus. Quod enim  
illis maxime filiis afficiamur, quos inter pericula, vel  
etiã post euitata pericula gignimus, testimonio scri-  
pturę cõprobatur, quæ Beniamin delicatũ patri Iacob  
filiũ ex eo manifestat, quæ hũc moriens mater ediderit,  
appellauitque; Beniamin: hoc est, filiũ doloris mei. Tu  
autẽ ipsum, inquit, & viscera mea suscipe. Et ex his  
verbis magnitudinẽ charitatis ostendit. Non ait, reci-  
pe: nõ dixit, ne irascaris: sed, suscipe: hoc est, non mo-  
dò veniã, sed honorẽ quoque promeretur. Est enim  
Pauli filius effectus. *Quæ ego volebã pro te retinere, ut mini-*  
**straret mihi in vinculis euangeliũ. Vides quæ multa tẽtatione**  
**straret mihi in vinculis euangeliũ. Vides quæ multa tẽtatione**  
**xerit, ut illum domino venerabilẽ faciat? Et inspicere,**  
**quæso, quæ id sapiẽter efficiat. Inuenisti, ait, quo pacto**  
**mihi per illũ ministrare possis. Ostendit his verbis tibi**  
**potius quæ seruo prospicere, cũ se illo nimis egere**  
**significat. Sine cõsilio autem tuo nihil volui facere. Istud est**  
**quod in primis dominũ fleẽt, quãdò & res utilis est,**  
**& sine illius tamẽ sententia nõ attẽtatur: & addit, Vti**  
**me velut ex necessitate bonũ tuum esset, sed voluntarium. Scie-**  
**bam enim, inquit, quod si nõ fuisses pramonitus, sed re-**  
**pentẽ factũ cognouisses, ne sic quidẽ agrẽ, aut indig-**  
**ne ferres: verũ te malui ex abundantia cõmonere, uti**  
**ne veluti ex necessitate bonũ tuum esset. Forsitan ideo**  
**discessit ad tempus, ut in æternum illum reciperes, non iam ut**  
**seruum. Rectẽ, Forsitan, posuit, ut facilius crederet do-**  
**minũ. Quia enim ex elatione, aut peruerso corde, nec**  
**ex voluntatis rectitudine fuga illa processerat, dicit**  
**Forsitan: neque; ait, ideo fugit: sed, ideo separatus est, ho-**  
**nestiori vsus vocabulo. Neque; seipsum separauit dixit.**  
**Nõ enim hoc ille molitus est, ut huius rei gratia disce-**  
**deret. Quod & Ioseph cũ fratres alloqueret, eorum-**  
**que causam ageret, ait, Deo huc me misit: hoc est, ma-**  
**litia vestra bene vsus, atque; vtiliter: ideo, inquit, ad ho-**  
**ram separatus est. Et tẽpus cõtrahit, & peccatũ cõfi-**  
**teretur, illudque; in dispensationẽ vertit. Ut in æternũ il-**  
**lum reciperes, ait. Nõ in præsentitanti seculo, sed in**  
**futuro etiã. Ut eũ semper habeas, iã nõ ut seruũ, sed ut**  
**seruo logè chariorẽ. Seruũ quidẽ est, sed maiori illũ**  
**beneuolentia fouebis, quæ si frater esset. Itaque; & tẽpo-**  
**ris, & qualitatis ratione lucratus es: iam enim abs te**  
**vltrã nõ resiliet. Ut in æternum, inquit, illum recipias, iam**  
**non ut seruũ, sed ut profervũ charissimũ fratrem, maxime mihi.**  
**Seruũ ad modicũ amiseras, & fratrem perpetuò re-**  
**peristi, fratrem non modò tuũ, sed etiã meum. Magnũ**  
**ex hoc eximia virtutis testimonium. Si meus, inquit,**  
**frater est, profecto nõ erubesces & tu illũ habere fra-**  
**trem. Ex eo igitur quod hunc filiũ dixit, singularis affe-**  
**ctus indicium dedit: ex eo autem quod fratrem appellauit,**  
**magna illum beneuolentia, & pari secum honore dig-**  
**gnũ profecto declarauit. Ista non sine certa ratio-**  
**ne scripta sunt, sed uti ne tẽtatione peccantes despice-**  
**reus, neque illis domini nimis immincant: sed cri-**  
**mina discamus ignoscere eis, qui sunt huiusmodi, ne**  
**semper seueri, semper asperrimi simus, ne seruitutis**  
**prætextu, si boni fuerint, socios illos in omnibus as-**  
**sumere erubescamus. Si enim Paulus nõ erubuit hu-**  
**iusmodi appellare filiũ, & viscera, & fratrem, atque; cha-**  
**riissimũ: cur, obsecro, nos erubescamus? Et quid dicã**  
**Paulus? Pauli ipse dominus non erubescit seruos no-**  
**stros fratres suos appellare, & nõs erubescimus? Vide**  
**quãto honore nos psequitur. Seruos nostros vocat**  
**fratres suos, & amicos, & cohæredes. Ecce, vbi nã res**  
**deducta est? Quid nos fecisse putabimus, dum cũ cõta**  
**gesserit.**

Gen. 35. 6

† hoc est.

tũc in do-

mini ho-

norẽ per-

duxerit

† ipsi.

Gen. 45. 6

† supra

seruum.

Moralẽ

de seruis

peccatib

desperare

mus.

Mat. 12. d

Rem. 8. f.

gesserimus? Nihil omnino pmouimus, sed quantunlibet nos humiliauerimus, magna ipsius virtutis pars adhuc reliqua erit. Cur id quæso? Quia tu quæcunq; gesseris, erga cõseruos facis: at verò dominus seruis omnia facit. Audi & exhorresce, & nunquã de humilitate eleueris. Fortè ridetis, quia diximus humilitatẽ attrollere, sed desinite mirari. Extollit illa, nisi vera & germana fuerit: quonã id modo? Est ea ars profectò diabolica, vt quẽadmodum plures, eò q̃ inanem gloriam vicerunt, gloriãtur inanius: ita & quia se humiliauerunt, extolluntur. Verbi gratia: Venit quispiã frater, aut etiam seruus, suscepisti eũ, lauisti pedes, cõtinuò magna sapere cõcepisti. Fecisti quod nemo, humilitatem cõsecutus es. Ea te cogitatio extollit, imò ex alto potius deiicit. Vnde igit̃ possit quis solidè in humilitate persistere? Si præceptum domini semper animo verset, quo ait: Cũ feceritis omnia, dicite, serui inuitis sumus. Et rursus si orbis magistrũ dixisse meminertis, Ego me non arbitror cõprehendisse. Ille solus humilitatẽ animi verè consecutus est, qui sibiipsi persuasit, quãtunlibet peregerit, nihil se magnũ gessisse, qui nec ad finem peruenisse arbitratur. Cõplures ex humilitate in superbã elati sunt, sed nos ne obsecro id patiamur. Fecisti aliquid humile, noli magnũ sapere, alioquin omnia perdidisti. Eiusmodi fuit pharisæus ille elatus, intumuit q̃ pauperibus decimas daret, totũq; amisit. Non sic publicanus ille, qui quoniam se humiliter agnoscebat, iustificari præ illo meruit. Audi rursus dicentem Paulum: Nihil mihi conficius sum, sed nõ in hoc iustificatus sum. Vides quã se nõ extulerit, sed modis omnibus presserit, atq; humilior euaserit, idq; cũ ad supremum virtutis culmen peruenisset? Tres etiã pueri ignibus iniecti, quid in media fornace dicebant? Peccaui cum patribus nostris, iniquitatem fecimus. Istud cõtriti cordis indicium est, idcirco dicere poterãt: Sed in corde contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur. Ita & cũ in fornacẽ incidissent, humiliores, quã anteã fuerant, claruerunt. Nam postquã miraculũ illud circa se patratũ viderunt, se ipsos salute indignos arbitrãres, ad humilitatẽ protinus conuersi sunt. Nam vbi penitus hæserit animo nos multa præter meritũ percepisse beneficia, tũc maximè angimur, si fuerimus grati. Sed enim illi quid vltra meritorum perceperunt modũ? Se ipsos fornacis incendiis tradiderũt, peccantibus aliis, ipsi in captiuitatem fuerãt adducti: iuuenes adhuc, nec murmurauerunt, non irati sunt, neque dixerũt: Quid putas? hæcine ex diuino famulatu lucrati sumus? regi impio, & crudelissimo traditi sumus, nihil profecimus, debitam illi cultus impẽdentes reuerentiam, vnã cum idololatris ab impiissimo rege torquemur, in captiuitatẽ deuenimus, excidimus patria libertate, atq; omni ritu patrio priuati sumus, captiui & serui facti sumus, immitti ac barbaro seruiamus domino. Nunquid huiusmodi aliquid dixerunt? Non. Sed quid? Peccaui, iniquitatẽ fecimus. Nec pro se tãtum, sed pro aliis fundunt preces, & dicunt: quia regi immitissimo, & iniquissimo traditi sumus. Daniel itẽ secundò in lacũ leonum iniectus, ait: Recordatus est enim mei deus. Cur obsecro Daniel, tui recordatus non esset? Nõne illum glorificasti coram rege, dicẽs: Et ego nõ in sapientia, quã est in me? Nõ ideo in lacũ missus es, quia nequissimo illi decreto nõ obtemperasti? Nõne ipsius gratia nunc quõq; in lacum iniectus es? Ita sanè, inquit, sed multorũ tamẽ illi debi-

tor sum. Quid iã nos dicturi sumus, qui multis peccatorum ruderibus pressi, humilitatis tamẽ gratiam, & singulare præsidũ occupare negligimus? Audi quid & Dauid dixerit: Quòd si dixerit mihi, nolo te, ecce ego, faciat mihi qđ acceptũ est corã se. Poterat certè sua plurima rectè facta pferre, sed humilia sentire & dicere maluit. Heli etiam, Dominus, inquit, est: quod gratũ est corã se faciat. Istud satis cõgruit fidelib; seruis, nõ modò inter beneficia, sed in ipsis quoque supplicii & cruciatib; deo gratias agere, eiq; omnia accepta referre. Quã verò inepti sumus nos, qui cum dominos seruis plagas inferre viderim, parcere illis cũ sint iuris sui nõ ambigimus: deũ verò his, in quib; fuerit castigãdis seuerior, iustis parciturũ dubitam? Hoc sanè Paulus significãt ait: Siue viuimus, siue morimur, domini sumus. Nõ vult sibi quis t opus immi-nui, nouit quo hunc verberis genere cadat, filiũ huic spẽ posteritatis tollit. Nemo nostrũ sibimet illo amplius parcat, qui cũ nõ effemus, nos esse cõstituit: qui Solem oriri facit, & pluit, qui inspirat animã, qui filiũ suum pro nobis dedit. Verũ vt ad id redeã, vnde digressus sum, & cuius gratia hæc oĩa dixi. Si humiles simus, vt decet: si mites ac mãsueti, vt oportet, non sit nobis ea humilitas elationis occasio. Humilis es & cunctis abiectionior, noli idcirco inflari, neq; exprobes cãteris, ne perdas gloriã tuã: ideo nepe te humilias, vt arrogantia fugias. Quòd si per hanc in arrogantia corruas, melius fuerat nõ humiliari. Audi enim quid apostolus dicat: Et per ipsum, inquit, mihi operatur mortẽ, vt fiat nimĩ peccans peccatũ per mãdatum. Quoties tibi subrepat elata cogitatio, q̃ quasi humilitatis culmẽ occupaueris: cõsidera quonã vnde descẽderit dominus tuus, & tũc defines te ipsum admirari & laudare: imò te, & tua omnia ridere cogaris, cũ ex collatione dominicã humilitatis, nihil te omnino profecisse cognoueris, debitorẽ te semper existimãs. Quæcunq; operatus fueris, illã semper parabolã animo versa: Quis ex vobis habẽs seruum, inquit, qui ingressò dicat recũbe, nõ dico vobis, sed sta, & ministra mihi: nõ quid gratias habem; seruis nostris ministrãtib; nobis? At verò deus nobis gratias habet, nõ seruientibus sibi, sed quod expedit nobis agẽtib; . Veruntamẽ nõ ita afficiamur, aut hac illi intẽtione famulemur, vt nobis ille gratias habeat, sed vt qđ est muneris nostri impleamus, debitũq; persoluamus. Nã re vera omnia, quã agimus nos, ac si debitũ deo tenemur exoluere: nã si cũ seruos pecunia emimus, semper illos nobis viuere volum; , & iuris nostri esse quã habuerint omnia: quantò magis is, qui nos ex nihilo cõdidit, & esse qui antè nõ fuimus, fecit, qui postmodum proprio nos ac preciosissimo redemit sanguine: tantũq; se deiecit nostri gratia, quãtũ nemo pro filiis charissimis faceret: qui de summa cœli arce, ac pater-nis sinib; ad nostra infirma descẽdit, qui sanguinẽ effudit suũ, sui nos iuris esse vult? Si igit̃ mille habere-mus animas, eãsq; pro illo ponerẽ oēs, putãne dignũ aliquid illius charitati retribuere possemus? Minimè id quidẽ. Cur, quẽso? Quia eũ ille nihil deberet nobis, hoc fecit ex gratia: nos autẽ ex hoc illi debitores sumus. Atq; ille deus cũ esset, seruus factus est, neq; morti obnoxius in mortẽ venit, carne suscepta. Nos verò, etsi pro illo animas nõ poneremus, naturã lege posituri eram; , ac etiã inuiti paulò post excessuri ex vita. Eadẽ & in pecuniis ratio. Has enim etsi illius gratia nõ demus, mortis tamẽ necessitate linquem; . Ita &

Ita & de humilitate sentiendũ. Nam etsi ipsius gratia humiliari renuimus, pressurã nos, & clades, potẽtiorũq; metus vel inuitus humiliabunt. Vides gratiã singulãrẽ eminentiam? Non dicit, quid enim magnũ faciunt martyres? & si pro meo nomine nõ moriantur, omnino morituri sunt. Sed magnas illis gratias habet, quia spõte deponũt, qđ paulò post naturẽ iure deponerẽt. Nõ ait, quid enim magni agũt, qui pecunias spontè dispergũt, quas velint nolintve, relicturi sunt: Sed multam his quoq; habet gratiã, neque erubescit fateri coram omnibus, q̃ a seruis cibatus fuerit dominus. Est enim & hoc ad gloriã domini, si seruos habeat gratos, & illum sic diligant serui: q̃ item quã illorum sunt, sui iuris efficiat, idque coram omnibus nõ erubescat confiteri. Reuereamur immẽsam charitatem Christi, incalescat animus, excitetur affectus. Audiuius q̃ nos ille maximè omnium diligit, accẽdamur & nos ad amorẽ eius. Honoremus illum præ omnibus, reddamus vel ex parte amoris eius vicẽ. Dominus noster nos adedẽ diligit, & torpore frige-scimus, nec expergiscimus. Ne, quẽso, sumus adedẽ defides circa nostrarũ salutem animarum, sed totis viribus illũ diligamus, omniãq; pro illius dilectione impẽdamus, animã, pecuniam, gloriã, & alia omnino omnia, gaudẽtes, gestientes, propti, alacres, nõ quasi illi, sed vt nobis ipsi prẽbituri, quẽ illius amore gesserimus. Ea quippe est amantiũ lex, vt se tum demũ fœlices putent, cũ aduersa pro his quos diligũt, sustinent. Ita igitur & nos erga dominũ nostrum afficiamur, vt futurorũ bonorũ participes esse mereamur, in Christo Iesu domino nostro, cũ quo est patri, sancto-que spiritui gloria, & honor, & imperium, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia iij.

**S**I igitur habes me sociũ, suscipe illum sicut & me. Si quid verò te læsit, aut debet, hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi manu mea. Ego reddã, vt ne dicã tibi, quod & te ipsum mihi debes. Ita frater ego te fruã in domino: refice viscera mea in Christo. Confidens in obedientia tua scripsi tibi, sciens, quonã & super id quod dico facies. Simul & para mihi hospitium: nam spero per orationes vestras donari me vobis. Salutat te Epaphras cõcaptiuus meus in Christo Iesu, Marcus, Aristarchus, Demas, & Lucas, coadiutores mei. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro, Amen. Nihil tantam impetrãdi vim habere solet, quantã nõ simul omnia petere. Vide enim post quãtas laudes, post quãtũ apparatus, magnũ hoc posuit. Cũ dixisset illum filium suũ & euangelij sociũ, cũ sua eũ appellasset viscera, & dixisset, Vt fratrẽ illum recipe, & vt fratrẽ illũ habe: tunc addidit, Sicut & me. Nec istud erubuit Paulus, quia enim fidelĩũ seruus non erubescit appellari, nec modò erubescit, verũ id & liberẽ, & gratis cõfiteretur: multò minus ita profiteri de se renuit. Id autẽ est: Si mecum eadẽ sentis, si eadẽ curris viã, si amicũ arbitraris, suscipe illũ, quem & ego meum suscepi. Et vide quã cautè postremò addidit culpã, quia enim maximè rei pecuniariã iactura angi homines solent, ne quid huiusmodi obiiceret, cõsumpta quippe fortè erat pecunia furto sublata: nõ ait, Si quid furatus est: sed, si quid te læsit. Simul & peccatũ confitetur, & nõ veluti serui peccatũ, sed quasi amici ad amicũ, iniuriã magis vsus, q̃ furti nomine. Hoc, inquit, mihi imputa: id est, à me debitũ exige. Quanta verò cũ spirituali gratia id agit? Ego, inquit, Paulus scripsi manu mea. Gratè nimĩ illi verecundiã incutit, siquidẽ ipse illũ

detrectaret admittere, pro quo Paulus literas huiusmodi scribere nõ renuisset. Atque ex eo quod sequitur, omnem ab eo sensum iracundiã repulit: manu, inquit, mea scripsi. Nihil hĩc visceribus gratius, vel vehementius, nihil quod maiorẽ vim studij, & alacritatis ostendat. Pro viro vno qđ eximiam ostendit prouidentiam. Vt non dicam, inquit, q̃ & te ipsum mihi debes. Deinde ne putaretur cõtumelia in eũ, qui rogabatur admitti, si pro furto non ausus esset orare, & quod orabat consequi desperasset, qđ pulchrè & istud consolatur: vt non dicam, inquit, q̃ & te ipsum mihi debes, non modò tua, sed & te ipsum. Et hoc ex charitate, & ex amicitia lege, & q̃ illi valde confideret, dixit. Et inspicere quã vbiq; vtriusq; rei curam gerat, & q̃ magna cum fiducia roget, & vt hoc vehementis fiducia illius argumentũ sit. Ita frater. Quid sibi hoc vult? suscipe eum. Omissò interim grato illo verborũ vsu, ad priora rursus ac seria vertitur, quãquã & ista seria sunt. Quã enim sancti protulerũt, grata licet ac dulcia, seria sunt. Ita, inquit, frater ego te fruã in domino, refice viscera mea in Christo. Hoc est, nõ mihi, sed domino gratiã des. Confidens de obedientia tua scripsi tibi. Quẽ lapidẽ ista non fleeterent, non emollirent? Quã immanem licet beluam hæc non in mansuetudinẽ verterent, ipsũq; humanissimè suscipere persuaderẽt? Cũ tanta virtutũ testimonia illi præstitisset, nõ renuit etiam denuò causam ipsius tueri. Neq; verò imperio vsus, atq; autoritate hæc scribo, sed confidens de obedientia tua scripsi tibi: quod etiam in principio dixerat, fiducia habens: hoc & modò, cũ signaret epistolam. Sciens, quoniam & super id quod dico facies. Habet ista magnam hortandi atq; exorandi vim. Erubesceret enim profectò, & si ob nihil aliud non id faceret quod admonet, vel ex eo certè, q̃ hanc ille de se habet opinionem, super quam diceret ipse esse facturũ. Simul autem & para mihi hospitium, spero enim per orationes vestras donari me vobis. Et hoc vehementer confidẽtis erat indicũ, imò & pro Onesimo in primis faciebat, ne illi negligenter: sed scientes illum omnino venturum atq; auditurum, vt sese habuerint aduersus eum, omnem iniuriã memoriã deponerent, & proptiores ad gratiã essent. Grãdis enim erat presentis Pauli honor & gratia: Pauli, inquã, post ætatem senectutis expressam, post cõmendata sæpius vincula. Rursus hoc ipsorum charitatis argumentũ est, vt orent ipsũ sibi iterũ dari. Etsi enim, inquit, modò in periculis sum, tamen si oratis videbitis me. Salutat te Epaphras cõcaptiuus meus in Christo Iesu. Hic fuerat à Colossensibus missus, vt ex hoc etiã constet inde fuisse Philemonẽ. Concaptiuum etiã vocat, ostendens & ipsum in multa esse pressura. Itaq; & si nõ propter illũ ipsum, propter hunc saltẽ debuit audiri. Qui enim in afflictione positus se ipsum negligit, vt aliorũ prospiciat commo-dis, omnino meretur audiri. Præterea & ex hoc illi verecundiã adducit, si ciuis eius & cõcaptiuus simul affligitur, ipse verò pro seruo rogatus, gratiã prestare nolit. Addit, cõcaptiuus meus in Christo Iesu: ac si dicat, propter Christũ. Marcus, Aristarchus, Demas, Lucas, cooperatores mei. Quid ergo Lucã extremũ ponit in ordine? Nempe alibi dicit: Lucas solus est mecũ. Et Demas quid hĩc ponitur, vnus ex his qui reliquerãt eum, & præsens seculũ dilexerunt? Hæc autem etiam alio in loco dicta sunt: indiscussa enim dimitti minime oportet. Neq; enim simpliciter, aut fortuito posita sunt. Quo pacto autẽ illum eos salutare dicit, qui



*Ibid. d.* se deseruerat? Erastus enim, inquit, mansit Corinthi. Epaphram ut eis cognitum, & inde oriundum addidit: & Marcus itidem qui erat & ipse mirabilis. Sed Deman quid? Fortassis postmodum negligentior factus est, cum pericula plurima cerneret. Lucas itaque, qui vltimus erat, factus est primus. Et ex his ergo illi salutem, ut ad dandam gratiam pronior sit. Cooperatores autem vocat, ut ei ad id stimulos addat. *Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro, Amen.*

Epistolam oratione conclusit.

**Morale** Est autem magnum quoddam, & salutare bonum oratio, animarumque nostrarum firma custodia, tutissimumque praesidium: sed ita demum si digne vixerimus, neque nos per mala opera omni merito ac virtute priuemus. Et tu igitur cum accesseris ad sacerdotem, illeque dixerit, miserebitur tui deus filii: noli verbo solo consistere, verum opera adice, fac opera misericordia digna. Benedicet te deus filii, si quidem digna benedictione peregeris: benedicet, si pauperi elemosynam tribuas. Nam quae a deo consequi volumus, ea prius proximis debemus impendere. Quod si proximis opere denegamus, quomodo dei imploramus auxiliium? Beati enim, inquit, misericordes, quonia ipsi misericordiam consequuntur. Si enim homines miserentur eorum qui sunt huiusmodi, multo magis deus: eis vero qui non miserentur, non sic. Iudicium enim absque misericordia ei, qui non fecit misericordiam: Bona res misericordia, cur igitur hanc non exhibes alteri? Vis tibi ignosci delicta, quid ergo in te peccati ipse non ignoscis? Accedis tu ad deum, regnum caelorum postulas, cum ipse pecuniam deneges postulanti. Idcirco misericordiam minimè consequimur, quonia non miseremur. Sed dices: At istud quoque ad misericordiam pertinet, eis qui non miserentur misereri. Cur id quæso? Nepe qui crudelem & immitem, & qui proximum mille affecerit incommodis, humanitatis officii fouet, quo pacto misericors erit? Quid ergo, inquires? Nonne & lauari nos innumeris peccatis obnoxios abluat atque saluauit? Eripuit nos illis quidem, verum non ideo, ut malum faciamus. Si enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? Quid ergo? Peccabimus, quia non sumus sub lege? Absit. Idcirco te illis eripuit, ut non ad eam ignominiam redeas. Quippe & medici, febre laborantes eo incendio liberant, non ut sanitate abutatur in malum atque in perniciem suam. Nam praestaret morbo consensere, quae ea ratione sanum fieri, ut in lectum deterius decidat: sed ut discerentes infirmitatis incommoda & mala, non iam in eadem incidant, ut sanitatem charius amplexi, omnia gerant, quae ad eam conferre possint. Vbi est igitur, inquit, dei illa infinita clementia, nisi & malos sapienter saluet? Audio enim plerisque ista dicere: Quia benignus est, omnino saluabit omnes. Ne itaque nos frustra fallamus, memini quippe hac de re locuturum aliis fuisse pollicitum. Agere hinc hodie verba faciamus, superioribus diebus ad vos de gehenna differui, differes in aliud tempus de dei clementia loqui, hodie debitu reddere conuenit. Quod itaque gehenna sit, satis, ut reor, ostendimus, diluuium in medium adducto, malisque prioribus, cum diceremus possibile non esse, ut qui illa intulisset, peccates modo impunitos esse permetteret. Si enim eos, qui ante legem peccabant, tanta seueritate puniuit, eos qui post gratiam deteriora peccarunt, qua ratione impunitos dimissurus est? Quarebamus igitur, quomodo igitur bonus, quomodo clemens diceretur: sermonemque distulimus, ne prolixitate nimia vestras obruerem aures. Hodie ergo redamus quod discutere promisimus, quomodo sit bonus deus, atque unde bonus, si quidem cruciat. Namque & aduersus haereticos hic sermo conuenit. Itaque intentè accipite. Cum nihil nostri indigeret deus, sola bonitate condidit nos. Quod enim nullo egeret, ex eo liquet, quod postremum creauit hominem. Nam si nostri eguisset, profecto longè antè fecisset. Si autem & sine nobis prius erat, nos autem sumus posterioribus temporibus conditi, nos utique; cum nostri non egeret, fecit. Caelum quoque, terram, mare, & quae in eis sunt, propter nos condidit omnia. Quarta hoc benignitatis indicium? Plura quidem in hanc partem dicere possemus, sed breuitatis causa paucis contenti erimus. Qui Solem suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, nonne supremam bonitatis? Non, inquit, inquit. Nam cum aliquando cum quodam Marcionite contenderem, eumque ita copellarem: asseruit hoc bonitatis illius indicium videri posse, si peccatorum rationem minimè exigeret: si autem hanc exigit, non esse illa bonitatis indicia. Non ille quidem modò adest. Agere ergo, quae tunc dicta fuere repetamus, atque illis etiam plura. Ego enim ex abundantia ostendam illum, nisi rationem exigeret, non esse bonum: atque ideo in primis esse bonum, quia hanc exigit. Dic enim quæso, nisi ille a nobis rationem exigeret, essetne vita humana? Nonne feris quoque ipsis immaniores euaderent homines? Si enim metu quoque poenarum ac iudiciorum imminente, pisces transgressi sumus inuicem deuorantes, leones ac lupos quoque transcendimus, dum singuli quae sunt aliena diripimus, nisi rationem a nobis exigendam pro indubitato teneremus, quanta confusio res humanas inuolueret? Quis iam labyrinthus mundanas perplexitates posset aquare? Quam plena omnia iniquitatis ac temeritatis vidisses? Quis esset reueritus patrem? Quis pepercisset matri? Quis vllum voluptatis, vllum vitij genus omisisset? Quod autem haec ita se habeant, ex vestra sola domo conabor ostendere. Si seruis alicuius vestrum, qui ista proponitis, persuadeatur, qualibet in vos patrauerint, siue illi iugum dominationis excutiant, siue in corpora ipsorum dominationis effrenata feratur audacia, siue asportet omnia, siue singula moueat loco, & vniuersa confundant, & deteriora etiam hostibus faciunt, illi non intetabunt minas, nec cruciatus admouebunt, nec digna plebet poena, nec verba quidem molesta audient: num ista bonitatis esse videntur? At ego summam immanitatis esse monstrabo, non modò per hanc planè insulam benignitatem vxores ac filios prodere, verum illos ipsos praeter ceteris perire permittere. Namque & ebriosi, & impudici, ac petulantes, & iniuriosi, bestiisque omnibus stolidiores euadent. Haecine oro, benignitas est, ingenuam pessundare animam, & nos ipsos atque alterutrum perdere? Videturne ut poenas repetere, id tandem clementiam plenam sit opus? Et quid seruos dicam per huiusmodi impunitatem ad scelera promptius currere? Et filios si quis impune permittat cumta praesumere, neque castiget errantes, ad quae non praerupta vitiorum euasuri sunt? Quod si coram hominibus ea castigatio meretur laudem, ac bonitatis insigne est, esset autem non castigare crudelitatis: quato magis id in deo erit? Igitur quoniam supremè bonus est, idcirco gehennam praeparauit incendia. Vultis & alia ex parte diuinam agnoscere benignitatem? Non modò eo metu coercet improbos, verum & qui boni sunt, non eos finit fieri malos. Nam si nulla esset meritorum discretio, neque secundum opera

tate nimia vestras obruerem aures. Hodie ergo redamus quod discutere promisimus, quomodo sit bonus deus, atque unde bonus, si quidem cruciat. Namque & aduersus haereticos hic sermo conuenit. Itaque intentè accipite. Cum nihil nostri indigeret deus, sola bonitate condidit nos. Quod enim nullo egeret, ex eo liquet, quod postremum creauit hominem. Nam si nostri eguisset, profecto longè antè fecisset. Si autem & sine nobis prius erat, nos autem sumus posterioribus temporibus conditi, nos utique; cum nostri non egeret, fecit. Caelum quoque, terram, mare, & quae in eis sunt, propter nos condidit omnia. Quarta hoc benignitatis indicium? Plura quidem in hanc partem dicere possemus, sed breuitatis causa paucis contenti erimus. Qui Solem suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, nonne supremam bonitatis? Non, inquit, inquit. Nam cum aliquando cum quodam Marcionite contenderem, eumque ita copellarem: asseruit hoc bonitatis illius indicium videri posse, si peccatorum rationem minimè exigeret: si autem hanc exigit, non esse illa bonitatis indicia. Non ille quidem modò adest. Agere ergo, quae tunc dicta fuere repetamus, atque illis etiam plura. Ego enim ex abundantia ostendam illum, nisi rationem exigeret, non esse bonum: atque ideo in primis esse bonum, quia hanc exigit. Dic enim quæso, nisi ille a nobis rationem exigeret, essetne vita humana? Nonne feris quoque ipsis immaniores euaderent homines? Si enim metu quoque poenarum ac iudiciorum imminente, pisces transgressi sumus inuicem deuorantes, leones ac lupos quoque transcendimus, dum singuli quae sunt aliena diripimus, nisi rationem a nobis exigendam pro indubitato teneremus, quanta confusio res humanas inuolueret? Quis iam labyrinthus mundanas perplexitates posset aquare? Quam plena omnia iniquitatis ac temeritatis vidisses? Quis esset reueritus patrem? Quis pepercisset matri? Quis vllum voluptatis, vllum vitij genus omisisset? Quod autem haec ita se habeant, ex vestra sola domo conabor ostendere. Si seruis alicuius vestrum, qui ista proponitis, persuadeatur, qualibet in vos patrauerint, siue illi iugum dominationis excutiant, siue in corpora ipsorum dominationis effrenata feratur audacia, siue asportet omnia, siue singula moueat loco, & vniuersa confundant, & deteriora etiam hostibus faciunt, illi non intetabunt minas, nec cruciatus admouebunt, nec digna plebet poena, nec verba quidem molesta audient: num ista bonitatis esse videntur? At ego summam immanitatis esse monstrabo, non modò per hanc planè insulam benignitatem vxores ac filios prodere, verum illos ipsos praeter ceteris perire permittere. Namque & ebriosi, & impudici, ac petulantes, & iniuriosi, bestiisque omnibus stolidiores euadent. Haecine oro, benignitas est, ingenuam pessundare animam, & nos ipsos atque alterutrum perdere? Videturne ut poenas repetere, id tandem clementiam plenam sit opus? Et quid seruos dicam per huiusmodi impunitatem ad scelera promptius currere? Et filios si quis impune permittat cumta praesumere, neque castiget errantes, ad quae non praerupta vitiorum euasuri sunt? Quod si coram hominibus ea castigatio meretur laudem, ac bonitatis insigne est, esset autem non castigare crudelitatis: quato magis id in deo erit? Igitur quoniam supremè bonus est, idcirco gehennam praeparauit incendia. Vultis & alia ex parte diuinam agnoscere benignitatem? Non modò eo metu coercet improbos, verum & qui boni sunt, non eos finit fieri malos. Nam si nulla esset meritorum discretio, neque secundum opera

opera cuique praemia recompensarentur: omnes profecto mali fierent. At nunc quoque istud non mediocriter consolatur bonos. Audi denique, quid propheta testatur: Laetabitur iustus cum viderit vindictam impij, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Non gratulando insultas, absit, sed metuens, ne patiat eadem, emedare intima sua, vitamque omnem corrigere studet. Quarta verò istud solertia, quantaque prudentia est? Ita sane inquires, sed si tantummodo comminatus esset, non etiam supplicia inferret, satis esse poterat. Si modò, quado supplicia inferret, minas tam esse arbitraris, atque ideo negligetior sis: si reuera tantummodo minatus esset, tunc omnino desidia manus dedisses. Niniuitae si scissent minas sibi tantum intetari, nunquam profecto poenitentiam egissent. Quoniam verò poenituerunt, ad verba usque minarum illarum peruenerunt. Si vis eas minas sistere, in tua potestate est. Melior euade, & ad verba usque minarum desuuiet: si autem contenis minas, quod absit, rem ipsam experieris. Hi qui sub diluuium fuere, si minas timuissent, nunquam ad experimentum rei peruissent. Et nos itaque, si timuerimus minas, facta non sustinebimus. Praestet omnipotens & misericors deus, ut nos omnes ita hinc respiscamus, atque ita poenitentiam praesidiu arripiamus, ut bonis illis sempiternis frui mereamur: quibus vtinam nos digni inueniamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo est patri, sanctoque spiritui gloria, imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Expositionis diui Ioannis Chrysostomi episcopi Constantinopolitani, in epistola beati Pauli apostoli ad Philemonem, Ambrosio Camaldulensi interprete, finis.

**DIUI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI EXPOSITIO IN EPISTOLAM AD HEBRAEOS, EX ANNOTATIONIBUS ET COMMENTARIIS IPSIUS POST EIUS OBITUM A CONSTANTINO PRESBYTERO EDITA, MUTIJ SCHOLASTICI INTERPRETATIONE, NUNC DENUO AD GRACUM EXEMPLAR PER PHILIP. MONTANUM RECOGNITA. VERUM QUANDO QUIDEM ILLUD PLERUMQUE CORRUPTUM ESSET, QUADAM EX MUTIJ INTERPRETATIONE, QUI FORASSE EMENDATIUS GRACUM EXEMPLAR NACTUS FUERAT, RETINUIMUS, ET MARGINI ADSCRIPSIMUS PRAESIXO APOSTRIFICO.**

PRAEFATIO.



**B**EATVS Paulus ad Romanos scribens dicit: Quatenus ego sum gentium apostolus, diligetior ministerio meo perfungor, siquo modo ad amulandum prouocem carnem meam. Et rursum alibi: Nam qui efficax fuit in Petro ad apostolatū circuncisionis, efficax fuit & in me erga gentes. Si igitur gentium apostolus erat: naque & in Actis ad ipsum dicit deus, Vade, quia ad gentes longinquas mittam te: quid ei negocij cum Hebraeis Tomus quartus.

fuit? aut cur etiam ad ipsos epistolam misit? praesertim cum illis exosus esset, ut ex multis locis perspicuum est. Audi enim quid Iacobus ad eum loquatur: Et hi omnes audierunt de te, quod defectionem doccas a lege: & multae saepe quaestiones ea de re sunt ei exhibitae. Roget igitur aliquis, cum legis esset peritus, utpote ad pedes Gamalielis edoctus, & magno erga eam zelo affectus, ac proinde valde idoneus ad confundendum aduersarios, cur non ad Iudaeos a deo missus sit? nepe quod eo nomine praecipue ipsi erant infensi. Non enim te ferent, inquit ad eum deus, sed proficiscere ad gentes longinquas, quia non accipient testimonium tuum de me. tum ille. Etiam domine ipsi sciunt quod ego vinciebam & verberabam per synagogas credentes in te, & cum effunderetur sanguis Stephani testis tui, ego quoque aderam approbans eam eadem, custodiens vestes interimentum illum. atque hoc ait signum esse & argumentum, quod non credituri sint sibi. Sic enim se res habet. Quando quis a gente quapiam defecerit, si sit ex infimis & nullius existimationis, non admodum molestum est his quos deseruit. quod si idem faciat eximius aliquis & suspiciendus, quique res eorum probe calleat, id verò illos male habet, & supra modum moerore conficit, ut quod maximè illorum opinionem apud vulgus couellat. Quin & aliud quiddam ei inerat. Quidnam hoc? quod Petrus & reliqui cum Christo conuixerant, & prodigia eius ac miracula viderant. huic autem nihil tale contigit, sed cum esset in partibus Iudeorum, repente transfugit ad nostros, id quod valde res nostras confirmat. Illi enim vel ad gratiam testimonium ferre videri poterant, quasi ob magistrum desiderium attestarentur talia. nunc verò rediuiui testis, vocem solam eius audiuerat. quapropter vides eos huic ex animo infestos, seditiones concitantes, & nihil non in perniciem eius molientes. Ceterum incredulos Iudaeos haec causa abalienauerat, credentes verò quoniam? Quia necesse habebat gentibus praedicare Christianam religionem, & quoties in Iudaeorum regione versaretur, nihil eos curabat. Petrus enim & socij, ut qui Hierosolymis praedicabant, vbi legis feruens studium erat, necesse habebant eam iubere seruari. at hic noster multa libertate utebatur, & plerique ex gentilibus erant professione Iudaei, qui quod apud externos degerent, non tanta legis religione tenebantur, eoque facilius se ab illa absoluebant, Paulo omnia pura praedicante. Et hoc est quod ei obiciunt, multitudinis reuerentiam incutientes. Vides, inquit, frater quot milia huc conuenerint? qui ob hoc hominem oderant & auersabatur, quod audiissent eum defectionem a lege docere. Cur igitur Iudeis scribit, cum non sit eorum doctor: aut quoniam ad eos epistolam mittit? Mea opinione Hierosolymam & in Palaestinam. sed quomodo scribit? Quemadmodum & baptizabat, non habes mandatum ut baptizaret. ait enim se non missum ad baptizandum. Nec tamen vitius erat, sed opere auctarium hoc fecit. Et qui poterat his non scribere, pro quibus vel deuoueri volebat? Quapropter dixit: Notis fratrem Timotheum solutum, cum quo si maturius venerit visam vos. Nondum enim comprehensus erat. Cum igitur biennium Romae exegisset in vinculis, tandem dimissus est: deinde in Hispanias profectus inuist illic Iudeos quoque: ac tum fortasse Romam reuersus est, quando & supplicium iussu Neronis pertulit. proinde epistola ad Timotheum antiquior hac apparet. illic enim dicit: Nam ipse iam immolor. Et rursum

sum: In prima mea defensione nemo mihi adfuit. Multum autē certaminum ubiq; erat, quemadmodum & Thessalonicēsis scribit: Imitatores facti estis ecclesiarū Iudæarū, quin & ipsis scribēs, Cū gaudio, inquit, direptionē facultatum vestrarū accepistis. Vides eorū certamina. Quod si apostolos ita tractabāt, non in Iudæa modo, sed vbiq; inter gētiles debebāt, quid non facturi erāt cæteris fidelibus? quamobrem vides eum horū curam gerere præcipuā. Cum enim dicit: Proficiscor ministratur<sup>r</sup> sanctis Hierosolymę: & rursum cū adhortatur Corinthios ad beneficētiā, scribēs Macedonas iā collationē fecisse, addēs se quoq; si opus sit profecturum: hoc ipsum dicit. Et cū dicit, Tantū vt pauperū memores essemus: id quod diligēter curavi: idem dicit. Rursum dicens dextras dederūt societatis mihi & Barnabæ, vt nos quidē ad gentes, ipsi autem ad circūcisos: idem dicit. At non sic de pauperibus illic agētib; sed vult nos participes esse erga illos beneficētiā. non enim quēadmodū prædicandi, sic pauperū curam ita inter se cōparauerūt, vt hi gentilibus, illi Iudæis prospicerēt. Vides q̄ sit sollicitus? Et meritō. Aliud enim erat apud ceteras gētes, vbi Iudæi cū Græcis promiscuē versabātur. In Iudæa verō quoniā etiam tum quædā libertatis species manebat, nec vetabātur suis legibus viuere, nondū Romanis ad plenum subditi, nō mirum si quandam sibi vindicabāt tyrannidē: quando & in alienis vrbibus, sicut Corinthi pulsabant archisynagogū ante ipsum tribunal proconsulis, Gallione quasi rem nihil ad se pertinentē dissimulāte. Vides igitur quomodo in externis vrbibus apostolos ad magistratus adducūt, & profanorū opē contra eos postulāt: domi verō nihil tale faciūt, sed ipsi cōuocato cōsilio in quoscunq; libuerit animaduertunt. Sic Stephanū interfecerūt, sic apostolos flagris castigauerūt incōsultis præsidibus. Sic & Paulū occisuri erāt, nisi tribunus eis se obiecisset. Hæc enim fiebāt manēte adhuc autoritate pōtificū, incolumi tēplo cum suis ceremoniis. Aspice ipsum Paulū iudicio sacerdotis subiici, dicētē, nesciebam esse pontificē: idq; in prouincia Romana. Tāta illis tū erat licētia. Cogita igitur q̄ misera fuerit tūc fidelīū Hierosolyma ceterāmq; Iudæā habitantium conditio. Quare nil mirum si is qui deuouerit pro incredulis cupiebat, & de conuersis ad fidem tam erat sollicitus, vt si ita res posceret, profectiōnē non detrectaret ad ministrādum eorū necessitatibus, dignatur eos cōsolatione per literas, & labantes fulcit suis adhortationibus. Intantū enim opprimebātur, vt penē deficerēt: id quod circa epistolæ finem his verbis indicat. Quapropter man<sup>o</sup> remissas & genua soluta surrigite. Et rursum: Adhuc perpusillū temporis, & qui venturus est veniet, & non tardabit. Et iterū: Si alieni estis à castigatione, igitur spurij estis, non filij. Quoniā enim Iudæi erant, & à patribus suis didicerant, in hac vita expectandas esse malorū & bonorum vicissitudines: tunc verō spe bonorū post mortem dilata, mala tantū erant in manibus, nō immerito post longam tolerantiam quidā reddebātur pusillanimes: ad quos præsentem sermonē dirigat. Sed hæc suo tempore differemus prolixius, nunc satis sit indicasse, q̄ necesse illi fuerit ad eos scribere, de quibus erat tantopere sollicitus. Licet enim certis de causis ad ipsos missus nō sit, nihil tamen vetabat eū scribere. Quod autē ad pusillanimitatē vergebāt, indicat his verbis: remissas man<sup>o</sup> & soluta genua surrigite, & gressus re-

ctos facite. Et iterum. Non enim iniustus est deus vt obiuiscatur operū vestrōrū & charitatis. Nam anima ipsorū crebris quassata tentationibus dimouebatur à soliditate fidei. Quamobrē cōfirmat eos talibus adhortationibus, ne sint corde incredulo. atq; hæc est causa cur in hac potissimū epistola multa de fide differat: vbi circa finē ostēdit, patribus quoq; nō representata quæ promissa sunt. Ad hæc ne se putarēt derelictos in aduersitatibus, duobus modis eos instruit: primō quæcunq; acciderint iubēs ferre fortiter, deinde sperare certum præmium. Deum enim non neglecturum inhonoratum Abelem, & reliquā deinceps iustorū seriem. Et triplicē illis consolationē adhibet. Vnā exemplo passionis Christi, dicens nō esse potiorē seruum q̄ sit ipse dominus. alterā ostentato credentiū præmio. tertiā dum docet qualis nā sit hæc aduersitas. nec per futura solū eos confirmat, quibus minus moueri poterant, verū etiā per præterita, quæ acciderunt ipsorum patribus. Idem & Christus facit, nunc negans seruū maiorem esse suo domino, nunc multas esse mansiones apud patrem suum asseuerās, & nunquā non incredulis vā denunciāns. Porro apostolus crebram mansionē facit testamēti noui simul & veteris, q̄ id animaduertet ad resurrectionis persuasionem valde conducibile. Ne enim propter passionem domini de resurrectione eius dubitent, prophetarū eam testimoniis astruit, docens nostris rebus venerationē deberi nō Iudaicis. adhuc enim tēplum stabat cū suis sacrificiis. Quapropter dicit: Exeamus igitur extra castra opprobriū eius portantes. Poterat autē hac parte contradici, Si hæc vmbra tantū sunt & imago, qui sit vt non prætereant, neq; cedāt iam exortæ luci veritatis, sed in suo vigore perseuerēt? Ideo hoc quoq; euenturū suo tēpore subindicat, hoc ipso eos confirmans, q̄ iam antē longo tēpore per fidem in afflictionibus constanter perdurauerint. Cum debeat, inquit, pro tēporis ratione doctores esse. Et, ne fortē sit in aliquo vestrum cor malū infidelitatis. Et, Imitatores facti estis eorum, qui per fidem ac patientiam hæreditatem promissionum cōsecuti sunt.

**M**ultifariam multisque modis olim deus locutus patribus in prophetis, in nouissimis diebus hisce locutus est nobis in filio, quem constituit heredem omnium, per quem etiam secula fecit.

Homilia prima.

**R**euera vbi abūdauit peccatū, superabundauit & gratia. Quod quidem etiā hic in ipso exordio beatus Paulus scribens ad Hebræos, insinuat. Quoniā enim tot malis vexatos verisimile erat valde afflictos esse, & ob hoc inferiores sibi omniumq; miserimos videri: ostendit eos maiori ob id gratia perfrui, vt ex ipso sermonis initio erigat auditores. Propterea ergo dicit: Multifariam multisque modis olim deus locutus patribus in prophetis, in nouissimis diebus locutus est nobis in filio. Quare prophetas nominans, semetipsum non opposuit, idque cum tanto maior esset, quanto sibi fuerat dispensatio commissā præclarior? Sed hoc non fecit. Quid ita? Primum quia de seipso maiora dicere noluit. Secundō verō, quia nondū erant auditores perfecti. Tertiō, quia volebat eorum mentes erigere & ostendere

ostendere magnā præsentis tēporis eminentiā, veluti si diceret: Quid magnū si prophetas misit patribus nostris? Nobis enim filiū suū vnigenitum misit. Et rectē exorsus est in hūc modū, Multifariam multisq; modis. Ostēdit enim quoniā neq; ipsi præphetę deū viderunt, filius autē vidit. Multifariam multisq; modis, hoc est, variē. Ego enim, inquit, visiones multiplicauit & in manib<sup>o</sup> prophetarū assumulatus sum. Proinde non secundū hoc solū eminentia declarat, quia illis quidē prophetę missi sunt, nobis autem filius, sed etiam quod illorū nemo vidit deū: filius autem vnigenitus vidit. Et hoc quidem statim nō ponit, sed in cōsequentibus adstruit, cum de humanitate eius loquens, Quem enim angelorū sic appellauit, inquit, filius meus es tu, & sede à dextris meis. Cōtēplare prudentiam multā. Primo enim ex prophetis eminentiā declarat, deinde, tanquā consentaneū hoc adstruxisset, ostendit q̄ illis quidem per prophetas locutus est, nobis autē per vnigenitum, deinde quia illis per angelos. Hoc iterū non ab re confirmat: siquidem & angeli locuti sunt Iudæis. Verū & hic nos illos superamus, tantōque magis excellimus, quanto maius est q̄ nobis dominus locutus est, illis verō serui, & prophetę cōserui. Et bene dixit, in nouissimis dieb<sup>o</sup>. Nā & hoc eos erigit, & animos quos in posterū deiecerant, consolatur. Quemadmodum enim alibi dicit: Quia dominus propē est, nihil solliciti sitis. Et iterum: Nunc enim propior est nostra salus, quā cū credidimus. Sic etiā hic. Quid igitur est quod dicit? Nempe hoc: Qui fuerit certādo fatigatus, cū audierit finē instare certaminis, respirat paululū, videns quod iam laborū finis instet & requiei principiū. In nouissimis hisce diebus locutus est nobis in filio. Ecce iterū, in filio, pro, per filiū, dicit, aduersus eos qui id non filio, sed spiritui competere dicūt. Vidēsne quod, in, pro, per, capitur? Vides etiā aliud, olim, aliud, in nouissimis diebus, significat. Quoniā cum multū temporis intercessisset, dū castigandi sumus, dū omnia nos diuina dona destituūt, dum salutis expectatio nulla superest, dum vndiq; nihil aliud præstolamur, q̄ vt pessum nobis semper res eant, ibi progredi cœperūt. Et animaduerte q̄ prudenter hoc dixit: Non enim, inquit, deus locutus est, tametsi hic vtiq; fuit qui locutus erat: sed quoniā animi eorum imbecilles adhuc erant, & nō dum ferre quæ de Christo dicerēt, poterant, deus per ipsum locutus est, inquit. Sed dicat aliquis, At nondū temporis huius eminentiā doces. Hic enim ostendisti q̄ quæ illi iam olim, & quæ hic nunc locutus est, vnus eiusdemq; esse dei: eminentiam verō non magnam ostendisti. Itaq; hoc oratione deinceps declarat, dicens, Locutus est nobis in filio. Vide quomodo seipsum apostolis societ & exactet beatus Paulus, dum ait, locutus est nobis: quāquā ipsi non fuerit locutus, sed apostolis, & per apostolos aliis. Extollit autē nos, & ostendit quod & ipse sit locutus, & necdū Iudæos adhuc, vllō sermone contingit. Nā fermē omnes quibus prophetę locuti sunt, malignos fuisse nefariōsq; constat. At nondū de istis loquitur, sed interim de beneficiis disputat, diuina largitate cōcessis. Quē constituit, inquit, heredē omnium. Quid est, quē constituit heredem omnium? Hic omnē carnē significat, sicut etiā in secundo dicitur: psalmo: Perte à me; inquit, & dabo tibi gentes hereditatē tuā. Non iam portio dominicā tantū iacob, & sors eius solus Israël, sed omnes nationes: hoc est, inchoatū. Tomus quartus.

A hunc filium dominū constituit vniuersorum. Quod etiam in Actibus apostolorū Petrus loquitur dicēs: Et dominum cum & Christū deus fecit. Heredis autem vtitur nomine, vt duo quædam per hoc ostēdat: & q̄ proprius sit filius, & q̄ dominationis illi nulla contingat amissio. Hæredem autem omnium dicit, mundi totius. Deinde sermonē suū ad priora conuertit. Per quem & secula fecit. Vbi sunt qui dicunt, erat quando non erat? Post hæc gradationibus quibusdā vsus, quod omnibus istis multo maius est, loquitur, dicens. Qui cum sit splendor gloriæ, & character substantiæ eius, feratque omnia verbo parentiæ suæ, per semetipsum mundatione peccatorum nostrorum facta, consedit in dextera maiestatis in excelsis: tanto melior angelis factus, quanto præ illis differentius nomen sortitus est. O apostolica sapiētia, magis autem non Pauli sapiētia, sed spiritus sancti admiranda est gratia. Non enim ex intellectu hæc proprio locutus est, nec humano hāc sapiētiā inuenit ingenio. Vnde enim illi hoc? Num ex cultro futuro, aut pellibus, aut in officina illa hæc potuit edoceri? Nequaquā: sed diuinæ fuit hæc operatio maiestatis. Nō enim has intelligentias sua mēte procreabat, quæ tunc erat tam humilis ac tenuis, vt nihil amplius haberet à plebeis & popularib<sup>o</sup>. Quomodo enim habuisset quum circa cōmercia confectiōnemque pellicium cōsumeretur? Sed gratia spiritus sancti per quos vult potentiæ suæ virtutes ostendit. Sicut enim si aliquis infantulū quempiā in excelsum quendā locum, & pertingentē ad ipsum verticē cœli subducere volens paulatim sensimq; hoc faciat ab inferioribus ad superiora cōscendens: deinde in ipso vertice constitutum, iubeat deorsum in inferiora despiciere: despicientē verō cū videat hæsitare, & obscuritatibus ac vertigine fatigari, iterū ad humiliora deponat, quo respirare valeat, atq; animū recreare: deinde cū refectus fuerit, eum iterū ad superiora sustollat, & iterum ad inferiora reuocet: ita & circa Hebræos beatus faciebat Apostolus, & sic eum ubiq; reperies magistri sui in docendo vestigia consequutū. Nam & ipse sic fecit: aliquando quidē in altiora discipulos suos subleuauit, aliquando autē eos ad inferiora reuocauit, nequaquam prolixo tēpore in alterutra permanere parte permittēs. Et contēplare etiā hoc loco sapiētiā Pauli, per quales eos subleuauerit gradus, & qualiter eos ad ipsum apicē pietatis adduxerit: & quomodo antequā deficiat, & eos obscuritas occupet, ad inferiora, quō paululū recreati queāt reuocās, dicat, loquutus est nobis in filio suo, quē posuit heredē omnium. Filij quippe nomen cōmune est. Vbi verō proprius intelligitur filius, superior est & excellentior vniuersis. Sed interim quomodolibet se habeat, adstruit illum deforsum esse. Et vidē quomodo hoc dicat: Quē posuit, inquit, heredē omnium. Quod dixit, heredē posuit, humilitatis est indicium. Deinde ad superiorem gradū, altiorēmq; transcendens, Per quē, inquit, & secula fecit. Postea ad excelsiorē omnibus venit, post quē altiorē alterum gradum inuenire non possit. Qui cum sit, inquit, splendor gloriæ, & character substantiæ eius. Reuera in ipsum eos inaccessibile lumen induxit, & in ipsum splendorem immensæ summæq; charitatis: & antequā eos obscuritas vlla corripiat, attende quomodo iterum pædetentim ad inferiora & consueta loca deponat, dicens: Feratque omnia verbo virtutis suæ, per semetipsum mundatione peccatorum nostrorum facta, consedit in dextera



maiestatis. Nō simpliciter dixit, cōfedit, sed post mū- dationem, inquit, cōfedit. Incarnationē enim apprehendit, deinde humilia loquitur, & post hęc interlo- cutus paululū, in dextra, inquit, maiestatis in excelsis. Iterū ad humilia narrāda reuertitur. Tāto melior fa- ctus angelis, quāto prae illis differentius nomē hære- ditauit. Hic iam de eo, qui est secundū carnē, dispu- rat. In eo enim quod dixit, melior factus est, nō essen- tię quā patri conformē habet declarat indicium. Illa enim nō est facta, sed nata. Loquitur autē de carnali substantia: ipsa enim facta est. Sed nunc nō de essen- tia eius sermo peragitur: sed sicut Ioannes dicit, Qui post me venit, ante me factus est, hoc est, honorabilior atq; celebrior: sic etiam hic. Tanto melior, inquit, fa- ctus angelis: hoc est, preclarior, quāto differētius pre illis hæreditauit nomē. Vides q̄ de eo, qui est secun- dum carnē sermo versatur? Hoc enim nomē † deus, verbum semper habuit. Non postea hæreditauit: ne- que postea eum angelis meliorem constat effectum, quando mundatione sua abstulit nostra peccata: sed semper melior fuit, & non solū melior, sed etiā incō- parabiliter melior vniuersis. Verūtamē de eo, qui est secundū carnē, ista dicuntur. Sic enim & nobis vsus est, cū de natura humana differimus, & sublimia lo- quimur, & submissa. Quando enim dicimus, nihil est

Ioan. 1. b

† deo ver- bu semper habuit.

\* x̄ipov, id est a de- teriori sci- licet par- te: sic ex- mox: ab inferiori, in singu- lari nume- ro omnia. Gracē ha- bentur.

Morale

Mat. 5. c

Ibid. 25. d


Psal. 33. c

& non etiā illum qui facit, vna comprehendat: sicut verbi causa, inuidia. Inuidus enim putatur quidē in- fidiari aliis, sed ipse primus illo malo cōsumitur, & ra- bido corde maceratus, & odio cūctus habitus. Itē cu- pidus, vel avarus, aufert quidē pecuniam aliorū, sed etiā sibi aufert gratiā, aufert charitatē, facit vt ab om- nibus accusetur. Multo quippe melior est opinio bo- na pecuniis. Illa em̄ si mala fuerit, nō facile abluitor, pecunias autē nihil est laboris acquirere. Magis autē pecuniæ & cū adsunt, non satis adiuuant: & cum de- sunt, nihil protinus obsunt: opinio autē bona si asit, prodest plurimū: si vero absit, facit probrosum totū hominem, facit infamem, & ridiculum cōstituit om- nibus, & exosum. Similiter iracundus seipsum primū dilaniās punit, & tunc illū contra quem indignatio- ne corripitur. Sic & maledicus primo seipsum cōfun- dit, & tunc illū cui videtur maledictionis importare cōuicium, quod fortaſſe quidē nec poterit: hoc est, vt ille lædatur, si tolerās patiēter abscedat: ipse vero re- cedit cum scelesti cuiusdā nomine, & dispūdi peni- tus, illū vero contrā amabilē faciēs. Quando is enim cum male audiat, neq; sic tamē seipsum paribus vici- scitur cōuiciis: sed laudat potius & celebrat, nō illum quidē, sed seipsum laudat. Sicut enim iā dixi, maledi- ctiones quæ dirigūt in proximis, maledicētes pri- mus vexāt: sic & bona quæ circa proximis gerūt, eis primū qui operātur, iucūditatis vberes proferunt fructus. Enimvero qui alicuius siue boni, siue mali, p- creator existit, ipse primus aut illo bono fruitur, aut illo malo punitur, & merito. Sicut em̄ aqua, siue falsa sit, siue sit illa potabilis, & vasa replet haurientium, & suū fontē ex quo manat nequaquā vacuū remanere permittit: sic & nequitia, sic & virtus, vnde proceſ- ſerit procreatorē suū primitus illa lætificat, & illa con- sumit. Et hęc quidē in hac vita, cæterū in futuro se- culo quis sermo valeat enarrare, quæ bona, vel quæ mala referūtur? Non est sermo qui hoc explicet. Si- quidē bona illa, non tantū sermonē, sed etiā omnem intuitū mentis excedūt: contraria verò, hoc est mala, appellata quidē sunt nominib⁹ vsitatis. Verbi gratia: Quia ignis, inquit, ibi est, & tenebræ, & vincula, & ver- mis immortalis: sed nō hęc sola istis nominibus, nec talia demonstrantur, sed alia multo peiora, & multo læuora. Quod vt agnoscas, hoc primum cōsidera: Si em̄ ignis, quomodo tenebrę sunt? Vides quoniā ille ignis læuor isto est? Nō enim habet lumē, aut vllā lu- minis claritatē. Si ignis est, quomodo semper ardet? Vides quoniā & in hoc læuor est: non em̄ extingui- tur, ppter hoc etiā inextinguibilis appellatur. Cogi- temus igitur quantū sit malū, per omnia secula vri, & in tenebris permanere perpetuis, & infinitos gemit⁹ edere, & stridere dētib⁹, & nequaquā exaudiri. Si em̄ in hac vita aliquis eorū qui nobili genere nati sunt, in custodia retrudatur, fœtorē ipsum tantū, & tenebra- rū caligines nō valet sustinere, & cū homicidis vnā li- gari, mortē peius existimat: intellige quale sit, si quā- do cū omnibus totius seculi cōburemur homicidis, neq; ipsi alios videntes, neq; aliorū visibus apparen- tes, sed in tāta multitudine solitarios nos esse putan- tes. Siquidē tenebrę, & absentia luminis nō nos sinet proximis nostros agnoscere, sed veluti si solitarius vnusquisq; nostrū patitur, sic afficietur oppressus ca- ligine tenebrosa. Si autē solē tenebrę tantum affli- gunt nostras animas, tantūmq; perturbant: quid erit iam quando & cum tenebris dolores, & tormenta

psa. 48. b  
Ibi. 16. c  
1. Cor. 2. c  
1. Cor. 2. c  
1. Cor. 2. c  
1. Cor. 2. c  
1. Cor. 2. c  
1. Cor. 2. c  
1. Cor. 2. c  
1. Cor. 2. c  
1. Cor. 2. c

cōbustionis affuerint? Idcirco deprecor, vt hęc sem- per apud vos versētis, & patiēter tristitiā quę ex ver- bis nascitur toleretis, ne ipsis teb⁹ supplicia sentiat. Omnib⁹ modis enim vniuersa ista futura sunt, & eos qui suppliciis digna gesserūt, nullus poterit liberare, nō pater, nō mater, nō frater. (Frater enim non libe- rat, inquit, liberabit homo?) licet multā fiduciā quis possideat, licet multū valeat apud deum. Ipse enim reddet vnique secundum opera eius: atque ex eo tam salus, quā pœna consequitur. Faciam⁹ igitur no- bis amicos ex mammona iniquitatis: hoc est, opere- mur elemosynas, euacuemus in istos pecunias no- stras, vt euacuem⁹ etiā illic & extinguiamus ignis ar- dorē, vt fiduciā mētis habeamus. Illic etenim nō ipsi erūt, qui nos excipient, sed opus nostrū. Quod enim nō simpliciter illud q̄ istos amicos habebimus, sal- uare nos poterit, attēde quid addit. Quamobrē em̄ nō dicit, facite vobis amicos, vt suscipiāt vos in ha- bitacula sua æterna, sed tantū in habitacula æterna, & modū ipsum adiicit: dicēdo enim. Ex mammona iniquitatis: ostēdit quoniā de pecuniis oportet istos amicos præparare. Apparet igitur quoniā non ipsa nobis amicitia eorū patrocinabitur, si bona opera nō habeamus, si nō cū iustitia refundamus diuitias, quas inique cōgessimus. Iste nobis sermo de elemosynis, nō ad diuites solū, sed etiam ad pauperes simul apta- tur: Et si quis fuerit qui mēdicando nutriatur, etiam ad ipsum hęc oratio pertinebit. Non enim in tātum quisq; pauper existit, vt duo minuta nō habeat. Po- test ergo & de paucis pauca tribuere, & plurima pos- sidētes, largiētēsq; plurima superare, sicut illa vidua. Non enim quantitate datorū, sed facultate & volū- tate dantiū, elemosynę magnitudo pōderatur. Vbi- que volūtate opus est, vbiq; charitate, quæ circa deū pura sincerāq; consistat. Si ergo cū hac sancta cha- ritate cuncta geramus, licet parua possidentes, parua tribuamus, faciē suam dominus nō auertet: sed susci- piet sicut magna & admiranda donaria. Enimvero voluntatem deus semper, non ea quæ dantur, atten- dit: & si illā videat magnā, iuxta eam iudicat & pro- nunciat, futurorūmq; honorū participes facit. Quæ nos vniuersos cōtingat adipisci, gratia & clementia domini nostri Iesu Christi, cum quo sit patri vnā cū sancto spiritu gloria, imperium, honor, nunc & sem- per, & in secula seculorum, Amen.

Mat. 12. d

Homilia II. ex cap. I.  
 Vi cum sit splendor gloria, & character substantiæ eius, feratque omnia verbo potentie sue, per seipsum mundatione peccatorum nostrorum facta. Vbi que quidem religioso nobis opus est intellectu, maxime autē vbi de deo vel aliquid loquimur, vel audimus: quoniam neque ad loquēdum digne de deo lingua sufficit, neque ad percipiēdum præualet intellectus. Et quid dico linguam & intellectum, cum nec ipsa mens, quæ eis multo superior est, aliquid integre va- leat comprehendere, quando aliquid de diuinitate differere volumus? Si enim pax dei transcendit om- nem mentem, & ea quę præparata sunt diligentibus eum, in cor hominis non ascendunt: multo amplius ipse qui pacis deus est, qui omnino est opifex rerū, inestimabiliter nostras cogitationes exuperat. Opor- tet ergo cum fide & religiosa pietate cuncta suscipere: & quando fortē sermo deficit, & non potest ex- ætē, quod molitur, exprimere, tunc magis glorificare nos cōuenit deum, quod talem deum habemus, qui

1. Cor. 2. c

& intellectum transcendit, & cogitationis intuitum. Multa enimvero de deo intelligim⁹, quæ eloqui pe- nitus non valemus: multa item loquimur, quæ tamē intelligere non sumus idonei. Verbi gratia: Vbi que deum esse scimus: quomodo autem vbiq; sit, intelle- ctu non ita capimus. Item: Quod sit incorporea quę- dam virtus, quæ omnibus sit causa honorū, scimus: quomodo autē, vel quæ ista sit ignoramus. Ecce dicimus, & non intelligimus. Dixi quippe, quia vbi- que est, sed nō intelligo. Dico quia est sine principio, sed nō intelligo. Dico quoniam filiū genuit ex seip- so, sed nescio qualiter intellectu hoc percipiam. Sūt ergo etiā quædā, quæ dici nō possunt, quanuis mēte capiātur. Exēpli gratia: intelligit mens, sed non valet dicere. Et vt ipsum Paulum videas in quibusdam in- firmari, nō exacta & plane apposita exēpla proponē- tem, cōtremiscāsq; nec altiora perquiras, audi. Post- quam appellauit filiū, & opificē nominauit, quid di- cit: Qui est splendor gloriæ, & character substantiæ eius. Hoc religiosē debemus accipere, & si quid ab- surdum fortassis occurrerit, ab acie mentis abigere. Splēdor, inquit, glorię. Sed vide secundū quid hoc ac- cipiat, vt etiā tu sic accipias. Hoc ergo dicit, quod ex ipso, quod impassibiliter, quod neq; diminut⁹ sit, ne- que in aliquo minorat⁹. Quidā enim absurda quędā proferūt, exemplorū cōsideratione decepti. Splē- dor em̄, inquit, substantiū aliquid nō est, sed aliū- de habet vt sit. Noli ō homo sic istud accipere, neq; Marcelli aut Fotini morbo laborare. Nam te de pro- ximo curat, ne in istum morbū incurras, neq; te sinit in egritudine illā exitialem incidere. Et quid inquit? Et character substantiæ eius, vtpote, Quemadmodū ipse pater in seipso subsistit, nullius indigus: ita & fi- lius. Nā hic illud ideo dicit, vt omnimodā similitudi- nem & propriā exēplaris imaginē ostendat, quomo- do in persona sua per seipsum ipse quoque filius sub- sistat. Cū enim suprā dixisset: quia per ipsum fecit om- nia, hic ei nūc summā autoritatis attribuit. Nam vide quid subnectit: Feratq; inquit, omni verbo po- tentiæ suæ, vt ex eo nō solū eum characterē esse acci- piamus paternæ substantiæ, sed etiā eum qui cum au- thoritate cūcta gubernet. Attende igitur quomodo, quod patris est propriū, coaptat & filio. Propterea non absolute dixit, Feratque omnia: neque dixit po- tentia sua, sed verbo potentie suæ. Sicut enim in an- terioribus paulatim & ascēdebat & descendebat: sic & hic veluti quibusdā gradibus nūc ad alta fastigia subleuatur, nūc itē deuergit ad infima. Per quem, in- quit, & secula fecit. Attende quomodo etiā hic duas vias ingreditur. Et vna quidē reuocās nos à nefando errore Sabellij: alia vero ab Arianæ impietatis erro- re, ne putetur vel⁹ initiū habere (quod & ipse sursum ac deorsū versat) vel extrane⁹ à deo patre subsistere. Si enim etiā post tanta magnalia, sunt quidam qui eū extraneū esse delirant, & alterum illi patrem tribue- re moliantur, quem huic rebellare cōtendunt: si hęc non scripsisset Apostolus, quid isti nō dixissent? Quo- modo ergo hoc facit? Quādo talibus vulneribus re- media cogitur adhibere. Tunc cōpellitur etiam hu- milia prædicare, sicut est illud quod dicit, Quę con- stituit hæredē vniuersorum, per quem & secula fecit. Deinde ne alij noceat parti, summam ei autoritatis attribuit, & ostendit eum eiusdem honoris esse cum patre, & intātum eiusdem honoris, vt plurimi suspi- centur eundē ipsum esse patrem. Et contēplare plu- rimum

id est, pri- cipio care- re, vel principij expers es- se, vt qui- dem ha- bet editio. Veron. Hic sup. 7. d

rimam sapientiã Pauli. Primũ illud ponit, & diligenter cõmunit. Quod cum certo constiterit, quod dei filius sit, nec ab eo alius existat, tunc iam securus atq; munitus libere quæcũq; sublimia eloquitur. Et quoniam magna, quæ de eo dixerat, in eã cogitationem plerosque deduxerat: propterea primum ad humilia cum summa cautela sese demittit, tunc ad sublimia pro voto ascendit. Postquam enim dixit: quẽ posuit hæredẽ vniuersorũ, & per quẽ secula fecit, tũc deinde subiungit: Ferensque omnia verbo potentia suã. Qui enim solo verbo gubernat vniuersa, nequaquã ad fabricam vniuersitatis eguit alicuius. Et quod ita sit, intueri quomodo iterũ autoritatẽ ei contribuit vniuersam, auferens etiam quod supra dixerat, Per quem, quoniam enim per illud quæ voluit operatus iã est: relicto deinceps eõ sermone, vide quid dicat: *In principio tu domine terrã fundasti, & opera manuum tuarũ sunt cœli. Hic nusquam sonat illud, per quẽ, vel quia per eũ fecerit secula. Quid ergo, dicat aliquis, nõne ab ipso facta sunt? maxime. Sed nõ sicut tu dicis, vel inaniter suspicaris, tanquam per aliquod instrumentũ, neq; tanquã facere nõ posset, si ei non porrexisset dexterã pater. Sicut enim neminem iudicat, sed dicitur iudicare per filium, quem iudicẽ genuit: sic etiã dicitur operari per filium, quia eum cõstat opificem genuisse. Si enim causa eius pater est secundũ quod pater est: multo amplius eorum causa est, quæ per filiũ facta declarantur. Quãdo ergo vult ostendere, quia ex illo est, necessariõ quẽ sunt humilitatis eloquitur: quando vero altiora vult insonare, tam Marcellus quã Sabellius vulneratur.] Sed ecclesia immoderationẽ vtrorũque refugiens; medio calle perambulat. Neq; enim semper in humilib; remanet, ne Paulus Samothraceus nascatur aditum subintrãdi: neque in excelsis perdurat, sed iterũ multam propinquitatẽ eius ostẽdit, ne Sabellius fraudulenter insiliat: Quippe cum dixisset filium, confestim Paulus Samothraceus insurrexit, dicẽs eũ ita esse filium, sicut & plurimos: sed eũ conto valido è regione prostrauit, appellãs hæredẽ. Sed adhuc cum Ario impudẽter obnititur, nã illud, quem constituit heredem, ambo suscipiunt, ille quidem velut infirmitatis indicium: iste autẽ adhuc in consequentibus insidiari desiderans. Cum enim dixisset apostolus, Per quem & secula fecit: elisit quidẽ Samosatenum impudentissime renitentẽ, sed Arius adhuc sibi fortior esse videtur. At vide qualiter etiã istũ perimat, dicens: Qui cum sit splendor gloria eius. Sed ecce iterũ reclamationem & insilit Sabellius & Marcellus atq; Fotinus, verum etiã istos simul vno vulnere cũctos edomuit, dicens: Character substantia eius, & ferens omnia verbo potentia suã. Hic iterũ Marcionem quoque percutit, nõ quidẽ valide, veruntamẽ percutit, ne illæsus exiliat. Et sic eũ istis hostibus per totam epistolã videas repugnantẽ, & strenua bella peragentẽ. Sed relictis illis audi & Christũ ipsum, quemadmodũ supra dixi, splendorem sese gloria vocantem. Ego, inquit, sum lux mundi. Propterea eum etiam iste splendorẽ gloria nominauit, ostendens & illud, lumen de lumine, ita dictum esse, & non solum ostendit istud, sed quia etiã animas nostras illuminauit, & patrem nobis insinuauit. Per splendorẽ quoq; propinquitatẽ declarauit essentia. Intellige ergo subtilitatẽ dictorũ. Vnã sumpsit essentiam, vnãq; substantiã, vt duas substantias aperiret, quod etiam circa scientiam spiritus*

facit. Sicut enim vnã scientiam dicit esse patris & spiritus, vt vere vnã, & nihil ad seipsam habentẽ diuersum: sic etiã hic vnã rem sumit ad demonstrandã duorũ substantiã. Vnde etiam subiungit: Qui character est. Character quippe alter est ab ipso suo exemplari: alter autẽ non in omnibus, sed secundum quod per seipsum subsistit. Nam & hic character similitudinis omnimodẽ præbet indicium, ad illud cuius est character, & suspiciõne vel parũ dissimilitudinis omnino non recipit. Quando ergo eum & formã vocitat, & characterẽ, quid dicũt, aut quid nituntur opponere? Sed etiã imaginis, inquit, imago appellatus est homo. Quid ergo num eo modo sicut filius? Nõ inquit, sed quia imago nõ est similitudinis indicatrix. Quãquã & homo secundũ quod imago appellatus est, demonstrat similitudinẽ, sicut potest in homine demonstrari. Quod enim est deus in cœlo, hoc homo est in terris, secundũ principatum dico. Sicut enim omnibus quæ in terris sunt iste dominatur: sic & deus omnium cœlestium & terrestrium dominatur. Verũ vt ista non vrgeamus, homo nõ est dictus character, non est appellatus forma: quod declarat essentia, aut essentiam simul & similitudinem, quẽ est secundum essentiam. Sicut enim forma serui nihil aliud significat, quã hominem propriẽ: sic & forma dei nihil aliud manifestat, quã deum. Qui cũ sit, inquit, splendor gloria. Attende quid agat Paulus: Qui cum sit, inquit, splendor gloria: & subiungit deinde, Consecratus in dextera maiestatis. Vide qualibus vtitur nominibus, nusquã essentia ipsius propriũ nomẽ inuenies. Neq; enim maiestatis nomine, neque gloria quod desiderabat expressit: hoc est enim quod supra iam dixi, quia sapius quãdã nobis occurrunt, quæ intelligimus quidẽ, sed indicare oratione non possumus. Nam nec dei vocabulum nomen est essentia, neque omnino illius essentia propriũ potest vllum vocabulum reperiri. Et quid mirũ si in deo sic est, cum neq; in angelo propriũ nomẽ inuenias, quod eius declarat essentia: fortassis neq; in anima. Nõ enim videtur mihi hoc nomen *ψυχη*, tale esse quod integrẽ substantiam eius, quod animam vocamus exprimat, sed quod magis refrigerationẽ significet. Nam eandem rem, & animã, & cor, & mentem inuenies nominari. Cor, inquit, mundũ crea in me deus. Sed etiam spiritum dictã frequẽter inuenies: Feratq;, inquit, omnia verbo potentia suã. Solent Ariani proponere, quia cũ dixisset deus, Fiat lux: pater præceperit, filius obedierit: sed ecce & hic, idẽ ipse verbo suo cũcta facit. Feratq;, inquit, omnia, hoc est gubernet omnia. Si quidẽ cadentia, & ad nihilũ tendẽtia cõtinet. Non enim minus est cõtinere mundũ quã fecisse: sed si oportet aliquid quod admireris dicere, adhuc amplius est. Nã in faciendo quidẽ, ex nullis extantibus rerũ essentia producta sunt: in continendo vero, ea quæ facta sunt, ne ad nihilũ redeant cõtinentur. Hęc ergo dum reguntur, & ad inuicem sibi repugnantia coaptantur, magnũ & valde mirabile, plurimãq; virtutis indicium declaratur. Verbo autẽ ferendi, facilitatem cõtinendi voluit designare. Nõ enim gubernãdi verbo, sed metaphora eorũ vsus est, qui sine villo labore digito vel mouent aliquid, vel efficiunt. Hic etiã molem creaturæ magnitudinẽq; significat: & quãuis magna sit, illi tamen veluti nihil esse ostendit. Sed etiam dicendo, Verbo potentia suã, significauit iterum quod sine labore cũcta cõtineat. Et bene dixit, verbo

*psal. 101.*

*psal. 101. d.*

*ioann. 8. b. & 9.*

verbo potentia suã: Quoniã enim apud nos verbũ nudum ac leue quiddã esse videtur, ostẽdit quod in deo non ita sit. Qualiter autem verbo virtutis suæ cũcta contineat, non addidit, quia possibile nõ est istud scire. Deinde intulit quod ad eius maiestatem pertinet. Sic etiam Ioannes fecit, cum enim dixisset, quia deus est, intulit quod etiam creaturæ opifex ipse sit. Quod enim ille significauit dicendo, In principio erat verbũ: & omnia per ipsum facta sunt: hoc iste significauit, dicendo: Verbo potentia suã, & dicendo: Per quem etiã secula fecit. Vnde etiam iste & ante omnia secula, existentem & opificem eum esse declarat, Quid ergo quando de patre quidẽ dicit propheta, A seculo & vsq; in seculũ tu es? de filio vero, quod ante omnia secula, & omnium fabricator existat, quid responderunt? Magis autem cũ dicitur de patre, Quia ante omnia secula cõsistit, & hoc item etiam de filio dici similiter inuenimus. Et quod ille dicit, quia vita erat, cõseruationẽ creaturæ declarat, quia cunctorũ vitam ipsum esse constat: sic etiã iste dicit, Ferens omnia verbo virtutis suã: nõ sicut Græci, qui eum & conditione rerum, & prouidentia quantũ in ipsis est priuant, vsq; ad lunam eius potentiam limitates. Per semetipsum, inquit, mundatione facta peccatorum nostrorũ. Postquã dixit superius illa magna, valdeq; mirãda, dicit nũc & de cura eius ac sollicitudine, quã de hominibus gerit. Et quãuis illud vniuersale sit, quod omnia cõtinet, verũtamen hoc multo amplius est: nam & hoc vniuersale est: quantum enim in ipso est, omnes crediderũt. Nam etiã Ioannes cum dixisset, Vita erat: & prouidentiam eius manifestasset: iterum dicit, & lux erat. Per semetipsum, inquit, mundatione facta peccatorũ nostrorum, cõsedit in dextera maiestatis in excelsis. Duo quãdã hoc loco prouidentia ipsius maxima indicia ponit, cũ quod a peccatis nos mundauerit, tum quod per seipsum hoc opus impleuerit. Et in multis locis inuenies eũ in hoc maxime gloriari, nõ solum quoniã recõciliati sumus cũ deo, sed etiam quod hoc per filium est effectum. Et verẽ magnum hoc munus est, & maius ex eo redditum quod per filium est contributum. Cum vero dixisset, & cõsedit in dextera maiestatis, purgatione per semetipsum facta peccatorũ nostrorum: & cum nos cõmuniisset crucis eius, deinde confestim de resurrectione atq; assumptione ipsius instituit disputare. Et intueri inenarrabilẽ eius prudentiã. Nõ dixit quia iussus est sedere: sed cõsedit. Deinde ne putes eũ stare, subiungit: Cui enim angelorũ vnquam dixit, Sede a dextris meis? Consecratus, inquit, in dextera maiestatis in excelsis. Quid est in excelsis? Num loco includit deum? Absit, sed sicut cũ dixit in dextera, non figurã humani corporis deo tribuit, sed similitudinẽ demonstrat honoris, quẽ filius æqualem habet cum patre, ita cum dicit: In excelsis, non eum loco includit, sed ostendit omnibus altiorẽ, & omnibus eminentẽ: hoc est, quoniam vsq; ad ipsum peruenit thronũ paternę claritatis. Sicut ergo pater in excelsis est, sic & filiũ. Confessus enim nihil demonstrat aliud, nisi honoris equalitatem. Si autẽ dicunt: quoniã pater iussit vt sederet, cum dixit, sede: interrogamus & nos, Quid ergo? Nũstanti dixit, huc accede? At propheta nõ dixit, quod vel iusserit, vel præceperit: sed quod tantum dixerit, sede, ad nihil aliud, nisi vt eum nõ putes esse a principatu & administrando regno exortem.] Quod vero propterea dictum sit, manifestum sit ex ipsa cõdi-

*ioann. 1. 4*

*psal. 89. 4*

*principij & causæ experitẽ.*

tione cõfessus. Si enim minorationẽ vellet ostẽdere, nunquã diceret a dextris, sed potius a sinistris. Tanto, inquit, melior factus angelis, quanto differentius præ illis nomen sortitus est. Hoc quod dixit, factus, idẽ est hoc loco quod declaratus, vt ita dicã. Et vnde hoc affeueret, ex ipso nomine animaduertis, quia solet filij nomen ingenuitatẽ ostendere. & sanẽ nisi esset ingenuus filius (ingenuus autẽ filius nihil est aliud, quã de ipso genitus) quomodo posset ex hoc plenitudinẽ honoris asserere? Si enim gratia esset filius, non solum non excelleret angelos, sed illis etiã minor esset. Quomodo hoc inquis. Quia & homines iusti appellati sunt filij. Proinde nomẽ filij, nisi ingenuitatẽ ostẽdat, non poterit excellentiã probare. Et vt declaret quandã esse differentia inter creaturas & conditorẽ: aduerte quid dicat: Cui enim vnquam angelorũ dixit: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et iterum: Ego ero ei pater, & ipse erit mihi filius. Quod vero dixit, Filius meus tu es, ego hodie genui te, nihil aliud manifestat, nisi quia ex ipsa essentia patris est genitus, Sicut enim existens dicitur a præsentis tempore (hoc quippe magis deo cõuenit) ita quod dictũ est hodie, præsentis est tẽporis, potest tamẽ & secũdũ carnẽ hoc accipi dictũ. Cum enim illam apprehendit, iã sine villo timore cuncta deinceps eloquitur. Etenim caro cõmunicat altioribus, sicut & diuinitas humilibus cõmunicare dignata est. Qui enim non est homo fieri dedignatus, & qui rem ipsam nõ abnuuit, quomodo ipsa repudiaturus est verba?

Moralẽ.

Hęc itaq; cognoscẽtes, nihil impudẽter agamus, neq; in superbiã subleuemur. Si enim ipse cum deus esset & dominus, deiq; filius, nõ respuit formã serui suscipere: multo amplius nos oportet cũcta perfectere, etiã si humilia & abiecta sint. Dic enim mihi õ homo, ex qua re, vel cur superbis? Num de prosperitate seculi? Sed hęc antequã cõpareat, sicut fumus euanescit. Nũ ex spiritalibus in sublime sustolleris? Sed etiam hoc vnum est spiritaliũ rerũ, vt altum non sapias. Cur ergo altum sapias? An te affecutum cunctas virtutes existimas? Aduerte Christum dicentẽ, Quia cum feceritis hęc omnia, dicitur: quoniã inutiles serui sumus: nam quæ facere debebamus, omnia perfecimus. An propter diuitias in superbiã subleuaris? Nõne vides omnes qui ante te fuerunt, nudos hinc ac destitutos rebus omnibus discessisse? Nõne nudi ingressi sumus in hanc vitã, nudi quoque sumus exituri? Nunquid debet quisquam qui possidet aliena, superbus existere? Qui enim voluerint illis ad propriã voluntatẽ vti, amittunt ea etiã nolentes; & quidem sapius ante mortẽ, in ipsa vero morte inuitabiliter, Sed nos eis, inquis, viuẽtes sicut volum; vtimur. Ego autẽ ecõtrã dico, quia magis nullũ facile poteris inuenire, qui planẽ pro voto rebus extãtib; abutatur, Quod si etiã quis vtratur vt velit, nihil hoc magnum putare debemus. Breuis est nanque vita præsentis tẽporis in cõparatione seculi sempiterni. Altum sapias õ homo, quia diues es? Cur, obsecro, vel qua causa? Hoc enim potest etiam latronibus vsueneri, vel furibus, vel homicidis, vel mollibus, vel fornicarijs, vel etiã pessimis vniuersis. Cur ergo altũ sapias? Si enim ad quod opus est facultatibus tuis vteris, non debes altum sapere, ne præceptum domini pessundes. Si autẽ nõ ad quod opus est vteris, multo minus altum sapere

*psal. 2. b*

*2. Reg. 7. e*

*Luc. 17. 6*



sapere debes: quoniam pecuniarum tuarum seruus effectus, & sub earum dominatu detineris. Nam dic mihi, si quispiam febrium calore correptus, multum aquae bibat, & modico quidem tempore sitim extinguat, ipsam vero flammam denuo validius accendat, num propterea debet altum sapere? Quid item si quis per plurima quidem, sed superflua curas suas exerceat, non propterea debet altum sapere? Quamobrem dic obsecro? Num quia plurimos habet dominos? Quoniam plurimis sollicitudinibus angitur, quia plurimi homines adulantur? Enimvero seruus ille est, & dura fungitur seruitute. Quod ut agnoscas, parumper ausculta. Aliarum in nobis passionum interdum demonstratur utilitas. Verbi gratia: Iracundia plerumque utilis est: indignatio, inquit, iniusta non erit innocens: proinde potest quis etiam iuste indignari. Et iterum: Qui irascitur, inquit, fratri suo sine causa: & non dixit, simpliciter, sed addidit, sine causa. reus erit gehennae: qui ergo iuste irascitur, nullo reatu tenetur obnoxij. Iterum aemulatio, vel cupiditas non sunt omnifariam noxiae: haec quidem cum ad opus procreandorum assumitur filiorum, illa vero cum studio imitandi bona suscipitur: sicut dixit & Paulus: Bonum est, inquit, aemulari semper in bonum. Et iterum: Aemulamini charismata meliora. Vtraque ergo habet utilitatem suam. Et sic etiam in ceteris passionibus inuenitur, si per eas consideratis per uigil curarum intentio. Arrogantia uero nusquam bona potest existere, sed ubique inutilis & noxia reperitur. Sane uero si oportet altum sapere, in pauperie hoc oportet, non in diuitiis facere. Quare? Quia si potes in paucis uita tuam bene disponere, eo qui hoc non potest, multo maior multoque melior habebis. Dic enim mihi, si uocatis quibusdam ad regiam ciuitatem aliqui eorum nec iumentis indigeant, neque pedissequis, neque tentoriis, neque diuersoriis, neque calcamentis, vel uasis aliis ceteris, sed eis sufficiat panis tantum, & aqua sumpta de fontibus: quidam uero dicant, Quia nisi uehicula, eaque molliter strata dentur, nisi etiam plurimos pedissequos habeam, nisi sapius liceat requiescere, nisi fuerint & iumenta copiosa, nisi etiam parum itineris peragere per dies singulos, quin adhuc plura administrare quibus opus habemus, non poterimus venire: quos, rogo, amplius admiremur, utrum ne illos, an istos? Nimirum illos qui nullius indigent. Sic etiam in hac causa, quam habemus in manibus. Plurimi quippe ad peragendam huius uiae uiam pluribus indigent: alij uero, ut ita dicam, nullius. Proinde si oportet altum sapere, de pauperie hoc oportet, si tamen oportet. Nam qui bene sapit, altum sapere nunquam debet. Sed contentitur, inquit, pauper. Non ille contemnitur, sed qui pauperem contemnit, illi magis merito contemnitur. Nam cur non magis ego contemnam illos, qui nesciunt admirari quae digna sunt admiratione? Nam & pictor, si ab omnibus irrideatur atque reprehendatur, donec eos indoctos perspicit, & suae artis expertes, illorum uerba penitus non attendit, sed solo suo ipsius testimonio contentus est. Nos uero finemus nos multorum opinioni subiacere? Propterea digni sumus qui contemnamur ob id, quod non magis eos uicissim contemnimus & miseros aestimamus, qui nos paupertatis gratia contemunt. Pertraseo quanta peccata ex diuitiis generantur, quantum bonorum sit causa pauperies. Magis autem neque diuitiarum, neque paupertatis secundum seipsas bonae sunt, sed ex utentibus qualitate accipiunt. Christianus ergo in pauperie con-

stitutus, quam in diuitiis magis irradiat. Quomodo hoc? Quia excludit a se peccatum, non erit arrogans, sed potius temperans, & pudicus, & mitis, & sapiens: qui uero in diuitiis constitutus est, multa illum ab his bonis praepediunt. Inspiciamus ergo quae sunt quae diues operatur, imo qui maleuitur diuitiis. Quid ergo agit? Rapit aliena, aestuat cupiditate, vim infert, fordidis amoribus agitatur, nefandos non desinit perpetrare concubitus, incantationes & maleficia cuncta committit, & caetera nequiora: nonne uniuersa haec ex diuitiis conspicias generari? Intueris quod in pauperie magis, quam in diuitiis uirtutes facilius possideamus. Nec mihi, quia hac in uita diuites nullam uindictam suscipiunt, ideo illos neque peccare putabis. Quod si facile esset in diuites uindictam procedere, uideres ex eis repleri carceres uniuersos. Sed cum omnibus malis suis etiam hoc malum habent diuitiarum, quod in malignitate peccantes, ab uisionibus tuentur: & qui diuitias possidet semper peccans, nulla poena reuocatur: sed semper sine ullis remediis uulnera suscipit peccatorum, & frangum illi nullus imponit. Si autem quis uoluerit, etiam ad iucunditates plus inueniet accommodata paupertatis officia. Quomodo hoc? qui curis & sollicitudinibus est liber, uacat ab odio, litibus, contentione, iurgiis, & ceteris pessimis. Proinde ne desistere quaeramus, nec diuites aemulemur, sed habentes ad quod opus est, diuitiis utamur: non habentes autem, non propterea doleamus, sed gratias magis uniuersorum deo ac domino referamus: quia nos paruo labore eandem mercedem poterimus, quam diuites, promereri: si autem uolumus, etiam ampliolem dignos facit accipere, & ex paruis magna lucrari: nam & qui duo talenta protulit, approbatus est, & similiter honoratus, sicut qui quinque protulerat. Quare hoc? Duo nanque erant illi talenta commissa, sed ipse totum quod ex se debebat, impleuit & quae ei commissa fuerant, duplicauit. Quid ergo festinamus, ut nobis plurima committantur, cum possimus & in paruis eisdem fructus adipisci? Quin fortassis adhuc quodque & maiores. Nam quam gratum est, ut labor quidem sit minor, merces autem multo maior existat? Facilius ergo, si uoluerit pauper plura & maiora diuitie possidebit. An ignoratis, quoniam quanto quis plura congeserit, tanto magis ampliora desiderat? Ne igitur etiam nos idem patiamur, non quaeramus diuitias, neque aegre afficiamur pauperie, neque desistere festinemus: & qui diuitias possidemus, ita eis utamur, sicut praecipit Apostolus: Qui habet, inquit, sint tanquam non habentes: & qui utuntur hoc mundo, tanquam non utentes. Ut adipiscamur bona quae promissa sunt: quae nos omnes percipere contingat uniuersa, gratia & clementia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri uera cum sancto spiritu gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia III. ex cap. primo & secundo.

**I**n cuius iterum introducit primogenitum in orbem terrae, dicit: Et adorēt eum omnes angeli dei. Et ad angelos quidem dicit: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis: ad filium autem, Thronus tuus deus in seculo seculi, uirga aequitatis, uirga regni tui. Dominus quidem noster Iesus Christus aduentum suum carnalem, exitum uocat, sicut habes cum dicit: Exiit qui seminat ad seminandum. Et iterum: Ego a patre exiui & ueni, &c. Et hoc in plurimis scripturarum locis poterit inueniri. Paulus autem introitum Christi uocat aduentum, dicens: Cum

Cum iterum introducit primogenitum in orbem terrae. Introitum istum assumptionem carnis appello. Sed quaeris fortasse, cur talibus, uel diuersis utatur nominibus? Significationes quidem dictorum manifestae sunt, & secundum quid dicantur, apparet. Christus quidem merito exitum uocat. Foris enim eramus a deo, sicut qui sunt extra reges aulis in uiculis colligati, & qui habent apud regem pro culpis aliquibus offensam, huiusmodi quippe a regali aula foris exclusi sunt: qui uero uoluerit istis ueniam impetrare, non primum ipsos in aulam regis introducit, sed ipse foras egreditur, ibique cum eis commiscet sermocinandi negotium, usque dum eos correctos reddat, & dignos efficiat, quo regis uultui representari mereatur. Sic etiam Christus effecit: egressus quippe ad nos, hoc est carnem sumens: & locutus nobiscum, praecipua nobis regis indicauit, & sic nos a peccatis emundatos, & ad deum conuersos, in aulam regalem uelut mediator optimus introduxit. Propterea ergo exitum uocat suae incarnationis aduentum. Paulus autem introitum nominat, ex metaphora hereditantium, & ius dominandi in aliqua possessione sumentium. Dicendo enim, iterum introducit primogenitum in orbem terrarum: hoc significat, cum ei committit ac possidendum tradit orbem terrarum. Tunc enim totum orbem terrae possedit, cum ab uniuersis est agnitus. Non de deo uerba ista dicuntur, sed de carne. Si enim in mundo erat, iuxta Ioannem, & mundus per ipsum factus est: quomodo alio modo introducit, nisi secundum carnem? Et adorēt eum, inquit, omnes angeli. Quoniam enim magna quaedam, & altiora dicturus est, praestruit illa primum, & susceptibilia reddit, dum dicit patrem introduxisse filium. Supra dixerat, quia non per prophetas nobis locutus est, sed per filium, & quia filius melior est angelis, quod ex ipso argumentatus est nomine: hic autem iam ex alia re uult argumenta deducere. Ex qua ista? Ex adoratione uidelicet. Nam tanto eum meliorem esse demonstrat, quanto dominum seruis constat esse meliorem: quomodo si quis in quandam domum introducat aliquem, & confestim omnes eius domus principes iubeat, illum pronos simul omnes adorare: ita & Christum secundum carnem iussit a cunctis angelis adorari, dicens: Et adorēt eum omnes angeli dei. Sed quaeret aliquis, Num angeli tantum adorare praecipit sunt? Non: aduerte itaque quae sequuntur. Et ad angelos quidem dicit: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis: ad filium autem, Sedes tua deus in seculo seculi. Ecce maxima differentia: quia illi quidem creati sunt, hic autem increatus. Ad angelos autem inquit, Qui facit angelos suos spiritus: ad filium autem qua ratione non dixit, qui facit? Et sane potuisset, si uoluisset istam sic exprimere differentiam, dicendo, & ad angelos quidem dicit, Qui facit angelos suos spiritus: ad filium autem, Dominus creauit me. Siquidem eum dominum & Christum deus fecit. Sed neque illud de filio dictum est, neque hoc de deo uerbo, sed de eo qui est secundum carnem. Vbi enim ueram differentiam significare desiderat, non iam solos angelos comprehendit, sed omnes uirtutes ministeria superna fungentes. Intueris quomodo diuidit, & cum quanta claritate creaturas a creatore discernit, ministros a domino, haereditem & genuinum filium a seruis. Ad filium autem dicit: Sedes tua deus in seculo seculi. Ecce habes regni symbolum. Et uirga aequitatis, inquit, uirga regni tui. Ecce habes & aliud regni symbolum. Deinde

ad eum qui est secundum carnem reuertitur. Dilexisti iniustitiam, & odisti iniquitatem, propterea uinxit te deus, deus tuus. Quid est, quod dicit deus tuus? Quoniam magnum quiddam locutus est, iterum illud mitigare festinat. Sed & hic Iudaeos, & Paulum Samosatenum, & Arianos, & Marcellum, & Sabellium, & Marcionem percussit. Quomodo? Iudaeos quidem ostendens eis esse duas personas & deum, & hominem. Pauli uero Samosateni discipulos, dum ista de aeterna loquitur & increata substantia: Nam ei quod supra dixit, per quem & secula fecit, illud, thronus tuus deus in seculo seculi, opposuit. Arianos autem percussit, ostendens quoniam neque seruus est Christus neque creatura. Marcellum uero & ceteros, quoniam duae sunt istae personae, secundum substantiam ab inuicem separatae. Marcionistas autem percussit, dum ostendit quia non deus, sed humanitas uingitur. Post haec subiungit, inquit: Prae confortibus tuis. Qui sunt isti confortes alij praeter homines? Hoc est quod alibi dicitur, Quia non ad mensuram Christus accepit spiritum. Contemplaris quomodo semper coapat sermonem dispensationis, sermone quem de natura increata eloquitur. Quid hoc clarius dici potest? Animaduertis quomodo non est id ipsum creatura & proles? Non enim ita diuideret, si idem esset utrumque, nec ad differentiam eius uerbi, quod dixerat, fecit, inferret: ad filium autem dixit: Sedes tua deus in seculo seculi: neque differetius appellaret filij nomen, si eiusdem esset significationis cum nomine creaturae. Nam quae, rogo, differentia remanebit, si idem est proles & creatura? Nam illi facti sunt, ille uero genitus est. Et quid differentius est? Ecce iterum quod dixit, deus, cum articulo posuit, deinde subiungit: Et tu in principio terram dominum fundasti, & opera manuum tuarum sunt caeli. Ne forte audito eo quod dixit cum introducit primogenitum in orbem terrae, uelut munus quoddam illi postea donatum existimes, ista subiungit: Nam & in superioribus hoc annotauit, & iterum ad ipsum recurrit dicens, In principio, non nunc, sed ab initio: Ecce iterum Paulum Samosatenum simul & Arium interemptorio percussit uulnere. Nam quae sunt patri propria, haec etiam filio coapat: & post haec etiam quiddam aliud tetigit, quod isto maius est. Nam & transformationem mundi sub significauit, dicens: Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes ut uestimenta ueterascunt, & uelut amictum circumuolues eos, & mutabuntur. Quod etiam in epistola ad Romanos dixit, quia transformaturus est mundum: & facilitatem significans, intulit: Sicut quilibet amictum inuoluit atque permutat: sic & ipse mundum & complicaturus & mutaturus est. Ergo cum transformationem & conditionem, quae sit in melius, tam facile poterit operari: quis dicat quod in inferiori opere, alteri cogerit adiutorio? Vique quo non erubescunt taliter insanire? Simul etiam consolatio maxima est, cognoscere quod non in eodem statu cuncta permancant: sed illa quidem mutabuntur, ipse autem idem permanet in aeternum, & sine fine uiuens. Et anni tui, inquit, non deficient. Ad quem autem angelorum dixit: Vnamquam sedem a dextris meis, donec posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Ecce iterum eos confidentes facit, siquidem futurum ostendit, ut eorum superentur inimici: & quia inimici eorum, ipsi erunt etiam Christi, in hoc iterum & regni declaratur indicium, & honoris aequalitas. Nullam autem imbecillitatem aliquatenus arbitreris, eo quod dicit patrem indignatum iri pro his quae filius indigne perpessus est, hoc multum patris erga filium dilectionis & honoris ostendit. Qui enim indignatur

Mat. 5.6

Mat. 25. d

† enim pauper boni suae uelinae quem diues qui magna possidet. 1. Co. 7. f

† uerbo Ioan. 1. b

Sup. 1. a

† uerbo

Ioan. 3. d

\* uirumque proles, filium germanum.

† dicit.

Psal. 109. d

*Psal. 2. d*

*Luc. 19. d*

*Luc. 13. g*

*Mat. 21. d*

*Ibidem.*

*Luc. 2. b*

*Ibid. 1. c*

*Mat. 28. c*

*Acto. 1. b*

*Ibid. 12. a*

*Ibi. 10. d*

*Ibid. 9. a*

*60 di pas  
200 g airta  
cpavitua  
27110.*

*1. Cor. 3. d*

gnatur pro eo, quomodo extraneus ab illo esse cōtēditur: quod etiā in secūdo dicitur psalmo: Qui habitat in cœlis irridebit eos, & dominus subsannabit eos: Tūc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo cōturbabit eos. Et iterū ipse dixit: Eos autē qui me regnare noluerūt super se, adducite in cōspectu meo, & intermite. Quod vero eius sint hæc verba, audi quid dicat & alio in loco: Quoties volui congregare filios tuos, & noluitis? ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Et iterū: Auferetur à vobis regnū, & dabitur gēti faciēti fructus eius. Et iterū, Qui ceciderit super lapidē istū, cōfringetur: super quem vero ceciderit, conteret eum. Huc accedit, quia si ipse iudicaturus est eos in futura: multo amplius & in hac vita ipse illis digna retribuit. Proinde honoris duntaxat est patris erga filiū quod dicitur, Donec ponā inimicos tuos scabellū pedum tuorū. *Nonne omnes sunt administratores spiritus qui in ministeriū mittuntur propter eos qui hereditatē percepturi sunt salutis.* Quid miraris, inquit, si filio suū ministeriū exhibēt, cū etiā pro nostra salute ministros eos cōstat effectos: Intuere quomodo eorum subleuat mētes, ostendens nobis honorē à deo plurimū condonatum: si quidem etiam angelos qui nobis superiores sunt, ad nostram salutē ministeriū suum exhibere præcepit: tanquā si diceret, ad hoc eis vitur: hoc est angelicæ functionis officiū, ad salutē nostram ministeriū deo persolvere. Proinde hoc est opus angelicum, omnia facere pro salute proximorum: magis autē hoc est opus Christi. Ipse enim sicut dominus saluat, isti vero sicut serui: & nos itaque etiā si serui, angelorū tamen conserui sumus. Quid igitur suspicatis, inquit, ad angelos? Serui sunt filij dei, & propter nos sapius mittuntur, & pro salute nostra ministeria sua persoluit, quæ cū ita sint, cōstat angelos nostros esse cōseruos. Cōsiderate tamen, quomodo non multam differentiā creaturis attribuit. Quauis enim multum intersit inter angelos & homines, veruntamen propinquos eos nobis facit, vt penē dicere videatur, quia nobis laborant, propter nos discunt, nobis suo funguntur officio: hoc est eorū ministerium, vt propter nos vbiq; mittantur. Et harū rerū exemplis pleni sunt libri veteris testamēti, pleni etiā noui. Nam & pastoribus angeli euangelizauerunt, & ad Mariam angelus venit, & Ioseph sapius ab angelo visitatus est, & in monumento sedentes angeli apparuerunt, & ad discipulos angeli missi sunt dicētes: Viri Galilæi, quid statis intendentes in cœlum, &c. Et Petrū angelus absoluit ex carcere, & Philippo angeli collocuti sunt. Intellige igitur nūc quātus nobis honor existit, vt sicut ad amicos ita ministros angelos suos destinat deus. Nā & Cornelio angelus adstitit, & omnes apostolos angelus de custodia eduxit, dicēs: Eūtes state, & loquimini in tēplo populo oīa verba vitæ huius. Paulo vero ipse dominus, non angelus apparuit. Intueris ergo eos ministerium nobis propter deū reddētes: & magna nobis officia persoluentes, idcirco dicit Paulus: Omnia vestra sunt, siue vita, siue mors, siue mūdus, siue præsentia, siue futura. Missus est quidē & filius, sed nō sicut minister, neque vt persunderetur quibuslibet officiis: sed sicut filius vnigenitus, eadē cū patre volēs atq; desiderans, magis autē neq; missus est: neque enim de loco ad locū pertrāsīit, sed carnē sumpsit: isti autem loca permutant, & prima loca in quibus fuerant deserentes, ad alia veniunt transeundo, in quibus non erant antea.

**A** Sed & hoc etiā cōfidentiā eis excitat, dicens: Quid veremini? Nā nobis etiā angelicū ministrat officiū. Postquam ergo locutus est de filio dei tam secundū dispensationē carnis, quā secundū quod vnuerſitatis est opifex: locutus etiā de regno eius, & æqualitate honoris eius ostensa: & quia dominatur non solum hominibus, sed etiam supernis virtutib; iā deinceps hortatur eos, vt animaduertant ea quæ illis annunciata sunt, dicēs: *Propterea abundantius oportet attendere nos iis, quæ audiuiimus, ne forte persuamur: Quare abundantius dixit? Hoc est q̄ in lege solebamus: sed nomē legis obtinuit. Nam & in adstructione sua manifestū hoc facit. Noluit ergo hoc nūc ponere, cum admonet & hortatur, sic enim cōducibilius arbitratus est: Si enim, inquit, qui per angelos dictus est sermo, fuit firmus, & omnis transgressio, & inobediētia iustā accepit mercedis retributionē: quomodo nos effugiemus, si tantā neglexerimus salutem, quæ cū initio cœpisset enarrari per dominū, ab iis qui audierunt in nos cōfirmata est.* Quare abundantius nos oportet attendere iis quæ audiuiimus? Nōne & illa dei sunt, & ista? Abundantius ergo dixit, aut q̄ solebāt in lege, aut certe amplius, nō cōparans, absit: sed quia per multa tēpora magnū apud eos autoritatis pondus vetus habebat testamentū: hæc autē ab ipsis velut noua quædam contemnebantur, ostendit ex abundantia, quod hæc amplius obseruari debeant, propemodū dicēs: Dei quidē sunt & illa præcepta, & ista, sed non similiter, & hoc quidē postea demonstrat: nunc autē superſcietenus illud adstruit, in posterioribus autem manifestius confirmat, dicens: Si enim primū illud, inquit, esset inculpabile, & alia huiusmodi plurima. Et iterū: Quod enim veterascit, & interitui propinquum est: sed nondū audet tale aliquid loqui in ipsis exordiis, vsquequo præoccupet, & obtineat plurimā adstructionibus auditorē. *Propterea, inquit, abundantius oportet nos attendere iis, quæ audiuiimus, ne forte persuamur.* Hoc est, ne forsitan pereamus, ne forsitan excidamus. Et demonstrat in hoc loco, quantū malū in se ruina ista possideat. Siquidē difficile est quod effluxerit iterū resaluari, quoniā ex negligētia cōrigit vitio: sumpsit autem hoc verbū ex prouerbis: Fili, inquit, nō persuas: Sed etiā facilitatem lapsus & malum perditionis ostendit: quasi dicat, inobediētia vobis à periculo nō erit libera: & per ea ipsa quæ adstruit, approbat, quoniā maius erit in cadente supplicium: & iterum relinquit huius inquisitionē rei, ne ex cōclusionē suā disputationem grauem illis efficeret. Hæc est quippe modestia disputatis, vt nulla generetur audientibus ex differētis sermone molestia. Hoc autē imitatur, cū nō vbiq; quæ sequuntur ipse in cōclusionē cōstituit: sed ipsum auditorē dominū facit & iudicem, vt ipse sua libratione conspiciat quæ sequuntur, & spontanea proferat volūtate sententiā. Hoc em̄ modo etiā ingenuos animos cōficit auditorū, dum nullo cogēte assuescūt rectū sentire iudiciū. Facit hoc etiam in veteri testamento propheta Nathan, facit etiā in Evangelio secundū Matthæum Christus, dicens: Quid faciet operariis vineæ illius? Et ipse tacēs illos cōpellit decretū proferre. Hæc quippe maxima victoria in disputationibus solet existere. Deinde dicens: *Si enim qui per angelos dictus est sermo fuit firmus: Nō intulit, multo amplius qui per Christū, sed hoc quidē prætermisit, dixit autē quod minus est: Quomodo nos effugiemus, si tantā neglexerimus salutē?* Et intuere qualiter faciat cōparationem. Si enim qui per angelos

*Gal. 3. c  
Act. 7. 8*

*102. 1. c  
7. b  
Euo. 16. c*

*102. 1. c  
102. 1. c  
102. 1. c*

*2. Co. 10. b*

*2. The. 1. c*

los dictus est, inquit, sermo. Illic quidē per angelos, hic autem per dominū: & illic quidē sermo, hic autē salus. Deinde ne fortasse diceret aliquis: O Paule ista quæ loqueris, ipsius Christi sunt, proinde ergo vt fidem dictorū probabilem reddat, significat nō solū à Christo dicta esse, sed etiā nunc à deo dici: non simpliciter voce per aērē prolata, sicut ad Mosen, sed signis atq; virtutibus factis, & ipsis attestatibus rebus. Quid autē est? Si enim qui per angelos dictus est sermo, fuit firmus? Nā & in epistola ad Galatas ita quodāmodo dicit. Disposita per angelos in manu mediatoris. Et iterū: Accepistis legē in mandatis angelorum, & non custodistis: & vbiq; per angelos datam esse dicit. Quidā autē dicunt, q̄ in hoc loco Mosen intelligat, sed nō habet rationē. Angelos em̄ hoc in loco plurimos dicit, & præterea de angelis cœlestib; loquitur. Quid ergo? Aut enim decalogū signat, illic em̄ Moses loquebatur, & deus respōdebat: aut quia præsentēs erāt & angeli dei cū lex daretur, aut certe de omnibus his, quæ in veteri testamēto (vt potē angelis in ministeriū cōmunicantibus) vel dicta vel facta sunt loquitur. Et hic quidē ista dicit, sed quomodo alibi dicit: Lex per Mosen data est, hic autē per angelos? Et descēdit, inquit, de° in nube. Si em̄ qui per angelos, inquit, dictus est sermo, fuit firmus. Quid est; fuit firmus? videlicet verus: tāquā si diceret, fidelis in opportuno tēpore. Et cūcta quæ prædicta sūt, perceperūt ipsi reb; effectū. Siue ergo hoc dicit, siue quia obtinuit sermo, & quicquid cōminādo dixit, reb; cōstat impletū, siue sermonē dixit, præcepta veteris testamēti. Plurima quippe & præter legē sunt mādāta per angelos, qui ad illud ministeriū mittebātur: sicut missi sunt ad Loth in montē, & ad iudices, & ad Samson. Propterea em̄ nō dixit, lex, sed sermo: vnde magis mihi videtur illa significare, quæ per angelos dispensata sunt. Quid ergo dicem; nisi quia præsentēs erāt & angeli, quibus fuerat gēs illa cōmissa, & ipsi erant qui tubis & buccinis personabāt, & cætera faciebāt, hoc est, ignē, fumū, & nebulas? Et omnis, inquit, transgressio & inobediētia. Nō dixit quia aliqua punitur, aliqua vero nō, sed omnis: hoc est, quia nihil remāsīt inultū: sed, *Percepit iustā mercedis retributionē.* Quare dixit mercedis retributionem? Merces autē in bono poni solet, sed iste mos est Apostolo, vt nō magnā verborū habeat rationē, sed indifferēter, vel quæ in bono dicuntur, vel quæ in malo, pro alterutro ponere: sicut

**A** dicens: *Quæ cum initio cœpisset enarrari per dominū; Hoc est; ab ipso fonte hæc quæ dicim; habuere principiū, nō ab hominib; nobis allata sunt, nō ab aliqua virtute, vel creata, vel cōdita, sed ipse nobis ea fili; vnigenitus impertiuit. Ab iis, inquit, qui audierunt in nos cōfirmata est.* Quid est, cōfirmata est? credita aut perfecta; Pignus, inquit habem;: hoc est nō extincta, nō diminuta est salus, quā nobis attribuit: sed permanet & præualet in æternū. Causa vero huius rei est diuinæ potētis operatio: hoc est, qui à dño audierūt, ipsi nos confirmare. Magnū hoc opus, omniq; fide dignissimū, quod etiā Lucas dixit in p̄cipio Euāgelij sui: *In præfatione.* Sicut tradiderūt nobis qui ab initio præsentēs viderunt, & ministrauerūt verbo. Sed dicit aliquis: Quomodo hæc cōfirmata est salus? Quid em̄ si ab his, qui primi audierūt ista, cōficta sunt? Hoc ergo refutat, & ostēdit nō esse humanā hęc gratiā. Neque enim si ea cōfinxissent, testimoniū illis perhibuisset diuina potentia: propterea ergo intulit, dicens: *Attestante deo.* Testificatur quidem & illi, testificat & deus. Et quomodo testificatur deus? Non verbo, neque voce (esse quidē hoc etiā dignū fide) sed quomodo? *Et signis, & prodigiis, & variis virtutibus.* Bene dixit, variis virtutibus, affluentiā significās donorū, quæ nō erat apud antiquos, neq; tāta signa, neq; tam diuersa prodigia. Hoc ergo dicit, quia nō simpliciter illis credim; sed per signa & prodigia. Proinde non illis, sed deo credimus. *Et spiritus sancti, inquit, distributionib; secundū ipsius voluntatē.* Sed fortasse dicit aliquis: Quid ergo? an nō & Magi signa faciūt, & Iudæi in Beelzebub Christū dæmones exclusisse dicebāt: num propterea credēdū est magis? Sed illi nō talia signa faciūt, propterea subiūxit Apostolus dicēs: *Variis virtutibus.* Illa enim nō virtuti, sed infirmitati potius tribuēda sunt: quippe quæ phāstica & inania demonstrāt. idcirco ergo intulit, dicēs: Et spiritus sancti distributionib; secundū ipsius voluntatem. **Morale.** In hoc loco aliud etiā quiddā cum significare potest: arbitror em̄ intra eos nō fuisse plures diuina charismata possidentes, sed cessasse illa apud eos, velut qui segniore facti erāt & negligētiores: vt ergo eos cōsolaretur, ne aliqua desperatione deciderent, diuinæ volūtati cūcta cōtribuit, diuinōq; cōsilio. Veluti si diceret, ipse nouit quid cuique proſit, vel cui quid sit ad cōmodum, & ipse gratiā, quæ cōducatur, vniciquæ distribuit: quod etiā ad Corinthios facit, dicēs: Deus posuit vnumquēq; nostrū sicut voluit. Et iterū: *1. Co. 12. b* Vnicuiq; datur manifestatio spiritus ad vtilitatē, *1. Ibidem. a* secundū voluntatē eius. Ostendit ergo q̄ donū, quodque secundum voluntatē dei patris sit. Sepenumero autem & propter immūdā vitam & ignauam, multis dona diuina negata sunt: aliquando autem plerique vitā habentes honestam & mundam, non accipiunt illa. Quare? Ne in superbiam subleuētur, ne infletur v̄tositatē iactātia, ne altitudo muneris negligētiores efficiat. Si enim & sine peculiari charismate ipsa per se mūdæ vitæ cōscientia idonea est, vt faciat arrogantē: multo amplius, quando cū recta vita charismatis quoque munus affuerit. Proinde humilibus magis, atq; simplicibus charismata condonantur, & maximē simplicib;. In simplicitate, inquit, & in exultatione cordis. Hoc itaq; sermone exhortat; est eos ampli; & si negligētēs erāt, cōpunctos reddidit, ac attētos. Qui enim humilis est, & non de se maiorem concipit existimationē, studiosior efficiat, cum charismatis



rismatis munus acceperit: dū enim iudicat, præter dignitatē suam munus illud esse tributū, debitorem se factū esse putat: qui vero cōpotem se virtutis existimat, nō sibi ex gratia largiētis aduenisse munus illud arbitratur, sed ex suorū debito meritorum. Proinde huiusmodi homo inflatur vētositate superbiæ: idcirco ergo deus vtiliter cūcta dispēsāt, quod in ecclesia vsuenerit videas. Ali<sup>o</sup> quidē habet facultatē sermonis ad docendū, alius autem neque os aperire valet. Non cōtristetur, inquit, iste, quia similem non habet gratiam: vnicuiq; enim datur manifestatio spirit<sup>us</sup> ad vtilitatem. Si enim homo paterfamilias nouit, quod cuique negotium cōmittat: multo amplius deus, qui nouit cunctōrū mentes hominum, qui cūcta cognoscit, antequā fiant: Vnum est tātum tristitia dignum, hoc est peccare, aliud verò nihil. Ne dicas: Quare nō habeo pecunias? si haberem, pauperibus impartirer. Nescis o homo: fortassis enim si haberes, ampli<sup>us</sup> avarus existeres. Nūc quidē hęc dicis, sed si te ipsa probaret experientia, alius forsitan appareres. Nam & quādo sumus cibus saturati, putamus nos posse lōga tolerare ieiunia: cū verò nos cōeperit saltē leuis elurries, alia nos desideria subintran. Iterū quādo sumus ab ebrietate liberi, putamus illā nos superare posse passionē: cum verò fuerimus illius morbi capti libidine, minimē nobis primū iudiciū remanebit. Non ergo dicas, Quare nō accepi gratiā docendi? Si enim haberē, decem milia hominū ædificarē. Nescis quia si fortassis haberes, ad iudiciū maius haberes: fortassis enim inuidia, fortassis desidia cōpelleret te talentū sub terra defodere. Nunc autē istis omnibus liberatus es, nec culparis, si non distribueris annonæ singulis quibusque mēsurā: si autē haberes illud charisma, plurimis culpis esses obnoxius: sed & nūc non es sine charismate, in paruo demonstra qualis esse posses, si munus illud haberes. Si enim, inquit, in paruo fideles non fuistis, maiora quis dabit vobis? Ostendit ergo sicut illa vidua. Duos habuit obolos, & totum quod habuit, misit: totū quod possidebat cōtulit. Pecunias quæris, ostēde te continere quæ parua sunt, vt credā tibi de maximis: si verò nec ista, multo minus illa contēpseris. Similiter etiam in sermone tuo demōstra, quod eo cōpetenter vtaris in admonitione vel cōsilio circa fratres. At nō habes eloquentiā, non habes abundantia sententiarum: verūtamen scis ista communia, si filium habes, si vicinum, si amicum, si propinquum, si seruos, admone, doce. Si non vales in ecclesia publice lōgum protelare sermonem, istis tamen semotim potes consulere: ad hoc nō rhetorica opus est, neque longa præceptione: ostēde in his, quoniā si haberes facultatem sermonis, negligentia te nulla deprimeret: si autem in paruo non geris vllū studiū, quomodo tibi maiora promittēti credamus? Quod enim hoc vnusquisq; valeat implere, aduerte quid dicat Apostolus, quomodo hoc & laicis sic imperet: Vnusquisq; inquit, ædificate inuicē, sicut & facitis, & cōsolemini alterutrū in sermonibus istis. Nouit deus quid & quomodo vnicuiq; distribuat. Nūquidnam tu melior es Mose? Aduerte ergo quomodo respuebat muneris amplitudinē. Nū ego, inquit, illos portare possum? quoniā dixisti mihi sume illos, sicut sumit nutrix paruulū ad vbera pendentē. Quid ergo deus? Sumpsit de spiritu eius & dedit aliis: ostēdens quia neq; dum eos ipse portaret, eius erat charisma, sed spiritus sancti. Si enim haberes charisma o

A homo, fortasse superbiæ te vctus extolleret, fortassis mutareris in peius. Non ita temetipsum cognoscis sicut te deus agnoscit. Nō ergo dicamus: Quare hoc & pro qua causa hoc? quādo deus aliquid dispensat atq; disponit, nō ab eo rerū rationes exigamus. Hoc em̄ extrema impietatis est, sceleratēq; superbię. Serui sumus, & serui multū distātes à domino, neq; quæ ante pedes nostros agūtur sciētes. Nō ergo curiosē perscrutemur diuina cōsilia, sed quod nobis donare dignatus est, hoc seruemus, siue paruum sit, siue minimum. Hęc enim agentes probabiles apparebimus: magis autē quicquid venerit de diuini muneris largitate, nequaquā parū esse iudicemus. Doles quod charisma docēdi nō possides? Dic mihi, quid tibi maius videtur, charisma docēdi, an charisma morbos & ægrotudines effugandi? Itē dic mihi, nōne maius est oculos restituere cæcorum? Item mortuos suscitare, nōne videtur tibi maius esse? Quid? nōne maius est tactu sudarij, vel vmbra sola corporis q̄ verbo istud perficere? Quid ergo dic mihi? sudariōne, aut vmbra tui corporis mortuos suscitare maius, an docēdi charisma possidere? Vtique illud eliges, vt mortuos tactu sudariorum tuorū, & vmbra corporis tui resuscites. Si igitur tibi monstrauero, quoniā isto charismate est aliud charisma multo superius, quod tibi dum sumere liceat, nō appetis, nōne iuste cæteris charismatibus priuatus es? Hoc autem charisma, quod dico, nō vni, non alteri, sed cunctis concessum est possidere. Scio quippe q̄ attentī facti estis, & stupore possessi. Si ergo audieritis, quia licet vobis mai<sup>us</sup> charisma possidere, quā mortuos suscitare, quā cæcorum oculos restituere, quā & cætera facere, quæ ab apostolis facta memorātur, fortassis etiā credibile nō putatis. Quid ergo est hoc charisma? scilicet charitas. Sed credite mihi, quia iste sermo nō est meus, sed Christi, per Paulū apostolum nobis loquentis. Quid ergo dixit? Aemulemini charismata meliora, & adhuc eminentiorē viam vobis demōstro. Quid dicit eminentiorē viam? Corinthij altum sapiebant super donis muneribusq; charismatū, & qui linguarum habebāt charisma, quod est minimū, circa reliquos arrogantius inflabantur. Dicit ergo: Si omnino charismata quæritis, ego vobis ostendā viā charismatū eminentem: non simpliciter superiorē, sed eminenter cæteris præstantē: deinde dicit: Si linguis angelorū loquar, *ibi. 13. d* charitatē autem nō habeam, nihil sum. Et si habeam fidem, ita vt mōtes transferam, charitatem autem nō habeā, nihil sum. Ecce tibi charisma quod cunctis eminet, emulare illud: hoc quippe charisma maius est, quā mortuos suscitare: multo melius q̄ reliqua dona virtutum. Et vt sic esse intelligas, aduerte quid dixerit ipse Christus discipulis suis loquens: In hoc cognoscent omnes q̄ discipuli mei sitis: & ostendit in quo, non dicens: Si miracula feceritis: sed si charitatem, inquit, habueritis adinuicē: & iterum ad patrem dicit: In hoc cognoscent, quia tu me misisti: si fuerint vnum: & iterum ad discipulos suos dicebat: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem. Qui ergo talis est, etiam iis qui mortuos suscitāt, melior est atque præclarior: & meritō. Illud enim totū diuini cōstat esse charismatis, hoc autem & ad tuum studium pertinebit. Hoc vere op<sup>us</sup> est Christiani, hoc declarat Christi discipulum, hoc manifestat quæque crucifixū esse mundo, hoc ostendit aliquem nihil in hac terra possidere: sine hac nāque neque martyriū proderit. Et vt

Luc. 16. c

Mat. 12. d

1. The. 5. b

1. Cor. 12. d

1. Cor. 13. d

1. Cor. 13. d

1. Cor. 13. d

psal. 8. c

1. Cor. 13. d

Et vt cognoscas, intuere hoc manifestius. Sūpsit beatus Paul<sup>us</sup> duas summas excellēq; virtutes, magis autem tres: vnam ad miracula pertinentem, alteram ad scientiam, tertiā vitæ cōuersationisq; meritum possidentem: & tamē quāquam magnę sint, sine charitate nihil eas esse determinat. Et quomodo nihil sunt, ego dico: Si distribuam, inquit, omnia mea pauperibus, charitatem autē non habeam, nihil sum. Potest enim fieri, vt sit aliquis suæ distributor substantię, & sit vacuus charitatis. Et hęc quidem sufficienter à nobis in aliis dicta sunt, vbi pprius locus de charitate nos cōpulis disputare. Ad illa ergo mittim<sup>us</sup> auditores, interrim nūc, sicut iam dixi, æmulemur hoc charisma, diligamus nos inuicē, & nullius doctrinæ erimus indigi ad conquirenda virtutis insignia: sed omnia nobis facilia sine vllō sudore cōstabit, & magna diligentia cūcta perficiemus. Sed ecce, inquis, & nūc diligimus inuicē: vnusquisq; enim habet amicos, alius quidē duos, alius autē tres, sed hoc nō est propter deum diligere. Qui nanq; propter deum diligit, non habet tale dilectionis initiū, sed erga omnes sicut circa fratres afficitur: & quos quidē fidei eiusdē esse cognouerit, vt vere germanos fratres amplexatur ac diligit. Hæreticos autē vel Paganos vel Iudæos propter cōmunionem quidē naturæ, fratres æstimat: miseratur autē propter quod in eis cernit errorem, & contabescit pro eis, & lachrymas fundit: in hoc erim<sup>us</sup> similes deo, si cunctos amabimus, etiā inimicos nostros, non autē si signa, vel miracula fecerimus. Nam & dominum ipsum admiramur quidem miracula faciētem, sed amplius admiramur miseratē & longanimiter sustinentem. Si igitur & in ipso deo illud est amplius admirandū, quanto magis in homine? Vnde clarum est, q̄ nos hoc faciat magis admirabiles. Hoc igitur æmulemur, & nihil vel à Paulo, vel à Petro, vel aliis mille mortuos suscitātibus, minus habebimus, etiam si febrem fugare, vel morbos pellere non valeamus. Enimvero sine charitate etiā si ipsis apostolis excellentiora miracula fecerimus, si nosmetipsos propter fidem in mille pericula contradiderimus, nihil nobis vtilitatis accesserit: & hęc non ego dico, sed ipse charitatis alūnus. Ipsi ergo credamus, ipsum protinus audiamus. Sic enim poterimus bona quę promissa sunt, adipisci, quæ nos vniuersos cōtingat accipere, gratia & clementia domini nostri Iesu Christi, cum quo sit patri gloria, vnā cum sancto spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

psal. 8. c

1. Cor. 13. d

*Homilia quarta ex cap. secundo.*  
**N**on enim angelis subdidit orbem terre futurū, de quo loquimur. Testatus est autem alicubi quidem dicens: Quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quod visitas eum? Minorē eum paulō fecisti angelis. Vellē manifeste cognoscere, num aliqui competēti studio ea quæ dicuntur aduertant: an non iuxta viam semina iactemus? studio sius quippe etiā nos docebimus, si vos studiose audire sentiamus. Dicemus tamen, etiam si nullus audire velit, propter incumbētem nobis timorem dei. Cōtestare, inquit, plebem hanc, & si non audiant, tu absolutus eris. Si autem certus essem de vestro studio, non solum propter timorem, sed & cum iucunditate dicerem. Nunc autem si nullus audiat, etiam si mihi res sine periculo sit, quod meū est implenti, attamen sine delectatione aliqua labor iste perficitur. Quid enim profuerit, quod ego quidē culpa vaco, si interea nemo vestrū iuuatur? Si autē ani-

A mauderint quidā, non tanta nobis vtilitas erit ex eo, q̄ de pœna liberabimur, quātum nobis accōmodabit charitatis vestræ profectus. Quomodo igitur hoc cognoscā? Intendā vnumquēq; vestrū: & quos ex vobis admodū attentos cognouero, hos seorsum nactus interrogabo: & si reperero vel aliqua ex his quæ dicta sunt retinere, nō dico omnia: hoc enim vobis nō satis est facile, sed etsi pauca ex multis, de reliquis non ambigā vltra. Et oportebat quidē, vt absq; præmonitione incautos aggrederer, veruntamē etiā sic gratū mihi erit, si vos secundū votum meæ mētis inuenero. Quin & sic quoque possum vos incautos adoriri. Quod enim interrogaturus sim prædixi quidem, quādo autē nondū certo cōstitui: fortasse enim hodie, fortasse crastina, fortasse post viginti, forsā post triginta dies, fortasse post pauciores, fortassis post plures: sic etiā deus diē defunctionis nostræ incertum effecit, & neq; hodie, neq; crastina die, neq; post annū torū, neq; an post plures annos imminet, certū nobis esse permisit, vt expectationis incertitudine moti, semper in virtute nos ipsos cōtineamus: & quod commeaturi simus ex hac vita, dictū est nobis: quādo verò, nequaquā: sic etiā ego, interrogaturum me quidē dixi, quando verò, non addidi, volens vos hanc curam semper habere. Et nemo dicat quoniam ante quatuor hebdomadas, & quinque, & amplius hęc audiui, & retinere non possum. Si quis enim audierit, taliter eum retinere volo, vt eius memoria nullū obliuionis furtū patiatur, neq; diluta sit, neq; quæ dicta sunt respuat. Volo enim vos retinere quæ dico, nō vt mihi ea dicatis, sed vt vos lucrū habeatis. Hoc mihi totum studiū est: itaq; nemo hoc dicat. At necessariū iam est, vt ad consequentia reuertamur. Quid ergo hodie propositum nobis est ad dicēdum? Non enim angelis, inquit, subdidit orbē futurum, de quo loquimur. Nunquidnam de altero aliquo orbe disputat? non ita est, sed de isto præsentī, propter hoc etiā addidit, de quo loquimur. Ne mētem auditoris errare relinqueret, dum alius quæreretur orbis. Quomodo ergo eum futurū vocat? Nempe quemadmodū & alibi dixit, qui est forma futuri: de Adam & Christo loquens in epistola ad Romanos, respectu temporum, in quibus vixit Adam, futurum secundū carnem vocans Christum. Etenim futurus erat: sic etiam nunc, quoniam dixit: Quando autē introducit primogenitum in orbē terrarum, ne putares alium orbem eum dicere, ex multis hoc confirmat, eo ipso q̄ dicit futurum. Futurus quippe erat orbis, filius autem dei semper erat, hunc ergo orbē futurum non angelis subdidit, sed Christo. Quod autē ad filium dictū sit, inquit, manifestū est. Non enim quis dixerit quod ad angelos dictum sit: deinde aliud adfert testimoniū, & dicit: Testatus est autem in quodā loco quidam dicēs. Cur non ipsum nomen prophetæ posuit, sed abscondidit? Fecit hoc etiam in aliis testimoniis: sicut cum *1. The. 5. b* dicit: Quando autem *1. The. 5. b* introducit primogenitum in orbem terrarum: dicit, Et adorēt eum omnes angeli dei. Et item, Ego ero ei in patrem: & ad angelos quidem dicit: Qui facit angelos spiritus: & Tu domine in principio terrā fundasti. Sic etiam hic inquit, Testatus est in quodam loco quidam dicēs: Et hoc ipsum existimo non abscondentis esse, sed ostendentis eos multam habere scientiam scripturarum, vt nec opus haberet nomē ponere dicentis: sed veluti de re admodum trita & manifesta, inducere testimonia.

Rem. 5. c

1. The. 5. b

1. The. 5. b

1. The. 5. b

1. The. 5. b

1. The. 5. b

1. The. 5. b

1. The. 5. b

1. The. 5. b

*Ibid. 8. b.* Quid est homo q̄ memor es eius, aut filius hominis q̄ uisitas eum? Minorem eū paulō fecisti angelis, gloria & honore coronasti eū. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Hoc enim et si de cōmuni humanitate dictū est: ueruntamen proprie aptatur ad Christū secundum carnē. Nam illud omnia subiecisti sub pedibus eius, ad illum magis pertinet, q̄ ad nos. Filius quippe dei quum nihil essemus nos inuifit, & carne ex nobis assumpta, sibiq; adunata, omnib⁹ superior est effect⁹: *In eo enim quod subiecit ei omnia, nihil reliquit illi nō subiectū. Nunc autem nondum uideamus illi omnia subiecta esse. Quod autē dicit, tale est: quoniā dixit, Donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuorū. Fieri poterat, ut adhuc mœrore afficeretur, deinde post hęc paucis quibusdam interpositis, hoc testimonium intulit prius illud cōfirmans. Etenim ne dicerent. Quomodo inimicos eius posuit sub pedibus eius, tanta nobis patientibus? Sufficiēter quidē & in anterioribus hoc significauit: quod enim dixit, donec, faciendum significauit, sed tēpore procedēte: hic autē hoc exequitur. Ne putes, inquit, quoniā necdum subiecti sunt, planē nō subiciendos: Quod autē oporteat subiici, manifestū est: etenim propheta propter hoc dicta est. *In eo autem quod subiecit ei, inquit, omnia, nihil reliquit ei non subiectum.* Quomodo ergo nō omnia subiecta sunt? quoniā futurū est, ut subiiciantur: si ergo omnia oportet subiici, necdum autē subiecta sunt, nihil contristeris neque turberis. Si enim sine quidem presente omnibus iam subiectis hęc patereris, quæ pateris, rectē doleres. *Nunc autē necdum uideamus ei omnia subiecta.* Necdū imperator noster manifestē cūcta obtinuit: quid ergo turbaris, dum aliqua mala pateris? Necdū omnia obtinuit p̄dicatio nostra, necdū tēpus, in quo perficitur subiectio: deinde alia consolatio. Si enim etiā ipse, qui omnes subiectos habiturus est, mortuus est, & innumera passus: quid tu contristaris, cum pateris? *Eum uero qui modicum quiddā diminutus fuerat infra angelos, uideamus Iesum propter passiones mortis.* Deinde rursus intulit bona & prospera. *Gloria & honore coronatum.* Vides quomodo illi omnia coaptauerit? Etenim id ipsum quod dixit, modicū, cui magis aptum q̄ ei, qui tres duntaxat dies in inferno fuit? Veruntamen nobis qui tanto tēpore contribulamur, nō potest aptari. Et illud quoq; gloria & honore, illi multo amplius congruit, q̄ nobis. Iterum eis in mētem reducit passionē crucis, duo faciens, & quantā curam de omnibus habeat ostendēs, & persuadens omnia fortiter tolerare in magistrū aspicientes. Si enim qui ab angelis adoratur, inquit, sustinuit paululū infra angelos minorari propter te, multo amplius tu, qui angelis minor es, cuncta tolerare debes propter ipsum. Deinde ostendit crucem gloriā & honorem esse, sicut ipse semper eam uocat, dicens: *Vt glorificetur filius hominis, & glorificatus est filius hominis.* Si igitur ille ea quæ p̄ seruis passus est, gloriā uocat: multo amplius tu, quæ pro domino pateris. Vides crucis fructus quātus sit? Amato ergo hęc rem: triste quidem tibi uideatur, sed innumera generat bona. Ostendit itaq; ex hoc tentationis utilitatem. Deinde dicit, ut gratia dei pro omnibus gustaret mortē: ut, gratia dei, inquit. Et ille quidem propter dei gratiam, quæ erga nos est, hęc passus est. Qui proprio, inquit, filio non pepercit, sed illum pro nobis omnibus tradidit. Cuius rei gratia? nō debebat hoc nobis, sed gratia illud fecit. Et iterum in epistola ad Romanos dixit: Multo magis gratia*

dei, & donū per gratiam vnus hominis Iesu Christi in multos abundauit, Ut gratia dei pro omnibus gustaret mortē, non pro fidelibus tantū, sed & pro mūdo uniuerso. Nam ipse quidē pro omnibus mortuus est. Quid autē si non omnes credunt? Ille quod suum erat impleuit. Et proprie dixit, pro omnibus gustaret mortē, non dixit ut moriatur. Re uera enim sicuti qui gustat, sic breue interuallū in illa faciens, confestim surrexit. Dicendo ergo mortem & passionē mortis, manifestē mortē significauit: dicendo autem quoniā angelis melior, resurrectionē declarauit. Sicut enim medicus non habens necessitatē ex cibis, qui egroto proponuntur gustare, sed illi consulens, primus ex illius cibo degustat, ut persuadeat egroto promptius illos cibos accipere: sic etiā dominus, quoniā omnes homines mortē timebant, persuadens eis, ut fiducialiter ad mortē accederent, & ipse gustauit mortem, nullā habens necessitatē. Venit etenim huius mundi princeps, inquit, & in me inuenit nihil: sed & ex eo quod dicit: gratia dei, & pro omnibus gustaret mortem, istud cōmendat. *Decebat enim eum, propter quæ sunt omnia, & per quem omnia: ut multis filiis in gloriam adductis principem salutis eorum per passiones perfectum redderet.* De patre hęc loquitur. Vides quomodo iterum ei illud, per quem, coaptat? non enim hoc faceret, si alicuius diminutionis esset, & filio soli conueniret. Quod autem dicit hoc est, Digna, inquit, clementia sua fecit, quod primogenitum clariorem omnibus ostēdit, & sicut athletā fortem, & ceteros superantē exemplū aliis constituit. Principem salutis eorum, hoc est, causam salutis eorum. Vides quantum sit differentia: & ipse filius, & nos filij: sed ille saluat, nos saluamur. Vides quomodo nos & coniungit, & discernit? Multis filiis, inquit, adductis in gloriam. Hęc cōiunxit principem salutis eorum, atq; iterū discreuit. Per passiones, inquit, perficeret. Ergo passiones perfectio sunt, & causa salutis. Vides q̄ mala pati non sit derelictorum? si uerō in hoc primū honorauit filiū deus, ut per passiones eum induceret, re uera multo melius est carnē suscipere, & pati quæ passus est, quàm hunc mundum facere, & ex nullis existentibus proferre: hoc quidem clemētię est, illud multo amplius, quod etiā ipse ostendens dixit: Ut ostenderet in seculis aduenientibus eminentes diuitias bonitatis suæ, simul cum eum resuscitauit, & simul cum eo sedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu. Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, ut multis filiis in gloriam adductis principē salutis eorum per passiones perficeret. Decebat enim curam de nobis agentem, & omnia ut essent proferentem, tradere filium pro cæterorum salute, unum pro multis. Verū non sic dixit, sed ut per passiones, inquit, perficeret: ostendens eum qui patitur pro aliquo, non solum illum iuuare, sed etiam seipsum clariorem efficere, & perfectiorem. Hoc autem ad fideles dicit, confidentiores eos efficiens. Etenim Christus tunc glorificatus est, quando passus: quando autem dico, glorificatus est, non putes quod ei gloriæ quicquam accesserit. Illam quippe gloriam naturæ suæ habuit semper, nihil accessionis in illa capiens. *Qui enim sanctificat, inquit, & qui sanctificantur, ex vno sunt omnes: propter quæ causam non erubescit fratres eos uocare.* Ecce quomodo iterum cōiungit, honorans eos & cōsolans, & Christi fratres eos efficiens, secundum quod ex vno eos esse dicit: deinde muniens sermonem suum, & ostendens quoniam

quoniam de eo, qui secundum carnē est dixit, intulit: Qui enim sanctificat, hoc est Christus: & hi qui sanctificantur, hoc est nos. Intueris quantum intersit? Ille quidē sanctificat: sanctificamur autē nos: sed & supra, principē, inquit, salutis eorū. Vnus enim est deus, ex quo sunt omnia: Propter quā causam nō erubescit fratres eos uocare. Vides quomodo iterū ostēdat illius eminentiā? In eo enim quod dicit, Non erubescit, demōstrat nō rei naturæ esse, sed misericordiæ esse totum eius qui nō erubescit, & modestię multę. Et si enim ex vno, ueruntamen ille sanctificat, nos autē sanctificamur, & multum interest: ille quidē ex patre, sicut filius, & proprius, hoc est, ex eius essentia: nos autē ut creatura, hoc est, ex nullis extātibus. Multū igitur ab eo distamus. Propterea dicit nō erubescit fratres eos uocare, dicens: *Annunciabo nomen tuū fratribus meis.* Carnem enim indutus, indutus est & fraternitatem, & introducta est simul etiā fraternitas: sed hoc quidē rectē p̄fert, illud autē, *Ego ero fides in illo.* Quid sibi uult? Quæ sequitur cōmodē quidē ponit, ut pote. *Ecce ego & pueri, quos dedit mihi deus.* Sicut enim hic patrē seipsum ostendit, sic illic fratres. Annunciabo, inquit, nomen tuū fratribus meis. Iterū eminentiam demōstrat, & multā differentiā per ea quæ sequuntur. *Quoniam igitur pueri cōmerciū habuerūt cum carne & sanguine.* Vides qua in re sitam esse dicat similitudinē istam? In carne uidelicet. Et ipse similiter particeps fact⁹ est eorū dē. Erubescant omnes hæretici, cooperiantur cōfusione qui putatiuē dicūt eū aduenisse, & nō uerē. Nō enim dixit. Quoniā particeps factus est tātum eorū dē, & tacuit: quāuis & sic sufficiēter dixisset, sed aliud amplius quiddā posuit, hoc est, similiter, nō putatiuā aut imaginariā, sed uerā ostendens fraternitatē, deinde & causam etiā ponit disp̄sationis: *Ut per mortem, inquit, aboleret eū, qui imperiū habebat mortis, hoc est diabolus.* Hęc admirabile quiddā demōstrat, quia per quod imperiū obtinuerat diabolus, per hoc & uictus est, & arma quæ illi fuerūt fortia aduersum mundū, hoc est mors, per ea illū Christus percussit. Hęc magnitudinē uirtutis eius, qui uicit, insinuat. Intueris quantum bonū operata sit mors? *Et liberaret, inquit, eos, quotquot metu mortis per omnē uitā obnoxij erāt seruituti.* Quare tremitis? quare timetis eā, quæ iam inanis facta est? Iam terribilis nō est, sed conculcata est, contēpta est, extrema facta est, & nulli⁹ momēti. Quid autē est, metu mortis per omnem uitam obnoxij erāt seruituti? Aut hoc dixit, quia qui mortē timet seruus est, & omnia patitur, ne moriā: aut illud, quia serui omnes erant mortis, & quia illa nondum erat soluta, dominabatur eis: aut quia cū in timore perpetuo uiuerēt homines semper se mori expectantes, nullū uoluptatis sensum capere poterāt, hoc metu apud eos manēte. Hoc enim significauit, dicens, Per omnem uitā. Hęc demōstrat cōtribulatos, persecutionem passos, & patria, & substantiā, & ceteris omnibus priuatos iucundius ac liberius degere illis qui in deliciis iā diu constituti sunt, qui nihil tale passi sunt, qui in lætitiā degūt. Siquidē illi quidē per omnē uitā sub metu mortis agebant, & serui erant: isti uerō ab eo sunt liberati, & derident quod illi horruerūt. Tale enim est nunc quale si quispiam uinctū aliquem producendū ad mortē, & semper hoc expectatē, pingue reddat ex multis deliciis: tale aliquid erat etiam mors antiquo tempore, nunc autē ueluti si quispiam metu illo pariter cum deliciis cincto certamen denūciat, & proponat agonē ut iam

nō ad mortem, sed ad regnū adducatur, ex utrisque uelles? Ex his qui in custodia pinguescerent, singulis diebus sententiā sui interitus expectantes: an ex illis pugnaturis quidem multum, & laboraturis uoluntate, ut diadema tandem regni suscipiant? Intueris quomodo excitarit eorum animum, erectōsq; ac sublimes effecerit? Ostendit autē non mortē tantum quicquidē, sed per hęc etiam illum, qui aduersum nos bellū sine scedere semper instituit, diabolū dico inanem esse factum, ac uiribus suis spoliatum. Qui enim mortem nō timet, extra tyrannidem diaboli constitutus est. Si enim pellē pro pelle, & omnia dat vnusquisq; pro anima sua: quādo etiam ista quispiam statuit cōtemnere, cuius erit decætero seruus? Nullum metuet, nullū timebit, omnibus erit superior, omnibus liberior. Qui enim animā suam contemnit, multo amplius etiam alia: quando enim inuenit talem animam diabolus, nihil in illa suorū operum poterit operari. Quid enim? dic mihi, minabitur damnū pecuniarū? in honorationē, ejectionē ex patria? sed hęc parua sunt ei, qui neq; animā suam preciosam existimat, iuxta beatū Paulum. Vides, q̄ qui mortis tyrannidem excludit, simul etiā diaboli uirtutē dissoluit? Qui enim de resurrectione multa philosophari nouit, quomodo timebit mortem? quomodo deinceps illam horrescet? Non itaq; contristemini dicentes: *Morale* quare hęc, atque illa perpeffi sumus? sic enim uictoria clarior perficitur: nō enim esset clara, nisi mortē morte soluisset: hoc autem est mirabile, q̄ per eadem eam uicit, per quæ præualuit, facilitatem eius & solertiam ubiq; demonstrās. Nō ergo prodamus datum nobis donum. Non enim accepimus, inquit, spiritū seruitutis, sed spiritum uirtutis, & charitatis, & temperantię. Stemus ergo fortes irridentes mortem. Sed cōpello gemere amarissimē. Nā quōd nos quæso Christus euexit, quōd uerō nos ipsos deiecimus? Cū uideo enim luctus in plateis, & lamentationes super eos qui ex hac uita migrarūt, & uoluntates, & ineptias alias, credite mihi, erubescō, & paganos & Iudeos & hæreticos ista uidentes, & omnes qui nos irrident. Quæcunq; enim iā dico, inaniter dico, de resurrectione philosophās, Cur hoc? Quia nō quæ à me dicuntur attendunt Græci, sed illa quæ fiunt à uobis: confestim enim dicunt, Quomodo ex istis aliquis cōtemnere poterit mortē, qui neq; alterū mortuū potest uidere patiēter? Bona sunt quæ dicta sunt à Paulo, bona sunt, in quā, cœlōq; & benignitate dei digna. Quid enim dixit? Ut liberaret eos, quotquot metu mortis per omnē uitā obnoxij erant seruituti. Sed nō permittitis, ut ista credantur: quando quidē diuersis operibus uestris illis repugnatis, quāuis nos deus plurimū cōmunierit, ueniens ad hoc, ut hęc amputaret pessimā consuetudinē. Dic mihi, quid sibi uolūt istę lāpades tam splēdidę? Nōne sicut athletas mortuos comitamur? Quid etiā hymni? nōne ut deum glorificemus, & ei gratias agamus, quod iam coronauit discedentē, quod à laborib⁹ liberauit, quod à timore liberatū, apud se habet? Nōne propter hoc hymni? nōne propter hoc psalmodiæ omnia ista gaudentiū sunt. A quo animo est aliquis, psallat inquit Apostolus: sed nō ad hęc attēdūt Græci. Nolo mihi dicas, inquit, quenquā extra passionem philosophantē: hoc enim nihil magnū est, neq; mirabile. Ostende mihi in ipsa passione, in dolore philosophatē, & tunc credam resurrectioni. Et quidem mulieres seculares hoc facere mirum nō est: quauis



etiam hoc malum sit. Etenim ipse eandem exiguntur philosophiam: propter quod & Paulus dicit: De dormientibus autem nolo vos ignorare: ut non contristemini, sicut & ceteri qui spem non habent. Non enim monachis scripsit hæc, neque in virginitate manentibus, sed secularibus: Veruntamen hoc non ita malum est. Cum vero quis aut mulier, aut vir crucifixum se mundo dicit: & eorum hic quidem capillos dissipat, illa vero ululat, quid hac re turpius? Credite mihi dicenti, si quemadmodum oportebat, fieret, multo tempore debebant huiusmodi ab ecclesie limine prohiberi. Isti enim sunt, qui verè digni sunt luctu, qui mortem timent adhuc & horrescunt, qui resurrectionem adhuc non credunt. Sed resurrectioni, inquit, non diffido, sed consuetudinem quero. Quare ergo, dic mihi, quando in longinquum ac peregre proficiscitur, non eadem facis? Sed ploro, inquis & tunc, & consuetudinem requiro: Verum illud quidem verè consuetudinem querendum est: hoc autem de reversione desperantium. Cogita quid pallas in illo tempore, Reverte, inquis, anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi. Et iterum: Tu es refugium meum à tribulatione, quæ me continet. Intelligis quid sibi velint isti psalmi? sed non animaduertis, & inebriaris ex luctu. Vel in aliorum sepulturis diligenter perpende, ut habeas remedium in tuis. Reverte, inquis, anima mea in requiem tuam: quoniam dominus benefecit tibi. Dic mihi, dicis: Quoniam dominus benefecit tibi, & lachrymaris? Nonne scena sunt ista? nonne hypocritis? Si enim verè credis verbis, quæ dicis, superuacue luges: si autem ludis & fingis, & fabulas esse putas, quare psallis? quare suscipis ad te venientes: quare non repellis psallentes? Sed furor, inquis, esset hoc facere. Atqui quod facis multo maiorem furorem habet. Interim igitur moneo, quia accedente tempore vehementius utar hac causa: etiam valde timeo, ne isto modo pessimus quidam morbus in ecclesiam subintret. Itaque de luctibus quidem postea corrigam, interim tamen hoc precipio, & contestor & diuites & pauperes, & mulieres & viros. Contingat quidem nos omnes sine luctu ex hac vita migrare, & secundum competentem naturam legem patres à filiis senes deduci, & matres à filiabus, & nepotibus, & pronepotibus in pingui senectute, & nusquam contingere immaturam mortem. Contingat quidem hoc, & hoc opto: & presidentes, & omnes vos rogo, ut alius pro alio deum precemini, votumque istud commune faciatis. Si autem, quod absit, & quod non contingat, amara quædam mors accidat (amaram autem dico, non natura: neque enim iam amara est mors, à somno nihil distans: sed amaram dico accidere, ad vestram affectionem respiciens) & aliqui lamentatrices istas cõduxerint, credite mihi dicenti (non enim aliter dicam, quam ut possum & affectus sum, irascatur, si cui libet,) per multum tempus eum ab ecclesia arcebo, sicut idololatram. Si enim avarum idololatram vocat Paulus, multo magis eum, qui super fidelem mortuum, ea quæ sunt idololatrarum inducit. Pro qua re, dic mihi, presbyteros vocas, & psallentes? Nonne ut consolationem recipias? Nonne ut honores discedentem? Quare igitur illum contumelia afficis? Quare eum infamas? Quare ludis sicut in scena? Nos venimus de resurrectione philosophantes, vniuersos docentes, & eos qui necdum percussi sunt, per honorem qui mortuo tribuitur, si quando aliquid tale contige-

rit, ferre fortiter: tu autem adducis eos, qui nostra, quantum in ipsis est, subuertunt. Quid hac irrisione, & isto ludibrio peius? Quid hac inæqualitate molestius? Cõfundimini & erubescite. si autem non vultis, nos non patimur amplius tales mores, ecclesie perniciosos, induci. Peccantes, inquit, in conspectu omnium argue: & mulieribus illis miseris per vos denunciamus, & nunquam in mortibus fidelium, aut exportationibus ingrediantur, ne re vera propria mala eas cogamus lugere, & doceamus, ut non in alienis hæc faciant, sed proprias magis calamitates lamententur: etenim & pater misericors, quando filium inordinatum habet, non illum solum monet, ut non coniungatur malignis, sed etiam ipsos terret. Ecce igitur & vobis, & illis mulieribus per vos admones dico, ut neque vos conuocetis tales, neque illæ adueniant: & contingat quidem hoc verbum amplius operari, & has minas præualere. Si verò, quod absit, contemnemur, compellemur deinceps in actum deducere minas: vos quidem legibus ecclesiasticis coercetes, illas autem sicut tales coercere competit. Si verò aliquis peruicax inuentus contempserit, audiat Christum nunc etiam dicentem: Si quis peccauerit in terra, vade, argue illum inter te & ipsum solum: si autem non obaudierit, assume tecum unum, aut duos: si etiam sic restiterit, dic ecclesie: si autem & ecclesiam contempserit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Si ergo eum qui in me peccauerit, cum non obaudierit, sic auersari iubet: qui in seipsum peccauerit, & in deum, quomodo habere debeo, vos iudicate: vos enim nos non culpatis sic molliter agetes vobiscum. Si autem aliquis contempserit ligationes, quæ à nobis fiunt, iterum ipsum Christus docebit, dicens: Quæcumque ligaueritis in terra erunt ligata & in cælo: & quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. Etenim etsi nos miseri & nulli sumus, & contemptu digni, sicut & digni sumus, non tamen nos ipsos vindicamus, neque iram reddimus, sed de vestra salute cogitamus. Pudeat vos rogo, & verecundemini: si enim amicum quis fert, vehementius quam oportet secum agentem, intentionem eius discutiens, nepe quod benignè, non ex iactantia hoc faciat: multo amplius doctorum feret & ipsum neque ex sua autoritate dicentem, neque vicem iudicis, sed patris curam gerentem: non enim potestatem nostram demonstrare volentes, hæc dicimus. Quomodo namque ista hoc animo diceremus, qui neque ad experimentum eorum, quæ dicimus, optamus venire, sed pro vobis dolemus & lugemus? Ignoscite autem, & nemo contemnat vincula ecclesiastica: non enim homo est qui ligat, sed Christus qui nobis hanc potestatem dedit, & dominus fecit homines tanti honoris. Nam & nos quidem ad soluendum volumus uti hac potestate, magis autem neque huius rei necessitatem habere vellemus. Neminem quippe desideramus ligatum esse apud nos: non enim tantum sumus miseri & infelices, etiam si nullius momentum sumus: sin verò coacti fuerimus, ignoscite: non enim vultro, neque volentes, sed propter vobis qui ligamini dolentes, ligationes inferimus. Si autem aliquis contempserit istas, instabit tempus iudicij, ubi docebitur: cetera autem modo dicere nolo, ne percussam mentes vestras. Nos enim primum quidem non optamus ad hanc necessitatem venire: si autem venerimus, quod nostrum est, implebimus, iniiciemus vincula. Si autem quispiam hæc ruperit, ego quod meum est fecero, & innoxius ero: de cetero autem erit tibi ratio apud deum reddenda qui mihi iussit ligare: neque enim si imperatore presidente satellitum

fatellitum quispiam adstantium iubeatur aliquem ex ordine officij ligare, & vincula iniicere, ille autem non solum repellat illa vincula, sed etiam cõfringat: nunquid satelles ille est qui iniuriam passus est, & non magis imperator qui iussit? Si enim quæ circa credentes fiunt, ipse sua propria ducit: quæto magis quando ille, qui docere constitutus est, iniuriam patitur, veluti si in se committatur accipiat? sed non contingat quæquam eorum qui in hac ecclesia sunt, ad necessitatem horum vinculorum venire. Sicut enim bonum est, non delinquere: ita correptionem ferre, vile est. Toleremus itaque increpationem, & festinemus quidem non peccare: si autem peccauerimus, feramus correptionem. Sicut enim bonum est non vulnerari, si autem contingat, medicamentum imponere vulneri necessarium est: sic & hic, sed non contingat quenquam talibus egere medicamentis. Cõfidimus enim de vobis meliora, & ad salutem pertinencia: tamen sic loquimur, vehementius fortasse locuti sumus pro ampliore cautela. Melius quippe est asperum me & durum & audacem putari à vobis, quam vos quæ deo placent non facere. Credimus autem deo, quoniam non erit vobis inutilis hæc increpatione, sed sic mutabimini, ut sermones istos nostros in laudes vestras expédamus, ut obtinere cuncti mereamur bona quæ promisit deus diligentibus eum, in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, vna cum sancto spiritu gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

quæ deo non placet, facere.

*Homilia quinta ex cap. secundo.*

**N**on enim videlicet angelos apprehendit, sed semen Abrahamæ apprehendit. Vnde debuit secundum omnia fratribus similis reddi, ut misericors esset, & fidelis pontifex ad deum, &c. Multam dei benignitatem volens Paulus demonstrare, & charitatem, quam circa genus humanum habuit, postquam dixit, quoniam ergo pueri comunicarunt carni & sanguini, & ipse similiter particeps factus est eorundem, exequitur amplius hunc locum. Non enim simpliciter audias, quod dictum est, neque nudum aliquid hoc esse putes, quod carnem ex nobis assumpsit: angelis hoc non donauit. Non enim quenquam angelorum apprehendit, sed semen Abrahamæ. Quid est quod dixit: Non angeli naturam suscepit, sed hominis? Quid autem est, quod dicit, apprehendit? Ille, inquit, non apprehendit naturam angelorum, sed nostram. Quare non dixit, suscepit, sed isto verbo usus est, apprehendit? Ex metaphora insequentium eos qui auersi sunt, & omnia facientium, ut fugientes occupet, & ut resiliens apprehendere valeant. Aufugientem quippe ab ipso natura humanam, & procul aufugientem ostendit quoniam misericordia sola, & gratia, & cura, quæ de nobis habuit, hoc fecit: Quemadmodum igitur cum dicit, Nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos qui heredituri sunt salutem? Vehemens dei studium erga naturam humanam ostendit: & quod multam illius curam habeat, sic etiam hoc loco quod multo amplius est ex comparatione ponit. Non enim angelorum quenquam apprehendit. Et re vera magnam & admirabilem, & stupore plenum est, carnem nostram sursum sedere, & adorari ab angelis & archangelis, & cherubin & seraphin: hoc sapius ego in mente versans, excessum patior, & magna de genere humano imaginor: magna quippe video, & clara exordia, multumque deo studij esse pro natura nostra. Et non dixit, homines simpliciter apprehendit.

supra.

angelos.

dit, sed volens eos erigere, & ostendere magnum esse genus eorum, & honorabile, dixit: Sed semen Abrahamæ apprehendit. Vnde debuit secundum omnia fratribus similis reddi. Quid est secundum omnia? Natus est, inquit, educatus est, creuit, passus est omnia quæ oportuit, postremo & mortuus est, hoc est secundum omnia fratribus similis reddi. Quoniam quippe multa dixit de maiestate ipsius, & cælesti gloria, iam de dispensatione mouet sermonem. Et contemlemur cum quanta potentia, quomodo illum ostendit multum studium habentem, ut nobis similis redderetur, quod fuit curam de nobis plurimam gerentis: Cum enim supra dixisset, quoniam pueri commercium habuerunt cum carne & sanguine, & ipse similiter particeps factus est eorundem: & hic illum dicit secundum omnia fratribus simile reddi: quasi dicat, Qui tam magnus est, qui est splendor gloriæ, qui est character substantiæ, qui secula fecit, qui sedet in dextera patris, iste voluit & studuit frater noster in omnibus fieri, & propter hoc angelos reliquit, & alias supernas virtutes, & ad nos descendit, & nos apprehendit: & innumera operatus est bona: mortem destruxit, à diaboli tyrannide nos exemit, à seruitute liberauit, neque solum fraternitate honorauit, sed & aliis innumeris: siquidem & summus sacerdos noster fieri voluit apud patrem: infert enim, ut misericors esset, & fidelis pontifex in his quæ sunt ad deum. propter hoc, inquit, carnem assumpsit nostram. Propter misericordiam solam, ut misereretur nostri: non enim alia quæpiam causa dispensationis, quam hæc sola. Vidit quippe humi iacere proictos, pereuntes, mortisque tyrannidem patientes, & misertus est. Ad expiandum, inquit, peccata populi, ut misericors esset, & fidelis pontifex. Quid est fidelis? verus, potens: fidelis enim pontifex est filius, eos quorum pontifex est à peccatis liberare valens. ut ergo offerret sacrificium, quod posset nos mundare, propter hoc factus est homo. Intulit igitur in his quæ sunt ad deum: hoc est earum rerum gratia, quæ pertinent ad deum. Inimici enim eramus, inquit, Deo, condemnati, inhonorati, nemo erat qui offerret pro nobis sacrificium, vidit nos in his constitutos, & misertus est, non constituens nobis sacerdotem, sed ipse factus est sacerdos. Et ut declararet quomodo sit fidelis, intulit, Ad expiandum peccata populi. In quo enim passus est, inquit, ipse tentatus potest & eos qui tentantur iuuare. Satis humile est hoc minimum, & indignum deo: in quo enim passus est, inquit, ipse. De incarnato hic & ad certam persuasionem audientium loquitur, & propter eorum infirmitatem: hoc est, per experimentum, inquit, eorum, quæ patimur, venit. Iam non ignorat passiones nostras: non sicut deus solum nouit, sed etiam sicut homo cognouit per experimentum, per quod tentatus est. Passus est multa, nouit compatitur: licet impassibilis sit deus: Sed ea quæ sunt carnis hic narrat, veluti si diceret. Et ipsa caro Christi multa mala passa est: nouit quid sit tribulatio, nouit quid sit tentatio, non minus quam nos ipsi qui patimur: etiam & ipse passus est. Quid est ergo quod dicit, Potest eos qui tentantur adiuuare? Tanquam si quis diceret, cum multa animi alacritate porriget manum compatieturque. Quoniam enim Iudei volebant magnam aliquid, & amplius habere præ illis qui erant ex gentibus: ostendit in hoc plus eos habere in quo nihil nocebat eis qui erant ex gentibus. Quid est autem hoc? Quod ex ipsis est salus, quod eos apprehendit primum, & ex ipsis assumpsit carnem. Non enim ange-

supra.

los, inquit, apprehendit, sed semē Abrahæ apprehendit. Honorat & patriarchā per hoc, & ostendit, quid sit semen Abrahæ. Admonet enim eos promissionis, quæ illi facta est, per quam dictum est: Tibi & semini tuo dabo terrā hanc. In modico ostendit propinquitatē: quia ex vno sunt omnes: sed non erat multa illa propinquitas, venit iterum ad eandem immortatūq; dispensationi, quæ est secundum carnē, ac dicit: Erat quidem & ipsum velle fieri hominem multę curę diuinę & charitatis, nunc autē non hoc solum est, sed etiā bona immortalia, quæ per eū nobis tradita sunt. Ad expiandū enim, inquit, peccata populi. Quare nō non dixit mundi, sed dixit populi? Nam omnium peccata sustinuit. Quoniā videlicet hoc loco de ipsis Iudæis loquebatur: nā & angelus ad Ioseph dicebat: Vocabis nomen eius Iesum, ipse em̄ saluabit populū suū: hoc quippe primū oportuit fieri: & propter hoc venit, vt istos saluaret, & tūc per istos & gentes, tametsi contrariū contigit: hoc etiam apostoli ab ipso initio dicebant: Vobis suscitans filiū suū misit benedictionem vos: & iterum: Vobis sermo salutis huius missus est. Nobilitatē hīc ostēdit Iudaicam, dicens: Ad expiandū peccata populi. Interim sic dixit: Quod enim ipse sit qui peccata omnium dimittit, manifestauit in paralytico dicens: Dimittitū tibi peccata tua. Et in baptisate: dixit enim ad discipulos suos, Eūtes docete omnes gētes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Cū autē carnem apprehenderit, Paulus omnia iā humilia loquitur, nihil formidans. Attēde enim quid iam dicat. *Vnde fratres sancti, vocationis celestis participes cōsiderate apostolum, & pontificē confessionis nostrę Iesum Christū, fidelē existētem ei qui ipsum cōstituit, sicut & Moses in tota domo eius. Prepositur⁹ Christus Mose secundū comparationē, ad legem sacerdotij sermonem transtulit: non enim exiguam opinionem habebant de Mose omnes: & præmittit iam femina excellētię: & incipit quidem à carne, ascendit autē ad diuinitatem, vbi iam nō est comparatio. Cœpit interim à carne quod æquale est ponere, & dixit: Sicut & Moses in omni domo eius: & non statim in initio demonstrat excellentiā, ne auditor resiliat, & obturet auditum: tametsi enim fideles erant, verū tamen adhuc magnificā opinionem habebāt de Mose. Fidelem, inquit, existētem ei qui ipsum apostolum constituit & pontificē: nihil hīc de essentia loquitur, neq; de diuinitate, sed interim de dignitatib⁹ humanis. Sicut & Moses in omni domo eius: hoc est, in populo, aut in tēplo. Hic enim, in domo eius, dixit, tanquā si quis dicat de his qui sunt in domo. Sicuti aliquis curator ac dispensator domus, sic erat & Moses in populo: quia verò domum populum dixit, intulit: † *Dei domus sumus nos*: hoc est, in creatura eius sumus. Deinde etiam excellentiam Christi ponit, dicens: *Maiori enim dignus factus est gloria, quā Moses*. Iterum redit ad carnē, secundum quod ampliorem honorē habet, quā domus, qui cōstruxit eā. Et ipse, inquit, de domo erat: & nō dixit, iste quidē seruus, ille autē domin⁹, sed hoc latēter significauit. Si dom⁹ erat populus, & ipse de populo erat, & ipse igitur de domo erat. Sic enim & nobis vsus est dicere: ille ex domo illius est. Hīc quippe domū non ipsum templū dicit: non enim illud deus cōstruxit, sed homines: qui verò fecit eū, deus est, Mosen dicit. Et intueri quomodo ostendit excellentiam latenter. Fidelis, inquit, in omni domo eius. Et ipse est ex domo, hoc est, ex popu-*

Luc. 1.4.

Act. 13. d

ibid. 13. d

Matt. 2. a

Mat. 28. d

Cap. 13.

† cuius do

mus

Excellētia

Christi.

lo maiorem habet honorē artifex, q̄ opera ipsius: & qui domum fabricauit, q̄ ipsa domus. *Qui autem omnia cōdidit, deus est*. Vides quoniā non de templo dicit, sed de omni populo. *Et Moses quidem fidelis fuit in omni domo eius, sicut seruus in testimonium eorū quæ dicenda erant*. Ecce alia excellentia quæ est à filio, & à seruis. Attēde iterum quoniam proprietatem per filij appellationem significat. *Christus autē sicut filius administrat domū ipsius*. Vides quomodo facturā, & factorem discernit? quomodo seruū, & filium? & ille quidē in paternis res sicut dominus ingreditur: iste autem sicut seruus. *Cuius domus sumus nos: si quidem fiducia, & gloriationem spei vsque ad finem firmam tenuerimus*. Hic iterū eos hortatur, stare fortiter & non decidere. Domus quippe dei erimus, inquit, quod erat Moses, si fiduciā & gloriationem spei vsq; ad finē firmā tenuerimus. Qui enim dolet, inquit, in tentationibus, & decidit, non gloriatur: qui erubescit, qui absconditur, fiduciā non habet: qui mœret, nō gloriatur. Deinde laudat etiā eos, dicens: Si quidē fiduciā & gloriationē spei vsq; in finē firmā tenuerimus. Ostendit eos cœpisse. Oportet autē vsq; ad finē, & non simpliciter stare, sed firmā habere spē in certa fidei persuasionē, non nutabundos aut loco motos à tētationibus: \* *Si em̄ scriptura de patre, qui nō est incarnatus dicit. De cœlo prospexit dominus, & vidit omnes filios hominū: hoc est, omnia exactē cognouit. Et iterū: Descendens videbo an secundū clamorē eorū perfererint. Et iterum: Nō potest deus ferre nequitias hominum, magnitudinem iræ diuinę ostendens: multò magis de Christo, qui etiam passus est in carne, dicuntur ista: Quoniā enim pleriq; mortalium ipsam experientiam omnium putant certissimā adferre rerum cognitionē, vult ostendere, q̄ qui passus est, probē sciat quid patiatur humana natura. Vnde fratres sancti. Quod dixit, vnde, pro, quapropter, poluit. *Vocationis celestis participes*. Nihil hīc quaratis, si ad cœlestia vocati estis: illic est merces, illic est retributio: quid ergo? *Cōsiderate apostolum & pontificē confessionis nostrę Iesum Christum fidelē existētem ei, qui ipsum cōstituit, sicut & Moses in omni domo eius*. Quid est fidelem existētem ei qui ipsum constituit? hoc est prouidum, defendentē ea quæ eius sunt, non permittentem illa temerē ferri, sicut & Moses in omni domo eius, hoc est, Cognoscite quis sit pōtifex, & qualis, & non habebitis opus cōsolatione alia. Apostolum autem illum vocat, propterea q̄ missus est. Pontificem, inquit, confessionis nostrę, hoc est fidei. Et isti populi cōmissus est, sicut & illi cōmissum erat regimē populi: sed huic maiora & in maioribus commissa sunt. *In testimonium eorū quæ dicenda sunt*. Quid dicis? Nūquid testimonium hominis accipit deus? Admodū. Si enim cœlū contestatur, & terram, & colles, dicens per prophetā: Audi cœlum, & auribus percipe terra, quoniā dominus locutus est: & audite valles, fundamenta terrę, quoniā domino iudiciū est contra populum eius: multò magis homines, hoc est, vt sint testes, quando † confundentur isti. Christus autem sicut filius: Moses quidē alienorū eam gessit, hic autem rem priorū. *Et gloriationem spei*. Bene dixit, spei: quoniā omnia bona in spe sunt constituta. Oportet autem illam ita certam tenere, vt non secus gloriemur, quā si iam confecta essent, quæ speramus: propter hoc dicit gloriationem spei, & infert: *Vsque ad finem firmam tenuerimus*. Spe enim salui facti sumus: si ergo spe salui facti sum⁹, & per patientiā expectam⁹, nullo*

\* Ad id

redit quod

supra di-

xit. In eo

in quo pas-

sus est.

psal. 13. a

Gen. 18. c

ibid. 6. a

Esai. 1. a

Mich. 6. a

† isti im-

pendentes.

de baccha-

buntur.

Rom. 8. e

nullo mœre affligamur in præsentibus, neq; iam in hac vita queram⁹, quæ futura nobis pmissa sunt. Spes enim, inquit, quæ videtur, nō est spes: Quoniā enim magna sunt illa bona, hīc ea percipere nō possum⁹ in ista fragili vita. Quare ergo nobis ea prædixit, si non erat hic daturus? Vt promissione animas nostras recrearet, vt sponione confortaret desiderij, vt erigeret nostrā mentē, idcirco enim omnia ista facta sunt. **Morale** Quid ergo turbamur? Nemo videns malignos prosperitatē habere, turbetur: nō est hīc retributio neq; malignitatis, neq; virtutis: at si aliquādo contingit, vt aliqua sit retributio vel malitię, vel virtutis, nō tamē secundū quod dignum est, sed simpliciter veluti gustus quidā iudicij, vt qui resurrectioni non credunt, vel talibus doceantur. Quando itaq; videamus malignum dutescere, non decidamus animis: & quando videmus bonū mala pati, nō turbemur: in futuro coronę, in futuro supplicia. Est & alia ratio, quia nō potest vel malus in omnib⁹ malus esse, sed habet aliqua bona: neque bonus in omnibus bonus esse, sed habet aliqua peccata: quando ergo prosperitatē habet malus, malo capitis sui habet: Quoniam enim pro illis paucis bonis retributionē hīc accipit, illic iā plenius punietur: propter hoc autē hic recipit. Et iterū, Beatus est ille maximē, qui hic punitur, vt omnibus abiectis delictis, probatus, & purgatus hinc exeat, & innocēs: & hoc nos Paul⁹ docēs, dixit: Propter hoc in vobis multi infirmi, & egroti, & dormiūt plurimi. Et iterum: Tradidi huiusmodi satanę, & propheta inquit: Quia suscepit de manu domini duplicia p peccatis: & iterū Dauid: Vide inimicos meos, quia multiplicati sunt † super capillos capitis mei,] & odio iniquo oderunt me, & dimitte omnia peccata mea. & rursus alius, Domine deus noster, pacē da nobis, omnia em̄ reddidisti nobis: sed hæc quidē ostendentis sunt bonos supplicia pro peccatis hīc recipere. Vbi autē doceatur bona malos hīc recipere, illic plenius puniri? audi Abrahā dicentē ad diuitem: Recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Qualia bona? Hic em̄, in eo quod nō dicit accepisti, sed recepisti, ostēdit secundū debitum vtrosq; passos, & illum quidē in prosperitate, illum autē in aduersitate versatum, & inquit: Propterea iste hīc cōsolatur: vides enim illum purgatum à peccatis, & te in doloribus. Non igitur doleamus quando bonis potiri videmus in hac vita peccatores, sed quando nos malē patimur, gaudeamus: peccatorum quippe est expiatio. Nō ergo queramus relaxationē, tribulationē quippe denunciauit **Christ⁹** suis discipulis: nā & Paulus dicit: Omnes qui volunt piē viuere in Christo, persecutionē patiētur. Nemo fortis athleta in stadio lauacra requirit: & mēsam repletā cibis & vino: Hoc enim non esset athletę, sed delicati: athleta nanque pugnat cum puluere, cum oleo, cū radio solis, cum sudoribus multis, tribulationibus, & angustia. Certādī hoc est, & pugnandi tempus: proinde etiā vulnera suscipiendi, & sanguinem effundendi, & dolendi. Audi quid dicat beatus Paulus: Sic pugno, non velut aërem cædens. Omnē vitam in agone esse constitutā putemus, & nunquam requiem queramus, nunquā tribulati mœreamus: si quidem neq; pugil mœret, cū se in agone viderit. Aliud est remissionis tēpus. Oportet autē nos per tribulationes perfici. Quāquā enim iam nec persecutio aliqua sit, neq; tribulatio: tamen sunt alię tribulationes quæ per dies singulos nos adobrūūt: si autē istas

ibidem.

Morale

1. Co. 11. g

1. Co. 5. d

Esai. 40. a

psal. 2. a. d

1. psal. 40. a

Esai. 26. c.

Luc. 16. f

1. Ian. 16. g

2. Tim. 3. c

1. Cor. 9. d

non ferimus, illas vtique nullatenus tulerimus. Tentatio, inquit, vos non comprehendit, nisi humana. Oremus itaq; deum ne intremus in tētationem: si autem intrauerimus, feramus fortiter. Illud quidē temperatium hominū est, vt seipos in pericula non præcipitent: hoc autē fortium, & philosophorum. Non itaq; nosipos præcipitemus quomodolibet, temeritatis quippe esset: neque iterū aduersis iactati, & rebus sic vocatibus, cedamus: timoris nanque hoc esset, sed si quidē prædicatio verbi nos vocauerit, nō renuamus: temerē verò, neq; existēte causa, neque vtilitate aliqua, neq; necessitate, quæ ad pietatē pertinet, vocatē, nō irruamus: ostētatio quippe esset & ambitio honoris superflui. Si autē aliquid eorū, quæ lædūt pietatē, cōtingat, etiā si mille mortes sustinere nos oporteat, nihil renuere debem⁹. Nō prouoces tētationes, quādo tibi ea quæ ad pietatē pertinent, pro voto procedunt: vt quid superflua tibi accereres pericula, nullū lucrū habētia? Hæc dico, volens vos custodire leges Christi iubentis orare, ne intremus in tētationem, & iubentis vt crucē nostram tollamus, ipsumq; sequamur. Hæc quippe non sunt contraria, sed valde conuenientia. Tu quidē esto præparatus, sicut miles fortis in armis perpetuò, sobrius, vigilans, semper hostē expectans. Bella sanē nō excites: hoc quippe militis non est, sed seditiosi. Si verò tuba pietatis vocauerit, confestim procede, & contemne animā, & ingredere cum multa alacritate in agonē, rumpe aciem aduerfariorum, cōcide faciem diaboli, statue trophæū. Si autem pietas nihil leditur, neque depopulatur aliquis nostra dogmata: dico autem ea quæ ad animam pertinent, neq; cogit aliquis facere quod deo nō placeat, noli esse superfluis. Sanguinis oportet esse plenā Christi vitam: sanguinis autem dico, non vt aliorum effundamus, sed vt parati simus nostrū effundere. Cū tanta igitur animi alacritate propriū sanguinem effundamus, si quādo pro Christo opus fuerit, cū quāta aquam quis effundit: etenim aqua est sanguis irrigans corpus: & cum tanta facilitate carnē exuere debemus, cum quanta & vestimentū: hoc autem erit, si non fuerimus pecuniis dediti, si non domibus, si non affectioni, si ab omnibus fuerimus separati. Si em̄ qui militarem vitā viuunt, omnibus renunciant, & vbiunque bellum vocauerit, illuc sese recipiunt, atque itinera magna conficiunt, & omnia cū alacritate sustinent: multò amplius nos Christi milites sic præparatos esse oportet, & dispositos ad bellum passionū. Nunc non est persecutio, neque contingat fieri aliquando, sed aliud bellū est cupiditatis, pecuniarum, inuidiæ, cæterarūq; passionū. Istud bellum narrās Paulus dicit: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem. Istud bellū semper instat, propter hoc semper nos armatos stare vult: State, inquit, succincti lumbos vestros: quod etiā ipsum præsentis est tēporis: & significauit, semper oportet armari: multum enim bellū per linguā, multum per oculos: istud bellum vincamus: multū bellū est cupiditatum, idcirco inde incipit armare militē Christi: State, inquit, succincti lūbos vestros, & intulit, In veritate. Quare in veritate? † illusio quippe est, falsitas, & cupiditas: † illusio quippe est, falsitas, & cupiditas: propterea dixit propheta: Lumbi mei impleti sunt illusionibus. Non est voluptas ista res, sed vmbra voluptatis. Succincti, inquit, lūbos vestros in veritate: hoc est, in vera voluptate, in tēperantia, in honestate propterea ista monet, vidēs absurditatē peccati, vo-

1. Co. 10. e

Mat. 6. b

Marc. 8. d

Ephes. 6. b

ibid. e.

† ipsa quip

pe cupidita-

tas illusio

est ac men-

dacium.

psal. 37. b



lens omnia mēbra nostra muniri. Iracundia quippe iniusta non iustificabitur. Et thorace nos circumdari vult & scuto. Bestia nanq; est, faciliē infiliēs iracūdia, & mille maceris, & munitionibus nobis opus erit, vt superemus, & reprimamus: propterea nobis hāc maximē partē veluti ex quibusdā lapidib; hoc est, ossibus edificauit deus, munimēta ei cōstituens, ne diruptis illis faciliē, vel incisis torū animalā datur. Ignis, inquit, est, & tempestas magna, & nulla alia pars hāc valet sustinere. Dicūt etiā medicinā studiosi, propter hoc pulmonem suppositum esse cordi, vt in mollitie iacens, veluti in quadā spongia post affultationē requiescat, ne aduerso ac duro pectori illisum, sanguinis impetu lēdatur. Opus est igitur nobis forti thorace, vt semper in tranquillitate hanc bestiā conseruemus: opus verō est nobis etiā galea: quoniā ibi ratio nostra cōsistit, & inde aut saluari possibile est, si fiat quę oportet: aut perire: propter hoc dicit, Et galeam salutis. Cerebrū, inquit, natura molle est, propterea etiam ipsum veluti quadā testudine cranio cooperitur desuper. Omnium autē nobis causa bonorum efficitur, & malorum, dum aut quę oportet cognoscimus, aut quę cōtraria sunt. Sed & pedes nostri & manus opus habent armis: non istā manus, neq; isti pedes, sed animę: Illę quidē exercētes quę oportet, isti autē vt progrediātur quo oportet. Armemus igitur nos ipsos isto modo, & poterimus præualere hostib;, & corona potiri in Christo Iesu domino nostro, cū quo patri sit gloria, vnā cum sancto spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia sexta ex cap. tertio.

**Q**uapropter sicut dicit spiritus ille sanctus: Hodie si vocem eius audieritis, ne obduretis corda vestra, sicut in exacerbatione iuxta diem tentationis in deserto, vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt & viderunt opera mea quadraginta annis. Ideo irascebar generationi huic, & dicebam, Semper errant corde. Ipsi autem non cognouerunt vias meas, sicut iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meā. Locutus de spe Paulus, dicēs, quia domus eius sum, si tamen fiducia & gloriationē spei vsq; in finē firmā teneamus: ostendit deinde, q; firmē nos oporteat expectare, & huic rei fidem ex scripturis facit: sed animaduertite: obscurius enim quodāmodo illud locutus est, & est difficilius ad intelligendū, propterea oportet, postquā quę nobis vidētur, diximus, argumentūque huius loci totū vobis tradiderimus, sermonē istū illis quę scripta sunt tadē applicare, t eaq; excutere: tunc etenim me opus nō habebitis, si apostolicā intentionē didiceritis. De spe illi erat sermo, & q; oporteat sperare, quę futura sunt: & q; omnibus modis futura sit eis, qui hīc laborauerūt, aliqua merces & fructus, & requies: hoc igitur ex propheta cōprobat. Et quid dicit? Quapropter sicut dicit spiritus ille sanctus: Hodie si vocē eius audieritis, ne obduretis corda vestra, sicut in exacerbatione iuxta diē tentationis in deserto, vbi tentauerunt me patres vestri, probauerūt me, & viderunt opera mea quadraginta annis. Ideo irascebar generationi huic, & dicebā, Sēper errant corde. Ipsi autē nō cognouerūt vias meas, sicut iuravi in ira mea, si introibunt in requiē meam. Tres requies esse dicit: Vnā sabbati, qua deus requieuit ab operibus suis. Secundā in Palæstina, in quā ingressi Iudæi, requieturi erant ex miseria multa & laboribus. Tertiam, quā re vera est requies, hoc est, regnum cœlorū, ad quā quos peruenire contigerit, re-

vera requiescunt a laboribus, & difficultatibus suis. Harum triū igitur hīc mētionem facit. Cur autem de vna disputans, triū mentionē fecit? Vt ostendat prophetam de hac dicere. De prima enim, inquit, nō dixit. Quomodo nanq; diceret? Vtpote quę olim facta sit, sed neque de ea quę in Palæstina fuit. Quomodo nanq; Non enim introibūt, inquit, in requiem meā. Restat igitur tertiā hanc esse reliquam. Veruntamen necessariū est etiā historiā explicare, vt manifestior fiat oratio. Cū enim egressi essent de terra Aegypti, & multā viā perambulassent, & multa indicia virtutis dei accepissent in Aegypto, in mari rubro, in eremo, consiliū fecerunt amādare speculatores, qui deberēt inspicere naturā terræ: illi verō profecti, tandē reuersi sunt, prouinciā quidē valde commendantes, & magnorū fructū procreatricē esse dicentes: viorum verō inexpugnabiliū esse illam prouinciā, & fortium. Iudæi verō ingrati, & insensati, quos oportebat recordari tantorū dei beneficiorū, & quomodo eos conclusos in medio tanti exercitus Aegyptiorū eriperit de periculis, & spoliōrū præda potiri fecerit, rursus petrā ruperit, aquarūmq; abundantiam largitus sit, atq; ita deo credere: horū nihil cogitauerunt, sed timore quasi nihil vidissent ita obstupuerūt, vt dixerint: iterū in Aegypto intrare volumus. eduxit enim nos huc deus, vt hīc pereamus cū filiis nostris, & mulieribus. Deus igitur iratus, q; tam cito oblitus essent tanta quę facta erant, iurauit vt non introiret generatio illa, t quę hīc dicta est, in requiē & omnes perierūt in eremo: Quia ergo, inquit, David post ista, postque generationē illorū dixit: Hodie si vocē eius audieritis, ne obduretis corda vestra, ne similia patiamini, qualia progenitores vestri, ne priuemini requie: hīc clarū est, quia est quēdā requies: nā si iam acceperant requiē, quę erat in Palæstina, quare eis iterū dicit, Hodie ne obduretis corda vestra, sicut patres vestri? quę est ergo alia requies, nisi regnū cœlorū, cuius imago & typus est sabbatū? Deinde ponit totum testimonium: est autē: Hodie si vocē eius audieritis, ne obduretis corda vestra, sicut in exacerbatione iuxta diē tentationis in deserto, vbi tentauerunt me patres vestri, probauerūt me & viderūt opera mea quadraginta annis. Ideo irascebar generationi huic, & dicebam, Semper errant corde. Ipsi autē non cognouerunt vias meas, sicut iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam: tunc infert: Videte fratres, ne quando sit in aliquo vestrū cor prauum infidelitatis, vt recedat a deo viuo. Quippe ex duritia infidelitas nascitur. Et sicut solida corpora & dura non obsequuntur manibus medicorum: sic & animæ obduratæ non obsequuntur verbo dei. Fortasse enim aliqui iam etiam nō credebant, tanquam non essent vera ea quę facta sunt, idcirco dixit: Videte ne forte sit in aliquo vestrum cor malignū infidelitatis, vt recedat a deo viuo. Quippe quoniā sermo de futuris non est ita credibilis, sicut de præteritis, cōmonefacit eos historiæ, in qua fide opus habebant. Si enim patres vestri, inquit, quia nō sperauerunt, sicut oportebat sperare, hęc passi sunt: multò amplius vos: ad illos enim iste sermo factus est. Hodie nanque illud, inquit, semper est, donec constat mundus: Propterea exhortemini vos inuicem quotiē, quoad appellatur dies hodiernus: hoc est ædificate inuicem, corrigite vos ipsos, ne contingant vobis similia. Ne obduretur quisquam ex vobis seductione peccati. Vides, quod

des, quod infidelitas peccatū faciat. Sicut enim infidelitas vitā prauam procreat, sic etiam anima, quādo in profundum malorum venerit, contemnit: contemnes autem, neque credere sustinet, vt se ipsam timore liberet. Dixit nanq;, inquit, nō videbit dominus, neque intelliget deus Iacob. Et iterū: Labia nostra apud nos sunt, quis est noster dominus? &c. Et iterū: Cuius rei gratia irritauit impius deū? Et iterū: Dixit insipies in corde suo, nō est deus: corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis. Non est timor dei ante oculos corū, quoniā dolū operati sunt in cōspectu eius ad inueniendā iniquitatē eius, & vt odio illū profequātur. Christus quoq; hoc idem dixit: Omnis qui malē agit, odit lucē, & nō venit ad lucem. Deinde infert Apostolus, Participes enim facti sumus Christi. Quid est, participes facti sumus Christi? Participam; ex eo, inquit, vnū facti sum; nos & ipse. Siquidē ipse caput est, nos corpus, cohæredes & cōcorporales, vnū corpus sumus ex carne eius, & ossib; eius. Si tamen principium substantiæ vsque ad finem firmum tenuerimus. Quid est, principium substantiæ? Fidem significat per quam subsistimus, & nati sumus, & essentialis, vt ita dicā, facti sum;. Deinde infert, In eo quod dicitur, Hodie si vocē eius audieritis, ne obduretis corda vestra, sicut in amaritudine. Per hyperbaton dictum est, in eo quod dicitur, Hodie si vocem eius audieritis, ne obduretis corda vestra. Timeamus ne forte de relictā promissione, introeundi in requiē eius, videatur aliquis vestrū frustratus esse: etenim nobis annuntiātū est: sicut & illis. In eo quod dictū est, hodie si vocē eius audieritis: hodie em̄ semper est. Deinde. Sed non profuit illis audisse sermonē quod is nō esset cū fide cōiunctus, is qui audierāt. Et quomodo nō profuit? Posteaquā eos terrere voluit, ostēdit hoc ipsum, dicēs: Quidā enim cū audissent exacerbauerunt, sed nō omnes qui exierūt ex Aegypto per Moysen. Quibus autē iratus est quadraginta annis? Nōne iis qui peccauerant, quorum cadauera ceciderūt in eremo? Quibus autē iurauit, quia non intrarent in requiem eius, nisi infidelibus? Et videmus quod non potuerint intrare propter infidelitatem. Cū iterū testimoniū dixisset, interrogationē quoq; subinfert, quod facit sermonem apertum. Dixit enim, inquit, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione. Quorum mentionē facit obduratorum? Quorum infidelium? Nōne Iudeorum? Quod autē dicit tale est. Audierūt & illi, inquit, sicut & nos audimus, sed nihil profuit illis. Non ergo putetis, quia ex auditu tantū prædicationis iuuabimini: quia & illi audierūt: sed nihil vtilitatis habere, quoniā nō crediderūt. Caleph autē & Iesus, quia nō cōsenserunt infidelibus, effugerunt pœnam quæ illis illata est. Et inspicere q; mirabiliter: non dixit, non illis cōsenserunt, sed non cōmixti sunt, hoc est, sine seditione dissenserunt, illis omnibus vnā atq; eandem sententiā habētibus: hic mihi tamē videtur etiam selegisse videtur Chrysost. cuius in terpretationem etiam admiratur Theophyl. t non nos intratus rso.

Dixit enim alicubi de die septima sic: Et requieuit deus in die septimo ab omnibus operibus suis: & in hoc iterū: Si intrabūt in requiē meā. Vides quomodo non prohibeat illa, istam esse requiē? Quia ergo relinquitur, inquit, quosdā intrare in illam, & quibus prius annuntiātū fuit, non ingressi sunt propter infidelitatem: rursus quādā definit diem, hodie in David dicens, post tantum tēporis, sicut prædictū est. Quid autē est quod dicit? Quoniā enim debent, inquit, aliqui intrare, vtique; illi nō intrauerūt: Quod verō oporteat intrare & debeant aliqui intrare, audiamus vnde hoc certū sit. Quoniā post tatos annos, inquit, dicit iterū David: Hodie si vocem eius audieritis, ne obduretis corda vestra. Si enim eos Iesus requiescere fecisset, nequaquā de alia die loqueretur postea: certū est ergo, quod propter quosdā aliquā adepturos retributionem, hęc dixit. Proinde relinquitur sabbatissimus populo dei, Vnde: ex eo q; præcipitur: Ne obduretis corda vestra. Nō enim præciperetur, nisi esset sabbatissimus: neq; iuberetur talia nō facere, ne eadem etiā ipsi paterentur, nisi futurum esset eos eadē passuros. Quomodo verō eadem passuri erant Palæstinam prouinciam possidentes, nisi alia quādā esset requies? Et bene conclusit hunc sermonē: non enim dixit requies: sed, sabbatissimus, proprium nomen, ad quod gaudebant & cōcurrerant, sabbatissimū regnū vocās. Sicut enim sabbato ab omnib; malis abstinere iubetur, & illa tantum fieri, quæ ad obsequium dei pertinent, quæ sacerdotes efficiant, & quæ animā iuuabant, & nihil aliud: sic & tunc. Ipse vero non ita inquit, Sed quid? Qui enim ingressus est in requiem eius, & ipse requiescit ab operibus suis, sicut a propriis deus. Sicut em̄ deus requieuit ab operib; suis, sic qui ingressus est in requiē eius. Quia enim de requie illis loquebatur, atque illi cupiebāt audire quādo futura esset, propterea sermonē cōclufit, in eo quod dictum est, hodie, vt non desperarent se intraturos. Adhortemini, inquit, vos ipsos per singulos dies: hoc est, etiā si quisquā peccauerit, vsquequo est hodie spem habeat: Nullus igit desperet quoad vixerit, maximē autē, inquit, neq; sit cor prauū infidelitatis: Si verō fuerit etiā nemo desperet, sed refoueat seipsum: vsquequo enim est hoc? Quādiū die] habet opportunitatē. Hic autē nō solam infidelitatem dicit, sed etiam murmuraciones. Quorū mēbra, inquit, ceciderūt in eremo: deinde ne putet aliquis, quia tantū requie fraudabūt, infert & supplicium, dicens: Viuus quippe est sermo dei, & efficax & penetratior quauis machera vrrinq; incidere, & penetrās vsque ad diuisionē animæ, & spiritus, cōpaugum ac medullarū, & discretor cogitationum, & intentionū cordis. Hic de gehenna disputat, ac de supplicio. In abscondita, inquit, penetrat cordis nostri, & animā fecat: nō enim hic cadūt mēbra, neq; terræ fraudatio est sicut illic: sed regni cœlorum, & gehennæ hic æternæ traditur & supplicio immortalis & pœnæ, sed adhortemini vos ipsos. Attende mansuetudinē & lenitatem Pauli: nō dicit, increpate, sed adhortemini. Sic nos oportet eis qui per tribulationem angustantur accommodari, hoc & in epistola sua ad Thessalonicenses scribens, dixit, Monete inquietos: de pusillanimis autē non sic, sed quid? vide: Sed cōsolemini, inquit, pusillanimes, suscipite infirmos, lōganimes estote ad oēs: hoc est, ne desperetis, animum ne despōdeatis. Eum enim qui per tribulationem angustatur, qui nō cōsolatur, duriores facit. Ne obduretur quisquam ex vobis, inquit, deceptio- ne peccati.

ibique re linquere:

1. Thef. 5.

Gen. 2.

Quādiū die] habet opportunitatē. Hic autē nō solam infidelitatem dicit, sed etiam murmuraciones. Quorū mēbra, inquit, ceciderūt in eremo: deinde ne putet aliquis, quia tantū requie fraudabūt, infert & supplicium, dicens: Viuus quippe est sermo dei, & efficax & penetratior quauis machera vrrinq; incidere, & penetrās vsque ad diuisionē animæ, & spiritus, cōpaugum ac medullarū, & discretor cogitationum, & intentionū cordis. Hic de gehenna disputat, ac de supplicio. In abscondita, inquit, penetrat cordis nostri, & animā fecat: nō enim hic cadūt mēbra, neq; terræ fraudatio est sicut illic: sed regni cœlorum, & gehennæ hic æternæ traditur & supplicio immortalis & pœnæ, sed adhortemini vos ipsos. Attende mansuetudinē & lenitatem Pauli: nō dicit, increpate, sed adhortemini. Sic nos oportet eis qui per tribulationem angustantur accommodari, hoc & in epistola sua ad Thessalonicenses scribens, dixit, Monete inquietos: de pusillanimis autē non sic, sed quid? vide: Sed cōsolemini, inquit, pusillanimes, suscipite infirmos, lōganimes estote ad oēs: hoc est, ne desperetis, animum ne despōdeatis. Eum enim qui per tribulationem angustatur, qui nō cōsolatur, duriores facit. Ne obduretur quisquam ex vobis, inquit, deceptio- ne peccati.

ne peccati. Aut em̄ deceptionē diaboli dicit: deceptio quippe est reuera, vt nihil quis speret futurorū, putādo quod in iudiciū non sint trahendi actus nostri: & quod de factis nostris quæ hic agimus nullam reddituri simus rationē, neque futura sit resurrectio. Siue aliter, deceptio est sine vllō esse dolore, aut desperare. Dicere quippe, quid iam potero, qui semel peccauit: nō habeo spē recuperādi memetipsum, deceptio est. Deinde spē illis excitat dicens: Participes facti sumus Christi, tantū nō dicēs. Qui ita nos amauit, qui tātis nos dignatus est, ita vt suum nos faceret corpus, nō despiciet pereūtes. Intelligamus, inquit, qualib⁹ reb⁹ digni habiti sim⁹: nos & Christ⁹ vnū sumus, nō ergo increduli ei existamus: & iterū illud significat quod dictū est alibi, quia si tolerabimus, & cōregnabim⁹: hoc quippe est, quod dicit participes facti sum⁹, eorundē participes sumus quorū & Christus: hortat quippe ex vtilib⁹. Participes, inquit, facti sum⁹ Christi. Deinde rursus hortatur ex tristib⁹. Timeamus ne fortē relicta promissione intrandi in requiē eius videatur aliquis vestrū frustratus esse. Illud autē manifestū est, & omnibus cōfessum, probauerūt me, inquit, & viderūt opera mea quadraginta annis. Vides quōd nō oporteat expetere dominū factorū rationes, sed siue tueatur, siue non, credere illi: illos enim nunc culpat in hoc, quod tētauerunt dominū. Qui enim vult probationes accipere vel virtutis, vel prouidentia, vel procurationis eius, necdum credit, neque potētem cum esse, neque erga homines amāter affectū: hoc etiam ad istos scribēs significat, \* volens fortassis iam virtutis eius, & quantam pro illis prouidentiam gereret, examinationē & argumentū sumere in tentationibus. Vides quia ex infidelitate vbiq; offenditur deus, & ad indignationē adducitur? Quid ergo, inquit, remanet ergo sabbatismus populo dei? Vide autē quomodo totū istum sermonem ratiocinatus est. Iurauit, inquit, illis prioribus, nō ingressuros eos in requiē, & non intrauerunt. Deinde post illos multo post tempore loquens Iudæis. Ne obduretis, iquit, corda vestra, sicut patres vestri. Certum ergo est quoniā est alia requies. De ea enim quæ in Palæstina fuit nō possēt dici: habebant enim illā: iam de septima die nō possēt dici: non enim de ipsa disputat, siquidē multō antē iā facta erat: aliā igitur quandam significat, quæ vera est requies. Reuera em̄ illa est requies, vbi fugit dolor, tristitia, gemitus, vbi neq; sollicitudines, neque agones, neq; timor ob stupescere faciens & cōmouens animā, sed solus dei timor est voluptate plenus. Non est illic, in sudore vultus tui comedes panē tuū, neq; spinæ, neque tribuli. Non est illic, In tristitia paries filios, & ad virum tuū cōuersio tua, & ipse tui dominabitur, sed omnia pax, gaudiū, iucunditas, voluptas, bonitas, māuetudo. Non est illic zelotypia, neque inuidencia, neque morbus, neq; mors corporis, neque illa quæ est anima. Nō ibi tenebrę, neque nox, semper dies, semper lux, semper clara dies. Non est ibi fatigari, nō est ibi fastidiū accipere, semper in desiderio bonorum perseverabimus. Vultis vt dem vobis similitudinē quādam illius status? Nō est quidē possibile, verūtamen in quantū possum conabor dare vobis quandā imaginem. Suspiciamus in cœlū, quando nulla se interponit nubes, & clara est omnis ei⁹ corona: deinde ad pulchritudinē aspectus eius considerandā aliquantulum tēporis perdurātes intelligamus quoniam &

A solum habebimus, non quidē tale, quale nūc est, sed tanto melius effectū, quanto luteis tectis aureum est melius. Et post illud itē superius tectum, deinde angelos, archāgelos, innumerabiles populos incorporarum virtutū: deinde ipsam dei regiam thronū paternum. Sed non valet, sicut dixi, sermo exprimere totū, experimento opus est, & ea quæ per experiētiā est cognitione. Quomodo putas, dic mihi, Adā fuisse in paradiso? At illa multō erit melior ista cōuersatio, quātō tellure melius est cœlū: Attamen & aliā similitudinē inquiramus. Si contingat eum qui modō imperat, omnē mundum obtinere: deinde neq; bellorum, neq; curarū habere vllam molestiā, sed in honore esse tantum, & deliciarī, & multa quidem habere tributa vndique, & aurum illi affluere, & spectabilem ac celebrem esse: qualem illum putatis animum habiturū, si omnia bella totī terrę quiescere videat? Tale aliquid erit. Imō ne sic quidē ad similitudinem illius regni perueni: propter quod oportet & aliā inquirere. Attēde mihi: Quemadmodū infantulus regius, vsquequo quidē in vtero materno est, nihil sentit: si autē cōtingat eū inde egredi, & in thronū regalem ascendere, non paulatim, sed confestim cuncta accipit: Sic est etiam ille status. Aut si quis vincētus, & multa mala passus, repēte ad regale solium rapiatur: sed neq; sic integre pertingere potui ad illius regni similitudinē. Hic quippe quæcunque quis perceperit bona, etiam si regnū aliquod adipiscatur, in prima quidē die viget in eo amor & gaudiū, & in secunda forsā, & tertia: tempore verō procedente permanet quidē in voluptate, non tamen tāta: minuetur quippe semper ex cōsuetudine qualiscunque sit. Illic autē non solum non decrefcit, sed etiam augmentum accipit. Cogita nanque quantum sit animam illuc pergentem, nequaquam finem bonorum illorum expectare, neque mutationē: quin potius incrementum, & vitam finem non habentē, & vitam omni periculo liberā ab omni mœrore & cura alienam, plenam gaudiis & mille bonis. Si enim hic in campum exeūtes, & tabernacula militū spectantes ex velaminibus cōfecta, & tela & galeas, & vmbilicos scutorū resplendentes, rapimur spectaculi miraculo: si verō etiā Imperatorem nobis cōtingat in medio exercitiū videre, siue currentem, siue equitantem in armis aureis, omnia nos adeptos esse putamus: quid putas erit cū videris sanctorū tabernacula æterna in cœlo cōfixa (Suscipiēt, inquit, vos in tabernacula æterna) cū vnū quentque eorū plus quā radios solis videris resplendentem, non ex ære & ferro, sed ex illa gloria, cuius candorē & coruscationes oculus humanus non potest inspicere, & ista quidem ad homines attinent. Quid autem iam dicam multam militiam angelorū, archāgelorum, cherubin, seraphin, sedium, dominationum, principatum, potestatum? Quorū pulchritudo inexplicabilis omnem mentem excedit: Sed quousque quæ incomprehensibilia sunt persequor? Neque enim oculus, inquit, vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligentibus eum. Proinde nihil miserabilius illis, qui ab istis excidunt, neque beatius istis qui bona illa assequuntur, sed nos efficiamur ex parte beatorum, vt obtinere mereamur bona æterna in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, vnā cum sancto spiritu gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia VII. ex cap. IIII.

**F**estinem⁹ igitur intrare in illā requiē, ne in ipsū quifquā incidat infidelitatis exēplū. Viuus enim est sermo dei, & efficax, & penetratior quōuis gladio vtrinq; incidente, & pertingēs vsque ad diuisionē animæ & spiritus, cōpagum quoq; & medullarū, & discretor cogitationū & intentionū cordis: & nō est aliqua creatura occulta in cōspectu eius: omnia autē nuda & aperta sunt oculis eius, ad quē nobis sermo est. Magna quidē res est fides, & salutaris, & sine hac nō licet vnquam saluari quēquam, verū per se ipsam non est illa sufficiens, opus est & cōuersatione recta: proinde etiam Paulus admonet eos, qui dignationē mysteriorū suscipere meruerunt, dicens. Festinemus igitur intrare illam requiē. Festinemus, inquit, quoniam non sufficit fides, sed debet addi & vita, & multum studiū adhiberi. Opus est quippe reuera, magno studio vt intremus in regna cœlorū. Si enim in terrā intrare nō meruerunt, qui tantas calamitates pertulerunt in eremo: & terram apprehendere nō potuerunt, quia murmurauerūt & fornicati sunt: quomodo nos cœlum merebimur indifferenter ac socorditer viuētes? Opus igitur nobis est & studio & fide. Et vide damnū negligētiæ istius, nō in eo tantū cōsistit, quod ab ingressu prohibebimur. Nō enim dixit: festinemus intrare in requiem, ne excidamus de tantis bonis, sed quod maxime homines erigit, hoc addidit. Quid autē est hoc? Ne in idipsum exemplū quifquam incidat infidelitatis, hoc est, vt mētem nostrā, spem & expectationē, habeamus ad futuram requiē ne similiter excidamus: quod autē excidemus, exēplum manifestat. Ne in idipsum, inquit, incidamus. Deinde ne audiēs quis in idipsum, eadē ipsam putet pœnā, audi quid subiūgat: Viuus enim est sermo dei & efficax & penetratior quōuis gladio vtrinq; incidente, & pertingēs vsq; ad diuisionē animæ & spiritus, cōpagum quoq; & medullarū & discretor cogitationum, & intentionum cordis. Hic ostēdit quoniā & illa idē ipse operatus est dei sermo & viuūt & nō est extinctus. Igitur quoniā sermonem audisti, ne simpliciter accipias: Gladio enim, inquit, est penetratior. Attende quomodo sese demittat & accommodet Paulus, & hinc considera pro qua causa opus habuerint prophetæ dicere, gladiū, rhōphæā, & arcum. Nisi cōuertamini, inquit, rhōphæam suam vibrabit, & arcū suum tetendit, & parauit illū. Si enim nunc post tanta tēpora, & post perfectionē, non potest nomine sermonis tātum terrere, sed opus habet etiā istis verbis, vt ostendat eminentiā ex cōparatione: multo magis tunc. Pertingēs, inquit, vsque ad diuisionem animæ & spiritus. Quid est hoc? Terribilius aliquid significauit, aut quia spiritū diuidit ab anima: aut quia & ipsa incorporea penetrat, non tantum, sicut gladius, corpora. Hic ostendit quia & anima punitur, & quia interiora examinātur, propterea quod totum omnino hominē iste gladius penetrat. Et discretor est cogitationū & intentionū cordis, & non est aliqua creatura occulta in cōspectu eius. Hic eos maxime terruit. Nolite, iquit, securi esse, si fide quidē adhuc statis, nō ramē cū certa animi persuasione cōiuncta. Quæ in corde vestro sunt, gladius iste discernet. Nam eō vsq; penetrabit & puniēs, & examinās. Et quid dico de hominibus? Etiā si angelos dicas, si archāgelos, si cherubin, si seraphin, si aliā quamlibet creaturā, omnia reuelata sunt oculo illi, omnia aperta & manifesta, nihil est quod eum possit latere. Om-

Isal. 7. c

nia nuda & aperta sunt oculis eius, ad quē nobis sermo est. Quid autem est, \* aperta? Ex metaphora pellicium, quæ de pecudibus detrahuntur. Sicut enim cū pecudes occiderit quis, & ex carnib⁹ detraxerit pellem, omnia interiora reuelantur, & aperta sunt oculis nostris: sic & deo aperta subiacēt oīa. Tu autē attēde etiam hoc, quomodo semper opus habet corporeis imaginib⁹, quod fit ex infirmitate audiētū: quā cū infirmi fuerit declarauit, dicēs tardos eos esse, & opus habētes lacte, nō solido cibo. Omnia nuda sunt, inquit, & aperta oculis eius, ad quem nobis sermo est. Quid verō est, in idipsum exēplū infidelitatis? Tanquā si diceret, quare nō viderūt illi terrā promissionis? Acceperāt diuinæ potētiæ pignus, & cū oporteret diuino illi terrori credere, amplius meticulosi facti, nihil magni de deo imaginabātur, animo existētes pusillo, atq; ita perierūt. Potest autē & aliud dici, quia & maxima parte itineris perfecta, cū ad ipsa limina peruenissent, cū ad ipsum portū intrarent, demersi sunt. Hoc etiā in vobis, iquit, timeo: hoc est, in idipsum exemplū infidelitatis, quia & isti multi passi sunt, sicut & post paululū testificatur, dicēs: Recordamini priorū dierū, in quib⁹ illuminati magnū certamen passionū sustinulistis. Nemo igitur pusillanimitas fit, neq; termino iam proximus animo desponso cadat. Sunt enim, sunt qui in principio cum ingēri defiderio arripiunt aliquid, postea verō paululū quiddā quod adhuc deest vniuerso adiacere nolentes, totum amittūt: sufficiēter, inquit, ex parentibus nostris doceamur, ne in similia incidam⁹, ne eadē patiamur quæ illi passi sunt: hoc est, in idipsum exemplū infidelitatis. Ne resoluamur, inquit, quod etiā circa finem dicit: Dissolutas manus, & dissoluta genua erigite, ne in idipsum exemplū quis incidat: hoc enim est reuera cadere. Deinde, ne cū audieris quēquam in idipsum exemplū incidere, eandem mortem suspiceris, quā & illi passi sunt, attende quid dicat. Viuus enim est sermo dei, & efficax, & penetratior quōuis gladio vtrinq; incidente. Quōuis enim gladio sæuius, in eorum animas incidit sermo, plagas quasdam operās sæuas, & letales incisiones importat, & harū rerū demōstrationē adhibere nō opus habet, neq; probare necessarium putat, habens tam horrendam narrationem. Quod nanque bellum, inquit, illos perdidit? Quis gladius? Nōne vltro corruerāt? Non autē quia talia nō sumus passi, securi esse debemus. Vtquequo em̄ hodie dicitur, licet nobis recreari: & ne audiētes, quæ ad animā pertinebant negligentes efficerentur, addidit ea quæ ad corpus attinerēt: tunc enim sic fit: sicut rex aliquis iudices suos maiora peccātes, primū quidē spoliat militia, & cingulum aufert ac dignitatem, & tunc vlciscitur: sic etiā hic gladius spiritus operatur. Post ista iam de filio disputat. Ad quē nobis, inquit, sermo est. Quid est, ad quem nobis sermo est? Cui, inquit, reddituri sumus rationē, actuum nostrorum vtiq;. Et quomodo? Vt nō cadamus, inquit, neque pusillanimes efficiamur: sufficiēter quidē etiam illa nos, inquit, docent. Habemus autē & pontificem magnum qui penetrauit cœlos Iesum filiū dei. Quod enim propterea illud adiecerit, subiūxit. Nō enim habemus pontificē non valētem compati infirmitatibus nostris. idcirco superi⁹ dicebat: In quo passus est ipse, & tentatus, potēs est eos qui tentātur adiuuare. Intuere ergo quomodo & hic idipsum facit. Quod autem dicit, tale est: Venit, inquit, per viā qua & nos,

\* τὸν πικρὸν λίσσιον, ἐκκορπιὰς ἀπὲρα.

Inf. 10. f

Inf. 12. d

Sup. 11. d

\* Bō. 6. vi. vos, sed v. de num. p. s. leg. dum sit cō. n. p. v. id est v. lentes, nēpe istos Hebraeos.

Moralc.

Gen. 3. d

Ibidem. c



magis autē per asperiorē. Nam omnium hominum experimentū accepit: dixit illic: Nō est creatura occulta in cōspectu eius, diuinitatē significās: nunc autem quia de carne loquitur, humiliter disputat, dicens: Habētes igitur pontificē magnū qui penetravit cōelos. Et ostendit maiorē illi esse curā de nobis, & quia sicut propriis adest, & nō vult eos cadere. Moses em̄, inquit, non intravit in requiē, ipse autem intravit. Et quomodo hoc nusquā posuerit, mirū est. Ne videretur sibi excusationē inuenire, cōprehendit autē etiā ipsum Moysen, & ne videatur accusare illū virū, aperte illud nō dicit. Si enim nihil huiusmodi dicentem talia aduersus illum proferebant, dicētes: cōtra Moysen & contra legē iste loquitur: multo amplius si dixisset, nō est Palaestina, sed cōelum, maiora de illo cōquesti fuissent: nō autem totum pontifici tribuit, sed etiā a nobis quā nostra sunt quærūt, confessionē videlicet. Habētes, inquit, pontificem magnum qui penetravit cōelos, Iesum filium dei, teneamus cōfessionem. Quam cōfessionē dicit? Quod sit resurrectio, & retributio, quod innumera sint futurā vitā bona, quod Christus sit deus, & iam fides recta sit, hęc cōfiteamur: quod verō hęc vera sint, manifestū est ex eo quod pōtifer in interioribus constitutus est, nō excidamus igitur, cōfiteamur, etiam si res ipsa non adsint iā, cōfiteamur tamen. Si enim modo adessent: falsus esset qui promisit: proinde etiā hoc ad veritatē facit, quod differuntur. Etenim pōtifer noster magnus est. Non enim habemus pontificē, qui non possit cōpati infirmitatibus nostris. Non, inquit, ignorat, quā nostra sunt, sicut multi pōtifices, qui ignorant eos qui in tribulationibus constituti sunt, & neque quid sit tribulatio in hominibus, sciūt. Impossibile quippe est mortalibus scire afflictiones afflictōrum, cū qui experimentū afflictionis nō habuit, & sensibiliter omnia non sustinuit: pōtifer autē noster omnia sustinuit. Nā huius gratia primū sustinuit & tunc ascendit, vt possit cōpati. Sed tentatum, inquit, per omnia secundum similitudinem sine peccato. Inspice quomodo etiā supra idipsum similiter posuit, & hic iterū, secundum similitudinē: hoc est, persecutionē passus est, spura suscepit, accusatus est, detractionem sustinuit, calūnia passus est, repulsus est, in fine crucifixus est. Iuxta similitudinem, inquit, sine peccato, hic etiam aliud significat. Possibile est sine peccato etiā in tribulationibus constitutū degere: itaque etiā cum dicit, in similitudine carnis, non hoc dicit, quod similitudinem carnis, sed quod carnē suscepit. Quare ergo dixit, in similitudine? Quia de peccatrice carne loquebatur. Similis enim fuit carni nostrā. Natura quippe eadem cum nostra: peccato verō nequaquam eadem est. Accedamus ergo cum fiducia ad sedē gratiā eius, vt accipiamus misericordiam, & gratiam inueniamus ad opportunum auxiliū. Quam dicit sedem gratiā? Sedem ipsam regalē, de qua alibi dicitur: Dixit dominus domino meo sede a dextris meis. Quid est, accedamus cū fiducia? Quia pontificē sine peccato habemus, qui mundū deuicit. Cōfidite, inquit, ego enim vici mundū. Nam quod dictū est: oportet eū omnia pati, mundū autē eum esse a peccatis, hoc significat, etiā si nos sub peccato sumus, inquit, ipse tamen sine peccato est. Quomodo accedemus cum fiducia? Sedes gratiā nunc est, non sedes iudicij: propterea accedamus cum fiducia, vt accipiamus misericordiam qualē quærimus. Largitas quippe eius est hęc causa, & donum regale. Et inueniamus, inquit, gratiam ad

Auxiliū opportunū. Bene dixit ad opportunū auxiliū: si enim nunc, inquit, accedas, accipies & gratiā & misericordiā, opportune quippe accedes. Si autē tunc accesseris, nequaquā: Intempestiua quippe erit accessio tunc. Non enim erit tunc sedes gratiā, vsq; tunc sedebit rex gratiā largiens: cum autē venerit finis, tunc surget ad iudiciū: Exurge, inquit, Deus iudica terrā. Accedamus ergo cū fiducia. Aut iterū illud dixit, vt nihil habeamus in conscientia malignū, hoc est, nō dubitātes. Non enim potest cum fiducia talis accedere, idcirco dixit: Tempore opportuno exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Nāque & nunc quod post baptismū peccātes inueniūt penitentiā, gratiā est. Ne autē audiēs pontificē, putes ipsum stare, statim eum ad sedem adducit: pontifex verō non sedet, sed stat. Vides quoniam quod factus est pontifex, non naturā est, sed gratiā, humilitatis & exinanitionis: hoc & nobis nunc opportunū est dicere. Accedamus cū fiducia petentes. Tantū fidē afferamus, & omnia tribuit. modō tempus est donorum, nemo de seipso desperet: tunc est desperationis tēpus, cū thalamus fuerit clausus, cū intraverit rex videre. discumbentes, cū venerint ad sinum Patriarchā, qui eo facti fuerint digni: nunc autē nondū, adhuc quippe theatrum consistit, adhuc agō permanet, adhuc palma pendet. Festinemus igitur: nam & Paulus dixit: Sic curro, nō quasi in incertū. Cursu opus est, & cursu valido: qui currit, neminē occurrētē sibi videt, siue per prata, siue per aspera loca trāseat. Qui currit, non ad spectatores attēdit, sed ad palmā, siue diuites sint, siue pauperes, siue detrahat quis, siue cedat, siue cōiunctetur, siue lapidet, siue domū diripiat, siue filios videat, aut vxorē, siue aliud quid, ad vnū tantū festinat currēdo, hoc est, vt accipiat palmam. Qui currit, nusquā consistit: nā si vel modicū negligat, totum amittit. Qui currit, nō solum nihil ante metam diminuit, sed tum potissimū cursum intendit. hoc a me dictum est ad eos, qui dicunt: in iuuentute quidem mea studium habui, in iuuentute ieiunavi, nūc autē senui: maxime nunc pietatem intendere oportebat. Ne mihi veteres virtutes enumeres. Nūc quoque iuuenis esto, nūc etiam floridus ac vegetus esto. Qui corporalem istum currit cursum, recte quidē posteaquā canicies eum apprehendit, non valet similiter currere, quia omnis agō in corpore constitutus est. Tu verō ob quā causam cursum minues? Hic enim animo opus est, animo erecto: Animo verō in senectute potius cōfortatur, tūc viget, tūc exultat. Sicut enim corpus vsquequo febribus detinetur, & subsequentibus inuicem aegritudinibus, etiā si sit validū tamen affligitur: cum autē liberatū fuerit ab obsessioe illa morborum, recreat propriā virtutem: sic etiam animus in iuuentute febribus laborat, & amor gloriā & deliciarum, & venerearū rerum, & aliarum multarum imaginationū illū potissimū occupat: cum autē senectus aduenerit, omnes has passiones effugat, alias per satietatē, alias per philosophiā. Vigorē em̄ corporis relaxās senectus, nec, si velit, animā illis vt permittit: sed sicut hostes varios reprimēs, veluti in loco a turbis libero collocat, & multam ei operatur tranquillitatem, & timorem inducit ampliorem. Etsi em̄ nemo alius dicat, tamen qui cōsenescunt, sciūt, quoniam morituri sunt; & quia vtique appropinquauerunt morti. Quādo igitur cupiditates huius seculi amisso vigore languescūt, tribunalis autē expectatio subintrat,

subintrat, & intractabilem animā duritiem emollit, nōne magis attētor efficitur, si voluerit? Quid ergo, inquis, cū viderimus iuuenibus seniores peiores: Nimmietatē malitiā mihi dicis. Nā & furiosos videmus nullo impellēte vltro ire per præceptum. Quādo ergo senex eodē morbo cū iuuenibus laborat, malitię excellentiā ostēdit, & ne in iuuentute quidem qui talis est excusationē habet, non enim potest dicere. Delicta iuuentutis meā, & ignorātiā ne memineris. Qui enim in senectute ita furiosus est, ostendit quia & in iuuetute nō per ignorantiam, nō per imperitiā, nō per aetate talis fuit, sed per negligētiā. Iste quippe potest dicere, delicta iuuetutis meā, & ignorātiā meas ne memineris, qui in senectute cōpetētia facit, qui procedente aetate mutatur. Si autē & in senectute eandē turpitudinē cōmittit, quomodo dignū est huiusmodi senē appellari, qui neque aetati reuerētiā exhibet? Qui enim dicit: peccata iuuentutis meā & ignorātiā meas ne memineris, veluti in senectute correctus hęc dicit. Non igitur ex his que in senectute cōmittuntur, fraudes te ipsum venia etiam eorū, quā in iuuentute fecisti. Quomodo enim nō est absurdum, & quod ignosci nequeat quod sit, vt senex in taberna sedeat, instar pueri currēs cū plebe? Vere cōfusio est, & irrisio, vt canicie quidē ornētur extrinsecus, intrinsecus autem animū habeat puerilem: & si quidem vituperauerit illum iuuenis, statim canos in mediū profert: tu illos reuerere primus: si vero tu eis nō exhibes reuerentiā iam senex, quomodo iuuenem tuos canos reuereri desideras? Non reuereris, inquis, hos canos? sed tu eos dedecore afficis. Deus te honorauit, candorē capilli dedit, multā prerogatiuā cōtulit. Quid honorē illū prodis? Illū honorē quomodo reueretur iuuenis, cū te viderit se quoque amplius lasciuia deditum? Canicies quippe tūc est venerabilis, quando ea gerit quā canicie decēt: cū vero iuueniliter ineptit, plus iuuenibus ridiculosus erit. Quomodo poterit istorū iuuenes admonere vos senes dū inebriamini per incontinentiā vestrā? Nō enim nunc accusans seniores hęc dico, sed iuuenes. Qui enim hęc agitis, & si ad centesimū veniat annū, mihi iuuenes videmini, & similes pueris. Quemadmodū iuuenes, & si mediocri aetate quidē, sobrij tamē sint, senioribus meliores sunt. Et nō iste sermo me est, sed scriptura hęc nouit discretionē. Senectus enim, inquit, honorabilis, nō multi tēporis: & aetas senectutis vita immaculata. Etenim canos honoramus, nō quia colorē candidū nigro colore amplius honoramus: sed quia iudiciū est vitā in virtute prouectā, & vidētes ex hoc cōiicimus interiorē caniciē. si vero cōtra ria senectuti gesserint, deridēdi sūt propter hoc potius. Nā & regē honoramus, & eius purpurā, & diadema: quoniam ista signa sunt principatus: si vero viderimus illū cū purpura conspuī, ab armigeris suis conculcari, præfocari, in custodia mitti, dissipari, nunquid reueremur tunc purpurā, aut diadema? Nōne & ipsum schemata plorabimus? Noli ergo propter canos velle honorari, quādo ipse illos cōtumelia afficis: nā & ipsi vlcisci se debēt, quoniam schema splendidum adeo & honorabile pudore afficis. Nō aduersus omnes hęc dicimus, neque aduersus senectutē absolute nobis sermo est: Nō ita insanio: sed aduersus animā iuuenilem, quā senectutē cōfundit. Neque contra senes ista dolētes dicimus, sed cōtra eos qui canos suos igno-

minia afficiūt. Rex quidē est senex si voluerit, & eo qui purpurā habet, regalior, si quidē passiones animi vincit, & velut armigeros subicit passiones. Si vero abstrahatur, & deiciatur a folio, & amoris, pecuniarum, & ornādī corpus, & deliciarū, & ebrietatis & iracundiā, & venerearum rerū seruos effectus, & crines habeat oleo cōptos, & totā aetatem suam per malam voluntatē ignominia afficiat, quali pœna nō sit dignus huiusmodi? Sed nō efficiamini tales o iuuenes: neque enim vobis peccātibz venia tribuetur. Quare? Quoniam licet tibi senē esse in iuuetute, sicut in senectute sunt iuuenes: sic etiā ē cōtrario. Sicut enim illic neminē capillū albus saluat, sic neque hic nigellus capillus impedit. Si em̄ inhonestiorē hęc quā dixi, senē faciūt, multo amplius iuuenē: verū tamen nec iuuenis alienus est a culpa. Iuuenis quippe ibi tantū habere veniā poterit, si quando ad rerū dispensationem vocatus fuerit dum imprudens est, dum tēpore indiget, & experientia: cum autē opus erit temperātiā aut fortitudinē demonstrare, nequaquā: neque quando opus erit a pecuniis abstinere. Nam est vbi plus senē iuuenis culpa. Ille quippe multa curatione opus habet, debilitatē illū senectute: iste autē cū fortis sit, si noluerit seipsum regere: qualē veniā merebitur: vt pote si rapit amplius quā senex, si tenet malū in corde, si nō præest diligētius senē: si multa superflua loquitur, si iniuriat, si maledicit, si inebriatur? Si autem de tēperantia putat non posse culpari, attende illū, & ibi multa adiutoria habentē, si tamē voluerit. Etsi enim validius cū, quā senem cupiditas stimulet, tamen sunt multa in quibus magis, quā senex poterit efficere, & bestiam illā incantare. Quare sunt ista? Labores, lectiōes, vigilię, ieiunia. Sed quid ad nos hęc, inquis, qui nō sumus monachi? Hęc mihi dicis: dic Paulo, cū dicit: Vigilātes in omni patiētia & oratione: cū dicit: Carnis curā ne feceritis in concupiscētiis. Nō em̄ monachis tantum ista scripsi, sed omnibus qui erāt in ciuitatibus. Nū enim secularis homo debeat aliquid amplius habere monacho, quā cū vxore cohabitare tantū? Hic enim habet veniam, in aliis autē nequaquā, sed oīa æqualiter sicut monachi agere debet. Nā & beatitudines que a Christo dicūtur, non monachis tantū dictę sunt: alioquin totus mūdus perierit, & accusabimur crudelitātē dei. Si vero beatitudines solis monachis dictę sunt: secularem autē hominē impossibile est eas implere, cū ipse nuptias permittit: ipse ergo omnes perdidit. Si em̄ nō potest ea cū nuptiis, que monachorū sunt, implere, omnia perierūt, & corrupta sunt, & in angustum cōclusit ea quā virtutis sunt. Et quomodo honorabiles sunt nuptiæ, & thorus immaculatus, si nos tāto pere impediat? Quid ergo? Possibile est, & valde possibile etiā habētes vxores virtutē aggredi, si voluerimus. Quomodo? Si habentes, tanquā nō habentes simus, si non gaudeamus in his quā possidemus, si mundo vtamur, tanquā non vtentes. Si autē aliqui impediti sunt ex nuptiis, sciāt quoniam nō nuptiā illis impedimentum fuerunt, sed voluntas quā male vtitur nuptiis. Nam neque vinum facit ebrietatē, sed mala volūtas, & excessus moderationis. Vtere cum moderatione nuptiis, & primus eris in regno, & omnibus frueris bonis: quā oīa nos contingat acquirere, gratia & misericordia dñi nostri Iesu Christi, cū quo patri, vnā cū sancto spiritu gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia VIII. ex cap. V.

Cap. V.



**M**nis nanq; pōtifex qui ex hominib' assumitur, pro hominib' cōstituitur in his quæ sunt ad deū, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Qui cōdolere possit his qui ignorant & errant, quoniā & ipse circumdatus est infirmitate, & propterea debet quemadmodū pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. Vult ostendere deinceps beatus Paulus quā multo melius sit testamentum hoc, q̄ vetus. Facit hoc ergo, è lōginquo p̄feminās ratiocinationes. Etenim nihil erat corporeū, neque imaginariū, vtp̄ta non templū, nō sancta sanctorū, non pontifex tam magnum habēs apparatus, nō obseruationes legales: sed altiora & perfectiora omnia, & nihil corporeū: Totum autē in spiritualibus erat: spiritualia vero non sic introducunt infirmos, sicuti corporalia: propterea omnem istum mouet sermonem: & intuerre sapientiā. Primo à pontifice facit initium, & frequenter eum pontificē vocat, & ab ipso primum ostendit differentiā: idcirco diffinit primū, quid sit pōtifex, & demonstrat quæ pertineāt ad pōtificem, & quæ sint symbola pōtificatus. Occurrebat autē ei, q̄ neque nobilis esset, neque ex tribu pontificali, neq; in hac terra sacerdos: quomodo ergo pōtifex, inquit? Et sicut in epistola ad Romanos incredibili ad probandū sermone suscepto, nēpe fidē efficere, quod nō valuit labor legis, neq; conuersationis legalis sudor, refugit ad Patriarchā, & ad illud tēpus totum redegit: sic etiā hic ad alteram sacerdotij viam pergit, ex p̄cedētibus eā proponēs. Et sicut in suppliciis non solū gehennā proponit, sed etiam quæ in patribus contigerunt: sic etiā hic primum ex p̄sentibus hoc cōfirmat. Oportebat quidem à cœlestibus fidē facere terrenis: sed quando infirmi sunt auditores, ecōtra fit. Interim quæ sunt cōmunia ipsa ponit prima, & tūc ostēdit quā emineant spiritualia. Eminētia quippe quæ est secundum cōparationem, sic fit, vt in quibusdā cōmunicet, in quibusdā autē excellat: si vero non, nequaquam secundum cōparationem fit. Omnis sacerdos qui ex hominibus assumitur: Hoc cōmune est Christo, pro hominibus cōstituitur: & hoc, vt offerat dona & sacrificia pro populo: & hoc, sed non totum: reliqua vero non sunt cōmunia. Qui possit cōdolere his qui ignorant & errant. Hic iā excellētia est. \* Et ipse quippe circumdatus est infirmitate, & propter hanc debet, sicut pro populo, sic pro seipso offerre pro peccatis. Deinde & alia ab alio dicit fieri, & nō ipse inflit in hoc munus: est etiā hoc cōmune. Et nō ipse sibi assumit honorē, sed vocatus à deo, sicut & Aaron. Hic rursus aliud p̄struit accurate: nēpe quod à deo sit missus. Sursum em̄ atq; deorsum cū Iudæis disputās, etiā Christus hoc dicebat: Qui misit me maior me est, & à meipso nō veni. Hic mihi videtur etiā Iudæorū sacerdotes taxare tanquā p̄ter uocationē intilientes, & legem ac sacerdotiū corrūpentes. Sic & Christus non seipsum glorificauit, vt pontifex fieret. Vbi ergo ordinatus est, inquit? Aaron quippe ordinat' est sepius in signo virgæ, & quādo ignis descēdit & cōsumpsit eos, qui intilire sacerdotio voluerūt. Hic autē contrariū fit, non solum nihil passi sunt sed etiam celebres habentur. Vnde ergo? Ex prophetia hoc ostendit, Nihil habet sensibile, nihil visibile: idcirco ex prophetia & ex futuris adstruit. Sed qui locutus est ad eum, inquit: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et quid hoc ad filium? multum, inquit. P̄structio est, eo quod ordinatus à deo

\* In 1. cor. 10. dicitur, habet editio Veron. sed pro & legē dū videtur dicitur. ut habet Theophyl. ut sit, Neque enim habebat peccatoris infirmitatem, neque propter hanc etc. Ioan. 8. c. Exo. 8. d. Num. 16. c. 17.

**A** fit, sicut & alibi dicit: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinē Melchisedech. Ad quē dictū est hoc? Quid est, secundum ordinē Melchisedech? Null' alius: omnes enim sub lege erāt, omnes sabbatizabāt, omnes circūcidebantur, nullū potuerunt alium quenquā ostendere. Qui in diebus carnis sue preces & supplicationes ad eū, qui poterat illum saluare de morte, cū clamore forti, & lachrymis offerens, exauditus est pro reuerentia. Et quanquam esset filius, didicit ex his, quæ passus est, obedientiam. Vides quoniā nihil aliud facit, nisi quod curā de nobis illū habere asserit, & excellentiam charitatis eius ostendit? Quid enim sibi vult quod dicit, cū clamore forti? Nusquā hoc Euāgelīū dicit, neq; quod lachrymatus sit orās, neque quod clamorem emisit. Intuere quomodo humilitatis erat descensio? Nō enim dixit, quia orauit, sed quia cum clamore forti. Et exauditus est, inquit, pro reuerētia. Et quanquā esset filius, didicit ex his, quæ passus est, obedientiā: Et perfectus factus est omnibus obaudientibus sibi causa salutis æternæ appellatus à deo pontifex secundum ordinem Melchisedech. Esto, quia cum clamore: quare autē & forti, & lachrymis? Offerens, inquit, exauditus est pro reuerentia. Quid dicitis? Erubescāt hæretici, filius dei pro reuerentia exaudiebatur. Et quid amplius de prophetis quis dixerit? Qualis autē ordo est quod dixit, exaudit' est pro reuerentia? Et quāquā esset fili', didicit ex his quæ passus est obedientiā. Hæc de deo quis dicat? Quis ita insaniat? Quis ita demēs ista loquatur? Exaudit' autē pro reuerentia, didicit ex his, quæ passus est, obedientiam. Quam obedientiā? Qui vsq; ad mortē antea fuit obediens: sicut patri filius, quomodo postea didicit? Vides quia de incarnatione] dictū est? Quod autē dicit, tale est. Dic mihi, Num patrē orabat, vt saluaretur à morte, & propter hoc tristis erat, & dicebat: Si possibile est, trāseat à me calix iste: N usquā autē pro resurrectione orauit patrē, sed è contra ipse pronunciat, dicens: Soluite tēplum hoc, & ego in tribus diebus suscitabo illud: & potestati habeo ponendi animam meā, & potestati habeo iterū sumendi eā. Nemo auferet eam à me, ego à meipso ponam eam. Quid ergo est, pro quo orabat? Et iterū dicebat: Ecce ascēdimus Hierosolymā, & filius hominis tradetur pōtificib' & scribis, & damnabūt eum morte, & tradēt eum Gentibus ad illudendū & flagellandū & crucifigendum, & tertia die resurget: & nō dixit, quoniā resuscitabit me pater. Quid ergo? Non pro hoc orabat, sed pro aliquibus orabat qui crediderant in eū. Quod autem dicit, tale est, exauditur facile: quoniā quippe necdū de eo opinionē habebant competentem, ideo dixit: & exauditus est, sicut & ipse cōsolās discipulos suos, dixit: Si diligeretis me, gauderetis vtiq; quia vado ad patrem, & pater meus maior me est. Quomodo autem non seipsum glorificauit, qui seipsum exinaniuit, qui seipsum tradidit: seipsum, inquit, tradidit pro peccatis nostris. Et item: Qui seipsum dedit redemptionē pro omnibus nobis. Quid ergo est? Intueris quia propter carnem, quæ humilia sunt loquitur de seipso: sic etiā hic. Et quanquā esset filius, pro reuerētia, inquit, exauditus est. Vult ostendere eius esse magis effectum, quā gratiæ dei. Tenta, inquit, erat eius reuerentia, vt etiam propterea eū reuereretur deus. Didicit, inquit, obedire deo. Hic iterum ostendit quantum lucrum passionum sit. Et perfectus, inquit, factus est obedientibus sibi cunctis causa salutis. Si autem ille filius existēs, acquisiuit ex passionibus

Mat. 26. c. Ioan. 2. d. Ibi. 10. d. Mat. 20. c. Ioan. 14. d. Galat. 1. a. 1. Tim. 2. b.

† istud factum est.

Rem. 9. d.

† aspera blandis. Gal. 5. b. Ibi. 3. a. Ibi. 5. b.

Sup. 4. a.

passionibus obedientiā, multo magis nos. Intueris quāta de obediētia disputat, ita vt ad obedientiam eos adducat. Vidētur em̄ mihi rebellare: Ex his quæ passus est, inquit, frequenter didicit obedire deo, & perfectus per passiones. Hæc est igitur perfectio, & hac via veniendū est ad perfectionē. Nō enim solū ipse saluatus est, sed etiam aliis [facta est] abundantia salutis. Perfectus em̄, inquit, factus est obedientibus sibi causa salutis. Appellatus, inquit, à deo pontifex secundum ordinē Melchisedech. De quo plurimus nobis habendus esset sermo, & difficilis ad interpretandū. Venturus ad differentiā pōtificatus: primo eos increpat, ostēdēs lac esse tantā istā humilitatis descensionē. Et quia adhuc paruuli erant, amplius immoratur huic sermoni, qui est secundū carnem, & veluti de aliquo iusto disputat. Et attēde, quia neq; tacuit omnino de verbo, neque locutus est. Illud quidē vt eorum intelligentiā subleuaret, & persuaderet etiā ipsos perfectos esse, & nō fraudarētur magnis dogmatibus: Istud autem, ne obrueret eorum mentē. De quo plurimus nobis sermo habendus esset, inquit, & difficilis ad interpretandum, quia imbecilles facti estis auditu. Quia illi non audiūt, propterea difficilis ad interpretandum est eius sermo. Quando enim quis cum hominibus loquitur non valentibus assequi, neque quæ dicuntur intelligere, bene interpretari eis nō potest. Sed forte quisquam vestrū qui hic adstant, obstupescens hēstitauerit, & iniuriā esse putauerit, si propter Hebræos ipse impeditus est perfectiorē loqui sermonē. Fortassis enim etiam hic p̄ter paucos multi sunt tales, ita vt posset hoc & de vobis dici: verūtamen propter paucos dicā. Ergo siluit aliquid, aut iterū id ipsum repetiuit in consequētibus, & idē ipsum egit, sicut in epistola ad Romanos? Etenim & ibi primū posteaquam compescuisset contradicentes, & dixisset: O homo, tu quis es qui respondēas deo? tunc solutionē inferret. Ego vero eū neque omnino siluisse, neque dixisse arbitrator, vt ad desiderīū adduceret auditores. Mentionem quippe faciēs, & dicens quædā maiora cōtineri in hoc sermone, attēde quomodo cū laude struat increpationē. Hoc quippe est semper sapientiæ Pauli, [difficilia bonis] intermiscere, quod etiā in epistola ad Galatas facit, dicens: Currebatis bene, quis vos impediuit? & sine causā tanta passi estis, si tamen sine causā. Et item: certus sum de vobis in domino. Hoc etiam & circa istos facit. Persuasus autē sum de vobis meliora, & cum salute cōiuncta. Duo nanque ista facit, neq; dimittit eos decidere quidē: si enim aliorū exempla auditorē erigere, & ad æmulationē adducere valēt, quādo aliquis à seipso exemplum habet, & seipsum æmulari iubetur, iam possibile quiddā introducit: & hoc etiam ostēdit: nec dimittit veluti valde accusatos decidere, neq; veluti semper malos existētes, sed quia & aliquando fuerunt etiam boni. Etenim debebatis esse doctores, inquit, propter tempus. Hic ostendit ante multum tempus eos credidisse: ostendit etiam quia & alios debent docere. Attēde ergo eum frequenter parturientē, ad introducendum sermonē de pontifice, & semper differentē. Audi quippe quomodo cœpit: Habentes pontificem magnum cœlos ingressum. Et omisso, quomodo sit magnum iterū dicit: Omnis enim pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus cōstituitur, in his quæ sunt ad deum. Et iterum: Sic & Christus non seipsum glorificauit, vt fieret pontifex: rursus cum dixisset, tu es sacerdos in æter-

**A** num secundū ordinem Melchisedech, iterū suspendit quod dicendum erat dicens: Qui in diebus carnis sue preces & supplicationes offerens. Quia igitur toties distulit, veluti excusans, inquit: Causa ex vobis est. Papæ quāta differētia? Debētes alios docere, neq; simpliciter discipuli sunt, sed inter discipulos postremi. Etenim cum debeatis esse doctores propter tempus, iterū opus habetis, vt doceat vos aliquis elementa principij sermonū dei. Hic humanitatē dicit. Sicut enim in literis secularib' primum elemēta discūtur: sic etiā hic primū de humanitate docebātur. Intueris quæ sit causa, vt humilia loquatur. Sic etiam cum Atheniensibus fecit Paulus disputās ac dicēs: Tempora quidē ignorantia cum dissimulauerit deus, nūc p̄cipit hominib' omnib' vbique vt pœniteāt, secundū quod constituit diem, in qua iudicaturus est mundum cum iustitia in viro in quo definiuit, fidem tribuens omnibus, exuscitās eum à mortuis. Propterea si aliquid altū dicit, breuiter hoc dicit: humilia vero plurimis epistolæ locis insperit, & sic quæ alta sunt, ostendit. Nam quod ita humiliter loquitur, non permittit, vt ista de diuinitate suspicemur: sic & hic cautelam seruauit. Segnitē autē istam quid operetur maxime in epistola ad Corinthios significauit, dicens: Cum enim sint in vobis æmulatio & cōtentio & dissidia, nōne carnales estis? Intuere itaq; mihi sapientiā Pauli quam magna est, quomodo proportionaliter semper, & apte ad subiectas passiones accedit. Illic em̄ infirmitas ex ignaua ruditate quam plurimū contingit, magis autē ex peccatis: hic autē non ex peccatis tantū, sed etiā ex tribulationibus frequētibus. Idcirco & verbis vitur quibus hæc ostēdatur differētia: non dicens, carnales facti estis, sed segnes. Illic carnales, hic autē maior dolor. Illi enim nō poterāt sustinere, vtpote carnales, isti autē poterāt. Dicere enim quia segnes facti estis auditu, significantis est olim sanos fuisse, fortes, alacritate feruētes, quod etiam illis postea testificatur. Et facti estis opus habentes lacte, non solido cibo. Semper enim lac humilē sermonē vocat & illic, & hic. Cū debeatis enim, inquit, doctores esse propter tempus. Propter quod magis dissoluti estis, & supini effecti, propter hoc maxime debebatis esse fortes, nimirum propter tempus. Lac autē vocat, quia rudioribus cōgruit: hoc autem perfectioribus contrarium est, & noxiū, vt in istis immoretur. Proinde nō oportebat legalia nunc inferre, neque ex cis facere cōparationē, quia pontifex sacrificauit, & orauit voce & deprecatione. Attēde igitur quomodo nobis ista cōtraria sint & nociua, sed illos tunc nutriebant, & nequaquā contraria erant, igitur cibus verus sunt eloquia dei. Dabo enim illis, inquit, famem, non panem, neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum domini. Lacte vos potaui, non esca. Nō dixit, nutriuī, ostendens quoniā lac nō est cibus, sicut in pueris minoribus qui non possunt pane nutrirī: tales enim cibum nō accipiunt, sed ipse potus illis pro cibo datur. Non dixit, opus habetis: sed effecti estis opus habentes lacte, non solido cibo. Hoc vos voluistis, vosmetipfos ad hoc redegitis, & ad hanc necessitatem. Omnis enim qui particeps est lactis, rudis est sermonis iustitiæ. Infans enim est. Quid autē est, rudis sermonis iustitiæ? Quid est sermo iustitiæ? Hic mihi videtur & vitā significare, quod etiā Christus dicebat: Nisi abūdauerit iustitia vestra plus quā scribarum & pharisæorū. Hoc etiam iste dicit, rudis sermonis iustitiæ, hoc est su-

Acto. 17. f. 1. Cor. 3. a. Mat. 5. b.



est supernæ philosophiæ rudis, non potest suscipere vitâ sublimē & exactâ. Aut iustitiâ hic dicit Christû, & sublimem de Christo sermonem: Quod ergo se-gnes facti sint dixit, Vnde autem, non addidit, ipsis sciendum relinquens, nolentq; molestum facere ser-monē. In epistola vero ad Galatas, & miratus est, & hæsitavit, quod multo amplius est ad solatiû, tanquã nūquam tale aliquid fieri sperasset: hoc enim est du-bitatio. Vides aliã esse \* pusillanimitatem: aliam per-fectionē? efficiamur hac perfectione perfecti: licet e-nim & paruulis, & iuuenibus ad aliam venite perfe-ctionem: non enim naturæ est, sed virtutis. *Perfectionem autē est solidus cibus, eorum qui propter assuetudinē exer-citatos habēt sensus ad discernendū bonū & malū.* Nō ha-bebāt illi sensus exercitatos, neque sciebant bonum & malū. Nunc non est ei sermo de vita, quando dicit ad discretionē boni & mali: hoc enim omni homini possibile est scire & facile: sed de dogmatibus sanis, atque excelsis, & corruptis, atque humilibus. Paru-ulus nescit vitiosum inter & probū cibum discernere: sepius enim & cinerem in os suum mittit, & quod noxium est suscipit, & omnia indiscrete facit: sed nō est hoc perfectiorū: Sunt qui omnibus simpliciter in-tendunt, & indifferenter auditus suos tradunt: quod mihi videtur etiã in istis culpâre veluti qui simplici-ter circumferantur, & nunc quidē istis, nūc autem illis se præbentes, quod & circa finē huius epistolę si-gnificauit, dicens: Doctrinis variis & peregrinis non circumferamini, hoc est, ad discretionē boni & mali. Palatū enim sapes discernit ciborum: anima vero probat sermones: Et nos igitur hoc discamus. Nec si audieris, quia nō est paganus, nō est Iudæus, statim putes esse christianū, sed examina & alia cuncta. Nã & Manichæi, & omnes hæreses hanc sibi personã in-duerūt, vt hoc pacto seducāt rudiores. Sed si habue-rimus sensus animæ exercitatos ad discretionē boni & mali, poterim\* huiusmodi discernere. Quomodo autem sunt sensus nostri exercitati? Ex vsu scriptura-rum, ex frequēti auditiōe. Quando enim proponi-mus eorū errores, & hodie audieris, & crastina pro-baueris, nō bene se habere cuncta doceris, cūcta co-gnoscis: & si hodie nō assequeris, cras assequeris. Sē-sus, inquit, exercitatos habentes. Vides quod oporteat exercitari auditū nostrū frequenti auditiōe di- uinarū scripturarū, vt nulla nouitate expauescamus? Exercitatos, inquit, ad discretionē: hoc est, peritum esse. Alius quidē dicit non esse resurrectionem, alius autē nihil futurorum expectat, alius alium dicit deū, alius ex Maria dicit eum habere principium. Intuere cōfestim, quomodo ex immoderatione omnes ce-ciderunt: alij quidē semper modum excedentes, alij autē infra modum se coartantes: vtputa prima qui-dē omnium hæresis fuit Marcionis, illa alium deum introduxit qui non erat, excessit modum. Post illam Sabellij, filiū & spiritum & patrem vnum esse dicēs. Deinde Marcelli & Fotini, etiam ista hæc eadē præ-dicās. Et Pauli Sampateni, de Maria dicēs eum ha-bere principium. Deinde Manichæorum: ista enim omnibus præmissis est recentior: post illas Arii: sunt autem & aliæ. Propter hoc fidem suscepimus, vt non cogamur innumeris hæresibus adhærere, negociūq; habere: sed si quid addere aut detrudere illi quis mo-litus fuerit, hoc nothum esse iudicemus. Sicut enim qui regulas certas exhibent, non compellunt decem milia metra scrutari, sed illud quod traditum est eu-

\* vniuersa  
ra, id est  
infantia,  
puerilita-  
tem.

Infr. 13. b

Mora-  
le.

Opiniones  
hæretico-  
rum.

stodire iubēt: sic & in dogmatibus. Sed nemo vult ad scripturas attendere. Si enim aduerteremus, non so-lum non incideremus in fallaciã, sed etiam alios de-ceptos inde liberarem, & de periculis abstrahere-mus. Miles enim fortis nō sibi tantū sufficere potest, sed etiam iuxta se existentem custodire, & ab hostiū malitia liberare: nunc autem neque an sint scripturæ quidam sciunt, sed spiritus quidem ita dispēsauit, vt custodiãtur. Et attēdite vt discatis antiquitus dei in nos misericordiã: inspirauit Moysi, & tabulas lapideas scripsit, detinuit eū quadraginta diebus in monte, & iterum totidem vt daret illi legem. Post hæc autem prophetas misit, qui innumera mala passi sunt, irruit bellū, quosuis sustulit & trucidauit, incensi sunt libri. Inspirauit iterum alium virum, vt mirabiles illas scri-pturas repararet: Esdram dico, & ex reliquiis illarū componere fecit. Post hæc dispensauit, vt interpre-tarentur eas Septuaginta: interpretati sunt illi. Venit & Christus, suscepit eas, apostoli disseminauerūt eas per omnes. Signa & miracula fecit Christus. Quid autē post tam negotiosam diligentiam? scripserunt etiã apostoli, sicut & Paulus dixit: Ad admonitiōnē nostrã scripta sunt, in quos finis seculorū deuenit. Et Christus iterū dicebat: Erratis nescientes scripturas. Et iterū: Scrutamini scripturas. Et Paulus itē dice-bat: Per paciētiã & consolatiōnē scripturarū spe m habeamus. Et iterū: Omnis scriptura diuinitus inspi-rata, utilis est. Item sermo Christi habitat in vobis abundanter. Et propheta: In lege eius meditabitur die ac nocte. Et alibi iterum: omnis expositio tua sit in lege altissimi. Et item q̄ dulcia faucibus meis ver-ba tua. Nō dixit, auditui meo: sed, faucibus meis, su-per mel & fauū ori meo. Et Moses: Meditaberis, in-quit, in illis semper, exurgēs, sedens, & dormitū iens, in eis perisite, inquit. Et innumera quisq; reperiet de his. Et tamē post tanta sunt quidã, qui neque sciunt an sint scripturæ: propterea igitur nihil sanum, nihil vtile apud nos sit. Etenim si aliquis ea quæ ad militiã pertinet scire voluerit, necesse est vt leges militares is discat. Et si quis gubernatoriã disciplinã, vel fabri-cam lignariã discere voluerit, aut aliquid aliud, ne-cesse est eum quæ ad artē pertinent, discere: hic autē nihil tale volunt, cum hæc potissimū disciplina plu-rima vigilantia opus habeat. Quod enim hæc ars sit doctrina opus habēs, aduerte prophetam dicētem: Venite filij audite me, timorē domini docebo vos. Vere doctrina opus habet timor dei. Deinde dixit: Quis est homo qui vult vitã, & cupit videre dies bo-nos? &c. Vitã futurã dicit. Et iterū: Abstine linguã tuam à malo, & labia tua ne loquãtur dolum. diuer-te à malo & fac bonum: quære pacem, & sequere eam. Nunquid scitis quis hæc dicit? An propheta, an hi-storiographus, an apostolus, an euangelista? Non ar-bitror, præter paucos, sed & isti ipsi, iterum si profes-samus testimoniū aliunde, idem quod vos patiētur. Etenim dico eundē ipsum sermonē aliis verbis: La-uamini mūdī estote, auferte malignitatē vestram ab animabus vestris in cōspectu oculorū meorū: discite bonum facere, exquirite iudiciū, abstine te linguã à malo, & facite bonum; discite bonum facere. In-tueris quia doctrina opus habet virtus? Iste quidem dicit, Timorē domini docebo vos: ille autem, Disci-te bonum facere. Nunquidnam scitis vbi hæc posita sint? Nō arbitror præter paucos. Licet per vnamquã-que septimanã, secundo aut tertio hæc vobis legun-tur.

Exo. 32. d

Rom. 15. a

1. Co. 10

Mar. 12. b

Ioan. 5. f

Rom. 15. a

2. Tim. 3. d

Coloss. 3. c

Psal. 1. a

Ecl. 9. d

Psa. 118. b

Dea. 6. b

Psal. 33. e

Ibidem.

Ibidem.

Esa. 1. d

tur. Ascendēs enim qui legit, primo dicit librū cuius est, illius verbi gratia, vel illius prophetæ, & tūc pro-fert quæ is dicit. Proinde clariora vobis esse debebāt, & non solum ipsum textū debebatis scire, sed & cau-sas eorū quæ scripta sunt, & quis hæc dixerit: sed om-nia frustra & sine fructu. Omne enī studiū in his quæ ad vitam hanc pertinet, euacuatur: de spiritalibus au-tem nulla ratio est: propterea nobis neq; terrena illa pro voto proueniunt, sed plurimæ etiã ibi difficulta-tes. Christ⁹ quippe dixit: Petite regnū dei, & hæc om-nia apponentur vobis. Et hæc quidē in appositionis parte tanquam adiectitia dicit datū iri: nos autē or-dinem peruertimus, & petimus terrã, & bona in ter-ra, quasi cælestia additionis loco nobis dētur: idcirco neque ista neq; illa habemus. Euigilemus aliquãdo, & efficiamur futurorū desideratores: sic etiam ista se-quentur. Impossibile est nanq; eum qui quæ dei sunt quærit, nō etiam quæ humana sunt, assequi. Sentētia est ipsius Veritatis hoc dicētis. Nequaquã igitur ali-ter faciamus, sed amplectamur consiliū Christi, ne ab omnibus excidamus. Deus autem potens est ex-peditos nos ac meliores facere in Christo Iesu domi-no nostro, cum quo patri, vnã cū sancto spiritu, glo-ria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula se-culorum, Amen.

Mat. 6. d

Homilia ix. ex cap. vi.

Cap. vi.

**Q**uapropter intermitteas inchoationis Christi sermonē ad perfectionem feramur, nō iterum fundamentū po-nētes pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei in deū, baptisimatū, doctrinã, impositionis quoque manuum, ac resurre-ctionis mortuorum, & iudicij æterni. Et hoc faciemus, siquidem permiserit deus. Audistis de quantis Hebræos culpaue-rit Paulus volentes semper discere eadem: & merito. Cum debeatis enim, inquit, esse doctores propter tē-pus, iterū opus habetis qui vos doceat, quæ sint ele-mēta principij sermonū dei. Timeo ne etiam ad vos ista dicendi tempus sit: quia cū debeatis esse doctō-tes propter tempus, neque discipulorū gradum ha-betis: sed semper eadem, deq; iisdem audientes, tan-quã si nihil audieritis, sic dispositi estis. Et si vos quis-quam interrogauerit, nemo vestrū poterit respōde-re, præter admodū paucos, & facile numerabiles: hoc autem non parū damnum. Sapius quippe doctōrē volentē ad vltiora procedere, & secretiores altio-rēsque sermones attingere, nō permittit segnitie di-scientium. Sicut enim apud magistros ludi, si semper puer elementa audiens nō teneat, semper illi necessi-tas erit eadem insonare puero: & non cessabit antea docendo vsquequo illa integre valuerit discere. E-nimvero stultitię magnę est, vt qui prima nō bene im-posuerit, ad alia velit puerū adducere: sic itaq; & in ecclesia si semper eadem dicentibus nobis nihil am-plius ediscatis, nunquam eadē dicendo cessabimus. Si enī ostētationis nobis esset ratio, & amor laudis, necesse esset semper trāsillire & præterire, nihil curã-tes vestri gratia, sed plausus vestros tantum appeten-tes. Quia vero non hoc studium nobis proposuimus, sed omnia pro vestro iuuamine molimur, non quie-scem⁹ de eisdē vobis semper disputare, donec ea per-ficiatis. Cæterum possem plura & de Paganorum su-perstitione dicere, & Manichæorum, & Marcionista-rū, & fortiter eos percutere, gratia dei adiuuãte: sed non habet tempus is sermo. Eis enim qui necdū quæ sua sunt, integre sciunt, & necdum didicerunt, quod auarum esse malum sit, quomodo quis dicat huius-

modi sermones, & ad alia deducat ante tempus? Nos ergo nō cessabimus eadē dicere, siue persuadeamus, siue non. Timeo tamen ne frequēter eadē ipsa dicen-do, si non audiat, maiorem inobedientibus condē-nationem operemur. Nō quidem ad omnes hoc di-citur. Scio enī plurimos adiutos ex isto cōuentu, qui iustissime forsitan illos culpent, veluti incōmodates eis propter propriam indocilitatem, & segnitie. Spe-ramus tamen, quod ne sic quidem lædentur. Frequē-ter enim eadem audire, & sciētib⁹ prodest: quod e-nim nouimus, si sepius audiamus, amplius cōpungi-mur: vt puta scim⁹ quia bonū est humilitas, & quia se-pius de illa locutus est Christus, sed quando etiã ipsa verba audimus, & disputationes eorū, amplius quid patimur, licet milies audiamus: opportunum itaq; est & nos vobis sic nūc dicere. Quapropter relinquētes initium sermonis Christi, ad perfectionem feramur. Quid est, initium sermonis? Ipse in cōsequētibus po-nit, dicēs: Ne iterum fundamentū, inquit, constituē-tes pœnitentiæ ab operibus mortuis & fidei in deū, baptisimatū, doctrinę, impositionis manuum, resur-rectionis mortuorum, & iudicij æterni. Si autem hoc initium est, quid aliud est doctrina nostra, quã pœ-nitere ab operibus mortuis, & per spiritum sanctum accipere fidem, in resurrectionē mortuorum, & iu-dicij æterni? Quid autem est initiū? Nihil aliud quã hoc. Initiū, inquit, est, cum vita nondum est perfecta. Sicut enim eum qui ad doctrinam literarum induci-tur, elementa oportet primū audire: sic & Christianū hæc scire exacte, & nihil dubitare de ipsis. Si autē ite-rum opus habuerit horum doctrina, necdum funda-mentum habet. Firmum enim oportet & fixū esse, & stare, & non transferri. Si autem quisquam verbū ve-ritatis audiuit, & baptizatus est, & post annos decem de fide iterū audire opus habet, quod credere oporteat resurrectionem mortuorū, nondū fundamentū habet, iterū initiū Christianismi quærit. Quod enim fides fundamētū sit, cætera vero superædificationes, aduerte ipsum dicentem: Ego fundamētum posui, & superædificat. Si quis superædificat super fundamē-tum hoc aurum, argētū, lapides preciosos, ligna, fœ-num, stipulam. Ne iterum, inquit, fundamētum con-stituētes pœnitentiæ ab operibus mortuis. Quid est, ad perfectionē feramur? Ad ipsum, inquit, trãeamus iam cacumen, hoc est, vitam optimam habeamus. Si-cut enim in elementis vniuersū apex primus, hoc est alpha, & fundamentum ædificium torū continet: sic vitæ munditiã certa fidei persuasio. Sine ista enim non potest esse Christianus, sicut nec sine fundamē-to ædificium, neque sine elementis peritus literarum fieri potest. Sed si quisquã semper circa elemēta cō-uerteretur, & nō circa ædificium, nihil omnino profe-cerit. Tu autem ne putes diminutã esse fidem, prop-terea quod elementū vocata est. Omnis enim potē-tia ipsa est: cū enim dicit: Omnis qui participatur la-cte, expers est sermonis iustitiæ, paruulus enim est, nō lac eam appellat, sed ambigere adhuc de his quæ in illa sunt, hoc est infirmi animi, & sermonum pluri-morum idigentis. Dogmata enim ista sunt sana. Per-fectum enim illum vocamus, qui cum fide vitam ha-bet rectam. Si autem quisquam fidem habet, agat au-tē maligna, & de ista ipsa fide ambigat, & iniuria af-ficiat ipsam doctrinam: merito eum dicimus paruulū ad initium redeuntem. Proinde & si mille annos in fide habeamus, & firmi nō sumus in ea, paruuli su-

Græcum  
exemplar  
habet,  
in istis  
verbis  
supra. 5. d

mus: quando vitam fidei non convenientem ostendimus, quando fundamentum adhuc constituimus. In istis autem non solum vitam, sed etiam aliud culpam, veluti loco motis, & opus habentibus fundamentum poenitentiae constituit ab operibus mortuis. Eum quippe qui ab alio in aliud transmutatur: & hoc quidem dimittentem, illud autem assumptum, primum oportet culpam, ut a tali affectione recedat, & tunc venire ad aliud. Si autem denuo priori adhaerens est, quomodo ad aliud veniet? Quid ergo, inquit, de lege? Culpauimus illam & iterum ad ipsam recurrimus, hoc non est mutabilitas? Etenim etiam hic legem habemus: legem ergo, inquit, euacuamus per fidem? Absit, sed legem statuimus. Ego autem de malis actionibus dixi. Qui enim ad virtutem iturus est, primum malitiam debet culpam, & tunc illam aggredi: non enim valuerit poenitentia mundos eos ostendere: propter hoc confestim baptizabant, ut quod impossibile illis erat operari per se, hoc per Christi gratiam fieret. Neque ergo poenitentia sufficit ad mundationem, sed opus est suscipere baptismum: Igitur ad baptismum venire oportebat eum, qui iam peccata sua iudicauerat ac damnauerat. Quid autem est baptismum doctrinam? Non tanquam multorum baptismum, sed unius. Quare ergo pluraliter hoc dixit? Quia dixerat. Non iterum fundamentum constituites poenitentiae. Opus enim habuit hoc dicere, veluti opus habentibus iterum baptizari, & iterum catechizari, & iterum post baptismum doceri quid agere deberent, quid non deberent. propterea vero pluraliter dixit, volens eis significare, quia si iterum opus haberent mundari, incorrigibiles permanerent. Et impositionis, inquit, manuum. Sic quippe sanctum spiritum acceperant imponente illis Paulo manus, inquit. Resurrectionis quoque mortuorum. Hoc enim in baptismo fit, & in confessione firmatur. Et iudicij aeterni. Quare autem haec dixit? Quoniam fortassis poterant cum iam credidisset ad fide dimoueri, vel male viuere, & negligenter, dicit, euigilate, non licet dicere si negligenter vixerimus, iterum baptizabimur, iterum catechizabimur, iterum accipiemus spiritum sanctum. Si enim nunc a fide deciderim, iterum poterim baptizari, peccata ablueri, & eadem bona percipere, quae primo acceperamus, erratis, inquit, ista putantes. *Impossibile nanque est eos qui semel illuminati sunt, gustauerunt quoque donum caeleste, et participes facti sunt spiritus sancti, et bonum gustauerunt verbum dei, virtutesque seculi futuri, & prolapsi sunt, rursus ad poenitentiam renouari, denuo crucifigentes filium dei sibi metipsis, & ludibrio habentes.* Sed vide quam increpatorie & spem omnem excludendo incipit: Impossibile est, inquit. Non iam spes quod impossibile est. Non enim dixit, non decet, neque prodest, neque licet: sed impossibile est, ut in desperationem inducat. Si semel illuminati estis, inquit, deinde adiungit: Et gustauerunt donum caeleste. Si gustastis, inquit, donum caeleste, hoc est, remissionem. Et participes facti estis spiritus sancti, & bonum gustastis verbum dei. Hic doctrinam dicit, Et virtutes futuri seculi. Quid dicit virtutes? aut miracula facere, aut pignus spiritus sancti? Et prolapsi sunt, iterum renouari ad poenitentiam, crucifigentes sibi filium dei, & ludibrio habentes. Renouari dixit ad poenitentiam, hoc est, per poenitentiam. Quid ergo? Exclusa est poenitentia: Non poenitentia exclusa est, absit, sed renouatio per lauacrum regenerationis. Non enim cum dixisset, impossibile est renouari in poenitentia, tacuit: sed cum ad secundam dixisset impossibile, adiunxit: iterum crucifigentes. Re-

nouari, hoc est, nouum fieri: nouos quippe facere, lauacrum est tantum. Renouabitur, inquit, sicut aquila iuuentus tua. Poenitentia autem est, ut qui innouati fuerunt, & postea veterauerunt in peccatis, liberare a vetustate, & consolidare. Ad illam tamen claritatem adduci eos impossibile est: illic nanque totum gratia est. Crucifigentes iterum, inquit, sibi metipsis filium dei, & ludibrio habentes. Quod dicit, hoc est. Baptisma crux est, & simul crucifixus est vetus homo noster. Conformes enim facti sumus similitudini mortis eius. Et iterum: Consepulti igitur sumus cum illo per baptismum in mortem. Sic enim impossibile est secundo crucifigi Christum: hoc enim est ostentui eum habere. Si enim mors eius iam non dominabitur, si resurrexerit, resurrectione victor factus est mortis: si morte mortem expugnauit, deinde iterum crucifigeretur, fabulae essent cuncta illa & ludibrium. Proinde qui secundo seipsum baptizat, secundo eum crucifigit. Quid autem est, iterum crucifigentes? Ab integro iterum crucifigentes. Sicut enim mortuus est Christus in cruce, sic & nos in baptismo, non carni, sed peccato. Intuere nunc mortem & mortem. Ille mortuus est in carne nostra, vetus homo sepultus est, & resurrexit nouus, conformis factus similitudini mortis eius. Si ergo necesse est baptizari iterum, necesse est rursus eundem ipsum mori. Baptisma enim nihil aliud est, quam interitus eius qui baptizatur, & resurrectio illius. Et bene dixit: Sibi metipsis crucifigentes. Qui enim hoc facit veluti prioris gratiam oblitus, & negligenter suam vitam disponens, tanquam si sit secundum baptismum, sic omnia gerit, idcirco animaduertere opus est & cautela exhibere. Quid est: Et gustauerunt donum caeleste? Nonne hoc est remissionem peccatorum gustare? Hoc quippe solius dei est praestare, & gratia semel est gratia. Quid ergo? Permanebim in peccato, ut gratia abundet? Absit: Si autem semper per gratiam saluandi sumus, nunquam erimus boni. Cum enim una sit gratia, & sic negligentes sumus, si sciremus, quia iterum possibile esset lauacrum a peccatis, quando cessaremus peccare? Omnino non, arbitrator. Multa hic ostendit dona, & ut cognoscas: Digni facti estis, inquit, tanta remissione. Qui enim in tenebris sedebat, quod inimicus erat & hostis, qui alienus erat a deo, quod deo odibilis & perditus, iste repente illuminatus, spiritu dignus effectus, dono caelesti, adoptione regni caelorum, & aliis bonis mysteriis inenarrabilibus: & neque sic melior factus est, sed dignus per manet perditione, adeptus autem salutem & honorem, veluti quod multa laborauerit, quomodo poterit huiusmodi iterum baptizari? Duobus igitur modis haec causam impossibilem esse dixit, & fortioris modum postremo posuit. Vno quidem modo, quia non est dignus, qui cum talibus dignus factus sit, & cuncta perdidit quae sibi donata fuerant, iterum renouari: & quia possibile non est eum iterum crucifigi, hoc enim est ostentui habere Christum: non est igitur secunda lauatio: nam si est, est & tertia, est & quarta. Prima namque a secunda dissoluitur, & hoc sepe ab altera, & hoc in infinitum procedat necesse est. Et gustauerunt, inquit, bonum dei verbum. Et non aperit quid sit hoc. Virtutes etiam futuri seculi. Viuere quippe sicut angeli, & nullus egere eorum quae in ista vita sunt, scire quoniam futuri seculi fructum prouisio nobis efficitur, per spiritum sanctum haec discere conceditur: & inde abdita illa ingredi. Quae sunt virtutes futuri seculi? Vita aeterna, angelica conuersatio. Horum quippe iam pignus accepimus per fidem, a spiritu. Dic igitur mihi, si in regnum cuiusdam regis introducto, cuncta tibi quae ibi

\* παραπρωπιος, prolapsi sunt, vel potius, prolapsi estis, & mox, vobis sibi ad secundam

personam ut est poenitentia veritat. p. 102. a. Rom. 6. d. Ibidem Coloss. 2. b. Galat. 4. c. Hier. 8. b. Galat. 4. c. p. sal. 37. d. Ibid. 31. b. p. sal. 3. d. Rom. 18. c. Rom. 6. d. p. sal. 50. d. Ibid. 101. b. Luc. 11. f. Tob. 4. b. Eccl. 3. d. Ibid. 28. a. Luca. 6. f. Ibid. 22. d. Luc. 5. d. t. coelia. 101.

quae ibi sunt crederetur: deinde proderes omnia, crederentur tibi iterum? **Morale.** Quid ergo est, inquis? Non est poenitentia? Est poenitentia, sed baptismum alterum non est. Poenitentia vero est, & multa habet potentiam, etiam in eum qui peccatis valde demersus est. Si voluerit, potest eum liberare ex onere peccatorum, & periclitantem in tuto constituere etiam si ad ipsum fundum iniquitatis peruenerit: & hoc ex multis manifestum est. Nunquid enim qui cadit, inquit, non resurget? aut qui auertitur, non reuertetur? licet ergo, si voluerimus formari Christum in nobis iterum. Audi enim Paulum dicentem: Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus reformetur in vobis. Tantum intremus in poenitentiam. Vide enim dei clementiam. Oportebat nos puniri ab ipso initio, quia cum & legem acceperimus naturalem, innumerisque bonis poriti sumus, & dominum nostrum ignorauimus, & vitam immundam viximus: & non solum non puniuit, sed etiam innumera bona largitus est, tanquam si multos labores perfecimus. Et iterum excidimus, & neque sic punit, sed dedit poenitentiam medicinam, quae possit omnia peccata nostra delere & exterminare: tantum si consideremus hoc medicamentum quale sit, aut qualiter oporteat apponere. Quale ergo est istud medicamentum poenitentiae, & qualiter conficitur? Primo condonando & confitendo propria peccata. Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi: & Pronunciabo aduersus me iniquitatem meam domino, & tu abstulisti impietatem cordis mei. Et iterum: Dic tu iniquitates tuas prius, ut iustificeris. Et iterum: Iustus seipsum accusat in initio sermonis. Secundo autem ex humilitate multa. Habet enim ille instar catenae aureae, quae si initium sumpsit, omnia consequetur. Si enim confessus fueris peccatum tuum, sicut oportet confiteri, humiliatur anima. Confessio quippe eam conuertens, humilem facit. Oportet autem & alia habere humilitati, si talis erit, quale beatus Dauid habebat, dicens: Cor contritum & humiliatum deus non spernit. Quod enim contritum est, non erigitur, non percutitur: sed ad mala patendum paratum est, ipsum vero non erigitur. Talis est contritio cordis, siue enim iniuriatur, siue patitur, silet, & non impellitur ad vindictam. Post humilitatem autem oratione intenta opus est, lachrymis multis per diem & noctem. Lauabo, inquit, per singulas noctes lectum meum, & lachrymis meis stratum meum rigabo, laboravi in gemitu meo. Et iterum: Quia cinerem sicut panem comedi, & potum meum cum fletu miscebam. Post orationem autem sic intentam, opus est elemosyna multa. Medicamentum enim validum, quod maxime operetur ad poenitentiam hoc est: & sicut in preceptis medicinae, & adiutoriis, est medicamentum, multas quidem herbas accipiens, vnam autem dominantissimam: sic & in poenitentia ista herba dominatior & potior est, & vniuersum ipsa efficit. Audi enim quid dicit diuina scriptura: Date elemosynam, & erunt vobis omnia munda. Et iterum: elemosynas & fide mundatur peccata. Et, Ignem inflammatum extinguit aqua, & elemosyna extinguit peccata magna. Deinde opus est non irasci, neque iniuriam memoria tenere, omnibus dimittere peccata. Homo, inquit, homini custodit iram, & a deo quaerit salutem: Dimitte, ut dimittatur vobis. Opus est etiam conuerti fratres ab errore. Vade enim, inquit, & conuerte fratres tuos, ut dimittantur peccata tua. Et ut circa sacerdotes germane se quis habeat. Et si peccatum, in-

quit, quis fecit, dimittetur. Ad haec oportet opere ferre iniustitiam patienti: non habere furor, omnia mansuetè portare. Vide quomodo antequam disceris, quia potest per poenitentiam dimitti peccatum, velut in agone eratis: cum intelligeretis non esse aliud lauacrum, & desperabatis de vobis: nunc vero cognito, tot modis poenitentiam & remissionem perfici, & quod poterimus omnia effugere, si voluerimus ea competenter uti: quam merebimur veniam, qui neque in cogitatione venimus peccatorum nostrorum: Si enim hoc esset, omnia perficeremus. Sicut enim ianuam ingressus iam intus est: sic qui propria cogitat mala, etiam ad curationem eorum utique veniet. Si autem dicat, peccator sum, non autem ad peccatorum suorum species descendat, dicens quia hoc & hoc peccavi, nunquam cessabit, semper quidem confitens, correctionis vero curam nunquam faciens. Si enim principium posueritis, utique etiam caetera consequentur si semel initium quis fecerit. Vbi quidem principia & exordia difficilia sunt. Haec ergo primum constituamus, & omnia facilia erunt & leuia. Incipiamus igitur rogo, alius quidem orationes protelando, alius saepius lachrymando, alter morendo: neque enim hoc adeo paruum est, vel inutile. Vidi enim, inquit, quia contristatus est, & processit tristis, & curauit vias eius. omnes vero elemosynas faciendo, delictaque proximis remittendo, & neque iniuriam memoria retinendo neque vindicando, animas nostras humiliemus. Si cogitemus frequenter quae peccauimus, nihil nos rerum externarum in superbiam poterit eleuare, non diuitiarum, non potentia, non principatus, non honor, sed etiam si in ipso curru regali sedeamus, gememus amare. Nonne & beatus Dauid rex erat, & dicebat: Lauabo per singulas noctes lectum meum: & tamen nihil ex ostro, vel diademate laesus aut inflatus est. Sciebat quippe seipsum hominem esse, & quia contrebatur corde, lugebat. Quid enim sunt humanae res? Cinis & puluis, & tanquam puluis ante faciem veteris, fumus & umbra, & folia cadetia, & flos, & somnium, & narratio, & fabula, ventus, & aer mollis temere corrumpitur, pena mobilis, vnda decurrens, & si quid istis inferi. Quid enim, dic mihi, magnam putas? Quam aestimas dignitatem consulis? Nihil enim ea dignitate maius putant plurimi, si quidem in tanta claritate petuenit, & ad tantam admirationem: qui autem non est consul, nihil habet minus in tanta dignitate constituto. In eadem sunt dignitate iste & ille, utriusque similiter post paululum non erunt. Quando factus est? Quantum tempus durauit dic mihi: duorum dierum est: Hoc & in somniis solet fieri: sed somnium est, inquit. Et quid hoc? Illa quippe quae in die sunt, non sunt somnia? Dic mihi, quare non magis ista dicimus esse somnia? Sicut enim somnia adueniente die nihil esse conuincuntur: aequalitate namque temporis siue nox siue dies acceperunt, & ex aequo distributa sunt per omne seculum: sicut ergo in die eis quae per noctem fuerint non aggaudet quis: sic neque in nocte eis quae in die contingunt frui potest. Factus es consul, & ego: sed ego in nocte, tu in die. Quid hoc? Neque sic praeter me amplius habes, nisi forte quod de te dicat, Ille est consul: & quod habes ex istis verbis aliquid delectationem, plus te habere aliquid facit: ut puta (manifestum enim loquar) si dicat: Ille consul est, & praestitum illi hoc nomen, nonne mox atque dictum est, iam transiit? Sic etiam ipsae res sunt: simul apparuit consul, & statim non est. Ponamus autem annum, & duos annos, & tres, & quatuor, sed & hi transiunt. Vbi nanque sunt consules qui facti sunt? Nusquam. Sed Paulus non sic.

Hier. 8. b. Galat. 4. c. p. sal. 37. d. Ibid. 31. b. p. sal. 3. d. Rom. 18. c. Rom. 6. d. p. sal. 50. d. Ibid. 101. b. Luc. 11. f. Tob. 4. b. Eccl. 3. d. Ibid. 28. a. Luca. 6. f. Ibid. 22. d. Luc. 5. d. t. coelia. 101.



Fuit nanque, & tamē viuit semper, non vnum diem, non duos, non decem & viginti, non annos decem, & viginti, neque triginta, sed & mortuus est. En quadringētesimus iam annus pertransiit, & adhuc etiam nunc est clarus, multoq; clarior, quam cum viueret, & hæc quidem in terra. Claritatem autem sanctorum quæ est in cælis, quis valeat explicare sermo? Idcirco obsecro, hanc claritatem quæramus, hæc insequamur, vt eam assequamur: vera nanq; claritas ista est. Desistamus iam ab istis secularibus, vt inueniamus gratiam, & misericordiam in domino nostro Iesu Christo, cum quo patri, vnâ cū sancto spiritu, gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum Amen.

Homilia x. ex cap. vi.

**E**rra enim sæpe venientē super se bibēs imbrē, & generās herbam opportunam illis, à quibus colitur, accipit benedictionem à deo: proferens autē spinas & tribulos, reproba est, & maledictio proxima, cuius consummatio in combustionem. Cum timore audiamus sermones dei, cum timore & tremore multo. Seruite enim, inquit, domino in timore, & exultate ei cum tremore. Si autem & gaudium vestrum, & exultatio cum tremore debet esse, quādo terribilia dicuntur, qualia sunt quæ nunc dicuntur, quali poena nō erimus digni, si non cū tremore quæ dicuntur audiamus? Cum dixisset, quia impossibile est eos, qui ceciderunt, baptizari iterum, & per lauacrū remissionē accipere, ostendissetq; terribilitatem rei, infert: Terra enim sæpe venientem super se bibens imbrē, & generans herbā opportunā illis, à quib; colitur, accipit benedictionē à deo: proferens autem spinas & tribulos, reproba est, & maledictio proxima, cuius cōsummatio in combustionē.

Psal. 2. c

Timeamus ergo dilectissimi, nō sunt hæc minę Pauli, non sunt hominis verba, spiritus sancti sunt, Christi sunt loquentis in eo. Quis nanq; est ab istis spinis mūdus? At si essemus mundi, neq; sic confidentes nos esse oporteret, sed timere & tremere, ne forte pullulent in nobis spinæ. Cum autem toti per totū spinæ simus & tribuli, vnde præsumim; dic mihi, & remissi effici-mur? Quid est, quod nos facit negligētes, si qui se stare putat, debet timere ne cadat? Qui se putat, inquit, stare, videat ne cadat: q. cecidit, quomodo debet sollicitus esse, vt valeat resurgere? Si Paul; timet, ne forte aliis prædicās, ipse reprobus fiat: qui sic erat probabilis, & tamē timet, ne efficiatur reprobus: nos qui facti sumus iā reprobī, quam veniam habebimus, nullū timorem habentes, sed velut consuetudinem quandā sic implentes Christianismū, & perfunctoriē præter animi intentionem debitum soluētes? Timeamus igitur dilectissimi: reuelat enim ira dei de cælo. Timeamus: Reuelatur enim nō solum super impietatem, sed etiam super omnē iniquitatem. Quid est, super omnē iniquitatem? Et minorem & magnā. † Hic misericordiam dei significat, imbrē autē doctrinam, inquit] Et qd; supra dicebat, Cū debeatis esse doctores propter tēpus, hoc etiā hic dicit. Et in plurimis locis imbrē doctrinā scriptura dicit. Mādabo enim, inquit, nubibus, vt non pluant super eam imbrē, de vinea loquuta, quod alibi famē panis, & sitim aquæ vocat. Et iterum: Fluvius dei impletus est aquis. Terra enim bibens, inquit, sæpe venientem super se imbrē. Hic declarat, quia susceperunt & combiberunt verbū, & sapius hanc rē perceperunt, & nec sic aliquid profecerūt. Si enim nō excoleretur, inquit, si nō potireris im-

1. Cor. 10. c

1. Cor. 9. d

Rom. 1. b

† primū de benignitate dei locutus, mox de ipsius doctrina subiicit]

Supr. 5. c

Esa. 5. b

Amos 8. d

Psal. 64. c

bribus, nō esset tantum malum. Si enim nō venissem, inquit, & locutus eis essem, peccatum nō haberēt. Si vero sapius bibisti & exceperisti, qua ratione p fructibus alia protulisti? Expectaui enim, inquit, vt faceret vvas, fecit autē spinas. Vides quia vbiq; scriptura spinas dicit peccata? Etenim etiā David inquit: Cōuersus sum in miseria, dum infigeretur mihi spina. Nō enim simpliciter penetrat, sed infigitur. Et si parū peccati remaneat, & nō totum euellamus, ipsum parū facit dolorē similiter sicut in spinis. Et quid dico ipsū parum? Et postquam spina exempta fuerit, per multū tempus plagæ dolorē relinquit, & opus habet curatione multa & medicina, vt tandem à dolore liberemur: nō enim sufficit euellere tātum peccata, sed etiā curare locū qui percussus est. Verū timeo ne ad nos ista potius dicta sint, quā ad alios. Terra enim bibēs, inquit, sæpe venientē super se imbrē. Semper bibimus, semper audimus, sed cōfestim humorē amittimus sole exorto, propter hoc spinas proferim;. Quæ sunt igitur spinæ? audiamus Christum dicentē: Quia cura seculi huius, & deceptio diuitiarū præfocāt verbum, & infructuosum efficitur. Terra enim bibēs, inquit, sæpe venientē super se imbrē, & generās herbam opportunā. Nihil sic opportunū, sicut virtus, sicut vita optima, nihil sic opportunū sicut virtus. Et generās, inquit, herbam opportunā illis à quibus colitur, percipit benedictionem à deo. Hic deū dicit causam omnī esse: percutiens sensim paganos, qui terræ potentia, fructuum generationem adscribunt. Neq; enim agrorum manus, inquit, sunt, quæ terrā ad afferēdos fructus excitant, sed imperiū dei. Propter hoc enim, inquit, percipit benedictionē à deo. Intuere autem quomodo in spinis nō dixit, generās spinas: neque vtili hoc nomine vsus est. Sed quid? Et proferēs spinas, veluti si dicat quis, ebulliens, eiiciēs. Reproba, inquit, & maledictioni proxima. O quantā habet cōsolationē hic sermo. Maledictioni, inquit, proxima, nō maledicta. Qui autem necdum in maledictionem incidit, sed proximus est, & longe fieri poterit. Et nō hoc solo consolatus est, sed etiā in eo quod sequitur. Nō enim dixit, Reproba, & maledictioni proxima, q; cōburetur. Sed quid? Cuius cōsummatio in adustionē. Si vsq; ad finē permaneat, inquit. Proinde si abscindamus, si aduramus spinas, poterimus mille bonis perfrui, & fieri probabiles, & benedictionis participes. Recte autē peccatū tribulū appellauit, dicēs: Proferens autē spinas & tribulos. Vnde enim tenere vuleris, percutit & pungit, & est molestum etiā ad videndum. Postquam eos igitur increpauit sufficiēter, & terruit & percussit, curat eos iterū, ne amplius deiciat, & remissos efficiat. Tardū enim qui percutit, tardiorē efficit. Neq; ergo in omnibus adulatur, ne remissiores efficiat: neq; in omnib; percutit, sed aliquā tulum quidem percussoria apponens, multum autem curatoria affert per ea quæ subiiciuntur. Quid enī dicit? Nō veluti condēnantes vos hæc dicim;, neq; veluti putantes vos spinis esse plenos, sed timētes ne tales efficiamini. Meli; quippe est verbis vos terrere, ne rebus ipsis doleatis. Et hoc potissimū sapientia Pauli est. Et non dixit putam;, neq; conuicimus, neq; expectamus, neq; speramus. Sed quid? Confidimus autē de vobis dilectissimi meliora, & cū salute cōiuncta, tametsi sic loquimur. Quod etiā ad Galatas scribēs, dicebat: Confido autem de vobis in domino, quoniā nihil aliud sapientis. Illic enim quia valde culpabiles erant, & non erat vnde eos

1. Cor. 15. d

Esa. 5. a

Psal. 31. a

Luc. 8. c

Marc. 4. b

Galat. 5. b

Galat. 5. b

vnde eos de præsentibus laudaret, ex futuris hoc facit. Quoniā nihil aliud, inquit, sapientis. Hic autem ex præsentibus. Cōfidimus autem de vobis dilectissimi meliora, & cum salute coniuncta etiā sic loquimur. Et quoniā ex præsentibus nō habuit tanta quæ diceret: ex præteritis adstruit hanc consolationem, & dicit: Non enim iniustus est deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quam ostendistis in nomen eius, in eo qd; ministrastis sanctis, & ministratis. papæ, quomodo recreauit animas eorū, & cōfortauit: antiqua eis in mentem reuocans, & eō inducens vt necessariō nequeant cogitare, apud deum se in obliuionē venisse. Neceffe est enim peccare illum, cui non satisfactū est de spe, deūmq; iniustitiæ arguere. Proinde cōegit eos omnib; modis expectare illa futura. Eū enim qui desperat à præsentib; & animo cōcidit, ex futuris cōfortare quis poterit? Sicut & ipse Galatis scribēs dicebat. Currebatis bene. Et iterū: Tāta passi estis sine causa? si tamē sine causa. Sicut enim hic cū increpatione ponit laudem, dicēs: Cū debeatis esse doctores propter tēpus. Sic & illic, Miroi, quia sic citō transdumini. Cū increpatione dicit, quod laudis est. De maioribus enim cum ceciderint, miramur. Intuere latēter inditam laudē accusationi, & non de seipso hoc solum dixit, sed & de omnibus. Non enim dixit, confido: sed, confidimus de vobis meliora & optima, inquit. Siue de cōuersatione, siue de fructuū redditione hæc dicit. Deinde quoniā supra dixerat, quia reproba est & maledictioni proxima, & quia in combustionem erit. Non vniue(inquit) de vobis hoc dicimus. Nō enim iniustus est deus, vt obliuiscatur operis vestri & charitatis. Pro qua re ergo hæc dicimus? Desideramus vnūquēq; vestrum idem demonstrare studium ad plenam certitudinē spei vsque ad finem, ne imbecilles efficiamini: imitatores autem sitis eorum qui per fidē & patientiam hæreditatem promissionū accipiunt. desideramus autem, inquit. Non ergo studemus tantum neq; vsq; ad verba volumus hoc. Sed quid? desideramus circa virtutem vos versari, non veluti priora vestra culpantes, inquit, sed pro futuris solliciti. Et non dixit, quia non sicut priora vestra culpantes, sed præsentia. Soluti estis enim, & negligētiore effecti. Sed vide quomodo mansuete significauit, & non increpauit. Quid enim dixit? Cupimus autē vnumquēque vestrum idem studiū ostendere vsque ad finem. Hoc enim mirabile est in Pauli sapientia, quoniā nō ostendit remissiores esse factos, vel opus aggressum reliquisse. Dicendo enim, Cupimus vnumquēq; vestrum, hoc est veluti si quisquā dicat: Volo te studere semper, & qualis fuisti primum, talē esse & nunc, & in futurum. Hoc enim redarguionem eius & faciliorem, & tolerabiliorem reddit. Et non dixit Volo, quod est autoritatis doctrinæ, sed qd; erat paternæ dilectionis, amplius quā velle, cupimus, inquit, tantū non dicens, ignoscite, etiamsi graue quid loquamur. Cupimus vnumquēq; vestrū idem studium ostendere vsq; ad finem, & plenam certitudinē spei. Spes, inquit, sustinet, ipsa est quæ recreat ne dissoluamini, ne desperetis, & superflua sit vestra spes. Qui enim bona operatur, & bona sperat, & nunquā desperat de seipso. Ne imbecilles efficiamini. Adhuc efficiamini, quāquam supra dicebat, quoniā imbecilles facti estis auditu. Sed intuere quomodo vsq; ad auditum imbecillitatē statuerit. Hic autē id ipsum significat, prout si diceret: Ne perseveretis tales. Sed iterū id ipsum in

Galat. 5. a

Ibid. 3. a

Galat. 1. a

Rom. 5. a

Supr. 5. d

Galat. 5. b

Galat. 5. b

futurum profert tempus, quod nō est obnoxium dicens: Ne imbecilles efficiamini. Tēpori enim necdū præsentī obnoxij esse nō possumus. Qui enim in præsentī ad studiū admonetur, velut negligens fortassis & segniss est: qui vero in futurum, nō sic. Cupimus autem vnumquēq; vestrum, inquit. Magna dilectio, & maiorum & minorum similiter curā gerit, & omnes nouit, nullū despicit, sed eandē circa vnunquēque curam demonstrat, & æqualē honorem ad omnes. Vnde & maxime persuadebat suscipere quicquid graue esset in verbis. Ne imbecilles efficiamini, inquit. Sicut ociū corp; lēdit, sic & animā ociū à bonis remissorem reddit, & infirmā. Imitemini autem, inquit, eos qui per fidē & patientiam hæreditatem promissionū accipiunt. Et qui sint isti, deinde dicit. Primum dixit, imitemini priores vestros labores. Deinde ne dicerent quos: reuocat eos ad Patriarcham, exemplum eis laborum & virtutum domesticum afferens: ne se putarent nihil iam ad patriarchā pertinere, cōtemptrōsq; derelinqui: sed vt possent scire, quia magis fortium virotum est istud, vt per tentationes iter huius vitæ pertranseat, & quia admirādis & magnis viris sic vitur deus. Oportet autē, inquit, cū patientia omnia tolerare, hoc enim est etiā credere. Si vero dicat, quia dat, & accipias confestim quod credidisti. Inequaquā tuę fidei erit istud, sed meę gratiæ, hoc est dantis. Si vero dicam. Quoniam do, & post centū annos dabo: tu vero nō desperes, tunc me fidelē existimasti, tunc competentē de me opinionem habes. Vides quia sapius infidelitas nō ex desperatione cōtingit tātū, sed etiā ex pusillanimitate, & ex eo quod non longanimitate fert quisquā, & nō ex eo qui promiserat? Non enim iniustus est deus, inquit, vt obliuiscat charitatis vestrę & studij, quod ostēdistis in nomine eius in eo quod ministrastis sanctis, & ministratis. Magna illis testificatur, nō opera tantum, sed etiā alacritatem operū: quod & alibi dixit. Non solū autem, sed etiā seipfos dederūt domino & nobis. Quod ostēdistis, inquit, in nomine eius in eo quod ministrastis sanctis, & ministratis. Intuere quomodo iterum eos curat, inferens. Et ministratis adhuc, etiam nunc. Et erigit eos, ostendens, quia nō illis fecerūt, sed deo. Quod ostendistis, inquit: & nō dixit in sanctos, sed in deū: hoc enim est in nomine eius, propter nomē eius omnia fecistis. Qui igitur tanto vestro studio à vobis dilectionēque perfruitus est, non contemnet vnquā vos, neque obliuiscetur. Hæc audientes rogo, ministrem; sanctis. Omnis enim fidelis sanctus est, secundum quod fidelis est, siue enī secularis est, sanctus est. Sanctificatus est enim, inquit, vir infidelis in muliere, & mulier infidelis in viro. Vides quomodo sanctificationē fides facit? Siue igit; secularē videas in perturbatione aliqua, porrigamus manū: nec in eos tantum, qui montibus sedent, efficiamur studiosi: sancti quidem sunt illi & vita & fide, sancti autē & isti fide, multi autē & vita. Nec si viderimus monachū in custodia, tūc intremus: si vero secularē, nō intremus, sanctus est & iste, & frater. Quid ergo, inquit, si aut sit immūdus aliquis, aut pollutus? audi Christū dicentem: Nolite iudicare, ne iudicemini. Tu propter deū fac. Et quid dico? Etiā si paganū videamus in fluctuatione, oportet benefacere: & simpliciter omnem in perturbatione cōstitutum, multo amplius autē fidelē secularē iuuare debemus. Audi Paulum dicentem: Facite bonum ad omnes, maxime autē ad domesticos

† accipias confestim, quid credidisti

1. Cor. 8. b

Moralē

1. Cor. 7. b

Marth. 7. c

Galat. 6. b

† nisi sit dignum, nisi sit in-fernum.

fidei. Sed nescio unde hoc introductū est, & unde ista consuetudo obtinuit: Qui enim monachos tantū quaerit, & illis solum benefacere vult, etiā ipsos scrutatur, dicens: † Si est dignus, si est iustus, nisi fecerit signa, nō porrigo manum, maximam partē eleemosynę amputavit, & hoc ipsum tempore procedente iterū amputaturus est. Atque illa demū eleemosyna est, quę in peccatores fit, quę in fontem. Eleemosyna enī est, nō eorū qui iam perfecti sunt, sed qui deliquerūt misereri. Et ut discas aduerte parabolā: Descēdit quis, inquit, de Hierosolymis in Hiericho, & incidit in latrones, qui cęsum reliquerūt iuxta viam semiuivū. Venit quidā Leuita, & viso eo præteriuit. Venit quidā sacerdos, & ipse viso illo præteriit. Venit vero quidam Samaritanus, & multam eius curā fecit, ligavit vulnera eius, infudit oleum, imposuit in iumentū suum, perduxit eum ad diuersorium, dixitque hospiti, adhibe illi curā. Et intuere liberalitatem magnā. Et ego tibi dabo, inquit, quicquid erogaueris. Quis ergo est proximus huius? Qui fecit misericordiā, inquit. Vade ergo, inquit, & tu & fac similiter. Et intuere qualē dixit parabolā. Non dixit quia Iudæus in Samaritā fecit, sed quia Samarita liberalitatē illam totā exhibuit. Auditis igitur his omnibus, non solum fidei domesticorum curam ita geramus, vt ceteros negligamus. Si igitur, inquit, & tu videas quęquam male pati, nihil iam in eo curiosę scrutaris: dignus est enī quę adiuues, hoc ipso quod male affligitur. Si enim videas a finē præfocari, erigis ipsum, & nō scrutaris cuius sit: multo magis hominē nō oportet scrutari cuius sit. Dei quippe est, siue paganus sit, siue Iudæus, sed adiutorio indiget. Si quidē discutere & iudicare iussus esses, bene ista diceris: nunc autem calamitas illius nō te permittit hęc discutere. Si enim nec de sanis nos scrutari oportet, neque aliorū causas inquirere: multo amplius eos quę male patiunt. Alioqui quid vidisti abundantem ac celebrem? tū dicas eum esse malum ac vilem. Si vero male patientē videris, noli dicere, quia malignus est. Cū enim placet hominibus quisquam, bene hoc dicimus: cū vero in calamitate est, & adiutorio indiget, nō oportet dicere, quia malus est. Crudelitatis hoc quippe est, & inclemētīę, & superbīę. Quid Iudæis iniquius fuit, dic mihi? Et tamen vltus est eos deus, & iuste & valde iuste, & tamē cōdolentes eis suscepit: eos vero qui tād uersum eos insurrexerunt, vltus est. Nihil patiebatur, inquit, in cōtritione Ioseph. Et iterū inquit: Redime occidēdos. Ne parcas pecuniis. Nō dixit Scrutare, & cognosce quis est, licet plerunq; mali sint qui ad uicem ducuntur: hoc quippe est maximę misericordię. Qui enim amico benefacit, nō propter deū omnino facit: qui autē ignoto, iste pure propter deū facit. Nō li parcere pecuniis, & si omnia sint infumēda, da Nos autem videntes qui strangulantur ac lamentantur, & peiora mille mortib; patiūtur, & iniuste fortassis, parcimus pecuniis, & cōtemnimus fratres. De inanimatis quidem curam gerimus, animas vero negligimus, cum Paulus dicat: In mansuetudine docete eos quę cōtrarij sunt, tne forte det eis de; penitentiā ad cognoscendā veritatē, & respiscant de diaboli laqueis, captiuati ab eo secundū eius volūtatem. † Ne forte, inquit, intueris quāta lōganimitate plenum sit hoc verbum: hūc & nos imitemur, de nullo desperantes. Etenim piscatores sapius retia mittentes aliquādiu voto frustrati tandem cōpotes illius fiunt: sic & nos speremus, quoniam repente ostēdet nobis fructum matu-

rum. Etenim agricola cum seminat, primū diē & secundum sustinet, & multū tēpus expectat, & repente vndiq; videt fructus germinātes: hoc etiā in nobis futurū esse expectemus, gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, vnā cum sancto spiritu, gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xi. ex cap. vi.

**A**brahe nāque pollicitus deus, cū non posset per quem-  
quam maiore iurare, iurauit per seipsum, dicens, Nisi  
benedicens benedixero te. Et sic cum longanimitate expectasset, ade-  
ptus est repromissionem. Homines enim per maiorem iurant, & habet  
omnis controuersie eorum finis ad confirmationem est iuramentum. Postquam increpauit fortiter Hebræos, & terruit eos sufficienter, primū quidē laudibus eos cōsolatur: secūdo autem, quod etiā fortius est, per id quod omnino percepturos eos ostendit quę sperabāt: & hęc cōsolationē non ex futuris facit, sed iterum ex præteritis, quod magis eos credere faciebat. Sicut enī in supplicio per illa magis terret, sic etiā in præmijs per hęc cōsolatur, ostendens cōsuetudinē dei. Hęc autē est, vt nō celeriter exhibeat promissa, sed per multum tēpus. Facit autem hoc, maximum potētīę eius proferens argumentum, & nos ad fidem adducens, vt qui in tribulationibus viuim; & promissiones necdū accepimus, non desperemus mercedem laborū nostrorum: Relictis autē omnibus, quanquam multos haberet, Abraham in mediū adduxit tum propter dignitatem personę, tū propterea quod maxime in eo istud cōtingerat, t cum etiā in fine epistolę dicat, quia hi omnes de longinquo illas vidētes, & saluantes, nō receperunt promissiones, ne sine nobis perficerētur. Abraham nāque, inquit, pollicitus deus, quoniā neminem habuit, per quem iuraret maiore, iurauit per semetipsum, dicens: Nisi benedicens benedixero te, & multiplicans multiplicauero te. Et cū sic longanimitate expectasset, adeptus est repromissionē. Quomodo nō accepit: Quomodo adeptus est? Non de eisdē ipsis dicit & hic & illic, sed duplicem facit cōsolationē. Promisit Abraham, inquit, & quædā quidē hic post multum temporis dedit, quædam autē illic necdum: & sic cū lōganimitate tulisset, adeptus est repromissionem. Vides quia nō repromissio sola totum operata est, sed & longanimitas? Hic terret eos, ostendēs quia sapius impeditur repromissio per pusillanimitatē: & hoc ostendit quidem per plebē. Quoniā enim pusillanimes erant, propter hoc repromissiones non sunt adepti: contrarium autē ostendit per Abraham: deinde circa finem etiā aliquid plus facit: quoniam & longanimitate ferentes non sunt adepti, & neque sic tamen contristantur. Homines enim per maiore iurant, & omnis controuersie eorū finis ad cōfirmationem est iuramentū. Deus autem qui non habuit maiorem per quē iuraret, per semetipsum iurauit. Optime. Quis igitur est qui iurauit Abraham? Nōne filius? Non, inquit, magis autē ipse. Esto, non contēdo. Quando vero ipse iurat, Amen amen dico vobis, idem scilicet iusurādum, nōne manifestū est, quia non habet maiorem per quem iuret hoc illum pacto iurare? Sicut enim pater iurauit, sic & filius per semetipsum iurat, dicens: Amen amen dico vobis. Hic eos commonefacit & iuramentorū Christi, quibus sapius dicebat: Amen, amen dico tibi, qui credit in me, non morietur in æternū. Quid est, & omnis controuersie eorum

**B**rahe nāque pollicitus deus, cū non posset per quem-  
quam maiore iurare, iurauit per seipsum, dicens, Nisi  
benedicens benedixero te. Et sic cum longanimitate expectasset, ade-  
ptus est repromissionem. Homines enim per maiorem iurant, & habet  
omnis controuersie eorum finis ad confirmationem est iuramentum. Postquam increpauit fortiter Hebræos, & terruit eos sufficienter, primū quidē laudibus eos cōsolatur: secūdo autem, quod etiā fortius est, per id quod omnino percepturos eos ostendit quę sperabāt: & hęc cōsolationē non ex futuris facit, sed iterum ex præteritis, quod magis eos credere faciebat. Sicut enī in supplicio per illa magis terret, sic etiā in præmijs per hęc cōsolatur, ostendens cōsuetudinē dei. Hęc autē est, vt nō celeriter exhibeat promissa, sed per multum tēpus. Facit autem hoc, maximum potētīę eius proferens argumentum, & nos ad fidem adducens, vt qui in tribulationibus viuim; & promissiones necdū accepimus, non desperemus mercedem laborū nostrorum: Relictis autē omnibus, quanquam multos haberet, Abraham in mediū adduxit tum propter dignitatem personę, tū propterea quod maxime in eo istud cōtingerat, t cum etiā in fine epistolę dicat, quia hi omnes de longinquo illas vidētes, & saluantes, nō receperunt promissiones, ne sine nobis perficerētur. Abraham nāque, inquit, pollicitus deus, quoniā neminem habuit, per quem iuraret maiore, iurauit per semetipsum, dicens: Nisi benedicens benedixero te, & multiplicans multiplicauero te. Et cū sic longanimitate expectasset, adeptus est repromissionē. Quomodo nō accepit: Quomodo adeptus est? Non de eisdē ipsis dicit & hic & illic, sed duplicem facit cōsolationē. Promisit Abraham, inquit, & quædā quidē hic post multum temporis dedit, quædam autē illic necdum: & sic cū lōganimitate tulisset, adeptus est repromissionem. Vides quia nō repromissio sola totum operata est, sed & longanimitas? Hic terret eos, ostendēs quia sapius impeditur repromissio per pusillanimitatē: & hoc ostendit quidem per plebē. Quoniā enim pusillanimes erant, propter hoc repromissiones non sunt adepti: contrarium autē ostendit per Abraham: deinde circa finem etiā aliquid plus facit: quoniam & longanimitate ferentes non sunt adepti, & neque sic tamen contristantur. Homines enim per maiore iurant, & omnis controuersie eorū finis ad cōfirmationem est iuramentū. Deus autem qui non habuit maiorem per quē iuraret, per semetipsum iurauit. Optime. Quis igitur est qui iurauit Abraham? Nōne filius? Non, inquit, magis autē ipse. Esto, non contēdo. Quando vero ipse iurat, Amen amen dico vobis, idem scilicet iusurādum, nōne manifestū est, quia non habet maiorem per quem iuret hoc illum pacto iurare? Sicut enim pater iurauit, sic & filius per semetipsum iurat, dicens: Amen amen dico vobis. Hic eos commonefacit & iuramentorū Christi, quibus sapius dicebat: Amen, amen dico tibi, qui credit in me, non morietur in æternū. Quid est, & omnis controuersie eorum

**C**onfirmationem est iuramentum. Postquam increpauit fortiter Hebræos, & terruit eos sufficienter, primū quidē laudibus eos cōsolatur: secūdo autem, quod etiā fortius est, per id quod omnino percepturos eos ostendit quę sperabāt: & hęc cōsolationē non ex futuris facit, sed iterum ex præteritis, quod magis eos credere faciebat. Sicut enī in supplicio per illa magis terret, sic etiā in præmijs per hęc cōsolatur, ostendens cōsuetudinē dei. Hęc autē est, vt nō celeriter exhibeat promissa, sed per multum tēpus. Facit autem hoc, maximum potētīę eius proferens argumentum, & nos ad fidem adducens, vt qui in tribulationibus viuim; & promissiones necdū accepimus, non desperemus mercedem laborū nostrorum: Relictis autē omnibus, quanquam multos haberet, Abraham in mediū adduxit tum propter dignitatem personę, tū propterea quod maxime in eo istud cōtingerat, t cum etiā in fine epistolę dicat, quia hi omnes de longinquo illas vidētes, & saluantes, nō receperunt promissiones, ne sine nobis perficerētur. Abraham nāque, inquit, pollicitus deus, quoniā neminem habuit, per quem iuraret maiore, iurauit per semetipsum, dicens: Nisi benedicens benedixero te, & multiplicans multiplicauero te. Et cū sic longanimitate expectasset, adeptus est repromissionē. Quomodo nō accepit: Quomodo adeptus est? Non de eisdē ipsis dicit & hic & illic, sed duplicem facit cōsolationē. Promisit Abraham, inquit, & quædā quidē hic post multum temporis dedit, quædam autē illic necdum: & sic cū lōganimitate tulisset, adeptus est repromissionem. Vides quia nō repromissio sola totum operata est, sed & longanimitas? Hic terret eos, ostendēs quia sapius impeditur repromissio per pusillanimitatē: & hoc ostendit quidem per plebē. Quoniā enim pusillanimes erant, propter hoc repromissiones non sunt adepti: contrarium autē ostendit per Abraham: deinde circa finem etiā aliquid plus facit: quoniam & longanimitate ferentes non sunt adepti, & neque sic tamen contristantur. Homines enim per maiore iurant, & omnis controuersie eorū finis ad cōfirmationem est iuramentū. Deus autem qui non habuit maiorem per quē iuraret, per semetipsum iurauit. Optime. Quis igitur est qui iurauit Abraham? Nōne filius? Non, inquit, magis autē ipse. Esto, non contēdo. Quando vero ipse iurat, Amen amen dico vobis, idem scilicet iusurādum, nōne manifestū est, quia non habet maiorem per quem iuret hoc illum pacto iurare? Sicut enim pater iurauit, sic & filius per semetipsum iurat, dicens: Amen amen dico vobis. Hic eos commonefacit & iuramentorū Christi, quibus sapius dicebat: Amen, amen dico tibi, qui credit in me, non morietur in æternū. Quid est, & omnis controuersie eorum

eorum finis ad confirmationem est iuramentū? Perinde ac si diceret, ex hoc soluit omnis cōtrouersie disceptatio, nō illius vel illius, sed oīs. Oportebat quidem & sine iuramento credere deo. In quo deus cum vellet abundantius ostēdere promissionis hereditibus, immobilitatē consilij sui, interposuit iusurandū. Hic & fideles includit. Propterea etiam huius promissionis mentionē facit, prioris scilicet, quę communiter facta est. Interposuit iusurandum. Iterū hic filium dicit inter homines & deum mediatorem esse factum. Vt per duas res immobiles in quibus impossibile est mentiri deum. Per quas? Videlicet quod dicit & promittit, deinde & iuramentum addidit promissioni. Quoniam enim apud homines hoc videtur certius esse, cui iuramentum interfuerit: propterea etiā hoc addidit, vides quomodo dignitatem suā nō attendit, sed vt hominibus persuadeat, indigna de se patiē dici hoc est, satisfacere volens. Et in Abraham quidem ostendit dei esse totū opus, nō longanimitatis illius. Si quidem & iuramentū passus est addere & per quē iurant homines, per hunc iurauit & deus, hoc est per semetipsum. At homines vt per maiorem, ipse autē non sicut per maiorem, & tamen fecit. Non æquale est hominē per se iurare, & deum. Homo enim sui potestatē non habet. Intueris igitur, quia non ad Abraham magis, quā ad nos dictū est. Fortissimum (inquit) solatium habemus, qui confugimus ad tenendam propositam spem. Et hic iterū: cum longanimitate expectasset, adeptus est promissionem. Nunc, inquit, & nō dixit, quia iurauit. Iuramentum autē quod sit, aperuit, dicens: † cum non posset per maiorem iurare. Sed quia incredulum est humanū genus, ad eadem se nobiscum demittit. Sicut igitur iurat propter nos, (quanuis indignū ei sit non credi) ita & illud: & didicit ex quibus passus est, dixit. Quoniā homines hoc putant maxime esse dignū fide, vt per experimētum quis transeat. Propositā spem. Quid est propositam spem? Ex his, inquit, futura cōiicimus, si enim ista post tantum temporis facta sunt, vtique & illa. Proinde ea quę ad Abraham facta sunt, credere nos faciūt & de futuris. Quem sicut ancoram, inquit, habemus animæ tutam ac firmā, & introeuntē vsque in interiora velaminis, vbi præcursor pro nobis introiit Iesus secundū ordinē Melchisedech, pontifex factus in æternum. In mūdo adhuc constitutos, & necdum translatos ex hac vita, ostēdit iam quoque in rebus esse promissis. Per spem enim in cœlo sumus, dixerat, Persistite, omnino enim futura sunt. Deinde certos reddens, dicit: Magis autem spe. Et non dixit: Nos sumus in interiorib; , sed quia ipsa spes vel ancora ingressa est in interiora: quod verū erat & credibilis. Sicut enim ancora iacta de nauī nō permittit eam circumferri, licet innumerī venti cōmoueāt, sed iacta firmam facit: sic & fides. Intuere, quomodo valde conueniētem inuenit imaginem, Non enim dixit fundamentum quod dissonaret, sed ancoram. Quod enim in fluctu marino est, & non valde videtur supra mare fixum esse, sicut quod super terrā stat, & mouetur, & nō mouetur. In valde firmis enī & philosophis merito illam similitudinē posuit Christus, dicens: Si quis ædificat domum suā super petrā. In eis vero qui dubitabant, & debebant per spem portari, propterea hoc posuit Paulus. Tempestas enim, & multus imber cōmouet ratem: spes autē non permittit eam circumferri, etiam si mille cōcutiant venti. Proinde si hanc nō haberemus, olim demersi fuissetis: nō autē in spiritalibus tantum, sed etiam in secularibus multā quis

spei inuenit fortitudinem: vtputa in negociando, in agricultura, in militia. Nisi hęc quisquā primo proponat, nunquā aliud attingit. Non simpliciter dixit ancoram, sed tutā, & firmā, quę nō mouetur, ingredientem vsq; ad interiora velaminis, ac si diceret penetrātem cœlos. Deinde etiam fidē intulit, vt nō sola spes sit, sed & vera valde. Post iuramentum enim aliā quoque ponit, per res ipsas approbationem. Quia iā præcursor pro nobis introiit Iesus. Præcursor autē quorundā est præcursor sicut Ioannes Christi. Et nō dixit simpliciter, introiit, sed vbi præcursor pro nobis introiit, veluti oporteat & nos cōsequi. Nō enim multū est spacij inter præcursorē, & consequentem: alioqui præcursor nō esset. Præcursorē etenī & consequētes in eadē ipsa via esse cōcūnit, & cœlestigio assequi præcedentem, eos qui subsequuntur. Secundū ordinem Melchisedech, inquit, pōtifex factus in æternū. Ecce & alia cōsolatio. Siquidē supra pōtifex noster, & multo melior eo qui apud Iudæos, non modo tantū, sed etiam loco, & tabernaculo, & testamēto, & persona. Hoc autem de eo, qui secundū carnem est dicitur. Oportet itaq; & illos quorum est pōtifex admodū esse meliores. Et quātum est inter Aaron & Christū, tātum inter nos & Iudæos. Intuere quippe, in cœlis habemus sacrarium, in cœlis sacerdotē, in cœlis hostiā: talia etiā nos offeramus sacrificia, quę in illo sanctuario possint offerri. Non iā pecudes, vel boues, nō iam sanguinē & vaporem, omnia hęc soluta sunt, & pro eis introductum est rationale obsequiū. Quid autē est rationale obsequiū? Quæ per animā, quæ secundum spiritū offerūtur. Spiritus est, inquit, deus, & eos quę adorant eū, in spiritu & veritate oportet adorare. Quicquid non indiget, corpore, quicquid non indiget instrumentis, neque locis in quibus ipse quidē est pōtifex: veluti est māuetudo, temperantia, misericordia, patiētia, lōganimitas, animi modestia. Sacrificia enim hęc & in veteri testamēto inueniet quis olim præfigurata. Sacrificate, inquit, deo sacrificiū iusticię. Et: Sacrificate sacrificiū laudis. Et: Sacrificium laudis glorificabit me. Et: Sacrificiū deo spiritus cōtribulat. Et quid dominus exquirat a te, nisi vt audias eū. Holocaustomata p peccatis non probasti, tunc dixi: Ecce venio, vt faciam voluntatem tuam. Et iterū: Vt quid mihi libamē de Sabba? discede a me. Aufer a me sonitum cantilenarū tuarū, & psālmum organorum tuorum nō audia, sed pro istis misericordiā volō & nō sacrificiū. Intueris qualib; sacrificiis placat deus: vides & iā ab initio, alia quidē discedētia, alia succedentia sacrificia: hęc igitur offeramus. Illa quidē diuitiarū sunt & diuitum, hęc autē virtutis: illa extrinsec; , ista intrinsec; : illa & quiibet operari potest, hęc autem pauci. Quāto enim melior est pecore homo, tanto hoc sacrificiū melius est illo. Hic enim animā tuā oblationē offers. Sunt etiā alię oblationes, quę verē sunt holocaustomata, martyrum corpora. Ibi & anima & corpus offeruntur: illa sacrificia odorē suauitatis habēt maximū. Potes & tu, si volueris, tale sacrificiū offerre. Quid enim si non igni comburatur corpus: sed alio igni potest, vtputa paupertatis voluntarię, tribulationis. Cū enim liceat deliciose & optime degere, si eligat laboriosa vita, & amara, mortificāscorpus tuū, nōne holocaustoma est? Mortifica ergo corpus tuū, & crucifige, & accipies, & tu huius martyrij coronā. Quod enī illic gladius operatur, hoc hic animi alacritas faciat. Nō incēdat, neque occupet pe-

\* iusurandum, id est, interpositum iusurandum, vel mediator fuit iurando. vide Oecumenium.

† nōne per maiorem iurare.

Matth. 7.

Moralē

Ioan. 4. 6

firmata]

ger.

Psal. 4 b

Ibi. 106. c

Ibid. 49. d

Ibid. 50. d

Mich. 6. c

Psal. 39. b

Hiere. 6. e

Amos. 5. a

1. Cor. 13. c

1. Cor. 13. c

1. Cor. 13. c

1. Cor. 13. c

1. Cor. 13. c

1. Cor. 13. c

1. Cor. 13. c

1. Cor. 13. c

1. Cor. 13. c

1. Cor. 13. c

† Job illorum mala gau debant] Amos 6. b Pro. 24. d

2. Tim. 2. d

† si quādo.

† si quādo.

† si quādo.

† si quādo.

† si quādo.

† si quādo.

† si quādo.



cuniarū amor, magis extinguatur cupiditas ista im-  
 portuna igne spiritali, excidatur gladio spiritus. Istud  
 sacrificium est bonū, non opus habens sacerdote, ni-  
 si ipso offerente, hoc est sacrificiū bonū. Inferne qui-  
 dem perficitur, sed sursum in cœlis confestim assumi-  
 tur. Nōne miramur, quia in antiquo tempore ignis  
 descendens omnia consumebat: licet tibi & nunc, vt  
 descendat ignis multo mirabilior illo, & omnia con-  
 sumat quæ offeruntur: magis autem non consumat,  
 sed sursum leuet in cœlum. Hæc enim nō vertunt in  
 cinerem, sed dona offerunt deo: tales etiam erāt Cor-  
 nelij preces. Orationes tuæ, inquit, & eleemosy-  
 nę tuæ ascenderūt in memoriam, in cōspectu dei. In-  
 tueris coniugationē optimā. Tunc exaudimur, quan-  
 do & nos audimus pauperes accedētes. Qui autē ob-  
 turat, inquit, aures suas, vt non audiat pauperē, depre-  
 cationem eius non exaudiet deus. Beatus, itē, inquit,  
 qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala  
 liberabit eum dominus. Quæ vero mala dies est, nisi  
 quæ mala erit peccatoribus? Quid est, qui intelligit?  
 hoc est qui cognoscit quid sit pauper, q̄ tribulationē  
 eius percipit. Cognoscēs enim tribulationē eius, vti-  
 que cōfestim miserebitur eius. Si videris pauperem,  
 nō pertranseas: sed statim cogita quis sis, & si tu esses in  
 illo, quidnam velles omnes facere. Qui intelligit, in-  
 quit, cogita quia similis tibi liber est, & eandem tecū  
 participatur generositatem, & tanta tecū communia  
 habet: & fortassis nec canibus tuis æqualis est: sed illi  
 quidem saturantur, iste autē sæpius dormiuit esuriēs:  
 & seruis tuis in honorabilius tractatur, q̄ liber est. Sed  
 illi tibi necessaria officia complent. Quæ ista? Seruiūt  
 tibi bene. Si autem ostendero illum necessarium offi-  
 ciū tibi implere, multo amplius quā seruos tuos? Ad-  
 erit tibi quippe in die iudicij & eruet te ex igne. Quid  
 tale omnes serui faciunt? Quando Tabitha defuncta  
 erat, quis eam resuscitauit? Serui circūstantes, an pau-  
 peres? Tu autem neque seruis liberum æqualē facere  
 vales. Frig⁹ est, & iacet laceris circūdatu pauper mo-  
 riturus, dentes quatiēs, & vultu & habitu deprecans:  
 tu autem calefactus & ebrius pertrās. Et quomodo  
 vis deum, in calamitatibus te constitutum liberare?  
 Sæpenumero autē etiā hoc dicis: Ego si essem & as-  
 sumerem quenquā qui multa peccauit, dimitterem  
 eum, & deus nō dimittit. Non hoc dicas, eum qui ni-  
 hil in te peccauit, non potes liberare. Sed despicias. Et  
 quomodo te peccantem in se dimittet deus? Nōne  
 hæc gehenna digna sunt? Et quid mirabile? Sæpius  
 quidem corpus mortuum sine sensu, nec iam hono-  
 ré sentiens, plurimis, & variis auro textis vestibus in-  
 duis: corpus autē quod frigore afficitur, & concidi-  
 tur, & cruciatur, & distēditur ex fame & gelu, despi-  
 cis, & amplius vanæ gloriæ subministras, quā timori  
 dei. Et vtiā vsq; ad hoc tātum insanix progredere-  
 ris. Sed cōfestim accusatio aduersus interpellantē.  
 Quid non operatur, inquit? Quid vacās pacitur? dic  
 mihi, tu per operationem habes quæ habes? Nōne ex  
 hereditate paterna illa accepisti? Si vero etiā ex labo-  
 re, num ideo exprobras alteri? Nōne audis Paulū di-  
 centem: Postquā enim dixit, Quia qui non operatur,  
 neq; manducet, vos autem bonum, inquit, facientes,  
 nō deficiatis: Sed quid, inquit, impostor est? Quid di-  
 cis o homo, propter vnum panem & vestimentū im-  
 postorem eū vocas? Sed confestim vendet illud, in-  
 quis. Tu autem cuncta tua bene disponis? Quid autē  
 num omnes ex ocio egent? Nemo per naufragiū? ne-

mo per iudicia? nemo per furta? nemo p pericula? ne-  
 mo per ægritudines? nemo per aliā calamitatē? Sed  
 si audierimus aliquem talia deplorātem, maiora cla-  
 mantem, & nudum cœlos inspicientē, & capillos de-  
 mittentem, & pannis circumdatum, confestim eū im-  
 postorem, fallacem, simulatorē vocamus. Nō crube-  
 scis? Quē impostorem vocas? Noli dare, & noli accu-  
 sare hominē. Sed habet, inquis, & fingit. Hoc tua est  
 accusatio, non illius. Scit enim cū crudelibus se habi-  
 tare, cum bestiis magis, quā cū hominibus. Et quia  
 etiam si miserabile proferat verbum, nullum ad mise-  
 randum adducit: & propter hoc cōpellitur & habi-  
 tum miserabiliorem sibi circūponere, vt tuam fran-  
 gat animam. Si viderimus aliquē in habitu liberi in-  
 terpellantem nos, iste, inquis, impostor est: & vt putē-  
 tur ex generosis esse, isto modo interpellat: si videri-  
 m⁹ in contrario habitu, & illū culpamus. Quid agant  
 deceptero? O crudelitatē, o arrogantiam. Quare, inquis,  
 aliqui mutilata membra denuciāt? Propter te, si mise-  
 ricordes essemus, istis eis artibus opus nō esset. Si pri-  
 ma interpellatione persuasissent, non tanta cōmentā  
 exquisissent. Quis est ita miser, vt velit tantū clama-  
 re, vt velit ad confusionē venire, vt velit publicē de-  
 plorare, cum nuda coniuge, cū filiis puluere cōsper-  
 gi? Hæc qua paupertate nō sunt peiora? sed p̄ his nō  
 solum misericordiam nullā a vobis accipiunt, magis  
 autem etiā accusantur. Adhuc autē & indignamur,  
 quoniā deū deprecantes non exaudimur: adhuc grā-  
 uiter ferimus, quoniā nō impetramus rogātes. Nō  
 cōtremiscimus dilectissimi. Sed sēpi⁹ dedi, inquis. Tu  
 autem num semper vesceris? infantulos sæpius petē-  
 tes num abigis? O inuerecundiam. Pauperem inuere-  
 cundum vocas: Tu cum rapias, non es inuerecūdu?  
 ille autem pro pane deprecans, inuerecūdu iudica-  
 tur. Non intelligis quāta sit necessitas vētris? Nōne  
 omnia illius gratia facis? Nōne spiritalia propter hoc  
 negligis? Non cœlum tibi propositū est, & regnum  
 cœlorum? tu autē ventris timens tyrānidem, omnia  
 sustines, & illa contemnis: hæc est inuerecūdia. Nōne  
 tu ipse vides senes mutilatos? O nugas. Ille, inquis,  
 tantos aureos sceneratur, ille tantos, & medicat? Pue-  
 rorū hæc fabulę sunt, & vanitates. Etenim pueri tales  
 fabulas a nutricibus audiunt. Non mihi persuadetur,  
 non credo, absit. Ad vsurā dat quis, & in abundantia  
 cōstitutus medicat? Qua causa? dic mihi, quid est mē-  
 dicitate ignominiosus? Melius quippe est mori, quā  
 mendicare. Quandiu ita immites sumus? Quid ergo?  
 omnes ad vsuram dant: omnes impostores sunt? nul-  
 lus reuera pauper est? Etiā, inquis, & multi. Quid er-  
 go vel eis nō exhibes auxiliū? Vt quid existis scrupu-  
 losus vitæ eorū enucleator? Sed ista prætextus sunt,  
 & excusationes. Omni petenti te da, & volentem a te  
 mutuari non auerferis. Extende manum tuam, nō sit  
 contracta. Non enim vitarū constituti sumus discus-  
 sores, alioqui nullus hoc modo miserebitur. Quare  
 quando deū rogas, dicis: Peccatorum meorū ne me-  
 mineris: Proinde & si valde sit ille peccator, hoc ipsū  
 & in ipso cōsidera, & noli reminisci peccatorū eius:  
 tempus est misericordix, nō scrupulosæ discussionis:  
 misericordix, nō ratiocinationis. Nutriti vult, si qui-  
 dem vis, tribue: si autem non vis, dimitte nihil discer-  
 ptas quare miser sit & infelix. Quare nec tu misere-  
 ris, & volētes auertis: Quādo em̄ ille audierit a te, quo-  
 niam iste deceptor est, quoniā ille fictor est, quoniā  
 ille ad vsuram dat, incipit neque istis dare, neq; illis.

Omnes in

Omnes in suspicione habebit, tales esse putabit. Scitis  
 enim, quia quę mala sunt facilē suspicamur: quę verò  
 optima, non ita. Efficiamur misericordes, nō quomo-  
 docunq; sed quomodo pater noster cœlestis. Ipse &  
 adulteros, & meretrices, & maleficos nutrit. Et quid  
 dico? omnem speciem iniquitatis habentes. In tanto  
 enim mundo necesse est esse tales & plurimos. Verū-  
 tamen omnes nutrit, omnes vestit. Nullus fame periit  
 aliquando, nisi forte sponte. Sic efficiamur etiā nos  
 miseratores: si quisquam opus habuerit, & in necessi-  
 tate fuerit, illi auxiliare. Nunc autem ad hoc irratio-  
 nabilitatis venimus, vt nō solum circa pauperes hoc  
 faciamus, qui per vicos ambulant, sed etiam circa vi-  
 ros monachalem vitam agentes. Ille impostor est, in-  
 quis: Non hoc dicebant præsci: quia si indifferenter  
 omnibus demus, semper miseremur. Si autem cœ-  
 perimus scrutari, nunquam misericordiam præstabi-  
 mus. Quid dicis? vt panem accipiat, impostor est? Si  
 quidem auri talenta quæreret & argenti, aut vestes  
 preciosas, aut seruos, vel aliud quicquā, merito quis  
 istum diceret deceptorem. Si autē nihil horum, sed  
 nutrimentum & vestem, quæ philosophiæ sunt, nun-  
 quid hæc deceptoris sunt, dic mihi? Quiescamus ab  
 hac absurda curiositate, & diabolica, & perniciosa. Si  
 enim in clero electum se esse dicat, si sacerdotem no-  
 minet, scrutare: non enim sine periculo in talibus in-  
 discussa communicatio est. Circa maiora periculum  
 vertitur: non enim das, sed accipis. Si verò pro nutri-  
 mento postulat, nihil examines. Inquire quomodo  
 Abrahā hospitalitatē circa omnes transeuntes ostē-  
 debat. Si scrutator fuisset circa refugientes ad se, nū-  
 quam angelos hospitio recepisset. Fortassis enim nō  
 putans eos angelos esse, cum reliquis repulisset: sed  
 quoniam omnes suscipiebat, suscepit & angelos. Nō  
 enim ex vita accipientium a te, mercedem tibi retri-  
 buturus est deus: sed ex voluntate tuā, ex liberalitate  
 multa, ex misericordia, ex bonitate. Hæc si sint in te  
 omnia adipisceris bona: quæ nos omnes cōtingat a-  
 dipisci, gratia & misericordia domini nostri Iesu  
 Christi, cum quo patri, vnā cum sancto spiritu, glo-  
 ria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula  
 seculorum, Amen.

Gen. 18 et Heb. 13.4

Homilia xij. ex cap. vij.

Cap. vii. Gen. 14. d

**H**ic enī Melchisedech rex Salē, sacerdos dei summi, qui  
 obuiavit Abrahæ regresso a cæde regū, & benedixit  
 ei, cui decimas omnium diuisit Abraham. Qui primum  
 quidem ex interpretatione dicitur rex iustitiæ. Deinde autem  
 rex Salē, quod est rex pacis: sine patre, sine matre, sine genealo-  
 gia, neque initium dierū, neque finē vitæ habens, assimilatus autē  
 filio dei, manet sacerdos in perpetuū. Volens Paulus diffe-  
 rentiā demonstrare noui & veteris Testamenti, in mul-  
 tis hoc disseminat, & præludit, & explorat etiā aures  
 auditorū, & exercet. Confestim quippe ab ipso exor-  
 dio hoc quasi fundamēti loco præiecit, dicens: Quia  
 illis quidē locutus est in prophetis, nobis autem in fi-  
 lio: & illis quidem multifariā & multis modis, nobis  
 autē per filiū. Deinde de filio locutus, quis iste sit, &  
 quid operatus sit, & admonens credendū illi esse, ne  
 eadē patiamur, quæ & Iudæi, & Quia pōtifex est se-  
 cundū ordinē Melchisedech. Et sæpius in hęc diffe-  
 rentiā ingredi volens, & multa antē dispēsans, & in-  
 crepans, veluti infirmos, & iterū recurans, & recreās,  
 vt confidentiā reciperent, tunc iam introducit diffe-  
 rentiæ rationē vegetis iam & exercitatis auditoribus.  
 Qui enim desperat, nō facile quicquā aduertit. Et vt

Supra 1.4

patiamur

cognoscas, audi scripturā dicentem: Et non audierūt  
 Mosē propter pusillanimitatē. Propter hoc primum  
 excluso mœrore eorū, multis & terribilibus, & beni-  
 gnis sermonibus, tunc demū aggressus est de diffe-  
 rentia vtriusq; testamenti sermonem. Et quid dixit? Hic  
 enim Melchisedech rex Salē erat, & sacerdos dei alti-  
 ssimi. Et quod est mirabilius, in ipso typo demonstrat  
 multam esse differentiam. Quod enim dicebā, ex ty-  
 po, semper fidē facit veritati & ex præteritis propter  
 infirmitatem audiētium. Hic enim, inquit, Melchise-  
 dech rex Salē sacerdos dei altissimi, qui obuiavit A-  
 brahæ remeanti a cæde regum, & benedixit eum, cui  
 etiā decimas distribuit ab omnibus Abrahā. In pau-  
 cis totam narrationem posuit, & mysticē eam contē-  
 platus est, & primum a nomine. Primum quidē, qui  
 ex interpretatione, inquit, dicitur rex iustitiæ. Sedech  
 quippe iustitia dicitur, Melcha verò rex, Melchisedech  
 ergo rex iustitiæ. Vides & in nominibus adhibitā di-  
 ligentiā? Quis verò est rex iustitiæ, nisi dominus nos-  
 ter Iesus Christus? Deinde rex Salē: ex ciuitate, hoc  
 est rex pacis. Quod iterū pertinet ad Christū: iste nā-  
 q; nos iustos effecit, pacificauit quæ in cœlis sunt, &  
 quæ in terris. Quis homo rex est iustitiæ & pacis? Nul-  
 lus nisi solus domin⁹ noster Iesus Christus. Deidē al-  
 teram differentiam introducit. Sine patre, sine matre,  
 sine genealogia, neque initium dierū habens, neq; fi-  
 nem vitæ, assimilatus autē filio dei, manet pōtifex in  
 perpetuum. Quoniam igitur occurrebat illi quod di-  
 ctum est: Tu es sacerdos in æternū secundum ordi-  
 nem Melchisedech. Ille autē mortuus erat, & nō fuit  
 sacerdos in perpetuū. Intuere quali contemplatione  
 istud exposuit. Et quis hoc vnquā de homine dixerit?  
 Non re ipsa, inquit, dico: hoc est, nescimus quē patrē  
 habuit, vel quā matrem, neq; quando suscepit initium,  
 neq; quādo defunctus est. Et quid hoc inquis? Nū e-  
 nim quia nos nescimus, ideo defunctus nō est? nō ha-  
 buit parentes? bene dicis. Et defunctus est, & parētes  
 habuit. Quomodo ergo sine patre, sine matre? quo-  
 modo neq; initium dierū, neque finē vitæ habuit? Quo-  
 modo? propterea q̄ scripturæ nō inseratur. Et quid  
 hoc? Quemadmodū in illa non est narrata genealo-  
 gia eius, sic & Christ⁹ ipsa natura rei & sine initio, &  
 sine fine est. Sicut enim istius nescimus neq; initium  
 dicere, neq; finem vitæ, propterea quod nō est scri-  
 ptum: sic & nescimus filij dei vel initium vel finem, nō  
 quia non est scriptū, sed quia initium non habet vel  
 finem. Nam ille quidē typus est, atq; ideo ex eo quod  
 nec de initio nec de fine vitæ quicquā scriptū est, ta-  
 lis dicitur, hic verò ex ipsa veritate, & propterea quod  
 non fit ei vel initium vel finis, sicut etiam in nomi-  
 nibus. Hic em̄ appellationes erāt rex iustitiæ & pacis,  
 illic autem rerum veritas. Quomodo ergo initium ha-  
 bet? Intueris sine initio filium, nō quia nō habet cau-  
 sam ex qua sit: hoc enim impossibile est. Habet nanq;  
 patrē, alioqui quomodo filius? Sed quia nō habebat  
 initium vitæ, neq; finem, assimilatus autem filio dei.  
 In quo est similitudo? Quia & hui⁹ & illius finē igno-  
 ramus, & initium. Sed huius quidē, quia non est scri-  
 ptū, illius autem, quia omnino nō est: in hoc est simi-  
 litudo. Si autem in omnibus esset similitudo, non iā  
 typus esset & veritas, sed typus esset vtrunq;. Sicut &  
 in imaginibus est aliquid simile, est etiā aliquid dissi-  
 mile. In lineis quippe est similitudo quædā in chara-  
 ctere, dissimilitudo autē in impositione colorum: &  
 sic differentia manifesta monstratur, & quiddam qui-  
 dem simile,

Exo. 34. d

Ps. 109. b

dem simile, quiddam autem dissimile. Considerate autem, inquit, quantus iste fuerit, cui etiā decimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha. Interim coaptavit typum cum fiducia, deinceps ostendit eum etiā veris rebus, quæ erant apud Iudæos, clariorem: Si verò is qui typū habuit Christi, in tantū non solum sacerdotibus, sed etiam ipso progenitore sacerdotū melior est, quid dixerit quispiam de veritate? Intueris cū quanta abundantia ostendit excellentiā? Considerate autem, inquit, quantus iste sit, cui etiā decimas dedit Abraham patriarcha ex præcipuis. \*Præcipua exuviæ dicunt, & non potest dici quod veluti cōforti belli dederit. Propter hoc enim dicit: Obuiavit remeātī à cæde regū. Domi quippe federat, inquit, & de laborib⁹ suis dedit ei primitias Abraham. *Atque ii quidē qui de filiis Leui existentes sacerdotiū sumunt, mandatū habent, vt accipiāt decimas à populo secundū legem, hoc est, à fratribus suis: quanquā & ipsi exierint ex lumbis Abraham.* Tanta quippe erat, inquit, sacerdotij excellentia, vt etiam qui similis à progenitoribus honoris erant, & eundē habent progenitorem, tamē multo amplius meliores fuerint aliis. Decimas igitur ab illis accipiunt. Cū ergo aliquis inuētus fuerit ab illis ipsis decimas accipiēs, an nō isti quidē ordinē tenebūt laicorū, ille verò sacerdotij? & non hoc solum, sed neq; similis in honore fuit, sed ex alio genere. Proinde nullo modo dedisset alienigenæ decimas, nisi eius plurimus honor esset. Papæ quid efficit Paul⁹? plus quā credibile est, in epistola ad Romanos sermonē mouens declarauit, & nostræ, & Iudaicæ, cōuersationis Abraham progenitorē esse: hic autē multum aduersus eum ausus est, ostēdens incircuncisium multo esse meliorem. Quomodo ergo hoc ostendit? Quia ei Leui decimas dedit. Abraham, inquit, decimas dedit. Et quid ad nos hoc? Multū, inquit, ad vos: non em̄ contēdere potestis Leuitas esse meliores, quā Abraham sit. *Ille autem cuius genus non ex illis est, decimas accipit ab Abraham.* Deinde nō simpliciter trāsīuit, sed adiunxit, *Et habentem promissionem benedixit.* Quoniam sursum, atq; deorsum hoc honoris illorū gratia voluebatur, ostēdit ipsis honorabiliorē esse illū, ex communi omnī iudicio. Et sine vlla contradictione, inquit, hoc est, omnibus sic videtur. *Quod minus est à meliore aliquo benedicitur.* Proinde melior est typus Christi, etiam eo qui promissiones habebat. *Hic quidem decimas homines morituri accipiunt: illic autē testimoniū perhibetur, quia vinit.* Sed ne dicamus, quid ad antiqua reuerteris? dic nobis, inquit, *Et, vt ita loquar, per Abraham et Leui, qui decimas accepit decimatus est.* Quomodo? *Adhuc enim in lumbis patris erat cū ei occurreret Melchisedech.* Hoc est, in eo erat Leui, quamquam natus nondū esset. Et non dixit Leuitas, sed Leui. Vides eminentiam? vides quantum interest inter Abraham & Melchisedech, qui typum gerebat pontificis nostri? Et ostēdit excellentiam potestate, nō necessitate factam. Ille quippe dedit decimas, quod pertinet ad sacerdotē: iste benedixit, quod melioris est. Ista excellentia & ad posteros oēs pertrāsīit. Mirabiliter & fortiter exclusit Iudaicas rationes. Propterea dicebat, *Quia imbecilles facti estis: quia hæc euertere volebat, ne gloriarentur in eis.* Talis em̄ est sapiētia Pauli, præstruit primū, & tūc ingreditur ad ea, quæ vult ostendere. Difficile tractatu est genus humanum, & quod multa indigeat diligentia, & ampliore quā arbuta vel surculi. Illic enim natura corporum est, & terræ, obediens agricolarū manibus: hic autē voluntas est plurimas mutationes accipiens, & nunc quidē istud, nunc autem illud eligēs, procliuus enim est ad maliciam: Propterea oportet vndiq; cautelam exhibere, ne forte obdormiscamus: Ecce enim, inquit, nō obdormiet, neq; obdormiscet, qui custodit Israēl, & ne des in commotionem pedētuum. Non dixit, ne commouearis, sed tu ne des: igitur in nostro arbitrio est dare, & nullo alio. Si em̄ voluerimus stare firmi, & immobiles, nō commouebimur. Quid ergo? Nihil dei est? omnia quidē dei sunt, sed non ita, vt liberū arbitriū lædatur. Si igitur dei sunt, inquit, omnia, quid ergo nos culpamur? Propterea dixi, vt liberum arbitriū nostrum non lædatur: in nostro itaq; arbitrio est & in deo. Oportet nos quippe eligere primū quæ bona sunt, & tūc ipse, quæ sua sunt, introducit. Nō antecedit nostras voluntates, ne lædatur liberū arbitrium: cum autē nos elegerimus, multam tunc nobis adfert auxiliatiōē. Et quomodo ergo Paulus inquit: Neq; volentis, neque currentis, sed miserentis est dei? Primū quidem nō sicut propriam sententiā introducit, sed veluti ex his quæ proposita erant, hoc collegit & ex his quæ antē præmiserat. Cū enim dixisset, *Miserebor cuiuscunq; misereor, & cōmiserabor, quemcunq; commiseror, subiicit.* Itaq; Neque volentis, neq; currētis, sed miserentis est dei: Dicis ergo mihi, quid adhuc quæris? Secundum illud autem est dicendū. Quia cuius est amplius, totum esse dixit. Nostrū enim eligere tantum est & velle, dei autem efficere, & ad perfectionē perducere: quia ergo illius est quod ampli⁹ est, eius dixit esse vniuersū, secundum consuetudinem hominū: sic quippe etiam nos facimus. Verbi gratia: Videmus domū bene ædificatam, & dicimus quia totū artificis est: & tamē nō omne opus eius est, sed etiam operariorū, & qui materiam tribuit domui, & aliorū plurimorum: veruntamen quoniā amplius ille contulit, illius vniuersum opus esse dicimus: sic etiā & hic. Iterum in multitudine, vbi plurimi sunt, omnes esse dicim⁹: vbi autē pauci, nullum: sic & Paulus dixit, Neq; volētis, neq; currentis, sed miserentis est dei. Adstruit autem hic duo quædam magna, vnum quidem ne in superbiā erigamur: siue, cucurreris, siue fatigeris, inquit, non putes tuū esse effectū. Si em̄ desuper nō adueniat adiuuētum, omnia in vano erūt. Veruntamē quicquid adeptus fueris corū ad quæ festinas, manifestū quia curriendo, & volēdo adipisceris. Nō ergo hoc dixit, quoniam inuanum currimus. Sed quid? Quoniam inuanum currimus, si nostrū esse vniuersum putauerimus, si non plurimam partē deo tribuerimus. Neq; enim deus totū suū esse voluit, ne videatur sine causa nos coronare: neq; iterum nostrum, ne in superbiā incidamus. Si enim minimam partē habentes, alta sapimus, quid si toti⁹ nos operis nostri domini essemus? Multa quippe deus vt ambitionem nostrā recideret, fecit. Et adhuc altissima illa manus, quātis nos passionibus circūdedit, vt nostram recidat arrogantiam, quantis circūvallauit bestiis? Etem̄ quādo dicūt quidā, quid hoc, aut cur hoc, cōtra quod deo placet ista loquuntur. In tāto te timore cōstituit, & neq; sic humilia sapis, sed si modicam prosperitatē arripias, ad ipsum cælū pertingis alta sapiendo. Propterea etiam celeres mutationes existunt, & ruina, & neq; sic corripimur. Propterea mortes frequētes & immaturæ: nos autē veluti immortales sapim⁹, velut nūquā morituri. Sic rapim⁹ aliena, & sic ampliora cupim⁹, velut nunquā essemus reddituri rationem. Sic ædificamus tanquam

\* aq. p. d. v. s. p. o. l. i. a. e. p. i. m. a. Gen. 14. 6.

Rem. 4. 4.

sup. 5. c.

tanquam hic perpetuò permanfuri. Et neq; dei verbum per singulos dies nobis insonans, neq; ipsæ res nos corripiunt. Non est dies, non est hora, in qua nō videantur mortui frequēter efferri: sed oīa sine causa. Duritiam enim nostrā nihil mitigat, neq; ex alienis calamitatib⁹ meliores effici possumus, magis autē nolimus. Sed quādo soli lugemus, tūc humiliamur. Et si item manū suam remiserit deus, nos manum nostram erigimus. Nemo diuina sapit, nemo contēnit quæ in terra sunt, nemo ad cælum attendit: sed sicuti fues deorsum proni sunt, ad ventrē inclinati, in volutabris deuoluti: sic & plurimi hominū deterioribus volutabris se polluant, & nō sentiunt. Melius quippe est luto immūdo pollui, quā peccatis. Qui enim illic pollutur, paruo tēpore delauatur, & efficitur similis ei, qui illic nō cecidit: qui verò in barathrum ceciderit peccatorū, talem pollutionē accipit, quæ aquis nequeat dilui, sed multo tēpore op⁹ habeat, & pœnitentia diligētī, & lachrymis, & luctu feruentiore, ampliorēq; tempore, quā in dilectissimis nostris solemus ostēdere. Istæ quidem sordes extrinsecus nobis adueniūt, propterea & citius eas amittimus: Illæ autē intrinsecus generātur, propterea & vix delauantur, & expurgātur. De corde enim, inquit, exeūt cogitationes malignæ, fornicationes, adulteria, furta, falsa testimonia: idcirco & propheta dicebat: Cor mūdū creauit in me deus, & c. Alius autem: Laua à malitia cor tuū Hierusalem. Vides quia & nostrū est & dei opus bonum? Et iterum: Beati mundo corde, quoniā ipsi deū videbunt. Efficiamur mundi quantū valet virtus nostra: abstergam⁹ à nobis peccata. Quomodo autē possint abstergi, propheta docet, dicēs: Lauamini, mūdī estote, auferte malitias vestras ab animabus vestris in conspectu oculorū meorū. Quid est, in conspectu oculorū meorū? quia putātur esse quidam nō maligni, sed hominibus, deo autē manifesti sunt. Sepulchra sūt dealbata, ppterea sic dixit: auferte, sicut ego video. Discite bonū facere, exquirite iudicium, iustē iudicate egenū & pauperem. Et venite disputemus, dicit dominus. Et si fuerit peccata vestra sicuti fœnicium, sicut niuē dealbabo: si verò fuerint sicut coccinum, sicut lanam alba faciā. Intueris quia prius nos à nobis ipsis oportet mūdari, & tunc deus mundat: primo quidem dicens: mundi estote, tūc intulit ego dealbabo. Nemo igitur etiam eorum qui in profundū iniquitatum deuenerūt, desperet de seipso. Et si enim in habitū, inquit, venias, & penē in naturā ipsius iniquitatis, non timeas: propterea enim colores non tenues nominauit, sed penē qui consubstantiales vidētur subiectis in quibus sunt. Quos dixit in contrariū statum & habitū conuertere, non enim simpliciter se lauare dixit: sed sicut niuē & sicut lanam dealbare, vt nobis spem meliorē proponat. Magna itaq; est pœnitentiæ virtus, siquidem nos sicut niuem efficit, & sicut lanam dealbat, etiam si antecedens peccatū inficiat animas nostras. Festinemus itaq; mundi effici, nihil graue nobis imperauit: iudicate pupillo & iustē iudicate viduā. Vides quomodo vbiq; multa cura est deo, & multa ratio misericordiæ, & patrociniij exhibendi eis qui opprimūtur: hæc & nos aggrediamur opera, & poterimus gratia dei, bona futura adipiscī: quorum cōtingat nos omnes dignos effici in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri vnā cū sancto spiritu gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

ibidem. Lilerum arbitriū.

Rem. 9. c.

Exo. 33. d.

Phil. 2. d.

Mat. 5. 4.

ibidem. c.

tanquam hic perpetuò permanfuri. Et neq; dei verbum per singulos dies nobis insonans, neq; ipsæ res nos corripiunt. Non est dies, non est hora, in qua nō videantur mortui frequēter efferri: sed oīa sine causa. Duritiam enim nostrā nihil mitigat, neq; ex alienis calamitatib⁹ meliores effici possumus, magis autē nolimus. Sed quādo soli lugemus, tūc humiliamur. Et si item manū suam remiserit deus, nos manum nostram erigimus. Nemo diuina sapit, nemo contēnit quæ in terra sunt, nemo ad cælum attendit: sed sicuti fues deorsum proni sunt, ad ventrē inclinati, in volutabris deuoluti: sic & plurimi hominū deterioribus volutabris se polluant, & nō sentiunt. Melius quippe est luto immūdo pollui, quā peccatis. Qui enim illic pollutur, paruo tēpore delauatur, & efficitur similis ei, qui illic nō cecidit: qui verò in barathrum ceciderit peccatorū, talem pollutionē accipit, quæ aquis nequeat dilui, sed multo tēpore op⁹ habeat, & pœnitentia diligētī, & lachrymis, & luctu feruentiore, ampliorēq; tempore, quā in dilectissimis nostris solemus ostēdere. Istæ quidem sordes extrinsecus nobis adueniūt, propterea & citius eas amittimus: Illæ autē intrinsecus generātur, propterea & vix delauantur, & expurgātur. De corde enim, inquit, exeūt cogitationes malignæ, fornicationes, adulteria, furta, falsa testimonia: idcirco & propheta dicebat: Cor mūdū creauit in me deus, & c. Alius autem: Laua à malitia cor tuū Hierusalem. Vides quia & nostrū est & dei opus bonum? Et iterum: Beati mundo corde, quoniā ipsi deū videbunt. Efficiamur mundi quantū valet virtus nostra: abstergam⁹ à nobis peccata. Quomodo autē possint abstergi, propheta docet, dicēs: Lauamini, mūdī estote, auferte malitias vestras ab animabus vestris in conspectu oculorū meorū. Quid est, in conspectu oculorū meorū? quia putātur esse quidam nō maligni, sed hominibus, deo autē manifesti sunt. Sepulchra sūt dealbata, ppterea sic dixit: auferte, sicut ego video. Discite bonū facere, exquirite iudicium, iustē iudicate egenū & pauperem. Et venite disputemus, dicit dominus. Et si fuerit peccata vestra sicuti fœnicium, sicut niuē dealbabo: si verò fuerint sicut coccinum, sicut lanam alba faciā. Intueris quia prius nos à nobis ipsis oportet mūdari, & tunc deus mundat: primo quidem dicens: mundi estote, tūc intulit ego dealbabo. Nemo igitur etiam eorum qui in profundū iniquitatum deuenerūt, desperet de seipso. Et si enim in habitū, inquit, venias, & penē in naturā ipsius iniquitatis, non timeas: propterea enim colores non tenues nominauit, sed penē qui consubstantiales vidētur subiectis in quibus sunt. Quos dixit in contrariū statum & habitū conuertere, non enim simpliciter se lauare dixit: sed sicut niuē & sicut lanam dealbare, vt nobis spem meliorē proponat. Magna itaq; est pœnitentiæ virtus, siquidem nos sicut niuem efficit, & sicut lanam dealbat, etiam si antecedens peccatū inficiat animas nostras. Festinemus itaq; mundi effici, nihil graue nobis imperauit: iudicate pupillo & iustē iudicate viduā. Vides quomodo vbiq; multa cura est deo, & multa ratio misericordiæ, & patrociniij exhibendi eis qui opprimūtur: hæc & nos aggrediamur opera, & poterimus gratia dei, bona futura adipiscī: quorum cōtingat nos omnes dignos effici in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri vnā cū sancto spiritu gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

**S**ergo consummatio per sacerdotiū Leuiticū erat (populus enim sub ipso legē accepit) quid adhuc necessarium secundū ordinē Melchisedech alium surgere sacerdotem, & non secundū ordinē Aaron dicit? Translato enim sacerdotio necesse est vt legis translatio fiat. De quo enim hæc dicuntur, ex alia tribu est, de qua nullus altario præsto fuit. Manifestum est enim quod ex Iuda ortus est dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moses locutus est. Si ergo cōsummatio per Leuiticum sacerdotium erat, inquit, cū de Melchisedech dixisset & ostēdisset quantum melior esset quā Abraham, & multā differentiā prædicasset: hinc iam incipit ipsius testamēti differentiā ostēdere, & quomodo illud quidē imperfectū est, istud autem perfectū. Et necdū in ipsas res ingressus est, sed ex sacerdotio interī pugnat, & ex tabernaculo. Hæc enim credibilia erāt infidelibus, quādo ex eis quæ antecesserant & credita sunt, probatio fit. ostēdit ergo, quia multum & Leui, & ipso Abraham aliter Melchisedech in ordine sacerdotali fact⁹ est. Ex alio iterū argumentatur. Quomodo? Cur, inquit, non dixit, Secundum ordinem Aaron? & considera mihi excellentiam. Vnde enim videbātur sacerdotes illi⁹ repudiari sacerdotium, nempe quoniam non secundum ordinem Aaron fuit: inde istud quidē statuit, illos autē excludit. Hoc ipsum, inquit, dico: cur nō secundū ordinem, inquit, Aaron factus est? Sed etiā quod dixit, quid adhuc necessarium, multā habet emphasim. Si enim Christus secundum carnē antē fuisset secundū ordinē Melchisedech, deīde lex facta esset, & ea quæ circa Aarō disposita sunt: meritò quis dixisset, quia istis tanquā perfectioribus illa soluta sunt, & ex istis ingressis, illa discesserūt. Si verò Christ⁹ postea venit, & aliam sacerdotij formam suscepit: manifestū est id factū esse tanquā imperfectioribus existentibus illis quæ præcesserūt. Ponamus autē, inquit, omnia perfecta esse, & nihil imperfectū remanisse in sacerdotio antiquo: quid ergo opus erat secundum ordinē Melchisedech dici, & nō Aaron? pro qua re relicto Aarō, aliud introduxit sacerdotium, nēpe ipsius Melchisedech? Si equidem cōsummatio, hoc est, rerū, dogmatum, vitæ perfectio per Leuiticū sacerdotiū erat. Et attēde quomodo recta via progreditur. Postquā dixit, quia secundum ordinē Melchisedech, ostenditq; quia melius sacerdotium secundū ordinem Melchisedech (multū quippe melius est) deinceps ex tēpore quoq; hoc demōstrat, quia post Aaron fuit, vnde certū est, quia fuit melior. Quid sibi vult quod sequitur. Populus, inquit, in illo legē accepit: Quid est, in illo, sub illo, per illud, nempe sacerdotium. In illo enī legē accepit, hoc est, eovsus. Quid ergo alio sacerdotio op⁹ erat? Trāslatio quippe sacerdotio, necessario & legis trāslatio fit. Si verò aliū oportet sacerdotē esse, magis autē aliud sacerdotium, necessario & legē alterā. Hoc ad eos qui dicūt, quid opus erat nouo testamento? Poterat quidē adducere testimonium etiā ex prophetia: nempe, hoc est testamentū, quod disposui patribus vestris. Interī nūc ex sacerdotio dimicat. Et intuere quomodo ex superioribus dicat. Dixit, secundum ordinē Melchisedech. Hoc dicto exclusit sacerdotium Aaron: nequaquā enim secundū ordinem Melchisedech diceret, si illud sacerdotium melius esset. Si igitur sacerdotiū introductū est aliud, oportet & testamentū esse. Neq; em̄ potest

Homilia xiiij. ex cap. viij.

\* in autē, in illo, sub illo, per illud, nempe sacerdotium.



potest sacerdos sine testamēto esse, & sine lege, & sine praeceptis: neq; aliud accipere sacerdotiū, sed illo vete- re vti oportuit. Deinde quod opponi posset, tractat, quomodo sacerdos esse possit, qui nō est Leuita. Hoc in superioribus praestruens, neq; soluēdo dignū pu- tauit, sed in trāscursu hoc introducit, dixit quia trāslatum est sacerdotium, ergo & testamentum. Trāslatum est autem non ordine tantūmodo, neq; praec- ptis, sed etiam tribu. Oportebat quippe, vt etiā tribus mutaretur. Et quomodo? trāslatū est sacerdotium ex tribu ad tribū, de sacerdotali ad regalem, vt eadē ipsa sit & regalis & sacerdotalis. Et intueri mysteriū, primo fuit regalis, postea facta est sacerdotalis: sic etiam in Christo, rex quippe erat sēper, sacerdos autē factus est quādo carnem suscepit, quādo sacrificium obtu- lit. Vides mutationē: Quā quidem obiectionem habebant, hęc veluti ex rerū consequentia poscerētur introducit. In quo enī ista dicuntur, inquit, alterius tri- bus particeps erat, & ego noui, quia nihil sacerdotale habuit, translatio quippe est. Ego autē etiā aliā, in- quit, ostendo differentiam, non solum ex tribu, neq; solū ex persona, neq; † domo, neq; ex testamēto, sed ab ipso etiā typo. *Qui non secundū legem praecepti carnalis factus est, sed secundum potētiā vitæ insolubilis.* Factus est, inquit, pontifex non secundum legē praecepti carna- lis. Lex quippe illa ex multa parte carnalis erat. Quid est praecepti carnalis? Circūcide, inquit, carnē: vnge, inquit, carnem: laua carnem, mūda carnē, tonde car- nem, liga carnem, nutri carnē, ociū agito carni. Bona autē retributionis quę erāt? Multa vita carni, mel & lac carni, pax carni, delicię carni. Ex hac lege sacer dotiū suscepit Aaron: Melchisedech autē nō sic. Et amplius adhuc manifestū est, si quidē secundū simi- litudinē Melchisedech exurgit pontifex alter. Quid est, manifestū est? Quanta inter vtunq; sacerdotium differentia, quantū melior qui non secundum legem praecepti carnalis factus est. Quis iste? num Melchise- dech: non, inquit, sed Christus: sed qui secundū potē- tiā vitæ insolubilis. *Testificatur enim, quia tu es sacerdos in æternū secundū ordinē Melchisedech.* Hoc est, nō tempora- lis, neq; finem habens, sed secundum potentiam vitæ insolubilis: hoc est per vitam, per potētiā insolubi- lem. Quanquā non est hoc consequens ad illud, Qui non secundū legem praecepti carnalis factus est: cō- sequens enim erat dicere, sed secundū legem spirita- lem: verū per hoc quod dicit, praecepti carnalis, tem- poralem veteris testamēti legem esse demonstrat: si- cut & alibi dicit: Vsq; ad tēpus correctionis impo- sitas iustificationes carnis. Secundū potentiam vitæ: hoc est, quia propria virtute viuūt. Dixerat legis trāslationē factā esse, & ostenderat quomodo: deinceps quærīt & causam, quod maxime omnīū hominū ani- mis satis facit, si causam planē cognouerint: & ad fidē nos adducit amplius, quō causam & rationē percipiunt secundum quam fiat quod efficitur. *Reprobatio enim fit, inquit, anteceditis praecepti, propter infirmitatē suā & inutili- tatem.* Hic heretici insurgunt, sed aduerte integrē: nō dixit, propter malignitatē, neq; propter malitiā, sed propter infirmitatem & inutilitatē. Nā & alibi ostē- dit infirmitatē eius cū dicit: In quo infirmabatur per carnem. Non ergo ipsa infirmata est, sed nos. *Nihil enī perfecit lex.* Quid est, nihil perfecit? Nullū perfectū reddidit, dū ei nō obeditur: his adde, quia neq; si au- diretur, perfectū quenquā faceret, & virtutis cōpo- tem. Interim autē nō hoc dicit hic, sed quia nihil va-

luit. Etenim literę erāt propositę: hoc fac, illud nō fa- cias. Proposita erant hęc tantū, nō autem & virtutē inspirabant, spes verō nō est talis. Reprobatio quid est? exclusio. Reprobatio quippe, eorū quę obtinent reprobatio est. Itaq; ostēdit anteceditis praeceptū ob- tinuisse quidē, sed postea reprobatū esse & contēptū, quia nihil proficit. Nihil ergo profuit lex? Profuit quidē, & valde profuit, sed ad faciendos perfectos nihil profuit. Nihil ergo perfectū fecit lex. Iuxta hoc quip- pe dicit omnia legis typos fuisse, omnia vmbras, vt- pote circuncisionē, sacrificiū, sabbatū. Nō valebat er- go penetrare ad animā vsq;, propter hoc etiā cedit, atq; discedit. *Introductio v. rō melioris spei, per quā appropin- quamus deo, & secundū quod non sine iureiurando.* Intueris quia sic necessariū hīc fuit iusiurandū, vt propter hoc multa superius philosopharet: quia iurauit dominus, & iurauit ad maiorem nostrā satisfactionē. Introdu- ctio, inquit, melioris spei. Habuit quippe & illa spem, sed nō talē. Sperabāt enim bene placentes possidere terrā, nihil ærumnosum pati: hic autē speramus, quia bene placentes non terrā possidebimus, sed cœlum. magis autem quod cœlo multo melius est, speramus, nempe proximos apud deū nos cōstituros, ad ipsum paternum soliū peruenturos, ministraturos ei cū an- gelis. Et vide quomodo hęc sensim & pederēt im- ponit. Illic nanq; intrantē in interiora velaminis: hic autem extra velamē. Per quam appropinquamus, in- quit, deo, & secundum quod nō sine iureiurādo. Quid est, & secundum quod nō sine iureiurādo? hoc est: Ec- ce & alia differentia, & nō simpliciter hęc promissa sunt. *Illi quidem sine iureiurando sunt sacerdotes effecti, iste cū iureiurando per dicentem ad eū: Iurauit dominus, & non preni- rebit eū, tu es sacerdos in æternū secundū ordinē Melchisedech.* In tantū melioris testamēti sponsor factus est Iesus. Duas ponit differentias, quia non habet finē sicut legalis, hoc autē facit ex persona mediatoris Christi: secundū vir- tutem, inquit, vitæ insolubilis. Facit autē hoc etiā ex iureiurādo, quod iurauit, & ex re. Si enim quoniā in- firma erat illa, exclusa est, ista quoniam valet & fortis est, manet. Facit autē hoc & ex pōtifice. Quomodo? Quia vnus est: nō enim vnus esset, nisi esset immorta- lis. Sicut enī multi sacerdotes sunt, quia mortales sūt: sic vnus, quia immortalis est. In tantū melioris testa- mēti sponsor factus est Iesus. Secundum quod iurauit semper eum esse mansurum. Nequaquā enim hoc fa- ceret, nisi viuus esset. *Vnde & saluare ad plenum potest eos qui per ipsum ad eum deū semper viuens ad interpellandū pro eis.* Vides quia de eo qui secundum carnem est ista di- cit? Quando enim sicut pontifex est, tūc etiam inter- pellat: vnde & quādo dicit Paulus, q. etiā interpellat pro nobis, hoc idē significat: hoc est, vt pōtifer inter- pellat. Alioqui q. resuscitat mortuos, quos vult & vi- uificat, sicut pater: quomodo vbi saluatione opus est interpellat, qui omne iudiciū habet omnīū, quomo- do interpellat. Qui mittit angelos, vt alios quidem in caminum mittant, alios autem saluent, quomodo in- terpellat? Vnde, inquit, etiā saluare potest. Propterea ergo saluat, quoniā nō moritur, quia semper viuūt, & nō habet successorē. Si verō nō habet successorē, po- test etiā omnibus adesse: In hac enim vita pōtifer et- iam si celebris fuerit eo tempore in quo pontificatū gerebat, offerebat: vt pote Samuēl, & si q. tales: postea verō nequaquam, si quidē moriebantur. Hic autē nō ita est, sed saluat ad plenū. Quid est ad plenū? Myste- rium quoddā significat, nō hīc solum, sed etiam illic saluat;

† domo ex modo.

Infrā 9.

phili. 2.

psal. 109.

rom. 8.

saluat: accedentes per ipsum ad dominū. Quomodo saluat? Semper viuūt ad interpellandū pro eis. Vides humilitatem, vides humanitatem? Nō enim dixit eū in humilitate constitutum duntaxat istud adeptū esse, sed semper & quandoquē; opus fuerit, interpellare pro eis. Quid est, ad plenū? Non ad tempus tantū, sed etiā illic in futura vita. Semper ergo opus habet deprecari? Et quomodo hoc rationē habebit? Et ho- mines enim iusti sapius ex vna petitione totū impe- trant, ipse autē semper postulat? Quare ergo cōsudet? Intueris quia ad captum illorū sese demittit, ac si dica- tur, nolite timere: nec dicatis, etiā, diligit quidē nos, & fiduciam habet ad patrē, sed nō potest semper vi- uere. Semper enim viuūt. *Talis enim decebat vt nobis esset pontifex, sanctus, innocēs, impollutus, segregatus à peccatoribus.* Vides quia de humanitate totū hoc dictū est? Quā- do autem [totum] dico, humanitatē dico diuinitatē habentem: nō diuidens, sed permittens, quę cōdecet inspici. Vides differentiam pontificis? Recapitulauit quę dicta sunt. Tētatus in omnibus iuxta similitudinē sine peccato. Talis enim decebat, inquit, vt nobis esset pontifex, sanctus, innocēs. Quid est, innocēs? Sine malignitate, quod dicit ali' propheta: Nec dol' inuētus est in ore ipsius: hoc est nō est subdolos. Nū hoc quisquam de deo dixerit? & nō erubescet, dicēs, quia deus non est subdolos, neq; dolosus? De eo autē qui secundū carnem est, habet rationem. Sanctus, in- quit, impollutus. Nū & hoc quisquā de deo dixerit? Num habet naturā quę pollui possit? Segregatus, in- quit, à peccatoribus. Hoc itaq; solū ostendit differē- tiam, quāuis etiam ipsam sacrificiū idem ostendit. Quomodo? *Non habet, inquit, quotidie necessitatē quę ad- modū pontifex, pri' pro suis delictis hostias offerre, deinde pro po- puli. Hoc quippe semel fecit seipsum offerendo.* Hic iā distin- guit spiritualis sacrificij eminentiā, & quantū differat pōtifer, quantū ipsum testamentum, dixit: nō quidē totū, attamen dixit. Hic deinceps præmittit & ipsum sacrificium. Noli igitur putare cū pōtificem eum au- dis, quod sēper pōtificiali fungat officio. Semel quip- pe functus est pōrificatu, deinde cōsedit patri. Ne pu- tes eum sursum stare, & ministrū esse, ostendit quia dispēlationis res ista est: sicut enī seruus factus est, sic & pontifex, & minister: sed sicut seruus factus nō mā- sit seruus, sic & minister factus, nō māsit minister. Nō enī ministri est sedere, sed stare. Hoc ergo hic signifi- cat & magnitudinem sacrificij, in eo q. sufficit, quā- uis vnū esset, & semel oblatum, & tantum præualuit, quantū omnia cætera non valebant. Sed necdum de istis loquit. Hoc enī fecit, inquit, hoc quid? Necessariū enim fuit, inquit, & hūc habere aliquid quod of- ferret, nō pro se (quomodo enim pro se offerret?) sed pro populo. Quid dicis? Et valet hoc? Etiam, inquit. *Lex enim homines constituit sacerdotes, infirmitatē habentes.* Iste autē nō pro se offerre opus habuit? Nō, inquit. Ne enī putes in eo qd dixit, semel fecit, etiā de ipso dicit: audi quid dicat. Lex, inquit, homines constituit pōtifices, habentes infirmitatē. Propterea & sēper p se offerunt: iste autem potens, qui nō habet peccatū, quare ergo pro se offerret? Pro aliis autē fortassis ha- bet rationem. *Sermo autem, inquit, iusiurādi, qui post le- gē est, filium constituit in perpetuū perfectū.* Quid est, perfe- ctum? Nō ponit Paulus proprias distinctiones. Post- quam enim dixit habētes infirmitatē, non dixit filiū potēntē, sed perfectum: hoc est, potēntem. Tanquam si diceret: Vides quoniam filij nomē ad distinctionē

humani- tatem.

psal. 53.

† aut pro aliis fre- quenter?

serui dictum est? Infirmitatem autem aut peccatū di- xit, aut mortē. Quid est, in perpetuum? Non nunc so- lū sine peccato, sed semper. Si igit' perfect' est, si nun- quā peccat, semper viuūt, cur pro nobis offerret mul- ta sacrificia? Sed interim de hoc nō contēdit, sed pro eo quod pro se sacrificium non offerat, hoc affirmat. Quoniam itaq; talem habemus pōtificem, imitemur eum, eius vestigia sequamur. Nō est aliud sacrificiū, vnū nos purgauit, post istud ignis & gehēna. Etenim propterea sursum atq; deorsum reuoluit, dicens: vnū sacerdotem, vnū sacrificium, ne quis putans multa esse, sine timore delinquat. Quotquot igitur digni facti sum' signaculo, quotquot sacrificio potiti sum', quotquot immortalis mēta participes sumus, perma- neamus custodientes generositatē nostram, & hono- rem. Nō enī sine periculo est nobis ruina. Quotquot autem necdū digni facti sunt istis, neq; ipsi propterea præsumat. Quādo enim quis propterea peccat, vt sanctum baptisma in nouissima sua expiratione susci- piat, fortassis non adipiscitur. Et credite mihi nō ter- res vos dico, quod dicitur' sum. Multos noui, qui hoc passi sunt, qui spe baptismatis multa peccabant, circa diem autē mortis discesserunt vacui. Deus enim pro- pter hoc baptisma tribuit, vt abluit peccata, nō vt ad- dat. Si verō quis ad hoc baptismate vti vt ampliora delinquat, ipsum fit negligētis causa. Si enim non es- set lauacrum, munitius viuerent, vt pote non habētes remissionem. Intueris, quia quod dictū est, faciamus mala, vt veniāt bona, nos sumus, qui facimus vt dica- tur. Idcirco obsecro, vt & vos qui necdū estis imbu- ti, euigiletis. Nemo sicut mercenari', nemo sicut in- grat', aggrediatur virtutē, nemo sicut graue quiddā & importabile. Cū alacritate igitur hanc aggredia- mur, & gaudētes. Si enim merces nobis nō esset pro- posita: nōne oportebat bonos esse? Saltem cū mer- cede iam efficiamur boni. Et quomodo nō erubescis? In hoc maior est reprehensio ista. Nisi mihi dederis mercedē, inquis, nō efficior modestus. Proinde audeo aliquid dicere: Nūquam eris modestus, neq; tū quā- do modest' es, si quidē pro mercede facis: nihil æsti- mas virtutē, si nō ipsam amas. Sed deus propter mul- tam nostram infirmitatē interim vel propter mercedem eam fieri voluit: nos autem neq; sic eam aggre- dimur. Cōstituamus autē si vultis, quia homo quiddā mille mala operatus discedit, & dignus factus est ba- ptismate, quod nō facile arbitror cōtingere: quomo- do illuc pergit? dic mihi. Veluti q. pro eis quidē quę operatus est nō culpe, sed interea merito sit sine vl- la fiducia. Qui enim centum annos viuēs nullū opus bonum demonstrauit, sed tantum quia nō peccauit, magis autē quia neq; hoc, sed quia gratia sola salua- tus est, alios autē videt coronatos, splendidos & pro- bables, etiam si nō eat in gehennam, nūquid sustine- bit mærorē? dic mihi. Vt autem sub exemplo hanc rem manifestiorē faciamus, proponamus duos mili- tes: & vnus quidē furetur & appetat aliena, alius autē nihil horū operetur, sed benignitatem solam ostē- dat, virtutes plurimas operet, in præliis trophæa mul- ta cōstituat, dexteram suā efficiat ex hostibus cruen- tatum, deinde tempore adueniente, ille quidē ex illa dignitate militiæ, in qua & fur ille erat, repente ad re- gale solium & ad purpuram prouehatur, ille quidē il- lic permaneat vbi erat: sed ex misericordia sola impe- riali non luat supplicia eorū quę gessit, sit autē in lo- co nouissimo, & sub imperatore cōstituat: nō susti-

Morale

rom. 3.

nobis

nebit mœrorem, dic mihi, cum viderit illū quidē, qui cum eo erat ad summam ascendisse dignitatē, & ita clarum factum, & totum mundum obtinere, se autem in infimis perdurante, & id ipsum quod non supplicii afficitur sine aliquo honore habentē, sed ex gratia sola, & misericordia imperatoris? Nam etiā si eū dimittat imperator, & a criminib⁹ liberet, verūtamē ignominiosus viuet. Non enim alij eū mirabūtur. In talibus enī indulgentiis non eos qui dona percipiūt, sed eos qui bona tribuūt admiramur. Quāto maiora donauerint, tanto magis cōfundentur qui percipiūt, quāto eorū erāt delicta maiora. Qualibus ergo oculis intueri potest huiusmodi eos, qui sunt in imperiali aula constituti, vt illis infinitos sudores, & vulnera sustinentibus, ipse nihil habens quod ostendat, sed etiā ipsum quod saluat, ex sola dei misericordia possideat? Quomodo enim si quis hominē homicidam, furem, adulterum, & qui iam ad mortē ducatur, donari sibi postulet, & iubeat esse ante limina regalis aulae, vt is nullū valebit respicere, licet etiā a suppliciis liberat⁹ sit: sic & iste. Non enim quia regnū dicit, putetis omnes eadē adipisci. Si enim hic & p̄fectus, & omnes qui circa imperatorē sunt in aula regali, & alij valde infimi, & qui locum, qui dicitur decanorum obtinēt, in aula regali sunt: quāuis tantū intersit inter p̄fectū & decanū: multo amplius in superioribus regnis hoc idem erit. Et hoc nō ex me dico. Etenim aliā his maiorē ponit differentiā Paulus: Quātā quippe differentia, inquit, a sole vsque ad lunam, & ad stellas, & minimam stellam, tantā erunt differentiā & eorū, qui in regno dei erunt. Et quod multo amplius ab eo, qui decanus dicit⁹ & a p̄fecto, solis & lunæ & stellæ minimæ extat differentia, manifestum est omnibus. Sol quippe omnem simul illustrat mundum, & festiuū facit, & lunam & stellas obscurat: ista autē fortassis nec apparet in tenebris cōstituta. Multæ quippe sunt stellarum, quas non videmus. Quando ergo alios viderimus soles effectos, nos autem stellarū minimarū locum habētes, penē nō apparentium, quale nobis erit solatiū? Nolite obsecro, nolite ita graues corde fieri, nolite ita segnes. Nō pertractemus salutē dei ad desidiam, & negligentia: sed nundinemur eam & multiplicemus. Nā etiā si catechumen⁹ sit aliquis, sed Christum nouit, sed fidē percepit, sed oracula diuina aduertit, sed nō est longē ab intellectu, nouit voluntatē domini eius, quare differt? Pro qua causa vult tale differre negociū? Nihil melius quā vita bona & hic, & illic, & in baptizatis, & in catechumenis. Quid enī grāue est, dic mihi, quod nobis imperat⁹? Habeto: inquit, vxorē tuam, & castus esto. Nō hoc difficile est. Quomodo? Multi enim sine vxoribus castitatē seruāt, non solū Christiani, sed etiā pagani. Et quod excellit, paganus propter vanam gloriā, tu autem neq; hoc custodis propter timorē dei. Da, inquit, pauperibus ex his quæ sunt tibi. Nū hoc graue est? Sed hic accusant nos pagani, dicentes: Integras substantias exinaniunt propter vanam gloriā. Noli, inquit, turpia loqui. Nū hoc difficile est? At si non esset imperatū, nōne debbam⁹ hoc implere ne inhonesti appaream⁹? Quia verō magis contrarium huius difficile est, hoc est turpia loqui, manifestū est ex eo quod reueretur & cōfunditur anima, cū tale aliquid dicere fuerit concitata, quo nec gaudet, nisi forte cū est ebria. Quare enim in publico nō loqueris aliquid turpe, sed in domo hoc facis, & secretō? Illic nō facis propter p̄sentes. Quare ante coniugē tuā nō facile turpia loqueris? Ne ad iniuriā eius hoc facere videaris. Ne iniuriam igitur mulierē, non facis: Deum qui vbiq; p̄sens est, iniurias: nō cōfunderis? Vbiq; enim p̄sens est, & omnia audit. Noli, inquit, inebriari. Hoc enī & per seipsum iā suppliciuū est. Nō dixit, coarta corpus tuū. Sed quid? Nō ita illud luxuriare facias, vt auferas ab anima p̄cipatū. Noli ad replēdam cupiditatē eius p̄curacionem facere. Nō rapias, inquit, quæ tua nō sunt, noli avarus esse, noli peierare. Qualibus laborib⁹ hæc opus habēt, qualib⁹ sudoribus? Nō accuses, inquit, neq; calumniaris. Ecōtra autē magis labor est, cū maledixeris, statim enī in periculū deuenies & in suspiciōnē, ne fortē audierit, de quo maledixeris, siue magn⁹ ille sit, siue minimus. Si enim magn⁹ fuerit, siue magn⁹ festim periclitaberis: si autē minor, similibus te vlciscitur, magis autē & peioribus, & maioribus te maledictis afficiet. Nihil difficile est, nihil graue est quod nobis imperat⁹, si voluerimus. Si autē noluerimus, etiā quæ facilia sunt graua nobis videbūtur. Quid facili⁹ quā vefci? Ex multa vero dissolutione plurimi etiā in hoc difficultates patiuntur. Multos autē audio dicentes, quia & audire, & comedere labor est. Horum autem nihil habet laborem. Si volueris, in voluntate omnia constituta sunt, per gratiam duntaxat, quæ desuper est. Festinemus igitur ad bona, vt etiam æterna bona adipiscamur in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, vnā cum sancto spiritu, gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xiiij. ex cap. viij.

**C** Apud autē in his quæ dicuntur illud est, Talē habemus pontificē qui sedet ad dexterā sedis maiestatis in cœlestibus, minister sanctorū, & tabernaculi veri, quod fixit deus & non homo. Committet humilia cum excel-  
**C** Apud autē in his quæ dicuntur illud est, Talē habemus pontificē qui sedet ad dexterā sedis maiestatis in cœlestibus, minister sanctorū, & tabernaculi veri, quod fixit deus & non homo. Committet humilia cum excel-  
 sis apostolus Paulus, semper magistrum suū sequens, vt per humilia iter pararet, & per illa ad excelsa quasi manu ducerentur, & in magnis cōstituti discerēt ista accōmodationis ac demissionis fuisse, & per hæc ad illa deducantur. Postquā itaque dixit, qui obtulit seipsum, postquam eum ostendit pontificē, quid intulit? Caput autē in his quæ dicuntur illud est. Talē habemus p̄tificē, qui in dextera sedet maiestatis. Et tamen hoc nō p̄tificis est, sed eius cui ab illo ministrari oportet sacerdotij fūctione. Minister sanctorū. Neque minister simpliciter dicit⁹ est, sed sanctorū minister. Et tabernaculi veri, quod fixit de⁹, nō homo. Vides descensionē? Nōne paulo antē discernit, dicens: nōne oēs sunt administratorij spiritus? & propterea dixit, non audiūt, sede a dextris meis: vt pote illo qui federit, ministri conditionē non gerente. Quomodo ergo hic minister dicit⁹ est, & minister sanctorū? Tabernaculū quippe hic dixit. Vide autē quomodo excitauit animas eorū, qui ex Iudæis crediderant: quoniam enim fortassis imaginabātur, quia tabernaculū tale nō habemus, Ecce, inquit, p̄t̄ifex & magnus, & multo maior illo, & sacrificiū mirabile obtulit. Sed intueri an nō gloriatiōnē hic sermo habeat, an nō solatiū. Propterea primo fidē fecit ex iureiurādo, deinde ex tabernaculo. Nā erat quidē ipsa differentia manifesta. Ipse autē & aliā adinuenit. Quod fixit, inquit, deus nō homo. Vbi sunt qui dicunt moueri cœlum? Vbi sunt, qui ad spheræ formā illud esse pronūciant? Vtraq; enī ista exclusa sunt in hoc loco. Caput autē, inquit, in his quæ dicuntur. Caput semper quod maximum

Tobia 4. b

maximum est dicitur. Iterū demittit sermonem suū postquā dixit quæ alta sunt, deinceps sine timore iam loquitur. Deinde vt agnoscas, quia minister de humanitate dicit⁹ est, intende quomodo iterū hoc ipsum annotat. *Omnis enim p̄t̄ifex, inquit, ad offerēda munera & hostias cōstituitur, vnde necesse est & hūc habere aliquid, quod offerat.* Ne forte quia audis quod sedeat, nugas esse putes, quod p̄t̄ifex esse dicit⁹ est. Illud quidē dignitatis est diuinę, hoc est, sedere: hoc autē misericordiæ multę & amoris, quæ nobis impedit. Propterea hoc inculcat, & in hoc amplius cōmoratur. Veretur enim ne illud subuertat, propterea iam ad hoc suū demittit sermonē, quoniam querebāt quidam cur mortuus sit: Pontifex, inquit, erat. P̄t̄ifex autē sine hostia nō est. Oportet igitur & hunc habere hostiā. Et aliter postquam dixit: quia sursum est, dicit & ostendit vndiq; quia pontifex est, ex Melchisedech, ex iureiurādo, ex offerendo hostiā. Deinde etiam ex hoc, & necessariū cōstruit alium syllogismum. *Si enim esset super terram, inquit, nequaquā esset pontifex, existētib⁹ sacerdotibus qui offerāt secūdu⁹ legē munera.* Si igitur est p̄t̄ifex, sicuti est, oportet eum locum aliū querere: super terrā quippe si esset, nequaquā esset p̄t̄ifex. Quomodo? Quia neq; obtulit, neq; sacerdotio fūctus est. Et meritō. Erāt enim sacerdotes. Ostēdit ergo quoniam neq; possibile est super terram esse sacerdotē. Quomodo? Resurrectio non erat, inquit. Hic necessariū est eleuare mentem nostram, & contemplari apostolicam sapientiā. Iterum nanq; differentiam demōstrat sacerdotij. *Qui exēplari & vmbra deseruiūt cœlestium.* Quæ hic dicit cœlestia? spiritalia. Tamen enī & in terra gerūt, cœlis tamen hæc dignę sunt fūctiones. Cū enim dominus noster Iesus Christus fuerit occisus, cū spirit⁹ sanctus aduenerit, cū q̄ sedet in dextera patris p̄sens affuerit, cum filij efficiātur per baptisma, cū ciues sint eorū qui in cœlis sunt, cum patriā supernam ciuitatē & rempublicam in cœlis habeamus, cū peregrini sim⁹ in terris, quomodo nō sunt illa cœlestia? Sed quid sunt hymni, nōne cœlestes? Nōne quæ in supernis chori incorporearū virtutū canunt, eadē etiā & nos, q̄ deorsum sumus, consonantia illis eloquimur? Nōne & altare cœleste cōstitit? Quomodo? Nihil habet carnale. Omnia spiritalia fiunt, quæ proponūt. Nō in cinerē resoluuntur, nō in fumos extenuantur, nō in vaporaciones diffundūtur sacrificia, sed clariora & festiuiora efficiūtur, quæcunq; proponūt. Quomodo itaq; non sunt cœlestia sacra quæ celebramus? Cū enim dicitur, Et quorūcunq; tenuerint peccata detēta sunt, & cuiusq; dimiserint dimittuntur, & cū clauēs habeāt cœli, quomodo nō sunt omnia cœlestia? Qui exēplari, inquit, & vmbre deseruiūt cœlestium. *Sicut respōsum est Moysi, cū consummaturus esset tabernaculū. Vide, inquit, vt omnia facias secūdu⁹ exēplār quod tibi ostensum est in monte.* Quoniam auditus noster minus aptus est ad disciplinā percipiendā, quā visus: non enim ita animo cōmendamus quæcūq; audimus, quomodo illa quæ ipso visu perceperim⁹, ostēdit illi omnia. Siue ergo hoc vult quod dicit exēplār, & vmbra, siue de tēplo dicit: subiūxit enim, Vide, & facito, inquit, omnia secūdu⁹ exēplār quod tibi ostēsum est. Vtrumne de constructione templi tantū vidit, an & de hostiis, & ceteris oībus? Quin puto minime quicquā errauerit & hoc dicens: cœlestis est enim ecclesia, & nihil aliud est quā cœlū. *Nunc autē tanto excellentius sortitus est ministeriū, quāto et melioris testamēti mediator*

10an. 20. f

Exo. 25. d

**A** est. Vides, inquit, quāto sit ministeriū istud altero p̄stantius? Siquidem illud exēplār & forma, istud vero veritas. Sed nihil hoc proderat auditoribus, neq; lætificabat. Propterea igitur quod maxime eos lætificabat, dixit: *Quod in meliorib⁹ p̄missionibus sancitū est.* Postquam testamentū nouum extulit & a loco & a sacerdote, & a sacrificio, tunc demū & differentiam illius ponit. Dixerat quidem & primū, quod infirmū sit & inutile. Et intueri qualia ponit munimēta accusatur⁹ illud. Illic enim cum dixisset secūdu⁹ potentiam vitæ insolubilis, tūc intulit: quoniam reprobatio sit antecedentis mādati. Deinde & postremo magnū quiddā posuit dicēs, per quod appropinquamus deo. Hic autem postquam ad cœlum nos eleuauit, & ostendit quia pro templo cœlū habemus, & quod vetera exēplaria fuerint nostrorū, & ministerium & cultum nostrū istis rebus extulit, meritō deinceps extollit & sacerdotiū: sed sicut dixi qd̄ maxime eos lætificat hoc ponit dicēs, quod in melioribus p̄missionibus sancitum est. Vnde hoc certum est? Quoniam illud quidē exclusum est, istud autē pro illo introductum. Propterea enim & obtinet, quia melius est. Sicut enī dicit: Siquidē perfectio per illud est, quid adhuc opus est secūdu⁹ ordinē Melchisedech alium suscitari p̄t̄ificem? sic etiam hic eodem vtitur syllogismo, dicens. *Si enim primum culpa vacasset, non vtiq; secundi locus fuisset questus. Nā incusans eos dicit.* Hoc est, si inculpabiles fecisset. Quoniam enim de hoc dixit, non dixit, incusans illud, sed eos, proinde dicit: *Ecce dies veniet, dicit dominus, & consummabo super domū Israel, et super domū Iuda testamentū nouū non secūdu⁹ testamentum quod feci patrib⁹ eorum, in die qua apprehēdi manū illorū, vt educerē illos de terra Aegypti. Quoniam ipsi non permanserunt in testamēto meo, & ego neglexi eos, dicit dominus.* Etiā, & vnde certū est, quia finē accepit: Ostēdit quidem & ex sacerdote, ostēdit autem nūc & manifestius ipso verbo, quoniam exclusum est. Quomodo hoc? in meliorib⁹ p̄missionibus. Etenim vbi æquæ cōditionis & estimationis sunt, dic mihi, terra & cœlū? Tu autem contemplare quomodo & illic p̄missiones dixit, ne in isto hoc ipsū accuses. Etenim illic, per quā meliorē spem, inquit, appropinquamus deo, ostēdens quia & illic spes, & hic p̄missiones meliores, significās quia & illic p̄misit. Quoniam autē culpabant semper, Ecce enim dies veniet, inquit, dicit dominus, & consummabo super domū Israel, & super domū Iuda testamentum nouum, nō antiquum. Etenim ne forte hoc possent dicere, & tēpus definiuit. Nō enim dicit simpliciter secūdu⁹ testamentū, quod testatus sum ad patres eorū: ne illud quod ad Abrahā factū est, ipsum esse dicerent, aut ad Noē. Sed quale dicit? Nō secūdu⁹ testamentū, quod cōstitui patrib⁹ eorum cū exirēt de terra Aegypti. Propterea etiam intulit: in die qua apprehēdi manū eorū vt educerē eos de terra Aegypti, & ipsi nō māserūt in testamēto meo, & ego neglexi eos, dicit dominus. Intueri a nobis primū incipere mala: ipsi, inquit, primi nō manserūt. Ex nobis est negligētia, bona verō a deo, quæ ad beneficia pertinet dico. Hic veluti excusationē constituit, causam ostēdens propter quam dereliquit eos. *Quoniam hoc est testamentū, inquit, quod constituam domui Israel, post dies illos, dicit dominus, dās leges meas in mētib⁹ eorū, & in cordibus eorū cōscribam eas, & ero illis in deū, & ipsi erunt mihi in populū.* Ad eum modū de tabernaculo ista loquitur, quādo quidē dicit, non secūdu⁹ testamentū, quod cōstitui. Quæ est autem alia

supra 7. e

Hier. 31. f

sup. 7. e



alia differentia quam ista. Si autem differentiam esse quis dicat, non secundum hoc, sed secundum quod datur in cordibus eorum, is non iam praeceptorum inducit differentiam, sed modum dandi ostendit. Non iam in literis, inquit, erit testamentum, sed in cordibus. Ostendat itaque hoc factum aliquando Iudaeis, sed non inueniet. Iterum enim in literis factum est, post regressionem ex Babylonia. Ego autem ostendam apostolos, qui nullum

scriptum, sed in cordibus acceperunt spiritum sanctum, propter quod etiam Christus dicebat: Ille cum venerit in mentem reuocabit vobis omnia, & docebit vos. Et non docebit, inquit, unusquisque proximum suum, et unusquisque fratrem suum, dicens: cognosce dominum, quoniam me omnes scierunt a minore usque ad maiorem eorum: quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatis eorum, & iniquitatem eorum non recordabor amplius. Ecce & alius signum: a minore, inquit, usque ad maiorem eorum sciet me; & non dicet, cognosce dominum. Quando istud contigit, nisi modo? Manifestum quippe est, quod circa nos actum est: quod autem circa illos, non erat manifestum, sed reclusum in angulum. Nouum tunc dicitur, quando aliud ostendit, vel quando plus aliquid habet, quam habuerit vetus. Ecce, inquit, & istud nouum existit, cum quaedam eius remota sunt, quaedam autem manent: ut puta si quis domum vetustam & casuram, totam immutat, & fundamenta noua constituat, confestim dicimus, fecit eam nouam: cum videlicet aliqua quidem eius auferat, aliqua vero immutat. Etenim caelum nouum dicitur sic, quando nequaquam aereum erit, sed cum pluiam dederit, cum infructuosum non fuerit, non quando mutabitur, non quando aliqua quidem eius exclusa fuerint, aliqua permanserint. Proinde testamentum, inquit, istud bene nouum dixit. Ut itaque ostendam inueteratum esse vetus illud testamentum, secundum quod nullum fructum adfert, & ut agnoscas integrum, lege quid dixerit Aggeus, quid Zacharias, quid angelus, necdum reditu eorum impleto. Quid etiam Esdras increpet, quomodo exceperint eum, quomodo nemo interroget dominum, ubi etiam ipsi transgressi sint, & neque ipsi cognouerint. Intueris quomodo quod tu volebas destructum sit, ego autem meum ostendam: quod istud testamentum proprie nouum dicatur. Alias vero neque illud concedo de hoc dictum esse, quoniam erit caelum nouum: quare enim non magis quod dicitur in Deuteronomio, quia erit caelum aereum, hoc posuit ad differentiam significandam? Si autem audieritis, erit nouum: & quidem propterea, inquit, aliud testamentum dare repromittit, quoniam in primo non manserunt. Hoc ergo demostro per ea quae dixit: quia quod impossibile erat legis, in quo infirmabatur per carnem. Et iterum: Quid tetratis imponere iugum super collum discipulorum, quod neque patres nostrorum, neque nos valuimus portare? sed illi quidem non manserunt, inquit, hic autem ostenditur quia maioribus nos dignos facit & spiritualibus rebus. In omnem, inquit, terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrae verba eorum. Hoc est, non dicit unusquisque ad proximum suum, cognosce dominum. Et iterum: Implebitur terra cognitione domini, sicut aqua multa cooperuit mare. In eo quod dicit, inquit, nouum, antiquauit prius. Quod autem antiquatur & senescit, proximum est interitui. Vide quomodo quod absconditum erat, reuelauit, & ipsam mentem Prophetarum aperuit: Honorauit legem, & noluit eam dicere vetustam nominatim, veruntamen hoc dixit. Si enim illud nouum esset, nequaquam etiam istud testamentum postea nouum vocaret. Proinde amplius quid-

da & aliud dans, antiquatum est, inquit. Ergo soluetur, & peribit, & iam non erit. Sumpta igitur a propheta fiducia, paulo amplius in illud testamentum inuehitur, commode ostendens, quoniam nostra nunc florēt, hoc est, ostendit illud vetustum esse. Deinde sumpto nomine vetustatis, & alio de suo adiecto, hoc est senectutis: quod reliquum erat ex aliis sumpsit, & dixit, proximum est interitui. Itaque non simpliciter cessare fecit veterum testamentum, nouum quod secutum est, sed veluti quod senuisset, veluti inutile, propterea dicebat: Propter infirmitatem, & inutilitatem, & nihil perfecit lex: & quia si primum inculpabile esset, nequaquam secundum locum quaereretur. Non veluti obnoxium criminibus, sed veluti effectum non habens, vulgarius locutus est: veluti si quis dicat, non est inculpabilis haec domus, hoc est, habet vitium, debilis est. Non est inculpabile hoc vestimentum, hoc est scissum est, iam putre est. Non veluti malum igitur hic accusauit, sed veluti habens querelam, & vitium.

Ira sane & nos noui sumus, magis autem noui aliquando fuimus, nunc vero antiquati sumus, propterea proximi sumus interitui, & perditioni. Quomodo expoliamus istud senium? Lauacro quidem iam impossibile est, sed poenitentia dum hic sumus possibile est: si quid vetustum est in nobis abiciamus, si qua ruga, si qua macula, si qua sordes, delauemur, efficiamur boni, ut concupiscat rex pulchritudinem nostram. Licet enim & his qui ad extremam deformitatem deciderunt recuperare pulchritudinem illam, de qua dixit David: Concupiscet rex pulchritudinem tuam, audi filia, & vide, & obliuiscere populi tui, & domum patris tui, & concupiscet rex pulchritudinem tuam, & tamen obliuio pulchritudinem non facit inesse, hoc est, pulchritudinem animae. Sed qualis obliuio facit pulchritudinem? Obliuio peccatorum. Ad ecclesiam quippe, quae ex gentibus est loquitur, admonens eam parentum suorum non recordari, hoc est, sacrificantium idolis. Ex talibus quippe congregata est. Et non dixit, ne apperas: sed quod amplius est, neque in mentem recipias. Quod & alibi dixit: Non recordabor nominum illorum per labia mea. Et iterum: Ut non loquatur os meum opera hominum. Sed necdum haec magna virtus est. Magna quidem, sed non talis. Illic enim quid dixit? Non dixit, Et non loquaris quae patrum tuorum sunt: neque, ne dicas, quae sunt patrum tuorum: sed quid dixit? Ne recorderis eorum, neque in mentem tuam veniant. Vide quanto interuallo nos separari vult a malitia: Qui enim non recordatur, neque considerat: qui non considerat, neque loquitur: qui non loquitur, neque operatur. Intueris quatenus nos circumsepsit munimentis, & quatenus interuallis separauit? Audiamus igitur & nos, & obliuiscamur malorum nostrorum, & eorum quae peccauimus dico. Recordare enim, inquit, tu primus, & non recordabor ego. Veluti quod dico non recordemur rapinae, sed etiam quae rapuimus reddamus: hoc est obliuisci malitiae, & excludere cogitationem rapacem, & nunquam suscipere, sed etiam peccata quae sunt a nobis diluere. Et vnde nobis contingat, fortasse quaeritis, obliuio malignitatis: ex memoria bonorum, ex memoria Christi. Si dei semper recordati fuerimus, non poterimus illorum etiam reminisci. Recordabor, inquit, tui in strato meo, & in matutinis meditabor in te. Oportet igitur saepe quidem, maxime autem tunc recordari dei, quando in silentio cogitatio nostra est, quando per memoriam illius condempnare seipsam potest, quando in memoria retinere potest. Per diem enim si recordemur, subintrocuntes aliarum curarum & perturbationes iterum excludunt eam co-

eam cogitationem. Per noctem semper poterimus recordari, quando in tranquillitate est, & in requie anima, quando in portu, quando in sereno. Loquimini, inquit, in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Oportebat quidem & per diem semper istam habere memoriam: sed quia aliis curis occupamini semper, & multa cogitatio vestra dispergitur, propter secularia, saltem tunc recordamini dei in cordibus vestris, in matutinis meditemini in illo. Si in matutinis talia meditemur, cum multo munimine procedemus ad actiones nostras, si propitium deum nobis primitus faciamus interpellatione & supplicatione, atque ita procedamus, nullum habebimus inimicum: at si habeas, irrides eum, deum habes propitium. Bellum est in foro, pugna sunt actiones illae quotidianae, inundatio sunt & tepestas. Opus itaque nobis est armis. Bona autem armatura est oratio. In prosperitate ventorum oportet nos discere omnia, ut possimus longitudinem diei sine naufragio pertransire, & sine vulneribus. Multi quippe per singulos dies scopuli oppositi sunt, & saepius in illos elisaris demersa est. Propterea opus est nobis oratione, maxime autem matutina & nocturna. Olympiaca certamina plurimi vestrum spectauerunt, & non solum spectauerunt, sed & studiosi cultores & admiratores certantium fuerunt. Et alius quidem illius, alius autem istius amator fuit. Scitis ergo quomodo & dies certaminis, & noctes illas per omnem noctem praeco nihil aliud curat, de nullo alio sollicitus est, nisi quomodo in egressu indecorum nihil agat qui certaturus est. Illi enim qui assident tubicini, monent, ne loquat alicui quidem, neque spiritum suum aliis expellens derisui fiat. Si igitur ille, qui inter homines certaturus est, tanta prouidentia vitur, multo amplius nos conuenit semper curam habere & sollicitudinem, quibus omnis vita certamen est. Omnis igitur nox fit nobis peruigil, & curam geramus, quomodo pertransiamus diem, ne forte derisui habeamur, atque vtinam solum derisui. Nunc autem sedet in dextera patris spectator certaminis, audiens diligenter, ne forte aliquid absconum proloquamur, ne aliquid praeter modulamen: non enim tota nocte vigilat, sed male, ita ut dormientibus peiores sint plectetes dolos, alij vsuras numerantes, alij curis & sollicitudinibus cruciatur, & omnia magis faciunt, quae ea quae pertinent ad certamen. idcirco obsecro, ut omnia relinquentes vnum attendamus, qualiter possimus palmam accipere, & corona adornari. Omnia ergo propter hoc faciamus, per quae poterimus adipisci, quae nobis promissa sunt bona, quae nos contingat percipere in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, vna cum sancto spiritu, gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia decimaquarta. **U**taque habuit quidem & prius illud iustificationes cultus, & sanctum seculare. Tabernaculum enim constructum fuit primum, in quo erat candelabrum, & mensa, & propositio panum, & quae dicuntur sancta. Post uentus quartus. **D**d dixit,

lamentum autem secundum tabernaculum quod dicebatur sancta sanctorum, aureum habens thuribulum & arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua erat urna aurea habens manna, & virga Aaron quae fronderat: & tabula testamenti, super quae erant Cherubin gloriae obubrantia propiciatorium: de quibus non est modo dicendum per singula. Ostendit haec tenus ex sacerdote, ex sacerdotio & ex testamento, quia finem habiturum erat illud: ostendit autem deinceps iam ex ipso tabernaculi schemate. Quomodo? Hoc quidem, inquit, sancta, & sancta sanctorum habebat. Et sancta quidem prioris sunt symbola temporis: ibi quippe per hostias omnia fiebant: sancta autem sanctorum huius temporis signa sunt nunc praesentis. Dicit autem sancta sanctorum esse caelum, & velamentum caeli, & carnem intrantem in interiora velaminis: hoc est per velamen carnis eius. Bonum vero est vt ex paulo superioribus isto loco resumpto dicamus. Quid ergo, inquit? Habuit quidem & prius illud. Quod prius? Testamentum, scilicet. Iustificationes culturae. Quid est iustificationes? Symbola & leges quae tunc erant. Tanquam quod nunc, inquit, non habeat, ostendit illud cessasse. Tunc enim habuit, inquit: proinde nunc etiam adhuc stare non haberet. Tunc sanctum seculare dicitur: quoniam omnibus licebat intrare, & manifestus erat ille locus in illo tabernaculo, ubi sacerdotes stabant, ubi Iudaei, ubi profelyti, & Gentiles, & Nazaraei. Quoniam ergo & Gentibus accessibile erat, seculare illud appellat: non enim Iudaei totus mundus erant. Tabernaculum enim, inquit, constructum fuit primum, quod dicebatur sancta, in quo erat candelabrum & mensa, & propositio panum. Haec symbola erant mundi. Post secundum velamen vero, non erat vnum velamen: sed etiam foris velamen erat tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorum. Attende quomodo ubique tabernaculum vocat, ex eo quod ibi habitetur. Aureum, inquit, habens thuribulum, & arcam testamenti circumseptam ex omni parte auro: in qua urna erat aurea, habens manna, & virga Aaron quae fronderat, & tabulae testamenti. Omnia ista venerabilia erant & clara, ingratitudinis Iudaicae monumenta. Et tabulae, inquit, testamenti. Fregerat quippe eas. Et manna. Murmurauerunt enim, & vt deduceretur ad posteros memoria, imperauit illud in urna aurea reseruari. Et virga, inquit, Aaron quae fronderat, super quae erant Cherubin gloriae. Quid est Cherubin gloriae? siue gloriosa, siue quae sub deo sunt constituta. Obubrantia, inquit, propiciatorium. Sed & extollit haec sua oratione, vt ostendat, quia maiora sunt quae post ista sunt. De quibus, inquit, non est nunc dicendum per singula. Hic significauit quoniam non haec sola erant quae videbantur, sed aenigmata quaedam erant: de quibus, inquit, non est nunc dicendum per singula, fortassis quia opus multo sermone haberet. *Huius igitur ita constructus, inquit, in prius quidem tabernaculum semper ingrediuntur sacerdotes, culturae officia consummantes: Hoc est, erant quidem ista, sed non eis fruebatur Iudaei. Non enim videbant ea. Proinde non illis magis erant constituta, quam illis quibus prophetabantur. In secundum autem semel in anno solus pontifex non sine sanguine quem offerret pro se, & pro populi ignorantibus.*

Intueris iam formas ante praemissas. Ne enim dicerent, quomodo vnum est sacrificium, ostendit illud iam inde ab initio esse. Si quidem quod sanctius erat, vnum erat & terribile, Et quomodo pontifex semel hoc offerebat, [si consuetudinem ab initio acceperat? Etenim tunc pontifex, inquit, semel offerebat.] Et bene

eam cogitationem. Per noctem semper poterimus recordari, quando in tranquillitate est, & in requie anima, quando in portu, quando in sereno. Loquimini, inquit, in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Oportebat quidem & per diem semper istam habere memoriam: sed quia aliis curis occupamini semper, & multa cogitatio vestra dispergitur, propter secularia, saltem tunc recordamini dei in cordibus vestris, in matutinis meditemini in illo. Si in matutinis talia meditemur, cum multo munimine procedemus ad actiones nostras, si propitium deum nobis primitus faciamus interpellatione & supplicatione, atque ita procedamus, nullum habebimus inimicum: at si habeas, irrides eum, deum habes propitium. Bellum est in foro, pugna sunt actiones illae quotidianae, inundatio sunt & tepestas. Opus itaque nobis est armis. Bona autem armatura est oratio. In prosperitate ventorum oportet nos discere omnia, ut possimus longitudinem diei sine naufragio pertransire, & sine vulneribus. Multi quippe per singulos dies scopuli oppositi sunt, & saepius in illos elisaris demersa est. Propterea opus est nobis oratione, maxime autem matutina & nocturna. Olympiaca certamina plurimi vestrum spectauerunt, & non solum spectauerunt, sed & studiosi cultores & admiratores certantium fuerunt. Et alius quidem illius, alius autem istius amator fuit. Scitis ergo quomodo & dies certaminis, & noctes illas per omnem noctem praeco nihil aliud curat, de nullo alio sollicitus est, nisi quomodo in egressu indecorum nihil agat qui certaturus est. Illi enim qui assident tubicini, monent, ne loquat alicui quidem, neque spiritum suum aliis expellens derisui fiat. Si igitur ille, qui inter homines certaturus est, tanta prouidentia vitur, multo amplius nos conuenit semper curam habere & sollicitudinem, quibus omnis vita certamen est. Omnis igitur nox fit nobis peruigil, & curam geramus, quomodo pertransiamus diem, ne forte derisui habeamur, atque vtinam solum derisui. Nunc autem sedet in dextera patris spectator certaminis, audiens diligenter, ne forte aliquid absconum proloquamur, ne aliquid praeter modulamen: non enim tota nocte vigilat, sed male, ita ut dormientibus peiores sint plectetes dolos, alij vsuras numerantes, alij curis & sollicitudinibus cruciatur, & omnia magis faciunt, quae ea quae pertinent ad certamen. idcirco obsecro, ut omnia relinquentes vnum attendamus, qualiter possimus palmam accipere, & corona adornari. Omnia ergo propter hoc faciamus, per quae poterimus adipisci, quae nobis promissa sunt bona, quae nos contingat percipere in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, vna cum sancto spiritu, gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia decimaquarta. **U**taque habuit quidem & prius illud iustificationes cultus, & sanctum seculare. Tabernaculum enim constructum fuit primum, in quo erat candelabrum, & mensa, & propositio panum, & quae dicuntur sancta. Post uentus quartus. **D**d dixit,

lamentum autem secundum tabernaculum quod dicebatur sancta sanctorum, aureum habens thuribulum & arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua erat urna aurea habens manna, & virga Aaron quae fronderat: & tabula testamenti, super quae erant Cherubin gloriae obubrantia propiciatorium: de quibus non est modo dicendum per singula. Ostendit haec tenus ex sacerdote, ex sacerdotio & ex testamento, quia finem habiturum erat illud: ostendit autem deinceps iam ex ipso tabernaculi schemate. Quomodo? Hoc quidem, inquit, sancta, & sancta sanctorum habebat. Et sancta quidem prioris sunt symbola temporis: ibi quippe per hostias omnia fiebant: sancta autem sanctorum huius temporis signa sunt nunc praesentis. Dicit autem sancta sanctorum esse caelum, & velamentum caeli, & carnem intrantem in interiora velaminis: hoc est per velamen carnis eius. Bonum vero est vt ex paulo superioribus isto loco resumpto dicamus. Quid ergo, inquit? Habuit quidem & prius illud. Quod prius? Testamentum, scilicet. Iustificationes culturae. Quid est iustificationes? Symbola & leges quae tunc erant. Tanquam quod nunc, inquit, non habeat, ostendit illud cessasse. Tunc enim habuit, inquit: proinde nunc etiam adhuc stare non haberet. Tunc sanctum seculare dicitur: quoniam omnibus licebat intrare, & manifestus erat ille locus in illo tabernaculo, ubi sacerdotes stabant, ubi Iudaei, ubi profelyti, & Gentiles, & Nazaraei. Quoniam ergo & Gentibus accessibile erat, seculare illud appellat: non enim Iudaei totus mundus erant. Tabernaculum enim, inquit, constructum fuit primum, quod dicebatur sancta, in quo erat candelabrum & mensa, & propositio panum. Haec symbola erant mundi. Post secundum velamen vero, non erat vnum velamen: sed etiam foris velamen erat tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorum. Attende quomodo ubique tabernaculum vocat, ex eo quod ibi habitetur. Aureum, inquit, habens thuribulum, & arcam testamenti circumseptam ex omni parte auro: in qua urna erat aurea, habens manna, & virga Aaron quae fronderat, & tabulae testamenti. Omnia ista venerabilia erant & clara, ingratitudinis Iudaicae monumenta. Et tabulae, inquit, testamenti. Fregerat quippe eas. Et manna. Murmurauerunt enim, & vt deduceretur ad posteros memoria, imperauit illud in urna aurea reseruari. Et virga, inquit, Aaron quae fronderat, super quae erant Cherubin gloriae. Quid est Cherubin gloriae? siue gloriosa, siue quae sub deo sunt constituta. Obubrantia, inquit, propiciatorium. Sed & extollit haec sua oratione, vt ostendat, quia maiora sunt quae post ista sunt. De quibus, inquit, non est nunc dicendum per singula. Hic significauit quoniam non haec sola erant quae videbantur, sed aenigmata quaedam erant: de quibus, inquit, non est nunc dicendum per singula, fortassis quia opus multo sermone haberet. *Huius igitur ita constructus, inquit, in prius quidem tabernaculum semper ingrediuntur sacerdotes, culturae officia consummantes: Hoc est, erant quidem ista, sed non eis fruebatur Iudaei. Non enim videbant ea. Proinde non illis magis erant constituta, quam illis quibus prophetabantur. In secundum autem semel in anno solus pontifex non sine sanguine quem offerret pro se, & pro populi ignorantibus.*

Intueris iam formas ante praemissas. Ne enim dicerent, quomodo vnum est sacrificium, ostendit illud iam inde ab initio esse. Si quidem quod sanctius erat, vnum erat & terribile, Et quomodo pontifex semel hoc offerebat, [si consuetudinem ab initio acceperat? Etenim tunc pontifex, inquit, semel offerebat.] Et bene

Intueris iam formas ante praemissas. Ne enim dicerent, quomodo vnum est sacrificium, ostendit illud iam inde ab initio esse. Si quidem quod sanctius erat, vnum erat & terribile, Et quomodo pontifex semel hoc offerebat, [si consuetudinem ab initio acceperat? Etenim tunc pontifex, inquit, semel offerebat.] Et bene

Intueris iam formas ante praemissas. Ne enim dicerent, quomodo vnum est sacrificium, ostendit illud iam inde ab initio esse. Si quidem quod sanctius erat, vnum erat & terribile, Et quomodo pontifex semel hoc offerebat, [si consuetudinem ab initio acceperat? Etenim tunc pontifex, inquit, semel offerebat.] Et bene

Intueris iam formas ante praemissas. Ne enim dicerent, quomodo vnum est sacrificium, ostendit illud iam inde ab initio esse. Si quidem quod sanctius erat, vnum erat & terribile, Et quomodo pontifex semel hoc offerebat, [si consuetudinem ab initio acceperat? Etenim tunc pontifex, inquit, semel offerebat.] Et bene

Intueris iam formas ante praemissas. Ne enim dicerent, quomodo vnum est sacrificium, ostendit illud iam inde ab initio esse. Si quidem quod sanctius erat, vnum erat & terribile, Et quomodo pontifex semel hoc offerebat, [si consuetudinem ab initio acceperat? Etenim tunc pontifex, inquit, semel offerebat.] Et bene

Intueris iam formas ante praemissas. Ne enim dicerent, quomodo vnum est sacrificium, ostendit illud iam inde ab initio esse. Si quidem quod sanctius erat, vnum erat & terribile, Et quomodo pontifex semel hoc offerebat, [si consuetudinem ab initio acceperat? Etenim tunc pontifex, inquit, semel offerebat.] Et bene

Intueris iam formas ante praemissas. Ne enim dicerent, quomodo vnum est sacrificium, ostendit illud iam inde ab initio esse. Si quidem quod sanctius erat, vnum erat & terribile, Et quomodo pontifex semel hoc offerebat, [si consuetudinem ab initio acceperat? Etenim tunc pontifex, inquit, semel offerebat.] Et bene

Intueris iam formas ante praemissas. Ne enim dicerent, quomodo vnum est sacrificium, ostendit illud iam inde ab initio esse. Si quidem quod sanctius erat, vnum erat & terribile, Et quomodo pontifex semel hoc offerebat, [si consuetudinem ab initio acceperat? Etenim tunc pontifex, inquit, semel offerebat.] Et bene

Intueris iam formas ante praemissas. Ne enim dicerent, quomodo vnum est sacrificium, ostendit illud iam inde ab initio esse. Si quidem quod sanctius erat, vnum erat & terribile, Et quomodo pontifex semel hoc offerebat, [si consuetudinem ab initio acceperat? Etenim tunc pontifex, inquit, semel offerebat.] Et bene

Intueris iam formas ante praemissas. Ne enim dicerent, quomodo vnum est sacrificium, ostendit illud iam inde ab initio esse. Si quidem quod sanctius erat, vnum erat & terribile, Et quomodo pontifex semel hoc offerebat, [si consuetudinem ab initio acceperat? Etenim tunc pontifex, inquit, semel offerebat.] Et bene

Intueris iam formas ante praemissas. Ne enim dicerent, quomodo vnum est sacrificium, ostendit illud iam inde ab initio esse. Si quidem quod sanctius erat, vnum erat & terribile, Et quomodo pontifex semel hoc offerebat, [si consuetudinem ab initio acceperat? Etenim tunc pontifex, inquit, semel offerebat.] Et bene

Intueris iam formas ante praemissas. Ne enim dicerent, quomodo vnum est sacrificium, ostendit illud iam inde ab initio esse. Si quidem quod sanctius erat, vnum erat & terribile, Et quomodo pontifex semel hoc offerebat, [si consuetudinem ab initio acceperat? Etenim tunc pontifex, inquit, semel offerebat.] Et bene

Intueris iam formas ante praemissas. Ne enim dicerent, quomodo vnum est sacrificium, ostendit illud iam inde ab initio esse. Si quidem quod sanctius erat, vnum erat & terribile, Et quomodo pontifex semel hoc offerebat, [si consuetudinem ab initio acceperat? Etenim tunc pontifex, inquit, semel offerebat.] Et bene

dixit, non sine sanguine, non quidē sine sanguine, sed isto sanguine. Non enim tantū erat negotium, ostendit quia erit sacrificiū, quod igni non cōsumatur, sed ex sanguine quidem demonstrandum sit. Quoniam enim sacrificiū vocavit crucem, neq; ignem habentem, neq; ligna, neq; oblationem: sed semel in sanguine oblatū, ostendit, quia & vetus sacrificium tale erat, & semel offerebatur in sanguine. Quē offerret, inquit, pro se, & pro populi ignorātiis: non dixit peccatis: sed, ignorantibus, ne magnū sapiant. Si enim non volens peccabas, sed nolēs ignorabas, & ab hoc nullus est mundus & vbiq; quod suum est ostendit: quoniam Christus multo maior est pōtifex. Si enim separatus est à peccatis nostris, quomodo pro se obtulit? Quare ergo ista dixisti, inquit? Hoc em̄ quod melioris sit, nūquam hic spectatur. Deinceps vero hoc cōtrēplatur ac dicit: *Hoc, inquit, significante spiritu sancto nōdū manifestū esse sanctorū viā, adhuc priore tabernaculo stantem habente.* Propterea, inquit, ista ita cōstructa sunt, vt discamus, quia sancta sanctorū, hoc est, cōlū, adhuc est inaccessible. Ne putemus ergo quoniā ingredi illud, inquit, non possumus, ideo nō esse: nam neq; sancta ingressi sumus. *Quē similitudo erat, inquit, pro tēpore tūc [præsentē].* Præsentis tēpus quale dicit? Ante præsentiam Christi. Post aduentū enim Christi non iam est præsentis. Quomodo? Nam vrgēs est, & finem habens. Aliud itē significans hoc dixit: Quē cōparatio præsentis est tēporis: hoc est, forma facta est. *Secundū staret cum quam munera & hostiæ offeruntur, quæ non valent secundum aduenerit conscientia perfectum facere cultorē.* Nosti quid hoc est, nihil perfecit lex. Et inculpabile erat prius illud, Quomodo? Secundū conscientia. Hostiæ enim, inquit, nō fordes animæ dimittēbāt: sed adhuc circa corp⁹ erat secundū legē mandati carnalis. Nō enim adulteriū, non homicidiū, non sacrilegium dimittere poterāt, Intueris quid dicat: hæc comede, illud nō comedas? Quæ sunt indifferentia. *In cibis duntaxat & in potibus, & variis baptismis.* Hoc pota, inquit, hoc noli. Et tamē de potu nihil erat dispositū, sed vt ista extenuet, dicit. Et variis baptismis, *Et iustificationibus carnis vsq; ad tempus correctionis imposita.* Hæc em̄ erat iustitia carnis. Deicit hic hostias, ostēdens quia nullā habebant virtutē, & quia vsq; ad tēpus correctionis erant, hoc est, tempus sustinebāt corrigens omnia. *Christus autē adueniens pontifex bonorum, quæ facta sunt per maius, & perfectius tabernaculum, non manufactum.* Carnē dicit in hoc loco. Bene & maius & perfecti⁹ dixit: siquidē & deus verbū, & cuncta spiritus operatio habitat in ea. Nō enim ad mensurā dat deus spiritū. Perfectius autem dixit, vt pote, incomprehensibile, & maiora perficiēs: Hoc est non huius structuræ. Ecce quomodo maius. Non enim sine spiritu eam construxit, neq; ex hac creatura est: hoc est: nō est ex his creaturis, sed spiritalis ex spiritu sancto. Intueris quomodo & tabernaculum & velamē, & cōlū illud corpus vocat, per maius & perfectius tabernaculum, per velamen, hoc est, carnem eius, & iterū in interiora velaminis, & iterum intrantem in sancta sanctorū, vt appareat vultui dei. Quare ergo hoc facit? secundum aliam & aliam significationē: vt puta, Velamen cōlū est. Sicut enim muro quodam discernit sancta velamen: sic & caro abscondēs diuinitatē, similiter & tabernaculum habens in se diuinitatem, & tabernaculum iterum cōelum est: illic enim est intus pōtifex. Christus autē, inquit, veniens pontifex. Nō dixit, factus, sed veniēs: hoc est, ad hoc

† quod se-  
pius offer-  
retur.

† instāte  
sic in se-  
quētib⁹.  
† instans.  
quomodo  
enim in-  
staret cum  
adueniret  
& finem  
habeat?

Chryf. le-  
gitur quod  
vōmivōp d-  
72800, alij  
τῶν μιλ-  
λόντων.  
Ioan. 3. d.

ipsum veniens, non alij cuipiā succedens. Nō primo aduenit, & tūc factus est, sed simul aduenit. Et nō dixit, adueniēs pōtifex hostiarū, sed bonorū quæ facta sunt: veluti nō valēs sermone vniuersum exprimere. *Neque per sanguinem, inquit, hircorum, aut vitulorum.* Omnia immutata sunt. Per proprium, inquit, sanguinem introiuit semel in sancta. Et hic cōlū vocauit. *Semel, inquit, introiuit in sancta æterna redēptione reperta.* Et quod dixit, reperta, ostendit eorū esse, quæ admodū difficile parantur, & præter expectationē eueniunt, nempe, quomodo per vnū ingressum æternā redēptionem reperit. Deinde probationem adiungit. *Si enim sanguis taurorum & hircorum, & cinis vitule aspergens immundos sanctificat ad emundationē carnis: quanto amplius sanguis Christi, qui per spiritum æternum seipsum obtulit immaculatum deo, mundabit conscientia nostram ab operibus mortuis, sanctum.* *Vt seruiamus deo viuo?* Si enim carnem, inquit, potest mundare sanguis taurorū, multo amplius animæ fordem diluet sanguis Christi. Ne enim cum audis, sanctificat, magnum aliquid putes, annotat & ostendit vtriusq; mundationis differentiā. Et quomodo hoc? Ista quidem excelsa, illa autem humilis. Et dicit, quia merito: siquidem ille quidē sanguis taurorum erat, iste autem Christi. Et non ei sufficit nomine tantum hoc signare, ponit etiā modum & differentiē. Qui per spiritum, inquit, sanctum seipsum obtulit immaculatum deo, hoc est, sacrificium immaculatū erat, mundum à peccatis. Hoc enim est per spiritū sanctū, non per ignem, non per aliena quædā. Et mundabit conscientia nostrā, inquit, ab operibus mortuis. Bene dixit, ab operibus mortuis. Si quis enim tangebatur mortuū polluebatur: & hic si quis tetigerit opus mortuū, contaminatur per conscientia. Ad seruiendū, inquit, deo viuo. Hic manifestat, quia opera mortua habentes, nō possunt seruire vero & viuo deo, quia illa mortua sunt & falsa: & merito. Nullus igitur opera mortua habens ingrediatur huc. Si enim eum, qui corpus mortuum tangebatur, nō oportebat intrare in tēplum, quāto magis eum, qui opera mortua habet? Pollutio quippe est pessima. Mortua quippe omnia opera sūt, quæ vitam non habent, quæ putorem spirant. Sicut enim mortuū corpus ad nullū sensum est vtile, verū etiā contristat appropinquantes: sic & peccatum cōfestim rationem nostrā percutit, & non permittit neque mentē ipsam quiescere, sed perturbat, & cōmouet. Dicitur autē, quia & pestis cum generatur, corrumpit corpora. Tale quiddā est & peccatū: à peste nihil differt, non quia aërem corrūpat primū, deinde corpora, sed cōtinuō in animā insilit. Non vides eos qui peste laborāt quomodo tumore quodā occupātur, quomodo cōuertunt se, atq; reuertūt, quomodo fœtoribus sunt repleti, quomodo turpes sunt eorū facies, quomodo per totū immūdi sunt? Tales quippe sunt etiā peccantes, etiā si nō videant. Dic enim mihi, nōne quouis febricitatē peior est, qui cupiditate pecuniarū, vel corporum captus est? Nōne immundior istis omnibus est, omnia turpia faciēs & patiēs? Quid enim turpius viro pecunias amāte? Quæcunq; enim meretrices mulieres faciūt, quæcunq; in scena committūtur, non euitat efficere, sed tam absurda & iste operatur. Magis autē fortassis illæ aliquid euitāt, quā illi. Nam iste etiā seruilis, indecenti adulandi modo perpetitur, rursus audax vbi nō oportet. Vbi-que varius est, malignis hominib⁹, & senibus, fortassis etiā perditis, & multo pauperioribus & vilioribus assidens

assidēs adulatur, & alios bonos ex omni parte virtutē habentes vituperat ferociter. Intueris ex vtraq; parte turpitudinē & impudentiā: & humilis est præter modum & gloriosus. Sed prostrāt in ædibus meretrices, & hoc est earū crimen, quia corpus suum venundant pecuniæ causa. Sed paupertas & fames cōpellit, licet neq; hoc idoneum sit ad excusationē, poterāt enim opus facientes enutriri. Hic vero stat auarus, non in domo, sed in media ciuitate: nō corpus, sed animam suā prostituens diabolo, vt & voluptuetur cum ea, & intret ad eam veluti ad meretricem, & impleta omni cupiditate egrediatur, & videat tota ciuitas, nō duo viri aut tres: & hoc proprium est meretricū, quia eius sunt qui aurū dat, sit ille seruus, sit monachus, sit qui libet, pponat autē mercedē, suscipiunt, liberos vero, & si omniū sint nobilissimi, sine argento non admittunt: hoc etiam isti faciūt. Rectas quidem cogitationes, quādo pecuniā non habēt, auersantur: malis autem, & deo vere repugnantibus cōmiscantur, & pulchritudinē animæ perdūt. Sicut em̄ illæ, quæ naturā deformes ac nigre sunt, & agrestes, & crasse, & turpes, & malè formatæ, & ex omni parte fœdæ: sic etiā istorum efficiuntur animæ, & neq; externa politione deformitatem suā possunt contegere. Cum enim extrema sit deformitas, quæcunq; adinueniant, quæcunq; excogitent, neq; sub fictione latere poterūt. Quoniā vero impudētia facit meretrices, audi Prophetā dicentē: Impudens facta es ad omnes, facies meretricis facta est tibi: hoc etiā ad auarū dici potest, Impudēs factus es ad oēs. Nō ad istos, aut ad illos, sed ad omnes: Quomodo? Non patrem, non filiam, non coniugem, non amicū, non fratrem, non benefactorē, nullum, vt absolutē dicā, reueretur huiusmodi. Et quid dico amicū & fratrem, & patrem? ipsum non reueretur deum, sed omnia fabulæ illi videntur, & ridet ex multa cupiditate ebrius, & neque auditu percipit aliquid, quæ illi prodesse possunt. O absurditatē: & qualia loquuntur? Væ tibi māmona, inquit, & ei qui te non habet. Dissipor ex indignatione. Væ quippe ista dicētibus, etiam si per risum hæc dicāt. Dic mihi talē cōminationem, cōminatur deus dicens: Nō potestis duobus dominis seruire: tu autem eludis cōminationem? Nōne idololatriā hanc dixit Paulus? Et auarū, idololatrā vocat, tu vero rides, secularēsq; mulieres ad risum concitas, nempe in scena cōstitutas, hoc est quod omnia subuertit, hoc omnia deiicit. Omnia nostra risus sunt, ciuilitas & vrbānitas, iā nihil est stabile, nihil graue. Nō ad seculares viros ista loquor tantū, sed noui quos significo. Risu em̄ repleta est ecclesia. Si ille & ille facetum quiddā loquatur, risus cōfestim sedētes occupat: & quod adhuc mirabili⁹ est, in ipso tēpore orationis nō quiescunt multi à risu, vbi-que vagātur. Diabolus omnes illigauit, omnes occupauit, omnib⁹ dominatur, ex honoratus est Christus, contēptus est, nullius momēti habetur ecclesia. Nōne audistis Paulum dicentem: Turpitudine & stultiloquium, & scurrilitas abiiciatur à vobis? Cum turpitudine & scurrilitatem posuit, tu autem rides? Stultiloquium quid est? Quod nullā habet vtilitatem. Omnino vero rides & effundis faciem tuam, qui monachū pteris, qui crucifixus es, qui luges. Rides, dic quæso, Vbi Christus hoc fecit? Audisti hoc alicubi? Nusquā, sed cōtristatum quidem læpius legisti. Etenim quādo Hierusalē vidit, lachrymatus est: & quādo traditorem intellexit, turbatus est: & quādo Lazarū susci-

taturus erat, plorauit, tu autem rides. Si qui propter aliorū peccata non dolet, accusatione dignus est: qui in suis sine dolore existit, & ridet, qua venia dignus erit? Tēpus est luctus & tribulationis, sub afflictione & seruitute certaminū, & sub doloribus res agitur, & tu rides? Non intueris quomodo increpata est Sara? *Gen. 18. b* Nō aduertis Christū dicentē: Væ vobis, qui ridetis, quoniā plangentis? *Luc. 6. d* Ista psallēs per singulos dies, quid dicis? Dic mihi, num alicubi dicis, quoniam risi? Nequaquā: sed quid? *† Defeci in gemitu meo.* Fortasse etiā sunt aliqui ita dissoluti, & remissi, vt etiam in hac increpatione rideant, quoniā de risu disputamus. Etenim talis est demētia, talis est stupor, neq; increpationē sentit. Stat sacerdos dei orationē offerēs cunctorū, tu autē rides, nihil timens: & ille quidem tremens orationē pro te offert, tu autē contemnis. Non aduertis scripturam dicentem: Væ contemptoribus? *Tob. 13. e* Non cōtremiscis? non colligis temetipsum? Et in aulam quidem regiam intraturus, & habitu, & oculis, & incessu, & in cūctis aliis componis & ornas temetipsum: huc autem ingressurus, vbi vere est aula regia, & talis, qualis cœlestis est, rides? Et tu quidem scio, quia nō vides. Audi tamē quia angeli præsentēs sunt vbi-que, & maxime in domo dei adstāt regi, & omnia plena sunt incorporeis illis virtutibus. Iste mihi sermo etiam ad mulieres dicitur. Illæ inter viros quidē non cito audent hoc facere: & si faciunt, non tamen semper, sed in tēpore remissionis, hic autem semper. Velas & obnubis caput tuū, dic mihi, & rides, o mulier in ecclesia sedēs? Ingressa es cōfiteri peccata tua, procidere deo, postulare & deprecari pro delictis tuis, & cū risu hoc facis? Quomodo ergo eū propitiare poteris? Et quid? Malum est risus, inquit? Nō est malum risus, sed malū quando fit importuno tempore & immoderatē. Risus enim inditus est nobis, vt quādo amicos post multū tēporis viderimus hoc faciamus: quādo aliquos delinquētes, & timentes, vt refoueamus eos risu, nō vt cachinnemur, & semper rideam⁹. Risus inest animæ nostræ, vt remissionem aliquando habeat anima, non vt diffundatur. Nam & cupiditas corporum inest nobis, & non necesse est vti-que, quia inest nobis, aut vti illa, aut immoderatē vti: sed retinemus eam, & nō dicimus, quoniā inest, vt amur. Cū lachrymis serui deo, vt possis diluere peccata tua. Noui quia multi nos subsannāt, dicentes: ecce statim lachrymæ. Propterea & tempus est lachrymandi. Scio quia & cōtraducunt nobis qui dicunt, manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Vanitas vanitatū, *Eccl. 1. a* omnia vanitas. Nō ego dico, sed ipse, qui experimētum cunctarū rerū accepit, hæc dixit: Aedificauimus hi domos, plātaui vineas, inslitui & natatorias aquæ, feci mihi pocillatores, & cyathos: & quid post hæc? Omnia vanitas, inquit, vanitatū, omnia vanitas. Lugeamus ergo dilectissimi, lugeamus, vt reuera rideamus, vt vere gaudeamus in tēpore gaudij syncerioris. Huic enim gaudio omnibus modis etiam tristitia permixta est, & nunquā purum inueniri potest. Illud gaudium syncerū quiddam est, & sine fraude, & nihil habens subdolum, neque permixtum. Illud ergo gaudium gaudeamus, illud insequamur, aliās neque adipisci potes istud gaudium, etiam si velis. Proinde nō quæ voluptuosa sunt, sed quæ profunt, eligamus, & paululum affligamur volentes, & cum gratiarum actione omnia tolerantēs. Sic enim poterimus & regnum cœlorum adipisci, cuius nos contingat omnes

Hier. 3. b.

Mat. 6. c.

Eph. 5. b.

Eph. 5. a.

Mat. 23. d.

Ioan. 11. e.

Gen. 18. b

Luc. 6. d

Tob. 13. e

1. Co. 15. d

Eccl. 1. a

Ibid. 2. a



dignos effici, in Christo Iesu domino nostro, cū quo deo patri gloria, vna cum sancto spiritu, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Homilia xij. ex cap. ix.

**T** propterea Testamenti noui mediator est, vt morte facta ad redemptionem carum transgressionum, quae fuerant sub priori testamento repromissionē accipiunt hereditatis aeternae, ij qui vocati sunt. Vbi enim testamentū est, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentū quippe in mortuis confirmatur, alius nunquā valet dum viuit qui testatus est. Vnde neque primum sine sanguine dedicatum est. Lecto enim omni mandato legis, a Mose, vniuerso populo, accipiens sanguinem vitulorū & hircorum, cum aqua & lana coccinea & hyssopo, ipsum quoque librum & omnem populum aspersit dicens: hic sanguis testamenti quod mandauit ad vos deus, &c. Possibile erat multos, qui infirmiores erāt, ex eo q̄ mortuus est Christus, maxime non credere promissionibus eius. Paulus igitur ex abūdanti hoc ponit exemplo ex cōmuni cōiuetudine sumpto. Quale autē hoc est? Propter hoc ipsum igitur, inquit, oportet cōfidere. Quare? Quia nō viuētibus testatoribus, sed mortuis, firma sunt testamenta, & fortitudinē accipiunt. Propterea, inquit, noui testamenti mediator est. Testamentum enim circa nouissimū diem fit defunctionis. Tale autem est testamentū. Alios quidē hāeres habet, alios autē exhāredat. Sic etiā hic, Volo vt vbi ego sum, inquit Christus, & isti sint. Et iterū de exhāredatis audi illum dicentem: Non de omnibus rogo, sed pro credentibus, per verbū eorum in me. Iterum testamentum quādā habet testatoris, quādā eorum qui suscipiunt, ita vt quādā suscipiant, quādā faciant. Sic etiā hic. Posteaquā enim promisit innumera bona, exegit & ab eis dicens: Mandatū nouum do vobis. Iterū, testes debet habere testamentū. Aduerte illū iterum dicentē: Ego sum qui testimoniū perhibeo de memet ipso, & testimoniū perhibet de me, qui me misit. Et iterum, ille testimoniū perhibebit de me, de paracleto dicens: & duodecim apostolos misit, dicens: Testificamini in conspectu dei. Et propterea inquit, testamenti noui mediator est. Quid est mediator? Mediator enim non est dominus rei cuius est mediator, sed & alia quidē res, alius est mediator: vtputa mediator nuptiarū fit, non sponsus, sed adiuuans sponsum qui ducturus est. Sic etiā hic mediator filius factus est patris, & noster. Nolebat nobis dimittere pater hēreditatem istā, sed irascebatur nobis, & indignabatur tanquā abalienatis. Mediator autē factus est noster & patris, & persuasit illi. Et quid igitur? Quomodo mediator factus est? Sermones detulit, & attulit ea quae a patre mittebātur perferens ad nos. Addidit etiā mortē. In offensione quippe eramus, mori nos oportebat, mortuus est pro nobis, & fecit nos dignos testamentum. Hoc modo firmū factū est testamentum. † An non in indignos iam factū? In ipso quidē initio, tāquam pater in filios afficiebatur. Sed quia indigni facti sumus, non iam testamento nobis opus erat, sed pœna. Quid igitur gloriaris, inquit, in lege? In tantū peccatum quippe nos illa cōstituit, vt saluari nō possemus aliquādo, nisi pro nobis domin⁹ moreretur. Nequaquam valuit lex, siquidē est infirma. Et non tantū ex cōmuni consuetudine hoc cōfirmat: sed etiam ex his quae in veteri testamento contingebant, quod plurimum ad illis persuadendum valebat. Nullus fuit qui mortuus est illic. Quomodo ergo firmū est testamentum? Per eūdem ipsum modū, inquit. Quomodo? nā

Ioan. 17. d

Ioan. 17. b

Ibid. 8. c. & 13. d

Ibid. 15. d

† quod nō iam deinceps in indignos factum est.

**A** & illic sanguis sicut hic sanguis. Si autē nō erat Christi sanguis, non mireris, typus enim erat. Vnde dixit: Neq; primū sine sanguine dedicatū est. Quid est dedicatum est? Firmū factū est, roboratū est. Quod autē dixit, vnde, tale est quale si diceret. Propterea oportebat testamenti symbolū esse & mortis. Cur enim, dic mihi, codex testamenti aspergitur? Dixit enim, Lecto omni mandato secundū legē Mōsi omni plebi, accipiēs sanguinē vitulorū, cum aqua & lana coccinea, & hyssopo, & ipsum librum, & omnē populum aspergit, dicens: Hic est sanguis testamenti quod mandauit ad vos deus. Cur ergo, dic mihi, liber testamenti, & populus aspergitur, nisi quod preciosus ille sanguis ab initio illo schemate prānunciabatur? Quare autē hyssopo? spissum quiddam est, & tenax. Quare aqua? Ostendit mundationē per aquam. Quare lana? Et illa ad hoc assumebatur vt retineret sanguinem.

**B** Ostendit in hoc loco idem esse & sanguinē & aquā. Baptisma enim eius etiā passio eius est. Et tabernaculum, inquit, & omnia vasa ministerij sanguine similiter aspergit, & penē omnia in sanguine mundantur secundum legem, & sine sanguinis effusione non fit remissio. Quare autē dixit penē? quare illud sic tēperauit? Quoniam in illis non erat perfecta mundatio, neque remissio perfecta, sed semiperfecta, & in minima parte. Nunc autē, hic est, inquit, sanguis noui testamenti, qui pro vobis effunditur in remissionē peccatorum. Vbi est igitur liber? Mundauit mētes corū. Ipsi igitur erant libri noui testamenti. Vbi etiā vasa ministerij? Ipsi sunt. Vbi est tabernaculum? Ipsi etiā hoc sunt. Inhabitabo, inquit, in illis, & inambulabo. Verū nec lana coccinea, nec hyssopo aspersi sunt. Quid ita? Nō enim corporalis erat mundatio, sed spiritalis, & sanguis spiritalis. Quomodo hoc? Nō ex corpore manauit? Ex corpore quidē, sed quod fuerat a spiritu sancto fabricatū. Hoc vos sanguine non Mōses, sed Christus aspersit, per verbū quod dictū est: Hic est sanguis noui testamenti in remissionē peccatorū. Hic sermo pro hyssopo sanguine infectus omnes aspergit. Et illic quidē corpus extrinsecus mūdabatur: corporalis quippe erat mūdatio: hic autē quia spiritalis est mundatio, in animam ingreditur ista mundatio, Non simpliciter aspersus, sed velut fons emanans in animabus nostris (Sciunt quae dicuntur, qui imbuti sunt) & in illis quidē ipsam superficiem aspergebat, & iterū abluebatur aspersus. Non enim cruētatus semper deambulabat. In anima vero non ita est, sed ipsi essentiae cōmiscetur sanguis, fortē illam faciens & mundam, & ad illā inenarrabilem pulchritudinem perducens. Ostendit autē deinde mortem nō firmitatis causam esse solum, sed etiā mundationis. Quoniam enim mors polluta res esse videbatur, & maxime quae per crucem fiebat, dicit quia hoc magis mūdauit, & quia preciosa mundatio est, & maioris habetur. Propterea sacrificia antecesserunt propter istum sanguinē, propterea agni, & cūcta propter hoc fiebant. *Necessarium ergo vt exempla, inquit, eorum quae in caelis sunt, per haec mundentur: ipsa autem caelestia melioribus sacrificiis, quam ista sunt.* Et quomodo exempla sunt eorum, quae in caelis habētur? Quae autem nunc vocat caelestia? num caelum, aut angelos? Nihil tale, sed ista quae apud nos geruntur. In caelis ergo sunt ista quae nostra sunt, & haec nostra caelestia sunt, quauis in terra celebrentur. Siquidem & angeli in terris sunt, sed tamen caelestes vocantur. Nam & Cherubin in terris apparuerunt, & tamen caelestia sunt.

Mat. 26. f

1. Co. 6. d

Phil. 3. d

Morale

1. Ian. 14. c

† dimitte.

Rom. 8. g

1. Co. 4. d

sunt. Et quid dico apparuerunt. In terris etiā conuersantur, sicut in paradiso. Imò neq; hoc. Ista enim caelestia sunt: conuersatio etiā nostra in caelis est, quāuis hic cōuersemur. Quae est ista cōuersatio nostra? Haec est, philosophia scilicet, quae apud nos est, qui ad cœlū vocati sumus. Melioribus, inquit, sacrificiis, q̄ haec sunt. Quod melius est, bono aliquo melius est. Bona ergo fuerunt iam exēpla eorū quae in caelis sunt, nequaquam enim exempla illa mala erāt, alioquin etiā mala essent, quorū exempla sunt. Si igitur caelestes sumus nos, & tantū sacrificium adepti sumus, timeamus, & nō permaneamus in terra: potest enim nō esse in terra & nunc, quicunq; voluerit. Esse enim in terra & non esse, modo quodam, & voluntate fit: vtputa exempli gratia: Deus dicitur esse in cœlo, quare? Nō loco cōclusus, absit, neq; terrā suā prāsentia destitutā derelinquēs, sed habitudine quadā & familiaritate, quā habet ad angelos, dicit esse in cœlo. Si ergo & nos appropinquamus deo, in cœlo sum⁹. Quid enim mihi curā esset cœlū, cum videā deum cœli, cū ego efficiar cœlum? Veniemus, inquit, & ego & pater, & mātionem apud eum faciemus. Faciamus igitur animam nostrā cœlū. Clarum quidē & festiuū est cœlū propria natura. Neq; enim in hyeme nigrū efficitur, nō enim ipsum est quod cōuertit faciē, sed nubes cōcurrētes illud obregunt. Cœlū autem solē habet, habemus & nos solē iustitiā. Dixi iam, quia licet nobis fieri sicut cœlū. Video autē, quia & meliores fieri cœlo licet nobis. Quoniam modo? Quando dominū solis habemus. Cœlū vbiq; mundū est, & sine macula, non in hyeme, non in nocte mutatur. Proinde & nos neq; in tribulationibus, neq; in versutiis diaboli hoc patiamur, sed maneamus immaculati & mūdi. Cœlū altū est, & multū distans a terra. Hoc etiam nos faciamus, separemus nos a terra, & in excelsum illud leuemur, & multū nos a terra extollamus. Cœlū superius est, & ab imbribus, & a pluuiis, & a nullo cōsumitur: hoc & nos poterimus, si voluerimus. Cœlum quidē putatur pati, veruntamen nihil patitur ipsum. Sic igitur & nos, etiam si putamur pati, tamē non patimur. Sicut enim in hyeme multi quidē pulchritudinē eius non agnoscūt, sed putāt illud mutari: philosophi vero sciūt, quia nihil passum est: sic & de nobis in tribulationibus. Multi quidē putant nos immutatos, & tribulatione cor nostrum esse tactum, philosophi autē sciunt quoniam nos non tetigit. Efficiamur itaq; cœlum, ascendamus in altitudinem illam, & ita videbimus homines, vt putemus a formicis nihil differre.

**A** tur. Intueris quia neq; videbat quae videntur, sed quae non vidētur? Intueris quia neq; videbat, quae in prāsententi sunt? Vt autem tibi ostēdam, quoniam caelis superior erat, audi illum dicentem: Certus sum enim, quoniam neq; mors, neq; vita, neq; prāsentia, neque futura, neq; altitudo, neq; profundum, neq; alia creatura poterit nos separare a charitate Christi. Intueris quomodo cuncta pertransiens eius animus, superiorem cum fecit non hac tantum creatura, non his caelis, sed aliis etiam quicunq; sunt. Vides altitudinem mentis? vides tabernaculorum opificem quid factus sit? quoniam voluit, qui in foro totam vitam transigebat: Nihil est enim impedimēti, nihil est quominus liceat omnia trāscendere, si tamē voluerimus. Si enim artes eas, quae multos superāt, ita percepim⁹: multo amplius quod tanto nō indiget labore. Quid enim, dic mihi, difficilius, q̄ super funem extensum ambulare veluti super aequale solū, & sursum ambulantem, & vestiri, & spoliari, tāquam in lecto sedeat? Nōne mirabilis nobis ista res videtur, & terribilis, vt etiam videre nolimus, sed timeamus & tremamus ad ipsum aspectū? Quid autē, dic mihi, difficilius, quā contum in fronte portare, & impositū puerū variis modis gestulantē, ibidē baiulare, & delectare spectantes? Quid autem difficilius, q̄ gladiis pilarū more ludere? Quid autē grauius, dic mihi, quā profundū pelagi scrutari? Et innumeras alias artes quis dicere posset: sed omnibus istis facilius est virtus, si voluerimus & in cœlum ascendere. Velle enim hic opus est tantū, & omnia sequuntur. Non potes enim dicere, non possum: neq; accusare potes conditorē. Si enim impotentes nos fecit, & deinde imperat, culpa eius est. Quomodo ergo inquis, multi non possunt? Quomodo ergo: multi nolunt. Si enim voluerint, omnes poterunt: propter hoc & Paulus dixit: Volo omnes homines esse sicut meipsum. Quoniam sciebat q̄ omnes poterant esse sicut ipse. Nequaquam enim hoc diceret, si impossibile esset. Vis fieri? Principiū tantum apprehende. Dic autē mihi: in artibus cunctis, cū voluerimus in eis perfecti fieri, num sufficit nobis velle, an non etiā aggredimur ipsas res? Veluti quod dico: Vult aliquis fieri gubernator, nō dicit volo, & hoc ei sufficit, sed etiā rem ipsam aggreditur. Vult fieri negociator, non dicit volo tantū, sed etiam rem ipsam aggreditur. In longinqua vult proficisci, non tantum dicit volo, sed etiam rem ipsam aggreditur. Et sic in omnibus non sufficit velle tantū, sed etiā opus oportet addere. In cœlum autem volens ascendere, dicis tantum, volo? Quomodo ergo dicebas, inquis, quia velle sufficit? De voluntate dixi, cui sit adiunctū opus ipsum, quae laboranti in ipsa re concertet. Habemus quippe cooperatorē & adiutorem deū, tantum velimus, tantū opere accedamus ad rem ipsam, tantum curam geramus, tantū in mentem ponamus, & cūcta sequuntur. Si vero dormierimus, & stertentes speremus intrare in cœlū, quādo poterimus hēre ditatem cœlorū apprehendere? Velimus ergo, obsecro, Velimus. Quid omnia ad prāsentem vitam negociamur, quā cras derelinquemus? Assumamus igitur virtutē, quae nobis in perpetuū sufficiat, in qua erimus semper, & aeternis bonis fruemur: quae nos omnes cōtingat adipisci in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, vna cum sancto spiritu, gloria, imperiū, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

† sed & b

qui alij fuerunt.

1. Cor. 7. b

Homilia xij. ex cap. ix.

Dd iij Non enim

Tomus quartus.

**N**on enim in manufacta sancta introiuit Christus ex-  
 plaria verorum, sed in ipsum cœlum, ut appareat nūc  
 vultui dei pro nobis. Neque ut sepe offerat seipsum,  
 quemadmodū pontifex intrat in sancta per singulos annos in  
 sanguine alieno, alioquin oportebat eum sepius pati à cōstituti-  
 onem. h. a. ne mundi. Nunc autem semel in consummatione seculorum ad  
 h. a. destruetionem peccati per hostiā suam apparuit. Et quemadmo-  
 dum statutum est hominibus semel mori, post hoc autē iudiciū:  
 paulo post sic & Christus semel oblatu est ad multorum exhaurienda pec-  
 cata, secundo sine peccato apparebit omnibus expectantibus se  
 in salutem. Alta sapiebant Iudæi de tēplo & taberna-  
 culo, propter quod dicebant: Templū domini, templū  
 domini, templū domini. Neq; enim alibi in ter-  
 ra constructū erat tale templū, siue quod ad sumptū,  
 siue quod ad pulchritudinē aut aliud quicquā attin-  
 et. Deus enim qui imperauerat, iusserat illud cū mul-  
 ta magnificentia fieri, quia & illi corporalibus magis  
 attrahebātur & alliciebātur. Capitella quippe colū-  
 narū habebat aurea in parietibus, & licet vnicuiq; vo-  
 lenti in secundo libro Regū, & in Ezechiele hoc co-  
 gnoscere, & quanta auri talenta expensa sunt in illo  
 tempore. Secundū vero ædificiū, clarius factum est,  
 & in pulchritudine, & in aliis omnibus. Et nō ex hoc  
 solum erat venerabile, sed etiam quod vnicum erat.  
 Omnes quippe à finibus terræ illuc veniebāt, siue ex  
 Babylonia, siue ab Aethiopia. Et hoc manifestās Lu-  
 cas in Actibus dicebat: Erant illic habitantes, Parthi,  
 & Medi, & Elamitæ, & qui habitant Mesopotamiam,  
 Iudæam, & Cappadociam, Pontum, & Asiam, Phry-  
 giam, & Pamphiliam, Aegyptū, & partes Libyæ, quæ  
 est iuxta Cyrenem. Ex omni ergo vndiq; mundo il-  
 luc conueniebant, & multū erat nomen illius templi.  
 Quid ergo Paulus facit? Quemadmodū enim in sa-  
 crificiis ita & hic facit. Sicut enim illic mortē oppo-  
 nit Christi, sic etiam & hic cœlum totū opponit tem-  
 plo. Et non hoc solum differentiā ostendit, sed etiam  
 hoc quod pontificē quā proximē ad deū consti-  
 tutū esse subiicit: Ut appareat, inquit, vultui dei. Pro-  
 inde non ex cœlo tantum, sed etiam ex ingressu rem-  
 venerabiliorem facit. Non enim simpliciter sicut hic  
 per signa quædā, sed ipsum deum videt illic. Intueris  
 quia accommodationis ac demissionis gratia vbique  
 humilia dicta sunt? Quid iam admiraris si interpellat,  
 cum eum constituat veluti sacerdotem? Neq; ut fre-  
 quēter semetipsum offerat, sicut pōtifex. Neq; enim  
 in manufacta sancta ingressus est, inquit, Christus ex-  
 plaria verorū. Igitur illa sunt vera, hæc autē exem-  
 plaria. Etenim templū ita cōstructū est, sicut cœlum  
 cœli. Quid dicis? Nisi intrauerit in cœlum, non appa-  
 rebit deo, qui vbique est, & omnia implet? Intueris  
 quia carnis sunt hæc omnia? Ut appareat, inquit, vul-  
 tui dei pro nobis. Quid est, pro nobis? Cum sacrificio  
 ascendit, inquit, quod potuit propitiare patrē. Quid  
 enim, dic mihi? Ipse erat inimic⁹? Angeli inimici erāt,  
 ipse nō erat inimicus. Quia enim angeli inimici erāt,  
 audi quid dicit: Pacificauit quæ in terris, & quæ in  
 cœlis sunt. Proinde & ipse introiuit in cœlū, nunc ut  
 appareat vultui dei pro nobis, nunc ut appareat, sed  
 pro nobis. Neq; frequenter offerat semetipsum quē-  
 admodū pontifex intrat in sancta per singulos annos  
 in sanguine alieno. Intuere quātæ differentiæ, sæpe &  
 semel, in sanguine alieno & sanguine proprio multū  
 interest. Ipse ergo & sacrificiū, & sacerdos, & hostia.  
 Si enim nō hoc esset, multa oportebat etiā sacrificia  
 offerri, sæpius oportebat crucifigi. Alioquin oportet-

\* Codex  
 2. Re. 12. g  
 Ezech. 4. 1. 4  
 Act. 2. 1

**A**bat eum, inquit, sæpius pati à cōstitutione mūdi. Hic  
 etiam quiddā velauit. Nunc autē, inquit, semel in cō-  
 summatione seculorū. Quare in consummatione se-  
 culorum? Post multa peccata. Si enim à principio fa-  
 cta fuissent & postea nemo credidisset, nō oportuisset  
 autem secūdo eum mori: infructuosa fuissent omnia.  
 Quia vero postea multa erāt peccata, merito tunc ap-  
 paruit: quod etiam alibi dicit: Vbi abundauit pecca-  
 tum, superabundauit & gratia. Nunc autem, inquit,  
 semel in consummatione seculorum ad destruetionē  
 peccati per sacrificium suum apparuit. Et quē admo-  
 dum statutū est hominibus semel mori, post hoc au-  
 tem iudiciū: deinde dicit: Et semel mortuus est. Quia  
 vna morte redēptio facta est. Institutū est, inquit, ho-  
 minibus semel mori. Hoc ergo est, semel mortuus est  
 pro omnibus. Quid ergo? Non morimur morte illa?  
 Morimur quidē, sed non permanebimus in illa, quod  
 etiā neque mori est. Mortis enim tyrānis, & mors re-  
 uera est illa, quando nunquā permittitur mortuus ad  
 vitam reuerti. Quando vero post mortem viuendum  
 erit, & vitam meliorem, non est mors illa, sed dormi-  
 tio. Quoniam ergo omnes retentura erat mors, pro-  
 pterea mortuus est, ut nos liberaret. Sic & Christus,  
 inquit, semel oblat⁹ est. A quo oblat⁹ est? Manifestū  
 q; per semetipsum. Hic neque sacerdotem eum dicit  
 solum, sed & victimā, & sacrificiū, propter hoc obla-  
 tus est. Ad multorū auferenda peccata. Quare mul-  
 torum & non omniū? Quia non omnes crediderunt.  
 Pro omnibus quidē mortuus est, hoc est, quantum in  
 ipso est. Sufficiebat mors illius ad medendū omnium  
 mortaliū perditioni: non autē omnium peccata ab-  
 stulit, propterea q; noluerunt. Quid autem est, sustulit  
 peccata? Sicut enim in oblatione sursum offerimus  
 peccata, & dicimus, siue volētes, siue nolētes pecca-  
 uerimus, indulge: hoc est, mentionem eorū facimus  
 primum, & tunc remissionē petimus: sic etiā & hic fa-  
 ctum est. Et vbi hoc fecit Christus? Audi eū dicētem:  
 Et pro illis ego sanctifico meipsum. Ecce obtulit pec-  
 cata, sumpsit ea ab hominibus, & obtulit illa sursum  
 patri: non ut aliquid decernat aduersus eos, sed ut ea  
 dimittat. In secundo sine peccato videbitur, inquit,  
 expectantibus se in salutē. Quid est sine peccato? Ut-  
 pote qui non peccauerat. Non enim debitor mortis  
 mortuus est, neq; propter peccatum. Sed quomodo  
 videbitur? Puniēs, inquit. Sed nō hoc dixit, sed quod  
 festiuum & gratum est. Sine peccato videbitur ex-  
 pectantibus se in salutem. Ut iam de cætero nō opus ha-  
 beat sacrificio, ut saluentur, sed ipsis hoc faciāt ope-  
 ribus. Vmbra enim habēs, inquit, lex bonorum futurorum, cap. x.  
 non ipsam imaginem rerum. Hoc est, non ipsam verita-  
 tem. Vtque quo enim veluti in pictura circunducat  
 quis colores, vmbra quædā est: cum vero flores ipsos  
 colorū inunxerit & imposuerit, tunc imago efficitur.  
 Tale quiddā etiam erat lex. Vmbra, inquit, habens  
 lex bonorum futurorū, non ipsam imaginem rerum,  
 hoc est, † sacrificium remissionis. Hæc hostiis quas easdē + sacrificij  
 offerunt indefinenter, nunquam \* potest accedentes perfectos sa-  
 cere. Alioqui cessassent offerri, ideo quod nullam haberent vl-  
 tra conscientiam peccati, cultores semel mundati, sed in ipsis cō-  
 memoratio peccatorum per singulos annos fit: Impossibile enim  
 est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Ideo ingre-  
 diens mundum, dicit: Hostiam & oblationem noluiisti, cor-  
 pus autem aptasti mihi: holocaustata & pro peccato non ti-  
 bi placuerunt, tunc dixi: Ecce venio, in capite libri scriptum  
 est de me, ut faciam deus voluntatem tuam. Superius dicens,  
 quia

supr. 9. g

Ioan. 17. 4

**quia** hostias & oblationes & holocaustata, & pro peccato no-  
 luisti, nec placita sunt tibi, quæ secundū legem offeruntur, tunc di-  
 xi: Ecce venio ut facia deus voluntatem tuā. Auferit primum  
 ut sequens statuatur. Vides iterum præcellentia? Vna est,  
 inquit, ista hostia, illæ autē multæ sunt: propterea em  
 nec fortes erant, quia multæ. Quid autem opus erat  
 multis, dic mihi, vna sufficiente? Proinde q; multæ &  
 semper offerebantur, ostendit quod nunquā qui of-  
 ferebant purgabantur. Sicut medicamentum quādo  
 fuerit forte, & salutis efficax, & valens cunctā valetu-  
 dinem repellere, semel impositum totum perficit. Si  
 ergo semel impositū totum perfecit, ostendit suam  
 virtutem, ut non vltius apponatur: & hoc est eius  
 opus, ut iā nō apponatur. Si vero semper apponitur,  
 manifestum indicium est, nihil illud præualuisse. Me-  
 dicamēti quippe illa virtus est, ut semel imponatur, &  
 non frequenter: sic etiā hic. Qua tandem ratione eis-  
 dē sacrificiis semper curabātur. Si enim ab omnibus  
 fuissent liberati peccatis, nequaquā per singulos dies  
 obtulissent sacrificia. Etenim erāt definita, ut semper  
 offerrentur pro omni populo & in vespera, & in die.  
 Proinde accusatio peccatorū fuit, non solutio, quod  
 fiebat: accusatio infirmitatis, non virtutis ostensio.  
 Quoniam quippe prima hostia nihil valebat, etiā se-  
 cunda offerebatur: quia etiā ipsa nihil proficiebat, al-  
 tera item: proinde redargutio peccatorū istud est. In  
 eo enim q; offerebantur, redargutio peccatorū: in eo  
 autem q; semper, redargutio infirmitatis. In Christo  
 autem contrariū habetur. Semel oblat⁹ est. Nā quæ  
 formā habent alicuius, tantum exemplar ostendunt,  
 non autē virtutē: sicut in imaginibus, exemplar ho-  
 minis habet imago, non etiam virtutē. Proinde ve-  
 ritas & exēplar cōmunicant inuicē. Exemplar enim  
 æquale est: virtus autē nequaquam: sic etiam in cœlo,  
 & in tabernaculo, quippe æquale exemplar est. San-  
 cta enim erant: virtus autē, & cætera non eadē. Quid  
 autē est ad destruetionē peccati, per sacrificium ap-  
 paruit. Quid est destruetio? Hoc est, contemptus. Nō  
 iam fiduciam habet. Reprobātū est enim peccatum,  
 debens quidē recipere vltionē, non accipiēs autem,  
 hoc est, violentiā passum est, quādo sperabat se om-  
 nes interempturū, tunc ipsum interemptū est. Per sa-  
 crificiū suū apparuit: hoc est, manifestus est effectus  
 deo, ad quē accessit. Non enim quia sacerdos sæpius  
 hoc faciebat in anno, propterea frustra iam hoc efficitur,  
 si tamen fit. Quid enim opus erat medicamentis,  
 non existentibus vulneribus? Propter hoc imperauit,  
 inquit, semper offerri propter infirmitatē, ut & me-  
 moria peccatorū fieret: Quid ergo nos? Nōne per  
 singulos dies offerimus? Offerimus quidē, sed ad re-  
 cordationē facientes mortis eius. Et vna est hæc ho-  
 stia, nō multæ. Quomodo vna est & nō multæ? Quia  
 semel oblata est, oblata est in sancta sanctorum: hoc  
 autem sacrificium exēplar est illius, id ipsum semper  
 offerimus. Nec nunc quidem alium agnum, craftina  
 aliū, sed semper eundē ipsum. Proinde vnum est hoc  
 sacrificium, hac ratione. Alioquin quoniā in multis  
 locis offertur, multi Christi sunt? Nequaquā, sed vnus  
 vbiq; est Christus, & hic plenus existens, & illic ple-  
 nus, vnum corpus. Sicut enim qui vbique offertur,  
 vnum corpus est, & non multa corpora: ita etiam &  
 vnum sacrificium. Pōtifex autē noster ille est qui ho-  
 stiam mundantē nos obtulit: ipsam offerimus & nūc,  
 quæ tunc oblata quidē, consumi non potest. Hoc au-  
 tem quod facimus, in commemorationē quidem fit

**eius** quod factū est. Hoc enim, facite, inquit, in meam  
 commemorationē. Non aliud sacrificium, sicut pon-  
 tificem, sed id ipsum semper facimus: magis autē recor-  
 dationem sacrificij operamur. Sed quia sacrificij  
 huius mentionē feci, volo pauca ad vos initiatos di-  
 cere, pauca quidē mensura, magnam autem habentia  
 virtutē, & vtilitatem. Nō enim nostra sunt, sed diui-  
 ni spiritus, quæ dicuntur. Quæ ergo sunt? Plurimi ex  
 hoc sacrificio semel accipiūt in toto anno, alij bis, alij  
 sæpi⁹. Ad omnes ergo nobis sermo est, nō ad eos qui  
 hic sunt tantū, sed etiam ad eos qui in eremo sedent.  
 Illi enim semel in anno participātur, fortassis enim &  
 post duos ānos. Quid ergo est? Quos magis accepta-  
 bimus? Eōsne qui semel, an eos qui sæpi⁹, an illos qui  
 raro accipiunt? Neque illos qui semel, neque qui sæ-  
 pius, neq; qui raro: sed eos qui cum munda consciētia,  
 qui cum mūdo corde, cum vita irreprehensibili,  
 isti semper accedāt. Qui vero tales non sunt, neq; se-  
 mel. Quid ita? quia iudicium sibi accipiūt, & damna-  
 tionem & suppliciū. Et nō mireris. Sicut enim cibus  
 naturaliter nutritorius existens, si in eū, qui prauis ci-  
 bis corruptus est incidat, omnia perdit & corrūpit &  
 efficitur occasio morbi: sic etiā ista quæ ad hæc terri-  
 bilia pertinet sacramēta. Frueris mensa spiritali, mē-  
 sa regali, & iterū polluis cœteris os tuum? perungis vn-  
 guēto precioso, & iterū iterū fœtoribus illud imples? Dic  
 mihi, rogo, cum demū annuo reuoluto tēpore cōmu-  
 nices: quadraginta dies putas tibi sufficere ad mūda-  
 tionem peccatorū totius tēporis? & iterū septimana  
 transeunte tradis te ipsum sordibus primis? Dic enim  
 mihi, si saluus factus quadraginta diebus ab ægritu-  
 dine longa, iterum te illis morbificatoribus cibis tra-  
 das, nōne & primū laborem perdes? Si enim natura-  
 lia sic mutantur, quanto amplius voluntaria? Vtputa,  
 naturaliter videmus, & sanos habemus oculos secū-  
 dum naturā: sed aliquando ex mala quadā affectione  
 læditur noster obtutus. Si igitur naturalia mutantur,  
 quanto amplius quæ ad voluntatē pertinent? Quadra-  
 ginta dies tantū tribuis salutem animæ tuæ: arbitror au-  
 tem, quia neq; quadraginta dies, & speras propitiari  
 deum? Iocaris ne, dic quæso, hæc dicens non ab vna  
 in anno perceptione vos veto, sed volo semper vos  
 accedere: sanctis hæc cōcessa vocantur. Hoc etiā diaconus  
 insonat in illa hora sanctos vocans, & per hanc vocē  
 veluti maculas inspiciēs. Sicut em in grege, vbi mul-  
 tæ quidē sanæ sunt pecudes, multæ autem scabie ple-  
 næ sunt, necesse est ut hæc prohibeātur à sanis: sic etiā  
 in ecclesia, quoniā aliq; quidē sunt sanæ pecudes, aliæ  
 autē viciatæ: per hanc vocē dirimit has ab illis, pene-  
 trans vbique per vocē illam tremendā sacerdos san-  
 ctos vocās & attrahēs. Quia enim impossibile est ho-  
 minem scire interiora proximi, quis enim scit homi-  
 num, inquit, quæ sunt hominis nisi spiritus hominis,  
 qui in ipso est? hæc emittit vocē postquā sacrificium  
 perficitur, ut nullus simpliciter & quomodo libet ad  
 fontē spiritalē veniat. Etenim in grege, nihil prohibet  
 eodē iterum exemplo uti, morbidas quidē intrō  
 recludimus, & in tenebris habemus, & alia nutrim⁹  
 ta tribuimus: neq; ex aere mūdo, neq; ex pascuis pur-  
 ris, neq; ex fonte, qui foris est, eas permittimus sume-  
 re. Et hic igitur ipsa vox pro vinculis quibusdam est.  
 Nō potes dicere: Nesciebam, ignorabam: quia pericu-  
 lum sequitur hanc causam. Maxime autē & Paulus  
 testificatus est hanc causam. Sed dicis, non legi: non  
 est hæc excusatio, sed crimen. Per singulos dies intras

Luc. 22. 6  
 Morale  
 De eucha-  
 ristico sa-  
 crificio.

De exclu-  
 sio dēu man-  
 lis.

1. Cor. 2. 8



ecclesiā, & adhuc istud ignoras? Veruntamen vt neq; hanc tibi excusationē inuenias, ppterca in altiori loco stās magna voce & trementi cōclamat, veluti quidam p̄co, manus sustollens in altum, altius etiā ipse stās, omnibus manifestus efficitur, † & manu illa tremenda, & continua voce reclamans, † alios quidē vocat, alios autem prohibet, non manu hoc faciens, sed lingua clarius, † si manu hoc faceret. Vox enim illa in auditū irruens nostrū, veluti manus, alios quidem expellit, & excludit, alios autē introducit & repr̄sentat. Dic cū rogo, in Olympiacis certaminibus, nōne stabat p̄co, & magnum atq; altum clamans, & dicens: Si quis hūc accusat, ne forte seruus est, ne forte fur, ne forte malignorū morū, quanuis certamina illa nō sint animā, neq; morum, sed fortitudinis corporalis. Si itaq; vbi corporū versatur exercitatio, multa inquisitio efficitur volūtatis: quāto magis hic vbi totum certamen gerit anima? Stat igitur nunc etiā p̄co noster, non caput vniuscuiusq; continens & producens: sed omnia simul capita interiora cōtinens, & non eis cōstituit alios accusatores, sed ipsos sibi. Non em̄ dicit: Si quis fortē hūc accusat. Sed quid? Si quis seipsum accusat: quādo enim dicit sancta, sanctis hoc dicit. Si quis nō est sanctus, nō accedat. Non simpliciter dicit a peccatis mūdus: sed, sanctus. Sāctū enim non mundatio peccati tantū facit, sed etiam pr̄sentia spiritus, & bonorū operum opulencia. Non enim, inquit, volo à cōno vos solum mūdus esse, sed etiam albos esse, & pulchros. Si em̄ rex Babylonī ex captiuitate eligēs iuuenes, honestos forma, & decoros facie elegit: multo amplius & nos adstātes mēsa regali honestos specie animā esse oportet, ornatū habētes aureū, stolam mundā, calceamēta regalia, vultū animā formosum, oportet eam ornatu aureo circumdatam esse, cingulum veritatis habere. Talis accedat, & calicem tangat regalē. Si autem quis pannis est fordidis obsitus, & illuue plenus, & ingredi mensam regalē voluerit, attende quanta patietur, non sufficientibus quadraginta diebus mundare illū ab his, quē in toto tempore deliquit. Si enim gehenna non sufficit, quanuis eterna est (propterea enim æterna est) quāto minus breue istud tempus. Neque enim p̄nitentiā validā demonstrauimus, sed debilem. Eunuchos maxime oportet adstare regi: eunuchos dico albos mētē, nullam habentes sordem, neq; maculam, excelsos intelligentia, oculū animā mansuetum habentes, & acutum videntē, circumspēctum & agilem: sed nō somnolentum, neque supinum, honestate multa plenum, lōge ab impudentia & a supinitate, vigilem, sanum, neq; tristem valde & a m̄erore deiectum, neque diffusum, & humidum. Hunc nos oculū efficere possumus & ad videndū acutum facere, & pulchrū: quando eum non ad fumū adducimus, neq; ad puluerem. Tales quippe sunt cūctę res humanæ. Sed ad auram tenuem, ad leuem aērem, & conspicuū, & excelsum, & silentio multo plenu, & munditia, & multa delectatione recreamus illū velociter, & confortamus ex deliciis tantæ cōtemplationis. Vides opulencias & diuitias multas, nō adducas illuc oculū tuum: cōnū est hęc res, fumus est, vapor malignus, tenebrę, & angustia multæ, & curarum pr̄focatio. Vides hominem cultorem iustitiæ & suis rebus contentum, & multam habentem latitudinem & remissionem, nihil curantem, nullas sollicitudines huius vitæ habentem, huc oculum tuū dirige, huc extolle, multo meliorem

illum facies & clariorem: nō terrę floribus ei delicias faciens, sed virtutis, hoc est, tēperantia, mansuetudine, & ceteris omnibus. Nihil enim sic perturbat oculum, sicut cōscientia mala. Turbatus est, inquit, in ira *psal. 6. b* oculus meus: nihil sic tenebrosum facit. Ex ista eū libera offensione, & facies cum vehementem & fortē, qui semper nutriatur † rebus bonis. Cōtingat autem *psal. 139. b* omnes nos & istū eundem oculum, & alias animę nostrę operationes, tales pr̄parare & habere, quales vult Christus, vt impositio nobis capite nostro digni efficiamur, & ambulemus quo voluerit, qui dixit: *1. cor. 17. d* lo vt vbi ego sum, & isti sint mecū, vt gloriam meam videant: qua cunctos nos contingat perfrui, in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, vnā cum sancto spiritu, gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xvij. ex cap. x.

**S**uperius cum dicit sacrificium & oblationem, & hoc loca automata, & pro peccato noluit, neque placita sunt tibi que secundum legem offeruntur, tunc dicit: *1. cor. 7. b* Ecce venio vt faciam voluntatem tuam deus. Tollit prius vt dicit, post secundum confirmet, in qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel oblatam: & omnis quide sacerdos adstabat quotidie ministrans, & easdē ipsas hostias frequenter offerens, quæ nunquam possunt auferre peccatum. Ipse autem vnā pro peccatis offerēs hostiam, in perpetuum sedet in dextera dei: de cetero expectans donec ponatur inimici eius scabellum pedum eius, & c. Anterioribus quidem ostendit inutiles esse hostias ad integram mundationem: & formam magis eas esse, & in multis deficere: sed quia occurrebat ei hoc, id est si formę erant, quomodo veritate veniente, vniuersæ non cessauerunt, neq; discesserūt, sed adhuc celebrātur. Hoc ergo hic agit, ostēdens quia iam nō celebrantur, neq; velut formę: non enim eas acceptabiles habet deus. Et hoc nō ex nouo iterū testamento, sed ex prophetis ostendit, ex superioribus tēporibus proferens testimoniū, q̄ iam desinant & cessent, & vanē cuncta hęc agāt, qui semper spiritui sancto resistunt. Et ostendit ex abundantia non nunc eas quieuisse, sed statim ex ipsa pr̄sentia Christi. Et quomodo in nouissimis non eos soluerit Christus, sed iam antea solutæ sint, & tūc venerit? Ne fortē enim dicerent, quia & sine hoc sacrificio poteramus deo placere: \* per illa expectauit ea redargui, & tunc aduenit. Sacrificium, inquit, & oblationē noluit. Omnia quippe abstulit per hoc, & cū generaliter dixisset, dixit etiā & specialiter: Et holocaustomata, & pro peccato noluit. Oblatio autē erat quicquid extra sacrificiū erat: Tunc dixi, ecce venio. De quo istud dictum est? De nullo alio, nisi de Christo. Hic nihil causatur de offerētibus, ostendens quia hęc non propter malignitates eorum non suscepit, sicut alibi dixit. Sed quia redarguta erat hęc res, & reprehensa erat, nullā habens virtutē, neq; tempus aliquod oportunum: Quid ergo hoc sibi vult ad illud, quod sæpius offerebātur sacrificia? Non solum ex eo quod sæpius manifestū est, inquit, quia debilia sunt, & quia nihil profecerunt: sed etiam ex eo, q̄ non ea acceptabilia habeat deus, veluti infructuosa & inutilia. Et alibi inquit: Quia si voluisses sacrificium, dedissem vtique: ergo & propter hoc manifestat quia non vult. Proinde sacrificia non sunt voluntatis dei, sed sublatio sacrificiorū: Ergo pr̄ter voluntatem dei sacrificant. Quid est, vt faciam volūtatem tuam? Meipsum, inquit, tradere, hoc est dei volūtas. In qua voluntate sanctificati

sanctificati sumus. Aut etiā aliud dixit. Quoniam sacrificia non mūdant homines, sed voluntas dei. Proinde igitur sacrificare nō est volūtatis dei. Et quid miraris, si nūc non est voluntatis dei, quādo nec ex initio diuinę volūtatis fuerit? Quis enim exquisiuit, inquit, ista de manib' vestris? Quomodo ergo ipse imperauit? Cōdescendēs. Sicut enim dixit Paulus: *1. cor. 7. b* Volo omnes homines esse, sicut & meipsum, in cōtinentia. Et iterū, inquit: Volo iuuenes nubere, filios procreare: duas voluntates cōstituit, sed non ambæ eius sunt, etiāsi imperet: sed hęc quidem eius est, idcirco etiam sine cautione eam cōstituit, illa autem non est eius, etiāsi ipse velit: ppterca & adiūcta ratione proponitur. Primū enim cū accusasset eas, quia luxuriabātur aduersus Christū, tunc dixit: Volo iuuenes nubere, filios procreare: sic etiā hic non erat eius volūtas p̄cedēs, vt sacrificia fierēt. Sicut enim dicit: *1. tim. 5. c* Et alibi dicit, quia non solum voluit, sed etiā desiderauit hoc, quāuis cōtra sit, quę super disposita est voluntas. Quomodo ergo nō vis? & quomodo alibi desideras? Quod valide volūtatis est indicium. Sic & hic: In qua volūtate, inquit, salui facti sumus. Quomodo salui facti sumus? Per oblationē corporis Iesu semel. Et omnis quidē sacerdos stat per singulos dies ministras, & easdē ipsas hostias frequenter offerens. Nam stare signū est ministrationis: ergo sedere signum est vt ei ministretur. Iste autem cū vnā pro peccatis obtulisset hostiā, in perpetuū sedet in dextera patris, de cetero expectās donec ponatur inimici eius scabellum pedum eius. Vna quippe oblatione perfecit in perpetuū eos, qui sanctificātur, testificatur autē nobis & spiritus sanctus. Dixit, quod illę non scripturis, & argumētatus est & ex scripturis, & sine scripturis, sed & dictū propheticū adhibuit dicēs: Quia sacrificium & oblationem noluit, dicit quidē quia dimisit peccata. Iterū & hoc ex scripto testimonio approbat. Testificatur quippe nobis, inquit, spirit' sanct'. Postquā enim dixit: Hoc testamētū, quod testabor ad eos post dies illos, dicit domin' dās leges meas in cordibus eorū & in mētibus eorū scribā eas: & peccatorū eorū, & iniquitatū iam nō ero memor amplius. Porro vbi est remissio horum, nō est ampli' oblatio pro peccato. Ergo dimisit peccata quando testamentum dedit: testamentum autē per sacrificium dedit: si igitur dimisit peccata per vnā hostiā, non iam amplius opus est secunda. Sedq; inquit, in dextera dei de cetero expectans. Pro qua causa est ista dilatio? Vt ponatur, inquit, inimici ei' sub pedib' eius. Vna quippe oblatione perfecit in perpetuū eos, qui sanctificātur. Sed fortassis dicet aliquis, quare nō cōfestim posuit? propter fideles nascituros. Vnde ergo certum, quia ponentur? Ex eo quod dixit, quia sedet: Mētionem iterum facit testimonij illius, dicentis: Donec ponā inimicos eius sub pedib' eius. Inimici autē ei' Iudæi sunt. Deinde quoniam dixit: Donec ponatur inimici eius sub pedibus eius. Vehementer autē vrgebant, huius gratia omnia quę sequūtur ponit, quæcūque de fide loquitur. Qui sunt autem inimici? Infideles omnes & dæmones. Et hic multā subiectionem significās, non dixit: vt subiiciātur: sed, vt ponatur sub pedibus eius. Non igitur efficiamur ex numero inimicorū. Non enim soli inimici, qui infideles sunt: sed etiā isti, qui vita immun-da pleni sunt. Prudentia autem carnis inimica est in deū. Legi enim dei nō subiicitur, neque potest. Quid ergo, inquit? Non est hoc crimen? Et valde quidē cri-

men est. Malus enim vsquequo est malus, non subiicitur quidem, mutari autem & fieri bonus potest. Abiciamus igitur intelligētias carnales. Quæ sunt Morale autē carnalia? Quæcūque corpus quidem florere faciunt, & luxuriari, viciant autē animam: vtputa, diuitię, delicię, gloria, cūcta hęc carnis sunt, amor corporū. Nō igitur amemus ampliora, sed paupertatē semper conseruemus. Ista enim magnū bonū est. Sed humilē facit, inquit, & infimū. Hoc quippe opus nobis est: multū nāque nobis hoc cōducit. Paupertas quippe, inquit, humiliat virū. Et iterū Christus dixit: Beati pauperes spiritu. An ideo doles, quod viam habes ad virtutē ducentē? nescis quia ista multā fiduciam nobis tribuit? Sed sapiētia, inquit, pauperis p̄ nihilo habetur. Et iterū alter quidā dixit: Diuitias & paupertatē ne dederis mihi, & ex camino paupertatis libera me. Quomodo autem si diuitię, & paupertas ex deo sunt, malū est paupertas aut diuitiæ? Quare ergo hęc dicta sunt? Hęc dicebantur in veteri testamento, vbi multa ratio diuitiarū habebatur, vbi paupertatis plurimus erat contēptus, vbi hoc quidē maledictum erat, illud benedictio: sed nunc nequaquā ita est. Sed vis audire paupertatis pr̄dicamētā? Ipsam professus est Christus, & dixit: Filius autē hominis nō habet vbi caput suum reclinet. Et iterū discipulis dicebat: Nolite possidere aurum, neque argētum, nec duas tunicas. Et Paulus scribēs, dicebat: Tāquam nihil habentes, & omnia possidentes. Et Petrus dicebat ei, qui ex natiuitate sua claudus erat: Argētum & aurū non est mihi. Et in ipso veteri testamēto, vbi in admiratione habebantur diuitiæ, quānam erant mirabiles? nōne Helias, qui pr̄ter melodidē nihil habebat? nōne Heliseus, nōne Ioānes? Nemo igitur sit humili & deiecto animo propter paupertatē: nō est paupertas quę facit humiliē, sed diuitię quæ cogunt quēcumq; opus habere plurimis, multis gratias habere compellētes. Quid Iacob erat pauperius, dic mihi? qui dicebat: Si dederit mihi dominus panē comedere, & amictū indui. Nūquid sine fiducia erāt Helias & Ioānes? Nōne ille quidē Achab redarguebat, hic autē Herodē? Iste quidē dicebat, nō tibi licet habere vxorem Philippī fratris tui. Helias verō ad Achab eū fiducia dicebat: Nō ego peruerto Israēl, sed tu & dom' patris tui. Vides quia hoc maximē facit fiduciā, hoc est paupertas? Nā diues seruus est, obnoxius existēs damnis, & tribuēs omni volenti eū nocere. Ille autem nihil habens, proscriptionē non timet, neque cōdemnationē. Nequaquā ergo paupertas facit sine fiducia esse. Christus enim cū paupertate mittebat apostolos in causam fiducia opus habentē multa. Valde enim fortis est pauper, & non habet vnde iniuriā patiat, vel ledatur. Diues vndique facilis est ad captiuandū: cōtingit eidē veluti si aliquis funes trahat multos, & lōgos, & facile sit eum apprehēdere: sic etiam in diuite contingit. Sunt enim serui, aurū, argētum, & decem milia rerū, & innumerę curę, & discrimina multa, necessitates plurimę, quę omnibus eū captu facilē reddūt: nudū autem haud facile quis capiat. Nullus igitur iā paupertatē calamitatis causam esse putet: si enim virtus asit: omnes diuitię mundi, neque vt lutū, neque vt stipula erūt illi cōparatæ. Hanc igitur conseruemus, si voluerimus intrare regnū cœlorū. Vnde enim omnia tua, inquit, & da pauperib', & habebis thesaurū in cœlo. Et iterum: Difficile est diuitem intrare in regnum cœlorū. Vides quomodo etiāsi non adsit

Ab exēplo Olympiorum certaminum.

1. cor. 7. b  
1. tim. 5. c

Ex ec. 18. g

Matt. 5. d

Pro. 30. b

Matt. 8. c

10. d

2. Co. 6. b

Acto. 3. d

Gen. 28. d

Mar. 16. e

3. Reg. 18. e

Mat. 19. e

Ibidem. d

Rem. 8. a

\* At iuu-  
vop. i. per  
illa, vel  
per illos  
nepe pro-  
phetas.

psal. 50. d

sanctificati





sua debes illi gratiā, nō secus quā si impēdidisset tibi multa milia beneficiōrū. Si enim non esset valde malus, neque tibi merces valde cresceret. Proinde quod pro causa nō amādi dicis, quia malignus est, hoc ipsum est causa amādi. Aufer contrariū certatorem, & auferes occasiones coronarum. Nō intueris athletas quomodo sacculos arena replentes ita exercitātur? tu autē opus non habes studium his impēdere. Plena est vita humana exercitantibus te & facientibus fortiorē: non vides quā & arbores quātō magis ventis commouētur, tantō amplius fortiores efficiuntur, & densē? Et nos igitur si fuerimus lōganimes, fortiores erimus. Vir longanimis, inquit, multus est in sapiētia: qui autē est pusillanimis, fortiter est stultus. Intueris quāta illius viri laus est, & quāta huius accusatio? fortiter, inquit, stultus, hoc est, valde stultus. Proinde nō simus pusillanimes adiuicem. Nō enim hoc ex inimicis cōtingit, sed ex pusillanimitate animē. Si verō fuerit fortis, omnia facillē tolerabit, & nihil eā poterit demergere, sed ad tranquillōs eā portus adducet: quod cōtingat nos omnes adipisci, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, vna cum sancto spiritu gloria, imperium, honor, nūc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xx. ex cap. x.

**S** Pontē nāque peccātibus nobis postquā accepimus veritatis cognitionē, nō relinquitur vltra hostia pro peccatis. Sed terribilis quēdā expectatio iudicij, & ignis zelus consumpturus aduersarios, &c. Arbores quę bene plātatae sint, & reliquam habuerint diligentia, agricolarū adhibitā manibus atq; laboribus, si nullā referant laborum vicissitudinem, radicibus euulsę, igni traduntur. Tale quiddam & in causa cōtingit baptismatis. Cum enim nos Christus plantauerit, & irrigatione spiritali potiti fuerimus: si deinde nullū fructū afferamus, ignis nos expectabit gehēnā, & flamma inextinguibilis. Paulus igitur hortatur ad charitatē, & fructificationē bonorum operum, ex vtilibus inuitans. Quę sunt autē hęc vtilia? Quoniam introitum habemus ad sancta, quā dedicauit nobis viā nouā. Postquā ex vtilibus inuitauit ad opera bona, vult etiā nūc ex metuendis, & tristibus id ipsum facere. Postquā enim dixit, Non relinquentes congregationem nostram, quē admodum quibusdam vltus est: sed, exhortātes hoc amplius, quod videtis appropinquātē diē, intulit dicēs: Sponte nanque peccātibus nobis, postquā accepimus veritatis cognitionē. Opus est, inquit, bonis operib; opus est, & valde opus. Spōtē nāque peccātibus nobis postquā accepim; veritatis cognitionem, vltra nō relinquitur hostia pro peccatis. [Mūdatu es,] liberat; es a criminibus, factus es fili;. Si ad primū vomitum reuersus fueris, iterū te abdicatione expectat, & ignis, & huiusmodi alia: non enim est hostia altera. Hęc iterū aduersū nos insurgūt qui pœnitentiā auferunt, & qui ad baptismum segnes accedunt. Illi quidē dicentes, quoniam nō est tutum nos ad baptismum accedere, siquidē non est altera remissio. Isti autem dicētes, non est tutum dare peccatoribus sacramenta, siquidē non est altera remissio: quid ergo ad vtrosque dicemus? Quoniā in hoc non pœnitentiā excludit, neque propitiationem, quę sit per pœnitentiā: neque repellit, & deiicit per desperationem delinquentem: non enim ita inimicus est salutis nostrę. Sed quid? secundum excludit lauacrum. Non enim dixit, nō est vltra pœnitentiā, neque dixit, non

**A** est vltra remissio: sed hostia, inquit, vltra non est: hoc est, crux secūda vltra nō est, hostiā quippe hęc vocat. Vna nanque hostia perfecit in perpetuū eos qui sanctificātur, non sicut Iudaica. Propterea enim sursum ac deorsum tā multis disputauit de hostiis, quoniam vna est: non hoc solū volēs ostendere, quoniā differt ā Iudaicis isto modo: sed etiā cautos nos volens efficere, ne speremus vltra, secundum Iudaicā legem, aliam hostiam. Sponte quippe peccātibus nobis, inquit. Vide quomodo pronū se ostēdit ad veniā tribuendā. Sponte, inquit, peccantibus nobis. Proinde non spōtē peccātibus, datur venia. Post cogitationē, inquit, veritatis, siue Christi, siue cūctorum dogmatū: vltra non remanet hostia pro peccatis. Sed quid? Terribilis, inquit, expectatio est iudicij, & ignis zelus cōsumpturus contrarios. Contrarios enim, non infideles dicit tātū, sed etiam fideles contraria virtuti agentes, siue quia & domesticos ac familiares idē ipse ignis accipiet, qui & cōtrarios. Deinde cōsumpturum eos ostēdit, dicens: Ignis zelus cōsumpturus est cōtrarios. Sicut enim bestia prouocata quę est valde seua & agrestis, nō cessat donec apprehēdat aliquē, & deuoret: sic etiam ille ignis tanquā aliquis zelo stimulatus, quęcunque apprehēderit, non dimittit, sed deuorat & dilacerat. Deinde etiam sermonem infert comminationis, quod istud meritō sit, quod iustē id quod ad fidem proficit, cum ostēderimus, quia iustē aliquid sit. Irritam nanque quis faciens legem Moysi, inquit, sine miseratione corā duobus vel tribus testibus moritur. Sine miseratione, inquit, vt nulla sit venia, nulla misericordia, quāquam Moysi esset illa lex. Plurima nāque ipse disposuerat. Quid est corā duobus vel tribus? Si duo vel tres testificati fuerint, confestim iudiciū dant. Si igitur in veteri testamēto, vbi lex Moysi irrita sit, tantum est ac tale supplicium: Quātō putatis peius merebitur supplicium: qui filium dei cōculcauerit, & sanguinem testamēti cōmunem existimauerit, & spiritū gratię cōtumelia affecerit? Et quo modo cōculcat quisquam filium dei? Quando qui ipsius est particeps in mysteriis, peccatū committit, inquit, nōne illū cōculcat? nōne ipsum contēnit? Sicut enim ea quę conculcamus, nullius momenti pēdimus: sic & qui peccant, Christum nullius momēti existimant, & sic peccant. Factus es corpus Christi, & tradis te ipsum diabolo, vt cōculces Christum? Et sanguinem, inquit, communem iudicauerit. Commune quid est? Immūdum, siue quod nihil amplius a ceteris habet. Et spiritū gratię contumelia affecerit. Qui enim beneficiū non suscepit, iniuria affecit beneficientē: fecit te filium, tu autem vis fieri seruus: venit ad habitandū apud te: tu autem adducis ei cogitationes malignas. Christ; habitare voluit apud te, tu autē eum conculcas per crapulam, per ebrietatē. Audiamus qui indignē sacramētorum participes sumus, audiamus qui indignē ad mēsam illam accedimus. Nolite, inquit, sanctū dare canib; neque mitatis margaritas vestras ante porcos, ne fortē cōculcēt eas pedibus suis: hoc est, ne cōtēnant, ne respuāt. Sed nō hoc dixit, sed quod terribili; est, ex terribilioribus coartat animas audientiū Sufficiens enim erat etiā hoc ad conuertendū eos, non minus quā consolatio, & simul differentiā & supplicium ostendit, & iudiciū ipsis relinquit, vt pote de re clara, & quę mani festē cōstaret. Quātō ergo arbitramini, inquit, peius mereri supplicii. In hoc loco videtur mihi & de mysteriis aliquid significare. Deinde & testimoniū subiungit

**A** iungit dicēs, *Horrendum est incidere in manus dei uiuentis: scriptū est enim: Mihi vindictam, & ego retribuā. Et iterū: Dominus iudicabit populum suum.* Incidemus, inquit, in manus domini, & nō in manus hominū. Sed nisi pœnitentiā egeritis, in manus domini incidetis. Istud horrendū, illud verō, nēpe incidere in manus hominum nihil est. Cū viderimus igitur quenquā hęc puniri, non cōtremiscamus ad pœnam presentem, sed contremiscamus ad futurā. Secundum misericordiā eius, & indignatio ei; est, & sup peccatores requiescet furor ei;. Simul etiā aliud significat in hoc loco. Mihi, inquit, vindictā, & ego retribuā. De inimicis hoc dictū est, qui malē faciunt, non de his qui malē patiuntur. Hęc autem & cōsolatur eos, tantum non dicens, permanet in sempiternū deus & viuit. Proinde etiā si nunc nō recipiūt, postea recepturi sunt: illos oportet cōgemiscere, nō nos. Nos enim in illorū incidim; manus, illi autē in manus dei. Neque enim qui patitur, aliquid malū patitur, sed qui facit: neque beneficiū percipit, qui iuuatur, sed qui beneficiū prestat. Hęc igitur sciētēs patientes efficiamur ad patiēda mala, & p̄p̄ti ad benefaciēdum. Hoc autem poterimus, si pecunias, & gloriam contēnamus. Et qui has exuerit passiones, omnib; hominib; erit liberior, & eo qui purpura induitur, locupletior. Intueris quāta fiāt mala p̄pter pecunias? non dico quāta propter auariciā, sed in eo quod affectione & passione quadā tenemur circa pecunias. Verbi gratia: si perdit aliquis pecunias, vitā ducit omni morte peiorē. Quid doles o homo? quid lachrymas? quia te ā cura custodiēdi superflua liberauit deus? quia nō sedes tremēs & metuens? Dic itaque, si te quisquā alliget & thesaurum, p̄cipiens vt illi semper affideas, & vigilē curā alienis impēdas: nōne doleres, & difficulter ferres? Tu te ipsum alligaueras v̄culis pessimis, & quia illa seruitute liberatus es, doles? Verū quippe est, quoniā ex opinione veniūt & mœrores, & gaudia, veluti si aliena habeamus, sic ipsa custodim;. Nūc ad mulieres mihi sermo est: habet quēdam mulier forsitan vestimentū ex auro cōtextū, & hoc excutit, & expulserat, inuoluit linteaminib; mūdis, cum cautela custodit, tremit super illud, & nō eo fruitur. Aut enim moriē, aut vidua facta est, aut si horū nihil cōtingat, metuens ne assiduo vsu atteratur, & eo fraudetur, alio modo seipsam eo fraudat, cū ei parcat. Sed dicis, quia illud dimittit alij: sed neque hoc certū est. Si verō etiā & alij dimittat, & illa similiter eo vtetur. Et si quis scrutetur in domibus, inueniet ex maxima parte preciosa vestimenta quę aliis excellūt, in maiori honore haberi, & nō aliter quā animatos dominos coli: Non enim vtitur eis assiduē, sed vereē, & tremit tineas, & alia huiusmodi rodere & comedere solētia. Remouet plurima, in vnguētis, & aromatibus ponit, & neq; permittit, vt quorumuis conspectu pateant, sed ipsa sēp numero illa cū viro suo diligenter ordinat, & cōtinet. Nōne retē, dic mihi, idololatriam, auariciam vocauit Paul;? Quātū enim illi honorē circa idola ostendunt, tantum & isti erga vestimēta sua, & circa ea quę habent ex auro cōfecta. Vsq; quo non cœnū istud euacuamus? vsquequo luto & laterib; adherēbimus? Sicut enim illi Aegyptiorū regi laborabāt, sic & nos diabolo laboramus, & flagellamur multō grauiorib; flagellis. quātō enim anima prestantior est corpore, tantō grauius curis flagellamur per singulos dies, & timore concutimur curā gerentes, & tremētes. Sed si voluc-

**A** rimus ingemiscere ad deū, si voluerimus ad eum respicere, mittet nobis non Moſen, neq; Aaron, sed verbum suum & cōpunctionem donabit. Hoc autē verbum veniēs, & apprehēdens animas nostras, liberabit nos ā seruitute amara, & educet nos de Aegypto infructuosa & inutili, & de studio nostro vanū habēte laborē, & de seruitute quę nullū habet lucrum. Illi quidē saltem aureis ornāmētis sumptis, tanquā mercede laboris capta egressi sunt: nos autē nihil, atque vtinā nihil. Etenim etiam nos sumimus nō aurea, sed ægypti mala, hoc est peccata, & supplicia, & pœnas. Discamus igitur quid nobis sit vtile, discam; iniuriā pati, hoc enim est Christiani. Cōtēnamus pecunias, ne salutem nostram contēnamus. Cōtēnamus pecunias, & non contēnemus animā, ipsa est quę subiicitur supplicii: ipsa est quę afficietur tormentis: illa hęc remanēt, ista descēdit illuc. Quare ergo, dic mihi, luges, & nō sētis? hęc ad auaros dico. Ad eos verō qui ab auaris lædūtur, forte fortiter auaras illas imposturas: seipsos interimūt illi, nō vos. Vos quidem priuāt pecuniis, semetipsos autē propiciatione dei, & adiutorio. Qui autē illa nudatur, & si circumdetur omnibus mūdi diuitiis, omnibus erit egētior. Sicut & qui omnib; pauperior est, si istā habeat, omnib; erit opulētior. Domin; inquit, pascit me, & nihil mihi deerit. Dic autē mihi, si haberes aliquē virum magnū, atque mirabilem, & valde te amantē, & tui curam gerentē: deinde cognosceres quoniā semper victurus esset, & quod non eū morte prœuenires, & cūcta tibi impertiens, cū fiducia suis rebus nō aliter quā tuis frui permitteret, nū velles aliquid possidere? num etiā si omnibus nudus esses, ditiorē tamē te esse putares, illum habēdo? Quid ergo luges, quia pecunias non habes? Sed cogita, quia ablatae tibi sūt occasiones peccādi. Sed dicis, quia qđ habebā, amisi, sed acquisisti propiciationē dei. Et quo modo acquisiui, inquires? quia dictum est: Quare non iniuriā magis patimini? Dictum est, quia beati qui omnia gratē suscipiūt. Intellige igitur quātō dei fauore potitur; sis, siquidē ista operib; ipsis ostēderis. Vnū quippe tātū ā nobis quæratur, vt in omnib; gratias agam; deo, & omnia habebimus abundāter. Vtputa: Perdidisti auri libras decē milia, age gratias cōfestim deo, & cētū milia acquisisti per vocem illā, & gratiarū actionē. Dic enim mihi, quando beatū iudicasti Iob? Quando habuit illos multos camelos, & pecudū greges, & armenta bouū: an quādo illā vocē emisit, Dominus dedit, dominus abstulit? Etenim diabolus propterea nobis dāna facit, non solum vt pecunias nobis auferat, scit enim quia nihil sunt, sed vt propter has cogat nos dicere aliquid blasphemū. Sic etiā in causa beati Iob, nō hoc agebat tātū, vt eum pauperē faceret, sed vt is blasphemā ore proferret. Cū ergo omnibus eum nudasset, attēde quid dixerit ad eū per mulierem. Dic aliquid aduersus deū, & morere. Iniquissime, omnib; eum nudasti, quid amplius quæris? Sed nō hoc agebā, inquit: aliud est propter quod ista feci omnia. nondū ad quod volebā, profeci. Conabar enim nudare eum diuino auxilio, p̄pterea eū pecuniis nudauī. Hoc est quod volo, illud autē nihil est, si hoc nō fecerit: nō solum nihil Iesus est, sed etiā iustior effectus. Intueris quia scit etiā malignus dēmon ille, quantum damnum est huius rei. Et adhuc vide illū per mulierem insidias cōsuētē. Aduertite omnes viri qui vxores habetis amatrices pecuniarū, & cogētes blasphemare deum. Recordamini

Psal. 22.

1. Cor. 6. b

Iob. 1. d

Mat. 7. 4

iungit

¶ ut quid, inquit, ve-  
lut una ex  
insipienti-  
bus mulie-  
ribus loquitur  
ibid. 2. c.  
1. Co. 15. d.

1. Job. 1. b

1. Reg. 9. c

¶ sal. 48. b  
ibid. 12. 7.

cordamini Iob. Sed videamus, si placet eius etiã mul-  
tã m̃afuetudinẽ, quo modo eã obmutescere fecerit:  
¶ & quid, inquit? Velut vna ex insipientibus mulierib<sup>9</sup>  
locuta es.] Verẽ corruptũ mores bonos colloquia  
mala. Semper quidẽ, sed maximẽ in erũnis, & in cla-  
dibus, tũc qui mala suadẽt, habent virtutem. Si enim  
etiã à seipsa anima prona est ad mœrores & anxietates:  
quãtò magis cùm cõsultor, & suavor affuerit? nõn  
ne ad ipsum infernũ demergitur? Magnũ quippe bo-  
num est mulier, sed etiam malum magnũ: quod verò  
malum magnũ sit, attende ex qua parte voluerit suf-  
fodere murum tam fortem. Nõ eum domuit, inquit,  
ablatio pecuniarũ, nihil magnum operatum est hoc  
dãnum. Propterea, inquit, Nisi in faciẽ tibi benedi-  
xerit. Intendis ad quid festinabat, ad quã rem aspira-  
bat? Si igitur gratẽ feramus, & hæc recipiem<sup>9</sup>: Et si nõ  
receperimus, maior erit merces. Cùm enim certasset  
fortiter, tũc ei & hæc restituta sunt. Cũ ostẽdisset dia-  
bolo, quoniam non propter hæc eum coleret, tunc &  
ista ei tribuit. Talis enim est deus noster, cũ nõ viderit  
nõ affixos rebus secularibus & caducis, tũc nobis  
cas largitur. Cùm non viderit spiritalia præponẽtes,  
tũc & carnalia donat: antè autem nequaquã, ne quã-  
do auellamur à spiritalibus. Custodiens autè nos, nõ  
dat carnalia, vt vel volentes nolentes ab eis separet.  
Non, inquis, sed si accepero, saturabor, & magis gra-  
tias agã. Falsum est, õ homo, tunc enim maximẽ eris  
negligens. Quid ergo est, inquit, q̃ plurimis tribuit?  
Vnde certũ est, q̃ ipse tribuat? Et quis, inquit, ali<sup>9</sup> tri-  
buit? Avaricia corũ & rapina. Et quo modo, inquit,  
permittit hæc fieri? Sicut & homicidia, & furta, & vio-  
lẽtias cæteras. Quid ergo, inquit, dicimus de his, qui  
ex parẽtibus suscipiũt hæreditates, qui & ipsi multis  
malis pleni sunt? Quid hoc est, inquis, quo modo eos  
permittit de<sup>9</sup> his perfrui? Permittit eos sicut & fures,  
& homicidas, & ceteros male facientes. Nõ enim est  
tẽpus iudicii nũc, sed cõuersationis bonẽ. Sicut iam  
dixi, & nũc iterũ dico, quia amplius luent supplicium,  
quando cunctis perfruũtur bonis, neq; meliores effi-  
ciuntur. Nõ enim omnes æqualiter punientur, sed hi  
qui etiã post beneficia mali permãserũt, amplius puni-  
entur: qui autè cum paupertate vixerunt, non ita. Et  
quod hoc ita sit, audi quid dixerit ad Dauid: Nonne  
dedi tibi omnia domini tui? Cùm ergo videris iuue-  
nẽ sine laboribus hæreditate paterna suscepta in ma-  
licia perseuerantẽ, certẽ scito, quia supplicium ei ad-  
iicietur, & pœna crescet. Nõ ergo hos emulemur, sed  
eos potius, qui virtutẽ suscipiunt, qui diuitias spirita-  
les possidẽt. Vã enim, inquit, qui cõfidunt in diuitiis  
suis. Beati omnes qui timẽt dominum. Ex vtris esse  
maius? dic mihi. Vtique ex his qui beatificãtur: ergo  
hos æmulare, nõ illos, vt possis etiã illa bona, quã eis  
reposita sunt, nancisci: quã cõtingat nos omnes cõ-  
sequi in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri,  
vnã cum sancto spiritu gloria, imperium, honor nũc  
& semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia XXI. ex cap. x.

**R**edeat autem vobis in memoriam pristini dies, in qui-  
bus illuminati magnũ certamen sustinistis passionũ.  
Et nunc opprobriis & tribulationibus affecti specta-  
culum facti estis; nunc autẽ socij taliter patientium, nã & vin-  
culis compassi estis, & rapinas substantiarũ vestrarũ cum gaudio  
suscepistis, cognoscentes vos habere meliorẽ in cœlis substantiam,  
& permanentem. Nolite itaque amittere confidentiã vestram,  
quã magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis ne-

¶ vinculis  
meis.

**A** cessaria est, vt voluntatem dei facientes, reportetis promissionẽ.  
Adhuc enim modicum temporis, & qui ṽturus est veniet, & nõ  
tardabit: iustus autẽ meus ex fide viuít. Quod si subtraxerit  
se, non placebit animæ meæ. Nos autem nõ sumus subtractionis  
flij in perditionẽ, sed fidei in acquisitionẽ animæ. Optimi me-  
dicorũ cùm altè secuerint, & per incisionẽ fecerint  
doloris augmentum, solatiũ statim afferunt, & reme-  
diũ illi loco, vbi dolor inest, & perturbatam refouẽt  
animã: postquã autè recreauerint, alteram iam nõ  
adiiciunt sectionẽ, quinetiam illa quẽ facta sunt, me-  
dicaminibus mitioribus, & valentibus magnitudinẽ  
mitigare doloris, cõfouent: hoc etiam Paulus fecit.  
Postquã enim cõcussit animas eorũ, & compunxit  
mẽtione gehẽnã: & fidẽ fecit, quia omnibus modis  
oportet perire iniuria dei gratiam afficiẽtem, & hoc  
ex lege Mosi docuit, quia perirẽt, & aliis testimoniis  
amplius hoc affirmavit dicẽs: horrendũ est incidere  
in manus dei viuẽtis, ne multo timore desperantem  
animã absorberi faceret, cõsolatur eos per laudes, &  
hortationes, æmulationẽ domesticam eis proferens.  
Rememoramini, inquit, pristinos dies, in quibus illu-  
minati, magnũ certamen sustinistis passionũ. Multa  
est consolatio, vel hortatio, quã ipsis sit operibus. Eũ  
enim qui aggressurus est rẽ aliquam, processũ tẽporis  
promouere oportet, tanquam si diceret, Mox at-  
que in fidẽ inducti, & in ordine discipulorum eratis,  
tantam alacritatem demonstrastis, tantam fortitudi-  
nem, nunc autem minimẽ: & qui consolatur vel hor-  
tatur, ex domesticis ac familiaribus rebus maximẽ  
hoc agit. Et non simpliciter dixit, certamen sustinui-  
stis: sed addidit, magnum. Et non dixit, tentationes,  
sed certamẽ, quod est maximus titulus laudis, & ma-  
ximarum prædicatio laudũ. Deinde & exequitur mi-  
nutatim, dilatã sermonem suum, & laudes plurimas  
proferẽs: Quo modo hoc? Nunc quidem, inquit, op-  
probriis & tribulationib<sup>9</sup> spectaculum facti. Grauis  
quippe res est opprobrium, & idonea ad animã sub-  
uertendam, & ad excæcandã mentẽ: Nam audi quid  
dicat propheta, Cũm dicũt mihi, inquit, per singulos  
dies, vbi est deus tuus? Et iterũ: Si inimic<sup>9</sup> exprobra-  
ret mihi, sustinerem. Quoniam enim valde appetens  
est gloriẽ genus humanũ, propterea etiam facilẽ op-  
probriis captiuatur. Et nõ simpliciter dixit. Oppro-  
briis, sed etiã cum multa fide hoc fecit, dicẽs, specta-  
culũ facti. Cũ enim quis secretò exprobratur, con-  
tristatur quidẽ: sed multò amplius, cum corã omni-  
bus. Dic enim mihi, quantum erat malum discedẽtes  
ab infirmitate Iudaica, & ad optimam vitã transeun-  
tes, & paternas traditiones cõtẽnentes, vt ab ipsis do-  
mesticis patetẽtur multa mala, & nullã haberent de-  
fensionem? Nõ possum, inquit, dicere, ista quidẽ vos  
esse passos, doluisse tamen, immò magis gaudebatis.  
Et hoc significauit, dicẽs: Socij taliter patiẽtiũ facti.  
Et ipsos apostolos producit in mediũ. Nõ solum, in-  
quit, in propriis passionibus nõ erubescitis, quinetiã  
aliis taliter patiẽtibus socij facti estis. Hoc & cõsolã-  
tis est & hortãtis: non dixit, \* sustinete tribulationes \*  
meas, efficiamini socij mihi: sed, & vestras adflictiones  
boni cõsultis, & vinculis meis compassi estis. Vides  
quia de seipso dicit, & de aliis vincit? Nõ enim puta-  
stis vincula esse illa vincula, sed sicut athlete fortes, sic  
stetistis: quia nõ solum in vestris opus non habuistis  
hortatione, vel cõsolatione, verum etiam aliis hortatio  
& cõsolatio facti estis. Et rapinas substantiarũ ve-  
strarũ cum gaudio suscepistis. Papẽ quanta fidei cer-  
titudõ,

¶ sic sup. f

Acto. 5. g

¶ nõ pati-  
tur dam-  
num, sed

Galat. 4. c

¶ sal. 41. e  
ibid. 54. e

¶ Rom. 13. d  
¶ cũ alibi  
dicit pro-  
pior est no-  
stra salus,

titudo, deinde causam quoq; ponit, nõ solum ad cer-  
tamina eos exhortãt, sed etiam vt nõ commoueren-  
tur in fide. Vestras, inquit, diuitias diripi vidẽtes, su-  
stinuistis: quod necdũ apparet, tanquã præfens appa-  
reret, cernebatis: quod syncerẽ fidei est, & eã ipsis o-  
perib<sup>9</sup> ostẽdistis. Nã rapina illa fortassis violẽtiẽ rap-  
torũ adscribitur, nullus enim forsitan potuit violen-  
tos prohibere. Proinde necdũ hoc certum est. Et an  
propter fidẽ illam rapinam sustinueritis. Quãuis hoc  
quoque certũ sit: Poteratis quippe, si voluissetis non  
ferre rapinam, abnegantes fidẽ. Sed quod isto multo  
est amplius, hoc fecistis, vt cũ gaudio ista toleraretis.  
Quod erat totũ apostolicũ opus, & dignum illis for-  
tibus animabus, qui flagellari gaudebãt. Reuertebã-  
tur enim, inquit, à facie cõcilij gaudentes, quia digni  
facti erãt pro nomine Iesu inhonorari. Qui enim cũ  
gaudio fert, ostẽdit quia habet mercedẽ: & quia pa-  
tatur dãnum: ] fructus illi magnus fit illa res. Sed etiã  
quod dixit suscepistis, vltionẽ eorum patientiã de-  
clarauit. Quoniã suscepistis, inquit, cognoscentes vos  
habere meliorem substantiam in cœlis, & permanen-  
tem: ac si diceret, firmam & stabile: & quẽ perire nõ  
possit, sicut ista terrena perit. Deinde laudãt eos, di-  
cit: Nolite itaque amittere confidentiam vestrã, quã  
magnam habet remunerationẽ. Quid dicis? Non di-  
xit, quoniã abieceratis & receperatis eam. Sed quid  
dixit? Quod magis eos faceret fortiores, quia habetis  
illã, inquit, Quod enim amittitur, vt iterum acquirat-  
ur, labore multo indiget: quod autè tenetur ne amit-  
tatur, non itẽ. Ad Galatas autem è contrario dicit: Fi-  
lioli mei quos iterũ parturio, donec formetur Chri-  
stus in vobis. Et meritò. Illi enim remissiores erãt fa-  
cti, propterea opus illis erat increpatio sermone: isti  
autè animo pusilliore erant, vnde mitiore magis ser-  
mone op<sup>9</sup> habebãt. Nolite itaq; amittere, inquit, cõ-  
fidentiam vestram. Apparet ergo, quia in cõfidentia  
multa erant ad deũ. Quẽ magnã, inquit, habet remu-  
nerationẽ. Et quãdo eam sumemus, inquit: Ecce quẽ  
ex nobis erãt, omnia facta sũt. Propterea præoccupat  
eorũ cogitationem, tantũ non dicẽs, si in cœlis in-  
telligitis vos habere substantiam meliorẽ, nisi il in ter-  
ra requiratis, sed tantũ hinc patiẽtia opus est: & non  
vt addatis, sed vt in eisde ipsi permaneat, vt nõ ab-  
iiciatis quod vobis impertitum est. Nullo vobis alio  
opus est, nisi vt stetis sicut stabatis, & ad finẽ venien-  
tes, participetis repromissionem. Patiẽtia, inquit, vo-  
bis necessaria est, vt voluntatẽ dei faciẽtes, reporte-  
tis repromissionẽ. Vno opus habetis tantũ, vt perse-  
ueretis, & expectetis futura, non vt iterum certetis,  
ad ipsam iam coronã proximi facti estis: certamina  
cũcta sustinistis, vincula, tribulationes, substantiẽ ve-  
strẽ direptẽ sunt: quid est ergo, nisi quia de ceterò ad  
hoc statis, vt coronemini? hoc solum, tolerate aduẽ-  
tũ coronẽ. O quãta magnitudo exhortationis, & cõ-  
solationis, veluti si quis ad athletam hoc diceret, qui  
cũctos superasset, ac deiecesset, & nullũ reliquũ habe-  
ret, qui sibi concertaret: & deinde futurũ non nisi vt  
coronaretur, & dilationẽ ferre nõ posset, dum arbi-  
ter certaminis adueniret, qui coronã daret: ille autè  
impatiẽter ferẽs, vellet exire & fugere, non tolerans  
sitim, & flãmam estuationis. Hoc igitur & ipse signi-  
ficauit, dicens: Adhuc enim modicum tẽporis & qui  
ṽturus est veniet, & non tardabit. Et ne fortẽ dice-  
rẽt, quando veniet, ex scripturis eos consolatur. Ete-  
nim, ¶ inquit, ppe est sal<sup>9</sup> nostra. Ergo hoc dicit,] cõ-

**A** solatur eos tanquã paruũ sit tẽpus, adhuc reliquũ. Et  
hoc nõ ex seipso dicit, sed ex scripturis: si enim iã diu  
est, ex quo dicitur: adhuc enim modicũ aliquantulũ,  
qui venturus est veniet, & non tardabit: manifestum  
est, quia nũc multò propior est. Proinde & perseue-  
rare, & expectare non minima merces est. Iustus autè  
meus, inquit, ex fide ¶ viuít. Quod si subtraxerit se, nõ  
placebit animẽ meã. Magna est ista consolatio, & ex-  
hortatio, quãdo quis ostẽdit eos qui totum iam per-  
fecerunt, per modicã negligentiam totum amittere:  
Nos autè, inquit, nõ sumus filij subtractionis ad per-  
ditionem, sed fidei, in acquisitionem animẽ. Est autem  
fides sperandarum substantiarum verum, argumẽtum eorum que non  
vidẽtur: in hac enim testimoniũ cõsecuti sunt seniores. O quã  
mirabili verbo vsus est, dicens: Argumentum eorum  
quẽ non vidẽtur. Argumẽtũ quippe est in rebus ad-  
modũ manifestis: fides igitur visio est, inquit, nõ ap-  
parentium, & ad eandẽ certitudinem ducit, ad quã  
etiã quẽ videntur. Proinde neque circa ea quẽ vidẽ-  
tur, incredulitas locum habet: neque iterũ fides dici  
potest, nisi cũ circa ea quẽ nõ vidẽtur, amplius quã  
circa ea quẽ vidẽtur, certitudinẽ quis habuerit: Quo-  
niã enim ea quẽ sunt in spe, sine substantia esse putã-  
tur, fides eis tribuit substantiam: magis autem eis non  
tribuit, sed ipsa est essentia eorũ. Vtputa, resurrectio  
necdum facta est, & necdum est in substantia, sed spes  
facit eam subsistere in anima nostra, hoc est q̃ dixit,  
substantia. Si igitur est argumentum eorum quã non  
videntur: quid est quod ea vultis iam videre, vt exci-  
datis à fide, & desinatis iusti esse? Siquidẽ iustus ex fi-  
de viuít, vos autè si volueritis ea videre, iã nõ eritis fi-  
deles. Laborastis, inquit, certamina plurima sustinui-  
stis, etiã ego hoc dico, inquit, sed expectate: hoc enĩ  
est fides: nolite hinc querere quã speratis. Hęc dicta  
quidẽ sunt ad Hebrẽos, cõmunis est autè ad monito  
etiã ad plurimos eorũ, qui hinc cõgregati sunt. Quali-  
ter, inquit, & quali modo? ad pusillanimes & impatiẽ-  
tes ista dicuntur. Cũ enim viderint malignos prosperi-  
tatẽ habere tẽporalẽ, semetipsos autè aduersitatẽ, af-  
fliguntur, & impatiẽter ferunt, & desiderant vltionem  
eorũ & vindictã, & sibi mercedem laborum suorum  
iã reddi cupiunt. Adhuc enim modicũ, inquit, & ali-  
quantulũ, qui ṽturus est veniet. Et nos igitur ad ne-  
gligẽtes ista dicimus, quia omnib<sup>9</sup> modis erit vltio,  
omnib<sup>9</sup> modis ṽtura est, in ianuis est iã resurrectio.  
vnde hoc dicis, inquit? Nõ dico ex prophetis, neque  
enim ad Christianos solos nũc sermo est, sed etiam si  
paganus sit, cõfido valde, & approbationes affero, &  
eum doceo. Quo modo, inquit? Multa nãq; prædixit  
Christus, si non euenerunt illa, neq; istis credas: si au-  
tẽ euenerũt omnia illa, quid de reliquis dubitas? Effẽt  
fortassis difficile ad credendũ, cũ adhuc nihil euenis-  
set illorum: nũc autè cũ illa euenerint vniuersa, his  
reliquis nõ credere, irrationabile est. Magis autè sub  
exẽplo hãc rem faciam clariorẽ: dixit Christus, quia  
Hierosolyma ad captiuitatẽ ṽtura est, & captiuabi-  
tur captiuitate, qualis non fuit antea, & quia nunquã  
resurget vel instaurabitur: hoc iã euenit, & ipso opere  
pcepit effectũ. Dixit itẽ, quia tribulatio erit magna:  
& similiter euenit. Dixit, quia sicut granũ sinapis se-  
minatũ, ita dilatabitur verbi prædicatio: & hoc vide-  
mus per singulos dies, per totũ mundum discurrere.  
Dixit, quia qui derelinquũt patrẽ, aut matrẽ, aut fra-  
tres, aut sorores, habebũt & patres, & matres: hoc ipsis  
operibus intuemur impleri. Dixit, quia tribulationẽ  
habebitis,

Ab. 2. d

ibidem.  
¶ vinct sic  
¶ postea

Cap. XI.

Morale

Ab. 2. d

Luc. 10. f

Mat. 13. e  
Luc. 13. d

Mat. 19. d

1049. 16. g



habebitis, sed cōfide, quia ego vici mundū: hoc est, nemo vobis p̄ualebit, & hoc rebus ipsis euenisse cōspicimus. Dixit, quia portē inferi nō p̄ualebūt aduersus ecclesiam, licet persecutionē patiatur: & quia nullus extinguere poterit eius p̄dicationē: huic p̄phetiæ testificatur experimētum ipsarum rerū, & tamē valde erat hoc incredibile, cū diceretur. Quare? quia sermones erant tantū, & verba, & necdū illa demōstratio prolata erat dictōrū: proinde valde credibilia nūc facta sunt. Dixit, quia cū p̄dicatū fuerit hoc euangeliū in omnibus gentibus, tūc veniet finis: ecce iā ad finē peruenim⁹. Maxima quippe pars mūdi euāgelizata est. Iā ergo finis instat, & imminet. Me tuam igitur dilectissimi. Quid autē est? dic mihi. De fine tu sollicitus es, & ecce finis p̄pe est, sed & vitæ finis vniuscuiusque prope est. Dies, inquit, annorū nostrorū in ipsis septuaginta anni: si verō in potētibus octuaginta anni. Prope est dies iudicij, timeam⁹ itaq; fratres dilectissimi. Frater non liberat, liberabit homo: Multorū nos illic p̄nitētia capiet, sed in morte null⁹ cōfitebitur illi: idcirco dicit: P̄occupem⁹ faciē eius in cōfessione: hoc est, aduentum eius, & p̄sentia. Hic enim quodcunque fecerimus, p̄ualet: Illic autē nequaquā. Si quis nos, dic mihi, in camino flāmate vel paruulo constituat tempore, nōne cūcta tolerabim⁹ vt liberemur? siue pecunia proferēda, siue seruitus tolerāda sit. Quot sunt eorū qui in morbos acerrimos incidūt, & omnia dare p̄opti sunt, vt saluentur, si eis optio proponeretur? si igitur in hac vita morbus parui tēporis ita nos afficit, & cōtristat: quid faciemus illic, vbi nulla erit vtilitas p̄nitētiæ? Quātis nūc repleti sum⁹ omnes malis, & nō sentimus, inuicē mordemus, inuicem cōsumimus: iniuriātes, acufantes, inculantes, mordemur gloria proximorū. Et attēde, quod peius est, cū voluerit quisquam suffodere opinionē, & famam proximi, dicit: hoc dixit ille de illo: De⁹ ignosce mihi, noli me de hoc discutere, auditionis debeo rationē: quid ergo dicis? Quid dicis omnino, si nō credis: quid dicis. Quid ex multo rumore certū reddere conaris? Quid deportas vbiq; sermonem, qui verus nō est? tu ipse nō credis, & deū postulas, vt te nō de hoc discutiat. Noli ergo dicere, sed poti⁹ tace, & omni timore liberaberis: sed nescio vnde morbus hic in homines incidit. Verbofi nāque & susurrone facti sum⁹, nihil nobis remanet in animo. Audi sapientem quendam monentē, & dicentē: Audisti verbū, in te moriatur, confide, non te dirumpet. Et iterū: Audiuit verbum stultus, & parturiuit sicut a facie infātis mulier quę generat. Parati sum⁹ ad maliloquia, ad cōdēnationes instructi: at si nihil aliud mali operaremur, hoc idoneū esset ad perdēdos nos, & in gehēnam mittendos, & vt infinitis malis adobruamur. Et vt integrē cognoscas, aduerte prophetā dicentem: Sedebas, inquit, & loquebaris aduersus fratrem tuū. Sed non ego, inquis, sed ille, immo quidem tu: si enim tu non diceres, alius nō audiret: Et si ab alio auditurus esset, tu tamē illius peccati nō esses occasio. Oportet quippe obūbrare, & cōtegere delicta proximorum: tu autem in pōpam deducis sub p̄textu bonitatis, & nō efficeris accusator, sed susurro & delir⁹, & stultus. O calliditatē, te ipsum cōfūdis cū illo, & non sentis: intuere autem quanta mala ex hoc propagātur: Ad indignationē prouocas deum: nōne aduertis Paulū dicentem de viduis & mulieribus verbosis? Non solū ociosē discunt, inquit, sed & ver-

Ibidem. 24.4

psal. 89. c

psal. 48. b

Ibi. 44.4

Ecl. 19. b

Ibidem.

psal. 49.

1. Tim. 5. b

bofæ, & curiosē circueūtes domos, & loquētes, quę nō oportet. Proinde & si quādo credideris ea quę dicuntur aduersus fratrem tuum, ne sic tamē ea dicere oportet, nedū si incerta fuerint: sed vbi que tu sunt inspicias, metuis examinari a deo. Metue ergo, ne etiā pro verbositate discutiaris: hic enim nō potes dicere, quia nō me discutiet deus pro verbositate: hæc enim res verbositas est. Quid publicasti malum? quid augmentasti? hoc enim exterminaturū est nos: propterea dicebat Christus: Nolite iudicare, ne iudicemini. Sed de hoc nobis nulla ratio est, neq; nobis pharisei parabola illa imponit moderationē: at qui ille verā rem dicebat, quia nō sum sicut & hic publican⁹. Et dicebat nullo audiēte, & tamē dānatus est: si ille verū dicebat, & nullo audiēte, & tamen dānatus est: qui falsa dicit, & quæ nec ipse credit vbiq; deportat, sicut verbosæ mulieres, quid mali nō patietur? quid mali non sustinebit? Imponam⁹ iā ori nostro ostiū atque custodiā. Infinita enim mala ex verbositate sepi acciderūt, dom⁹ euerse sunt, amicitie dissipatæ, & alia multa pessima contigerunt. Noli scrutari o homo causas proximi tui, sed si loquax es, & hoc vicio detineris, loquere quę tuæ sūt ad deū: sic enim nō erit viciū illud viciū, sed virt⁹. Loquere quę tuæ sūt ad amicos, qui tibi valde amici sūt, & iusti, in quos habes cōfidētia, vt orēt pro peccatis tuis. Si enim alienas causas dixeris, nihil tibi proderit, neq; aliquid lucraris, quin etiā dānificaberis: si verō quæ tuæ sunt pronuncies, a domino tuo multā habebis mercedem. Dixi enim, inquit, pronūciabo aduersum me iniquitatem meā domino, & tu abstulisti impietatem cordis mei. Vis iudicare? quę tuæ sunt iudica. Null⁹ te culpabit, si te condemnaueris: culpaberis autē, si non te condēnes: culpaberis, si nō te redarguas: culpaberis, si nō dolueris. Vidisti illū irascētem, indignātem, aut aliud quid absurdū facientem, considera cōfestim etiam tu, quę tuæ sunt. Et sic neque tu illum validē cōdemnabis, & te ipsum liberabis pōdere peccatorū. Si sic nostra vicia moderemur, si sic negociemur vitā nostrā, si condēnemus nos ipsos, nō peccabimus. Fortassis etiam plurima bona operabimur in māuetudine, ac modestia cōstituti, & omnibus fruemur quę promissa sunt diligētibus deum: quæ cōtingat nos omnes adipisci, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cū quo patri, vna cū sancto spiritu, gloria, imperiū, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Matt. 7.4 Luc. 18. c

psal. 31. b

*Homilia xxij. ex cap. xi.*  
**I**de intelligimus perfecta esse secula verbo dei, vt ex Gen. 1. a non apparentibus visibilia fierent. Fide ampliore m hostiam Abel quam Cain obtulit deo, per quam testimonium consecutus est esse iustus: testimonium perhibente muneribus eius deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. Fides forti anima & virili opus habet, & omnia supergrediēte sensibilia, & infirmitatem ratiocinationum hominum transeunte. Non enim potest aliter quisquam fidelis fieri, nisi seipsum a consuetudine communi abducatur. Quia ergo animæ Hebræorum debiles erāt, & a fide quidem initium sumpserant, ex passionibus autē tribulationum pusillanimes efficiēbantur, primò eos ex eis ipsis adhortatus est, dicens: Redeāt ad memoriam dies pristini. Deinde ex scriptura diuina dicēte: Iustus ex fide viuit: deinde ex ratiocinationibus dicēs: Fides est sperandarum substantia rerum, argumētum eorum, quę non vidētur. Nūc autē ex proge-

Supr. 10. Abac. 2. a

ex progenitorib⁹ incipit loqui, magnis viris, & mirabilibus, tantū non dicens: si illic vbi ante pedes erant bona, omnes fide saluati sunt, multo amplius nos. Cū enim inuenerit anima in eisdē passionibus sociū, requiescit & respirat: hoc & in fide, hoc & in tribulatione solet accidere. Proinde sit in vobis consolatio, inquit, p̄ mutua fidē. Valde enim incredulum est genus humanum, & neq; de seipso confidens, & timens pro his, quæ se habere iudicat: sed multā habet curā gloriæ, quę explorim⁹ defertur. Quid ergo Paulus fecit? Ex patribus eos hortatur, & primò ex cōmuni intellectu. Dic enim mihi, inquit, quia fides accusat veluti res quæ nō possit ostendi, & quę deceptio magis sit, propterea ostendit, quia maxime res per fidem, & nō per ratiocinationes perfectæ sunt. Et quomodo hoc ostēdit, dic mihi: Manifestum, inquit, est, quia ex non existētibus quę sunt deus effecit, & ex non apparētibus apparentia, & ex nō subsistētibus subsistentia. Et vnde hoc? Quia & verbo hæc fecit. Ratiocinatio quidem in hoc nihil nobis suffragatur: sed & cōtra, veluti ex apparētibus apparētia putet esse facta. Propterea maximē philosophi nihil dicūt ex nullis existētibus esse, animales existētes, & nihil fide percipientes. Reprehenduntur autem etiā ipsi, quando magnum aliquid & validū dixerint, fide dicunt percipiendū, veluti quod deus sine initio dicit, & ingenitus. Ratiocinatio quippe in hoc nobis non suffragatur, sed & cōtra se habet. Attende nunc mihi multā vanitatē ipsorum, deū sine initio dicunt, & ex nullis existentibus. Multo autē hoc mirabili⁹ est, quā dicere, quia ex nullis existentibus quę sunt deus fecit. Nā dicere sine principio est deus, quia ingenitus, quia neq; a seipso, neq; ab alio genitus est, amplius est hæsitabile, quātum ad ratiocinationē attinet, quā dicere ex nullis existentibus deus fecit quę sunt. Hic enim multa sunt credibilia: hoc est, quia fecit aliquis, quia initium habuit quod factum est: illic autem sponte ingenitus, neq; initium habuit neq; tempus. Nōne magis hæc fide indigēt, dic mihi? Sed nō posuit hoc, quod multo erat amplius, sed & cōtra: vnde, inquit, habemus quia deus hæc fecit? Ratiocinatio nō suffragatur, Nemo enim quādo hæc fiebant aderat. Vnde ergo certū est? Manifestum est, quod fidei res sit. Fide intelligim⁹, inquit, perfecta secula esse verbo dei. Quare fide? Quia ex nō apparētibus facta sunt quæ videntur, hoc autē est fidei. Postquam autē dixit, quod cōmune est: deinde & in personis hoc enucleat. Etenim vir gloriosus mūdo æquāduus est: hoc autē & postea significauit. Quia ergo in personis centum, vel ducentis hæc causam constituit, deinde videns paruam numeri quantitātē, subiunxit: quibus dignus nō erat mūdus. Et cōtemplare quem primū ponat. Eū, qui mala passus est, & hoc a fratre. Propria istorū erat hæc passio: etenim, vos, inquit, eadē passi estis a cōtribulib⁹ vestris. Abel occisus est a fratre, nulla iniuria affecto, sed propter deū inuidētē: ostendens quia & ipsi inuidiā patiebantur. Honorauit ille quidē deū, & mortuus est pro honore dei, & necdum resurrectionem adeptus est: sed desiderium quidem eius manifestū est: & quæ ab illo fieri debebāt, facta sunt: quę vero a deo, necdū illi collata sunt. Hostiā vero in hoc loco dicit honorabiliorē, & clariorem, & necessariā. Et nō possumus dicere, inquit, quia nō est suscepta, Suscepit quidē deus, & dixit ad Cain, Si recte offeras, recte autem non diuidas. ergo Abel & recte obrulit, & recte diuisit. Sed pro his quā

quod minus erat.

Hic infr. 3

congrua & accom moda.

1. Thef. 2. e

Gen. 4. a

retributionem accepit? Interēptus est manu fraterna, & condemnationē, quā pater propter peccatū promeruit, hanc ipse primus excepit rect⁹ existēs. Et hoc crudeliora passus est, quod & a fratre, & primus, & tā probabiliter & recte viuēdo nullius exēplum habēs, quem imitaretur, occisus est. Ad quē enim attendens imitat⁹ est hic, vt sic honoraret deū? Ad patrē & matrem? Sed illi magis contumelia affecerūt deum p̄ tantis beneficiis. Num ad fratrem attendit? Etiā ipse deum cōtumelia affecit. Proinde ex seipso hoc bonū inuenit. Qui ergo tāto dignus erat honore, quid patitur? Interimitur. Qualiter autem? Etiā aliud testimonium cōsecutus est, quod esset iustus. Dicitur ignis descēdisse, & assumpsisse hostias eius. Pro eo siquidē, ad Abel aspexit domin⁹ & ad sacrificia eius, incēdit dixit. Cum & in verbis, & in operibus eius testificat⁹ sit de iustitia, & cum eum propter se extingūm videret, necdū ei retribuit, sed adhuc sic dimisit. Nostræ autē res nō tales sunt: Quomodo inquis? Nos enim & exēpla multa habemus, & hortamēta, atque consolationes, innumera & signa & miracula facta. Proinde illud erat vera fides. Quæ em̄ miracula ille vidit, vt crederet, quia erit a deo aliqua retributio honorū? Nōne ex fide sola habuit hanc virtutē? Quid est, & propterea mortuus adhuc loquitur? Ne in multā eos desperationē adduceret, ostēdit eum ex parte perfruitum retributione. Quomodo? Cura & ratio deo super illo multa est, & adhuc loquitur: hoc est, interemit quidē eum, sed non cum eo interemit eius gloriā atq; memoriam. Nō est ille mortuus, ergo nec vos moriemini. Quanto em̄ quis acerbiora passus fuerit, tāto magis gloria excreset. Quomodo adhuc loquitur. Hoc enim indicium est quod viuat, quod in ore omnium versatur, quod omnes eū admirantur, & beatificant. Qui enim admonet alios, vt iusti sint, loquitur, nō em̄ tantum proficit sermo, quātū passio illius. Sicut em̄ cœlum tantū apparens loquitur, sic & ille dū in memoriam venit. Nunquā enim in tanta esset admiratione, si mille linguas haberet, si viveret, in quāta nūc admiratione est. Idē est ac si diceret, ista non sūt impune, aut simpliciter, neq; differetur eorū vltio. Fide Enoch translatus est, vt nō videret mortē: nec fuit inuentus, propterea quod trāsulerat illū deus. Maiorem iste fidē quā Abel ostendit. Qua ratione? Quoniā etiam si post illū fuit, illa tamen quæ circa illum prouenerunt, idonea erāt ad reuocandū eum, & dehortandū. Quomodo? prouidebat deus, quoniam periturus erat. Dixit enim ad Cain, peccasti, nō adicias adhuc. Honorat⁹ quidē est ab Abelo, sed nō est vltus eū. At neq; hoc Enoch istū ad segnitiam adduxit, nō dixit, quid opus est laboribus & periculis. Ecce Abel honorauit deū, & nō vltus est eū. Quid ei vtilitatis accessit interfecto ex supplicio fratris, quod cōdemnat⁹ est? Quid illi ex hoc proderit? Ponam⁹, quia frater acerbā recipiet vltionē, quid ad occisum? Nihil tale apud seipsum dixit, neq; cogitauit: sed hæc & huiusmodi cūcta pertransiens, intellexit, quoniā si est deus, omnibus modis etiā retributio erit, cū nihil adhuc de resurrectione scirēt. Si autem illi q̄ de resurrectione nihil sciebāt, & in hac vita contraria videbāt, sic placuerūt deo: quāto magis nos? Illi em̄ neq; de resurrectione aliquid sciebāt, neque exēpla, quæ intenderēt, habebant. Et hoc ipsum magis eum placere fecit, quia nihil retributū illi erat. Sciebat em̄, quoniā mercedis retributor est deus: Vnde hoc? Abel em̄ retribuit, inqt. Proinde ratiocinatio

Ibidem.

thonorem

Ge. 5. c. & Ecl. 4.4. c

Ecl. 2.1. a

alia fuggerebat: fides autē, contraria his quæ videbatur. Et vos igitur, inquit, attendite vobis, & si videtis nihil vos hic recipere, non perturbemini. Quomodo hoc? Fide trāslatus est Enoch. Vt em̄ trāferretur causa fuit, quod placuerat. Vt autē placeret deo, causa erat fides: nisi em̄ agnouisset, quia receptur⁹ esset retributionē, quomodo placuisset deo? Sine fide em̄ impossibile est placere deo. Quomodo hoc? Credebat em̄ quia si quis crediderit esse deū, etiā retributionē habebit. Vnde ergo placet deo? Credere, inquit, op⁹ est eum qui ad deū accedit, quia est, non quid est: fide enim non ratiocinationibus opus habet. Si autē quia est, fide non ratiocinationibus opus habet, ita nec quid sit ratiocinatione cōprehēdi potest. Si quod sit retributio mercedis fide opus habet non ratiocinationibus, quomodo ea quæ substantiæ diuinæ sunt ratione cōprehēdi poterūt? Qualis em̄ est ratiocinatio quæ poterit ad ista pertingere? Quidā enim casu & spōte dicunt oīa, quæ sunt, extitisse. Vides quia nisi crederemus de omnibus, non tantū de retributione, sed etiā de eo ipso quod sit deus, labuntur nobis omnia, & non stant. Multi autem quærūt, quod trāslatus sit Enoch, & quare translatus sit, & quare non fuerit mortuus, neque ipse, neque Helias: & si adhuc viuūt, quomodo viuunt, & in quali habitu. Sed superuacaneū est ista requirere. Quia vero trāslatus est iste, & quia assumpt⁹ est ille, scripturæ dixerunt: vbi autē sint, & quomodo, non addiderūt. Nihil autē amplius, quàm quæ necessaria sunt, dicunt. Hoc enim factū est, quod de trāslatione dicitur, ipsi in initio statim, vt anima humana spēs acciperet, & quia solueretur mors, & dānaretur diabolica tyrannis. Translatus est enim, non mortuus, imō vt ne videret quidē mortē. Propterea addidit, viuus translatus est, quia placuit deo. Sicut enim pater quiscūq; comminatus filio, cupiens quidē confestim remittere comminationē: sustinet tamen ac patietet tolerat, vt interim illū corrigat, & moneat, permittens firmā permanere comminationē: Sic & deus, vt penē dicā humano more non sustinuit: sed cōtinuō ostēdit, quia soluta est mors. Et primū permittit fieri mortem, terere volens per filiū patrem. Volens quippe ostēdere, quia reuera permanet firma sentētia, non malos statim, sed etiā eū qui placuerat subiecit supplicio, beatū illū Abel dico, & penē post illū confestim translulit Enoch, & non resuscitauit illum, ne præsumeret, nec confidentes efficerentur, sed transtulit illū viuū. Per Abel quidē perterrens, per istum autem excitans ad amultationem placēdi sibi. Proinde qui casu regi ac ferri cuncta dicunt, & non sperant retributionē, non placent deo, sicuti pagani. Inquirētib⁹ namq; eū per opera bona, & per sui cognitionē retributor efficitur.

Morale  
Matt. 7.  
ps. 76.

A pecunias promittimus? Verbi gratia: Pone filiū nobis periisse, quid non agimus? Quam terrā, quod mare non pererramus? Nonne & pecunias erogamus, & cuncta postremo facimus, vt illum inueniamus? At si inuenierimus, continemus, cōstringimus, amplexamur, non derelinquim⁹, & inquisituri omnia molimur, vt inueniamus quod quærimus, & inuenientes primū gaudemus: quanto magis ergo in inueniēdo deo, hoc facere cōuenit? sicut cum aliquid necessariorū requirimus, magis autem nec sic, sed multo amplius. Verū tamen quia infirmi sumus, saltē sicut pecunias tuas inquiris, vel filium, ita require deū. An non filij gratia itinera prolixa commeam⁹? Rogo, num aliquādo peregrē profectus es pro pecuniis? An non oīa curiosē perquiris? An non cum eas inueneris, cōfidens efficeris? Quærite, inquit, & inuenietis: quæ quærūtur em̄, multa cura opus habent, maximē in causa dei. Multa quippe sunt impediētia, multa prohibētia, multa obumbrātia intellectū nostrū. Sicut enim sol est quidē clarus, & in mediū cunctis propositus, & non opus habemus eum quærere: si vero nosmetipsos in terrā defoderimus, & vndiq; adumbrauerimus, multo labore opus habebimus, vt solē videre possimus: sic & in hac causa, si in profūdo cupiditatū malarū, si in tenebris passionū, & secularibus rebus defoderim⁹ nosmetipsos, vix poterimus oculos aperire, vix respiciem⁹, vix intuebitur. Qui in fernē defossus est, quanto sursum attēderit oculos, tāto appropinquat ad solē. Excutiamus igitur puluē, dirūpamus superiacentem, & deprimentem nos nebulam: densa quidē est, & arcta, & non permittit vt suspiciamus. Et quomodo dirūpatur, inquis, hec nebulas? Si ad nos attraham⁹ radios solis iustitiæ. Eleuatio, inquit, manū mearū sacrificium vestimentum. Cum manibus etiā mētem eleuemus. Scitis qui imbuti estis, quid dicā, forsā agnoscitis quod dicitur, & intelligitis quid significauerim. Eleuemus in altum mentē nostrā. Noui plures viros ego, penē ita pendentes, vt terrā non attingant, & vltra mensurā manus extendētes, dolentes etiā quia non possunt in aērem suspēdi: & ita cū alacritate orare. Ita & vos esse desidero semper, & si non semper, saltē sepius: si non sapius vel plerunque, vel in matutinis, vel in vespertinis. Dic enim mihi, extēdere manus non potes, extēde voluntatem: quantumuis istam extēde: si vis vsque ad ipsum cōclū, & si vis ipsum verticē cōtingere: quin & in superioribus si voles incēdere, licebit. Omni namq; penā leuior & sublimior mens nostra est. Cum autē & a sancto spiritu acceperit gratiā, pape quantum efficitur: vixit & pernix: quomodo cūcta circuit? quomodo non fertur deorsum, neque ad solū decidit? Has nobis pēnas pręparemus, per istas & pelag⁹ peruolare poterimus, & fluctuationes huius vitæ euadere. Auiū celeritiam, & mōtes, & colles, & maria, & scopulos in paruo momento temporis sine vlllo impedimento transuolant: talis est etiam mens, cum pēnas acceperit, cū a secularibus abscesserit, nihil eā apprehendere poterit, omnibus erit eminentior iaculis ignitis diaboli. Non est ita perfect⁹ sagittator diabolus, vt possit ad illā altitudinem pertingere: sed emittit quidē iacula, est enim impudens: non autē attingit, sed reuertitur ad eum inane iaculū. Et non solum inane, verū etiā in eius caput reuertitur. Oportet quippe vt iaculū, quod ab eo emittit, omnibus percutiat modis. Sicut em̄ ab hominibus iaculū emissū, aut illum aduersus quē emittitur, percutit: aut autē fortassis,

† postponimus,  
Matt. 7.  
ps. 140.

tassis, aut vestimētum, aut lignum, aut aērē ipsum fecat: sic etiam diaboli iaculum oportet quidē omnibus modis percutere, & si illum ad quē dirigitur non percussit, omnibus modis percutit dirigētem. Et licet hoc ex multis agnosceret, quia quādo nos non fuerim⁹ percussit: omnibus modis ille percutitur. Vt puta exempli gratia, infidiatus est Iob, non eū vulnerauit, sed vulneratus est ipse. Infidiatus est Paulo, non eū vulnerauit illum, sed vulneratus est ipse. Vbiq; si euigilemus istud fieri videre licet. Et quando quidē percussit, percutietur, & multo amplius tūc, quādo strictis in illū gladiis, & scuto fidei nosmetipsos armantes atq; muniētes, cū cautela obseruamus, ne captiui efficiamur. Iaculum autem diaboli est cupiditas mala: maximē iracundia ignis est, flamma est, corripit, consumit, cōburit. Nos autem longanimitate & sustinentia eū extinguimus. Sicut enim ferrum ignitū cū in aqua tingitur, amittit ignē: sic iracundia in longanimē incidens nihil eum ledit, sed etiā iuuat. Nam inde redditur cōtinētor huiusmodi homo. Nihil enim longanimitati simile est. Nunquam cōuiciis læditur huiusmodi homo, sed sicut adamantina corpora non vulneratur: sic etiā animæ tales: superiores quippe iaculis inueniuntur. Eminentior namq; est, & tantū eminentior longanimis, vt neque percussus vulnus aliquod accipiat. Si quando iracundus quisquā ferocit, tu ride, ridere autem noli palām, ne illū irrites amplius: sed ride apud te ipsum, tui gratia. Etem⁹ pueros cū nos percusserint cum indignatione, tanquā vlciscentes seipos, rideamus. Si igitur rideas, tantū erit inter te & illum, quantum inter puerum & virum. Si autē & tu exacerbaris factus es puer. Et reuera, stultiores sunt pueris, qui irascuntur: si enim attendat aliquis ad puerū exacerbatum, nonne irridet? Pusillanimitis, inquit, fortiter insensatus est. Qui igitur insensatus est, paruul⁹ est: & longanimis, inquit, multus in sapientia. Hanc igitur multā sapientiā cōsequamur, vt adipiscamur bona quæ promissa sunt nobis, in Christo Iesu domino nostro, cū quo patri vnā cum sancto spiritu, gloria, imperiū, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Gene. 6.  
Ecl. 4.  
Mat. 22.  
¶ penitus esse dicitur: vt pro iuuuiv, legamus iuuuiv, Luc. 20. d Rom. 11. a

Homilia xxij. ex cap. xi.  
Ide Noe oraculo accepto, de his quæ nodū videbatur, metuens construxit arcam ad salutem domus suæ, per quā damnauit mundum: & iustitiæ, quæ per fidē est, factus est heres. Fide, inquit, Noe oraculo accepto. Sicut filius dei de aduentu suo loquens dicebat: In diebus Noë nubebant, & nuptum dabāt. Idcirco etiam Apostolus eos familiaris exempli admonuit. Exemplum enim Enoch, fidei tantum fuit: exemplum autē hoc Noë, & incredulitatis. Hæc est perfecta cōsolatio, & exhortatio, quando non solum qui crediderūt inueniuntur felices ac celebres facti, sed etiam infideles contraria passi. Quid ergo inquit? Fide Noë, oraculo accepto. Quid est oraculo accepto? hoc est, prædictum est ei. Oraculum autem pro qua causa dicitur? Etenim alibi dixit, Oraculum illi datū erat a spiritu. Et iterum: Et quid dixit oraculum diuinum? Contemplaris æqualitatē honoris in spiritu sancto: sicut enim deus dat oracula, sic etiā spiritus sanctus. Quare autē sic dixit? Prophetia enim dicitur oraculum. De his quæ nondum videbantur, inquit: hoc est, de imbribus timens construxit sibi arcam. Ratiocinatio quippe nihil in hac causa suggestit. Nubebant, inquit, & nuptum dabant: aēr mundus & serenus, signa nulla erant, veruntamen timuit ille. Fide, inquit, Noë

A oraculo accepto, de his quæ nondum videbantur, timens construxit arcam ad salutē domus suæ: per quā damnauit mundū. Quomodo? Ostendit enim eos dignos hoc supplicio, qui neque per illā constructionē corrigebantur. Et iustitia quæ per fidē est, factus est heres. Ex hoc em̄ apparuit iustus, ex eo quod credidit deo: hoc em̄ animæ est, quæ se germane habet ad deum, & verbis illius nihil fidelius iudicat. Sicut etiā incredulitas cōtra se habet: fides autē certū est quia iustitiam operatur. Sicut enim oraculū nos accepimus de gehēna, sic & ille. Tametsi irridebat, tametsi probris petebatur, nihil tamen istorum attendebat. Fide vocatus Abraham obediuit deo, vt exiret in locū, quē accepturus erat in hereditatē. Et exiit nesciens quō iret: fide demoratus est in terra promissionis, tanquā in aliena, in tabernaculis habitando cū Isaac & Iacob coheredibus promissionis eiusdē. Quē enim vidit, dic mihi, vt imitare? Nā patrē pagani habuit, & idololatrā. Prophetas non audierat, neque sciebat quō iret. Quoniā enim in istos intuebantur, quæ crediderāt ex Hebræis, veluti innumeris bonis potitos: ostendit quoniam nullus corū dum aliquid recepit, oēs sunt sine præmio, nullus adhuc retributionē accepit. A patria sua ille, & a domo excidit, & egressus est, nesciens quō iret. Et quid mirū, si ipse ita cū etiā semē eius sic habitavit? Videns ergo redargui promissionē: dictū em̄ erat, Tibi dabo terram hanc, & semini tuo: vidit filiū ibi vt peregrinum habitantē: filius itē vidit patrē in aliena terra peregrinantē, & nihil turbat⁹ est. Et circa Abraham fortassis merito sic actum est, vt pote quæ postea ad effectū promissio esset: ¶ perducēda in prole ipsius: quāquā etiā ad ipsū dictū esset: Quia tibi dabo, & semini tuo: non per semē tuū tibi, sed tibi & semini tuo, & tamē neque ipse, neque Isaac, neque Iacob potiti sunt hoc promissio. Ille quidē seruiuit mercenaria seruitute, hic autē exagitabat: iste vero penē exciderat timēs. Et partim quidē suos è bello liberauit, partim autē nisi dei adfuisset præsiidiū, fortassis etiā ipse perisset: propterea dixit: Quia cū coheredibus promissionis eiusdē. Non ipse sol⁹, inquit, sed etiā heredes. Secundū fidē mortui sūt, inquit, hi omnes, non reportātes promissiones. Duo quæ dā hic dignū est quærere, quomodo cū suprā dixisset, trāslat⁹ est Enoch, & non inueniebāt, ne videret mortē: hic dicit, secundū fidē mortui sunt hi oēs. Et iterū cū dixisset suprā, non reportātes repromissiones, dicit Noë recepisse mercedē ad salutē dom⁹ suæ, & Enoch trāslatū esse, & Abel adhuc loqui, & Abraham accepisse terrā: & dixit, secundū fidē mortui sunt hi omnes, non reportātes repromissionē: quid ergo est? Necessarium itaq; videtur, primū primo soluere, deinde & secundū. Iuxta fidē, inquit, mortui sunt hi omnes. Hoc in loco omnes dicit, non quia omnes mortui sunt, sed quia præter illū solū hi oēs mortui sunt, quos scimus mortuos fuisse. Quod autē dixit, Non reportātes repromissiones, verū est. Non em̄ hæc promissio erat Noë. Quales autē promissiones dicit: Isaac enim, & Iacob fortassis, inquit, acceperūt repromissionis terrā: quæ vero cū Noë vixerūt & Abel & Enoch, quid retributionis acceperūt? Aut igitur de trib⁹ istis dixit, aut etiā de illis, non erat repromissio, vt in admiratione esset Abel, vt trāferretur Enoch, vt saluaret Noë: & hæc quidē illis propter virtutē prouenerunt, libamina vero quædam erāt, & primæ degustationes futurorū. Deus em̄ ex initio sciens genus humanū multa submissione & accommodatione op⁹ habere, non solū quæ futura sunt Ec ij nobis

Gen. 15. d  
¶ perducēda in prole ipsius: ]



nobis largitur, sed etiā que huius vitę sunt nobis pręstat, sicut & discipulis suis dicebat: Qui dimiserit domos, aut fratres, aut sorores, aut patrę, aut matrę, centuplum accipiet, & vitam æternā hereditabit. Et iterum: Quarite primum regnū dei, & hæc omnia adiicietur vobis. Intueris, quia hæc adiectionis & adiamenti loco ab eo dantur, vt nō defatigemur. Sicut enim athletę perfruuntur quidē omni curatione, & eo tēpore quādo sunt in certamine constituti: sed nō omni quiete, nec plena remissione perfruunt sub legibus viuētes, sed postea omni plenāq; fruuntur: sic & deus non ita præstat, vt omnē hic quietem percipiamus, tribuit quidem etiam hic. De longe, inquit, eas videntes & salutantes. In hoc loco quiddam mysticū significat, quoniā omnia complexus est, que de futuris dicta sūt, de resurrectione, de regno cęlorū, de aliis, quę veniēs Christus prædicauit. Promissiones enim istas intelligit: aut hoc dixit, aut certe quia nō quidē eas acceperūt, sed persuasi de illis hic discesserūt. Cōfidebāt enim sola fide, de longe eas vidētes ante quatuor generationes. Post tantas quippe generationes reuersi sunt de Aegypto. Et salutantes, inquit, & gaudētes. Ita confidebant de illis, vt etiam salutarēt eas. Ex metaphora nauigantiū hoc dixit: qui a lōge prospiciūt ciuitates desideratas, quas antequā ingrediātur, salutatione pręueniūt, atque ita inhabitāt. Expectabant enim fundamenta habētē ciuitatem, cuius artifex & opifex deus est. Vides quōd hoc quod dicit, acceperunt promissiones: idē est, quod expectarūt & persuasi de illis fuerunt. Si igitur cōfidere accipere est, possumus & nos sic accipere. Isti em̄ & si nihilo potiti sūt horū, tamen desiderio intuebātur ea. Quare hoc fiebat? Vt nos erubescam⁹, quia illi quidē promissionib⁹ in terra factis nō attēdebāt, sed futurā ciuitatē requirebāt: nobis autē sursum atq; deorsum deus de superna loquitur ciuitate, nos tamē terrenā quærīm⁹. Dixit eis, quia dabo vobis pręsentia, quoniā videbat eos: magis autem quia exhibuerūt seipfos maioribus dignos, nō eos permisit hæc accipere, sed illa maiora eis tribuit: nobis volēs ostēdere, quia maioribus digni sunt, qui se nolūt alligari ad ista terrena: sicuti quisquā puerulo sapiētī promittat puerilia, nō vt accipiat, sed vt ostēdat eius philosophiā, dū ille maiora postulat. Hoc em̄ est ostendētis, quod cū tanto studio abduxerint animos suos a terra, vt neq; quæ dabātur acceperint. Etenim propterea nepotes eorū accipiūt. Illi quippe erant terra digni. Quid est ciuitatē fundamēta habētē? Ista enim nō erant fundamēta, quę ad cōparationem eius nō sunt, cuius artifex & opifex deus est. O qualis laus illius ciuitatis. Fide, inquit, & ipsa Sara sterilis. In hoc loco verecūdiā eis excitās dicit, siquidem muliere pusillanimoies apparuerūt. Sed fortassis dicat aliquis, quomodo fide, quę risit? Risus quidē est ex incredulitate, timor autē ex fide: quōd em̄ dixit, non risi, ex fide factū est. Proinde euacuata incredulitate introducta est fides. Fide, inquit, & ipsa Sara. Virtutem ad suscipiendū ac retinendū semen, suscepit, ac præter ætatis rationem peperit. Quid est, ad suscipiendū semen? Ad retinendū semen & ad recipiendū, Virtutē accepit, quę iam mortificata erat & sterilis. Duplex em̄ erat præluxus, vna ex tēpore, senuerat quippe iā: alia vero ex natura, sterilis etem̄ erat. Idcirco etiā ex vno geniti sunt omnes, sicut stellę cęli in multitudine, & sicut arena, quę est ad orā maris innumerabilis. Idcirco, inquit, ex vno geniti sunt omnes: nō hoc solum

volens significare quia genuit, sed etiā quia tam multorū mater effecta est, q̄ neque fecūde. Sicut stellę, inquit, cęli. Quomodo ergo sepius eos enumerat cū dixerit. Quemadmodum nō numerat stellę cęli, sic neq; semē veltrū? Aut igit hyperbolicē dixit, aut certe oēs significauit, qui semper ex illa origine procreantur. Vnius autē domus progenitores numerare facile est. Ille illius pater, aut filius, & ille illius. Si in hac vita tales promissiones dei sic facile implentur, si quę additionis loco pmisit, ita mirabilia sunt, & gloriosa, & ita magnifica: qualia erūt illa, quorū ista additamēta sunt, quibus hæc ex abūdanti dantur ad cumulū? Quid igitur aut adipiscētib⁹ beatus? aut nō adipiscētib⁹ infelicius? Si em̄ patria quis expulsus, ab hominibus miserabilis iudicat: & quisquis hereditatē amiserit, videtur omnibus esse dolēdus: qui cęlo priuatur, qui illis repositis bonis, quātis lachrymis iste plangendus est? Imō non plangendus? Plangitur enim quisquā cū passus fuerit aliquid, cuius ipse causa non est: cum autē ex propria volūtate semetipsum quisquā afflictione confixerit, neq; lachrymis dignus est, sed lamentationibus, magis autē etiam tūc luctu. Nā & domin⁹ noster Iesus Christus Hierosolymā, licet impię agentē, luxit, & lachrymatus est. Reuera infinitis lachrymis digni sum⁹, innumeris lamētationibus. Si oīs habitatio terrę extollar vocē suā, & lapides, & ligna, & arbores, & bestię, & volatilia, & pisces, & vt simul dicā, totus mūdus si vocē extollar ad lamentandū nos, q̄ ab illis bonis excidimus, nihil dignū lamētābūtur. Qualis enim sermo exprimere poterit, qualis mēs illam beatitudinē, illamq; virtutem, illam delectationem, illam gloriā, illā iucunditatē, illam claritatē? Quę oculus, inquit, nō vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non ascendit. Non dixit quia trāscendit cor hominis, sed quia neq; intellexit quisquā aliquando, quę præparauit deus diligētib⁹ se. Quorū honorū præparator, & opifex deus est, qualia esse possunt? Si em̄ faciēs nos, statim adhuc nobis nihil agētib⁹ tanta bona largitus: paradīsum, confabulationē suā, immortalitatē, promisit vitam beatā, & a curis liberā: eis qui tanta fecerint, & qui certauerint, & q̄ pro eo sustinerint, quid nō præstaturus est? Vnigenito filio suo nō peperit, propter nos filiū suū proprium in mortē tradidit, propter nos dū inimici essemus, quibus rebus nō dignabitur amicos iā effectos? quid nobis nō tribuet sibi recōciliatis? Est enim diues, & infinitus, & desiderat, & satagit nostrā amicitiam habere, nos autē nō satagimus. Et quid dico nō satagimus? neq; volumus adipisci eius bona, sicut ille vult, & quod amplius cupiat, ex his que fecit ostēdit. Nos em̄ pro nobis ipsis vix paucos cōtemnimus aureos: ipse autē pro nobis etiam filium suum tradidit. Vtatur igitur ad commodū nostrum charitate dei, fruamur ei⁹ amicitia. Vos enī, inquit, amici mei estis, si feceritis que dico vobis. O inenarrabilis misericordia, inimicos & infinito interuallo ab eo distātes, a quibus incōparabili em̄nētia in omnib⁹ differebat, hos amicos & fecit, & vocat amicos. Quid igitur pati nō debemus? quid nō libēter tolerare pro hac amicitia? Pro amicitia etenim hominū sæpe periclitamur, pro dei amicitia nec pecunias patiēter amittimus. Luctu vero dignę res nostrę sūt, luctu & lachrymis, & lamētationibus, & vlulationib⁹ magnis. De spe nostra decidim⁹, De sublimitate nostra ad humilia lapsi sum⁹, indigni honore dei apparuimus, perfidi etiā post beneficia &

Mar. 19. d  
6. d

concordia

Esa. 1. e

Sara.

Morale

1. Cor. 2. e

Rem. 8. f

Ioan. 15. b

neficia & ingrati facti sumus, nudauit nos omnib⁹ bonis diabolus, qui dignitatē filiorū acceperamus, qui fratres, q̄ hæredes eram⁹, ab inimicis eius nihil differimus iniuriantibus eū: quod nobis erit de cætero solatium? Ipse nos vocauit ad cęlum, nos autē nosipos in gehennam impulimus. Mendacium, & adulteriū, & furtum diffusa sunt super terrā. Alij quidē sanguinem super sanguinē fundūt, alij causas agunt sanguine peiores. Plurimi vero eorū, qui iniuriis afficiūtur: multi quibus imponit, innumeras sibi mortes optant magis, quā illa pati: & si non timore dei reuocarētur, seipos interimerent. Hęc igitur nō sanguine peiora sunt? Heu mihi anima, quoniā periit iustus de terra, & rectū agens in hominibus nō est. Nunc etiā nos clamem⁹ de nobis ipsis primū, sed mihi cōsociemini ad luctum. Fortassis quidam abnuūt, & irridēt. Propterea oportet magis extendere luctū, quia ita insani & demētes facti sumus: & neq; quia ita insanim⁹, agnoscimus, sed in quib⁹ oportebat gemere, ridemus. Reuelabit, o homo, ira dei de cęlo super omnē impietatē & iniquitatē. Omnibus deus manifestus veniet, & ignis ante ipsum præcedet, & circa eū tēpestas valida. Ignis in conspectu eius consumet & conflābit inimicos in gyrū. Dies domini veniet, vt cliban⁹ ardens. Et nemo hæc in mentē suam mittit, sed veluti fabulas contēnimus hæc terribilia & metuēda decreta. Nemo audiens obstupescit, oēs irrisores, & illosos facti sunt. Quis nobis erit aditus? vnde salutē reperiem⁹? Periuimus, cōsumpti sum⁹, facti sumus irrisio inimicorum nostrorū, & illusio paganorū, simul & dæmoniorum. Quantū exultat nunc diabolus, & gestiens lætatur: angeli vero quibus cōmissi sumus, in confusione & mœrore sunt. Nemo cōuertitur, superfluo cūcta nobis expēsa sunt, nos quoq; videmur vobis delirare. Opportunum est etiā nūc aduocare cęlum, quoniā nullus est audiens, testificariq; elemēta. Audi cęlū, & auribus percipe terra, quia locutus est dominus. Date manum, porrigite manum qui necdū demersi estis, his qui in ebrietate iniquitatis perierūt, vos qui sani estis laborantibus, qui sobrij estis furētib⁹ & bacchātibus. Nemo obscuro quidpiā salutī amīcorū præponat, & castigatio & increpatio ad vnū tantū attendant: hoc est, ad vtilitatem proximi. Cum febris occupauerit quenquam, etiā serui dominātur dominis. Quando enim illa imminet, animam adobruens, & mancipiorū adstat cœtus, nemo in læsione domini, dominica iura agnoscit. Conuertant nos igitur obsecro, bella quotidiana, demerisōes, perditioes innumera circumcirca. Vndiq; ira dei nos circumspit: nos vero veluti cōplacentes deo, summa cū cōfidentia manus ad auaritiā præparamus. Nemo adiuuandum, omnes ad rapinā: nullus ad patrocīnādum, vnusquisq; festinat quomodo substantiā suam faciat ampliorē. Nemo quemadmodum adiuuet indigentem, vnusquisq; quomodo addat pecuniis suis excoGITAT, & multam habet sollicitudinē. Nemo qualiter animam suam saluet, timor vnus cōtinuit omnes, ne ad pauperiem redigantur: vt autē non incidamus in gehēnā, nemo laborat, nemo tremat. Hęc luctib⁹ digna sunt, hæc accusatione, hæc incusatione. At ista nolēbā dicere, sed dolore cōpellor. Ignoscite, nimio luctu compellor, multa etiā, quę nolo, cogor ore proferre, sæuissimā intueor plagā, & sine remedio video cladem cōsolatione vel exhortatione superiorē. Maiora mala sunt, quę nos occupauerūt, peribim⁹. Quis

Rem. 1. b  
Psa. 49. a

\* mēdica  
va, res me-  
tuēdas etc.  
inter. legis  
dōmūm

Esa. 1. a

dabit capiti meo aquā, & oculis meis fōtem lachrymarum, vt lugeam? Ploremus igit dilectissimi, ploremus, & ingemiscamus. Fortassis enim sunt hic modo aliqui dicentes, Sēper iste nobis luctū nominat, semper lamētationes, semper lachrymas. Credite mihi nollem quidem hæc, sed predicationes vestras & laudes percurrere mallet, nūc autem tempus hæc expetit. Non, lamētari, dilectissimi, malum est, sed lamētationibus digna facere. Non deploratio euitanda est, sed deploratione digna facere. Nō tradaris suppliciiis, & non lugeo: non moriaris, & nō deploro. Si enim corpus iaceat mortuum, omnes conrogas, vt congregētur, & sine cōpassione reputas, qui forte nō luxerint. Anima vero periit, & dicis, nō lugeas? Sed non valeo pater esse, & nō lachrymari: pater sū affectu circa vos & amore cōfectus. Audite que clamat Paulus: Filioli mei, quos iterū parturio. Veluti mater parturiens, ita amaras voces emittit: sicut enim illa, & ego. Atq; vt illi, nam possibile esset ipsum incendiū mentis vobis innotescere, vt agnosceretis, quia quauis muliere, & puella vidua immature viduata, amplī ardeo. Nō sic illa virū suū lugeat, neq; pater filiū, sicut ego populum istum nostrū. Nullum video profectū, omnia in calumnias & accusationes cōuersa sunt, null⁹ propositū habet placēdi deo: sed illi, inquit, & illi obloquamur, ille indign⁹ est clero, ille turpiter viuūt. Qui debemus mala nostra lugere, alios iudicamus. Etiāsi mundi essemus a peccatis, non tamē deberemus hoc facere. Quis enim te discernit, inquit? Quid enim habes, quod nō accepisti: si autē accepisti, quid gloria ris quasi nō acceperis? Tu autem quid iudicas fratrem tuum, malis decē milibus cumulatus? Cū dixeris, ille malignus est, & prodigus, & pessim⁹, intellige teipsum, & examina cū diligentia quę tua sunt, & pœniteat te de dictis tuis. Non enim est omnino, nō est ad virtutem vlla talis exhortatio, qualis est peccatorū recordatio. Si hæc duo in mente nostra versemus, poterimus adipisci bona, quę promissa sunt, poterimus dilectissimi sollicitudinem huius rei habendam esse: doleamus hic animo, ne doleamus illic supplicio: sed potius vt fruamur sempiternis bonis, vbi nullus erit dolor, nulla tristitia, nullus gemitus, vt percipiamus illa bona, quę excedunt humanam mentem in Christo Iesu domino nostro, ipsi sit gloria in secula seculorum, Amen.

Hier. 9. d

Gal. 4. a

1. Cor. 4. b

1. Cor. 4. b

1. Cor. 4. b

1. Cor. 4. b

1. Cor. 4. b

1. Cor. 4. b

1. Cor. 4. b

1. Cor. 4. b

1. Cor. 4. b

1. Cor. 4. b

1. Cor. 4. b

1. Cor. 4. b

1. Cor. 4. b

1. Cor. 4. b

1. Cor. 4. b

1. Cor. 4. b

1. Cor. 4. b

1. Cor. 4. b

1. Cor. 4. b

1. Cor. 4. b

1. Cor. 4. b

1. Cor. 4. b

1. Cor. 4. b

1. Cor. 4. b

1. Cor. 4. b

1. Cor. 4. b

Homilia xxiiij. ex cap. xi.

Vt fides defuncti sunt omnes isti, cum non accepissent promissiones, sed e longinquo eas aspexissent, & salutassent, & cōfessi fuissent, quia peregrini sunt, & hospites in terra. Talia enim dicentes, significabant, quoniā patriam inquirunt. Et si quidem illius memissent de qua exierūt, habebāt vtiq; tempus reuertendi: nunc autē meliorem appetūt, id est, cęlestē. Ideo non confunditur deus, vocari deus eorū: parauit enim illis ciuitatem. Prima virtus est, & tota virtus, peregrinū esse mundi huius, & hospitiē, & nihil commune habere cū rebus huius seculi, sed remoueri ab eis sicut peregrinū: sicut etiā illi beati, de quibus dicit: Circumibant in melotis, in pellibus caprinis, egētes, tribulati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. Illi quidē peregrinos seipos esse dicebāt, Paulus autem aliquid amplius dixit, nō peregrinū seipsum dixit, sed mortuum mūdo, & mūdum sibi. Mihi, inquit, mūdus crucifix⁹ est, & ego mūdo. Nos vero sicut hui⁹ mūdi ciues viuētes, ita cūcta in hac vita negociamur: Ec iij & quod

& quod erant isti mudo, hoc est peregrini & mortui, hoc sumus nos caelo: quod autem erant illi caelo, hoc est, viuētes & ciues, hoc sumus nos mudo. Propterea mortui sumus, quia vitam, quae vere vita est, abnegauimus, & istam temporalem elegimus: propterea irritamus deum, quia propositum nobis caelesti fructu, & gaudio, nos terrenis inhiamus, & a terrenis nolumus abscindere: sed veluti vermes quidam ex terra in terram, & iterum ex alia in aliam circumrepimus, nec modicum respicere volumus, nec auferre nos a causis hominum: sed veluti quaedam crapula & ebrietate demersi ac percussi obstupemus imaginantes: & sicut qui graui & dulci somno detinentur, non solum nocte, sed etiam ipsa luce, & claro die iacent in lecto, & non erubescunt voluptati suae indulgentes, & tempus operationis & studij, tempus somni & segnitici facientes: sic etiam nos die appropinquante, nocte discedente, magis autem die (Operamini, inquit, dum dies est.) die ergo existite, cum quae noctis sunt operamur, dormientes, somnia videntes, imaginantes, delicias, & clausis oculis mentis & corporis insanimus, aliena loquimur, etiam si nos quisquam alto confortat vulnere, neque sic sentimus, etiam si omnem nobis diripiat quisque substantiam, etiam si ipsam nobis incendant domum. Magis autem non expectamus alios, qui hoc faciant, sed nos ipsi hoc facimus, stimulat nosmetipsos per singulos dies, & percutientes, turpiter iacentes, & nudati omni gloria, omni honore, & opera nostra turpia neque nos celamus, neque alios ut ea oblectent postulamur: sed in media turpitudine trahuntur & videtibus propositi sumus ad risum & crimem. An putatis, quia & ipsi maligni non irridet similes morum suorum, & culpant eos? Indidit quippe nobis deus iudicium inuolabile, quod nunquam corrupti valeat, etiam si ad fundum iniquitatis veniamus. Idcirco etiam qui maligni sunt, condonant seipsum: & si eos aliquis vocet hoc ipsum quod sunt, erubescunt, indignantur, iniuriam putant: tamen si non operibus, sed verbis condempnantur, agunt in conscientia sua: magis autem & ipsis operibus. Cum enim latenter & absconite faciunt, magni indicium proferunt sententiae suae, quam de illa re habent. Sic enim manifesta est malitia, ut omnes eam accusent, etiam hi qui eam exercent, & in ea versantur. Talis autem est virtus, ut ea apud illos, qui eam non sectantur, in admiratione sit. Etenim fornicator laudat pudicum, & auarus accusat iniquitatem, & iracundus admiratur patientiam, & culpatur pusillanimitatem, & luxuriosus luxuriam. Quomodo ergo ista exerceret, inquit? Non quia bonum iudicant esse, sed ex negligentia multa: alias non erubescerent, non se commisisse negaret, cum accusantur ab alio. Plurimi autem praecipue confusione non ferentes, laqueo se suspendunt. Tatum nobis inest boni honestique testimonium, sicut honesta clariora sunt etiam sole, & contraria eorum deformia. Peregrini, inquit, & hospites erant sancti. Qualiter, & quali modo? Vbi autem constitit Abraham, quod peregrinus & hospes sit: fortassis etiam ipsum hoc confessum esse reperimus. Confessus est tamen David: Quia peregrin sum, inquit, sicut & omnes patres mei, qui in tabernaculis habitabant, qui sepulchra pecuniarum comparabant: certum quoniam peregrini erant, ut etiam nec vbi sepelirent suos, haberent. Quid ergo est? Num illius terrae, quae in Palaestina est, dicebant se peregrinos esse? Nequaquam, sed totius mundi. Et merito. Nihil quippe conspiciunt in eo eorum quae volebant, sed omnia peregrina, & aliena. Ipsi quidem virtutem colere desiderabant, in hoc au-

1. Tim. 9.4

1. Tim. 29.4

tem mudo erat iniquitas multa, & peregrina eis erant omnia. Nullum amicum, nullum familiarem habebant, praeter paucos. Quomodo, inquit, peregrini erant? Non erat cura eorum circa ea quae huius mundi sunt: & hoc non verbis solum, sed etiam rebus ipsis & operibus demonstrabant. Quomodo? Dixit deus Abraham: Dimitte patriam, quae putabatur esse patria, & veni ad alienam terram: & non est retentus amore priorum, sed sicut peregrinus egressus de aliena terra, sic sine aliqua animi molestia illam patriam dereliquit. Dixit ei, offer mihi filium tuum: & veluti non habes filium, sic eum obtulit. Pecunias cum transeuntibus communiter possidebat, pro nihilo eas existimabat. Primatum aliis cedebat, in pericula seipsum dabat, decem milia mala patiebatur, non domos construebat claras, non deliciae, nec circa vestimenta diligens erat, quae omnia in hac vita esse solent: sed cuncta quae ad supernam pertinent ciuitatem gerebat, hospitalitatem exhibebat, fraternam dilectionem, eleemosynas, patientiam, contemptum pecuniarum, contemptum praesentis gloriae, & ceterorum omnium, quae in hoc mundo sunt. Filius etiam eius talis erat, exagitantur, persecutiones patiebatur, debellabatur, & cedebatur, & obsequabatur, ut in peregrinis constitutus. Peregrini quippe quaecumque patiuntur tolerant, utpote qui in patria non sunt. Et uxore ablata, & hoc tolerauit, utpote peregrinus. Omnia vero quae ad supernam patriam pertinebant exercebat, pudicitiam & honestatem demonstrans. Etenim postquam adeptus esset filium, non est amplius conuersatus cum illa muliere: & transeunte vigore iuuentutis, tunc eam accepit: ostendens quoniam non libidinis causa hoc fecit, sed ministras & deseruiens promissioni diuinae. Quid autem Iacob? nonne panem tantum quaerebat, & vestimentum, quae pertinent ad peregrinos, qui in paupertate deueniunt multa? Nonne persecutionem patiens discessit, sicut peregrinus? Nonne mercenarius erat? Nonne decem milia vbiq; patiebatur mala, sicut peregrini? Haec autem, inquit, dicebant patriam quaerentes. O quanta differentia! Illi quidem parturiebant per singulos dies, liberari volentes de hac vita, & ad patriam suam remeare: nos autem e contra facimus. Si febris accedat, omnia relinquimus, sicut pueruli planctuosi mortem timemus. Et merito hoc patimur: non enim quasi peregrini conuersamur in hac vita: & non veluti qui festinant ad patriam, sed veluti ad poenas ituri. Propterea dolemus & timemus, quoniam istis rebus non sumus vti sicut oportet, sed peruertimur ordine. Propterea lametamur quando magis gaudere nos oportebat. Idcirco pertimescimus veluti homicidae quidam & duces latronum cum perducendi sunt ad tribunal, cum omnia mala considerant quae gesserunt, & propterea timet & tremunt. Illi vero patres non erant tales, sed festinabant. Paulus autem & congemiscerat. Nos ipsi, inquit, in hoc tabernaculo congemiscimus grauati. Tales erant Abraham, & illi alij: peregrini quippe erant in hoc mudo vniuerso, & patriam quaerebant. Quamnam istam vel qualem? Num illam quam reliquerant? Nequaquam. Quid enim illos prohibebat, si voluissent iterum reuerti, & effici ciues? Sed illam quaerebant, quae in caelis est, & sic festinabant, ut hinc discederent, & sic placuerit deo. Unde non erubescit deus, vocari deus eorum. O quanta dignitas, ut dignaretur vocari deus eorum! Quid dicis? De terra vocatur, & deus caeli, & veluti magni aliquid posuisti quod dicis: non confunditur deus vocari deus eorum? Magni est hoc? & reuera magni, & multae beatitudinis

Gen. 12.4

1. Tim. 22.4

1. Tim. 6.4

1. Par. 29.4

2. Cor. 5.4

titudinis iudicium. Quomodo? Quia terrae quidem, & caeli vocatur deus: sicut vocatur & paganorum deus, quia ipse condidit & construxit omnia. Sanctorum vero illorum non sic dicitur deus, sed sicut amicus aliquis germanus. Exemplo vobis hoc, quod dico, clarum faciam, Verbi gratia: tanquam in magnis domibus, cum aliqui probabiles fuerint eorum qui in domo primi sunt, & admodum fuerint approbati, & omnia ipsis credita fuerint, & multa circa dominos suos fiducia habuerint, tamen dominus eorum dicitur, & multos quis inueniet ita vocatos: quid autem dico? Sic enim dici potest deus, non gentium solum, sed totius mundi: ita posset dici deus Abraham. Sed nescitis quanta est ista dignitas, quia neque adipiscimur illam. Sicut enim nunc dominus deus Christianorum dicitur, & tamen excedit hoc nomen dignitatem nostram: quanto magis si vnus vocatur deus? Intelligite quanta est magnitudo, qui mundi vocatur deus, non erubescit triui vocari deus: & merito. Non solum mundo aequales, sed mille talibus aequiparantur meritorum momenta sanctorum. Melior quippe vnus faciens voluntatem domini, quam decem milia iniqui. Quod vero sic se peregrinos vocabant, manifestum est. Sed esto, isti forte propter peregrinationem dicebant se ipsos peregrinos: quid autem etiam David? nonne rex erat? nonne propheta? nonne in sua patria degebat? Quare ergo dixit: peregrinus & hospes sum? Dic sancte David, quomodo es peregrinus? Sicut patres, inquit, mei, quia & illi peregrini erant. Habemus, inquit, patriam reuera patriam. Quomodo ergo tu peregrinus es? In terra, inquit. Proinde etiam illi in terra. Sicut illi, inquit, sic etiam ego. Sicut ergo iste, sic etiam illi. Efficiamur itaque etiam nos peregrini, ne confundat deus vocari deus noster. Confusio quippe illi est, quando malignorum hominum vocatur deus, & confundit illos etiam ipse. Sicut glorificatur, quando benignorum & optimorum hominum vocatur, & consortium virtutem. Si enim nos recusamus vocari domini malorum seruorum, & relinquimus eos: & si nos appellas aliquis dicat, quia ille multa mala operatur, num seruus tuus est? nonne confestim dicimus, quia nequaquam, repellentes opprobrium? Habitudo enim quaedam est seruo ad dominum, & transit ignominia ab illo ad illum. Sed illi ita erant clari, ita confidentia pleni, ut non solum non confunderetur cum ab illis vocabatur deus eorum, sed etiam ipse vltro dicebat: quia ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. Efficiamur igitur nos, o dilectissimi, efficiamur peregrini, ut non confundatur de nobis deus, & nos gehennae contradat. Tales quippe erant illi, qui dicebant: Domine, nonne in nomine tuo prophetaui? nonne in nomine tuo virtutes multa fecimus? Sed attendite quid dicit ad eos Christus: Non noui vos. Quod faciunt utique domini seruis malignis concurrentibus ad se, volentes a se opprobrium amoliri: nescio vos inquit. Quid ergo punis, quos nescis? Nescio aliter dixi, hoc est, abnego vos, & euito. Sed absit a nobis, ut haec audiamus vocem abnegatoriam, & perpertricem, & tremendam. Si enim qui demones excluderant, & prophetias operabantur, quia vitam non habebant convenientem, abnegati sunt: quanto magis nos? Quomodo possibile est, dicit aliquis, ut qui prophetias & signa fecerunt, & demones excluderant, abnegentur? Fortassis fideles erant, & postea mutati sunt, & facti sunt prauis, propter quod nihil eis profuit prima virtus. Non enim exordia sola oportet habere clara, sed etiam & fine clariora. Dic enim mihi, nonne rhetor

Ab ipsis dominis vocatur.

1. Tim. 6.4

1. Par. 29.4

2. Cor. 5.4

1. Tim. 7.4

circa finem orationis satagit clarior apparere, ut cum plausibus discedat? Nonne circa finem perfectionis suae actionem clarior demonstrat? Nonne athleta nisi si non ostendat clariora, & usque ad consummationem semper exuperet, & si omnes vicerit, vincatur autem a nouissimo, nonne omnia illi infructuosa fuerint? Nonne gubernator si pelagus totum pertrahat, circa portum autem confringat ratem, omnem perdidit anterior laborem? Quid etiam medicus, nonne si liberauerit agrotantem morbo, cum autem ad perfectionem salutis peruenturus erat agrotus, tunc eius corrumpat valetudinem, nonne, inquam, totum opus corrumpit & perdit? sic etiam in virtute contingit. Quotquot exordis finem non posuerunt competentem, & consequentem, & concinnum, perierunt & corrupti sunt. Tales namque sunt, qui ex carceribus ipsis clari, & gestientes profiliunt: postea vero dissoluti laxiusque mouentur: idcirco palma fraudantur, a domino non agnoscuntur. Audiamus igitur haec, qui amamus pecunias: Maxima quippe est cupiditatis iniquitas. Radix enim omnium malorum est auaritia. Aduertamus qui volumus maiorem substantiam nostram facere: aduertamus & quietam sub auaritia, ne audiamus quod illi quoque audierunt. Nunc ea audiamus, & contremiscamus, ne tunc ea male audiamus. Nunc aduertamus cum timore, ne tunc cum supplicis aduertamus: Discedite a me: nunquam agnouit vos, neque tum, inquit, quando prophetias ostendebatis, & demones effugabatis. Fortassis etiam in hoc loco & aliud quiddam significat: quod etiam tunc vitae erant pessimae, in ipsis quippe iniuriis, & per indignos operabatur gratia. Si enim per Balaam operata est, multo magis & per indignos, propter alios lucrandos. Si autem signa & prodigia non valuerunt a suppliciis liberare, multo amplius etiam si in sacerdotali dignitate quisquam sit constitutus, etiam si ad superiorem honorem pertingat, etiam si in ordinatione eius operetur gratia, propter eos qui praepositis opus habent: audiet tamen etiam ipse, nunquam te cognoui, neque tunc, neque quando in te operabatur gratia. O quanta est quae illic quaeritur vitae munditia? Quomodo ipsa sufficit in regnum nos introducere? Si vero abfuerit proderit virum, etiam si decem milia possit signa & prodigia demonstrare. Nihil ita laetificat deum, sicut optima conuersatio. Si enim diligitis me, inquit, non dixit, signa facite: sed inquit, mandata mea seruate. Et iterum: Amici mei eritis, non si demones excluderitis: sed si custodiatis verba mea. Illa quidem diuini sunt muneris: haec autem post dei donum etiam nostri sunt studij. Satagamus itaque fieri amici dei, & non permaneamus inimici. Saepem haec dicimus, semper haec monemus & vos, & nosmetipsos: sed nihil proficimus. Ob quam rem etiam timeo, & velle quidem tacere, ne vobis periculum cresceret. Saepem quidem audiendo & neque sic faciendo, exacerbatur dominus. Sed timeo etiam ipse aliud periculum: hoc est, silentium meum, si quidem taceo in verbi ministerium constitutus: quid faciemus, ut saluemur? Aggrediamur virtutem cum tempus habemus, distribuamus virtutes nobis, sicut sibi distribuunt agriculturam agricolae: in hoc mense vincamus detractiones, iniurias, iracundiam, iniustitiam: & dicamus. Hodie ab hoc nos vitio corrigamus, in illo autem mense patientiam nos ipsos doceamus, & in alios aliam virtutem: & cum hac virtutem in habitu perceperimus, ad aliam transeamus: sicut solent discipuli, qui quae acquirunt, custodiunt: quae vero necesse didicerunt, discendo acquirunt. Discamus etiam nos post istam virtutem, & veniamus ad contemptum pecuniarum. Ac primo abstrahamus

1. Tim. 6.1

1. Tim. 7.4

1. Tim. 24.4

1. Tim. 14.4

1. Tim. 15.4





facitis, quasi illorū gratia non sitis daturi pœnas. Qui impeditur, inquit, in victu necessario, & panem petit, affligitur. Contineamus itaq; manus nostras aliquādo, magis autē non contineamus, sed extēdamus eas bene, non ad aliena auferenda, sed ad eleemosynā faciendam: non habeamus manum infructuosam, neq; aridam. Manus quippe non faciens eleemosynā, arida est: quę vero etiam aliena aufert, scelestā est & impura. Nullus cū talibus manibus cibum sumat, iniuria quippe est hęc discumbentium. Dic enim mihi si quis in tapetis, & straminib<sup>9</sup> mollibus, & auro textis linreaminibus discumbere nos faciat in domo ampla & splendida, & multitudinem ministrārium ante nos cōstituat, deinde vas aureum, vel argenteū preparās, & cibus plurimis & opiparis cumulās, & facultatē nobis vescēdi tribuat: si modo patiamur eū manus cœno, vel simo humano perūgere, & sic nobiscū ad comedendū simul discumbere, quāto an quis molestiā istam sustineret, & contumeliā non iudicaret? Ego enim existimo, quia statim exiliret & effugeret. Nunc autē cœno, reuera cœno non solū manus vides repletas, sed etiam ipsos cibos, & non exilis, nō refugis, nō increpas, sed si in potestate, vel potētia fuerit, etiā magnum aliquid arbitraris, & animam tuā deliciari existimas talib<sup>9</sup> vescēs, quę omni cœno peiora sunt: avaritia enim quouis cœno deterior est. Animā quippe nō corpus polluit, & facit eā vt difficile diluatur: vides ex hoc cœno discumbētem peruncū, & manus, & vultum, & repleam eius domū, & repletam etiam mēsam stercore: & quicquid aliud adhuc immūdius & spurci<sup>9</sup> dici potest, illi cibi pollutiores, & scelestiores sunt. Tu autē veluti honoratus sic afficeris, & veluti deliciaturus, & neq; Paulū reuereris, ad mensam quidem Paganorum si volueris ire, nō prohibētem: ad mensam autem avarorum, & aliena auferentium, ne volentes quidē permittentem. Si enim qui frater, inquit, nominatur inter vos. Fratrem in hoc loco omnem fidelem simpliciter intellige, non monachū tantum. Quid autē est quod facit fraternitatem, nisi la-uacrum regenerationis, quod facit posse vocari deū patrē: Proinde qui catechumenus est, etiam si monachus sit, non est frater: q̄ vero fidelis est, etiam si secularis sit, frater est. Si quis, inquit, frater nominat. Neque vestigiū tunc monachi erat, sed omnia ad seculares tunc loquebatur beatus Paulus. Si qui, inquit, frater nominat<sup>9</sup> fuerit fornicator, aut avarus, aut ebriofus, cum huiusmodi nec cibū sumere. Cum autem de paganis ageret, nō ita: sed, Si quis vos vocauerit ex infidelibus, paganos significās: Si vultis ire, omne quod apponit vobis comedite. Si is qui frater nominat sit ebriofus. Papæ quanta diligētia & integritas requiritur! Nos autem non solū non fugimus ebriosos, sed etiam imus ad eos, participantēs cū eis. Ob hoc vniuersa mala fiunt, cūcta cōfusa sunt & peruersa, omnia perierūt. Dic enim mihi, te vocauerit taliū quisquā ad conuiuū, te pauperem, & qui putaris infimus: deinde si a te audiat, quia hęc quę apposuisti ex avaritia sunt acquisita, non patiar ex illis contaminari animā meam: nōne reuerbitur? nōne erubescet? nōne cōfundetur? Hoc solum sufficiens erat corrigere, & facere vt ille quidē cum diuitiis suis infelicē seipsum iudicet, te vero admiretur in illa paupertate, si quidē videret seipsum cū tanto studio a te contemni? Sed facti sumus serui hominū, ignoro qua ratione, cū Paulus sursum atq; deorsum clamet: Nō efficiamini serui

Cū rapa-  
cibus  
non est su-  
mendis.

1. Cor 5. c

1. Co. 10. f

A hominū. Quare ergo nos effecti sumus hominū serui? Quia prius in ventris serui facti sumus, & pecuniarū, & glorię, & aliarū omniū rerū, & perdidimus libertatem, quam nobis largitus est Christus. Quid ergo manet eū, qui seruus factus est, dic mihi? Audi Christum dicentē: Seruus nō manet in domo in sempiternū. Habes sententiam plenam atque perfectā, quoniam nūquam intrabit in regnū. Domus quippe hoc est. In domo, inquit, patris mei multę māiones sunt. Seruus igitur nō manet in domo in sempiternū. Seruum illum dicit, qui peccati seruus est: qui vero non manet in domo in sempiternū, in gehēna permanet in sempiternū, & ex nulla parte habebit solatium. Ad tam malū habitum humanę res deuenerūt, vt etiam ex his quę rapiūt, eleemosynas faciant, & multi suscipiant. Propter hoc fiducia nostra cecidit, neq; iā aliquē increpare possumus. Saltē & nunc fugiamus læsionē quę ex hoc nascit. Vos autē qui in hoc cœno inuoluimini, aliquādo quiescite, cessate a tali morbo, & abstinete cupiditatē vestram a talibus conuiuīs, tū quomodo vel nūc valeamus propitiū reddere dominū, & adipisci bona quę promissa sunt: quę nos cōtīgāt oēs percipere in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, vnā cū sancto spiritu gloria, imperiū, honor nunc & semper, & in secula seculorū, Amen.

Homilia xxvi. ex cap. xi.

**I**de de futuris benedixit Isaac Jacob & Esau, fide Jacob moriens benedixit vnumquęque filiorum Ioseph, & adorauit fastigium virgę eius. Fide Ioseph moriens de exitu filiorum Israel meminit, & de ossibus suis mandauit. Fide Moses natus, occultatus est mensibus tribus a parentibus suis, eo quod vidissent elegantem infantem, & non timuerunt regis edictū. Fide Moses grandis factus negauit se esse filiū filie Pharaonis, magis eligens affligi cum populo dei, quā temporalem peccati habere incunditatem, maiores diuitias existimās thesauro Aegyptiorum improprium Christi: aspiciebat enim in remunerationem. Fide reliquit Aegyptum, non veritate ferocitatis regis. Perinde enim tanquam vidisset inuisibilem obdurauit.

Multi, inquit, propheta & iusti desiderauerunt videre quę videtis, & non viderunt, & audire quę auditis & nō audierunt. Quid dicimus? num omnia futura sciebāt iusti? Et valde. Si enim propterea nō reuelabatur filius quibusdam propter infirmitatē eorū, quia eum nō poterant capere: sed illis, q̄ virtutis claritate fulgebāt, meritō reuelabāt. Et hoc etiā Paulus dicit, quia futura sciebant: hoc est, resurrectionē Iesu Christi. An nō hoc dicit? Sed fide de futuris dicit. Nō futurū seculū significās, sed futura huius seculi. Quomodo quippe homo peregrin<sup>9</sup> tales benedictiones daret? Sed iterū adeptus est benedictionē, & nō eam sumpsit. Intueris quoniam quod dixit de Abrahamā, & de Jacob dici potest: quoniam non receperūt benedictiones, nepotibus eorū redditę sunt illę benedictiones, ipse autē futura adeptus est. Inuenimus autem fratrem eius magis potitū esse seculo. Ille autem in seruitute mercenaria, & periculis, & insidiis, & deceptionibus, & timoribus omne trāsegit tēpus. Interrogatus etiā a Pharaone: Modici, inquit, & mali facti sūt dies mei. Ille autem in primatu & fiducia fuit multa, & postea fuit illi terribilis. Vbi ergo ei puenerunt bona, nisi in futuro? Vides quia mali primū reb<sup>9</sup> secularib<sup>9</sup> pfuūtur, iusti autē ecōtrā? Non quidē oēs. Ecce em̄ Abrahamā iustus erat, & potitus est rebus secularibus, verūtamē cū tribulatione, cum tentationibus. Etenim diuitiā tantū erant illi, cæterum plena illi erant tribulationibus

Ioan. 8. d

Ibid. 14. d

Ge. 27. d f

Ibid. 48. c

Ibid. 50. d

Exod. 2. a

Ibid. 1. e

Ibid. 2. b

Luc. 10. d

Gen. 47. b

lationibus omnia. Nō potest iustus nō tribulari, etiā si diues sit. Cū enim paratus sit damna petere, iniurias ferre, & alia multa pati, necesse est eū tribulari. Proinde etiam si perfruamur diuitiis, nō tamē est sine tristitia. Quid ita? Quia in tribulatione est, & dolore. Si autem in tribulatione tūc erāt iusti, multo amplius nūc sunt. Fide de futuris benedixit, inquit, Isaac, Jacob, & Esau. Licet maior sit Esau, tamē preponit Iacob propter virtutē. Intueris quāta erat fides, & vnde promittebantur filiis eorū tanta bona? Vtiq; ex fide, hoc est, credendo deo. Fide Iacob moriens, vnūquenq; filiorum Ioseph benedixit. In hoc loco necessariū est ponere benedictiones omnes, vt etiā fides & prophetia eius manifesta fiat. Et adorauit, inquit, fastigiū virgę eius. Hic non solum, inquit, pronūciauit, sed etiā ita confidebat de futuris, tanquā si ea opere demonstraret. Quoniam enim surrecturus erat ex Effiē rex alius, propterea dixit: Et adorauit fastigiū virgę eius. Ecce cū iā esset senex, adorabant Ioseph vnūuersi populi: adorationē significans] quę illi erat futura. Et hoc iā sumpsit effectū, quando eū adorauerunt fratres eius: futurū autē erat iterū postea per decem tribus. Intēdis quomodo futura prędixit? vides quantam habuit fidem, quomodo de futuris credebat? Quædam enim in hac vita patientię sunt solius exēpla, & qualiter patientia sunt mala, & quia non hic recipiūt bona, sicut cōtīgāt in Abraham, sicut in Abel. Quædā autem fidei sunt exēpla, sicut contīgāt in Noē: quoniam est deus, quoniam est retributio. Fides quippe multimoda est in hac vita qua creditur, quoniam est retributio: & quia nō eodem modo sustinēda est, & ante munera vel coronas certādum est. Illud autem quod circa Iacob cōtīgāt, solius est fidei: quoniam promisit Abraham. Quia tibi dabo & semini tuo terrā hanc. Audiuit Ioseph etiā inter alienos constitutus, & necdum videns iam processisse promissionē, & neq; sic concidit animus eius: sed sic credidit, vt etiā de exitu eorū loqueretur, & de ossibus suis mandatū daret. Et nō tantum ipse credidit, sed etiā alios ad fidē introduxit, vt semper memores essent, quia nequaquam de suis ossibus præcepisset, nisi plena fide sperasset reditū eorū. Proinde quando quidam dicunt: ecce iusti quoq; curam gerebant sepulchrorū: dicamus ad illos quia nō propter hoc. Nā sciebat, quia domini est terra & plenitudo eius. Nequaquā em̄ in tāta cōuerfat<sup>9</sup> philosophia hoc ignorauit, qui tantum tempus vixit in Aegypto. Alioqui licebat illi, si voluisset ad patriā repedare, & non lugere, nec ægre ferre. Verum cum & patrem illuc euexerit, cuius gratia & ossa sua ex Aegypto trāfferri præcepit, nisi quod manifestū est, quia propter eandem causam? Quid autē, dic mihi? Nū ipsius Mosi ossa inter alienos iacent? & Aaronis, & Danielis, & Hieremias? Apostolorū autē plurimorū ossa nescim<sup>9</sup> vel vbi iacēt: Petri & Pauli quidem, Ioannis & Thomę, manifesta sunt sepulchra. Aliorū vero cum tanti sint, minime cognitū est vbi sint. Nihil igitur pro hac re lugeamus, neq; pusillanimitē feramus. Vbi cūque enim sepeliāmur, Domini est terra, & plenitudo eius. Omnino fit, quod oportet fieri. Lugere autē, & deplorare, & lamētari eos, qui de hac vita discedūt, ex pusillanimitate cōtingit. Fide, inquit, Moses nat<sup>9</sup>, absconditus est tribus mensibus a parentibus suis. Contēplaris quia hęc post mortē sperabant impleri in terra: & multa quidem effecta sunt post mortē ipsorum. Hoc autē dictū est propter aliquos qui dicunt: post mor-

Gen. 27. d  
Ibid. 48. c  
Ibid. 50. d  
Exod. 2. a  
Ibid. 1. e  
Ibid. 2. b

Gen. 15. d  
Ibid. 50. d  
Ibid. 23. a  
Ibid. 23. a  
Exod. 2. a

tē ea implentur illis quę nō sunt adepti viuētes: quę neque post mortē se credebāt adepturos. Non enim dixit Ioseph, quia me viuēte hanc terrā non dedit, neque patri meo, neque auo meo, cuius virtutē reuereri debebat, istos vero malignos dignos factur<sup>9</sup> est, vt percipiāt quę illi nō sunt digni facti percipere? Nihil horum dixit, sed fide cūcta & superauit, & trāscendit. Itaq; percurrit Abel, Noē, Abrahamā, Isaac, Iacob, Ioseph, & omnes gloriosos & admirabiles viros: deinde augmentū facit cōsolationi & exhortationi suę, ad personas infimas deducens orationē. Vt enim admirabiles personę hęc fortiter paterent, mirū nihil est, & inferiores eos apparere claris illis viris nō ita graue est. Obscuris autē inferiorē videri, id demū graue est. Orditur vero a parentibus Mosi, ignobilibus quibusdā viris, & nihil tale habentibus, quale filius eorū: propterea & progrediēdo auget absurditatē, meretricis mulieres, & viduas enumerās. Fide, inquit, Raab meretrix non perit simul cum infidelibus, suscipiens exploratores cum pace. Et non solū fidei, sed etiā incredulitatis ponit præmia, sicut in persona Noē. Interim de parētibus Mosi necessariū est dicere. Omnes quippe infantulos masculos interimi Pharaon iusserat, & nullus effugit hoc periculū. Vnde igitur sperauerunt isti, vt saluarent puerū? Ex fide, inquit. Qua fide? Quia viderunt elegātem infantulū, & ipse vultus ad fidem eos attraxit. Sic iā inde ab initio ex ipsis incubulis multa erat illi iusto infusa gratia, non natura hoc operāte. Intuere em̄, statim vt genitus, honestus apparebat infantulus, non erat deformis. Cuius ergo erat hoc opus? Nō nature, sed gratiæ diuinę, quę etiā barbaram illam mulierē Aegyptiā excitauit, vt amaret, vt fumeret, vt arriperet, & tamē fides in istis non habuit idoneū argumentum. Quid hoc, & quantum erat vt ex ipso vultu crederet? Sed vos, inquit, ex reb<sup>9</sup> ipsis credite, & multa habebitis fidei pignora. Vt em̄ cum gaudio rapinam rerū vestrarum susciperetis, & quęcunq; talia passi estis, fide actū est, & patientia. Sed quoniam & isti crediderunt, deinde & pusillanimitē afficiebantur, ostēdit quia & fides illorū plurimum protendebatur, sicut contīgāt in Abrahamā, quauis viderentur sibi res ipse repugnare. Non timuerūt, inquit, præceptū regis, quanquam illud quidē opere exercebatur: hoc autē tenuis quædā erat expectatio, & hoc quidē parētum erat, ipse vero Moses quid attulit? Deinde familiare illis & domesticū profert exēplū, illo maius & amplius. Fide, inquit, Moses magn<sup>9</sup> factus, abnegauit dici filius filię Pharaonis: magis eligens affligi cū populo dei, quā temporālē habere iucunditatē peccati: maiores diuitias existimās thesauris Aegyptiorū, improprium Christi. Respiciebat quippe in remunerationē. Tāquam si diceret ad eos, nullus vestrū dimisit aulam regalem amplam, & clarā, neque tales thesauros, neq; cū posset filius regis esse, contēpsit, sicut Moses fecit. Et quia nō simpliciter dimisit, significauit dicēs: Abnegauit. Hoc est, horruit, auersatus est. Cælo quippe proposito, superfluū erat aulam admirari Aegyptiaci regni. Et vide quā mirabiliter illud posuit Paulus. Nō dixit, maiores diuitias existimauit thesauris Aegypti cælū, & ea quę in cælis sunt. Sed quid dixit? Improprium Christi. Pro Christo enim improprium sustinere melius iudicauit, quā in deliciis esse. Sic etiā hoc ipsum per se solum merces erat. Eligens magis affligi cū populo dei. Vos em̄ pro vobis ipsis patimini, ille autē, p aliis hoc elegit, &

In tēpore  
ipsum Noē  
Exo. 1. e



git, & vltro seipsum proiecit in rata pericula, cu ei li-  
 ceret & pie viuere, & secularib<sup>9</sup> perfrui bonis. Quam  
 temporalem habere peccati iucuditate. Peccatu du-  
 xit, nolle affligi cum aliis, hoc peccatu esse putauit. Si  
 igitur ille no alacriter affligi cu ceteris peccatu esse  
 iudicauit: magnum ergo bonu est afflictio, ad quam  
 ex fastigio regali seipsum proiecit. Hec em faciebat,  
 magna quaedam prospiciens. Maiores, inquit, diuitias  
 existimans thesauris Aegyptiorum impropriu Chri-  
 sti. Quid est impropriu Christi? Hoc est, impropria  
 talia sustinere, qualia nunc vos: quale Christus etiã su-  
 stinuit improprium. Et quomodo pro Christo susti-  
 nuuit Moses? Petra em erat Christus: sic etenim & ille  
 impropriu sustinuit, sicut & vos. Quid autem est im-  
 propriu Christi? Quia respuim<sup>9</sup> paternos errores, im-  
 propriu sustinemus, quia patimur mala concurrẽ-  
 tes ad deum. Sic etiam ille impropriu Christi susti-  
 nebat, quãdo audiebat: Nunquid interimere me vis,  
 sicut interfecisti heri Aegyptiu? Hoc est impropriu  
 Christi, vsq; in fine & nouissimum spiritum pati ma-  
 la: sicut etiã ipse impropria sustinebat, & audiebat:  
 Si filius dei es. Et ab eis audiebat p quibus crucifige-  
 bat, id est, a cõtribulib<sup>9</sup>. Hoc est impropriu Christi,  
 quando quisquã a domesticis, quando quisquam ab  
 his, quibus beneficium prastitit, sustinet impropriu.  
 Etenim ille quoque pro beneficio suo hec patiebat.  
 Hic eos excitauit, ostẽdens quia & Christ<sup>9</sup> eadẽ pas-  
 sus est & Moses. Duẽ personẽ clarẽ, & diuulgatã. Pro-  
 inde Christi magis est impropriu istud, quam Mosi,  
 quoniã a propriis ista passus est. Sed neq; ille fulmina  
 emittebat, neq; iste malignẽ quicquã tulit, sed improp-  
 riu sustinebat, & patienter cuncta ferebat illis mo-  
 uentib<sup>9</sup> capita sua, quia ergo potuerũt fortasse his au-  
 ditis desiderare etiam ipsi retributionẽ, dicit: Quia &  
 Christus & Moses talia passi sunt. Proinde delicia, in-  
 quit, & remissio peccati sunt: impropria vero Chri-  
 sti. Quid em vis? impropriu Christi, an remissionem  
 & delicias? Fide reliquit Aegyptũ, nõ veritus ferociã  
 regis. Perinde enim tanquã vidisset inuisibile, obdu-  
 ruit. Quid dicis quia non timuit? Et tamẽ scriptura  
 hoc dicit, quia audiẽs veritus est, propterea fuga salu-  
 tem quãsiuit, & in fugã versus est, & furatus seipsum  
 de medio, & post hæc in timore erat. Intende igit<sup>r</sup> di-  
 ligẽter dicto. Quod dicit: Non veritus ferociã regis,  
 ad hoc dicit, quod iterũ cõparebat. Timentis quippe  
 erat, non reuerti iterum ad patrociniũ, neq; rẽ ag-  
 gredi: sed tamen quod reuersus est iterum, animi erat  
 deo se cõmittentis. Nõ enim dixit, quia querunt me,  
 & scrutantur, nõ me igitur iterum eis dẽ ipsi comit-  
 tam. Proinde etiã quod a fuga reuersus est, fidei fuit.  
 Quid ergo non permãsit, inquit: ne se in apertũ præ-  
 cipitaret periculũ: quia hoc iam tentãtis esset, insilire  
 in media pericula, & dicere: videamus si me liberet  
 deus. Hoc etiã Christo dixit diabolus: Mitte te deor-  
 sum. Intueris quia hoc diabolicũ est, vt superuacue ac  
 superflue se quisquam in periculũ iactet, & tẽtet deũ  
 si saluet: Etenim prãesse iã illis ad regimen eorũ non  
 poterat, ita ingrãte affectis illis, quib<sup>9</sup> rata prastiterat.  
 Stultum itaq; erat, & insensatũ permanere illic. Hæc  
 autẽ omnia facta sunt, quia veluti videns inuisibilem  
 sic sustinebat. Si igitur videmus mente semper deũ,  
 si semper in recordationem eius cõuertimus mẽtem  
 nostrã, omnia nobis facilia apparebunt, omnia por-  
 tabilia, omnia leuiter sustinebimus, omnibus superio-  
 res efficiemur. Si enim quisquã dilectũ videt, magis

A autem recordatus illius, erigit animã suam, & mente  
 sublimis efficitur, vt omnia facile toleret, delicias ex  
 memoria illius: qui in mente habuerit eũ, qui nos di-  
 ligere vere dignatus est, & recordat<sup>9</sup> fuerit eius: quã-  
 do poterit aliquã sentire tristitiam, aut terribile ali-  
 quid, aut periculosum timere? quãdo puillanimitate  
 afficiatur? nõ quã scilicet. Omnia quippe nobis diffici-  
 lia vidẽtur, quia dei memoriã nõ habem<sup>9</sup>, sicut oportet  
 habere: quia non eũ semper in mente nostra por-  
 tamus. Iuste quippe nobis dixerit: oblit<sup>9</sup> es mei, obli-  
 uiscar & ego tui. Et duplũ efficitur malũ: quia & nos  
 eius obliuiscimur, & ille nostri. Hæc enim mala duo  
 sunt, alternis quidem complicata, duo tamẽ sunt. Ma-  
 gnum quidẽ operatur memoria dei: magnũ autẽ etiã  
 cũ & nos eius habem<sup>9</sup> memoriã: hoc quippe facit e-  
 ligere bona, illud autẽ impetrare, & ad effectũ perdu-  
 cere. Propterea dixit Propheta: Recordabor tui de  
 terra Iordanis, & Hermonii de mote paruo. Hec di-  
 xit populus in Babylonia cõstitutus: recordabor tui.  
 Et nos igit<sup>r</sup> tanquã in Babylonia constituti, etiam si in  
 medio hostiũ nõ cõsidemus, verũtamẽ inter inimi-  
 cos sumus. Alij quidẽ tanquã captiui sedebãt, alij au-  
 tẽ neq; sentiebant captiuitatẽ, sicut Daniel, sicut tres  
 pueri, q in captiuitate quoq; cõstituti, ab ipso rege, q  
 eos captiuos habebat, clariore erãt effecti, in ipsa il-  
 la puincia qua captiui erãt, adoraban<sup>t</sup>. Vides quãtũ  
 virtus possit? In ipsa captiuitate cõstitutos curabat vt  
 dominos. Rex itaque magis erat captiuus q illi. Non  
 adeo mirabile fuisset, si in sua ipsorũ patria regnãtes  
 accessisset & adorasset. Hoc autẽ mirabile demũ erat,  
 quod cũ eos vinculis strinxisset, captiuos cepisset, ha-  
 beretq; in sua potestate, omnibus videntibus nõ eru-  
 berit adorare, & agnũ immolare. Intuemini quia reue-  
 ra res illã clarã sunt, quã ad deũ pertinent: res vero  
 humanã, vmbra sunt. Ignorabat igitur quod sibi do-  
 minos adducebat, & quos adoraturus erat. Misit eos  
 quippe in caminũ: sed sicut somniũ hoc illis erat. Ti-  
 meamus itaq; dilectissimi dominũ, timeam<sup>9</sup>, ac si etiã  
 in captiuitate fuerimus, omnib<sup>9</sup> erimus clariore. Ti-  
 mor ad sit dei, & nihil erit triste. Tametsi paupertatẽ  
 dicas, tametsi ægritudinẽ, tametsi captiuitatẽ, tamet-  
 si seruitutẽ, & si quid aliud tristiũ, non solũ grauiã nõ  
 erunt, sed imò magis adiumenta nobis erunt in ad-  
 uersis. Captiui erãt isti, & adorauit eos rex. Taberna-  
 culorũ erat factor Paulus, & sacrificabant illi sicuti  
 deo. In hoc loco quãstio occurrit, cur apostoli quidẽ  
 sacrificia prohibuerunt, & vestimẽta sua scindentes,  
 abduxerũt eos a molimine suo, & cũ fletu clamabant  
 dicẽtes: Viri quid hæc facitis? Similiter em & nos ho-  
 mines passibiles sumus. Daniel vero nihil tale fecit:  
 Quod enim & ipse humilis fuerit, & nõ minus quã  
 isti deo obtulerit gloriã, ex multis causis manifestum  
 est: maxime autẽ ex eo clarũ est, quod amabat a deo.  
 Nõ enim sibi assumẽtem honorẽ dei permetteret sal-  
 tem viuere: necdũ celebrẽ fieri. Deinde quia cũ mul-  
 ta fiducia dicebat: O rex, nõ in sapiẽtia mea mihi re-  
 uelãtũ est mysteriũ istud. Et iterũ, in lacu erat propter  
 deũ. Et quia cibũ ei attulit Propheta, dixit: Recordã-  
 tus est mei de<sup>9</sup>. Ita erat humili corde, & cõtrito. In la-  
 cu erat propter deũ, & indignũ tum se iudicabat vt  
 recordaretur eius, vel vt exaudiretur ab eo: nos autẽ  
 cum innumera scelestã cum prãsumptione cõmittam<sup>9</sup>,  
 & omnib<sup>9</sup> scelestiores sim<sup>9</sup>, nisi in prima oratio-  
 ne exauditi fuerimus, discedim<sup>9</sup>. Reuera multã inter-  
 est inter illos & nos, & quantũ inter cœlum & terram  
 interest,

Murmura  
 uerit con-  
 tra Mosẽ  
 apud Fe-  
 rã in Ra-  
 thidim.  
 Exo. 17. 4  
 I. Co. 10. 4  
 Exod. 2. c

Mat. 27. c

Mat. 4. 4

Morale

Psal. 41. b

Ast. 18. a

Ast. 14. e

Da. 2. d

ibid. vlt. f

interest, etsi quid amplius. Quid dicis? post tantã vir-  
 tutem, post factũ illud in lacu miraculum, sic seipsum  
 humilẽ existimabat? Ita est, inquit: quãtãcunq; enim  
 operati fuerimus, inutiles serui sumus. Sic ille anteceden-  
 dens euangelicũ præceptũ implebat, & nihil seipsum  
 iudicabat. Recordat<sup>9</sup> est, inquit, mei deus. Sed & ora-  
 tio eius quãta humilitate plena est? Et iterũ tres pueri  
 sic dicebãt: Peccauimus, iniquitatẽ fecimus. Et vbiq;  
 humilitatẽ suã demonstrant, Quãquam habeat Dani-  
 el innumeras occasiones, quib<sup>9</sup> in superbiã efferretur:  
 sed sciebat quoniã ipse causã, pro quibus posset  
 extolli, propterea illi erãt, quia nõ extollebat, & quia  
 non corrumpebat thesaurũ suũ. Apud omnes enim  
 homines, & in toto mundo non iucundabatur, quod  
 procidisset rex in faciẽ, & immolasset ei, & deũ illum  
 esse putasset, qui vbiq; terrarũ sicut deus honorabãt.  
 Omnẽ enim terrã ipse obtinebat, & manifestum hoc  
 est ex Hieremia. Cõplicas, inquit, terrã sicut vestimẽ-  
 tum. & iterũ: Ego dedi eam Nabuchodonosor seruo  
 meo. Et ex his quã omnib<sup>9</sup> scribebat, hoc approbat:  
 & quia non ibi solũ vbi erat, admirabilis habebatur,  
 sed vbiq; & maius erat, q si reliquã gentes corã illũ  
 præsentis vidissent: quãdo etiã per literas confessus  
 est & seruitutẽ & quod factũ erat miraculũ. Quin etiã  
 in sapientia admirabilis erat. Nec sapiẽtior es, inquit,  
 tu Daniele. Post hæc omnia tamen admodum erat  
 humilis. Decies milies propter deũ mortificatus est.  
 Quid ergo? quod cum ita humilis esset, nõ prohibuit  
 neq; adorari se a rege, neque immolationes? Hoc nõ  
 dico: sufficit enim mihi quãstionẽ proposuisse, cãte-  
 ra vero vobis relinquo, vt vel sic excitẽ mentem ve-  
 strã. Illud autẽ moneo, vt omnia pro timore domini  
 suscipiatis. Exẽpla quippe habemus talia, quia reuera  
 etiã in hac vita adipiscimur bona, si de futuris germa-  
 ne & integre curã gesserimus. Quod vero nõ hoc su-  
 perbia, vel arrogãtia fecerit, manifestũ est ex eo quod  
 dixit: Dona tua tibi sint. Etenim etiã hic alia quãstio  
 est, quomodo sermone pellẽs, operib<sup>9</sup> suscepit illũ ho-  
 norẽ, & indut<sup>9</sup> est torque. Et Herodes quidẽ cũ audif-  
 set, vox dei & nõ hominis: quia nõ dedit gloriã deo,  
 crepuit, & effusa sunt viscera eius: iste autẽ & hono-  
 rẽ deo exhibuit, non verba tantũ. Sed necessariũ est  
 dicere, quid hoc sit. Illic quidẽ ad idololatriã imma-  
 niorẽ homines decidebant, hic autẽ nequaquã. Quo-  
 modo hoc? Quod em iste putabatur talis, honor erat  
 dei. Propterea em præoccupans hoc dicit: Mihi autẽ  
 non in sapiẽtia reuelatũ est, quã esset in me. Deinde  
 neque apparet alicubi, quia suscepit illas immolatio-  
 nes. Dixit em, inquit, quia oportet immolare, sed nõ  
 est manifestũ vtrũ etiã opus consecutũ sit. Illic autẽ  
 adduxerunt tauros, vt immolarent, & vocabant illũ  
 quidem Iouẽ, istum autẽ Mercurium. Torquẽ itaque  
 suscepit, vt clarũ se faceret, immolationẽ autẽ cur nõ  
 repulerit? Etenim illic nõ fecerunt, sed conati sunt, &  
 prohibuerũt apostoli. Proinde hic etiã oportebat ce-  
 leriter & cõfestim prohibere. Itẽ illic popul<sup>9</sup> vniuersus  
 erat, hic autẽ tyrannus. Cur ergo eum nõ reuoca-  
 uit? In præcedẽtib<sup>9</sup> dixit, quia nõ sicut deo immola-  
 bat, ad euersionẽ culturẽ dei, sed propter magnũ mi-  
 raculũ. Quomodo hoc? Propter deũ. Edictũ quippe  
 posuerat, vt nõ minueretur honor dei. Illi autẽ nõ sic,  
 sed Apostolos putabãt esse deos, propter hoc prohibe-  
 bãtur. Hic autẽ postquã adorauit, tunc hoc fecit.  
 Neq; enim sicut deũ adorauit, sed sicut hominem sa-  
 pientem. Clarũ autem nõ est, quod immolauerit. Si

A autem & immolauit, at nõ suscipiente Daniele. Quid  
 quod etiam Balthasar eũ nominauit nomine dei sui?  
 Ita nihil magnum existimabat deos suos, quãdo etiã  
 captiuũ sic vocabat, qui cũctos iusserat imaginẽ ado-  
 rare variã, & multifariam, qui & draconẽ coluerat.  
 Illis autẽ qui erãt in Lystra, multo erãt stultiores Ba-  
 bylonij: idcirco nõ licebat statim reuocare eos in hoc.  
 Et multa alia in hac quãstione dici possunt, interim  
 hec modo suffecerint. Si igitur volumus adipisci oĩa  
 bona, quã ad deum pertinent, quãramus. Sicut enim  
 qui ea quã huius seculi sunt quãrũt, ab istis & ab illis  
 excidunt: sic qui quã dei sunt, præponunt, vtraq; adi-  
 piscunt. Nõ itaq; ista quãram<sup>9</sup>, sed illa, vt bona quã  
 promissa sunt, percipere mereamur in Christo Iesu  
 domino nostro, cũ quo patri, vnã cum sancto spiritu  
 gloria, imperium, honor in secula seculorum. Amen.

*Homilia xxvij. ex cap. xi.*  
**H**ic celebravit pascha, & sanguinis effusione, ne is qui  
 interimebat primogenita, tangeret eos. Fide trãsierũt  
 mare rubrũ tanquã per aridã terrã, quod cũ tentãt<sup>9</sup>  
 sent Aegyptij, absorpti sunt. Fide muri Hierico corruerũt circũ  
 dati diebus septẽ. fide Raab meretrix nõ perit cum infidelibus,  
 cum excepisset exploratores cum pace. Plurima Paulus inter  
 ipsa quã loquitur, solet argumẽtari, & densus est in  
 sententiis. Talis quippe est spirit<sup>9</sup> facti gratia. Nõ in a-  
 budãtia verborũ paucas cõtinet sententiã, sed in bre-  
 uitate verborũ magnũ habet & plurimũ intellectũ.  
 Intuere igitur quomodo sub occasione exhortatio-  
 nis, de fide disputans, magni typi meminit & magni  
 mysterij, cuius habem<sup>9</sup> veritatẽ. Fide, inquit, celebra-  
 uit pascha, & effusionẽ sanguinis, ne is qui interime-  
 bat primogenita, tãgeret eos. Quid est autẽ sanguinis  
 effusio? Agnus macabatur p singulas domos, & san-  
 guine perungebãtur postes, & hoc erat tamẽ a per-  
 ditione Aegyptia. Si igitur sanguis agninus in medio  
 Aegyptiorũ, & in tanta deuastatione illos seruabat  
 Iudæos: multo ampli<sup>9</sup> saluabit nos, nõ postes, sed ani-  
 mas nostras Christi sanguis perungens. Etenim etiã  
 nunc q deuastat in profunda hac nocte circumit, sed  
 armemur illo sacrificio. Effusionẽ sanguinis perun-  
 ctionẽ appellat. Ex Aegypto em eduxit nos deus, hoc  
 est ex tenebris, & idololatria. Quãuis quod fiebat, ni-  
 hil esset: quod vero per illud perficiebatur, magnũ e-  
 rat: quod em fiebat, sanguinis erat effusio: quod autẽ  
 perficiebat, salus, & cõmunitio, & prohibitio per-  
 ditionis. Timuit illũ sanginẽ angelus: sciebat enim cui-  
 us erat typus, horruit, dominicã mortẽ intelligens,  
 propterea non tetigit postes. Dixit Moses: Vngite, &  
 vnixerũt, & securi fuerũt. Vos autẽ ipsius agni habentes  
 sanguinẽ, nõ cõfiditis. Fide trãsierũt mare rubrũ,  
 sicut per aridã terrã. Iterum populũ vniuersum cõ-  
 parat plebi, ne dicant: quia nõ possumus sanctis simi-  
 les fieri. Fide, inquit, trãsierũt per mare rubrũ, sicut  
 per aridã terrã: quod cum tentarent Aegyptij, absorpti  
 sunt. In hoc loco cõmonefacit eos passionũ quas  
 in Aegypto passi sunt. Quomodo fide? Quia sperabãt  
 per mare trãsire, propter hoc orabãt: magis autẽ Mo-  
 ses erat, qui orabat. Vides quia vbiq; fides ratiocina-  
 tiones humanas excedit, & infirmitatẽ atq; humilitatẽ  
 hominũ superat? Intueris quia iam simul vt crede-  
 bãt, etiã supplicia declinabant? Nũc quidẽ in sangui-  
 ne postliũ, nũc autẽ in mari rubro, & hoc manifestaba-  
 bat aquã esse, q Aegyptij suffocabãtur. Ex hoc appa-  
 rebat nõ esse phantasiã, sed sicut in leonibus illis, qui  
 ab eis deuorati sunt, ostendebãt veritatem rerum, &  
 sicut in

Dan. 3. e

Hier. 27. 4

Eccl. 28. 4

Danie. 5. e

Ast. 12. d

† dei hono-  
 re admisi-  
 t

Dan. 2. d

ibid. 3. g

sicut in camino, qui incensi sunt: sic etiā nunc inspicias eandem res, aliis quidem ad salutem, & celebritatem, aliis autem ad perditionē valuisse. Tantum bonū est fides. Et quando ad desperationē aliquā venerimus, tunc quoq; liberamur: etiāsi vsq; ad ipsam mortē veniamus, etiāsi de nobis ab omnib; desperetur. Quæ nanq; iam spes erat? Hinc Aegyptij, inde mare, & ipsi inermes. Aut enim in mari erāt perituri, si vellent fugere, aut in man' Aegyptiacas casuri. Veruntamē ex ista desperatione eos liberavit. Id ipsum mare istis est substratum: sicut terra: hos autē demersit sicut mare. Illic oblitum naturæ suæ, hic autem etiā armatum est aduersū eos. Fide, inquit, muri Hierico ceciderūt circumdati per septē dies. Non enim tubarum sonitus murorū saxa deiicit, etiāsi per innumeros annos quis tubis insonet, sed fides oīa valet. Intueris vbiq; neq; sequela vlla rerum, neq; naturę lege mutationē fieri, sed præter spem cuncta geri? Proinde etiā hic præter spem cuncta fiunt. Quoniam enim sursum atq; deorsum dicebat, quia oportet credere, & spebus futuris regi, omnē istum sermonē mouit, ostendens quia nō tunc, sed etiā ex initio omnia miracula per fidem impetrata sunt, & perfecta sunt. Fide inquit, Raab meretrix non periit vnā cum infidelibus, cū excepisset exploratores cum pace. Proinde admodū turpe fuerit, si apparueritis meretrice infideliores. † Quamquā em̄ illa homines audiret nunciātes, confestim tamē credidit. Ergo & effectū consecuta est: omnibus quippe pereuntibus, sola saluata est. Nō dixit ad seipsam, quia cum plurimis meis ero. Nō dixit, num ego prudentior istis esse possum sapientibus viris, qui nō credūt, & ego credā? Nihil tale dixit, sed credidit dictis eorū quod possent illa cōtingere. Et quid adhuc, inquit, dico? Deficiet enim me tempus enarrantē. Iam non ponit nomina, sed cum finem fecisset in meretrice, & in verecundiā eos excitasset qualitate persone, non iam dilatat historiarū cōmemorationem, ne videatur sermonē suū protelare. Tamen non eas omittit, sed percurrit, sapienter valde vtrunque faciens, & † satiatē † tempus fugiens, & densitatem sententiarū nō aufert. Neq; em̄ omnino tacuit, neq; dicēdo molestus effectus est, vtrunq; enim fecit. Cum em̄ fortiter quisquam decertat, si in certamine perseverauerit, defatigat auditorem. Qui enim iam credenti longitudine sermonis molest' esse voluerit, opinionē ambitionis incurrit. Oportet em̄ vtilitati prospicere, & coaptari. Et quid adhuc (inquit) dico? Deficiet enim me tēpus enarrantem de Gedeon, Barac, & Sampson, & Iepthe, & David, & Samuele, & prophetis. In hoc loco culpant quidā Paulū, quoniā Barac, & Sāpson, & Iepthe inter istos cōstituit. Quid dicis? Cū meretricē posuerit, istos nō ponat. Nec mihi nūc dicas aliā vitā eorū, sed si non crediderunt, etsi nō claruerunt in fide. Et prophetis, inquit, Qui per fidē expugnaverunt regna. Intueris quia non vitæ eorū hic testificatur, quod clara fuerit, neque enim hoc quærebatur: sed de fide erat ratio. Dic enim mihi, an nō cuncta fide perfecerint? Per fidē, inquit, expugnaverunt regna. Qui cum Gedeone fuerunt.

Operati sunt iustitiam. Qui sunt isti quos dicit? Misericordiā scilicet dicit in hoc loco, quā habuit David: de eo enim hoc eum dicere arbitror: Adepti sunt promissiones. Quas: eas, de quibus dictum erat, quia semen eius sedebit super solium eius. Obtinuerunt vna leonum, extinxerunt vim ignis, effugerunt acies gladij. Contemplare quomodo in ipsa morte erant. Daniel circumdatus à

† Arqui illa ut audivit viros nunciātes, confestim credidit.

† Satiatē

† qui adhortari germ.

leonibus, tres pueri in camino deambulātes: Abrahā, Isaac, & Iacob in variis tētationibus, & neq; sic desperaverunt. Hoc enim est fides, vt cū res nobis in contrariū excūt, tunc credamus: quia nihil contrariū factū est, sed cūcta consequentia & ordinata venerūt. Effugerūt acies gladij. De tribus pueris eum iterū puo dicere. Conualuerunt ex infirmitate, robusti facti sunt in bello, incursiones verterunt exterorū. Hoc loco quæ circa reuersionē ex Babylone acta sunt significat. Ex infirmitate em̄ hoc esse puto, id est ex captiuitate, quādo iā in desperatione erāt Iudaicę res, quādo iā ab ossibus mortuorū nihil distabant. Quis em̄ non desperabat de Babylonia eos posse reuerti? Et nō dico reuerti solū, sed etiam fortes effici, & incursiones exterorū auertere? Sed vobis nihil tale contigit, inquit. At hæc formæ sunt futurorum. Acceperūt mulieres ex resurrectione mortuos suos. Ea quę circa prophetas prouenerūt, dicit, Helisæū & Heliam significās qui mortuos suscitauerunt. Alij vero (inquit) distenti sunt, non suscepta redemptione, vt meliorem resurrectionē adipiscerentur. Sed nos nō adepti sumus resurrectionē, sed possumus ostendere & illos, inquit, excisos, & nō suscepisse, vt meliorē resurrectionē adipiscerentur. Nā cur, dic mihi, in præfenti vita cum licuisset, nolebant viuere? nōne quia meliorē expectabāt? Et qui alios suscitabāt, ipsi mori desiderabant, vt meliorem resurrectionē adipiscerentur: non talem, qualem resurrectionē acceperant filij illarum mulierum. In hoc loco videtur mihi Ioānem & Iacobū significare. Distētio quippe dicitur decollatio. Nam licebat illis videre solē, licebat nō redarguere, & elegerūt magis mori, & cum ipsi alios suscitarent, ipsi abire eligebant, vt meliorē resurrectionē adipiscerentur. Alij autem ludibria, & verbera experti sunt, insuper & vincula, & carceres, lapidati sunt, scēti sunt, tentati sunt. In istis facit finē, quia maxime isti familiari similitudine iungebātur, & maxime illis ista afferebāt cōsolationē. Quando enim quis in eadem causa, vel in eadem passione, aut tristitia detinetur, solatiū ex similitudine cōpatientis accipit. Alioquin etiam si peiorē aliquam passionē dicas, si non ex eadē causa orta sit, nihil effecerit. Propterea in hoc sermonē suum concludit, vincula nominās, & carceres, & verbera, & lapidationes, Stephanū significans, & Zachariā. Propterea adiunxit: In occisione gladij mortui sunt. Quid dicis? Alij quidē effugerunt acies gladij, alij vero in occisione gladij mortui sunt. Quid est hoc: vtrū horum laudas: vtrū admiraris? hoc an illud? Ita, inquit, hoc quidē vobis familiare est, illud autem laudabile est: quia & circa ipsam mortē præualuit fides, & typus est futurorū. Duo quippe sūt miracula fidei, quia & timpetrat magna, & patitur magna, & nihil reputat pati. Et non potestis dicere, inquit, quia peccatores quidā erant, & infimi. Si em̄ ex alia parte totū mundū opponas, illos inuenio virtutis pōdere meliores, & trutinam attrahentes, & honorabiliores valde extrantes. Quid igitur possent hic recipere? In hoc loco excitat eorum mentē, vt non adhæreant præsentibus, sed superiora sapiant, & eminetiora omnibus quæ sunt in hac vita. Siquidem omnis mundus nō est dignus illis. Quid igit vis in hac vita recipere? Iniuria quippe est, si in hac vita mercedem recipias. Non itaq; secularia sapiamus, neq; in hac vita quæramus retributionem, neq; adeo simus pauperes. Si em̄ omnis mūdus nō est dignus eis, cur partem aliquā quæris? Et meritō. Amici quippe sunt dei. Mūdū autē in hoc loco dicit, an

† perficiat

dicit, an multitudinē hominū, an ipsam creaturam? Vtraq; Solet enim scriptura, vtraq; mundum appellare. Si cūcta creatura, inquit, cum omnibus hominibus constituitur, nunquā in cōparatione istis digna esset: & merito. Sicut enim decē milia pōdera palearum, vel sceni in cōparatione decē margaritarum digna non essent: sic neq; illi. Melior, inquit, vnus faciens voluntatē dei, quā decem milia iniqui. Decē milia enim, nō plurimos, dixit, sed multitudinē infinitan: intellige ergo quātus est iustus. Dixit Iesus Naue: Stet sol circa Gabaō, & luna circa vallem Haylō: & factū est. Veniat igitur omnis mundus, magis autem duo, aut tres, aut quatuor, & decē, & viginti mūdi dicant & faciant hoc, sed nō poterunt. Amicus vero dei creaturis amici sui imperabat, magis autē amicū suū postulauit, & obedierūt serui. Et ille qui deorsum erat, superioribus imperabat. Intueris, quia hæc ad seruitutem facta sunt, cursum dispositū peragētia? Hoc etiā illo opere Mosi maius est. Quid ita? Non enim æquale est mari imperare, & eis q; in cœlo sunt. Magnū quidē & illud est, & valde magnū, veruntamē nihil simile. Quid igitur? typus erat Iesu illud nomen, idcirco igitur hoc factū est. Etiā propter ipsum vocabulū reuerita est creatura. Quid ergo? Alter aliquis nō est vocatus Iesus, nisi iste? Sed iste ad hoc vocatus est in typo, etenim Aules dicebatur. Propterea mutarū est nomē eius. Prænūciatio quippe fuit, & prophetia, quippe introduxit populū in promissionē, sicut Iesus in cœlū: nō ita lex, neq; Moles ita, sed deforis permāsit. Nō valet lex introducere, sed gratia. Intueris formas iā inde ab initio descriptas. Imperauit creaturę, vel poti', præcipue creaturarū parti, ipsi capiti deorsū stās: vt quādo vides in hominis habitu Iesum eadē ipsa dicentē, nō turberis, neq; mireris. Ipse etiā Mose viuēte superauit bella: sic etiā lege viuēte ipse cūcta dispensat, sed nō manifeste: attamē videamus quāta virtus est sanctorū. In hac vita tanta operantur. Si hic tanta faciunt, quæ & angeli: quid iam illic, quantā habebūt claritatē? Arbitror quod vnusquisq; vestrū vellet esse talis, vt posset imperare soli, & lunę. In hoc loco qui dicūt sphærā esse cœlū, quid dicūt: quare em̄ non dixit, stet sol: sed addidit, stet sol circa Gabaō, & luna circa vallē Haylon? hoc est maiorem diem operētur. Hoc etiā in Ezechia contigit, repedit sol. Hoc enim illo mirabilius est, vt cōtrariā viā pergeret, qui nondū suum cursum peregerat. Sed his maiora adipiscemur, si voluerimus. Quænam sunt, quæ nobis Christus promisit? Nō solē sistere, nō lunam, nō repeditiones solis: sed, veniemus ad eum, inquit, ego & pater, & mātionem apud eū faciemus. Quid mihi op' est sole, & luna, & istis miraculis, ipso domino cunctorum apud me habitante, & permanente? Quid mihi opus est ceteris? Ipse mihi erit sol, ipse lumen. Dic em̄ mihi, quid velles regnum cœlorū ingressus? Possē cōmouere aliquid eorum, quæ in cœlo fixa sunt, & trāsmutare de loco ad locū: an ipsum regem sic tibi familiarem efficere, vt impetrares ab eo, vt ad te sese demitteret? Multo ampliū arbitror q; istud eligas, quā illud. Quid autē mirū est, inquit, si ea quę homo imperat, hæc etiā Christ' Sed Christ', inquit, nō rogat patrē, sed ex autoritate propria facit. Bene dicis, proinde confitere primū hoc, & dic: quoniam non rogat patrē, sed ex autoritate facit: & tunc interrogabo. Oratio igit demissionis, & dispensationis est? (non em̄ inferior est Christus Iesu Naue)

Ecd. 16. a

Iosue. 10. c

Exo. 14. g

Morale

4. Re. 20. b

Ioan. 15. e

& vt nos doceret? Sicut enim cū magistrū audis balbutientem, & singulas literas dicentem, non eū dicis ignorare, cū interrogat, vbi sit illa vel illa litera: scis quia non ignorans interrogat, sed discipulum volens instituire. Sic & deus nō opus habens oratione, orabat: sed te volēs instituire, vt assiduus sis ad orationē, vt sine prætermissione, vt sobrie, & cū multa vigilantia ores, Vigilare autem non in hoc dico, vt nocte tantum surgatur, sed etiam in die sobrium esse in oratione. Vigilans quippe vocatur, qui talis est. Nā potest quisquam & noctibus orās, dormire, & in die orans vigilare: quando fuerit anima ad deum intenta, quādo intelligit cui loquitur, ad quē illi sermo est: quando mente percipit, quia angeli sunt præsentēs cū timore, & tremore, ipse autē accedit oscitās, & pigrescens. Fortis munitio est oratio, si cum integra mente fiat: & vt agnoscas eius virtutem, etiam impudētiam & iniquitatem, & crudelitatem, & violentiā frequēs vincit oratio. Audistis em̄, inquit, quid dixerit iudex iniquitatis? Sed etiā pigritiā superauit. Et quod amicitia promereri nō potuit, hoc promeruit assidua oratio. Et si nō, inquit, propter amicitiam dabit illi, vt rūtamē propter improbitatē eius exurgēs dabit illi. Sed etiā indignā, dignā facit oratio continua. Nō inquit, est bonū accipere panē filiorū, & dare canibus. Etiā domine, inquit, nam & catelli comedunt de mēsis dominorū suorū. Instemus igitur orationi. Fortis armatura est oratio, si cū intētionē fuerit, si sine vana gloria, si cū animo sincero. Ipsa bella deuicit, ipsa gētem integrā, & indignā beneficium promereri fecit. Audiui, inquit, gemitū eorū, & descēdi liberare eos. Exod. 2. d. Ista medicamentū est salutare, & prohibito peccatorum, & medicina delictorū. Cum hac vidua desolata Luc. 18. e sedulo incumberebat & vrgebat. Si cū humilitate oramus, si peccus tundamus, sicut publicanus: si illa loquamur, quę ille loquebat: si dicamus, propitius esto domine mihi peccatori, omnia adipiscemur. T amet- Ibidem. si enim nō sumus publicani, alia tamē plura habemus nō minora peccata. Nec mihi dicas, quoniā in paruo aliquo peccavi: eandē enim naturā habet hæc res. Sicut em̄, similiter homicida dicitur, qui siue puerū, siue virū occidat: sic & avarus & qui plura, & qui parua diripuit: & tenere malū in corde nō est paruū, sed etiam grande peccatū. Nam eorū qui tenent, inquit, Zacha. 7. e in corde malū, via ad mortē est: & qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit gehennę. Et qui dixerit fratrē suū fatuū, & stultum, & innumera alia: Participamus vero indigne tremēdis, & terribilibus sacramētis, & inuidemus, & detrahimus: quidā autē vestrū etiam sapius ebriantur. Horū vnumquodq; etiā solum per se sufficit ad excludēdum de regno. Cū autē in vnū coaceruata fuerint, quod solatiū habebim' Multa nobis opus est pœnitētia fratres dilectissimi, multa oratione, multa perseverātia, vt possimus adipisci bona quæ promissa sunt. Dicam' ergo & nos: Deus propitius esto mihi peccatori. Magis autē nō dicamus tantum, sed etiā sic sapiamus: quin etiāsi nos alter ita appellet, nō indignemur. Audiebat enim ille, quia non sum sicut hic publican': & nō est irritatus, sed magis cōpunctus est. Suscepit improperiū, & caruit improperio. Dixit ille vulnus, & quęsiuit iste remediū. Dicamus iterū: Propitius esto mihi peccatori. Verūtamē etiam si alius dicat, nō irascamur: si em̄ nos ipsos quidē innumeris ipsi modis malos vocauerim', ab aliis autē id audiētes ægre tulerimus, nō erit hoc humilitas neque

Luc. 18. a

Matt. 15. a

Exod. 2. d

Luc. 18. e

Ibidem.

Zacha. 7. e

Matt. 5. d



tas neq; confessio, sed ostentatio, & vana gloria. Ostentatio, inquis, est, vocare seipsum peccatorem: vtiq; humilitatis quippe opinionem captantes, celebramus, & laudamur. Nā si e contrario dicamus nos ipsos iustos, contemnimur. Proinde etiā hoc propter gloriam facimus. Quid est autē humilitas? Vt cū ab alio improperium audimus, toleremus, agnoscamus peccatum nostrum, & patienter feramus accusationem. Et neq; hoc adhuc humilitatis est, sed ingenuitatis. Nunc autē nosmet ipsos quidem dicimus peccatores, indignos, & cetera plura: si vero alius quisquam nobis vnum horum impingat, sœuimus, exasperamus. Intueris, quia nō est hoc confessio, neq; ingenuitas? Dixisti temetipsum esse talē, nō indignis etiam cū ab alio audis, & cū redargueris. Sic enim tibi peccata leuigabuntur, cū alij improperant. Sibi metipsis quidem onus imponunt, te autem ad philosophiam inducunt. Aduerte quid dixerit beatus Dauid, cū ei malediceret Semei. Sine illū, inquit, dominus præcepit ei, quatenus agnoscat humilitatem meam, & retribuatur mihi dominus bona pro maledictione hac huius diei. Tu autem cū de te ipso dicas excessum malorum, nisi ab aliis magnorum iustorum laudes audias, exasperaris? Intueris quoniam ludis in rebus nō ludicris? Etenim laudes cupiditate aliarum laudum repellimus, vt maiores iterum mereamur, vt magis in admiratione simus. Proinde dū encomia non petimus, hoc ideo facimus, vt laudes nostrae amplificentur: atq; omnia propter gloriam facimus, nihil propter veritatem: propterea cuncta vana sunt, cuncta inania. Idcirco obsecro, vt vel nunc recedamus a matre malorum omnium, hoc est a vana gloria, & viuamus secundum quod deo placet, vt valeamus futura bona adipisci, in Christo Iesu domino nostro, cū quo patri gloria, vna cum sancto & bono eius spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xxviii. ex cap. xij.

**C**ircumierunt in melotis, in pellibus caprinis, egētes, tribulati, afflicti, quibus dignus non erat mundus iste: in solitudinibus errantes, & in speluncis, & caernis terrae &c. Semper quidem, maxime autē cum sanctorum recogito virtutes, tūc mihi occurrit desperatio mei: quia neq; vel in somnis experimētum accipimus honorum, quae illi per totum vitam suam tempus gerebant, viri, qui nō pro peccatis luebant supplicia: sed semper quae recta sunt agebant, & semper tribulabatur. Cogita quippe Heliam, ad quem hodie sermo noster peruenit. Ipsū quippe hoc in loco intelligit, & in ipso definit exempla: quod erat familiare istis, & propriū. Et cū dixisset ea quae circa apostolos gesta sunt, quia in occisione gladii mortui sunt, lapidati sunt, recurrit ad Heliam, qui eadem passus est: fortassis enim quia necdum de apostolis tantam opinionem habebant, meritō ex illo quod assumptum est, & maxime in admiratione erat, adhortationem & consolationem adfert. Circumierunt, inquit, in melotis, & in pellibus caprinis, egētes, tribulati, afflicti, quibus dignus nō erat mundus iste. Neq; vestimentum habebat, inquit, ex nimietate tribulationis, neque ciuitatem, nec domum, nec receptaculum, quod etiā Christus dicebat: Quoniam filius hominis nō habet vbi caput suum reclinet. Quid dico receptaculum non habebat: nec consistere permittentur. Neq; enim vel cū ad ipsas solitudines veniebant, ociosi erant. Nō enim dixit, in solitudinibus sedebant, sed etiā ibi fugiebant, & inde exagitabatur, nō ex terra habitabili tantum, sed etiā ex inhabitabili. Et admonet eos locorum

2. Re. 15. b

Luce. 9. g

**A** in quibus sederunt illi, & eorum quae illic acta sunt. Deinde dicit. Accusant vos propter Christum? Heliam vero in quo potuerunt culpae? Exagitabatur illū, & insequēbatur, & cū fame pugnare cogebatur, quod etiā isti tūc patiebantur. Decreuerunt, inquit, illis mittere fratres, eis qui tribulabatur discipulis, secundum quod facultate vnusquisque habebat. Desiniuit vnusquisque eorum in ministerium mittere habitantibus in Iudaea fratribus: quod etiā ad istos pertinebat. Afflicti, inquit, & male patietes, in itineribus & in solitudinibus. Quod autē dixit: Circumierunt, quid est? in solitudinibus errantes, & in montibus & speluncis & caernis terrae, sicut profugi, & perfugae, inquit: tanquam essent in rebus turpissimis deprehensi, tanquam indigni essent ipso Solis conspectu, ne in eremo quidem refugium inueniebant, sed semper cogebantur fugere, opus habebant ferarum lustram inquirere, opus habebat viuos in terram seipsum defodere, semper in timore esse. Quae est ergo merces, vel quae tanta retributio & vicissitudo? Necdum, inquit, receperunt mercedem. Sed adhuc permanet, & ita mortui, & in tanta tribulatione, necdum receperunt, tantum tempus habent ex quo vicerunt, & necdum receperunt: vos autem in certamine constituti morore afficimini. Intelligite itaque & vos quale & quantum est Abraham sedere, & apostolum Paulum, expectantes quando & tu consummeris, vt possint tunc mercedem recipere. Nisi enim etiam nos illuc venerimus, prædixit eis saluator non dare mercedem. Sicut pater bonus, amator filiorum, probis & genuinis filiis, & opus perficiētibus, dicit non se daturum comedere, nisi venerint etiam alij fratres: tu autē anxius es, quia necdum mercedem accipis? Quid itaque faciet Abel, qui ante omnes vicit, & adhuc sine corona sedet? quid Noe? quid ceteri illorum temporum? qui & te & alios, qui post te futuri sunt prestolantur? Vides quia nos in hoc superamus eos? De nobis enim, inquit, melius aliquid prouidit deus. Ne aliquid præ nobis plus habere viderent, si primi ante nos coronarentur, vnum desiniuit tempus omnium coronarum: & qui ante tantos vicit annos, tecum accipiet coronam. Contemplaris curam & dilectionem diuinam? Et non dixit, ne sine nobis coronarentur: sed, Ne sine nobis consummerentur. Proinde etiam perfecti tunc apparebunt, præuenerunt nos in certaminibus, sed nō præueniunt in coronis. Nō iniuriam illis intulit, sed nos honorauit: nam & ipsi fratres libenter nos expectant. Si enim corpus vnum omnes sumus, maior ex hoc efficit corpori iucunditas, cum simul & communiter coronatur, & non per partes. Etenim iusti etiam in hoc sunt mirabiles: quia sicut de propriis bonis, sic gaudet & de bonis fratrum. Proinde etiam in illis hoc iuxta votum procedit, vt cū fratribus coronentur. Simul enim glorificari, magna iucunditas est. Ideoque (inquit) & nos tantam habentes circumpositam nubem testium. In multis consolationem scriptura assumpsit malorum, ex accidentibus rebus: vt quando propheta dicit ex estu, ex duritia, ex imbribus. Hoc igitur etiam hic dicit. Quia memoria illorum sanctorum, sicut nubes inflans ex radio igneo, sic animam malis oppressam excitat & recreat. Et nō dixit, super nos apparentem: sed, circumpositam nobis: quod amplius erat. Proinde in maiori nos fiducia esse facit. Quae est ista nube testium? Merito testes Ieros appellauit, nō quia in nouo testamento fuerunt tantum, sed etiam illos qui in veteri erant. Etenim etiam illi testificati sunt maiestati diuinæ, sicut tres pueri, sicut Helias, sicut omnes prophetae. Deponetes omne pondus. Quid omne dicit? Hoc est, somnum, anxie-

Rom. 15. c

Cap. XII.

\* Nubes testium et merito testes.

nū, anxietate, cogitationes infimas, omnia humana. **A** Et quod nos circumstat peccatum. Circumstans dixit, siue quod nos facile circumueniat, siue quod ipsum circumueniri & vinci facile possit: magis autem hoc arbitror dici: facile enim si velimus, præualemus peccato. Per patientiam, inquit, curramus propositum nobis certamen. Nō dixit, certibus dimicemus, neq; athletico more pugnemus, neq; bella geramus: sed quod omnibus est leuius, hoc nominauit, cursum appellas. Neq; dixit, addamur cursum nostro: sed, in eodem ipso permaneamus, nō dissoluamur. Curramus, inquit, propositum nobis certamen. Deinde summam & caput orationis: quod scilicet primum est ac postremum ponit, hoc est Christum. Aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum. Quod etiam ipse Christus discipulis suis saepius commendat. Si patrem familias, inquit, Beelzebub vocauerit, quantum magis domesticos eius? Et iterum: Nō est discipulus super magistrum, neque seruus super dominum suum. Aspicientes, inquit, hoc est vt dicamus currere. Sicut enim filij parētes, & discipuli in certaminibus] magistros attendunt, informantes mentem ex parte doctorum, per visum regulas quasdam sumētes: sic etiam hic si volumus currere, & discere vt bene curramus: ad Christum attendamus, auctorem, inquit, fidei nostrae, & consummatorem Iesum. Quid est hoc? hoc est, quia ipse nobis fidem infudit: etiam ad discipulos suos dicebat: Nō vos me elegistis, sed ego elegeri vos. Et Paulus itē dixit: Tunc cognoscam, sicut & cognitus sum. Ipse initium nobis imposuit, ipse etiam finem ponet. Qui pro gaudio sibi proposito sustinuit crucem, confusione contempta. Hoc est, licebat illi nihil pati si voluisset. Non enim peccatum fecit, neque dolus inuentus est in ore ipsius: sicut & ipse dixit in euangelio: Venit princeps huius mundi, & in me nō habet quicquam. Erat igitur arbitrius illius, si voluisset non venire ad crucem. Potestatem quippe habeo, inquit, ponere animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Si igitur qui nullam habuit necessitatem, vt crucifigeretur, crucifixus est propter nos: quātō magis nos iustum est omnia fortiter tolerare? Qui pro gaudio sibi proposito, inquit, sustinuit crucem, confusione contempta. Quid est confusione contempta? Probrosam, inquit, sustinuit mortem. Esto igitur moriebatur: quid etiā opus erat vt probrosam moreretur? Pro nulla alia causa, nisi vt nos doceret, nihil existimare gloriam, quae ab hominibus defertur. Idcirco non subiectus morti suscepit mortem, docens nos presumere contra mortem, & eam nullius existimare momenti. Quare non dixit, tristitia contempta: sed confusione contempta? Quoniam nō cum tristitia mortem sustinuit. Nouissime autem **D** quid factum est? In dextera, inquit, sedis dei confedit. Vides præmiū, quod etiam Paulus scribens, dicit: Propter quod & deus illū superexaltauit, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur. Quod secundum carnem est dicit. Maxime igitur etiam si nullum esset premium, ipsum solum exemplum idoneum erat ad persuadendam omnium tolerantiam. Nunc autem etiam premia promittuntur, non quaelibet, sed valde magna & ineffabilia. Proinde etiam nos cum aliquid tale passi fuerimus, ante apostolos Christum cogitemus. Quare? quia tota vita eius probis plena fuit. Etenim semper audiebat, quod in sanus esset, & seductor & magus. Et nunc quidem dicebant Iudaei: Nō, inquit, sed seducit populum. Et iterum: Seductor ille dixerat adhuc viuēs, quia post triduum resurget. Iterum eum de arte magica crimi-

\* in quibus sederunt illi, & eorum quae illic acta sunt.

Mat. 10. c

ibidem.

\* in artibus omnibus & certaminibus] pro xxxvij legit, xvij.

Ioan. 15. c.

1. Cor. 13. d.

Esai. 53. c.

Ioan. 14. d.

ibid. 10. d.

Phil. 2. b.

Ioan. 7. b.

Mat. 27. g.

nabantur, dicentes: In Beelzebub expellit demonia, & quia insanit & demonium habet: Nōne bene dicimus, inquit, nos, quia demonium habet & insanit? Et hec audiebat ab illis, ipse beneficia præstans, mirabilia faciens, opera dei demonstrans: & si quidem nihil faceret, & sic ista audiret, nihil esset mirabile. Cū verò docens quae ad veritatem pertinebant, audiebat quod seductor esset: & demones excludens, demonium habere dicebatur: & omnia mala subuertēs, magus appellabatur, (sic quippe eum saepius accusabatur.) Si autē vis & scommata & irrisiones agnoscere, quas aduersus eum faciebatur, quae solent maximè animas nostras mordere, aduerte. Primum ex genere illi detrahebant: nōne hic est filius fabri, cuius nouimus nos patrem & matrem? Nōne fratres eius omnes apud nos sunt? Iterum detrahebant illi de patria, dicentes ex Nazareth illū esse. Et iterum: Interroga, inquit, & vide, quia ex Galilaea propheta non surgit. Et tolerabat tantas calūnias patiens. Et iterum dicebant: Nōne scriptura dicit, quia Christus ex Berthehem vico venturus est? Vis etiā audire irrisiones quas faciebatur? Veniētes, inquit, ad ipsam crucem, adorabant illū, & caedebant, & colaphigabant, & dicebant ei: Dic nobis, quis est qui te percussit? Et acetum dabant ei, dicentes: si filius dei es, descende de cruce. Adhuc etiā & seruus principis sacerdotum alapa dedit ei: cui Christus dixit, Si malè quidem locutus sum, testificare de malo: si autem bene, quid me cedis? Et illudentes chlamydem coccineam circumderunt ei, & spuebant in faciem eius. Sed etiam tentamenta ei saepius ingerebant, tentantes eum. Vis etiā accusationes audire, siue quae secretum, siue quae palam ab eius discipulis fiebant? Nūquid & vos, inquit, vultis abire? Sed etiam, demonium habes, & fidelibus iam dicebatur. Nōne & ipse semper fugiebat? Et nunc quidem in Galilaeam, nunc autem in Iudaeam? Nōne ab incunabulis ipsis plurimae illi tetationes factae sunt? Nōne adhuc infantulo constituto mater eius eum accipiens descendit in Aegyptum? Propter haec igitur omnia dixit: attendentes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum, qui pro gaudio sibi proposito sustinuit crucem confusione contempta. Nunc igitur in eum intendamus, & in ea quae discipuli eius perpeffi sunt. Legamus dicta Pauli, & audiamus eum dicentem: In tolerantia multa, in tribulationibus, in angustiis, in plagis, in carceribus. Et iterum: Vtque ad hanc horam esurimus & sitimus & nudi sumus, & colaphizamus, & inquietamur, & laboramus operantes manibus nostris. Maledicti benedicimus, passi persecutionem patienter ferimus, blasphemati obsecramus. Rogo quis vel minimam partem horum passus est? Sicut seductores, inquit, sicut inhonorati, sicut nihil habentes. Quinquies quadragenas vna minus accepi à Iudaeis, ter virgis caesus sum, semel lapidatus sum, die & nocte in profundo maris fui, in itineribus saepe, in tribulationibus & angustiis fui, & fame. Et quia haec deo placebant, audi eum dicentem: Propter hoc tertio dominum rogavi, & dixit mihi: sufficit tibi gratia mea. Virtus enim mea in infirmitate perficitur. Propterea, inquit, glorior in infirmitatibus meis, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, vt inhabitet in me virtus Christi. Sed etiam audi Christum dicentem: In mundo, inquit, tribulationem habebitis. Recogitate, inquit, tale contradictionem eum a peccatoribus esse passum, ne fatigemini animi vestri dissoluti. Si enim proximorum passiones erigunt nos, quātam alacritatem

Luce. 11. f.

Ioan. 10. f.

ibid. 8. f.

Mat. 13. g.

ibid. 21. b.

Ioan. 7. g.

ibid. f. cor.

Mich. 5. e.

Mat. 26. g.

Marc. 15. e.

Ioan. 18. d.

Mat. 27. e.

Ioan. 6. g.

Mat. 2. e.

Morale

2. Cor. 6. a.

1. Cor. 4. e.

2. Cor. 6. b.

ibid. 11. b.

2. Co. 12. b.

Ioan. 16. g.

nobis effecerint domini passiones? Quid ex nobis non facient? Prætermittens omnia, per contradictionem totum significauit. [Addendum etiam tale, hoc est] plagas, quas accipiebat in capite, irrisiones, iniurias, impropria, illusiones. Omnia hæc nomine contradictionis intimauit: & non illa tantum, sed & alia, quæ circa omnem doctrinam Christi vitæ contigerunt. Magna enim reuera, magnam consolationem habent, & Christi & Apostolorum passiones. Sic enim sciebat meliorem hanc viam esse virtutis, ut etiam ipse qui ea opus non habebat, per eam pergeret, in tantum nouerat tribulationem credibilem nobis esse, & magis causam esse quietis. Audi enim ipsum dominum dicentem: Nisi enim quis tulerit crucem suam, & venerit post me, non est me dignus. Si discipulus es, inquit, magistrum imitare, hoc quippe est discipuli. Si vero ipse quidem per tribulationes perrexit, tu autem per requiem vis ire, non eandem viam vis pergere, quam ille perrexit, sed aliam. Quomodo ergo sequeris non sequens, quomodo eris discipulus non sectans magistri vestigia? hoc etiam Paulus dixit: Nos infirmi, vos autem fortes: nos ignobiles, vos autem nobiles. Et quomodo, inquit, hoc habet rationem, si contraria æmulemini? Et vos quidem estis discipuli, nos autem doctores. Magnam itaque bonum fratres dilectissimi est tribulatio: duo namque perficit magna, & à peccato mundat, & fortiores reddit. Quid ergo est, dicit aliquis, si subuertat aliquem, & perdat, nonne tribulatio hoc facit? Sed si hoc contingit, nostra hoc ignauia facit. Quomodo, inquit: Si sobrius sumus, si deum deprecemur, ut nos non derelinquat tetrici supra quam ferre possumus: si semper illi adhaerimus: si stemus fortiter, & aciem componamus. Quamdiu ipsum habebimus auxiliatorem, & si omnibus veteris vehementius irruant tentationes, veluti stipula nobis erunt, & folium quod fertur in aere. audi Paulum dicentem: In his omnibus superuincimus. Et iterum: Existimo enim, quoniam non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelanda est in nobis. Et iterum: Momentaneum enim & leue tribulationis, excellens pondus eterne glorie in nobis operatur. Attende igitur qualia pericula, quanta naufragia, & continuas tribulationes, & alia huiusmodi leuia esse dicit. Aemulare hunc adamantem, qui veluti si iam superuacue & frustra indueretur corpore, ita gerebat hanc vitam. In paupertate es, sed non es in qua sit Paulus, qui etiam in fame examinatus est, & siti, ac nuditate. Sed neque uno die hæc passus est, sed perpetuo talia sustinebat. Vnde hoc certum est? Aduerte illum dicentem: Vtque in hanc horam & esurimus & sitimus & nudi sumus. O rem admirabilem, cum tantam in predicatione gloriam possideret, tanta patiebatur, & fortassis vicesimum annum in predicatione agebat quando ista scribebat. Scio enim hominem, inquit, ante annos quatuordecim, siue in corpore, siue extra corpus, nescio. Et iterum: Post tres annos, inquit, ascendi Hierosolymam. Et iterum audi eum dicentem: Melius mihi est mori, quam ut gloriam meam exinaniat quisquam. Non solum autem hoc, sed etiam iterum dicebat, scribens: Sicut purgamenta mundi facti sumus. Quid est, inquam, fame & siti deterius? quid frigore sauius? quid fratrum insidiosis periculosius? quos etiam falsos fratres appellat. Nonne corruptor mundi vocabatur, atque deceptor? Nonne subuersor? Nonne verberibus concidebatur? Hæc in mentem sumamus fratres dilectissimi, hæc consideremus, hæc in memoria teneamus, & nunquam dissoluemur: etiam si iniurias patiamur, etiam si rapinas, etiam si

innumera mala patiamur, contingat nos in caelis probos haberi & acceptos, & omnia hæc portabilia sunt, contingat nos illic bene agere, & res huius vitæ nulli momenti sunt. Vmbra sunt ista, & somnium quali acutumque sint, illa speremus & spectemus: ista nobis mala nulla apparebunt, vel ex naturæ consideratione, vel temporis. Quid enim vis ad mala illa futura conferamus? Quid ad ignem inextinguibilem? Quid ad vermem qui non moritur? Quid ex huius vitæ rebus æquale possis edicere stridori dentium? vel vinculis, vel exterioribus tenebris? Quid illi iræ? quid tribulationi? quid angustie? Præterea temporis infinito quid conferes? Quid sunt decem milia annorum, cum secula cogitas infinita? Nonne quantum est stillicidium minimum abyssus comparatum? An forte illis bonis hæc bona comparando putantur? Sed illic immensitas est bonorum, quæ oculis non vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non ascenderunt: sed hæc etiam per infinita secula protenduntur. Pro his itaque milies concidi quis non eligat, occidi, coburi, & mille mortibus subiici, & quicquid dici potest sequissimum tolerare vel verbo, vel opere? Si enim in ignis combustionem esset viuendum, nonne tolerandum erat, ut possemus adipisci illa, quæ nobis promissa sunt bona? Sed quid hæc loquor penes delirans, ad homines loquens, qui necdum pecunias contemere patiuntur, sed veluti immortales ita custodiunt, & si parua ex plurimis dederint, integrum opus se existimant perfecisse? sed non est hæc elemosyna: elemosyna enim illa est, qualis fuit illius viduæ, quæ totam vitam suam euacuauit. Si autem non poteris tantum dare, quantum illa vidua dedit, saltem quod tibi superabundat non dubites impartire. Habe quæ necessitati sufficiant, quid tibi superuacaneis opus est? sed nullum est, qui vel illud quod superabundat, offerre velit. Donec enim habes seruos plurimos, & vestimenta serica, cuncta hæc cognosce superflua: necessarium horum nihil est, ne ad usum quidem. Sine quibus viuere valeamus, illa superflua sunt, & frustra usurpantur. Sine quibus itaque non valeamus viuere, si placet, videamus. Viuere poterimus, etiam si duos tantum seruos habeamus. Nonne sunt plurimi, qui sine seruulis viuunt? Qualis ergo nos excusationem habere possumus, quibus non sufficiunt duo serui? Possumus etiam domum ex lateribus habere constructam, duo vel tria habitacula concludentem, quæ visu nostro sufficiant. Nonne sunt etiam plerique, qui cum filiis & vxore vnus habitaculum possident? Sint tibi etiam, si volueris, pueri duo. Sed pudor, inquit, est, si cum duobus seruulis matrona procedat. Non est pudor, sed magis pudor est cum plurimis ambulare: fortassis enim etiam irridetis hæc audientes. Credite mihi, quia istud pudor est. Sicuti nundinatores pecorum, vel sicut caupones vernalium seruulorum, ita magnam hoc putatis cum seruis plurimis ambulare. Factus est istud, & vana gloria: illud autem philosophia & honesta moderatio. Matronam quippe non ex numerositate seruorum condecet conspicuam esse. Quæ nanque vel virtus, vel laus est seruos plurimos possidere? hoc quippe ad animam non pertinet. Quod autem ad animam non pertinet, nullum ostendit libertatis vel honestatis iudicium. Quando enim paruis contenta est, tunc se veram liberam esse declarat: quando vero multis indiget, tunc verè ancilla est, ancillisque deterior. Dic enim mihi, nonne angeli soli totum mundum circumeunt, & pedisequis nullis egent? Num propterea nobis inferiores existunt indigentibus non indigentibus? Si

† & prætermittens addere talia, nepe, Mat. 10. d. 1. Cor. 4. c. Rom. 8. g. Ibidem. d. 2. Cor. 4. d. 1. Tim. 2. c. 1. Tim. 5. b. Galat. 1. d. 1. Cor. 9. c. Ibid. 4. c.

tes? Si itaque nequaquam indigere pedisequo angelicum quiddam est: vtra est ergo quæ angelicæ vitæ propinqua est? Illane quæ plurimis indiget seruis, an quæ paucis? Non est hoc pudor. Pudor namque est, absurdum aliquid operari. Dic enim mihi, vtra ad se conuertit stantes in publico: eane quæ habet seruorum obsequium plurimorum, an illa quæ paucorum? Sed etiam hac quæ per paucos secum adducit, nonne illa honestior est, quæ sola procedit, & improuisa occurrit? Vides illud magis esse turpe: Vtra namque conuertit in se oculos adstantium in plateis? An quæ pulchris & preciosis vititur vestimentis, an illa quæ simpliciter & sine singulari studio suum contegit corpus? Rursus vtra in se conuertit stantes in foro? An quæ mulis ferur, & deauratis stragulis conspicua est, an quæ simpliciter, & utcumque licet, cum decoro incedit? Nonne istam penes nec videmus, & si viderimus, oculos reuocamus: illam autem non solum compelluntur plurimi conuertere, sed etiam interrogant, quoniam illa sit, & vnde? Et prætermitto dicere, quanta ex hoc inuidia generatur. Quid ergo est turpe: videri, vel non videri? Quando confusio maior est? an quando illam omnes attendunt, an quando nullus attendit? Quando de illa sciscitatur, an quando nullam illius rationem habent. Vides quia non pro confusione, sed propter vanam gloriam gerimus vniuersa? Veruntamen quia impossibile est mentes vestras abducere, sufficit mihi interim, ut doceamini, non esse hoc turpe quod putatis. Solum quippe peccatum iudicandum est esse turpe, quod nemo putat esse turpe: sed omnia potius quam hoc turpia esse decernimus. Vestimenta habenda sunt necessaria, num etiam superuacanea? Veruntamen ne vos in multam angustiam retrudamus, illud admoneo, deauratis vestibus ac subtilibus, vobis non esse opus. Et hæc non ego dico, & quia non mea sunt ista verba, audi beatum Paulum dicentem, & admonentem mulieres, ut ornent seipsum, non in tortis crinibus, vel auro, vel margaritis, vel vestibus preciosis. Sed qualiter ornari præcipit mulieres o apostole? dicito. Fortassis enim dicunt, quoniam quæcumque aurea sunt, illa sunt preciosa, serica vero non sunt. Dic ergo qualibus vestibus vis mulieres ornari? Habentes, inquit, victum & tegumentum, his contenti simus. Tale sit ergo hominis vestimentum, ut tantummodo contegatur. Propterea enim nobis ista tribuit deus, ut operiamus nuditatem: hoc autem qualecunque vestimentum valet efficere, quod parui sit precij. Fortasse ridetis, quæ sericis circumdata estis vestimentis. Oportet quidem ridere, si attendamus quid Paulus præcipiat, quid nos e contrario faciamus. Non enim mihi ad solas mulieres sermo dirigitur, sed etiam ad viros. Omnia enim reliqua quæ habemus, superuacua sunt. Solum pauperes superuacanea & vana non possident, fortassis autem etiam ipsi ex necessitate. Cæterum si liceret, neque illi prorsus abstinere. Veruntamen siue per occasionem, siue per veritatem, interim illi superflua non habent. Et talibus quippe debemus indui vestimentis, quæ necessitate suppleant. Quid enim sibi vult plurimum illud aurum? Eis enim qui in scena sunt, ista conueniunt: hæc illarum sunt indumenta mulierum, hoc est meretricum, quæ omnia ad hoc faciunt, ut spectentur. Illa igitur quæ descendit in scenam, componatur, quæ ingreditur in orchestra, omnes enim cupit ad se attrahere. Quæ autem pietatem proficitur, non ita se debet ornare, sed aliter. Habet namque ornatum multo illo maiorem. habes & tu spectaculum, ad illud te spectaculum componere, illo te ornatu circumdato. Quod ergo tibi est spectaculum? Cælum, Angelorum innumera multitudo, non virginum tantum di-

co, sed etiam secularium mulierum, omnes qui in Christo crediderunt, illud habent spectaculum. Talia fabulemur, ut iucunditate illis spectatoribus afferamus. Talibus circumdator vestimentis, ut illos exhalare. Dic enim mihi, si mulier meretrix dimissis aureis ornamentis, & preciosissimis idumetis, & risu, & facie iam turpitudine infecta, & vrbantate condita, vili circumdatur indumento, & sine aliquo studio componat se & ingrediat, & verba quæ ad pietatem pertinent eloquatur, & de pudicitia sermonem faciat, nihil turpe permiscens: nonne confestim vniuersi consurgent? nonne spectaculum dimittetur? nonne abiicietur, velut inepta, & nesciens populo coaptari, & extranea loquens, quæ nihil theatro conueniunt? Sic etiam te, si illi ornatu volueris decorari, & ingrediaris spectaculum cæli, confestim spectatores abiiciunt. Illic enim non est opus aureis indumetis, sed aliis opus est reb, istis de qualibus dixit Propheta: In similibus deauratis circumscripta varietate: non ut candidum corpus efficias, vel ut nitoris & splendores adicias: sed ut animam tuam aureis reddas virtutibus decoratam: ipsa quippe est quæ in illo spectaculo certamen aggreditur: Omnis quippe gloria filiarum regis intrinsecus. His inducite, & laboribus te plurimis liberabis. Nam & virum tuum cura exonerat, & te sollicitudinis resoluat angoribus. Sic enim eris venerabilis viro, cum rebus non egueris plurimis. Omnis enim homo consuevit continere indigentes se: cum autem viderit aliquos non se opus habere, contrahit fastidium suum, ut eis in locutione pari honore respondeat. Cum vero viderit virum, quoniam in nullo eo indiges, quia contemnis eius munera, etiam si sit valde superbus, tamen te magis venerabit, quam si vtaris aureis ornamentis, & iam non eris eius ancilla. Solemus enim nos submittere illis quorum opera indigemus: si vero nos ipsos abstineamus, nequaquam erimus serui humilitate subiecti. Sed cognoscat, quia propter timorem dei, obediētiæ illi munus exoluimus, non propter illa quæ possit ipse nobis tribuere. Nunc autem velut magnam aliquod nobis præstas, quatumcumque: à nobis honoris accipiat, non se putat pro merito recepisse. Tunc autem etiam si parua illi honorificetia deferaat, cum gratia magna suscipiet: non exprobrat, neque compellitur propterea aliena diripere. Quid enim ineptius, quam ut aurea conficias ornamenta, quæ in balneis, & in plateis sordibus maculantur? sed in plateis fortasse, vel in balneis inquinari non est mirum. In ecclesia vero ita ornatam procedere valde ridiculum: quid enim sibi vult, ut cum aureis ornamentis ingrediat in hunc locum, vel vestiret? nonne audiat, ut seipsum ornent, non auro, non margaritis, non vestibus preciosis? Cur ergo ingrederis o mulier, nisi velut repugnans Paulo, & ostēdes quoniam etiam si milies hoc dicat, tu minus aduertis? An ingrederis veluti volens nos doctores redarguere, eo quod vane ista loquamur? Dic enim mihi, si quisquam paganus & infidelis audiat, cum legitur locus iste, in quo hæc beatus præcepit Paulus, quid de nobis existimet? Aut si quisquam paganus habes mulierem fidelē, cognoscat quoniam multam curam gerit componendi se vel ornandi, & circumdari aureis ornamentis: pergat autem ad ecclesiam, & aduertat apostolum commentem, neque auro, neque margaritis, neque vestibus preciosis debere mulierem ornari: nonne statim dicit ad seipsum, videns eam in thalamo suo tam variis modis ornari & venuste componi, quid intus mulier præstolatur in thalamo? quid tardat? quid auro textis induitur? Quoniam ambulare disponit? Num ad ecclesiam?

1. Tim. 2. c. 1. Tim. 5. b.

† & vtraque uerba nis & impudicitia. Ibidem. P. sal. 4. 4. 6. Ibidem. neque compellitur propter rem quibus in palatio et foro uacantibus sed in foro & palatio fortasse mirum non fuerit. Bar. 4. 1. 1. Tim. 3. 1.





filii agit deus. Deinde (inquit) patres quidem carnis nostrae  
 \* *maistu- habuimus \* eruditores, & reuerentur eos.* Iterum ex pro-  
 priis passionibus agit, quae patiebatur: Sicut enim su-  
 pra dicit, memoramini pristinos dies: sic etiam hic,  
 Deus, inquit, sicut cum filiis agit: & non potestis dice-  
 re, quia non possumus talia tolerare. Si enim patres car-  
 nales, filii reuerentur: quomodo non patrem caelestem  
 amplius reueremini? Quanquam non ex hoc solum est  
 differentia, non a personis, sed ex ipsa causa, ex ipsa re.  
 Non enim de eadem causa, vel ad res eandem \* erudiunt:  
 sed illi quidem ad quod eis videtur, hoc est, voluntate  
 suam, desideriumque; complentes, neque ubique; quod utile  
 est, vel quod conducit, attendunt: hic autem non po-  
 test istud similiter dici. Neque enim propter aliquam suam  
 utilitatem hoc facit, sed propter nostram commodita-  
 tem. Illi autem ideo vos erudiebant, inquit, ut ipsis esse-  
 tis vtilis, aliquando fortassis etiam sine causa: hic autem  
 nihil tale est. Contemplaris quia etiam in hoc illis attulit  
 consolationem? Maxime enim circa illos nos familia-  
 riter habemus, quos cognoscimus, quia non propter se  
 imperant vel erudiunt, sed omnis illorum diligentia in  
 nostram utilitatem impenditur. Hoc quippe est sinceram  
 atque integram charitatem, quando amanti in nullo sumus  
 accommodi, & tamen ab eo docemur, non ut aliquid ac-  
 cipiat, sed magis ut tribuat. Erudit, instituit, omnia fa-  
 cit, omnia fatagit, ut nos efficiat suorum capaces mune-  
 rum. Illi enim (inquit) in tempore paucorum dierum secundum vo-  
 luntatem suam erudiebant nos: hic autem ad id quod utile est, ut re-  
 cipiamus sanctificationem eius. Quid est sanctificationem  
 eius? Hoc est munditiam eius, ut dignos efficiat secun-  
 dum quod potest: fatagit itaque; ut accipiatis, & cum  
 facta facit, ut vobis impertiat: vos autem nullum geritis stu-  
 dium ut valeatis accipere. Dixi, inquit, deus meus es tu,  
 quoniam bonorum meorum non es. Deinde subiungit:  
 Carnales, inquit, patres nostros habuimus: doctores,  
 & eruditores, & reuerentur eos, nonne multo  
 amplius subiici debemus patri spirituum, & viuemus?  
 Quod autem dixit patri spirituum, aut charismatum di-  
 cit, aut orationum, aut incorporearum virtutum. Si enim  
 sic moriemur, tunc viuemus. Illi quidem, inquit, ad tem-  
 pus paucorum dierum erudiebant nos secundum vo-  
 luntatem suam. Non enim in omnibus voluntas illo-  
 rum utilis erat, iste autem ad utilia nos instituit.

Morale Disciplina ergo participatio sanctitatis est? Admo-  
 dum. Quando enim negligentiā pellit, cupiditates exclu-  
 dit, secularium rerum amores amolitur, animam conuertit,  
 facit eam omnia huius vitae culpae. (Hoc quippe facit  
 tribulatio) cum haec fiunt, nonne sanctam perficit? Nonne  
 spiritus ad se gratiam pertrahit? Consideremus iustos,  
 unde cuncti claruerint. Nonne per tribulationes? Enumeremus,  
 si placet, ab ipso initio Abel, ipsum Noe: nonne  
 enim poterat, cum solus esset in multitudine maligno-  
 rum iustus, tribulationibus non affligi. Noe quippe, in-  
 quit, solus perfectus erat in generatione sua, & deo pla-  
 ceat. Intelligite namque mihi quod dico. Si nunc cum plu-  
 rimos habeamus, quorum debemus emulari virtutem,  
 sic affligimur: quid putas patiebatur ille solus in tanto  
 numero pessimorum? Num vultis, ut dicam quae circa  
 diluuium contigerunt? An vultis ut Abraham demigra-  
 tiones frequenter enarrem, aut direptionem uxoris, aut  
 diuersa pericula, bella numerosa, fames tantes & tales?  
 Num vultis, ut reuoluam quanta Isaac pertulerit? Exagi-  
 tabatur undique, & persecutiones patiebatur, laborabat  
 frustra, aliis fructum laboris eius sumebatur. Num vul-  
 tis, ut Iacob vobis producam in medium? Et omnia qui-

*17 sal. 139. & 15. Eruditores & casti- gatores.*

dem eius enarrare necessarium esse non puto, sed testi-  
 monium eius proferre opportunum prorsus existimo.  
 Ipse quippe loquens cum Pharaone: Modici, inquit, & mali-  
 gni facti sunt dies mei, & non peruenerunt ad dies  
 patrum meorum. Num Ioseph vultis ut dicam? Num ip-  
 sum Moysen, num Iesum Naue, num Dauid, num Heliā,  
 num Samuelem, num Prophetas? Nonne vniuersos istos  
 ex tribulationibus reperies claruisse? Dic enim mihi: tu  
 ex ocio & deliciis vis clarus existere? Sed hoc penitus  
 non valebis. Num apostolos vultis ut dicam? Sed etiam  
 ipsi omnes, quantum ad tribulationem pertinet, ceteros  
 superarunt. Sed etiam Christus hoc dixit, In mundo, in-  
 quit, tribulationem habebitis. Et iterum: Vos plorabitis  
 & lugebitis, mundus autem gaudebit. Et quia via salutis  
 arcta sit & angusta, ipse dominus Iesus hoc dixit: Arcta  
 est, inquit, & angusta via, quae ducit ad vitam: tu autem  
 spaciosam quaris, & quomodo non est istud absurdum?  
 Propterea non adipisceris vitam, quia per aliam ingre-  
 deris viam, sed ad perditionem venies, illuc namque descen-  
 des iter elegisti. Vultis etiam ut producamus in medium  
 eos, qui in deliciis conuersati sunt, a nouissimis ad pri-  
 mos recurrentes? Diues ille qui perurit in camino  
 ignis, Iudaei qui vitam suam ventri donauere perdendam,  
 quorum deus veter est: vel illi qui in eremo ocium re-  
 quirerent perierunt, sicut etiam qui in Sodomis, propter  
 gastrimargiam consumpti sunt: & illi qui temporibus  
 Noe fuerunt, nonne quia mollem istorum & dissolutam  
 persecuti sunt vitam? In saturitatem, inquit, panis deflu-  
 xerunt: de his qui in Sodomis habitabant. Si autem panis  
 saturitas tantum iniquitatis operatur, quid dicendum est  
 de aliis condimentis? Quid Esau? nonne in quiete &  
 ocio degebat? Quid illi, qui aspectu pulchrum capti-  
 uati sunt mulierum, qui erant in numero filiorum dei, &  
 per preceptum ad infernum libidinis deciderunt? Quid illi,  
 qui in masculos infano furore ferebantur? Quid omnes  
 reges gentium, Babyloniorum, Aegyptiorum? Nonne  
 vitam male atque infeliciter terminauerunt? Nonne in  
 tormentis existunt? Sed nunc, dic mihi, nonne talia ite-  
 rum sunt? Aduerte Christum dicentem: qui mollibus ve-  
 stibus induuntur, in domibus regum sunt: qui vero non  
 habent talia vestimenta, in caelis sunt. Molle namque ve-  
 stimentum etiam seueram animam dissoluit, diffundit &  
 fragit: etiam si asperum habeat corpus & forte, citius  
 per delicatam conuersationem molle perficitur. Nam  
 unde putatis, aut ex quali ratione mulieres sic esse de-  
 biles & infirmas? Num ex conditione sexus tantum? Ne-  
 quaquam, sed etiam ex conuersatione & educatione.  
 Quod enim sub vmbraculis degunt, quae oleo unguentur,  
 frequentibus lauacris utuntur, quae assidue unguentis  
 abundantius & aromatibus perfunduntur, & iacent in  
 stratis delicatis, hoc est quod eas tales efficit. Et ut me-  
 lius hoc agnoscas, attende quod dico: ex horto aliquo  
 in eremo constituto, qui ventis & tempestatibus verbera-  
 tur, sume arbustum aliquod, & pone in opaco & a-  
 quoso loco, & videbis quae multum a fortitudine & di-  
 gnitate sua mutabitur, quam habebat in hoc loco unde  
 constat esse translatum. Quod verum & certum hoc sit, at-  
 tende mulieres, quae in agris agunt vitam: fortiores namque  
 viris sunt, qui sunt in ciuitatibus constituti. Et si eas  
 permittas cum illis athletico more certare, multos  
 huiusmodi viros illarum sine dubio superabunt. Corpore  
 namque molli reddito, & delicato, necesse est & ani-  
 mam participare ex corporis morbo. In multis namque  
 compatiuntur & afficiuntur operationes animae pas-  
 sionibus & affectionibus corporis. Etenim in aegritu-  
 dinibus

*† adipe perdis? & deperis. † cum arripseris aerem.*

dinibus aliter nos habemus, propter quod morbo mol-  
 lesimus: & iterum cum valemus, aliter nos habemus. Si-  
 cut enim in chordis contingit, cum enim sunt ipsi soni-  
 tus molles, & delicati, & non conuenienter extenti, etiam  
 ars deprauatur, & cogitur vitio seruire chordarum: sic  
 etiam fit in corpore, multas ab eo anima suscipit laesio-  
 nes, multasque necessitates. Quando enim multa opus ha-  
 buerit ad sui curationem, amarum anima sustinet seruitu-  
 tem. Propterea obsecro, ut nostrum corpus forte redda-  
 mus, nec illud delicatum & aegrotabile faciamus. Non  
 ad viros tantum, sed etiam ad mulieres mihi est sermo.  
 Quid corpus sepius lauas, quid deliciis corrupis, & gra-  
 cile facis? O mulier quid fortitudinem eius unguentis  
 perdis? Unguentum quippe mollities illi est non robor.  
 Si autem ab eis recedes, aliter temetipsam tractas, tunc  
 & pulchritudo tibi corporis generatur, quando secundum  
 rationem & valet, & habitum obtinet salutarem. Si vero  
 plurimis illud circūsepas morbis, neque flos vel vigor  
 aderit corporis, neque habitus salutaris, sed semper mor-  
 tuus erit & languidus. Scitis autem quia sicut domum pul-  
 chram cum quis raserit, efficit pulchriorem: sic etiam  
 faciem pulchram splendor animae superueniens am-  
 plius conuenit. Si vero in castitiam sit, & doloribus  
 constituta, deformis efficitur. Castitiam namque egritudi-  
 nes faciunt & dolores. Aegritudines vero ex eo sunt, quod  
 corpus deliciis multis mollius redditur. Proinde & ob  
 hoc fugite delicias, si quid mihi obeditis & creditis.  
 Sed voluptatem, inquis, habet delicie: sed non tantam vo-  
 luptatem, quantas difficultates atque molestias. Huc ac-  
 cedit, quia voluptas illa usquequo linguam vel gulam  
 tangit, apparet: cum autem mensura remota fuerit, vel post-  
 quam erit cibus absumptus, similis eris ei, qui nihil illi  
 attigerit. Magis autem multoque amplius peior egritudi-  
 nem ex illis cibis, & distentionem & oppressionem me-  
 tis habiturus, atque somnum morti consimilem, saepe numero  
 etiam iuges habebis vigiliis propter stomachi cru-  
 ditatem, & preclusionem spiritus interioris, & per mole-  
 stiam ruinationis indigesta, & plurimum maledicturus  
 es tuum ventrem, cum deberes magis intemperantiam vi-  
 tium atque immoderationis arguere. Non itaque deli-  
 ciamur deliciis corporis, sed audiamus Paulum dicentem:  
 Carnis curam ne perficiatis in concupiscentiis. Tale  
 namque est in ventre cibos mittere, quale si quisquam eos  
 in cloaca proiciat, magis autem non tale est, sed multo  
 peius. Hic enim sumum tantum operatur sine tua lesio-  
 ne, illic autem plurimos morbos, plurimamque procreat  
 aegritudines. Nutrimentum enim nisi ex sufficientia non fit,  
 quae valeat sine labore digeri: cum vero plus exuberat,  
 quae reficiendi corporis ratio postulat, non solum nutri-  
 mentum nullum, sed etiam corruptio generatur. Sed nullum  
 attedit haec, praerogata sunt omnium mentes super-  
 flua voluptate. Vis nutrire corpus? refeca quod est su-  
 peruacaneum, & quod sufficiat subministra, quantum po-  
 terit stomachi decoctio maturare. Ne aggraues cor-  
 pus tuum, ne demergas illud: Sufficietia quippe & nu-  
 trimentum & voluptas est. Nihil enim sic iucundum est, si-  
 cut cibus bene digestus & decoctus. Nihil enim sic sa-  
 lutem, nihil sic sensum acumen operatur, nihil sic egritu-  
 dinem fugat, sicut moderata refectio. Sufficietia quippe  
 cum nutrimento & sospitate simul etiam procreat &  
 voluptatem. Abundantia vero morbum facit, & mole-  
 stias ingerit, & egritudines generat. Quod enim facit  
 fames, hoc etiam plenitudo facit ciborum, magis autem  
 multo peiora. Fames quippe in paucis diebus aufert  
 hominem, & liberat ex hac vita penali: excessus vero

horum consumit & putrefacit corpus humanum, & ma-  
 cerat aegritudine diuturna, & tunc cum morte crudeli  
 consumit. Nos autem famem quidem inoptabile quod-  
 dam fugiendumque putamus, & ad repletionem & indi-  
 gestiones confugimus, quas multo videmus esse peio-  
 res. Unde igitur iste morbus ad homines, unde hic fu-  
 ror? Non dico ut se homines crucient, sed ut tantum nu-  
 triantur, quantum illis & voluptatem pariat, & veram vo-  
 luptatem, & corpori nutrimentum dare valeat, & sub-  
 iectum illud nobis, & accommodum ad operationes ani-  
 mae benigne; copactum & coaptatum reddat. Cum vero  
 exundans deliciis fuerit factum, copagem suam & har-  
 moniam non valet ex diffidentia retinere: subintrans  
 quippe humorum redundancia, totum dissoluit penitus &  
 effundit. Carnis, inquit Apostolus, curam ne perfeceris  
 in concupiscentiis. Bene dixit. Materies namque est ci-  
 bus cupiditatis inhonestis. At si in philosophia quis-  
 quam cunctis emineat, tamen si deliciarum, necesse est ut  
 aliquid vel ex cibis vel vino patiat, ut flammam ex-  
 cipiet amplior. Hinc fornicationes, hinc adulteria.  
 Etenim veter esuriens amorem non valet procreare, ma-  
 gis autem neque sufficientia, si fuerit moderata. Quae ve-  
 ro generat absurdas cupiditates, illa est abundantia, quae  
 se deliciis tradit. Sicut enim terra quae valde humecta  
 est, generat vermes, & fimus cum conpluitur, vel cum  
 plurimum sibi humorum retinet: terra vero quae libera  
 est ab humoribus, fructuum fecunditate decoratur, si  
 ex abundantia non corrumpatur aquarum: at si etiam non  
 colatur, vltro tamen gramina subministrat: si vero co-  
 latur, fructuum fecunditate pollebit. Obsecro igitur ne  
 nostrum corpus vitiosum & inutile faciamus, neque ei  
 vitia inferamus, sed praeparemus ei fructus vtilis, &  
 arbuta fructuosa, nec ea dissoluamus per immodera-  
 tionem ciborum. Immoderatio quippe pro fructibus  
 vermes facit. Sic etiam insita nobis concupiscentia, si ea  
 deliciarum inundationibus inebrietur, cupiditates ge-  
 nerat turpes, & voluptates admodum turpiores. Abi-  
 ciamus itaque hanc luem, ut possimus adipisci bona  
 quae promissa sunt, in Christo Iesu domino nostro,  
 cum quo patri gloria, vna cum sancto spiritu, nunc &  
 semper, & in secula secula seculorum, Amen.

*Manus autem disciplina in praesenti videtur non esse gau- dij, sed mœroris: postea autem fructu pacatisimè exerci- citatis per eam reddet iustitiam. Propter quod remissas manus, & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris, ut non claudicatis quis erret, magis autem sanetur. Qui a- mara bibit antidota, patienter ferit quidem primum mo- lestiam, & tunc sensum percipit sospitatis. Tale quid- dam est etiam virtus, tale quoque illic malitia. In ista primum est voluptas, & sequitur egritudo: in illa vero primum est castitas, & tunc iucunditas procreatur. Sed nihil simile est: non enim est simile cum primum aliquis contristatur, & postea gaudio perfruitur: & cum primo gaudetur, postea in mœrores incidere. Et quomodo hoc? Hic enim timor futuræ tristitiæ praesens gaudium imminuit: illic autem spes futuræ iucunditatis detrahit praesenti tristitiæ. Et hoc contingit, ut illic nunquam prorsus gaudeatur, hic autem nunquam tristitia dominetur. Et non in hoc tantum differetia constat, sed & in alio, quia neque temporis in vtrisque declaratur aequalitas: sed multum interest, quia malitiæ gaudium temporale est, in spiritualibus vero gaudium est & iucunditas sempiterna. Ex his igitur argumentis consolationes Paulus assumit, & vti- tur iterum communi iudicio, cui non valet aliquis relin-*

Tomus quartus. Ff iij stari,



ctari, quia nullus potest cōmuni repugnare decreto, quādo in aliquid vniuersi cōsentiunt. Cōtristamini, inquit. Talis nanq; affollet esse disciplina, tale principiu habet. Omnis nanq; disciplina, inquit, in presenti quidē videtur nō esse gaudij, sed mœroris. Bene dixit, videtur, quia nō est, inquit, res tristitię disciplina, sed videtur esse. Omnis, inquit, disciplina, nō hęc aut illa, sed omnis disciplina, & humana & spiritalis. Cōtemplaris eū ex cōmunibus notiis decertare. Videtur, inquit, esse mœroris. Non est igitur. Qualis nanq; mœror est, qui existit occasio gaudiorū? sicuti neque voluptas est, quę sit causa tristitię. Postea verò, inquit, fructū pacatissimū exercitatis per eā reddet iustitię. Non fructum, sed fructuū abundātiā numerosam. Qui per eam, inquit, exercitatur. Bene dixit, qui per eam exercitatur: hoc est, qui tolerant plurimo tēpore patiēter. Vnus est autē dictione bene sonāte, & accepta. Disciplina ergo exercitatio est. Nā athletā perficit fortiorē, & insuperabilē reddit in certaminib⁹, & inexpugnabilē declarat in preliis. Si igit omnis disciplina talis est, & hęc præsens, vt talis sit, necesse est. Proinde oportet sperare meliora, & finē plenū iucunditatis & pacis. Et noli mirari, si cū ipsa amara sit, fructus tamē proferat dulciores. Nā & in arborib⁹ cortex penē semper amarus & asper est: fruct⁹ tamē ipsi suauitate iucūdi sunt. Sūpsit autē ex cōmuni notitia hoc. Si igit talia sperare cōpetit, quid doletis? Quid postquam tristitiā tolerastis, circa meliora deficitis? quę vos cōueniebat tristitia sustinere, iā sustinuitis. Si autē sustinueritis, non oportet instante iam retributione iterū mollescere. Tāquam eos qui cursū certauere vel pugnis, vel qui bello defudauerūt, alloquit. Vides quomodo eos armet? quomodo in sublime sustollat? Recte, inquit, ambulate. In hoc loco cogitationes eorū tāgit: hoc est, vt sine vllis hæsitationib⁹ perseverent. Si em̄ ad dilectionē pertinet disciplina, si à cura incipit, & in finē definit meliorē, & hoc tam ex rebus, q̄ ex verbis, q̄ ex vniuersis actibus ostenditur: quare dissoluimini? Hoc nanq; patiuntur qui desperatione deficiūt, qui spe futurorū nulla solidātur. Recte, inquit, ambulate. Nec claudicatio plus accrescat. sed potius ad statū pristinū reuocetur. Qui enim cū claudicatione currit, in malitia demoratur. Attēdis, quia in nobis est, vt omnib⁹ modis cōsequamur medicinā. Pacē, inquit, sequamini cum omnibus, & sanctificationē, sine qua nemo videbit deū. Sicut & supra dicebat, nō relinquētes cōgregationē nostrā, hoc etiā hīc tāgit. Nihil ita & maximē in tentationibus superabiles facit, ac faciliē subiiciendos, sicut separari ac seiungi. Dic nāq; mihi, Si aciē ruperis in bello, an nō sine vllō labore hostes superabūt, & vinctos abripiūt singillatim separatos reperietes, & ppter hoc iualidos redditos? Pacē sectemini cū omnibus, inquit, Num & cū malefaciētibus? Si possibile est, inquit, quod in vobis est, cum omnibus hominibus pacē habete. Quantum ad te attinet, inquit, pacē habeto, nihil lēdēs pietatē, sed in quib⁹ mala pateris, fortiter tolera. Fortis quippe armatura est in tentationibus patientia. Sic etiam Christ⁹ suos discipulos reddidit fortiores, hęc dicēs: Mitto vos, inquit, sicut oues in medio luporū: estote ergo prudētes, sicut serpētes, & simplices sicut colūbæ. Quid dicis: in medio luporū sumus, & sicut oues nos esse iubet, & sicut columbas? Etiam, inquit, Nihil enim ita cōfusionē facit gerentis mala, q̄ si quæ inferuntur mala generosē tulerimus, & neq; verbo, neq;

opere vindictā reddiderimus. Hoc etenim nos & philosophos facit, & digniores ampliori mercede, sed etiā inimicis hoc pderit. At si quisquā iniurier, tu cōtra benedic, & attēde quātū & ex hoc lucraberis. Malum extinguis, mercedē tibi comparas ampliorē: illi cōfusionē excitas, quę ei causam correctionis apponet: adde quia nihil tu pateris mali. Pacē, inquit, sectamini cū omnib⁹, & sanctificationē. Quid dicit sanctificationē? Pudicitia atq; temperatiā cōiugale. Siue qui expers est coniugij castus maneat, vel vxorē ducat: siue in cōiugio cōstitutus, nō fornicetur, sed vtatur propria coniuge tēperanter: etenim etiā hoc sanctificatio est. Quomodo? Nuptię nō sunt sactimonia, sed nuptiæ conferuāt sanctificationē, quę ex fide est. Prohibēt animū meretricibus applicari. Honorabile quippe connubiū, non sanctū, sed mundū est connubiū. Munditiā nanq;, non etiā sanctificationem tribuit, nisi q̄ nō finit ex fide aduenientē sanctitatē in aliquo maculari. Sine qua, inquit, nemo videbit deū. Quod etiā ad Corinthios dicit: Nolite errare, neq; fornicatores, neq; adulteri, neq; idololatræ, neq; molles, neq; masculorū cōcubitores, neq; auari, neq; fures, neq; ebriosi, neq; detractores, regnum dei possidebūt. Quomodo nanq; poterit, qui corpus efficitur meretricis, cū Christo vnitatem corporis possidere? Cōsiderātes, inquit, ne quis desit gratiæ dei, ne qua radix amaritudinis sursum germinās impediāt, & per illā inquinētur multi. Ne quis fornicator, aut prophanus. Contēplaris quomodo vbiq; singulis quibusq; cōmunē salutē cōmēdat? Cōsolātes, inquit, inuicē per singulos dies donec hodie vocatur. Nolite igitur doctorib⁹ omnia cōmittere, nolite rectoribus cūcta tribuere. Potestis em̄ & vos, inquit, mutuō vos ædificare. Quod & Thessalonicis dicebat, scribēs: Alius aliū ædificet, sicut & facitis. Et iterū: Cōsolamini vos inuicē in sermonibus istis. Hoc vos nunc etiā nos monemus: plus enim si volueritis ex mutuis admonitionibus proficietis, q̄ ex nobis. Etenim plurimo tēpore simul conuersamini, & quę vestra sunt inuicē magis agnoscitis, & vitia vestra nō ignoratis: sed etiā ampliorē fiduciā, & charitatem, & cōsuetudinem habetis alius ad alium. Non sunt parua hęc ad discendū, vel docendū, sed plures aditus habēt, & occasiones aptissimās. Plus enim altis vos & cōsolari, & hortari & redarguere poteritis, & nō hoc solū: sed quia ego quidē vnus sum, vos autē plurimi, & poteritis vtrūq; oēs esse doctores. Propterea obsecro, vt nō negligatis hoc charissimā. Vnusquisq; vxorē habet, amicū habet, seruū habet, vicinū habet, nūc increpet, modo moneat. Quomodo enim non est absurdū, studium gerere vt conuiuia fiant, vt die cōstitutā in vnū plurimi cōgregentur: & si quid vnicuiq; min⁹ fuerit, suppleat ex societate cūctorū: & siue vbiq; quisquā exire disponat, siue cōiuuiū faciat, omnes illi auxiliū subministrant: in doctrina verò virtutis studium simile non habere? Obsecro vt nullus vestrū negligat hęc causam, mercedē quippe multā à deo percipiet. Et vt agnoscas, ille cui fuerant quinq; talenta cōmissa, ipse est qui docendi aliis studiū impendit: ille verò cui vnū est datum, discipuli videtur gestare personā. Si dicat discipulus: ego discipulus sum, nullū habeo periculū: ille etiā ipsam rationem, vel sermonē communem, quem à deo percipit, occultit, & sub terrā recondit: & neq; admonebit vllū, etiā si valeat, neq; fiducialiter aget, neq; arguet, neq; adhortabitur, sed sub terram recōdet. Terra

det. Terra verò est & cinis cor hominis, charisma dei recōdens. Si ergo recōdat hęc gratiā, vel propter seignitiē, vel propter malignitatem, dicere nō valebit, quia vnū talentū habuit. Respōdetur enim illi: Vnum talentū habuisti: oportebat te etiā ipsum vnū in mediū proferre, & studio tuo ac diligentia duplicare. Si enim ipsum vnū proferres in publicū, minimē culpa reris. Neq; em̄ illi qui duo protulerat dictū est: quare nō quinq; talēta protulisti? sed dignus habitus est iisdē quib⁹ & is qui quinq; attulerat. Quāobrē? Quia quantū habuit operatus est: & nō quia minus habuit, q̄ ille, cui quinq; sunt credita, propterea deficiā se tradidit, neq; illa parua quātitate est abusus ad ociū. Proinde neq; te oportuerat ad eū solum, qui duo acceperat, attēdere: magis autē ipsum decebat intueri. Et sicut ille imitatus est illū, cui quinq; data erāt, cū se duo videret accepisse: sic & te decebat æmulari illum, cui fuerāt duo talēta cōmissa. Si em̄ habēti pecunias, & nō largiēti suppliciū domin⁹ cōminatur: is qui valet proximū cōmonere vel quolibet modo, & minimē facit, quomodo nō maiorib⁹ suppliciis punietur? Illic enim corpus nutritur, hīc autē anima. Illic à morte seruas tēporali: hīc verò ab æterna. Sed nō habeo, inquit, sermonē. Sed nō op⁹ est sermone, neq; eloquētia. Si videris amicū fornicantē, dic ad eū: Rē malā agis, nō erubescis, nō cōfunderis: malū hoc est. Quid autē, inquit? Ipse malū esse illud opus nō ignorat. Ita est, sed cupiditate pertrahitur. Nā & qui in ægritudine detinetur, scit verē, quia frigida aqua malū est, si potetur: verū tamē op⁹ habet, qui eū prohibeat. Nam cū quisq; in passione detinetur, nō facile sibi solus ipse sufficit. Oportet igitur te qui saluus es, ad alterius medicinā operā tuā cōferre. Et si verbis tuis nō obediāt, interim custodi, intueri quò pgit, & cōtine à maligno negotio, fortassis em̄ reuerbitur. Et quid, inquit, proderit, quādo ppter me magis illud efficiet, & quia illū volui retinere? Interim noli scrupulosus esse in verbis, quocūq; factō retine illū ab actibus malis, & reuoca. assuescat nō ire ad illū tartarum, siue propter te, siue propter aliud aliquid. Et cū assuescere feceris eū illuc nō pgerē, tūc poteris paululū respirantē docere meliora. Et quia oportet propter deū hoc obseruare, & nō propter hominē, non velis in eo subitō cūcta corrigere, alioqui min⁹ id poteris: sed paulatim gere, ne repētina correctiōe prægrauetur. Si videris aliquē ad cōiuuia comestationis & ebrietatis plena, pergētē etiā tūc similiter age, & ipsum vicissim cohortare, vt si quod in te vitium viderit, adiuuet, & corrigat, & admoneat. Sic em̄ & in seipso correctionē tuā patiētissimē tolerabit, cū viderit te etiā opus habētē correctione, & nō veluti perfectū in omnib⁹: neq; veluti doctorē, sed veluti amicū, & fratrem auxiliū cōferentē: & dic ad eū: Ego te adiuui, in mentē tibi reducēs quę tibi prodesse valent: te quoq; hortor, vt quicquid in me inspexeris vitiosum, reprehēdas & corrigas. Si verò iracundum videris, si auarū, liga illū tua admonitione: hoc enim est amicitia. Sic frater à fratre adiut⁹, sicut ciuitas fortis efficitur. Nō em̄ māducare & bibere facit amicitiam: talē nāque & latrones habēt & homicidæ: sed si amici sumus, si verē inuicē pro nobis curā gerim⁹, in his nobis inuicē conferamus, hęc ad amicitia nos adducāt, quę nobis vtilis sit. Prohibeam⁹ illa fieri quę ad gehēnā ducūt, & ne qui corripit, indignetur. Homines quippe sum⁹, & à vitiiis nō sum⁹ alieni. Neque

qui corripit, sicut qui pronūciat, aut prædicat, hoc faciat, & diuulgās magis, q̄ monēs, sed seorsum cū lenitate multa. Multa quippe lenitate opus habet qui corripit, vt qui corripit, æquanimiter toleret sectionem. Non videtis medicos quādo vrūt, vel secāt aliquos, cū quāta lenitate opus curationis exercēt? multo ampli⁹ corripientes oportet hoc agere. Etenim correctio & igne & ferro vehemētius operatur, & resiliere facit eos quibus offertur. Hęc circa ægrū etiam medici plurimū studēt, quatenus possint ægrū facere sectionē æquanimiter tolerare: & quantū possunt leniter agūt, & aliquātulū requiescētēs ægrū faciunt recreari. Sic etiā oportet correptiones efficere, vt & qui corripit nō resiliāt: Itaq; etiā si sint ferēda pbra, aut plagæ, nō recusabim⁹. Enimvero illi qui secātur, aduersus eos à quib⁹ secātur multa reclamāt: sed illi nihil impediūt, sed tantū ægrotantiū cōsulent sospitati: sic etiā hīc cūcta gerēda sunt. Omnia nāque qui corripit, ad illius qui corripitur vtilitatem & tolerare debet & facere, respiciēs ad mercedē, quæ tali volūtati reposita reseruatur. Inuicē, inquit, onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. Sic igitur & corripientes inuicē, & tolerātes, ædificationē mutuā poterimus implere: & nobis laborem facietis leuiorē, in omnibus nos adiuuātes, & dexteram porrigentes, & participes efficiemini, & socij & mutux salutis & propriæ. Sustineamus igitur mutua pondera portantes inuicem & corripientes, vt adipiscamur bona quæ promissa sunt in Christo Iesu domino nostro, cū quo patri, vnā cum sancto spiritu gloria, nūc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia XXXI. ex cap. XII.

**D** Acem sectemini cū omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo videbit deū. Cōtēplātes ne quis desit gratiæ dei, ne qua radix amaritudinis sursum germinās impediāt, & per illā inquinētur multi. Ne quis fornicator, aut prophanus, vt Esau, qui propter vnā escā reddidit primitiua sua. Scitote enim quoniā & postea cupiens hereditare benedictionē, reprobatus est: nō enim inuenit penitentiæ locū, quāuis cū lachrymis inquisisset eā. Plurima quidē sunt, quæ formā Christianitatis exprimūt: sed plus omnib⁹, ac meli⁹ mutux charitatis affect⁹, & pax quę hominū corda cōsociat. Propterea etiā Christus dixit: Pacē meā do vobis. Et iterū: In hoc cognoscēt omnes quia mei estis discipuli, si dilexeritis inuicē. Propterea etiā Paulus apostolus, Pacē, inquit, sectemini cū omnibus, & sanctimoniam. hoc est, honestatē sine qua nemo videbit deū. Cōtēplātes ne quis desit gratiæ dei. Sic cū eis loquitur, quasi numerofo comitatu viatorum lōga itinera permearēt: veluti si diceret, Attēdite vobis, ne quis vestrū remaneat. Nō hoc tantum requiro, vt vos soli perueniatis, sed etiā vt inspiciatis & ceteros. Ne quis, inquit, vestrū desit gratiæ dei. Quid dicit gratiā dei? Bona futura, Euangelicā fidē, optimā cōuersationē: omnia quippe hęc, dei sunt gratiæ: ne mihi dicas, quia vnus est qui perit, parū refert. Etenim Christus & propter hūc vnū mortu⁹ est. Tu ergo negligis ppter quē Christus dignatus est mori. Cōtēplātes, inquit, hoc est, diligētē scrutātes & obseruātes, & agnoscētes, sicut fieri assolet in infirmis. Ne qua radix amaritudinis sursum germinās impediāt. Hoc in Deuteronomio scriptū est, sumpsit autē illud ex arbuistorū metaphora. Ne qua radix, inquit, amaritudinis, q̄ & alibi scribēs dixit: Modicū fermentū totā massam corrūpit: non propter ipsum solum hoc volo, in quo iniquitas

† videbit deū, sine qua nemo videbit deū. Sicut & supra dicebat, dominum nō relinquētes cōgregationē nostrā, hoc etiā hīc tāgit. Nihil ita & maximē in tentationibus superabiles facit, ac faciliē subiiciendos, sicut separari ac seiungi.

Rom. 12. d

Mat. 10. d

1. Cor. 6. b

1. Cor. 6. b

Morale

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

Gala. 6. d

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

quitas poterit inueniri: sed etiā propter lætionē, quę poterit ex illius propagine pullulare: hoc est, vt si aliqua talis fuerit radix, nullū ex ea permittatis germen exurgere, sed recidat̄ antequā alios polluat & scelestos efficiat. Ne qua radix, inquit, amaritudinis sursum germinās impediāt, & per eam plurimi polluantur. Et merito amarū dixit esse peccatū. Enimuero peccato nihil amari, & hoc norūt qui post admīssū peccatū cōsciētīę mœreore macerātur, & dira satis amaritudine cōsumūtur. Amaritudo quippe delicti, ipsum intellectū rationēq; subuertit. Enimuero amaritudinis illius natura talis existit, vt noxia perseueret. Et bene dixit, radix amaritudinis, non dixit amara radix, sed amaritudinis. Radix em̄ amara potest fructus dulces facere: amaritudinis autē radix, vel fons, vel propositū, nunquā potest aliquid dulce propagare: quia oīa ibi amara sūt, oīa molesta, oīa scelere & abominatiōne plenissima, nihil suauitatis, vel iucūditatis appor-  
 tāt. Et per illā, inquit, inquinētur multi. Hoc est, intēperatos lasciuōsq; recidite. Ne quis, inquit, fornicator, aut prophanus, sicut Esau, qui propter vnā escā vendidit primitiua sua. Et quid ergo? Nū fornicator erat Esau? Nō id dicit, quia fornicator erat: sed q̄ supra dixerat, scētemini scātimoniā, hoc etiā hic significat. Ne quis pphan<sup>o</sup> sicut Esau, hoc est, gastrimarg<sup>o</sup>, & intēperās, & mūdānus spiritualiā repellēs. Qui propter vnā escā, inquit, vēdidit primitiua sua, qui honorem quē à deo perceperat, per propriā negligētīā & cupiditatē vēdidit, qui pro parua libidine magnum honorē & gloriā perdidit sempiternā. Hoc propriē ad eos pertinet, qui immūdi sunt, & prophani. Proinde nō solus fornicator immūdus est, sed etiā gastrimargus, qui vētri seruus existit. Nā & iste qui alteri<sup>o</sup> libidinis seruus est, cogit appetere plurima, cogitur aliena diripere, innumeris modis turpis esse, seruus existēs passionis illius. Huiusmodi homo sapius etiā blasphemāt, ita nullius momēti aestimauit primitiua sua, hoc est, pro delectatione tēporaliū rerū, vsq; ad vēdenda primitiua sua peruenit. Proinde nō sunt Iudæorū primitiua deinceps sed nostra. Hęc autē quę dicuntur, etiā ad leuandā passionē mœroris eorū valde profunt: nepe q̄ qui primus erat, postremus effectus est, & secūdus primus: iste per patientiā, ille verō per negligētīā. Scitote em̄, inquit, quoniā & postea cupiēs hęc hereditare benedictiōnē, reprobatus est: nō enim inuenit pœnitētīę locū, quāuis eam cū lachrymis inquisisset. Quid hęc dicimus? Num pœnitentiā Paulus excludit? Nequaquā: Quomodo ergo dicit, q̄ nō inuenit pœnitētīę locū? Si em̄ culpauit semetipsum, si gemitib<sup>us</sup> magnis ingemuit, cur pœnitentię locū non meruit inuenire? Quoniā non erat illa pœnitētīa. Sicut & tristitia Cain, nō ex pœnitētīa descēdebat, qđ occisiō fratris aperuit: sic etiā hęc non erāt illa verba pœnitētīę, id quod cædes postea declarauit. Nā & ipse quod ad volūtātē attinet fratri suo Iacob intulit mortē. Nā sic dixit: Appropinquabūt, inquit, dies luctus patris mei, & interficiā Iacob fratrem meū. Nō ergo valuerūt solę lachrymę pœnitentiā illi tribuere. Et nō dixit simpliciter, quia per pœnitentiā quęsiuit: sed, cū lachrymis inquisiuit pœnitētīę locū, & nō inuenit. Quid ergo dicimus, nisi quia nō pœnituit vt cōuenit? Hoc em̄ est pœnitētīa vt congruēter geratur: alioqui si pœnitentiā dānat, quomodo iterū velut segnes admonet & hortatur? Quomodo claudos effectos & remissos, atq; solutos, quod est rursus

A principiū, vt erigātur inuitat? Mihi quidem videtur, quia significat aliquos inter illos fornicatores esse, quos tamē publicē nō vult arguere, sed fingit ignorātiā vt corrigātur. Oportet em̄ primū ignorātiā simulare. Postea verō si perstiterint, tū demū increpare, ne si antea volueris arguere, impudētēs & pteruos efficias, sicut etiā Moses fecit circa Zābri & Chasbitidā. Pœnitētīę, inquit, locum nō inuenit. Potest & aliter intelligi, quia peccatū pœnitētīa maius admisit. Sūt em̄ peccata pœnitētīā superātia: veluti si diceret, nō cadamus insanabili ruina. Dū em̄ claudicat quisque, faciliē potest rectus vel sanus effici: si verō penit<sup>o</sup> subuertatur, quid remanebit vltorius? Proinde necdum lapsis hęc loquit, vt eos timore deprimat: veluti si diceret, quia qui ceciderit, nullā cōsolationē mereri iā poterit. Et hęc quidē istos ne caderēt, aliter admonēbat: in alio verō loco vbi iā eis, qui ceciderāt loquit, ne in desperationē inciderēt, contraria dicit: Filioli mei, inquit, quos iterū parturio, donec reformet Christus in vobis: Quib<sup>us</sup> alibi dicebat: Qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. Ecce ipse testat, quia ceciderāt. Qui ergo stat & audit, quoniā qui ceciderit, veniā non valet impetrare, validius stabit & cautius. Si verō & circa eū, qui cecidit simili vti volueris vehementia, ad id redigēt, vt nūquā possit assurgere. Quali em̄ spe cōuersionē, vel quali fructu suscipiet? Nō solum, inquit, lachrymas fudit, sed etiā exquisiuit. Et videt quidē nō excludere pœnitentiā, sed cautiore eos & munitiores reddit, ne ferātur proni<sup>o</sup> ad ruinā. Quicunq; igitur nō credūt esse gehennam, hęc in mentē reuocēt: & quotquot existimāt impunita remanere peccata, hęc cōsiderātes, attēdāt cur Esau veniā nō potuerit adipisci, quia videlicet nō pœnituit vt debuit. Vis videre integrā pœnitētīā, aduerte Petrū qualiter pœnituerit, postquā negauerat Christū. Narrās nāq; euāgelista eius historiā: Et exiēs foras, inquit, plorauit amare. Idcirco illi remissū est tā grāde peccatū, quia sicut debuit, pœnitētīā gessit. Quāuis necdū illa vera hostia p nobis erat oblata, necdū erat & sacrificiū factū, necdū quoq; peccatū erat absumptum. Adhuc em̄ dominabatur, adhuc tyrānico more læuiebat. Et vt agnoscas q̄ non tantū ex negligentia venerat illa negatio, quantū ex eo q̄ eū dereliquerat de<sup>o</sup> volēs eū erudire, vt cognosceret humanę naturę modū, & nō esse contradicendū magistri sermonib<sup>us</sup>, neq; vellet sapere cæteris altiora: sed sciret quia sine deo nihil potest fieri: & quia nisi dñs x-  
 p̄sal. 126.  
 Dificauerit domū, inuanū laborāt & edificātes eā. Propterea em̄ etiā ad ipsum solū dixit Christus: Quoniā petiuit satanas vētilare te, sicut qui ventilat triticū, & nō permisi, ne deficiat fides tua: fortassis em̄ alta sapiebat, merito cōsciētīę suę fretus, q̄ plus diligeret Christū: ppterea plorauit amare, & cætera fecit, quę post ploratū de illo similia referūt. Quę sunt autē ista? Videlicet q̄ se postea cōmisit mille periculis, & ex multis fortitudinis ei<sup>o</sup> robur ostēditur. Etiā Iudas pœnituit, sed malē, laqueo se nāq; suspēdit. Pœnituit etiā, sicut iā dixi, & Esau, sed malē: magis autem iste neq; pœnituit. Lachrymę quippe illę nō erāt pœnitētīę, sed doloris & irę, quod ex eius operib<sup>us</sup> aperitur. Pœnituit & beat<sup>us</sup> David, dicēs: Lauabo per singulas noctes lectū meū, lachrymisq; meis strātū meū rigabo. Et peccatū quod ante multū tempus admiserat, post tātos annos tātalq; generationes lugebat veluti pccens perpetrātū. Pœnitentem quippe nō conuenit indignari,

† vendēs. Gen. 25. d

\* 559<sup>o</sup>, firmā, vā lide. In- ter. iri- pas legisse vi- detur.

Gen. 27. g

† Non ex- cludit igi- tur.

Morale

Luc. 22. g

† Psal. 126.

Luc. 22. d

Mat. 27. d

† Psal. 6. b

indignari, neq; exasperari, quin potius animo cōteri sicut deprehēsum & fiducia non gerentē: & cōdemnatū & veluti quē per solā misericordiā saluari oporteat tanquā improbū erga benefactorē suū apparentem, & ingrātū, & reprobū, & innumeris suppliciis dignū. Si hęc secū cogitauerit, nō irascetur, nō indignabit, sed luctu macerabit, plorabit, ingemiscet, lamentabitur diebus ac noctibus. Pœnitentē nō oportet peccatū suū obliuioni tradere, sed deū deprecari vt ipsius peccati nō meminerit: si nos p̄tī nostri memores simus, de<sup>o</sup> obliuiscit eius. A nobismetipsis percipiam<sup>us</sup> sententiā, nosmetipsos accusem<sup>us</sup>, tūc demū propiciamus iudicē verū. Peccatū enim confessione minuitur, confessione verō contēpta pergit in peius. Peccato nāq; si accesserit ipudētīa, & temeritas, quo modo poterit euitari, ne in illud denuō decidat qđ primū quis per ignorantiā deliquit? Nō igit negem<sup>us</sup> obsecro peccata nostra, neque nos impudētīa duos efficiat: spōte nostra peccata puniam<sup>us</sup>, ne pēdam<sup>us</sup> nō spōte supplicia. Audiuit Cain à deo: Vbi est Abel frater tu<sup>us</sup>? Et dixit: Nescio, nūquid nā ego custos sū fratris mei? Vides quomodo ex hoc peccatū reddiderit grauius? Verū nō ita pater eius. Is cū audisset, Adam vbi es? Dixit: Audiui vocē tuam dñe, & timui, quoniā nudus sum, & abscondi me. Magnū bonum est, vt quis peccata sua agnoscat, & memoriā eorū perseuerāter retineat. Nullū inuenit delictorū tale remediū, sicut eorū cōtinuata memoria. Nihil sic segnē hoīem reddit ad nequitīā perpetrandā. Scio quidē quia resilit cōscientia, & nō patitur ex malorū memoria verberari. Sed doma animā tuā, & chamo illam cōstringe. Sicut em̄ equus indomitus, sic & illa resultat, & non vult fateri se peccasse. Hoc autē totū opus est satanę. Sed nos ei psuadeamus, quia peccauit: psuadeam<sup>us</sup>, in quā peccasse illā, vt pœniteat, vt pœnitēs à suppliciis liberetur. Quomodo veniā delictorū tuorū petis, dic quęso cū illa nondū confessus sis: omnino ille misericordia & benignitate dign<sup>us</sup> est q̄ cū peccator sit, peccata sua confiteat. Tu verō q̄ te nondū peccare cognoscis, quā misericordiā deprecaris, cū ita impudēter agas? Psuadeamus igitur nobis peccasse nos, ne hoc sola lingua p̄nunciet, sed etiā intima cōscientia, nec tm̄ nos peccatores esse dicamus, sed etiā ipsa peccata specialiter singula cōputemus. Nō tibi dico, vt te p̄das in publicū, neq; vt te apud alios accuses, sed obedire te volo prophetę dicētī: Reuela dñoviā tuā. Ante deum ergo tua cōfiteri peccata, apud verū iudicē cum oratione delicta tua pronuncia, non lingua, sed cōscientię tuę memoria, & tunc demū spera misericordiā te posse consequi: si habueris in mente peccata tua cōtinue, nunquā malū aduersus pximū in corde retinebis. Nō dico si psuasum tibi sit peccator esse te: hoc quippe nō ita valet humiliare mētē, & sobriā perficere, sicut ipsa per se specialiter cōsiderata peccata: aduersus nullū retinebis malū in corde, illa portās in animo: nō irasceris, nullis detrahes, nō sapiēs altū: nō recides iterū, nec reuolueris in peccata, sed ad bona in spe vehemētiore cōsurges. Intueris quāta bona ex peccatorū recordatione generantur? Scribam<sup>us</sup> igit peccata nostra in cordib<sup>us</sup> nostris. Scio quidē quia nō est tolerans anima huius amarę memorię, sed nos cogam<sup>us</sup> illā atq; cōpellamus. Melius quippe nobis est, vt nunc anima mordeat ex recordatione peccati, q̄ in futuro tēpore supplicia sentiat sempiterna. Nūc enim si recorderis peccatorum

Gen. 4. b.

Ibid. 3. b.

† Psal. 36. a

tuorū, & frequēter ea in cōspectu dei pronuncies, & p̄ eis clementiā depreceris, citius illa delebis. Si autem nunc obliuiscaris peccatorū tuorum, tunc eorū recordaberis nolēs, quādo in toto mūdo publicabuntur, & in cōspectu proferētur omnium, tā amicorū tuorū, q̄ inimicorum, & sanctorū angelorum cōlestiumq; virtutū. Nō enim ad David solum dicebat: Quę tu secreto fecisti, ego cunctis manifestabo: sed hoc etiā ad oēs nos dicit: Timuisti, inquit, homines, & erubuisti magis q̄ deum: oculum autē dei viuētis nō es reueritus, sed corā hominibus quidē verecundatus es. Oculi, inquit, hominū timor eorū: propterea, inquit, in hoc ipso punieris, Redarguam nāq; te, ante oculos oīm ponens peccata tua: quia vero hoc verū est, & quia in illo die omniū nostrum peccata publicabunt, & producētur in pompā, nisi ea modo cōtinua memoria sategerimus ablucere: aduerte quomodo publicabit duricia vel inhumanitas hominū. Esuriui, inquit, & nō dedistis mihi māducare. Quādo hęc dicitur, vel vbi? Num in angulo, num in aliquo abdito? Minime: sed quādo? scilicet cū venerit filius dei in gloria sua, & oēs gentes congregatę fuerint, quādo segregauerit istos ab illis, tūc hęc dicet cūctis audiētibus: & cōstituet alios quidem à dextris, alios verō à sinistris. Esuriui, inquit, & nō dedistis mihi māducare. Contēplare iterū & illas quinq; virgines, quę in cōspectu omniū audiēt, Nescio vos. Quinq; enim & quinq; nō numerū quinariū tantū significant, sed malas, & duras, & inhumanas, & alias, quę nō sunt hu iusmodi. Sic etiā & qui vnum sub terris obruit talentum, corā omnibus increpatus est, & ante illum qui quinq; obrulit, & ante illū qui duo lucratus est audiuit, Serue male & piger. Et non verbis tantū hęc au-  
 dient, sed prorsus eos etiā ipsis tūc redarguet rebus: sicut etiā Euāgelista dicit: Videbunt in quē pupugērūt. Simul em̄ erit vniuersorū resurrectio peccatorū atq; iustorū: simul enim iudicabuntur vniuersi. Intel- lige itaq; quales tūc apparebūt illi, qui in humilitate & dolorib<sup>us</sup> erunt, qui trahentur in ignē aliis coronatis. Venite, inquit, benedicti patris mei, percipite regnū, quod vobis paratum est à cōstitutione mundi. Et iterū: Ite à me in ignē, qui p̄paratus est diabolo, & angelis eius. Nō simpliciter verba tantū audiam<sup>us</sup>. Sed corā oculis nostris illa depingamus etiā, & pute- mus nunc p̄sentē illum esse, & illa verba dicere, & nos abduci in illū ignē, ac pertrahi. Qualē habebim<sup>us</sup> mentē, quale solatiū? Quid illud autē quādo in duas partes diuidemur? Quid quādo pro rapina rerū alienarū culpabimur? quid dicem<sup>us</sup>? Quę colorē excusationis habebimus? Qualē inueniem<sup>us</sup> rationē, quę saltem verisimilis videat<sup>ur</sup>? Nullā, scilicet, necesse est ergo vt ligati, vultu deposito, pertrahamur ad ipsa ora caminorū, ad flumē igneum, ad tenebras exteriores, & ad immortale suppliciū, & nullum iam rogare valebimus. Nō potest, inquit, nō potest trāsire hinc illuc: chaos em̄ magnū est inter nos & vos. Et neq; volentibus licebit trāsire, manumq; porrigere. Necesse est ergo ardere in sempiternū, nemine iuuāte, siue sit pater, siue sit mater, siue quilibet alius, ac si magnā fiducia habeat apud deum. Frater, inquit, fratrem nō redimet, num liberabit homo? Quoniā ergo impossibile est habere in alterū spem salutis, nisi in semetipso post misericordiā dei: obsecro, vt illa geramus, quib<sup>us</sup> vita nostra mundeat, quib<sup>us</sup> optima cōuersionis nostra reddat<sup>ur</sup>: & primo quidē, quantū possumus laborem<sup>us</sup>, vt nullas

2. Reg. 11. d.

Mat. 25. d.

Ibidem b.

Ibidem c.

Ioan. 19. g.

Ibidem.

Luc. 16. f.

† Psal. 48. b.



vt nullas recipiam⁹ sordes: si vero sicut homines receperimus aliquas, nō dormiamus, sed vigilanter instemus, vt si quid in nobis fuerit sordidū, per pœnitentiā, per orationes, per lachrymas, p misericordias abluatur. Sed dicit aliquis: Quid si nō habeā, vnde possim misericordias operari? Sed habes vel calicē aque frigidæ quātumlibet sis pauper: vel duo minuta habes, quātalibet paupertate tenearis: habes pedes, vt possis infirmos egrotōsq; visitare, vt possis venire ad eos qui in carcerib⁹ detinētur: habes saltē rectū, vt possis suscipere peregrinū. Nulla est igit, nulla est venia ei, qui misericordiā nō exhibet indigēti. Et hæc quidē frequēter vobis dicim⁹, vt ex cōtinuis admonitionibus saltē possim⁹ aliquid promouere. Hæc autē dicimus nō tā pro illis quib⁹ beneficit, quā pro vobis. Illis quippe tēporalia, & terrena, & caduca tributis, recipientis autē vos pro istis bona cœlestia sēpiterna. Quæ nos oēs contingat adipisci, in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri gloria, vna cum sancto spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia XXXII. ex cap. XII.

**N**on enim accessistis ad tractabilem & accensum ignem, & turbinem, & caliginem, & procellā, & tubā sonū, & vocem verborū, quā qui audierūt recusauerūt, ne adiceretur eis verbum. Nō enim portabant quod dicebatur, & si bestia tetigerit montem, lapidabitur. Et ita terribile erat quod videbatur. Moses dixit: Exterritus sum & tremebundus. Sed accessistis ad Sion montē, & ciuitatē dei viuētis, Hierusalē cœlestem, & multorū milliū angelorū celebritatē, & ecclesiā primitiuorū, qui cōscripti sunt in cœlo, & iudicē omnium deū, & spiritus iustorū perfectorū, & mediatorē testamenti noui Iesum, & sanguinis asperionē melius loquentem quā Abel. Erāt quidē omnia tēpli admiradavt pote sancta sanctorū: erant vero itē veneranda & hæc quæ in Sina monte facta referūtur, ignis, tenebræ, caligo, procella: visus est, inquit, deus in mōte Sina: & omnia hæc olim in veneratione fuerūt. Nouūvero testamentū nō est ad eū modū nobis exhibitū, sed tantū simplici Christi sermone contributū. Intuere igitur qualiter cōparationes efficiat tam istorū quā illorū, & qualiter in postremis ea posuerit. Postquā enim illis innumeris argumētis persuasit, & postquā differentiā testamēti vtriusq; demonstrauit, & vetus reprehēdit, tunc demū velut faciliori via etiā in hæc pergīt argumēta. Quid ergo dicit? Nō enim accessistis ad tractabilem & accensum ignem, & turbinem, & caliginē & procellā, & sonum tubæ, & vocē verborum, quam qui audierunt, recusauerunt, ne adiceretur eis verbū. Veluti si diceret, terribilia quidē ista sunt, & ita tremēda, vt ea nec audit⁹ ferre possit, & neq; illuc bestia quēlibet auderet accedere. Verūtamen nō erāt talia, qualia hæc, quæ postea gesta sunt. Quid em̄ est mons Sina in cōparatione cœli? quid ignis tractabilis ad deū tractabilē? Deus enim, inquit, ignis cōsumens est. Non loquatur, inquit, nobis de⁹, sed loquat nobis Moses: sic em̄ terribile erat, quod ad eos proferebatur, vt etiam ipse Moses diceret, q̄ exterritus esset, & tremebūdus effect⁹. Quid miraris, inquit, de plebe? Ipse qui caliginē ingressus est, in qua erat deus, ipse dicit: Exterritus sum, & tremebūdus effect⁹. Sed accessistis, inquit, ad Sion montē & ciuitatē dei viuētis, Hierusalē cœlestē, & multorū angelorū milliū celebritatē, & ecclesiā primitiuorū in cœlis conscriptorū & iudicē deū cūctorū, & spirit⁹ sanctorū perfectorū, & mediatorē testamēti noui Iesum, & sanguinis asperionē,] me-

lius loquentē q̄ Abel. Illic ponitur Moses, hic Iesus: illic nominat plebē, hic milia angelorū. Primitiuos autē quos dixit⁹ fideles videlicet: & spiritus iustorū perfectorū: cū istis eritis, inquit. Et ad mediatorē, inquit, noui testamēti Iesum, & sanguinis asperionē,] <sup>† & sanguinis asperionē</sup> melius loquentē, quā Abel. Quid autē? Num Abel sanguis locutus est? Ita est, inquit, nam supra dixit, & per eam, hoc est per fidē, adhuc vsq; mortuus loquitur: & iterū dixit deus: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Siue ergo isto modo intelligēdū est, siue illo, quoniā adhuc vsq; celebratur hoc factū, verūtamen non ita iste, sicut sanguis Christi est. Ipse nanq; mundos reddit vniuersos, & vocē emittit tanto significantiorē atq; clariorē, quāto maius testimoniu ex rebus ipsis accepit. Videte, inquit, ne recusatis loquentē. Si enim illi non effugerūt, recusantes eum qui super terrā loquebatur: multo min⁹ nos effugemus, qui de cœlis loquentē nobis auersamur, cuius vox mouit terrā nūc, & modo autē promittit, dicens: Adhuc semel ego mouebo] nō solum terrā, sed etiā cœlum. Quod autē adhuc semel dicit, declarat mobilitatem translationem tanquā factorū, vt maneat ea quæ sunt immobilia. Itaq; regnū immobile suscipiētes, habeamus gratiā per quā feruiam⁹, placētes deo, cum omni metu & reuerentia. Etenim deus noster ignis cōsumens est. Tremēda quidē erant & illa, sed hæc multo amplius admiranda valdeq; clariora. Neque em̄ hic tenebræ sunt, neq; caligo, neq; procella. Mihi videtur per hæc significari obscuritas veteris testamenti: hoc est, quod difficile valebat intelligi, & vmbatio legis & velamē. Ali⁹ vero legislator in igne terribilis apparet, & castigator transgressorū. Tubarum autē sonitus merito sunt adhibiti ibi, vt puta imperatore præfente. Nā hoc & in secūdo aduentu futurū est. In nouissima, inquit, tuba cuncti resurrecturi sunt: hoc em̄ tuba vocis factura est. Omnia igitur in illo tēpore sensibilia erāt tam auditui humano, q̄ visui: nūc autē spiritalia nobis cūcta tributa sunt & inuisibilia. Tūc fumus, inquit, erat plurimus, quoniam deus ignis dicit⁹ esse. Nā & in rubo similiter apparuisse memoratur, & per fumū etiā ignē fuisse significat. Tenebræ autē & caligo terrorē vidētibus afferebāt: sic enim Esaias dicit: Et impleta est domus ex fumo. Procella vero quid sibi vult? Negligēs erat humanū genus, & segne. Oportebat ergo vt erigeretur istis, & redderetur attentū. Nullus enim tam hebes erat, aut stolidus, qui cū hæc fierēt non esset toto corde in superiora sublatus. Sic em̄ oportebat erigi mentes hominum, cū legis instituta ferrētur. Et Moses, inquit, loquebatur, Deus autē voce respōdebat ei. Oportebat quippe diuinā proferri vocē, quoniā & per Mo-sen legis erāt dāda præcepta: p̄pterea etiā voce diuina fide dignus efficitur. Videre nāque eū nō poterāt propter caliginē, audire nō poterāt propter tenuitatem vocis ipsius. Quid ergo factum est? Deus magna voce respōdit. Et recusauerūt, inquit, ne adiceretur eis verbū. Ab ipso nanq; initio ipsi causa rei huius effecti sunt, vt deus appareret in carne. Et loquatur, inquit, nobis Moses, & non loquat nobis deus. Qui cōparationes faciūt, alterā partē deprimūt, vt res alterius partis emineāt: sic & hic ex cōparatione illorum nostra maiora declarātur, & meliora, & mansuetiora, & admirationū plenissima. Dupliciter nanq; meliora sunt, quoniā & maiora simul, & clariora sunt. Vnde accessibilia pluribus extiterūt. Hoc quippe etiā in epistola

**2. Cor. 3.** in epistola ad Corinthios scribēs, dicit: Reuelata facie gloriā domini speculantes: & non sicut Moses. Velamen enim ponebat super faciē suam. Non meruerūt inquit, illi talia percipere, qualia nobis cōtributa noscuntur. Quid enim illi videre meruerunt? Tenebras & caliginē. Audierunt quidē & vocē: sed & tu audisti vocem, non per nebulam venientē, sed per carnē Christi. Nō es tumultuatus: neq; perturbat⁹: sed stetitisti, & collocutus es mediatori. Significāt etiā tenebræ inuisibilitatē dei. Et nebula, inquit, sub pedibus eius. Tunc & Moses timuit, nunc autē metuit nullus. Et tūc plebs stetit tota deorsum, nos autē & si a cœlo deorsum sumus, verūtamen propinquamus filio dei. Et non sicut Moses. Illic em̄ eremus erat, & circūcirca desertio: hic autē ciuitas, & miliū celebritas angelorū. \* In hoc verbo gaudiū significat, & iucunditatē pro caligine, pro tenebris, pro turbine procelloso. Et ecclesiā, inquit, primitiuorū, qui in cœlis conscripti sunt: & ad iudicē deum omnium illi nō accesserūt, sed procul stabāt, vos autē accessistis, inquit. Hic autem terret eos dicēdo. Et iudicē deum omnium, non tantū Iudæorū, neq; fidelium, sed totius videlicet mundi. Et ad spiritus, inquit, iustorū perfectorū. Animas dicit, quæ apud deū probabiles extiterūt. Et ad mediatorē testamēti noui Iesum, & ad sanguinis asperionem. ] Hoc est, emundationē. Melius, inquit, loquentem, q̄ Abel. Si, inquit, sanguis loquitur: multo magis loquitur, qui viuūt occisus. Quid autē loquitur? Ipse, inquit, spiritus loquitur pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Quomodo loquitur? Vbi em̄ in mentē sincerā incidit, erigit eam, & facit loqui magnaalia. Attēdite vobis, inquit, ne respiciatis loquentem. Hoc est, non negligatis. Si enim illi nō effugerunt respiciēs super terrā loquentem. Quem putas in hoc loco significat? mihi quidem videtur q̄ Mo-sen significat. Quod autē dicit, tale est: si illi qui recusauerunt legislatorem in terra cōstitutum, nō valuerunt effugere: quomodo valebimus recusare eum, qui nobis de cœlo legis præcepta cōstituit? Nec putes q̄ in hoc loco alterū dicat latorē legis, & alterū Euāgelij. Absit, nō hoc dicit, sed hoc significat: quoniā terribilis apparet, cū de cœlo loquitur. Idem ipse est quidē tam iste q̄ ille: sed terribilior tunc magis, quā illo tēpore. Non enim differentiā personæ significat, sed modum quo nobis nouā legē dedit, alterum esse dicit. Vnde hoc certum est? Si illi enim, inquit, nō effugerūt recusantes eum, qui in terra fuerat cōstitutus: Multo magis nos, qui de cœlo loquentē nobis auertimus. Quid ergo dicimus? Alius est iste, alius ille? Quomodo ergo dixit? Cuius vox mouit terram tunc:

**Agg. 2. b** Si enim vox eius mouit terrā, qui tunc dederat legē: <sup>† At nūc</sup> nunc autē promittit, dicens: Adhuc semel & ego mouebo] nō solum terrā, sed etiam cœlū. Certū est q̄ idē ipse sit. Quod adhuc autem dicit, Adhuc semel, declarat mobilitatem translationem tanquā factorū. Quid est quod his verbis significat? **conclusio.** Nimirū quoniā auferētur cūcta de medio, & in melius vniuersa mutabuntur, Hoc enim mihi in hoc loco significari videtur. Quid ergo doles, inquit, cū pateris aliquid in hoc mūdo, qui nō poterit permanere, q̄ post paululū trāsiturus est? Si in nouissimis seculis hic mūdos forsitan requiē habuisset, tūc tribulari potius oportebat eum, qui festinat ad finē. Vt permantent, inquit, ea quæ sunt immobilia. Quæ nanque ista, vel qualia sunt immobilia? futura videlicet. Pro isto igitur sine cuncta faciamus, vt illam vitā adipisci possimus, vt illis bonis ineffabilibus perfruamur. Ita,

obsecro & supplico, istud satagamus. Nemo in ciuitate quæ casura est sanæ mentis ædificat. Dic autem mihi obsecro, si aliquis diceret, quoniā post annū ciuitas hæc tota lapsura est, aliā vero quālibet permāsurā esse firmaret: nū rogo, ædificares in ciuitate ruitura? Proinde etiā hoc est quod ego nūc dico: Non ædificemus in hoc mūdo: post paululū enim casurus est, & cuncta perditū ibunt. Et quid dico quod mūdos casurus est? nos ipsi ante ruinā eius peribimus, & tormēta sēua patiemur. Nos deserem⁹ nos ipsos. Quid ædificamus super arenā mobilē? quin potius ædificemus in petra. Quicquid enim inciderit, inuicta fabrica perseuerat, nihil eā cōmouet, nihil euertit: & merito. Inaccessibilis quippe omnib⁹ insidiis ille loc⁹ extitit, sicut è cōtra iste cūctis patet. Hic nāque & terremotus obruūt, & incēdia cōsumūt, & infestantia bella deuastant, & viuos nos auferūt, antequā <sup>† fabrica</sup> iste cōcidat. Sæpenumero autē & simul cū illo multi <sup>† illa concipi-</sup> morbus irruit, & aut <sup>† dat, sæpe</sup> celeriter hinc excludit: aut permanentes hic nō sinit viuere cōgruenter. Nam qualis voluptas, aut quæ iucunditas, vbi morbi cōtinui, & calūniatores plurimi frequētes insidiæ? Aut si horū nihil sit, quod impossibile est, aliquādo etiam quod liberos nō habemus inæquanimiter ferim⁹, mœrorib⁹ afficimur, nō habētes quibus nostras domos, & cetera contradamus: & magnis torquemur doloribus, si nostris laborib⁹ exteri perfruātur. Aliquādo etiā ad inimicos venit hæreditas, & nō solum mortuis nobis, verum etiam aliquādo viuētibus. Quid igitur hoc miserius potest esse, vel infelicius, q̄ inimicis suis quenquā laborare, & vt illi in deliciis degāt, pecunias congerere? Harū rerū exempla multa cernuntur in diuersis ciuitatib⁹ accidisse: sed ne cōtristem forsitā, quibus talia prouenerūt, alioqui nominatim aliquos protulissē, & plurimum de hac re possem protelare sermonē: plurēsq; domos ostendere, in quibus inimici dominorū, facti sunt domini: nec hoc de domib⁹ inuenies tantū, sed etiam de seruis cōtigisse cognoscas. Sæpe quippe ad inimicos hæreditas nostra tota trāsata est. Talis em̄ est humanarū rerum in hac peregrinatione cōditio. In cœlis autē nihil tale verēdum est, ne forte aliquo moriēte inimicus adueniat, & hæreditatis iura suscipiat. Illic enim neq; mors vlla erit, neq; inimicus vllus extabit, sed tabernacula sola iustorum. In sanctis autē illis exultatio erit, & gaudiū, & iucūditas sempiterna. Vox, inquit, exultationis in tabernaculis iustorum. Aeterna nāque sunt, nullū habētia terminū. Ista vero ædificia tēpore consumuntur, & possidētes diuersis vicissitudinibus mutant. Illa vero tabernacula permanēt in vigore perpetuo: & merito. Nihil, scilicet, ibi corruptibile, nihil prorsus tēporale, sed cūcta immortalia, & inuoluta persistūt. In hæc igitur ædificia studeamus nostras euacuare pecunias, nec fabricis, nec structorib⁹, nec operariis opus habebim⁹. Man⁹ nāq; pauperū tales domos ædificāt: claudi, cæci, vel debiles isti sunt, qui domos illas ædificāt: & non miseris. Siquidē per istos nobis & regnū cœlestē prouidetur, per istos etiā fiduciā accipim⁹ apud deū. Eleemosyna quippe artifex magna cōsistit, & auxiliatrix eorum, qui ipsam faciunt. Amica nāque dei cōsistit, & semper ei propinqua est: pro quibuscunq; voluerit, facile gratiæ munus impetrat, tantum si a nobis nō lædatur, si nullam patitur iniuriam. Iniuriam autem patitur, cum ex rapinis eam volumus operari. Si vero

† altera versio habet, accessibilem. Exo. 19. b & 20. c ibi. 19. c

† sanguinem asperionem

Deut. 4. b Exo. 20. c

† & sanguinem asperionem

† fabrica iste cōcidat. Sæpe autem multi cū structura pereunt: aut etiam ego etiam illa extitit.

† fabrica iste cōcidat. Sæpe autem multi cū structura pereunt: aut etiam ego etiam illa extitit.

† fabrica iste cōcidat. Sæpe autem multi cū structura pereunt: aut etiam ego etiam illa extitit.

vero fuerit munda, magnā prestat confidentiam tribuentibus eam, interuenit etiam pro delinquentibus. Tāta est eius virtus, tantaq; potētia. Sed etiā vincula peccatorū ipsa dissoluit, fugat tenebras, extinguit ignē, mortificat vermem, expellit stridorē dentium. Huic cum multa fiducia portę cœli aperiūtur, & veluti regina intrante, nullus ianitorū, nullus costodū, qui portis assistunt, audeat dicere: quę tu es, vel vnde? sed omnes eā ē regione suscipiunt, Sic etiam misericordia, regina nāq; est, vere regina, similes faciēs homines deo. Estote, inquit, misericordes, sicut & pater vester cœlestis misericors est. Pēnata nāq; est & valde leuis, habēs alas aureas & volatū, qui angelos ipsos deceat. Scriptū est enim: Pennę tuę, sicut pennę colūbę deargentatę, & collum eius in fulgore auri. Sicut columba quędam nitēs, & aurea venustate decorata, mites & affabiles oculos habēs, per cūcta peruolat: sic & misericordia nitet magno decore festiua, nihil est illis oculis meli⁹. Pulcher quidē est pauo, sed in illius cōparatione deformis apparet. Ita enim hęc auis quędā pulchra est & mirabilis, ab ipso initio per tēpora cūcta perdurans, & multa diuina gloria decoratur. Virgo est habēs alas aureas, circūspecta per omnia, venusteq; succincta, vultum habens candidū atque mansuerū, pennata est, & leuis, & semper ante foliū regale cōsistit. Quando iudicamur, repēte subuenit, & nos a suppliciis liberat imminētib⁹, alis suis nos cōtegēs. Hęc amplius desiderat deus, quā sacrificia numerosa, multa de illa loquitur, sic eā diligit. Scriptū est enim: Viduā & pupillū & pauperē suscipiet dominus. Ex eius vocabulo de⁹ desiderat appellari miserator & misericors, de⁹ lōganimis, & multū misericors, & verax. Misericordia nāq; dei super omnem terrā. Ista est quę salutē humano generi cōtulit. Si enim nō misereretur nostri deus, irēt prorsus cūcta perditū. Ipsa nos quippe, cum inimici essem⁹ reconciliatos reddidit: ipsa plura bona pferit, ipsa filio dei perfluat, vt fieret seru⁹, & exinaniret semetipsū. Hęc igitur emulemur, per quā nos cōstat esse saluos. Hęc diligamus, hęc pecuniis preponamus vniuersis, & sine pecuniis vel diuitiis habeamus animā misericordē. Nihil ita exprimit Christianū, sicut misericordia: nihil sic & fideles infideles simul admirātur, sicut quādo nos vidēt eleemosynas impendere. In multis enim & nos indigemus misericordia. Nā & ad dominum clamamus: Secundum magnā misericordiā tuā miserere nostri. Nos ergo initiū faciamus, quāquam nos nō facimus initium, quādoquidem iam nos ipse antecessit, & suā in nobis misericordiā reddidit manifestam, saltē posteriores sequamur. Si enim homines ei⁹ qui misericors est etiāsi innumera peccata cōmiserit, miserētur: multo ampli⁹ deus. Aduerte prophetā dicētem: Ego autē sicut oliua fructifera in domo domini. Tales ergo efficiamur, sicut oliua fructifera, ex omnib⁹ partibus misericordias germinemus. Nō enim sufficit oliuā esse, sed op⁹ est eā esse fructiferā. Sunt enim misericordes, sed modica per totū annū tribuentes, aut per singulas septimanas, aut si quādo forte fortuna progrediūtur: isti oliuę quidē sunt, sed nō fructiferę, quinetiā aridę: & quandoquidem miserentur, oliuę sunt: quoniā verō nō largę, neque magnificę, nō sunt fructiferę. Nos efficiamur oliuę fructiferę. Sępius iam dixi, & nūc quoq; dico, quoniā nō mēsurā vel quāritate datorum iudicatur misericordię magnitudo, sed ex voluntate largiētis. Scitis

Luc. 6. e

delectet. 7. 57. c

7. 145. d

Ibi. 102. b

Ibid. 10. d

7. 11. b

**A** enim illius viduę factum. Cōmodum quippe est hoc proferre semper exēplū, vt neq; pauper de opere suo desperet, respiciēs ad viduā duo minuta cōferētem: neque diues gloriatur, cū de magnis parua largitur. Obtulerunt quidā etiam fetas, & pilos, & capillos, in tēpli cōstructionem, & spreti penitus nō sunt, sed hi, si aurū habentes capillorū munera deportassent, maledicti protinus exitissent. Si vero istud tantū habētes obtulerūt, acceptabiles in suo munere facti sunt. Propterea & Cain culpatus est, nō quia abiecta obtulit, sed quia omnium quę habebat, abiectiora obtulit deo. Maledict⁹, inquit scriptura, qui habet meliora, & sacrificat corrupta deo. nō absolute dixit, q; sacrificat corrupta deo: sed qui habet, inquit, & auaricia cōpellētē reuocatur. Si igitur quisquā nō habet, omni culpa caret, liber est: magis autem mercedē facile conquirat. **B** Quid enim duob⁹ minutis abiectius, vel quid capillis vilius, vel quid inferi⁹ parua simillagine? Et tamē inuenies ista similiter approbata, sicut vitulos & aurum quod diuites obtulerūt. Secundum quod quis habet, secūdū hoc acceptabilis efficitur, nō secūdum quod nō habet. Quantū habet man⁹ tua, inquit, benefacito. Propterea, obsecro, vt euacuemus cū alacritate substantias nostras in pauperes: etiā si parua sint quę habem⁹ mercedē simillē consequimur illis, qui plura videntur offerre. Vel potius maiorē, quā illi, qui offerunt multitudinē talentorū. Si hęc igitur faciamus, inestimabiles dei thesauros adipiscimur: si tamen nō solū audiamus, verumetiam faciamus: si non tantum laudemus, sed etiam ipsis operibus ostendamus. Quę nos omnes contingat adipisci in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri gloria, vnā cum sancto spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

*Homilia xxxiiij.*

**P**ropterea regnū incōcusibile suscipiētes, habeam⁹ gratiam, per quā seruiamus, bene placentes deo cum reuerētia & religione. Etenim deus noster ignis cōsumens est. Quod alibi dixit, quę vidētur, tēporalia sunt: quę vero non videntur, æterna. Et inde sumpsit exhortationis & consolationis argumentū pro malis, quę in presenti tēpore toleram⁹. Sic etiā hic facit, ac dicit: Firmi debemus existere, vt habeam⁹ gratiā: hoc est, gratias agamus deo. Non solū nō debemus moleste ferre presentia mala, sed etiam gratias illi pro futuris bonis agere. Per quā, inquit, seruiam⁹ bene placētes deo. Hoc est, sic quippe placētes deo seruiamus, cum ei per omnia gratię deferūtur. Omnia facite, inquit, sine murmuratione, & sine hæsitatione. Quod enim quis operat⁹ fuerit murmurās, amputat & perdit mercedē suam. Sicut etiā Israēlitę, quales pœnas dederūt propter murmurationē: propterea, inquit, non murmuretis. Non enim placet deo quādo cū murmuratione seruitur, & nō ei pro omnib⁹ gratiā deferūtur, & pro tērationibus & prosperitatib⁹. Nihil ergo improbum loquamur, nihil impudēs, sed submittamus nos, vt venerabiles ac reuerentes esse possimus: hoc est, cū reuerentia & metu dei. Charitas, inquit, fraternam permaneat in vobis, & hospitalitatis nolite obliuisci: per hęc enim insciētēs quidā angelos in hospitio receperūt. Intuerē quo modo eos precepit presentia custodire. Nō enim eis alia superimponit, Nō dixit efficiamini amatores fratrum, sed permaneat charitas fraterna. Et iterum nō dixit, hospitalitatis nolite obliuisci. Ex tribulationibus em poterat hoc fortasse cōtingere. Per hęc enim, inquit, quidam

Mat. 12. d

Gene. 4. d

Ecl. 9. e

Deut. 4. d

Phili. 2. b

1. Co. 10. b

Cap. XIII. fraternam maneat.

quidā insciētēs, angelos in hospitio receperūt. Attendis quantus honor, quātum lucrum? Quid est, lauerunt? Hoc est, nesciētēs, in hospitio receperunt. Propterea & multa merces est, quia nesciēs eos angelos esse in hospitio recepit: nā si cognouissent, nihil magni fuisset. Quidā dicunt quoniā in hoc loco etiā Loth significat. Memento, inquit, vinetorū tanquam simul vinētis, & laboratiū tāquā & ipsi in corpore cōstituti. Honorable cōnubiū in omnib⁹, & thor⁹ immaculat⁹. Scortatores enim & adulteros iudicabit de⁹. Sint mores sine auaricia, cōtēti presentib⁹. Cōtēplare quātus illi de pudicitia sermo profunditur. Pacē, inquit, cum omnib⁹ sectamini & sanctificationē, ne quis fornicator aut pollutus, & iterū: Scortatores autē & adulteros iudicabit de⁹. Omnia cū increpatione ponūbit. Pacem, inquit, sectamini cū omnibus, & sanctificationē, sine qua nemo videbit deū. Scortatores autē & adulteros iudicabit de⁹. Et primō cū posuisset honorabile cōnubiū in omnibus, & thorū immaculatum, ostendit, quod merito inferat quę sequuntur. Si enim cōnubiū concessum est, iuste scortator suppliciis afficitur, iuste puniuntur adulteri. Hic aduersus hereticos dimicat. Rursus nō dixit, nemo sit scortator, sed cum semel dixisset, tūc intulit, veluti cōmune consiliū, non velut ad ipsos solos sermonē dirigēs. Sint mores, inquit, sine auaricia. Ostēdit philosophiā animorū. Etenim supra dixerat: Et rapinā substātiarum vestrarum cum gaudio suscepistis. Ista admonet, ne sint auari, cōtēti, inquit, presentibus. Deinde etiā hic consolatio. Ipse quippe dixit, Non te deseruā, neque derelinquā, ita vt cōsidenter dicamus. Domin⁹ mihi adiutor, & nō timebo quid faciat mihi homo. Iterū in tentationibus cōsolatio. Memento eorum qui presentib⁹ vobis. Hoc superi⁹ parturiebat, propterea etiā dicebat: Pacē sectamini cum omnibus. Hoc etiā Thesalonicensēs admonebat, vt in honore haberent ampliori prepositos suos. Memento, inquit, eorū qui presentib⁹ vobis. Qui vobis locuti sunt verbum dei: quorum intuetes existit cōuersationis, imitemini fidē. Qualis est ista cōsequētia? Quam optima. Intuentes, inquit, eorum vitam, imitemini fidē. Ex vita munda, fides. Aut fidem firmitatē dicit. Quomodo? Quoniam credunt de futuris: non enim ostenderēt vitam mundam, si hēsitarunt de futuris, si dubitarent modo. Proinde etiā hoc loco idē curat. Iesus Christus heri & hodie, idem ipse & in secula. Doctrinis variis & peregrinis nolite circumferri. Bonū enim est gratia stabiliri cor, nō escis, quę nō profuerūt ambulātib⁹ in eis. Iesus Christ⁹ heri & hodie, idē ipse & in seculū. Heri hoc loco omne præteritū significat temp⁹, hodie presentēs, seculum vero futurum sine termino: tāquam si diceret, audistis pōtificem, sed non pontificem qui desinat esse, semper idē ipse est. Veluti si essent quidā, qui dicerent, quoniā non est, sed alter vēturus est: ad hoc respondet, quoniā qui fuit heri, ipse etiam hodie, & in seculum. Nam hodięque Iudęi dicunt alium esse venturū, expertesq; semetipsos ab eo reddentes, qui verus est pōtifex, incidēt in Antichristum. Doctrinis, inquit, variis & nouis ne circumferamini. Non solum nouis, sed etiam variis. Bonum nāque est gratia cōfirmari cor, nō escis, in quib⁹ qui ambulauerūt nihil utilitatis ceperunt. Hic tacite eos significat, qui escarum introducūt obseruationes: fidei quippe vniuersa mūda sunt: fide ergo opus est, nō escis. Habemus enim, inquit, altare, ex quo potestātē nō habēt comedendi, qui tabernaculo seruiunt. Non enim qualia sunt apud Iudęos, talia

1. Thes. 2. d

Supr. 19. g

Iosue. 1. a

Psal. 117. c

1. Thes. 2. d

etiā nostra sunt, ita vt nec pōtifici liceat istorum participē fieri. Proinde quoniā dixerat: Nolite hęc custodire, videretūq; hoc pacto propria destruerē, iterū idipsum versat. Num enim & nos, inquit, illa non custodim⁹? custodimus enim & vehemētius, neq; ipsi sacerdotibus ex his quicquā dātes. Animalū enim quorū sanguis infertur pro peccatis in sancta per pōtificē, eorum corpora cōburūtur extra castra. Propterea etiā Iesus, vt populū proprio sanguine sanctificaret, extra portam, inquit, passus est. Vides figurā magno splendore fulgentem? Pro peccatis, inquit, & extra portam passus est. Egrediamur igitur ad eum, portantes improprium eius. Hoc est, eadē ipsa perpetentes, & cōmunicantes ei in passionibus, qui cōdēnatus, crucifixus est foris: neque igitur nos cōfundamur foras exire. Nō enim habemus hic manētē ciuitatē, sed futurā inquirimus. Per eū offerimus sacrificium laudis in perpetuū deo: hoc est, fructū laborum consentientium nomini eius. Consistentium, inquit, nomini eius. Nihil blasphemię nostra vox resonet, nihil improbū, nihil proteruū, nihil audaciā sapiens, nihil arrogans: sed cum reuerentia & religione cōuersatio nostra sit. Anima quippe in tribulationibus cū in desperationes incurrit, etiam impudens efficitur: sed nos talia fugiamus. Ecce iterū idem ipsum dixit, quod superius prelocutus est. Nō deferentes, inquit, congregationē nostrā. Sic enim possumus, inquit, cū reuertentia cūcta perficere. Sępius enim etiam homines reueriti, a multis abstinemus prauis operibus. Beneficētia, inquit, & cōmunicationis nolite obliuisci. Nō presentib⁹ fratribus tantum ista dico, verumetiā absentibus. Si autē alij vestras rapuere substātiās, tamē ex his quę habetis, hospitalitatis opus ostēdite. Qualem itaque hic nos excusationem habebimus, cū audiamus talia dici his, quos rapinā substātiarum suarum sustinūisse constabat? Et non dixit hospitalitatis, sed amoris ad hospitalitātē: tāquam si diceret: Nolite simpliciter hospitalitatem suscipere, sed simul amādo hospites hoc facite. Et non dixit futurā & repositam retributionem, ne eos iterū supiniore efficeret: sed iam retributā. Per hanc enim, inquit, insciētēs quidā, in hospitio receperūt angelos. Honorabile cōnubiū & thorū immaculatus. Sed videamus nunc, qualiter honorabiles esse nuptias in omnibus dicat, & thorū immaculatū. Quoniā, videlicet, in sanctitate pudicitię facit cōseruare fidelem. Hic etiam Iudęos pulsāt, qui pollutum putabāt conjugalem cubitū, & dicebant immundum esse, quicūque ab eo veniret. Nō est pollutum quod ex natura est, & ingratiissime & infelatiissime Iudęe, sed quod ex voluntate descendit. Nā si honorabiles sunt nuptiæ, mundę etiā sunt. Cur itaque ex eis pollutionem fieri existimas? Sint, inquit, mores sine auaritia. Quoniā pluri post inanitionē substātiarū suarum postea cupiunt sub pretextu eleemosynę iterum quę amiserūt congregare: propterea, inquit, sint mores sine auaritia: hoc est, vt illud expectemus quod vsui opus fuerit, & pro necessariis tantū curam geramus. Quid ergo, dicit aliquis, si ne illa quidē adipiscamur? Non est hoc, crede mihi, non hoc est. Ipse quippe dixit, & prorsus nulla ratione mētitur, quoniā nō te derelinquā. Proinde cū confidentia nos dicere possumus. Dominus mihi adiutor est, nō timebo quid faciat mihi homo. Promissum habes, non debes hēsitare, ipse pmissit, ne ambigas. Quod autē dicit, Non te derelinquam: Nō de pecuniis tātum dicit, sed etiā de aliis cūctis. Domin⁹, inquit, mihi adiutor est, nō timebo quid faciat mihi

Mich. 2. e

Tofferam.

Supr. 10. e

Iosue. 1. a

Psal. 117. a

1. adiuutor, & in aliis locis dicitur.

locis dicitur.



mihī homo. Et recte: hoc igitur etiā nos in vniuersis tētationibus exclaimemus, & deū habētes propiciū, humana omnia rideamus. Sicut enim si de<sup>o</sup> fuerit inimic<sup>o</sup>, etiā si vniuersi mortales amici fuerint, nihil proderunt: sic etiā deo nos diligente, nulla nobis erit necessitas, nulla læsio, etiā si oēs nos hostiliter insequantur. Nō timebo, inquit, quid faciat mihi homo. *Recor damini*, inquit, *præpositorū vestrorū, qui vobis locuti sunt ver bū dei.* In hoc loco etiā de subsidio eū existimo dicere: hoc enim est quod dicit: Qui vobis locuti sūt verbū dei. *Quorum contemplantes exitū conuersationis, imitamini fidem.* Quid est, contemplantes? Sæpius animo versantes, & apud vosmetipsos examinātes, cōsiderātes, subtiliter discutientes, inquit, Exitū conuersationis. Hoc est, perseverantiam vsque in finem: quoniam finem bonum habuit eorum conuersatio. *Iesus Christus*, inquit, *heri & hodie idē ipse est & in seculum.* Nolite putare quod tūc quidem tanta miracula egerit, nunc autem nō faciat. Idem ipse est. *Doctrinis*, inquit, *variis & nouis ne circūseramini.* Nouas, inquit, doctrinas: hoc est, præter eas quas audistis à nobis: varias, hoc est, multiformes & multimodas. Nihil em̄ firmū possidēt, sed sunt differentiarum varietate multiplices, & maxime dogma de ec̄cis perplexū & nodosum est. *Bonum est*, inquit, *gratia confortari cor, non ec̄cis.* Istæ sunt variæ, istæ sunt nouæ, maxime Christo dicēte: Non quod intrat in os, coinquinat hominē, sed quod egreditur. Et intueri illum non audentem hoc manifeste dicere, sed tāquam sub aliqua significatione. Bonū est enim, inquit, gratia confortari cor, non ec̄cis. Totum enim in fide constat, si ipsa firmetur, cor quoque munitū erit: fides ergo cuncta confirmat, cogitationes autē variæ cōmouent. Contraria quippe est fides cogitationib<sup>9</sup> vagantibus, *In quibus qui ambulauerunt, inquit, nihil velle ceperunt:* Quod enim lucrum est rogo, ex obseruationibus? Nōne perdunt magis: nōne huiusmodi hominē sub peccato constituunt? In quibus, inquit, qui ambulauerunt, nihil habuerūt vtilitatis. Hoc est, qui semper ista custodierūt. Vna nanque est obseruātia, abstinere, videlicet, à peccato. Quid enim prodest abstinere à cibis, dū quidam intantum sint vecordes, vt etiam de sacrificiis participari non valeant? Proinde nihil eos saluauit, licet studium gesserint circa huiusmodi obseruationes. Verū quia fidem nō habuerūt, nihil illis profuit ecarū illa custodia. Deinde aufert à figuris sacrificiū, & ad principalem formā sermonem suū redigit dicens: *Quorum enim animalium sanguis infertur in sancta per pontificē, horū corpora cōburuntur extra castra.* Illa itaque typus erant istorū, & sic cūcta Christus impleuit foris sustinēs passionē. In hoc etiam illud significat, quod & spōte pati dignatus est: ostendēs, quoniam non illa erant simpliciter instituta, sed quod & ipsa œconomia fuerit externę passionis: Foris quidē passus est, sed ad cœlū sanguis sublatus est. Intueris igitur quoniam sanguinē participamus, † non qui infertur in sancta, sed sancta veracia? Nos igitur veritatē participamus. Si ergo nō improprium, sed potius sanctificationē participamus, improprium illud sanctificationis est causa. Sicut em̄ ipse improprium sustinuit, sic etiā nos. Proinde si egredimur, participamus eū eo. Quid autem est, quod dicit egrediamur ad illū? Videlicet cōmunicemus cum eo passionibus, portemus ei<sup>9</sup> impropria. Nō em̄ simpliciter extra portā conuersari nos iussit: sed sicut ille impropria sustinebat, sicuti cōdemnatus, sic etiam nos. Et per

*eam*, inquit, *sacrificium offerimus deo.* Quale sacrificiū dicit, Fructū, inquit, labiorū confitētium nō: nisi eius. Illi offerebāt pecudes, vitulos, & dabant pōfici: nos autē nihil horū offerimus, sed solam gratiarū actionē, hanc labia nostra germinant. *Talibus*, inquit, *sacrificiis placatur deus.* Demus illi talem hostiā, vt etiā ipse eam offerat patri, aliter autē non offertur nisi per filiū. Magis autem etiam per mentē cōtritā. Omnia hæc propter infirmos. Nā quod filij sit gratia, manifestū est, alioqui quomodo honor ille æqualis esset? Vt omnes, inquit, honorificēt filiū, sicut honorificāt patrē. Vbi est honor æqualis? Fructum, inquit, labiorum confitentium nomini eius. Omnia toleremus Moralē cū gratiarū actione, siue paupertas sit, siue ægritudo, siue quicquid aliud nobis euenit: ipse sol<sup>9</sup> cognoscit, quid nobis prosit. Quid em̄ orem<sup>9</sup>, inquit, sicut oportet, nescimus. Qui ergo neq; orare nouimus quod oportet, nisi ex spiritu dei acceperim<sup>9</sup>, satagamus pro omnib<sup>9</sup> gratias referre, & fortiter omnia tolerare. In paupertate sumus? gratias agam<sup>9</sup>: in ægritudine? gratias agamus: calumnias sustinemus? gratias agam<sup>9</sup>: ali quod malum patimur? gratias agamus: hoc enim nos facit proximos esse deo, tū etiā deum habemus debitorē: quādo vero bona percipimus, nos debitores existimus. Et sæpius nobis ad iudiciū ista contingūt, illa vero ad peccati purgationē proueniūt. Illa miserationem & misericordiā nobis acquirūt, hæc autem etiā in superbiam nos erigunt: hæc etiam ad negligētiam nos adducunt, & faciūt vnumquēque magna de semetipso imaginari, hæc meliores efficiūt. Propterea etiā propheta dicebat: Bonum mihi domine quonia humiliasti me, vt discā iustificationes tuas. *Quādo prosperitatē accepit, & de aduersitatibus liberatus est Ezechias, in altū cor eius erectum est: quando vero in ægritudinem ac morbum deciderat, tunc humiliatus est, tūc proximus factus est deo.* Quādo, inquit, interimebat eos tunc inquirebant eū, & cōuertebātur, & diluculo vigilabant † ad eum. ] Et iterum: Quādo impinguit<sup>9</sup> est & saginatus recalcitrauit qui dilectus erat, Cognoscitur enim domin<sup>9</sup> faciēs iudicia. Magnū quippe bonū est tribulatio. Arcta, inquit, & angusta est via, quæ ducit ad vitā. Ergo tribulatio nos compellit in angustam viam: qui vero nō tribulatur, illam viam intrare non poterit: qui enim in angustavia semetipsum coarctat, ipse est qui etiā requie perfruitur. Qui vero dilatat semetipsum, & neq; illā viā ingreditur, & ipse potius tribulatur, dum per plura discerpitur. Intueris igitur qualiter Paul<sup>9</sup> in angustias huius vitę ingreditur? Affligit corpus suū, vt per illud iter incedere queat: ppter ea in omnib<sup>9</sup> afflictionibus gratias deo referēs perseverauit. Damnū pecuniarū passus es? Hoc tibi plurimū latitudinis apporauit. Ex honoris culmine cecidisti? facta est tibi alia latitudo. Calūnias pass<sup>9</sup> es, & credita sūt que cōtra te dicta sunt importuna mēdacia, in quib<sup>9</sup> te cōsciētia nō remordet? gaude, atq; gloriare. Beati, inquit, estis cū vobis maledixerūt homines, & locuti fuerūt omne malū aduersus vos, mētiētes propter me: Gaudete & exultate quonia merces vestra multa est in cœlis. Quid miraris, si cū mœrore cōficeris? Desideras à te cōquiescere? Paulus etiā voluit aliquā habere remissionē, & sæpius deum deprecatus est, & nō impetrauit: quod enim dixit: Ter dominū rogavi, sepi<sup>9</sup> significat. Et dixit mihi, inquit, Sufficit tibi gratia mea, quonia virtus mea in infirmitate perficitur. Infirmitatē hic

Psa. 117. a

Mat. 15. b

Ioan. 5. d

Roma. 8. e

Psa. 118. i

4. Reg. 20. a

Psa. 77. b

† ad deum

Deu. 32. b

Psa. 9. c

Mat. 7. b

1. Co. 9. d

Mat. 5. a

2. Co. 12. b

† qui infertur in sancta

† qui infertur in sancta

† qui infertur in sancta

† qui infertur in sancta

† qui infertur in sancta

† qui infertur in sancta

† qui infertur in sancta

† qui infertur in sancta

*ibidem* hic dicit tribulationes. Et quid Paulus? Hæc audiēs, cū gratiarum actione suscepit, dicens: Propterea glorior in infirmitatibus meis: hoc est, cōplaceo, requiesco in tribulationibus meis. Et nos igitur pro omnib<sup>9</sup> gratias agamus, siue pro remissione, siue pro tribulatione. non murmuremus, neq; ingrati existamus. Nudus, inquit, exiui de vtero matris meę, nudus etiam reuertat. Non venisti cum gloria, non ergo gloriā adipisci desideres. Nudus, inquit, non pecuniis tatum, sed etiam gloria, & bona opinione in hæc introductus est etiam. Intellige quanta sæpius per pecunias mala contingant. Facilius est, inquit, camelū per foramē acus transire, quā diuitem intrare in regnū cœlorum. Cōtemplaris quantum bonorū impedimentum diuitiæ nobis ingerāt, & tu diues effici cupis? Num gaudes quia impedimentum tibi tam graue sublatū est? Sic enim arcta est via, quæ ducit ad regnū, & sic late sunt ac spaciosæ diuitiæ, & tumoribus ac molibus onerate, & inflationibus plenæ sunt: propterea, inquit, Vede omnia tua, vt te arcta via possit sulcipere. Quid cupis pecunias? Propterea enim abstulit eas tibi deus, vt te liberet à pessima seruitute. Nam & pater optimus & integer, cum filiū viderit amore meretricis alicui<sup>9</sup> deperire, si admonitiones eius audire neglexerit, illā meretricē de medio aufrens, in exilia lōginqua detrudit. Talis est etiam abundantia pecuniarum. Curam igitur de nobis gerens verus pater & optimus dominus, volēs nos ab hac læsione liberare, aufert nobis pecunias, quarū amore mens nostra corrumpitur. Non igitur arbitremur malū esse pauperiem. Peccatū enim solū est malum, neq; diuitiæ bonæ sunt per seipsas, sed deo placere † summū bonū est. Paupertatem igitur appetamus, hæc protinus insequamur. Ita promerebimur cœlū, sic etiam aliorū bonorum impetratione iubicabimur digni. Quæ omnes nos cōtingat adipisci, in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, vñ cū sancto spiritu gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

ibidem

ibidem

ibidem

† solum

Homilia xxxiiij. ex cap. xiiij.



*B*edite illis qui vobis præpositi sunt, & obsecundate. Ipsi enim vigilāt pro animabus vestris tanquā rationem reddituri, vt hoc cū gaudio faciant, & nō cōgemiscentes. Non enim expedit vobis istud. Malum quidē est, vbi nullus est principatus, & multarū cladum hæc res existit occasio, & confusionis est, turbationūq; principium. Sicut enim si ex choro ipsum coriphæū auferas, nequaquam modulatus chorus, vel ordinatus existit: & phalanx militum si ducē non habeat, nullo modo numero acies illa, vel ordine pcedit: & nauis si gubernatore priuetur, pessum eat necesse est: Sic & gregi si pastorē abstuleris, cunctus dispergetur & peribit. Malum igitur est vbi nullus est principatus, subuersionis quippe hoc est argumentū. Malū autem est nō minus & inobedientia eorū, qui regūt à principe: idem malum quippe contingit. Populus enim si non obsequitur principi, similis est populo principem nō habētī, imò etiam deterior. Illi quidem saltem veniam habent, eius quod indisposite atq; inordinate versantur: siquid in ordinatore priuati sunt: hi autem veniam non merentur, quoniam puniuntur. Sed fortasse aliquis dicit, quia est tertium quoq; malum, quando ipse † princeps malus extiterit: hoc noui etiam ego, & non paruum malum est istud, imò etiam peius est, quā si ne principe conuersari. Melius quippe est à nullo, q̄ à pessimo regi. Ille quidē saluatus est sæpenumero, ple-

† deus, princeps, prefectus, magistra, tm: sic in sequenti bus.

runque etiam in periculum decidit: iste autem omnibus modis pericula subiturus est, dū ad foueas & ruinas impellitur. Quomodo ergo dicit Paulus: Obedite præpositis vestris, & obsecundate? Postquam superius dixerat: Quorū contemplantes exitū cōuersationis, imitamini fidem: tunc intulit: Obedite illis qui vobis præpositi sunt, & obsecundate. Quid ergo, dicit aliquis, dum præpositus malignus extiterit, num obaudiemus? Quomodo malum dicitis? Si quidem est in causa fidei, fuge illum & euita, nō solum si homo fuerit, sed etiam si angelus de cœlo descenderit. Si vero in vitæ moribus malignum dicitis, noli curiosus esse: & hæc non ex meipso dico, sed ex scriptura diuina: audi enim Christum dicentē: Super cathedram Moſis sederūt scribæ & pharisæi. Et primo cum cōmemorasset de his multa mala, tunc dixit: Sederunt super cathedrā Moſis. Omnia, inquit, quæ dixerint vobis, facite: quæ autem fecerint, facere nolite. Habent, inquit, dignitatem, licet vitæ sint perditæ: veruntamen non ad vitam eorum, sed ad sermones intendite. Quantum enim ad mores attinet, nullus poterit lēdi. Quia ratione hoc? Quia quæ facit, manifesta sunt omnibus, & neq; ipse, etiā si ad eum iniquitatis perueniat, poterit alios mala docere: Cum autem fidei causa vertitur, neq; manifestum est omnib<sup>9</sup> quod dicitur, neq; malignus dubitabit docere cōtraria: nam quod dictum est: Nolite iudicare, ne iudicemini, de vita dictū est, non de fide. Quod enim infertur hoc manifestat. Quid enim vides, inquit, stipulam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Omnia ergo quæ vobis dixerint, inquit, vt faciatis, facite: facere autē operis est, nō fidei. Secundū autē opera eorū nolite facere. Intueris quonia nō de dogmatibus, sed de vita & operibus sermo est: Sed Paulus primū influit eos, & tūc dixit: Obedite iis qui vobis præpositi sunt, & obsecundate: ipsi enim vigilant pro animabus vestris tanquā reddituri rationem. Audiant & principes, nō soli illi qui regūt à principibus: quoniam sicut obediētes oportet esse qui regūt: sic etiā rectores & principes vigilātes esse decet & sobrios. Et quid dicitis? Quia vigilāt tantum? Periculum etiā super eius caput imminet, subiectus est vltionibus peccatorū tuorum, & propter te tanto timori obnoxius est, & tu negligentia te tradis, & nugis occuparis, & artificium tuum mechanicum saluti stulta mente præponis. Propterea hoc, inquit, dico, Vt cū gaudio faciāt, & nō cōgemiscentes: non enim expedit vobis. Intueris quonia cum contēnitur † princeps, nō oportet vltiones ingerere, sed tota vltio est plorare, ingemiscere. Nā & medicus quando ab ægroto contēnitur, non se vlciscitur, sed plorat & ingemiscit. Sed dicitis, quia si ille ingemiscit, vlciscitur in te deus. Si em̄ pro nostris peccatis gemētes, adducimus ad nos propiciationē dei: pro aliorum superbia, vel contēptu cum ingemiscimus, nōne amplius hoc facimus? Vides ergo quonia non permittit eum ad conuicia deduci? Vides quanta philosophia istud est? Ingemiscere ergo oportet eū qui cōtēnitur, & cōculcatur, & cæditur. Ne propterea securus sis, qd te is qui contēnitur, nō vlciscitur. Gemitus enim illius omni erit vltione deterior. Quādo em̄ ipse nihil proficit, ingemiscēs inuocat dominū. Et sicuti cum doctor aut nutritius contemnitur, vocatur qui seuerius aggreditur puerū: sic etiā hic: papæ, quantū periculū. Quid dicemus infelicibus illis & miseris, qui semetipsos ad alios regendos præcipitāt, & se in tatorum suppliciorū abyssum iactant? Omnium quos regis, mulierū, puero-

Hebr. 13. b

Mat. 25.

Mat. 7. a

† deus, prefectus, magistra, tm: sic in sequenti bus.

† deus, princeps, prefectus, magistra, tm: sic in sequenti bus.

rum atque virorum tu rationem redditurus es: tanto igni tuum subiicis caput. Miror si potest saluari aliquis rectorum, post tãtam enim cõminationem quam negligentia videmus illatã, video aliquos etiam concurrere, & præcipitare semetipfos tantã moli, ac tãtẽ difficultati regiminis. Si enim qui necessitate compelluntur, nullum poterunt habere refugiũ, neque vllam excusationem reperient, quãdo res malẽ tractauerint, & quando negligẽter administrationem gesserint suam: nam & Aaron necessitate cõpulsus est, & tamen in periculo venit: sed & Moses pericula sæpius sustinuit, qui regimen illud sæpe recusauerat, & Saul cui alius cõmissus est principatus, postquam recusauit, in periculo incidit, quia male sui regiminis administravit officium: quanto ergo amplius qui cum studio & ambitione petunt principatus, & semetipfos præcipitãt, seuerius puniuntur? Huiusmodi enim homo multo amplius sibi locum veniẽ claudit. Oportet ergo timere ac tremere, & propter cõscientiam, & propter molem ac magnitudinem curã. Et neq; dum quis ad principatum trahitur semel reculare: neque dum non trahitur quispiam, semetipsum præcipitare: sed considerantes tãtã dignitatis amplitudinem, oportet effugere: comprehensos autem obsequium & reuerentiam oportet ostẽdere. Nihil immoderate faciendũ est, sed antequã fiat, si præsenferis fuge ac secede, persuasus tibi ipsi, q; ad illam rem sumẽdam indignus existas, comprehensus autem similiter reuerentiã exhibeat. Vbiq; modestiam & ingenuitatem debes ostendere. *Orate*, inquit, *etiam pro nobis. Confidimus enim quoniam bonam cõscientiam habemus, in omnibus bene volentes cõuersari.* Vides quoniã hæc purgationis vice dixit, veluti ad contristatos scribens, & ad eos qui auertebãtur, & qui circa eum, veluti circa præuaricatorẽ afficiebantur, non ferentes neq; nomen eius audire. Quoniã igitur ab odientibus se talia postulabat, qualia reliqui omnes solent petere à diligẽtibus, huius gratia istud hoc loco ponit, dicẽs: Cõfidimus quia bonam cõscientiam habemus. Veluti si diceret, nolo mihi accusationes aliquas proferatis. Cõscientia, inquit, nostra nos in nullo condemnat, neque nobis aliquid cõscij sumus, quod vobis infidias fecerimus. Confidimus, inquit, quoniam bonam cõscientiam habemus in omnibus. Nõ in gentibus tantũ, sed etiam in vobis. Nihil negociationis gratia fecimus, nihil cum fictione protulimus: fortassis enim in talibus *accusabatur. Audierunt enim, inquit, de te quod discessionem doceas à lege. Non sicut inimicus, inquit, neq; sicut hostis, sed sicut amicus hæc scribo: hoc etiam ex his quã sequuntur ostenditur. Abundantius autem, inquit, peto hoc fieri, vt citius vobis reddat.* Hoc vehementer amantis est, sic orare, non simpliciter, sed cum tota intẽtione & omni prorsus studio. Vt cito, inquit, ad vos veniam. Hoc animi est, nihil sibi cõscij, satagere vt ad eos velociter veniret, & exhortari illos, vt orẽt pro se, vt hoc ei concederetur: primum ab eis postulans orationis auxiliũ, tunc etiã ipse eis omnia bona precatur. *Deus, inquit, pacis. Nolite igitur dissidere à nobis si vultis deum pacis habere propitium. Qui eduxit, inquit, de terra pastorem magnum ouium.* Hoc de resurrectione dictum est, Magnum, inquit, Aliud additamentum. Hinc vsq; ad finem orationis rationem eis de resurrectione confirmat. *In sanguine, inquit, testamenti æterni dominum nostrum Iesum Christũ, vt nos perfectos redderet in omni opere bono, ad faciendam voluntatẽ eius, efficiens, vt quod agitis, sit beneplacitum in conspectu suo. Iterum testificatur eis ma-*

agna. Ad illos enim pertinet, qui iam sumpsere principium, & quorũ ad perfectionẽ omnis cursus intendit quod dicit, vt perfectos redderet. Et iterũ orat pro eis, quod pertinet ad amantẽ: & in aliis quidẽ epistolis in exordiis orat, hic autẽ in fine. Faciens, inquit, vt quod agitis beneplacitũ sit in conspectu suo. *Per Iesum Christum, cui gloria in secula. Amen. Obsecro autem vos fratres, vt sustineatis verbum consolationis. Etenim per paucos scripsi vobis.* Vides quia quod nullis scripsit, istis scribit. Etenim, inquit, vobis non sum molestus longo sermone. Arbitror autẽ eos, non admodũ infensos fuisse Timotheo, vnde & illum commendauit. *Cognoscite, inquit, fratrem nostrum Timotheum dimissum, cum quo (si celeriter venerit) videbo vos.* Dimissum autẽ dixit, vnde? Arbitror enim q; in custodiam fuerit missus, aut si hoc nõ est dimissum dicit ab Athenis. Nam & in apostolorum actibus sic habetur. *Salutate, inquit, omnes qui vobis prepositi sunt, & omnes sanctos: saluant vos qui sunt ex Italia. Gratia cum omnibus vobis, Amen.* Vides qualiter ostendit virtutem: neq; ex deo dici totum, neque ex nobis eam perfici tantum? Primum dicendo, vt absoluat vos in omni opere bono, hoc significat: Habetis quidem virtutem, indigetis autem complemento. Quid autem est quod dicit: In omni opere bono, & sermone bono? Vt vitam scilicet, rectam haberent & dogmata. Secundum voluntatem eius, inquit, faciens, vt quod agitis sit beneplacitum in conspectu suo. Hæc quippe maxima virtus est facere quod beneplacitum est in cõspectu dei, secundũ quod etiam Propheta loquitur dicens: Et secundum mūditiã, inquit, manuum mearum in conspectu oculorũ eius. Tanta tamen cum scriberet Apostolus, parua illa esse dixit, in comparatione, scilicet, eorum, quã diciturus erat, secundum quod & alibi dixit: Sicut scripsi vobis in modico, secundum quod potestis legentes intelligere prudẽtiam meam in mysterio Christi. Et vide sapiẽtiam eius. Non dicit, obsecro vos vt sustineatis verbum admonitionis: sed, sustinete verbũ consolationis, hoc est verbũ solatij, verbũ hortationis. Non potest quisquã, inquit, ob longitudinem sermonis defatigari. Hoc quippe erat quod eos auersari faciebat. Nõ vult hoc ostẽdere, sed latẽter hoc dicit: tanquã si diceret, etsi pusillanimes estis: taliũ enim non est ferre sermonis longitudinem. Cognoscite, inquit, fratrem Timotheũ dimissum esse, cũ quo (si celeriter venerit) videbo vos. Hoc enim idoneum erat, vt eos mãsuetiores efficeret, quod se paratum dixit ad eos venire, vt eos cum suo discipulo videret. *Salutate, inquit, eos qui vobis præsent, & omnes sanctos.* Vides quomodo eos honorabiliter tractat? Siquidem ad illos pro illis scribebat. Saluant vos omnes qui ex Italia sunt. Gratia, inquit, cum omnibus vobis, Amen. Gratiam eis optat quod est omnium commune. Qualiter autem fit gratia nobiscum? Si non fuerimus contumeliosi in beneficentiã, si negligentes nõ existamus circa munera dei. Quid est gratia? Remissio, videlicet, & purgatio peccatorum: hæc nobiscum est, si bene egerimus. Nam quis cõtumeliosus potest istam seruare gratiam, & non statim euacuatus efficitur? Verbi gratia: Donauit tibi omnia peccata, quomodo tecum gratia permanebit, siue spiritus sancti operatio, nisi eam per bona opera ad temetipsum attraxeris? Hæc quippe est causa omnium bonorum, si in nobis spiritualis gratia perseuerat, hæc quippe nos ad omnia bona recto itinere deducit, sicut etiam quando ab ea excidimus, perimus, & deserti efficiuntur omni bono.

Non itaque

Morale Non itaq; eã repellamus: in nobis quippe est, vt vel permaneat in nobis, vel discedat à nobis: illud enim fit, quãdo cœlestia meditamur: hoc autẽ, quando ad secularia declinamus. Quem mundus, inquit, nõ potest capere, quoniam non videt eum, neq; cognoscit eum. Contẽplaris igitur quoniã non est secularis animã habere spiritũ sanctũ. Multo nobis itaq; opus est studio, vt eũ apud nos in corpore retinere possimus, & munitos nos reddere, atq; i pace collocare. Sicut em̄ nauis, quẽ prospero flatu fertur in pelago, nõ potest impediti, neq; demergi, vsquequo prospero vëto ac perseuerante fruitur: sed etiã post nauigationẽ gloria eis magna contingit, siue nautis, siue iis qui nauẽ ascenderant: illis quidẽ requiem tribuens, q; labore remigationis non fuerint fatigati: his autem q; eos magis molestia liberauit, & nauigationẽ illã hilarem fecit, & velut spectaculũ illis iucũdum ipsam prosperitatẽ cursũ attribuit: sic etiã anima à diuino adiuta spiritu, omnib; rebus superior existit, & omnibus fluctuationibus vitã huius eminet, & viã in cœlum ducentẽ vehementius, quã illa nauis incedit: vt pote quã non vento impellitur, sed ab ipso paraclito fertur, mũda vela possidẽs, & plena prosperis flatib; omnẽ remissionem & dissolutionẽ à sua mente discutiens. Sicut enim in velũ laxum ventus incidens nihil operatur: sic etiã spiritus sanctus in anima remissa & segni permanere nõ sustinet. Sed opus est nobis omni intẽtione, omniq; vehemẽtia, vt mēs nostra ardẽs in nobis existat, & omnia in nobis opera intenta sint & fortia. Verbi gratia: Quando oramus, cum multa intẽtione hoc oportet efficere, intẽdendo animũ nostrũ ad cœlũ, nõ funibus, sed desiderio valido. Item quãdo misericordiã facimus, intentione opus est, ne forte cura domus, & prouidẽtia filiorũ atq; vxoris affectus, vel timor egestatis subintrans, remissiora vela nobis efficiat. Si enim spe futurorũ intendamus ipsa vndique, bene suscipiunt operationẽ spiritus sancti: ex illis autẽ cogitationibus & miseris impediuntur nihil in eã incidit. At si forte incidat, ipsam quidẽ nihil læsit, & inciderit excussus. Propterea igitur multa nobis opus est intẽtione: etenim iã nos in mari magno & spaciofo nauigam; multis quidẽ beluis pleno & scopulis. Hoc mare multas nobis etiã tẽpestates ingerit, & obducto cœlo nubib; maiores excitat pcellas. Oportet igit, si volum; sine molestia & sine periculo nauigare, vel nostre nauis terigere, hoc est, nostre voluntatis: istud hoc est, nõ sicut enim hoc nobis. Nã & Abraham, quoniã desiderium suũ intentũ habuit ad deum, & voluntatem suam integrã & perfectã obtulit deo, nulla alia re opus habuit, sed credidit deo, & reputatũ est illi ad iustitiã. Fides autẽ integrã & germanã voluntatis est. Obtulit filium suũ, licet illum nõ occiderit, occidentis tamen mercedẽ recepit: & re nõ facta, merces ei reddita est integrã & perfectã. Sint igitur nobis mũda vela, non sint vetusta: omne nanq; quod veterascit, & in seniũ cadit, interitui proximũ est. Nõ sint cõtrita & dirupta, vt spiritales flatus teneãt. Animalis enim homo, dixit Apostolus, nõ percipit ea quã sunt spiritus. Sicut em̄ atancarũ flamina flatũ venti non suscipiunt: sic neq; anima secularis, neq; homo animalis gratiam poterit spiritus sancti suscipere. Nihil em̄ differũt ab illis staminibus cogitationes nostre, solo visu habẽtes cõsequentiã, totius autẽ virtutis vacuã permanent: sed nostra non debent esse talia, si quidem sobrii sumus.

Tomus quartus.

Quicquid inciderit omnia tolerat Christian; & omnibus est superior, omni plaga fortior. Sit enim quispiã spiritualis vir, & occurrãt ei mille mala, nullo modo vicitur. Et quid dico? Incidat illi pauperies, & gritudo, iniuriã, detractiones, vituperationes, plagẽ, omne genus supplicij, omne genus ludibrii, & improperiorum & iniuriarũ: sed veluti si extra mũdum fuerit cõstitutus, & veluti si à passionib; corporis liber existat, sic cũta illa risui habebit. Nõ habent hæc verba inanem iactantiã. Multos etiam nunc tales existimo, sicut hi qui se ad eremũ contulerunt: sed nihil hoc mirum. Nam etiam in ciuitatibus latere tales existimo, quod si velis, possum huiusmodi ex veteribus ostendere, & vt agnoscas, intellige Paulũ. Quid ille nõ mali passus est? Quid non sustinuit? Omnia fortiter tolerabat. Hunc imitemur, atq; ita poterimus ad portus venire tranquillos, lucra maxima deferentes. Extendamus igitur nostrã mentẽ, & eleuemus ad cœlum, & illo amore teneamur, & igni spiritali magnanimiter induamur. Saluemus nosmetipfos flammãrũ incendio diuinarũ, nullus his flãm̄is circumseptus alicuius formidat incursum, siue fuerit homo, siue bestia, siue mille laquei: quãdiu enim quisq; ignitus incedit, omnia superat, omnia excedit, omnia contemnit. Flãm̄a quippe insuperabilis res est, & importabile est cũctis rebus incendium. Ignis quippe cuncta cõsumit. Hoc itaq; igne circumsepimur exhortor, gloriam offerẽtes domino nostro Iesu Christo, cum quo patri, vnã cum sancto spiritu gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

**DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI DE illo Pauli loco ad Hebræos, Sponte enim peccãtibus nobis percepta & hausta veritatis cognitione: & quã sequuntur. & Hebr. 10. quemadmodum ad Christi sacramenta accedendum sit, concio, Ioachimo Perionio interprete.**



Mnes arbores, quẽ quidẽ fatẽ fuerunt, aliãque omni procreatione tractatã & cultã, quãque manibus ac laboribus suis dignas agricola censuit, nec emolumentũ vllum impensarũ afferũt: stirpitus euulsã igni adhibentur. Tale quiddam etiam in illustratione fit, quando nos Christus seuit, & spiritualis irrigationis participes facti, fructũ nullum postea proferimus: ignis gehennẽ & flamma quã extingui nõ potest, nos manet. Paulus quidem postea quã ad charitatem nos hortatus est, & ad fructũ bonorũ operũ, incitauitq; etiam à melioribus his verbis, Aditus nobis patet in sancta, quam nobis viã nouã & vnam patefecit: à molestioribus quoque rursus idẽ facit his verbis, quẽ tractamus. Cũ enim dixit, Non deserentes cõsociationem nostrã, sicuti moris est quibusdã, sed adhortãtes, eoque studiosius quò magis diẽ appropinquare cernitis, qui cõsolari possit: hæc subiecit, Spõte nobis peccãtib; post acceptã veritatis notitiã, non iam pro peccatis relinquuntur hostia. Expiatus es, liber es à criminibus, factus es filius: si ad pristinã vomitionẽ reuersus, rursũ ex hæ redabere, ignis te manet, ceterãq; eiusdẽ generis. Neque enim hostiẽ secũdã locus vllus relinquitur. Hoc loco rursus nos aggrediuntur ij qui pœnitẽtiam tollunt, & omnes qui ad baptismũ dubitãt accedere. hi quidem sibi tutũ esse negãtes venire ad baptismũ, si nõ sit secunda remissio: illi q; non dicant esse tutum sacramenta impertire peccatoribus, si modò secũdã

Gg ij remissio-



remissioni locus nullus relictus sit. Quid ergo vtriusque respōdebimus? eū hoc loco nō tollere pœnitentiam, nec placationē quæ pœnitentiæ procuratur, nec peccatorē repellere, aut maledictis vexare, ppter cognitionē, nō est adeo salutis nostræ inimicus. sed quid? secundū lauacrū tollit. Nō enim hoc dixit, Nō est iā pœnitentiā, neq; hoc, Nō est iam remissio, sed iam nō est hostia, id est, secūda crux. Hæc enim hostiā nominat. Vna eū hostia in perpetuū eos qui sancti efficiuntur, perfecit, nō quæadmodum Iudaica. Ob eā enim causam supra & infra tot verbis de hostia differuit, q̄ vna sit: nō q̄ hoc vnū docere vellet, hæc nostra à Iudaicis differre, sed tutiores etiā ac firmiores reddere. Itaq; nō iam expectādā ex lege Iudæorū aliā hostiā. Spōte enim, inquit, si peccemus: ita nō consultō peccatibus venia relinquatur: post agnitionē veritatis, id est Christi, inquit, vel dogmatū omnium, non iā pro peccatis relinquat hostia. Sed quid? terribilis quædā iudicij expectatio & ignis ira qui aduersarios contumpturus est. Aduersarios appellat, nō infideles tantum siue à religione nostra abhorretes, sed etiā qui ea gerūt quæ cū virtute pugnat & ab ea discrepat, propter eā q̄ & domestici & aduersarij in eundē ignē supplicij causa coniiciuntur. Deinde vim eius deuorādī declarat, quasi eū animatū reddidisset, cum ait, Et ignis ira, qui aduersarios deuoraturus est. Quæadmodum enim fera bestia cōcitata & vehemēter saua ac ferox nunquā finē facit, dum aliquos rapiat & deuoret: sic ignis ille nō aliter ac quispiā ira incitatus, quicquid cōprehēderit, nō amittit, sed cōsumit, & discerpit. Tū minarū causam affert, q̄ iure ac merito, id quod ad fidē valet, cū docemus aliquid iure fieri. Si quis enim Moysi legē abroget, sine vlla misericordia duorū aut triū testimonio, morte mulctatur. Sine misericordia, inquit, ita fit, vt nullus sit illic veniæ relictus locus, nullus misericordię. Atqui lex Moysi est, multa enim ille statuit. Quid est, duobus aut tribus testibus? Si duo aut tres, iquit, pro testimonio dicat, statim pœnas pēdūt. Quod si in veteri testamēto, vbi legi Moysi derogat, tantū supplicium constitutū est: quātō grauiore dignū fore existimatis eū, qui filiū dei cōculcauerit, sanguinemq; testamēti cōtaminatū duxerit, spiritūmq; qui munera largitur cōtumelia affecerit? Quo autē modo dei filiū ab aliquo cōculcari asserit? Cum enim is qui eius sacramētis participat, scelus admittit, an non, inquit, eū cōculcat? nōne eū contēnit? Vt enim ea quæ cōculcātur, contēnimus, sic peccātes, Christū cōtēpserūt, & ita peccauerūt. Factus es Christi corpus, & te ipsum das diabolo. Ita cōculcasti. Et sanguinē, inquit, inquinatū duxit. Inquinatū quid est? id est, imundū, vel quod nihil ampli⁹ habet, q̄ cetera. Et Spiritū qui gratiā largitur, contumelia affecit. Qui enim beneficiū nō accipit, ei qui beneficiū cōtulit, iniuriā facit, eūmq; cōtumelia afficit. Te fecit filiū, tu seruus esse vis: venit habitādī apud te ac tecū causa, tu in eū praua cōsilia moliris. Christ⁹ stare ac rectus esse apud te ac tecū cupit: tu eū crapula & ebrietate cōculcas. Audiamus qui indigno modo sacramētis participamus: audiamus qui indigni ad mēsam illā accedim⁹, Nolite sancta dare canibus, nec ante sues margaritas vestras spargere, ne eas pedib⁹ suis cōculcēt: id est, ne contēnant ac respuāt. Sed hoc minimē dixit, verum quod multo magis metuēdū est. Eo enim quod metuēdū est, animos cōstringit. Hoc enim nō minus q̄ cōsolatio potest cōuertere, cadēq; opera & dissimi-

litudinē ostēdit, & supplicium & iudiciū eis relinquit, q̄ res ipsa nota & illustris esset. Quanto, inquit, acrius supplicium deberi putatis? Hoc quidem loco mihi obscure de sacramētis videtur dicere. Testimoniū etiā profert, cū ait, Metuēdū est in manus dei viui incidere. Scriptū est enim, Mihi vltio, ego reddā dicit dominus. Et rursum, Domin⁹ populū suū iudicabit. Nō ait, In manus hominū incidetis, sed in manus domini, nisi respiscatis. Hoc horribile est, illud nō est. Cū ergo quēpiā supplicio cōercentē hīc videbimus, ne presentibus exhorrescamus, sed futuris. Nā pro eius misericordia, ira etiā eius est: & in peccatorib⁹ eius furor acquiescet. Sed quoniā sanctorū sacramētorum mentionem feci, libet mihi paucis agere vobiscū qui initiati estis, paucis quidē numero, sed quæ magnā vī & vtilitatē habent. Neq; enim verba nostra sunt, sed diuini spiritus. Quidnā illud est? Multi semel toto anno sacramētis participāt: alij bis, alij sæpius. Ad omnes igit̄ mea spectat oratio, nec ad eos modō qui hīc adsunt, sed ad eos etiā qui sunt in solitudine. Illi enim semel in anno participes fiūt, sæpe verō etiā biēnio. Quid ergo? quos tādē approbābimus, eosne q̄ semel, an eos qui sæpe, an eos qui rarō? Sed eos qui pura cōsciētia, eos qui corde mūdo, eos qui inculpatæ vitæ sunt: hi tales semper accedāt: qui autē non sunt eiusmodi, ne semel quidē. Quid ita? Quia iudiciū sibi sumunt, & dānationē, & supplicium, & pœnā. Quod quidē tibi mirū videri non debet. Vt enim cibus qui natura alēdi vim habet, si in eū qui cibū respuit, incidat, perdit & corrūpit omnia affertq; morbi occasionē: sic hæc tremēda sacramenta. Mensa spiritali frueris, mensaq; regia, & rursum cœno corpus inquinat. Vnguēto pfunderis, & rursum tetra odore cōpleris. Mecū loquere, quæso, cū ad mensam anno exacto accedis, quadraginta dies satis esse tibi ad expiāda omniū tēporum peccata existimas: rursumq; transacta hebdomada te superioribus pristinisq; sceleribus dedis. Rogo te, si quadraginta diebus cōualuisti à diurno morbo, & iterū ea repetis quæ morbū pariunt, nōne priorem operā perdidisti? Si enim naturalia mutātur, quātō magis ea quæ à voluntate proficiuntur? Quid est quod dico? Natura cernimus, valētēque oculos habemus, sed plerumq; à vitiosa cōstitutione vis nostra cernēdi læditur. Quod si ea quæ natura nobis tribuit, mutātur, quātō magis ea quæ voluntatis sunt ac iudicij nostri? Dies quadraginta animi sanitati tribuis, & fortasse nō totidē, & tibi placatū propitiūmq; fore deū speras? Iocaris, quæso, cū hæc dicis? non q̄ vos vno anniuersario aditu, & accessu arceam: sed q̄ vos semper velim accedere. Sanctis hæc data sunt: Hoc etiā diaconus in clamat, qui sanctos accersit & cōuocat, eaq; voce omnes diligēter obseruat. Vt enim in grege, multæ quidem oves valent, multæ autē scabie refertæ sunt, quas necesse est à sanis & valentibus arceri: sic etiā in Ecclesia quoniā aliæ oves incolumes sunt, aliæ morbidæ, hac voce has ab illis arceat, quas vbiq; illa voce quæ maximē timēda est, sacerdos sanctos vocat & trahit. Quia enim non licet cuiquam res pximi cognoscere, (quis enim, inquit ille, noui quæ sunt hominis, nisi hominis spiritus qui in eo est?) vocem mittit sacerdos per se & toto sacrificio, vt nemo homo sine religione & quouis modo, ad spiritalem fontem veniat. Et in grege, (nihil enim prohibet eodem in exemplo commorari) oves quæ morbo laborant, intus claudimus, & in tenebris continemus, cūque

eisq; aliud pabulū præbimus: nec patimur eas in cœlum liberū prodire, nec herbis vesci, nec ex fonte qui extra sit, haurire. Atq; hoc etiā loco eadē vox instar est cuiusdā vinculi. Non potest dicere, Nō sciebam, ignorabam cum re coniunctū esse periculū. Maximē quidem huius rei etiā Paulus testis est. At te ignorare dices. Nō est hæc defensio, sed crimē. quotidie in tēplum venis, & hoc etiā ignoras? Sed tamē ne hoc afferre possis, sacerdos stās excelsō in loco magna voce, & tremoris plena, quasi præco aliquis manu sublata in cœlū, ab omnibus cernitur, magnāq; voce in religiosa illa quiete clamās alios inuitat, alios excludit: neq; hoc manu efficit, sed lingua clarius q̄ si manu faceret. Vox enim illa in aures nostras incidens, quasi man⁹, alios arceat & eiicit, alios trahit, & exhibet. Dic quæso, in ludis olympicis nōne stat præco magna excelsaq; voce clamās, Si quis hos accuset, ne seruus sit, ne fur, ne improbis morib⁹ præditus? Atqui certamina illa nō animi sunt, nec morū, sed virium & corporis. Quod si vbi corporis est exercitatio, magna voluntatis ratio habetur: quātō magis hīc vbi anim⁹ omnino exercet? Stat ergo præco noster, nec vniuscuiusque caput tenet ac pfert, sed omniū simul caput int⁹ tenet, nec alios eis accusatores dat, sed ipsos sibi præficit. Neq; enim ait, Ne quis hūc accuset, sed quid? si quis se ipse accusat. Cum ait, Sancta sanctis, hoc ait, si quis sanctus nō est, ne accedito, nō omnino ait, liber à peccatis & expiatus, sed sanctus. Sanctū enim non peccatorū modo liberatio facit, sed spiritus etiā presentia, bonorūmq; operū abundantia. Nolo, inquit, vos à cœno tantū liberari, sed albos etiā esse & pulchros. Si enim rex Babylonius cū adolescētes ex captiuitate deligeret, honesta facie, elegātiq; forma sibi delegit: quātō magis nōs qui adhibemur mēse regie, elegāti forma esse debem⁹, sic vt animi ornatus in nobis aureus sit, vestis sit mūda, calcei regij, facies animi liberalis, ornatus eius aureus, cingulū veritatis? Talis accedat, & poculū regium cōtingat. Si quis autē sordidis pannis amictus, & squalore obfusus ad mensam venire velit, vide quāta quāmq; graua mala sit perpessus, cū quadraginta dies non satis sint ad eluendas totius vitæ maculas. Si enim gehēna quāuis æterna, non satis est, (ob id enim æterna etiam est) multō minus breue hoc tēpus, præsertim cū non firmam & tutam pœnitentiā, sed exiguam esse docuerimus. Spadones regi præsto esse primū ac maximē debēt. Spadones dico, mente candida & splendida, in quibus nulla sordes sit, nulla macula, qui alta mēte sint, in quibus acies animi lenis sit, & acuta, flexibilis, & acris, nō somnolenta, nō supina, magnæ liberalitatis plena, abhorrensque ab impudentia & temeritate: sit vigilans, & valens, non admodum tristis, aut mœsta, non diffusa, & humida. In nobis situm est vt oculus eiusmodi faciamus, & acutum & pulchrum. Si enim cum non in fumum aut puluerem intendamus, (tales enim sunt res humanæ) sed in tenuē ventum & leuē aëra, in res sublimes & excelsas, plenāque magnæ & tranquillitatis & puritatis & delectationis: celeriter accedimus, & reficiemus, q̄ eiusmodi rerum aspectu sese oblectet. Vidisti maiorem q̄ sat est, rerū abundantiam, magnāque diuitiarum copiam: noli eō aciem intēdere, cœnū res illa est, fumus est, vapor scelestus, tenebræ, magnus angor cumulūq; curarū. Vidisti hominē qui iustitiam excoleret, contentūq; esset suis, cui magna ocij abundantia suppeteret, qui

has res & bonas negligeret, ac pro nihilo putaret: illū eō intēde, atq; erige, multōq; meliorem clariorēmq; redde, nec eum terræ, sed virtutis eum floribus pascē tēperantiæ, bonitatis, aliorūmq; omniū. Nihil enim perinde oculū conturbat, vt mala cōsciētia. Turbatus est enim, inquit ille, ira oculus meus. Eum ab hoc malo libera, tūmq; pulchriorem firmiorēmq; reddes cum in bonis omnibus educaueris. Faxit deus, vt nos omnes, & oculū & cæteras animi functiones tales præremus, quales vult Christus, vt eo capite quod nobis præpositū est, digni effecti, eō quod vult dominus noster abeamus. Ait enim, Volo vt vbi ego sum, illi etiā vnā mecū sint, vt gloriā meam videant. Id quod nobis continget, si cōtineret, si sobriē, si multis cū vigiliis deū precemur. Vigilare autē dico, non solū noctu excitari & surgere, sed etiā interdiu sobriū esse in precibus. Vigil enim talis nominatur: quādo quidem fieri potest vt & noctu qui orat, dormiat, & interdiu qui orat non vigilet, cū animus in deum intentus nō est, cū non intelligit quicum sermonem conferat, vel quicū loquatur: cum non percipit animo angelos cum timore & tremore adesse, ipse autē oscitans & scabēs progreditur. Magna arma sunt oratio, si cū apta sobrietate fundatur. Atq; vt eius vim intelligas, impudētiam, iniuriam, crudelitatem, temeritatemque assidua oratio vicit. Audite enim, inquit, quid iniqu⁹ iudex dicat. Rursum negligentia superauit, quodque non fecit amicitia, id etiam assidua præstitit oratio. Quod si non propterea q̄ amicus est, inquit, ei dabit, & quæ sequuntur. Et quæ indigna erat, dignam continuata oratio reddidit. Non est, inquit, æquū filiorū panem sumere & dare canibus. At illa, Certē, inquit, domine. Nam catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorū. perstemus in oratione charissimi. Magna enim arma sunt, si cum animi contentione fundatur, si sine inani fallāq; gloria, si sincero animo, si corde contrito. Hæc bella diremit: hæc gētem ingratham & indignā, gratam acceptāmq; reddidit. Audiui, inquit, eorū gemitum, & descendi vt eos liberem. Oratio medicina est conseruatix, expultrix peccatorum, delictorūmq; remedium. Si enim cum animi demissione precemur, si peccus tundētes vt publicanus, si cū eo dicamus, Propitius esto mihi domine peccatori: omnia cōsequemur. Nam si minus Publicani sumus, ac certē alia in nobis sunt non leuiora scelera iis quibus cōtaminatus fuit. Neq; enim est q̄ mihi dicas, te leue aliquod admisisse flagitiū. Eandē enim naturā res habet. vt enim æquē hominis cēdē fecisse dicitur aliquis, cū puerū interfecit, & cū virum: sic & plus habere & cū multa, & cū pauca contra ius habet. Quinetiam malorū recordatio non parū crimen est, sed graue. Eorum enim, inquit, qui malum corde retinent, viæ ad mortē ferunt. Qui etiā temerē ac sine causa fratri suo irascitur, pœna capitis & gehenna dignus erit: qui fratrem suum stultum vocabit & amentē: vt prætermittam innumerabilia alia eiusdē generis quæ admittimus, nec participare horroris plenis sacramentis desistimus: & inuidemus, & conuiciis alios vexamus: vestrū verō nonnulli etiam vino sæpe obruuntur. Singula autē hæc etiam per se ex regno possunt expellere: cum verō in vnum cōlata & coaceruata fuerint, quæ nobis reliqua erit cōsolatio? Magna nobis pœnitentiā opus est, charissimi, crebra oratione, magna constantia, magna persecrantia, vt ea bona quæ nobis promissa sunt, adipiscamur.

mur. Dicamus ergo etiā nos, Propitius sis mihi domine peccatori: aut potius, nō hoc solū dicamus, sed etiā ita sentiamus. Ac si quis appellet nos & accuset, ne succenseamus. Audiuit ille, Quod non sum similis huic publicano, nec concitatus est sed magis cōpunctus. Probrū accepit, & probrū eluit: vulnus ille aperuit, & hic remediū petiuit. Dicamus igitur etiā nos, Propitius esto Domine mihi peccatori: ac si quis in nos dicat, ne acerbē feramus. Si enim nos ipsi in nos innumerabilia crimina cōferimus, & ab aliis audientes grauius ferimus, nō est hoc iā animi abiectio, nō cōfessio, sed ostentatio vanāq; gloria. Estne, inquires, ostentatio seipsum peccatorem vocare? certē. Abiecti enim demissiq; animi opinionē adipiscimur, suspicimur, laudamur. Si verō cōtra in nos ipsi dicam, nōsque accusemus, contemnimur. Ita fit, vt hoc etiā gloriæ aucupandæ causa faciamus. Quid est autē animi abiectio? Cū alius nobis aliquid vt probrū obiecit, ferre: crimē ac culpā agnoscere: ferre maledicta: nec verō hoc abiecti animi & parua de se sentiētis sit, sed bene sentiētis. Nūc autē nosmetipsos peccatores dicimus, indignos, sexcentaq; etiā eiusdem generis. At si quis vnū horum criminū nobis obiiciat, succenseamus, atq; sequimur. Animaduertis hoc nō esse cōfessionem, nec gratā voluntatē? Te ipse talem esse dixisti: ne acerbē feras cū ab aliis audis & reprehenderis. Ita deniq; peccatorū tibi leuamētum affertur, si alij tibi crimina aliqua obiiciāt. Sibi enim pōd' grauitatēque addunt: te verō ad sapientiā introducunt. Audi quid beatus Dauid dixerit, cū eū maledictis Semeius vexaret, Dimitte, inquit, illū. Dominus ei p̄cepit, vt humilitatē meā cernat, & me pro eius maledictis & cōtumeliis bonis afficiat. Tu verō qui grauiſſima etiā maledicta in te cōgeris, nisi eorū hominum qui magnis virtutibus p̄diti fuerūt, laudes ab aliis audias, cōcitaris. Animaduertis iocari te in rebus seriis? etem laudes aliarū laudū cupiditate incensū, deprecamur, vt scilicet maiores laudes consequamur, vt maiorem aliis admirationē excitemus. Ita fit vt studio laudis trahamur, nō vt eā honesta vita augeamus & amplificemus, sed omnia ad gloriā nostrā referimus, non ad veritatē. Ex quo fit, vt inania vanāq; sint omnia, omnia perplexa. Quapropter hortor ego vos vt matrem malorū vanā futilitēq; gloriā declinetis. Hac enim cōsenuimus, & penē ad interitum interencionēq; redacti sumus. Hanc nos senectutē refecimus. Lauacro quidē iam non possumus, p̄nitentia autē possumus. Sed si quid in nobis vetus est, euellam: si qua ruga, si quæ sordes, si qua macula inhæsit, expiemur & abluamur. Pulchri efficiamur, vt rex pulchritudinem nostrā expetat. Is em̄ qui in summā etiā turpitudinē deformitatēq; lapsus est, eā pulchritudinē recuperare potest, de qua Dauid loquitur his verbis, Cōcupiscet rex decorē tuū. Audi filia & vide, & obliuiscere populum tuum & domū patris tui, & cōcupiscet rex decorē tuū. At obliuio decorē non parit: decorē animi, quæ autē obliuio? peccatorū. Alloquitur enim ecclesiā conflātā ex gentibus, eamq; monet vt maiorum eā capiat obliuio, id est eorū qui simulachris imolabāt, ex iis enim cōflata est. nec dixit, Noli de eis loqui, sed quod maius est, noli recordari, quod etiam alio loco ait, Non repetā memoria eorū nomina labris meis. & rursus, Vt ne loquatur os meū opera hominū. Nec in hoc magna etiā virtus est. Magna enim quidē est, sed non eiusmodi. Illic enim quid ait? Non

ait, Ne loquere de operib' hominū, sed ne memoria quidē repete, ne tibi in mentē veniant. Vides quanto nos interuallo abesse à vitis velis? Qui em̄ nō recordatur, is nō cogitat: qui nō cogitat, nec loquitur: qui nō loquitur, nec faciet. Vides quātis itineribus, quātōq; quāsi locorū interuallo nos disunxerit? Audiamus ergo etiā nos, nostrorūmq; malorū nos capiat obliuio, non eorū, inquam, quæ à nobis admitta sunt. Veniāt, inquit, tibi primò in mentē peccata tua: & nō recordabor iā ipse. Quid ergo dico? Nō iam in mentē nobis rapinē veniāt: quin etiā superiora reddam. Hoc est vitiorū obliuisci, cogitationē rapinē ac furti ex animo expellere, nec vnquā eā sumere: quin etiam ea scelera delere, quæ admittimus. Vnde autē vitiorū nobis obliuio eueniet? Dei memoria & recordatione. Si dei memores sumus semper, illorū etiā nos recordatio subire nō potest. Recordabar, inquit, in strato meo, mane de te meditabar & cogitabā. Cū semper, tū vel maximē illo tēpore, in animis nostris deus versari debet, cū cogitatio quiescit, cū illa recordationē se condēnare potest, cū semper in animo retinetur. Interdiu enim etsi in mentē nobis veniat, tamē alia curæ atq; perturbationes quæ obrepūt, eam rursus euellunt: noctu autē semper in animo versari potest, cū tranquillitate ac quiete animus perfruitur, cū in portu est, cū est in serenitate. Quæ dicitis in cordibus vestris, inquit, & in cordibus vestris cōpungimini. In animis quidē vestris etiā interdiu hęc recordatio inesse debuit, sed quia curis agitamini, & diuellimini: & noctu deus nobis in mentem veniat, & matutinis horis de eo cogitemus, vt cū magna securitate ad negocia obeunda veniamus: si propitium deum oratione precib'q; faciemus, ita deniq; progrediētes nullū inimicū habebimus. Bellū sunt, pugna sunt diurnæ res & negocia: fluctus sunt, & tēpestas. Opus est igitur armis orationis, vt secundis ventis vtamur. Dicenda sunt omnia, vt prolixitas diei sine naufragio & vulneribus consumatur. Multi enim interdiu scopuli ostēdūt, sæpēq; scapha deiecta & submersa est. Itaq; nobis necessaria est oratio, maximēq; matutina & vespertina. Pleriq; vestrum sæpē spectatores fuerunt, nec spectatores modò & admiratores, sed etiā diligentes & attentī, eorū qui certabant, atq; hic illius, ille huius. Scitis ergo, quēadmodum & diebus certaminū ac ludorū, & noctibus illis p̄æco nulla in re omnē curā, diligētiam, studiūq; ponit, nisi vt ne is qui certat, egressus indecorē se gerat. Quod si ei qui in cōspectu hominū certaturus est, tāta prouidentia adhibetur, & consulitur, quantò magis decet nos semper curare, & sollicitos esse, quib' vita omnis certamē est? tota igitur nox insomnis ducatur, sollicitiq; simus, quēadmodum diē p̄ætereamus, ne risu excipiamur. Nūc ad patris dextrā sedet agonothes noster, audiēs accuratē, num quid quod se offendat, loquamur, num quid cōtra leges. neq; enim rerū & factorū modò iudex est, sed etiā verborum. Pernoctemus charissimi. Habemus etiā nos qui nobis studeāt & faueāt, si volumus. Vnicuiq; nostrū angeli p̄æsto sunt: nos autem totas noctes stertimus, ne hoc modò, sed plerique libidini parent, alij vino se onerant & obruunt, & ad rem non loquuntur: alij fraudes cōminiscuntur & neccunt: quidam curis agitantur, atque hæc omnia talia malunt facere, quām ea quæ ad deum pertinent. Malē tibi eueniet Mamma, eiq; qui te habet. An non hoc tibi quæso, deus

minatus

minatus est his verbis? Nō potestis duobus dominis seruire. Tu vero minas dissoluis. Nōne auarū idololatrā vocat? Tu vero stas sine metu ridēs etiā mulieres de populo. Hoc euertit oīa, hoc oīa sustulit: res nostræ sunt ris', ciuilitas, vrbalitas: nihil in republica stabile est, nihil firmū. Nec vero hæc mea ad viros de populo tantū habetur oratio, sciōq; quos obscurē significem. Risus enim plenū est tēplum. si quis vrbatum quiddā dicat, risus subito sedenti mouetur. mirūq; illud est, quod pleriq; ipso etiā precationis tēpore ridendi finē nō faciunt. Omni in loco diabolus saltat, oēs irretiuit, oēs dominatu suo tenet: Christus nullo in honore est, nullo in precio: in nullo numero Ecclesia habetur. Nō audis Paulū dicentē, Turpitudine, & scurrilitas, atq; vrbalitas à vobis tollatur? Cū turpitudine vrbalitas ponit: tu vero rides: stulta oīo quid est? ea quæ nihil vtilitatis habet. Et tamē planē rides, vultūq; exporrigis tu qui vitā monachi profiteris: qui cruci suffixus es, q. luges, rides? Vbinā quæso hoc Christū fecisse audisti? certe nusquā, sed tristitia & mœrore affectū plerūq; nā & cum Hierosolyma vidit, lachrymatus est, & cū proditorē intellexit, conturbatus est, & cū excitaturus esset Lazarū, fleuit. At vero tu rides. Si is qui ex alienis scelerib' dolorē nullū capit, accusatione dignus est: ei qui ex suis nullo mœrore afficit, & ridet, quæ venia debetur? tēpus est luctus, angoris, castigacionis, & seruitutis, certaminū, & sudorū: tu vero rides? Non animaduertis quēadmodum Sarra obiurgata est? Non audis Christū qui ait, Vx iis qui ridēt, quod ipsi flebūt? Nūc hęc quotidie canis? Quid em̄ ais quæso? an te risisse? certe nō, sed laborasse te in gemitu tuo. Sed fortasse hic sūt nōnulli adeò dissoluti & molles, vt in hac etiā obiurgationē rideāt, quod de risu differā. Etenim eiusmodi amentia est, talis stupor, vt ne obiurgationē quidem sciat. Stat dei sacerdos, omniumq; orationē in cœlū mittit: tu vero rides, nec quenq; metuis. Et ille quidē tremēs pro te sursum preces fundit, tu vero cōtēnis. Non audis scripturā dicentē, Vx iis qui contēnunt? non exhorrescis? nō te ipse colligis? Cum in regiā ingressurus es, tum & formā tuam, & aspectū, & incessum, ceteraq; alia cōponis: cum autē hunc in locū, in quo verē regia est, & eiusmodi quæ in cœlo, rides. Ac tu quidē scio, nō vides, sed tamē hoc tibi persuadeas velim, angelos cū vbiq; adesse, tū vel maximē in dei domo regi p̄æsto esse, illarūq; corpore carentiū naturarū plena sunt oīa. Ingressus es vt de peccatis tuis cōsiterere, vt te deo demitteres ac prosterneres, vt eū simplex precarerere, vt tibi delictorū gratiā faceret: & cum risu hoc facis? quonā modo eū placare poteris? Sed quid in risu mali est, inquires? Nō est malus risus, sed viciosus est, cū non in tēpore & p̄ter modū adhibetur. Nobis risus insitus est, vt cū amicos lōgo interuallo viderimus, id faciam: vt cū aliquos stupore metūq; percussos animaduertim, risu eos ad mētē traducamus: nō vt nosmetipsi cachinnis & risu sempiternamur. Risus animis nostris insitus est, vt interdū animi relaxentur, nō vt diffuant: quādoquidē appetitiā corporū nobis tributus est, nec omnino cōvtēdum est, sed eū cohibemus: nec dicimus, Quoniā nobis insitus est, eo vtamur. Serui deo cū lachrymis, vt peccata tua abluere possit: & cū pura mudāq; cōsciētia accede ad facta tremēdāq; Christi mysteria. Scio multos esse q. nos irrideāt his verbis, Statim nobis lachrymas pponit. At hoc tēpus lachrymarū est,

Tomus quartus.

& lamentationū. Intellego etiam esse qui augerentur his verbis, Edamus & bibam: cras em̄ moriemur. Vanitas vanitatū, & vanitas omnia: non ego dico, sed is qui res expertus fuerat. Aedificauit mihi domos, seui vites, & quæ sequūtur. Quid tum postea? Vanitas, inquit, vanitatū, oīa vanitas. Quare lugeam? charissimi, lugeam, vt verē in veri gaudij tēpore rideam. Huic enim gaudio dolor admixtus est, nec vnquā simplex inueniri potest. Illud autē syncerū est, sine fraude ac simplex, nec quicquā simulatū secum admixtum habet. Illud nobis gaudiū dari optemus, illud persequamur. Aliter autē eo potiri nō licet, nisi nos hic, nō ea quæ voluptatē pariunt, sed ea quæ vtilitatem afferūt, amem: ob eamq; causam aduersis reb' vltro ac spōte obruamur: omnēq; cum gratiarū actione toleremus. Ita enim deniq; & perturbationes animiq; non rectos motus superare poterimus, & regno cœlorum potiri: in Christo Iesu domino nostro, cui gloria & potentia atque veneratio in perpetuum tribuitur.

† Hanc quæ sequitur homiliam hic subieciimus, quod in quinto tomo, vt solebat, non inueniatur.

*HOMILIA DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI IN DICŒU APOSTOLI AD CORINTHIOS, CUM AUTē SUBIECTA I. Co. 15. d fuerint illi oīa, tunc & filius ipse subiicietur ei qui sub. &c. Itē de mudatione leprosi, de mysterio ternarij & cornu olei.*

**N** hesterno fratres, quem de æterno Christi regno habuimus sermone, & nos omnes dicendi neruos intendimus, & his qui aufcultarunt, iusta sufficiētq; obtingit enarratio. Iusta inquam, non si dignitas rei p̄dicandæ, sed si meæ p̄dicantis vires spectentur. Neq; enim vel in cœlis, vel in terris aliquid tale, quod laudatissimam vnigeniti dignitatem, meritis laudib' efferre potest. Multa sanē de domini theophania p̄dixerunt propheta, multa decreuit lex, multa p̄dicarunt Apostoli, multa promulgarunt euangelista, & adhuc dignitatē illam ne vnus quidem assequi potuit. Quod si tanta spiritus sancti flumina, perpetuis limpidisq; amnibus manantia, oēs humanas vires insumpserūt, & nihil quod par sit, ac dignū virtute diuina eructarūt: vbi nam tenuissima sermonis gutta comparebit, cum talis ac tanta sermonis eminentia proponitur? Qui posset mortalis lingua immortalē naturā dignis p̄conis celebrare? Profectò nō capit humana ratio, vt sermo ille per quem mundus est factus, quantū addecet, p̄dicetur. Quid igitur? P̄dicam, quantū possumus, quandoquidem non possumus quantū debemus. Quippe in aliis quidē certaminib' laureas referunt, qui victores redeūt: at in disputationibus de rebus diuinis, solis illis debetur corona, qui se rei magnitudine victos ingenuē fatentur. Itaq; vincamur dicentes, ne condēnemur silentes. Nihilominus cum sint, qui dicant, Demonstratū est regnū Christi nullo sine cōsummari, & quod tradit regnū deo & patri, hoc est orbē: in quo cū regnauit olim peccatū, postea idē à gratia regi cœpit. Adhuc nihil inuestigatum est de eo, quod quādo subiecta fuerint illi omnia, tunc & filius ipse subiicietur patri, à quo subiecta sunt illi omnia. Operæ precij igitur fuerit, vt de hoc quoq; pro nra virili aliquid afferamus in mediū, ne scilicet imprudentibus silētio nostro ruine alicuius simus authores. Vellem itaq; fratres cōstare vobis omnibus, quod p̄ter

Gg iij nostram



nostrā voluntatē id prætermissum fuit. Nā cū cætera iuxta ordinem, & vt sermo postulabat, traderetur: arbitrabamur, ex his quæ iā tenebatis, declarari etiā id quod omittēbatur. Nā vnus scopus, eadēq; ratio, soluit quæ dicta, & manifestat intermissa. Enimvero iuxta dispensationē dicta sunt hæc ab Apostolo. Et quæadmodū illi cū dicitur, tradit regnū deo & patri, nō respōdet virtuti, quāta prædicari potuit: sed leuiter & in superficie res agitur, quo cōsulatur imbecillitati eorū, qui deorū multitudinē inuētū iri suspicari possent. Lact enim vos potaui, ait, non cibo: sic & nūc, simili sermone hoc dicit. Siquidē generalis scopus apud Apostolū est, q̄ nunquā inducit diuinā naturā seditionē aduersus seipsam excitantē, aut filium patri obluētantē, iuxta impiā Iudæorū suspitionem. Dicebāt enim: Nō est ille à deo, quia sabbatū nō obseruat. Itaq; vnica introducitur naturā seditionis prorsus expertē, vnā concordia, vnū sermonē, vnā voluntatem, vnam potestatem, vnum deum in omnib⁹, nempe vt erroris eorū, qui multos deos statuunt, excideret germina. Declarauimus enim, vt memores sunt auditores studiosi, q̄ idē sermo, qui patris dignitatē adstruit, is verbis & syllabis iisdē Christi quoque dignitatē prædicat. Et sicut ibi dixit, vt sit deus omnia in omnib⁹, sic & de vnigenito ait, sed oīa in omnib⁹ Christus. Igitur quid sibi nūc vult, quod ait, subiicitur? Pharmacū in quā hic parat gentiliū morbo. Non statuit dogma ecclesiasticū, sed paganorū suspitionē refutat. Quod si absolutē hoc sermone fuerit vtrūdum, dicit eā, quæ per ecclesiam fit, obedientiam ac subiectionē esse Christi. Quādo enim ecclesiā nihil spurium adulterinumve habet, sed synceram germanāq; deo mentē offert, ac si subiecerit, tūc illi germanē subiicitur. Eapropter coactius verbū locutus est, & qd̄ nō facillē incircumspectior aliquis accipiat. Proinde hic disce. Quæcūq; eiusmodi dicta Christo tribuuntur, ea ad ecclesiā Christi pertinent. Cuius rei testē ipsummet dominū ecclesię producā: sed paulō altius rem repetamus, quōd persectiora sint, quæ dicuntur. Quādiu in mundo hoc erat secundū carnem Christus, pro salute mūdi humanā implēs dispensationem, persequebātur illū Iudæi, & ab inimicis veritatis infestabatur saluator orbis. Et ij qui beneficiis quotidianis fruebātur, erga fontē beneficiorū erant ingrati. Vbi autē omnē humanā adimpleuit dispensationē per passionē, in cœlestes cōcessit choros: & corpore quidē trāslatus est, veritate autē ipsa adimplet omnia. Corpus itē quod induerat, in excelsa receptū, à dextra magnitudinis in sublimibus collocavit, nō quasi extraneā, ac peregrinam quandā accepturus dignitatē, sed vt corpus, quod antea mortale erat, hac tāta gloria circūamiciret. Verū post assumptam carnē, post cōsummata passiones, post resurrectionē illā celeberrimā, postq; illā in cœlos translationē, cū ab omni exercitu adoraretur, etiam eorum qui super cœlos sunt: circūstiparetur itē omniū angelicorū ordinū agminibus, & iā nō esset in eorū numero, qui affligebātur, persecutionib⁹q; infestabātur, vbi Paulū furibundū vidit aduersus ecclesiam, & aduersus sanctos furoris suuvenenū effundere, inquit ad eū is, qui passionibus vltra nō erat obnoxius, sed in tā admirabili honore, dignāq; gloria versabatur.

1. Cor. 3.4

Ioan. 9.4

zphes. 1. d

Act. 9.4

**A** Saule, quid me persequeris? Vides q̄ persecutio ecclesię Christo adscribitur, qui ecclesię caput est? Sicut igitur cū ecclesia fert persecutionē, Christ⁹ eā se ferre dicit: ira & nūc Paul⁹, cū ecclesia subditur, dicit Christū subiici. argumētū itē aliud huius rei si placet accipe. In duob⁹ enim trib⁹ve testib⁹ cōsistet omne verbū: nō quod voci dominicæ accedere oporteat testimoniū aliud: sed quia Christus cū loquitur, apud credulos fidē inuenit, apud infideles nullū persuadet testimoniū: vocē dominicā non cōfirmamus, sed inspicit hæreticorū ora obstruimus. Paulus ergo ille à Christo edoctus, q̄ persecutio ecclesię in Christū vergeret, cognouit: & quod cōsentaneū quod quicquid patitur ecclesia, in Christū quodāmodo refertur. Quare & ipse regis sui verborū vestigia sequens, in vna epistolarum dicit: Impleo quæ defuerūt afflictionibus Christi. Et nūc & iterū affligitur Christus, etiā si in cœlos rediit. At vide quid præterea dicat, suppleo quæ defuerūt afflictionibus Christi in carne mea pro corpore ipsius, quod est ecclesia. Vides vt ipsius faciat, quæcūq; sunt ecclesię, siue passiones, siue honores. Veneratus es ecclesiam, veneratus es Christū. Insectatus es ecclesiā, tamen nō opere, pposito tamē, Christū insectatus es. Cogita quātū periculū eorū, qui ecclesiā mœrore afficiūt, quāta corona eorū, qui ecclesiam venerāt. Qui vos spernit, me spernit, inquit seruator. Agnosce dominum ocem, quæ spirituale aliquid in se recōditū & cōsequēs habet. Nā & pater de priscis illis suis pphetis talia loquebatur, propriāq; ducebat iustorū iniuriā. Nā cū Abimelech rex Philistiim accepisset Sarā Abraham vxorem, dicit ei deus: Restitue viro vxorē, quia propheta est, & orabit pro te. Ille vero respōdēs ait: Nesciebā domine q̄ vxor eius esset: puro corde hoc feci. Quid autem ad ipsum dñs? Et ego sciebam, q̄ puro corde hoc fecisti, & ob hoc peperci tibi, ne in me peccares. Declaratum itaq; est fratres, q̄ omnia quæ in ecclesia considerant, in Christum referri possunt. Et idcirco Apostolus dicit: Subiiciet filius, hoc est ecclesia, ei qui subiicit illi omnia. Ceterū est & via alia, qua solet obstrepere malignus. Et quidnā ait? Nēpe ecclesia nō subditur, sed primū subiiciet post resurrectionē. Itaq; & idem argumētū ad contradictionē tuā obtendi poterit hæretice. Dic mihi, Christus an nō subiectus est etiam nū iuxta tuum sermonē, Cum subiecerit sibi omnia, tūc subiicitur: occasione vtiq; habuisset, si in presenti dño non fuisset subiectus? At si hæretice iuxta tuum sermonē Christus nunquā reluctatur patri, temerē dicitur, q̄ cum subiiciet sibi omnia, tūc subiicitur. Sexcētis nominibus subiectionem illius profers, & nunc in aliud tēpus sermōnes aliam quandā subiectionē. Cum audis Christū dicentem: Non veni, vt faciam voluntatē meā, sed eius qui misit me: statim profers cornu impietatis, atq; dicitis: Vides vt subiect⁹ est patri? si audieris ipsum dicentē, Ego à meipso nō loquor: sed pater mihi mādātū dedit quid dicā, & quid loquar: statim excipis verbum, confirmans quod Christo nō sit autoritas, sed subiicitur. Si audieris ipsum dicentē: Ego nullū iudicem scio, & qui quærat, & qui iudicet, raptim arguis verbo subiectionē. Cū ergo in omnibus ostēderis subiectū, cuius gratia argumentū adducis malignū, dicitisq;: Verbum sequor, & nō mentē? Quia tunc subiicitur, qui semper est subiectus. Quid ergo vult sensus? Nusquā nō Apostoli scopus est, vt aboleatur error impi⁹, quo

Deu. 17. b

2. Co. 11. d

Coloss. 1. d

Luc. 10. e

Ge. 20. d

Ioan. 6. d

Ibid. 14. b

Ibid. 8. e

dij multi inuehunt, vt eiiciatur seditio in natura, quæ omnis seditionis expers est, & vt exterminetur malè sententiū suspiciones. Mōstrat itaq; subiectionē nō violentā, neq; necessitate coactā, neq; seruilē, sed cōcordiā dignitati congruā. At mi frater, ne facillē quæ prædicta sunt inuadas, vt cum dicitur: A meipso hoc non dico: mandatū dedit mihi pater, quid dicam, & quid loquar. Vereor enim, ne quæ aduersus hæreticos disputationis gratia dicta sint, in ecclesiasticis dogmatibus te offendāt. Sicut ergo sermonē nostrū superius adstruximus, cū de mēte Apostoli respōderemus, q̄ nō omnia vt dogmata prædicarint Apostoli, sed alia quædā vt dogmata, alia iuxta dispensationem proposita sunt. Id quod & apud fontē veritatis, dominū Apostolorū & prophetarū inuenio: q̄ non semper ad dignitatē suā, iuxta dogmatū scilicet veritatem locutus sit, sed dispensatione quadā, pro infirmitate populi nōnūquā se submiserit. Agē dicitō mihi frater, cū dicit veritatis dominus: Si ego mihi ipsi testis sum, testimoniū meū nō est verum. Sequar dictionē, sequar verbū: iniuriā faciā dignitati, siquidē per dispensationē dictū. Sed neq; si malignus interpret esse vellē, permittet mihi dominus, qui licet dictionē perperā sequar, sensus tamen coniecturā prauam excludit, & voce alia me corripit: quæ sicut alio loco facta de diuinis tradit, ita nūc simpliciter dignitatem cōfundere, & iniuria afficere videtur. Quādoquidē dicere posset: Rationē infirmorū Iudæorum habēs, dicebā: Si ego de me testificor, testimoniū meū nō est verū: quam dictionē tu ad blasphemiam rapuisti, an nō me alicubi dicentē audisti, etiā si ego de me testificor, testimoniū meū verū est? Quid ergo fratres, cōtraria sibi ipsi pronunciat veritas? Absit, sed aliter se habet ad eos, qui veritatis sunt alūni, & aliter ad eos, qui à veritate aliquātulū abalienati: nō q̄ ipsa varia sit, sed q̄ pro singulorū habitudine sese accommodat. Quare igitur dicit Iudæis: Ego à meipso loquor, sed pater mihi mandatū dedit, quid dicā, & quid loquar? Quia opinabantur ipsum esse Mosaicæ legis inimicū, & præscribere aduersa patri, qui in lege sabbatū legis honestabat, videbaturq; legib⁹ noui testamenti pugnantibus cū veteri, nouus status induci: idcirco declarare volēs, sed nihil cōstituere qd̄ deo displiceret: nihil etiā prædicare, quod legi aduersaretur, dicit: Ego à meipso nō loquor, quæadmodū vos suspicamini: sed ille ipse, qui à vobis adoratur, ipse mihi mādātū dedit: quasi doceret eos, q̄ si hęc sugillatis, non meā doctrinam sugillatis, sed impingitis in deū, quæ cōfitemini. Quādo ergo fratres sic miserē, vt sic abiectē, sic humiliter sermonem Christi tracto, vt accipiā quasi in seruilī cōditione dicatur hæc vox: A meipso nihil facio, pater mihi mādātū dedit quid loquar, & quid dicā: vides mox in quantum impietatis profundū descēdo, si ita suspicer. Facio enim ipsum nō solū patre inferiorē, sed & Apostolis ipsis minorē. Quomodo autē id, ausculta. Paulus dicit: De virginibus præceptū domini nō habeo, cōsiliū autē do. Paulo permittis absq; præcepto cōsiliū dare, Christū vero sub seruitutis iugū abstrudis, qui ita mordicis verbū, quo dicitur: A meipso facio nihil? Iā sicut & antea præmissi aliter ipsum disputasse solitū cū his qui veritate enutricati, aliter cū his, qui ab ea sequestrati. Neq; em̄ Iudæi ipsum esse filiū dei reputabāt, neq; in mētē Iudæis veniebat deū esse sermonē. Nō audisti qualia de ipso dixerūt? Homo ille nō est

Ioan. 5. e

Ibi. 8. d

1. Co. 7. e

Ioan. 9. e

dei, quia sabbatū nō custodit. Non putabāt esse hominē dei, & quomodo dignitatē vnigeniti cōiectarēt: Ad hæc dicebāt iterū de seruatore: Scimus q̄ homo hic peccator est, quia sabbatū nō seruat. Cū ergo de ipso sentirēt vt peccatore, & homine, cui nihil cū veritate cōmune: vllā mēte diuinitatis opinionē vel fortuitō de ipso cōciperēt? Ea de ratione ad sic affectos vocē submisit, eosq; docuit, ne ob externū habitū cōtradictēs, putēt ipsum à diuinā volūtate disfidere. Vnde dicebat: A meipso nō loquor: ipse mihi mādātū dedit quid dicā, & quid loquar. Apud eos autē qui fide filij instructi, animaduertere vt vocē supplicē & abiectā deponit, diuināq; dignitatis gloriā induit, dicēs, Audistis dictū esse antiquis, nō facies adulteriū, qui viderit vxorē proximi vt cōcupiscat, iā peccauit: ego autē dico. Vides quomodo nuda auctoritas, vbi fidelis & quomodo formata ac tecta per dispensationē, vbi suspectus auditor? Cū autē paruulus sermō in turba cōtritus esset, dixit: Semper diuini sermonis auditui turbatio agnata est. Etenim animarū hostis diabol⁹, vbi videt q̄ sermo acuta iacula aduersus deceptionē suā emittit, cōtinuō auditores cōturbat, vt veritatē redarguentē in fugā vertat. Eutychnus adolescēs Pauli auditoriū turbabat, & hic adolescēs quidā auditoriū populi inturbauit, quō magis proposito destituantur auditores. Atqui fratres nos fugiētes fluctuū tēpestatē, ad trāquillū veritatis portū nauim appellamus. Nollē enim digressionem latius expacari, quæ instituto sermoni obfistat. Vbi suspectus auditor, accōmodetur ad dispensationis rationē doctrina: vbi verō sycerus veritatis atq; pietatis alūnus, nuda sit auctoritas. Ad Iudæos dicebat, A meipso nihil loquor: ad domesticos autē fidei: Audistis q̄ dictū sit antiquis, nō facies adulteriū: ego autem dico. Vbi, Ego illud, loquētis auctoritatē demōstrat: nā vbiq; Ego, auctoritatē testatur dicētis, vt cū dicit: Ego sum, Ego sum: & honestum est illud. Ego sum. Et iterū Iudæis dicit, Nō veni, vt facia voluntatem meā, sed voluntatē eius qui misit me. Solū itē hæreticæ suspitionis dubitationē hodierna euāgelica lectio. Quādo em̄ leprosus ille ipsum accessit, corpore quidē leproso, anima autē pura & lucida, dicit ipsi: Domine si vis, potes me mūdare. Quære hic hæreticorū canonē. Oportuerat enim cōsentaneus vocis suæ dicere, nō volo ego, sed vult pater, mundus esto: nō veni enim vt facia voluntatē meā, sed voluntatē eius qui misit me. Nō audisti me dicentē, nō veni, vt facia voluntatē meā? Si ergo cogat voluntatē potestati subditā, sicut impij dicūt, cur auctoritatē exposcis ab eo, qui paternæ auctoritati subditus est? Verū nihil horū seruator ad eū, qui ad se syncero pectore accesserat dixit, sed declarando ipsum synceræ esse fidei, syncera quoq; ac pura sanitate donauit. Accessisti ad ipsum fideliter, accipe & remedium fideliter. Volūtati meę adscribis beneuolentiā, volūtate mea & salutē capefito: Domine si vis potes me mūdare. Volō, mūdus esto. Nō subsistit hæreticæ impietatis definitio. Vides quantū sermoni subest? A propria voluntate auctoritatē seruat. Hæc autē cū dicā, nō induco separatā à voluntate patris volūtate filij. Quā enim filij dixeris voluntatē, patris voluntatem dicis: & quam dixeris voluntatem patris, prædicas auctoritatem filij: & si dixeris auctoritatem filij, declarabis potestatem spiritus sancti. Vna enim potestas, indiuisum regnum. At dicit quis: Attigisti inter dicendum

Ioan. 14. b

Exo. 20. e

Mat. 5. d

Act. 20. b

Mar. 14. d

Ioan. 8. b. c

Ioan. 5. e

Mar. 8. a

Mar. 1. d

**A**ti. Rursum cōtineamus nos in instituto . Volo, mundus esto. O miraculū. Volo, mundus esto. Sermo nō nunquā fratres ab authoritate, sermo nō nunquam à temeritate proficiscitur : & hūc quidē fortuitō quis eblatterat, ad illum verō opus comitatur authoritatē eius, qui sol<sup>o</sup> potest. Si ergo dixisset: Volo, & nō subsecutū esset opus, temeritas erat: nūc verō cum opus vocē subsequitur, & sermonē ne ægrē feras, & opus reuerere. Vide quantū discrimē inter veterē legem, nouāq; gratiam etiā omni ex parte. Moses cum ex mōte descēdisset, primā legem tulit, & mandauit vt castris excederēt leprosi. Christus verō mōte descēdens, leprosum protinus mundat: & ille quidē morbidos eliminat, hic verō curam eorū agit. Ascendit Christus in montē, ascēdit & Moses: & hic quidē vt acciperet, ille verō vt daret. Ascendit Moses, & inuenit montē impletū tubis, nubibus, tonitruis, fulguribus, turbinibus, caligine: quæ licet parū cōgruebant dexteræ & magnitudini apparētis, verū decebat vt populus ille ita ad pietatē erudiretur. At Christi gratia timorē ponit, seruitutē eiicit. Non enim accepimus spiritū seruitutis iterum in timorem, sed accepimus spiritū adoptionis. Et Moses quidē dedit decē mādata: Iesus autē dominus Moſis, nouē beatitudines. Dictorum veritatē sciūt quotquot aliquatenus scripturas norunt. Prima beatitudo, Beati pauperes spiritu, quia ipsorū est regnū cœlorū. Beati qui lugēt, quia ipsi cōsolabuntur. Beati māsuētī, quia hereditate obtinebūt terrā. Beati qui esuriūt & sitiūt iustitiā, quia ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quia ipsi misericordiā assequētur. Beati mūdo corde, quia ipsi deū videbūt. Beati pacifici, quia filij dei vocabuntur. Beati qui persecutionē patiūtur propter iustitiā, quia ipsorū est regnū cœlorū. Beati estis, quando exprobrauerūt vobis, & persecuti fuerint, & dixerūt aduersus vos omne malū verbū mētiētēs. Quare lex ponit decē mādata, gratia autē nouē beatitudines? Nēpe decem mandatorū numerus respondet numero plagarū Aegypti. Decem plagæ Aegypti impietatē castigant, & decē mandata populū erudiūt insensatum. Id quod & litera iota indicat, qua denari<sup>o</sup> numerus scribi solet: virgulæ enim formā & figurā præ se fert. Et virga erudiebat Aegyptios atq; populū: Iesus verō dominus noster dat nouē beatitudines, triplici ternario triplicē plectēs coronā. Quandoquidē fratres adorabilis illa trias, regalis illa dignitas, immaculata natura, indominabilis dominatio, in ternario gloriā habet, & veneratur deus ternarij prædicationem in terra, & virtutū numerum, q; numero sanctæ trinitati respōdeat. Et vt exempli gratia aliquid dicā: Multi sunt patriarchæ, & deus seipsum patriarcharū vocat deū: Ego deus Abrahā, & deus Isaac, & deus Iacob. Non q; non sit etiā deus Moſi, & nō deus Ioseph. Omnīū enim deus est, qui se inuocant in veritate: sed veneratur sicut in imagine, in terrenis cœlestia. Tres patriarchæ sunt in honorē trinitatis, tres virtutes in honorem trinitatis. Nunc autem manent tria hæc, fides, spes, charitas. In tria diuisum est vniuersum, nēpe in ordinē supercœlestium, terrenorū, & subterraneorum. In tria secātur tempora, in præterita, præſentia, & futura. Et sicut licet multi sint patriarchæ, vt prædicet gloria viuētis spiritus, sufficit ternarius: ita cū multi sint sacerdotes, trias tamē sacerdotū electa est, nēpe Moſis, & Aaron, qui in sacerdotibus eius, & Samuclis. Multi reges, multi sacerdotes, & trium

*1. Co. 15. d*  
*Ibidem.*  
*Psal. 148.*  
*Danie. 3. e*  
*Coloss. 1. c*  
*Mat. 8. d*  
*Luce. 5. c*  
*Eccl. 2. c*

*Num. 5. d*  
*Roma. 8. e*  
*Mar. 5. d*  
*1. Co. 13. d*  
*Psal. 98. b*

& trium celebris est memoria, Dauid scilicet, & Ezechia: & Iosia: dicit scriptura, omnes peccauerunt. In camino tres pueri. Cum Christo in montem conscenderunt Patrus, Iacobus & Ioannes. Multi in cœlo angeli, & tres apparent Abraham. Omnes dies dei sunt, & tres seruiunt mysterio. Qui illi tres? Accipe Isaac, dicit, quem dilexisti filium tuum vnigenitum, & vade in vnum montium: ambulauit Abraham tres dies & tres noctes, vt simul & mysteriū monstraret. Sic enim quasi à morte viuentem accepit Isaac. Quomodo autem? Audi: A quo tempore pater illum sacrificio destinaret, mortuus cēferi potest. Neque enim euasurus credebatur, & propositum sanciebat promissionem. Tertio autem die restitutus est viuus in figuram resurrectionis. At non potuit Ionas in mari manere plures dies: sed solū ibi tres dies fecit, vt resurrectionis mysterium ostendat. Hic quis dicit, si alicubi reperias seiunctim mysteria talia, at non quantum satis est ad recipiendam incarnationem & trinitatem ista miracula perfuadent. Si ego dico, reproba sermonem: sin diuina est prædicatio, audi à me, imò audi mecum: quia tres dies interpretantur nobis passionē domini. Quia de Abraham idem saluator dicit: Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum: vidit, & gauisus est. Quem diem? Mortis. Agnus enim ab arbore traditus Abrahæ, imaginem gessit agni dei, qui tollit peccatum mundi. Et quod dicit, Vidit diem: nihil aliud facit, quàm quod vidit mortem. Vnde hoc & vsitato more dicunt homines, præuenit eū dies, pro eo quod est mors. Verum consuetudinis lex non est satis idonea ad astruenda ea, quæ dicuntur: itaque ad scripturam videamus. Dicit alicubi beatus Dauid: Obseruabit peccator iustum, & stridebit super illum dentibus suis: dominus autem irridebit eum, quoniā præuidet,

*Psal. 13. et 52. d*  
*Mat. 17. d*  
*Gen. 32. d*  
*Ibid. 22. d*  
*1. Co. 2. d*  
*1. Co. 8. g*  
*Ibid. 1. d*  
*Psal. 38. b*

quod veniet dies eius. Et hæc quidem in Abraham dicta sunt. Nunc ad Ionam quoque ipsum redeo. Iterū enim tres dies Ionæ, passionem hanc salutarem interpretari licet. Iterum seruator clamat: Quemadmodū, dicit, Ionas in ventre ceti tres dies & tres noctes, sic oportet filium hominis in corde terræ facere mansionem tres dies ac tres noctes: sed vnum ad supradicta dicemus, quod aliis euidentius est. Populo priori tres erant ordines, sacerdotium, regnū, & prophetia: præter tres illos non videbatur alius apud Iudæos principatus. Cornu item erat olei sanctificationis, & vna fuit vnctio, tria verō dona. Vnum cornu, tria charismata: Inungebantur enim sacerdotes, reges, & propheta. Cæterum quia aliqui argumenti huius ignari sunt, ne incassum sermo currat, seipsum quidem absumens, lectori verō inutilis, audi breuiter: Seruabatur à propheta, & sacerdotibus, nulla quidem chrismatis variatione: nam per idem cornu gratia adhibebatur. Inungebantur reges, inungebantur propheta, inungebantur sacerdotes: vna vnctio, tria dona. Quare autem in cornu erat vnctio? Quia imaginem gerebat Christi. An non in argenteo vase, an non in aureo, an non in aliqua alia preciosiore materia tantum donum esse potuit: sed non fuit in alio, quàm in cornu. Siquidem vt dicendo præmissi, imaginem gerit Christi. Eter<sup>n</sup> dicit: Excitabo cornu Dauid: quod est domin<sup>o</sup> dotij & regni & prophetia, ille sit cum omnib<sup>o</sup> vobis. Quia cum caput nostrum accepit regnū, ceteris tribus illis humanis dignitatibus, in eius cornu<sup>o</sup> dignitas, & gloria resedit, Amen.

*Tomii quarti finis.*



Quaternionum index.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z  
A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z  
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg

Omnes sunt quaterniones, præter Gg ternionem.